

12
13 - H
15

. J.

THEOPHILI
BONET

D. Med. Nec non Sereniſſimo quondam Principi Henrico ab Aure Longavillæ Duci, &c. à Conſiliis Medicis.

SEPULCHRETUI

SIVE

ANATOMIA PRACTIC

Ex

CADAVERIBUS MORBO DENAT

Proponens

HISTORIAS ET OBSERVATIONES OMNI
penè humani Corporis affectuum, ipſorumq; Cauſas reconditas revelar

Quo Nomine tam PATHOLOGIÆ *Genuinæ, quàm* NOSOCOMIÆ *Orthodoxæ funa imo* MEDICINÆ VETERIS *ac* NOVÆ *Promptuarium dici meretur.*

Cum INDICIBUS neceſſariis.

OPUS OMNIUM MEDICINÆ ET ANATOMIÆ CULTOR
vòtis hactenus expetitum, ſummóque labore decerptum ac congeſtum.

Tomus Secundus.

Continens affectus imi Ventris, Et reliqui corporis.

BI
1
D



GENEVÆ,

Sumptibus Leonardi Chouët.

M. DC. LXXIX.

Ex libris [illegible]
1837.

H,15

ANATOMIÆ PRACTICÆ
SIVE
DE ABDITIS MORBORVM CAVSIS
Per Cadaverum Diſſectionem revelatis,

LIBER TERTIVS.
DE AFFECTIBVS IMI VENTRIS.
Sectio I.
DE INAPPETENTIA.

BIBLIOTECA ROM. VITTORIO EM.

Observatio I.

Anorexia inducta ab orificio ventriculi ſuperiore ulcerato, Humoribus corruptis in cavitate ejuſdem.

JUvenis cum convivio interfuiſſer, eadem nocte dolore ſtomachi correptu fuit, inde ſequitur vomitus, Anorexia, mors: In ventriculi orificio ſuperiori ulcu erat magnum, ventriculus humoribus corruptis, fœtidis & atrabilariis refertus erat *Vide lib. 1. ſect. 1. obſerv. 14.*

SCHOLIA.

INappetentia ut plurimum fit ab humoribus dulcibus, crudis, aquoſis, ſeroſis, bilioſis, aut aliter vitioſis, ventriculi orificium & tunicas imbuentibus, hisque vel in ventriculo genitis, vel à vaſis hepatis, lienis, pancreatis, meſenterii &c. in ventriculum influentibus, particulas acres, fermentaceas, quæ famem inducunt, (*vide Scholia ad obſervationem 1. ſect. 2.*) deſtruentibus: Interdum a ſolis vaporibus bilioſis aut aliter vitiatis, videlicet in ventriculum elatis, ſive hepate calidiore, ſive à vermibus contentis in inteſtinis, ſive ab utero, ſive à toto corpore, ut per febres accidit: Nihil aliud autem cenſetur eſſe Anorexia, quam proſtrata ciborum omnium appetentia, ex defectu ſuctionis ſenſus in orificio ventriculi ſuperiore ortum ducens: Defectû ſuctionis inferre ainor, alimenti in corpore abundantiam; craſſos & lentos humores, ſive ex cibis in ventriculo genitos, ſive aliunde affluentes: cibos pingues ac viſcidos: intemperiem tam calidam quam frigidam: obſtructionem vaſorum lacteorum: conſuetam evacuationem, ut menſium vel hæmorrhoidum ſuppreſſam, aut conſuetum inte miſſum exercitium: cerebri demum & nervorum v tia, in quibus ſcil. facultas animalis vel concidit ve depravata eſt, ut in apoplexia, lethargo &c. paraly etiam, propter obſtructionem nervorum à ſexto pa prodeuntium: *Franciſcus* verò *Sylvius* in Praxi ſua medica, vult hujus ſymptomatis cauſam frequentiore & graviorem, eſſe ſalivam viſcidiorem & pinguioren adeoque ad promovendam alimentorum in ventri culo reliquiarum fermentationem plane ineptam; qu. nimio pituitam in tenui inteſtino ſimilem producen tem, à qua ſucci pancreatici aciditas blanda obtundi tur, cujus halitus acidiuſculi & grati, ad ſuperius ori ficium ventriculi appellentes, famem ſolent excitare Aliam etiam cauſam eſſe Bilem pinguiorem, ab inte ſtino tenui ad ventriculum aſſurgentem, atque tun alimentorum reliquias, tum ſalivam corrumpentem, & ſic gratam ipſarum aciditatem obtundendo, appetitum proſternentem.

Observatio II.

Apoſitia ob ventriculum humore plenum viridi.

JUvenis mulier (*de qua lib. 1. Tit. de Paralyſi*) conquerebatur de ventriculi ardore, ſiti Appetitus edendi proſtratione, alvi difficultate &c. Illi veſica bilis bile craſſa ac nigra turgida erat: ventriculus humore plenus viridi; colon inteſtinum, ubi ventriculo annexum eſt valde laxum: reliquis in locis, ad craſſum inteſtinum uſque, fæcibus craſſis duris infarctum:

Observatio III.

Inappetentia à vitio fibrarum ventriculi & parvitate nimia Lienis.

Romana 35. annot. per plures annos inappetentiam paſſa, cum tuſſi ſicca & .di difficultate, cum fruſtra variorum Medicorum auxilia tentaſſet, moritur; ue ejus cadavere, ventriculi omnes fibræ nigræ duræque repertæ ſunt: Tres ıum lobi adeo indurati, ut potius tophos lapideos quam carnem omnibus vi-ıentlrentur: Lien ovi gallinacei magnitudinem non excedebat. *Ex P. Sphe-ionibus.*

Observatio IV.

Inappetentia à ventriculi depreſſione per magnum Hepar.

ınnis poſt lentam Tabem, doloribus hypochondriorum & Inappetentia, ſeu o ciborum deſiderio, viribus fracta expiravit; In diſſectæ cadavere Hepar uni-occupabat abdomen, ventriculumque adeo ad inferiora depreſſerat, ut quaſi o videretur ſeparatus: Pulmo ſiniſter conſumptus Tabi dederat occaſionem, tur Hepatis increſcentis propter impeditam circulationem, depreſſus ventri-vitæ neceſſarios reſpuit. *Thom. Bartholinus cent.* 4. *obſerv.* 71.

Observatio V.

nappetentia à corrugatione, ulcere fiſtuloſo, aliiſque vitiis ventriculi.

ınulli pauxillam quantitatem cibi aſſumere poſſint, cauſam videre viſus ſum, i arcis Deſſavienſis: Hic quidem munus ſuum obibat, ſed aliquot annos con-de cibi faſtidio & vomitu, ut fere ſolo potu ſe ſuſtentare cogeretur, morie-n:

ıdavere abdomen humore aquoſo tepletum reperiebamus: Deinde omen-m, ut ad tactum ſtatim divelleretur: Præterea fellis veſiculam ſecundum ınum ruptam: Quin & corrugatio aderat, ſeu concreſcentia quaſi membra-ıodes: foramen quoque ventriculi verus, quemadmodum ex latcribus nigris, ıvceratis patebat, conſpiciebatur; cui & ulcus fiſtuloſum jungebatur: tan-enttriculi capacitas admodum exigua, & vix cum nucis juglandis magnitudi-ıa, occurrebat, quibus ſane factum fuit ut nihil fere comederit: omneſque ci-ſtatim rejecerit: Quemadmodum ſanici ratione ex ulcere, omentum & ve-ımputruerunt, & ob foramen portio potus ad abdomen delata fuit: Miror ramen vetus appareret, cur non major aquæ copia ibi reperta fuerit? forſan *'li avida*, cum parum alias alimenti aſſumerent, avide potum ſtatim ſuxerant icas detulcrant. *Phil. Salmuth. centur.* 1. *obſerv.* 43.

Observatio VI.

Inappetentia à viſcerum omnium corruptione.

ventriculi viſus fuit quidam cereviſiæ coctor laborare, & quidem interioris huic non modo ventriculus male affectus erat, ſed omnia viſcera interiota œtidiſſima: Multo tempore hic pallidus admodum fuerat, & mali in facie ı digitorum articulos tumores habebat; delectabatur cereviſia forti & me-ıtigit huic ut ventriculo pure ac crudis humoribus repleto, *cibum potumque erſaretur*, ſed conatus ne tranſmittere quidem potuerit: Profuit ſerapium ajus uno aut altero cochleari ſumpto, mox pituitam crudam, copioſo pure omuit: quod cum aliquoties deinde faceret, & vomitus tandem non am-ret, ad ſanitatem ſe rediiſſe ſibi perſuadens, alia remedia admittere recuſa-nit paulo poſt digiti unius ſiniſtri pedis ſphacelus; qui cum arte Chirurgi con-; dextrum pedem gangræna occupavit, & velociter progrediens, brevi ſu-venit: Hoc tempore cum de vitæ periculo admoneretur, reſpondit ſe nulla re dolore, neque unquam antea doluiſſe: Ita abſque dolore, pauciſſimis ſub initium Julii, è vita migravit, tertio videlicet menſe ex quo pus vomuiſſet. nia viſcera, quæ aperto corpore in conſpectum venere, cotruptiſſima fuere, conſiſtente pure: quotum tantus fœtor, adeoque gravis ac moleſtus, ut diu-

tius

tius hærere non fuerit poſſibile : multo minus ſingulas partes luſtrare : Et tam ſi
corpus neceeſſe fuerit mox ſcpulturæ eommittere : Videtur hie *interna viſcera ſenſi*
ta habuiſſe, contra plane quam nonnulli alii, quibus ſenſu prædita ſunt. *Dodonæus obj*

S C H O L I A.

INterna viſcera ſenſu deſtituta &c.] Corruptis forte nervis ſenſum illis impertientibus : Alias viſcera interna obtuſo ſenſu prædita ſunt , Et 1°. Hepari exiguum attribuit *Galenus* 4. de uſu part. cap. 15. *Gliſſon* Anat. Hepat. cap. 30. frequenti Iecinorum excarnatione edoctus, teſtatur nullum extare nervuli cujuſpiam, extra capſulam communem , in ejus parenchymate veſtigium : Ideo *Riolanum* deſerens in *Galeni* ſententiam abit, quod fieri non poſſit ut pars mere ſimilaris, nervisque omnibus deſtituta , ſenſu acerrimo fruatur : At dolores Hepatis , inquit *Riolanus*, ſunt acutiſſimi ? Dictum vero oportuit quibus indiciis ipſi conſtiterit dolores ejuſmodi ad Hepar, non autem ad partes vicinas pertinuiſſe : In ejus quidem inflammatione adeſt dolor quidam gravativus in dextro latere, acutum autem dolorem in hoc morbo contingere medicinam facientib us nondum compertum : & ſi forte aliquando dolores ſolito acerbiores perſentiantur , poſſunt ſane veriſimiliter partibus vicinis condolentibus adſcribi : nimirum hepatis ligamentis , aut diaphragmatis parti illi, cui hepar , mediante loco ſuſpenſorio, arctè annectitur : aut peritonæo nothas coſtas in dextro hypochondrio inveſtienti ; aut denique ipſi tunicæ & vaſis Hepa-

tis : 2°. Lieni paucos nervos conceſſos doc
res , ne hoc viſcus fiat admodum ſenſile : p
ro oſtendit *Gliſſonius* , in eo non ſenſui aut m
ſervire , eſt enim illi ſenſus hebes , & motus
neus plane nullus , ſed in alium uſum , ali
nempe ſucci eductionem ; 3. Renum paren
quoque ſenſus obtuſus eſt : 4. Meſenteri
ſenſu donatum eſſe , ac ſine dolore inflamma
tendit *Fernelius* , ſolumque gravitatis habere s
5. nervorum plures ſurculi ad Pulmonum m
membranam , parenchyma vero non ingredit

Venæ ventriculi avidæ &c.] A ſatietate quoqu
pletione illatum Inappetentiam oriri notat
Prax. lib. 1. cap. 22. Ob ſanguinis ſcil. in ven
raicis, & præſertim in ventriculum diſperſi rec
tiam , ob quam cum nulla vel exigua fiat ſuct
petentia quoque vel nulla vel pauca exiſtit : I
ſertim quod ventriculus ſanguine plenus, eo
luti ſaturatus, novum ſuccum minime appetat
ti in plethoricis , & otio deditis , cum tardi
ſtantiæ corporis fiat diſſolutio, tardior quo
fiat abſumpti reſtitutio , ut tardius
minusque eſuriant
contingit.

O B S E R V A T I O VII.

Inappentia diuturna ab adipe copioſo adnato circa fundum internæ ſuperficiei venettriculi.

OBſervavit *Veſalius* lib. 5. Anatom. cap. 3. In ventticulis hominum obeſorum , n
quam reperiri adipem utrinque copioſum , ſed lævem & lubrieum in ſiniſtro l
circa fundum Internæ ſuperficiei adnatum , ob quem ſæpe Inappetentia diuturniore
homines laborant : Non ſecus ac ſi alius *quidam dulcis humor* eidem inhæteret.

S C H O L I A.

QUidam dulcis humor &c.] *Sanctorius* meth. vitand. Error. lib. 7. cap. 3. ſaporis dulcis in humoribus duo ſtatuit genera , unum ſuave , quale in lacte, butyro , pinguedine , cui virtus oppilativa : alterum nauſeabundum, ſaporem liquiritiæ referens & ſacchari , adeo penetrantis dulcedinis , ut omnia ſalſa & amara , huic ſapori aſſociata dulciſſima ſentiantur: Hujus nauſeabundi dulcis , *Avicennam* ſequutus , cauſam ſtatuit putredinem phlegmatis : Ad id quod objicitur putredine pituitam ſalſam fieri , non dulcem? Reſpondet pituitam acidam vel ponticam , ſua frigiditate adeo obtundere & moderari quemlibet intenſum calorem, ut à putredine, vel alia cauſa calefaciente fiat dulcis & non ſalſa, omnia enim dulcia à calore

moderato fiunt : Idem ſaporem dulcem var
morum miſturas indicare cenſet, ut modo chyl
cedinem acquirat ob perfectam alterationem
coctionis ; modo ob dulces ichores ſanguine
nis extramiſſos : Nauſeoſæ dulcedinis exempl
ferr de Medico , qui tam immoderatam perp
ore ſentiebat, ut nihil inveniretur adeo amarum
ſtatim in ore ipſius non dulceſceret , quæ ca
inſignis langnoris vitium , à quo in diſcrime
adductus fuiſſet , niſi olei vitrioli uſu obviam
Putavit is à viſcerum calore , & à putredine p
qua corpus erat refertum , ejuſmodi nauſeab
dulcedinem contractam fuiſſe : Quæ forte
à *Veſalio* enarratam habuit.

O B S E R V A T I O VIII.

Apoſitia ob ventriculum laxiorem , in quo globuli deprehenſi , Lienem ſcirrhoſum,

RUſtieus cui in toto color plumbeus , cum hypochondrii ſiniſtri duritie , faſtid
borum omnimodo laborabat : In ventriculo laxiore globulos , ut nuces avella
præduros offendo, etſi per menſes nihil ſolidi ſumpſerat : (An ideo quod aliquod fer
tum Lien per vaſeula , quibus ſtomacho connectitur , denegaverat ?) *Vide tit. de L*
rum dolore.

 Ob

Observatio IX.

Inappetentia producta à diverſis ventriculi affectibus.

Nobilis nephriticus cum Appetitu proſtrato tandem è vivis exceſſit: Omen-
n illi erat prætenue, Ventriculi ſubſtantia tenuis, interior illius tunica diverſi-
vitate liquoris fæculenti cochlearia circiter tria. *Vide tit. de Lumborum dolore.*
lam Inappetentia & faſtidia ciborum: Fundum venrriculi in ejus cadavere &
t ſyderata: Totus ventriculus putris & laceratus eſt minimo fere digitorum
ide tit. de ventris dolore.
Gallus conqueritur de ventricnli dolore, dejecta Appetentia &c. Ventriculi
. erat vermiculata, interna corrupta & putris, humor qui in eo erat nigrica-
de vomitu.
ier conquerebatur de ventriculi dolore, Apoſitia, In fundo venrriculi inven-
oſiſſimi. *Vide tit. de ventriculi dolore.*
o brevi morbo ſublata: ante obitum Apoſita & febre continua prehenſa fuit:
tæ nonnihil plus ſolito nigricans & ventriculus pcrexiguus, bile porracea in-
iuntur. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*
nicellæ cum ventris cruciatibus ſumma fuit Inappetentia; ſtomachus totum
plebar, In cujus fundo copia materiei putidæ, & in loco Lienis, ubi multa
esque ejus. *Vide tit. de ventris dolore.*
lier per plures annos Inappetentiam paſſa eſt, ventriculi omnes fibræ nigræ
pertæ: Lien ovi gallinacci magnitudinem non excedebat. *Vide lib. 2. tit. de*

SCHOLIA.

naci &c.] Si ex plurimorum ſententia, excitatur ab humore melancholico à culum tranſmiſſo, qui acida vi & ad- cam interiorem ventriculi corrugat & vellicat, eſtque illi inſtar acetarii ad excitandam appetentiam, collige hinc Lien tantæ parvitatis ſufficientem quantitatem ejuſmodi ſucci adparare non potuiſſe quæ Famem inducere potuerit.

Observatio. X.

Inappetentia inducta à diverſis Hepatis aut Lienis affectibus.

ſexennis proſtrato Appetitu & fracta viribus expiravit: Illi Hepar univerſum
occupabat abdomen, ventriculumque adeo ad inferiora depreſſerat ut quaſi
o videretur ſeparatus. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*
dam conqueſtus de moleſto hypochondrii dextri dolore & edendi appetitus
nventa eſt vomica ſimæ parti Hepatis connata, ſatis magna atque aperta, re-
na. *Vide tit. de Hypochondr. tumore.*
ilis in melancholiam incidit, (*lib. 1. tit. de melancholia*) Tandem cibum & po-
verſari, quos tamen citra appetentiam admiſit. Hujus Hepar colore undiqua-
quam ſecundum naturam apparuit: ſed tamen minus quam pulmonis ſphace-
ubſtantia.
nulus N. per annum hypochondrii dextri dolore conficiebatur, cum cibi Fa-
ar repertum durum, magnum, albicans circa ſtomachum: Gibba parte prope
s, nigrum, plumbeum. *Vide l. 4. tit. de Febribus.*
ronæ molam gerenti Appetitus proſtratus erat: Hepar undique abſceſſibus
cre deprehenſum eſt. *Vide tit. de Graviditate falſa.*
o. N. tuſſi laboravit, & tumore infra cartilaginem xiphoidem: ſupervenit ca-
petitus dejectio &c. Hepar erar grandius & colore livido: In ſuperna parte
ragma, abſceſſus ſeſe obrulit plenus veſicis, & mareria putrida circumdatus,
Hepar & eroſit uſque ad cyſtin felleam. *Vide lib. 4. tit. de Tumoribus.*
pe Jecur animadverſum tuberculis & abſceſſibus inſtar furunculorum obſide-
non aliud ſignum fuit quam Febris cum ſiti & cibi faſtidio. *Fernelius Pathalog.*

aliquot ſeptimanis conqueſtus eſt de Appetitu cibi & potus plane proſtrato:
t Lien prima facie integer, interior ſubſtantia inſtar amurcæ: *Vide tit. de Hypo-*
e.

OBSERV.

OBSERVATIO XI.

Inappetentia ab inteſtinis Sphacelatis.

VIduus quidam literatus, quadragenario major, melancholicæ, & dum viveret
tudinariæ conſtitutionis, m. februario anni 1670. ſolito plus conqueſtus eſt
ctibus auſteris, Inappetentia & dolore ventriculi, necnon renum & dorſi: Subſe
dehinc ſunt *obſtructiones alvi*, noctes inquietæ & ſæpe inſomnes, doloreſque obſcur
vativi circa Ilia, iique in ſiniſtro latere ſupra ventriculum quaſi aſcendentes: febris
ruit nulla, major tamen nonnunquam ſub veſperam quam interdiu, Lumborum do
incaleſcentia: urinæ pallidiores pleruinque & craſſiores deprehenſæ, cum ſedimen
pioſo, nonnunquam Tartaro rubeo, ſæpius albo, mucoſo: Pulſus in dies debilior,
tio tardior, verſus interitum celerior; ſupervenit his omnibus vomitus ſanguinis nig
tis, in grumos majores tenaciſſimos maximam partem concreti, qui cum intra tri
copioſior aliquoties rediiſſet, ægro, exhauſto virium theſauro, leipothymias frequ
res, ipſam denique mortem acceſſivit.

In aperto corporis mortui abdomine atque thorace, ſequentia, ad partem affe
cauſaſque morbi & mortis imprimis facientia, occurrerunt notatu digna. 1. Pingued
dem ſat multa ſub cute per totum corpus diffuſa. 2. Muſculi vero abdominis & th
excarnes. 3. Cor nihilominus obeſum ſatis, duriuſculum, compactum, bene conſtit
ſanguine vacuum. 4. Pulmones, quoad colorem quidem à naturali ſtatu parum diſſ
tes, flaccidi tamen & exangues, horumque lobus dexter inferior verſus dorſum thora
nexus. 5. In ventriculo nullus ſanguis, tunicæ bene conſtitutæ: 6. Lien juſtæ figur
gnitudinis & coloris. 7. Meſenterium non glanduloſum, ſed una cum pancreate
raliter conſtitutum. 8. Hepar admodum magnum, totum obvolvens ventriculum, a
dum pallidum, totum licet ſanguine vacuum, ponderans tamen libras med. iij. &
viij. 9. Vena portæ verſus Hepar ſanguine exhauſta. 10. Inteſtina in ſiniſtro latere
bene conſtituta: quæ vero in dextro, livida, nigricantia, ſphacelata, vaſaque meſara
inteſtina deſinentia ſanguine nigricante turgida. 11. Inteſtini coli pars ſuperior in ſi
latere ſupra ventriculum inflata, qua vero deorſum vergit, inciſum, ſanguine con
fæculento, nigerrimo, inſtar picis, quale vomitu rejerat æger, admodum repletur
Renes pallidi & flaccidi, inque dextro horum materia multa Tartarea, & circa inſun
lum calculus inſtar fabæ minoris. 13. In ſiniſtro vero major & albicans calculus, po
ſcrupulorum v. figura & magnitudine cordis avium oblongiore tornata, multæ ma
ſeroſo lacteæ, quæ una cum plurimis particulis tartareis, inſtar calcis, per totam
ſubſtantiam diſperſa erat, quaſi innatans. *Ex obſervationibus D. Friderici Orthlobii,*
Vratiſlavienſis.

SCHOLIA.

MItum quod viſcera Lienis, Pancreatis, Hepatis cum ſuo felle, ventriculique in hoc corpore omnia deprehenſa fuerint ſana & naturaliter conſtituta, cum tamen ægrotus, per totum vitæ ſpatium pallidus & triſtis inceſſerit, ſolitariamque & ſedentariam vitam amaverit, omniumque Medicorum conſultorum ſententia hypochondriacus audiverit: Nec minus mirum inteſtina illius fuiſſe ſphacelata, ſine prævüs doloribus abdominis, ſine prævia febre manifeſta: Conjectura eſt ſanguinem melancholicum acido auſterum, inhabilem quidem ineptumque fuiſſe ad con
dum ſubitam & magnam fermentationem & e
tionem febrilem, nihilomious tamen, ſolite ab
diætæ excalefacientis, intra morbi decurſum c
ſo, in tantum irritari, exaltari, & commoveri p
ut per vaſa meſaraica (hæc enim verſus inteſt
pleta, verſus Hepar inaoita apparuere) ad i
ſucceſſive confluxerit, hiſque ſphacelu
miſello vero mortem
intulerit.

OBSERVATIO XII.

Apoſitia orta à vitio coli inteſtini, fæcibus aut vitioſis humoribus referti.

IN Thomæ Gualteri cadavere conſpeximus manifeſte vaſa per omentum decurr
ex gaſtrica vena fundo ventriculi inſerta, & ab ejus venæ origine multa etiam vaſ
inſerta: Unde ex autopſia colligi poterat quam facilis & quam opportuna, validaqu
Inter colon & ventriculum ſympathia; quod atteſtatur proſtratus appetitus dum fæ
colo reſtagnant, & per eorum vaſorum commercium vapores in ventriculum protun
Ottho Heurnius obſerv. 13.

SCHOLIA.

I*Nter colon & ventriculum ſympathia*] Quam obſervavit *Riolanus* in Encheiridio, Notandum *ait* fæces prope jecur & ventriculum in elatiore & a
coli parte coacervari: At vero cum corpus

 ſp

ıando pigra fuerit alvus, à ſtercoris tegmenta ventriculum, Inappetentiam ſe... cerebrum oppleri: Quare alvus colluenda, quo ſentina illa exhauriatur: Notum illud Hippocratis, Ventris ſegnities, & vaſorum impuritas, omnium confuſio.

Observatio XIII.

, Oris amaror, à bile in ductibus choledochis redundante, Veſicula ea turgente, Hepate male conſtituto.

ı (*vide tit. de Paralyſi lib. 1.*) Sæpe omnem cibum, inprimis *carnes faſtidivit*; ſævinum ſapiit, non raro amarore omnia imbuta videbantur: Hepar erat debipallidum & fere cruoris expers: Bilis in ductibus cholidochis vitellina redunoque parenchymate copioſe profluxit; veſicula foris albicans ſimili bile flava, continens calculum nucis moſchatæ magnitudine.

Scholia.

ſtidivit, Hepar mollius &c.] Corruptæ ſubſtantiæ, aut corruptionis incipientis ies & pallor indicia dant) hæc ſigna afncheridii Med. Practici, Vites imbecilo lentam, totius corporis extenuatio*arnis faſtidium* & ſummum vini optimi, ıetacioris deſiderium (cujus faſtidium lis copiam in os uſque obrepentem, ata parientem) præterea ex oris fœtore & animi deliquiis: Originem adſcribit bilioſæ faniei per jecoris carnem effuſæ, nec opportuno tempore expurgatæ, unde putret, ejuſque pariter carnem labefactat & tandem corrumpit: In incipiente corruptione utitur iis quæ refrigerando & corroborando jecoris obſtructiones ſolvunt, & bilem detrahunt: Confirmato morbo à refrigerantibus abſtinet, quia tunc caloris ſumma adeſt imbecillitas, unde hydrops, alvi profluvium, leientetia.

Observatio XIV.

Anorexia à vitio Hepatis ſubputridi, Lienis, &c.

Chirurgus diu de Inappetentia conqueſtus eſt cum dolore hypochondrii ſiniIn defuncto inveni hepatis colorem omnino mutatum, qui luteus erat vel lubſtantia mollis, laxa & putrida: Veſica fellis turgida, Lien pallidus & fere ejuſepate coloris, ſubſtantia ſemiputrida: Utrumque hoc viſcus proxime & arcte ınnexum; ventriculi quoque interior tunica corroſa: Mercurio vitæ ſæpe uſus *tit. de Hypochond. dolore.*

Scholia.

tæ ſæpe uſus fuerat] Quem Mercurium ... ernæ dici potius debere vult *Fabritius* ... ıla ad Doringium; allato exemplo ... ıdurenſis ab ejus uſu eodem die extin... s Bernenſis, à trium granorum exhibitione in tantum diſcrimen vitæ adductæ, ut vix reſtituta ſit: Mercurio enim, tum vivo tum male præparato, vis maligna & erodens adeſt, ... viſceribus omnibus infenſa.

Observatio XV.

ntia, Bradypepſia, aliique affectus, Pancreatis vitio adſcripti, ab Hepate affecto oriundi.

ſcil. 16. Novembris anno 1667. in Noſocomio publice ſecui cadaver Juvencu4. annorum, quæ per integrum triennium ibidem decubuerat, modo per ſes graviſſimis *menſtruorum fluxibus*, modo *colicis torminibus*, modo *diarrhæis*, ı, Bradypepſia, tandem *Anaſarca*, eaque evicta, ſub finem vitæ longa *Tuſſi* cum ento ſputo detenta, in quo cadavere Pancreas (in quo uno dictorum malorum inventuros ſibi certo perſuaſerant illi ſtudioſi, qui antea Leydæ *Sylvii* inſtituerant) optime ſanum & prorſus illæſum invenimus, Hepate graviter affecto, t ſublivido colore tincto, & Pulmone multis ulcuſculis obſito. *De Diemerbræk cap. 9.*

Appendix.

ncreatis ejuſque ſucci, atque oſtenditur plurimis quidem morbis dare originem, peram tamen multos ipſi adſcribi, à vitiis aliarum partium deducendos.

cio hujus viſceris cum omnes opiniones prorſus conjecturales animadvertenec ullis rationibus aut experimentis fulciri, poſt multa tentamina anatomica, ı in vivorum, tum in recenter ſtrangulatorum brutorum ſectionibus, è Ductu Pancreatico

Pancreatico manifeſtum quendam liquorem, ſublimpidum & quaſi ſalivoſum, nonnil auſterum ac leviter ſubacidum (prærer experientiam illi omnem aciditatem deneg *Needham*) ac interdum quaſi ſubſalſum quid admiſtum habentem (in canibus morbo eundem etiam nonnunquam fœtentem ac pravi ſaporis obſervavimus) effluere in duode num inteſtinum, idque interdum copia non contemnenda: Nulla vero chylifera vaſa i hoc viſcus extenſa, ut nec unquam chylum in eo reperiri, Sed peculiarem humorem e ſanguinis arterioſi in illud delari ſeroſa atque ſubſalſa parte, admiſtis paucis ſpiritibus an malibus per minimos nervulos allatis excoqui, cumque ad inteſtinum duodenum effluer tem, & una cum effluente bile, alimentis in ventriculo coctis, ac per pylorum in inteſtin jam elabentibus, mox admiſtum in iſtis alimentis ſuſcitare peculiarem effervеſcentiam qua utiles chyloſæ particulæ ab inutilibus ſeparantur, attenuantur, & ad majorem fuſio nem deductæ (hanc ejus operationem oſtendit diverſitas ſubſtantiæ alimentorum in ven triculo coctorum, & adhuc contentorum, ab eorum quæ jam in inteſtina influxerunt: ill quippe viſcida & craſſiora ſunt, coloresque aſſumptorum varios obtinent: hæc contra ſun multo fluidiora, minus viſcida & magis albicantia) ſimul aptæ reddantur ut motu inteſti norum periſtaltico per interiorem mucoſam eorum ſubſtantiam in vaſa lactea impell queant, reliquis craſſioribus paulatim ad craſſa inteſtina defluentibus, ut in iis aſſerventu uſque ad excretionis tempus: Fit autem iſta effervеſcentia propter Bilis ſal volatile oleum que ſulphureum, concurrens cum ſucci Pancreatici aciditate, ſicut in Chimia ex talium concurſu ſimiles effervеſcentias fieri videmus.

His ita penſius conſideratis, mihi certum feci Pancreas non eſſe viſcus adeo inutile aut parvi momenti, ut à multis deſcribitur, & Liquorem, ſeu ſuccum in eo excoctum, non eſſe tam paucum ut vix obſervari poſſit, neque etiam excrementitium eſſe, ſicut multi putarunt ſed eſſe ſuccum mediocris quantitatis, & ratione ſuæ ſubacidulæ qualitatis ſpecificæ, maxime neceſſarium ad faciendum, una cum affluente eique admiſta bile, alimentorum coctorum, è ventriculo jam elapſorum; novam in inteſtinis effervеſcentiam, per eamque utilium ab inutilibus ſeparationem: Atque hinc ex Pancreate bene valente magnam ſanitatis partem dependere; male autem valente plurimos morbos, hactenus ſolis lienis, hepatis, meſenterii aliarumve partium vitiis aſſignatos, non minus quam ab aliis modo dictis partibus procedere: Et facile jam animadverti poſſe ab ejus ſucco vitioſo, ſcil. aut nimis copioſo, aut nimis acri affluente (præcipue ſi etiam bilis copioſior & acrior ſimul concurrat) nimiam & pravam fieri in inteſtinis effervеſcentiam, vomituum acidorum, rugituum, flatuum, tenſionum, diarhϾæ, dyſenteriæ, colicæ paſſionis (quæ tamen pleraque mala à vitioſa bile ſola etiam induci poſſe certum eſt) aliorumque ſimilium morborum cauſam: Vel ab eodem nimis pauco, vel nimis miti & inſulſo affluente, valde exiguam fieri effervеſcentiam, obſtructionum, atrophiæ, alvi durioris &c. cauſam: Vel interdum ab eo nimis ſalſo vel acido, ſurſum verſus ventriculum aſſurgente, famem caninam, nauſeam, vomitum, ructus acidos &c. Verſus inteſtina deſcendente, magna tormina, eroſiones, alvi fluxus &c. Verſus caput vero, una cum ſanguine aſcendente, epilepticas convulſiones, & quaſi hyſtericas paſſiones: Verſus ſtomachum aut cor, palpitationes cordis & leipothymias, pulſuumque ſummam inæqualitatem & debilitatem &c. excitari. Atque ſic pro varia vitioſitate hujus ſucci varios produci affectus, quales etiam in ægris hypochondriacis varii conſpiciuntur, quorum magna pars vitiis hujus ſucci merito adſcribenda videtur: Quæ vitia ipſi maxime imprimuntur, aut per pravam diætam, multorumque ſalſorum, acidorum, fumo ſiccatorum, acrium aliorumq; ſimilium uſum: aut per pravas coctiones aliorum viſcerum, præcipue Lienis, quia ſcil. his de cauſis, propter vitioſum ſanguinis fermentum plurimæ ſanguinis particulæ in corde minus ſpirituoſæ redditæ, atque ſubacidæ vel ſubſalſæ, & ad coagulationem pronæ remanentes, ſicque ad hoc viſcus per arterias delatæ, in eo nec ſatis ſubigi, nec in fermentum alimentis coctis ad inteſtina jam elabentibus conveniens, mutari potuerunt.

Sed notandum *Regnerum de Graaf* hac in parte nonnihil peccare; Clariſs. *Franciſcum de le Boë Sylvium* ſequutus, ab hac una inventa morborum cauſa, fere omnium morborum origines & cauſas deducere nititur, quippe diarrhœas, dyſenterias, colicos dolores, epilepſias, ſyncopes, hyſtericas ſuffocationes, menſtruorum fluxus, febres, & neſcio quos non alios ab hac una ſola cauſa produci exiſtimat: haud aliter ac ſi nulli alii vitioſi humores, aliarum partium vitiis geniti, tales morbos unquam producerent: Cum tamen ægrotorum mortuorum cadaverum ſectio millies doceat tales morbos ſæpe integro ac pene illæſo pancreate, aliarumque partium vitio fuiſſe inductos: Multoties enim coram multis ſpectatoribus demonſtravimus, integro pancreate diarrhœas, dyſenterias & colicas affectio-

ıepatis & bilis, ut & epilepſias vitio cerebri & meningum, aut ab auris fœtente
e inductas: febres quoque plurimas, à vitioſis humoribus per aliorum viſcerum
ı aliquarum intemperiem, pravam coctionem, inflammationem, corruptionem
em &c. genitis ſuſcitatas: item hyſterica graviſſima & lethalia ſymptomata, vi-
ı præter naturam tumidorum, & virulentum, flavum aut lividum ſuccum, viru-
tus verſus ſuperiores partes expirantem, continentium fuiſſe excitata: eadem-
tis viventibus ſola vitioſa ſeminis excretione fuiſſe evacuata, nullis inſonti Pan-
ediis adhibitis.

Observatio XVI.

Apoſitia à ſcirrho Pancreatis & Glandularum meſenterii orta.

(*tit. de Phthiſi l. 2.*) cibum nullum appetebat, vomebat &c. Illi Pancreas indu-
erat omni ex parte, & plane ſcirrhoſum: Glandulæ meſenteriæ hinc inde ſcir-

SCHOLIA.

nduratum] Faſtidii ciborum in ægrotis deducit *Franc. Sylvius* à vitioſis halitibus ino, ex vitiata, propter vitiatos, ſimul Bilem, Pituitam & Succum Pancreati- ſcentia productis, atque ad ventriculum & os aſſurgentibus, Famem notabiliter minuentibus. Hinc ſi humor in Pancreatis glandulis conglomeratis præparandus, vitioſus conficiatur, quia illæ indureſcant, vel paucior generetur, mirum ne ſit appetentiam ea de cauſa minui.

Observatio XVII.

Apoſitia exorta à variis vitiis & complicatis partium naturalium.

Atronæ (*vide tit. de ventriculi dolore*) ventriculi dolore laboranti, ſuccedit fe-
bris, Apoſitia &c. Ventriculus erat inanis: Pancreas magnum & ſcirrhoſum,
r colliquatus omnino.

SCHOLIA.

colliquatus] Interdum Apoſitia naſcitur ıthia Renum cum ventriculo: inde ortum habet, quod diligenter notandum, ubi ſuſpicio Renis affecti. *Riolanus Encheir. lib. 3. cap. 28.*

ſiſſima N. (*de qua tit. de ventris dolore*) conquerebatur de Anorexia, dyſpepſia
tat exangue & decolor, meſenterium ſcirrhoſum: In ventriculo aliquæ cor-
nflammationis notæ &c.

idam nullum cibum Appetebat: Omentum illi plane putrefactum inventum
ulo reliquiſque viſceribus ſalvis. *Vide tit. de concoctione læſa.*

rcator (*tit. de urina per alium locum excreta*) cum lumborum dolore, urinæ ar-
entorum faſtidio laboravit, Dextrum latus renis erat expers: Siniſter pure ac
infectus: Juxta veſicam carcinoma.

nina N. ſenſim emacruit, omne genus alimentorum faſtidiens. Hepar re-
ıccum & mali coloris: Uterus corruptus & quaſi gangræna affectus. *Vide lib.
ribus.*

en. N. Inappetens fuit per totum morbum: Inteſtina omnia flatibus erant di-
ır refertum materia alba: In thorace aquæ libræ 5. Pulmones erant muco &
. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

ıtus hypochondriorum dolore, nauſea, vomitu, ſiti, Anorexia, &c. laborabat
us orificio ventriculi poſteriori erat affixus, nigricans ab inflammatione: Cum
ruerant pancreas & meſenterium &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

N. Appetitus fuit dejectus cum ſiti &c. In ſtomacho duo ulcera reperta: He-
k quaſi coctum, Splen putridus &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

ı cuidam poſt nimium meri potum dejectus ciborum appetitus &c. Lien erat
ıctior, durior, nigra amurca diſtentus: Inteſtina ſuperiora lividiuſcula, Hepar
Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.

ıannes N. poſt varios affectus cordis & thoracis, incidit quoque in Anorè-
entum in defuncto inventum putridum, Jecur magnum, plurima pituita refer-
c Ventriculus parvi, Veſicula fellis exigua: In pancreate omnia dura. *Vide
alpitatione cordis.*

ANATO-

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO II.

De Fame præter naturali.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

OBSERVATIO I.

Appetitus inexplebilis in quodam cui ventriculus ingentis magnitudinis, cruore ad medium repletus.

APRILIS 19. anni 1674. aperui virum 45. annorum, macilentum omnino, qu jam per annum inregrum, & quod excurrir, ægrotaverat: Expectoratio ad fuit modo ſanguinea, modo purulenra, ſine norabili, & vix ulla ſpirandi diffi cultare: Sæpius vomitus aderat cruentus: *Appetitu* rentabatur *inexplebili*, cun motu mareriæ ex ventriculo verſus lumbos, unde *animal quod* in ventre detineri, vari mobile, ſibi perſuaſerat, quod *quamprimum alimentum aſſumptum* eſſet, illico id *ſibi ſumeret*

In aperto cadavere inveniebam Pulmonem ſiniſtrum undique pleuræ adnatum, hin inde purulenrum, grandinoſumve: Hepar quoque variis locis valde induratum: Ventri culus erat ingentis magnitudinis, flatu diſtenrus, cruore ad medium repletus; cruſta in tima variis locis aberat, quibus eriam vaſa preſſa ſanguinem manifeſte effundebant: Aci dum inverſus ſpirabar nidorem: Credo ſanguinis cxrravaſati fermentationi & famem & inflationem hic adſcribi poſſe. *Gerardus Blaſius obſervat. Anatom. p. 122.*

SCHOLIA.

A*Ppetitu inexplebili*] Quid ſit Fames nemo non ab experientia aliquando noſcete didicit, eſt ſcil. Appetitus cibi: Sed quid Appetitum iſtum inducar, ejuſque cauſa ſit, de eo eſt diſſidium: Antiquitus Famem ab inaniiatum partium-tractione ſeu ſuctione fieri putatunt, eaſque nutrimento egentes ex venis, has ex hepare, hepar ex ventriculo, ſentiente facultate prædito, ſugere, eaque ſuctione moleſtiam illam, quam Famem appellamus, induci tradiderunt: Quæ opinio hodie merito exploditur, partim quod ſecundum banc plethorici nunquam forent famelici; partim quod non detur talis tractio, nec talis à partibus inanitis ab hepate per venas fieri poſſit, propter valvularum impedimenta: Alii, cum acida famem excitare animadverterent, judicarunt eam induci ab acidis ſuccis è Liene per vas venoſum breve ad ventriculum delatis: Hanc opinionem hodierna curioſior Anatome omnino peſſumdedit, demonſtrans in vivis animalibus ſanguinem per illud vas breve è ventriculo quidem verſus Lienem deſcendere, atque in ramum ſplenicum effundi, nihil vero ductu contrario à Liene ad ventriculum ferri, multi cum *Regio*, ſtatuunt Famem oriri ex morſu inaniti ventriculi, ab acribus & calidis quibuſdam ſuccis, per arterias in ventriculum, ſeu ejus tunicas continue impulſis, qui poſt expulſionem chyli non invenientes quod corrodant, ventriculum pungunt, quo nervus ſextæ conjugationis certo modo in eo motus, imaginationem cibi ſumendi excitat, in morſus iſtius remedium: Verum hanc ſententiam illud evincit, quod ſanguis arterioſus, propter inſphurearum particularum prædominium, non ſit ullo modo acer, ſed omnino mollis, mitis, dulcis, ita ut neque in ventriculi, neque in aliarum partium, quantumvis acute ſentientium tunicis ullam corroſionem, aut moleſtam punctionem faciat vel facere poſſit: Præterea hinc ſequeretur, quo plus hujuſmodi arterioſi ſanguinis ad ventriculum inanitum pelleretur, eo majorem futuram famem, atqui contrarium liquet in febribus ardentibus: Adde quod iis qui ſani per biduum jejunarunt, amplius nulla fames ſit, cum tamen ventriculus ſit maxime inanitus, & ſanguis per arterias continue in tunicas ejus influat: Si adicta corroſione excitetur fames, quare in talibus non contingit illa famelica corroſio?

Alii denique, quorum ſententiæ ſubſcribendum cenſemus, judicant Famem fieri à particulis acribus fermentaceis, genitis ex deglutiro ſalivali ſucco, aliiſque quibuſdam ſubſalſis acidisque ingeſtis, ventriculi tunicis adhærentibus, ab eoque ad aliquam aciditatem perductis, vel ab expulſo chylo in eo reſiduis, interiori rugoſæ membranæ (præcipue circa orificium ſuperius) affixis, eique moleſtam vellicationem inferentibus, qua per nervos ſextæ conjugationis cerebro communicata, excitatur imaginatio cibi ſumendi, ad moleſtam corroſionem demulcendam:

Acrimonia his fermentaceis particulis à ventriculo imprimitur, cum in ſuccis, qui interiori tunicæ adhærent, ſulphureæ particulæ obtunduntur, & ſalſæ à ventriculi conveniente calore liquantur ad ſtatum fuſionis, ſicque ſpecifico modo aceſcunt: Quo etiam plurimum facere poteſt ſuccus Pancreaticus ſubacidus, in duodenum inteſtinum infuſus, ſi vel ipſemet verſus ventriculum aſſurgat, vel acidos vapores aut halitus ex inteſtino ad eum tranſmittat.

Hic objicitur, ſi hac de cauſa fiat Fames, ergo repleto

riculo, cum jam coctio & fermentario
maxima erit fames, quia in coctione illa
s excitantur particulæ acidæ & fermenta-
ntriculum magis vellicabunt, quam pau-
ntedictæ? Negatur, plures quidem erunt
rmentatæ, id eſt, diſſolutæ, ſed non fer-
d eſt diſſolventes: Exemplum habemus
entato, cujus tamen ſingulæ partes non
rmentandum aliam farinaceam maſſam,
plius acidæ, ſed, ut ex ſaporis dulcedi-
ulphureæ particulæ in eo prædominan-
uſque in diſſolutis particulis prædomi-
rearum perſiſtit, eo uſque non poſſunt
r fermentaceæ (ſulphur enim dulce eſt)
ebribus, in quibus hanc ob cauſam aci-
exhibentur, ut ſulphurea vis edomari,
tacea conveniens qualitas reſtitui poſſit:
lphurearum dominium ſalſarum acida-
arum vi ſuperatur, tunc aciditas fer-
roducitur; ac proinde repleto, & cibos
triculo, non ſunt plures acidæ, acres
es particulæ, & ſi quæ ſunt, illæ ab ad-
o liquore ita infringuntur, ut nullam
llicationem ventriculo inferre poſſint,
am fames eo tempore major eſſe non
otius ceſſat: Verum ubi chylus, cum
æ ſulphureæ, ſalſis permiſtæ particulæ,
fluxerunt, tunc quod reſiduum interio-
riculi adhæret, aut cum ſalivali ſucco
r, redundantia particularum ſulphurea-
t parte liberatum, calore ventriculi ace-
ium vellicat novamque Famem indu-
s ceſſat ubi per ingeſtos cibos & potus
ierit attemperata, ejusque acrimonia

ero hi fermentacei ſucci non tantum
riculo inſint, verum etiam lienis, pan-
ve partium vitio nimis acres & copio-
ore generentur, & à capite, aut infe-
ſcunque partibus tanta copia ad ven-
unt, ut ab ingeſtis cibis & potibus eo-
ſatis infringi & attemperari nequeat,
præternaturalis, quam Caninam vo-
ægri identidem cibos ingeſtos, una
ſuccis, inſtar ſucci citri (ut ipſimet te-
evomunt, & præ vellicante acrimo-
n humoris tenacitatem in ventriculo
ox iterum famelici ſunt & comedunt,
aceæ particulæ ſint viſcidæ, aut craſ-
motus, tunc longiore tempore opus
xaltationem & famis excitationem:
contingit, cum acidi ſpiritus in toto
hinc etiam in ſaliva & illo mucoſo
eriori tunicæ ventriculi adhæret, pau-

iam contingit Famem ſubito pro-
nui, cum amara bilis nimis copioſa
ſcendit, (hoc frequenter contingit
ioſis, in ictero, in febribus variis &c.)
mixtione, tam fermentaceas alimen-
poſt expulſum chylum in ventriculo
am eodem affluentem ſalivam cor-
fluxu fermenti vitiari certum indi-

nem excitantes fermentaceæ parti-
dictis paret, acidæ vel ſubacidæ ſunt,
unt quæ coctionem ventriculi pro-
ſta alimenta fermentant ac diſſol-
cauſa etiam fit, quod acida modice

ſumpta famem excitent & ventriculi coctionem meliorem faciant: Hujus rei experimentum, (præter quotidianam experientiam quam in nobis ipſis percipimus) habemus in noſtris nautis, qui longo itinere ad Indos navigant, cum enim diu craſſis duriſque cibis in navibus uſi ſunt, hincque debilem appetitum & coctiones omnino languidas habent, ac ſcorbuticam cachexiam contraxerunt, tandem quamprimum ad Inſulas aut Regiones appulerunt, in quibus ipſis copia limonum ſit, mox ab aciditate ſucci iſtius fructus appetitus, omnesque languentes coctiones in iis ſuſcitantur, & ſic ad priſtinam ſanitatem brevi redeunt:

Acidæ igitur ſunt fermentaceæ iſtæ particulæ à quibus Fames excitatur, quæ ſi in ventriculo defecerint, tunc fames languet, & chylificatio non perficitur, ſed cibi crudi incoctique dejiciuntur, tales quales ſunt aſſumpti: iis ruſus in ventriculo genitis, coctiones redeunt, & appetitus reſtituitur: Unde *Hippocrat.* 6. aphor. 10. dicit. *In longis lævitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, bonum eſt ſignum:*

Quomodo autem fermentaceæ particulæ ſubacidulam iſtam acrimoniam nanciſcantur paulo ante dictum, ſcil. per convenientem calorem ſalias particulas ad ſtatum fuſionis liquantem, Dico *convenientem*, quoniam ſicut ab admiſto fermento panis in loco tepido bene, in frigido ægre, in clibano fervente nihil prorſus fermentatur, ita etiam aciditas hæc nonniſi à moderato ventriculi calore excitatur, & poſtea in actum majorem ſuſcitatur, à nimis parvo non producitur, à nimis magno diſcutitur, ipſi fermentum futuri liquores conſumuntur, Hinc in pituitoſis hominibus, intemperie ventriculi frigida præditis, fames languet coctioque debilis eſt: in bilioſis, calidave ventriculi intemperie donatis tollitur, Atque hinc etiam non ſequitur, *Quo major eſt ventriculi calor, eo major erit fames, & fortior ac melior concoctio:* contrarium enim liquet in cauſo & ventriculi inflammatione: Igitur non calor, ſed Fermentum (quod in aliis acrius, in aliis mitius exiſtit) eſt cauſa proxima Famis & coctionis ventriculi; calor vero moderatus eſt cauſa materiam diſponens ut inde gignatur Fermentum, idque fermentum exaltans & in actum promovens. *Diemerbroek Anat. lib. 1. cap. 6.*

Unde animal aliquid &c.] Cauſam Proximam Famis naturalis ponit *Galenus*, & multi cum eo, *Suctionem venarum*, Remotam, defectum alimenti, 1. de ſympt. cauſis cap. 7. *Andr. Laurentius* ad hujus loci illuſtrationem notandum cenſet, *Quod ad appetitum animalem quinque neceſſario concurrunt ſymptomata, quæ hoc ordine ſeſe conſequuntur: 1°. neceſſarius eſt exhauſtus partium, deinde earundem ſuctus & tractus: exhauſtæ enim particulæ trahunt à vicinis, hæ ab aliis continuatione, donec ad aliquod extremum perventum fuerit; extremum hoc ventriculi eſt orificium ſuperius, ubi ceſſat tractus: Ex tractu tertium ſequitur ſymptoma, divulſio oris ventriculi, ex divulſione ſenſus, ex ſenſu appetitus:* Hæc ſententia, quantumvis egregiam veritatis ſpeciem præferat, multorumque patrocinium hactenus invenerit, non leves tamen difficultates conflat rem accuratius penſitulaturo: 1°. enim 5e. ſymptomata in appetitu animali concurrere debent; Si in appetitu ſymptomata concurrunt, homo eſuriens non amplius erit ſanus, ſi ſymptoma omne eſt p. n. & morbi ſoboles, ſic ſemper in ſtatu præter naturali erit conſtitutus: Appetitus eſt actio ſ. n. ideoque opus non eſt ut à cauſis p. n. inſtituatur: *Galeni* cauſas ut jam ordine tangamus, priuſquam fiat Appetitus, evacuationem alimenti

alimenti partium ſub cute fieri, actionemque ibi incipere neceſſe eſt, quæ moleſtat partes alias, donec ad ventriculum perveniat eundemque mœrore quodam afficiat: Sed ſi evacuatio ſanguinis, in peripheria corporis abſumpti, cauſa appetitus remota, quare idem ſanguis profuſus venæ ſectione appetitum non excitat? imo quo largior cruor venæ ſectione effundetur, eo major appetitus debebat ſuccreſcere, quem tamen exinde potius inde proſterni conſpicimus: Simili ratione quamcumque hæmorrhagiam fames ſequi deberet: In morbis chronicis quanta ſub cute emaciata evacuatio, quanta totius corporis extenuatio? quare autem venæ tum temporis non ſugunt? Imo non poſſet fieri appetitus niſi venis majoribus plane depletis: Porci aliaque bruta ſaginata nullum amplius appetitum habere debebant, quum ſub cute in illis nulla amplius fiat nutrimenti evacuatio & conſumptio: Si ſugentes venæ mœrorem parerent in ventriculo, eundem in aliis quoque partibus efficerent: Mirum enim alias eſſet famelicas venas continua ſuctione ſolum enecare ventriculum, quum prius cordis vel hepatis fores pro erogando viatico quoque pulſare debuiſſent. Demum in ambientem aërem digeruntur extremitates corporis noſtri, & ab ea conſumuntur, ab aëris proculdubio calore agente in humidum noſtrum, Quocirca tempore æſtivo appetitus debebat eſſe major, minor brumali, imo in ſumma aëris frigiditate nullus, contrarium tamen paret, ut & ex *Hippocr.* 1. aphor. 15.

Deſcendamus ad ipſum ventriculum, quid ibi ſuctio præſtare queat contemplaturi: Venæ ſorbillantes ſi macerant ventriculum, quo in tractu macerabunt? an forſan in uſtiolo hoſpitem cibum excipiente? at ſtolida erit natura venam ſorbere jubens ea in parte ubi ſaturari non poterat, aquam in pumice quæſituram: Ab anſerinà ſimplicitate non procul abeſt credens venarum ſuctionem in orificio ventriculi ſuperiore fieri, quippe cum nullus ibi perficiatur chylus, nullæque adſint pro attrahendo chylo venæ In penetralibus ergo vel parietibus ventriculi ſuctio inſtituetur; hanc vero ibi non fieri oſtendunt venæ lacteæ ab Aſellio demonſtratæ: Ponamus vero venas ſugere vel in ventriculo vel in inteſtinis, ſed probandum iſtam ſuctionem moleſtiam pro fame & ſiti excitanda ſenſibilem creare: Infans fortiter ſugens matris mammas nullam moleſtiam nullumque affert dolorem: Venulæ autem minutulæ levis ſuctio qualem exhibebit moleſtiam? Quod etiam *corrugatum* ventriculi appetitum evenire quidam credunt, dubium evadit ex eo quod quo magis jejunetur corrugeturve venter, eo magis quoque appetentia eat peſſum: Hinc Scythæ, ex Eraſiſtrato, jejunaturi ſtomachum & inteſtinorum regionem de induſtria faſciis arctioribus ſtringebant ad eludendum appetitus ſtimulum: Tandem venas depleri in extremitatibus falſum, quum arteriæ ſolum ſanguinem ad partes cum interiores tum exteriores pro nutrimento deducant; Et licet particula ſanguinis arterioſi conſumatur, facili tamen negotio iſta poteſt reſtaurari ſanguinis è corde & vena cava affluxu: nec opus ut ob levem defectum venæ ſtatim defectum ventriculi implorent, inprimis in obæſis & plethoricis corporibus: Fames & appetitus p. n. auctus ad veram appetitus naturalis cauſam nos poteſt deducere; is enim omnium conſenſu fit ab humore melancholico, vel acri, continuo os ventriculi ſtimulante: Sed ſi humor p. n. magnum facit appetitum, quare non etiam humor naturalis moderatum & naturalem?

Moebius Medicina Phyſiolog. cap. 9. Vide plura ibidem.

APPENDIX.

De Canina Fame ex Lumbricis alimentum aſſumptum depaſcentibus.

A*Nimal aliquod alimentum aſſumptum ſibi ſumeret*,] Mulier quædam cum multa & immodica aſſumeret, omniaque concoquerer, & nunquam ſaturari ſe diceret, roſionem vero in ſtomacho experiretur, & capite doloret, pulverem ſumpſit ex hiera, hinc vermem projecit qui longitudine 12. cubitos & plures habere putaretur: atque tunc immoderata & furioſa Appetentia conquievit: Innotuit igitur non Bulimum, ſed beſtiam fuiſſe quæ ad cibum ſumendum compelleret omniaque conſumeret. *Trallianus l. 7. c.* 4. Scribit *Nicolus* capite de Bulimia, quod novit Florentiæ mulierem, quæ propter vermes plures, quos habebat congregatos in ventre, non ſtabat hora una inter comeſtionem & comeſtionem: quæ ſi aliquando dimittebat cibum, vehementer cruciabatur: idcirco pluribus vicibus ſurgebat ad ſumendum, finaliter ſumptis pilulis de colocynthida multa phlegmata emiſit, & vermes ultra centum, & ceſſavit ab ea appetitus ille. *M. Donatus h. mir. med. lib.* 4. *cap.* 2.

Observatio II.

Fames extraordinaria inſigni Hepatis moli adſcripta.

§. 1. NOſtra ætate grandævam fœminam vidit parens, quæ ne ad momentum quidem abſque ingeſtione ciborum & potuum vivere potuit, quin licet anxia ſupra modum exiliret, & tanquam injecto laqueo ſtrangulabunda quamprimum videretur: Hoc illi vitium fere à pueris cum ætate habuit incrementum: creditum eſt multis aut anguem aut ſimile quippiam in corpore latere. Tentatis variis, nihil omnes Medici profecere: Sed una duntaxat ratio fuit referenda in hepatis molem vel, ut uno verbo dicam, monſtroſam idioſyncraſiam:

Nam aucta pinguedine ſupra modum, & calore ſuffocato, apertus eſt venter, detractæque adipis libræ propemodum 20. Inventum eſt Hepar integrius, turgidum ſanguine ſpirituque

, ſed impenſius rubens ac mole ineffabili, ut ſola ſcil. magnitudine membra ſpi- onterminas partes oppreſſerit. *C. Gemma Coſmocrit. lib.* 1. *cap.* 6.

SCHOLIA.

ffabli] Fit hoc ſæpius cum ille formator s in diſtribucodia ſeminis materia rhyth- ːtvat, unde & major attractionis vis, & ca- on æqua membrorũ portione in animan- ːens, quandam tyrannidis ſpeciẽ in repub. facit: Ac illud ſequi neceſſe eſt, dum una pars amplius rapit; altera, quę debilior eſt, vim fortioris minime ſu- ſtinente, paularim opptimi parvas & magnas, donec & ipſum caput, diſſoluta œconomia totius, minorumque partium præſidio deſtiturum contabeſcat. *Idem Ibidem.*

nno 1672. menſe Januario, jubente prætore Urbano, cultro anatomico, Gene- ītum eſt cadaver uxoris aurifabri, nomine Rival; quæ veneno interempta cre- uia maritus pridie deceſſerat, at diſſimili morbo, hic enim poſt melancholicas s Catalepticus obiit; Illam gravidam peripneumonia extinxit: Hujus Hepar at magnitudinis, probe conſtitutum, utrique hypochondrio coextenſum; quod atus, ſciſcitatus ſum à conſanguineis adſtitibus num per valetudinem edax eſſet? ide negarunt: Poſtridie autem rei veritas innotuit per defunctæ amicam, quæ īit num aliquam inſueræ edacitatis cauſam in corpore deprehenderim? *Argen-* m. in artem parvam p. 609. experientia compertum eſſe ait, illos maxime eſſe ibus Hepar magnum: firmat Excell. *Th. Bartholinus* in Anatome, grandius eſſe ı timidioribus naturis, timidis & guloſis.

liolus N. nimia Appetentia laborabat, cum ſecretione per alvum ſuperflua, Hepatis erat magnitudo, necnon Lienis, Glandulæ per totum meſenterium &c. *Vide tit. de Diarhœa.*

OBSERVATIO III.

nes intenſa à ſtomachi & inteſtinorum vitiata figura, anfractibus carentium.

us Chaudonus voracitate erat Eriſictonæa, cui cauſam præbuit, quod nec ſto- nec inteſtinorum ullam habebat figuram proportionatam, præter œſophagum, ebat amplæ capacitati, maximæ cucurbitæ fundo ſimillimæ, quæ ad latus dex- magno Hepatis lobo, prope cyſtin felleam, involucrum faciebat, ſurſum ten- ıendo diutius alimento, nec enim pylorus ullus erat: *unicum* deinde *à pylori lo- ı inteſtinum erat*, ſine ullo anfractu: cumque aliorum inteſtina quatuordecim ıas, hujus vix ad quatuor ſpithamas accedebant in forma literæ S. ſed craſſitie ani: Meſenterium etiam ingens erat, meſaraicis refertiſſimum: vixit annos 40. *s obſerv.* 10. *Riolanus Anthrop. lib.* 2. *c.* 12.

SCHOLIA.

nin inteſtinis hic ab Anatomicis aſſigna- ; , 1. ne alimentum ſtatim elabatur non- ı concoctione: 2°. ne nondum abſoluta ſi ſtatim elaberetur, aliud mox alimen- : cogamur, ſicque ob voracitatem à re- liſtrahamur: hinc animalia quo rectio- bent à ventriculo ad anum, eo guloſiora nvolutiores eo continentiora. Ad pro- teniæ illius famis conferre potuit vaſo- ːotum ingens numerus citam chyli ana- vens.

ylori loco ad anum inteſtinum erat] Eadem orum conformatio animali in Lithuania ı naſcenti, cui à Voracitate Gulonis no- : Id invento cadavere tantum vorat ut : infletur tympani inſtar: itaque angu- ſtiam aliquam inter arbores ingreditur, & per vim ſeſe ipſum intrudit, ac ventrem premens ſtringensque exo- nerat, ut violenter ingeſta violentius egerat, ſic exte- nuatum rurſus ad cadaver properat & rurſus impletur, ita ut viciſſim de cadavere quantum pôteſt devorẽt & excernat, donec totum abſumpſerit: Animal id olim à P. Pavvio ſectum, in quo, præter admirabilem cum humano corpore ſimilitudinem, hoc inſigne reperit, quod cùm inteſtina, tam humana quam brutorum, partim in tenuia & craſſa, partim in ſex partes dividan- tur, in hoc bruto nihil tale apparuit, ſed inteſtinum ab exortu uſque ad exitum, undique ſibi ſimile figura in- ventum, nec formam ullo pacto mutari: quæ cauſa eſt quod hoc brutum ingeſta compreſſu abdominis egere poſſit: quum & cœco careat inteſtino & re- liqua recta ſint.

OBSERVATIO IV.

Fames & edacitas ſumma à putri Liene.

Ē iis quibus putris & vitioſus erat Lien & edacitas ſumma, patet exemplo Caroli *d'Herville & Formagei*, cui utrique putris erat Lien, & edaciſſimi erant: *Gul. Ballo- r Ephemer. l.* 1. *p.* 61.

SCHOLIA.

olicos paſſim edaces eſſe cenſuit *Galen.* corpore Lienis refluat, per vas venoſum in ventrem ipſum, ſuccus melancholicus acidiuſcu- lus, proritandæ appetentiæ accommodatus: Sed & alia

alia ratio reddi poteſt, Cancroſa diſpoſitio in Liene, ut quibus Lien putris eſt & corruptus: duabus enim de cauſis iſti ſuot edaces, tum quod Lien laborans & infirmus oou defæcet corpus à ſucco me cholico, tum quod inſtar caucri depaſcatur alim tum. *Idem ibidem.*

§. 2. Johannes N. valde famelicus erat & ciborum appetens, vix Famem ſatiabat: M tui putris & ſemilacer inventus eſt Lien, & in magnam molem excrevcrat. *Vide lib. tit. de Febribus.*

Observatio V.

Anatome Viri voracis, in cujus ventriculo aquæ nigræ copia inventa eſt.

CUm poſt mortem aperiretur ventriculus cujuſdam ex ordine Equeſtri, inventa magna copia aquæ nigræ inſtar atramenti ſcriptorii: Ideo Eques iſte admodum avi ſolitus fuit vorare, quod Appetitus aciditate ſucci in orificio ventriculi ſtimularetur. *L bavius in Ciſta Medica Hornungi.*

SCHOLIA.

SUcci Melancholici, cum aquis, receptaculum Lienem eſſe, utut in optime conſtitutis naturis, etiam hæmatopoi ſi inſerviat, oon eſt fabuloſum: Non ita dudum obiit quidam qui ante mortem aliquoties vomuit nigram, quaſi fuligine miſtam, aquam; hæc unde niſi ex Liene in veotriculum effuſa? Succus nimitum melancholicus dilutus aquis, quas ex ventr culo & hepate aſſumpſerat, Lien cum fæce ſangu nis regurgitavit, reſtagnavitque in ventriculum, S lit autem eſſe acidus ſeu aluminoſus.

Idem ibidem. Vide Scholia ad obſervationem 1.

Observatio VI.

Hominis voracis anatome, in cujus ventriculum bilis deferebatur.

REmex Veſalii, cui bilis ad ventriculum deferebatur, homo in vita, commilitonum ſuorum teſtimonio, erat voraciſſimus, fortioriſque venrriculi, non facile nauſeæ in procellis maris obnoxii. *Gothofr. Moebius in Fundamentis Phyſiolog. cap.* 17.

SCHOLIA.

CUm natura bilem cum chylo in inteſtinis, & interdum in ipſo ventriculo miſceat; neceſſario uſum aliquem in chylificatione præſtabit; Non deſunt authorum teſtimonia de hac Bilis virtute: *Mundinus* in ſua Anatome quoque atteſtatur, quod delata bilis ad ſtomachum pro corroboranda virtute: digeſtiva veniat; In lib. de Anatomia vivorum *Galeno* attributo, idem corroboratur, *Cyſtis fellea habet tres meatus, unus dirigitur ad fundum ſtomachi, quo tranſmittitur cholera in ipſum ſtomachum propter digeſtionem confortandam*: Lupi ideo deprehenduntur voraciſſimi: confirmat Remex *Veſalii*: Porus choledochus licet raro ad ventriculum abeat, veſicula tamen fellea contactu ſuo cum ventriculo nonnihil communicat, quem & ea ratione calefacere poteſt *Idem ibidem.* Si ad concoctionis facilitatem conduci Bilis, eadem & ad Appetitum ciendum valebit, cum hic inanitionem ventriculi ſequatur, quæ quo citius concoctionem in eo factam ſequitur, eo promptius Fames præſto eſt. Vide obſerv. 128. ſect. 7.

Observatio VII.

Anatome puellæ famelicæ, in qua Splenica vena inſigni magnitudine prædita reperta eſt.

PUella (*de qua libro ſecundo, tit. de Phthiſ.*) variis affectibus conflictata, Appetitu tamen continuo & comedendi aviditare donata fuit, quod proveniſſe apud me non eſt dubium quod Lien illi plane erat ſanus, Splenica etiam vena maxima: Lien enim cum craſſiorem chyli parrem ſine ullo impedimenro ex venis meſaraicis continuo traheret, Et proinde humores acidos copioſe ad ventriculum tranſmitteret, facile immodica Appetentia conſequi potuit. *Hildanus cent. 6. obſervat.* 74.

SCHOLIA.

L*ien plane ſanus*) Si ex obſervatione multorum, quibus imbecillis Lien aut putris, ii voraces ſunt, quomodo ſi ſanus eſt eundem effectum pariet? Aliam vero rationem in puella ſupradicta afferre licet, anadoſin ſcil. chyli impeditam, ob pancreatis ſcirrhum, & meſaraicarum vaſorum obſtructionem, onde fruſtraneum famelicarum partium & alimenro fraudatum deſiderium.

Conſtat præterea, ut notat *Lower* Tract. de motu cordis cap. 5. Lienem nihil ad ventriculum immediate transferre, ſed aliunde atque ex ipſo ſanguine petendum eſſe fermentum hoc, quod ingeſta omnia in cremorem lacteum diſſolvit: Cujus quoque id non leve eſt argumentum, quod melancholia hypochondriaca affecti, humore ſalino in ventriculum depoſito, magna Boulimia ſæpiſſime tentantur: & quamdiu appetitus iſte durat, ab omni dolore corporis immunes ſunt: humore vero acri iſto & ferino, metaſtaſi quaſi facta, in alias corporis partes depoſito, cruciatus & ſpaſmi cientur: interea etiam ut ventriculi appetitus omnis & digeſtio propter defectum ejus penitus flacceſcat; quod hypochondriacis fere omnibus ſolenne eſt, atque malæ ſanguinis diatheſi potius quam Lienis vitio proxime imputari debet.

 APPEN-

APPENDIX.
DE LIENIS VSV.

enem ad excitandum appetitum nihil conferre, exemplo Canis oſtenditur, qui eo per ſectionem privatus, ut ante famelicus fuit.

nem ſine Liene vivere poſſe teſtantur hiſtoriæ, *Laurentius* Anat. lib. 6. cap. 25. uo tempore Lutetiæ diſſectum fuiſſe juvenem, alias optime conſtitutum, qui lie- inventus ſit: *Kerkringius* Obſervat. Anat. XI. aſſerit ſe duos infantes diſſecuiſſe, ec pats defuerit: *Fioravanti* affert hiſtoriam Græcæ mulieris, cui reapſe Lienem :, unciarum xxxij. pondo, ex ejus corpore eductum facta inciſione lateris ſi- utio xxiv. dierum ſanatam: Ab aliis Anatomicis hiſtoriæ veritas confirmatur per perimenta, in diuerſis animalibus tentata, nulla ſubſequuta valetudinis aut fun- æſione: Sed ne dubitandi anſa ſuperſit, placuit varia ea de re tentare experimen- rivata, tum in conventibus noſtris, è quibus unicum adducam à ducentis com- teſtibus oculatis: Hæc operatio in cane ſi inſtituenda, infra coſtas latere ſiniſtro quatuor digitos longa, cavendo ne lædantur inteſtina: Inquirendus demum Lien, è corpore extrahendus: hinc filo vaſa ſingula conſtringenda ſunt, partibus vi- a connectentia & ligatura reſecanda, hócque pacto, citra guttæ ſanguinis effu- eparabitur: Tandem inteſtina introrſum reprimenda ſunt & quæcunque partes uram ſimul cum Liene egreſſæ: Cutis poſtea accuratè conſuenda cum peritonæo, mento, ventriculo, inteſtinis, aliiſque partibus.

s obſervatum Operatione hac eo modo, ad ſummum intra horæ quadrantem, anem non majus ab ea quam à ſimplici vulnere detrimentum percepiſſe, adu- ſe notos, & pauco elapſo tempore ediſſe.

ta vero addita obſervatione quid demum contingeret, experti fuimus canes poſt enem, appetitu ſolito intenſiori pollere, plura ingerere, alacriores eſſe, habi- i & frequentius lotium effundere.

di obſervationes abunde probant Lieni ordinarios uſus perperam aſſignatos eſſe, illius non alia functio ſit quam ut ſanguinem à limo & fæce melancholica defæ- ſtatuit *Galenus*, craſſior ille & terreſtrior appareret ablato Liene, quod experien- at: 2. Si Lien ſanguinem conficeret, ut placet Ariſtoteli, manifeſta corporis o, debilitati totius juncta, ablationi ejus ſuccedere deberet, quod tamen non ac- Si idem ventriculo acidum ſuccum, excitando appetitui congruum, vel con- limentorum inſervientem ſuppeditaret, quod plerique Avicennam & Riolanum ndunt, animantia Liene deſtituta à cibo abhorrere deberent, ſublata vero ali- n in ventriculo concoctione, petire: Tandem ſi Lien tenuando ſanguini condu- urimorumque ſpirituum ex hoc productioni, quod placet Clar. Franc. Sylvio, oſt ablatum Lienem tenacior & craſſior foret, corpus gravius, hebetiores ſenſus, nes ſingulæ minus vegetæ, quibus contradicit Experientia: In contrariam porro tentiam, Lienem nempe condenſare ſanguinem eíque conſiſtentiam quandam in eum finem ne rapidior ſit illius per vaſa excurſus, aut ſubtilior is æquo fiat: ſunt conjecturæ fundamenta, Bilis amara, in jecore genita, tantam tenuitatem onciliat, ut in enormi caloris & motus exceſſu conſtitutus videretur, niſi à natura moris, eum fixandi & coercendi vi præditi, admiſtione cautum eſſet: A nulla te, præterquam à Liene, effectus is expectandus eſt; omnibus enim in confeſſo eſt otis, acidi & mordicantis, illum originem eſſe, in ſanguine poſt filtrationem bſtantiam reperiendi: Quantum enim ſapor amarus caloris corporis exuberan- um eſt, tantum aciditas frigoris, in corpore, quod occupat, ſupponit, cujus eſt : Hinc conſtat experientia amara à Medicis in uſum duci ad purgationem, ac leſactionem corporis, vice verſa eoſdem acidis ad refrigerium totius uti: Notum Tartari animali infeſtum eſſe, in ejus venas infuſum, inducta ſanguini fermenta- imia attenuatione; Ex oppoſito acidum vitrioli, ſpiritum coagulando, & figendo n venis, idem occidere: Ea de cauſa biliosi agiliores cæteris & calidiores ſunt; ici autem ſegniores & frigidiores: Hinc liquet Lienem inſpiſſationi ſanguinis m ejuſdem attenuationi deſtinatum eſſe: Certum eſt chamæleontem, lacertam, avium genus quod Splene deſtitutum eſt, calere magis, ſubtiliſque magis ſanguine nimalibus quibus illud viſcus conceſſum eſt.

eſt rationem reddere ex hac hypotheſi eorum quæ obſervata ſunt in animali-

bus

bus quibus Lien exemptus eſt: Sanguis enim ea temperatione deſtitutus, neceſſe eſt ut gyrum citius agatur renuiorque evadat: Sanguinis autem tenuitati, ut præcipuæ cauſ adſcribenda corporum agilitas, ſpirituum mobilitas, edacitas, ac tandem ur ab aſſump uberius ſolito alimento corpus pingueſcat: id quod contingere animadvertimus cum e craſſo aëre in tenuiorem fit tranſitus, Ea tandem ſanguinis ſubtilitas, cui Splen craſſitie non indidir, forte cauſa eſt frequentioris mictionis in animalibus liene ſpoliatis: Tenu enim ſanguis in ſerum facilius ſolvitur, renes facilius ſubit & trajicit, uberioremque prou de veſicæ materiem ſuppeditat. *Ex Ephemer. Eruditorum Aug.* 1. 1672.

Observatio. VIII.

Fames extraordinaria imputata magnitudini Ventriculi & Lienis; Ac trium inteſtinorum abſentiæ.

Cuidam Illuſtr. Baroniſſæ ambo Pulmonis lobi, ſcil. ſuperior atque inferior ſiniſtri la teris defuerunt, quia natura defecit in eorum productione: Ventriculus magnus ad fuit, cui à Liene vas breve amplum ſine valvulis communicabatur: Lien erat ponderi ℔vjß. Inreſtina tantum tria apparuerunt. Jejunum, Colon amplum ſoliróque craſſius, & Rectum: Horum longitudo non xiv. ulnarum Patavinarum, ſecundum *Spigelium*, ſed tantum trium viſcbatur: Natura ergo cum defecit in producendis medio pulmone, parvo hepate & brevibus inreſtinis, ſupplevit defectum in Liene: Hæc Domina fuit multi & craſſi cibi, non bis ſed ſæpius in die comedendo, quaſi lupino fuiſſet donara inteſtino. *Antonius de Pozzis in miſcell. Curioſis anni iv.*

Observatio IX.

Fames inſatiabilis à Pediculorum caterva in ventriculo, alimentum abſumentium.

Puer Ictero laborans non Galbulam quæſivit, ut eam fixis aſpiciens oculis ab Aurigine liberaretur, ſolo obtutu: non ad calcinara ingenioſiſſimi Helmontii alkalia provocavit, ut debellarent Arquatum: non ad appoſitiora Sylvii confugit apozemata, aut acuratam medendi invocavit methodum, ut viſcidi humores piruitoſi, bilem in ſuo motu impedientes inciſi profligarentur, ſed in ſordidiſſimis pediculis ſolatium ſe juventurum ratus, ſeprem vel novem devoravit: Diſparet ſenſim morbus, unde & ſibi & puero gratulabantur parentes; verum citato gradu approperantibus gravioribus ipſo morbo ſymptomatibus, ſtultæ lætitiæ ſuæ graves dederunt pœnas: Pediculis enim ſugillatus inſidioſus hic hoſpes, ſimulata tantum fuga delituit aliquantulum, ut poſtea ceu alter Pharaó ſurgeret contumacior: Succeſſit quippe invicem hujus mali pallor infernus, Appetitus nimius, imo caninus, ut jurares huic quinquaginta Ægeonis fuiſſe ventres, inſignis quoque acceſſit *Atrophia*, unde mors.

Cum aurem ventriculus defuncti cadaveris, quod jam tum ariditatem menriebatur, permiſſu parentum, novaculæ cedebar in prædam, obtulir ſe monſtroſæ magnitudinis inuſitata pediculorum in unum conglobatorum colonia, qui in hanc civitatem receptis, infelici ſidere, ſed tecto latere natalibus, numeroſiſſimæ ſuæ multitudinis orginem debuerunt.

Scholia.

Si quid contra Icterum valent pediculi, quos in conſilium ſæpe adhibent anus Medicæ, nec diſſuadente *Zacuto*, expediunt certe omne illud negorium ſale ſuo volatili, qui præſtat ut & inimicæ amoliantur obſtructiones, & corporibus noſtris alacrius ſe moveant liquores: Verum me judice, & nauſea & periculo vacuum nobis exhiberent hæ beſtiolæ metamen, modo ad rigidiſſimum vulcani tribunal protractæ excuterentur diligentiſſime, ut ſalia quæ in ſe poſſident volatilia, Chemiæ penderent. *Georgius Hannaeus in Actis med. Th. Batholini annor.* 1674. 75. & 76. *pag.* 168.

Pediculorum colonia) Brugelius, Profeſſor Medicus Lovanienſis, narrante *Heurnio* de morbis capitis c. 8. in humano cadavere poſtquam aperuiſſet ventriculum, veſicas ei affixas deprehendit pedunculorum plenas.

Observatio X.

Voraces & bibones amplo ventriculo non ſemper prædit ſunt.

Magnitudo venrriculi variat pro varietate ætatis & magnitudinis corporis, cujus proportioni reſpondere debet, quamvis hæc non ſit perpetua regula; nam varios diſſecui proceros, quibus ventriculus erat parvus: varios quoque brevioris ſtaturæ, magno ventriculo donatos: Guloſi, voraces, magníque biberones magnos plerumque ſolent

riculos : Verum neque illa quoque regula caret exceptione , memini enim ı, Anatomicum Leydenſem, diſſecuiſſe cadaver hominis proceri ac validi, qui nus fuerat potator ac ſtrenuus helluo, comeſtor etiam haud exiguus, & ſemſanus , uſque dum tandem funeſto fine vitæ finem imponeret , in quo vidiulum adeo parvum, ut vix ad dimidiam ordinarii virilis ventriculi magnitudi-ret, ſed tripla craſſitie ordinarios aliorum ventriculos ſuperabat. *Diemerbroek* 1. *cap.* 6.

S C H O L I A.

diam ordinarii virilis ventriculi) Communis quam maribus minor eſt , ut uteicus detur , minores enim plurimum inæ , nec vitis tamen guloſiores, ut cren eadem nempe magnitudinis ratione ñ calore concoquente & digerente illis guloſis & potatoribus major eſt , ita ut ſi nudus tacto deprehendatur : Dilatacum uſque pervenire vult *Columbus* , & cum copia nimia turget, etiam longius progredi cenſet *Archangelus* : at contractus & corrugatus in ſobrie viventibus craſſius eſt & ſub hepate occultatur: Cognoſcitur autem magnitudo ventriculi : 1. Ex magnitudine oris, qui enim oris ſunt magni,ii & voraces, ſed inſimul audaces & magnanimi. 2. Si à cartilagine enſiformi uſque ad umbilicum longius eſt ſpatium quam faciei vel pectoris : *Bartholinus Anat. Reformat. lib.* 1. *cap.* 8.

Observatio XI.

um ſumme famelici Oeſophagus in thorace inſigniter dilatatus repertus eſt.

licitate ſtomachi quæ propono , cum frequentius occurrant , ſi non omni moltem aliquo , admirationem haud adeo movent , eo quod non ita ptidem vit in diſſecto corpore alio viti alicujus , toto ætatis tempore valde *Famelici*, ıni. Oeſophagus hic , in thorace , intra cor & diaphragma inſigniter dilatatus, uaſi ventriculum conſtituebat , utroque enim extremo anguſtia maxima noi nempe gula hæc dilatari incipiebat , & ubi iterum ad ſtatum debitum acceſa etiam hæc cavitas intus obſervabatur, materia ex albo flaveſcente , eáque ducta: Ab hoc ventriculo , per orificium, uti diximus , ſumme anguſtum, tranl duorum tranſverſorum digitorum diſtantiam , in ventriculum verum , qui mino conſtitutionis erat, ſive ſubſtantiam ſpectes, ſive locum aliáve. *G. Blaſius* *ut. p.* 120.

Observatio XII.

limia & Fames canina infarctum meſenterii ejuſque abſceſſus ſequuta.

ndiis ægri citra manifeſtam cauſam tabeſcunt : adeſt tamen Boulimus ac Apcanina ; Hoc malum ſæpe cauſam habet in venis meſaraicis , vel in ipſa meſentia , quæ ſæpe inſignem abſceſſum patitur. *Bontius Medic. Indorum Obſerv.* x. *ct.* 7. *Obſerv.* 134.

S C H O L I A.

ppetentia canina) Hæc duo nomina inonfunduntur & pro uno eodémque *aleno* 1°. de cauſis ſymptom. cap. 7. Bumens Eſuritio, ex indigentia ſimul , imrefrigeratione oris ventriculi nata: Symmale affecti oris ventriculi , quo priægri expleri cibis nequeant , paulo veintur appetitu , animo linquuntur , vi-, exolvuntur , decolores ſunt, torquen-, refrigerantur corde & extremis parue habent admodum obſcuros : Fames citur, quando poſt nimium aſſumptum omitus conſequitur , & ita ægri canum ur , qui cibos voraciter aſſumptos vor : Quibuſdam tamen alvi fluxus ponitus accidit , natura copiam illam aliventriculus concoquere non poteſt, per alvum detrudente : (*Bontius* l. c. leienteriam ſæpe comitem eſſe teſtatur) In Boulimia vero vomitum non adeſſe volunt , Quidam inſatiabili edendi deſiderio tenentur , abſente tamen vomitu & alvi fluxu, cibum quanquam copioſum , probe coquentes , &, niſi mox alium ſumant , male ſe habentes : vide exemplum apud *Sennertum* : Qui Famis cauſas *à Galeno* adductas non admittunt , inanitionem ſcil. partium , hinc ſequentem tractionem & ſuctionem ad os uſque ventriculi pertingentem , (*vide obſervat.* 1. *in Scholiis*) Hermeticos ſequuntur , ſtupendi hujus appetitus cauſam ſpiritui cuidam diſſolventi in corpore genito, innata proprietate quicquid cibi ingeritur, citiſſime abſorbenti & diſſolventi, ut legitimus & ſtatus alimenti aſſumendi terminus expectari nequeat. *Vide Riverium pract. lib.* 9. *cap.* 2.

OBSERV.

Observatio XIII.

Ductus Pancreaticus duplex in viro Famelico repertus.

VIII. Febru. 1676. in viro 40. annorum, præter alia notatu digna, etiam occurreb Ductus Pancreaticus duplex, diſtincto loco inteſtino connexus, ramulis quaquave ſum per pancreatis ſubſtantiam ſe diffundens: Famelicus omni tempore, dum in viv erat, fuerat defunctus, ventris intumeſcentiis atque cruciatibus mire vexatus. *G. Blaſi Obſerv. med. xv.*

SCHOLIA.

NAturalem famem augere poteſt in ſanis ſuccus Pancreaticus, ad tenue inteſtinum delatus, & poſt alimentorum ſecretionem depulſionémque abſolutam, in confluentem bilem duntaxat, & pituitam inteſtinalem agens, atque halitus acidiuſculos & gratos in ventriculum propellens: In ægris auctæ Famis cauſam petendam puto à ſucco acidiore in corpore abundante, ac præſertim ex Pancreate ad inteſtinum delato, ad inde halitus ſolito acidiores ad ventriculum amandante, qui famis ſenſum intendant, & poſt detruſa deorſum alimenta eandem mox renovent & potentius urgeant. *Fr. Sylvius Prax. lib. 1. cap. 2.*

Observatio XIV.

Fames canina à Colo inteſtino vitrea viſcida pituita referto.

VAlde obſervabilis eſt ſympathia quæ ventriculo & colo intercedit, Nam fœcibus in colo teſtagnantibus exilit teter vapor in ventriculum, in ejus ſuperiori orificio appetitum deſtruens, ſi quidem vapores ſint calidi: At ſi exiſtant frigidi, eum depravant in appetitum caninum: Quod rara & memorabili hiſtoria à *Gemma Friſio* in Coſmocriticis comprobatur, Narrat fuiſſe mulierem quæ noctu & interdiu, ſingulis fere horis comedere cogebatur, & ni faceret, in leipothymiam trahebatur: Vulgus fabulabatur ipſi aliquando Luttam per os irrepſiſſe in ventriculum, ibique hærere vivam: Sed poſt mortem aperto cadavere, Colon inteſtinum valde diſtentum deprehenſum eſt, totumque vitrea viſcida pituita flatuoſa repletum, unde frigidi acerbi vapores in ſtomachum inſilientes adeo moleſti morbi cauſa extiterant. *O. Heurnius obſervat. xxv.*

Observatio XV.

Pica in muliere, cui Colon craſſis flatibus diſtentum repertum eſt.

MUlier diu colico dolore excruciata & Pica ſive malacia vexata fuit, quam niſi ſubinde crudis piſcibus piſcibus comeſtis placare poterat.

Poſt mortem Colon ejus diſſectum craſſis flatibus diſtentum inventum eſt, quibus commotis cogebatur crudos piſces vorare; ideóque vulgo exiſtimabatur Lutram in ventre habere. *Sebaſtianus Eckerti notis ad praxin Dodonæi, cap. de Pica.*

Observatio XVI.

Pica à ventriculo σφακελώδει exorta.

NEptis D. Valeton hiſtoria eſt commemorabilis, Splenis corpus veſicæ incumbere deprehenſum eſt, & ſatis contumaciter adhærebat: Olim fœdis coloribus laboraverat, nec non tumorem paſſa fuerat, quem aniculæ vocant *le carreau*: Valde cacochyma erat, carbones illi in delitiis fuerunt: *χαλόχρως* erat, furtim compreſſa eſt, Tumorem tantum ventris eſſe credebant, ſecta in malleolo vena, data medicamenta, uterum ad legitimum pariendi tempus geſtavit; æger fuit partus, ipſo enitendi tempore extincta eſt.

Aperto cadavere, repertus ventriculus σφακελώδης: Lienis locus naturalis erat vacuus; circa regionem veſicæ latebat lien; putabatur a ſuo loco dilapſus laxatis ligamentis. *Ballonius Epidem. lib. ij. p. 227.*

SCHOLIA.

C*Arbones illi in delitiis fuerunt*) Depravata Famis, quam Picam & malaciam appellant, cauſa hactenus à nomine ſatis bene deſcripta nobis videtur cum interea affectus ille admirabilis exiſtat, utpote cujus tanta vis eſt, præcipue inter virgines & mulieres (hæ quippe frequentius quam viri ea infeſtantur) ut modo farinam modo cretam, modo carbones modo, abſurdas alias res appetant & magna copia comedant: Hujus tanti mali cauſa vulgo ſtatuuntur eſſe depravati humores in ventriculo contenti, qui pro diverſa ſingulorum natura, alii in eo excitant peculiarem famem ad hanc, alii ad illam peculiarem, ſive bonam ab ſive abſurdam rem, alii ad res pravas ſimiles, alii ad diſſimiles,

, quatenus ſcil. pro vitioſitatis diverſitate di-
mode vellicant & movent fibrillas nervorum
riculi, ex quarum ſpeciali motu cerebro com-
cato, mox in cerebro talis fit motus, quo ſpe-
appetitus excitatur ad hanc illámve rem: *Fran.*
Sylvius Prax. lib. 1. cap. 2. hanc rem explicatu-
dicit malaciæ cauſam eſſe vitioſum ventriculi
entum, corruptum ſcil. vel ab aſſumptis vitio-
mentis, medicamentis aut venenis; vel à morbis
ſtatis, præſertim fœmineis, totum ſanguinem,
ſalivam, ac denique ventriculi fermentum in-
antibus, & pravam iſtam diſpoſitionem illi con-
ibus: Verum ſi hæc ſpecioſa ratio valeat, ex ea,
o deducatur etiam quare talis appetitus determi-
ad res alienas, fiat quoque in iis quibus nulli
i humores in ventriculo ſubſiſtunt (quamvis pra-
umores interdum adeſſe poſſe negare nolim)
in praxi nonnunquam comperi id factum fuiſſe?
e in homine, nihil vitii in fermento aut ven-
o habente, ex ſola picturæ alicujus attenta
ctione, modo piſcium, modo fructuum, alia-
e rerum etiam abſurdarum fervidus appetitus
unquam excitatus fuerit: eodem modo ſicut ex
Veneris inſpecta pictura venereum deſiderium
tur? quænam vel qualis poſſit eſſe alicujus hu-
natura vel qualitas adeo mirabilis, qua ita po-
overe fibrillas nervorum & cerebri, ut ratio-
ecialis illius motus, excitari queat appetitus
idem molarem, carbones, fiſtulas tabacarias,
ue res abſurdiſſimas, quas neque in moleſtæ
tionis remedium, neque ut res neceſſarias ap-
oſſe quilibet ſatis videt: Hæc igitur aliam cau-
gnoſcunt, & aliunde procedunt, ſcil. ex ſolius
nationis errore, hincque educto pravo judicio,
la cerebri diſpoſitione, ſpirituúmque pravo mo-
, non vero ex humorum in ventriculo ſubſi-
m vitio: Pravi enim humores, pro majore mi-
vellicationis intenſione, poſſunt quidem in
ulo famem abolere, imminuere, aut nimiam
, ſed non poſſunt illam dirigere ad peculiares
res, eáſque ſæpe abſurdas, appetendum: Fa-
im eſt naturalis quidam inſtinctus, quo natura
cier incitat ad alimentorum aſſumptionem, in
æ vellicationis remedium, ſed non ſpeciatim
vel illa alimenta vel ad has aut illas, & ſæpe
as, res: Quod autem homines ſani famelici
piſces, modo carnes, modo fructus, modo
modo elixa &c. deſiderent, hoc non procedit
liari aliqua vellicatione, aut naturali appetitu
uli, ſed ab appetitu animali, quo judicant
hos, modo illos cibos, modo dulces, modo
modo acidos, gratiores, vel ſanitati magis
ientes futuros, atque hinc etiam interdum ma-
am appetitu deſiderant vinum abſinthite, hale-
das pluresque res per ſe ingratas, quam alias
gratiores & meliores: Cum autem electio vel
o alicujus rei aut cibi, dependeat à judicio, &
m peragatur in cerebro, non verò in ventricu-
ue alicujus determinatæ rei appetitus cauſa non
erenda in ventriculo ſed in cerebro; quod ſi
e habeat (latum ſcil. à pravis humoribus aut
bus ex ſaburra aliqua circa uterum, lienem,
as, aliáſve partes reſtagnante, ſurſum elatis,
communicatis) facile contingunt abſurdæ co-
nes, ex quibus depravatum ſequitur judicium
oia eſt in melancholicis, qui multoties circa
olam rem, ſæpe ab ipſis cogitatam, delirant,
quis ſatis bene judicantes; atque ita ejus vitio

ſeu errore, res pravæ ſeu abſurdæ multoties, tanquam ſaluberrimæ & optimæ, vel ſaltem ut gratiſſimæ appetuntur, de quibus Pica laborantes ſæpe cogitarunt: Quantum enim crebra alicujus rei intenta cogitatio talem depravatum appetitum accendat, & quantum in eo valeat, liquet in mulieribus gravidis, quæ multoties tam fervide appetentes ſunt, ut ſi illis rebus, quas appetunt, potiri nequeant ſæpe earundem rerum notas fœtibus ſuis imprimant; quæ impreſſio non poteſt dici procedere a ventriculi pravis humoribus, ſed à cerebro, quatenus crebra earum rerum cogitatio, cum judicio bonitatis, in eo peragitur, & per ſpiritus animales earum ideæ ex eo ad fœtum deferuntur, eíque imprimuntur: Præterea ægri pica laborantes non appetunt ſemper unam eandémque rem, ſed modo hanc modo illam, prout modo de hac, modo de illa magis cogitarunt, quod profecto uni alicui pravo humori in ventriculo hærenti non poteſt imputari, quippe diverſarum rerum appetitus à diverſis humoribus procedere deberet: Adhæc pica infeſtari ſolent ægri cum eſuriunt, & tunc illico avidiſſime eas res appetunt de quibus antea ſæpe cogitarunt, ſive bonæ ſive abſurdæ fuerint, eáſque non noxias aut pravas, ſed bonas & gratiſſimas fore judicant: quorum tamen alienum appetitum multoties ſtratagemate quodam præveni, injungendo ſcilicet domeſticis ut coram talibus ægris nullam facerent mentionem iſtarum rerum quas tam avide appetebant, earumque etiam picturas è domo amoverent, & interim tacite cibos bonos ſæpius de die offerrent, ſicque impedirent ne unquam eſurirent, tali enim modo in variis perfeci quod medicamentis aut rationibus perficere non potueram.

Una hic ſupereſt objectio, ſi ventriculi vitio non fieret Pica, ægri ab alienis aſſumptis male valerent, neque talia in ventriculo digererent, atqui è contra plurimi hac de cauſa nullum incommodum patiuntur, proculdubio quia in ventriculo ſunt tales ſucci pravi, qui illas res abſurdas diſſolvere atque digerere poſſunt, quas proinde ſpeciatim, in ſpecialis vellicationis remedium videtur poſtulaſſe ventriculus: Hujus objectionis efficacia facile divellitur, ſi conſideretur non abſolute verum eſſe quod ægri nullum incommodum à rebus abſurdis comeſtis percipiant, ſed illud duntaxat in paucioribus, nec niſi prima aut ſecunda tertiáve vice verum eſſe, poſtea vero eos inde ſatis graviter lædi, atque viſcerum obſtructiones, hydropem, ipſorum aliámve pravam cachexiam contrahere: Cauſa vero quod in principio à talibus rebus non manifeſte læduntur, duplex eſt: 1°. Quod in iſta avida comeſtione, ſpiritus animales per nervos ſextæ paris valde copioſi ad ventriculum fluant (ſicut in cogitatione de re venerea copioſi feruntur ad partes genitales) accedente etiam ſanguine arterioſo copioſiore: quam efficaciter autem hi ſpiritus in nutritione operentur, & quantum ad coctionem ventriculi faciant, ſi ſolito copioſiores influxerunt, liquet in illis ventris mancipiis, qui dies noctéſque in cute curanda occupati ſunt, & de ventriculo infarciendo fere ſemper cogitant: hi enim propter copioſos ſpiritus ad ventriculum determinatos, multo feliciores habent ventriculi coctiones, quam alii qui continuis literarum ſtudiis occupati, ſpiritus alio avocatos habent, hincque frequenter cruditatibus laborant, ac vix leviſſimos cibos bene digerunt. 2°. Quod Pica laborantes ſint plerumque nonnihil melancholici, vel tales ſaltem quibus acres fermentacei ſucci ſolito copioſiores & acriores in liene, pancreate & ventri-

culo

culo generantur, unde etiam cum incipiunt eſurire, acrius eſuriunt, & res quaſlibet ingeſtas longe facilius quam alii digerunt, imo quam illi ipſi aliis temporibus (ſic mulierem gravidam novi quæ ceraſa avidiſſime deſiderans, una vice quinque ſex ve libras: aliam quæ aaa. placentas: aliam quæ ſex haleces ſalſatas crudas comedit, & bene digeſſit, cum alioqui aliis temporibus minime eſſent edaces, ac ne quartam, imo vix ſextam earum rerum partem edere aut digerere potuiſſent) & hujus ratione fit quod tunc cibos copioſos, vel etiam res abſurdas, triticum, crudos piſces, carbones, cretam &c. duræ digeſtionis aliquot vicibus mediocriter bene digerant, vel ſaltem talia ipſis è ventriculo ſine noxa effluant, verum ſi diutius in talium uſu procedant, deficiente tandem acriore illo ſucco, adeo affliguntur ventriculus & reliqua viſcera, ut eorum coctiones plane interturbentur ac depraventur, & copioſi pravi ſucci, peſſimam cacochymiam, variorum morborum cauſam generantes, ſuſcitentur: Atque ex his omnibus manifeſte liquere puto Picam, ſeu alienarum rerum appetitum, non produci proxime à depravatis aliquibus humoribus, in ventriculo genitis aut hærentibus, ſed à cerebri aliquo vitio. *Diemerbrokius Anatom. lib. 1. cap. 6.*

Palabatur Lien à ſuo loco delapſus) Lien laxatis ſuis ligamentis pondere ſuo devolvitur interdum in hypogaſtrium, vel iiſdem ruptis: Apparet ſub ſpecie molæ, vel ſcirrhoſi uteri in mulieribus: in viris ſpecie tumoris glanduloſi inſtar ſteatomatis in meſenterio latentis.

Observatio XVII.

Appetitus corruptus in puero, cui callus repertus inter venas meſaraïcas.

Petrus N. filium habuit, qui 8. anno calculos ruderáque comedebat: Repertus eſt callus inter venas meſaraïcas. *Vide tit. de Diarrhœa.*

Observatio XVIII.

Anatome viri ob inediam extincti, in quo venæ meſaraïcæ aliæque minores obliteratæ ſunt, cum ſanguinis in toto defectu.

§. 1. Anno 1656. in theatro Anatomico publice à nobis obſervatum & demonſtratum eſt, in viro qui ob cordolium aliquod vitæ pertæſus ſe ipſum fame & ſiti extinxerat: quippe corpore alioqui ſanus exiſtens, aliquot ſeptimanis nihil omnino edere, ac ne guttam quidem bibere voluerat.

In hoc ſubjecto nullæ venæ meſaraïcæ, intercoſtales, aliæque minores conſpici poterant, propterea quod inanitæ eſſent, atque ex ipſa vena cava vix trium cochlearium menſura ſanguis effluxit, & arteria magna vacua omnino inventa ſit.

§. 2. Similiter anno 1660. hominem quendam, ob ſummam ac diuturnam inappetentiam longa inedia emaciatum; & tandem mortuum publice diſſecuimus, in eóque venas & arterias mirabiliter inanitas invenimus, ita ut ex vena cava vix duo cochlearia ſanguinis effluerent, ex arteria aorta nihil: *Diemerbræk Anatom. lib. 2.*

Scholia.

Se ipſum fame extinxerat) Per inediam homines duplici modo extingui poſſunt, primò cum corpus cacochymum eſt, & multi quidem ſed pravi ſanguinis copia redundat in vaſis: In talibus enim neceſſe eſt per convenientia alimenta novos & bonos ſuccos identidem cordi ſuppeditari, ut reſocillari continue poſſit; quod ſi per inediam non fiat, tunc ſanguine ferventiore, acriore, alióve modo corruptiore evadente, cor à pravis humoribus obrui & mori, etſi multum ſanguinis in vaſis ſuperſit: hácque etiam de cauſa, ſcil. ob pravam ſanguinis qualitatem, qua ad cordis reſocillationem & partium nutritionem ineptus ſit, phthiſici moriuntur etſi ſanguinis copia ſuperſit: non enim ad vitam ſuſtentandam ſola quantitas, ſed etiam bona qualitas ſanguinis requiritur: *Secundo*, cum in bene conſtitutis corporibus per longam inediam abſumitur: quamvis enim in iis qui inedia moriuntur, aliquis ſanguis in venis ſuperſit, apparet tamen illum nimis paucum eſſe, quam ut omnium partium nutritioni ſufficienter inſervire poſſit, atque hinc debilitatis omnibus partibus & viſceribus homo extinguitur: Quod autem in tali caſu paucus ſanguis ſuperſit, *probant allata exempla. Idem:*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII.

SECTIO III.

De SITI MORBOSA.

Observatio I.

Sitis diverſos ventriculi affectus ſequuta.

Mulier ex Hepatis & veſicæ bilis obſtructione in tertianam incidit, hinc in colicam, paralyſin &c. conquerebatur de ventriculi ardore, Siti &c. Reperi Jecur nimis magnum & obſtructum, veſicam bilis bile craſſa ac nigra turgidam, ventriculum humore plenum viridi atque extenſum &c. *Vide l. 1. tit. de Paralyſi.*

SCHOLIA.

Ventriculum humore plenum viridi) Auctam Sitim deducendam *cenſet Franc. Sylvius de le Boë Prax.* lib. 1. ... à Bile acriore in tenue inteſtinum delata; ibique cum confluente ſucco Pancreatico ita efferveſcente, ut inde halitus ſalſi, non vero amari ... ventriculum & fauces eleventur, atque ariditatis ... ibidem producant: Hæc eadem Bilis acrior, ... halitus ſalſi ſi per vaſa lactea penetrent ad cor, ... dicendum cenſet de bile eadem per Ductum ... cum eo delata) & ſanguinem ſalſugine ſua ni... inficiant, nil obſtare ſalivam tunc ſimul ... plus minus ſalſam vel acrem, Sitimque minus ... antem, quin augentem: Sitis quoque auctæ ... ſubinde exiſtere humorem ſalſum à capite ad ... depluentem, atque ibidem ariditatis & Sitis ſenſum producentem, aut inde ad ventriculum quoque delapſum & ibidem, aut in tenui inteſtino, halitibus ſalſis materiam promentem, à quibus itidem ſitis major excitetur.

Ventriculum) Ventriculi tunicam nerveam interiorem, ejuſve fibras, potiſſime ad ſenſationem facere ſtatuit Accuratiſſimus *Willis* Pharmac. rat. ſect. 1. c. 2. quibus inanitis Fames excitetur, atque præ ſiccitate aut ſalſedine corrugatis; ab aromaticis aut potulentis vinoſis ingeſtis, excalefactis *Sitis* inducatur: Si quando humores acres, aut acidi has ſtimulent, aut vellicent, Cardialgia: Iiſdem ab alimentoſis ſucco grato ſaturatis, ventriculo complacentiam, & toti præterea corpori refectionem impertiant.

2. In cadavere mulieris anno 1625. Janu. 18. in valetudinario mortuæ nullius viſceris ... t vitium, ſolus humor ſeroſus à nimio potu Hydropis cauſa deprehendebatur, quem ... s ingeſſerat ob inſignem Æſtum ab ulcere ventriculi, cujus fundus cum pyloro erat ... eratus. *Rhodius cent. iij. Obſervat.* 4.

... D. N. de febrili æſtu cum intenſa Siti conquerebatur: Ventriculi fundus parte in... nigricabat; pars externa livebat, necnon Coli pars vicina & Lien. *Vide tit. de ven... dolore.*

... Empyematico, qui paracenteſim recuſaverat, pus ab apoſtemate in pleura ema... diaphragma corroſit, hinc in viſcera imi ventris deſcendens, ventriculi & inteſtino... tunicas exteriores corroſit: Illi febricula, Sitis &c. *vide tit. de Dyſpnæa lib.* 2.

... Mulieri in magnam molem venter excrevit, cum Siti implacabili, Ex abdomine ... æ eductæ aquæ libræ xc. quas è ventriculo mire extenſo prodiiſſe oſtendebant ſu... es veſiculæ: *vide tit. de ventris tumore.*

... Juvenis mulier, (*de qua tit. de Paralyſi*) conquerebatur de ventriculi ardore, Siti, ... ius ventriculus plenus erat humore viridi & extenſus: Veſica bilis bile craſſa & nigra ... a.

... Sereniſs. Princeps Jecur exhibuit durum & exangue, ut cui ℥xxj. ſanguinis pau... bus extractæ fuerint, ſubſequente Siti intolerabili: Ventriculi interiorem tunicam ... quidam ſanioſus arroſerat: *vide tit. de Febribus*

... Anatome eorum qui febre maligna extincti ſunt, docet ventriculum cum inteſtinis ... nari, unde ingens illa Sitis, faucium ardor &c. *vide tit. de Febribus.*

... Juvenis Monachus febre continua laborans Siti inextinguibili tenebatur: In fundo ... uli veſtigium ſimile ab impreſſo cauterio actuali repertum cum eſchara: *vide tit. de* ...

Observ.

Observatio II.

Sitis immenſa ab inflammatione fundi ventriculi in gangrænam deſinente, &c.

AUdi mirum caſum tibi nec lectum forſan, nec auditum prius unquam. J. Carolus, Dom S. Jeſſenſi filius duodecennis, rari & excarnis habitus, à biennio febribus ex affecto & tumido liene oriundis, nunc quartanis, tunc Tertianis correptus, raro ab his immunis fuit: Per menſem quaſi ante mortem parcius edere, ac vehementius, noctu præſertim, Sitire viſus eſt, Urinæ ſanorum, prout iſta fert ætas, ſimillimæ extiterunt. Imperabantur varia ad ſitim fallendam excogitata, ſed fruſtra omnia. Ecce enim cùm biduo ante obitum viſitarem, ipſemet cum matula obviam ipſi procedens, facie jam tum præ heſterna conſpiciebatur mire collapſa, oculis concavis & circulo ſublivido cinctis. Miratus tam ſubitam faciei mutationem, interrogavi ecquid male haberet? Ille vero nihil præter *intolerabilem ſitim accuſavit*: Pulſus naturali paulo erat celerior, urina prioribus non abſimilis, extrema frigidiuſcula potius quam calida: conſternabar non parum, maligni enim aliquid ſubeſſe ratus (quandoquidem peſtis hinc inde graſſabatur gravius) bezoartica ordinavi, juxtáque internum æſtum reſtringentia præſcripſi, ſed incaſſum omnia, una enim *Sitis* totam complebat morbi fabulam, quæ tam erat inextinguibilis, ut poculo vix dum ab ore remoto protinus clamaret, Potum, Potum. Quia itaque præ nimio potu ventriculus diſtendebatur, vomitus quandoque infeſtabant, ſed nihil præter aſſumpta reddebatur, eáque non alterata: Interrogatus nunquid ardorem aliquem circa ventriculi regionem perſentiret Fundi locum oſtendit: Vehementem itaque iſthic inflammationem ſubeſſe conjeci, quam præter locum affectum ardore continuo afflictum, ac ſitim inexplebilem, Febris mihi antehac nunquam obſervata, Lypiria abunde monſtrabat; Quid fit? Tertio à decubitus initio die, circa meridiem obiit, poſtquam prædictis ſymptomatibus totus enervatus, ac phreneſi quadam correptus paucis ante obitum horis fuiſſet: Manu ventriculi regioni admota pulſationis quendam ſenſum conſpicue deprehendi: Prædixi ſi poſt obitum cadaver aperiretur, ſingulare quid circa ventriculi fundum nos inventuros eſſe: Annuerunt itaque, cùm ut tam repentinæ atque inexpectatæ mortis cauſam cognoſcerent, tum ut ſuſpicione infectionis domum ſuam liberarent.

Res mira, cadaver tam erat emaciatum, ut vivum quaſi dicere potuiſſes ſceleton, cute pauciſſima intertexta carne, obductum. Poſtquam pectus initio contemplaremur, pulmo ſiniſter apparuit lividus, ad gangrænam jam tendens: ubi inferior venter diſſecaretur, cutíſque primum cum muſculis excarnibus amoveretur, ſub Peritonæo, qua Lien ſitus eſt, nondum diſſecto, nigri quid ſubeſſe deprehendimus: Eo diſrupto, Lien ſubturgidus in conſpectum prodiit, ac pone Lienem, in ipſo ventriculi fundo, Gangræna tam gravis, ut ipſamet ventriculi ſubſtantia in atrum ac fœtidiſſimum ſuccum protinus diffluerer: Omentum fere abſumptum: Inteſtina à flatibus & potu turgida. Meſaraicæ turgebant & ipſæ, ſimúlque ex colore livido gangrænæ judicabantur vicinæ. *Michael Doringius Epiſt. xcv. cent. 1. ad Sennertum.*

SCHOLIA.

QUærit *Doringius* 1. An ex Siti illa diuturna præcedente tale quid ſuſpicari quis potuerit. 2. Nunquid gangræna illa præcaveri forte voluerit? 3. quibus remediis? 4. Quæ cauſa ipſam excitaverit? 5. Quomodo labes tam cito, & Pulmonibus ſurſum, & meſaraicis deorſum communicata ſit? 6. An febris, quam ſubeſſe Pulſus fere unicus coarguit, vera Leypiria fuerit. 7. Quomodo pulſatio admota manu deprehendi potuerit, cum arteriæ ventriculo inſertæ admodum exiles ſint? Reſpondet *Sennertus* ad 1. Sitis illa diuturna præcedens, inflammationem quidem arguere potuit, ſed reliqua omnia ſignificare non potuit? Ad 2. & 3. Gangrænam illam incurabilem fuiſſe puto, ſi enim externa nonnihil difficulter curatur, quid de interna ſperes? Ad 4. Cautam fuiſſe putat putredinem & corruptionem humorum, qui aliquot jam annis in Liene cumulati fuerant. Ad 5. Ob σύῤῥοιαν illam vaporibus putridis Lieni & Meſaraicis facile malum communicari potuiſſe. Ad 6. Febrem illam Leypiriam fuiſſe non dubitat. Ad 7. Pulſationem arteriarum non in ventriculo fuiſſe putat, ſed in Liene, qui eas ſat magnas & copioſas habet itaque ipſe non raro in hypochondriacis eam deprehendit etiam citra febrem.

Intolerabilem ſitim accuſavit; Leipyria abunde monſtrabat, &c.) Leipyria febris ex ardentium genere eſt, quorum pathognomonicum eſt perpetuo ſitire: Et quanquam *Galenus* comm. ad p. 22. ſect. 2. 1. Epid. dicat in Cauſo alias ſitim adeſſe, alias non: adeſſe ſi in toto corpore focus ſit febris, aut ſi pars quædam focus ſit quæ neceſſario ſitim accerſat: Non adeſſe, ſi pars aliqua laboret & focus ſit qui ſitim neceſſario non afferat, Eſt tamen alius locus apud eundem, comm. ad p. 34. ſ. 5. l. 3. Epid. aliud quam ante edocens, Æſtuare, ut & perpetuo ſitire, eſt ardenti febri peculiare *Hippocrates*, ait *Gal.* ardentem febrem aſſiduitate Sitis cognoſcit & caloris exurentis, ut phreniriin aſſiduo delirio: Et tamen *Hipp.* p. 34. ejuſd. ſect. narrat de febr. ardentibus, in quibus ægri erant ſoporoſi, & non multū ſitiebant, nec enim febris valde acuta erat, idem 3. Epid. §. 3. p. 14. narrat in quadam conſtitutione in ardentibus febribus & phreniticidibus, alios ſitibundos fuiſſe alios non, Ad

quem

m Gal. Potuiſſent aliqui non ſitire, vel ob otum appetentis offenſam, vel quia malitas illis ad ventrem non confluxerat, omniutrida quædam humiditas fuit collecta, ſed portione nec æque prava: Alii ſitibundi a confluxerat humor vitioſus in ventrem: bilis vel pituita ſalſa ventriculi tunicas imnexplebilis excitatur, tum quia os ventrim ab humore ita læſum erat ut facultas ret, Tamen omnino, ſaltem ut plurimum, abilis eſt comes ardentis febris, niſi focus itis, & in ea parte quæ inflammata & erydo affecta ſitim non provocet: In ipſo ſi quæ ſitis adeſſe debet, non adſit, his de

cauſis id fieri poteſt, vel quia, ut dictum, focus non eſt in parte quæ ſitim afferat, vel quia mens læſa eſt, vel quia facultas naturalis potionis appetens in ventriculo reſidens extincta eſt: adde deſcenſum pituitæ dulcis tonſillas & fauces irrigantis, aut cum puteris humiditas in ventrem non influxit: aut cùm lingua nigra exuſtaque totus ſtomachus, cui illa continua eſt, eo pene modo affectus ſit, arentibus iis partibus, & ſupra modum ſiccatis, non percipitur ſenſus indigentiæ, quia nervus linguæ ſubjectus non eſt diſpoſitus eo modo quo debet: In prædicto puero inexhauſtam fuiſſe ſitim non mirum, cum partes quæ illam maximè excitant, phlegmone tentatæ fuerint, Pulmones ſc. & ventriculus.

Observatio III.

à Pulmonibus nigris, tumidis, Hepate nigro ſanguine conſperſo, Cyſti felle deſtituta, &c.

s S. C. M. Conſiliarius ardenti febre ab eryſipelate pulmonum extinctus, Sitim tolerabilem patiebatur ut *nullo potu* ea *ſedari* potuerit: Cadavere diſſecto, pulmoóque tumidus ſeſe obtulit, ut naturali ſuo hoſpitio reſtitui non potuerit. Hepar durimo nigróque ſanguine conſperſum, cum cyſti fellea omni bile deſtituta, (alio ſcil. ad pulmones, & vaſa majora. In utroque rene duo magni calculi, &c. *am lib. 4. tit. De Febribus.*

SCHOLIA.

u ſedari) Hermetici Sitim immodicam & aturalem, à ſpiritibus quibuſdam ſitibunitatibus ſulphureis genitis, exoriri conon ſimplici refrigeratione & humectairitibus aliis ſibi analogis ſatiati volunt; quemadmodum videmus in febrium acceſſionibus ſitim immenſam multo aquæ potu parum inhiberi, quæ tamen ſpiritibus acidis, vitrioli, ſulphuris, ſalis, & ſimilium, cum longe minori aquæ quantitate permixtis, facilius cedat. *Riverius Prax. med. lib. 19. c. 4.*

Observatio IV.

Sitis ab Eryſipelate Pulmonum & Hepatis incendio.

or du Freſnoy, annos 4. natus, febre corripitur continua, Sitis aderat quæ exnon poterat, magnum in Pulmonibus incendium conjectum eſt, &c. Aperto hil p. n. in Pulmone contentum inventum eſt, Una pars Pulmonis veluti ſtipuleflagraverat: Lobus unus Pulmonis livebat, Hepar quoque veluti deflagrave*s conſ. 27. lib. 1.*

SCHOLIA.

leri non poterat) Vide Scholia ad hiſton *tit. de Febribus.*

lmonis deflagraverat) Vide Scholia ad dibi de Eryſipelate Pulmonum.

ulmonibus incendium) Ardua eſt quæſtio mones transfuſo, cujus exiguum per æ arteriæ, & tanquam juxta parietem). de corde docet, quoniam epiglotis, ctum, ne tranſmiſerit quidem amplioidem *Galenus* lib. 8. de Placit. cap. 15. ue enim per mediam fiſtulam influere, arteriæ tunicam irroratione quadam ullum omnino dum delabitur ſenſum His præmiſſis, expendant mecum lent, numnam probabilis ſit hæc conympbatica Iugularia (quum aſperæ arr non ſit, aut non patiatur ob molee percipit) ad hoc munus haud inepte bere expetimus, quando Sitis ingens rget, tandiu donec guttur quaſi imbre t aliquid in pulmones refrigerandos o hauſtu contenti ſumus: Ratum utiæ eſt frigidi & humidi appetitus, non à ſolo ventriculo ſed à Pulmonibus quoque progigni. Hinc quibus aut calidiores contigere, aut præ æſtu, aut nimio motu in cantu & vociferationibus incaluere pulmones, bibaciſſimi ſunt. Ne de medicamentis pectoralibus, dicam, decoctis, ſyrupis, eclegmatis & cæteris bechicis, quibus impacta materia lubricari & expelli debet, quod retroacta per tuſſim ſputamina ubertime evincunt, nil proficientia ſi in ventriculum ſubito præcipitarentur: Sic qui citiſſima egent inſtauratione modico vini hauſtu citiſſime reficiuntur, quod non eveniret niſi vinum, juxta Euripidem, penetrans pulmonum meatus, multo præditum ſpiritu, actutum è gula in glandulas, & porro in Ductus aquoſos Jugulares poſſet permeare. Eſtque adeo huc accerſendus aphor. Hippocr. q. 2. *Facilius eſt potu refici quam cibo:* Præterea non ſemel audivi ex nutricibus lactantibus, ſe reapſe inter hauriendum percepiſſe quomodo potus ad humeros defluxerit: Quin quod plurima adſint exempla, multos qui vel inter currendum, vel ſtatim poſt curſum potitarunt, è veſtigio exanimatos fuiſſe, dum frigidus potus ad ipſam cordis arcem affectans viam, nativum calorem, aliquin à ventilatione pulmonum pene exhauſtum, momento ſuffocavit: In-

quibus

quibus caſibus fruſtra poros ignotos, aut alia quæſimus diverticula: Magnum habet argumentum quod hi ductus, quos Natura ad recipiendum humidum perquam artificioſe figuravit, altiori ſitu œſophago incumbentes, utrumque aſperæ arteriæ latus cingunt ſepiuntque. *Jac. Henricus Pau Anatom. Anatomia Bilſiana cap. 8. ubi de Lymphaticis jugularibus.*

Observatio V.

Sitis p. n. excitata à diverſis vitiis partium vitalium & naturalium.

§. 1. Scoto dolor erat hypochondriorum & ventris, nauſea, vomitus, Sitis, febris, &c Hepatis lobus orificio ventriculi poſteriori erat affixus, nigricans ab inflammatione, Pulmones purulento icbore pleni. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 2. Puer 7. ann. febre renatus cum doloribus venrris, Siti inexplebili, &c. Hepar erat in parte concava lividum, Cyſtis quintuplo quam par eſt tumidior, Pulmones exuſti, aridi, &c. *Vide tit. de Febribus lib. 4.*

§. 3. Melchior N. febre correptus continua, cum vomitu, dolore lateris, Siti quæ expleri non poterat. Una pars pulmonis velut ſtipula ardente deflagraverat, ut & Hepar. *Vide tit. de Febribus lib. 4.*

§. 4. Puellulæ Cachecticæ Sitis erat & potus cupiditas ingens, Abdomen ſcarebat materia ſeroſa multa, cœrulea, fœtida, Pulmones intus & extra corrupti. *Vide tit. de Cachexia.*

§. 5. Adoleſcens dyſentericus febre correptus eſt cum Siti: Oeſophagus interior ad os ventriculi ſuperius, & ad medium thoracem, niger, corruptus, Pulmones alterati. *Vide tit. de Dyſenteria.*

§. 6. Illuſtri N. apperitus dejectus, Sitis intenſa: Hepar repertum magnum, durum & quaſi coctum: Splen putridus, Pulmones ab inflammatione nigri. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 7. In Nob. febre ardenre extincto Pulmo niger repertus, adeoque rumidus ut naturali ſuo hoſpitio reddi non potuerit, In utroque rene duo magni calculi, Hic Siti intolerabili premebatur. *Vide tit. de Febribus.*

§. 8. Virgo febre maligna prehenſa Siti inextinguibili premebatur. Thoracis cavitas dextra erat aqua ſubnigra & putrida plena; Pulmo ejus lateris corruptus ac niger; venrriculus mira copia fæcum & flatuum diſtenrus. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 9. Dom. N. Vomitu vexatus cum Siti intenſa, Cava heparis pars ſcirrhoſa erat & inflammata, Pulmones etiam juxta coſtas: Ventriculus pure repletus cum levi ulceratione internæ tunicæ. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 10. Ill. Dominæ continui ventriculi dolores cum immenſa Siti, Ventriculus erat ſiccitate contractus, plenus materia cruda, quaſi ovi putridi, Interius illi accreverat lapis durus, Pulmones areſacti, purulenti. *Vide ibidem.*

Observatio VI.

Sitis excitata à variis aut complicatis affectibus partium naturalium.

§. 1. Joh. Agers diu conqueſtus de dolore hypochondris ſiniſtri cum dejecta appetentia & Siti: Venrriculi interior tunica reperta omnino corroſa, Heparis & Lienis ſubſtantia corrupta. *Vide tit. de Hypocond. dolore.*

§. 2. Sæpe Jecur animadverſum tuberculis & abſceſſibus obſeſſum, quorum non aliud ſignum fuit quam mediocris febris cum Siti & cibi faſtidio. *Fernelius path. lib. 6. c. 4.*

§. 3. Filius N. novem annorum Siti continua vexabatur. Hepar habebat immenſæ magnitudinis, Extremis partibus roſtum, nigrum, durum. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 4. Famulus N. per annum dolore hypochondrii dexrri conficiebatur, cum cibi faſtidio Siríque inexhauſta. Hepar repertum durum, albicans circa ventriculum; Gibba parte prope coſtas nothas nigrum, plumbeum, &c. *Vide tit. de Febribus.*

§. 5. In Johannæ Pfeiffer, morbis complicatis confectæ, cadavere, Hepar interius aridum & velut ſemicoctum erat, quod arguebat maximam calidam intemperiem adfuiſſe hinc Sitis inexhauſta quà à reneris affecta fuit. *Hildanus cent. 6. Obſerv. 74.*

§. 6. Quidam conqueſtus eſt de moleſto hypochondrii dextri dolore, cum oris ari ditate, potus majori deſiderio quam cibi: Inventa eſt vomica in Sima jecoris parte, ſatis magna atque aperta. *Vide tit. de Hypochond. dolore.*

§. 7. Puellus lac matricis avidiſſime ſugebat, adeo ut non ſufficeret, In gibbo Hepati inflammatio aderat, & in inferiore parte ſplenis, ſtomacho undique humor atrabilaris adhærebat. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 8. Sectis cadaveribus eorum quibus in Febribus Sitis inſignis adfuit & denegatu potu

tus, Ventriculus, Cor Pulmones & reliqua viſcera tanquam exuſta apparuere. *Vide tit. de*
bribus.

§. 9. Rever. &c. (*de quo lib. 1. Tit. de Soporoſis affectibus*) qui lethargicus obiit; perpetuo dum
veret incredibili Siti torquebatur. Illi meatus bilis duodeno inſertus, admodum latus
ar, utriculi inſtar inflatus, calculis undiquaque refertus.

§. 10. Quidam diu ſenſit graves lateris dextri dolores, poſt Siti immodica preſſus Hy-
ops ſucceſſit. Sola veſica fellea in vitio fuit, quæ ſine bile novem lapides continebat.
de tit. de Hypochondr. dolore.

§. 11. Fœminam dyſentericam (*vide tit. de dyſenteria*) Sitis urgebat intolerabilis: Inteſti-
duodenum & jejunum repletiſſima erant bile.

§. 12. Juveni dolor fixus in hypochondrio ſiniſtro, in regione coli, cum ardore, Siti, &c.
ventus eſt abſceſſus in meſenterio & colo, ea potiſſimum parte quæ fundo ventriculi
ſternitur. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 13. Nob. N. ſtranguria detentus in febrem incidit cum Siti inextinguibili: In rene ſi-
tro aderat abſceſſus ſuppuratus, jecur, veſicam, inteſtina inflammatio eryſipelacea te-
erat. *Vide tit. de urinis p. n.*

§. 14. Uxor N. Siti clamoſa cum ventris mole laborabat: Jecur putridum inventum:
er peritonæum & inteſtina numeroſæ veſicæ. *Vide tit. de ventris tumore.*

. 15. Obſervavi Lienem rubentem & aridum in quodam qui Siti immoderata angeba-
& ardente febre correptus erat. *Vide tit de Febribus lib. 4.*

§. 16. N. corpuſculum apertum, cujus Ren dexter rugoſus, parte anteriore ſubniger,
s habens abſceſſum pure mucoſo cruentóque plenum, Extus alium abſceſſum. *Vide*
de mictione difficili.

. 17. Juvenis dolore renum oppreſſus eſt, inſolenter illum vexarunt Sitis, &c. In utroq;
um cavo vermes craſſi, albi, vivi inventi, &c. *Vide Tit. de Lumborum dolore.*

18. Joh. N. ren ſiniſter lapide angulos obtuſos habente obſeſſus eſt, Siniſter juſto mi-
& pene collapſus, Febris erat, æſtus & Sitis. *Vide tit. de Diabete.*

19. Vidua, dolore dorſi & ingente Siti vexata tandem fit Aſcitica. Lien calculis ple-
conſpicitur. In Rene dextro quadrangularis lapis. Uterus totus cartilagineus. *Vide tit.*
ntris tumore.

20. Matrona ventriculi dolore correpta eſt: accedit Sitis omnino inexhauſta. Pan-
s erat maximum & ſcirrhoſum, Ren ſiniſter colliquatus omnino: Ventriculus inanis.
tit. de ventriculi dolore.

Observatio VII.

Sitis moleſta ob varios partium vitalium affectus.

JUvenis diu mœſtus ſubito occubuit, ante tamen moleſtiſſimam Sitim perpeſſus:
Omnia recte ſe habere deprehenſa, pręter cordis ſinus, qui pituita vitrea repleti erant.
ib. 2. tit. de morte ſubita.

2. Illuſtr. Dominæ N. pericardium cordi adhæſiſſe, humoréque vacuum repertum
Æſtuans perpetuo aërem captabat frigidum, Siti moleſta torquebatur. *Vide lib. 2. tit.*
ſpnœa.

. Quidam acuta febre prehenſus eſt cum Siti ingenti, anxietate, dyſpnœa, Sectio à
palam fecit adfuiſſe pericardii inflammationem. *vide lib. 2. tit. de Pectoris dolore.*
. Nob. febre acuta detinebatur, ingénſque Sitis conſequebatur. Inventus eſt in mem-
interſepientibus Tumor inflammatorius, ſat notabilis magnitudinis. *vide lib. 2. tit. de*
s dolore.

Agricola plauſtri fœno onuſti ruinam in ſe paſſus, pectoris dolore corripitur, ar-
febre, Siti magna. Pericardium in defuncto pure copioſo ſcatebat, cui velut immer-
at cor, Pulmo ejuſdem labis particeps. *vide tit. de Pectoris dolore lib. 2.*
Juvenis (*de quo Tit. de Phrenitide*) ex Eryſipelate in tibia medicamentis repercuſſo,
eſt dyſpnœam & Sitim intenſam, ob quam linguam extra os perpetuo exſertam ha-
Illi Pleuræ pars dextra, necnon pulmonum lobi antici & poſtici, puſtulis miliaribus
deprehenduntur.

Uxori N. dyſpnœa, febris levis, ſed tamen Sitis perpetua. Illi thoracis dextri ſpa-
quæ magna vi erat diſtentum. Pulmones retorridi & multo purulento tabo præ-
s. *Vide tit. de Dyſpnœa lib. 2.*
Puella ægre ambulabat, & cum difficultate aſcendebat, tum magna Siti premeba-

tur

tur. Cavitate thoracis aperta, evaporabat fœtor inſignis: Dextrum tantum ejus latus erat integrum: In tertia circiter ſiniſtri parte aderat cyſtis plena liquore cremori ſimili, ad quantitatem trium pintarum. *Vide lib.2.tit.de Pectoris dolore.*

§. 9. Uxor D.N. nata patre Pulmonico, queſta eſt de linguæ rubore & ſiccitate, juncta ſiti inſigni, &c. Pars ſiniſtra pulmonis magna ſui parte tabuerat: Purulenta materia continebatur illa thoracis parte. *Vide lib.2.Tit.de Phthiſi.*

Observatio VIII.

Sitis ab incendio viſcerum vitalium quæ marcida reperta, abſumpto humore Pericardii.

Ardente Sirio Juvenis in cauſum incidit cum lingua nigra, Siti clamoſa, viſcerum ardore & nimio caumate preſſus, &c. In ejus ſectione inventum eſt cordis involucrum rugoſum, & cordis ipſa ſubſtantia marcida, abſumpto fere omni humore qui in pericardio continetur, ab aſſante calore fere abſumpto: *Vide lib. de Febribus. Zacutus Prax. adm. lib. 1. Obſervat.142.*

SCHOLIA.

In cauſum cum Siti clamoſa) Galenus ad part.34. ſect.5. lib.5.Epid. ait æſtuare & perpetuo Sitire eſſe ardenti febri peculiare: Nullum aliud eſt inſigne argumentum: Eſt enim ſitis aſſidua, & exurens calor, quæ duo perpetua ſunt: *Hippocr.* (ait idem) ardentem febrem aſſiduitate Sitis cognoſcit & caloris exurentis, ut Phrenitim delirio aſſiduo.

Observatio IX.

Sitis abſentia in iis quorum oſſa ſolida, medulla carent.

Concretis quoſdam oſſibus, ac ſine medullis vivere accepimus: Signum eorum eſſe nec Sitim ſentire, nec ſudorem emittere. *Plinius lib.7.Natur.hiſtor. cap.18.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO IV.
De DEGLUTITIONE LÆSA.

Observatio I.

Deglutitio læſa ob convulſionem Oeſophagi, pendentem à materia viſcida initio nervorum incumbente.

Miles cum per integram noctem ebrius in ſolo decubuiſſet, evigilans opiſthotono correptus eſt, nihilque Deglutire poterat: Cadavere aperto, vitalia & naturalia organa integra erant: Cerebri autem ventriculi erant repleti materia viſcida, vitello ovorum ſimili, quæ incumbens initio nervorum ſæva ſymptomata in ſubjectis partibus excitabat. *Vide lib.1. ſect. 13. Obſerv. 15.*

SCHOLIA.

Opiſthotono correptus) Oeſophagi tunica media juxta G. *Hofmannum*, muſculus eſt, ideóque paralyſi & convulſionibus obnoxia. Oeſophagi vero anatome hic proferenda, ut quomodo Deglutitio ſecundum naturam perficiatur, innoteſcat, hiocque quibus affectibus p. n. obnoxia; ex *Williſii* Pharmac. rationalis ſect. v.cap.2. Oeſophagus, *inquit*, tres habet tunicas, Harum interior in intima ſuperficie quoddam quaſi velum habet, fibris ſeu villis tenuiſſimis conſtans, quod totam ejus cavitatem velut lanugine quadam inveſtit: Reliqua hujus tunicæ ſubſtantia tota nervea eſt, fibris varii generis & diverſimode contextis donata: Porro hæc membrana illi quæ palatum, os, fauces & labia tegit, continuatur: inſuper illa ad ventriculum uſque deſcendens, os ejus circumcirca, & inferius ſpatio trium digitorum oris latera intus obducit: Pars ea proculdubio ad ſenſationem maxime exquiſitâ facit, hinc enim poſt grata comeſta & deglutita, grata jucunditatis affectio uſque ad ventriculi ingreſſum comitatur, quin & ab ingratis comeſtis irritatione hic facta, nauſea ſæpe ac vomitus ſuccedunt: Porro hujus tunicæ altior in ventriculum inſertio, inti-

 muni

n ac citiſſimum illud inter ſtomachum & gulam
nmercium facit, ita ut ſi pars alterutra in vomitio-
n cieatur, mox altera in σύμπραξιν adducatur: cum-
: eadem tunica palatum aliáſque oris partes inve-
t, etiam hæ cum illis circa vomitionem mutuo
ſenſu afficiuntur.

. Proxima Gulæ tunica carnoſa admodum & craſ-
ſt, velut ſi eſſet muſculus perforatus: Hujus tuni-
fibræ carneæ, juxta *Stenonem*, ſpirales ſunt atque du-
is ordinis, quæ ſe mutuo intercuſſant, & binas
ut cochleas oppoſitas conſtituunt. Hinc videtur
us Oeſophagus duobus muſculis conſtare, qui qua-
r parallelogrammos cum fibris oppoſitis, & ſe
icem decuſſantibus efficiunt, &c. Tertia & exti-
Oeſophagi tunica, huic & ventriculo communis,
ue à diaphragmate oriunda, tenuiſſima, & fi-
 tantum membranaceis & perquam exilibus
ſtit.

Quoad uſus & officia harum partium ſpectat, di-
us in genere tunicam interiorem potiſſimum ad
ſus, mediam ad motus munia præſtanda, atque
iam, ut totius integumentum ſit, componi: 1°.
ur quod Oeſophagi tunica interior cruſta villoſa
ucatur, hoc ita fieri videtur ad comeſſationem,
 pro vita tuenda neceſſaria eſt, magis invitandam,
pe ut, dum alimenta grata degluriuntur, in toto
phagi tranſitu à villis iſtis arripi, iiſque diutius
erere & jucunditatis ſenſum imprimere queant:
: autem tunica fibris nerveis tantum intertexta
 quarum præcipuum munus eſt ſenſibilium ap-
us ſuſcipere, eóſque mox primo ſenſorio tradere,
nde ut juxta complacentiæ aut diſplicentiæ af-
us ibidem excitatos, deglutitionis aut rejectionis
us continuentur aut de novo excitentur.

ic autem inquirendum, annon hæc Tunica prorſ-
ervea, ſiquidem fibris ita numeroſis & variis
itur, etiam motui cuipiam inſerviat? Quip-
im Oeſophagum ejuſque partes inter Deglutien-
, exſpuendum, evomendum, oſcitandum, aliáſ-
affectiones diverſimode moveri conſtet: porro
 alia viſcera membranacea, & imprimis ventri-
 & inteſtina, in varios ſpaſmos, inflationes
ſtenſiones paſſim agantur, explicare oportet à
us Fibris, & quo ritu affectis, iſtiuſmodi variæ
actiones ſive paſſiones obeantur?

 peculiari autem Tractatu oſtendimus Quod &
 modo omnis contractionis motus à fibris tan-
 carneis perficiatur, videlicet, Hæ ſpirituum
 à fibris tendinoſis prosiliunt) incurſibus ſubito
æ ac intumefactæ mox abbreviantur, proindé-
partes appenſas verſus ſe corripiunt. Cæterum
cum & plane conſtet quaſdam partes nerveas,
ptimis viſcera concava, non ſolum contrahi,
xpandi, multum inflari, inque majorem capa-
m ampliari, quod certe per contractionis mo-
ieri nequit; cúmque inſuper liquido pateat ſpi-
nimales intra fibras nerveas, haud minus quam
 carneas moveri, inque iis non tantùm blande
e, ſed interdum valde irritatos aut exploſos
uoſius exilire, His inquam præmiſſis non du-
us ſtatuere, ſpiritus animales intra fibras ner-
ive membranaceas ſcatentes, non modo ſen-
, quæ proprium illorum munus ſunt, ſed &
 quoſdam locales, ſcilicet expanſiones ſive
ones efficere. Quippe dum ſpiritus animales
loſiones acti, & inſigniter rarefacti, has fi-
 quæ ſecus ac carneæ non certis ordinibus, ſed
averſum diſpoſitæ, plurimum attenuari, inque
es expanſiones diſtendi & dilatari poſſint) impetuoſius ſubeunt, neceſſe eſt viſcus ex iis conſtans ubique inflari, ejuſque latera quaquaverſus explicata, ſumméque attenuata in majorem capacitatem ampliari. Profecto ex inſtituto naturæ quandoque ad hunc modum fieri convenit, nimirum ut dum partes, quas membranæ conſtituunt, ſubtendunt aut inveſtiunt, hoc ritu expanduntur, humores ſuperflui aut moleſti eiſdem affixi, aut adhærentes excuti & ablegari poſſint. In hunc finem & hac ratione Pandiculationes, Oſcitationes, & quoſdam alios inflationis aut diſtenſionis motus excitari putamus: Quapropter ſi quidem in *oſcitatione* Oeſophagi ductum nobis vel invitis ampliari, & quaſi à vento quodam inflari & expandi ſentimus, concludere licebit exinde hunc affectum oriri, quatenus Gulæ tunica interior, propter humiditatem nimiam (qua aggravatur) diſcutiendam, à ſpirituum exploſione quadam expanditur & ampliatur. Porro hunc Oſcitationis motum (quia indecorus videtur) dum inhibere nitimur, mox Tunicæ exterioris fibræ carneæ in contractionem cientur, quo fit ut inter oppoſitos hoſce expanſionis & contractionis nixus, in œſophagi tunicis quædam quaſi colluctatio, quam facile percipimus, oriatur. Quo ritu ſpiritus animales in Affectibus convulſivis viſcera membranacea valde inflent ac attollant, ac, ut vivi animalis exilitiones mentiantur, intumefaciunt, à nobis alibi dictum, Porro cum à pharmaco incongruo, aut veneno, ventriculi aut inteſtinorum diſtenſiones & inflationes horrendæ, & non raro totius abdominis intumeſcentiæ ſubitaneæ & immanes contingant, ita fieri ſolet in quantum ſpiritus animales ſumme irritati, inque impetus exploſivos adacti, fibras membraneas omnes ſimul incurrunt, & quoad ultimum extendunt, proinde ut viſcus ab iis contextum mox totum inflетur & quantum fieri poteſt amplietur: Verum de diverticulo hoc de motu membranaceo regreſſi, Oeſophagi tunicæ alterius uſum conſideremus.

Exterior Gulæ tunica, carnoſa admodum & craſſa, ſi quidem duobus fibrarum carnearum ordinibus, qui oblique aſcendunt & deſcendunt, ſéque mutuo decuſſant, conſtat, duplex quaſi muſculus cenſeri debet: Cúmque unus fibrarum duplicatarum ordo ſic deſcendens Deglutitioni inſerviat, alter proculdubio aſcendens Expuitionis & vomitionis opera perficit: Novi quoſdam ob Paralyſin in hac Oeſophagi tunica carnea excitatam, Deglutitionis magna difficultate laboraſſe, alióſque ob fibras penitus reſolutas fame interiiſſe. Porro ſuſpicari fas ſit, ob fibras nerveas tunicæ interioris, dum ſpiritus in iis exploduntur, & inflatas nimis & diſtentas, Præfocationis ſenſum & veluti globi cujuſdam aſcenſum in Hyſtericis evenire. 3. De Tunica Oeſophagi extima, non eſt ut multa dicantur, hæc enim fibris tenuiſſimis & membranaceis conſtans, fere tantum pro viſceris hujus integumento eſſe videtur.

Ex hac Gulæ conſtructione læſæ Deglutitionis cauſas venari licet, quæ aut Depravatur aut Diminuitur aut Aufertur, *Depravatur*, aut ratione objecti improportionati deglutiendi, Aut ratione modi Deglutiendi, ſcil. cum quæ ore recipiuntur per nares viam inveniunt. Id quod triplici de cauſa contingit 1. ob inſigne palati ulcus, tunc enim ingeſtus cibus ulceris foramen ſubit, & accedente inſpiratione alimentum in nares defertur: 2. ob ulcus aut eroſionem operculi: hac enim particula eroſa cibi, præſertim liquidiores, aliqua ex parte aſperam arteriam ingrediuntur, hinc excitata tuſſi ingeſta per nares excluduntur. 3am. cauſam attingit *Galenus 5. de locis*

angustiam

anguſtiam ſcil. circa principium oeſophagi, à qua *imminuitur* etiamnum & *aufertur* aliquando Deglutitio. *Imminuitur* autem vel *Aufertur*, ob Gulæ vitia conſideratæ ut eſt via, aut ut eſt organum. Quatenus via eſt, Anguſtiæ obnoxia eſt aut Occluſioni, vel propter Errorem externum, os, nucleum, craſſam pituitam, &c. vel propter Morbum, tumorem, carnem adnatam, coaleſcentiam ex ulcere; compreſſionem factam à tumidis partibus adjacentibus. Quatenus organum conſideratur, vel animale vel naturale; ut animale, ratione muſculorum laryngis, qui deglutitioni inſerviunt, quatenus laryngem attollunt, qua elevata gula deprimitur, & cibus ſuperiora occupans infra detruditur, 2. quia tunica Oeſophagi media, quæ muſcularis eſt, afficitur quoad fibras carneas. Hæc & prædicti muſculi laryngis officio fſunguntur, paralyſi, ſpaſmo aut tumore affecta: Gula ſi perpeditur ut organum naturale, prædita eſt cultarc attractrice & expultrice: utraque imbecilla ab aliqua intemperie, aut impeditur ab ulcere, abſ ſione (cui obnoxia eſt tunica intima, ubi cruſta villoſa, qua obducitur, ſecedit, unde ejus uſus peri inflammatione, tumoribus frigidis. Vitiatur & Deglutitio ob inſignem ventriculi inappetentiam, qui in caſu attractrix ſilet. Gulæ enim & ventriculo, ſ lato item & ori communis eſt hæc tunica, unde unius partis affectiones in alteram facile tranſiliunt.

OBSERVATIO II.

Deglutitio læſa à Tuberculo fauces occupante.

ADoleſcenti tuberculum ad palati forulum enatum eſt, quod tandem totas homin. fauces opplens, alimenti potûſque tranſitum &c. impediit. Præſectum tuberculum in mortuo oſtracinum intro repertum eſt, cum aliquo particulæ conformatu, &c. *Vide lib. 2. Tit. de Suffocatione.*

OBSERVATIO III.

Deglutitio læſa ob molem carneam circa exortum aſperæ arteriæ innatam & oeſophagum.

IN Puella hectica diſſecta, circa exortum aſperæ arteriæ, ex pulmonis ſubſtantia, mole ſteatomatum carne permixta, ovi magnitudinem excedens, inventa eſt, quæ tam aſperæ arteriæ quam oeſophago adhæreſcebat, hinc Deglutiendi difficultas. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

OBSERVATIO IV.

Deglutitio læſa ab adipis copia gulæ & tracheæ adnata.

NObili N. tracheæ arteriæ & gulæ tantum adipis indurati adhæſit, ut paucos dies ante obitum cibos aſſumere nequiverit, ſolo potu ſuſtentatus. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

APPENDIX.

Deglutitio læſa ob pruni oſſiculum ſubſiſtens in ſinu quodam Tonſillis inſculpto, viam cibi potûſque arctans.

TOnſillæ vulgo Amygdalæ dictæ, laxæ & ſpongioſæ ſunt, ac Sinus habent varios, unum amplum & ovalem in os apertum (hic in bobus digiti minoris apicem facile admittit, pluréſque parvos, quibus humiditatem ſalivalem cerebri ſuſcipiunt, eáque laryngem, fauces, linguam & oeſophagum continue humectant ac lubricant, *Fallopius* bene notat interdum magni ſinus interioris aperturam ulcuſculum æmulari, & nonnunquam pro tali ab imperitis Chirurgis tractari, nempe quoties ejus oſculum, ab humorum copioſo in glandulam decubitu, nimium dehiſcit. Quantum autem interdum dehiſcat, vidi in ruſtica quadam, quæ famelica comederat pruna Damaſcena cocta, & propter in edendo feſtinationem, neſcio quo caſu, lapillus unius pruni majuſculi ingreſſus eſt aperturam dicti magni ſinus, unde glandula mox intumuit, adeóque cibi potûſque viam præcluſit, ut ſequentibus quatuor diebus ægra nec cibi nec potus quicquam deglutire potuerit, atque hinc meum conſilium tunc implorare coacta fuerit: Depreſſa lingua glandulam admodum tumidam in dextro latere, ſed minime inflammatam, ejuſque ante dictam aperturam præter ſolitum valde dehiſcentem conſpexi, ſed pruni lapillum non vidi: mox pauxillum decocti hordei cum ſyrupo de althea mixtum mulieri ſorbendum dedi, & foris pollicem meum regioni glandulæ iſtius tumidæ impoſui, eamque fortiter preſſi, & tunc juſſi ut mulier magno impetu contentum ore liquorem deglutire niteretur. Prima vice reſilit liquor per nares, ſed ſecunda vice, ob compreſſionem, quæ foris per pollicem, & intus per retractam verſus poſteriora linguam fiebat, lapillus è glandula exſiliit in os, ægráque illico turſus cibos potûſque deglutire potuit.

lis fere caſus à me viſus fuit in cive Ultrajectino, cui fruſtulum cruſtulæ duræ caſei dicti ſinus aperturam illapſum fuit, totamque deglutitionem protinus impedivit, hujus curatio non tam prompte ſucceſſit, ſed aliquot dierum moleſtiam nobis exhi- *De Diemerbroeck Anatom. lib.2.cap.16.*

Observatio V.

Deglutitio læſa ob Columellæ & Tonſillarum abſentiam.

[D]or Johannis G. G. uno partu & filium & filiam menſe Febr. anno 1620. Dreſdæ nititur: Filia quidem optime conſtituta, atque omnibus membris perfecta erat, Fi- o *Columella & Tonſillis deſtituebatur*, unde & lac quod ſugebat, per nares partim red- Non diu ſuperſtes fuit, ſed XXI. ſaltem ætatis diem attigit. *Ph. Salmuth cent. iii. vi.*

Scholia.

nella deſtituebatur) Hic uſus illi adſcribitur Anatomicis, ne ex ore potus in nares remeet: s muſculis exiguis ſuſpenſa eſt, qui eam an- & retrorſum movent in deglutitione: Quoad , inter varios uſus illis adſcriptos, hic nu- ut humectet linguam, fauces, laryngem agum, contineor enim naturaliter humo- i mucilagineum, & lubricandis partibus ccommodum, faucibus ſcil. partibúſque præſertim Oeſophago; Hinc collige à de- fectu iſtarum glandularum, humorem quoque illum, quem naturaliter contineor, abfuiſſe, ac proinde difficultatem in deglutiendo ſequutam eſſe. Obiit mihi Filia ſemeſtris cui ad obitum uſque maxima hauſti lactis portio in nares inferebatur. In inſpiratione vero ſibilus quidam perpetuo circa iſthmum percipiebatur, à defectu columellæ. Cultro anatomico exponere, quo accuratius cauſæ innoteſceseot, vetuit amor paternus.

Observatio VI.

Deglutitio læſa ob Epiglotidem induratam.

[Epig]lotidem adeo quandoque induratam deprehendi, ut non ſolum loquelæ abolitio- n inferat, verum etiam *nonniſi fruſtra magna deglutire* ægrum poſſe efficiat; Potus, quæ cochleari exhibentur, Trachæam intrant, rigidiore ab Epiglottide non ſatis : Malum hoc incurabile habetur. *P. Barbette Anat. Pract. lib.1. cap.4.*

Scholia.

ſi fruſtra magna deglutire) Contingit quoque la facile, liquida vix deglutiri, cùm glandu- trinſecus appoſitæ intumeſcunt, quod ſoli- nendo viam vi ſibi faciant, liquidiora au- ſam glandium ſubſtantiam magis impleant: Item convulſis muſculis hyoideis, quia tunc ſurſum erigitur larynx, unde remeat in os cibos liquidus, ſolidus pondere delabitur, tremulo anxióque quodam moto. *Vide Scholia ad Obſervat. xxiv. ubi alia ratio adducitur.*

Observatio VII.

[Deg]lutitio læſa ob oeſophagum calloſum & compreſſum à materia craſſa ambiente.

s Balen, ſtudioſus, annorum 24. natura tenui valetudine, catarrhis, dentium do- & gutturis anguſtiæ obnoxius. Is anno 1624. cœpit eſſe querulus de rigida colli du- rat hyems aſperrima, & ille caput contra brumalem injuriam indurare voluerat, ſtudens detecto capite & feneſtris apertis, alvus ei erat adſtricta. Is tumor crevit, adeo ut tandem in Maio ad tantam duritiem & tumorem totum ei col- ceretur, ut nihil amplius fere deglutire poſſet: rigebant muſculi maſtoidei, to- ollum inſtar ſaxi na viſcida materia, quæ etiam adeo oeſophagum comprimebat, ndem, ne quidem liquidum etiam deglutire poſſet; Varia emollientia fuere ap- iam inſtrumentum per oeſophagum immiſſum, ſed cum magno doloris tormen- atera oeſophagi valde connivebant, auguſtata & compreſſa ab incubitu craſſæ riæ. Tandem ad pepaſmum materia devenit, & foris ad jugulum verſus latus ſini- tum eſt apoſtema, unde ingens materiæ copia profluxit: liberius tunc incepit de- d febris eum apprehendit continua, nam maxima materiæ copia ei in thoracem ſique computruit, & febrem putridam continuam accendit, quæ viribus omnibus eum ſuſtulit anno 1624. Junii 20. Vox ei & mens integra ad ipſum uſque momen- nimam efflabat: Biduo ante mortem, per foramen apoſtematis, in jugulo etiam liquid purulentæ materiæ cum biberet, nam oeſophagus erat exeſus à materiæ e: ſed arteria aſpera erat integra & intacta, nam vox & reſpiratio ſine dolore li- edebant.

Secto

Secto cadavere, muſculi colli omnes erant corrupti, ut & oeſophagus, idque dig longitudine, infra cartilaginem ſcutiformem incipiendo & deorſum eundo; Luridus, l vidus, nigérque erat omnium partium color, excepta arteria aſpera, quæ erat integ Plurimum materiæ craſſæ, amurcoſæ, & ſubcineritio colere præditæ hærebat circa mu culos & oeſophagum, oeſophagúſque ibi, ubi color mutaverat, valde connivebat à mate riæ compreſſione, & calli duritiem contrahere inceperat; vehementer ea materia fœ tebat.

Deglutitionem igitur impedit, tum anguſtia oeſophagi à materiæ compreſſione, tum ejus calloſa conſiſtentia, quæ ſe contrahere, & cibum apprehendere non poterat. Oe ſophagus ſupra & infra, ubi occaleſcere deſinebat, erat liber & apertus. *O. Heurniu Obſervatio xxx.*

Observatio VIII.

Deglutitio læſa ob Oeſophagum cartilagineum redditum & dorſi ſpinæ accretum.

FOeminia diu difficultate deglutiendi præpedita Medicum adivit, qui ipſi conſuluit *ſtylum ex oſſe balenæ* confectum, longum flexilémque in ventriculum intrudere: circa claviculas obſtaculum aliquod invenit; quod ſtylus nullomodo ſuperare potuit; Medicus illam pro deplorata habuit, poſt paucos menſes obiit fame enecta.

In diſſecto cadavere, totus Oeſophagus à clavicularum regione ad ipſum ſtomachum inventus eſt pura puta cartilago: neque erat pervius niſi cavitate valde minuta, vix ſetam porcinam admittente, eáque labyrinthia, ſed integra ſubſtantia cartilaginea ſolidus: Accrevit etiam dorſi ſpinæ, eodem modo atque cum oſſibus coaleſcunt cartilagines naturales: In inferiore abdomine Lien & Hepar una agglutinabantur, utrumque viſcus ſolito majus; licet reliqua omnia valde emaciata conſpiciebantur; Cyſtis fellea lapillis in ipſius figuram effigiatis plena. *Henricus Sampſonius in Miſcellan. Curioſis anni* 1673. *Obſerv.* 170.

SCHOLIA.

S*Tylum ex oſſe balenæ, &c.*) In Anglia nuper inventus uſus baxilli flexilis ex penna balænæ cum alligatis ſcopis, quo per gulam demiſſo, & ſurſum deorſum moto, ad vomitum concitatur repletus ventriculus: Aliis penna anſerina has vices ſupplet. Quidam Medicus incurvo ſyphone utebatur in omnibus catarrheumatibus, quo velut incantamento non ſolùm à capite defluẽtes humores excipere, ſed & in profundo corporis ventriculo impactos elicere: Figuram depingit *Ronſſeus* Epiſt. med. 47. improbans quod ſubvertat ſtomachum, & nauſea cibique faſtidium oriatur, & quamquam crudum expurget humorem, eidem generando novam ſuppeditet materiam: At hæc incommoda vitabuntur ſi finita ciborum concoctione & diſtributione dextre inſtrumentum ingeratur. Illius beneficio quidam in extremis conſtitutus, imminens fatum evaſit, referente *Willis* Pharmac. rat. ſect. 2. cap. 1. Vir robuſtus, *ait*, & alias ſatis ſanus, à longo tempore vomitu crebro laborans comeſta quæque ſæpius, etſi non ſemper, mox rejicere ſolebat. Tandem victis omnibus remediis, morbus in eum ſtatum devenit ut valde eſuriens comederet ille donec oeſophagus ad Gulam uſq; impleretur, dein nihilo in ventriculum illabente, ingeſta quæq; cruda regereret: Cùm pharmacis minime juvantibus præ fame ſumme elangueſceret, & propediem interire periclitaretur, inſtrumentum ei inſtar virgulæ, è pinna cetacea, cum ſpongiæ fibula apici ejus affixa parabam: hoc ægrotans ſtatim à cibo & potu aſſumptis, gutturi, indéque oeſophago immittens, alimenta ſecus reſtagnatura, in ventriculum, orificio ejus reſerato, detrudebat: atque hujus ope per xvi. annos pabulum quotidie ſumpſit, eademque adhuc machina utitur, & etiamnum vivit valétque, ſecus inedia periturus: Proculdubio in hoc caſu os ſtomachi ſive à tumore ſive à paralyſi ſemper occluſum nihil, niſi violenter reſeretur, in ventriculum admittit.

Observatio IX.

Deglutitio læſa ob obturatum Oeſaphagum à cartilagine ab ipſo enata.

MErcator Hippolitanus, conſiſtentis ætatis, ſeſqui anno de deglutitionis difficultate, mucronata ſub cartilagine, dolore gravativo in dies augeſcente, languore, ac totius corporis contabeſcentia, nullo in faucibus tumore vel dolore apparente conqueſtus. quum exſternis atque ad fata vitanda, quamplurimis tam internis quam externis, à diverſis Apollinis filiis tractu temporis ſibi præſcriptis, ac incaſſum adhibitis remediis, corpore ob deglutitionis impoſſibilitatem, ſanguine ac ſpiritibus deſtituto, maraſmo de violenta exſpirare cogitur.

Cadavere diſſecto, tribus ab ore ventriculi digitis, oeſophagus à cartilagine annuliformi, exiguo foramine prædita, ab ipſo œſophago enata, obturatus repertus fuit. *Nicol Gul. Beckers in miſcell. cur. anni iv. Obſerv.* 67.

Observatio X.

Deglutitio læſa ob Thymum, glandulam, corruptis humoribus infarctam.

Hymum novi, ex quorundam lue venerea infeſtatorum cadaverum ſectionibus id do-
ctus, inſtar ſpongiæ ab excrementitiis corruptis humoribus intumeſcere: Unde ægre
um potúmque deglutientes, ſæpe per foramina naſi in nares eos excernunt. *Vide lib.* 1.
21. *Obſervat.* 4.

Observatio XI.

Deglutitio læſa ob ſtrumas orificium ſtomachi obſidentes.

lveni ſtrumæ gulam aſperámque arteriam premebant, ut nec potus nec ipſi aëri tran-
tus eſſet. Ex repertæ ſunt in orificio ſtomachi, pulmonibus, &c. *Vide lib.* 4. *tit. de*
moribus.

Observatio XII.

Deglutitio difficilis ob carunculam Gulæ innatam.

Eſophagi ulcere ex lue Venerea ſanato caruncula ſuborta ſolidorum ac liquidorum
Deglutitionem cum dolore difficilem reddidit: Æger diu vitam trahens tandem ad
es penetravit. *Ioh. Rhodius cent. ii. Obſervat.* 46.

Observatio XIII.

Deglutitio difficilis ob Oeſophagum diviſum.

l infante v. annorum, x. April. 1670. Oeſophagum invenimus maxima parte diviſum, à
oſta nempe prima, ſuperiore, ad ſextam, ſic ut materiæ deglutiendæ duplex hic dare-
via: Ductus tamen hic, ut erat in principio ſimplex, ſic iterum ubi ventriculo vicinus:
le quid in infante recens nato jam ante annotaveram. *G. Blaſius Part.* 4. *Obſervat.*
ic. *viii.*

Observatio XIV.

Deglutitio abolita ob ſummam Oeſophagi anguſtiam.

Doleſcentulo octenni per *febrem ardentem* abolita deglutitio ab Oeſophagi anguſtia,
quæ tanta, præſente *Ioh. Prevotio*, ut Gula, cadavere aperto, aquam non admitteret.
Rhodius centur. 2. *Obſerv.* 48.

SCHOLIA.

febrem ardentem) Jugulum & collum ſua ha-
ent vaſa lymphatica, quorum uſus eſt ad irri-
m aſperam arteriam, cujus cartilagines ab affi-
tis reciprocatione facile exſiccantur. Hoc in
us ardentibus, & angina, ob calidam intempe-
riem abſumpto humore unctuoſo, quo ex tunicæ per-
funduntur, non tantùm moleſta fit Deglutitio, ſed
etiam ipſa vox ſtridula ſeu clangoſa evadit, & ſpiritus
difficillimè trahitur, nullo exiſtente in thorace vel
pulmonibus vitio.

Observatio XV.

Deglutitio abolita ab Oeſophagi inflammatione, poſt devoratum oſſiculum.

veni cuidam cum inter cœnandum oſſiculum in gula remanſiſſet, & tota nocte, ut
d rejicere poſſet, occupatus fuiſſet, ſequenti die circa veſperam ad me venit, Ca-
erem incurvatum clementer in oeſophagum immiſi, & ea qua potui diligentia ex-
vi quonam in loco infixum poſſet eſſe oſſiculum, ſed nihil præternaturale invenire
, præter anguſtiam quandam oeſophagi, è regione laryngis, & ea quidem in parte
e dolore, non tamen pungitivo, ſed obtuſo conquerebatur. Immitto itaque inſtru-
um meum ad res extraneas ex gutture extrahendas, cum ſua ſpongia annexa, ſed
e fructu quoque: nihil enim præter anguſtiam quandam oeſophagi (quam ego
ob exco-

ob excoriationem ab oſſiculo factam, & affluxum humorum eveniſſe non dubito) r
perite potui : quare ipſi ſignificavi nihil amplius inſtrumentis tentandum eſſe, ne loci
affectus magis magíſque irritaretur, peſſimáque ſymptomata excitarentur, Cum itaqu
curationem, (cujus fit mentio centur. 1. obſerv. 32.) inſtituere vellem, barbitonſorem a
cedit, qui ad aliquot vices inſtrumentis in guttur immiſſis malum adeo exacerbavit, 1
aucto dolore tandem nihil amplius deglutire poſſet ; quare iterum octava die in con
lium vocor ; Tum collum undique durum, tenſum & ſupra modum uſque ad ipſum pectu
tumefactum inveni; dolor erat maximus, reſpiratio difficilis, pulſus celer & debilis, nec gu
tulam quidem juſculi deglutire potuit, quare ipſum in periculo eſſe adſtantibus ſignificav
Interim tamen ut dolor reliquáque ſymptomata mitigarentur ; omnes nervos intend
Collum & pectus oleo liliorum & amygdal. dulcium inunxi : Cataplaſma & ſacculos emo
lientes & anodynos applicui : decoctum etiam ex radic. & folliis altheæ, malvæ, flor. cha
mom. lilior. & meliloti cum pauco melle ex cochleari lambendum dedi : Sed omnia fruſtra
ſequenti enim die placide obiit.

Poſt obitum inciſo collo, Oeſophagum cum vicinis partibus, ſed eo præſertim loc
ubi oſſiculum infixum fuerat, plane ſphacelatum, cum maximo fœtore invenimus ; oſſi
culum vero nuſquam, imo nec in ipſo ventriculo : Pulmones ob præcedentem inflamma
tionem lividi erant, & ventriculus plane vacuus : Oſſiculum vero illud prima nocte & an
tequam ad me veniret, in maximis iſtis conatibus, quos immiſſo digito in gulam ſibi exci
taverat, per ſuperiora rejectum, aut ad ventriculum & inteſtina delapſum fuiſſe. *Fabritiu
Hildanus cent. v. obſerv. 35.*

Observatio XVI.

Deglutitio impedita ob Tumorem lateri aſperæ arteriæ adnatum, Oeſophagum per filamenta intus enata obſtructum, Et Glandulas ejus exteriores tumidas.

INter Oeſophagum ac aſperam arteriam inſinuat ſe nonnunquam durus & exitialis quidam tumor, modo foris conſpicuus, modo vero intus deliteſcens : Primum autem coarctat, ſed mox occludit gulam, & quidem tam ſtrictè, ut denegato omni alimentis tranſitu certo peſſundet hominem: Cauſam autem agnoſcit, vel pituitam vel ſuccum melancholicum: Et prout, ſive hic ſive ille humor uberius redundet, pro eo etiam augetur imminuitúrve diſcrimen, in quod præcipitat ægros : Pituitoſum tumorem ut interdum, ſic nunquam domabis illum ab atra bile, præſertim ſi occupet mollem aſperæ arteriæ partem : Cujus flexiles membranæ ut pone facile deprimuntur, ſic ante reſiſtunt potenter huic tumori cartilaginei illi annuli, quos inſtar ſcuti nobiliſſimæ huic fiſtulæ præpoſuit ſollicite natura. Signa ejus ſunt, Gulæ anguſtia, ſpiritus difficilis, gutturis fervor, ſputa ſalſa ac perennis ſalivæ ſcreatus : Ipſa autem pars affecta, digito depreſſa, oſtendit tumorem magis latum quam elatum, qui quanto deliteſcit penitius, tanto magis coarctat gulam tum aſperam arteriam, adeo ut interdum nec detur ſpiritui exitus, nec alimentis conveniens in ventriculum ingreſſus.

Viduæ cujuſdam naupegi ſuccrevit paulatim, ex deſtillatione, humilis ac latus tumor, inſidens firmiter lateri aſperæ arteriæ, paulum ſupra jugulum : Hinc impediri evidenter ſpiritus, & tantopere Deglutitio, ut circa ſummum tumoris incrementum, vix quicquam amplius tranſmiſerit gula ; niſi forte exiguas aliquas lactis vaccini guttulas ; quarum ope nequaquam ubi reſtaurarentur debitè vires, majoris opis indigæ, emarcuit neceſſario corpus, & exceſſit ipſa non invita è vita.

Diſſecto autem cadavere, offendimus hunc tumorem ad inſtar carcinomatis, colore lividum, & radicibus diffuſum per quamcunque colli partem, potiſſimum verò circa gulam, premendo eam tam arcte, ut ex complicatis ipſius tunicis excreſcerent intus varia filamenta, obturantia intricata ſua textura, uſque eo perviam hanc fiſtulam, ut ne ferreum quidem ſpecillum per eam licuerit nobis tranſmittere : *Intumuerant* adhæc à perenni pituitæ curſu, tam vehementer *glandulæ*, in medio thorace, *gulæ extrinſecus appoſitæ*, ut nemo miraretur amplius mulierem hanc incidiſſe, non modo in ſummas anguſtias, verum in famem inexpugnabilem & inevitabilem mortem. Sed exceſſit omnem admirationem arteria cervicalis, tam ampla & lata, ut in ſe facillime recepiſſet duos digitos, ſed interim plane vacua & omni humore deſtituta. Calor quippe arteriæ, à carcinomate impreſſus, attraxerat eo plus ſanguinis quam ipſa fuit recipiendo : unde veriſimile eſt tunicas ipſius præter conſuetudinem fuiſſe diſtentas : at humorem attractum abſorpſit deinde tam valide idem

endium in dies increſcens, ut arteria integre inanitâ, induceretur inde inevitabilis illa oriendi neceſſitas, quam rectius videtur innuere Auctor lib. de corde, aſſerens, *Vaſa dis eſſe fonte; humanæ naturæ, & flumina quibus totum corpus irrigatur; hæc vitam conferre, ſi exſiccentur, hominem perire. Nic. Tulpius lib. 1. cap. xliv.*

SCHOLIA.

Et viam hanc fiſtulam) Peculiarem deglutiendi difficultatis cauſam adnotavit *Platerus* obſ. lib. 1. Gulam . humiliore ſede anguſtam factam, quam curavit quodam cui anni ſpatio cibos paulo ſolidiores derienti, ii in media, ut dicebat, via ſubſiſtebant; ue angebant donec potu eos deorſum pelleret, imnis alias à quolibet affectu: Uſus autem eſt hoc ctu, ℞. ol. amygd. d. rec. butyr. rec. an. ℥ß. mug. ſem. lini extr. cum aq. violar. ʒij. medullæ ſem. urb. & melon. an. ʒj. penidiat. ℥jß. m. Frequenbibit lac caprinum, cui butyri rec. & penidiarum tio addita: Inuncta ſunt latera colli oleo amygd. yr. rec. & axungia gallinæ.

ntumuerant Glandulæ Gulæ exterius appoſitæ) Ad Oeſogi humectationem variæ glandulæ ipſi adſtant, ſuius ſcilicet ad linguæ laryngiſque latera duæ tonſillæ, humorem ad leniendam interiorem cavitatem ſuppeditantes: Exterius eum humectare traduntur inferiores glandulæ duæ, in poſtica Oeſophagi parte, juxta quintam thoracis, vertebram ſitæ (eo ſcil. loco ubi Oeſophagus aortæ trunco cedens, ad dextram nonnihil deflectit) ac multoties inter Oeſophagum & vertebras tantopere occultatæ, ut nonniſi diligentiore inveſtigatione reperiantur: Nonnulli has glandulas, non tantum exterius Oeſophagum irrigare, verum etiam eundem ad faciliorem deglutitionem, interius humectare credunt, Verum cum neque extrinſeca illa irrigatio neceſſaria ſit, neque à glandulis ullus tranſitus verſus interiorem Oeſophagum protendatur, ſatis patet illum non eſſe earum uſum.

Diemerbroeck Anat. lib. 2. cap. 16.

OBSERVATIO XVII.

Deglutitio læſa ob adipem Gulæ & Tracheæ adnatum.

NOb. N. aperto cadavere, Tracheæ arteriæ & Gulæ tantum adipis (à pinguiſſimis haud dubie carnibus ſæpiuſcule ingeſtis contracti) indurati adhæſit, ut non modo eficium ſpirandi crebro deſideraverit, ſed paucos quoque dies ante obitum aſſumere uiverit, ſolo potu ſuſtentatus: Et facile credo ſi diutius ſupervixiſſet illum inedia periam fuiſſe. *Ex Ioh. Fabri Obſervationibus. Vide l. 2. tit. de Dyſpnœa.*

OBSERVATIO XVIII.

Deglutitio læſa ob vitioſum chylum in ſtomacho contentum, Et pituitam aſperam arteriam implentem, Oeſophagum comprimentem.

Irgo ex labefactata hepatis hæmaroſi mortua, dum ægrotaret non deglutiebat niſi ſumma difficultate. Poſt mortem ex Oeſophago teterrimus corruptus chylus exibat, multa ſpumans pituita aſperam implens reperta, ex Pulmonibus corruptis exundans. *Heurnius Obſervat. xvj.*

OBSERVATIO XIX.

Deglutitio læſa in Puella, ob vitium ventriculi & Pulmonum.

ella dum ægrotaret non deglutiebat niſi ſumma difficultate: Poſt mortem ex Oeſoago teterrimus corruptus chylus exibat, & multa ſpumans pituita aſperam arteriam ebat, ex pulmonibus exundans: *vide tit. de Affectibus uterinis.*

OBSERVATIO XX.

Deglutitio læſa à cartilaginea duritie Sphincteris gulæ totiuſque Oeſophagi, Glandularum laryngi adſitarum miro incremento.

Xor Dom. Martini, corpore gracili, melancholica, vultu rubicundo, annos nata xxx. epilepticis inſultibus ſæpe tentata, geſtationis præſertim tempore, quo venæ ra ſtupendum in modum tumebant; Eduliis craſſi ſucci uſa, braſſica, ſuilla carne, fundurata &c. Tandem autumno anni 1672. imbrifera tempeſtate angina correpta eſt, neglecta omnem deglutiendi facultatem ademit, ita ut nequicquam liquidi aut ſolirmeare potuerit, tumore circa jugulum, imprimis ad platyſma myodes dextrum feſto: Potus omnis, cannula ore attractus, per nares reſiliebat cum ægrotæ aliquo ſolaer ſex ſeptimanas clyſteribus nutrientibus ſuſtentata eſt: Sanæ mentis jam vivendi fiproximum conjectans, in ſuperius cubiculum a marito ſe deferri voluit, appenſa

ibi

ibi lintea cadaveri involvendo ante deſtinata, apprehenſura: hinc in ſtratum relata quatuor liberos lugubri veſte indui juſſit accerſito ſarrore, conſanguineiſque advocatis ultimum vale dixit, atque inter preces exſpiravit.

In aperto cadavere Gulæ ſpincterem muſculum, ſive Oeſophageum, ab utroque ſcutiformis cartilaginis latere enatum, ſeſe poſterius per gulam extendentem, quo tanto facilius deglutitio perficiatur, in cartilagineam, oedemati haud abſimilem ſubſtantiam degeneraſſe, tranſverſimque totum œſophagum occupaſſe, ductum ſeu canalem per quem alimenta ad ventriculum deferuntur, nulla adſtrictione, ſed coalitione ita clauſum fuiſſe ut non oculis, nedum ſtylo ulli pervius fuerit: Glandulas deprehendimus ſuperiores, a laryngis latera poſitas, inſtar renis vitulini excreviſſe: cui tamen præternaturali in magnitudine conſtitutioni peritus Medicus minime attendebat.

Sed quia principium illud Gulæ, quod proprie Pharynx dicitur, in cartilagineum oedema induruerat, an ab induſtrio Chirurgo Pharingotomia, eo modo quo *Fontanus* Laryngotomiam inſtitui vult, ſuſcipi potuiſſet, Incertum remedium certæ morti præferendum eſſe à Te, vir periti ſſime, audivi & retinui, tuáque autoritate ſola nixus pauca hæc quæſivi. Vale. *Ex communicatione Excellentiſſ. & Nobiliſſ. Dom. Stoffelii Sereniſſ. Principum Wirtembergenſium Præfecti moribus.*

APPENDIX. I.

Deglutitio læſa & depravata ab attenuatâ larynge & muſculis vicinis exſiccatis.

DE Laryngis cartilaginibus, utrum in omnibus, vel plerisque ſaltem, oſſeæ fiant, vehementer dubito, quamvis non negem frequenter, vel aliquoties ſaltem hoc accidere: Obſervaſſe tamen in ſenibus quibuſdam exſiccatis, & quaſi excarnibus redditis, ut facillime inter comedendum aliquid aſperæ incideret arteriæ.

Nuper ſenex ſexagenario major tale quid paſſus potum admittere omnino nullum potuit, quod mox illaberetur magna ejus pars arteriæ aſperæ: Cibum tamen propemodum ſine offenſa aſſumere potuit, præſertim qui non eſſet friabilis, ſed cui lentoris aliquid ineſſet, atque ita paulatim conſumptus eſt. *Obſervatio Oſvvaldi Gabelchoveri.*

APPENDIX. II.

Deglutitio Potus læſa ob arteriæ aſperæ ſiccitatem & ligulæ conſtrictionem.

LUdovicus du Bex, cùm febre quartana laboraviſſet diu, & ea quaſi contabeſceret inter alia ſymptomata difficultas quædam potandi fuit: mirum hoc, appetebat cibos & bene deglutiebat, ſed cum bibebar, ſecundo aut tertio hauſtu, tanta difficultas & moleſtia tuſſis contingebat ut ad nares reſiliret potus, Cauſa cognitu difficilis, nil enim in faucibus tumens apparebat, nullus aderat dolor: Medicus quidam id referebat ad inflammationem; Ego ad ligulæ quandam contractionem & aſperæ arteriæ ſiccitatem, quæ efficeret ut non ſatis obſequeretur hauriendo liquori, ita ut in aſperam arteriam de potu aliqua pars deflueret, id quod tuſſim & moleſtiam afferebat: Ille occurrit ægro admotis & aſſumptis, humectantibus & lenientibus, Et id profuit, cùm enim pinguior factus eſt, iſtud ceſſavit ſymptoma. *Ballonius lib. 2. conſ.* 14.

OBSERVATIO XXI.

Deglutitio læſa à Tuberculo ori ventriculi innatô.

MUlierem vidi gravidam cui tuberculo duro, eoque ingenti, ita os ventriculi obturabatur, ut quicquid indebatur, attacto ore ventriculi mox remearet atque redderetur: Sic adſtantium omnium judicio, nihil cibi potuíſſe bimeſtri tempore, vel conatu maximo ea voravir: Tandem morbo, deſipientia, febréque confecta deceſſit, editô partu quem vitæ ſuperſtitem reliquit. *Fernelius cap. 1. lib. 6. Pathol.*

OBSERVATIO XXII.

Deglutitio læſa à ſcirrho ventriculi orificium obſidente.

§. 1. ANno 1570. vocarus ſum ad mulierem quæ longo decubuerat tempore, angebatur tranſglutiendi difficultate maxima, & tanto gulæ ardote, ut præ eo nec dormire nec ſitim ſedare quiverit: Aucta gulæ anguſtia, vix quid liquidi in ventriculum

um immiſit : ventriculus ad vomitum excitatus, egerebat interim cibum, interim um pituitam cum bile craſſa permixtam: Ægra ſciſcitata num juxta ingreſſum gulæ ventriculum, vel ventriculi orificium, quid tanquam clavum infixum, vel globu- perſentiſceret? ſeſe toto octennio tale quid in ea regione percepiſſe, atque tranſ- tiendi magna difficultate laboraſſe, ſimiliſque morbo & patrem & ſorores occu- ſſe affirmabat: Tandem nutrimento deſtituta, atque ad extremam perducta maciem incta eſt.

Mortuam aperui, & inveni ad ventriculi orificium ſcirrhum pugni magnitudinem ex- entem, ſubſtantiæ gulæ innatum, qui craſſitie ac tumore ſuo anguſtabat atque obtura- œſophagi finem: Meſenterium viſum fuit ex multis, iiſque ſatis magnis ſcirrhis con- um, ſicut & Pancreas; Omentum contractum, craſſum, & ligno durius inventum: ven- ulus inanis, hepar ſubalbidum ſcirrhiſque refertum erat. Quamvis hæc mulier totum enniumhos ſcirrhos geſtarat, atque tranſgluriendi difficultate in dies magis ad finem ue vitæ afflicta fuerit, nihilo ſecius, quod valde mirum, utcunque commode læte ac riter vixit, liberos procreavit, habuit tamen ſemper macilentum corpus. *Coiter lib. rvat. Anat. & Chirurg.*

§. 2. Ut Nutritio fiat multa requiri certum eſt, nec ſolum alimenta concoqui, ſed & concoctionis loca deferri : proin patentes eſſe vias per quas ad ejus officinas iter eſt: ſophagus via eſt alimento ad venrriculum, chylificationis organum traducendo: hoc ſi cunque de cauſa occluditur, atrophia hominem conficit.

Alutarius natione Germanus, habitatione Genevenſis, nomine Abrahamus Colonna, rimorum menſium decurſu inſigni & moleſta Deglutiendi difficultate laboravit, quæ dem adeo adaucta eſt, ut nihil in ventriculum cibi potuſve deſcenderit, quin protinus eſta quævis, ubi orificium ventriculi ſuperius attigerant, ſurſum remearent, Tabe & te ſubſequentibus.

Diſſecto cadavere, repertus durus & ſcirrhoſus tumor orificio ſuperiori ventriculi ad- us, adeo ut meatus omnino præcluderetur.

Observatio XXIII.

Depravata Deglutitio Potus, qui velut in cavum deſcendere videbatur, ob Pulmones coſtis annexos, ex parte purulentos &c.

. Taſſinus Dolorem lateris quetebatur: ſæpe vox deficiebat, ac ſi aut pulmo confoſ- s, aut perforatus, aut adhærens eſſet : Non poterat multum & affatim bibere, quia ciebat ſpiritus: Aperto cadavere deprehenſus eſt Pulmo adhærens tum in parte dextra in ſiniſtra coſtarum &c. *Vide lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

SCHOLIA.

u velut in cavum &c.) Inter ſigna extinctionis ultatum corpus regentium & nativi caloris eſt inſigne, ſi cum bibit æger percipiatur potus ſus in ventrem & pectus, ac quaſi ſonitus: contigit Dealcis uxori. 3. Epidem. Cydis filio artadi, lib. 7. Epidem. Cauſam ejus accidentis d vidiſſe ſe ait in multis moribundis *Valleſius*, nec ſe in ullo eorum qui ſupervixerint: certè in nium eorum qui acute ægrotarent, & id acci- dens acutæ febri ſuperveniſſet) quod corruptis jam facultatibus naturalibus potus pondere & propria fluxilitate feratur, velut in obmortuum corpus, at- que ob id ſonitum edat : Accedit etiam alia cauſa, quod moribunda corpora flatum jam admittant in- tra naturales cavitates, qui ſonum edit verberatus ingreſſu humoris, qui non fugitur paulatim à naturalibus inſtrumentis, ſed pro- pria natura decidit.

Observatio XXIV.

Deglutitio Potus læſa ob callum in aorta arteria obortum.

Allum cuidam in arteria magna, loco cordi proximo, natum obſervavimus: Diffici- le admodum fuit huic potum admittere, ut vix unciam ſimul bibere potuerit. *R. Do- s Annot. ad cap. 30. Benivenii de Abditis.*

SCHOLIA.

Œſophagus ſitus eſt ſub aſpera arteria, ubi ſpi- næ adjacens primum recta deſcendit: ad quin- tero thoracis vertebram Aortæ cedens dextror- ſum vergit, mox ſiniſtrorſum denuo Arteriam ma- gnam conſcendens diaphragma perforat: Atque in hoc concurſu callus in aorta obortus compreſſione

Oeſophagi

Oeſophagi anguſtiam & deglutiendi potus difficultatem induxit.

Potum admittere) Idem à glandulis Gulæ extrinſecus appoſitis contingere obſervavit *Riolanus* lib. 3. Anthropogr. cap. ultimo: Glandulæ, *ait*, aſperæ arteriæ canali ſubſtratæ, infra laryngem conſiſtunt, quæ ſæpe ita intumeſcunt ut *Potibus* & liquidioribus mentis viam intercludant, non item ſolidiorib Solidiora enim iter ſibi parant comprimendo liquidiora fungoſam glandium ſubſtantiam magis implent.

OBSERVATIO XXV.

Deglutitio læſa ob humorem fœtidum in ventriculo contentum cum flatibus, Pylorum exulceratum, &c. connexum inibi cum Hepate.

VIr ſexagenario major per quatuor annos circa hypochondrium dextrum dolore paſſus eſt, vomitum, ſingultum, ructus, non potuit ſolidos aſſumere cibos, ſe juſeulis ſaltem contentus fuit: Eo mortuo, facta in parte ſuperna ventrieuli ſectione, pyloro ad ſiniſtrum orificium, fœtidiſſimi prorumpunt flatus, & in cavitate repertum l quamen ſubcruentum & ſumme fœtidum: præterea pylorus totus erat exulceratus & *Vide tit. de ventriculi dolore.*

SCHOLIA.

Circa hypochondrium dextrum) Narrant morbum quendam eſſe Equis proprium, qui vocatur *Tiq*: fit cum id quod devoratum eſt & deglutitum vix os ventriculi præterlabi poteſt: imo ſenſum ponderis affert & dolorem aliquem inexplicabilem: Guloſis id accidit, & qui cibos vix præmanſos ſtatim devorant: Viſitur & id in iis quibus Hepatis cavum detur obrui multitudine humorum, vixque prim ſunt obſtructæ: Maximum remedium alvum ſoll citare, & ventriculum diligenter evacuare. *Ballonius Epidem. & Ephemer. lib.* 2. *pag.* 212.

OBSERVATIO XXVI.

Deglutitio læſa ob Gulam ab inteſtinis compreſſam, 1. Hepatis partis cum ventriculo connexionem. 2. Ventriculi ſyderationem, cum pulmonum inflammatione, ab aſſumpto veneno. 3.

§. 1. EBrioſus quidam puſtulis in facie ubertim pullulantibus, hepar dolere viſus eſt, cu acceſſit inſignis inteſtinorum dolor & Gulæ moleſtia, ut cibum deglutire am plius nequiverit.

In diſſecto cadavere Lien intumuerat, copia potulentorum diſtentus, & inteſtina ac eas anguſtias compreſſerat, ut tranſituros cibos admittere non potuerint. *Th. Bartholinu cent.* 4. *Obſervat.* 47. *& Epiſt.* 14. *cent.* 4.

§. 2. Vir patiebatur ſingultus, ſolidos cibos non potuit ſumere ſed tantum liquidos Hepar ventrieulo cava ſui parte arcte connatum erat. *vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 3. D. N. Vomitu, nauſea, reſpirandi, Deglutiendi difficultate &c. prehenditur, cun cum gutturis dolore. Reperta ventriculi interna tunica omni ex parte livida & ſyderata *vide tit. de vomitu.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII.
SECTIO V.
DE SINGULTU ET RUMINATIONE.

OBSERVATIO I.

Singultus ab Hepate, Splene & Inteſtinis vitiatis.

HERMANNUS *Cruſerius*, qui Hippocr. quoſdam libellos cum comment. Galeni, latine factos edidit, Is 23. Decembris placidiſſime exſpirans mortuus eſt, cùm 16 ejuſdem menſis die, antea rectiſſime valere viſus, ſubito in ὑπνασμὸν & λυγμὸ ventrieuli incidiſſet, quæ ad extremum vitæ articulum nullis medicamentis curari, ve ſaltem mitigari potuerunt: Erupit illi quarta die morbi ſanguis ex naribus concretus: in urin ejuſdem

ſdem grumi quidam obſervabantur, cum toto triduo præcedenti ejuſdem ſuppreſſione oraſſet: Senſit initio quoque circa Hepar vehementes dolores, perpetuo nigra dejecit. Cum ſectum eſſet poſt obitum cadaver, nihil fere aliud memorabile inventum eſt & andum, quam quod ſiniſtro rene careret, cum dexter magnitudine binos explere vi- etur: Hepar circa λόβους extremos valde nigricans videbatur, Itidem & ren dexter: en quoque parvus, vehementer, ea parte qua alligatur, nigricabat: Inteſtina prorſus nt livida, propter contenta ſimilia illis quæ per totum morbum dejecit: Ventriculus rſus erat inanis: Cor flacciďiſſimum: In veſica lapillus fabæ magnitudine, vel pene na & magnitudine lupini inventus. *Solenander ſect. v. conſil. xvi.*

OBSERVATIO II.

Singultus à Iecore inflammato ventriculum comprimente.

Ecui quendam inflammatum in Jecore, qui habebat Singultum, & inveni *compreſſum ventriculum. Saxonia Panthei l.3.c.9.*

SCHOLIA.

Uando inflammatio Jecoris eſt magna & in par- te gibba, triplex eſt cauſa, 1°. quia jecur inflam- um propter magnitudinem comprimit ventricu- , quod tamen non admittit *Galenus* 7. aph. 17. 2. humorem aliquem bilioſum à jecore ad os ven- li tranſmiſſum: 3. Ob conſenſum nervorum ſextæ ugationis. *Idem ibidem.*

ompreſſum ventriculum) Qui ſingultus ſubjectum nnibus ſtatuitur: *Franc.* tamen *Sylvius* prax. lib. 1. 23. *Platerum* ſequutus, proprium diaphragma- neutiquam ventriculi affectum judicat Singul- , cum voluntarius eſſe poſſit, & à plurimis omni ore pro lubitu excitari queat: cenſens illa ſui s parte diaphragma affici qua inſervit expira- : quaque in aperto, brutis adhuc viventibus, ab- ne, vi ſatis magna verſus ventriculi regionem rahi tactu non minus quam viſu percipitur: Tra- nen ut plurimum ad Singultum producendum, fecto prius ventriculo diaphragma in conſen- non negat, & præſertim ab acribus haliti- vel flatibus, vel humoribus undecunque ac- ntibus & quacunque demum via ad membra- diaphragmatis centrum penetrantibus, ipſum- pungendo vel rodendo ad convulſivum illum m efficiendum irritantibus: Veram proinde Sin- s cauſam putat quicquid ad violentam, non ra- durantem, ſed mox interruptam ceſſantémve, nque ſæpenumero repetentem ſui contractio- diaphragma cogere aptum eſt, ſive illud in iculo reperiatur (quo referenda medicamenta imenta noxia & acria, venena potius dicenda) dem ex tenui inteſtino, a vitioſa humorum con- ium efferveſcentia excitatum, humoris, halitus ve forma eo aſſurgat, & ſuperius ventriculi ori- n ita rodendo præſertim afficiat, ut ipſum am- diaphragma ſimul afficiatur: ſive idem in tho- racis abdominiſve cavitate concluſum immediate dia- phragma mordicet, vel ad ipſum per vaſa ſua defe- ratur, ac in ejus ſubſtantia hærens partes ipſius ſenſi- les rodat, vel quovis alio modo ad moleſtam illam convulſivamque ſui contractionem ſolitariam & ſub- inde continuo repetentem ipſum adigat. *Plateri* verò opinio *Sennerto* non arridet, quem vide: Exc. *Willis* Pharmacopeæ Rat. ſect. 1. cap. 2. partim ventriculi, partim diaphragmatis affectum ſtatuit, ſed illius pri- mario, Ventriculus, *inquit*, pariter ac Oeſophagus, tribus conſtat Tunicis, una communi à diaphragmate orta, & duabus propriis, externa internáque: Inte- rior tota nervoſa eſt, cujus fibræ potiſſimum ad ſen- ſationem, & forſan quadantenus etiam ad motum faciunt: Hæ inanitæ famem excitant, atque præ ſic- citate aut ſalſedine corrugatæ ab aromaticis &c. Si- tim inducunt; Si humores acres ſtimulant, Cardialgia accietur: Denique in has fibras medicamina quæque imprimis: Quoad Tunicæ hujus motum, etſi con- tractiones ſpontaneas ei prorſus denegemus, atta- men ſatis manifeſte patet eam frequenter diſtendi, in- flari, intumeſcere, non ſolum à flatibus intra ſtoma- chi cavitatem genitis, ſed longe ſæpius à ſpiritibus fi- bratum ipſarum incolis, qui ſi valde irritati, inque impetum exploſivum adacti, iſtas ſimul omnes dum tumultuoſe & ἀθρόως incurrunt, ſumme inflant & diſtendunt: Hinc Singultus oritur, ejúſque recipro- cationes, ob ventriculum per has fibras modo infla- tum, & per diaphragmatis ſyſtolen, modo depulſum, contingunt. Adſtipulatur *Rich. Lower* Tract. de cor- de cap. 2. Singultus, *ait*, licet noxam atque occaſio- nem ventriculo plerumque debeat, diaphragmatis ta- men proprie affectus eſt, & ideo pro libitu noſtro ſpaſmum ejus imitari, aut ſpiritus reten- tione pro tempore cohibere poſſumus.

APPENDIX.

De Singultu ab inflammatione Hepatis, Et quomodo juvet Sternutatio.

Nte biennium cum quidam Decurio ex præſidiariis noſtris Hepatis inflammatione laboraret, diebus paucis ante mortem in Singultum vehementiſſimum incidit, ad n convincendum cum varia à me adhiberentur, eum tamen tollere non licuit: duo præ primis aliquid auxilii afferre videbantur & Singultum ad mediam horam tollere, manus frigidæ imponeret aquæ, juſſi, hinc Singultus ad mediam deſiit horam, Et cum ultus rediret, cucurbitas meo juſſu ſine ſcarificatione ventri applicarent; iterum Singul- d horæ quadrantem remiſit: Cum vero hic Singultus ægrum rurſus moleſtaret, ad Ster- mentum tranſii: Errhinum fortiſſimum in nares inſufflatum eſt, verum nullam Sternu- nem movit: Quare ſi ægri ad Sternutationem errhino, vel pulvere ptarmico compelli

nequeun;

nequeunt, pro infauſto ſigno habeo : Naturæ conſultiſſimi, ac arcanorum ruſpatc
jus rei reddunt cauſam : Meo judicio, quando ægri ad ſternutandum medicame
pelli nequeunt, certiſſimum indicium eſt facultates vitales & animales peccante 1
ſuppreſſas eſſe, ita ut non valeant hoſtem ſuum ipſas prementem expellere, & j
cumbere victasque dare manus : An vero in omni morbo pro infauſto ſigno hab
ſit, non definiam ego : credo enim ut cuilibet morbo ſua ſingularis corpus occider
thodus eſt, ſic quoque quilibet morbus ſua peculiaria & propria infauſta ſigna habe
nutatio cui operi naturæ in macrocoſmo analoga ſit non immerito quis quæreret ?
motum quodammodo refert, An vero in infantibus lumbricos ſemper indicet ? M
ſit veriſimile, acres ichores ſæpius è capite depluunt, membranas ſumme ſenſiles i
tes, ſternutationem cauſantur : In oculorum affectibus corpore l. a. evacuato ſtern
nem maxime utilem credo, & ſic eam admittit in curatione Guttæ ſerenæ Excel. C
præprimis vero probo in oculorum morbis pulverem naſalem Excell. *Th. Bartholi*
Ioh. Ludovicus Hannemannus in Actis Medic. Bartholini anni 1673. *obſerv*. 28.

Observatio III.

Singultus à bile aduſta in ventriculi fundo contenta, Inflammatione viſcerum Re ſiniſtro corrupto vicinorum &c.

Sereniſſimus quidam Princeps febre ab inflammatione renis ſiniſtri prehenſus, *hiſtoriam lib. 4. tit. de Febribus*) gravi quoque ſingultu affectus fuit, in horas creſ nullis remediis cedente : Sectione corporis facta, Ren ſiniſter fœde computruera ventriculi fundo, & inferiori orificio, innatabat pars non minima bilis aduſtæ : C quoque viſcera haud leviter inflammata conſpiciebantur.

Observatio IV.

Singultus ab atra bilario humore in ventriculo contento.

Ferdinandus III. Roman. Imperator ante obitum, ex confluxu bilis & humori lancholici (non tamen atræ bilis) Singultum quaſi continuum patiebatur : Ejus triculus, tametſi pridie mortis ſex bilioſi & melancholici humoris libras vomitu re cerat, attamen ejuſdem excrementi libras duas in ſe continebat, cujus acrimoni tanta, ut caſu aliquot guttulæ in argenteam pelvim deciduæ, acrimonia ſua non ſec aqua vitriolata metalli nitorem macularit, *Vide hiſtoriam Tit. de vomitu. ex Hæferi He med. lib. 3. cap. 3.*

APPENDIX.

Singultus à lactis acrimonia orificium ventriculi Infantis vellicante.

Tertiam cauſam Convulſionis & Singultus ſi *Hippocr*. 6. aph. 39. addidiſſet, nempe tationem à materia acri & mordaci, oracula ſua complemento auxiſſet : Irri enim orificium ventriculi vellicatis nervis à ſexto pari propagatis, vel à flatu, vel à va bus calidi Hepatis, unde lethale prognoſticum in Coacis deducit, vel à Tumore co mente, qualem illi adfuiſſe ſuſpicio fuit, quem Patavii perpetua ſingultiendi moleſtia mus, vel ab acrimonia lactis non ſuperflui, quæ infantes vexare nonnunquam ſolet : jus etiam non ita pridem exemplum habuimus : Filiola fratris mei Clar. *Bartoli Barth.* Profeſſoris Regii &c. 17. hebdomadas nata, ventriculi nauſea ſenſim oborta, forſan ctis acrimonia, circa meridiem 25. Maji ſpaſmo ſiniſtræ manus, cum Singultu continu dem materia nervos ſtomachicos irritante & convellente, correpta fuit : Levior ille mus ſubinde remiſit in manu, quia levior cauſa, ſed Singultus perſeveravit, ventric materia vellicante ſe expedire non valente, ut nullas ſomno inducias concederet : nia fuere à me & D. *Matthia Iacobæo* adhibita, externa pariter & interna, ad abſtergen inimicam ſtomacho materiam, ſed inhibere in tenellulo corpuſculo nulla arte potu mortis celeritatem, quin 18. hora, Singultu perſeverante, elegantiſſima anima exſpir *Bartholinus in Actis med. anni* 1673. *obſerv*. 28.

SCHOLIA.

Num Singultus ille Diaphragmati quoque aſſignandus potius quam orificio ventriculi? Spaſmus ſiniſtræ manus comes id indicare videtur, Quintum enim par nervorum ex cervice prodeuntium, *inquit Excell. Bartholinus Anatom. Reformata libello* 3. *cap*. 3. cum quarti & ſexti propaginibus facien vos diaphragmatis inſignes : Et quintum cum dictis partem retrorſum mittit, partem antrorſ muſculos caput inclinantes, brachiorum, ſcapul & cutim.

Sſſ APP

APPENDIX.

Singultus Periodicus ſoli ſanguinis miſſioni è brachio cedens.

vit hic virgo annorum 24. quæ cætera ſana, quotannis fere, ſtato plerumque tem-
›ore, Singultu affligitur tam pertinaci, ut periodum 14. dierum non raro abſolvat,
ıdo & ultra progrediatur, contemptis quæcunque etiam in adverſum à variis Me-
ıntata ſunt medicamentis, tam continuo ut nullum interea horæ diurnæ minutum
ltando vacuum experiatur: Noctes ſolæ quietæ ſunt & ſomni imperturbati: prima
pergiſcente ægra expergiſcitur & ſingultus, totumque diem faſtidita concuſſione
at: Tandem inventum eſt huic malo remedium: Illud ipſum eſt venæ ſectio libera-
›ena brachii: Memini fluxiſſe etiam aliquando menſtrua ſic ſatis copioſe durante
ıec ideo ſingultum vel tantillum intercalaſſe: Sed cur ſola brachii vena ſecta juvat?
ılentum quiddam acri junctum vaſa ſanguinea *Diaphragmatis*, & per conſenſum ner-
am perturbans, aperta venatam vicina, exitum inveniat: an alia in re hactenus fere
a excogitari convenientior ratio poſſit, rerum medicarum conſulti expendant.
Actis anni 1671. *obſerv.* 73.

Observatio V.

Singultus ab Omento ventriculum deorſum trahente ortus.

di Omentum p. n. in ea teſtis tunica cui peritonæum originem præbet, ita au-
tum ut quatuor aut quinque librarum pondus penderet, & ventriculum ita deor-
ſua ſede diſtraheret, ut ventriculi deficiente munere variiſque obortis Singultibus
›ccaſionem dederit. *Veſalius Anat. l.* 5. *c.* 4. *vide tit. de Herniis.*

SCHOLIA.

ıiæ inteſtinali, præſertim ſi jejunum inteſtinum prolapſum eſt, & in ſenibus, familiarem eſſe Singul-
m Practicis notum.

Observatio VI.

ngultus inflammationem, hinc ſyderationem pulmonum & inteſtinorum ſequutus.

)minus de Bures, Singultiens, tuſſiens, febriens, ad tabem vergens interiit. In-
cnti illi ſunt Pulmones purulenti, corrupti: Inteſtina liveſcebant quaſi ſyderata
ıperna; unde credibile fuit Singultus magnam occaſionem illinc natam. *Vide l.* 4.
ebribus.

SCHOLIA.

bem vergens interiit] Quam noxius ſit Singul-
in Febribus (quem diaphragmatis proprie
eſſe ſtatuit *Rich. Lower*) oſtendit idem Tract.
cap. 2. pag. 97. Cum diaphragmatis circulo
pericardium undique accreſcat, fieri non
ıin convulſione ſua hoc in conſenſum trahat,
motum cordis interturbet: Et licet brevis
di affectio magnas cordi moleſtias non fa-
:bribus tamen malignis, ubi diutius & per
rſan horas & dies perſeverat, cordis muſcu-
lum adeo laceſſit & defatigat, ut poſt hujuſmodi irri-
tationis tædium, nihil magis quam de cordis dolore
& anxietate conquerantur: quin & pulſus plurimum
intermittit: fieri enim aliter non poteſt quin à par-
tium iſtarum adhæſione, & alterius ſpaſmo, mutua
ipſorum opera impediatur: neque enim diaphragma
toties & tam violenta ſyſtole corripi poteſt, quin cor
ſecum ſimul trahat, adeoque antipraxi ſua motum
ejus durante paroxyſmo multum
perverat.

Observatio VII.

gultus excitatus à variis ventriculi, inteſtinorum aliarumve partium naturalium affectibus.

Tudioſus graves ſingultus & vomitus perpeſſus eſt; In ſiniſtro latere thoracis
Omentum ſe prodit, ſub quo latitabat ventriculus. *Vide tit. de vomitu.*

Vir Vomitu, Singultu &c. infeſtabatur: Hepar ventriculo cava ſui parte ventri-
ſte adhærebat: In hujus cavitate nihil vivi invenio, ſed ſaltem liquamen ſub-
ım. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

Quidam punctim in pectore vulneratur, ictu tranſeunte os ſterni, ſuperveniente
: Singultu: Inventi Pulmones & œſophagus læſi &c. *Vide lib.* 4. *tit. de vulneribus.*

Militi gladius paulo infra cartilaginem xiphoidem intruditur, Singultus ſuperve-
venitur ventriculi orificium, & pars ſiniſtra ejus, per vulnus ad thoracem delatum.
. 4. *tit. de vulneribus*, & ſupra §. 1.

§. 5. Mercator

§. 5. Mercator cultello foditur in abdomine, in regione epigaſtrii, ſequitur Singultus ſed ſine vomitu: Inventum fundum ſtomachi perfoſſum. *Vide ibidem.*

§. 6. Dom. N. Singultus, hinc totum corpus intumuit, detumeſcente corpore repetiit Singultus eum febre: Inteſtina livebant, quaſi ſyderata ſuperna parte. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 7. Quidam in hypochondrio dextro vulneratur, accidunt ventriculi ſubverſiones & Singultus: Inteſtinum Colon totum diſſectum per transverſum & ſphacelatum eſt repertum. *Vide lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 8. N. Vulneratur in nate ſiniſtra, die 7. ſupervenit Singultus, Inteſtina inflata, magna putredine, livore, fœtore infecta. Hepar intus & extra totum infectum. *Vide lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 9. Quidam cum febre acuta, Singultu, animi deliquio, &c. prehenſus eſt: omnia viſcera marcore confecta & abſceſſu putria inventa ſunt. *Vide tit. de Febribus.*

§. 10. Quidam cum diu laboraviſſet crebro Singultu, tandem circa hepatis regionem, quod morbi fomes credirum, tumor apparuit: Mortui hepar maraſmo & cancri modo affectum viſum eſt. *Ballonius conſil. 38. lib. 2.*

§. 11. Quidam paſſus eſt iſchuriam cui ſucceſſit febris, Singultus continuus &c. Veſicæ inferiorem partem gangræna invaſerat, poſt inflammationem, nam pus copioſe eum urina effluebat. *Vide tit. de Iſchuria.*

Observatio VIII.

Singultus excitatus ab inflammatione veſicæ urinariæ, Renis dextri & appenſi ureteris.

Quidam ex alto delapſus (*vide hiſtoriam tit. de Iſchuria*) poſtea vix unam & alteram guttam cruoris emiſit, Veſica diſrupta reperta eſt, Ren dexter cum appenſo vretere inflammatione affectus, quæ fortaſſis inflammatio, tam renis quam veſicæ, *Singultum* quo vexabatur per 15. ante obitum horas excitavit: Præterea in pericardii tunicæ media parte enchymoma apparuit effatu dignum &c.

SCHOLIA.

Singultum &c.] Ob conſenſum qui renibus cum ventriculo, cujus paſſio eſt, intercedit: Sed ſi in homine pericardium (ſecus ac in brutis) ſepto tranſverſo perpetuo alligatur, (ut notat *Rubardus Lower*, Tract. de corde cap. 1.) etiam naturali connexione; Singultus vero ex plurimorum ſententia Diaphragmatis affectio eſt, quidni pericardii affectus, in quo inſigne enchymoma, ad diaphragma pertingere potuit ſicque Singultum parere?

Observatio IX.

Anatome viri Ruminantis, cujus œſophagus undiquaque carnoſus repertus eſt.

Vitio plane belluino humanis calamitatibus novitas pondus adjecit: Nimirum invito cibi à ventriculo non confecti in os retroceſſu cum voluptate mandendi, à levi expultricis motu irritatæ, ab aſperiori & vix attrito ob ingluviem cibo: Cauſa tandem innotuit verior paucorum fato: Patavii Monachus cum voluptate cibos ruminavit, Medici brutorum more gemino ventriculo præditum putabant.

Ipſo defuncto *Franciſcus Plazzonus* œſophagum reperit undiquaque carnoſum inſtar muſculi; reliquis univerſi corporis partibus ſe recte habentibus: Marcore interiiſſe notat Aquapendens capite de varietate ventriculi. *Iohann. Rhodius cent. 2. obſerv. 59.* Notandum monachum iſtum duo habuiſſe cornua, affinem ſcilicet beſtiis ruminantibus.

Observatio X.

Anatome alterius Ruminantis hominis, cui ventriculus erat ingens, & membrana interior admodum aſpera.

Vnus fuit Nobilis Patavinus; qui interrogatus de Ruminatione, num eſſet illi libera? reſpondit minime liberam eſſe, ſed coactam: cogebatur enim ab aſſumpto cibo, circiter horam plus minusve, in os cibum attrahere & rurſum mandere: Cogebatur autem ab inſigni oblectatione qua ruminandi cibum tenebatur, idque ſibi eſſe perpetuum omnibus temporibus faſſus eſt: Dicebat præterea omnem cibum, ſive ſolidum ſive mollem ſe ſemper ruminare, & dum aſſumebat, deglutire ſtatim abſque ullo fere dentium officio, quamvis dentes ſortitus eſſet in utraque maxilla ut alii homines, & os

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

liquanto latius ac gulam, propter quam cauſam literam S proferre ægre poterat : Item bi videbatur intra os aliquid, quaſi bolum continere, quod expeditam illi loquutionem npediret : Ruminatioque ei, & motus maxillæ ad latera, longe facilior obtigerat ac cæteris : habebatque in uſu bibendi vinum nigrum ac potens, abhorrebat vero album, præer malvaticum, cum ægrotabat nequaquam ruminabat, ſed ab omni ruminatione tunc emporis ceſſabat, ut boves quoque faciunt cum ægrotant, quod tanquam ſignum certum oves ægrotare ruſtici habent.

Obiit, & aperto cadavere inventus eſt ventriculus inſignis magnitudinis, & interna ſuerficie valde aſper : His omnibus addendum eſt, quod ejus Pater paulo ſupra frontem i capite cornuſculum duriſſimum, craſſitie digiti minimi, longitudine vero olivæ Hiſpanicæ habebat exuberans, ſubſtantia ungui perſimile, Ex quo colligi poteſt parentis ſemen iquam habuiſſe affinitatem cum cornigeris animalibus, neque mirum fuiſſe filium ſimile uid à parente contraxiſſe. *Hier. Fabritius ab Aquapendente Tractatu de varietate ventriculi.*

SCHOLIA.

Ruminantem hominem vidit *Phil. Salmuth* cent. 1. obſerv. 100. *Johannes Faber* referente *P. Ca-lo* lib. 1. Emer. cap 4. *Greg. Horſtius* lib. 4. tom. 2. ſervat. 9. Patrem & Filium ruminantes vidit. *Clar. evotius* auditoribus ſuis Patavii aliud recenſuit exmplum de Gennenſi quinquagenario, eodem vitio ineunte ætate uſque in præſens tempus correpto, i aliam rationem reddere nequit, niſi quod ipſe ad- infans, matre mortua, per biennium lac ex ubere cæ calidum hauſerit. *P. Aponenſis* ſect. 1. problem. cauſam ſtatnit fibras transverſas in interiore gulæ ica, quod alimentum ex ventre ad os retrocedat, m explicat Ioh. Æmylianus Syntagm. 1. de Ruatione : De Brutorum Μηρυκισμῷ & Hominum, *Johannes Burgavver* Medicus Schafhuſiano Helve-, cujus ratiocinium vide apud *Gregor. Horſtium* locit. Meditatur de hoc commentarium Erudi iſſi- Dom. *Johan. Conradus Peyer* Medicus Schafhuſa-, avide expectatum, expleturum quippe curioſoanimos.

De Ruminatione hæc habet Illuſtr. *Th. Bartholinus* natome Reformata cap. de ventriculo, Quin duplex fuerit ventriculus in ruminante apud *Salmuthum* & alios dubitare non licet : In ruminantibus, cornigeris, & altera maxilla dentatis quatuor ſunt, venter primus, reticulum, omaſus & abomaſus, de quibus *Ariſtoteles* ; Venter, & pars ejus reticulum, crudo cibo cuſtodiendo dicantur : Omaſus ab ore immediato tractu pabulum ſuſcipit, ſi tenue ſit ; ſi craſſius, primus ruminatum ab hoc brevi mora in abomaſum labitur : Ruminatio autem eſt cibi in ore repetita maſticatio ad perfectiorem coctionem, unde alimentum optimum, & eo nomine inter pura erant ruminantia animalia Iudæis : Fit ea, non ut quidam cenſent, quod cibus in primo ventriculo talem acquirat qualitatem, ut ille ventriculum ad expulſionem per ſuperiora ſtimulet : nam ſic in quovis ventriculi acriore morſu, & in omnibus præter voluntatem fieret ruminatio : ſed à ventriculi voluntaria actione dependet, qua per membranam ſingularem quidvis pro arbitrio, & quovis tempore expellit : quemadmodum Melitenſis ille bibo omnes liquores aſſumptos pro nutu rejiciebat, & alii fumum tabacci deglutitum reddunt.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO VI.

DE CONCOCTIONE LÆSA.

Observatio I.

§. 1. *Concoctio Læſa à nimia attenuatione & relaxatione tunicarum Ventriculi.*

Ventriculi frequens eſt morbus in dilatatione & exolutione, tam in ſanis quam in ægris corporibus, dum juſculis, & potu frigidó & humido liberali, adeo diſſolvitur ejus tonus ut fluor alvi inde ſequatur, qui tribuitur corruptioni alimenti ab intemperie fervida ventriculi, vel obſtructioni venarum meſaraica-: Quod tamen ſymptoma ſæpe referendum ad ventriculi laxitatem nimiam, mormateriæ *Fernelii*, cui roborantibus & adſtringentibus conſulendum erat. Id obſerin apertionibus corporum poſt obitum, dum ventriculus adeo extenuatus & laxatus hendit ur, ut caput infantis exciperet : Ideo morborum materiæ obſervatio ad praxim valde

valde neceſſaria, qui adſtringentibus & ſiccantibus, tam ſumptis quam admotis percur tur; Quæ doctrina fuit methodicorum, dum laxum & adſtrictum in morbis conſtitueru *Riolanus Encheir. Anat. lib. 2. cap. 23. Vide Rondeletium cap. de ventriculi debilitate.*

§. 2. Ventriculi imbecillitatem à nimia illius tenuitate proficiſci, ad quàm contin crapula ſupra modum ſæpius ſæpiuſque diſtentus, tandem reducitur, veſicæ alic jus inſtar, quam pueri premendo inflandoque dilatant & attenuant, ſectione compe tum eſt: Unde malum ipſius organicum immedicabile, cum ſe recolligere, ciboſque e acte amplecti non amplius poſſit, naſcitur; perpetuæque fluctuationes ſequuntur: *Pla rus Pract. Tom. 2. cap. 11. de cordis dolore.* Quo craſſius rugoſiuſque ventriculi corpus, e concoctionem felicius procedere tum ex eo patet, quod eorum qui nullam concoction debilitatem paſſi ſunt, ſed vel morbo aliquo repentino ſublati, vel ſupplicio affecti, ſectio adhibentur, ventriculi tales eſſe deprehendantur: Tum quod illis animantibus quæ duri ſima quævis conficiunt, ſicuti cornutis quæ fœno paſcuntur, avibuſque præſertim; legu mina lapilloſque continuo devorantibus, ventriculi craſſiſſimi, veluti tergora, & in avibu parenchymate conſtantes contigerint. *Idem in obſervationibus.*

§. 3. Ferdinando III. Roman. Imperatori, ſumma fuit ventriculi debilitas, *à penuri caloris innati*, qui flatus, borborygmos & abdominis murmura ſuſcitavit, flatus non ſolut deorſum, ſed & ſurſum violenter erumpentes, crebros cauſarunt Ructus: Huic ventricu li tunicæ, tam circa pylorum quam orificium ſuperius, & per totam ſtomachi membranam inſtar ſubtilioris chartæ erant extenuatæ, *Intra ſe continebat bilioſi & melancholici humori libras duas. Vide tit. de vomitu.*

SCHOLIA.

A *Penuria caloris innati*] Actio ventriculi eſt Chylificare, id eſt, ex alimentis peculiari coctione ſuccum lacteum elicere, qui Chylus dicitur: *Paracelſus* ſcribit Archæum, cum ſuis mechanicis ſpiritibus, chylificationem in ventriculo perficere, per Archæum autem intelligit calidum innatum: Hanc etiam ſententiam ſequi videtur *Riolanus*, in notis ad Epiſt. *Walæi*, Sed tamen aliquam proprietatem umbroſam admittit aliis verbis, nam inter alia dicit, Cauſam refero ad varietatem calidi innati in modo ſubſtantiæ, id eſt, *inquit*, proprietatem calidi innati: Non quod calidum innatum per ſe differat in ſubſtantia, ſed cum non poſſit conſiſtere niſi in ſubſtantia extra ſe, etiam pro hujus ſubſtantiæ diverſitate in ſingulis partibus diverſimode operetur: Coquuntur autem in ventriculo alimenta per modum Fermentationis, ſicque liqueſcunt, & chylus ex iis educitur:

Fermentatio autem duplex eſt, una qua miſti particulæ ſponte agitantur, incaleſcunt ac rareſcunt, & per ſalini vinculi diſſolutionem ita ſegregantur, ut ſpirituoſiores evadant, maximaque rurſus ſui parte firmiter miſceantur & mixtæ permaneant: ſicut ſpirituuſæ partes vini, per fermentationem ſuſcitatæ, ea peracta aqueis permiſtæ manent: Altera (hæc non male effervescentia à multis appellatur) qua particulæ Salis acidæ, magna parte cum aquea & tartarea aliqua materia efferveſcentes, per coagulationem concentrantur, adeoque ab aliis miſti particulis ſeparantur, ut cum iis non redeant ad exactam unionem ſeu unionem: Priore autem modo fit fermentatio in chylificatione: nos tamen in ſequentibus cum vehementioriorem fermentationem deſignare volumus, Efferveſcentiæ voce utimur interdum.

Fit hæc Fermentatio cum alimentorum ingeſtorum particulæ ſalivæ, à ventriculi calore & acri admiſto ſucco diſſolvuntur, liqueſcunt & ſpirituoſæ fiunt, ſulphureaſq; particulas ſimul corrodunt & exagitant, atq; ſic è mixtionis ſtricto vinculo cum pugna quadam diſcedentes, per craſſiorem maſſam, una cum ſpirituoſis ſulphureis ſimul agitatis, ſubaceſcentes atque acriores expanduntur & vibrantur, ac propter denegatum exitum miſtionemque craſſioris materiæ nondum exacte ſolutam, itidem repercuſſæ, illam multiplici motu pervadunt, ejuſque minimas particu las ab invicem diducunt, expandunt, & ad faciliorem ſui ſegregationem, alteriuſque pultaceæ ſeu lactea ſuſcipiendæ miſtionis formam, diſponunt: Quæ vero particulæ hac fermentatione non ſatis diſſolvi, & ad lacteam formam diduci queunt, fæces ſunt, quarum ſeparatio à lacteo ſucco in inteſtinis peragitur

Hæc Fermentativa coctio (quæ ſine vehement motu ſurſum deorſumque, aut tumultuoſa per ventriculi cavitatem agitatione, qualis in aqua ad ignem ebulliente contingit, peragitur) adeo valida eſt, ut per eam cibi, licet duriſſimi, qui ſuper igne culinario vix totius diei coctione in lebete emolliri queunt, paucis horis non tantum emolliantur, ſed adeo etiam diſſolvantur & liquentur, ut particulæ ab amica unione diſſectæ, atque ab invicem divulſæ, liquorique ventriculo inhærenti vel infuſo commiſtæ, pultaceam conſiſtentiam, cremori ptiſanæ non abſimilem, conſequantur:

Verum quod hac coctione alimenta in chylum potius quam in bilem, ſanguinem, aliumve humorem miſcentur, illud à ſubſtantiæ ventriculi proprietate, ſeu ſpecifico temperamento, ac peculiari conformatione, & hinc genito ſpecifico fermento ac fermentationis modo procedit; ſicut ab alia proprietate in hepate ac liene fermentum, in corde ſanguis conficitur; Non autem fit à ſolis hoc particulis fermentaceis, quæ ingeſtis alimentis admiſcentur, ut neque à moderato calore, ſicut nonnulli putarunt: quoniam illæ quidem faciunt ad alimentorum diſſolutionem, hic vero ad coctionem promovendam, & latentem potentiam in actum producendam, ſed quod ex illa diſſolutione ac coctione chylus potius quam alius humor generetur, hoc dependet à proprietate ſubſtantiæ, cujus ratione calor aliter operatur in ventriculo quam in corde, aliave quacunque parte, & in eo fermentum aliter diſponit quam in aliis partibus: Eodem modo ſicut ignis culinarius aliter emollit carnem quæ in aqua ebullit, aliter eam quæ in veru aſſatur, aliter eam quæ in oleo frigitur, aliter eam quæ in furno coquitur, aliter eam quæ in aceto vel muria præparatur, idq; propter diverſitatem ſubſtantiarum, per quas & in quibus illa emollitio peragitur, cum tamen ſit unus idemque calor: Sic etiam calor noſtri corporis

pter ventriculi propriam diſpoſitionem , in eo
er emollit ac diſſolvit alimenta quam in aliis par-
s , & in eo fermentum peculiari modo diſponit,
ut illud alimenta cruda ac primo ingeſta aliter re-
at ac coquat, quam alia cocta & liquata alimenta
aliis partibus excoquuntur : Ita ut hujus proprie-
s ratione non poſſit in ventriculo bene valente &
nte alius ſuccus confici quam chylus albicans. *De*
merbroek Anatom. lib. 1. cap. 6.

Hujus alimentorum *Fermentationis* læſæ primariæ
cies ſunt 1. Abolita vel Diminuta 2. Aucta. 3.
pravata :

Abolita cenſetur alimentorum Fermentatio, quando
ſufficienti tempore in ventriculo contenta licet,
da tamen , nec immutata, vel ſurſum vel deorſum
um excernuntur : quemadmodum Diminuta,
ndo eadem tunc aliquantum quidem , minus ta-
n quam decebat, prodeunt immutata : Unde ni-
vel parum nutrimenti , roborisque ab aſſumptis
nentis cedit ægro:

Aucta vero dicenda alimentorum Fermentatio,
ndo citius quam decebat abſolvitur ipſa ; unde
onſueto & naturali tempore moram necterent in
triculo alimenta , nimium immutarentur, ut ne ſic
dem convenientem corpori præberent nutrimen-
ateriam ; quemadmodum panis maſſa ſolito ni-
m , vel diutius fermentata , panem exhibet aci-
em , minusque ideo laudabilem : In mediocrita-
namque conſiſtit omne bonum , in extremis ma-
: Ubi notandum non valde noxiam eſſe Auctam
entorum fermentationem, niſi perſeveret diutius,
niam ut plurimum alimenta ſufficienter fermen-
moram in ventriculo longam non faciunt, verum
ad inteſtina propelluntur , ac ibidem in utilem
um atque alvinas fæces ſecernuntur &c. Ubi au-
aliquandiu perennat Fermentatio aucta, nimium
etitur alimentorum, & quando cuncta optime ce-
, ſenſim plethora, hinc & habitus athleticus con-
itur , qui niſi ſolvatur in tempore , in quantum
culum homines conjiciat, ex *Hippocr.* & experien-
orum.

Depravatur alimentorum Fermentatio, quando ea-
ita immutantur in ventriculo ut conveniens cor-
tam contenti quam contento nutrimentum non
beant , ſed noxium, unde infinita prodeunt mala;
quam vitia primæ coctionis non emendantur in
nda; quod ſemper verum de coctione depravata:
r depravatæ alimentorum fermentationis ſpecies
as, duæ vulgo numerantur primariæ, *Cruditatis* no-
e notæ , Nidoroſæ pura & Acidæ : Aboletur aut
inuitur alimentorum Fermentatio, nunc ipſorum
entorum , nunc *Fermenti culpa* , nunc propter *Humo-*
tioſos ad ventriculum delatos : *Alimentorum* vitio
cidit , quando ipſa vel qualitate ſua vitioſa Fer-
tationem plus minusve impediunt aut ſiſtunt :
litas alimentorum vitioſa conſiſtit frequenter in
m pinguedine exuperante ; quandoque in ſpiri-
olatili præpoſtere nimiumque aſſumpto : quan-
ue in ſale lixivo vel fixo, vel volatili copioſius ini-
uſurpato, uno verbo in iis quæ ſpiritum acidum,
que operationem frequenter frangunt : unde in-
atque ab invicem ſufficienter ſegregari nequeunt
es alimentorum viſcidiores , tantum poteſt ubi-
plurium rerum ad eundem effectum producen-
requiſitarum & concurrentium certa proportio
rmonia : Quo facit quoque potus quivis , po-
num aqueus copioſius ingurgitatus , & tum fer-
um diluens , abluensque, tum cibos obruens ac
i fermentatione impediens : Fermenti culpa di-
minuitur vel Aboletur alimentorum fermentatio, tum
propter ipſius Defectum, tum propter ipſius Inertiam:
Deficit ventriculi Fermentum , quando non ſatis ge-
neratur, in Salivæ defectu continuave exſpuitione, vel
alio defertur per continuam potationem , ob quam
ad inteſtina propellitur : Iners exiſtit hoc Fermen-
tum, quia juſto pinguius, viſcidius, vel aquoſius pro-
ducitur, ob ſalivam ſimilem , ex alimentis conſimili-
bus diutius uſurpatis ortam , Et quandoque ab aëris
externi æſtu, aut vehementi corporis animive exerci-
tio ſpiritus animales exhauriente deducendam, & im-
primis ubi alimentis ſpiritu volatili abundantibus non
reficiuntur, reparanturve conſumpti ac deficientes in
corpore ſpiritus animales , ad Fermentationem ali-
mentorum promovendam ſumme utiles : Ubi cauſæ
plures ſimul concurrunt , gravius læditur Alimento-
rum prædicta Fermentatio , & viceverſa.

Eandem Fermentationem diminuere , ac ſubinde
Abolere poſſunt quædam, cum aut pro Alimentis me-
dicamentisve male uſurpata , & quoniam vel ipſum
Fermentum enervant , vel Alimenta fermentationi
inepta reddunt, hactenus pro venenis habenda, qualia
ſunt omnia quæ figendi vi excellenti ſunt prædita:
Alimentorum Fermentationem Diminuere, ac ſubin-
de Abolere poſſunt, Humores vitioſi & Bilioſi , præ-
ſertim oleoſitate peccantes, ad ventriculum aſſurgen-
tes, atq; aut fermentum ipſum corrumpentes ac ener-
vantes , aut ſe alimentis immiſcendo ipſorum fermen-
tationem turbantes , impedientes , ſiſtentesve :

Augetur contra alimentorum Fermentatio, vel 1°.
Fermenti ſolito & acidioris & validioris culpa : vel
2°. Alimentorum pro aſſumentis conſtitutione natu-
rali facilius fermentabilium diutine uſurpatorum vi-
tio, vel 3°. Humorum aciditate volatili præditorum,
& ad ventriculum vel à capite delabentium, vel à Pan-
create aſſurgentium cauſa : Fermentum & Saliva , ut
& ſuccus Pancreaticus, atque Humores à capite deci-
dentes, Aciditatem ſuam volatilem auctam debent im-
primis Alimentis volatili aciditate præditis , copio-
ſius ac diutius aſſumptis, ut & condimentis ſimilibus,
vino aliive potui generoſo ac ſpirituoſo, ſubacido ta-
men, quale Moſellanum, aliquandiu copia non nimia
excedente licet uſurpatis : Idem promovere poſſunt
ex parte mœror ſollicitus , non tamen nimis gravis, &
Aër ſerenus & ſubtilis, non vero multum æſtuoſus aut
rigidus , ad Borealis tamen naturam quodammodo
vergens.

Depravatur alimentorum Fermentatio in *Nidoroſam*
cruditatem à Bile acriore & nimis volatili ad ventri-
culum aſſurgente , atque fermentationem non tan-
tum impediente, at inſuper alterante ac corrumpen-
te : Unde *Ructus* excitantur , qui ventriculum diſten-
dant vel mordeant , & nunc ova frixa , nunc piſcea
fœtentes, nunc alia redolentes attollantur : Quoties
autem ventriculi diſtentio concurrit , aut difficilius
erumpunt iſti *Ructus* , toties pituitam viſcidam ſimul
peccare certum : *Acidam* cruditatem producunt hu-
mores Acidi, & imprimis ſuccus Pancreaticus, vel re-
dundantia vel aciditatis intenſione peccantes , & ad
ventriculum delati , unde non tantum præcipitatur
alimentorum ſolutio ac fermentatio, ſed eadem inſu-
per vitiatur ac corrumpitur , elevatis eadem opera
Ructibus acidis & nonnunquam valde moleſtis :
Nec mirum aut novum eandem cauſam pro majore
aut minore copia , vel intenſiore aut remiſſiore qua-
litate, functionem aliquam nunc ſecundum quantita-
tem, nunc ſecundum qualitatem plus minusve altera-
re atque mutare , imo lædere. *Franc. de le Boë Sylvius*
Prax. med. cap. 7. lib. 1.

OBSERV.

Observatio II.

Concoctio læſa ob cruſtam dènſiorem intimæ ventriculi tunicæ adnatam.

CEleberrimus *Ioſephus Quercetanus* de concoctione læſa, atque ventriculi dolore grav: tivo pluribus menſibus ante obitum conqueſtus eſt: Cauſam adſcribebat porcello rum lactentium nimio eſui, qui illi in delitiis: hinc adnatam aiebat cruſtam, parietibu ventriculi tenaciter affixam, quam fruſtra uſu ſpiritus vitrioli atterere & diſſolvere cona tus eſt:

Aperto defuncti cadavere, quod prædixerat oculis ſe exhibuit, cruſta ſcilicet pingui & dènſa, omnino qualem depinxerat, ſemidigiti craſſitie intus undequaque ventriculum inveſtiens, ſympromatum & Viri Illuſtris mortis author. *Ex communicatione Nobiliſſim. & Venerandæ Matronæ Dom. de Mouillepié &c. Filiæ dicti Quercetani unicæ Vxoris meæ aviæ.*

S C H O L I A.

CRuſtam denſiorem] Naturaliter cruſta ventriculum intus obtegit, poſt levem elixationem maniſeſtiſſime apparens, diſtincta tamen ab ea quæ Gulam inveſtit (ut pote levidenſis & minus candida) ſimilis videtur illi quæ linguam obtegit; Quippe tum hujus, tum ventriculi ſuperficies, aſpera & cruſtata eſſe debet, ut alimenti, tum libati tum deglutiti, particulæ parum in ea detineantur, & dein paulatim tunicæ nervoſæ ſubſtratæ tradantur, quæ ab eorum nudo & immediato contactu nimis irritari & poſtea indurari periclitaretur: Hæc quoque aliis uſibus inſervit, chyli enim reliquiæ inibi aggeſtæ, & ad acorem ſervatæ, in fermentum quoddam, & pro appetitu & pro digeſtione requiſitum evadunt: Cæterum hæc lanugo vaſorum, quæ tunicæ nerveæ denſiſſime inſeruntur, ora ubique obtegit ac tutatur, necnon humores ab arteriis & nervis exudantes ſuſcipit, dum interim venæ chylum, alioſve ſuccos, in hac parte ſcatentes exugunt: Cruſta hæc Villoſa, in poſtica ſive convexa ejus ſuperficie, qua tunicæ nerveæ cohæret glandulis annularis numeroſiſſimis ubique conſita eſt, quæ proculdubio vaſorum in tunica nervea dehiſcentium ora contegunt, ac, uti videtur, humorem illis deſtinatum, aut ab iis depoſitum immediatius excipiunt & percolant: Velum hoc, ſive cruſta villoſa, (filamentis rectis, tunicæ nerveæ perpendiculariter inſertis conſtans, prout in panno ſerico qui dicitur *Velutus*) per ſe tunica ſatis firma eſt, & ab aliis diſtincta apparet, ideoque haud improprie tunica Glanduloſa dicatur. *Willis Pharmac. ration. ſect. 1. cap. 2.*

Observatio III.

Anatome puellæ ventriculum imbecillem habentis, qui flatibus diſtentus repertus eſt.

PUellam (*de qua lib. 2. Tit. de Phthiſi*) *ventriculum imbecillem* habuiſſe arguit flatuum copia: à quatuor enim annis abdomen in modum tympani fuerat extenſum, idque ob flatuum in inteſtinis retentorum copiam, qui illis adeo tenaciter inhærebant, ut pu[illegible] ni ne quidem cederent, Et poſt mortem acie ſcalpelli perfoſſis inteſtinis vix efflarent: Nec ſolum inteſtina flatu *extenſa* erant, ſed & ipſe quoque *ventriculus*. *Fabritius Hildanus cent. 6. obſerv. 74.*

S C H O L I A.

VEntriculum imbecillem] Qui calorem præcipuum coctionis & digeſtionis in ventriculo peragendæ inſtrumentum eſſe ſtatuunt, focum & fomitem ſatis uberem deducent ex vaſis ſanguiferis quampluribus ad ventriculum pertingentibus, partim ſummitati ejus, partim fundo inſertis: Hæc vaſa introrſum tendentia, & demum in propagines innumeras diſcerpta, in tunica intima nervea terminantur, cujus interiorem ſuperficiem præ denſitate punctorum, in quæ vaſa deſinunt, rubore inficiunt & quaſi cruentant: In quantum vero circumcirca ventriculi, quaſi lebetis fundum & latera omnia, ſanguis effervefcens, quaſi ignis accenſus perpetuo detinetur, ut in hunc finem ſtagnum illud ſanguinum ibi conſitum eſſe videatur: *Willis Pharmac. ration. ſect. 1. cap. 2.*

Ventriculus extenſus] Subſtantia conſtat membranoſa, dura & denſa: Ventriculus, *inquit Hippocr.* 4. de morbis, res eſt valida & robuſta, ſicut pellis & corium, & plerique ex Lybiæ populis pellibus pecorum pro veſtibus utuntur, ventriculis autem pro ſacculis & utriculis, quare non inepte *Celſus* membranas ventriculi tergora nuncupavit: Talis ſubſtantia membranoſa ventriculo conceſſa fuit, ut in ingluvie facile dilataretur & ad expulſionem chyli conſtringeretur: Sed nonnunquam adeo diſtenditur & attenuatur ut poſtea vix contrahi queat, priſtinamque firmitatem recuperare: *Vide obſerv. 1.*

Observatio IV.

Concoctio læſa ob Omentum putrefactum.

ANno 1657. militaris quidam vir dum viveret, nil niſi ventriculum accuſabat, quod nullum cibum appeteret Coquereque; Cui ad confortandum ventriculum multa fuere adhibita, ſed omnia incaſſum.

Diſſecto cadavere Omentum plane putrefactum inventum eſt, ventriculo reliquisque viſceribus ſalvis: Ex quo colligitur Omentum ad ventriculi coctionem non parum facere: *D. Valentinus Andreas Mollenbroccius in Miſcellaneis curioſis anni 1670.*

SCHOLIA.

X quo colligitur] Quod proditum à *Galeno* : hinc *Gladiator*, cui omentum ille abſtulit, à frigore facilebatur, quare ventrem lanis ſemper obvolutum bat : Iuvat vero & fovet calorem ventriculi ob s copiam, ſed fundi, nam ſuperior pars fovetur cumbente jecore : Eſt itaque Omentum ventriculo inſtar pulvinaris & coctionem promovet. Rarum eſt quod de juvene refert *Foreſtus*, & de aliis *Riolanus*, qui ablato Omento commode tamen vixerunt; forſan ventriculi robore aliunde acceſſito,

Bartholinus Anatom. Reform. lib. 1. cap. 8.

OBSERVATIO V.

Concoctio læſa ob amplitudinem ventriculi nimiam, & affectionem hypochondriacam.

Mulier πολυπραγμων, actuoſa & negotioſa, unde animus inquies, & qui non ſinit *corpus refoveri*, unde mirum non eſt ſi illa *non pingueſcat* : Cæterum cum hæc *hypochondriaca* ſit, mirum quoque quod *niteat facies*; quæ in aliis decolor & plumbea : *Perpetuo* que eſt *querula*, & medicorum aures querelis ſubinde novis fatigando, querendi fidem facit, quia non facit dolendi, nec conquerendi ſatietas eſt : Adeſt volæ manuum ſic, & ſqualor : *Difficilis* illi *reſpiratio*, qualis eſſe ſolet in iis qui cucurrerunt : Summa t Inappetentia; In hac muliere flatus generabatur ob inæqualem intemperiem venli & hepatis, & ii diſtendebant ventriculum in dies : Ventriculus amplior & capacior poterat comprehendere cibos, unde ructuum & flatuum perennitas generationis. mulieris hujus cadavere *ſanguis nigruerat. corque refrigerium vix accipiebat* : hinc pulæqualis & palpitationi ſimilis : Ventriculus ampliſſimus erat, frigidiuſculus, unde realidis delectabatur, licet lingua ſicca eſſet & calidius Hepar, ſic *ventriculus vix cibos bat. Ballonius conſ. 78. lib. 3.*

SCHOLIA.

Ulier] Obſervavit antiquitas mulierem raro fieri hypochondriacam, διὰ τὴν φλέγμασιν, ſed ubi rius habere, quia id eſt alienius à temperamendo humido, quod muliebre eſt.

oſa, negotioſa] Mirum eſt quod qui delicatioo bene temperato cerebro, facilius & gravius itur : exhalatio tetra facilius impreſſionem faſpidi & obtuſiore ingenio non ita percellun ic prius hominum genus fœliciore eſt ingenio ortuna & valetudine :

ſinit corpus refoveri] Ægra πολυπράγμων eſt, , negotioſa, unde animus inquies, & qui non pus refoveri : Eſt autem labor naturalis aut s : Naturalis, viſus, auditus, vocis, curarum : n id quod videtur interna, movetur & caleſcit : a evacuato humore ſiccatur : mirum ne eſt n pingueſcat :

hypochondriaca ſit] Quæri poteſt quænam ſit poſitio ſive intemperies τῶν ὑποχονδριακῶν? *us*, ex Dioclis plauſibili opinione, putat id tolum pendere à mala intemperie primarum meſaræi & etiam meſenterij : declarant ſinon enumeranda, inter quæ eſt volæ manuum & ſqualor : at cutis ſqualida labem vitiumque ignificat : Declarat curatio : valent medicaumectando refrigerandoque purgantia, ſyr. s, violac. lac aſinæ aut capræ, aquæ αὐτοφυεις; ulcera oriuntur & ἐρυσιπελατώδεις tumores, qui pompholyge, plumbo, ceruſa & mercurio le- Et quod fit foris, idem domi & in viſceridebet, Sed impediunt flatus multi, qui in ndriis ſcaturiunt, & indicatione quadam avertunt ab uſu rerum humectantium & reium, quæ cauſam oppugnarent, Sic quod eſt radicalis affectionis remedium, auget ſymfit in hydrope, & ſqualore, & hectica viſcenperie : Cum enim quæ flatum diſcutiunt, tenuiorumq; partium eſſe debeant, ſiccitaoremque partium adaugent; hinc non mirus ſit flatuum proventus in hypochondriacis : imo κατ' ἐξοχὴν flatuoſa melancholia eſſe dicitur : quanquam hypochondriacis, & iis quibus æſtuant viſcera, quos θερμοκοιλίους vocat *Hippocr.* non raro uſu veniat ut cum calore acri abundent, non deſinant eſſe flatuoſi, imo in tympaniten fere poſt dolores alvinos diuturnos & vix placabiles incidant, Et iis non raro ſecari vena ſolet, ſecundum illud *Hippocr.* ἀιμορροΐδων φλεβοτομίη λύει : Quæ cauſa impulit *Themiſtium*, ut credat attam bilem naturaliter frigidam refrigerare ventrem & jecur, partes nutritioni conſecratas : attam autem bilem proprie non ſumit, ſed pro ſucco melancholico frigido : Magna autem pars melancholicorum, & deterior morboſiorque, per flavam bilem, aut ſuccum melancholicum uſtum, aut ſanguinem generatur, unde cineri aut tartaro calcique talis humor ſimilis eſt, quibus per aduſtionem calor acer eſt & mordax : unde melancholici tales ſunt piloſi, abundant multo excremento fuliginoſo, quia in iis ſanguis & ſuccus eſt acriuſculus, & calidiores ſunt arteriæ planæque fuligine : Quoniam vero *Themiſtius* videt multos effectus frigoris, cauſam putat frigidam, at in magna hypochondriacorum parte calor eſt acer & mordax, hic eſt corruptor, & fructum non capit corpus, imo quo corpus calidius calore adventitio & febrili, calore naturali omnium bonorum authore, eo frigidius exiſtit : At omnis ὕπαρξις melancholiæ hypoch. conſiſtit in intemperie ſicca partium in hypochondriis contentarum, cum nonnulla caliditate ſine affluxu, ſed cum obſtructione potius, à ſanguinis & aliorum humorum craſſitie : eam ob rem limaturam chalybis in hypochondriacis & decoloribus virginibus commendant.

Non mirum ſi illa non pingueſcat] *Themiſtius* rationem reddit cur melancholica corpora macra ſint, ita enim ait, Affecta ſunt corpora ut eo non fruantur alimento quo veſcuntur, & idem alimentum non ſubit partes nutriendas, & id genus corpora ſunt infelicibus lignis aſſimilia, quæ in regione arida & ſiticuloſa naſcuntur.

Mirum quod niteat facies] Mirum revera cùm in

aliis decolor ſit & plumbea : Illi autem contingit quod pueris cachecticis, quibus in cavo hepatis bilis recocta tanti mali autbor exiſtit : at vero ſplenica non eſt, bene colorata & inappetens, quod ſplenicis veris non evenit : Lienoſi enim ſunt voraces, tum ob acidum ſuccum, tum etiam ob cancroſam lienis diſpoſitionem.

Perpetuo eſt querula] Ariſtot. Seneca & alii dicunt omne imbecillum querulum eſſe, cum autem duplex imbecillum ſit, natura & valetudine, In primo genere eſt mulier, valetudinarii in ſecundo : hæc mulier in utroque hæret & laborat. At quærere oportet an jure dolendo queratur? an infractione animi id contingat? an quia melancholica eſt? an melancholici perpetuo doleant? Omne enim animans duce natura voluptatem quærit, & dolorem, ut ſummum malum, fugit, dolorique remedium quærit : In eo genere ſunt melancholici (præſertim ſi humor per aſſationem, aut ſuppreſſionem acriuſculus eſt) ſive quod natura, ſive quod valetudine imbecilli ſunt, propterea quod queruli : Ideo Ariſtoteles ait perpetuo melancholicos medicinā appetere, id eſt, ſummis & aſſiduis votis remedia poſtulant, ſive ſint alimenta ſive medicamenta : imo major eorum pars eſt pharmacorum quam alimentorum appetentior : Ut ergo perpetuo dolent, ſic perpetuo conqueruntur, ſentiunt enim punctiones & lancinationes & in cute & in viſceribus : Ideo *Ariſt.* dicebat corpus melancholicorum perpetuo pungi : revera, quod de elephanticis ſcribunt, inter ſigna quidem æquivoca, duo hæc notant, quod raro febricitent, & quod in cute punctiones ſentiant : notanda hæc, Et revera hypochondriacum eſſe vere eſt habere gradum unum ad elephantem : *Rondeletius* ait hypochondriacos & melancholicos videri quidem carere febre, ſed tamen febrire quadam ſpecie febris quæ iis propria eſt : Sed unum obſervatione dignum, metus eſt major ipſo periculo : ſymptomata ſunt minora quàm opinio ipſa concipiat, ſed cauſa major eſt & efficacior quam opinio percipiat, imo eſt gradus ad elephantem.

Difficilis illi reſpiratio] Difficultas hæc ſpirandi, quia creber & frequens eſt ſpiritus, nomine τῦ καρδιωγμῦ apud quoſdam veteres exprimitur, præſertim cum palpitationi ſimilis eſt : Cur id fiat non eſt facile explicare, niſi dicas, vel talem affectionem ſignificare vim vitalem maximo incendio laborare : Vel quia, cùm per æſtum cor celerrime vehementiſſimeque moveatur, anima deficere tunc videatur, Et id veteres vocant καρδιώσσειν, unde cum pulmo inflammatur, frequentia ſunt animi deliquia καὶ ἐκλύσεις. Quæſtio mota, Cur virgines decolores tam male ſpirent, cum alii febricitantes (ni malum in pulmone) id non patiantur? Cur olim eam difficultatem ſpirandi non patiebatur? Interna calent, fuligo magna arteria calidior exuſtum quid procreat : corpus non ita ſpirans : bilis torrida, nitrum, ſulphur dominatur, ut in vetere gallo : Si à calore, ætas defecta & inclinans remedio eſſe debet : Morbi calidi in ſenecta deſinunt, inquit *Hippocr.*

Summa adeſt inappetentia] Hypochondriacorum major pars eſt pharmacorum quam alimentorum appetentior, quare? quia dejectam habent appetentiam, unde? ab intemperie & affectione prava, quam *Galenus* in prognoſticis eleganter vocat κάκωσιν τῦ ςομάχυ, id eſt, ſuperioris oris ventriculi : temperatæ enim naturæ dulcia & appetunt & iis fruuntur : Intemperatæ imminutam habent appetentiam, & exoticas in cibis qualitates deſiderant, unde tales melancbolici ſicci ſunt & ſtrigoſiores : Cæterum abhorrent à cibis, niſi excedente qualitate præditis : Medicamenta purgantia appetunt ; licet ab iis ſæpe deterrime habeant, quia humores eorum aduruntur nec putreſcunt putredine ordinaria, quæ humorem excluſioni paratiores & obſequentiorem reddit.

Flatus generabatur &c.] Mulier hæc cum biliosa (temperamento) cur tantopere flatuoſa? Icterici non admodum flatuoſi, quia in iis bilis abundat, non pituita, quæ in flatum reſolvatur, & raro imbecillitate partium nutritioni ſervientium (quæ una cauſa eſt generationis flatuum) laborant, ait *Galen.* comm. ad aph. 65. lib. 4. quæ opinio an vera ſit, inquirendum Vide Schol. 3.

Ob inæqualem intemperiem &c.] Cujus cauſa difficilis eſt curatio, Si temperantia tantum adhibemus, malum non tollimus ſed lenimus tantum : Si acria, & quæ humorem tollunt, irritamus : Idem contingit quod & in herpetibus & ſerpigine : glutinoſa mollia remedia malum fovent, imo deterius faciunt : acria cauſam evocando, non ſtatim ſanant ſed irritant ; (locus pulcherrimus ab externis affectibus ad internos) ſanitatem enim ratione evacuationis, ſuccum mordacem abluendo & detergendo, non τῇ ἐπικράσει efficiunt : imo contemperantia aliquando mordicationem majorem efficiunt ex accidenti, ut ſi corrumpuntur, & una fovent aluntque cacochymiam : Sic videmus ſerpigini, pſoræ, ſcabiei &c. à bile uſta, pituitave ſalſa, cutis vitiis, aquam ſalſam, litharg. ſulphur, aquam aluminoſam, magis prodeſſe quam temperata & ἐπικεραςικὰ, quæ alunt foventque cacochymiam & acrimoniam :

Sanguis nigruerat, corque vix refrigerium accipiebat] Id expreſſit *Hippocr.* 6. Epid. Sect. 6. part. 2. Quibus calidior venula eſt, id eſt arteria, multitudine ſanguinis exuſtum procreat, & idem excernit : Exuſtum autem, τὸ καπνῶδες vocat, à quo fuliginoſum excrementum multum ; intemperies cordis & arteriarum, concurrente pulmonis calore & ſiccitate, tam celeris motus cordis (præſertim per greſſum) cauſa eſt, & tum affectio hectica eſt : non ſic in aliis febribus contingit, non enim moti ita anheloſi ſunt : imo in corde ipſo jam ſpeciem aneuriſmatis ſubeſſe autumamus, ſpiritu & ſanguine mirum in modum arterias diſtendente & dilatante.

Sanguis nigruerat] Non abs re dicemus infra perperam in hypochondriacis calidis & ſiccis, dari medicamenta ſplenica, falſa lienis affecti opinione : minuitur enim hepar, ſiccatur, augetur intemperies ſicca, educitur ſerum liquato ſanguine, & defectu ſeri ſanguis aduritur : Et cum lien minor eſt juſto, non rite defœcat ſanguinem humore melancbolico, quo fit ut in venis & arteriis ardeat, unde pici aut gagatæ lapidi ſimillimus exiſtit : Ideoque *Galenus* non vult detrahi ſanguinem ſi in cerebro tantum affectio ſit & nigreſcat ſanguis, Si in toto corpore ſanguis nigrior, audentius ſanguinem mittit ; ſi non ſit melancholicus, ſupprimatur, ſic ſtatuit eas diſtinctiones : Eandem ob caliditatem & ſiccitatem, hypochondriacis ſunt ut plurimum φαρμακεῖαι ἐργώδεες, æſtuantia enim fere habent viſcera ; calida & ſicca ſunt temperie bilis acris genitrice :

Calidus Hepar] Peccatur in hypochondriorum morbis, nam fere ad Lienem opera dirigitur, Et dum incidentia, ῥυπτικὰ, attenuantia, cappares, tamaris, caſſutha, chamædrys, chamæpitys, flores ſpartii, imo radices calidiores præſcribuntur, hepar ſiccatur primum, quia integris viribus traducitur ab iis medicamentis ſimplicibus, Et dum vulgus & Medicorum & hominum intendit per corticem tamaricis & aſplenium

enium liene..a minuere, minuit: imo forte fit ut xiguus ſit ſplen, quod malo eſt, nam ſatis amn & validum eſſe oportet ſplenem ut hepatis ſanıem purget, alioqui mille incommoda ſequentur: non eſt bonum minui lienem aſpleniis medicatis, nam ubi minor non benè defæcat ſanguinem, inappetentia & mille incommoda; ſic narrant hameleonte, qui nec bibit nec comedit, ſoloque nutritur, quod hic lienem non habet, ſemper hiat, ſemper tenuem, qua veſcitur, auram reciprocat: Quanquam quæſtio eſt an medicamenta ſplenica integris viribus hepar pertranſeant, ſi id ſit, non ſit ſine noxa hepatis: At aiunt non eſſe neceſſe, quia à vena porta ſunt rami meſenterici, quorum unus ad ſplenem tendit: Melius faciunt qui in affectibus ſplenis & hypochondriacis ad bugloſſum, borraginem, nymphæam, ſuccum pomorum confugiunt: alia vero ſiccant longo uſu impeodio magis.

Observatio VI.

Ventriculi concoctio læſa, & crebri Ructus, ob ulceratum Stomachum, Hepatis, & Lienis vitia.

luſtr. N. vomebat bilem flavam cum tantis Ructibus ut de ſuffocatione metus eſſet: ı ſtomacho duo ulcera reperta fuere, Totum quod ingeſtum erat, atrum colorem reɔat: Hepar magnum, durum & quaſi coctum, in duabus partibus ſideratum, Splenis. *Vide tit. de Iſchuria.*

Observatio VII.

Ructus frequentes ab atro humore in cavitate attenuati veniriculi concluſo, Pyloro ſcirrhoſo.

Obil. Vir in convivio hauſit vappam aut muſtum invitus, Ab eo tempore pondus in ſtomachi ſenſit fundo: Ructus habuit fœtidos &c. Ventriculus à flatibus admodiſtentus apparuit, valdeque extenuatus, in cujus fundo atramento ſimilis copioſa, ıpta & fœtida materia continebatur: *Pylorus ſcirrhoſus arctiſſime concludebatur*, Merium quoque totum ſcirrhoſum &c. (*Vide lib. 1. tit. de melancholia.*)

Scholia.

us ſcirrhoſus arctiſſime concludebatur] Pylori mueſt, non tantum ventriculi contenta affatim, il in magna copia ad inteſtina tranſmittere quidem in catharſi & diarrhœa frequenter fad potius chylum ſatis confectum, in ſinum ıcipere, aliquandiu continere, & dein paulaɔer minutas portiones excernere; Enimvero ıtrum longum & capax, quidam in ventricuſus & diverticulum eſſe videtur, in quod maſıceæ portio magis elaborata & perfecta feceinibi manere queat, donec pars alia crudior, ius ingeſta, in ventriculi fundo plus digerainc eſt quod è comeſtis ſæpe quod ingratum evomitur, cibis interim gratioribus in ſtoeſtantibus, videlicet quateuus in ventriculo ıaſi diſtinctę cellulæ ſunt, in quas ingeſtorum ıliis divertere & permanere poſſint. *Willis rat. ſect. 1. cap. 2.*

ulus vix cibos coquebat] Non calor, ſed fermenod in aliis acrius, in aliis mitius exiſtit) eſt ıxima famis & *Coctionis ventriculi*: Calor vero ıs eſt cauſa materiam diſponens ut inde giımentum, idque Fermentum exaltans & in omovens: Cum autem hæc ventriculi pomentum illud (*vide Scholia ad obſervationem 1. de Fame p. n.*) condendi, cum eoque chylinonnili per convenientem ſeu moderatum n actum promoveatur, dubitant nonnulli t potius cujus ſit ille calor actum hunc promembranarum ventriculi, an partium circium, an humoris cujuſdam, an vero ſpiriıtte ipſius caloris in diverſis ſubjectis nulla eſt diverſitas per ſe, ſed ratione quantitatis tantum, à ſubjecti cui inhæret diverſitate; At operationum diverſitas procedit à diverſitate ipſarum rerum in quas & per quas calor agit: nam idem calor ceram emollit, lutum indurat, carnem in veru aut furno aſſat, in lebete ebullit, in fimo equino putrefacit, in hypocauſto ova fovet & excludit ſine gallina: Ita etiam ad chylificationis actum producendum requiritur ut moderatus calor (qui non eſt niſi unus idemque) convenienter ſe habeat in ventriculo, id eſt, in ejus membranis, humoribus & ſpiritibus, iſque etiam debito modo foveatur à calore partium circumjacentium, ita enim convenienter ſe habens, non poteſt non ventriculus taliter inſtructus in aptam materiam chylificandam convenienter agere, ex eaque chylum diſſolvere & educere. *Diemerbrœkius ibidem.*

Ventriculus admodum diſtentus] *Johann. Theodorus Schenckius* Epiſtola ad *Th. Bartholinum*, cent. 4. Epiſt. 72. Ructus non ex imo ventre ſolum ſed & medio prodire cenſet: Flatuum, *inquit*, ex hypochondriis in thoracem aſcendentium mentio fit, quod eſt veriſſimum, his addo, uxori meæ priori, quæ erat hypochondriaca, denique in peripneumoniam incidebat, 4. ante obitum ſeptimanis, interdum mane, interdum veſperi, ante & poſt cœnam, moleſtiſſima obtingebat Eructatio, adeo ut ne trecenti ructus pro vice, ſine intermiſſione ſufficerent: Hi ubi ſubſiſtebant, illa de anxietate vehementiſſima conquerebatur, interdum deſipiebat plane, uſque dum per diſcutientia iterum excitarentur: Sed manifeſte obſervo flatus in thorace per aſperam arteriam exeuntes in meipſo.

OBSERV.

Observatio VIII.

Ventriculi Concoctio læſa ob deletas ejus rugas.

§. 1. Domina Illuſt. per multos annos affectibus ſpaſmodicis obnoxia, mortua ventr culum exhibuit valde inflatum, ejuſque tunicam interiorem ſine plicis aur ru gis, quod certe acciderat ob crebros vomitus, viſcere hoc ſpaſmis continuis fere affecto Ob hanc rationem, ſcil. ſtomachi tono præfracto, alimenta nec bene appetere nec con coquere ſolebat. *Vide lib. 1. tit. de Convulſione.*

SCHOLIA.

A*Bſque plicis aut rugis*] Ventriculus tribus conſtat tunicis, una communi, à diaphragmate orta, & duabus propriis, externa internaque: hæc in corporibus ſanis multas habet rugas ſive plicas, in ventriculi ſuperficie concava eminentes, quæ videntur eſſe quaſi totidem ſepimenta, ſive ſulci, quibus chyli portiones hic illic tenuiter diſperſæ melius coctionis ergo ab invicem detineantur, ne ſimul in maſſam ſpiſſiorem confluerent: Plicæ iſtæ formantur, quatenus hæ tunica exteriori carnea multo amplior eſt, quare ut al ea contineatur, neceſſe habet in plicas ſive rugas iſta colligi: In bibonibus vero & guloſis; quibus à crebra & nimia ventriculi impletione tunica carnea plurimum extenditur, etiam interior illi coextenſa rugas ſuas omnes amittens, plana & tenuis inſtar veſicæ inflatæ evadit. *Willis Pharm. Ration. cap. 2. ſect. 1.*

§. 2. Illuſtr. Comitis N. ventriculus magnus ſine rugis repertus eſt, quia affatim comedit & multa: crapulæ autem deditis ventriculus ampliatur. *Vide tit. de Dyſpnæa lib. 2.*

Observatio IX.

Concoctio læſa & Ructus frequentes ab inflatione ventriculi & inteſtinorum, nigro humore oblitorum.

VIr melancholicus Ructibus infeſtabatur &c. Ventriculus & inteſtina inflata erant nigricantia, intus atramento quaſi ſutorio oblinita: vaſa meſenterica obliterata. *Vide tit. de Scorbuto.*

Observatio X.

Ructus à ventriculo putri, hepati annexo, emiſſi.

VIr patiebatur vomitum ſingultum, Ructus; Hepar ventriculo cava ſui parte arcte connatum erat. In hujus cavitate nihil vivi, ſed ſaltem liquamen ſubcruentum. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

Observatio XI.

Ructus frequentes à vitio Ventriculi, Epiploi obſtructi &c.

DOm. N. flatus multos eructabat: Ventriculus lividus erat in fundo: Humores melancholici in omento acervabantur, & inde in ventriculum refluebant. *Vide tit. de vomitu.*

Observatio XII.

Concoctio læſa à ventriculi ſitu mutato.

§. 1. INterdum ventriculus propendet uſque ad umbilicum, ut obſervatum in cadaveribus, quod vitæ & coctioni multum incommodat. *Riolanus Encheir. Anat. & Pathol. lib. 2. cap. 23.*

§. 2. Obſervavit *Veſalius* Omentum in ſcrotum devolutum & auctum, ventriculum ex ſua ſede diſtraxiſſe, adeo ut munus ejus deficeret. *Vide tit. de Herniis.*

§. 3. Studioſo ob obſtructiones ſumma ventriculi fuit debilitas: Aperto thorace ſtatim omentum ſe exhibuit, ſub quo latitabat ventriculus. *Vide lib. 4. tit. de vulneribus.*

Observatio XIII.

Concoctio læſa ab inflammatione ventriculi, in quo nigricans materia reperta.

VXor N. vomituriebat, Ructus emittebat, febricitabat, Deprehenſus ventriculus ad fundum perforatus, In quo continebantur multa nigricantia, ita ut videretur humor melancholicus. *Vide tit. de ventris tumore.*

ANATO-

NATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO VII.
)E VENTRICULI DOLORE.

Observatio I.

)e Dolore ventriculi ab ejuſdem eroſione à Bile è cyſti confluente, & liquore ſeroſo acri è meſenterio prodeunte.

EVERINUS FALCK quinquagenario proximus, ex Scorbuto mœrori animi permiſto, febribus vagis aliquandiu tortus, *Appetitum* tandem penitus *ſenſit proſtratum*, & dolores ſtomachi vicinarumque partium intenſiſſimos: Advocati Medici alii atque alii, ut erat omnium amicus, præſcribunt emetica, ca-ca, ſtomachica, chalybeata varia, omnia incaſſum: quippe invaleſcebat quotidie ma-tomachus *Rejiciebat ingeſta omnia*, quantacunque ſollicitudine vel compoſita velpræ-ı, adeo ut excoriarionem ventriculi in cauſa eſſe ſuſpicarentur tandem medentes: cum ſine fructu aliquoties decoctum Chinæ hauſiſſet, curam lactis proponunt: Ille ácilis, ac omne, ſimul ac ſorbuit ſimul rejecit, & rejecit non purum, ſed in caſei ıdinem coactum: Tandem victus malo ſatis conceſſit, poſtquam rogaſſet adſtantes ıorte in cadavere ſuo inquirerent quid demum illud eſſet unde tam diri cruciatus iſcerentur:

:viſceratione ergo hæc notata, Tota interior ventriculi facies rubicunda & tantum xcoriata; Hepar ingens duriſſimum, & qua hæſit veſicula fellis, nigricans: In cyſti fruſtum oblongum coagulatæ bilis & duriuſculæ, ac, ſi diutius vixiſſet, in calculos lubie abituræ: Pars autem illa bilis, quæ fluida adhuc, omnia vicina *colore flavo tinqui jam & faciem & corpus* totum paulo ante mortem corripuerat: Lien grandis, duſa ſanguinea ab eo ſparſa in exteriorem ventriculi tunicam, omnia tumida, ſed nulla c vas breve) in cavum ventriculi penetrantia. In meſenterio, non procul à Pancrea-itas notabilis, liquore ſeroſo diſtenta, unde haud dubie acidum illud emanavit quod ere ſtomacho inimicum erat, & proxima, quantum liquet, mortis cauſa: Pulmo luribus coſtis adnatus: *Thom. Bartholinus in Actis Medicis, annor.* 1674. 75. & 76. *vo-bſerv.* 34.

SCHOLIA.

ſidem *Borrichius* noſter caſum memorandum penna expreſſit, hiſtoriam pertexuit, Cura-ıpertioni una adfuit Celeberrimus Collega, ex Diario ſuo conceſſit: Hinc vero liquet urbas in corpore Bilis excitet, tot dolorum rotum ſubinde rationes ignorant ægri paridici: Illa ipſa bilis, uti & alii humores, ita corpus afficiunt, ventriculumque infeſtant, :s venenum eſſe aſſumptum; certe malignatem acquiſiverunt, qua cruciatus incredi-ıbtanis cæteriſque partibus ſenſibilibus im-k eroduot eas vellicantque miſerum in moetiam ſtatuit meus olim in praxi anteſignanus, cujus nunquam ſine veneratione recordor. *Joh. Dom. Sala*, Patavini Lycæi Princeps Medicus: Cum ejus conſuetudine Patavii frueter, oblata ipſi eſt hiſtoria Iuvenis derepente acerbiſſimis ventriculi torminibus correpti cum aliis ſymptomatibus, ex quibus obiit non ſine veneni hauſti ſuſpicione ob eroſum ventriculum in apertione cadaveris obſervatum, & tumidum corpus: Suſpicatus eſt D. *Sala*, veteranus in arte medendi & ingenio ſingulari promptus, materiam in corpore potuiſſe generari veneno ſimilem & corpus interficere quaſi à veneno ſumpto infectum.

Hiſtoria Iuvenis hæc eſt, quam ſequitur Magni *Sala* reſponſio.

Observatio II.

riculi dolor ſubito exortus, à veneno illius ſubſtantiam excoriante & corrodente.

)il. Juvenis annorum 29. ſatis bene conſtitutus, temperaturæ ad humidum vergen-, in vivendi genere ſatis temperatus, jejunium quadrageſimale religioſe ſervans, :ns, nulla præcedente cauſa externa, incidit repente in ventriculi *inteſtinorumque*

cruciatus

cruciatus vehementiſſimos, cum continuis, moleſtiſſimis *vomitibus* materierum cujuſcunque generis, nec cibum nec potum continere poterat, cum *Siti* & vehementiſſimo ardore: Nulla erat febris, ſed *cordis oppreſſio*, & ſumma corporis *inquietudo*, *alvus adſtricta*, ab injectis tamen ſolvebatur, licet dolores non remitterent: Ad doloris lenitionem exterius appoſita nihil juvabant: vomitus moleſtus copioſæ materiæ perſeverans ab uſu Theriacæ viſus eſt aliquantulum levatus: Duobus diebus naturalibus in his vomitibus perſeveravit, poſtea ſua ſponte ſedatus eſt vomitus, quieverunt dolores, & potum deſiderabat & detinebat, bene dormiebat, fatebatur ſe optime valere: Nulla unquam febris ipſum in his cruciatibus afflixit, ſitis tamen ardens perſeverabat; per tres alios dies in bono ſtatu tranſegit. Altera die poſt, 4. horas à prandio, nullo errore in victu, nec in alia re non naturali commiſſo, repente corripitur vehementiſſimis Ventriculi Cruciatibus, & totum *abdomen tenſum* & doloroſum evadit; ſe ſuffocari dicebat, cum *cordis deliquio* & deſiderio vomendi, ſumma corporis jactatione & inquietudine, nec ſtare nec decumbere poterat: Tumor ventris creſcebat, pulſus parvi, tardi, nulla febris, frigiditas extremorum, anxietas, deliquia, frigidi in fronte ſudores: Hora ſexta noctis ejuſdem diei ex humanis diſceſſit.

Statim totum corpus in immenſam molem auctum eſt, ut monſtrum potius quam humanum corpus videretur: Oculi, aures, & præcipue labia, ob magnitudinem ſummam valde erant deformia, cum variis lividitatibus: In dorſo *muſculi lumbares* videbantur fere *gangrænati*, nam ad levem contactum cutis diffluebat. Tota *ventriculi ſubſtantia diffluens*, *cum rubore* & manifeſta eroſione in variis partibus, & præſertim in una, ubi tota ſubſtantia eroſa videbatur, cum dolore livido.

SCHOLIA.

Reſponſio Ioh. Dominici Salæ.

DEſcripta hiſtoria ita mihi quidem videtur referre veneni pernitioſiſſimi aſſumpti evidentem ſuſpicionem, ut vix aliquod deficiat ex ſignis demonſtrativis: Quid enim quæſo aliud deſideratur, niſi quod a ſuſpecto aliquo nefario homine cibum aut potum acceperit: Quod in cibo aut potu extraneus aliquis ſapor aut odor adfuerit, Et demum quod in ventriculo, aut inteſtinis, aut in excretis per vomitum materia ipſa venefica apparuiſſet, cum præſertim neque hoc ſimpliciter ſit neceſſarium, clanculum enim venena propinantur, atque permixta aliis cibis aut potibus, ex quibus obſcurari poſſunt venenorum ſapores & odores, imo & liquida exhibentur & deſtillata: Generantur quidem in humano corpore ea quandoque excrementa, ita prava ut inſtar veneni interficiant, ſed raro in corporibus, alioquin boni habitus, & nullis commiſſis erroribus: rarius ita repente, ut ex aliis partibus, aut aliis accidentibus æger non prævideat: Generantur humores acres & erodentes, ſed vix in corporibus humidis & bene conſtitutis, ſine aliqua cauſa manifeſta, nec generantur ſine febre: Originem habuerunt omnia ſymptomata narrata in ventriculo & inteſtinis ſine erroribus, ubi cruciatus, rejecti cibi & potus, ſitis, vomitus, ardor, cardialgia: Tractum ſubito cor in conſenſum, unde ipſius oppreſſio, ſumma inquietudo, abſente febre deliquia, pulſus parvi & tardi, extremorum frigiditas, ipſi ſudores frigidi & mors, quam retardaſſe Theriacæ aſſumptionem eſt probabile, niſi forſan à Theriacæ uſu primo fere curatus, iterum ex novi veneni aſſumptione fuerit mortuus: Nocuiſſe primum venenum in ventriculo & inteſtinis ex his clarum eſt: nec obſcurum eſt ibi prius nocere ubi prius recipitur & moratur: Ideo vix inveniuntur tam artificioſe parata venena, ut illæſo ventriculo ad cor deferantur: Tanta autem fuit ventriculi læſio, ut eroſionem & velut gangrænam excitaverit: Accedunt quæ poſt mortem viſa ſunt, aucta moles corporis in immenſum, oculorum, aurium & labiorum deformitas, lividitates in dorſo, muſculorum lumbarium & diffluenti cutis veluti gangræna, ſed præcæteris ventriculi ſubſtantia rubra, livida & eroſa: Suſpiciones hæ ſunt, meo judicio, parum remotæ à certitudine: pauca enim ſunt, & ea quidem minoris momenti, quæ addi ſolent ſigna ad aſſumpti veneni cognitionem: Non eſt tamen negandum certiſſimæ dignotionis quandam eſſe difficultatem.

Reſponſio ejuſdem ad ſecundam relationem.

Scripſi alias in hoc argumento difficile quandoque eſſe artifici conjecturali certo omnino affirmare aliquem veneno aſſumpto eſſe mortuum, quia nimirum potuerit materia veneno ſimilis in corpore generari, ſimili modo interficere, & poſt mortem ſimilia ſigna præ ſe ferre: Augetur ex nova relatione difficultas, in qua ſcribitur hominem fuiſſe valetudinarium & mali habitus, fuiſſe apertum & conſideratum ejus cadaver: Ex quibus omnibus videtur dici poſſe eo facilius generari potuiſſe internum venenum, tranſmitti ad ventriculum, & in eo præludium aliquod inflammationis & ſuperficialis eroſionis effeciſſe, quæ deinde poſt mortem aucta ſit (ſi ſermo ſit de eroſione) aucta nimirum partium omnium corruptione: Interim tamen negari non poteſt maximam relinqui ſuſpicionem, tum ex tot ſignorum ſydrome, tum præſertim ex tam inſigni ventriculi eroſione, ſicut aliquas poſſe afferri excuſationes negari non poteſt, venenatos humores fuiſſe peſſimos, partes omnes corporis, & imprimis ventriculum, ſubſtantiam habuiſſe, aut ab ortu, aut ex erroribus, corruptioni obnoxiam: atque ideo in mortuo, & forte multo antea ſepulto cadavere & eroſionem ventriculi, & alia ſigna in aliis partibus apparuerint, quæ forte paulo poſt mortem non apparuiſſent.

ximam, quæ totam genam occupabat, ſummámque puris copiam, & forinſecus per ſectam cutem, & intrinſecus in os & oeſophagum effundentem. 3. Levem fuiſſe exterioris tunicæ oeſophagi excoriationem, duobus ſupra orificium ventriculi digitis, latam & ipſam digitos duos, In ipſo denique ventriculo particulas quaſdam ſyderatas apparuiſſe, quæ primo attribuebantur aſpectu potioni aquæ chryſulcæ. 4. Cor Pulmonem, Renes, Hepar, Veſicam, Inteſtina omnia integerrima omniſque læſionis expertia fuiſſe.

SCHOLIA.

CUm Judicum interſit ſcire quodnam trium horum pathematum miſerum hunc ad mortem præcipitarit (nec enim extra hæc quicquam in ſuſpicionem venire poteſt) Dico 1°. Aquæ chryſulcæ potæ non adſcribendam mortem, quod his rationibus probo 1. Omne agens naturale prius agit in res ſibi vicinas quàm in remotas, 7. Phyſ. 2. Ergo defunctus ſi ab aqua læſus eſt, debuit primum lædi in labiis, lingua, tonſillis, oeſophagi initio potius quam in fine, omnes enim hæ partes & læſionis capaces & viciniores ſunt, & aquam integriorem minúſque refractis viribus ſenſerunt: Atqui quotquot vivum mortuúmque viderunt, in labiis, dictiſque partibus nullam læſionem obſervarunt: Imo multi Medicorum bibentem viderunt, comedentem, pharmaca cibóſque ſine difficultate deglutientem, quod ſane ſi dictæ partes excoriatæ fuiſſent facere non potuiſſet: Semper enim ſumpſit ſuccum limonum cum emulſionibus, tactum inſignite ferientibus, maxime in locis epidermide deſtitutis; & ſi in manu vel facie lacerata ſuccum limonum nullus tulerit, quiſnam in ore & palato, acutioris longe ſenſus partibus feret? Notandum facilem illam ingeſtionem ad ultimam vitæ duraſſe diem: 2. Omnium ſaniorum Doctorum unanimis eſt conſenſus Aquas fortes, Arſenicum, ſublimatum, præpar. &c. aut ſtatim occidere cum convulſionibus & torminibus horrendis, oculorum & oris diris contorſionibus &c: aut ſi mortis moram trahant, cryſtallo montano cum dictis emulſionibus curari poſſe, maxime ſi ſtatim à ſumptione quis vomuerit, ut docet *Santes Ardoinus* l. 2. c. 1. uſque ad 7. aſſerens hujus ſecum opinionis eſſe *Rhaſin, Alsharavium, Aponenſem, Gilb. Anglicum* & alios: Idem ſcribunt *Foreſtus lib.* 15. *obſ.* 13. *Ronſeus Epiſt.* 9. *Matthiolus* aliique: Inde infero *Nicolaum* nullum ſignum veneno potati in vita habentem, non obiiſſe potu aquæ fortis, cum ſtatim à ſumpſione & antidotum ſumpſerit & copioſe vomuerit, veneníque vis, ſi qua fuit, omnino retuſa fuerit, cum ad mortem uſque liberrime comederit biberitque: 3. *Nicolaus* per os egeſſit lumbricos vivos ipſo primo die cum acutiſſimis ructibus: Dico ergo, & ſcio faſſuros idem Medicos, id quod ſyderatum in oeſophagi parte ventriculo tam vicina, & ventriculi ſumma apparebat tunica, non ab aqua forti, quæ ſuperiores partes prius lædere debuiſſet, ſed ab acuta vermium roſione manaſſe: Lumbrici enim ſæpe non tantum excoriant inteſtina ventriculumque, ſed totum eorum corpus erodunt certóque necant. 4. Naturam gnaram neceſſitatis oeſophagi & ventriculi in alendo corpore, cum ſæpe excorientur deglutitione acicularum, ſpinis piſcium, fruſtis vitrorum dentibus comminutorum, quod inter Germanos ſæpe vidi, vinum ſibi vitrumque ſimul propinantibus, qui cum totum vitrum dentibus ſuis molitum deglutiſſent, non ideo moriebantur, licet gulam, ſtomachum, ipſaque inteſtina excoriaſſent, quia natura omnia illa tribus velavit tunicis vel membranis, ita ut duabus primis eroſis, atque adeo omnino exeſis, ſola tertia deglutitioni ſufficiat, nec mortem, niſi poſt multos annos accerſere poſſit: Ante aliquot annos Leodii, cùm in convivio multi arſenicum, vice oryzæ farinæ edulio mixtum ediſſent, quidam qui minimum ederant bibetántque ſtatim ſublati ſunt; qui ventriculos ſaburrarant, à vomitu curati, cum multis poſt annis fatis conceſſiſſent, invenimus in illorum ventriculis latiores & profundiores eroſiones quàm in *Nicolao*, in quo erant & parvæ & paucæ, & ſoli ſuperficiei adhærentes: Alia ergo in Juvene xx. annum agente mortis quærenda cauſa: 5. Nemo negat quin omnes veneno, cujuſcunque tandem generis ſit, morientes, in corde manifeſtum mortis indicium habeant; atqui omnes in hoc integerrimum ſe & saniſſimum inveniſſe dicunt: Hic notandum quod ſi eroſio oeſophagi proceſſiſſet à veneno aquæ fortis, cum vermes ipſum laceraſſe conſtet, cor oeſophago proximum veneni vim ſuſtuliſſet ante alia membra remotiora. Dico ergo cacochymiam univerſi corporis, copiámque vermium ſupra infráque excretam, qui validiſſimo homini necando ſuffeciſſent, juvenem è vivis ſuſtuliſſe, aut certe, quod magis credo.

Parotidem) Hoc docet *Hipp.* c. 4. §. 1. l. 1. *Coacr.* ubi dicit. *Omnis Parotis peſtifera*, Conſtat inter omnes magnas Parotides (fuit autem hæc omnium maxima quas unquam vidi) ſemper eſſe mortiferas: Verum eſt parotides cuivis ætati accidere poſſe, maxime in chronicis febribus: cæterum qui parotides venereas, aut à gonorrhæa carieque virulenta pendentes patiuntur, millecuplo plus diſcriminis adeunt: Ut ſciaris parotidem hanc à carie Venerea in viſitatione obſervata pependiſſe, credite *Alex. Traiano Petronio* l. 2. c. 17. de morbo *Gall.* ubi ait multos quorum cariem Chirurgus aqua forti tetigerat, poſtridie habuiſſe tumores maximos in capite & partibus vicinis, quod veriſſimillimum eſt, cùm in dies videamus eos qui gonorrhæa vel carie correpti ſunt, ſtatim puſtulis majoribus in fronte tentari, quas vulgus apud nos vocat Roſarium aut Chapelletum, cujus cauſa eſt quod cum caput reliquo corpori incumbat inſtar cucurbitæ, ut loquitur *Hipp.* trahit ad ſe ſordes inferne ad ſuperiora delatas: Conſenſum genitalium cum capite hoc docet, quod quibus ante pubertatem auferuntur teſtes, nunquam il barbam producant: Et ſi barbatis caſtratio contingat, barba non amplius creſcat, imo ante producti pili ſæpe decidui fiant: Si itaque tanta eſt communio pudendorum & capitis, certum eſt putredinem, quæ in pene *Nicolai* erat, maximam parotidem hanc immanem excitaſſe, malignam, virulentam & lethalem: Juvenes quidam in arte Medica parum verſati, dicent Tumore venereo extinctum debuiſſe hepatis læſi veſtigia quædam oſtendere: His reſpondet ſupra dictus *Petronius*, aliique omnes Aſclepiadæ, hoc non accidere niſi iis qui diu morbo venereo laborarunt: nam qui recenti premuntur, ſoláque carie, gonorrhæa, bubonibus atque alopecia infeſtantur, ſi modo bene curentur, integræ ſanitati reſtituuntur; quod non fieret ſi Hepar ſanguificationis officina vitium contraxiſſet, quo ſemel læſo nunquã curantur, variiſq; crurum brachiorumq; gumma-

s conflictantur, unde certiora quam ex ullis ephe- idibus ſigna mutandæ aëris temperiei præſagiunt: ıiſſæ loco adde, cùm ex conſenſu Philoſopho- ı, *Quod eſt cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati*, Caries gonorrhæa virulenta, Si par... idem lethalem ipſi cunciverint, mortem etiam inde ſequutam: Patotis enim cauſa conjuncta, caries & gonorrhæa antecedens fuere: Aqua autem pota, vel potius guſtata, nihil nocuit: His moti Judices ream abſolverunt. *H. ab Heer Obſerv. xvi.*

Observatio V.

Ventriculi dolor ab ulcere circa ejus ſuperius orificium &c.

Ivenis cùm lauto convivio interfuiſſet, eadem nocte dolore ſtomachi correptus fuit: ab ıirio, & quidem per multos dies, non admodum gravis fuit iſte dolor, paulatim tamen tus eſt, ut de maximo cruciatu oris ventriculi, ventris & artuum conquereretur &c. Poſt nſes 18. obiit.

Aperto cadavere, in infimo ventre omnia ritè ſe habebant, præter ventriculum, in us orificio ſuperiori, & quidem ex parte anteriori, ubi ramus ſextæ conjugationis nerum ventriculo inſeritur, ulcus erat magnum ac fœtidum, quod in vacuum uſque venuli penetrabat: Ventriculus præterea humoribus corruptis, fœtidis & atrabilariis ertus erat: Externæ partes ob violentiam & diuturnitatem morbi plane extenuatæ erant. *ritius Hild. centur. iij. obſervat. xx.*

SCHOLIA.

Rbitrabantur parentes venenum ipſi datum fuiſſe, ſed perperam: veriſimilius enim eſt officu- aliquod acutiſſimum, rugæ alicui oris ventriculi inhæſiſſe: nam ſi venenum ſumptum fuiſſet, exulceratio potius in ipſo fundo quam in ore ventriculi extitiſſet. *Idem centur. v. obſervat. 36.*

Observatio VI.

Dolor ventriculi parte externa ulcerati.

Xulcerari ventriculum non minus quàm alias corporis partes à ratione haud alienum eſt: Matrona annos 60. plus minus nata, ex ore ſpiritum fœtentem multis emiſerat s: E naribus graveolens quoque mucus concretus ſubinde extrahebatur, virens aut ino varii coloris: Dolor circa ventriculi regionem aſſiduus, non tamen valde mo- s, ut quem lenire poterat ſacculus in quem herbæ, ſemina & aromata quædam ven- lo commoda conſuta erant: Mens & ſenſus ad extremum conſtiterunt: Longo mor- onfecta è vita diſceſſit.

entriculus ejus exterius ab omni parte ſuperficie tenus exulceratus extitit, Et quæ ı contingebant univerſa, non tamen alia, quàm qua ventriculo contigua erant, partes bri ſubſtantia integra, ſed copioſo admodum humori innatans; qui fomes eſſe po- nuci qui ſæpe in naribus concreverat. *Dodonæus obſervat. medic. cap. xxv.*

Observatio VII.

Ventriculi dolor ab humore acri eum erodente.

Puellus ab immodico uvarum eſu trium horarum ſpatio extinctus: Ventriculus perforatus copioſum ichorem viridem continebat, qui proculdubio erat bilis ærugicujus ingens erat acrimonia. *Rhodius cent. ij. Obſerv. 53.*

. Optimum eſt in cardiaca paſſione aſſumere cibum aut potum aquarum refrigerancum ſpiritu chalcanthi, etiam initio acceſſionis, cum cibus & potus tunc temporis : nutrimentum, ſed ut medicamentum, ad bilioſi humoris acrimoniam retundenpropinetur; multoties enim tanquam ab igne corroditur ventriculus, Cardiacam paıus miſerrimis ægris, quod in ſectione anatomica perſpicuum fuit, præcipuéque in me quodam xx. circiter annorum, cui ſpatio xxiv. horarum mortuo, ſecto, inventa fuit a ventriculi tunica abſque muco, ſicut ab igne corroſa. *Dom. Panarolus Pentec. 1. obſ. xx.*

Observatio VIII.

Ventriculi tunicæ corroſæ repertæ ſunt ab abuſu Magiſterii perlarum.

Woiſelius ſenior mihi narravit, Epiſcopum Uratiſlavienſem magiſterium perlarum ſæpe porrectum à Paracelſiſta bibiſſe, atque demortuo tunicas ventriculi nigras & ras apparuiſſe.

em eventu uſum eſſe Marchionis Johannis conjugem, in qua ventriculi tunicæ plane eroſæ: Raro certe ullum vitrum, in quo aſſervatur, tam eſt firmum quin erodat & rem convertat. *Crato in conſil. & Epiſt. à Scholtzio collectis. Epiſt. 163.*

Observ.

Observatio IX.

Ventriculi dolor ab eroſa inferiore ventriculi tunica ex uſu ſpiritus vitrioli.

AB immoderato ſpiritus vitrioli uſu ventriculum & viſcera eroſa fuiſſe, Ronſſæus, ſi recte meminii, alicubi annotavit: Simile quid ante annos non ita multos, in cadavere fœminæ cujuſdam obſervatum eſſe heri mihi referebatur; quippe frequentiore ſpiritus vitrioli uſu interior ventriculi tunica conſumpta fuerat. *Doringius in Epiſt. Sennerti centur. 1 Epiſt. 86.*

Observatio X.

Ventriculi dolor ab ejus Eryſipelate.

D. Rubat Pharmacopæus peritiſſimus, obiit Genevæ anno 1654. de ventriculi æſtu & dolore conqueſtus: Leipyria aderat febris, æſtuantibus internis viſceribus, cum extremorum frigore & ſiti intenſa: multi venenum aſſumptum ſuſpicabantur.

Eo mortuo & diſſecto, ventriculi fundum parte interna nigricabat, tanquam ab igne uſtulatum, inanis omnino, cum ſumma tunicarum tenuitate: Parte externa, qua lienem reſpicit, ſine tumore livebat: Lien quoque ob viciniam nigricabat, & pars coli contigua, latere ſiniſtro: unde prægreſſi Eryſipelatis conjectura fuit.

Observatio XI.

Ventriculi dolor ab Apoſtemate in inferiore ejus ore & duodeno, cum ſanguinis copia in capacitate.

APeruimus uxorem de *Chapelier*: ægrotabat per multos jam menſes, dolore ingenti circa ventriculi regionem & ventrem, & ſæpius febri laborabat. Apoſtema in orificio inferiori ventriculi & duodeno invenimus: partes circumjacentes induratæ erant: In ventriculi capacitate multum ſanguinis aderat: folliculus fellis uſque adeo turgebat ut vix poſſem manu amplecti: majorem nunquam vidi. *Ex obſervationibus Ioh. Bauhini.*

Observatio XII.

Dolor circa ſcrobiculum cordis à ventriculi fundo inflammato, Omento gangrænoſo &c.

IN viro 24. annorum, ſub finem anni præcedentis à me diſſecto, Pericardium aqua limpidiſſima, ſaporis nullius, repletum adeo ut inſtar veſicæ alicujus diſtentum occurreret. Lien fere totus abſumptus, ſic ut niſi globuli quidam, variæ magnitudinis, exterius nigricantes, intus rubicundi, ſe exhiberent: Omentum quoque totum nigricantis coloris ac ſi gangrænoſum eſſet; Ventriculi fundum inflammatum eo loco ubi Omento dicto cohærebat: Continebat hic materiam flavam mucoſamque, qualem etiam magna quantitate agonizans vomitu excreverat.

Conqueſtus fuerat plures per ſeptimanas de dolore ſummo circa ſcrobiculum cordis Vomitúque valde moleſtante: Uſus fuerat, bene alias ſanus, dum caleret maxime ex motu excedente, frigido potu, unde altero die delirare incepit, adeo ut ab aliis contineri debuerit: alias porci inſtar terræ foveis ſe abſcondens, ſtraminéque etiam ſumme impuro contegens: In inguine natura apertionem fecerat, per quam materia effluxerat copioſa ac plures dies: Chirurgus foramen clauſerat jam ante aliquot ſeptimanas, unde in ventre aperto ſaniei fœtidiſſimæ ingens copia collecta, imprimis loco Lieni vicino. *G. Blaſius p. 124. Obſervat. Anatom.*

Observatio XIII.

Ventriculi dolor à Scirrho exiſtente inter binas ejus tunicas.

VNum quod ter obſervavi in ventriculo me vidiſſe noto, & eſt quod anno 1570. vidi in cadavere cujuſdam Nobilis viri, ſcirrhum exiſtentem inter alterutram tunicam propriam Ventriculi magnitudinem & totam partem infimam ipſius obtinentem, Et chylus in hoc ventriculo per quandam anguſtam viam pertranſibat ad colon inteſtinum, quod quidem munia ventriculi gerebat: Hic Nobilis vir inſigni dolore ventriculi per multos annos afficiebatur: *Hippolitus Boſcus de Facultate Anatomica Lect. 2. p. 21.*

§. 2. Vidi poſtea duos alios homines mortuos, itidem Scirrhis laboraſſe in ventriculo exiſtentibus intra fundum ventriculi; qui Tumores Scirrhoſi videbantur ſapere pituitam craſſam congeſtam, atque ſimul concretam, Et hi à dolore ventriculi vexabantur inſigniter, unde mortui ſunt. *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

ter alteratram tunicam) Ventriculo tres aſſignat Tu-
icas *Willis*, unam communem à diaphragmate
m, & duas proprias, externam internámque:
ı ſanguifera quamplurima præterea ad eum per-
ere demonſtrat, partim ejus ſummitati, partim
lo ejus inſerta: hæc vaſa ſanguinea introrſum
tendentia, & demum in propagines innumeras diſcer-
pta, in tunica intima nervoſa terminantur, cujus inte-
riorem ſuperficiem, præ denſitate punctorum, in quæ
vaſa deſinunt, rubore inficiunt & quaſi cruentant: Per
hæc vaſa craſſus cruor effuſus, nec rite circulatus,
ſcirrhi generationi occaſionem præbuit.

APPENDIX.

Ventriculi dolor à mola carnea in eo contenta.

Erum novarum aliquid vacat audire, Panarole, quod obſervationum tuarum volu-
mini intercludere valeas: Juvenis quidam, nomine Bonifacius Vallis coccia à Cepera-
annorum fere 37. complexionis melancholicæ, habitu corporis gracili, pilis nigris &
ıtis ſcatens, tempore Autumnali anno 1646. cum alias eſſet conqueſtus de copioſi ſan-
ıis vomitu ad plures vices emanati, propter hæmorrhoidum retentionem, vexaba-
unc intenſiſſimo ventriculi dolore, qui nec anodynis nec narcoticis ſedari poterat medi
inibus; Ad cauſæ remotionem accitus me contuli vomitorio elleborato exhibito, &
unius heminæ atri ſanguinis retenti dejectionem, coadjuvante jam arte, Molam car-
n, ſive caruncŭlam quandam damaſceni magnitudine & figura ſubſequenter à ſtoma-
rejecit.

ıat caro hæc otioſa informis, inſtar molæ deſcriptæ à *Galeno* 14. de uſu part. habebat
ominus quaſdam rudes delineationes in rotunditate & in figura pruni, cum ejuſdem
cillo: erat duarum unciarum pondere, ſpongioſa, carnem hepatis colore & conſiſten-
tæ ſe ferens: In ſuperficie erat dura, quemadmodum *Plinius* & *Ariſtot.* de mola an-
t: & hoc nonniſi quia pellicula ſeu membrana forinſecus circumpoſita, mediam fere
ıculam iſtam obvallabat; nam quod glutinoſum & pingue ſuperaret, aſſabatur à cali-
& membrana ſeu tunica ita efficiebatur, ut docuit *Hippocr.* lib. de carnibus. *Obſervatio*
ii Vitagliani Ceperanenſis ad Dom. Panarolum, Pentec. v. obſervat. xi.

SCHOLIA.

ıſas crederem fluxus hæmorrhoidales retentos
in ſtomachum regurgitantes, ſicut in utero
: ex *Hippocr.* ſententia lib. de ſterilib. Stoma-
nim & uterus ita pari modo alliciunt ſangui-
Galeno lib. de ſem. cap. 4. ut conſimilia ſym-
a producere ſint apta: Quare opus fuiſſet hic
Bartholino Dano, Viro doctiſſimo, qui hanc
& calamo pingere & ſermone explicare po-
ı ſua Anatomia reformata. *Idem ibidem.*

m) Affinis eſt affectus Verruca ventriculi, de
nzoar lib. 1. tract. 15. cap. 3. *Theizir*: quam vi-
ıodam qui non digerebat cibum, febricitabat
ordinata, fortiter aliquando invaleſcente, &
lo debilitabatur, & habebat ſolutionem non
ı, & illæ egeſtiones erant varii coloris, adeo
oſſet cognoſcere cauſam ſuæ ægritudinis, Cum
attigiſſet pulſum ejus, invenit ipſum inordinatum &
magnum, unde cognovit quod apoſtema erat in
membro multorum nervorum, & ſpecialiter quia
erat ſerrinus, & debilitas virtutis patientis obviabat
magnitudini ipſius pulſus, quæ manifeſtabant verru-
cam eſſe in ipſo ſtomacho, Et quia non erat multæ
velocitatis Pulſus, ſignum erat manifeſtum quod non
erat de genere calidorum apoſtematum, Et cum po-
ſuiſſet manum ſuper fundum ſtomachi, invenit duri-
tiem ad quantitatem unius pomi, abſque ſenſu dolo-
ris, fortiter autem compreſſa manu, ſenſit modicum
doloris, atque ex iterata compreſſione fortius dolebat.
Quadam autem die cum aſſellaſſet, dejecit quiddam
rotundum, formam habens pomi cum una radice &
ſolidū, & quoties poſtea aſſellabat, egerebat ſanguinem
in magna quantitate, In nona autem die mortuus eſt.

OBSERVATIO XIV.

Cardialgia à vermibus orificium ventriculi mordentibus.

)Uer ſexennis, Filius Domini Piaget, Apparitorum Præfecti, obiit Genevæ anno
1673. 29. Aprilis, morbi die quinta: Ante menſem morbillis, tunc temporis epi-
defunctus fuerat: Tribus ante decubitum diebus ab inſolatione & vehementio-
itio, puer immorigerus ſine febre manifeſta incaluit. Cardialgia hinc prehenditur
uitæ vomitu, & quinque lumbricorum excluſione vivorum, in quibus unus maxi-
ruber, ſuperſtite tamen oris ventriculi dolore: maxima aderat anxietas & jectiga-
m vix momento temporis eundem ſitum in lecto obſervabat, modo tranſverſim
blique decumbens: Unde ſuſpicio relictorum vermium, oſtium ventriculi ſupe-
cinantium: Præſcripta quidem eos necantia & exturbantia, ſed puellus ſui juris
eſpuebat, ſolo aquæ potu toto triduo ſuſtentatus: vix ad interrogata reſpondens,
lo de dolore ventris conqueſtus.

Cadaver

Cadaver diſſectioni à parentibus conceſſum, ac 1°. aperto abdomine, in ventriculo nih ptæter duos vermes, repertum, inæqualis magnitudinis: Superiotl orificio inuſta erat ma cula ex rubro liveſcens, unguis minoris digiti magnitudine, orta à punctione majoris lum brici, qui affixus parti continuæ anxietatis cauſa fuit: 2°. Inteſtina tenuia bile undique ſuf fuſa, qua de cauſa lumbrici ad ſuperiora irrepſerunt, amarorem bilis fugientes: 3°. Reſe rato pectore; Pulmones, parte ſiniſtra præſertim, lividi, grumos ſanguinis atri, concret per ſubſtantiam diffuſi continentes: Circa dorſum, medio in parenchymate, ſanguini concreti maſſa, ovum magnitudine æquans continebatur; præcedente caſu vel ictu, cum petulcus eſſet puer: Abſuit ramen tuſſis, levis dyſpnœa, nec tamen continua, febris maxi ma ptidie ante obitum: Pulſus toto morbi decurſu admodum inæqualis, modo elatus magnus, modo parvus, interciſus: Ulcus Pulmonis, hinc phthiſis, præ foribus erat, nil catdialgia obitum maturaſſet.

§. 2. Ante tres annos ego vocatus ad puerum refertum vermibus, undecim annorum cui pilulas exhibui: mane cum reverterer, erat mortuus.

Cutaui aperiri ventriculum: inveni triginta tres vermes, omnes dodrantales, omne vivos, oti ventriculi adeo tenaciter adhærentes ut vix avelli poſſent. *H. Saxonia Prælectio num Pract. part. 2. cap. 7. §. iv.*

Observatio XV.

Ventriculi dolor à ſanguine in eum affuſo ob Portæ venæ rupturam, & cavæ partis Hepatis continui ſolutionem.

PRinceps quidam corpore obeſo ætatéque annorum plus minus 54. nephriticis ac ven triculi doloribus diu multúmque conflictatus, viribus jam debilitatis nigra dejiciebat per complures dies, ac tandem, ſyncope oborta, intra dimidiæ hotæ ſpatium expiravit

Secto corpore, ventriculus *ſanguine concreto* ſemiplenus, Et in cavo jecoris manifeſt continui ſolutio, venæque portæ diſruptio eſt teperta. *Ex Thomæ Mermanni obſervationibus.*

Scholia.

VT à ſanguine ab Hepate in ventriculum effuſo concitari poteſt hujus dolor, ſic ab eodem intra illud coërcito idem poteſt contingere: Sanguinis ſcil. copia ſi rurgeat hepar, ventriculi fiet compreſſio, hinc graviſſimi doluris ſucceſſio, præſertim ſumpto eibo, ut nec aſſumptis nec admotis mitigari poſſit: memorabile ejus rei affert exemplum *Dovynetus* Apologiæ de Arthrit. lib. 3. cap. 1. de quodam Conſule Tricaſſino, qui ab impottuno ventriculi dolore naturæ potius quàm artis beneficio evaſit: quum enim ſtatim ab epulis eo graviter conflictaretur, ecce nec opinato, magna ſanguinis per os rejectio, qua derepente dolor ereptus eſt: cui ut in poſterum occurreret, quoties eo premebatur, toties miſſo ſanguine eo liberabatur: Extat & hiſtoria apud *Hipp.* 5. Epid. de viro quodam, qui in vehementiſſimo dolore ventriculi nullis aliis remediis adjutus eſt quàm phlebotomia.

Ventriculus ſanguine concreto &c.) A ſanguine in ventriculo retento & corrupto ſæviſſima oriri ſymptomata oſtendit *Zecchius* conſult. 46. Exemplo infantis qui febri continua corripitur cum ſenſuum omnium hebetudine, inquietudine, implaciditate, motibus convulſoriis, nauſea continua, extremorum frigore: cauſa admodum obſcura erat, niſi procatarctica innotuiſſet; duobus ſcil. diebus ante primum morbi inſultum, ſecta illi fuerat membrana qua lingua cum partibus ſubjectis colligatur: At vero hac in operatione cum pronus ſitus infanti datus non fuiſſet, multus ſanguis in ventriculum influxit, qui funeſta illa accidentia inducebat, à quibus liberatus exhibito oleo amygdalino dulci, ſic per vomitum ſanguinis concreti purulentique copia educta.

Observatio XVI.

Ventriculi ardor à bile in ejus ſubſtantiam effuſa, macula lutea ſe prodente

VEntriculum à bile flava, ea ſede qua *veſicula bilis* ventriculo ſubſtrata illum attingit, tingi macula lata lutea, ad inteтiora illius quoque penetrante commaculari, aliquoties obſervavi, Illiſque præſertim quibus viventibus perpetui ventriculi ardores moleſti erant, hoc accidiſſe notavi: Idem in ſectione generoſæ cujuſdam invenimus, cujus ardoris ventriculi cauſam in bilis veſicula admodum bile referta, & ventriculo & duodeno inteſtino deprehendimus. *Platerus obſervat. lib. 2. p. 436. & 468.*

Scholia.

V*Eſicula bilis*) Ejus ſymptomata magis elucent in partibus quæ compatiuntur ut in ventriculo, cum bilis vomitu rejicitur: In toto corpore, cum bilis in habitum effunditur & Icterum parit: vel cum in inteſtina decurrit, & diarrhœam aut dyſenteriam facit: Καῦμα περὶ τὴν κοιλίην, ardorem circa ventriculum

Google

um obſervavit *Hippocr.* in aphor. quod eſt pericu-um ratione bilis effuſæ intra membranas ventricu- vel ratione partium vicinarum æſtuantium & in-nmatarum, Interdum Cyſtis fellea vicina tangit gitque ventriculum, ac ſi titione ardenti ureretur: *lanus Encheir. l.* 1. *cap.* 23.

Si in ventriculi ſubſtantiam delata bilis eam im-it, diuturnioris ardoris cauſa erit: Sicuti contin-e poteſt quando ob contactum bilis veſiculæ, ven-uli regio illi incumbens & contigua inficitur, eóque colore tingitur maculatúrque, ad inte-a illius macula crocea quandoque penetrante; od ſectione in illis ſic ſe habere quibus ardor ven-uli perpetuo fere moleſtus erat invenimus: Quod & poteſt accidere quibus copioſior in cyſti fellis bi-olligitur, eáque diluta magis tranſſudat & veſiculâ luit, vicináque (ſicuti ſæpe ſpectavimus) imus ſque inficit: Eóque citius in illis quibus ventricu-aro vacuus ſed ſemper crapula diſtentus eſt: vel ium ſcribendo aliudve agendo, dum corpus in-int, ventriculum ad bilis veſiculam validius pre-t: eamque veluti exprimunt, quo tempore & tunc majores fiunt ardores: *Platerus prax. l.* 2. *c.* 11. Ardorē ventriculi, ſeu æſtum, à ſimili proculdubio cauſa pronatum animadverti in Illuſt. Dom. de Molondins, Proprincipe Neocomenſi in Helvetia: fatigabat illum frequenter talis ardor, quem vocabat *Brulement d'eſtomach*, moleſtus quamdiu chylificatio peragebatur: alimentum totum in ſpumeam & viſcidam pituitam faceſſebat, qua excreta, ab ejuſmodi moleſtia liber erat, tum præſertim recidivante cum vel genio indulgeret, vel dubia menſa uteretur; aut lectioni vel ſcripturæ pertinacius incumberet: Liberationem ſperabam à provectiori ſenectute, quod morbi *σύνδεσμοι*, connutriti, ex *Hipp.* 6. Epid. ſect. 5. in ſenectute deſinant concoctione, ſolutione ratefactione: Sed accedens febris continua ærumnis omnibus eum exolvit. Ætatis beneficio ejuſmodi æſtus immunitatē ab ventriculi accepit Nobilis Gedeon des Bergeries, Genevenſis, qui ad annum xl. ob viſcerum fervorem facilis coctionis cibos corrumpebat, toti enim in ſpumeum humorem & glutinoſum abibant: Jam ſexagenario proximus ſaluberrimam vitam degit, cujus juventus perpetuis querelis obnoxia fuit.

Observatio XVII.

Dolor ventriculi à veneno aſſumpto eum perforante.

POlemarchus à Medico ſuo venefico poculo inficitur: inexpugnabilis erat dormiendi appetitus: ſexto poſt die mors; de ventriculo querebatur: In eo qui-am maculis ventriculus erat aſperſus: Medici, quibus cadaveris aperiendi cura erat, hoc argumenti afferre putabant: Oculatior unus juſſit ventriculum ab aliis partibus cari: prætendit apertum omnium oculis; perforatus minimis foraminibus miraculo lam apparuit, Et hæc pertuſio mortis cauſa fuerat. *Ballonius Paradigmate* 144.

2. Reverendus N. hora quinta nocturna, cum ante binas cœnaſſet horas, doloribus itibus ſupra umbilicum torquetur, cum continuo, inani tamen vomendi deſiderio: rſitus qui in proxima camera habitabat, doloribus colicis à flatu infeſtari illum exiſti-, petroleo abdomen inunxit, linteiſque calidis continuo fovet: Irritus tamen cum etur labor, doloréſque accreſcerent, theriacam etiam exhibet eodem ſucceſſu fruſtra-miſere ſic exagitatus totam noctem conſumpſit ad horam diei xv. qua non ſine veneni, trario capparum aſſumpti, ſuſpicione moritur: Poſt mortem corpus univerſum, impri-cies, abdomen & genitalia flatu mirum in modum intumeſcunt. ium cadaver aperiretur, hora poſt mortem ſecunda, ſtatim immiſſo cultello flatus trepitu exiliit: Hinc ventriculus viſus eroſus, maximíſque foraminibus pertuſus, cum ente colo, reliquis quoque inteſtinis variis in locis perforatis: unde factum quod cam aſſumptam, excrementis alvi permixtam, in capacitate abdominis diffluentem mus, Et non minus exterior quam interior inteſtinorum facies, reliquáque abdomi-cera, ſordibus eſſent inquinata. *Thomas Bartholinus cent. ij. hiſtor. xviij.*

SCHOLIA.

gnabilis dormiendi neceſſitas) Quanquam con-lari venena veternum inducentia & tandem, ejuſmodi tamen non fuiſſe Polemarcho ex-certum eſt, ſed ex erodentium genere & ria præditum, eo fine à venefico temperatum difflueret, utque crimen in occulto eſſet; cujus exhibiti minor vel nulla potuit eſſe ſuſpicio, quod ab admixto narcotico, erodendi & vellicandi vis hebetior reddita, dolor manifeſtus non fuerit, donec extingueretur facultas narcotica, quæ tamen veneni vim ſepticam deſtruere non potuit.

Observatio XVIII.

Ventriculi dolor ab adhæſu Hepatis putridi cum diaphragmate.

m. Vigrieron per ſex hebdomadas laboravit & de ſtomacho tantum querebatur: ntiebar pondus quoddam, nec in latus alterutrum decumbere poterat: Vome-e.

to cadavere Hepar ſuperiore parte adhærebat diaphragmati, Et idipſum Hepar e parte putre erat & pulmones fere. *Ballonius Annot. in conſ.* 43. *lib.* 1.

SCHOLIA.

Observatio XIX.

Ventriculi dolor à compreſſione ejus ob cartilaginem xiphoidem induratam, & corrupto Hepate.

D. Bordier, qui annos duos pene integros alvinis ſymptomatis diſcruciatus eſt, & dolo ribus ad ventriculi regionem incredibilibus, mortuus eſt tandem: cum alvus diu an te fluxiſſet, dolores iſti ceſſaverant, qui declarabant & collectionem tetri humoris & perei nem generationem: venenum propinatum eſſe putabant.

Aperto cadavere, inventum eſt Hepar plane albicans & ſemiputre: *cartilago xiphoide induruerat* valde & inferiore ſui parte eminebat: Unde credibile aliquid contuliſſe ad iſtum excitandum dolorem: maxime dolores erant nocturni: nullis remediis allevatus eſt: Pridi quam moreretur per os excrevit atrabilatium ſanguinem: Hic veritas aphor. 23. 4. depre henſa eſt, Quibus ex morbis acutis aut diuturnis, vel ex vulneribus, ſive alio quovis mod extenuatis, atra bilis, ſive uti ſanguis niger infra exierit, poſtridie moriuntur. *Ballonius Epi dem. lib. 4. p.242.*

Scholia.

CArtilago xiphoides induruerat) Eadem frequentius, quam quidam Practici annotant, indebitè incurvatur, ab humoribus adfluentibus plus juſto emollita: ſicque mucrone ad interiora vergens, ventriculum premit, unde appetitus proſtratus, aſſumptorum vomitus, imo ventriculi continuus dolor, totiúſque corporis atrophia: Quod vitium anatomiæ periti facillime tactu deprehendunt, & interjecto paucarum horarum ſpatio medentur morbo, quo alias ad annos plurimos homines miſerrime divexantur: Ut vitium hoc emendes, ſolummodo cucurbitula ventoſa ampli oris, exterius cuti, cui cartilago ſubjacet, applicetur, ſicque illi affixa relinquatur, uſque dum inſpiratio impeditur, ſubito tunc removeatur, & cartilago dicta ſæpius prima vice locum naturalem iterum occupabit, quod ſi non contigerit, repetat Chirurgu operationem ſemel aut bis, & præmiſſa illitione ole roſarum & myrtillorum empl. apponat adſtringen per aliquot dies loco affecto detinendum. *P. Barbet te Anat. Pract. lib. 1. cap. 4.* Eo affectu ante novem an nos. Dom. P. Mercator Genevenſis, graviſſime pe menſem & ultra affectus fuit, eſculenta omnia & potulenta, ſimul ac ingeſta erant, vomitu excludens circa illum incaſſum ſatagebant duo induſtrii Medici, accedens Chirurgus nomine Danel, à depreſſione dictæ cartilaginis malum oboriri cenſuit, ... is dexter manu intro vergentem cartilaginem in locum redu xit, hinc omnium ſymptomatum ceſſatio.

Observatio XX.

Ventriculi dolor à ſcirrho totum Pancreas, Meſenterii partem, Pylorum & Iejuni partem occupante.

DIe 25. Januarii 1635. vocatus fui ad aurifabrum, qui à tribus menſibus laborabat dolore circa ventriculum acerbiſſimo & indeſinente, ita ut præ dolore & vigiliis ad ſummam maciem perductus fuerit: Per dictum tempus à Medico ordinario præſcripta fuere XII. aut XV. medicamenta purgantia, eáque blanda, aliáque non pauca remedia interna & externa Tandem advocatis in conſilium tribus aliis Medicis præſcribitur vomitorium, quo aſſumpto nihil vomuit, eóque iterato, ventriculus exoneratus eſt, & ſatis copioſe vomuit ſine ullo doloris levamine: poſtea iteratur purgans & diæta ſudorifica: Biduo poſt purgationem ante uſum decocti ſudorifici, à quodam monitus æger me acceſſit circa veſperam, & morb hiſtoriam exponit; Ego vero ut oſtenderem ſaltem ad tempus dolorem ſedari poſſe, præſcribo pro ea nocte laudani gr. v. quibus dolor protinus ceſſavit, & tota nocte dormivit, cum tribus illis menſibus longior ſomnus non fuiſſet unius horæ: mane ſe curatum prædicabat Rediit tamen dolor qui nullis remediis ſedari potuit, niſi laudano aliquoties exhibito, ídque ad breve tempus, donec æger maraſmo confectus interiit.

Aperto cadavere, repertus eſt ingens ſcirrhus, totum pancreas & meſenterii partem oc cupans; tum etiam pylorum ac jejuni inteſtini principium ambiens: ita ut ductum illum, qu eſt à ventriculo ad inteſtina adeo anguſtaverit ut fere occluſus eſſet, & ventriculus materi eſculenta ac potulenta plenus inventus fuerit: cum igitur alimentum non poſſet diſtribui marcore conſumptus eſt: Scirrhus ille non apparebat tactui, quia ſub ventriculo & inteſti nis latitabat, Dolorem intenſum efficiebat, quia *pylorum & extremam ventriculi partem pylor continuam attingebat. Laz. Riverius centur. 1. Obſerv. xc.*

Scholia.

DOlore acerbiſſimo & indeſinente) Alias obſervati ſunt ventriculi dolores periodici, qui ſine febre alternis diebus recurrebant, ait *Th. Bartholinus* cent. iii. obſerv. 50. *Idem* notavit in filiola ſua, quæ alternis noctibus inquieta, de ventriculo conquerebatur, quem ſoluta alvus vel lotium mitigabat, nullo calore p.n. præſente. Poſt febrem in aliis ſimilia obſervavit, per vices ſolitis paroxyſmi diebus, ſoliáqu febris hora redeunte & nauſea, nullo amplius febril calore infeſtante, quos abſtergentibus medicinis, ju ſculis citriatis & aceroſis perſanavit. Eſt quippe i febribus nonnullis ventriculus primario affectus e obſerv. *Panaroli* Pentec. 1. obſer. 20. Pentec. 4. obſer 8. *Riverii* cent. 2. obſerv. 83. *Helmontii* tumul. peſti p. 8

5. *Diemerbroch* lib. 4. de peſte-hiſt. 15. ut extin-quamvis febre, ad ſe membranoſum corpus non poſſit redire niſi interpoſita mora aliqua.

Observatio XXI.

Ventriculi dolor ab inſertione pori cholidochi in ejus fundum.

VEntriculi dolore diu premebatur immaniter Faber lignarius, qui bilioſi humoris vomitu miteſcebat: hic poſt quatuor dies iterum recrudeſcebat & eodem vomitu leva-ur: Malum biennio rediit in orbem, remediis minime ſuccumbens. A flatu eſſe ſubot-n Medici inculcant, at calidis intus & extra adhibitis exaſpetatur. Sed cum excretum et bilioſum, & continuo oris pateretur amarorem, quæ omnia ex igneo hepatis calore turire omnes norunt; frigidis curatus, nempe venæ ſectione, ſero lactis, balneo & aliis nvaleſcere non potuit: Ecce inflammatione ventriculi oppreſſus triduo extinctus eſt. Diſſecto & aperto corpore, & inveſtigata origine mali impliciti, vas cholidochum ad ntriculi fundum implantatum inventum: Meatus ergo qui regurgitat in inteſtina bilem, ura ſua ad imum ventriculi locum implantabatur, unde miſer hic continuo, ob bilis ote natura acris confluxum, tum dolore tum bilis vomitu conflictabatur. *Zacutus Praxis ir. lib. ii. obſerv. 1.*

Scholia.

Bilioſi humoris vomitu) Ex *Hippocr.* & *Galeno*, Bilioſi alii ſunt à natura, alii ex eventu: Natura ſi tales ſunt, vel temperamento vel habitu: Temmento, ab intenſa hepatis caliditate: Habitu i. e. ormatione tales dicuntur, quorum ita cõformata ſtis fellea, ut ejus meatus ad ventriculum aut jen uſque inteſtinum porrigatur. Tales vocantur *ipp.* lib. de vict. acut. πικρόχολοι ἄνω ϗ κάτω, bilem u aut dejectione excernentes: hiſtotiam ibi *Galenus Pauli Rhetoris* & *Eudemi* Philoſophi: perie pituitoſus crebris vomitibus torquebatur, lvi adſtrictione, Huic bilioſæ dejectiones, vobilis nulla. Alii Bilioſi ſunt ex eventu, i. e. adſcititio temperamento, qui bilem multam congerunt eſu acrium & calidorum ciborum, meri potu, laboribus corpus conficiunt, &c.

Vas cholidochum ad ventriculi fundum) *Fallopius* in obſerv. Anatom. negat ſe unquam vidiſſe meatum cholidochum ventriculo inſertum, quanquam illud non impoſſibile credat. *Veſalius* lib. 5. cap. 8. de Hum. corp. Fabrica ejuſmodi inſertionem ſemel ſe vidiſſe ait in remige, cui hic meatus in duas propagines diſſectus erat, quarum minor graciliórve ventriculi fundo committebatur, qui tamen nullo unquam vomitu, ac ne nauſea quidem in maximis procellis tentatus fuit.

Observatio XXII.

Ventriculi dolor à bile atra ex liene in ventriculum transfuſa.

Girard Sexagenatius, Neocomenſis Helvetius, immanibus ventriculi doloribus per aliquot annos vexatus fuit, qui *terebræ perforantis ſpeciem referebant*, ut ſæpe medelam per ventriculi ſectionem obnixe petierit. Miteſcebant illi excluſione *per vomitum bilis* tramento ſimillimæ, quem indito in fauces digito ciebat. A Liene manare ejuſmodi rem, qui in ventriculum eum effunderet, indicavi, quanquam de illius dolore aut granulla unquam fuiſſet querela, Præſcripſi inter alia remedia uſum Electuarii Cathol. aut Lenitivi, vel Caſſiæ frequentem, quo deturbaretur humor genitus, priuſquam in culum conflueret aut congereretur. Paruit conſilio per duos menſes, atque immuafflictione vixit: Tandem negotiorum cauſa Friburgenſem dictionem appulit, atque acrificulum quendam, Magicarum artium ſuſpectum adiir, cujus conſilio uſus, in recto ſe commiſit; me advocato veniam deprecatur quod alterius ope uſus eſſet, ſed n adeo violentet recruduit, ut intra triduum devictus occubuerit. nes apertionem cadaveris petierunt, quam antequam Chirurgus aggrederetur, aſſetriculum omnis labis expertem deprehenſum iri, formitem autem mali in Liene latiquo Cancroſa adſit diſpoſitio. Fidem fecit diſſectio, Nam ventriculus integer relividus, ſumma parte truncatus, quaſi mordicus amputatus eſſet. Vir alias hilaris, tiis & computationibus gaudens; maculis nigris conſpurcata illi facies per ſanitatem Obiit anno 1660. menſe Junio.

Scholia.

Terebri perforantis ſpeciem referebant) Cauſæ s dolores efficientes ab excretis præcipue nt: Sed & colligitur diagnoſis humoris dommittentis ex tempore invaſionis, incre-ceſſationis doloris: Quibuſdam enim ante lor exacerbatur, & hoc bilis dominium ſignificat, quæ jejunii tempore exagitatur & in ventriculum attrahitur, aut magis intenditur & acrior evadit. Aliis ſtatim ab aſſumpto cibo dolor commovetur, quia humores crudi & mordaces, qui antea quieti erant & ventriculi tunicis infixi, ab abſumpto cibo commoventur; vel qui in fundo ventriculi hærebant

ſurſum

ſurſum attolluntur & orificium ventriculi afficiunt; Aliis dum cibus cuncoquitur dolor exacerbatur, quia vapores acres & mordaces elevantur ex materia morbifica, à calore aucto in ventriculo tempore concoctionis: Alii quattuor aut quinque horis à paſtu, quia ex coctione depravata cibi corrumpuntur, & corrupti ventriculum vellicant. Quibuſdam denique poſt ſomnum dolor exacerbatur, & ille fit à catarrho, fluente humore à cerebro per ſomnum, qui majori copia cumulatus, dolorem in vigilia producit. Sedatur vero interdum dolor à cibo, quia ciborum benignitate humoris acrimonia demulcetur. *Riverius Pract.lib.ix.cap.x.* Dolor qui ſub quartam pomeridianam repetit, indicat meſaraei venas obſtructas, & ſpeciem quandam melancholiæ hypochondriacæ conſtituit. Hinc annotavit *Fernellius* cap. de ventriculi ſymptomatis, ſæpe jecoris, lienis & meſenterii vitia ſympathia, integre ſani ventriculi concoctionem perturbare: Ergo dum chylus aliqua ratione mitificatus rapitur à venis meſenterii, pars tenior à calido jecore reſugitur: cum craſſiori parte phleg[…] illud mixtu ſubiens anguſta viarum, & elaboration[…] vix recipiens, dolores excitat. *Ballonius conſ. 2[…] lib.1.*

Vomitum bilis atræ, &c.) An fuit Morbus Nig[…] de quo *Hipp.2.* de Morbis, textu 162. quem ſic d[…] ſcribit, Nigrum vomit velut fæcem, quandoq; crue[…] tum, quandoque velut vinum ſecundarium, &c. […] poſtquam vomuit, paululum melius ſe habere puta[…] & neque ſine cibo eſſe, neque ampliorem cibum fe[…] re poteſt, verum ubi ſine cibo manet, viſcera ſugu[…] & ſalivæ acidæ ſunt: cum vero cibum accepit, gr[…] vitas in viſceribus eſt, & pectus ac dorſum velut ſti[…] pungi videtur, & dolor repet latera, & febris debil[…] eſt, & caput dolet, & oculis non videt, & crura gr[…] vantur, & color niger eſt, & conſumitur, *Hatten[…] Hipp.* Revera quædam ex iis adfuerunt, punctori[…] præſertim dorſi & pectoris dolor; jejunii intolerat[…] tia, oculorum caligo, vultus diſcoloratio, crebr[…] ecchymomatis, lentium magnitudine, fœdatus, &[…]

Observatio XXIII.

Ventriculi dolor ab atro ſucco in ejus fundo, qui velut contuſus repertus eſt.

QUidam Germanus xviii. annorum uſus antea beria, in Galliam venit, ubi crapulæ i[…] dulgens cœpit vertigine laborare, removere quæ ſumebat, Dolere ad ventriculu[…] adhibito remedio ceſſavit vomitus & vertigo, melius habuit, ſed poſt quartum aut quintu[…] diem rediit malum, languit levi febricula, invaſit leve delirium, unde facile redibat ad ſ[…] pulſus languidus: xiv. ſudor multus, perturbatio, pulſus concidens, xv. in eo ſudore mortuu[…]

Aperto inventum Epiploon putrefactum, hepar ſiccius, ventriculus inferior ad fine[…] quaſi contuſus, *nigro ſucco* ex dimidio plenus. *Hollerius Libello obſerv. propriarum obſerv.21.*

SCHOLIA.

N*Igro ſucco*) Qui à Liene non deducendus cum Medicis antiquis, oſtendit enim autopſia in ſectionibus vivorum animalium nihil à liene ad ventriculum, ſed continue ſanguinem à ventriculo ad ramum ſplenicum defluere, quippe ligatura vaſi venoſo brevi injecta, mox apparet intumeſcentia inter ventriculum & ligaturam, Detumeſcentia vero inter ligaturam & ramum ſplenicum, quod certum indicium eſt ſanguinem à ventriculi nutritione reſiduum verſus hepar deferri, cúmque vix unquam pervenire ad lienem (ingreſſus enim vaſis venoſi in ramum ſplenicum plerumque nonnihil diſtat à liene) neque ingredi lienem, ſed in ramum ſplenicum effundi, per eumq[…] recta ad portam deferri. *Diemerbrœck Anat. l.1.c.6*

Ad finem quaſi contuſus) Tunicam ventriculi intimam, ſive nerveam Williſio dictam, tunica villoſ[…] inveſtit, quæ ſi poſt ſtomachi immerſionem in aqu[…] ferventi ſeparetur, dicta tunica, ob denſiſſimas va[…] ſorum terminationes, quodam quaſi reticulo ſangui[…] neo obtecta videtur. Eadem ſi ab acri aliquo ſucc[…] abſumatur, ramificationes dictæ vaſorum manifeſta[…] fiunt, imo reſeratis oſculis effuſio cruoris conting[…]

Observatio XXIV.

Ventriculi ardor ob humorem viridem in eo incluſum, & in fellis veſicula.

MUlier in tertianam incidit, hinc in colicam, poſt paralytica facta conquerebatur d[…] ventriculi ardore. Reperi Jecur magnum, obſtructum: Veſicam bilis bile craſſa ac ni[…] gra turgidam: ventriculum humore plenum viridi atque extenſum. *Vide lib.1.tit.de Paralyſi.*

Observatio XXV.

Ardore circa os Stomachi laborantis Ventriculus maculis rubris conſperſus repertus eſt.

POlonus, qui ex vulnere capitis mortuus eſt, ardorem maximum circa regionem ori[…] ventriculi perpeſſus eſt.

Secto corpore inventæ ſunt in ſuperficie exteriore oris ventriculi maculæ rubræ, ac […] morſus formicarum eſſent. *Solenander conſil.16.ſect.5.*

SCHOLIA.

A Vulnere capitis ſæpe ſubſequi inflammationem & abſceſſum Jecoris videbitur lib. 4.tit. de vulneribus, ubi cauſæ adducuntur. Hic niſi ſolitaria cauſa præceſſerit quæ ventriculo ejuſmodi ſtigmat[…] inuſſerit, in conſortium membranarum cerebri cu[…] ventriculo referenda erit.

OBSER[…]

Observatio XXVI.

Ventriculi dolor inductus à vitioſis humoribus ejus cavitatem occupantibus.

. NOb. Vir. poſt hauſtum in convivio muſtum, pondus in ſtomachi ſenſit fundo: Illius ventriculus à flatibus admodum erat diſtentus, in cujus fundo atramento ſilis materia continebatur. *Vide lib.1.tit.de melancholia.*

§.2. Juvenis mulier conquerebatur de ventriculi ardore, ſiti: Illius veſica fellis bile craſſe nigra rurgida erat. Ventriculus humore plenus viridi & extenſus. *Vide lib.1.tit.de Paralyſi.*

§.3. Ferdinandus Imperator Ardorem in ſtomacho ſentiebar. Venrriculus, etſi pridie orbi, ſex bilioſi & melancholici humoris libras rejecerat, ejus tamen duas adhuc contibat: Cholidochi ramus ventriculo inſerebatur. *Vide tit.de Vomitu.*

§.4. Joh. le Mire (*vide lib.2.tit. de Lateris dolore*) conquerebatur de dolore fixo ac punnte ad norhas coſtas, qui die ſequenti ad orificium venrriculi pertinebat. Abſceſſus erat lmonis ad notas coſtas deſcendens, E quo cum pus decurreret, attingeretque orificium ntriculi, dolor in eo ſentiebatur ac ſi in cavitate foret.

§.5. Sattor Ventriculi dolore laborabat, maxime à ſumpto cibo. Hepatis majoris lobi xtri forte ſexta pars in ipſo erat ventriculo. In hoc materia nigerrima ad menſuram am. *Vide tit.de vomitu.*

Observatio XXVII.

Ventriculi dolor à variis ventriculi affectibus productus.

. JAcobus N. dolebat ſuperius orificium ventriculi, Ubi ſenſum quendam ponderis habebar: Jecur & Lienem putruiſſe credebant; quæ ſine vitio reperta ſunt; at ventrius erat corruptus, in tota ſua natura putris. *Vide tit. de vomitu.*

§.2. Matronæ dolor erar circa ventriculi regionem aſſiduus, non tamen valde moleſtus, quem lenite poterat ſacculus ex aromaticis conflatus: ventriculus exterius ab omni parperficie renus exulceratus extitit. *Vide lib.1.tit. de oris affectibus.*

§.3. Domicella toto novennio ingeſto potu torquebatur cum ventris cruciatibus: Stochus tam longus & latus erar ut totum abdomen impleret. *Vide tit.de ventris dolore.*

§.4. Quidam cum quid ederet biberétve, ponderis ſenſionem habebar in venrriculo: lus & pylorus ſyderati erant, gibbus livebar, totus erat putris. *Vide tit.de ventris dolore.*

§.5. Camillus N. de dolore circa fundum ventriculi conquerebatur. Ima ejus regio, juxs infernum, tunicam habuit exteriorem exeſam. *Vide tit. de vomitu.*

Observatio XXVIII.

Ventriculi dolor à materia nigra, lutulenta incluſa.

) Maſſe aurifaber Caſtrenſis mulros annos cum facie valde macilenta tranſegit: vox). ejus rauca, dolor circa ſtomachi regionem, tuſſis frequens & febris lenta aderant, lem anno circiter 50. obiit.

'idi cadaveris diſſectionem, & obſervavi in ventriculo materiam nigram lutulentam, uinis nigri corrupti colorem æmulantem, copioſe cumulatam, Quæ certe cauſa & bi & ſymptomatum ejus fuerat; Erat enim abſceſſus in ventriculo: Abſceſſuum autem eriæ, nunc mel, nunc lutum, nunc ova, nunc alia innumera referunt: Sic quidam ab rocele mortuus ſcrotum quaſi ſepo plenum: Et alius in femoris ulcere quaſi caſeum haunt. *P. Borellus cent. 1. obſerv. liv.*

SCHOLIA.

Rificium ventriculi apoſtematibus & exulcerationibus obnoxium eſſe teſtatur *Cæcilius Folius Th. Bartholinum* cent.1.Epiſt.62. Carnoſas, *ait*, ndulo ſas partes quam maxime apoſtematibus exulcerationibus eſſe ſubjectas nemo ſanæ mentis negabit. Ideo nec mirum ſi pluries orificia ventriculi ſimilibus teneantur morbis, quibus ita miſerrimi ægri cruciantur, ut tandem poſt diutinos ſævóſque dolores ſæpiſſime vitam cum morte commutent.

Observatio XXIX.

§.1. Ventriculi dolor à lapidibus in cavitate ejus contentis.

Onnulla congelantur in ventriculo & lapidis formam induunt: & duo meo tempore exciſi ſunt quorum ventriculis inerat lapis, ovi ferme gallinæ magnitudine, quorum alterum

alterum vidi, defunctum tamen, ac cum dividererur: Hi ambo intolerabilibus ventricu doloribus mottem obierant: *Cardanus contrad. 9. lib. 2. tract. 5.*

§. 2. Cæſari Tabernæ, cum diu cruciatus ventriculi doloribus diſſectus fuiſſet, poſ mortem inventus lapis in ventriculo ovi magnitudine. *Idem lib. 2. de ſubtilitate.*

§. 3. Vidua Tanneri ſemper conqueſta eſt de dolore ſtomachi; & multa rentara, ſe frustra, tandem obiit:

Secto cadavere, inventi in ventriculo novem lapides, craſſiſſimæ pituitæ immerſos æquanres pondus ℥iv.ß. ur Chirurgus mihi dixir: Cum ego viderem, habebanr pondus ℥iij & ℥ij. Maximus habebat figuram trigonam, teliqui eranr rotundi, accedenres ad figuran ovalem. *Ex obſerv. Ioh. Heſſi.*

§. 4. Marcus Albertus Cretenſis, 50. annos natus, olim miles ſtrenuus, tandem ac ſummam pauperiem adactus, incidir in crudeliſſimum ventriculi dolorem, ita ut nullo mo do comedere, nec rantillum alimenti admittere potuerit, nam ubi aliquid alimenti in ven triculo habebat, quietem nullam habere poterar, ſed magnis comprehenſionibus perinde erat affectus, ac ſi ſuffocari vellet, ira ut ſolo vini potu per biennium fere integrum ſuſtentarus fuerir, incredibiles ſuſtinens dolores.

Eo defuncto cadaver aperui, venrriculum valde parvum, rugoſum, extrinſecus plici refertum atque veluti contractum diſſecui, in quo lapidem inſtar ovi reperi, non rotundum, aliquomodo aſperum, duriſſimum ramen & cinerei coloris, ponderis ℥iv. *Ex obſerv Georgii Garnerii.*

§. 5. Vocatus ut præeſſem apertioni Anatomicæ mulieris, ad explorandam incognitam diuturni morbi & mortis cauſam: Conquerebatur illa, annor. 40. de continuo ventriculi dolore, tumore, nauſea, inappetenria: Fuit à nonnullis pro Tympanitica curara, Ali exiſtimantes ipſam gravidam, à medicamentis omnino abſtinuerunt:

Aperto abdomine & venrriculo, in fundo ejuſdem lapilli ſunt inventi, nullo cohærentes vinculo, ſed granorum pomi granati inſtar ſeſe mutuo amplectentes, tam copioſi ut binas volæ manus implerent: horum aliquor aſſervavi, ſed temporis ſucceſſu facti ſunt friabiles, & randem in ſalem luteum reſoluri: Hinc facile erat colligere ex bile concreta Tarrareum quid æmulanre, ortos eſſe calculos, ſi quidem bilem in veſicula, ranquam proprio recepraculo, in calculos concretam eſſe ſæpins comperrum eſt. *Hæferus Herculis med. lib. 3. cap. 1.*

§. 6. Habeo ex certa relatione viri fide digni, quod in tractu quodam Poloniæ noverit virum quendam nonagenarium, in pago habirantem, qui affirmabar ſe à 30. viræ anno uſq; ad ſeram ætatem, ſingulis diebus, horis maturinis, hauſtum aquæ frigidæ ſcaturientis ebibiſſe, nullaque notabili ægritudine ab illo tempore unquam fuiſſe infeſtatum, certoque ſibi perſuaſiſſe potum iſtius aquæ ipſius tum ſaniraris, tum vitæ longævitaris cauſam haud minimam extitiſſe, donec tandem paucis anre mortem diebus acerbum dolorem circa ventriculi regionem percepiſſet; In cujus poſt obitum diſſecti fundo calculus, nucis avellanæ magnitudinis reperrus eſt, reliquis viſceribus omnibus optime conſtitutis. *Simon Schulzius in miſcellan. curioſis anni 1673. obſerv. 86.*

SCHOLIA.

L*aur. Schulzius*, cum Patavii degeret, audivit ab Excell. *Comaſco* mancipium in triremi per vomitum ejeciſſe lapidem magnum, duriſſimum, oblongum, Et ob id ab omnibus, quibus antea cruciabatur, ſtomachi doloribus fuiſſe liberatum.

OBSERVATIO XXX.

Ventriculi dolor à ſiccitate aut tumore ejus membranarum.

§. 1. DUm ventriculi ſubſtantia adeo eſt arcta à ſiccitate aut Tumore membranarum, non poteſt ſatis dilarari ad ſuſcipiendos cibos, ideoque ab aſſumpto cibo, licer pauco, dolitat: *Riolanus Encheir. l. 2. c. 23.*

§. 2. Quod ſcirrhoſi tumores fiant in ventriculo, nos vidimus in diſſectis, ut Florentiæ in muliere è domo Puccina. *Leonardus Iacchinus In 9. Rhaſis cap. 46. part. 2.*

SCHOLIA.

VEntriculus ſecundum ſuas tunicas, ſive internam ſive externam, pati poteſt tumores p. n. ex ſupervacuæ materiæ affluxu: Si ſanguis ſit, oritur phlegmone, Ex aliis humoribus alii Tumores fieri poſſunt: Cur ergo auctores ſolius phlegmones meminere? ℞. ſub ea eryſipelas comprehendi: Schirroſos tumores vidimus in diſſectis: alii raro accidunt, quia in membranas duras non facile confluere poteſt craſſus & viſcidus humor, præſertim in internas, nam aliquando in externa conſtitere duri & ſine dolore: *Idem Iacchinus.*

Vuu OBSERV.

Observatio XXXI.

Ventriculi dolor à materia cruda incluſa cum lapide accreto, Hepatis duritie.

ILl. Domina obnoxia fuit Lienis uterique obſtructionibus, una cum continuis ventriculi dolotibus: Ventriculus erat ſiccitate contractus, magnitudine ovi anſerini, plenus materia cruda, quaſi ovi putridi: Interius accreverat lapis durus, griſeus, craſſus pollicem: Hepar magnum, durum, denſum. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

Observatio XXXII.

Dolor circa Cartilaginem xiphoidem, à calculis in ventriculo & veſica fellea.

Religioſus ſeptem vel circiter annos per intervalla miris modis conflictatur cum morbis &c. præter cæteros vero ſæpius de dolore circa regionem cartilaginis enſiformis conquerebatur:

Hic tandem naturæ debitum ſolvens poſt mortem apertus fuit, ubi pectore aperto, Pulmones maculis nigris lividisque hinc inde diſperſis, inſtar ſpermatis ranarum offendimus, quibus diſſectis, ſanguis ſpumoſus & fœtidus emanavit: Cor parvum atque flaccidum, ut & hepar, ſine omni tamen læſione, ſeſe oſtenderant: Poſtmodum, ubi ad ventriculum deveni, ſcil. ad illum ipſum locum, de quo tam grandes, ac ſi telum ipſi inflictum fuiſſet, fuderat querelas, ex quo diſſecto plus quam triginta calculos, nunc majores, nunc minores, fundo ac ſubſtantiæ ventriculi pertinaciſſime adhærentes extraxi: In Hepate & in Renibus veſiculas nonnullas aqua plenas offendimus, quibus diſruptis aqua profluxit fuſca, foveam poſt ſe relinquens, cauſticam dixiſſes. *Ioh. Bilgerus apud Gr. Horſtium Tom. I. p. m. 142.*

Observatio XXXIII.

A Calculis in veſica fellea contentis.

N. Adoleſcens in Italiam ſtudiorum cauſa proficiſcitur, Indeque domum reverſus queri ſenſim de ſtomachi & hypochondrii dextri torſionibus, necnon de nauſeæ moleſtia cœpit: Erat enim ἀνορεξίᾳ & alvo ſemper adſtrictiore: quæ ſymptomata ſomno ipſum privabant, unde & membrorum corporis laſſitudinem, & mœrorem & melancholicas affectiones, tabem quoque ſequi neceſſe fuit: quibus malis miſer tantiſper infeſtabatur, donec & dolore & mœſtitia leniter emarceſceret: multa remedia fruſtra adhibita, quod ægritudinis tationem recte videret nemo: Multi φίλτρον hauſiſſe arbitrabantur: Tandem multitudine malorum fractus anno æt. 29. obiit.

Corpus defuncti ſectum, membris intus ſalvis atque integris, corde ſaltem modice tabido fuit: ubi vero fellis veſica aperta, intus 22. calculi, quaſi ſubluteî, magnitudine diſpares reperti fuere, quorum minimi piſis minutis, maximi modicis fabis reſponderent: omnes quinque, ſeptem, octo aut plurium etiam angulorum. *Kentmannus lib. de Calculis.*

Observatio XXXIV.

Ventriculi dolor ob Hepar illi adnatum, & materiam nigram in illo contentum.

Artor ventriculi dolore laborabat, maxime à ſumpto cibo: Hepatis majoris lobi dextri, forte ſexta pars, in ipſo erat ventriculo, ita ut ſuperior & exterior ventriculi pars hepati eſſet extrinſecus adnata. In ipſo autem ventriculo continebatur ad menſuram lam materia nigerrima, pultis inſtar. *Vide tit. de vomitu.*

Observatio XXXV.

Stomachi dolor ob maſſam pilularum in ventriculo relictam.

Quiti Torquato de imbecillitate ſtomachi conquerenti, & quod tenebricoſum quid oculis objiceretur, homini ſcil. occupato publicis muniis, conſuluerunt ut quotidie ulam ex aloë ante paſtum deglutiret: A dolore ſtomachi interiit.

Ferunt repertam in alvo integram maſſam pilularum, nam & frequentiam medicamenatura eluſit, & forte cum pilulam caperet genio indulſit, ut medicamentum impotens it. *Ballonius Paradigmate* 110.

SCHOLIA.

Alent. Andreas Mollenbroccius in miſcell. curioſis anni 1671. obſervat. 92. refert quendam Erfurtenſem civem, Pilulas ante annum ſumptas, auro adhuc obductas vomitu rejeciſſe.

Forte

Forte ob debilius ventriculi fermentum quod eas diſſolvere non potuit: Alias Eruditiſſimus *Walæus* in ſua m.m.p. 51. ut Pilulæ diſſolvantur cibum ſubſequi jubet, qui quod diutius in ventriculo moretur, potu aptior eſt, citius egrediente: Suſpectæ eſſe queunt Pilulæ quæ lacrymas continent, ſagapenum, ammoniacum, ob lentorem, cujus ratione aliquando adhærent nec poſſunt repelli: Qua de cauſa clyſteribus indi vetat *Rondeletius*, narrans hiſtoriam Gubernatoris Monſpelienſis, qui obiit ab injecto clyſtere quem illæ ingrediebantur.

Observatio XXXVI.

Ventriculi dolor à lacertis & ſerpentibus inibi hoſpitantibus.

ANno 1551 pervenit ad nos hiſtoria Viennæ impreſſa hujuſmodi: Hac æſtate circa diem D. Margaritæ, in Hungaria prope pagum Zicſam, juxta Theyſam fluvium, accidit ut in multorum hominum corporibus ſerpentes & lacertæ naturalibus ſimiles naſcerentur; Unde ſæviſſimi dolores oborti tandem eos enecarunt, ita ut circiter tria hominum millia periiſſe ferantur: Quibuſdam humi ad ſolem jacentibus ſerpentes & lacertæ per os aliquatenus emerſerunt, ſed mox ſe iterum abdiderunt in ventrem: Nobili cuidam puellæ diris cruciatibus mortuæ, cum venter incideretur, ſerpentes duo prodierunt. *Geſnerus hiſtor. animal. lib. 2. cap. de Lacertis.*

Observatio XXXVII.

Ventriculi dolor à zinziberis libra una in ventriculo reſtitante.

PRinceps quidam Eccleſiaſticus, cum aquam quandam, in ſua ditione ſcaturientem, cui plurimum in variis affectibus ſanandis vulgus tribuebat, diu bibiſſet, atque ventriculum ſic refrigerando, imbecillitatem inde contraxiſſet, ut eam emendaret zinziber conditum ſæpe affatim comedit.

Sed invaleſcente morbo, cum moreretur, atque corpus illius aperiretur, in ventriculo ejus zinziberis libram unam invenerunt medici, qui hoc mihi narrarunt. *Platerus obſerv. lib. 2. p.m. 435.*

Scholia.

ALias z.z. eodem teſte, imbecillitatem ventriculi emendavit, præſcribente Eraſto, in quodam, qui ea laborans, poſt triennem quartanam, ſingulis matutinis, per 30. annos, duas radices magnas z. z. leviter maſticatas deglutivit.

Observatio XXXVIII.

Ventriculi dolor à veſiculis pediculis plenis illi affixis.

BRugelius Profeſſor Lovanienſis in humano ſecto cadavere, poſtquam aperuiſſet ventriculum, veſiculas ei affixas deprehendit pediculorum plenas. *I. Heurnius de morbis capitis cap. 7.*

Observatio XXXIX.

Ventriculi dolor & pondus à lapide in Jejuno inteſtino contento.

ORificio ſtomachi, ut dentibus bolare tartarum, rubricæ fabrili ſimile adhæret, à quo tartaro ventriculi concoquens vis perditur, atque ſtomachus male apertus concoquit, fœtenſque dolet; adeo ut tartarum ſæpiſſime in ſtomacho coaguletur, ceu in anatomia lapides repertos vidi, à quibus ſtomacho inſolentes morbi à *dyſpepſia* ſcil. & *dolore*, una cum *vomitu* & *lienteria* accidunt; ex quibus frigidæ putredini, ardenti, quotidianæ febri, alvique obſtructioni cauſa præbetur: Tale egomet ipſe in Fabro aliquo ferratio, longo qui tempore juxta Rhenum laboraverat, ægrotante comperi: Is enim lapidis molatis inſtar in ſtomacho ſuo jacere eundemque premere, querebatur, cui multiplicia conſilia medicorum, ac ſupervacaneorum medicamentorum receptio nihil profuerant, multo minus *genuinas ſuas ſedes habere* potuit:

Eundem tandem defunctum, morbi cauſam comperiendi ſciendique cupidine, Chirurgum diſſecare juſſi, ac in Inteſtino Jejuno magnum candeſcentem lapidem reperi, qui inteſtinum juxta orificium ſtomachi totum obſtruxerat, ut nihil permeare potuerit, qui lapis in hodiernum uſque diem præſens mihi reſervatur, Eumque quem miſer ægrotus in corpore ac ſtomacho habuit, Medicorum nemo ſcivit, nedum intellexit, quare tantò minus curare potuerunt. *Schneiderus l. 3. de catarrhis c. 7. ex Iohanne Henen.*

Scholia.

CAlculorum ventriculi & inteſtinorum multi meminerunt: *Aſſuerus* narrat apud Seren. Pomeraniæ Principem lapidem aſſervari magnitudine ovi gallinacei magni, ſuperficie glabri, colore bezoarticum

articum æmulante, à muliere rejectum, in cujus inteſtino concreverat: D. *Deſgrand-Prés* apud *Riverium*, novit virum Nob. qui quoties alvum exonerat, calculos inæquales, faſtigiatos, cineritios, cum excrementis dejicit jam à plurimis annis: *Vincentius Alſarius Crucius* obſervavit exeuntem ex ano lapidem, qui ob duritiem in exeundo ſcaphium fregit: Lapideſcit materia illa in inteſtinis, quemadmodum in abſceſſibus, ex *Galeno* lib. 13. meth. & 2. ad Glauc. Aut ſicut in articulis, ex ejuſdem *Galeni* ſententia, quia eſt craſſa & terrea, ex 4. de ſimpl. medic. Facult. Cumque requiratur iſta craſſities ad hoc ut generetur lapis, ex lib. de Renum affect. ob ſiccitatem & frigiditatem conſtans, ita ſimul requiritur mucus ut coaleſcat in unum, quemadmodum in lapide veſicæ videmus: Si arridet opinio, ſuſcipe, ſecus, & meo judicio, verius ſentit D. D. *Bartholinus*: Mulier ſeptuagenaria tres per ſeceſſum excrevit mole avellanæ calculos, quales obſervantur in veſica bilaria, leviores, forma triangulari; Obſervante D. *Chriſt. Tinctorio* Med. Profeſſore, qui recte ſuſpicatur per ductum cholidochum ad inteſtina veniſſe facta eroſione: nam mulier multum conqueſta fuit de dextri lateris dolore protenſo ad inteſtina: Eroſionis vero id indicium habet, quod cum calculis excreverit materiam cruentam & purulentam: quanquam & ſola ductus cholidochi dilatatione, quod, alias vidi, protrudi poſſint. *Schneiderus ib. ubi plura.*

Observatio XL.

Circa Ventriculi regionem dolor pertinax, à ferreis inſtrumentis in eo contentis.

NOricus quidam D. Monrano retulit, ægrum quendam intolerabiles dolores circa ventriculi regionem ad mortem uſque paſſum eſſe: poſtquam vero diem ſuum obiit, ac corpus apertum fuit, omnis generis inſtrumenta in ipſa ventriculi capacitate reperta fuiſſe: *Ex obſerv. Laur. Scholtzii.*

Scholia.

PRæſtigia Dæmonum hæc ſapere haud dubium eſt, nec enim qua via ventriculum ſubierint demonſtratur: Similia per os excludi, quæ tamen in ventriculo non præextiterint, opinio eſt, Cacodæmonis arte imponi ſpectatoribus, ut credant talia revera ventre recondita fuiſſe: *Ab Heers* tamen obſervat. Medicat. 8. refert puellam, aciculam ore rejeciſſe, ligulas, quas ante excluſionem apprehenſis manu faucibus, tactu in aſcenſu deprehenderit, vi crepras, quanquam arctiſſime cohibere conatus fuerit.

Observatio XLI.

Ventriculi æſtus & dolor à nimio uſu ſpiritus vini, poſt obitum flammæ ſpecie erumpenti.

§. 1. FLammam in ventriculo ex nimio ſpiritus vini hauſtu excitari, nec à ratione nec experientia alienum: Lugduni ad confluentem Araris & Rhodani, quum mulieris cujus dam cadaver, cauſam mortis inveſtigaturi medici reſeraſſent, ingens ex ventriculo prorupit flamma univerſum ventriculi ambitum occupans, mox tamen extincta. Ad *Ren. Moræum* Scholæ Pariſienſis decus ſcripta fuit hæc hiſtoria: Cauſa flammæ credebatur ſpiritus vini largius à muliere iſta ſorptus: vel calidior Theriaces aqua, quam Medicis ſuadentibus ægra ſumpſerat.

§. 2. Polonum Equitem ſumptis duobus ardentis vini cyathis flammam evomuiſſe, exindeque combuſtum Adolphus Vorſtius mihi narravit. Similem caſum Senatui Academico Hafnienſi propoſitum meminimus. *Th. Bartholinus hiſt. 70. centur. 1.*

Observatio XLII.

Ventriculi dolor à pure ex apoſtemate Pleuræ in eum illabente, ejuſque tunicas & inteſtinorum corrumpente.

EMpyematici cadaver diſſecui qui lateris apertionem recuſavit: Pus ab apoſtemate in pleura & muſculis intercoſtalibus excitato, Intusque diſrupto emanans, loci affecti & pulmonis contigui partem ſphacelo affecerat, indeque diaphragma corrodens, & foramine in dextro ejus latere facto, in viſcera imi ventris deſcenderat, ibidemque toto ductu ventriculi & inteſtinorum tunicæ exteriores, in quas materia purulenta deciderat, corroſæ & diſcolores apparebant, Huic ventriculi moleſtia continua & crebra ſubverſio fuit. *Willis Pharm. rat. p. 2. ſect. 1. cap. 9.*

Observatio XLIII.

Cardialgia à bile è cyſti &c. tranſmiſſa; 1. 2. A ventriculi ſubſtantia exeſa. 3. Ulcere in orificio ventriculi. 4. Vomica in Hepate. 5.

NObilis mulier febre putrida & hectica prehenſa fuit cum Cardialgia: Veſicula fellis bile inſtar picis ſplendente plena erat: Lien ſanguine nigro oblitus: Vaſa

meſaraica

meſaraica atro ſanguine turgebant, venæ inde ad ventriculum miſſæ varicoſæ. *Vide l. 4 tit. de Febribus.*

§. 2. In ventriculo netricis bilioſa quædam erat ſuperfluitas, quæ orificium acrimoniâ vellicaverat, unde querelæ de roſione cordis. *Vide tit. de Partu difficili.*

§. 3. Quædam continuo Cardiagmo, cum vomitu vexata, fuit: Subſtantia ventriculi circa medium exeſa inventa eſt ad latitudinem majoris lilii, cum ſignis gangrænæ. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 4. Juvenis (*de quo tit. de cap. dolore*) cum convivio interfuiſſet, eadem nocte dolore ſtomachi correptus fuit, quem ſequutus maximus cruciatus oris ventriculi &c. In ventriculi orificio ſuperiori, ulcus erat magnum ac fœtidum, in vacuum uſque ventriculi penetrans, ubi ramus 6. conjugationis inſeritur &c.

§. 5. Cuidam aderat febris, dyſpnœa, vomitus bilioſus cum Cardialgia: Vomica aderat in hepate cum maxima puris coacervatione. *Vide lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

Observatio XLIV.

Pulſatio circa ventriculum, ab aneuriſmate cœliacæ arteriæ.

Annæ N. cum febre Pulſatio vehemens ſupra ventriculum acciderat: Cœliaca attetia ſeſe obtulit ita dilatata ut compreſſum pugnum admitteret. *Vide l. 4. tit. de Febr.*

Observatio XLV.

Cardialgia ob acumen cordis maximi, à cibo ſumpto os ventriculi comprimentis.

I Luſtr. Colonellus annorum 54. temperamenti ſanguinei, hydrope aſcite detentus, cum graviſſimo oris ventriculi dolore paulo ab aſſumpto cibo, & reſpirandi difficultate: poſt curam 14. menſium morbo victus naturæ debitum perſolvit: Latuere in abdomine 16. menſuræ citrinæ aquæ, in thorace quatuor: cauſa fuit hepar durum atque ſcirrhoſum: Doloris vero ventriculi à cibo, per annum perdurantis, origo fuit acumen cordis, quod à cibo ſumpto comprimebat os ventriculi, unaque impedito diaphragmatis motu, difficultas anhelitus ingruebat: Cor namque bovino majus fuit, totam thoracis capacitatem replens, atque extenuatos flaccidoſque compreſſione reddens Pulmones: Num cor à nativitate magnum nactus fuerit, an vero in morbo excreverit, dignam otioſis relinquo ſpeculationem, ſiquidem ante morbum nec dolore, nec difficultate anhelitus, nec deliquiis fuit laceſſitus, In ſiniſtro cordis ventriculo inventi ſunt duo Polypi duri, carnoſi atque lati, ad quorum motum verſus arteriam magnam ſequebatur pulſus interceptio, graviaque cordis ſymptomata. *Antonius de Pozzis obſerv. 31. miſcell. cur. anni 4.*

Observatio XLVI.

Stomachi oppreſſio producta ab hydrope pectoris.

Vidua N. hydrope pulmonis laborabat, quo interiit: Cum dyſpnœa de oppreſſione ſtomachi conquerebatur, Sed id tantum per conſenſum fiebat, omnes membranæ putruerant. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.*

Observatio XLVII.

Epigaſtrii dolor, Rugitus ob Inteſtini Duodeni laxitatem & amplitudinem præternaturalem.

Veslingius refert, & Anatomicæ ſectiones quotidianæ docent, inteſtinum Duodenum nonnunquam laxitate & amplitudine inſigni præditum reperiri; atque tunc majori ventriculo quaſi minorem adjunctum videri, quæ Laxitas ipſi contingit à ſuccis fermentaceis acrioribus & vitioſis in illud delabentibus, hincque validis inductis fermentaceis efferveſcentiis, à quibus non ſolummodo ipſum valde diſtenditur, verum etiam moleſti rugitus, magni dolores, lancinationes, ſummæque anxietates in viventibus oriuntur. *De Diemerbræk Anatom. lib. 1. cap. 7.*

Observatio XLVIII.

Ventriculi dolor ab humoribus acribus & flatibus in eo contentis, pro verme habitis, Pyloro exulcerato, connexione cum Hepate &c.

Vir dealbator, ſexagenario major, macer & pallidus, à 40r. annis circa hypochondrium dextrum varios ſenſit dolores, paſſus quoque vomitus, ſingultus, ructus: non potuit ſolidos aſſumere cibos, ſed juſculis ſaltem contentus fuit: aromata acriora, ut &

dulcia omnia valde lædebant eum, acida vero, modo grata, modo moleſta erant: Variorum hominum imploravit opem, & primo quidem, ut ſolent plebeii, agyrtarum, circumforaneorum &c. tandem etiam Medicorum: A plerisque præter purgantia valida nihil accipiebat, hinc malum in dies magis magisque ingraveſcebat, Inprimis conquerebatur de verme vivo in ventriculo hoſpitante, & per intervalla per œſophagum unguibus uncis & cauda mobili ſurſum reptante, cum ſumma cordis anxietate, ſæpe ſuperveniente leipothymia: dicebat tamen ſe poſſe aſcenſum vermis interdum impedire, ſi ſcil. manibus pectus comprimeret: tunc enim decideret iterum in ventriculum: imprimebat ſibi vermem iſtum ſub idea Lacertæ bicipitis, cum corpore ovali & cauda tortuoſa, ejuſque figuram tribus ante mortem diebus in charta rudi carbone delineabat, petens ſimul atque obſecrans ut corpus in commodum aliorum poſt mortem aperiretur. Die 12. April. 1671. ultimum obiit diem:

Altero die me confeſto, invenio ibi non cadaver ſed ſceleton: aperto abdomine & thorace, primo invenio *Hepar* aſpectu quidem ſanum, ſed concava ſui parte cum ventriculo in regione pylori, ad latitudinem duorum digitorum arctiſſime connexum atque concretum, quod non potui à ventriculo ſeparare quin ejus læſa fuiſſet ſubſtantia: facto itaque in ventriculo foramine, cum ſtrepitu & ſibilo fœtidiſſimi prorumpebant flatus: Porro injectis tam ſupra ventriculi ſiniſtrum, quam infra dextrum orificium ligaturis, totum exſcindo, & facta in ejus dorſo, ſeu parte ſuperna à pyloro ad ſiniſtrum orificium transverſa ſectione, nihil in ejus cavitate vivi invenio, ſed ſaltem liquamen ſubcruentum & ſumme fœtidum: Præterea ille durior circulus, quibuſdam *ſphincter pylori dictus, totus erat exulceratus*, & variis excreſcentiis atris, lividis, glanduloſis, & maxime fœtidis obſeſſus, quæ omnem præcluſerant exitum alimentis è ventriculo ad inteſtina: vix enim tenuis ſtylus penetrabat ad duodenum: Veſicula fellis ſolito erat major, turgebatque bile: Pancreas erat ſiccum & duriuſculum: Inteſtina omnia inflata & inania, imprimis tamen illa conduplicatio inteſtini coli, [illegible]enem intra & renem ſiniſtrum, maximopere flatibus erant diſtenta, ut & inteſtinum cœcum ad pugni magnitudinem: Lien nigricabat, ejusque vaſa erant varicoſa; Pulmones quoties acie cultelli vulnerabantur, fundebant *liquorem lacti ſimillimum*, ſuccedente paulò poſt ſanguine ſatis rubicundo: Omnis aberat exulceratio: Pericardium aqua copioſa ſatis diſtentum: In renibus & veſica nihil obſervavi. Quæritur: Quidnam ſub idea Lacertæ fefellerit ægrum? Nos conjicimus flatus fuiſſe. *L. Auguſtinus Hermannus Med. Erfurtenſis in Miſcellan. Curioſis anni* 1671. *obſerv.* 173.

SCHOLIA.

S*Phincter pylori exulceratus*] Diaphragma prætergapſi nervi à ſexta conjugatione, tam ſiniſter quam dexter, inſeruntur in os ventriculi ſiniſtrum: ſed hoc non contenti ſpatio, ſe conferunt etiam ad orificium dextrum, pylorum dictum, idemque non minori artificio, reticulato coronant plexu: Hinc pylori etiam dolores acuti crebri, ab acribus corruptisque vel cibis, vel excrementis exorti, moleſtias ingentes pariunt, quæ tamen communis vi conſuetudinis ſiniſtro ſolent adſcribi orificio: facit orificiorum vicinitas ut unius pro alterius haberi queant affectus: Dolorum ſimilitudo, ut hi mentiri queant illos: Nervorum utrobique æqualis multitudo orificiorum ipſorum ὁμοτιμίαν, parem dignitatem.

Rolfinkius Diſſertationum Anatom. lib. 4. *cap.* 38.

Observatio XLVIII.

Ventriculi dolentis anatome qui perforatus repertus eſt.

ANno 1654. in aperto ad exenterationem pro ſepultura cadavere Dom. Land Commendatoris ab Elckershauſen &c. quamprimum inteſtina, illis & omnibus viſceribus adhuc omnino integris, & à cultro ſectorio intactis, ſunt detecta & denudata, illotum ſuperficiei externæ, cum liquidiori quadam amurca innatabant, & ſe in conſpectum dabant pellliculæ crebiores, quaſi exuſtæ, prunorum coctorum, quæ pridie ſub noctem comederat moribundus: id quod mihi non immerito anſam penitus indagandi, undenam putamina nec hic conſpici poſſent, ventriculo & inteſtinis adhuc ſolidis & illæſis, Et en rimanti, magnitudine nucis avellanæ, & cui facile pollicis extremum intrudi poterat, fœtidiſſima patens amurca, foramen ipſius ventriculi, in ſede elatiori, ſub ſterno ipſo, nimirum eo loco ubi memini hunc Dominum, cætera omnino adhuc bene valentem, ſemper conqueri me audiviſſe, de continuo, non quidem adeo magno, ſed tamen ſatis moleſto aliquo dolore, bene multis retro annis ſe affligente. *D. Georgius Abrahamus Merolin Med. Noribergenſis in Miſcellaneis curioſis anni* 1671. *obſerv.* 229.

SCHOLIA.

ARguentibus naſutulis nonnullis quod impoſſibile eſſet hominem cum foramine in ventriculo vivere potuiſſe: necnon me cavillantibus qui hoc aſſerere non erubeſcerem, reſpondi hoc ipſum illud

eſſe

eſſe unde præter cætera obierit æger, nec opus eſſe credere illum cum hoc foramine diu ſupervixiſſe, Sed ſimul ulcus iſtud ſeu apoſtema; forſan longo tempore ibi, cum tot annorum moleſtia hærens, & à dicta amurca tum demum eroſum, in foramen hoc dehiſceret, ſimul ægrum exſpiraſſe: Quam opinionem poſtmodum etiam confirmavit *Helmont*, di in illius *Ignoto hoſpite morb.* forte fortuna evolu inter alia hujus argumenti plura ſcriptum inve

Partium internarum mortificationem obitus diem non multis paſſibus anticipare.

Idem ibidem.

Observatio XLIX.

Ventriculi dolor compreſſibus à Pancreate ſcirrhoſo, cum Renis ſiniſtri omnimoda purulentia.

ORnatiſſimam matronam, Claramundam Sermentiam, uxorem Viri Rever. & Clari Dom. Petri Muſſardi, Paſtoris Eccleſiæ Reformatæ Lugdunenſis Gallorum, per plures annos vehementes ventris & lumborum dolores reciproci male habuerunt ſiniſtro latere: 11. Maji anni 1670. Ædes D. *Romano* ſacras lintre vecta dum peteret, ingenti Ventriculi dolore ſubito correpta fuit, quem ingens conſequuta eſt nauſea & inſignis per os humorum ſaburræ excluſio, moleſta tum in reditu, tum poſtquam domum redux facta eſt huic ſucceſſere illico febris, ciborum faſtidium, anxietas, pertinaces vigiliæ, ſine dolorum levamine, non eadem vehementia urgentium: 23. die, præmiſſis aliquot enematibus, potionibus lenientibus & mediocri ſanguinis emiſſione, diſceſſit febris reſurgentibus utcunque poſtratis viribus, adeo ut die 27. in publicum prodierit amicam intimam inviſura; E autem ipſa die ſub veſperam denuo adoriuntur ventriculi dolores, vomitusque iterum acriter urgent: hinc exhibendi poſtridie cathartici omiſſa ſententia, cujus vicem ſupplevit injectus clyſter, exiguo ſubſequente levamine: 28. Maji ſopita, ſed vehementior reſurgit febris, cum doloris circa regionem ventriculi duplo incremento, ſiti inexhauſta, anxietudine, tuſſicula ſicca ac creberrimis animi defectionibus: quæ ſymptomatum congerie ad novam, horis matutinis, ſanguinis eductionem impulit, qui ad uncias circiter, octo magno impetu erupit: Vacuationem hanc ſolatium, ſed fugax & momentaneum excepit: nam circa horam tertiam veſpertinam ejuſdem diei, regionis epigaſtricæ dolor ſubito & magna vehementia erumpit, accedente dyſpnœa, hinc ſtertore, aphonia, & ad quartam veſpertinam, morte, irritis omnibus remediis, accurata licet ſedulitate exhibitis & adhibitis:

Repentinum illud nec expectatum fatum, ad cauſæ explorationem per cadaveris apertionem nos impulit, quæ poſtridie peracta eſt à *Mag. Maſſonneau* Chirurgo Lugdunenſi peritiſſimo, coram Clariſſimis Dom. D. *Carolo Sponio*, Facultatis Vice-Decano & *Bernardino Iuvadellio*, ac Mag. *Iacobo Regnaud* ſagaciſſimo Pharmacopœo: Diſſectio autem ſtatim exhibuit Epiploon integrum, probe conſtitutum, maximæ amplitudinis, inteſtina omnia obvolvens, ad os uſque pubis protenſum, ventriculi fundo, ſecundum coli Inteſtini longitudinem, firmiter connexum: Jecur bene conſtitutum, quanquam ad pallorem vergeret: Ventriculus exhauſtus erat & inanis, nec non cyſtis choledochos: Splen integer decentis magnitudinis & formæ: Pancreas autem molem naturalem multo ſuperabat, durum & undique ſcirrhoſum: Ren dexter, qui naturæ lege ſiniſtro inferior eſſe debuerat, ſuperiorem obtinuit ſedem, labis tamen omnino expers, intus & foris: Siniſter autem in colliquamentum abierat, parenchymate plane deſtitutus, ſuperſtitibus ſolum aliquot fragmentis, acinis malorum granatorum ſimilibus; Veſica urinaria omnino vacua, puris tamen aliquid circa orificium aſperſi habens: adeo autem erat contracta, & uteri corpori adnata, ut ab invicem divellere vix licuerit: Salvi erant pulmones undique, à quavis cum partibus vicinis connexione liberi: Capiti pepercimus: Atque hæc maxime notatu digna in ea anatome nobis conſpicua fuere.

Hinc colligere licet duos affectus complicatos ægram exercuiſſe, Priorem quidem, præternaturalem illam Pancreatis conſtitutionem; Poſteriorem, abſolutam propriæ renis ſiniſtri ſubſtantiæ deſtructionem & corruptionem; qui conjuncti cæteris ſymptomatis originem præbuerunt: Porro, etſi Renis illius functio omnino abolita eſſet, mictio tamen naturaliter proceſſit; quod alter officio fungeretur, alterius vicem ſupplens: Ultimam vero morbi cataſtrophen quod attinet, adſcribenda illa videtur tetris & cadaveris indolem ſapientibus vaporibus, ad ſuperiora elatis, partes nobiles infeſtantibus, ſubſidio Pancreatis ſolito præterea deſtitutis: Vapores, inquam, è rene putrido & corrupto manantes, calorem nativum omnino peſſundederunt ac extinxerunt; vimque nectari vivifico partium, quarum dominatu regitur natura, intulerunt; *Dabam Lugduni pridie calendas Iunii anno 1670. Car. Sponius Vice-Decanus Facultatis Medicæ Lugdunenſis.*

S C H O L I A.

V*Omitus, apoſitia, anxietas &c.*] Ventriculi affecti ſymptomata, Reni ſiniſtro conſentientis: *Renes inquit Mœbius Fundam. Med. Phyſiol. p.* 358. laborantes in conſenſum trahunt ventriculum, vomitum, nauſeam, anorexiam & apoſitiam excitantes: Conſenſus autem Ventriculi cum renibus beneficio nervorum accidit: Renes enim utrinq; à ſexti paris ramo ſtomacbico, qui partim in membranam eorum propriam diſſeminantur, partim cavum ſubeunt ac ſubſtantiam perreptant nervos accipiunt.

Ventriculi dolores] A duplici cauſa excitati; eo ſcil. in anguſtias coacto & compreſſo à ſcirrhoſi Pancreatis mole, illius fundo poſteriore parte ſubſtrati: unde facilis ἀναλγησία: concurrentibus maleficis vapotibus è rene ſuſcitatis, junctisque operis illi vim inferentibus.

Febre inſigni] Cui anſam dedit phlegmone obſeſſus Ren ſiniſter, hinc abſceſſus & ſuppuratum ſucceſſit.

Siniſter colliquatus omnino] Abſceſſus & ulcera in renibus non tantum fiunt in parte externa ſed & interna, ſæpius enim, *ait Riolanus*, intra membranam adipoſam colligitur materia quæ generat abſceſſus, tanquam ſteatomata in ipſo adipe creata, quæ comprimunt Renes: Ex intemperie autem calida naſcitur inflammatio, inde abſceſſus, tandem ulcus partis ſubſtantiam depaſcens.

Circa orificium veſica nonnihil puris] De conditione urinarum hic ſilentium, quæ proculdubio ſub exitum fuere purulentæ, quandoquidem puris aliquid circa oſtium veſicæ hæſit: Abſceſſus enim partem renis internam obtinebat, adeo ut alìorſum deflectere non potuerit: Si partem exteriorem habuiſſet inter duas peritonæi tunicas, Renes concludentes, effuſum fuiſſet.

Incolumes fuere Pulmones] Hinc collige dyſpnœam prægreſſam Pulmonum affectui imputandam non eſſe, ſed Renibus ut ſupra dictum, vel tumido pancreati.

Renis ſocii defectum ſupplens] *Beverovicius*, eumque ſequutus *Loſellus*, tradunt uno Rene obſtructo alterum quoque feriari, nullamque expurgari urinam: Conſentit *Riolanus*, aitque hoc fieri propter fraternitatem & conſortium ex affluxu malignæ auræ ab uno ad alterum tranſeuntis, vel refluxu ſaniei: Hoc quidem interdum evenire ſolet, ſed non ſemper, ut ex præſenti caſu apparet: Quando enim alter Ren, vel grandiore calculo obſtructus, vel ex ulcere plane conſumptus eſt, nihilominus urina per alterum profluit: Simile videmus in aliis partibus geminis, ut in oculis, læſo enim uno, alter nihilominus videt: Sic & altero Pulmonum lobo corrupto alter reſpirationem adhuc promovet: Per conſenſum tamen facile alter ab altero læditur.

Importunis Vigiliis] Vigiliæ febris & doloris individui fere comites ſunt; Sed & eas, Pancreate affecto, citra alterius cujuſdam partis affectum, per trimeſtre pertinaces fuiſſe conſtat exemplo, lib. 1. Tit. de Vigiliis allato.

Ingentes dolores modo ventris modo Lumborum] Unde conſtituitur Colica-Nephritica dicta: Renes lumbis contigui ſunt & adhærentes per ſuam membranoſam adipoſam; quare iis laborantibus hi coafficiuntur: Dolore autem diſſecantur Renes, & quidem interdum tam vehementi, ut exitialiter hominem torqueant, vel (ut habet *Foreſtus*) malæ habitudinis cauſa, aut ictu, vel lapſu, vel vulnere, aut incluſo ſpiritu, aut innato calculo, vel arenis aggregatis, aut abſceſſu, ut in caſu præſenti: *Galenus* addit ex ſuperfluentibus quandoque fieri humoribus, oppilando, ſive calidis, ſive frigidis: Quia vero Ren ſiniſter colo nonnihil adhæret, hinc fit ut dolores nephritici ex flatuum & excrementorum copia in colo reſtagnante exacerbentur, & vel colon per conſenſum ſimul doleat, vel dolor colicus non ſemper accuratè à dolore nephritico diſtingui queat.

Accedente dyſpnœa] Ab affectu renum calculo laborantium ortam dyſpnœam annotatum eſt lib. 2. Tit. de Reſpiratione læſa: Quæ & aſſignari poteſt compreſſo diaphragmati à pancreate tumidiore & indurato.

Epiploon maxima amplitudinis] In nonnullis ad umbilicum deſinit, in aliis ſæpe ad umbilicum protenditur, & aliquando uſque ad os pubis ubi inferitur: Et quando intercedit fundum veſicæ & uteri, os uteri comprimi & mulieribus ſterilitas afferri putatur: *Clar. Bartholin. Anat. Reform. lib.* 1. *cap.* 8. Scilicet in iis quæ ſupra modum habitæ ſunt & quibus omentum pinguedine infarctum: Clar. autem Matronæ huc uſque quidem demiſſum ſed absque ſuperfluo adipe; ut ori uteri nulla injuria allata ſit; prolem enim habuit:

Pancreas durum &c.] *Fr. Sylvius de le Boë* Practic. lib. 1. c. §. 4. & 5. exiſtimat vel raro vel nunquam in univerſum deficere Succi Pancreatici motum per ſuos ductus ad tenue inteſtinum, quod eveniet duntaxat, (ſi eveniat) ex Ductus maximi, mediique obſtructione à pituita glutinoſiſſima circa ipſius orificium hærente, ibidemq; coagulata & impacta: quæ vix permanebit aliquandiu ibidem, quin a ſucco perpetuo accedente mox iterum ſolvatur, aut in præſens vitæ periculum conjiciatur æger: Cui annon inde mors inexpectata ſuperveniat ſubinde, quis prudens negabit, aut obſervatione accurata in mortuorum cadavere, hocque Ductu in anteceſſum facta temere aſſeverabit? Memini certe viſam mihi aliquando glutinoſam copioſamque in hoc ductu hærentem adhærentemque pituitam, nec facile inde cedentem ac removendam: *Hactenus Sylvius*. Quæ optime huc quadrant: Durities enim illa Pancreatis per totum parenchyma ſcirrhoſi, pertinaciæ & magnitudini obſtructionis ab ejuſmodi pituita adſcribenda.

Splen integer, Pancreas durum] Pancreas Liene affecto, *Highmoro* judice, vix aut unquam integrum evadit, plerumque enim ſimul obſtruuntur vel ſcirrho afficiuntur: *Riolanus* Antropog. l. 2. c. 16. Ideo Pancreas, quum morbis lienis ſimiles affectus incurrat, Lienem vicarium appellat: An Lienis affectus in Pancreas commeant, non viciſſim?

OBSERVATIO L.

Ventriculi dolor ab hujus connexione, anterius cum epigaſtrio; poſterius cum pancreate, Repleto eodem materia nigra, Inteſtinorum à flatibus diſtenſione & inflammatione &c.

N vetulæ demortuæ corpore conſiderabilia fuere ſequentia 1. Omentum undique non ſolum oſſi pubis adhærebat, ſed & Ilium, adeo ut nonniſi violentia ſeparari potuerit, putridum

putridum omnino. 2. ventriculus anterius firmiter corpore craſſo, albo durioreque intercedente, adhærebat epigaſtrio, ad palmæ ſpatium: poſterius Pancreati, adeo quidem ut nullibi ſeparari ſine diſſectione potuerit: 3. Idem plurimum continebat materiæ nigræ ſanguineæ, liquidæ concretæve, ſimiliter ac inteſtinum ipſum: 4. Inteſtina omnia flatu ſumme diſtenta, valde rubicunda, & ex inflammatione gangrænata. *Gerardus Blaſius obſ. medic. 2. parte* 4.

Observatio LI.

Ventriculi dolor genitus à variis Hepatis, Cyſtis felleæ, Pancreatis &c. affectibus.

§. 1. Catharina N. ſubinde dolores circa ventriculi regionem patiebatur, cum duritie & pondere dextri lateris: Hepar ſolito grandius maximam partem ventriculi premebat. *Vide tit. de Hypochond. dolore.*

§. 2. Matronæ Jecur erat mole admodum magnum ac ponderoſum, qua ſtomachum cooperiit & depreſſit ad dolorem, & ut cibi multum ferre non poſſet. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 3. Vir Nob. dolore hypochondrii dextri diu afflictus fuit, cum ventriculi ac diaphragmatis compreſſione, Hepar magnum erat, cum multis abſceſſibus, infarctum: Pancreas ingentis molis: *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnæa.*

§. 4. In cadavere puellæ Ictericæ veſica fellea, ejuſque meatus in duodenum, bona meſenterii pars fuit plane oſſea: hinc recedente in ventriculum bile, aſſumpto cibo dolor vehemens, materiæ commotione cruciabat. *Rhodius cent. 3. obſ. 3.*

§. 5. Vir quidam quotidianæ vomitioni bilioſæ obnoxius, hac repente ſuppreſſa, ventriculi vehemens dolor prehendit, Poſt obitum deprehenſa eſt bilis ſincera, eaque praſſina circum jecoris cava, libræ pondo, membranis coercita. *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

SCHOLIA.

V*Entriculi vehemens dolor &c.*] De ventriculi dolore à coëctica circa hepar bile commemorabilis eſt locus apud *Hippocratem 4. de morbis* v. 7. *Poſtquam comedit & bibit homo aliquid amari, quodque bilioſum ac leve eſt, copioſior etiam ſit bilis in hepate, & ſtatim dolet hepar, quod pueri cor vocant:* Non pueros modo, ſed etiam Medicos noſtri temporis, *ait Martianus*, nomine inſignes in hoc eodem deceptos novi, qui hepatis dolores ex bile provenientes, quales ſuot de quibus hic tractatur, tanquam ad ventriculum ſpectantes, calidis curare uſque ad ægri interitum non deſiſtunt: Erroris autem occaſiooem præbet ſitus, qui (quoniam hepar ſecundum lobum ſuperiorem ventriculo ſuperpoſitum eſt) utriuſque viſceris unus & idem eſt, ita ut partis affectæ cognitio ex loci inſpectione haberi non poſſit: Probabile tamen eſt dolores ad ventriculi regionem ſub coſtis affligentes, ſi in anteriori tantum parte conſiſtunt, ad hepar potius quam ad ventriculum pertinere, quandoquidem dolores ventriculi, modo anteriores partes, modo poſteriores, modo latera utrinque, & aliquando cinguli inſtar prædictas omnes partes infeſtare ſolent, Idque ſæpius in praxi ipſemet obſervavi: Et ratio eſt, quia ventriculi capacitas late ad partes præfatas ſe extendit, ita ut humores in ea contenti, modo has modo illas partes invadant. *Vide hiſtoriam Dom. de Bourgeon, Sect.* 8. *hujus libri obſervat.* 37.

§. 6. Illuſtr. *Thuanus* (*vide hiſtor. Tit. de ventris doloribus*) conquerebatur de dolore colico cum ſenſu ponderis ad regionem ſtomachi, dum ſtaret erectus vel ambularet; hypochondria vero ei nec tumebant, nec dolebant, etiam duriter attrectata vel percuſſa:

Aperto cadavere deprehenſum Jecur induratum, rotundum inſtar ſphæræ, farctum & transfixum gypſea pituita ſevum referente: Pancreas vero amplitudine ſua & pondere ipſum Hepar æquabat, totum ſcirrhoſum, multis globulis ſpecie ovi columbini differtum, &c. *Riolanus Anthopogr. lib. 2. cap.* 16.

SCHOLIA.

H*Ypochondria nec tumebant nec dolebant*] Cum Pancreas à ventriculo regatur, Tumores illius difficillime tactu deprehendi poſſunt, Et hæc cauſa eſt cur eorum mentio à Practicis nulla fiat: Et qui eos obſervarunt, poſt obitum tantum & diſſectis cadaveribus deprehenderint; Non exigua tamen eorum coojectura haberi poteſt ex iis quæ in Illuſtr. *Thuano* annotata, Si nempe ponderis & gravitatis ſenſus in regione ventriculi percipiatur, & nullus tumor nullaque durities in hypochondriis appareant; alia tamen obſtructionum latentium indicia adſint, qualia in Hepatis, Lienis, ac Meſenterii obſtructionibus proponuntur: Quibus etiam ſignis addi poſſunt dolor & alia ſymptomata ventriculi propter viciniam pancreatis; reſpiratio difficilis ob diaphragmatis compreſſionem: Quibus ſignis alias coojecimus D. *Audeyerium*, in Senat. Gratianopolitano Præſidem, ſcirrhum habere in Pancreate, cumque etiamnum tactu deprehendere potuimus, manu ad latera ventriculi verſus medium adacta, cum eſſet valde macilentus, & duritiem in ea parte animadvertimus quæ digitis compreſſa dolorem ipſi non mediocrem inferebat. *Riverius Praxeos l.* 13. *c.* 14. Vide hiſtor. dicti *D. Audeyerii cent.* 3. *obſer.* 81.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO VIII.

DE VOMITU ET NAUSEA.

Observatio I.

Vomitus & nauſea frequens excitatur cum ſeroſus humor, aut abſceſſus, aut bilis conſtans ſuffuſio Tunicam ventriculi extimam laceſſit.

SI ſeroſus humor, aut abſceſſus, aut bilis conſtans ſuffuſio in partibus vicinis aut contiguis accidat, in quantum hæc Tunica (extima, quæ prorſus nervea eſt) propterea multum ac crebro irritatur, in ſtomacho nauſea fere continua, Inappetentia & frequens Vomitio excitatur, prout in pluribus poſt obitum illectis obſervavi. *Willis Pharmac. Ration. cap.* 1.

SCHOLIA.

N quantum hæc Tunica &c.] Ventriculus tri-
bus conſtat Tunicis, una communi à diaphrag-
ite orta, & duabus propriis, externa interuaque:
ec interior tota nervoſa eſt, interiorem ventriculi
vitatem conſtituens: Fibræ ejus potiſſimum ad
ſationem, & forſan quadantenus etiam ad mo-
n faciunt: At etſi contractiones ſpontaneas ei
rſus denegemus, attamen ſatis manifeſte liquet
n frequenter diſtendi, inflari, intumeſcere, inque
jorem capacitatem ampliari: Proxima Tunica,
e & propria, & per totum carnoſa, fibris omni-
carneis conſtat, tantum motibus, iiſque ſolum
tractivis obeundis inſervire videtur: Revera to-
ventriculi corpus membrana ſive panniculo
oſo hoc, qui ipſum diverſimòde pro variis, quæ
irrunt, uſibus & officiis contrahat & componat,
gitur: Quandoquidem enim ſtomachus circa
ificationis opus, & medicamentorum opera-
es in varios geſtus alterari & modificari debet,
opter hæc tunica multiplices fibrarum motri-
ordines, nunquam ſatis admirandos continet:
is fibræ ab uno orificio ad alterum excurren-
tomachi fundum ac latera in tota earum longi-
e circundant, & juxta varium protenſionis
tum, breviores aut longiores, necnon magis
vel obliquæ exiſtunt: Porro in quibuſdam lo-
id. prope orificia, & circa ſtomachi fundum &
multo craſſiores ſunt quam in medio, revera ut
n quadantenus carneæ & motrices videantur:
ptanæ hujus fibræ nerveæ (pariter ac in ple-
muſculis obſervare licet) fibras carneas im-
te ſubſtratas ad rectos angulos ſecant, utpote
ion tantum obregere, ſed viere ac intra ordi-
os ſingulatim, ne diſſiliant, continere debent:
hæc Tunica ſeparata & amota, ſubtus ad re-
ngulos jacet fibrarum carnearum ſeries, quæ
uli fundum & latera quoad profunditatem
tes in plano ſuperiori, quod orificiorum in-
um eſt, inque ipſis orificiis terminantur: Pro-
io harum munus eſt, dum contrahuntur, ven-
undum & latera ſurſum ducere, & proinde cavitatem ejus plurimum arctare, adeo ut contenta ſuperius lata, per hoc aut illud orificium eliminari poſſint: ut vero iſtius motus excretorius verſus hoc vel illud orificium determinate fiat, & materies ſtomacho incluſa, per vomitum aut ſeceſſum amandanda foras convehatur, altera fibrarum ſerie opus eſt, quæ reſpectu priorum, transverſæ, ſtomachi extremitatum unam, ſcil. lævam vel dextram, verſus alteram ducant: adeo ut dum utriuſque generis fibræ coagunt, ſtomachus, quoad omnes dimenſiones ſuas contractus, & ſurſum latus, contenta ſua per orificium, ad quod pro data occaſione inclinatur, ejiciat: Tunica Nervea penitus ablata, carneæ, ſive mediæ ſuperficies interior fibroſa in conſpectum venit, in qua fibrarum carnearum ramificationis ordo notabilis eſt, quæ pone os ventriculi oriri, & ſiniſtram ejus oram cingere viſæ, antrorſum verſus ſtomachi regionem dextram feruntur: Harum manipulus inſignis in ventriculi jugo ſive ſummitate utrinque lineis rectis procedens, Pylori antrum ingreditur, ejusque cavitatis longitudinem ſparſim obducens, in ipſo orificio terminatur: reliquæ autem hujus ordinis fibræ, utrinque per ſtomachi latera oblique, & prorſum verſus fundum ejus tendunt, ibidemque conveniunt: Priorum munus videtur orificium alterutrum verſus alterum pro egeſtione per inferiora, & ſuperiora reſpective facienda adducere; nam eædem fibræ, juxta quod ſpaſmus ab hoc vel illo ipſarum fine incipit, ad dextram vel lævam trahunt, prout in Tractatu de motu muſculorum oſtendimus: Si quando contractio juxta Pylorum incipit, dum illic ventriculi fundus & latera per fibras alias, tum interiores tum exteriores colliguntur, etiam os ejus per has rectas verſus Pylorum inclinatur, propterea & ſtomachi contenta quæque ad inteſtina tranſmittantur: Sin vero contractio ab alteris fibrarum iſtarum finibus, juxta os ventriculi inchoetur, dum illuc fundus, & latera ejus, per fibras alias contrahuntur, etiam Pylorus pro vomitu acciendo verſus ipſum ſimul adducitur: Quod ad reliquas hujus ordinis fibras obliquas ſpectat,

pectat, dum ſpaſmo à dextris ipſarum finibus incipiente, deorſum illæ & oblique contrahuntur, motu ſuo ventriculi cameram ſiniſtram, verſus fundum & pylorum pro cibis, dum coquuntur, ſtrictius comprimendis, atque illuc devolvendis inclinant: E contrario item, ſpaſmo à finibus ſiniſtris incboato, illæ ſurſum & oblique contractæ, ventriculi fundum & cameram dextram verſus os ejus pro vomitu excitando corripi faciunt: Iuxta utrasque harum contractiones, fibræ carneæ exteriores, Tunicæ mediæ ſuperficiem convexam conſtituentes, in actione conſpirant, adeoque ventriculi cavitatem plus coarctant, & pro evacuatione ſuperne vel inferne molienda aptius componunt: Quapropter ſecundum quod irritatione hic aut illic facta, contractio juxta Pylorum vel os ventriculi incipit, tota ventriculi capacitas ſimul collecta, ſurſum lata, atque huc vel illuc inclinata, egeſtionem ſupernam vel infernam molitur: Utraſque hujus tunicæ ſuperficies, in iisque diſtinctas fibrarum motricium ſeries, vide in Tabulis: Motuum contractivorum quos hæc ventriculi Tunica Carnoſa peragit, ſpecies ſingulas recenſere hujus loci non eſt: Interim annotamus motuum, quos ea obire ſolet, inſtinctus ſive impulſus diverſimode communicari, videl. imprimis ac potiſſime à tunica nervea ſubſtrata, quæ prout à ventriculi contentis varie afficitur, mox illam, retentionis aut expulſionis gratia, in hujus aut iſtiusmodi contractiones ciet: Cæterum Nervi huic tunicæ carnoſæ inſerti, ei varios motuum inſtinctus, ab ἐγκεφάλῳ partibus vicinis aut remotis, ſupernis aut infernis deferunt: hinc à phantaſia, appetitu, imo à pleriſque, ſive animæ ſive quarumlibet corporis partium, affectibus, ventriculus ſæpe perturbatur & diverſimode commovetur.

3. Tunica Ventriculi extima, ei cum Oeſophago communis, cujuſmodi ſubſtantiæ ac texturæ fuerit modo innuimus, Quoad ad uſum ſpectat, hæc totius ventriculi integumentum exiſtens, Tunicæ ſubſtratæ fibras carneas inveſtit, easque fibris ſuis viet, ac velut viminibus ſimul colligat: Membranæ hujus fibræ in quibuſdam locis craſſiores ſunt, ut quando ventriculus ſupra modum ſaginatur, plurimum diſtendi poſſint: Hæ parum motui, ſenſioni tamen quadantenus inſervire videntur, quanquam & hujus perexiguus tantum uſus fuerit, utpote quia nihil exterius objectum, aut ore aſſumptum huic occurrere poteſt: Quod ſi ſeroſus humor &c. (vide Textum) Tunicæ hujus uſus præcipuus eſt, quod totius ventriculi integumentum exiſtens, membranæ ſubſtratæ carneas fibras inveſtit, vaſorum ramificationes ſuſtentat, quinimo ad ventriculi robur ejuſque calorem conſervandum inſervit: Porro non improbabile eſt in quibuſdam locis hujus fibras nerveas, reſpectu fibrarum carnearum ſubjacentium, loco tendinum eſſe. *Idem ibidem.*

Observatio II.

Vomitus ab ulcerato ſuperiore ore ventriculi.

§. 1. JUvenis cum convivio interfuiſſet, eadem nocte dolore ſtomachi correptus fuit, cum vomitu omnium ingeſtorum: In ventriculi orificio ſuperiore ulcus erat magnum: Ventriculus humoribus corruptis, fœtidis & atrabilariis refertus erat: *Vide lib. 1. tit. de cap. dolore.*

§. 2. Juvenis ſorbens juſculum, dolore ventriculi fuit affectus, quem comitatus eſt Vomitus: Creditum id à veneno fuiſſe, ſed perperam: Veriſimilius enim eſt oſſiculum aliquod acutiſſimum rugæ alicui oris ventriculi inhæſiſſe, quod apparuit poſt obitum, Aperto enim cadavere ulcus in ore ventriculi repertum fuit. *Hildanus cent. 5. obſerv. 36.*

SCHOLIA.

V*Lcus erat magnum*] Excitatur ulcus in ventriculo vel à cauſis internis, humoribus acribus, poſt apoſtemata: vel ab externis, medicamentis, venenis, vulneribus &c. Locum quod attinet, ſi exterior ventriculi tunica afficiatur, multo difficilior eſt curatio quam ſi intima, quia à medicamentis non attingitur: demum quando abſceſſum ſequitur, quia eo diſrupto ſanies effunditur in capacitatem abdominis, ubi aqua hydropicorum colligitur, quia non patet exitus, Rurſum, quod obſidet os ventriculi, deterius eſt, quia hæc pars eſt eximii ſenſus, quæque in ſe non retinet medicamenta quæ diffluunt, nec hærent.

Observatio III.

Vomitus tenuis & craſſi humoris diuturnus, à Fiſtula ſtomachi excitatus.

ILluſtriſs. Perſona ſæpius à cibis, à prandio æque ac cœna, noctu quoque, nunc tenuiorem nunc craſſiorem humorem evomere conſueverat: Caput dolebat ac erat grave: Plurimis viſum erat tantam vim pituitæ de cerebro venire: Varia igitur remedia diligenter parata fuerant, noviſſime etiam ſetaceum, At fruſtra.

Defuncto corpore inciſo, fiſtula ſtomachi, Aulicis miniſtris inſpectantibus, adinveniebatur. *C. V. Schneiderus lib. de Catarrhis ſpecial. p. 439.*

SCHOLIA.

T*Antam vim pituitæ de cerebro venire*] An detur vomitus vel diarrhœa cerebralis, vide infra Tit. de Diarrhœa, ex eodem, & fuſius capite de Catarrho ſtomachi, quem à maſſa ſanguinea deducit.

Etiam ſetaceum] Cauterio verticem etiam quidam inurunt: quod præſidium quam triſte eſt remedium, tam eſt ſupervacaneum, quæcunque diarrhœa (aut vomitus) hominem exerceat: Eo non curantur ægri ſed macerantur, & quidem communi inveteratoque errore illius opinionis: Cerebrum

quotidie

quotidie liquore pituitæ ſe complere, iſtumque aliquando in ſtomachum evomere: Atque ſi cerebri humores hac via defluerent, eum curium cauteria bregmatis inhibere haud poſſent: nam talem humorem (ita vulgaris fert opinio) emittunt venæ cerebri intimæ, quas ea cauteria haud tangunt, nec exinanire queunt nec ſtringere: Sed quidam, *inquis*, eo remedii genere perſanati fuerunt, præſto ſunt teſtes? Adverſus hoc tibi reſpondeo, non teſtes ſunt ſed aſſertores plane inanes: Illi ægri diarrhœam quidem paſſi fuerunt, minime illam cognomento cerebralem: atque hi reliquis remediis ad diarrhœam aptis curati fuerunt, cauteriis vero vexati: &c.

Nunc tenuiorem nunc craſſiorem] Ab emetico fortiori exhibito, quando ſtomachus evomere incipit 1°. ejicitur illud quod in cavitate ejus fluctuat, dein quicquid viſcoſi phlegmatis villis ejus adhæret, aut in plicis reconditur: Si vellicatio perſeveret, ſeroſi humores arteriolarum & nervorum oſculis exprimuntur: Dein ſpaſmo duodeno ejuſque ductibus communicato, bilis & ſuccus pancreaticus, è meatibus extorti, inque ventriculum ſuffuſi egrediuntur: hinc bilioſa plerumque ultimo rejiciuntur; & tunc non raro mera bilis copioſe evomitur: quod ſi ita contingat, qualibet excretionis vice, tormina paulo infra ventriculum, in latere dextro excitata, ſurſum perreptant, quæ proculdubio ſunt à bile in duodenum expulſa, & iſtinc ob motum inteſtini convulſivum ac inverſum intra pylorum ſuffuſa: Si irritatio necdum ceſſat, arteriæ (oſculis ipſarum ſumme irritatis) humores è tota maſſa ſanguinea vomitu excernendos profundunt. *Willis Pharmacop. rat. ſect. 2. cap.* 1.

Observatio IV.

Vomitus ob interiorem ventriculi tunicam exroſam.

Camillus Facinus temperamento bilioſo præditus, annor. 59. Tertiana febre laboravit, qua extincta, male coloratus cum manifeſto lienis tumore, atque hepatis obſtructione remanſit, & ita valetudinarius, inordinato vitæ regimine uſus, rurſus in febrem incidit, ad malum habitum corporis deductus, in cujus invaſione paroxyſmi evomere cœpit; Sicque tertia die poſt cibi aſſumptionem, per horas tres vel quatuor, cibum & potum maxima pituitæ copia permixtum evomuit, quod & ſingula quaque die fecit donec occubuit: nec minus ad trium librarum pondus pituitæ evomebat qualibet vice; multoties ad quinque aſcendebat librarum pondus; quo tempore nunquam per inferiora quicquam excrevit, etſi clyſteres acres, & mites quoque injecti fuerint, ac per ſuperiora medicamenta ſolventia ſumpſerit, quæ tamen evomuit: Interim de dolore circa fundum ventriculi conquerebatur, ſicque ad quartum uſque diem bis quotidie evomendo perſeverans vitam cum morte commutavit.

Cadaver à nobis diſſectum, in ima ventriculi regione, juxta os infernum, pylorondicunt, tunicam interiorem exeſam animadvertimus, quod mali cauſam fuiſſe non dubitavimus. *Marcellus Donatus hiſtor. mirab. lib.4. cap.3.*

SCHOLIA.

Cum in iſto ægro plurima pituita in univerſi corporis venis reperiretur, cumque corpus ex cibis ingeſtis nutriri nequiret, factum puto quod natura, quæ ſemper de animalis ſalute ſollicita eſt, hujus pituitæ partem ſingulis diebus à venis ad hepar ipſum & ventriculum derivarit, uti probe concocta & in ſanguinem converſa alimentum animali ſuppeditaret; quod fieri cum nequiret, una cum cibo tanquam onus aggravans extrudebatur cum cibariis per vomitum: Quod vero ita ſe res habuerit, mira brevi tempore corporeæ molis conſumptio arguit: Abraſionem vero illam in ventriculo repertam ex veneno propinato proveniſſe filius contendebat, id argumentis etiam non levibus externis conjiciens: Nos ab humoribus erodentibus & acribus factam fuiſſe credebamus, memineramus enim apud *Galenum* legiſſe *lib. de atra bile cap.* 3. quibus corporis partibus puta impermixtaque adhæſerit atra bilis, eas prorſus exedendo ulcerare, quod & ſalſam acremque pituitam efficere poſſe teſtatur idem *Galenus 6. Epidem. comm. 3. part.* 18. Quod pariter ex bile provenire poſſe teſtis eſt *Hippocr. 3. Epid. 3. comm.* 3. Quinimo humores iſtos omnes mala qualitate, venenata atque maligna præditos, ad partem aliquam delatos, non ſolum exedere & ulcerare, ſed etiam breviſſimo tempore mortificare poſſe, ſuadet ratio & experimenta plurima commonſtrant. *Idem.*

Observatio V.

Vomitus ob eroſionem ventriculi fundi, ab aſſumpto Arſenico, parietibus ejus affixo.

Captivus quidam ſubito per noctem Vomitu *tentatur duodecies* vel circiter; decies quoque per alvum excrevit, Jubeor mane ipſum inviſere, ſtertentem offendo & animam agentem. Sacerdote igitur potius quam medico opus eſſe ſignifico quidem, at intra quadrantem horæ expirabat: A meridie cadaver rurſus inſpicere jubeor, quod à tergo lividum plane erat, imprimiſque pudenda nigra prorſus: Aſtantes apoplexia extinctum clamabant, quibus tamen demonſtrabam colorem iſtum lividum non ſufficere ad apoplexiam demonſtrandam, neque vomitus aut dejectiones tam frequentes ſymptomata eſſe apoplexiæ.

Aperitur itaque poſtridie, & in ventriculo reperiuntur arſenici albi fruſtula circite duodecim, quæ ipſis ventriculi tunicis tam arcte inhærebant, ut vix evelli poſſent. Ero ſio quoque fundi ventriculi aderat, ſed non penetrans, cum inflammatione: ita ut vene ſanguine inflammato turgentes valde eſſent conſpicuæ: Hujus ventriculi tunicæ tam eran exiles, ſive vi veneni, ſive aliam ob cauſam, ut viderentur æquare folia papaveris. *Phil Salmuth.cent.1.Obſervat.x.*

SCHOLIA.

V*Omitu tentatur duodecies vel circiter.*) Ab emetico fortiori exhibito, ait *Willis Pharmac. ration. Sect. 2. cap.* 1. quando Stomachus evomere incipit, primo ejicitur illud quod in cavitate ejus fluctuat: dein quicquid viſcoſi phlegmatis villis ejus adhæret, aut in plicis reconditur: Si vellicatio perſeveret, ſeroſi humores arteriolarum & nervorum oſculis exprimuntur: dein ſpaſmo duodeno, ejúſque ductibus, communicato, bilis & ſuccus pancreaticus è meatibus extorti, ínque ventriculum ſuffuſi egeruntur: hinc bilioſa plerumque ultimo rejiciuntur, & tunc non raro mera bilis copioſe evomitur: quod ſi ita contingat, qualibet excretionis vice tormina paulo infra umbilicum, in latere dextro excitata ſurſum perreptant: quæ proculdubio ſunt à bile in duodenum expulſa, & iſthinc ob motum inteſtini convulſivum ac inverſum, intra pylorum ſuffuſa: Si irritatio necdum ceſſat, arteriæ (oſculis ipſarum ſumme irritatis) humores è tota maſſa ſanguinea excernendos profundunt, Ex hac vomitionis hiſtoria conjicere licebit quomodo & qua ratione pharmacum Emeticum operetur.

Ipſis ventriculi tunicis inhærebant) Emeticum ventriculo immerſum, cumque humore iſthic contento ſeſe immiſcens, ſuíque tincturam imprimens, à cruſta villoſa ſuperficiem internam obducente paulatim ſuſcipitur. Inde fibræ nerveæ tunicam interiorem contexentes, & hanc cruſtam ſuſtinentes, tincturam iſtam virulentam ſenſim imbibunt, qua cum aliquatenus ſaturantur, ob ſucci incongruitatem, corrugari & multum inquietari incipiunt; hinc fibræ carneæ ſuperſtratæ, propter moleſtiam à nerveis conceptam irritatæ, ſpaſmos primo leviores hic illic ſparſim ineunt, unde nauſea & ſtomachi perturbatio; mox vero earum ordinis utriuſque interioris omnium, ſpiritus incolæ ſumme excandeſcunt, & ſimul exploſi contractiones validiſſimas & emeticas, quo moleſtum illud fibris nerveis excuſſum vomitu ejiciatur, peragunt, Cúmque hoc ritu fibræ iſtæ ſucco medicamentoſo, quem imbiberant, liberantur paululum ceſſat vomendi nixus, donec tincturæ virulentæ, quam ſubinde à cruſta villoſa hauriunt novo penu rurſus imbutæ in parem moleſtiam & irritationem Emeticam urgeantur: Atque ita aliquoties repetit vomendi impetus, uſque dum tinctura venenatæ materies, etiam à cruſta villoſa abſtergatur, & demum tota foras ejiciatur, proinde ut tunica interioris fibræ nerveæ virus illius non amplius imbibant. At vero non ideo ſemper Vomitionem finiri contingit, quin pharmaco licet penitus rejecto nullóque ejus contagio ſuperſtite, ſæpe tamen ſpiritus iſti ſtomachici, nimis laceſſiti, furorem ſuum ægre dimittunt, adeo ut à ſucco quocunque alio (quem fibræ nerveæ imbiberint) irritentur, inque ſpaſmos Emeticos agantur, quin & crebra interdum vice eos repetant: Quare tunc, ut Vomitio ceſſet, nihil omnino potus, ſive alimentoſi ſive cardiaci ventriculo ingeratur: atqui fotu calido externe adhibito, ſomno indulgeatur. *Idem.*

Ita ut vena ſanguine inflammato turgentes) Eo allecto à vi & calore veneni ac crebris ventriculi ſuccuſſationibus; Porro nonnunquam humores alii è vaſis expreſſi, ac præſertim bilis è meatu choledocho in ventriculum ſuffuſa, non tantum vomitorio vires addunt, ſed operatione ejus finita, ſtomachum ultra laceſſere & in contractiones excretorias urgere perſtant: quinimo fibræ hujus nerveæ, flavum illud virus tinctura emetica haud minus moleſtum imbibentes, ſpaſmos excitant, & ſupra pharmaci vires crebros vomendi impetus propter moleſti iſtius excluſionem continuant: Ob hanc rationem, quando bilis exundat, ſi quidem à levi occaſione illa in ſtomachum acceſſitur, ſæpiſſime à pharmaco mitiori vomitio immanis, cum horrendis ſymptomatibus excitatur, cujus interdum ſedandæ gratia enema leniens, quo bilis turgeſcens verſus inferiora ſollicitetur, exhibere convenit. *Idem.*

OBSERVATIO VI.

Anatome fœminæ ex uſu hellebori albi, cum enormi Vomitu mortuæ, Cujus ventriculus aqua turgens repertus, Intus corroſus & maculoſus, inteſtina flatibus diſtenta, &c.

ANte aliquod tempus, Senatus-conſulto juſſus, aperui cadaver Barbaræ Tannemannæ, cui à rizotoma quadam, Elizabetha Knechthi, propinatum radicum Ellebori albi infuſum: vix hauſerat venenum iſtud miſella, cum toto illo die creberrime Vomuerat, tandémque horrendis agitata convulſionibus occumberet.

Defunctæ ventriculus aqua plurima turgebat, Inteſtina flatibus omnia diſtendebantur, uti hydropicorum, Interne corroſio in ventriculo & inſignis macula nigricans apparuit: Omentum corruptum erat & lacerum. Thorax aqua repletus. Pulmones turgidi, ſpumei, nigricantes: cætera bene ſe habuerunt. *Ex literis Ioh. de Muralto Medici & Chirurgi Tigur. & communicatione Nobil. D. Ioh. Conradi Peyer, Med. Schaphuſani.*

SCHOLIA.

V*Ix hauſerat venenum*) Nonnulli helleborum album è numero medicamentorum relegandum cenſent: Author lib. 1. de Plantis cap. 3. hominibus venenum eſſe ait. Averroës inter venena refert, *Alex. Aphrodiſæus* veratro coturnices, homini veneno, veſci ait. *Galen.6.*Epid.comm.5.t.35. ſcribit plurimos in Doride & Theſſalia, ex eſu coturnicum, quæ elleboro ibi veſcerentur, nervorum diſtenſionibus cor-

reptos fuiſſe. Contra illud certum *Hippocr.* & antiquis uſitatiſſimum fuiſſe, & *Plinius* pleroſque ſtudiorum gratia, ad pervidenda acrius quę commentabantur, ſæpius ſumpſiſſe tradit. Sic vero, compone diſſidium, dicendo cum *Galeno* 6. Epid. 6. t. 5. venena alia eſſe ſimpliciter talia, ſemper noxia; quædam Medicæ artis ope utilia evadere, quo in genere eſſe helleborum.

Creberrime vomuerat, agitata convulſionibus, &c.) Elleborus vel non præparatus, vel largius ſumptus violentam ſupra & infra excretionem, ingenteſque ventriculi & inteſtinorum cruciatus ac tormina, ſingultúmque excitat: præfocationem, reſpirationis difficultatem, mentis turbationem, ſubitam virium proſtrationem, cordis palpitationem, leipothymiam, corporiſque totius tremorem infert, ægrique tandem vel ſuffocati vel convulſi moriuntur, *Sennertus.*

Toto die creberrime vomuerat) Vomitio à pharmaco illata vehementior evadit, ac diutius perſiſtit, quia ſpiritus animales ſupramodum excitari & excandeſcentes, inordinationes ſuas haud facile aut ſtatim remittunt, quin illi crebra vice exploſi, ſpaſmos emeticos vehementes cient & ſæpius repetunt: Porro impetus iſte exploſivus in ventriculo inceptus, non raro in ſpiritus partium vicinarum incolas, & exinde in alios, & demum aliquando in totam eorum ſyſtaſin propagatur, in tantum ut vomitioni tormina & ſpaſmi in viſceribus, poſtea in præcordiis, & denique in toto corpore cum manifeſto vitæ diſcrimine ſuccedant. *Willis Pharmac. rat. ſect. 2. cap. 3. ubi immodicæ à pharmaco excitatæ vomitionis ratio curandi traditur.*

Observatio VII.

Puellæ Anatome ob vomitum enormem extinctæ, à propinato veneno, ventriculo ſtigmata inurente, & bilem ad duodenum alliciente.

Haud ita pridem Rumlingæ, præſente utroque Poliatro noſtro, D. D. Schüchzero, & M. Abrahamo Hegio, Puellam diſſecui, immani cum vomitu intra triduum commortuam: Illi antea prorſus ſanæ & pulchræ, ſed pauperculæ, ac gregem vaccarum paſcenti, obviam factus non infimæ ſortis vir juvenis, datâ arrhâ matrimonium è veſtigio promiſerat: Quare puella ſic repente fato ſublata, ſuſpicio in hominem iſtum illati ſtupri, atque propinati inde veneni nata, Adeo ut defunctæ cadaver, juſſu Superiorum, intus & in cute perluſtrari curaretur.

Corpus omne elegans erat extrinſecus, rite conformatum, citra maculam ullam aut livorem: Abdomen neque tumidum, neque diſtentum, Interiora omnia ſana, præterquam ventriculus, in quo copioſiſſima è duodeno ſuffuſa bilis, aqua aut ſero multo diluta, abſque ullo cibo, redundavit: Etiamſi prius integro triduo ejuſdem plurimum colluviei vomitu rejeciſſet. Hæc vaſculo mundo excepta, pulviſculum in fundo arenoſum depoſuit, quo media circiter cochlearis pars impleri potuiſſet: Juxta orificium ſiniſtrum, atra quinque ſtigmata oblonga videbantur inuſta, Partes genitales deprehendimus illibatas, In hepatis autem veſicula magnum luxuriantis ac efferæ bilis proventum. Reſerato pectore, cor omnino integrum videbatur, cujus tamen ventriculo dextro maſſa coagulati ſive chyli, ſive ſanguinis inerat. Pulmo ſanus erat, ſed alicubi coſtis adnatus. *Ex literis D. Ioh. de Muralto M. D. Tigurini ad Nobil. Ioh. Iacobum Peyer Schafuſanum Med.*

Observatio VIII.

Vomitus lethalis ſuccedens Gillæ aſſumptioni, à qua perforatus ventriculus.

Vix mihi lacrymis tempero, cum cogito quendam mihi amicum Chymiæ, &c. peritum, ut ſtomachum halecibus ſalſis ac cerevíſia tenui ſaburratum depleret, Gillam à ſeprę-paratam ſumpſiſſe, eodem die animam cum Vomitu inſano exſpuiſſe.

Cum ſectioni cadaveris præeſſem, ventriculum tribus locis tantum non perforatum, ad latitudinem Daleri Philippici inveni: Reſtabat tenuiſſima exterior tunica, cui Gilla adhærebat, & ipſum exeſura, niſi egreſſa anima calor naturalis miſerum deſtituiſſet: Totum ventriculi corpus aduſtum purpureo colore omnium in ſe oculos avertebat, animóſque à Gilla aliiſq; id genus peſtibus avertebat. Res accidit anno 1608. *H. ab Heers de Acidulis Spadanis c. iv.*

Scholia.

Gilla) Vitriolum ſuppeditat duo celeberrima Emetica Gillam, *Paracelſi* nuncupatam, & Sal, quæ tuta habentur dummodo rite præparata. De præparatione & uſu utriuſque *Vide Willis Pharmacop. Ration. ſect. 2. cap. 2.*

Observatio IX.

Vomitus lethalis poſt ſumptum purgans, nullo noxæ veſtigio in corpore deprehenſo.

Lithotomus ſibi nimium quid tribuens, & ultra profeſſionem confidens, ſacculũ purgantem ex foliis ſennæ, agarico, &c. confecit, vinúmque affudit, quod ipſe biberet cum aliis duobus purgãdi cauſa: facta noctis maceratione, in aurora ipſe primus infuſi dicitur tres hauſtus bibiſſe in publico diverſorio, móxq; incepiſſe vomere, & ſuperveniente ſingultu expiraſſe dimidia hora à ſumptione: Reliqui duo viſo eventu potionem damnarunt.

A morte

A morte nil viſum eſt maculatum in corpore, aur quod venenum poſſet arguere, & fu[illegible] tamen in homine alias ſano, qui vellet purgationem phlebotomiæ præmittere. *Andrea Libavius in Ciſta medica Hornungi Epiſt.76.*

SCHOLIA.

MOrs forte contigit à oimia vellicatione nervorum qui in vaſa choledocha, duodenum & pylorum deflectunt: De hotum nervorum munere audiendus *Willis* c.27. Anat.cerebri, E nervorum turma Hepar eunte, quidam in pancteas, alii in vaſa choledocha, duodenum & pylorum deflectunt, iiſdemque denſas propaginum ſeries inſerunt: Horum munus videtur eſſe partium iſtarum ductus excretorios convellere, & propter humorum turgeſcentium evacuationes pet occaſionem faciendas ſuccurere. Porro his fibris ſurſum elatis, cum plures aliæ ab utroque nervo ſtomachico dimiſſæ uniuntur, ratio patet cur à vellicatione circa ventriculum facta, bilis flava è cyſti fellea in duodenum emulgetur, quæ propter ejuſdem inteſtini ſpaſmum exinde in ventriculum ſublara, vomitu rejicitur: quippe nervi ſtomachici, ſive à pharmaco, ſive ab alia re moleſta ad evacuationem ſuperius faciendam irritati, proindéque ſurſum tetracti, una nervos ad hepar & vaſa choledocha pertinentes, utpote ipſis alligatos, adducunt, ac in ſpaſmi ſuperioris conſenſum rtahunt: hinc accidit quod non tantum ſtomachus primo laceſſitus ſpaſmo ſuo bilem ad ſe trahat, ac in preptium ſuum ptoliciat, verum & bilis ſponte turgeſcens, adeóque in duodenum ſuffuſa, quatenus inteſtini hujus nervos irritat, ac deinde eorum conſenſu ventriculi vaſa nervea irritando, vomitionem cholericam non raro inducit.

Et ſuperveniente Singultu, &c.) Convulſi ventriculi indice. Quomodo Vomitoria ventriculum afficiant, ut adit *Idem Pharmac. Rat. ſect.2.cap.1.* Emetica ſtibiata, aliáque fortiora ſtomacho ingeſta haud ſtatim (niſi in nauſeabundis) irritare, aut moleſtiæ ſenſum inferre ſolent, poſtea vero nauſea & perturbatio quædam ſentitur, dein ſtomachi contractio & aſcenſus, cum orificii ejus apertura & oeſophagi verſus guttur exilitione ſuccedunt, vomitu mox ſubſequente: Vomitionis initio ventriculus tantum ſurſum contrahi & non immaniter laceſſi videtur: poſtea hujus ſpaſmi vehementiores fiunt & ſe latius explicant; adeo ut duodenum motu inverſo contractiones ſuas ſurſum dirigat, & contenta quæque in ſtomachum (quibus irritatio Emetica intenditur) ſuffundat: Si irritatio adhuc amplius intendatur, non rantum Spaſmi, at ſæpe diſtenſiones & intumeſcentiæ, ac imprimis perieuloſior ventriculi convulſio, ſcil. *Singultus* ſuccedit: quinimo ob ſpiritus animales in tota ſyſtaſi perturbatos, & quandoque diſſipatos nimis excitatæ, leipothymiæ crebræ, ſudores frigidi, & non raro membrorum, aut totius corporis ſpaſmi lethales eveniunt.

Observatio X.

Vomitus, Nauſea, ab aſſumpto Veneno corrodente, inflammationem in ventriculo & duodeno, hinc ſyderationem excitante, &c.

NOs ſubſignati D. Medicus & Magiſtri Chirurgi, jubente Prætore Urbano, viſitavimus defunctum Dominum Franciſcum Flammerdingium Francofurtenſem, tam per morbi decurſum quam ab ipſius obitu: Ratum ergo facimus nos die Lunæ, V. menſis Auguſti 1672. reperiſſe dictum Dominum inquietudinibus miris vexatum, motibus convulſivis affectum, cum Vomitibus, nauſea, reſpirandi & degluriendi difficulrate, ac gutturis dolore; ad quæ ſymptomara ſequuta eſt mors, die Martis ſubſequente circa V[am]. veſpertinam.

Unde commoti conſanguinei & affines, cadaver aperiri deſiderarunt, quod jubente eodem Prætore præſtitum, Ac 1. reperta ventriculi tunica interna omni ex parte livida & ſyderara, inſignibus maculis comperſa quibuſdam in locis, à præcedente inflammatione, quæ diffuſa erat ad duodenum, in quo illius manifeſtiſſimæ notæ, ac ad reliqua etiamnum inteſtina: 2. In Pulmonibus deprehenſa inflammatio ad livorem tendens. Cæteræ partes rite conſtitutæ apparuerunt.

Colligimus ergo, tum ex magnitudine & vehementia ſymptomatum, veneni indolem referentium; tum ex morte ſubita; tum ex ſyderatione & livore, tam ventriculi, inteſtinorum, quam Pulmonum, abſente febre, mortis cauſam referendam ad venenum hauſtum, idque è genere corrodentium, cujus ſubſtantia in ventriculum admiſſa eſt, non vapor ſolum, aut aliter: Signavimus Genevæ 7. Auguſti 1672. *Ioannes Bonetus D. Medicus, Ludovicus Noel Senior Chirurgus. F. Sabourin Mag. Chirurgus, Benjamin Noel M. Chirurgus & Viſitator mortuorum.*

SCHOLIA.

R*Eperta ventriculi tunica interna, &c.*) Man cum fuit examen, Ventriculus enim eximi debuit, diſſecari & explicari ad apertam lucem: Procul enim dubio deprehenſæ fuiſſent ſupradictæ maculæ foraminibus perviæ, à veneni vehementia inductis, quod uſu evenire ſolet ab abſumpto corrodendi vi prædito veneno.

Livore tam ventriculi, &c.) Notat *Riolanus* Anthrop. lib. 2. cap. 15. fundum ventriculi potiſſimum parte ſiniſtra foris & intus nigreſcere, quod venæ à ſplene derivatæ inter duas proprias ventriculi tunicas ſanguinem ſuum effundant, unde in multis ſubito extinctis falſa veneni ſuſpicio orta ſit.

OBSERVATIO XI.

Vomitus ob Ventriculi Gangrænam & Syderationem.

IAcobus Gallus annos 50. natus, melancholici temperamenti, cum olim bilioſus fuiſſet, conqueritur de dolore ad umbilicum: Solennis illi erat excretio cujuſdam materiæ purulentæ per anum, quod in recti inteſtini extremo penè ulcuſculum ibi conceptum putaretur: Duodecim penè annos poſt illatam vim recto inteſtino, eo fluore recreatus eſt aliquantum: reſtitit ille, at non eodem modo perſeverabat: Doloris illius ad umbilicum deſidentis cauſam referre poteramus ad illam ſuppreſſionem: clyſteribus medicamentiſque eſt allevatus, Non ita paulo poſt dejecta appetentia, Vomitiones, languor, partium extimarum quædam levis prefrigeratio, tamen incedebat, Et liquida & eſculenta Vomitu rejiciebat: veneno infectum putabant: ac revera, præterquam quod manifeſta leipothymia non prehenſus eſt, aſſumpti veneni argumenta erant pleraque: tamen eum ea ſuſpicione liberavimus, quod nullam deforis occaſionem præceſſiſſe videremus: Per dies xl. pene perſeveravit vomitio illa, quod mirum fuit, nec ulla ratione allevari potuit: digito indicabat ſedem affectam, nempe ſuperius orificium ventriculi & pylori regionem, ſenſum quendam ponderis habebat: In horas marceſſebat, facies concidebat, & totus venter collapſus eſt, præſertim qua parte ſubjacet ventriculus: Quidam, ut aliquid afferre viderentur, Jecur & lienem putruiſſe dicebant, alii ad meſenterium obſtructionibus plenum confugiebant, Et illud commune Medicorum aſylum eſt, ſine quo vix rem lucrúmve facere poſſint, ſed id non ſine magna ægrotantium clade & Medicotum opprobrio: quaſi verò in illis duabus partibus ſolum omnium morborum cauſa exiſtat: ad ſyrupum de cichorlo ſolennem confugitum eſt, ſed omnia fruſtra. Tamen qui paulo accuratius rem inſpicerent, cum viderent tamdiu perſeverare vomitionem, dolorem ad ventriculum non admodum urgentem, nihil profici fotu, litu, delectu ciborum, balneo quoque ipſo, neceſſario pylori vias obſtructas collegere: Satis apte quidem, ſed unde obſtructio? an à ſcirrho an ab inflammatione? ſi ab inflammatione, cur febris non erat acuta, & cur non perimebat intra paucos dies?

Interiit tandem plane emaciatus, ac ſi ſphacelatum corpus eſſet. Aperto cadavere, illud utrumque viſcus, Lien & Epar, quod fomitem malorum falſo judicabant, ſatis erat integrum; quanquam forte intemperie quadam, maláque diatheſi utrumque affectum erat, non ita tamen ut inde mortis occaſio naſceretur. Ventriculi facies extima erat vermiculata, pylorus talis & pene reſtrictus: facies interna corrupta & putris, & ſtatim laceratus eſt ventriculus, adeo (quod mirum fuit) in tota ſua natura erat putris & cadaveroſus, humor qui in eo erat nigricabat: gangræna & ſyderatio erat ventriculi, quod nunquam fere contigit. *G. Ballonius conſ. xliii. lib.* 1.

SCHOLIA.

MIrum cum tam male affectus eſſet ventriculus, & ejus vis deperdita, quomodo tamen ejus vis expultrix in citando Vomitu vigeret. Vomitio illa plane erat contra naturam, non à facultate excretrice vegeta, ſed à retentrice deperdita, agente ſuperiore orificio ventriculi, obturata pylori via, hinc reſidua vi quantalacunque in parte, ſtatim remeabat id quod in ventriculum injectum erat. Quæſtio eſſe poteſt, unde illa ſyderatio ventriculi? an ab inflammatione, an à veneno, an ab alia qualitate? ſi ab inflammatione, febrem adeſſe oportuit, quod preſertim ea pars inflammaretur quæ locum maximum in corpore obtineret. Ille cum genio indulſiſſet & vinis generoſiſſimis uſus eſſet, credibile ventriculum tandem vitium aliquod concepiſſe, ſive per ſe, ſive per fluxum materiæ ab hepate, aut occaſione ſuppreſſæ illius materiæ quæ ſolemni evacuatione evacuabatur; Ita enim ventriculus, ut & alia pars, poteſt in tota ſua ſubſtantia affici & corrumpi, ut & partes aliæ. Accedit quod phlogoſis quædam potuit oriri in pyloro, & ejus contagione affici ventriculus, citra tamen febrem continuam ardentem: quod contingit in melancholia hypochondriaca laborantibus, in quibus Pylorus phlogoſi detinetur citra manifeſtam febrem: quod eſt notandum. Quod autem veriſimile ſit in ventriculo, & partibus ei vicinis, illam phlogoſin conceptam fuiſſe, ſatis indicavit refrigeratio partium extimarum, quæ xxv. dies perſeveravit, & quinque diebus antequam è vivis excederet febris apparuit in omnibus partibus. *Idem.*

OBSERV.

Observatio XII.

Vomitus ab anguſtia & contractione ventriculi cum Hepatis duritie, Superſtite aſſumpto croco metallorum.

PUellæ v. annorum, cum à Paracelſiſta exhibitus fuiſſet crocus metallorum, paulo poſt ſymptomatibus graviſſimis correpta fuit, Vomitu nimirum vehementiſſimo, cum alvi dejectione & concuſſionibus fortiſſimis totius corporis, tandémq; mors quoq; ſequuta eſt.

Aperto cadavere ventriculus adeo anguſtus, & in ſe contractus fuit, ut magnitudinem ovi vix excedere repertus fuerit. Hepar, veluti ſi in aqua ferventiſſima maceratum fuiſſet induratum, & veſica fellea præter modum tumida, ſanguine citrino repleta erat, Inteſtina à croco iſto (qui in ventriculo ita contracto adhuc latitabat) tincta & infecta fuerunt *Fab. Hildanus cent.4. Obſerv.51.*

SCHOLIA.

CRoco metallorum*)* Medicamentis Chymicis, ex mercurio & Antimonio paratis, caute utendum monet inter cæteros *Fab. Hildanus* Epiſt. ad Mich. Doringium, Neque indifferenter, ut faciunt Empirici, omnibus & in omnibus morbis exhibenda eſſe; deinde diligentiſſime ac fideliter, ab expertiſſimo & fideliſſimo artifice præparari jubet, ne in exhibitione quicquam peccetur. Infeliciter exhibiti Antimonii exemplum huic affine affert ibidem. D. *Perialdus*, *ait*, præter Medicorum conſilium bolum ex Antimonio ſumpſit, hinc parum abfuit quin animam eadem die una cum excrementis evomeret, tam vehemens & impetuoſa per ſuperiora ſimul & inferiora ſequuta eſt operatio. Sequenti nocte doloribus maximis & brachiorum & crurum, ſimul & convulſionibus &c. correptus fuit, paucíſq; poſt diebus animam Deo reddidit: Vide plura infelicis ſucceſſus loco citato.

Observatio XIII.

A frequentia Vomitus, & Purgantibus crebro exhibitis, ventriculi inflatio reperta eſt.

ILluſt. Dominæ, ſpaſmodicis affectibus obnoxiæ, ventriculus vomitu continuo laceſſitus, nec alimenta nec medicamenta retinebat, &c. Illi inteſtina & ventriculus ſatis ſana, integra enim & bene colorata apparebant, erant tamen inanita & quaſi inflata, ut pote quæ in perpetuas fere evacuationes, ſupra aut infra habitas ſollicitata fuerint. Ventriculus valde Inflatus erat, ejuſque *tunica interior abſque plicis* aut rugis plana evaſerat, quod certe acciderat ob crebros vomitus, viſcere hoc ſpaſmis continuis fere affecto. *Vide hiſtor. lib. I. Tit. de ſpaſmodicis affectibus*, ex Williſio.

SCHOLIA.

T*Unica interior)* Ventriculus tribus conſtat tunicis, una communi à diaphragmate orta, & duabus propriis, externa internáque. Hæc tota nervoſa eſt, ac in ſuperficie interna ſubſtantia villoſa, ſeu filamentis rectis, tunicæ ipſi perpendiculariter inſertis (prout in panno ſetico qui velutus dicitur) ubique obducitur: Velum hoc, per ſe tunica ſatis firma, & ab aliis diſtincta apparet. Hac amota occurrit ipſa Tunica Nervea, fibris varii generis & diverſimode intextis conſtans, per cujus telam raram vaſa ſanguifera innumera & ramificatione denſiſſima producuntur; Hæc tunica interiorem ventriculi cavitatem conſtituit, cujus fibræ potiſſime ad ſenſationem, & forſan quadantenus etiam ad motum faciunt: In has medicamina quæque imprimis agunt, & juxta impreſſionem ſenſibilem iis inflictam, operatio hujus aut illiuſmodi ſuccedit.

Ventriculus valde inflatus erat, &c.) Quoad Tunicæ hujus motum, etſi contractiones ſpontaneas ei prorſus denegemus, attamen ſatis manifeſto liquet eam frequenter diſtendi, inflati, intumeſcere, inque majorem capacitatem ampliari: quod ita fieri contingit, non ſolum à flatibus intra ſtomachi cavitatem genitis, ſed longe ſæpius à ſpiritibus fibrarum ipſarum incolis, qui ſi valde irritati, inque impetum exploſivum adacti, iſtas ſimul omnes dum tumultuoſe & *ἀθρόως* incurrunt, ſumme inflant & diſtendunt, proinde totam membranam, quaſi veſicam inflatam intumefaciunt: Nam ſi fibræ illæ nerveæ omnes eſſent cavæ & tubulatæ, iiſque ventus ſubito inſufflaretur, neceſſe foret vas quod contexunt illico diſtendi & dilatari: Pariter habet quando ſpiritus, velut oeſtro perciti, in eas impetuoſius irruunt. Propter hujuſmodi cauſam conjunctam, & efficiendi rationem, Ventriculus in paroxyſmis hyſtericis, & colicis, & non raro in affectione hypochondriaca, intumeſcere ſolet. Hinc etiam Singultus oritur, ejuſque reciprocationes ob ventriculum per has fibras modo inflatum, & per diaphragmatis ſyſtolen, modo depulſum, contingunt. Denique pharmaca deleteria & venena, quatenus ſpiritus valde ſtimulant, inque has fibras furioſe concitant, ventriculi aliorúmque viſcerum diſtenſiones, & inflationes ſæpe horrendas inducunt, atque ob ſimilem fere rationem Tympanitem oriri ſtatuimus. *Willis Pharm. Ration. ſect. 1. cap. 2.*

Tunica abſque plicis aut rugis, &c.) Interior hæc tunica in corporibus ſanis multas habet rugas ſive plicas, in ventriculi ſuperficie concava eminentes, quæ videntur eſſe quaſi totidem ſepimenta, ſive ſulci, quibus chyli portiones hic illic tenuiter diſperſæ, melius coctionis ergo ab invicem detineantur, ne ſimul in maſſam ſpiſſiorem confluerent. Plicæ iſtæ formantur, quatenus hæc tunica exteriori carnea multo amplior eſt, quare ut ab ea contineatur, neceſſe habet in plicas, ſive rugas iſtas colligi. In bibonibus vero & gulofis, quibus à crebra & nimia ventriculi impletione tunica carnea plurimum extenditur, etiam interior illi coextenſa, rugas ſuas omnes amittens, plana & tenuis inſtar veſicæ inflatæ evadit. *De cæteris Tunicis Vide Ibid.*

Observatio XIV.

Vomitus à ventriculo perforato.

NOb. Joh. Gaſpar à Miltiz, &c. cum ſputo ſanguinis ſine phthiſi & hectica laborаſſet, atque in patriam remiſſus eſſet, ſummo labore curatur. Sed in morbum relapſus cundem, variis ſymptomatibus conflictatur, & inter alia Vomitu quoque continuo: Licet vero varia ad illum compeſcendum exhiberentur, morbo tamen ſuccubuit.

Cadavere aperto, abdomen quoque aqua repletum, & ventriculus circa orificium perforatus deprehenſus fuit: An huic rei cauſam præbuit Tuſſis illa ferina qua dies & noctes moleſtabatur? An ratione pulmonis corrupti evenit? *Ph. Salmuth cent. 1. obſ. 2.*

Observatio XV.

Vomitus ab abſceſſu circa fundum ventriculi.

QUidam annos natus xl. obſtructione alvi ſæpe laboravit, cui per os medicamenta exhibita parum profuerunt, clyſteres vero contulerunt. In dies tamen & alvus minus ſatisfecit officio, ac Vomitus nutrimenti ſemicocti in maxima copia aucti ſunt, donec tandem atrophia corpus omnino contabeſceret: melius vero ſemper ſe habuit quando ſolio aquæ dulcis tepido inſedit.

Poſt mortem repertus ingens abſceſſus, ex eo genere qui ſteatomatici dicuntur, ad magnitudinem anſerini ovi, qui ſatis durus fuit redditus. *Ex obſervat. Ioachimi Camerarii Medici Noribergenſis.*

Observatio XVI.

Vomitus à gemino ventriculi ſteatomate.

IOh. Prevotius in cadavere quodam vidit ſteatoma parti internæ orificii ſuperioris ventriculi, magnitudine ovi adnatum, quo propendente Vomitus continue infeſtabat. Alterum digiti longitudine, ad ſiniſtrum quoque orificium, ejuſdem mali cauſam. *Ioh. Rhodius obſerv. 63. centur. 3.*

Observatio XVII.

Vomitus ob Pylorum occaleſcentem, cartilaginoſum redditum.

§. 1. ANtonius Brunus, cum emanducatum cibum breviore quam par erat temporis ſpatio contineret, & ita ut erat incoctum rejiceret, omnibus medicamentis, quæ ſtomachi vitiis adhiberi poſſunt, diligentiſſime fotus eſt: Verum cum ea nihil omino proficerent, & corpore ob inopiam alimenti jam abſumpto, vix pellis & oſſa ſupereſſent, gradatim tandem ad mortem deductus eſt.

Quare defuncti cadavere publicæ utilitatis cauſa inciſo, inventum eſt hominis ventriculum ita junctis oris ad imam ejus partem occaluiſſe, ut cum nihil inde ad inferiora tranſmittere potuerit, neceſſario mors ſubſequuta ſit. *Benivenius cap. 36. de abditis.*

§. 2. Romæ quendam aperuit *Petrus Servius*, Eruditus Medicus, qui Vomitu continuo vexatus fuerat, ut quævis aſſumpta ſtatim rejecerit.

In diſſecto cadavere Pylorus callum viſus eſt obduxiſſe. *Thomas Bartholinus centur. 6. obſerv. 47. Et ſpicilegio 1. de vaſis lymphat. cap. 5.*

§. 3. In ventriculo hominis anno integro aſſidua Vomitione vexari obſervavit *Hyginus Thalaſſius*, Author fictus, in Reſponſione contra *Riolanum* cap. 4. ita coaluiſſe & occaluiſſe pylorum, ut cartilagineus videretur, & vix novacula divideretur.

Scholia.

HInc nihil in ſtatu communi chyloſi ſucci per poros ventriculi, ſed omne per pylorum ad inteſtina elabi, illotum atrophia demonſtrat quibus pylorus obſtructus fuit: Vide exempla, ex *Riverio* cent. 1. obſerv. 90. *Benivenio* obſerv. 36. *Hippol. Boſco* Lect. 1. de Facult. Anat. p. 211. & alia.

§. 4. Sibi, & aliis Medicis Delphenſibus, viſam hiſtoriam nobis narravit *Ioh. Vander Meer*, Medicus Delphenſis, de muliere quadam quæ Delphis circiter per ſemi annum male habebat, & alimenta aſſumpta poſt aliquot horas,, primo bene cocta, poſtea valde fœtentia Evomebat, cui alvi dejectiones paulatim magis magiſque imminuebantur, ita ut primis ſeptimanis bis terve, poſtea ſemel in ſemel in ſeptimana, tandem vix quatuor ſeptimanarum ſpatio ſemel alvum dejiceret, & ſatis pauca excérneret, atque hinc vires paulatim

latim magis magiſque imminuebantur, totúmque corpus ad extremam maciem deduc batur, uſque dum tandem mors morbum finiret.

In cujus aperto cavere Pylorus cartilaginoſus inventus eſt, adeóque anguſtus ut maj rem duntaxat aciculam tranſmitteret. *De Diemerbræck Anatom. lib. 1. cap. 5.*

SCHOLIA.

INde conſtat Pylorum non ſubito nec diu totum obſtructum, ſed paulatim anguſtatum, ſicque chyli tranſitum paulatim imminutum, hincque defectu ſufficientis alimenti vires paulatim dejectas & paulatim corpus emaciatum; cum etiam ex tatis a vi dejectionibus, & ex eo quod pylorus tranſitu aciculæ majoris permitteret, liquet dictæ ægræ nur quam penitus occluſum fuiſſe pylorum. *Idem.*

Observatio XVIII.

Vomitus à Pylori ſcirrho.

SEcabatur quidam Lutetiæ cui durities erat circa pyloron: Et ego quoque ſecui quer dam, qui cum continuis affligeretur Vomitibus, & cibos aſſumptos rejicere ſtatim coge retur, & idcirco tanquam hypochondriacus curaretur, Secto cadavere pyloron ſcirrho ſum omnino reperiebam, ut tranſitum chylo intercluſum fuiſſe facile conſtaret.

His admonitus, Nob. à Bilan hypochondriaco; graviérque eodem ſymptomate confli ctato, periculum prædixi, quemadmodum etiam intra tres ſeptimanas fuit extinctus: Re vomebant vero ſemper cibum ingeſtum, & præterea quiddam ſubnigrum, quod pro me lancholico ſucco, ad ventriculum pro appetitu excitando mitti conſueto habebam: Qu poſtmodum per pyloron ad inteſtina, ſicuti & cibus, tranſire non potuit. Diocles certe af fectionis hypochondriacæ ſubjectum, pyloron potius ſtatuit quam venas Meſaraï. *Ph Salmuth Obſer. xx. cent.* 1.

Observatio XIX.

Vomitus excitatus ob Pylorum materia Steatomatica oppletum.

RUſticum novit *Ioh. Theod. Schenckius* Exercit. 7. l. 1. ſect. 2. c. 33. cui venter binis à paſtu horis ſubito in magnam molem extendebatur, neque aliud ſibi quam ſuccedens tan dem cum nauſea Vomitus pro remedio erat.

Atrophia vero mortuus, oſtendit Pylorum à materia ſteatomatoſa oppletum, exili in medio relicto foramine, per quod vix creditu poſſibile conjiciebatur vel liquida tranſire potuiſſe.

Observatio XX.

Vomitus continuus ob Pylorum tuberculis ſcirrhoſis obſeſſum.

JUvenis Illuſtris diu Cachecticus, ac Vomitu crebro, & dein per plures menſes quotidiano & fere continuo laborans, demum viribus ſumme attritis mortem obiit.

Cadavere aperto, deprehendi Pylorum Tuberculis ſcirrhoſis, valde teneris & ſenſibilibus circumcirca obſitum, quæ hiatum ejus pene occludebant, adeo ut Chylus nodorum interſtitiis impactus ſumme putreſceret, totúmque proinde viſcus ſenſu moleſtiſſimo, & ſpaſmo fere continuo afficeretur.

SCHOLIA.

V*Omitu crebro &c.*) Si quando quiſpiam vomitu afficiatur, in ſe perſentit fundum ventriculi ſurſum contrahi, atque orificium ſuperius aperiri, Pyloro interim (uti videtur) occluſo aut introrſum deducto, ſimúlque totum Oeſophagi ductum motu inverſo, ſcil. ab imo ad ſummum, velut cochleatione quadam committi, ut contenta quæque uſque ſuperius protruſa demum per os egerantur: Hujuſmodi partium iſtarum motus proculdubio perficiuntur per fibras carneas mediam ventriculi tunicam pertexentes. Nam advertimus in hac binos diſtinctos fibrarum carnearum ſive motricum ordines, quæ ſtomachum quoad dimenſiones ſuas omnes cingunt, atque ſimul contractæ fundum & latera ejus una colligunt, ſurſum ducunt, & verſus hoc vel illud orificium inclinant, propterea ut contenta quæque modo hoc modo illud ejiciantur: Quoad fibras interiores, quæ cæterarum omnium contractiones ad hanc vel iſtam evacuationem determinant, ſi irritatione leviori circa ſtomachi fundum aut latera alicubi facta, ſpaſmus juxta pylorum incipiat, atque fibræ motrices internæ in finibus ſuis dextris prius ac potius contrahantur, tota ventriculi compages illuc contracta, ſaburram ſuam ad inteſtina ſuffundit: Sin vero irritatio vehemens & valde laceſſens in quavis ſtomachi parte excitata, facile compeſci aut verſus inteſtina transferri nequeat, ſpaſmus juxta fibrarum interiorum fines ſiniſtros incipiens, & verſus os ventriculi ducens, illuc totam ſtomachi capacitatem ſumme coarctatam, corripi facit; adeo ut Pyloro intus deducto, vel occluſo, atque ventriculo aperto, contenta quæque ſuperius ejiciantur: Eædem fibræ carneæ, prout ſpiritus animales varie proritati, ex his vel illis ten-

dinibus prius in illarum fines, dextros aut ſiniſtros, proſiliunt, ibidemque ſpaſmos incboant, reſpective ad ſeceſſum aut vomitum moliendum determinantur: Porro, dum ad egeſtionem ſupernam ventriculus prædicto modo diſponitur, etiam Oeſophagus propter eadem contenta ejus ſurſum efferenda in actione conſpirat: Quippe cum in tunica hujus carnea fibrarum motricium binos ordines duplicatos, quarum aliæ oblique aſcendentes; aliæque deſcendentes ſeſe omnes mutuo decuſſant, notaverimus, priorum munus eſſe videtur, ut illæ in nixu vomitivo ſeriatim contractæ, gulam pone ſaburram egerendam uſque occludant, eámque adeo in oris hiatum propelli faciant.

Totum viſcus ſpaſmo fere continuo &c.) Vomitio igitur, ſi quidem ſtomachi motus violentus, & ſæpiſſime involuntarius fuerit, haud immerito *Convulſivus* dicitur, quem inſuper à ſpirituum animalium, qui iſtas fibras carneas poſſident, exploſione, ſive magna quadam expanſione procedere ſtatuimus, (juxta ſpaſmologiam noſtram.) Enimvero ſpiritus iſti ſumme irritati, & proinde ſtatim elaſtici, primo è tendinibus prope orificium ſiniſtrum conſitii, & deinde mox ex illis in fibras carneas impetuoſe irruunt, eáſque ſumme inflant ac abbreviant, adeo ut Tunicæ iſtius partibus omnibus ad ſe invicem propius adductis, tota ſtomachi cavitas coarctata, & ſimul complicata, adeóque ſurſum verſus ſiniſtrum orificium contracta, contenta quæque, velut emboli impulſu, ſuperius per vomitum excernenda propellat: In pleriſque aliis ſpaſmorum generibus motus convulſivus verſus eundem terminum ac naturalis peragi ſolet, Vomitio autem videtur affectio ſtomachi actioni ordinariæ & naturali contraria, aut ſaltem oppoſita; Hujus enim ſolennis & fere conſtans geſtus eſt, quoad totum, aut partes ejus, deorſum aut verſus pylorum contrahi; tali namque motu & tendentia ejus opus eſt, quo alimenta deglutiti, in ventriculi fundum deſcendere, ibidémque arctius comprimi, de latere in latus devolvi, in chylum digeri, ac demum ad inteſtina tranſmitti queant: Itaque propter hos uſus fibræ motrices utriuſque ordinis, blandis ſpirituum incurſibus inflatæ, ventriculum ad eum modum, quem naturæ inſtinctus ſuggerit, facile componunt: Quinimo ſi irritatio quæpiam ſtomachi fibris nerveis acciderit, donec noxa levior & facile mobilis fuerit, contractio expulſiva verſus pylorum potius quam gulam inſtituetur: In vomitu autem fibrarum motricium ſpaſmus ab alteris eorum finibus, vid. ſiniſtris incipiens, & ſtatim violentus & impetuoſior factus, totam ſtomachi cavitatem ſimul collectam, & valde coarctatam, verſus ſiniſtrum orificium corripi & illac evacuari cogit: Cujus ratio eſt, quoniam ſi quid valde incongruum, ac naturæ infeſtum ſtomacho inſederit, illud non ordinaria via per longas inteſtinorum ambages, ut tandem per anum expellatur, circumferri, verum exitu propiore rejici, & è veſtigio, ac mora ſua labem incurabilem afferat, excerni debet: Porro, cum aliis partibus à ventriculo diſſitis, moleſtia magna infertur, ne dum natura circa eas occupatur, ſtomachus (ubi primus vitæ fomes eſt) noxium aliquod ſuſcipiat, in majorem ejus tutelam ſæpenumero vomitus per conſenſum excitatur: Adeo ſumma Divini conditoris providentia cautum eſt, ut pro certiore corporis humani, tanquam arcis cuſtodia, quoties hoſtis externus irruet, aut inter proprias accolas ſeditio exorietur, illico extra primos aditus, ſcil. ventriculi porticum, hoſpites quicunque tanquam perſonæ ſuſpectæ ejiciantur: Itaque vomitionis cauſa proxima, ſive conjuncta eſt, Spirituum animalium, Ventriculi tunicæ carneæ inſitorum, ſubita & vehemens exploſio, qua quidem illi plurimum irritati, proindéque expanſi & rarefacti, cum è fibris tendinoſis omnibus, tum prius & præcipue ex illis quæ prope os ventriculi conſitæ ſunt, in fibras carneas impetuoſe proſiliunt, eáque adeo repente inflant ac abbreviant, propterea ut ſtomachi latera & fundus ad ſe invicem propius adducta; ſimulque verſus orificium ſiniſtrum ſurſum correpta, contenta quæque in Oeſophagi ductum ejiciant, unde (cum & hujus contractio ab imo ad ſummum è veſtigio ſuccedat) per oris hiatum egeruntur.

Spiritus iſti ejuſmodi exploſiones emeticas ineunt, quia ſumme irritantur: qua ratione id fiat in tractatu de Affectibus convulſivis oſtendimus; nimirum illi, cum natura valde elaſtica prædici ſint, à quolibet ἐρμῶντι, immo interdum ſua ſponte ob copulam heterogeneam exiliunt, & ſeſe quaquaverſus impetuoſe proripiunt: Porro, cum noxa ſtomachi fibris carneis infligitur, ſpaſmus excitatus, in his verſus pylorum, in aliis verſus os ventriculi promptius fertur, proindéque aut vomitio aut purgatio ſuccedit.

Adeo ut chylus impactus ſumme putreſceret &c.) Quod ad vomitionis cauſas remotiores ſpectat, hujus cenſus erunt quæcunque ſpiritus ſtomachi fibris carneis inſitos, multum aut graviter irritant: Quod ſi quidem pluribus modis fieri contingit, eos ad certa quædam capita reducemus: Atque imprimis huc referri debent objecta improportionata, ventriculi tunicæ alteri, interiori ac nerveæ, ſeu potius ſpiritibus ejus incolis, admota: hæc enim vellicata, ſæpe alteram ſuperſtratam in ſpaſmos emeticos ciet: Irritamenta iſta ſunt vel ore ingeſta, ſcil. Alimenta incongrua, Pharmaca, aut Toxica, vel materies in ventriculo genita, vel denique è longinquo per arterias aut nervos illuc delata: Aut 2°. Spiritus fibrarum ſtomachi carnearum incolæ irritantur, propter moleſtiam quandam ſpiritibus aliis, hic illic procul diſſitis inflictam, & inde per fibrarum aut nervorum ductus ventriculo communicatam: Vomitio priori modo excitata dicitur propria ventriculi affectio, atque hæc poſterior, per conſenſum fieri: Horum omnium inſtantias quaſdam notabimus: afferemus. 1°. Igitur irritatio ventriculi tunicæ interiori facta, præ alia quacunque cauſa vomitionem ciet: Etenim hæc pars nervea & valde ſenſilis, ab omnibus ventriculi contentis impreſſiones ſuſcipit; & juxta quod hæ jucundæ aut moleſtæ fuerint, tunica carnea ſuperſtrata ad complexionis vel excretionis motus ſtimulatur: & quoad poſteriores hoſce, prout objectum improportionatum plus aut minus naturæ moleſtum eſt, aut Vomitio aut Purgatio accietur: Porro in hac ſtomachi tunica peculiare quoddam Senſorium, Sive tactus ſive guſtus, à quovis alio in toto corpore diſtinctum collocari videtur: Quippe cum pharmaca, aut alimenta quædam, uti Stibium, Mercurius vitæ, flores Antimonii, ova piſcis Barbi, cum multis aliis ore maſticata, nullam ſenſui exhibent moleſtiam, illa ſtomacho immerſa tunicam hanc quam immaniter irritant & brevi ſpaſmos graviſſimos cient: Porro ſi quis alimenti per antipathiam incongrui portiunculam, vel inſcius ingluticrit, illud quam minimum licet, aliiſque cibis obvolutum, & velut larva objectum, à ſtomacho dignoſcitur, & tanquam eſſet hoſtis clandeſtino

ingreſſus

ingreſſus, impetu protinus concitato foras projicitur: Irritamenta emetica ore ingeſta ſunt vel Pharmaca, vel Venena; poſteriora effectum producunt, quatenus naturæ plurimum infeſtæ ſpiritus ſtomachicos primo contactu percellunt, & velut in furorem adigunt: Vel 3°. Alimenta, de quibus ſatis vulgo notum eſt ea, ſi in qualitate manifeſta aut occulta, vel quantitate vel aſſumendi modo delinquant, ſtomacho improportionata evadere, proindéque non raro vomitum ciere. Secundo, Materies Emetica nonnunquam in ventriculo generatur, nempe cum aſſumptorum nulla ſit culpa, quandoque chylus, aut ventriculi ſuccus fermentativus in humorem acidum, auſterum aut amarum, aut alias infeſtum, proindéque irritativum degenerat, prout in cholericis & hypochondriacis paſſim evenire ſolet. 3°. Nec minus frequenter humor irritativus in ventriculum aliunde ſuffunditur, præterquam enim quod Bilis ac (uti nonnulli opinantur) ſuccus Pancreaticus, modo ſingulatim, modo ſimul congreſſa & mutuo effervеſcentia in ventriculum exantlata, fibras ejus in ſpaſmos vomitivos cient, Inſuper materies heterogenea per arterias huc tranſlata, vomitus ſæpe immanes concitat: ita in paroxyſmis & criſibus febrium, & præſertim in peſte & variolis ſæpiſſime contingit: Interdum maſſa ſanguinea turgeſcens recrementa ſua, ſi quidem per διαῤῥοιὰν expellere nequit, per arteriæ cœliacæ ramos ventriculi & inteſtinorum cavitatibus ingerit, adeo ut horum tunicæ inſigniter vellicatæ vomitiones horrendas ſimúlque affectus dyſentericos patiantur. Nec tantum per arterias, ſed quandoque etiam per nervos materies vomitiva deſcendere videtur, Hinc colicam ſæpe oriri clariſſime oſtendimus: Quinimo in multis (qui pathematis ſpaſmodicis obnoxii fuerunt) obſervavi, poſt cephalalgiam cum torpore & vertigine, diatheſin vomitivam ſucceſſive, ut abſque notabili ſtomachi impuritate, quotidie ingeſta vomitu redderent: Materia ita per arterias vel nervos ſtomachi tonicæ ſuffuſa, modo laxa & facile diſſipabilis, brevi rurſus excutitur, adeo ut affectio cito pertranſeat: modo fixior iiſque pertinacius adhæreſceos, imo nonnunquam in *Tumores varii generis* concreſcens, diatheſin vomitivam diuturnam & non facile curabilem inducit.

Hæc de vomitu, cujus cauſa materialis, ſive irritativa alicubi circa ſtomachi ſuperficiem interna conſita, & nudo contactu fibras nerveas afficiens spiritus fibrarum carnearum incolas in Exploſiones emeticas ciet, Reſtant plures aliæ vomitionum ſpecies, in quibus irritatio fit in aliis locis, & mox ſtomachus per conſenſum in ſpaſmos concitatur; Quippe inter hoc viſcus & pleraſque alias partes, cum tanta ſit neceſſitudo & mutua dependentia, frequenter accidit ob ſpiritus quoſdam animales alicubi valde perturbatos, mox ſpiritus alios ventriculi hoſpites, aut fibrarum continuitate aut nervorum commeatu, pariter affici, inque exploſiones vomitiva adigi. Hujuſmodi vomitionis ſympathicæ loca ſunt vel propinquiora, ſc. utraque ſtomachi orificia, cum duodeno & oeſophago: vel remoriora, ſcil. ἐγκέφαλος & meninges, nec non Lien, Renes, Vreteres, Meſenterium, Uterus, forſan & alia abdominis viſcera in quorum uno vel ſimul pluribus, ſpaſmus excitatus, & exinde per nervorum ductus ſtomacho communicatus, fibras ejus carneas in contractione emeticas ciet: Pariter in capite, cum ſpiritus animales valde perturbentur, horum inordinatio mox alios ventriculi hoſpites per conſenſum afficit, inque ſimiles ἀταξίας concitat.

Deprehendi Pylorum &c.) Utraque ſtomachi orificia, ſive oſtia, cum ob multiplices nervorum inſertiones valde ſenſilia ſint, facile irritantur: proindéque modo introrſum, modo extrorſum deducta varieque expanſa vel occluſa, ſpaſmos excretorios in toto ventriculo, aut ſurſum aut deorſum tendentes excitant: Nullus fere in ſeipſo quin perſentiat humores aut acidos aut amaros in ſtomacho fluctuantes, & orificium ſiniſtrum mordicantes, nauſeam & vomitionem ciere: Nec minus à bile in Pylorum regurgitante idem effectus producitur: In Pyloro autem *Helmontius* ſtatuit appetitus aliorumque pathematum mere naturalium officinam eſſe, Porro ab hujus indignatione & obſtinata occluſione Vomitiones horrendas procedere: Quanquam his minime aſſentiamur, attamen propter hæc oſtia nimis obſerata Vomitum aliáſque ſtomachi affectiones malas oriri hiſtoria citata & alia docent. *Willis Pharmac. Ration. ſect. 2. cap. 1.*

Observatio XXI.

Vomitus ab occluſo per nummum argenteum deglutitum Pyloro.

Fata ſæpe vitam invenire, qua hominem eneceent, minime prævisam mortalibus, docuit Amſtelodami infortunium puellæ quinque annorum; Ea inter ludendum anno 1667. nummum argenteum exiguum, aſſem, ſive ſtuferum, ut vocant, valentem, qui ſeptem colligatas in faſcem ſagittas, provinciarum Belgii unitarum inſigne præ ſe fert, deglutierat, inde altero tertioque die nullum ſentiebat incommodum, quarto de dolore ventris cœpit queri, locumque doloris manu deſignabat in ſiniſtro latere, circa inferiorem partem ventriculi: augeſcente in dies dolore appetitus perit, & quicquid ciborum ſumit, rurſus ejicitur, vires intra paucos dies collabuntur: Ego xx. die menſis Decembris advocatus (xiii. nummus fuit deglutitus) catharticum medicamentum exhibui: quod ſtatim per vomitum reddidit: itaque nec inferne nec ſuperne ſe prodente nummulo, id quod erat ſuſpicatus, eum in pylori hærere orificio, fatalem pronuntiavi parentibus ſententiam, & quo certius ſententiæ meæ veritatem explorarent, author fui ut vita functam puellam mihi ſecandam permitterent; addicunt, & 23. die iſtius menſis circa veſperam miſera extinguitur, ſatis præter opinionem meam placido fato.

Altero die cauſam mortis oſtenſurus parentibus, eam diſſeco, & ecce nummus circulo iſti, qui pylorum undique cingens coarctat, non ſecus ac cooperculum ollæ incumbens, omnem alimento ad inteſtina tranſitum prohibebat; Reperi ergo inteſtina vacua omnino,

cæterum ſana: nummumque ex parte interiore ventriculi, jam accreſcente illic pinguiore quadam materia firmarum, ex parte inteſtinorum obſeſſum quibuſdam, qui facile diluebantur, vaporibus. *Th. Kerckringius obſervat. Anatom.* I.

Observatio XXII.

Vomitus puerorum à nimia lactis copia, Pylori anguſtiam nativam non pertranſeunte.

SCitur & ridetur ab omnibus illa ſimiæ, animalis alias ſagacis, ſtoliditas, quæ catulos ſuos præ nimio affectu tam arctè pectori ſuo apprimit, ut exprimat animam: Haud multo ſapientiores pleræque matres, quæ filios ſuos nutriendo neçant & lactando mactant: Anatome illas, ſi ſapere vellent, doceret quam facto in uno, dum piæ eſſe volunt, ſceleratæ exiſtant: Oblati enim mihi ſæpiſſime ſunt ex iis quibus lac nimia copia fuerat exhibtum, febri continua brevi tempore extincti, quorum dum mortis immaturæ cauſam indagabam, omnes ita obeſos & pinguedine obſeſſos inveni, ut vix ſcirem quo cultrum anatomicum adigerem: qui pueri dum ſugenres perpetuo Vomerent, lætabantur ſtolidæ matres, vulgatum illud ſuum identidem occinentes, *Pueri qui vomunt, creſcunt*, vere illud quidem, lac enim ut alimenti maximi eſt, ita facile, quando majori copia ſuppeditatur, quam ut calor nativus illud convertere poſſit in perfectam carnis ſubſtantiam, in pinguedinem abit; quæ non minus periculoſum infantibus dat ſtatum, quàm adultis athletica corporis habitudo, quæ dum eadem quotidie gravatur copia, neceſſario in eadem incidunt incommoda pueri, in quæ ex nimia çrapula adulti: Quis vitæ diuturnitatem promitteret ei qui ita ſe ingurgitaret quotidie, ut ter quatérve ſingulis diebus remetiretur vomitu quæ aſſumpſiſſet? Quid, an in tenera iſta ætate crapula hæc non eſt multò peſtilentior? nec enim calor iſti tam copioſo alimento digerendo ſufficiens eſt: nec retentrix facultas ſatis valida, nec expultrix accommoda: Nam ut hoc etiam ex anatomica curioſitate addam, Puerorum pylorus tam arcto ſigillo à natura munitur, ut ſi inſles, eum ſiccare poſſis, quamvis inferne non occludas: quæ naturæ diſpoſitio non videtur apta ad tantùm lactis per eum dimittendum, ideóque regurgitat & infantem eneeat. *Th. Kerckringius obſervat. Anat.* xl.

Observatio XXIII.

Vomitus nigricantium humorum ob Pylorum exactè clauſum.

PRopter *Pylori* pertinacem *clauſuram* humor alimentarius fit æruginoſus, unde Vomitus periculoſus ſequitur, imo lethalis fit: quippe *Helmontio* narrante, Sectum quodam cadaver alicujus Vomiturientis nigricantia, præter pylorum exactè clauſum, nullum aliud vitium repertum eſt. *Oſvv. Grembs Arb. r. & int. lib. ij. cap.* 1. §. 3.

Scholia.

P*ylori clauſuram*) Pylori occluſioni aliquando aſſignatur cauſa vomitus quæ à duodeni compreſſione contingit, obſervante *Riolano* Encheir. cap, 17. lib. 2. Hujus obſcura eſt, *ait*, detectio, nam verſus ſpinam inveſtigandum cum principio jejuni, cum diapragmate. Iſthæc poſitio & intextura diligenter notanda, quia ſæpe obſtructionis & vomitus alimenti cauſa eſt ſine vitio pylori, atque bilis fluens per meatum cholidochum exitu prohibita, regurgitat in ventriculum.

Observatio XXIV.

Vomitus bilis coercitus Tertianam febrem, hinc paralyſin, poſt mortem invehit, ob illius in cavo Iecoris retentionem.

QUidam quotidie *bilem vomebat*: hæc ceſſat vomitio, poſt tertiana corripitur: hac ſoluta reſolvuntur partes omnes ſub capite; Aperto mortui cadavere bilis praſſina eperitur in cavo Jecoris &c. *Fernelius cap. x. lib. de Febrib.*

Scholia.

BIlem tamen hoc ævo nonnulli pro excremento omnino inutili non habent, imo inſignes illi otes aſſignant: Inter cæteros audiendus *D. Ioh. eorgius Volcamer, Medicus Noribergenſis, qui in Miſcellaneis curioſis anni* 1671. *obſervat.* 224. de ejus uſu hæc habet: Quidam annorum xxxi. poſt andam excandeſcentiam faſtidium carnium, ita ne intueri quidem eas potuerit, incurrit, limpidæ prius aquæ, dein ciborum etiam omnium ſubſequuto vomitu: Medicus calculum ſubeſſe ratus, ordinato balneo efficere nihil potuit, niſi quod potius, cum virium omnium proſtratione, brachiorum pedúmque extrema purpurei coloris tinctura fecit deformari: Vomitui continuo ſe aſſociavit crebra narium hæmorrhagia, quæ neque venæ ſectione neque aliis tolli potuit: & quamvis interea redeunte aliquali

aliquali ciborum quorumvis, exceptis carnibus, appetitu, vomitus ceſſarent, poſt triduum omnia aſſumpta alimenta immutata, retenta ſingulorum forma denuo per vomitum regurgitarunt: quando diurno tempore vomuit æger, nocturno profluvium ventris expertus eſt, & aquoſa dejecit: hinc fame quaſi canina torquebatur, uſque dum qualicunque frueretur cibo, unde ſedata fame obdormivit: Menſibus aliquot tali cum cruciatu peractis, cum vomitu per nares ad 24. horas uberrime ſanguinem reddidit, nihil proficientibus vel venæ ſectione, vel omnis generis topicis, unde nimia conſequuta virium jactura; Quæ deinde cum vomitu revertebantur narium profluvia, non fuere ſanguinis, ſed ſeri cum cruore miſti: Ad nos portato ægro, exercitatus licet Medicus alius conſultus, cùm per ſudorem motum hunc non naturalem compeſcere conaretur, nullis diaphoreticis, nullius ope balnei elicere illum potuit: Accedebant horripilationes de die, noctu vero totius corporis æſtus increvit, ſupervenientibus etiam deliriis, acribuſque articulorum doloribus: Tandem ego ad curam accitus cum acetoſa ſaltem, non amarulenta evomi animadverterem, obſervatis & aliis circumſtantiis, inferius ventriculi orificium frequenti vomitione nimis fuiſſe debilitatum aſſerui, per quod omnis illa bilis ex poro choledocho in duodenum ſubinde ſcaturiens (quæ alias cum acido ſalino, quod Pancreas per ductum eructat, pro fermento maſſæ alimentari ex Pyloro paulatim egredienti inſervit) crebro vomitu fuerit penitus ejecta, nihilque ejus ſuperſit: Jam verò per vomitū acidum illud ſalinum quod reſtat, donec & illud cum vitæ termino deſineret, evomeretur; Quicquid proinde pro roborando ſtomacho, quicquid pro bile denuo reficienda ſuſcepimus laboris, natura licet interdum conatibus noſtris per unum vel alterum diem nonnihil abblandiente, nihilominus præternaturalis iſtius motus vehementia in illo lethali vomitu omnes noſtros eluſit conatus, uſque dum injuriæ impetuoſi hujus affectus, in dies incrementa capientis, non amplius ferendæ ſufficiens æger, animam tandem Deo reddiderit.

Hinc, qui Bilem pro excremento prorſus inutili habent, naturam imprudentiæ mihi arguere videntur, utpote quæ illam ad inteſtinorum & chylificationis principium ordinarit, & propinquiora ad eam removendam ex corpore loca habuiſſet, ut ne recto per porum cholidochum tramite alimentari ex ventriculo egredienti maſſæ ſe jungeret: Anne autem dicam apud Helmontianos meretur ille qui bilem pro Alcali, ſuccum verò Pancreaticum acido ſalinum, pro acido ſubſtituet? Hæc duo ſicut in oleo Tartari, aceto ex deſtillatione remanenti affuſo videmus, fermentum conſtituunt: Talem vero aſſumptæ alimentaris maſſæ in ventriculo effervescentiam contingere, ubi potius quiete iſti digeſtioni neceſſaria opus eſt, non eſt veroſimile: Annon magis in longis inteſtinorum anfractibus eam commodiorem habitura locum, & opportunam magis occaſionem, ubi flatibus exinde prodeuntibus liber à pyloro tranſitus denegatur, credendum eſt? Ibi enim ſeparatus per fermentationem chylus à vaſis, quæ tenuibus adhærent inteſtinis, lacteis abſorbetur, & ad Receptaculum in lumbis deliteſcens transfertur: Quod ſi autem per inferius ventriculi orificium flatuoſi quid tranſierit, eructabitur: Ructus hic, ſive fuerit nidoroſus, ſive acidus, abundantiam bilis vel ſucci pacreatici arguet: alterutrius verò corruptio, vel in quantitate aut qualitate exceſſus qualiſcunque, unde fermentatio proba impeditur, quid po... in morbis excitandis, indaganti non impervium ... turum eſt.

Quæ autem in Obſervatione de infelici Bilis ... vomitum rejectione audentius pronuntiavi (*ait ide... Clar. Volcamer Ann. ad dictam obſervationem*) du... Bilem non ſaltem excrementum corporis eſſe, ſ... magis neceſſariam tot uſibus in facultate natur... promovendis, nemo mihi vitio verter: hactenu... enim videre non potui unde in ventriculo ferme... tum ſuum ducat originem; pars enim prorſus mem... branacea, nil niſi craſſitie a veſica diſcrepans; inte... rius inſuper aliquo lentore obducitur, ut aſſumpta... alimentarem maſſam promptius exprimere poſſi... quam viſciditatem acor fermenti ſubinde in eo ge... niti abſumeret: Hanc toties abradi obſervamus ... acriore purgantium, manifeſto periculo ipſi ſtoma... cho inſidiantium: Accedit, ſi cibus fermentationem in ventriculo admitteret, ardor ſtomachi ex... oriretur, quod uſu frequentiſſimum apud illos q... varietate nimia cibi potuſque delectari ſolent: Qui... ipſe ſtomachus pro promovendo naturæ inſervi... ut paulatim maſſam aliquandiu digeſtam expri... mat, ne continuo cibum appetere cogeretur ani... mal: Sic & ipſe ventriculus vulnere non lethalite... afficitur, & quamvis venulæ quædam lacteæ ipſ... adhæreant, non tam pro deferendo quam adferendo ipſi chylo inſervirent: Bilis vero ſummam, qua... eſt in fermentatione neceſſitatem quis non videt... Sedem paulo ante pylori egreſſum ſub Hepate habet, ut in promovendis jam digeſtis alimentis ei ancilletur, ut ſucco pancreatico per porum cholidochum juncta fermentum contribuat; ut ope effervescentiæ illius purum illud, chyloſum quod eſt, ſeparetur ab impuro, fœcibus ſcil. ſenſim ad inteſtina craſſa prolabentibus: In longis hiſce tenuium inteſtinorum anfractibus, quibus venæ lacteæ annectuntur, fermentatio locum commodiorem invenit, quæ tribus quaſi clauſtris coërcita *ſuperne*, ne flatibus inde emergentibus liberior exitus pateat: In *Gula*, orificio ventriculi ſuperiore, & *inferiore*, ne continuis ructibus anſam porrigeret: Hæc quoque inteſtina poſt interitum animalis ſemper inflata à fermento quodam inibi relicto obſervantur, collapſo licet & compreſſo ſtomacho: Longæ eorundem ambages in diuturniorem fermentationis moram & circulationem faciunt, unde conveniens maſſæ ſeparatio: Hæc in inteſtinis ſeparatio ſi fuerit abolita, quod in pleriſque febribus ardentibus præcipue uſu venire ſolet, boli iſti ex ſtomacho ſubinde expreſſi nullam ſubeunt alterationem, ſed paulatim exſiccantur & prodeunt rotundiformia excrementa, σκύβαλα dicta, alvus continuo adſtricta fœcibus tranſitum denegat: redeunte paulatim fermentatione, flatus oriri ſolent, qui deinceps prodromi cenſentur fœcum prope diem ſubſequentium: Si depravatur, acidum bilioſo correſpondebit, inde diarrhœa; vel ſi bilis aut ſuccus acidus corrumpitur, dyſenteria, icterus, & alii morbi inde ſuum ortum ducent: Sed hæc omnia interea pro paradoxis haberi poterunt &c.

Bilem vomebat) Etſi materia Vomitu rejecta mera ſit bilis, exiſtimat tamen Excell. *Willis* Pharm. Ration p. m. 47. eam vomitionis cauſam primariam non eſſe; ſed eam à vaſis choledochis, propter ſpaſmum prius inductum exantlari Sic ſi octavi paris truncus, ejuſque propagines & rami inferiores, in abdominis peculiaria viſcera diſtributi, in ſpaſmos irritantur, alias haud infrequenter propagines,

nes, quantumlibet intactas, pariles concipere anomalias, & aliis ipſas viſceribus, ac imprimis ventriculo motus convulſivos impertire. Hoc manifeſtum 'eſſe, *ait*, de vomitu qui in paroxyſmis nephriticis, affectibus colicis, & hyſtericis ita dictis, paſſim excitatur.

Observatio XXV.

Vomitus vitio anadoſeos inductus in affectione hypochondriaca laborantibus, ob Pylori anguſtiam.

QUidam vomitum patiebatur cum ventris tormine, Sed totum id de quo agitur hypochondriacum eſt : Accuſatur ſemper ventriculus licet innocens & viciniæ lege patiens : Dioclea pylori phlogoſis intelligitur, chylus aduritur, talis ſanguis, at natura aduſtionem abhorret, elixationem admittit; hinc marcor, ſquallor, tabes : Nuper octo vidi ægrotanres ſimili morbo afflictos; alimento ſumpto gravis erat ventriculus, coctio talis qualis, In anadoſi dolor; corpus differebatur (verbo Terentiano) dolore, noctu quies & induciæ, die ſequenti redundatio ſtomachi : aſſumptorum Vomitus alios per menſes tres, alios per quatuor exercuere : pars ægrorum emarcuit, tabuit collapſus aqualiculus, mors : Pars, at cujus minore virium diſpendio morbus productus erat, afflicta quidem & lecto & morbo, Vomitus periodicus ut in cœliacis; Ventriculus quidem facit officium, Pylorus obſtructus & meſaræon, aut oppilativa, aut atteuuativa obſtructione (ut loquuntur veteres Practici) per collapſum vaſorum & viarum, & hæc fatalis filum vitæ præcidir: Id fit in opticis nervis, unde perfecta cœcitas illæſo oculo : In apertis cadaveribus eorum quos ſua ſors peremerat, alias inventa Pylori inflammatio, obſtructionis & anguſtiæ cauſa : In aliis glandularum meſenterii durities, impendio magis & quaſi callus meſenterii, aut quidam ſphacelus : ut mirum non fuerit ſi ventriculus alimentum appetiverit, quoad potuerit coxerit res ingeſtas, ſed vitio anadoſeos, & ob vitium labémque meſenterii omnia rejectantur vomiru, licet chylus naturæ gratiam receperit. *Ballonius conſilio lxxiv. lib. iij.*

Observatio XXVI.

Vomitus creber in quodam qui ventriculum duplicem habebat.

IN diſſecto cadavere 35. annorum, creberrimis Vomitibus diu vexato, invenimus ventriculum duplicem, ita ut *Prior*, qui oeſophago continuus, ab altero, qui inteſtinis, manifeſte diſtingueretur : *Ille*, minor altero, aſt craſſioris ſubſtantiæ, infinitis plicis, iiſque inſignibus, interius exaſperatus, *Hic* vero iis omnino deſtituebatur, tenuis valde conditionis: In *illo* fibræ carnoſæ plurimæ occurebant varii generis: In *hoc* vix ullæ, ſaltem haud adeo obſervabiles: Locus ille, ubi duæ hæ cavitates à ſe invicem ſeparabantur, interius valde anguſtus erat, ſic ut vix digitum minimum reciperet : ſubſtantia ipſa hic craſſa, duráque admodum, mollioris quaſi cartilaginis ſpeciem teferens : Et hanc anguſtiam frequentioris vomitus in hoc ægrotante cauſam fuiſſe conjicio. *Gerardus Blaſius p. 4. Obſervat. med. ix.*

Observatio XXVII.

Vomitus ob ventriculum in cavitatem thoracis depulſum.

HEnricus Buſcherhovius, Livonus, cum melancholia tentationibuſque variis vexaretur, proprio gladio ſe confodit, infra 4. coſtam in thoracem adacto, & ſub nona coſta n tergo exeunte : quod vulnus tamen intra duos menſes ſanatum eſt : verum accidit ut oſt menſes aliquor irerum de abſurdis cogitationibus conquereretur, & poſtea primo quam & quicquid cibi aſſumpſiſſet, poſt viridia, tandem nigra quater, eáque magna copia rejiceret vomitu, eum Sudoribus frigidis & leipothymia, ac deinde poſt ultimum omitum exſpiraret.

Corpus apertum eſt, deprehenſumque vulnus per Pulmones & diaphragma penetraſſe, k quidem diaphragma transfoſſum fuiſſe in nerveo circulo : Pulmonis nihil fere repertum eſt in ſiniſtro latere confoſſo, cum proculdubio cum pure exierit, exigua portiunula aderat coſtis adnata: ventriculus totus aſcenderat in ſiniſtrum thoracis latus, & cor um capſula de ſede ſua depulerat in dextrum latus, ubi & vivus ille jubebat obſervati ordis pulſum: cor arefactum erat, copioſa aqua citrina in capſula : omentum & pancreas otum etiam fere circa ventriculum computruerat. *Sennertus Inſtit. lib. 2. part. 2. tite 13.*

§. 2. Filius

§. 2. Filius D.N. 24. annos natus temperamento melancholicus, febre tertiana di turna, nunc ſimplici, nunc duplici per totam fere æſtatem laboraverat: In menſe vei Septembri, licet à paroxyſmis febribus liberatus eſſet, non ſatis tamen proſpera valeti dine frueretur, ab Empirico quodam antimonium ſumpſit, forte male præparatum, quo vehementiſſimi vomendi conatus excitati ſunt, abſque ullo effectu, ita ut conatu ille irritus continuo affligens eum intra ſeptem vel octo horas ad extrema redegerit, & ci ca veſperam de medio ſuſtulerit.

Aperto cadavere, inventus eſt ventriculus in parte thoracis dextra, variis humoribu repletus: quiquidem ſitus præternaturalis, effecit proculdubio ut ſeſe ſufficienter dilata re ac ſubvertere nequiverit ad vomitum efficiendum, coſtarum ambitu oppreſſus.

SCHOLIA.

HUnc ſitum ab ortu contractum fuiſſe reſtatur pulmonis carentia in illa thoracis parte, cum unicus illius lobus in ſiniſtra appareret: Mirum autem eſt hunc juvenem in toto vitæ decurſu ſpirandi difficultate non fuiſſe oppreſſum, & omnes corpori functiones ante morbum prædictum commode exei cuiſſe, militiam enim exercuerat, & febres prædicta in bello contraxerat. *Lazar. Riverius cent.4.obſ.67*

§. 3. Studioſus ante decendium obſtructiones quaſdam ſenſerat, ex quibus ſumm ventriculi debilitas, ob denegatam excrementorum ejectionem & varia ſympromata, gra ves ſingultus & infiniti propemodum Vomitus exorti, quibus ita viribus fuit fractus ut i lectum conjiceretur: Remedia effectu caruerunt, quod nihil contineret ventriculus: Noct tandem proximum diem Solis antecedente Vomitus ſic afflixerunt, ut per os & nares ma teria cruenta certatim eruperit, ipſumque præcluſo penitus exitu, ſuffocaverit.

Abdomine aperto, quum moles pinguedinis tres tranſverſos digitos ei inſtraræ, impe dimento eſſet, quo minus ad conſuetam ventriculi ſedem, quæ eſt ſub diaphragmate in ter hepar & lienem, pervenire liceret, placuit prius aperire thoracem: vix remotum era ſternum, ubi in ſiniſtro latere corpus quoddam glandulosum ſe nobis in conſpectum da ret, quod primo quidem intuitu pro pulmone depravato habebatur, ſed mox omentur eſſe, ac ſub eo latitare ventriculum, cunctis obtupeſcentibus deprehenſum eſt: Ad pleniorem hujus præternaturalis ventriculi ſitus cognitionem, ſejungebantur inteſtina à meſenterio, cum quibus ita comparatum erat, Duodenum cum portiuncula ſubſtrati pancreatis è thorace proveniens, per peculiare foramen (in ſiniſtro itidem latere, amplum & nerveo circulo circumſcriptum) diaphragma perreptabat, cúmque reliquis inteſtinis continuatum erat uſque ad colon, quod ex abdomine per dictum foramen in thoracem tranſiens, ibidem cum omento, cui firmiter erat annexum, ventriculi fundum in duas quaſi partes dividebat, ac rurſus miro anfractu deorſum tendens, atque eadem via, ex eodem diaphragmatis rediens foramine, inteſtinum rectum, longum ſatis ac gracile, & conſpicuis rectis tranſverſiſque præditum fibris conſtituebat: Hepar inſolitæ craſſitiei ac magnitudinis, ut ſcil. ſpatium deficiente ventriculo expleret, diaphragmati erat annatum: Ipſe autem ventriculus in thorace, cætera liber, inferiori parte ligamentis aliquot membranoſis diaphragmati & pleuræ circa coſtas ſpurias adhærebat, ſuperiori claviculas fere attingebat, ſiniſtrumque latus plane occupaverat, ita ut vix minimæ ſiniſtri pulmonis particulæ locus ſupereſſet: Cor vero de ſede ſua in dextrum latus depulerat, & dexter Pulmo cordi cedens, ſub eodem ſpinæ dorſi adjacebat: Oeſophagus ad diaphragma progrediens os ventriculi nonnihil deprimebat, ut non longe à pyloro diſſideret: Ex ſecto demum ventriculo cum annexis partibus, Lienem, qui principio nullibi apparebat, in propria capſula, quam duplicatura diaphragmatis in ſiniſtro latere formaverat, invenimus, ſanum alias ſed lividum & exilem, ac per vas breve ventriculo connexum, Diaphragma totum erat carnoſum; poſtremo etiam liberum materiæ ex ventriculo patere exitum, eandemque ex inteſtinis, ob hiatum relaxati pylori pleno impetu remeare poſſe advertimus, qui cum incideretur, ingens vis ſcaturientis materiæ exinde profluxit, unde ab opere deſiſtendum fuit. *Th. Bartholinus cent. vj. obſervat lv.*

Observatio XXVIII.

Vomitus ob ſurſum compulſum ventriculum ab immani Renis ſiniſtri tumore.

HOneſta mulier abſceſſum in rene ſiniſtro per plures annos geſtavit, tam immanem ut totam abdominis capacitatem impleret coæquarétque, ſurſum viſceribus ven-

 triculo

triculo & inteſtinis revulſis & coarctatis in pectus, ita ut nihil fere cibi continere poſſet: Pendebat autem ille abſceſſus libras xiv. *Carolus Piſo de morbis à ſero ſect. 2. part. 2. cap. 7.*

Observatio XXIX.

Vomitus ob compreſſum ventriculum ab inteſtinis flatibus & fæcibus diſtentis.

TOnſor quidam ex dextro hypochondrio efferri ſibi quiddam conquerebatur, quod in *ſiniſtro conquieſceret*, quo ſuper ventriculi fundo tranſeunte, cibi potuſque portio regurgitans, ſubito per os exiliebat, veluti lagena aliqua coriacea compreſſa, ejus quod in ea continetur cum impetu pars quædam rejicitur: multorum imperitorum Medicorum opera uſus, vehementia medicamenta, ac violentiſſimas purgationes ſuſtinuerat, ſed cum hujuſcemodi remediis malum non cederet, tandem defecit.

Hujus inteſtinum colon, à dextro in ſiniſtrum, & qua parte ventriculi fundo incumbit, flatu omnino diſtentum erat, & ab omnibus excrementis vacuum, reliqua inteſtina plena fœcibus: ex quorum ſuperioribus dum fæces deſcenderent, impetu quodam violento per colum diſtentum ferebatur, ventriculi fundo compreſſo, unde ſactum eſt ut cibi potúſque portio ad os ſubito regurgitaret. *Dodonæus obſervat. cap. 37.*

Observatio XXX.

Vomitus ab Ileo inteſtino juxta Cœcum contracto.

N. Lapſus ex equo ſupra ſaxum, exinde conqueſtus eſt de tolerabili quidem inguinis dextri dolore, nec non Vomitu omnium aſſumptorum quartano: hunc dolorem & vomitum per trimeſtre parvi fecit, & lanii officio functurus frequenter equitavit: At conſumptione corporis, quod antea valde carnoſum & pingue, obſervata, adiit Empiricum, qui dedit pulverem per inferiora valde purgantem: æger tamen poſt omne triduum materiam acidam, & mixturæ cinerum ac cremoris hordei ſimilem evomuit, alterniſq; diebus ſolida & cineritii coloris excrementa per alvum reddidit: Ob totius marcorem & virium debilitatem lecto affixus meum petiit conſilium: Huic cum alvus alternis diebus reſponderet, præſcripſi ſaltem medicamenta ventriculum interne & externe roborantia. His nihil conferentibus, Vomitus continuans ſuſpicionem movit Inteſtinum ileum morbo quodam organico affectum fore.

Poſt obitum patientis diligenter in locum affectum inquirens, partem inteſtini, quæ cœco inteſtino proxima eſt, inveni adeo contractam, ut cavitate ſua vix digitum pueri auricularem admitteret: Dicta Ilei pars, ob ſolam contractionem anguſtior, longitudinem decem digitorum tranſverſorum adæquavit, reliquum vero inteſtini bene compoſitum aut ſatis dilatatum comparuit. *Ioh. Scultetus Obſervat. lxi. Armament. Chirurgici.*

SCHOLIA.

DUplex hic orta quæſtio, Quæ nimirum hujus contractionis cauſa extiterit? Et an patiens remediis per alvum infuſis ab hoc contractionis malo præſervari & liberari potuerit? Reſpondi, Inteſtinum ſaxo contuſum, citra inflammationem, intumuiſſe primo, vomitúmque excitaſſe, Et reſoluto humore demum fibras ſuas (cum jam natura motui peristaltico eſſet aſſueta) contraxiſſe; non aliter ac ventriculus pauciſſima aſſumens, veſica calculo irritata, & uterus fœtu excluſo paulatim contrahi ſolet: Infuſis à principio diſcutientibus à contractura inteſtini æger bene quidem præſervari potuiſſe, non tamen à facta dilatantibus liberari; quia injecta enemata, ob calculi valvulam, ad locum dilatandum non perveniſſent.

Observatio XXXI.

Vomitus materiæ chyloſæ, à cohæſione reduplicati inteſtini Ilei, bubonocelen ſequuta.

MUlier ſexagenaria, cujus domicilium in vico *du Boule*, Genevæ, gibboſa in lumbis, diſſecta fuit à mag. Bailly, Chirurgo Genevenſi peritiſſimo anno 1676. 14. menſis Novembris: præſentibus DD. Theop. Boneto, Pompeio Diodati, Clerico & du Commun: ...ennio ante obitum eductus illi fuerat è veſica per lithotomiam, ab eodem Chirurgo, ...is ovi anſerini magnitudinem æquans: Bubonocele in dextro inguine illi ex intervallis ...leſta erat, quam manibus ipſa repellebat, Tandem ſex ante mortem hebdomadis nulla vi ...ipſa induſtria Chirurgi reponi potuit, unde Vomitus ad interitum uſque durans, materiæ chyloſæ, pituitoſæ & alimentorum, cum alvi inſigni adſtrictione: Injectis clyſteribus

σπυραθίδια tantum dejiciebantur: Falſæ pleuritidi ſæpe obnoxia erat & pectoris dol bus: Reſpiratio difficilis erat & aliquot ante exceſſum hebdomadis, ſtertoroſa & an Tandem marcore confecta obiit, nam ſceleton erat pelle obductum.

Ante diſſectionem conſideranda fuere exteriora: Abdominis ſpatium à mucro ra cartilagine vix erat ſeſquipedale: Oſſa iltum, iſchium & pubis ultra abdomen ad d decim tranſverſorum digitorum altitudinem aſſurgebant: Gibboſitas etat inſignis ad lu bos, latere dextro, ſive *σκολίωσις*; quam ptæceſſerat caſus: Unguibus pollicis utriuſ pedis adnata erant cornicula nigra, inflexa, ad longitudinem minimi digiti, atierinis milia, quæ nulla fere vi abſceſſerunt; Aperto dein abdomine 1. Peritonæum lacer apparuit, cujus particulæ ileo inteſtino arcte cohærebant, ut citra divulſionem ſepar non potuerint: 2. Hepar intra coſtas omnino latitabat, adeo ut hæ illud excedere ad hypochondrium uſque ſiniſtrum exporrectum, Per membranoſos nexus diaphragm ubique fere cohærebat. 3. Ventriculus omnia inteſtina cooperiebat, ad pubem uſque volutus, laxus, albicans, ſimilis membranæ pergamenæ madidæ, extenſus abſque u rugis intus & foras appatuit, cujus vaſa turgebant; aderat & macula nigra in ſupe cie exteriori, denarii magnitudine; Intus continebat materiam chyloſam, cotrupram fœtidiſſimam, inibi coercitam, à quo tempore hernia retrocedere non potuit, unde V mitus continuus, ſua autem copia, quæ decem libras civiles excedebat, & pondere ve triculum uſque ad ima abdominis depreſſerat: 4. Pancreas ſcirrhoſum, ſemicorruptu 5. Meſenterium, in ſumma viſcerum corruptela, nec non & 6. Lien, ſat integre: 7. Cyſ fellea magna, ſemiplena: 8. Jejunum inteſtinum ad trium digitorum latitudinem co plicatum erat & cohærens, quod diſſectum ſtercus durum exhibuit, cavitatem omnin opplens, ut nequicquam elabi vel illabi poſſet, & hinc repetenda cauſa Vomitus, adſtrić alvi & dolorum ventris acriter urgentium. 9. Inteſtinum cœcum ob abſceſſum præcede tem crepuerat, unde ſcybala in cavum abdominis egreſſa erant; prope ſpinam dorſi, è r gione illius reperta: 10. Cavitas Spigelii ampliſſima erat, in quam intruſa manu faci erat explorate cuniculos & anfractus, colluviei vitioſorum humorum latebras; de qua vid *Riolanum in Anthropogr.* 11. Ren dexter naturalis erat, caviras tamen in vreterem hians, an pla, ut quæ digitum medium exciperet: 12. Siniſter pene conſumptus, vix nuglem juglar dem æquans, cujus ſuperſtes ſola membrana, ſed ſat craſſa, à quo cuticula levi digirorui attactatu abſcedebat: hinc veriſimile eſt præceſſiſſe abſceſſum, ob quem parenchyma in ſ niem effuſum fuerit; Cavitas autem cui inſeritur vreter, adeo ampla, ut duos digitos co junctos admitteret: atque in eo originem habuit calculus inſignis, è veſica eductus: 13. veſic etar parva, nihil p. n. continens, inanis tamen: 14. Uterus contractus, parvus, quamvis p periſſet; cartilagineæ duritiei, quam novacula ſine hebetudine dividere non potuit; c vitas vix piſi capax. 15. Pelvis excipiens concava, profunda: 16. Spina dorſi mire inflex contorta, ad interiora compulſa; cujus ultima vertebra à prima lumborum, citra tame medullæ læſionem, notabiliter diſceſſerat: In medio ventre, 17. Pulmones exterius n gricantes, tuberoſi & maculati erant, colubri pellem referentes, exſucci & ſcirthis refe ti; In extima tamen ſuperficie ab impreſſo digito foveam retinentes. Diaphragmati u dique per fibras denſaſerant adnati: lobus dexter coſtis adhærebat: 18. Ad extremu lobi ſiniſtri appenſa erar veſica flatu turgida, magnitudine nucis juglandis, ſed oblo giuſculæ, tenuis, piſcium veſicis omnino ſimilis: 19. Mediaſtini caviras ampla erat, mir diducta, proculdubio à flatibus expanſa, unde pectoris doloribus crebro tentabatur. 2 Multa quoque ſpatia inania inter coſtas & pleuram deprehendebantur, flatuum inibi co cluſorum ſoboles, hinc pleuritidi ſpuriæ obnoxia erat. 21. In pericardio pauciſſimus hu mor, cujus apex ſepto affixum erat: 22. Cor non multum ſtrigoſum & corrugatum, quan quam cauſæ inanientes adeſſent efficaces: 23. Pauciſſimus cruor in vaſis tam imi quam medi ventris: 24. Quia collum extraordinarie tumebat, aperiri juſſi, in quo deprehenſa bron choncele, quæ diſſecta oſtendit glandulam oblongam, primo intuitu muſculoſam carnen referentem, ſed admotis propius oculis granulata erat, humoris omnino expers, ovi an ſerini magnitudine, ſed longiuſculi, in latere dextro, ſed minor in ſiniſtro.

Observatio XXXII.

Vomitus à relaxata valvula Ilei inteſtini extremo inſerta.

IN muliere hydropica, præ nimio madore, uti reliqua exta, ſic quoque acquiſeverat valvula inteſtinalis tantam molliriem, ur vix potuerit manibus tractari, nedum illud officium corpori facere cui ipſam deſtinaverat ſollicita ac provida natura. *N. Tulpius l.3. obſ. med. c.21*

SCHOLIA.

ESt hæc Valvula non tantum (ut videtur indicare exterior apparatus) annulus villoſus, abſolvens integrum circulum, qui animatus inſtar orificii ventriculi, urgente neceſſitate ſeſe aperit vel claudit: Sed talis potius circulus, ex quo dependet membrana lata duos digitos, & ita conformata ut præter animæ vim, cuicunque viventi parti inſitam, etiam figuræ beneficio apta ſit occludere Ilei inteſtini ingreſſum, ante quem pendet inſtar cortinæ vel veli alicujus laxioris: cujus ſimilitudinis ergo vocatur propterea, haud inconcinne, à Varolio Ilei operculum, quaſi regens & operiens ipſius orificium, Anat. l.3.c.3. Si quid enim excrementorùm ab Ileo affluit, attollit ſe concedens illis liberum tranſitum, at ceſſante affluxu concidit illico, impediens expreſſe ne quid revertatur iterũ à colo aut cœco ad ileum: plane ad inſtar noſtratium cataractarum, quarum repagula ſponte non minus aperiuntur quam clauduntur: quarumque bipatentes januæ ita conformantur ut tantum pateant refluxui cedendo, quantum renituntur fluxui obluctando: Imo quo quid validius hanc valvulam premit, eo reprimit ipſa potentius, tam arcte ſubinde occluſa ut ne tenuiſſimum quidem tranſmiſerit ſpiritum: niſi forte robur ac ſtabilimen ipſius, vel à morbo vel ab humida aliqua intemperie flacceſcat, velut id à nobis obſervatum in prædicta hydropica: Inferior valvulæ hujus pars (vide integram & accuratam deſcriptionem capite citato) fluctuat libere, quo ſe expeditius cum attollat, tum deprimat, in quo conſiſtit totum officium quod corpori humano præſtat volubilis hæc pars: cujus adducto fræno niſi coerceretur quotidiana ſtercoris regurgitatio, erumperet neceſſario quolibet momento per os abominanda ventris cloaca, conſpurcata indeſinenter illa parte, qua divinitatis ſuæ ſemina aliis communicat anima rationalis: quippe ita à natura comparatum eſt, ut licet à ſuperioribus partibus oriantur inteſtina tenuia, deſcendant tamen propterea non recta deorſum, ſed expellant excrementa ſua ſurſum ob ſinuoſa inteſtinorum volumina, præcipue vero circa locum hujus valvulæ, ſine cujus impedimento reverteretur ſtercus facile ad os; gravia namque natura ſua feruntur deorſum, maxime in via lubrica ac declivi. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XXXIII.

Vomitus excitatus à vitioſa conformatione Pori choledochi, Ventriculo ab Epiploo non cooperto.

PUellæ ventriculi fundus tranſverſum palmum infra coſtas ſpurias demerſus erat, nullo omenti fotu gaudens, unde ad Vomitum concitabatur: Meatus Choledochus in plures ramulos diviſus multum bilis ob anguſtiam regurgitare fecerat. *Vide tit. de Cholera.*

OBSERVATIO XXXIV.

Vomitus excitatus à vitioſa Pori choledochi inſertione.

SEcando Comitem Auſimondianum, offendimus Porum choledochum, alias in ecphyſin ſe exonerantem, proxyme pylorum egreſſum habuiſſe, ita ut non minus ventriculo quam inteſtinis bilem tranſmitteret: Quæ cauſa illi fuit quod ſæpius nauſearet vomeretque. *Barth. Cabrollius Obſervat. Anatom.* 6.

SCHOLIA.

C*Ur ſæpius nauſearet vomeretque*) Quia nempe πικρόχολος ἄνω: Triplices ſunt πικρόχολοι, ἄνω, κάτω & ἔξω: Ἄνω quibus bilis in fundum ventriculi influit: Κάτω, quibus in inteſtina, Ἔξω, quibus in habitum, ut in Ictericis.

OBSERVATIO XXXV.

Vomitus bilis à ruptione Veſicæ fellis.

ACcidit aliquando ruptio veſicæ fellis, ut obſervatum eſt hoc ſæculo in Nobili quodam, qui diuturno bilis vomitu vexatus eſt, Cauſâque, nempe ruptio veſicæ fellis, poſt obitum, ſectione ſatis patuit. *G. Bertinus Med. lib.* 12. *cap.* 14.

OBSERVATIO XXXVI.

Vomitus ciborum à calculis in veſica fellea & meatu cholidocho.

§. 1. BOnoniæ Praxeos Medicinæ ordinarius Profeſſor quidam, nomine Beatus, habuit matrem Sexagenariam, quæ cum diutiſſime regio morbo laboraſſet, & continuo ciborum Vomitu excruciata fuiſſet, tandem mortua eſt.

In ejus veſica fellea multi reperti ſunt calculi, Et in meatu à veſica bilis ad duodenum, magnus, qui eum meatum undequaque obſtruxerat.

SCHOLIA.

Unde hac via obturata, natura bilem in ventriculum exoneravit; ventriculus perpetua acrimonia ſtimulatus, omnia per vomitum rejecit: Fuerunt Medici qui voluerunt πολύχολον fuiſſe; At cum nonniſi in hoc tantum morbo vomitu infeſtata fuerit, exiſtimo proprium meatum minime à veſica fellea in ventriculum immiſſum, ſed potius per inſcrutabiles vias (ut in his qui hepatis veſicæque fellis magna laborant obſtructione) quotidie bilem flavam in ventriculum profundi. *Volcherus Coiter libello obſervat. Anat. & Chirurg.*

§. 2. Conjux cujuſdam Illuſtriſſimi viri cum ſtuderet variis remediis conſulere ſterilitati, nihil effecit, ſed potius valetudinem gravius afflixit, atque in Vomitum bilioſum qui illi fuit permoleſtus & quaſi continuus, incidit: Tandem in magnis frigoribus longinquum iter ſuſcipere coacta, pleuritide correpta obiit.

Aperto corpore, reperta veſicula fellis intus extenſa, plane obſtructa, propter lapides, numero decem, ſatis grandes, referentes exacte figuram glandis faginæ: Apparet bilem in ventriculum regurgitaſſe, ac iſtius vomitus cauſam fuiſſe. *Ex obſervat. Ioachimi Camerarii.*

Observatio XXXVII.

Vomitus ob Hepatis partem concavam abſceſſu tentatam, Putredine in convexa.

Anno 1660. Generoſus Dom. de Bourgeou, Nobilis in Valle Equeſtrium, ſub Ditione Bernenſium, Vomitu pertinaci diu fuit vexatus: Affectus fuit oppugnatus remediis calidis & roborantibus; quaſi cauſa eſſet intemperies frigida & humida; cum apertio cadaveris aliam ſubeſſe cauſam docuerit.

Nam Hepar parte convexa tumidum putredineque ſicca affectum inventum eſt, omnino ſimile fimo equino radiis ſolis diu expoſito, friabile & ad manuum contactum in minimas particulas diſſiliens: In parte concava repertus abſceſſus, pugni magnitudine pure refertus, Unde tanta ventriculi anguſtia excitabatur, ut quævis ingeſta, quamvis pauciſſima, protinus remearent.

Observatio XXXVIII.

Vomitus ab adhæſu Iecoris putridi cum diaphragmate.

Dominus Vigneron per ſex hebdomadas laboravit, & de ſtomacho tantum conquerebatur: Sentiebat pondus quoddam & Vomebat ſæpe.

Aperto cadavere, Hepar ſuperiore parte adhærebat diaphragmati, Et idipſum hepar putre erat. *Ballonius conſil.* 43. *lib.* 1. *in Annotat.*

SCHOLIA.

Excell. Thomas Bartholinus in Dubiis de Lacteis Thoracicis capite xv. Vomitum illum contigiſſe exiſtimat, quia omnis chylo præcluſa erat via ad thoracicas venas.

Observatio XXXIX.

Vomitus lactis in infante, ab Hepatis ulcere excitatus.

Hepati infantis bimuli, fervidioris craſis, innaſcitur ulcus ex acriorum ἀναβρώσει oriundum, quod ichorem in ventriculum regurgitabat, quem ventriculus quamprimum excipiebat, Emomuit, Infans vero qui lac maternum & vaccinum ante erodentis liquoris acceſſum optime concoxerat, poſtmodum ejuſdem coagulum, ad magnitudinem piſorum conglobatum, & ad duritiem fere tophorum percoctum, per ſeceſſum depoſuit: butyroſam ejus ſubſtantiam puti commixtam per ſuperiora repurgatam conſpexi. *Bennettus Theatri Tabidorum Exerc.* 26.

Observatio XL.

Vomitus puris ab Hepatis abſceſſu manantis.

Vir quidam Lutetiæ anno 1587. cum hepatis abſceſſu diu laboraſſet, & puris magnam copiam Vomitu rejeciſſet, tandem extinctus.

Cujus corpore aperto repertæ fuere venæ uſque ad tibiam pure refertæ, & ſiniſter teſticulus putridus. *Ex obſervat. Gaſpari Bauhini.*

SCHOLIA.

Venâ pure referta) Ab hepatis abſceſſu illuc traducto: Obſervatum & vulneribus capitis abſceſſum hepatis ſuccedere, & puris in eo collectionem, quod à capite derivari & manare volunt: Vide *Marchetti* Obſervat.

Observatio XLI.

Vomitus ab extraordinaria hepatis & ventriculi mole.

Sereniſſimus Erneſtus Archidux Auſtriæ, variis affectibus tentatus, inter cæteros Vomitu, nauſea, dolore advreteres, cum mictu laborioſo & ſtranguriolo: judicatus fuit nephritide laborare, cujus non obſcura ſigna aderant: quare propinatum eſt à Medicis oxymel cum contemperante ſyrupo, quo hauſto per aliquot dies, excluſus calculus, à quo dolor abfuit & meiendi difficultas, ſed non vomitus, qui ad fatum perſtitit.

Defuncti corpus cum diſſecaretur: in conſpectum venere pulmo, cor, pleura ac ſeptum tranſverſum vi retracta, ac in anguſtum coacta hepatis mole, & ventriculi ſeptum quaſi ſuperantia, &c. *Vide tit. de Dyſuria.*

Observatio XLII.

Vomitus ob Hepatis gangrænam.

Nobilis quidam Romanus cœpit primò maximam ſanguinis quantitatem ſine tuſſi, cum multa pituita per os rejicere (exercebat autem artem diſtillatoriam & continue igni aſſiſtebat) Hanc ſanguinis rejectionem ſubſequutus eſt cibi & potus appetitus valde inſignis (erat autem ſtomacho valde ſenſili) cibum tamen crudum, cum multa pituita vitrea poſt octo horas ab aſſumptione, aliquando per os, aliquando per alvum rejecit: urina toto morbi tempore, & tribus adhuc ante mortem horis, laudatiſſima: Medici in conſilium adhibiti, quia ſanguinis rejectio ſtatim eo die ceſſaverat, de ea non multum ſolliciti, curam ad ventriculum converterunt, exiſtimantes ejuſdem frigiditatem hanc appetentiam cauſare, quare eum roborarunt, & medicamenta calida ſimúlque adſtringentia præſcripſerunt, à quibus omnino nihil adjutus fuit, Tandem miſere ſpiritum trahens obiit.

Secto cadavere, Jecut gangræna penitus corruptum & putrefactum repertum: ſuſpicabantur nonnulli calore venam in Hepate diſruptam, quod frequenter igni adſtitiſſet: admirabantur tamen, quomodo jecore tam inſigniter læſo urinæ bonæ apparuiſſent. *Ieremias Martius obſervat. vij.*

SCHOLIA.

Maximam ſanguinis quantitatem) Imo Hepatis ſubſtantiam vomitu rejectam vidiſſe ſe adſerit *Phil. Salmuth* centur. 1. obſervat. 67. poſt illius inflammationem: Aderat hypochondrii dextri renſio & durities, cum febre ardente, aliiſque ſignis pathognomonicis viſceris iſtius inflammationem demonſtrantia: Cúmque ad vias urinarias vacuare animus eſſet (quia in gibba parte affectus ſubſiſtere videbatur) oxymel diureticum exhibuit, ad cujus uſum frequentiorem rumpebatur abſceſſus, unde vomitus oborti materiæ purulentæ, fœtidæ, ſanguine admiſto; imo ipſa hepatis ſubſtantia, itémque vaſis ad ſenſum parentibus, rejiciebat, ſequenre poſtridie morte: Obſtitit illi quidam Medicus, negans ægrum inflammatione hepatis laboraſſe, quod circa locum illum non valde doluiſſet: Sed erronée, cùm Hepar paucíſſimis, & fere nullis nervis donatum obruſe ſentiat, ac fere tantum ratione diſtenſionis tunicarum.

Iecore tam inſigniter læſo urinæ bonæ) Hoc mirum non videbitur iis qui cordi ſanguificandi munus adſcribunt, Hepati id officii denegantes.

Observatio XLIII.

Vomitus varias Hepatis læſiones ſequutus, cum aliis aliarum partium affectibus.

§. 1. Dom. N. de ſtomacho querebatur & vomebat ſæpe, Hepar ſuperiore parte (quod putre) adhærebat diaphragmati. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 2. Vetula extenuata obiit, cujus Hepar omnino putridum: Scirrhus inteſtino colo & fundo ventriculi tenaciter adhærebat: Hæc frequenter vomebat. *Vide tit. de Hypochondriorum tumore.*

§. 3. Catharina N. de doloribus dextri lateris conqueſta, quoties noctu ſupina dormiret, toties largiſſimas ſanguinis eruptiones è faucibus experiebatur: Hepar ſolito grandius

dius in ſima parte habebat maculam albam, duram, totum parenchyma penetrans: Diſſ
cti per medium vaſa cuncta hiabant. *Vide tit. de Hypochond. dolore.*

§. 4. Duobus Jecur vulneratum, qui quotidie bilem evomebant, ut poſt eorum morte
videre licuit. *Vide lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 5. Andreas N. in dextro hypochondrio punctim vulneratur, hinc vomitus bilioſu
Non tantum Hepatis ſubſtantia, Sed & cavæ truncus erat vulneratus. *Vide ibidem.*

§. 6. Civis N. paulatim in Cachexiam incidit, ac paulo poſt Nauſea continua Vomitu
bilioſo correptus eſt: Hepar fere totum erat corruptum, vacua fellis veſica, choledoch
præter modum laxus & apertus: Inteſtina croceo colore tincta. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 7. Clerico vomitiones aſſiduæ rerum variarum, ventris dolor: Ad regionem hep
tis reperta ſanies purulenta, Colon erat velut nigrefactum, Epiploon totum putre. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 8. Vir melancholicus, ſcorbuticus, ſubito ſanguinem vomuit, cum dejectionibus n
gris. Ventriculus & inteſtina inflata, nigricantia, interius attamento quaſi ſutorio oblinit
Jecur ſcirrhoſum, per totum tuberoſum. *Vide tit. de Scorbuto.*

§. 9. Virgo Cachectica diarrhœa unàque frequenti materiæ porraceæ vomitu laborab
Jecur fuit male coloratum; veſicula fellea liquore nigricante & fruſtulis ſabuloſis refert.
Ductus hepaticus liquorem ex livido flaveſcentem exſpuebat. *Vide tit. de cachexia.*

§. 10. Memini Clar. Medicum Franc. Poirotium phlegmones eryſipelatodes hepati
decimo tandem menſe vehementia fractum, morte jam inſtante Evomuiſſe non ſine ſum
mis cruciatibus, & intolerabili cardiogmo, meræ bilis porraceæ libras iij. aut iv. Et in eju
cadavere, hepar ſcirrhoſum, atroque virore totum luridum fuiſſe repertum. *Carolus Pi de morbis à Sero ſect. iv. cap. i.*

Observatio XLIV.

Vomitus ob Hepar ventriculo adnatum, & materiam nigram in hoc contentam.

Sartor quidam annot. circiter 30. cum ab anno ætatis 12. fere valetudinarius fuiſſet, pe intervalla certa Vomitionibus bilioſis divexatus, torminibus (ita ut colicum doloren non ſolum ego ſed & alii exiſtimarent) conſtipatione alvi ſumma, dolore ventriculi, præ ſertim poſt ſumptum cibum, (valde enim vorax erat) corpore macilento, facie ut pluri mum flaveſcente, plurimorum conſilio uſus, meo etiam per annos tres, qui me monent anno 83. ad thermas Plumbarias ſe contulit, poſt quarum uſum pene annum commode ha buit. Menſibus tribus ante mortem ſanguinem purum copioſiſſimum per vomitum reje cit: Dein rurſus conſuetis torminibus correptus, accedente vomitu materiæ nigræ, u qui per multos dies rejecit ſingulo mane ad dimidiam menſuram, & tantundem veſper aquæ nigerrimæ: Iſchuria etiam poſtremo morbo laboravit, Alvus cum potenter eſſe conſtipata, clyſteriis ipſum uti volui, qui ſimilem materiam eduxere, frequentibus etian leipothymiis divexabatur: Vomitu remittente, ſenſim venter intumeſcere cæpit, plus mi nus dies 8. ante mortem.

Poſt mortem apertus à me fuit, In abdominis capacitate copioſa aqua nigra reperta ſimilis ei quæ per vomitum fuerat rejecta. Hepatis majoris lobi dextri, forte ſexta pars in ipſo erat ventriculo, ita ut ſuperior & exterior ventriculi pars hepati eſſet extrinſecu adnata, ſic etiam inferior & poſterior ventriculi pars, quæ dorſum ſpectat, ipſi Hepar accreverat; ita ut Hepatis ea pars ad latitudinem duorum circiter digitorum in ipſo ven triculo eſſet, & à duabus ventriculi partibus contineretur: Superior tamen ventriculi pars ſtatu naturali nō receſſerat, nec adeo firmiter hepati adhærebat, ſed inferior ab ipſo hepati parenchymate, abſq; hepatis dilaceratione ſeparari non potuit. hepatis vero pars ea qua à ventriculo continebatur, foveam quandam acquiſiverat, ita ut ſubſtantia ea hepatis car tilaginis inſtar dura fuerit; In ipſo autem ventriculo continebatur, ad menſuram unam materia nigerrima pultis inſtar: Hepatis reliqua pars ſatis commode habebat, ſplen item reliquáque viſcera in abdomine contenta, ſana erant. In thorace ipſius magnam aquæ ru bentis copiam reperi: Credo ego naturalem fuiſſe illam accretionem & in utero materno acquiſitam: Mater enim ipſius dum utero geſtaret corpore ſemper inclinato ſedit, netrici munere fungens. *Obſervatio Gaſpar. Bauhini.*

Observatio XLV.

Vomitus ob ventriculum parte ſuperiore ſcirrhoſum, lividum in fundo, Epiploön ſcirrhoſum, craſſum, &c.

Die 15. Octobr. 1658. Dom. Enguarran, temperamento melancholico & aduſto prædirus, incidit in Vomitum contumaciſſimum ſine cauſa manifeſta, quo multa pituitoſa, viſcida, & mucilaginoſa excernebat cum multo conatu: flatus etiam multos eructabat ab aſſumpto juſculo: Ab aliis Medicis multa incaſſum uſurpata fuere remedia per duos menſes; Et lac exhibitum, quia ſuſpicio erat ulceris ventriculi: Theriaca etiam frequenter, ob veneni aſſumpti metum: Ego vocatus invenio hypochondria valde tenſa, præcipue ſiniſtrum, pulſum ſatis firmum, licet æger admodum eſſet debilis quoad vires animales. Conjeci humores fluere ab hypochondriis, & vomitum illum eſſe ſpeciem affectionis hypochondriacæ: veſperi ipſi exhibentur laudani gr. ij. & tota nocte non vomuit, ſed placide quievit. Sequenti die miſſus ſanguis ad ℥vi. valde aduſtus, vomuit bis aut ter ea die: præſcriptus fuit fotus emolliens & aperiens pro hypochondriis; 3. die datus pulvis ex rheo, myrobal. cirr. ſpodio & maſtiche, quem revomuit, nec poſtmodum uti voluit remediis.

Poſt menſem interiit, & aperto cadavere inventum eſt Epiploon craſſum, rubrum, ſcirrhoſum & contractum, ut hepar prima fronte referret, ejuſque craſſitiem adæquaret: ventriculus lividus in fundo, tenuis; parte vero ſuperiori ſcirrhoſus, inteſtina livida; lien bene ſe habebat. Humores melancholici in omento acervabantur & inde in ventriculum effluebant. *Laz. Riverius cent. ij. obſerv. xlviii.*

Observatio XLVI.

Vomitus à flacciditate & extenuatione orificii ventriculi, cum Lienis ſcirrho Hepate vitiato, &c.

IN Anatomia Sereniſſ. Principis Apoplectici 4. Aprilis 1652. obſervata ſunt ſequentia; Cutis per univerſum corpus ab humoribus ſcroſis diſtenta: Epidermis ſeparatu facilis, veſicis multis prægnans & turgida, muſculi lividi & nigricantes, Abdomen totum flatibus tumidum: Ventriculus laxatus, extenuatus & extenſus in tantum, ut nullum extiterit fibrarum veſtigium, tunicarúmve diſcrimen: Orificium ſuperius flaccidum plane, ob quas cauſas tantam nauſeam & Vomitus paſſus eſt, Hepar coloris plumbei totúmque ichoroſum: Veſicula bilis grandior, unciis duabus bilis referta: Lien atro carbone nigrior & durus plus uſto: Cor minus atque coloris fuſci. Arteria venoſa & aorta nigro humore, (qualem Princeps in lingua & faucibus per aliquot tempus magna cum difficultate habuerat) repleta; Pulmones flaccidi & purulenti: Cerebrum magnum & grande, ſero & pituita pluſquam refertum, maxime in ventriculis.

De nigra illa materia, atramento non abſimili ſutorio, quæritur unde orianda: Ego Lienis fœces judico, à quibus non raro vomitus atros expertus ſum. *I. Daniel Horſtius obſerv. Anatom. iij.*

Observatio XLVII.

Vomitus pituitæ, bilis & melancholiæ, à tenuitate membranarum ventriculi, pori choledochi, vaſis brevis obſtructione & Hepatis, Pancreatis duritie, &c. choledochi pori in ventriculum inſertione.

FAtalis morbi quo *Ferdinandus* iij. Romanorum Imperator, &c. 2. Aprilis anni 1651. eſt extinctus *Relatio.* Ferdinandus III. Græcii anno 1608. die 13. Julii natus, quamvis ingenii vires ſummo Principe dignas, attamen infirmam nactus eſt corporis, præſertim pedum, conſtitutionem, plerisque Auſtriæ Archiducibus familiarem; Quoquidem factum eſt ut crebris artuum doloribus, h. e. chiragra & podagra à quinquennio adeo enervatus, tandem uſu pedum omnino privatus, vitam ſedentariam ducere cogeretur, & quidem tendines utrumque genu inveſtientes penitus contracti fuerint, nec rectos ullo modo erectum extendere, vel iiſdem inſiſtere potuerit: hoc ipſo inſuper citra omnem corporis motum, quo calor ventilari, ciborum concoctiones promoveri, humores ſuperflui liquefieri: & phlegma ad ventriculi fundum demitti debuiſſent, magnam cruditatum colluviem contraxit, quæ ſubinde ventriculum irritans, Vomitu fuit rejecta, vel ad ſecundæ coctionis viſcera præcipitata, contumaces, jecoris præſertim, lienis & meſenterii obſtructiones induxit: Et cum vitium primæ coctionis non emendetur in ſecunda, copioſa humorum

rum collectione calor viſcerum obrutus, adeóque his devincendis impar, flatus, borbory mos & abdominis murmura ſuſcitavit, qui non ſolum deorſum, ſed etiam ſurſum violent erumpentes, crebros cauſarunt ructus. Fruſtrata hoc modo utraque concoctione, ſangu corpori alendo admodum ineptus fuit genitus, cujus fæx craſſior, propter ſplenici & meſe terici rami opilationem, per vas breve in lienem ingredi prohibita, partim deorſum ad v nas hæmorrhoidales profluens, in illarum exitu hyperſarcoſes, & fiſtulam perpetua ſar madentem produxit, partim per ſupernum ventriculi orificium in illius cavitatem protru fel inſuper ob choledochi obſtructionem ad inteſtina delabi prohibitum, in ventriculu regurgitavit, vel ſubtiliori ſui parte in habitum corporis diffuſa, faciem potiſſimum pallic & colore ſubfuſco infecit. His omnibus corporis indiſpoſitionibus acceſſerunt aſſiduæ graviſſimæ animi curæ, quæ modicum ſanguinem ad cor attrahebant & ſpiritus inſitos diſ pabant, calorémque nativum ſenſim extinguebant: Ea de cauſa jam à tribus annis n fuimus auſi venam aperire, ne ſubito omni humido, vitæque theſauro evacuato, appropi quantem vitæ terminum abbreviaremus: Obſervavimus enim, & potiſſimum in reditu Bohemia in Auſtriam, etiam optima victus ratione, è cibis optimi ſucci & facillimè coctio inſtituta, paulatim non tam corporis quàm ingenii vires magis magiſq; debilitari, ſomnole tum & feſſum reddi, ut niſi ſumma urgeret Conſiliarios interpellantes audiendi neceſſit interdiu præ totius corporis laſſitudine, lecto decumbere cogeretur: Caloris denique e guitatem demonſtrabant nobis urinæ tenues, aſſumpto potu duplo aut triplo copioſior aliquot etiam ſeptimanis lacteſcentes & penitus inodoræ, omni ſalſedine ſeri carent poſtea ſubito ob filii nativitatem, à gaudio concepto, reſiduo nimirum calore reſuſcitat melius coloratæ, ſed abſque omni enæoremate vel ſedimento, ut pote quibus nihil hum rum, coctione & ſeperatione nondum inchoata, nec ſalſum ſanguinis excrementum u næ permiſcebatur. Tandem cum 8°. Martii à venatione demum rediiſſet, pejus habe cœpit, ac x. ejuſdem menſis humoris melancholici fæcem, copioſo phlegmati permiſta (uti præteritis annis aliquoties) vomitu rejecit, ſimulque hæmorrhoidum fluxus, ut & il dem fiſtula, ſaniem profundere ceſſavit & exaruit, Vomitus item nullis, antea ſæpius exp tis remediis, potuit inhiberi. Acceſſit ad humorum anacatharſin etiam bilis in ventriculu effuſio, quæ acrimonia ſua ardorem in ſtomacho cauſabat, & ſuperius orificium roden ad vomitum cogebat, quem ſuo more digitis in fauces immiſſis procurabat, è cujus ev cuatione per breve temporis ſpatium ſe melius habere referebat, donec nova bilis & h moris melancholici (non tamen atræ bilis) in ventriculum fieret regurgitatio, quæ mer branas vellicando Singultum quaſi continuum excitabat, & ardore ſuo ad novum von tum urgebat: & licet remedia, alias ſibi efficaciſſima, promptiſſimè intus & foris admitt ret, eorundémque uſu per horam unam aut alteram vires recipere videretur, nihilomin paulo poſt ob nativi caloris decrementum, ſenſibus externis paulatim deficientibus, in d terius relabetur: Ultimo igitur Martii, poſt copioſum humorum vomitum, ſe ad immine tem vitæ terminum diſpoſuit, & Exemologeſi expiatus, Viatico ſalutis etiam ritè ſuſcept Paſchatis Dominicam inter continuas preces quietam tranſegit: Sacro demum oleo u ctus, die 2. April. anno ſcil. climaterico, quem aliquoties ſibi fatalem prænuntiabat, omr febris ac doloris expers, poſt quartam horam matutinam, caloris nativi defectu, ſub ip ante lectum ſacrificantis Præsbyteri benedictione, placidiſſime animam Deo redde exſpiravit.

Sequenti aurora corpus exanime, balſamicis linimentis condiendum, adſtantibus a quot pientiſſimè defuncti Cæſaris Conſiliarlis, fuit eviſceratum. In quo cerebrum, cæ rum penitus ſalvum, præter humorem aquoſum, qui duræ meningi copioſius infuſus fo nolentiam ultimis menſibus ei cauſavit. Dextrum genu diſciſſum calcis rophos, finiſt talus acre ſerum in ſe continebat, utriuſque pedis motum impedientes. Tendines ad contracti & rigidi ut in rectum extendi non potuerint: De reliquo, ſuræ quaſi excarn prout etiam brachia, nutrimento deſtitura, fuerunt ad maciem extenuata: Ventriculus, menſi pridie mortis ſex bilioſi & melancholici humoris libras vomitu rejecerat, attam ejuſdem excrementi (puta corrupti & ad ventriculum ſanguinis affluentis, unde in ve nullus ſanguis reliquus) libras duas in ſe continebat, cujus acrimonia fuit tanta, ut c aliquot guttulæ in argenteam pelvim deciduæ, acrimonia ſua, non ſecus ac aqua virriola metalli nirorem alieno colore macularit: Cæterum ventriculi tunicæ, tam circa pylor quàm orificium ſuperius, & per totam ſtomachi membranam, inſtar ſubtilioris cha erant extenuatæ: Vas breve ante lienis ingreſſum ſua fæce obſtructum. Lien admod parvus, & per totum intus & extra rubicundus. Pancreas nigerrimum & quaſi indu tum. Hepar in dextro lobo jam ſcirrhoſum. In cyſti fellea nec una quidem fellis gutt

quan

quamvis diligenter inſpecta: Choledochus ad inteſtina directus, induratus & obſtructus: alter ventriculo inſertus, ut & Vas breve peramplus. Pulmo totus utriuſque humoris melancholici & bilioſi tinctura denigratus, dextra parte membranæ coſtas ſuccingenti agglutinatus, muſculis intercoſtalibus jam corruptis ac digito prementi perviis, Cor vero & reliqua nullo vitio laborabant. Unum eſt notabile, quod omnes demitati ſunt, Tametſi nulla præceſſerit per triennium venæ ſectio vel alia ſanguinis vacuatio (præter eam cruoris partem quam hæmorrhoides ſtillabant) quantumvis Portæ & cavæ venarum truncus ſtudioſe diſſecari juſſerimus, intus tamen & in vaſis, & ipſius cordis ſinubus, ne quidem libram dimidiam ſanguinis potuimus exhaurire. Adeo ut omnium Heroum memoria digniſſimus Imperator, ex defectu convenientis chyli, & caloris innati paupertate, congruam ſanguinis nutriendo corpori & vitæ ſuſtentandæ quantitatem conficere non potuerit, ideóque horum defectu præmature nimium obire debuerit. *Hæferus Herculis Medici lib. iij. cap. iij.*

Observatio XLVIII.

Vomitus excitatus ob Vas breve ſingularis conformationis.

Vir ſiniſtri lateris dolore diu cruciatus, Vas breve varium habebat, nam quatuor venæ amplæ, ex ramo ſplenico tumido prope lienem productæ, in ipſo ventriculo longius productæ ſanguine ſcatebant, hinc Vomitus nigræ materiæ. *Vide tit. de Hypoch. dolore.*

Observatio XLIX.

Vomitus à bile atra è cyſti, venis meſaraicis & liene ad ventriculum miſſa.

Vidua febre putrida & hectica prehenſa eſt, cum Vomitu poſt cibum ſumptum fere continuo: Veſica fellis bile atra erat plena: Lien putris ſanguine nigerrimo oblitus, Venæ meſaraicæ ſanguine atro turgentes, venæ ex illis ventriculum implicantes latæ & varicoſæ erant. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio L.

Nauſea, Vomitus à bile ſincera circa Iecoris cava latente.

Vir quidam (*Tit. de Paralyſi lib. I.*) quotidianæ Vomitioni bilioſæ fuerat obnoxius, &c. Deprehenſa eſt poſt obitum bilis ſincera, eáque praſſina, circum jecoris cava, libræ pondo membranis cœrcita. Ea vomitione ſuppreſſa, ventriculi dolor prehendit cum Nauſea, &c.

Observatio LI.

Vomitus, cum aſſidua nauſea, à colluvie materiæ purulentæ inter meſenterii tunicas.

§. I. Quidam intemperantiſſimus Nauſea continua laborabat, & crebro Vomitu, Inventa in cadavere collectio materiæ purulentæ ac fœtidæ inter duas meſenterii tunicas. *Vide lib. I. tit. de melancholia.*

SCHOLIA.

Tanta plerumque ſupervacuorum eſt humorum colluvies, ut deſtinatis à natura receptaculis tota excipi haud poſſit: Ac tum non parva ſuperfluentis portio in vicinas quoques ſedes illabitur, maxime quidem in pancreas & in meſenterium, quæ totius corporis veluti ſentina ſunt. Quibus ergo aſſidua ingluvie magnus fit utriuſque bilis & pituitæ proventus, eas tempeſtive non expurgatas natura valens ac robuſta plerumque in pancreas & in meſenterium, ignobiles ſedes, deponit, idque fere è jecore & liene, per eos venæ portæ ramos qui non in inteſtina, ſed in ipſum meſenterium & pancreas deſinunt & obliterantur, &c. (aut potius per ramos arteriæ cœliacæ & meſentericæ) Ego hoc affirmo & profiteor choleræ, melancholiæ, diarrhœæ, dyſenteriæ (*adde vomitus*) cachexiæ, atrophiæ, &c. latentium denique morborum cauſas me in his plerumq; ſedibus animadvertiſſe. *Fernelius Patholog. lib. vi. cap. 6.*

§. 2. Uxor Dom. D. N. (*Vide hiſtor. lib. 4. tit. de Febribus*) diuturno Vomitu, & nauſea vexata fuit, tandem tabida interiit: Mortua & diſſecta meſenterium diſſolutum & pene conſumptum apparuit ab inſigni abſceſſu, quo diſrupto inſignis collectio materiæ purulentæ in abdomine deprehenſa.

OBSERV.

Observatio LII.

Vomitus ob Tumorem circa radicem Meſenterii exortum.

BEnjamin N. ex lapſu ab equo circa regionem lumborum contuſionem paſſus eſt, h frequens Vomitus: Circa meſenterii exortum ingens apparuit Tumor, qui inteſtin latus dextrum detruſerat. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

Observatio LIII.

§. 1. *Vomitus ob Pancreas ſcirrhoſum.*

PAncreas aliquando in ſcirrhum & cartilaginem duritiem faceſſit, ut Mantuæ in f Marchionis cujuſdam. *Ab eo ſi comprimittur* vas breve, humor melancholicus in ven culum & inreſtina remeat: Hinc Vomitus & dejectio nigra. Ex eo quoque gangræna, u famulo menſarii Bononienſis. *Ioh. Rhodius cent. ij. Obſerv. 97.*

SCHOLIA.

A*B eo ſi comprimitur, &c.*) Obſervabis etiam ut Pancreas venam Portam intra ſe comprehendit, utque ſuperſtratum eſt duodeno inteſtino, quod non datur intueri niſi remoto ac digitis evulſo Pancreate. Inde cognoſces cauſam Vomitionis alimenti indi ſti, vel perfecte cocti, quod inteſtinum arctum, ac luti conſtrictum, ſubire ac permeare non pot *Riolanus Antropogr. lib. 2. cap. 14.*

§. 2. Vetula quædam Vomitum quotidianum poſt prandium & cœnam patiens, in atr phiam incidens, tandem mortua eſt.

Secto cadavere Pancreas ita durum inventum fuit ut lapidem æmularetur. Ob ha cauſam vomitus oboriebatur: cum enim Pancreas ſit ventriculi pulvinar, ventriculus co coctionem ob ipſius duritiem celebrare non poterat, ſed indignatum omne quod accip bat, rejiciebat. *Dom. Panarolus Obſerv. 44.*

Observatio LIV.

Vomitus à corruptione & ſphacelo Pancreatis.

SArtor quidam nihil retinebat aſſumptorum alimentorum potuúmve: Evomebat ve continuo pituitam vel lympham quandam craſſam: uſus ſum propter affectus viole tiam, urgentémque neceſſitatem, omnis generis medicamentis, tam internis quam extern ſed evanido eventu, brevi enim periit.

Aperto cadavere reperi Pancreas totum corruptum, imo ſphacelatum. *P. Barbette Pra lib. iv. cap. ij.*

SCHOLIA.

VOmitus in priori exemplo cauſa fuit ventriculi compreſſio à duritie Pancreatis, Hic vitioſus ſuccus ab eo in ventriculum transfuſus, ad excretio nem irritans.

Observatio LV.

Vomitus à Pancreate cancro affecto excitatus, Renes corrumpente.

CHiturgus (de quo tit. de Lumborum dolore) renum & dorſi doloribus afflictus fu cum Vomitu graviſſimo, hinc calculoſus ab omnibus judicatus. Pancreas putridum erat, corruptum, cancro affectum, qui ulterius ſerpendo ambos quoque renes corrupi *Vide tit. de Lumborum dolore.*

Observatio LV.

Vomitus à variis ventriculi affectibus productus.

§. 1. JUvenis ſub imam ſterni ſedem gladio perfoditur, hinc Vomitus eorum quæ in ven triculo erant, ſed cruenti nihil, Gibbum cavúmque hepatis, & ventriculus, juxta py lorum perforara erant. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

§. 2. Ill. N. Vomitum habuit per triduum, Stomachus interna ſuperficie repertus putridus & inflammatus: ventriculus ubi hepate & liene tegitur, non aliter ac ſi combuſtus eſſet, tin ctus. *Vide tit. de Hypoch. tumore.*

§. 3. Quidam in hypochondrio dextro gladio lato vulneratur: multa cruenta Vomuit & per alvum dejecit. Vulnus in ventriculi fundo maximum erat. *Vide lib. 4. tit de vulner.*

§. 4. Secui ſenem potui nimio vini & cereviſiæ aſſuetum, à ſtomachi ſphacelo cum Vo mitu quotidiano extinctum. *Vide tit. de Palpit. cordis lib. 2.*

§. 5. Domicella continuo cardiogmo cum Vomitu vexata fuit, Subſtantia ventriculi cir ca medium exeſa inventa eſt, ad latitudinem majoris lilii. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 6. Cuidam

§.6. Cuidam faſtidia ciborum & vomitiones aſſiduæ: Fundus ventriculi & pylorus ſyderatus, Totus ventriculus putris & lacerus. *Vide ibidem.*

§.7. Uxor N. Vomituriebat, Ructus emittebat: Deprehenſus ventriculus ad fundum perforatus, à prægreſſa inflammatione. *Vide tit. de ventris tumore.*

§.8. Illuſtri N. in ventriculo tuberculum diſruptum eſt. Habuit hæc ſymptomata; exolutionem, Vomitionem, &c. *Vide lib. 2. tit. de Syncope.*

§.9. Gravidæ tuberculum durum, ingens, os ventriculi ita obturabat ut ſtatim remearet quicquid indebatur. *Vide tit. de Deglutitione læſa.*

§.10. Faber lignarius à Vomitione moleſta liberari non potuit: Aperto cadavere ſemilacer erat ventriculus & putredine corruptus. *Ballonius Paradigm.* 174.

§.11. Mulier cum liquidi quid in ventriculum immitteret, Vomitu ſtatim excludebatur. Inventus ad ventriculi orificium ſcirrhus pugni magnitudine. *Vide tit. de Deglutitione læſa.*

§.12. Narravit mihi Chirurgus ſe ut Vomitus cauſam in peſte cognoſceret, aliquando cadaver Peſte enectum, cum vomitu emortuum diſſecuiſſe, & in ventriculo inveniſſe locum qui nigricabat inſtar carbunculi. *Vide tit. de Febribus.*

§.13. Vidi abſceſſus prægrandes in parte inferiore ventriculi uſque ad pylorum, qui induratus inſtar cartilaginis pugni, ſeu manus complicatæ molem æquabat, & per duos menſes continuo Vomitu uſque ad mortem ægros fatigarunt. *Riolanus lib. 2. Anthrop. c.* 20.

§.14. Quidam diu conqueſtus eſt de cibi faſtidio & Vomitu: Aderat corrugatio quædam ſcirrhodes membranarum ventriculi: foramen quoque in eo vetus conſpiciebatur, cum ulcere fiſtuloſo, Ejus quoque capacitas admodum exigua, &c. *Vide tit. de Inappetentia.*

§.15. Vir quidam quotidie mane & veſperi, poſt prandium & cœnam, Vomitum patiebatur; in atrophiam tandem tranſiens poſt ſex menſes occubuit.

Secto corpore in ſtomacho, interne circa Pylorum, herpetem inveni, unde quotidianus Vomitus, poſtmodum atrophiæ & mortis cauſa oriebatur. *Dominicus Panarolus Pentecoſte* 1. *Obſervat.* 43.

§.16. Per febrem ardentem quidam omnia removebat: In ventriculo puſtulæ plurimæ conſpiciebantur. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§.17. Rever. N. Doloribus ingentibus ſupra umbilicum torquetur, cum continuo & inani Vomendi deſiderio: Ventriculus viſus eroſus, &c. *Vide tit. de Ventriculi dolore.*

Observatio LVII.

Vomitus à complicatis ventriculi & partium vicinarum affectibus excitatus.

§.1. Anatome eorum qui febre maligna extincti ſunt, docet ventriculum cum viſceribus inflammari, unde ingens ſitis, Vomitus. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§.2. Mulier in febrem malignam incidit cum vomitu bilioſo, Hepar parum erat inflammatum: ventriculi tunica interior inflammata, inteſtinum Ileum in medio gangrænoſum, &c. *Vide tit. de Febribus.*

§.3. Vir paſſus eſt dolorem circa hypochondrium dextrum & Vomitus. Hepar cava ſui parte cum ventriculo ex parte coaluerat. In hujus cavo liquamen putre, &c. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§.4. Quidam crapulæ indulgens Vertigine laboravit & Vomitu aſſumptorum. Epiploon habuit putrefactum, Ventriculus inferior ad finem quaſi contuſus, nigro ſucco ex dimidio plenus. *Vide lib. 3. tit. de Ventriculi dolore.*

§.5. Scotus nauſea, & Vomitu bilis affligebatur, cum doloribus ventris, &c. Hepatis lobus orificio ventriculi poſteriori erat affixus & diaphragmati, à præcedente inflammatione: cum pyloro induruerunt pancreas & abdomen, &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

§.6. Puellus 4. ætatis die Vomitu cum alvi fluore correptus eſt. In gibbo hepatis inſignis erat inflãmatio, & ſtomacho undiq; humor atrabilaris adhærebat. *Vide tit. de ventris dolore.*

§.7. Dom. N. Vomitibus per aliquot menſes fuit afflictus: Epiploon erat corruptum & meſaræum, Putris Lien, Caua Epatis pars inflammata, Pulmo, qua coſtas attingit, inflammatione tentatus, Pancreas putre, Ventriculus pure plenus, & in fundo pituita craſſa ac viſcida, unde pertinacia Vomitus: Interna tunica leviter ulcerata. *Vide tit. de Febribus.*

§.8. Ill. Vomebat in copia flavam bilem, In ſtomacho duo ulcera reperta fuere, Hepar durum, quaſi coctum, Splen putris. *Vide tit. de Iſchuria.*

§.9. In cadavere fœminino à Clar. D. Schact, non ita pridem diſſecto, hęc obſervata meóq; penicillo depicta. 1. Peritonæum inteſtinis ubiq; fere adhæreſcens; parte qua adhæſit innumeris ſcarens tuberculis, qualia in detracto pernæ corio apparent. 2. Omenti nullum veſtigium. 3. Inteſtina ipſa invicem coalita, ut à manu Profectoris ægre vi divellerentur, coloris

ſubfuſci

ſubfuſci, quaſi ſemel cocta, innumeris tuberculis minoribus hinc, inde ſparſa. 4. Tub cula majora, magnitudine nucis avellanæ, in inteſtinis omnibus, præcipue Recto, con cua, tumoribus hæmorrhoidum, qui in extremitate ani ſolent protuberare, non diſſi lia: 5. Inteſtina Ilea inflammata: 6. Corpus ventriculo incumbens, altera parte ſan altera putridum, fœdoque ulcere, juxta orificium inferius ventriculum excavans, cui hæſit firmiter, quemadmodum & peritonæo; Hinc forſan miſera hæc muliercula, di vixit, omnia ore aſſumpta mox rejecit, quod in ventriculo à mole incumbente compr hoſpitari nequiverint. 7. Hydrops pectoris. 8. Hydrops abdominis, in cujus cavit tres fere pintæ. 9. Lien parte inferiore putridus. 10. Hepar ſcirrhoſum, diaphragm adnatum. 11. Calculi in folliculo fellis. 12. Ren dexter naturali major, ſiniſter natur multo minor. *Obſervatio Oligeri Iacobæi, In Actis med. Excell. Th. Bartholini ann.* 1674. 75. 76. *p.* 105.

Observatio LVIII.

Vomitus variarum & plurium partium affectus ſequutus.

§. 1. J. Arminius variis affectibus implicitus; incidit quoque in anorexiam cum creb Vomitu, Jecore indurato &c. Inventum omentum putridum, Jecur magnu pituita plurima refertum: Lien, ventriculus, veſica fellea parvitatis inſolitæ: Calcul erat in rene dextro. *Vide lib.* 2. *tit. de Palpit. cordis.*

§. 2. Matrona (*vide tit. de ventriculi dolore*) ventriculi dolore correpta fuit cum veh mentibus in vomitum conatibus: Ventriculus inanis erat: Pancreas magnitudinem nat ralem excedebat, per totum ſcirrhoſus: Ren ſiniſter colliquatus omnino erat.

§. 3. Domicella novennio cruciatibus ventris torta eſt, & ſub finem Vomitibus acidi nigris. Stomachus totum abdomen implebat; in cujus fundo materiæ putridæ ingens c pia: Lienis nullum veſtigium, in cujus loco multa ramenta & fæces: Ren ſiniſter calcu plenus. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 4. Puella (*Vide lib.* 2. *Tit. de Tabe*) cibum nullum appetebat, crebro vomebat & Illi pancreas induratum erat omni ex parte & plane ſcirrhoſum: Glandulæ meſente hinc inde ſcirrhoſæ &c.

Observatio LIX.

Vomitus ſequutus varios Inteſtinorum affectus.

§. 1. PUellus dyſenteria correptus, ultimo die quæcunque aſſumebat, Revomebat, craſſ inteſtina tumebant, atque ac ſi inflammata fuiſſent livebant. *Vide tit. de Dyſenteri.*

§. 2. Fœmina Evomebat ſæpe viridia variaque cum nauſea: aſſumpta mox revomeba Inteſtinum duodenum omni pituita privatum erat, cujus abſentia continui Vomitus cau fuit, cum minimam acrimoniam è veſtigio potuerit ſentire. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 3. Inteſtini tenuis, parte quavis coarctati ingreſſus in partem proximam, alvinis fœ cibus tranſitum intercludit, & aſcenſum ad ventriculum promovet. *Vide tit. de ventri dolore.*

§. 4. Puerum vidi fœces alvinas per os reddentem, cujus inteſtina volvulo erant impe dita & invicem implicata. *Th. Bartholinus centur.* 4. *hiſtor.* 47.

De Vomitu volvulo laborantium, vide Titulo de ventris dolore.

§. 5. Tonſor cibi potusque portionem per os rejiciebat: Hujus colon à dextro in ſini ſtrum, qua parte ventriculo incumbit, flatu erat diſtentum: reliqua inteſtina fæcibus ple na. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 6. Homo tres ſeptimanas afflictus complicatis morbis, hepatici fluxus, lienteriæ diarrhœæ, cum acuta febre & Vomitu omnium ingeſtorum. Ileon comperiebatur con verſum à capite ad calcem; Infra nodum illum, inteſtina omnia erant livida: Pancrea ſumme durum, &c. *Vide tit. de Diarrhœa.*

§. 7. Doctor N. vidit Duodenum inteſtinum undique repletum ſtercore: Si quid æge ſumeret, ſtatim vomebat. *Vide tit. de Alvo adſtrictâ.*

§. 8. Puellus octo dierum excrementa ſubinde per os rejiciebat: Inteſtinum rectum intus coaluerat, exteriori foramine libero. *Vide tit. de Alvo adſtrictâ.*

Observatio LX.

Vomitus cauſam habens in Renibus calculo, arenulis &c. obſeſſis

§. 1. JOhannes N. ſibi Vomitum moleſtum eſſe conquerltur, cum gravitate in lumbis & quatriduana iſchuria: Renis dextri cavitas ſabulo conſperſa erat: Ureteris pelvi

calculus inſertus erat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 2. Vir crebris dolorum, Vomitus, cruentæ mictionis paroxyſmis obnoxius vixit. Viſcera omnia, exceptis renibus, maxime ſana apparebant: Renes calculis, ſabulo obſtructi &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 3. Generoſus N. nephtiticus, crebris Vomitibus infeſtabatur: Ventriculus, qui tot vomitibus ludibrium debuerat, mediocriter habebat, ſub renis ſiniſtri membrana calculus aderat ovi gallinacei magnitudine; In utroque plures minores. *Vide tit. de Lumborum dolore, & ibidem plura alia exempla.*

§. 4. Filiola Damiſellæ du Buy 11. febris die interiit, repertus lapis in Renibus, Vomebat frequenter.

SCHOLIA.

Cum vomunt ſæpe & contorquent corpus pueri, loco non conſiſtentes, de Nephtitide conjectura eſſe debet: Et fomenta ad renes applicabis: Quod notandum, ut prudentia Medici infantium imbecillitati & infantiæ, ut ita dicam, humaniter ſuccurrat, *Ballonius Epidem. lib. 2. pag. 246.*

§. 5. Vir Rever. dolores frequentes in ilio ſiniſtro paſſus, cum excretione arenularum & vomitu pituitæ à cibo: In rene calculus aderat longitudinis pollicis: Tota renis ſubſtantia abſumpta. *Vide tit. de urinis p. n.*

§. 6. Vir Nob. nephriticus erat cum vomitione crebra, fuerunt inventi renes conſumpti. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 7. *Clar. Sperling* cum lumborum dolore vomitu defatigabatur: In renibus aderant calculi inſolentis figuræ & molis. *Vide ibid.*

§. 8. D. Bucretium Nauſea & dolor circa renum regionem afflixit: Ventriculus & inteſtina flatu turgida: In dextro rene calculus inſignis magnitudinis, In ſiniſtro veſica aqua limpida plena &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

SCHOLIA.

Sympathiam Renum cum ventriculo deducit *Riolanus Antropogr.* lib. 2. cap. 26. à vitio nervorum quos Renes à ſtomachico accipiunt: In ſuperiore, *ait*, parte Renis magnam Glandulam, ab *Euſtachio* primum deſcriptam invenies; quam appoſitam puto ad firmandum diviſionem retiformis plexus nervorum, qui à coſtali, & portione ſtomachici inter duos renes efformatur, Inde ſympathia Renum cum ventriculo, ita ut laborantibus Renibus Vomitus frequentius accidat quam aliis partibus affectis, quæ nervos, ut Renes à ſtomachico accipiunt: Iiſque prava diatheſi affectis, vel corruptelam patientibus, Σπλὴν æque fatigat ventriculum ac ſi hepar ipſum eſſet in vitio, ratione ſui parenchymatis carnei, in quo reſidet facultas naturalis, cujus pars præcipua eſt appetentia.

OBSERVATIO LXI.

Vomitus per conſenſum à cerebro madido excitatus.

Puella tuſſi infeſtata fuit, poſtea motibus convulſivis: dum hi urgerent, Vomitione crebra afficiebatur.

Defunctæ viſcera omnia ventris inferioris ſatis ſana & ſarta inveni: Ventriculus licet inani vomitione crebro laceſſitus, nihil præter liquorem nuper ore ingeſtum continebat: At cerebri ſubſtantia prorſus madida, & humore aquoſo ſupra modum irrigata videbatur &c. *Vide lib. 1. Tit. de Spaſmodicis affectibus ex Williſio.*

SCHOLIA.

Præter cauſas in quibus irritatio in ipſo ventriculo, aut in appendice ejus habetur, quandoque accidit ſtomachum, ex ſe ſatis ſanum & inſontem, partium aliarum longe diſſitarum culpas luere, quod non fibrarum continuitate, ſed nervorum commeatu & commercio peragitur: Quippè horum ductu, cum ſpiritus animales in uno loco perturbantur, alii procul degentes ſimilem ἀταξίας concipiunt atque paſmos ineunt: hinc à vulnere aut plaga graviore capiti inflicta, quatenus ſpiritus intra ἐγκέφαλον perturbari, nervorum paris octavi commeatu, alios ventriculi hoſpites in pares ἀταξίας concitant, vomitio frequenter ſuccedit; Propter eandem rationem nonnulli in navigio aut curru vecti, vomitu immani tentantur: Cujus ſymptomatis cauſa haudquaquam eſt (uti quidam aſſerunt) humorum agitatio, at vero ſpiritus animales cerebrum incolentes, in motus inordinatos coacti, nervorum principia tumultuoſe ſubeunt, eorumque ductu contractiones viſcerum emeticas cient. *Idem Pharmac. Ration. ſect. 2. cap. 1.*

OBSERVATIO LXII.

Vomitus vitio cerebri excitatus, in quo abſceſſus ſeroſus.

Puella 12. annos nata, maximo dolore fixo verticis laboravit per quatuor menſes: Erat ſine febre, ſed omnia alimenta rejiciebat; Dum rete mirabile demonſtrare vellet

Chirurgus

Chirurgus, digitis abſceſſum rupit, natibus & infundibulo cerebri inhærentem, ex ſtatim aqua clariſſima ad libras duas exivit.

Observatio LXIII.

Anatome viri fumo Tabaci abutentis, indeque Vomitu continuo fatigati, cujus caput & ventriculus ſine labe inventa ſunt.

Sereniſs. Dux Bavariæ cujuſdam Conſiliarii ſui Tabaco abutentis, & Vomitu contin tandem extincti caput per anatomiam explorari mandavit, quod una cum cerebro membranis ſartum tectum, ſine omni noxa inventum eſt: Nihilominus pro cauſa *conti vomitus* & mortis, ſtatui potuit abuſus Tabaci, vi cujus nimium pituitæ ad ventricul tranſit, quæ vel copia & frigiditate *eum tandem* enervavit, vel malam qualitatem & c ruptelam per moram inducens, vicina membra, & ipſum adeo ventriculum in commu malum traxit. *Wolf. Hæferus Herculis med. lib.* 1. *cap.* 5.

Scholia.

Ventriculum *tandem enervavit*] Vomitionis crebræ & Habitualis, ſæpenumero cauſa eſt non tam materies ventriculum irritans, quam fibratum ejus nerveatum debilitas & nimia in irritationes propenſio, in quantum ſcil. illæ teneræ admodum, aut infirmæ, neque ingeſta concoquere, nec eorum onus ſive gravamen ſuſſerre valent, quin à quolibet iis incumbente mox irritantur, & proinde quod moleſtum eſt expellendi gratia, fibras carneas in ſpaſmos emeticos cient.

Hujuſmodi affectionis duo ſunt præcipui caſus, videlicet aut ſtomachi debilitas fibris ipſis inſita à paſſionibus inordinatis, uti crapula, potationibus aſſiduis ac immodicis, vinorum aut aquarum ardentium ingeſtione crebra (*crebro pituita aut ſaliva decubitu, vi Tabaci è cerebro elicita & glandulis vicinis*) aliiſque in victu erroribus contrahitur: quatenus nempe fibræ iſtæ ſupra modum diſtentæ, aut nimis excalfactæ, ac velut aſſatæ, ſpiritus animales in ſatis uberi copia admittere aut continere nequeant: Vel 2°. Fibræ iſtæ; quanquam per ſe t habentes, tamen propter nervos alicubi obſtr ctos, debito ſpirituum affluxu deſtituuntur, proi deque languidæ & flacceſcentes, ingeſta quæq haud tolerant, quin ſtatim aggravatæ per vomitu ejici cogunt: Ita novi plures, ſine ulla ventricu impuritate, aut languore ab inordinationibus co tracto, viſceris iſtius quadam quaſi paralyſi affect appetitu caruiſſe, atque vomitioni aſſiduæ obn xios fuiſſe:

In priori affectu ejuſmodi remedia indicantu quæ fibras nimis diſtentas & tenues ſtypticitate ſi corrugari, ac in ſpatium brevius contrahi facian necnon quæ mulcimine ſuo pergrato ſpiritus illi copioſius allectent & languidos refocillent. 2. I poſteriori, ventriculi ſcilicet debilitate ſive reſolu tione propter nervos alicubi obſtructos excitat remedia antiparalytica cum ſtomachicis adjunct præcipui erunt uſus. *Willis Pharmacop. Ratio, ſect.* 2. *cap.* 3.

Observatio LXIV.

Vomitus à Pulmonis ſiniſtri corruptione concitatus, & Oeſophago in vicinia perforato.

Vir maximis in dorſo doloribus diu multumque divexatus, tandem nigra vomuit: d 3. vel 4. die vomitus tepeſcens, interdum tres menſuras id quod exiit adæquabat &c Cadavere apetto, infima corporis regio omni labe carebat: At ſiniſter Pulmo toti corruptus erat: Lobus ille ſpinæ dorſi firmiter adhæſit, atque per Oeſophagum ruptur liquorem illum nigricantem in ventriculum congeſſit: &c. *Vide lib.* 2. *tit. de Dorſi dolore, e Volkamero in miſcell. curioſis anni* 1671.

Scholia.

Per *Oeſophagum ruptum*] Non minus frequenter ob irritamentum ſupra orificium ſiniſtrum, ac infra Pylorum in vicinia habita, ſpaſmus excitatus, & fibrarum continuitate in ventriculum propagatus contractiones ibidem emeticas ciet: Cum inter deglutiendum alimenta in Oeſophagi ductu ob paralyſin vel obſtructionem hærent, & fibras nerveas ſtimulant, mox carneæ ſurſum contractæ etiam ventriculum in ſpaſmi conſenſum rapiunt: ſimilis effectus à Palato aut Uvula irritato paſſim ſuccedit: Hinc à cibo potuve ingratis, fere tan tum ore libatis, etiam à pluma gutturi indita, ſæp vomendi nixus aut vomitio cietur.

Pulmo totus corruptus erat &c.] Propter ean dem etiam rationem in phthiſi tuſſim vehementer quandoque vomitus comitatur aut ſequitur, ſcil ob vellicationem ſive concuſſionem ejuſdem tuni cæ, quæ pariter Gulam & ſummitatem Trachea obducit: *Willis Pharmac. Ration. ſect.* 2. *cap.* 1.

calculus inſertus erat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 2. Vir crebris dolorum, Vomitus, cruentæ mictionis paroxyſmis obnoxius vixit. Viſcera omnia, exceptis renibus, maxime ſana apparebant: Renes calculis, ſabulo obſtructi &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 3. Generoſus N. nephriticus, crebris Vomitibus infeſtabatur: Ventriculus, qui tot vomitibus ludibrium debuerat, mediocriter habebat, ſub renis ſiniſtri membrana calculus aderat ovi gallinacei magnitudine; In utroque plures minores. *Vide tit. de Lumborum dolore, & ibidem plura alia exempla.*

§. 4. Filiola Damiſellæ du Buy 11. febris die interiit, repertus lapis in Renibus, Vomebat frequenter.

SCHOLIA.

CUm vomunt ſæpe & contorquent corpus pueri, loco non conſiſtentes, de Nephritide conjectura eſſe debet: Et fomenta ad renes applicabis: Quod notandum, ut prudentia Medici infantium imbecillitati & infantiæ, ut ita dicam, humanitet ſuccurrat, *Ballonius Epidem. lib. 2. pag. 246.*

§. 5. Vir Rever. dolores frequentes in ilio ſiniſtro paſſus, cum excretione arenularum & vomitu pituitæ à cibo: In rene calculus aderat longitudinis pollicis: Tota renis ſubſtantia abſumpta. *Vide tit. de urinis p. n.*

§. 6. Vir Nob. nephriticus erat cum vomitione crebra, fuerunt inventi renes conſumpti. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 7. *Clar. Sperling* cum lumborum dolore vomitu defatigabatur: In renibus aderant calculi inſolentis figuræ & molis. *Vide ibid.*

§. 8. D. Bucretium Nauſea & dolor circa renum regionem afflixit: Ventriculus & inteſtina flatu turgida: In dextro rene calculus inſignis magnitudinis, In ſiniſtro veſica aqua limpida plena &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

SCHOLIA.

SYmpathiam Renum cum ventriculo deducit *Riolanus Antropogr.* lib. 2. cap. 26. à vitio nervorum quos Renes à ſtomachico accipiunt: In ſuperiore, *ait*, parte Renis magnam Glandulam, ab *Euſtachio* primum deſcriptam invenies; quam appoſitam puto ad firmandum diviſionem retiformis plexus nervorum, qui à coſtali, & portione ſtomachici inter duos renes efformatur, Inde ſympathia Renum cum ventriculo, ita ut laborantibus Renibus Vomitus frequentius accidat quam aliis partibus affectis, quæ nervos, ut Renes à ſtomachico accipiunt: Iiſque prava diatheſi affectis, vel corruptelam patientibus, ὁμοίως æque fatigat ventriculum ac ſi hepar ipſum eſſet in vitio, ratione ſui parenchymatis carnei, in quo reſidet facultas naturalis, cujus pars præcipua eſt appetentia.

OBSERVATIO LXI.

Vomitus per conſenſum à cerebro madido excitatus.

PUella tuſſi infeſtata fuit, poſtea motibus convulſivis: dum hi urgerent, Vomitione crebra afficiebatur.

Defunctæ viſcera omnia ventris inferioris ſatis ſana & ſarta inveni: Ventriculus licet inani vomitione crebro laceſſitus, nihil præter liquorem nuper ore ingeſtum continebat: At cerebri ſubſtantia prorſus madida, & humore aquoſo ſupra modum irrigata videbatur &c. *Vide lib. 1. Tit. de Spaſmodicis affectibus ex Williſio.*

SCHOLIA.

PRæter cauſas in quibus irritatio in ipſo ventriculo, aut in appendice ejus habetur, quandoque accidit ſtomachum, ex ſe ſatis ſanum & inſontem, partium aliarum longe diſſitarum culpas luere, quod non fibrarum continuitate, ſed nervorum commeatu & commercio peragitur: Quippe horum ductu, cum ſpiritus animales in uno loco perturbantur, alii procul degentes ſimilem ἀταξίαν concipiunt atque ſpaſmos ineunt: hinc à vulnere aut plaga graviore capiti inflicta, quatenus ſpiritus intra ἐγκέφαλον perturbati, nervorum paris octavi commeatu, alios ventriculi hoſpites in pares ἀταξίας concitant, vomitio frequenter ſuccedit; Propter eandem rationem nonnulli in navigio aut curru vecti, vomitu immani tentantur: Cujus ſymptomatis cauſa haudquaquam eſt (uti quidam afferunt) humorum agitatio, at vero ſpiritus animales cerebrum incolentes, in motus inordinatos coacti, nervorum principia tumultuoſe ſubeunt, eorumque ductu contractiones viſcerum emeticas cient. *Idem Pharmac. Ration. ſect. 2. cap. 1.*

OBSERVATIO LXII.

Vomitus vitio cerebri excitatus, in quo abſceſſus ſeroſus.

PUella 12. annos nata, maximo dolore fixo verticis laboravit per quatuor menſes: Erat ſine febre, ſed omnia alimenta rejiciebat; Dum rete mirabile demonſtrare vellet

Chirurgus

Chirurgus, digitis abſceſſum rupit, naribus & infundibulo cerebri inhærentem, ex ſtatim aqua clariſſima ad libras duas exivit.

Observatio LXIII.

Anatome viri fumo Tabaci abutentis, indeque Vomitu continuo fatigati, cujus caput & ventriculus ſine labe inventa ſunt.

SErenisſ. Dux Bavariæ cujuſdam Conſiliarii ſui Tabaco abutentis, & Vomitu conti tandem extincti caput per anatomiam explorari mandavit, quod una cum cerebro membranis ſartum tectum, ſine omni noxa inventum eſt: Nihilominus pro cauſa *conti. vomitus* & mortis, ſtatui potuit abuſus Tabaci, vi cujus nimium pituitæ ad ventricul tranſit, quæ vel copia & frigiditate *eum tandem* enervavit, vel malam qualitatem & c ruptelam per motam inducens, vicina membra, & ipſum adeo ventriculum in commu malum traxit. *Wolf. Hæferus Herculis med. lib.* 1. *cap.* 5.

SCHOLIA.

V*Entriculum tandem enervavit*] Vomitionis crebræ & Habitualis, ſæpenumero cauſa eſt non tam materies ventriculum irritans, quam fibrarum ejus nervearum debilitas & nimia in irritationes propenſio, in quantum ſcil. illæ teneræ admodum, aut infirmæ, neque ingeſta concoquere, nec eorum onus ſive gravamen ſufferre valent, quin à quolibet iis incumbente mox irritantur, & proinde quod moleſtum eſt expellendi gratia, fibras carneas in ſpaſmos emeticos cient.

Hujuſmodi affectionis duo ſunt præcipui caſus, videlicet aut ſtomachi debilitas fibris ipſis inſita à paſſionibus inordinatis, uti crapula, potationibus aſſiduis ac immodicis, vinorum aut aquarum ardentium ingeſtione crebra (*crebro pituitæ aut ſalivæ decubitu, vi Tabaci è cerebro elicitæ & glandulis vicinis*) aliisque in victu erroribus contrahitur: quatenus nempe fibræ iſtæ ſupra modum diſtentæ, aut nimis excalfactæ, ac velut aſſatæ, ſpiritus animales in ſatis uberi copia admittere aut continere nequeant: Vel 2°. Fibræ iſtæ, quanquam per ſe t habentes, tamen propter nervos alicubi obſtr ctos, debito ſpirituum affluxu deſtituuntur, pro deque languidæ & flacceſcentes, ingeſta quæq haud tolerant, quin ſtatim aggravatæ per vomit ejici cogunt: Ita novi plures, ſine ulla ventric impuritate, aut languore ab inordinationibus co tracto, viſceris iſtius quadam quaſi paralyſi affect appetitu caruiſſe, atque vomitioni aſſiduæ obn xios fuiſſe:

In priori affectu ejuſmodi remedia indicant quæ fibras nimis diſtentas & tenues ſtypticitate corrugari, ac in ſpatium brevius contrahi facia necnon quæ mulcimine ſuo pergrato ſpiritus ill copioſius allectent & languidos refocillent. 2. poſteriori, ventriculi ſcilicet debilitate ſive reſol tione propter nervos alicubi obſtructos excitat remedia antiparalytica cum ſtomachicis adjunc præcipui erunt uſus. *Willis Pharmacop. Ratio ſect.* 2. *cap.* 3.

Observatio LXIV.

Vomitus à Pulmonis ſiniſtri corruptione concitatus, & Oeſophago in vicinia perforato.

VIr maximis in dorſo doloribus diu multumque divexatus, tandem nigra vomuit: 3. vel 4. die vomitus repetens, interdum tres menſuras id quod exiit adæquabat &

Cadavere aperto, infima corporis regio omni labe carebat: At ſiniſter Pulmo tot corruptus erat: Lobus ille ſpinæ dorſi firmiter adhæſit, atque per Oeſophagum ruptu liquorem illum nigricantem in ventriculum congeſſit: &c. *Vide lib.* 2. *tit. de Dorſi dolore,* *Volkamero in miſcell. curioſis anni* 1671.

SCHOLIA.

P*Er Oeſophagum ruptum*] Non minus frequenter ob irritamentum ſupra orificium ſiniſtrum, ac infra Pylorum in vicinia habita, ſpaſmus excitatus, & fibrarum continuitate in ventriculum propagatus contractiones ibidem emeticas ciet: Cum inter deglutiendum alimenta in Oeſophagi ductu ob paralyſin vel obſtructionem hærent, & fibras nerveas ſtimulant, mox carneæ ſurſum contractæ etiam ventriculum in ſpaſmi conſenſum rapiunt: Similis effectus à Palato aut Uvula irritato paſſim ſuccedit: Hinc à cibo potuve ingratis, fere tan tum ore libatis, etiam à pluma gutturi indita, ſæp vomendi nixus aut vomitio cietur.

Pulmo totus corruptus erat &c.] Propter ean dem etiam rationem in phthiſi tuſſim vehementer quandoque vomitus comitatur aut ſequitur, ſci ob vellicationem ſive concuſſionem ejuſdem tuni cæ, quæ pariter Gulam & ſummitatem Trache obducit: *Willis Pharmac. Ration. ſect.* 2. *cap.* 1.

Observatio LXV.

Vomitus ortus ob ingentem vomicam in Pulmone.

Stertor ſuppuratum Pulmonem cum multitudine puris non ſeper ſequitur: Vidimus mulierem Arelate, quæ quibuſdam ante mortem annis Vomitu ſolebat per intervalla rejicere magnam puris copiam, cum defectione animi, vocis privatione & gravibus aliis ſymptomatis, quibus levabatur à vomitu.

Mortua & diſſecta, vomica ingens in Pulmone reperta eſt, cum tamen ſtertor non apparuiſſet, non enim fit, niſi in bronchiis, aëris conceptaculis, materia ferveat. *Iacotius comment.* 1. *ad aphor.* 18. *lib.* 1. *Coacor. Hippocr.*

Observatio LXVI.

Vomitus ab Eryſipelate Pulmonum excitatus, & Hepatis.

Melchior N. febre corripitur continua cum tuſſi inani, Vomitionibus frequentibus &c. Aperto cadavere, una pars pulmonis veluti ſtipula ardente deflagraverat: Hepar quoque veluti deflagraverat. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio LXVII.

Vomitus puris & pituitæ à viſcerum omnium corruptione.

Cerevisiæ coctor ulcere ventriculi viſus fuit laborare &c. mox pituitam crudam copioſo pure permixtam Vomuit: 3°. menſe, ex quo pus vomuiſſet, è vita migravit: Hujus omnia viſcera corruptiſſima fuere, multo pone conſiſtente pure &c. *Vide hiſtor. Tit. de Inappetentia.*

Observatio LXVIII.

In canis, Nauſea & mictione cruenta laborantis, veſicæ orificio & interiore cavitate glandulæ repertæ: In Liene tubercula, & Renibus puſtulæ.

Canis erat ejus habitus, qualis ad capiendos lepores adſueſcit, ſed multo minoris, ut ideo in gynæceo aleretur, Is ſæpiſſime & ad quemvis motum vomituriebat, ſed nihil niſi mucum quandoque exſpuebat: crebroque cruenta mingebat, collo inſuper tumefacto & ſtrumoſo apparente.

Faſtidia hæcce cum ferre amplius tæderet, imo & in cauſas iſtorum ſymptomatum inquirere luberet, animal vivum diſſecabatur, ubi poſtice arteriæ aſperæ utrinque duæ glandulæ, ovi gallinacei minoris magnitudine adnatæ comparebant: In veſicæ autem orificio, ipſaque interiore cavitate, tales quoque glandulæ accreverant, quæ omnes cruento & fæculento quodam ſucco refertæ erant, quod profecto nemo vivente adhuc animali conjeciſſet: Lien quoque tuberculis quibuſdam cruentis intus aſperſus erat, & renes paucis puſtulis, unde nutritionis errorem præſumo. *Iohannes Dolæus in miſcellan. cur. ann.* 1674. 75. & 76. *p.* 94.

APPENDIX.

De Calculis vomitu rejectis & materia arenoſa.

Vomitu Calculus rejectos fuiſſe teſtis olim fuit *Braſſavolus*: Sæviſſima nephritide D. *Deſgranprés* apud *Riverium*, in obſervat. communic. per quadriennium laboravit, at vix calculos arenasque emingere ceſſaverat, cum in cruciatus crudeliſſimos incidit lateris ſiniſtri, ſub coſtis circa lienem, dolor brevi ſpatio circumſcriptus ad ventrem & umbilicum non porrigebatur, Ren tantum ſiniſter alternatim compatiebatur, ventriculus maxime ſiniſtrorſum, præcipue cum vomitus inſtarct; &c. Acceſſit vomitus frequens, qui cum & laborioſus inter cætera ſymptomata maxime infeſtaret, quem angor & gravis cardialgia præcedebat, venit in animum explorare cujus conditionis eſſet materia illa quæ tam abunde etiam jejuno ventriculo rejectabatur; Erat certe quoad colorem è rubronigricans, pultis conſiſtentia craſſa tenaxque, in qua dum bacillo agitatur multi calculi cineritii & ſubflavi, quales per urinam primo excreverat, inventi ſunt, non ſemel tantum, ſed quoties vomeret multo conatu & labore, vel quoties talis dolor repeteret; Anno poſtremo 1645. dolores mitiores ſenſim facti fuere, Ren parum doluit, ſed magis lien & ventriculus, ſeu pars ſiniſtra, de more ſolito, at longiori intervallo.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

EX quibus agnovit mineram calculorum primo & ultimo in Liene & ejus vaſis delituiſſe, & per vas breve (quod ex uſu aquarum acidularum, deinde per vomitus parentius factum eſt) in ventriculum cum humoris atrabilarii magna copia, ſui portionem amandaſſe, quæ primo ad renes tantummodo propellebatur: Sed rectius *Bartholinus* & *Gliſſonius* judicant, nam credunt de veſica fellis materiam ſabuloſam ad ventriculum venire, quæ concreſcens ad augeri poſſe videtur: Aut arteriæ materiam calculi in renes moverunt, & eam in maſſam ſanguineam revexerunt venæ, ac mox de ea arteriæ in Lienem intulerunt: Aut arteriæ ſponte in illud viſcus, non in renes effuderunt. *Schneiderus lib. 3. de Catarrh. c. 7. De generatione Arenularum in vaſis & maſſa ſanguinea, vide l. 4. tit. de Febr. ex eodem.*

Observatio LXIX.

Nauſea à ſemine corrupto, in cavitate vaſis in penem id deferentis coercito.

QUidam coitui addictiſſimus, tandem ſibi caſtitatem rigide ſervandam propoſuit. Poſt menſes ſex Nauſea corripitur, tandem epileſia extinguitur. Nullum vitium in ſtomacho, cerebro &c. inventum, præterquam in cavitate vaſis ſemen in penem deferentis, quæ ſemine in virorem mutato oppleta viſa eſt. (*Tit. de Epilepſia lib. 1.*)

Observatio LXX.

Vomitus ſanguinis ob Hepar ſcirrhis ex parte obſeſſum, Cyſtim felleam bile turgidam, hinc vaſa majora ſanguine exhauſta.

CUm D. Andreas Herrenſchmid Gymnaſiii Ulm. Metaphyſices Profeſſor, naturæ ſanguineo melancholicæ, quoſdam balneantes in Thermis Dalfingenſibus viſitaſſet, & vini largiore hauſtu ſe exhilarans, & veſperi tardius domum repetens celeri gradu, ne clauſis portis urbe excluderetur, eò contendens; inſigni aëris æſtu, vini copioſiore potu, & corporis validiore motu maſſa ſanguinea incaleſcente, in Sanguinis vomitum exundantem incidit ad mortem uſque perſeverantem.

Ipſo vita functo, cadavere reſerato interiora viſcera ita deprehenſa diſpoſita: Hepar in gibboſa parte paſſim ſcirrhis obſeſſum, coloris lividioris repertum: Veſicula fellea ſubjecta grandior ſolito, & copioſo humore bilioſo conferta apparuit: Lien ſat magnus coloris ſanguinei, ſine ulla labe conſpicuus: Illud autem unice mihi erat admirationi, In tota vena cava & arteria magna, in lumbis recumbentibus, nequicquam ſanguinis repertum, in aliis etiam vaſis nihil, præter quaſdam mucilagines tantillo cruore imbutas obſervatum: Ni ego αὐτόπτης vix mihi perſuaderi paſſus fuiſſem id poſſibile, naturam ad eam extremitatem redactam ut totalem maſſam ſanguineam, velut ſuum theſaurum, dimittat, ea penitus privata ac diſpoliata; & ita tam ex venoſo quam arterioſo genere ſanguis evacuatus ut nihil reliqui manſerit: è venis craſſior & nigrior, per inteſtina ac ſeceſſum exitum quæſivit, ex arteriis autem rubicundior ac floridus, seu levior, ſurſum contendens, ad ventriculi regionem delatus, per Vas Breve arterioſum vomitu redditus: Etſi vena coronaria in ventriculo nonnihil turgidior viſa, ut exin ſanguinem regurgitaſſe conjectura captanda.

SCHOLIA.

CUm non modo venoſus, Sed & arterioſus ſanguis vomitu rejectus, id rationi haud abſonum: quin potius cum quintuplo plures arteriæ a ſplenico ramo (prout *Adr. Spigelius* tradit) prodeuntes, inprimis gaſtrica & vas breve arterioſum, & ad ventriculum pertingentes, comperiantur, plauſibilius videtur exin tantam ſanguinis rubidi ac floridi copiam in ægro illo promanaſſe: Haud abſonum rem illuſtrare exemplo de Cardinali Cibone, (de quo obſerv. 73.) cujus ventriculo compreſſo Lien turgeſcebat; è contrario hoc compreſſo copioſius ſanguis ad illum confluxit & per vas breve effuſus: cum illi ægro obtigerit Hepar ſcirrhodes, proin ineptum ad ſanguinis laudabilis generationem; etſi Lien colore ſanguineo præditus ut vicarius in ſanguine elaborando valeat, nec is inculpatus genitus, quin ſeroſior, fortaſſis etiam bilioſior ſeu acrior, tum ſua tenuitate fluxilis redditus, tum acredine ſtimulans naturam (accedentibus externis cauſis) ab ea moleſtia ſe liberandam, nec deſinens laceſſere, dum totalis excretio facta, concurrente etiam imbecillitate retentricis, omnia temere diffluere permittentis, & fuga vacui. *Auguſtinus Thonerus lib. 3. obſerv. p. m.* 140.

Læſo ex contuſione aliqua Hepare ſequi poſſe, per vomitum aut alvum, ſanguinis ejectionem, quod nimirum Porus Bilarius (magno ægri commodo) partem aliquam ſanguinis, hepar opprimentis, in ſe recipiat & ad inteſtina deducat, unde, vel motu periſtaltico inverſo, ſurſum, vel eodem regulariter ſe habente, deorſum feratur *exiſtimat Gliſſon. Anatom. Hepatis.*

Observatio LXXI.

Vomitus ſanguinis à Liene corrupto, in ventriculum fæculentias extrudente excitatus.

ANno C. 1677. 18. Maji menſis, cultro Anatomico expoſitum eſt cadaver D. N. annos nati 25. poſt invaletudinem 27. menſium denati: Initium fuit enormis ſanguinis Vomitus, cujus una vice unoque impetu libras circiter ſex & ultra effudit; hinc quanquam robuſtus & ætate florens pene ad exitium deductus: Cardiacis recreato exinde puncturæ hypochondrii ſiniſtri moleſtæ fuere, quibus acceſſere ingentes & immanes pectoris laterisque ſiniſtri, ad dorſum uſque diffuſi dolores, quos nulla arte mitigare licuit: Exacto bimeſtri recurrit vomitus, æqualisque ſanguinis copiæ excretio, à qua vires penè attritæ: Curæ commiſſus fuit *Titii*, qui Lienem in culpa eſſe recte ſuſpicatus, eo ſcopos & remedia direxit: Interim morbo hic prehenditur, cujus ſuccedaneus fuit *Sempronius*, qui Lienem vitio omni abſolvit, Renemque ſiniſtrum ſymptomatum omnium authorem accuſat, ureterem, juxta inſertionem, à calculo obſtructum aſſerens: ex prægreſſo vomitu, & urinis tartaream fæculentiam in fundo exhibentibus, indicia & indicationes ſumens, diuretica præſcribit, lithontriptica, ſemicupia, litus, & quæcunque obſtructas vias urinas reſerare valebant, ſed irrito ſucceſſu, imo ægri damno & imminente majoris mali periculo, vomitus ſcil. ſanguinis revocandi: nulla tamen adfuit urinæ interceptio, familiaris unico etiam reni obſtructo. Interim *Titius* ſanitati reſtituitur, cujus curam expetit æger, Ille propoſiti tenax prioribus ſcopis inhæret, Lienemque iterum oppugnat, quod ejus affecti conſtarent indicia, nihil eorum quæ obſtructionibus aperiendis, eidemque roborando conducunt prætermittens: chalybeata præſertim in uſum ducens, ex quibus maximum auxilium expertus fuerat æger, imo reſtitutionis valetudinis ſpem conceperat: Hinc, neſcio cujus inſtinctu, Acidulas Brevenatenſes in Ditione Neocomenſi, Burgundiæ Comitatui finitimas adiit, quarum potus parum contulit, ob viſceri labem altius impreſſam quam ut ab illis elui poſſet, atque ab illarum reditu paulo poſt fatis conceſſit.

Poſt obitum, quia circa partem affectam & morbi indolem in diverſa abierant Medici, dum *Sempronius* Renem ſiniſtrum, *Titius* Lienem morbi ſedem fuiſſe contendit, cadaveris apertionem optant & urgent conſanguinei, quæ paucis poſt horis inſtituta eſt: Adhibita ergo abdomini novacula, Jecur ſe obtulit inſignis molis, quod diſciſſum ſeri flavi libras duas & amplius emiſit, cujus tamen expers omnino fuit ventris cavitas: Ad Lienem ubi perventum, Vafer Chirurgus Renem ſiniſtrum manibus continere ſe dixit, (Medici enim à Lazaro fœtente ſeceſſerant) Tum *Titius*, qui à partibus Lienis ſtabat

plurima dixit
In lævum converſus, at illi dextra jacebat
bellua,

Interim ſuppoſitium Renem, (Lienem) diſſecat Chirurgus, qui externa facie integritatis notas præſeferebat, interius autem nihil niſi putrilaginem exhibuit, ad minimum digitorum contactum in particulas diſſiliens: Hinc *Sempronius* de reportata victoria triumphum agit, dolum non animadvertens, atque rem ſe acu tetigiſſe exclamat, oculatiorem ſe in rimandis occultis morborum cauſis non dari, ſagacitatem innatam hac in re non defuiſſe, diaphanum ſibi fuiſſe ægri corpus ac viſcera quaſi in propatulo, multaque alia jactabundus effutit, donec Chirurgus continendi riſus impotens, & in cachinnum erumpens, Splenem ſe diſſecuiſſe faſſus ſit; Poſt erumpens, qui ante vapulaverat *Titius*, mutuis quoque verberibus adverſarium perſtringit,

Cædimus inque vicem præbemus terga ſagittis

Effugium tamen *Sempronio* an defuit, quanquam Chirurgo cæterisque adſtantibus ludibrium merito deberet?

Dic aliquem ſodes, dic Quintiliane colorem,
hæremus, dic ipſe

ſubjecta Lieni Coli pars, ab illius vicinia & contactu, livorem contraxerat, quem conſpicatus *Sempronius* litem dirimit, neutri litigantium victoriam concedi voluit; Ibi morbi ſedem & mineram quærendam aſſeruit: At quo jure videant eruditi, cum exinde neque ratio vomitus ſanguinis, neque cæterorum ſymptomatum elici ulla vi queat: Ad cæteras vero partes regreſſu facto, Ren ſiniſter, totius tragœdiæ parens, (ſi *Sempronio* fides) nihil prætenaturale exhibuit: ureteres in exortu & progreſſu omnis obſtructionis & impedimenti immunes: Thorace aperto, cavitas ejus ſero refetta viſa eſt: Pulmones omnino putridi, quanquam libera toto morbi decurſu fuerit reſpiratio: Humor pericardio innatus omnino deerat: Pectoris & ſiniſtri lateris doloris, diu ægro moleſti, cauſa à ſeri acrimonia

monia,partibus ſenſu eximio præditis moleſti,accerſſenda videtur ; Aut à pure è pulmo bus putridis exudante : quanquam & in partes venire queat ſanies tenuis, à liene corrup deciſa, pectoris clauſtra invadens ; Hinc hypochondriaci, quibus Lien plurimum injuri eſt, de ſimilibus doloribus queruli ſunt.

Observatio LXXII.

Vomitus ſanguinis à Putri Liene manantis, ſanguini concreto ſimilis.

VIro cuidam qui à frequenti Vomitu ſanguinis Aſciticus factus eſt, Lien ſanguini con creto ſimilis repertus eſt, ſubſtantiæ ſoliditatem haud retinens, facile in partes ſo vebatur. *Dodonæus cap. 26. obſervat.*

Scholia.

G*Alenus* 5. 5. de loc. aff. ſanguinem è Jecore aut Liene quandoque per vomitum è ventriculo rejici teſtatur : contingit autem non modo Jecore aut Liene male affectis, ſed & menſibus ſuppreſſis ſæpenumero hoc modo expurgari : A quocunque autem viſcere, ſive qua parte in ventriculum influat, ſemper cum moleſtia, violentia, magna virium proſtratione ac λειποθυμία evacuatur, ſic ut nulla ſanguinis detrahendi, quod nonnulli præcipiunt, occaſio relinquatur : Diverſiones, veluti brachiorum ac crurum frictiones adhiberi poſſunt, ſed unice laborandum ut vires conſerventur & lapſæ reparentur, nam frequenter in ipſa vomitione, & citiſſime quidem, æger deficit, præſertim ſi ex jecinore efferatur ; Veluti cuidam accidit, qui poſtquam longo tempore ex jecinore male habuiſſet, ſanguinis violenta ſuperveniente vomitione mox ſublevatus eſt : Quibus vero ex Liene ſanguis funditur, rar in prima vomitione deficiunt, ſed vel recurrente a ſubinde ſæpius vomitione, vel ex aſcite pereunt : a hac autem neminem ſervatum novimus : Multi autem ex liene ſanguinem vomitione rejicientes pallentes hi fuere, & ſæpenumero in ſiniſtro horum hypochondrio tumidus ſplen manifeſte ſentiebatur ſed ante vomitionem : nam à vomitione, exonerat jam ſplene, ſubſederat tumor nec deprehendi pote rat. Pleríque horum 3. aut 4. vomitione, vel etiam frequentiore (multis inter ſingulas menſibus ut plu rimum intermediis) perierunt : alii poſt crebras vo mitiones in aſciten lapſi, tandem & mortui ſunt Unum aut alterum noſtro conſilio poſt unicam vo mitionem ſervatum novimus, & quidem frequent abſynthii quoquomodo uſu. *Idem ibidem :* Vid hiſtoriam Tabellionis, Scholiis ad obſervat.

Observatio LXXIII.

Vomitus ſanguinis à vaſe Brevi eximiæ amplitudinis in ventriculum hiante.

§. 1. IN quodam Nobil. Senatore, qui tejectione ſanguinis per ſuperiora & inferiora Liene prodeuntis interiit ; deprehendi vas Breve minimi digiti magnitudine latum & in ventriculum adapertum. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 15.*

Scholia.

V*As Breve*] Hoc vas dati negat *Æmilius Pariſanus* lib. 4. de ſubtil. microcoſm. exercit. 2. Adſtruunt *Varolius. Riolanus, Rolfinkius* & alii, per hoc commercium inter Lienem & Ventriculum ſtatuentes : *Richardus Louver Anglus*, Tractatu de corde cap. 5. vaſa utrique communia accurate ſcrutatus, de illis ſic ſtatuit, A Veteribus plerisque, *ait*, & quibuſdam etiam Neotericis, apud quos ſacra in omnibus veterum eſt authoritas, paſſim ſtatuitur per Vas breve commercium quoddam dari inter Lienem & Ventriculum, atque ab illo viſcere ventriculum menſtruum acidum mutuari, quod facultatem ejus concoctricem conſtituat : Cui opinioni licet circulatio ſanguinis ſatis aperte reclamet, cum tamen ex ipſa fabrica, & conformatione vaſorum quæ lieni cum ventriculo communia ſunt, magis eluceſcet, & quo nemo ignarus hac in re amplius moleſtus ſit, eorum hic deſcriptionem plene abſolvam. Vaſa itaque ad Lienem & Ventriculum, præter nervos & lymphæductus, nulla niſi venæ & arteriæ pertingunt, Et 1. quod ad Arteriam Cœliacam ſpectat, illa ex Aorta paulo ſupra arteriam meſentericam exoritur, unico trunco, qui mox dividitur in plures ramos, quorum 1. hepati, pancreati & inteſtino duodeno totus impenditur. 2. ubique per totam ventriculi ſuperiorem regionem diſſeminatur. 3. vero, omnium maximus, in duas propagines dividitur, quarum prior verſus ſiniſtram Lienis partem procedit, ſed ubi lieni appropinquat, diviſa quaſi in bivium, ſurculum unum in ventriculi fundum exporrigit, alium in Lienem reflectit : Secunda vero hujus rami propago, paulo ulterius provecta prope alteram Lienis partem, ſimul in quatuor ſurculos dividitur, quorum duo in Lienem, reliqui in ventriculum huc illuc quaquaverſum explicantur : Si autem alterutri horum ramo majori atramentum, vel lac è ſiphone injiciatur, clare videbitur poſtquam liquor ad commune iſtud bivium vel quadrivium pervenerit, in Lienem & Ventriculum ſimul & ſemel deferri : adeo ut ſi circulatio ſanguinis idipſum non ſuaderet, clare tamen pateat nihil per has arterias à Liene in ventriculum, aut vice verſa, deferri poſſe, cum ſanguis aliunde ſimul in utrumque projiciatur. Venas autem ſplenicas hoc non poſſe præſtare circulatio ſanguinis multo magis probat, verum ut hoc quoque clarius adhuc ex ipſorum conformatione appareat, Venas Lienates, earumque divaricationes, quæ liquorem ſuum cum venis à ventriculo redeuntibus communicant, breviter explicabimus.

Uti igitur omnes arteriæ, quæ ſanguinem in hepar, pancreas, duodenum, ventriculum totum, lienem & omentum deferunt, unico trunco ex aorta oriuntur, ita pariter venæ omnes quæ ab omnibus iſtis partibus proveniunt, & ſanguinem ab illis reducunt, in unum truncum coeuntes in venam Portam terminantur : Venæ itaque illæ quæ inter ventriculum & lienem brevibus ſurculis ſibi invicem

cito occurrant, & ideo *Vas Breve* appellantur, nihil aliud ſunt quam rami venarum à ventriculi fundo deſcendentes, quibus in medio fere ſpatio alii à Liene provenientes obvii fiunt, & melioris conductus gratia ſimul juncti in unum truncum coeunt, qui ſanguinem ab utroque redeuntem, & jam commixtum, verſus Portam convehit, adeo ut ſanguis à ventriculo reductus, alteri à Liene obviam factus, & in unum truncum exceptus, ſit quaſi duo rivuli minores in unum fluvium confluentes, & verſus communem utrinque oceani gremium ſimul properantes: Eodem modo fit in aliis venis quæ inter dextram ſive anricam lienis partem, & ventriculi fundum dextrum commercium quoddam facere videntur: Nimirum duæ venæ utrinque prodeuntes in medio inter utrumque ſpatio, quaſi plateæ plures in communem aream excurrentes, & poſtea in unicum truncum coaleſcentes in venam Portam terminantur: Quod autem nihil per *Vas breve*, ſive venas iſtas à Liene in ventriculum deponitur, præter circulationem ſanguinis; valvularum etiam ſtructura ſatis probat, Quippe in iſto venarum à liene & ventriculo provenientium congreſſu valvulæ adſunt, quæ refluxum ſanguinis in ventriculum aut lienem utrinque impediunt: nam ſi truncus rami ſplenici infra congreſſum iſtum ligetur, & ſanguinem à venis ſplenicis in venas hypogaſtricas urgere tentaveris, ſtatim venæ citra valvulas intumeſcent, & diſrumpentur potius quam aliquid ſanguinis tranſmittant, prout cuilibet promptum & facile erit in animali majore experiri, in quo vaſa hæc ampliora exiſtunt.

§. 2. Cardinali Cibo vena quæ à liene ad os ventriculi tendit, inſignis erat magnitudinis, quæ cum primum ob anaſtomoſin vel fracturam reſerara eſt, illico ventriculus ſanguine repletus fuit, Et non modo ventriculus, ſed inteſtina omnia: licet dum adhuc viveret in morbo ipſo libras aliquot tum per vomitum rejeciſſet, tum per ſeceſſum dejeciſſet: Quam ſectionem dum ego ſumma diligentia peragerem, ob ſubjecti dignitatem, & ob morbi raritatem, aderat A. Muſa Braſſavolus &c. *Columbus lib.* 15. *Anat. Ioan. Valverdus l.* 6. *Anat. c.* 5.

SCHOLIA.

SEcto cadavere ſtatim unde defluxiſſet ſanguis viſum fuit, quia dum comprimebatur ſplenis regio, ad orificium ventriculi ſanguis reſtagnabat: quare admoniti Medici à ſplene ad ventriculum mitti propagines venarum, irrigantes tum ſupernam tum infernam partem, invenerunt à ſplene læſo ſanguinem fuiſſe perfuſum: *Sanctorius Meth. vit. Error. lib.* 3. *cap.* 13.

Hinc facile fuit invenire vomitus illius vehementiſſimi cauſam propriam; Tum etiam quomodo ſanguis potuiſſet revelli in contrarium, ſcil. per hæmorrhoidas, non per cubitum, ut rudiores Medici affecto ſplene facere ſolent, ſecando ſalvatellam, perinde quaſi ea à ſplene penderet. *Idem.*

Per vomitum rejeciſſet] Tabellio quidam in oppido Boudri Ditionis Neocomenſis in Helvetia, annorum 45. ſanguinem concretum & nigricantem uno impetu vomitu excluſit, ad libras circiter quatuor: Poſtridie (15. Junii 1660.) accitus, ὀρθαγέδην invenio, de dolore circa ventricali regionem conquerentem, nauſea & cardialgia conflictus: ſplenis dolori & gravitati per intervalla fuerat obnoxius: Ventriculum ſanguine, a liene tranſmiſſo, repletum judicavi, & potcam tepidam illico exhibui, à qua totidem libræ ſanguinis, partim liquidi partim concreti rejectæ: Corroborante exhibito ad refocillationem virium, & præſcripto clyſtere, ad eductionem ſanguinis in inteſtinis contenti, poſtridie bolum ex conſerva roſarum & rheo pulverato præſcribo, qui copiam adhuc ſanguinis concreti κάτω eduxit; Ad prophylaxin admotionem hirudinum venis podicis ſuadeo, lenes ex rhabarbaro purgationes, & chalybeatorum uſum: quibus remediis per triennium uſus, immunis à vomitu vixit: neglectis per ſemeſtre, eo redeunte extinctus eſt.

§. 3. Notum ex Anatome maximum ramum venæ portæ in lienem demitti, à quo venæ multæ ad ſuperiorem ventriculi regionem deducuntur, & ad inferiorem, fundum videlicet: ſed majores & latiores multo: Per has naturaliter melancholia in ventriculum eructat, & propter flatus & ſanguinis copiam ita diſtenduntur eæ venæ, ut ad digiti medii craſſitudinem perveniant, quod in aliquibus poſt mortem viſum eſt: Sunt hæ multo majores venis inteſtinorum. *Rondeletius apud Scholtzium conſ.* 123.

SCHOLIA.

LIen eſt velut officina ſanguinis, vel ſaltem receptaculum ſanguinis atri à natura inſtitutum: Majorem conſenſum habet cum ventriculo quam hepar per vaſa dicta: Hinc ſanguis qui ab hepate fluit, frequentius per partem inferiorem elabitur quam per vomitionem: contra qui è ſplene fluit, per partem ſuperiorem & vomitionem frequentius quam per inteſtina purgatur: Venæ ſiquidem à ſplene ad ventriculum ſunt breviores & non minus latæ: Quantum ad curationem & prognoſticum attinet, parum differunt cum fluit vel ab hepate vel a ſplene: Ægre morbus curatur & frequenter recrudeſcit: tandem vel mors vel hydrops ſuccedit.

Idem ibidem.

Observatio LXXIV.

Sanguinis & Puris Vomitus ex Pancreate ut plurimum procedit.

ALiquando ſanguis vel ſurſum effunditur ab inteſtinis per Vomitum, quem ſuſpicor Ego, ſi non ſemper, ſaltem ex Pancreate prodire, propter vas aliquod in ipſo à ſucco acriore apertum: atque ipſum, concurrente tunc ſimul effervefcentia cum bile vitioſa, ſurſum propelli ad ventriculum, ut evomatur, dum plerumque pars aliqua deſcendit ad

inferiora,

inferiora, ut per alvum excernatur: Curavi ante annos circiter 20. Nautæ viduam,
ſummo animi mœrore contracto, in dolorem lumborum gravem ac diuturnum, hinc
puris Vomitum ac dejectionem ſpontaneam prolapſam, & à vocatis Medicis pro incurab
li relictam, vini tamen ſaccharati, calefactique per vices aſſumpti ope paulatim reſtitutar
Poſt ſeptennium vero itidem ex mœrore animi grandi in dolorem lumborum ſimilem
vehementem deductam: Conjectans proinde ex ſuperioris affectus narratione latere
loco affecto Pus, ex prævia inflammatione productum ac collectum, bis exhibui ei vomit
rium Antimoniale, & quidem, ſi recte memini, Sapam vomitoriam: Cujus ope excrev
primo die per vomitum puris ſatis bene cocti plus quam Pintam, ſive uncias viginti: p
alvum vero ejus bonam quantitatem: uno autem alterove die interpoſito, iterati vom
torii beneficio, denuo puris aliquam, minorem tamen quam prius partem ſurſum deo
ſumque evacuavit, atque paucis exhibitis cardiacis, & putredini reſiſtentibus medicame
tis, brevi perfectæ ſanitati eſt reſtituta: Ex Pancreate Pus illud idcirco prodiiſſe puta
quod illius ſitui reſponderet locus affectus, Quodque non ſemel poſt mortem in Pancre
te offenderim pus majore minoreve copia collectum, nunquam vero in ulla alia parte,
qua via pateret ad inteſtina: Eadem vero ratio facit, ut ſanguinis vomitum non à Lien
non ab Hepate, non à Meſenterio, ſed à ſolo Pancreate, ſalvis tamen aliorum judiciis v
obſervationibus, conjectem ac cenſeam deducendum. *Fr. Sylvius Prax. med. cap. 15. §. 1
12. 13. & 14.*

APPENDIX.

Vomitus aqueus ex arteriarum capillamentis in cavum ventriculi hiantibus & ſerum infundentibus procedit.

Jacobus Spœrlin (cujus vide hiſtoriam lib. 1. tit. de Apopl.) crebro mane jejuno ſtom
cho aquea, quandoque meram bilem non ſine violentia evomuit: Ejuſmodi vomit
matutinus aqueus, non fuit ſuperſtes quippiam ex heſterna cœna, potulenta enim citiſſim
diſtribuuntur, & quæ evomuit non potulenta ſapiebant: Ergo potius ſoboles ſeri redu
dantis in maſſa ſanguinea fuit: An vero aqueum hoc ex capite per vias occultas, aut e
membranis pituitoſis anterioribus aut poſterioribus: Num vero ex oſculis ductuum ſal
valium effuſum, ad fauces delapſum, & hinc per gulam ad ventriculum defluxerit? dub
to, cum non meminerim ullum unquam conqueſtum fuiſſe de catarrhis fauces petent
bus, atque ad crebram deglutitionem ſtimulantibus, ſine qua nihil ad ventriculum, vel on
nino quantitate paucum pervenit; Veriſimilius videtur à copioſo ſeri penu ſanguini ac
mixto, ex arteriarum capillamentis, in cavum ventriculi hiantibus, largius liquorem eff
ſum fuiſſe: nam omnibus ſe naturaliter habentibus, continuo liquorem aliquem in cavu
ventriculi exſtillare ſæpius experimento didici; Si enim vel centies linteo ſicco ventr
culi cavum deterſi, protinus leviter aliam ob cauſam verſus, atque duriuſcule attrectatu
intus rurſus ventriculus maduit, aqua, non ex vaſis lymphaticis, quibus quoque dotatus e
cum à ventriculo contenta ſua avehant, ſed ex arteriis quæ advehunt, exſudante: Ne
vos liquorem adportare nunc amplius dubito, poſtquam cognovi illos etiam in ventric
lo, omni canaliculorum forma amiſſa in membranas expandi, vel fibris denſis uniri. *I. Ja
Wepferus Diſſertat. de Apopl. p. 380.*

Observatio LXXV.

Vomitus ſanguinis à Pulmonibus emiſſi.

§. 1. Vidi nuper quendam Virum qui copioſe ſanguinem evomuit, tandem obii
Aperto in corpore deprehendimus exſuccos pulmones, ita luridos ac ſi coriu
exſiccatum videres: *Ioh. Heurnius comm. ad aphor. 37. ſect. 7.*

SCHOLIA.

Vomitus proprie eſt ſymptoma ventriculi excludentis per os quæ ejus in capacitate continentur: Interdum tamen ſumitur pro eo quod ἄνω ejicitur ſurſum, ſive ex ventriculo, ſive ex thorace aut pulmonibus effluat, ut conſtat ex variis *Hippoc.* locis; Sic in Coacis prænot. cap. 17. coaca 1. *Q
ſanguinem vomunt ſpumantem, omnique dolore c
rent ſub diaphragmate, à Pulmone vomunt.* id e
interprete *Dureto*, plena, quod ajunt, profundu
manu.

§. 2. Dom. *Fr. Sylvius* aperuit fœminam quæ cum vomitu ſanguineo animam effud
rat: ab 18. menſibus menſtrua purgatione caruerat: Ex dextro lobo aperto ſanguis pr
fluebat copioſus, ſtagnans ibidem propter obſtructiones; hæc cauſa aſthmatis & vomit
ſanguinei. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

ANATC

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO IX.
DE CHOLERA MORBO.

OBSERVATIO I.

Anatome puellæ à Cholera morbo extinctæ, in qua vitioſus ventriculi ſitus, Omento non cooperti, cum vitioſa Coli conformatione, & Pori bilarii, necnon Lienis.

PUELLA 20. annorum Cholera obiit: cadaver ab *Adr. Falkoburgio* ſectum: Vaſa mammaria diligentius inquirenti nuſquam apparuere: In abdomine multa immutata: Ventriculi fundus transverſum palmum infra coſtas ſpurias demerſus, nullo omenti fotu gaudebat, unde ventriculus imbecillis tanta vehementia viventem puellam ad vomitum concitavit, ut revocato omni ad caput ſanguine, poſt mortem rubeus faciei color perſtiterit: qua etiam vehementia ruptis viſcerum vinculis ventriculus cum inteſtinis fuit depreſſus: Omentum infra ventriculum ad os iſchii protendebatur; Inteſtinum colon profundius, multis alias gyris & circumvolutionibus diſtinctum, hic levi inflexione ſerræ dentes æmulabatur: In inteſtinis verò vermiculus rubicundus latitans, corpus vere cacochymicum notabat: Lien dupla magnitudine tumidus, à ſolira figura in globum oblongum mutatus videbatur: Meatus cholidochus in plurimos ramulos diviſus multum bilis, ob anguſtiam, regurgitare fecerat; unde moleſtus ille & lethalis bilioſarum humiditatum vomitus concitatus. *Th. Bartholinus cent. 2. hiſtor.* 81.

OBSERVATIO II.

In cholera extinctis Iecur aridum inventum, turgens veſicula, porus bilarius dilatatus &c.

VIdi in iis qui cholera morbo intra 4. dies extincti ſunt, bile totius corporis ſusque deque vacuata, aridum & exſuccum jecur, atque in ejus cavo *turgentem valde veſiculam*, qua compreſſa non ſtillabat nec fluebar bilis: At vero canalis ab Hepate ad inteſtinum recta productus, latitudine minimi digiti dilatatus erat: Inde cognovi bilem ab Hepate recta ferri in inteſtinum, Et bilis collectionem, ad vitam neceſſariam, uſque ad ultimum vitæ ſpiritum conſervari: *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 20. p. 212.*

SCHOLIA.

T*Urgentem valde veſiculam*] Veſiculam felleam, ſuapte natura & integra ſanitate, ſemper moderate plenam adſtruit *Gliſſon* Anat. Hepat. cap. 20. propoſ. 1. Repletionis iſtius perpetuæ cauſas refert 1°. in anulum fibroſum cervicem ejus adeo coarctantem ut nihil effluere poſſit, 2. in ejus tunicas, quæ tanti conſtrictioni faciendæ, qua latera earum ſeſe contingant invicem, impares ſunt: Vacuam tamen eam, ac omnino bile exhauſtam reperiri concedit, at à cauſa omnino præternaturali, ſcil. vel à compreſſione aliqua violenta; vel ob inſignem anuli illius laxitatem: Totalem illam bilis effuſionem repentinam mortem ſubſequi credit.

OBSERVATIO III.

Copioſa bilis in folliculo reperitur eorum quos cholera interficit, pauca vel nulla in ventriculo.

§. 1. ILla bilis quæ in Cholera, & infantium multorum diarrhœis copioſa ejicitur, eſt acris & plerumque æruginoſa, ſeu viridis, eamque talem in apertis hujuſmodi ægrorum cadaveribus ſemper admodum copioſa à me inventa fuit in folliculo fellis, & pauciſſima vel nulla in ventriculo, Quod certum indicium eſt eam efferveſcentem ex ventriculo erumpere in inteſtina & ventriculum, non vero in hoc generari: *De Diemerbræk Anat. l. 1. c. 5.*

SCHO-

S C H O L I A.

BIlem, Choleræ cauſam, in ventriculo generari quidam contendunt, at longiſſime abſunt à vero: Nam in morboſo ſtatu poſſunt quidem in ventriculo humores variis modis corrumpi, multique pravi colligi, nunquam tamen bilis in eo generari, & quæ in Cholera morbo ſurſum deorſumque copioſa erumpit, illa non eſt genita in ventriculo, ſed in hepate, & collecta ſeu coacervata in folliculo fellis, poro bilario aliiſque vicinis locis, è quibus tandem acriter fermentans & effervescens, cum inſigni impetu erumpit in duodenum inteſtinum, ex eoque mox, partim ſurſum per ventriculum, partim deorſum per reliqua inteſtina proturbatur: Hoc ex eo ſatis liquet, quia Cholera plerumque ex improviſo invadit, nullis præcedentibus ventriculi male affecti, aut bilis in eo generatæ aut collectæ ſignis: ſæpe bene cænantibus, nec ullum incommodum in appetitu aut coctione perſentientibus, media nocte in ſomno, aliis de die repente oboritur, nullo præcedente ſui præſagio: quod certe non poſſet non præcedere ſi in ventriculo tam copioſa bilis, tanti mali cauſa generaretur, vel genita & collecta fuiſſet: Neque etiam ratio ſuadet credere naturam ad unum eundemque officium (ut ad bilis generationem) peragendum, varia ac diverſa organa conſtruxiſſe: utitur enim illa ad quemlibet finem obtinendum unius generis medio, atq; ſic ſolus ventriculus chylificat, ſolum cor ſanguificat &c. Non valet hic effugium quod infertur, Bilis in ventriculo genita non eſt bilis naturalis, ſed præternaturalis, Reſpondeo illam bilem quæ in cholera (quam bilem in ventriculo generari tradunt) & infantium multorum diarrhœis copioſa ejicitur, eſſe acrem, & plerumq æruginoſam ſeu viridem, eamque talem in aper hujuſmodi ægrorum cadaveribus ſemper repe (*vide Textum*) In infantibus tali diarrhœa bilie viridi mortuis, ſæpe folliculum fellis viridiſſima b repletum, ad ovi gallinacei majoris magnitudine intumuiſſe deprehendi: Ita ut in qua parte natur lem, in ea etiam præternaturalem bilem gigni ce tum ſit, ſcilicet in hepate: At dicat quis, impoſſ bile eſt tantam bilis viridis copiam in hepate ta ſubito generari, aut alibi in eo colligi poſſe, quan ſolet in cholera paucis horis ſurſum deorſumque e cerni (interdum enim ſpatio 24. horarum multæ l bræ exturbantur, iiſque aliquot matulæ replentur ac proinde neceſſarium eſt ventriculum bilem gen rare: Reſpondeo, hæc bilis ad omnimodam foll culi fellis repletionem collecta, plerumque extrem viridis & maxime acris eſt, cumque hæc fermentan erumpit in inteſtina & ventriculum, tunc partes illa moleſtiſſime vellicat, & inſtar medicamenti purgar tis, ſeroſos aliosque varios humores undequaque a inteſtina profluere facit, qui omnes à pauca bile vi ridi, inteſtinis & ventriculo infuſa, viridi colore tin guntur, & ſic virides exturbantur; quæ affluentium humorum copia cum nonnunquam admodum ma gna ſit, ex iſto viridi colore judicant imperitiore nonniſi meram bilem tanta copia expelli, cum ſin alii humores bile tincti: Quod autem viridis ill bilis tantam tincturam faciat, hoc ſcio ab experien tia, nam cum illius ex folliculo eductæ ſemicochlea ri, integram libram aquæ, multis ſpectantibus virid colore tinxi. *Idem ibidem.*

§. 2. Ejuſmodi cyſtis bilariæ intumeſcentiam à bile viridi, ſaturati coloris, vidi anno 1677. menſe Auguſto in puero decenni, Filio Dom. Bruyere mercatoris Lugdunenſis quem extinxit Febris leipyria ab inflammatione hepatis, cujus extremi lobi omnino nigri cabant, præcedente cholera morbo: Cyſtis fellea ovum gallinaceum magnitudine exæquabat, bile viridi, coloris olivaris, turgida, eadem diſtenti pori choledochi; qua etiam num oblita erat tota pars heparis cava, præ viſciditate & lentore ibi ſubſiſtens.

S C H O L I A.

R*iolanus* Encheir. Anat. lib. 2. cap. 23. choleræ humidæ cauſam phlogoſi ventriculi adſcribit, ſedandæ refrigerantibus & adſtringentibus remediis, tam ſumptis quam admotis; imo parca venæ ſectione, etiam deficiente pulſu, ad avertendum periculum gangrænæ ex ſuffocato calore ventriculi: Ille vero in eodem errore verſatur, bilem in ventriculo generari exiſtimans, phlogoſi æſtuante, qua in hepate potius quærenda, illiuſque parte ſima, à qua ventriculus viciniæ lege compatitur, cujus læſionis adſunt ſymptomata, ſed tantum ſympathetica ob exceptam bilem ab æſtuante jecore tranſmiſſam

OBSERVATIO IV.

Excretio ſuſque deque commota à ſumpto arſenico.

QUidam ſubito vomitu tentatur, & decies per alvum excrevit: In ventriculo repe riuntur Arſenici albi fruſtula, ejus tunicis impacta. *Vide tit. de vomitu.*

OBSERVATIO V.

Cholera ſubito funeſta, ob inſertionem pori choledochi proxime pylorum.

SEcando Comitem Auſumondianum, offendimus porum cholidochum, alias in ecphyſin ſe exonerantem, proxime pylorum egreſſum habuiſſe, ita ut non minus ventriculo quam inteſtinis bilem tranſmitteret; Hinc cauſa cur ſæpius nauſearet, vomeretque & alvo eſſet duriori, Natura enim nativo ſuo clyſmare orba, cum nihil expultricem irritaret deſidebat, unde ſubito cholera diem finiit. *Barthol. Cabrollius obſervat. Anat. 6.*

ANATO.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO X.

DE ALVI PROFLVVIIS INCRVENTIS.

OBSERVATIO I.

Lienteria, Boulimiæ comes, ob meſenterii vitium.

SÆPE in Indiis ſine manifeſta cauſa ægri tabeſcunt, febri nulla vel ſaltem lentiſſima ſe huic malo jungente, ſine magno ſenſu doloris; gravitas tantum, quædam ſentitut citca umbilicum ac hypochondria: Hoc malum præter obſtructionem viſccrum ſæpe *cauſam latentem habet in venis meſaräicis*, vel in ipſa meſenterii ſubſtantia; quæ ſæpe inſignem abſceſſum patitur, *quod in diſſectis cadaveribus non ſemel obſervavi*: Imo. reperi aliquando totum meſenterium abſumptum, attamen inteſtina cohærebant, ac potius inter ſe confundebantur, at nullo ordine, tenuibus pelliculis ſeu membranulis adnatis: Notabile in hoc malo eſt plerumque adeſſe *βούλιμον* ac appetentiam caninam, cui ſe *Lienteria*, ſeu lævitas inteſtinorum conjungit, unde *cibi nihil aut parum immutati & incocti per alvum ejiciuntur*: *Bontius Medic. Indorum l. 3. cap. 12.*

SCHOLIA.

L*ienteria*] *Fernelio* judice Patholog. lib. 6.c.10. potius Cœliaca affectio eſt, Ejus *ait*, cauſa non cruditas eſt, non imbecilla ventticuli concoctio, ſed chyli imperfecta malaque diſtributio, quam meſenterii, lienis, aur jecoris obſtructio, vel rrahentis facultatis imbecillitas, vel alimentorum maximeque fructuum fugacium & potus immoderata copia peperit: hæc enim diſtribui tota nequit, ſed maxima ex parte in abdomine ſubſiſtit: Ab his cauſis multa congeritur illuvies, quæ ſenſim in tenuiotibus inteſtinis aucta, vel in ventriculo, vel in meſenterio, vel citcum viſceta, tempore corrumpitur.

Cibi nihil aut parum immutati] Ex iis quę exeunt Profluviorum differentiæ ſtatui debent: Quum ab alvo continenter ctuda defluunt, aquoſa nempe diluta, humentia, colote ſubalbida vel cinetea, graveolentia, idque ſolo ventris rugitu vel murmure, nullo manifeſto torminum doloriſve ſenſu, aut Lienteria aur Coeliaca eſt affectio: Si enim lævia & æqualia ſuique ſimilia, & quaſi chyli aut cremoris ſpecie profluunt, Cœliaca, Sin vero inæqualia & diſſimilia, in quibus cibi nec obtriti, nec confecti ſubſtantia apeꝛte cognoſcitur, Lienteria eſt. *Idem ibidem.*

Cibi incocti] Nullum unquam purum purum Chylum egeſtum fuiſſe in fluxu Cœliaco cenſet Excell. *Wepferus*; Sic ille in *Thomæ Burnet* Theſauro, Tomo 1°. pag. 307. Affectum hunc dico fluxum cœliacum, quia longo tempore & quotidie aliquot vicibus alvum exonerare æget cogitur, fæces quandoque cineritiæ ſunt, habitus emaciatus & vires aliquomodo labaſcunt: Quævis alia diarrhœa, ſive ſeroſa ſive biliosa non tam diu duraſſet, aut graviorem noxam intuliſſet: Nec obſtat ſententiæ meæ quod nunquam purus purus chylus egeſtus fuerit; Exiſtimo enim id quoque nunquam ab ullo Practico in fluxu cœliaco obſervatum fuiſſe, quicquid alii dicant, qui ex libris ſolummodo Medici ſunt: nam quando chylus v. g. in jejuno aut portione ilei non prompte abripitur, fæcibus immixtus manet, unde nequaquam vero chyli colore viſui occurrit, imo ſordibus confuſus aliquandiu permanens, à ſua integritate degenerat, corrumpitur, acrior redditur, unde non mirum ſi bilem alliciat, ſimulque ſuccum pancreaticum, unde quoque fæces varium colorem induunt, nec tamen Lientericus fluxus nuncupandus, cum crudorum ciborum nulla ſit egeſtio.

Sæpe cauſam habet in venis meſaraicis] Laudatiſſimus *Wepferus* ibidem Fluxus Cœliaci ſaburram in meſenterii venis latere negat: In venis enim ſanguiferis, *ait*, humores ſtagnare adverſatur ſanguinis motui perpetuo, quod citra inflammationem, aut ſubſequentem gangrænam fieri non poſſit, & ab illis ad inteſtina humorum refluxum prohibeant valvulæ: Et cum abunde chylus in diſtributione impeditus ſufficiat ad profluvii hujus & copiam & frequentiam, non opus eſt ut humorem ex arteriis accerſamus.

Gravitas tantum quædam] Cœliacæ affectionis hæc affert ſigna *Fernelius* l. c. Quum prædicta illuvies ſua copia gravis eſſe cœperit, vel ſponte infra, interdumque ſupra prorumpit, vel à natura laceſſita propellitur, nonnunquam leviſſimo clyſteris medicamentive irritamento exit: Pulſus frequens & celer exiſtit, tanquam febris affligeret, & dejecturis leviusculæ animi defectiones obrepunt: Ante eruptionem abdomen diſtenditur, venterque prominet, hisque ſuccedens ſpontanea perturbatio Cœliaca eſt affectio: Vacuato humore omni

ſupervacuo

ſupervacuo profluvium ſponte conquieſcit, interdum eodem quo cœpetat die, interdum poſtero aut tertio: Signa, cauſas, prognoſin & indicationes curativas exemplo eleganter peiſtringit *Ballonius* Epid. & Ephem. lib. 2. p. 218. Serva Stephani Colot *ait*, Cœliaca mihi viſa eſt ex iis ſignis quæ proponit *Fernelius*, Et hic locus ſicce non eſt prætereundus, quoniam in controvetſiam venir ſæpe, Et Medici fruſtra nituntur ſupprimere: falſa opinione febris ducuntur & ad phleboromiam veniunt: Denique non ſatis accurate diſtinguunt τὸ κοιλιακὸν ἢ λειεντερικόν, Iſta autem ſerva ita erat affecta, primum dolot inſignis ad os ventriculi: putabant illam ea in parte percuſſam, ſed fruſtra, Jactatio erat aſſidua, dormiendi impotentia; quotidie excernebatur copia ingens materici albicantis, veluti pulticulam referentis: Non Leienteria erat, ſed erat excretio Cœliaca, Etenim venrriculus ſuo ſatisfecerat officio, ſed ἀνάδοσις erat impedita, Et in hoc jacet diſcrimen inter leienteriam & cœliacam affectionem. Febris repente adoritur, tum ob vigilias perpetuas & labores, tum ob motum materici tam fœtentis, cujus vapor cor feriens non poteſt non febriculam quandam excitare. Et in hoc affectu, ſi maxime alias oportet cunctari, & vires ſuſtinere, ut tanto morbo ſufficiant. Talis affectio ſæpe obſervatur, ac ſæpe Medici quid facto opus ſit ignorant.

Per alvum ejicitur] Multis minima occaſione alvus ſolvitur & talia excernunt qualia aſſumpſerunt unde ventriculi frigiditatem & debilitatem arguunt Affectus tamen is Leienteria non eſt, qui 2. acu σπατίλη dicitur ab *Hippocr.* Oritúrque à lacteum & meſenterii venarum anguſtia: Nam cum multis ſeſe obruant cibis, aut ſine ordine, aut liquidioribus facile effluunt, & ob lævitatem inteſtinorum, ſeu copiam, meſaraicorum conniventiam, facile alvus aſſumpta reddit: prætetea horariorum fructuum uſus & acetariorum ad id plurimum facit: Adde quod cum abundent maxima ex parte calore acri, major alimenti pars corrumpitur, cum enim coctio elixationi ſimilis fit, ea non fit à calore ſicco & ſqualido, ſed à temperato, ait Galenus.

Gul. Ballonius Epid. & Ephem. lib. 2. pag. 133.

Observatio II.

Poſt Dyſenterias graves cicatrix ſæpe in inteſtinis relinquitur chyli diſtributionem impediens, unde Leienteria vel Diarrhœa chyloſa.

Chylus à fæcibus alvinis ſecretus motu inteſtinorum periſtaltico non tantum propellitur deorſum, verum exprimitur quoque percolatúrque vi eadem per cruſtam ipſorum carneam & ſpongioſam in lacteas venas: Læditur hæc chyli percolatio, & plus minus impeditur aut minuitur in fluxu alvi chyloſo, quando vel 1°. obducta ſunt obturatáve panni hujus carnei orificia humore pituitoſo, viſcido, Vel 2. Abraſa eſt hinc inde eadem cruſta carnea, & illi ſubjecta inteſtini pars cicatrice obducta; occluſis ſimul ad lacteas venas tendentibus poris, *Quemadmodum id nonnunquam evenit poſt alvi fluxus Dyſentericos graves, in tenui inteſtino excitatos imprimis, Sicuti non ſemel poſt mortem in cadaverum ſectione obſervavi.* Solet autem hoc malum conſequi aliqualis, & aliquando notabilis corporis marcor & macies ad vitæ finem perdurans, nec obæſis quoque ventribus parcens. *Fr. Sylvius Praxeos lib. 1. cap. 16.*

APPENDIX.

A dyſenteria gravi Diarrhœa ſuperſtes ob eroſos villos quibus retentrix fulcitur.

Inteſtinorum tormina, quod Græci Dyſenteriam vocant, exulcerare inteſtina intus conſueverunt, indéque deſcendunt cruenta & mucoſa excrementa: Cúmque id malum diurius inveteraſcit, aut hominem tollit, aut, quod forſitan deterius eſt, nuſquam ſaneſcit, Nam & nos Iulianum quendam novimus, qui cum poſt 40. dies, quibus hoc morbo vexatus eſt, ſublatis jam doloribus, ac dejiciendi cupiditare ejus alvus impendio liquidior permanſiſſet, & ſæpius quam par fuerat ferretur, nullis unquam auxiliis curari potuit, quin ſemper quoad vixit & impetum ventris cohibere nequiret, & ubicunque dejiciendi cupiditas hominem urgeret, ibidem excrementa deponeret, eroſis ſcilicet ex præcedentibus torminibus atque conſumptis villis, quibus vis ipſa retinendi fulcitur. *Benivenius de Abditis cap. xcv.*

Observatio III.

Leienteria ſæpe ſequitur ingentem abdominis abſceſſum, aut pulmonum vomicam, aut pectoris renúmque ſuppurationem.

Aliarum partium conſenſu Lienteria fit, quum ab illis vitium aliquod in ventriculum incidit. Sic pituita è cerebro procumbens, quia refrigerat & emollit, & *bilis è jecore profuſa* ventriculum proritans crudos cibos necdum plane coctos in alvum præcipirat, Sic ſæpe animadvertimus ingentem abdominis abſceſſum, & Pulmonum vomicam, & pectoris renumque ſuppurationem, tetro malignóque nidore in cor & in ventriculum effuſo, gravem periculoſamque Lienteriam peperiſſe, qualem in iis quoque cernimus qui diuturno morbo confecti jam morti ſunt proximi. *Fernelius Pathol. l. 6. c. 10.*

SCHOLIA.

L*Ienteria* dicitur inteſtinorum lævitas, quà quæ per alvum deſluunt, alimentis tum ſubſtantia tum colore finitima ſunt, Cauſam habet non diſtributionis impedimentum, ſed concoctionis primæ imbecillitatem, ob quem cibus crudus, nihilque mutatus delabitur: ſive quod imbecillior ventriculus eum non conficit, ſive quod laxior ille non arcte continet dum integre coquatur, Ventriculus autem imbecillior redditur proprio robore diſſoluto, idquè biſariam, vel ſuo, vel extero, ſeu aliarum partium vitio atque ſympathia. Propria illius vitia hæc ſunt, refrigeratio, cujuſmodi eſt ab immoderato frigidæ potu, præſertim quum corpus exæſtuat. Laxitas ſeu emollitio, qualem inducunt aquæ repidæ, olei, butyri, adipis, prunorum, malvæ atque ſimilium uſus immoderatior. Aliena qualitas inuſta, qualem fungorum, cucumerum, melonum & fructuum maligna qualitate putreſcentium intempeſtivus eſus, multóque efficacius hauſtum venenum induxit, quemadmodum & perverſa cœli conſtitutio quæ popularem ſæpe lienteriam promovit. Aliarum partium conſenſu fit, quum ab illis vitium aliquod in ventriculum incidit. *Idem.*

Jam meæ curæ commiſſam habeo Clariſſ. Matronam, Dom. Saladin, Anglam, viduam Domini Fleurnois, ſexagenariam, raræ texturæ & conſtitutionis debilis, diarrhœæ à multis annis obnoxiam, hinc ob ῥευματικὴν inteſtinorum διάθεσιν in Leienteriam menſe Auguſto anni 1678. anni tempeſtate ferventiſſima incidit. Aſſumpta quævis quaſi per infundibulum præcipiti lapſu excludebantur, hinc celer maraſmus, qui eam ad fauces orci intra triduum deduxit: Facies illi fuit Hippocratica, marmoreum, cum livore, extremorum frigus, integumentorum tamen impatientium, comite ſiti, (ab exhauſto deducenda, non ab incendio aut phlogoſi interiorum partium) pulſus vix conſpicuus, interdum aſphyxin, paucis, omnino deplorata: Cardiacorum tamen uſu, opiatarum roborantium, cataplaſmatum ex mica panis toſta, vino rubro auſtero infuſa, cydoniorum condit. pulpa, ſorborum, pulv. menthæ, &c. ſuccorum tortivorum carnium, gelatinarum cornu cervi, Eboris, ad ſe rediit, ut jam calor micet, pulſus digitos manifeſtè feriat, bene ad oblata ſe habeat, ea contineat, urinas effundere incipiat, ſpémque convaleſcentiæ præbeat; Atque in eam quadret quod ait de muliere quadam Hippocr. in Epidemiis, *Quinquies mortua eſt.*

Bilis è jecore profuſa] Cauſæ lienteriæ & cœliacæ affectionis ad tria capita reduci poſſunt, Frigidam ventriculi & inteſtinorum intemperiem; Retentricis debilitatem, gravis morbi prolem, Earum démque partium ab acribus humoribus morſum & vellicationem, qui ad excretionem præmaturam ſollicitant: Sic veſica urinaria à lotii acrimonia vellicara, frequenti micturitione laborat, unde ſtranguria. *Galenus* 6. ſect. aph. 1. ab acribus illis humoribus fieri in ventriculo air ulceroſam diſpoſitionem, eo modo quo aphthæ in ore puerorum oriuntur. Acres illi humores proles ſunt vitii & κακοπραγίας viſcerum βλαστήματα ἐχόντων: Huc pertinet Leienteriarum deſcriptio de quibus *Hippocr.* lib. 2. Prorrhet. verſu 196.

Lævitates inteſtinorum aſſiduæ quidem & multo tempore perſeverantes, ac omnibus horis & cum ſtrepitu & ſine hoc exturbata, & ſimiliter noctu & interdiu affligentes, ſi quod excernitur valde crudum eſt, aut nigrum & læve ac mali odoris, ea quidem omnes mala ſunt, nam & ſitim exhibent, neque potionem per urinam reddunt, quod in veſicam non deſcendat, os exulcerant & elatum faciei ruborem, ejuſque cutis vitia omni colorum genere diſtincta (Ephelidas vocant) excitant, ſimúlque ventrem quaſi fermentatum ſordidum, ac rugoſum efficiunt, ex quibus aut cibum capere, aut deambulare ad res obeundas nequeunt. Morbus hic ſeniores graviſſimè infeſtat, quin & viros vehementer affligit, cæteras vero ætates multo minus: ac qui eas ætates, quas ab hoc morbo male affici dicimus, non attingit, & pauciſſima ſigna habet quæ mala eſſe ſcripta ſunt, is ſecuriſſime conſtitutus eſt.

Ex his quidem excretionum diverſitatibus, ait *Martianus* pag. m. 411. quæ in hoc affectu referuntur, patet Lienteriæ eſſentiam in ciborum omnimoda impermutatione non conſiſtere, ita ut crudi penitus, nulla in iis permutatione facta dejiciantur, quandoquidem aliquando nigra & graveolentia rejiciuntur, quæ ſitim inducunt, os exulcerant, & ruborem in facie elevant: Ex quo conjicere licet ſæpe Lienteriam in ciborum corruptione conſiſtere, propter quam aſſumpti cibi deſcendunt priuſquam convenientem coctionem ſubeant, eo quod per eam acriores facti naturam incitant ad eorum expulſionem. Qua propter eſſentia hujus affectionis in eo conſiſtit quod cibi inconcocti deſcendunt, quatenus in ipſis excretis ciborum aſſumptorum veſtigia apparent, ſive modo ob caloris ventriculi exceſſum cum humiditate non concoquantur, Sive à calore immodico, aliáve cauſa corrumpantur antequam naturalem permutationem ad coctionem acquirant: quoquo enim modo prædicta eveniant, ſemper Lienteria dicenda eſt: Ex his vero quæ in textu referuntur, patet Lienteriam ex corruptione longe deteriorem eſſe ea quæ ob caloris defectum evenit.

Observatio IV.

§. 1. *Fluxus Cœliacus excitatus à Pancreatis, Lienis vitio, Glandulis meſenterii tumidis, duriuſculis, & aliis ejuſdem vitiis.*

MIles Scotus in India Orientali, atque imprimis in longo maritimo itinere huc redux, diu pravis cibis uſus fuerat, atque hinc tandem morbo languens, & Cœliaco fluxu cum ventris torminibus, appetitu tamen ciborum mediocriter conſtante, laborans anno 1657. menſe Auguſto ad Noſocomium noſtrum delatus eſt, in quo cum per tres quatuórve menſes commoratus fuiſſet, ac in Cœliaco fluxu curando omnia fruſtra tentata eſſent, tandem totus emaciatus obiit.

Cadavere aperto, ſeſe obtulit Lien nimis magnus, durus & ater, ut & Pancreas nimis tumidum, durum cinereíque coloris. Invenimus item Meſenterii innumeras glandulas, quæ in ſanis vix videri poſſunt, mirum in modum turgidas & duriuſculas eſſe, ita ut multæ quidem fabæ magnitudinem, ſed plurimæ ad magnitudinem avellanæ, pauciores ad nucis

moſchatæ

moſchatæ magnitudinem accederent: In iis autem diſſectis nihil aliud quam candida qu dam crema, in caſeoſam ſubſtantiam indutata, repertum fuit. *De Diemerbroëk Anat lib.* 1. *cap.* 8.

§. 2. Puella paupercula undecim annorum, poſtquam ſimili etiam alvi fluxu, cum ve tris dolore & extrema emaciatione obiiſſet, ex petitione Parentum (qui ipſam faſcino a diabolicis artibus occiſam eſſe, atque ex murmuribus & ſibilis antea in ejus abdomine i auditis, ſerpentes, bufones, aliáve ſimilia fœda animalia in ventre ejus latere ſibi cert perſuaſerant) coram pluribus demortuæ cadaver aperui menſe Novembri 1656.

In hoc, ut in priore ſubjecto, innumeras meſenterii glandulas admodum tumida & diuruſculas invenimus, quarum multæ habebant avellanæ magnitudinem, aliqu paulo majorem. Color externus alius erat albicans, alius variegatus inſtar marmori ex albo nigricantis. Intus in iis continebatur chylus lactens albiſſimus, in caſei for mam ac duritiem concretus, Lien & Pancreas juſtam magnitudinem nonnihil excede bant. *Idem.*

§. 3. Nobiliſſ. puellus Danus, Nicolaus Rets nominatus, ætatis ſeptem octóve anno rum, qui *magna atrophia* cum *ventris torminibus* multis menſibus confectus, tandem totu emaciatus vitam finivit menſe Junio annis 1662. Ego imploratus ut in demortuo cau ſam mortis, parentibus tranſcribendam inquirerem, cadaver aperui, in eóque hepar lienem, cor, pulmones; renes; ventriculum & inteſtina bene conſtitura demonſtravi ſolo Pancreate nonnihil tumido ac male colorato exiſtente: ſed in Meſenterio certa mortis cauſa à nobis inventa fuit, quippe innumeræ meſenterii glandulæ mirum in modum intumuerant, cum ſingulari duritie, plurimæ ad avellanæ, aliæ ad paulo majorem, multæ ad fabæ magnitudinem, omnes candidi coloris erant, in iiſque continebatur crema candida, in caſei ſiccioris duritiem concreta, quæ chyli lactei tranſitum impediens, dictæ atrophiæ atque hinc mortis cauſa fuerat. *Idem.*

SCHOLIA.

EX quibos ſatis paret frequenter Cœliacum fluxum & atrophiam ab harum Glandularum obſtructione produci: Adhæc non eſſe illarum eum uſum quem ipſis Anatomici communiter adſcribunt, ſcil. fulcire venas & arterias per meſenterium delatas, ſed in iis, ut in omnibus glandulis, gigni aliquid ſubaciduli fermentacei liquoris, chylo lacteo admiſcendi, & ſic illas inſervire vaſis lacteis; atque hinc propter earum obſtructionem, aliámve pravam conſtitutionem (qualis plerumque à vitioſo fermento, quod chylo in inteſtino duodeno admiſcetur, inducitur) ſæpe magnam pravorum humorum colluviem, lentarum febrium, variorúmque contumacium ac diuturnarum affectuum cauſam, inter meſenterii membranas coacervari. *Idem.*

Meſenterii Glandulæ, &c.] Glandulas habet meſenterium plurimas exiguas & molles, membranis interjectas, in earúmque medio unam magnam, quas omnes ad chyli attenuationem majorémque perfectionem plurimum conferre, manifeſte conſtat. Per illas quippe decurrunt vaſa Lactea innumera, & chylum (ad majorem perfectionem glanduloſi liquoris levi aliqua ſub acidula qualitate imbuendum) in eas affundunt, quæ vaſa ex iis tandem in media magna Glandula, (quam hodie *Meſenterii Pancreas* vocant) pleraque concurrunt, indéque recto ac brevi ductu feruntur ad Receptaculum chyli, in quod ſuccum lacteum deponunt. Rem ita ſe habere doceor experientia & autopſia, Nam ſi hæ glandulæ aliqua de cauſa vel obſtruantur, vel liquor in iis genitus, & lacteo ſucco neceſſario admiſcendus, nimis acidam acredinem quacunque ſe cauſa conquiſiverit, tunc lacteus chylus in iis ſubſiſtens coagulatur in caſei formam, ab ejúſque copioſo inflexu multum intumeſcunt, atque ſic chylo ſubſequenti tranſitus omnino præcluditur, onde tales homines, quibus hoc contingit, *cœliaco fluxu*, (propter impeditam chyli diſtributionem) & ventris dolore torquentur, atque ob denegatum alimenti tranſitum atrophia conſumuntur, & paulatim uſque ad mortem emaciantur, Quod tria allata exempla demonſtrant. *Idem.*

Glandulis meſenterii tumidis] Diarrhϖæ, Leienteriæ, Cœliacæ paſſionis, in Glandularum plexibus Inteſtinalibus cauſam ſtatuit Nobiliſſ. Dom. *Ioh. Conradus Peyer*, Tractatu eruditiſſimo de iis edito. Diarrhœæ, *ait cap.* 8. ex iiſdem Glandularum plexibus, tanquam fontibus præcipue ſcaturire videntur: Cum videlicet maſſa ſanguinea ſero, ſive ſenſim ſive cumulate adgeſto, turgens, aut incendio febrili colliquata ac efferveſcens, ſarcinam ſuam (ob particularum craſſitiem aut viſciditatem per glandulas ſubcutaneas difflari ineptam) in Plexus inteſtinales deponit, atque per glanduloſas eorum papillas, ceu tubulos & canales, confertim exonerat: qua oneris mole excuſſa, valetudinem antea pareſſam ſæpe contingit εὐθέως emergere. Cum vero ſanguinis fermentatio vitalis, aut repente injectis veluti compedibus ſufflaminatur, aut lento chronicorum morborum fato ita ſenſim refrigerata torpeſcit, ut cruoris maſſa, labefactato mixtionis vinculo in principia ſua aut elementa analyſi ſpontanea ſecedat, hinc evenit ut ſanguinis ſerum; per glandularum iſtarum papillas ſine obſtaculo, ac velut ſua ſponte deſtillans, *Diarrhœas* quoque, ſed imminentis plerumque lethi nuncias procreet, Atque hujuſmodi alvi fluxus phthiſicis emaciatis, & febre maligna correptis raro non eſſe ſolet exitio:

Nonnunquam etiam memoratas Plexuum inteſtinorum Glandulas, ſeri nimis viſcidi, aut ab acido ſucco (victus culpa in inteſtinis genito) coagu-

lati infarctu obſtrui, vel aliis modis in tumores & ſcirrhos verti, contingere poteſt. Hincque ſuos ex parte natales ducere videtur *Cœliaca affectio*; quando videlicet chylificatione ob defectum liquoris fermentativi è Glandulis inteſtinorum ſubminiſtrandi proſtrata, alimentorum liquamen nondum ad chyli perfectionem uſque elaboratum excernitur. Haud ſecus ac in *Leienteria* fit ciborum, prout aſſumpti fuerunt dejectio, quando ventriculi glandulis eodem modo obſtructis aut induratis, fontes liquoris menſtrui ad alimentorum ſolutionem requiſiti, occluduntur, ut nulla plane inſtituatur digeſtio. Atque Pathologiæ hujus veritatem confirmare videtur ipſa horum affectuum θεράπεια, quippe quæ feliciſſime procedit exhibitis alkalibus, ut vocant, acidum illud coagulum abſorbendo, *Glandulas* obſtructione liberantibus. Cujus generis ſunt tum volatilia, ut ſpiritus ſalis Armoniaci, C.C.&c. tum fixiora, ut varia ex Tartaro & Marte combinata medicamenta, ac imprimis etiam Antimonium diapho. Martiatum, nec non Decocta ex radicibus & herbis traumaticis concinnata. Quæ etiam à veteribus eodem interdum ſanationis eventu, at diſpari plane ratiocinio ac propoſito in uſum vocata legimus, Hi namque Cœliacam paſſionem ab Inteſtinorum laxitate, & facultatis retentricis imbecillitate ortum ducere rati, ſumpto ab adſtringentibus & roborantibus, utpote contrariis, auxilio, curationem ſtrictim adgreſſi ſunt: Quam adſtringendi intentionem aut poteſtatem in illis ſi nos quoque conciperemos medicamentis, verendum eſſet maxime ne obſtructionis obex è Glandulis inteſtinorum removendus, adſtringentium ictu altius impingeretur: Certe purgantia, quæ à plurimis in hoc affectu commeodantur, ne ſtatim in principiis, ſerò nondum in caſeoſas moleculas compacto exhibeantur, ut è Glandularum papillis adhuc emulgere poſſit, morbum magis pertinacem quam ſanabilem reddere ſolent: quia nempe irritationis ſtimulo ſerum in dictas Glandulas intempeſtive allicitur, quod, via exitus denegata, in majorem ſtagnando molem ſcirrhos procudere natum eſt, unde Inteſtinorum obſtructiones, tormina aliáque mala oriri poſſunt.

Harum autem Glandularum Inteſtinalium hanc dat διαγραφὴν Nobiliſſim. Juvenis, loco citato cap. 1. Tenuia perfectiorum animalium inteſtina accuratius perluſtranti, crebra hinc inde variis intervallis *Corpuſculorum Glanduloſorum agmina* ſive *plexus* ſe produnt, diverſæ magnitudinis atque figuræ: 1°. enim exigui in inteſtinorum principio, dein grandiores in ipſorum progreſſu, demum maximi in eorundem exitu conſpiciuntur. Eſt & ubi ingens inteſtini tractus, hujuſmodi Plexu glanduloſo denſe ac velut racematim conſitus adparet. Idque circa Ilei extremitatem fere perpetuum eſt, cui Glandulæ hæ adeo videntur domeſticæ ac neceſſariæ, ut quamvis cætera ſubinde inteſtina, tamen hoc iis nunquam deſtituatur. Imo ſicubi in Duodeno atque Jejuno deſint, in Ileo defectus ille ſuppletur. Horum vero Plexuum facies modo in orbem concinnata, modo in ovi aut olivæ oblongam, aliámve anguloſam ac magis anomalam diſpoſita figuram cernitur. Intra ſingulorum autem Plexuum ſphæram ſive ambitum, glandulæ nunc plures nunc pauciores ſubſiſtunt. Aliquando decem tantum manipulatim, ſæpe xx. xl. aut plures catervatim junguntur, interdum multitudine pene innumerabili, in quendam quaſi exercitum concurrunt, atque inſignem Inteſtini tractum obſident.

Ipſarum porro Glandularum ea eſt ſtructuræ & poſitus ratio, ut baſibus ſuis intimæ, vel interdum mediæ inteſtini tunicæ inſiſtentes, non raro per exteriorem forinſecus tranſpareant, ſicque citra diſſectionem inteſtinorum, oculo iiſdem propius admoto conſpici queant. Apicibus autem ſuis, tanquam exiguis papillis, inter cruſtæ villos, in ipſam inteſtini cavitatem proſpiciunt: Apices iſti, porulis ſive puſillis foraminulis inſigniti, dum ſuppoſito digito premuntur humorem, plerumque viſcidum, exſudant, Quoad vero ſubſtantiæ compagem, Glandulæ hæ in quibuſdam molles & velut pulpoſæ ſunt, proinde ut muco inteſtinali incautius deterſo, ipſarum ſæpe glandularum veſtigia ap ceſque deleantur. In aliis ſyſtaſis paulo compactior notatur, vel iteratæ deterſionis vim impune ſuſtinens: Magnitudo quoque Glandularum pro animalium mole ac ætate variat, plerumque milii, aut raphani ſemen æquant: Color tam plexuum quam Glandularum iis contentarum nunc pallidus, nunc aliquantum rubicundus adparet, interdum plane candicans, Et liquor glandularum papillis expreſſus etiam albore quodam imbutus cernitur: Vaſa denique ſanguifera, nempe arteriarum venarúmque capillamenta, hiſce Glandularum Plexibus copioſe intexuntur: quibus neceſſarios in uſus dubium non eſt: nervulorum filamenta ſociari, quamlibet viſum præ exilitate fere ſubterfugiant, &c.

Plexus iſtos in duorum virorum cadaveribus evidentiſſime conſpeximus, Eorum alterum Aſcites, alterum quoddam ventriculi & Inteſtinorum malum extinxerat: Et quidem diſſectis inteſtinis, prima plexuum veſtigia ſtatim in Duodeno apparuerunt: nimirum quinque aut ſeptem glandulæ miliares, junctim una poſitæ, quendam veluti racemum, totidem acinis conſtantem, exprimere videbantur. Per Jejuni diſtrictum nullus integer Plexus occurrit, ſed in ſpatioſo Ilei ſinu plures continebantur, quorum ultra xv. numeravimus, extremáque Ilei portio, palmam unam & dimidiam longa, meris Glandulis inplexum ingentem junctis, conſtare videbatur. Hos & Plexus in Puella octenni, agmine numeroſo, & magnitudine conſpicua demonſtravi, quanquam alicubi glandularum papillæ, ex inteſtinorum morbo, vim paſſæ viderentur.

Qui vero Glandulis iſtis uſus aſſignandus? Noſtra fert ſententia, Ab iiſdem liquorem chylificationi inſervientem, intra cavitatem inteſtinorum exſtillari: quod 1°. confirmare videntur glanduloſæ plexuum iſtorum papillæ, quæ præterquam quod foraminulis excretoriis perviæ ſint, etiam nonnihil protuberantes conſpiciuntur, hácque ſua phaſi fidem faciunt aliquid potius ex illis in cavum inteſtinorum emulgeri, quam ut ipſæ quippiam ab Inteſtinis auferant. 2. Experimento conſtat papillarum iſtarum apices, linteo molli blande deſiccatos, & ſuppoſito digito nonnihil compreſſos, denuo guttulis, velut roſcidis permadeſcere

permadeſcere: Præterea obſervare eſt animalia craſſo & duro pabulo victitantia (ad cujus elaborationem fortiore & copioſiore liquore fermentativo opus eſt) plexibus iſtiuſmodi pluribus, & numetoſiori glandularum caterva ſtipatis inſtructa eſſe, haud levi argumento aliquid inde ſuppeditari, quod ſolidiorum ciborum maſſæ penitius diſſolvendæ conferat.

Cuinam vero materiæ liquor iſte natales ſuos debet? Non videtur hujus liquoris materia aliunde ſuppeditari quam ab Arteriis & Nervis, præter iſthæc enim nulla alia vaſa aut commeatus viæ ſuperſunt: nec chyli lymphæque ductus huc quicquam conferre valent: quemadmodum ergo duæ ſunt commeatus viæ, ita ex duplici liquorem hunc materia conflari veroſimile eſt, una nempe ab arteriis, altera è nervis ſuggeſta. Quoad arterias, videtur ille pro ſymbolo ſuo ſerum quoddam ſubviſcidum & glutinoſum conferre: è Nervulis autem ſpiritum nitro aëreum, juxta ſententiam Clariſſ. D. D. Majovv. deponi arbitror; cujus cum ea ſit indoles ut ocyus Euro cuncta pervadat, nimia ejus mobilitas nptime ſeroſi iſtius laticis viſciditate involvi, providéque hoc pacto ad chyli elaborationem determinari videtur: Ex hoc itáque *ſpiritus nitro aërei cum latice ſeroſo connubio, probabile eſt dictarum glandularum liquorem emergere.* Qui cum particulis nitro-aereis, iiſque ad ſummam puritatem evectis impræ-gnatus ſit, jure *Fermentativum* audire poteſt. Atque ita hæc ſe habere indiciis haud obſcuris me demonſtraturum confido: Etenim obſervare eſt homines ſubinde ſtatim à paſtu levi quoddam horrore percuti, ac interdum etiam quoad extrema frigeſcere, inſuper ad actiones qualvis aut meditationes arduas ineptos eſſe. Quorum ſymptomatum aliam vix erit in promptu rationem aſſignare, quam quod tunc temporis natura, de ſumpti cibi digeſtione ſolicita, omnem fere ſanguinis arterioſi impetum, & ſpirituum animalium copias, neglectis partibus exterioribus, inarterias cœliacas & meſentericas, plexus item nervorum ſtomachicos meſentericóſque diſponat: Unde fit ut ſanguine & ſpiritibus non amplius tanta copia per univerſum diffuſis, extrema frigeſcant, ac corporis ambitus, tantillæ moleſtiæ ſenſu, leviter inhorreſcat: Pariter obvium eſt illos qui mox à paſtu diu multúmque ſive rerum arduarum meditationi, ſive literis incumbunt, de gravitate ventriculi, δυσπεψία & inteſtinorum difficultate conqueri: in quantum ſcil. ſpiritus animales, animæ corporeæ inſtinctu, ad ventriculum & inteſtinorum glandulas determinati, ex iſtis partibus in cerebrum animæ ſuperioris juſſu revocantur: hinc iſtius erroris pœna univerſum ſæpe corpus mulctatur. Quare ex his omnino concludere licet Spiritus animales nitro aëreos, & ſanguinem arterioſum, in ventriculum & inteſtina, cibis recenter ingeſtis farcta copioſius quam dum inania ſunt fluere: idque haud alio fine quam vt glandulis iſtis liquor fermentativus, ad chylificationem in inteſtinis perficiendam requiſitus, qua par eſt copia ſubmi ſtretur.

Quod vero ad hujus Liquoris δυνάμεως attin etſi difficile ſit explicatu quo Liquor iſte fermamen tivus (ex ſero arterioſo & ſpiritu nervorum nit aëreo combinatus) ſapore gaudeat, quoniam ſeo ſim colligi, ac coram tribunali guſtus examina nequit: inſuper in defunctis ſpiritus ille nitro-aë reus, à quo vis præcipua pendet, jam avolarit, Ta men ſi quid conjectura aſſequi datum eſt, nullam i eo inſignem acrimoniam, nedum aciditatem ſty giam, adeo nonnullis decantatam, concipere poſ ſumus, ut pote quam inteſtina ſine labe atque do loris ſenſu tunicæ ipſorum nerveæ infligendo, hau perferre poſſent. Quare potius arbitrari fas ſit li quorem iſtum, ratione incluſi ſpiritus nitro aere mobiliſſimi & penetrantiſſimi, quam ſalium arido rum corroſivorumque vi efficacem eſſe: Enimver ea eſt particularum nitro aërearum indoles, ut maſſ ciborum, etiam compactiorum, affatim ingeſtæ, com pagem eorum prompte pervadere, atque pertupt vinculo ſulphureo ſalino, totam maſſam in chylun redigere valeant.

Pro duplici autem materiæ, è qua liquor dictarun Glandularum conflatur, reſpectu, etiam geminu potiſſimum uſus aſſignandus eſſe videtur, quorun qui partem nitro-aëream ſive ſpirituoſam concernit efficaciſſimus eſt & jure princeps habetur, Serun enim arterioſum ei tantum vehiculi ſimúlque vinculi loco aſſociatum, officio viliori deſtinatur: nempe de munere utriuſque ita ſtatuendum breviter arbitror: Quamprimum inteſtina ciborum in ventriculo diſſolutorum maſſa implentur, protinus glandularun iſtarum papillæ, liquore fermentativo tunc plurimum turgentes, & motu inteſtinorum periſtaltico compreſſæ, humorem, quem continent, per foramina excretoria copioſe profundunt: quo facto ſpiritus nitro aëreus è vehiculo ſuo & compedibus erumpens, alimenti maſſam pervadit, particuláſque in ea ſulphureo ſalinas adoritur, hinc bello velut indicto, quodam fermentationis motu tamdiu invicem pugnatur, donec craſſæ portiones quoad minima comminutæ, & nonnihil etiam volatiliſatæ, chylum abſolutiſſimum, ipſóque vitalitatis charactere imprægnatum conſtituant. Interim videtur vehiculum ſubviſcidum, inteſtinorum parietibus adhæreſcendo, muniminis aut propugnacul vicem explere; cavendo ſcil. ne ſalium & ſulphurum, cum ſpiritu nitro aëreo debellantium ſpiculis nerveæ inteſtinorum fibræ compunctæ aut vellicatæ doleant: Atque ita hæc ſe habere inde fit vero ſimile, quoniam ſemper muci inteſtinalis copia circa plexus glanduloſos invenitur, imo in Ile extremo contenta, jam aliqualem fæcum conſiſtentiam nacta, hujuſmodi muco ſubviſcido penitus obducta ac incruſtata vidimus.

Vide plura l.c.

Observatio V.

Diarrhœa Chyloſa, cum atrophia, ob Lactearum meſentericarum obſtructionem, Hepatis & Lienis ſcirrhum, &c.

Filiolus Dom. Caroli à Pilug, annum nactus cum dimidio, febri inordinata, nimia appe tentia, ſecretione per alvum ſuperflua, *cum materia albæ permixtione*, & ſubſequenti ma cie inſigni, diu & per aliquot menſes vexatus, ita ut, omni diligentia licet adhibita, æger vi oſſibus hæreret, vix præter animam reſidui quicquam haberet, vivæ mortis imago eſſet, &

 delicata,

delicatam adhuc animam ob morbi vehementiam tandem efflaret. Parentes cùm nutricem certas ob cauſas mutaſſent, ſemper ſuſpicati ſunt (licet Medici fundamentalibus rationibus illis aliud perſuadere conarentur) morbum infantis per faſcinum introductum eſſe.

Ut igitur ancipiti cura amplius non diſtraherentur, extinctus filius aciei cultri anatomici ſubjiciebatur. Diſſecto cadaveris abdomine, ecce monſtruoſa illico Hepatis, pro ætatis ratione, apparuit magnitudo, quæ vix in adulto offenditur. Totam enim abdominis cavitatem occupabat, & ſubſtantia ejus præterea ſcirrhoſa reperiebatur: Veſicula fellea erat inſignis, indicis longitudinem æquans: Lienis ſimilis ut Hepatis erat conſtitutio, puncticulis enim tartareis perduris undique erat refertum. Glandulæ per totum meſenterium diſperſæ ſcirrhoſæ inveniebatur, cauſæque mortis manifeſtè conſpiciebantur. *G. Theophilus Bierlingius Miſcellan. Curioſ. ann. 1671. Obſerv. 152.*

SCHOLIA.

Licet in ſpecie & proprie Diarrhœa illum ventris fluxum deſignet quo humores ſinceriores defluant, ſine ſanguine & chylo: hic tamen illam vocem cum M. *Sebizio* in ſpeculo Medic. part. 4. ſect. 2. c. 15. generaliter ſumimus, ita ut in genere denotet quodvis alvi profluvium, à quacunque materia proveniat, à quocunque loco, & quocunque etiam modo illud fiat: Diverſi humores in diarrhœa evacuari ſolent, unde etiam diverſis nominibus ſalutatur: dicitur enim diarrhœa biliosa, melancholica, pituitoſa, ſeroſa, ſanguinea, colloquativa; puerorum dentientium, verminantium, ut & Chyloſa, quæ licet ad Cœliacam affectionem ſoleat referri, quia tamen plerumque, & præprimis hoc in caſu, non merus & purus chylus, ſed excrementis mixtus evacuabatur, non immerito Diarrhœæ Chyloſæ titulus ipſi poteſt imponi. Hujus Cœliacæ affectionis, ſive potius Diarrhœæ chyloſæ cauſam *Fernelius* aliiſque venarum Meſaraicarum, Lienis aut Hepatis obſtructioni adſcribunt: Pecquetus rectius Lactearum meſaraicarum (quas detexit Aſellius) quin & Thoracici illius ductus, à ſe primo inventi, ſtatuit obturationem, Verba ejus ita ſonant in nova de Thoracicis Lacteis diſſert. Anat. experim. 1. p. 109. *Chyloſa diarrhœa, qua ſcilicet mixtus cum recrementis excernitur chylus, oriri poteſt (ſicut Riolanus pater in peculiari medendi methodo cap. 48. ſapienter indicat) ex obſtructo meſenterio: nam licet ſaniſſimum Hepar congruentiſſimum accendat ad optimam chyloſin, aut chymoſin potius, calorem ventriculo, ſi tamen vel obſtructum fuerit meſenterium, vel humoris viſcoſitas, intimam inteſtinorum tunicam lubricans, obturaveris lactearum infundibula, certum eſt prohibitum ingredi chylum, pariter ſacretum iri cum ciborum fecibus, id ipſum neceſſe eſt obſtructis Thoracicis lacteis, contingere*, Et paulo poſt, *Quod ſi multiplex fueris Lactearum obſtructio, & adverſus aperientium remediorum vim pertinax, atrophiam ſequi neceſſe eſt, interdicti alimenti penuria, unde nec reparantur ſanguinis impenſa, nec corporis tabeſcentis ſubſtantia reparatur.* Prædictas obſtructiones ob dictis potiſſimum impuritates & viſcoſitatem ortas fuiſſe arbitror, quæ in exilibus illis canalibus lacteis [illegible]l caſeoſam duritiem & quaſi coagulationem retent, hincque ex obturatione horum vaſorum chylus [illegible] receptaculum, & ſic deinceps conſequenter ad [illegible]aſſam ſanguineam interceptus fuit, tam maciem [illegible]iam chyli neceſſario per alvum una cum recrementis fluxum excitans: ſymptomata, fames nimium, ſine dubio ob defectum nutritionis in partibus, quæ ſui reſtaurationem deſiderarunt, nec propter obſtructionem receperunt, oriebatur: Putamus [illegible]im, ſalvo aliorum indicio, naturalem appetitum [illegible]citari à bono ventriculi temperamento & anima, omnium actionum noſtri corporis gubernatrice, quæ defectum materiæ nutritivæ percipit, & ita per appetitum illam poſtulat: Ab experientia omnium rerum magiſtra informati ſumus, poſt morbos majorem plerumque percipi appetitum, ob virium debilitatem, quas natura recreare iterum tentat. Illi qui exercitiis gaudent, & laboribus mechanicis exercentur, majori fame & appetitu vexantur quam qui otio & quieti dediti ſunt, eandem ob cauſam: Vermes in inteſtinis ſtabulantes abſumunt chylum, hinc nulla vel pauca partium nutritio, & per conſequens major appetitus: Igitur cum Ferdin. Roderico p. 64. exclamamus *Fames certiſſima indigentia & abſoluta coctionis prius ingeſti cibi certiſſimum ſignum*: Spiritus acidi & acres appetitum quidem excitāt: ſi autem quantitate peccent: deſtruunt appetitum, cum ventriculi temperamentū evertāt: in juſta autem doſi aſſumpti, vel ante vel cum cibis, appetitum adaugent; ratio, quia ante cibos aſſumpti reliquias in ventriculo contentas diſſolvunt, ut defectus eò meliùs percipiatur: cum cibis autem ingeſti, pars concoctionis exiſtunt, cibos citius diſſolvunt, concoctionem, augendo fermentum, accelerant, & ita per accidens appetitus & ſenſus abſumptionis cauſa exiſtunt. Diſtinguendum igitur inter cauſam coctionis & cauſam appetitus, quam animam ſalutamus. *Febris inordinata*, alterum ſymptoma, à viſcerum & vaſorum obſtructione, ut & tartari copia iſtas obſtructiones generantis, inæqualiter effumantis quaſi & ebullientis, calidóſque vapores in totum corpus mittentis, originem trahebat. *Idem ibidem.*

Glandula per totum meſenterium ſcirrhoſa) Quamquam vitium fuerit Hepatis & Lienis, rectè tamè cauſa mortis in meſenterium obſtructum rejicitur, quod ſæpe longorum latentiumque morborum ſedes eſt, ut fruſtra quandoque ad lienem aut hepar mali prima labes & origo referatur, Et ne cui mirum videatur ſi ad meſenterium recurrendum ſit, quod non ſit credibile ab uno Hepate tam multam colluviem provenire, habemus nobis ſuffragantem *Galenum*, qui cap. ult. lib. 3. de loc. agnoſcit quaſdam meſenterii affectiones, à quibus qui ægrotarent, Meſaraici appellarentur. Quidam veterum cùm perfectè confectum in ventriculo cremorem animadverterent, & talem ferè dejici, nec à meſaraicis ſuctum devectúmque, ut fieri ſolet, falſò mali cauſam meſenterio attribuentes, ſic laborantes meſaraicos vocabant, ſed male, & ideo hoc *Galenus* redarguit; Nam cùm attractrix Hepatis languet, nil per meſaraicas attrahitur ab Hepate, ideo accuſari non debet meſenterium ſed Hepar ipſum: Contra tamen afferri poteſt, Cùm chylus mitificatus excernitur, nec ad Hepar devehitur, an ideo attractricis Hepatis id vitio ſit? Nunquid ſæpe fluo-

rem

tem alvi videmus obſtructo meſaræo, facultatibus Hepatis etiamnum integris? Non ſequitur ergo ideo convinci poſſe Hepar laborare cùm chyloſa dejiciuntur, verùm quidem illud cùm facultas attrahendi Hepatis ægra eſt, attractionem per meſaraïcas, tanquam per manus officiales non fieri, non obſtructæ viæ ratione, ſed partis principis, meſaræi miniſterio utentis vitio: Et veteres, qui meſaraïcos appellabant illos, non abs re fecerunt; Sic & *Galenus* & veteres illi culpa non vacant: ſi quidem & chyloſa dejici poſſunt, ſolo vitio meſaræi non deducentis: aliquando ipſius Hepatis vitio; cùm meſaræum incolume ſit: Præterea meſaræum pars eſt naturalis: omni parti naturali ſuæ actionis vis eſt, & per protopathiam laborat: hinc fieri poteſt ut etiam laborante Hepate meſaræon ſuum officium faciat, Et contra incolume poteſt eſſe Hepar, læſo meſaræo: Nec eſt quod quis parum intereſſe dicat ſit ne affectum meſaræum an Hepar, cùm chyloſa dejiciuntur, nam magna partium eſt affinitas, & unius affectio facile in aliam redundat: Nos autem contra ſentimus, ſi quidem ſi in meſenterio aut tumor & obſtructio ſit, cujus occaſione chylus ad portas non devehatur, alia ratione curandum erit, quàm ſi Hepatis ſola attracticis infirmitas in cauſa ſit; Et nos vidimus chyloſas dejectiones non affecto Hepate aliquo inſigni vitio, ſed ſublatis multis quæ meſaræon occupabant obſtructionibus, tandem ceſſavit chyloſa dejectio: Sic non ſequitur, Chyloſa dejectio eſt, neceſſario itaque vitium Hepatis convincitur, Sic in uno ſenſu vera opinio *Galeni*; in altero veterum opinio excipienda: Porro ſi velis diſcernere an inflammatio erysipelas meſaræon occupet, ſciendum tunc n ſolum excerni talia, qualia in Hepatis imbe late, cùm ad ſe cibum non trahit excernu tur, ſed præterea ſanioſum quid: Sic cùm He non inflammatum eſt, & ſi cum chyloſis excreme tis ſanioſum quid excernitur, ad meſenterium h referendum: Cæterum incredibile dictu eſt qua excernantur dum meſenterium per inteſtina co geſtam in ſe colluviem deponit. *Ballonius conſ. 53. l.*

Cum materia alba permixtione) Quam chylo ſam indicat *Bierlingius*: Sed notandum aliquan in excrementis per alvum ſecedentibus mucag nem quandam excerni, puri ſimilem, quæ tam verum pus non eſt; qualis ſæpe cum urinis excern tur, puriforme ſedimentum referens: quæ excreti contingit iis quibus longæ & maximæ fuerunt me ſenterii obſtructiones, & longus morbus: nam hu mores qui pepaſmum admittere non potuerunt, tan dem in mucorem verſi ſunt, qui pus referat: Quo & obſervavimus in nutrice quadam, quæ ex long morbo incidit in fluxum alvi perennem, cruentum mixtum: tandem ſecedebat alvus reddens aliqui pulti ſimile, cùm præcederent dolores alvini coli cis ſimiles crudeliſſimi, cùm inappetentia eſſet, ſum mus marcor, præterea acerbiſſimus dolor ad regio nem ventriculi & totius abdominis, & qui minime blandiſſimóque digitorum preſſu exaſperarentur Quod notat *Hipp.* in Coacis, Hepar dolentes, o ventriculi dolentes, ſoporoſi, rigorem habentes, al vum turbatam, tenues, cibum averſantes, purulen ta per alvum excernunt. *Ballonius lib. 1. conſil. 25*

Observatio VI.

Diarrhœa, Lienteria, Hepaticus fluxus cum febre vehementi, ab omnimoda converſione Ilei inteſtini, gangræna cum aliis infecti, Pancreatis duritie, Splenis & Hepatis vitio &c.

HOmo tres ſeptimanas afflictus complicatis morbis, Hepatici fluxus, Lienteriæ & Diarrhœæ bilioſæ, comitatis acutiſſima febre, curæ commiſſus fuit quatuor Medicorum, quorum conſilio plebotomiam, catharſin & clyſterem ſuſtinuit, quantum e conducere judicabant, ſed tandem ita in peius morbus ejus degenerabat, ut motu, ſermone & ſenſu æger privaretur, & evomeret quæcunque ore hauſerat, quare deſperantes, idque declarantes coràm pluribus viris celebribus, conſentiebant in *Experimentum Transfuſionis*, à neceſſariis ægroti propoſitum, tanquam ultimum refugium, omnino nolentibus refugere rem probabilem quæ à morte redimeret Virum morti proximum: Dom. *Dionyſius & Emmerey* rogabantur ut hujus operationis curam gererent: Illi vero conſiderantes ægri ſtatum deploratum, omnino renuebant tentamen illud aggredi, allegantes Transfuſionem non poſſe reſtaurare partes ſolidas, vel mederi gangrænæ, qua veriſimile erat inteſtina ejus eſſe affecta, debuiſſe eam adhiberi citius, eóque ipſo tempore quando Æger paſſus fuerat ingentes ſanguinis evacuationes: Sed iis omnibus nihil obſtantibus, obnixe rogabantur ut deſiderio ipſorum ſatisfacerent & non ſinerent amicum eorum mori antequam adhibita remedia quævis poſſibilia: Illi itaque hac inſtantia ſolliciti, honore & ſalute ſua aſſerta per declarationem ſupra memoratam Medicorum, & conſenſum eorum in tentamen hujus Experimenti, transfundebant in venas ejus exiguam quantitatem ſanguinis Vitulini, idque tempore matutino, quo facto, licet æger jam pateretur lethargiam & convulſiones, & debili depreſſóque admodum pulſu gauderet, ecce tamen inexſpectatum eventum; Pulſus ejus in momento elevabatur & vegerior fiebat, convulſiones ejus deſinebant, vivide ipſe contemplabatur adſtantes, colloquebatur appoſite in diverſis linguis cum is qui ipſum alloquebantur, & profundo placidóque ſomno obruebatur: Experrectus poſt tres quadrantes horæ, hauriebat aliquot juſcula in diei iſtius partem reliquam, nihil evomens, nec ventrem exonerans, cum tamen per tres priores dies nihil potuerit ore aſſumere, neque refectus fuerit vel minima intermiſſione profluvii ventris ſui ab initio morbi ipſo: Cum

hæc conditio ægri perſeveraſſet xxiv. horas, robur ejus denuo diminuebatur, pulſus remittebatur & profluvium ventris redibat; Tum amici illius Transfuſionis reiterationem urgebant, qua tandem proximo mane peracta, æger revera recuperabat nonnihil vigoris, ſed haud diuturni, nam etiamſi tunc optime juſculum ſuum aſſumpſerat, ſine vomitu, profluvium tamen ventris perſiſtebat, & circa meridiem magis in peius declinabat, donec circa quintam horam veſpertinam moreretur ſine ulla convulſionum obſervatione.

Cadavere ejus diſſecto, Ileon ejus comperiebatur converſum à capite ad calcem, & infra nodum illum ad Anum inteſtina omnia erant livida, gangræna corrupta & extreme fœtida: Pancreas ejus ſumme durum erat, & ita obſtructum ut *ſucco Pancreatico non fuerit liber tranſitus qua ſe diffunderet in inteſtina:* Splen ejus admodum craſſus erat, & Hepar grande & alicubi lividum: Cor valde ſiccum & quaſi toſtum: Reperta vena, qua Transfuſio fuerat facta, à ſectione in brachio uſque ad cor, nihil penitus ſanguinis offendebatur, uti nec in aliis venis, nec in ventriculis cordis, quandoquidem exiguum illud ſanguinis infuſi fuerat imbibitum à carne ejus inflammata & arida.

S C H O L I A.

E*Xperimentum Transfuſionis &c.*) Cheirurgia aliter Infuſoria vocatur: Experimentum autem id licet fuerit conceptum in aliis regionibus, notorium tamen eſt primo omnium fuiſſe editum in lucem in Anglia, ubi quidam viri ingenioſi Regiæ Societatis, primum illud emiſerunt abhinc aliquot annis (ut apparet ex eorum ephemeridibus) & Anatomicus ille peritiſſimus Dom. *Louverus* in praxin deduxit, tum inventione methodi Operationis, tum felici exſequutione ejuſdem: qua in re mox eum conſequuta ſunt varia fauſta Tentamina, facta manu periti Doctoris *Edmundi King* & aliorum.

Ab illis ſequenti modo peractum fuit, Præparata agni arteria carotide, inſeruimus tubulum argenteum in calamos, qua ſanguis proflueret in patinam, ſic ſpatio fere unius minuti, 12. circiter unciæ ſanguinis agnini profluebant in patinam, quo inſtrueremur aliqua ratione in quantitate ſanguinis mox transfundendi in hominem, Quo facto, cum aggrederemur præparationem venæ in viri brachio, vena videbatur ratione illius tubuli, quem inſerere propoſueramus, juſto tenuior, adeoque alio uſi ſumus tertia circiter parte tenuiore, ab extremitate tenui: Deinde venam incidimus, methodo ante edita num 28. (vide infra) quam methodum obſervavimus ſine ulla alteratione, Et ſecta vena in brachio viri, non minori facilitate quam qua communis modus venæ ſectionis perficitur, inde emiſimus ſex ſeptémve uncias ſanguinis; deinde infiximus tubulum noſtrum argenteum in dictam inciſionem, & inſeruimus calamos inter duos tubulos, ad derivandum ſanguinem arterialem ex agno in venam viri: Sed ſanguis ille unius fere minuti ſpatium in tubulis & calamis moratus fuerat antequam in brachium irrumperet, deinde libere manabat in viri venam, ſpatio minimum duorum minutorum, ita ut ſentiremus tactu pulſum in dicta vena juxta extremitatem tubuli argentei, quanquam patiens dicebat ſe non ſentire calorem ſanguinis (quem patiens illius in Gallia ſenſiſſe fertur) quod optimo jure imputetur longitudini tubulorum, per quos ſanguis manabat, eo ipſo tantum à colore ſuo remittens, ut ejus temperamentum ſanguini venali quam optime reſponderet, &c. Vir ille peracta hac operatione non minus quam durante illa bene ſe habuit, & exhibuit Relationem ſua manu ſubſcriptam, magis extollens beneficii illius magnitudinem, quod ſe per Experimentum illud recepiſſe autumat, quam nobis hactenus æſtimare licet: Poſt tres quatuorve dies hujus Experimenti repetitionem inſtantiſſime petiit; verum nos rectius judicavimus operationem illam longius paulo differre.

Methodus vero præparandæ venæ in homine hæc eſt, à Domino D. Egmundo King. propoſita: Inſtrumenta ſunt tantum *Fiſtula argentea & Obturamentum argenteum*, cujus una extremitas obtuſa, & altera plana, ut eo melius tractari queat, & jam adhibita ſunt cum felici ſucceſſu in Brutis: Methodus breviter deſcripta hæc eſt. Poſtquam arteria eſt præparata in Agno, capra &c. fiat Ligatura in brachio &c. hominis, (ſatis valida, quæ turgidam reddat venam) eo in loco ubi intendis inſerere minorem extremitatem Fiſtulæ argenteæ, quæ ita eſt adaptanda ut Obturamentum argenteum, intruſum in fiſtulam, vergat nonnihil extremitate obtuſa ultra alteram extremitatem Fiſtulæ illius: Hoc facto, divide cutem partis eo modo quo ſolet fieri in ſectione Tranſitus, exacte è regione venæ ſecandæ: Tum ſeca venam ſubtili ſcalpro Chirurgico, aut, ſi vena appareat egregie elevata (imprimis ſi tenuis ſit cutis) poteris utramque ſecare, ſi volueris, ſecundum modum phlebotomiæ uſitatum: Quo facto, pulſet aſſiſtens digito ſuo, aut aliter venam, paulo infra orificium, ne ſanguis aſcendat: Hoc poſitu ſervato, inſere obtuſam extremitatem fiſtulæ ſurſum in venam, inſertam tene cum cute arcte inter digitum tuum & pollicem, deinde extrahe ex fiſtula obturamentum, & in ſere Tubum, per quem ſanguis arteriæ eſt transfundendus ex animali emittente, cætera fac ſecundum methodum hujus Experimenti notiſſimam

Multa contra hanc Transfuſionem objiciuntur, Sed hoc non minimi eſt ponderis; Quidam ſcilicet autumant magnam eſſe differentiam inter carnem qua veſcimur, & ſanguinem transfuſum immediate in venas: *Illam* magnam ſubire alterationem *hunc* minime, Author replicat Trium primariarum digeſtionum alimenti, Primam confectam in ſtomacho non eſſe magni momenti aliarum reſpectu, confectarum ex chylo & ſanguine, in corde, hepate omnibuſque partibus nutrimenti capacibus: Quam rem illuſtrat dicens, ſicut coococtio quæ fit ex ſuccis terræ, in radice & corde ſtipitis arboris, non tantum confert ad productionem hujus illiuſve fructus, quantum ultima filtratio quæ conficitur ex illis ſuccis in tenuibus fibris ſurculorum: Ita etiam omnes illas digeſtiones creditas fieri in ſtomacho & corde, vel hepate animalium, non tantum conferre ad conciliandum particulis alimenti illas figuras, quas requirunt ad converſionem in ſubſtantiam humanam, quantum diverſitatem *Pororum* qui eas ultimo omnium

nium cribrant & diſpergunt in oſſa, cartilagines carnem aliáſque partes, in quibus antiqui ob hanc rationem admittebant, tot differentes Aſſimilantes facultates: Nunc, *inquit*, licet ſanguis recens infuſus nó ſubeat primam concoctionem, confectam in ſtomacho, ſubire tamen duas alias complures circulationes cum nativo ſanguine perficiendo, adeóque nihil abſurdi obſtare quominus transfotmetur in ſubſtantiam humanam, &c.

Neque ſolum ſanguis transfunditur in venas hominum, ſed & alii liquores, Alterationis & Purgationis gratia; Affert Experimenta Doctor Fabritius in Epiſtola Gedano miſſa, in qua civitate Medicinam facit: Quandoquidem magno deſiderio tenebamur experiendi quales effectus ſecum ferret Chirurgia infuſionis liquorum in venas humanas, tribus idoneis ſubjectis ſemet in Xenodochio noſtro offerentibus, commodum duximus in iſtis tentamina iſtius rei inſtituere; Sed conſiderato medicamenta Alterantia ſpem exiguam præbere manifeſtæ operationis, convenientius & magis conſpicuum Experimentum in Laxativis fore exiſtimavimus: quare infudimus per ſyphonem duas circiter drachmas ejuſmodi medicinæ in venam medianam brachii dextri: Inter patientes erat miles validus & robuſtus, periculoſe infectus *morbo Gallico*, & ſufferens horrendas exoſtoſes oſſium in brachiis ſuis: Ille liquore cathartico infuſo conquerebatur de ingentibus doloribus in cubitis ſuis, valvulæque brachii ejus adeo ſenſibiliter tumebant ut cogeremur leni compreſſione digiti ſtringere tumorem illum verſus humeros ægri: Quatuor circiter poſt horas medicina operari incipiebat, non cum grandi moleſtia, & in operatione perſiſtebat proxima die ſequente, adeo ut quinque ſedes poſt infuſionem habuerit, eaſque non leves: Sine ullis aliis remediis adhibitis exoſtoſes illæ abibant, neque morbi ſupra memorati ulla reliqua ſunt veſtigia. Alia duo Tentamina inſtituta fuerunt in altero ſexu: mulier xxxv. & ancilla virgo xx. annorum horrendum in modum affligebantur *Epilepſia*, ut parum boni de cura illatum ſperare daretur: Ambæ illæ ſubibant hanc operationem, qua in venas earum infundimus laxativum medicamentum, diſſolutum in ſpiritu AntEpileptico: Prima harum aliquot horis poſt Injectionem lenes habebat ſedes, & poſtridie illius diei Epilepticæ convulſiones ſubinde redibant, ſed multo lenius, tandem omnino evanuere: Altera autem, nempe ancilla, eo die quatuor habuit ſedes, & aliquot poſtridie, ſed aeri ſe committens, & frigus contrahens, nec obſervans diætam, ſemetipſam perdidit. Notatu dignum eſt omnibus commune fuiſſe, vomere mox poſt infuſionem, idque violenter & frequenter: *Ex Actis Philoſophicis Anglicæ Societat. Regiæ anni 1667. pag. 246. 257. 264. & 269. ubi Plura.*

D. Fabritius (Medicus Danti̇ſcanus) conceſſa venia tentandi Experimentum in quibuſdam extreme infectis lue Venerea, venam ſecuit & ſanguini infudit quædam medicamenta, quo experimento in duobus tentato, alter convaleſcebat, alter moriebatur: Idem menſe ſequenti repetiit Experimentum infundendo medicamenta alterantia in venas dextrorum brachiorum trium ægrotum, quorum unus erat *Arthritide* contortus membriſque fractus, Secundus extreme *Apoplecticus*, Tertius *Plica Polonica* ad extremum invaleſcente laborabat: Hujus experimenti ſucceſſus talis fuit, *Arthritide* æger poſtridie ſatis bene habuit, & brevi poſt operi accingebatur, profitens ſe curatum: *Apoplecticus* nullum exinde ſenſit paroxyſmum, Et plurima ulcera ex *Pl-* *ca* exorta ſanata ſunt, & hi ambo potuerunt ope- ſua exercere: Hæc experimenta facta in Noſodo- chio Dantiſcano anno 1668. *Ibidem pag.* 27- Ejus uſum transfert & Excell. *I. Daniel Major* (q- amplo volumine de ea ſcripſit, Inventioniſque glo- ria adſcribitur) ad vitium reſtaurationem, ubi cæ- tera præſidia incaſſum adhibita ſunt; Sic in Prodromo §. 11. Deliberavi mecum, *ait*, annon medicationis ſcopo in Chirurgia, adhibere talem aliquam Fiſtulam conveniat, qua patientibus quibuſdam ægris, morti quandoque proximis, atque cum reliqua auxilia pleraque, quamvis canonica, imprimi- Pharmaceutica, incaſſum ſunt adhibita, Aperitivu- aliquis liquor, exquiſitæ ſubtilitatis; & balſamica virtutis, in venam prius ſectam, unde modicum ſanguinis eductum ſit, inſufflari per tubulum aureum vel argenteum poſſit, ſpiritu oris adhibito, ve- intrudi in eandem & adigi, ope manus comprimentis, tanquam in clyſtere veſiculam, medicamine liquido repletam, & latiori fiſtulæ parti affabre connexam. Quicunque, *addit* §. 18. neceſſariam interdum intelligit, penes agonizantes, intercepti ſudoris reſtitutionem, per præſidia communia deſperatam, Invento meo neceſſitudinem omnem non derogabit.

Conditiones autem & Requiſita ad Adminiſtrationem hæc requirit, (1.) ut Medicus in qualemcunque eventum authoritate publica præmuniatur. (2.) ut remedia quædam Canonica fruſtraneo ſucceſſu adhibita fuerint: (3.) Ut brachium vel Pes ante phlebotomen linteis calidis confricetur, vel vino calido, aut aqua ſambuci, cum ſpiritu vini camphorato foveatur. (4.) Ut Ligatura brachii à Chirurgo duplex fiat, ſed ſucceſſive: (5.) Ut venæ ſectæ foramen digito ſtatim comprimatur, & ſic aliquamdiu clauſum conſtet, donec inſtrumentum infuſorium applicatum ſit, ne interim multum ſanguinis exſtillet: Aut (6.) ſi forte pluſculum ejus profluat, ne tamen ultra ʒij. aut ℥ß. emanet: Nam (7.) tantundem liquoris fere in veſicam inſufflandum fuerit. (8.) Ut trajectio liquoris non unico dextræ impetu, veſiculam exprimentis, ſed moderate fiat: (9.) Ut tranſitus illiuſdem adjuvetur utcunque, ſucceſſiva compreſſione brachii a loco ſectionis ſurſum uſque ad axillam: Nec non (10.) ut partibus oppoſitis ventoſæ quædam applicentur, quarum utilitas alioquin in revellendis variarum partium hæmorrhagiis nimiis non ſatis prædicanda eſt. (11. (Ut æger admittendæ v.s. non admodum inaſſuetus ſit. Imprimis (xij.) ut pulſus utcunque adhuc conſtet.

Hinc §. 22. in variolis, morbillis, febribus malignis aliis & Exanthematicis, ac in illo Peſtium genere quo ſanguis a venenoſo miaſmate non tam liquatus quam congelatus mortem infert, Chirurgiam Infuſoriam poſſe ſuſcipi, ægrumque ſic eripi ex manibus Parcarum exiſtimat.

Ad illuſtrationem huc afferenda quæ de Chirurgia Infuſoria habet Scientiſſimus, *G. Schottus* lib. xi. mirab. miſcell. c. 21. p. 891. Non ita pridem, *ait*, à magno quodam Principe intellexi experientia deprehenſum in Anglia: Hominum aliorúmque animalium corpora purgari poſſe pharmaco purgativo, per apertam phlebotomica lanceola venam infuſo in hunc modum: Veſicam vel utrem implent purgativo liquore; collo ejus fiſtulam ſubtilem ita accommodant ut per eam expreſſus è veſica liquor tranſire queat: Venam in brachio, aut crure, aut quovis alio membro aperiunt: Fiſtulam in apertam

venam

venam intrudunt, veſicam comprimunt, & per fiſtulam contentum liquorem venæ infundunt, venam randem diligenter claudunt: Poſt horas aliquot per ſeceſſum emittuntur Sordes non ſecus ac ſi per os in ſtomachum purgatio fuiſſet ſuſcepta: Experientiam fieri curavit paucis ab hine annis Princeps, quem dixi, in cane, certiſſimo ſucceſſu: Alteri cani eadem arte intra venas curavit infundi vinum Hiſpanicum, quo infuſo canis primum in ſaltus & tripudia effundebatur, tum ebriorum more titubabat, demum procumbens in ſomnum ſolvebatur donec crapulam edormiiſſet.

De Eadem ad Clar. J.D. *Majorem* ſcribit Clar. J. Jac. *Sachs* Quid Circulatio ſanguinis, *inquit*, momenti habeat apprime docet Experimentalis Collegii in Anglia ſolertiſſima induſtria & Experientia, quæ invenit purgantia, abſque ulla oris admotione, beneficio ſanguinis circulati vires ſuas exſerere: Id experimentum oculatus teſtis, Generoſi. quidam Comes mihi narravit oretenus, qui illud coram Principe Palatino, Ruperto, exercere conſpexerat: Modum talem aperuit: Paratur ex oſſiculis femorum alaudarum, canalis aut fiſtula, ad modum fiſtularum quæ in injiciendis clyſteribus veſicæ bovinæ adaptantur: Liquor purgans, aut, pro libitu, alio modo alterans, veſicæ parvæ, præcipue ex carpione piſce, inditur; hinc vena in manu aut brachio, aut crure cum parvo foramine inciditur: E fiſtula dicta, veſicáque, foramini intruſa liquor infunditur, veſicam ne ſanguis exiliat comprimendo: Injecto liquore foramen clauditur & ligatur: ſic intra hotam ſanguis, liquore purgante imprægnatur, cordi ope circulationis vires communicat, & Purgatio feliciter inſtituitur.

Transfuſionis Experimentum, emiſſo ſanguine ex cane ſcabioſo in ſanum.

Hoc fuit effectum per *M. Thomam Coxe*: Acquiſivit eaoem villaticum hibridem, vetulum, toxum ſcabioſum, medioeris ſtaturæ, & poſtquam eum cibavit aliquot horas tantum caſei & lacte, præparavit venam Jugularem, quemadmodum ſolet præparari arteria carotis Animalis emittentis, non in alium ſane finem quam ut experimento definiret infectionem ſanguinis Recipientis: Tum obduxit collo canis ligaturam in tantum firmiter contractam, quantum ipſi permittebat timor ipſum lædendi, quo ſanguis Venalis, qui tardius movetur & effluit quam Arterialis, majore cum impetu effunderetur: Hoc facto accepit juveoem Canem ſagacem eoturnicum, atque præparavit ejus venam jugularem ut præparatur in animali recipiente, ſic ut pars venæ ad eor vergens reciperet ſanguinem canis ſcabioſi, Et pars ejus ad caput rendens emitteret proprium ſanguinem in patinam: Utriſque ſic præparatis & collaris rite, laxavit nodos ductiles, & frequenti compreſſione colli (præter ligaturam quam fecerat) ob lentum curſum ſanguinis Venalis ex animali emittente, transfudi circiter 14. vel 16. ſanguinis animalis infecti uncias, in venas canis ſani, quantum conjicere licebat per quantitatem ſanguinis effuſi in patinam ex animali Recipiente: ſupponendo animal recipiens emittere circiter tantum ſanguinis quantum ſuppleat animal emittens: Experimentum hoc nulla omnino conſequebatur alteratio in Cane ſano, Sed ſcabioſus ſpatio decem vel 14. dierum elapſo perfectè ſanitati reſtituebatur: Qui effectus non ſine ratione probabili expectari poterat ex notabili illa evacuatione ſanguinis, quem emittebat, Et forſan Experimentum illud citiſſimum & præſentiſſimum, ſeu remedium certiſſimum fuerit contra ejus generis morbum quo canis ille infectus erat, tam in hominibus quam brutis. *D. Edmund. King, in Actis Regiæ Societatis Anglicæ anni 1667. pag. 75.*

Relatio quorundam Experimentorum Infuſionis Liquorum in venas Animalium, factorum per D. Fracaſſatum *Doctorem in Academia Piſana.*

Facta infuſione Aquæ fortis dilutæ in Jugularem & cruralem venam Canis, Animal extemplo moriebatur: Eóque ſecto omnis ſanguis in vaſis erat fixus, ſed haud ita in inteſtinis, Obſervabatur etiam magna vaſa crepuiſſe, forte molimine naturæ, *ut in pleriſque omnibus Apoplexia mortuis vaſa Pulmonum rupta inveniuntur:* Circa quod Experimentum Author has ſuas prodit animadverſiones, 1°. Apoplexiam, cum ſæpe originem trahat ex ſimili coagulatione ſanguinis (prout compertum fuit ex ſectione perſonarum illo morbo mortuarum) forſitan curari poſſe opportuna infuſione Diſſolventis alicujus in venas: 2°. Probabile eſſe illud ſecretum, quo Dom. de Bils diſſecuit animalia ſine ulla effuſione ſanguinis, conſiſtere in tali quadam infuſione.

2. Poſtea infuſus fuit in alium Canem Spiritus Vitrioli, quod experimentum non tam cito prodebat effectum ſuum, Animal enim lamentabatur aliquandiu & ſpumabat more Epilepticorum, vehementérque & citata reſpiratione aërem trahebat; Obſervantique pectus ejus, facile liquere poterat Canem multum pati; quo tandem mortuo, repertus ſanguinem ejus fixum in venis, & grumoſum inſtar fuliginis.

3. Tum infuſum fuit in alium canem Oleum ſulphuris, Ille vero non moriebatur, quanquam Infuſio illa in eum diverſis vicibus fuerit reiterata, Et vulnere clauſo, canis dimiſſus, per ſingulos cellæ angulos diſcurrens quærebat quod ederet, eúmque quædam oſſa inveniſſet, mira aviditate cœpit occupata rodere, quaſi liquor ei excitaſſet grandem appetitum.

4. Alius Canis, in cujus venas infuſum fuit oleum Tartari, non tam feliciter paſſus eſt ſucceſſum: Poſt multas enim lamentationes, ſimul totus turgidus moriebatur: Cum ſectus eſſet, Spectatores mirabantur ſanguinem ejus non eſſe coagulatum, ſed è contrario ſolito fluidiorem & floridiorem: Quo ipſo videtur innui nimiam ſanguinis Fluiditatem, non minus quam coagulationem mortem inferre.

Confirmatio memoratorum Experimentorum per Clar. Robertum Boyle Medicum Anglum.

Mentionem faciam Experimenti miri facti ex inſtituto in ſanguine adhuc calido, recens ex animali emiſſo, ſcil. Injecta pauca *Aqua forti*, vel *Oleo Vitrioli*, ſeu *Spiritu Salis* (uſitatiſſimis menſtruis acidis) in ſanguinem, Illum non tantum ſtatim perdere purum ſuum colorem, & nanciſci *luteum*, ſed & in momento coagulari, cum tamen ſubtilis ſpiritus urinæ, abundans ſale volatili, cujus generis eſt Spiritus Salis Armoniaci, commixtus calido ſanguini, eum non tantum non coagulet, ſed nec ejus colorem corrumpat, quin potius floridiorem ſolito efficiat, fluidum conſervet & à putrefactione diu arceat: Ex hoc Experimento oſtenditur amicitia volatilium ſpirituum cum ſanguine.

Methodus

Methodus obſervata in Transfuſione ſanguinis ex uno animali in aliud, quam primus D. D. Louverus Oxonii in praxim deduxit.

Primo accipienda eſt Arteria Carótis canis, vel cujuſcunque alterius animalis, cujus ſanguis in alterius vel ejuſdem ſpeciei animalis corpus transfundendus eſt; Illa à *nervo octava Junctura* ſeparanda & ad unum circiter digitum nuda exponenda: Deinde in ſuperiori Arteriæ parte firma ligatura facienda, quæ minime laxanda ſit ad digitum unum inferius, nempe verſus cor: alia adhuc ligatura opus eſt cum nodo ductili, quæ & conſtringi & laxari poſſit prout opus fuerit: His duobus nodis confectis, ſub Arteria inter utramque ligaturam duo fila trajicienda, & arteria ſecanda, eique exigua penna immittenda, & Arteria ſupra caulem, obturamento exiguo claudendum, duobus illis filis firmiſſime liganda; poſtea ad ſeſqui digiti longitudinem alterius canis vena Jugularis detegenda, & nodi ductiles in utraque extremitate faciendi, inter quos duos digitos infra venam duo fila, eo modo quo in arteria factum, trajiciantur: Hoc facto fiat venæ inciſio, & ſimul duo caules inſerendi, alter in partem inferiorem, ad recipiendum ſanguinem alterius canis, cúmque ad cor derivandum, alter in partem ſuperiorem venæ Jugularis, à capite procedentem, per quem ſanguis ſecundi canis emanare poſſit & promanare in patinas: Hi duo caules hac ratione conſtituti obturentur aliquo obturamento, donec eos aperiendi opportunitas adſit: His omnibus ita præparatis, canes, alter quidem ad alterius latus convenienter ſunt alligandi, ita ut immitti poſſint caules in ſingulos alios: Quoniam colla canum tam prope admoveri nequeunt quin duo treſve alii caules prioribus duobus inſerendi ſint, quo ſanguis unius ad alium deferri queat; poſtea caulis ille qui in venam Jugularem primi canis deſcendit, aperiendus eſt, & alter etiam qui ex ſecundi canis arteria procedit, atque ita duobus tribuſve caulibus invicem inſertis, prout opus fuerit, caules illi inſerendi: Hoc facto nodi ductiles laxentur, & ilico ſanguis cum impetu transfundetur per caules, perinde ac per arteriam aliquam; & eodem tempore quo ſanguis in canem defluit, reſerandus quoque eſt alter caulis, qui a parte ſuperiori venæ ejus jugularis deſcendit, (facta prius ligatura circa collum, aut ſaltem digitis altera vena Jugulari compreſſa) eodémque tempore ſanguis in patinas emittendus (non quidem continue, ſed prout vires id permittere poſſe judicabuntur) donec alter canis clamitare, infirmari, convulſiones pati incipiat, & denique lateri incumbens moriatur: Tum vero duo caules venæ Jugularis ex cane eximendi, & nodo ductili arcte conſtricto, abſcindatur vena (id quod bene fieri poterit abſque ullo malo cani inferendo, quoniam venarum Jugularium una ſufficit deferendo ſanguini ex capite partibuſque ſuperioribus, propter latam anaſtomoſin, in qua duæ illæ venæ Jugulares verſus laryngem coeunt) Quo facto pellis rurſus conſuenda & canis dimittendus, qui de menſa proſiliet, ſe ſuccutiet, & quaſi nihil mali perpeſſus fuerit, aufugiet. *Ibidem in Actis 1666. pag. 382. D. Egmundus King*, faciliorem & tutiorem modum invenit, ſcil. per venas, ita ut neutrius vena ſecetur: *Vide Acta anni 1667. p. 72.*

Anno 1667. Maij 8. Bononiæ habitum fuit hoc Experimentum, Aperta fuit arteria carotis Agni, & ſanguis fuit permiſſus emanare quamdiu potui in dextrum ramum Jugularis venæ alterius agni, e quo ante exhauſtum fuerat tantum ſanguinis quantum indicabatur poſſe ſuppleri ex agno ejuſdem magnitudinis, cujus ſanguis uſque ad mortem emittendus fuerat: Poſtea duæ ligaturæ fuere factæ proxime invicem, in vena Agni qui receperat ſanguinem, & hæc vena inter duas ligaturas totaliter ſecta fuit, ut videretur quid inde accideret: Hoc facto agnus ſolutus fuit, qui ſine ullo indicio infirmitatis circumambulabat & ſequebatur eos qui fecerant operationem: Poſt id diu vixit, & vulnere ſanato crevit instar aliorum agnorum: Sed 5. Janu. *1668.* mortuus eſt, & ſtomachus ejus repertus fuit plenus corrupto alimento: Collo diſſecto, ut videretur quid evaſiſſet ex vena totaliter perſecta, inventum fuit eam ſemet junxiſſe proximo muſculo per quaſdam fibras, & ſuperiorem partem iſtius venæ communicare cum inferiore ope ramuſculi, qui aliqua ratione ſuppleret defectum totius trunci.

Aliud experimentum factum fuit 20. die Maij, transfundendo ſanguinem Agni in venas canis Hiſpanioli, mediocris quantitatis inter alios ejuſdem generis, ætatis 13. annorum, qui ſupra tres annos penitus ſurdus fuerat, ita ut ad maximum quemque ſonitum nullum præberet indicium auditus: Parum obambulabat, & adeo debilis erat ut non poſſet pedes ſuos erigere, & nonniſi traheret corpus ſuum antrorſum: Poſt Transfuſionem in eo exercitam remanſit ad ſpatium unius horæ in menſa ubi adhuc erat alligatus, ſed poſtea deſiliens abiit quæſitum ſuos heros: poſt duos dies foras abibat, perque plateas vagabatur, nec amplius trahebat pedem ſuum, ut ante fecerat: Appetitus quoque ad cibum rediit & plus avidiuſque edit: ſed quod magis mirum, ab eo tempore præbebat indicia auditus ſui, rediens aliquando ad vocem ſuorum herorum: Die 13. Junii fuit ferme penitus liberatus à ſua ſurditate, & apparuit infinities magis jucundus, quam ante operationem, Tandem 20. die ejuſdem menſis prorſus recuperavit auditum ſuum, attamen ita ut vocatus retro iret, quaſi vocans procul abſtitiſſet: Sed id non ſemper evenit, interea ſemper vocatus audiebat. *Ex Italicis Ephemeribus Eruditorum.*

Ut Succo Pancreatico non fuerit liber tranſitus) Juxta Clar. *Franc. Sylvii Doctrinam*, Vix in universum ſucci Pancreatici motus ad tenue inteſtinum inhibetur (quod contingit à ductus ejus maximi mediique inſigni obſtructione, à pituita glutinoſiſſima circa ipſius orificium hærente, ibidémque coagulata & impacta) quin à ſucco perpetuo accedente mox iterum ſolvatur, aut in præſens vitæ periculum conjiciatur æger, Cui an non inde mors inexpectata ſuperveniet ſubinde, quis prudens negabit, aut obſervatione accurata in mortuorum cadavere, hócque ductu in anteceſſum facta temere aſſeverabit? Memini certe (addit vir Clar.) viſam mihi aliquando glutinoſam copioſamque in hoc Ductu hærentem adhæreotémque pituitam, nec facile inde cedentem ac removendam: *Vide cap. 30. §. 61. & ſeq.*

Qua ſe diffunderet in inteſtina) Succus Pancreaticus facilius & ocyus movetur, ubi ſolito aquoſior erit & fluidior, cujus cauſa erit multus potus aqueus & diureticus, qualem præbent ſalia volatilia & acidulæ multæ: unde deducendi forſan inter alios effectus ipſarum mirabiles: Alvi quoque fluxus tam frequens, ut plurimum Ægris conveniens, raro noxius; quatenus properant non tantum per renes ad veſicam, verum per Pancreas

quoque

quoque tenue inteſtinum : Nec tantum fluidiorem præſtant ſuccum Pancreaticum, ſed ipſum reddunt quoque minus acidum vel auſterum, frequentiſſimam ſegnioris & adſtrictæ alvi cauſam, quocirca & diluuntur facile alvi excrementa, & ad deſcenſum præcipitatur magis ſolito ipſa bilis. *Idem cap.* 34. §. 8.

Observatio XII.

Fluxus ventris æruginoſus à vitioſa Hepatis & Lienis conſtitutione &c.

ANno 1629. Septembris v. diſſecuimus cadaver militis cujuſdam Germani, qui ferme per annum integrum languerat *fluxu ventris æruginoſo*, tuſſi ſicca & inſigni dyſpnœa &c.

Mortuo eo *Omentum*, ac *meſenterium* fuit repertum *ferme abſumptum*, ita ut inteſtina ſibi invicem adnata, vel potius nullo ordine inter ſe confuſa eſſent, parvulis villis hinc inde enatis; Lien erat contractus in minimam pilæ magnitudinem, ita ut renes ſubjecti longe majores eſſent: *Iecur tam varii* erat *coloris*, luridi, pallidi flavi ac viridis, ut miraculo ſpectantibus nobis eſſet: *Cyſtis* fellis longe major ſolito repleta ac *diſtenta* erat *bile æruginoſa* : *Ventriculus ac inteſtina eroſa*, inſignem quoque hujus humoris copiam retinuerant: Præterea è vitalibus dexter lobus pulmonis coſtis & diaphragmati erat adnatus, ut invicem continui viderentur.

SCHOLIA.

VIdeant Lectores num mirum ſit difficiles hic eſſe curationes, cum tot ſimul mala concurrant, quod non uno hoc in ſubjecto ſed plurimis reperi: Et hoc præſtat nimius potus maledicti Arac, ex Oryza & olothuriis confecti: Et quoniam dicunt ſcriptores phyſici leporem marinum (qui, ut & Sæpiæ, de holothuriorum ſunt genere) venenoſa ac peculiari qualitate pulmonem erodere, lubens in ſententiam deſcendo omnes iſtas immunditjes eandem tabificam vim habere. *Iacobus Bontius Medicina Indor. libro tertio, obſervat.* 7.

Fluxu ventris æruginoſo) Præter irritationem ab alimenti fecibus, inteſtinis inductam, qua fibræ carneæ, tunicam mediam contexentes, in Vermiculationes crebras & fere continuas acciantur, inſuper accedunt ſtimuli quidam alii, & varia incitamenta, quæ pro data occaſione contractiones excretorias intendunt aut accelerant, & non raro in convulſivas adigunt, ita ut Alvus contenta ſua confertim & impetuoſe, & quaſi à cathartico proritata ejicere cogatur: Sunt autem intrinſeca hæc alvi irritamenta, imprimis Alimenta incongrua aut immodica, Chyli degeneris corruptelæ, Sanguinis & Succi Nervei recrementa, copioſa, vel acria è glandulis aliiſque viſcerum emunctoriis, & præcipue è cyſti fellea atque ductu Pancreatis exſudantia: quinimo ſeroſitates aut ſuperflui humores, vel incongrui è cruore & Nervoſo genere, vel habitu corporis intus reſtagnantes: De præcipuis horum ſpeciatim dicamus: Alimenta, ſi quando inter coquendum perverruntur aut ſubigi nequeunt, non raro Diarrhœam excitant, uti in crapula, victu inordinato, ab incongruis comeſtis aliiſque in diæta erroribus, aut fermenti ſtomachici depravationibus frequenter accidit: Quinimo ob apepſiam, quandoque item propter obſtructiones in meſenterio, aut ductu inteſtinali, à viſcoſitate nimia Tunicæ glandulosæ aut vaſorum oſculis impacta, ſucci nutritii diſtributio impeditur, proindéque ingeſtorum materies fere tota in primis viis cohibita, dejectiones crebriores & uberiores producit: 2. Recrementa ſanguinis & ſucci Nervoſi in viſcerum glandulis, Cyſti fellea, Ductu pancreatico, aliiſque forſan receptaculis congeſta, ſi quando ob plenitudinem aut irritationem exundantia, in cavitates inteſtinorum affatim deponuntur, in quantum fibras ibidem nerveas velticant, aut cum aliis ſuccis efferveſcunt, ſæpenumero Diarrhœam producunt: Videtur flava Bilis quoddam quaſi catharticum naturale, quod è vaſis choledochis ubertim effluens, purgationem ſpontaneam movet. 3. Materies *irritativa* à regione adhuc remotiore, nempe aut à maſſa ſanguinea, aut è liquore Nerveo ejuſque emunctoriis, vel à toto corporis habitu, interdum ad inteſtina tranſmiſſa fibras eorum carneas irritat, proindéque nerneas in ſpaſmos excretorios ciet: In prædictis enim partibus ac locis, ac imprimis in maſſa ſanguinea, humores degeneres aut ſuperflui turgeſcentes, cum per diaphoreſin aut diureſin, nec facile nec ſatis amandari queant, ſæpe metaſtaſi introrſum facta, vaſorum inteſtinalium oſculis ubique confertiſſime dehiſcentibus exudant, dejectiones crebras & aquoſas inducentes: Quinimo ipſe interdum cruor in craſi vitiatus & ad coagulandum aptus, cum per minuta iſtæc vaſa haud expedite circulatur, frequenter in magna copia erumpit & Dyſenteriam parit: *Willis Pharmac Rat. ſect.* 3. *cap.* 1.

Cyſtis diſtenta bile æruginoſa) Vulgo Bilem conſtituunt triplicem, *Alimentoſam*, quæ excrementum non eſt, ſed maſſæ ſanguineæ in corde genitæ pars calidior & ſiccior, quæ dulcis eſt & ſanguini mixta ſimul per totum corpus circulatur pro partium calidiorum nutrimento: *Naturalem*, quæ & flava appellatur, generaturque ex naturæ lege in Hepate, è partibus recrementoſis bilis alimentaris: Tenuior ejus pars cyſtide colligitur, craſſior per Porum choledochum communem ſtatim ad inteſtina relegatur: *Præternaturalem*, quæ non ſecundum naturæ legem, ſed errore in corpore noſtro, vel è cibis in ventriculo, vel è bile aliiſque humoribus corruptis in vaſis & viſceribus generatur: Ejus ſpecies ſunt: *Vitellina* à vitellis ovorum quorum colorem emulatur, calidior eſt; creditur à bile flava aduſta generari, unde & retorrida appellatur: *Porracea* quod porri foliorum viriditatem æmulatur, qualis ſæpe in infantibus per alvum excernitur: Eſt

calida

calida & valde mordax, generaturque à cibis calidis, ſalſis & corruptis. *Æruginoſa*, ad æruginis colorem accedens, à vehementiore calore generatur: Iſatodes fit ex æruginoſa magis aduſta, ſeu humore melancholico biliari mixto. *Atram bilem* alii quidem huc non referunt, commode tamen eam ad hunc humorum præternaturalium cenſum trahimus: Nihil aliud hæc videtur eſſe quam excrementum ſanguinis craſſum nigricans, (melancholicus humor aliis dictus) mixtum cum parte bilis præternaturalis ulterius: Atra bilis corrupta, prout eſt admixta copioſior, habemus vel porraceam, vel æruginoſam, vel iſatodem: Salia nitroſa, vitriolata, aluminoſa, vel alia volatilia adjuncta, non parum ad colorum diverſitatem facere videntur: Si in viſceribus & vaſis bilis cujuſdam ſpecies generatur, bilis alimentaris corruptæ materiam ſunui exhibebit: In febribus ardentibus malignis cruor emiſſus ſæpe præternaturalis bilis ſpecies diverſas oculis objicit. *Mœbius Fundam. Phyſiologic. cap. 16. §. 9.*

Omentum, Meſenterium ferme abſumptum] A vi acerrima æruginoſi humoris depaſcentis & corrodentis partes in quibus moratur & quas pertranſit: De hac, & affinibus ſic *Fernelius*, Gignuntur nonnunquam in venis atque jecinore, idque per morbos graves & ardentiſſimos, qui vehementi caloris incendio bilem vitellinam exurunt & in hæc genera deducunt, prorſus pernitioſa quidem & exitialia.

Ventriculus ac inteſtina eroſa] *Gal.* cap. 4. lib. 1. de loc. Fluorum alvi cauſam unam agnoſcit, quandam ῥευματικὴν διάθεσιν inteſtinorum, ut vocat, ab ipſo in quodam animadverſam, qui excernebat cum ſenſu mordacitatis in ſuperioribus inteſtinis (quod colligebat ex eo quod poſt mordicationem paulo longiore tempore deſideret) idque ob læſum a pravo medicamento inteſtinum: Ac conjecit læſum eſſe ab eo medicamento inteſtinum, jamque in ῥευματικὴν διάθεσιν perveniſſe, ideoque facile excrementa Jecoris recipere, eaque corrumpere: Hic locus plurimum conferet ad intelligendum qui fiat ut tandiu profluvium perſeveret: eſt illa διάθεσις in cauſa, i. e. inteſtina vitiata ſunt, imbecilliorave reddita, ut humorum aliunde influentium impetum facile recipiant, & humores à jecore manantes corrumpa[nt]: quod notandum, Nam aliquis quærat, Si a jec[ore] excrementa manant, corrumpantur necne, nil [in]tereſt, quod intrepidè negandum; Nam quæ à J[e]core fluunt refluuntque, ea cum excrementa ta[n]tùm ſint, ſed nihil mali præterea habeant, inteſtin[um] vicinum vitiatum, & jam in ῥευματικὴν διάθεσιν d[e]veniens, corrumpit & propterea citatior alvus re[d]ditur; nam quæ in inteſtinis continentur, niſi acr[i]moniam quandam aliquomodo nacta fuerint, ea di[u]tius in iis reſtitant, & alvo ſtimulum calcarque a[d] ſolvendum non addunt: *Ballonius conſil. 53. lib.*

Hoc in ægro quanquam dubitatio eſſe poteſt qu[æ] potiſſimum pars accuſanda, Cùm ventriculus [&] inteſtina eroſa reperta ſint, veriſimile tamen eſt pri[mam] mali labem a jecore fuiſſe deducendam, ind[e] in ventriculum & inteſtina tranſmiſſam, quæ ab acri[]monia humoris in eo geniti eroſa ſint, impreſſaqu[e] hinc ῥευματικὴ διάθεσις fuerit: Unde Hepar generan[]do mittendoque, & inteſtinum corrumpendo o[b] malam diſpoſitionem, mutuas tradiderunt operas a[d] fluoris diuturnitatem.

Jecur tam varii coloris &c.] Etſi teſte *Riolan* Anthrop. l. 2. c. 21. Viſi ſint rabidi poſt mortem diſſecti, quibus omnes carnes fuerant conſumptæ, integro Jecore, quod multi credebant eliquatum & exhauſtum ex diuturno alvi profluvio; Sæpe tamen DiarrhϾ illud cauſam eſſe ex hoc exemplo & aliis manifeſtum eſt: Laborat autem aut intemperie, aut ſolutione continui, aut tota ſubſtantia affectum eſt: Poteſt enim, ſicut & reliquæ partes, affici nullo interim manifeſto indicio affectionis, cum nec inæqualitas, nec tumor, nec renitens quid tactu deprehendatur: ideoque cum hæc abſunt, ſalvum jecur non eſt pronuntiandum, at ejus affectuum alia arte venanda eſt cognitio. Sic *Galen.* cap. 7. lib. 5. de loc. declarat quomodo ſuperficies corporis ſæpe colore æruginoſo infecta deturpataque ſit, cùm nulla exiſtat obſtructio aut inflammatio, aut ſcirrhus in hepate, ſed, *ait*, ſecundum ſubſtantiam temperiei ipſius partis mutatur, ut ſit temperamenti quædam alteratio, hinc κακοχροια viſceris.

Observatio VIII.

Diarrhœa à vitio Ventriculi, Hepatis, Cyſtis fellis &c.

NOb. puella anni unius cum febre Diarrhœa correpta fuit: Ventriculus erat in ſiniſtra parte nigricans & quaſi putrefactus, viridi humore refertus, Hepar ſcirrhoſum, veſicula bilis grandior, Inteſtinum rectum quaſi nigricans. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio IX.

Alvi fluxus æruginoſus à bile ſimili in cyſti fellea contenta.

IN ſectionibus cadaverum in noſocomio noſtro mortuorum, ſæpe bilem viridiſſimam, æruginoſam & nigricantem, in ipſo fellis folliculo, ante ſucci Pancreatici admiſtionem demonſtravimus: Imo in Filiola Domini Vych, alvi fluxu æruginoſo mortua, & poſt mortem coram pluribus Medicis à me aperta, folliculum felleum circiter ad ovi gallinacei magnitudinem tumidum, & æruginoſa bile infarctum invenimus: Quod ipſum etiam in aliis quibuſdam infantibus ſimul Diarrhœa extinctis obſervavimus, quibus Cholera morbus vitæ finem impoſuerat. *De Diemerbræk Anat. lib. 1. cap. 3.*

Scholia.

B*Ilem viridiſſimam*] Naturalis Color bilis flavus eſt, ſapor amarus, ac ſubacris, ſubſtantia fluida; Variis tamen de cauſis hæc tria in ſtatu morboſo mutantur, prout ſcil. ſanguis bene vel male conſtitutus eſt; Et ſuccus ſplenicus ad hepar delatus magis minuſve ſalſus, acidus aut acris eſt, hinc enim variæ præternaturales bilis qualitates exurgunt, & febres, choleræ, dyſenteriæ, colici dolores, aliique varii morbi oriuntur, quos quidam à ſolius ſucci pancreatici vitiis oriri ſtatuunt, ſed repugnante experientia, nam ſectiones cadaverum, talibus morbis extinctorum, ſæpe docuerunt integro Pancreate

cauſam morbi & mortis in folliculo fellis, aliiſque bilariis vaſis latuiſſe, quamvis interdum etiam vitio Pancreatis eos morbos oriri poſſe negare nolimus: Hinc etiam coloris bilis variæ fiunt mutationes, ut modo pallida, modo crocea, modo rubicunda, modo æruginoſa, modo nigricans evadat: *Regnerus de Graaf*, Succi ſplenici defluxum ad hepar non conſiderans; de his coloribus præternaturalibus aliam concepit opinionem, quippe putat illam colorum varietatem bili conferri, non in folliculo aliiſque vaſis bilariis, ſed in inteſtino duodeno, idque per admiſtionem ſucci pancreatici, acidi & acris (hoc nonnunquam ita fieri poſſe negare nolumus, cum per acidorum admiſtionem ſciamus bilem colorem mutare) haud aliter ac ſi in folliculo ipſo nunquam alium quam naturalem flavum colorem obtineret, Verum contrarium apparet ex hiſtoria allata:

Quod autem varii à corpore geniti humores bili admiſti, pro qualitatum diverſitate magnam colorum varietatem introducant, liquet ex his experimentis quæ nuper ſumpſimus in bile Bovis: hæc miſta cum rebus acidis, ut oleo vitrioli vel tartari, aut aceto nonnunquam effervescebat, moxque multum incraſſeſcens ſubviridem colorem acquirebat; Sed cum iſtis acidis in lagena concuſſa & agitata, ſubalbicantem colorem recipiebat: Mixta vero cum aqua cinnamomi ſimplici, tenuior magisque flava ac fluida fiebat: Cum ſpiritu vini mixta, mox ab eo rurſus ſeparabatur & inferius ſubſidebat: Aquæ ſimplici admiſta, pauxillum bilis multum aquæ croceo colore tingebat. *Idem.*

Bilem ante ſucci Pancreatici admiſtionem] Dum fibræ nerveæ & carneæ tunicarum ventriculi, ob ſpiritus à tinctura carthartica irritatos adeo in tenſiones moleſtas accientur, etiam porus biliarius & pancreaticus vellicati & ſuccuſſi, humores ſuos profundunt, ac in cavitates inteſtinorum velut exſpuunt: à quibus utriſque, & præſertim à *Bile* copioſius ſuffuſa, membranæ haud minus quam ab ipſo pharmaco irritatæ, in excretiones majores crebrioreſque urgentur: cumque adeo dejectiones humoris iſtius flavedine tingantur, dicitur vulgo, (licet falſo) bilem flavam a medicamento elici & peculiariter educi: Quod ſi humores è ductibus iſtis ſuffuſi mutuo effervescunt, ac, uti quidam opinantur, (*Sylvius de le Boë*) cum inſigni orgaſmo invicem colluctantur, propterea intra cavitates inteſtinorum perturbatio adhuc major, cum humorum & flatuum turgeſcentia concitabitur. *Willis Phar. rat. ſect. 3. cap. 1.*

Observatio X.

Diarrhœa aqueo-bilioſorum humorum à vitio Iecoris externe flaccido, intus duro & retorrido.

ILl. Baro Ferdinandus ab Henauſen, cum inflammatorio Hepatis affectu, *febréque continua*, tertium & intra annum recrudeſcente teneretur, toto morbi decurſu aqueabilioſa profuſe reddidit:

In cadavere ejus inter alia cacopragiæ viſcerum indicia, Jecur immani tumore extuberans, repertum: Cujus ſuperficies quidem tota duos circiter tranſverſos digitos victa prorſus flaccidaque, & mollis prementi manui apparuit: Interius autem corpus ligni inſtar durum & retorridum prorſus. *Carolus Piſo de morbis à Sero ſect. 4. cap. 1.*

Scholia.

IN febribus fervente ſive in toto, ſive præcipue circa Hepar, ſanguine, maxima portio ſeroſi humoris longe lateque effervescens, poroſque habitus occluſos offendens, & maxime ſi ab ambiente repellatur, facile præ vernacula tenuitate deſpumat per portas viſcerum in meſentericos ramos, indeque in inteſtina, cum ſanguis reliquus fervore concepto attenuatus, in poros parenchymatum viſcerum ſubeat ſponte ſua, vel etiam attractus: Ejuſque ichoroſa portione cum ſero diffluente, craſſamentum terrenum reſtitans, viſcus reddat ſcirrhoſum & indomabilem duritiem relinquat. *Idem ibidem.*

Febreque continua] Cur alvus liquida ſit in cauſo, præſertim ſi focus in ventre ſit, non autem ſi in Pulmone, quæritur: primum ita *Galenus*, In febribus alvus liquida eſſe poteſt, tum ob ventris phlegmonem, tum ob colliquantem febrem: Hinc patet ob phlegmonem alvum liquidam eſſe poſſe: Item ad partem 17. 4. Acut. Quibus venter accitur, & focus febris eſt, his corrupto cibo dejectiones liquidæ ſunt: quibus Pulmo focus febris, contingit ut adſtringatur interdum alvus: Si Jecur cauſi fomes eſt, aliquando alvus liquida, aliquando ſpyratodea excernit: Si ſolum phlegmonen patitur, alvus dura eſt; ſi cum phlegmone eſt imbecillitas, liquida dejiciuntur, viſcere ad ſe alimentum nequeunte allicere. Sed ejuſmodi dejectiones ab iis quæ ventre affecto eveniunt, diſtinguuntur τῷ κιχωλαὶ θαι. *Ballonius conſ. 31. lib. 2.*

Observatio XI.

Diarrhœa ab Hepate vomicis obſito & meſenterio ſyderato ex parte.

QUidam fluxu alvi laboravit, ſexto poſt anno interiit, Multis vomicis obſeſſum erat Hepar, & pars Meſenterii ſyderata erat. *Hollerius cap. de alvi fluxibus.*

Observatio XII.

Diarrhœa ab Atheromate in parte gibba Hepatis.

THomas Wilſon, annos 30. natus, diarrhœa laboraverat: Hujus cadaver dum ſecamus, hepatiſque ſeparationem à diaphragmate (cui late adnaſcebatur) molimur, nondum

nondum aperto eo Tumor amplus, Atheroma dictus, comparuit: Situs erat in gibba hepatis parte, proxime poſticam diaphragmatis regionem, juxta venam cavam, figura erat rotundæ, & pugno propemodum æqualis; à reliquo hepatis parenchymate liberatus Pependit uncias quinque, drachmas ſex & grana tredecim: tunica ejus cuti veræ craſſitie erat comparabilis, materiæ duo genera in ſe complectebatur, utrumque craſſum vide & minime fluidum: alterum gelatinæ inſtar tranſlucidum: alterum vero cremori ſpiſſo aut albæ pulticulæ perſimile. Dicebatur homo *Diarrhœa* laboraſſe:

SCHOLIA.

Diarrhœa iis frequens malum eſt quibus Hepar obſtruitur: Certum profecto erat venam Portæ haud expedite adeo, atque oportuit; ſanguinem per Hepar traduxiſſe: quippe non modo Hepar ipſum plenius majuſque ſolito apparebat, ſed & pleræque venæ meſentericæ, inteſtinorum, ventriculi, & præſertim lienis; magnopere intumeſcebant paſſimque ceu varicoſæ conſpiciebantur: Quibus abunde conſtitit ſanguinem nonniſi difficulter è vena Portæ in Cavam rediiſſe: idque eo magis veriſimile videbatur, quod non conſtaret hominem alio aliquo morbo laboraſſe, nihilque aliud incommodi ſeſe offerret: licet ejus inquirendi gratia omnia hepatis vaſa ab ipſo parenchymate liberaverim: quapropter certum mihi videbatur tumorem hunc vix aliter Hepar offendiſſe quam quod præ magnitudine ſui idem comprimeret, cyſti enim propria atque ampla continebatur, cui cùm partes Hepatis proximæ neceſſario locum cederent, ab iiſdem pariter viciniæ aliæ arctabantur: unde neceſſario factum eſt ut tranſcurſus ſanguinis per hepar plurimum impediretur, adeoque non ſolum hepar ipſum; ſed & omnes venæ portæ rami copioſo ſanguine diſtenderentur; quemadmodum in jam dicto corpore apparuit. Intercluſo itaque hoc pacto libero ſanguinis commeatu; neceſſe eſt humores in inteſtina regurgitent. Cui rei ſi ſegnem lymphæ per obſtructum Hepar tranſitionem addas, facile DiarrhϾ jam memoratæ cauſam inveneris: eandemque ſi quis arte aliqua compeſcuiſſet, deteriora procoldubio ſymptomata induxiſſet *Fr. Gliſſon. Anatomia Hepatis cap. 9.* Vide *Velſchium ad Epiſagm. pag. 30.*

OBSERVATIO XIII.

Anatome infantis Diarrhœa extincti, cujus cyſtis fellea humorem continebat nigro viridem, Hepar durum fuit, albicans &c.

§. 1. Bimulus Princeps, Sereniſſimæ cujuſdam in Germania familiæ, Diarrhœa, atrophia, aliiſque ſymptomatibus defunctus 26. Julii 1676. exenteratus: Hepar valde durum inventum, albicans, inuſitatæ magnitudinis, pondere 17½ unciarum: Inter hoc & inteſtinum duodenum, prope meſenterium, ſanguis nigricans infarctus: Veſicula fellis quoque major juſto, hepatis ſubſtantiæ ubique ita firmiter accreta, ut ſine ſubſtantiæ hepatis læſione eximi non poſſet: In ipſa veſicula bilaria non flavus humor, ſed materia quædam ex nigro viridis obſervata, qualis ſubinde copioſius per alvum ſecernebatur: Prærerea hepar undique anguſtum, & arcte coſtis ſpuriis & diaphragmati accretum, hinc facile colligi poterat qua ratione hepar in functione ſanguinis vel depurandi vel diſtribuendi impediri potuerit: Ventriculus autem & inteſtina ſplendida, omnibus excrementis vacua, ſed flatibus nonnihil diſtenta:

SCHOLIA.

Cum frater Seren. Princ. defuncti eodem affectu iiſdemque ſymptomatibus detineretur, ut præcaveretur fatum imminens, juſſu ſuperiorum medici quidam Hafnienſes hoc conſilium conſcripſerunt; Mandato Clementiſſimo obſequuti, relationem nobis miſſam de S. P. & morbo & aperti corporis conſtitutione, qua decuit diligentia expendimus, & exinde intelleximus Beati Principis bimuli morbum, primario dependere ex humida frigidaque emperie Hepatis, cerebri (in quo plura cochlearia quæ cruentæ inventa) & circumjacentium viſcerum nativa indiſpoſitione, unde reliqua adducta ſymptomata fluxerunt: Et cum junior Princeps alter ſimili morbo teneatur, & veroſimili ſuſpicione ſimilem viſcerum interiorum conſtitutionem habeat; in hanc ſententiam conſpiravimus, ut ante omnia curandi ſcopos dirigatur ad hepatis indiſpoſitionem, quæ impedit ne bilis & lympha ſeparetur, & quidem leniter aperientibus, hincque partem roborantibus, tam aſſumptis quam admotis, pertinaciter inſiſtendum; quibus rite peractis ſpe non dubia animamur ſymptomata ſenſim evanitura, quæ ſumma eſt votorum noſtrorum. *In Actis Medicis Thomæ Bartholini Ann. 1674. 75. & 76.*

§. 2. In infantibus Diarrhœa biliosa viridi mortuis, ſæpe folliculum fellis viridiſſima bile repletum, ad ovi gallinacei majoris magnitudinem intumuiſſe deprehendi, *De Diemerbroek Anatom. lib. 1. cap. 5.*

OBSERVATIO XIV.

Diarrhœa pertinax à Iecore Tuberculis & Abſceſſibus obſeſſo, aliiſque ejuſdem vitiis.

1. Quum ingens eſt inflammatio Jecoris, manifeſtæ & vehementes omnes notæ apparent, quum vero exigua, obſcuræ & exiles: Sæpe enim Jecur animadvertimus

Tuberculis & Abſceſſibus inſtar furunculorum obſideri, nullo hypochondrii dolore, nulſo tumore, nullo decubitu difficili: Febris ſolum inerat non admodum ardens, cum ſiti, cibi faſtidio, cumque Alvi bilioſo profluvio, in menſes interdum multos perſeverante, ut idcirco difficile id mali, quemadmodum & ſubſtantiæ corruprela ab intemperie calida, aut ab obſtructione internoſceretur. *Fernelius Patholog. lib. 6. cap.* 14.

§. 2. Affligebat Nob. Scotum tertiana duplex, comite Diarrhœa bilioſa: Pars hepatis ſima cærulea plane, qui color in ipſam ſubſtantiam alte penetraverat: Ut conjicere hinc liceat bilem initio morbi fuiſſe valde æruginoſam, adeoque vicina omnia fœdo colore tinxiſſe: &c. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 3. Famula febre lenra, ſiti continua & Fluxu colliquativo afflicta fuit. Tota ſubſtantia Hepatis corrupta & purulenta erat, membrana illæſa. *Vide tit. de Febribus.*

§. 4. Adoleſcens peripneumonicus Diarrhœa superveniente obiit: Præter pulmones Hepar etiam erat inflammatum. *Rumlerus obſerv.* 21:

§. 5. Clar. Adr. Spigelius febre prehenſus cum Bubone ſub axilla ſiniſtra & dolore hypochondrii dextri, cui ſucceſſit Diarrhœa primo bilioſa, mox & ſanioſa. Repertus abſceſſus in concava Jecoris parte. *Vide tit. de Febribus.*

§. 6. Quidam laborabat dolore acerbo ſupra regionem Hepatis, cum vomitu, cardialgia, bilioſa Diarrhœa, Vomica in hepate reperta eſt, cum maxima puris coacervatione. *Vide lib. 2. tit. de Laterum dolore.*

§. 7. Dom. N. Alvus diu fluxit cum doloribus ad ventriculi regionem: Inventum eſt Hepar plane albicans & ſemiputre. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 8. Virgo cachectica per rres menſes ante vomitum diarrhœa laboravit. Jecur erat male coloratum, Veſica fellis liquore nigricante & fruſtulis ſabuloſis referta: Ductus hepaticus liquorem ex livido flaveſcentem exſpuebat. *Vide tit. de Cachexia.*

Anatome poſt Diarrhœam mortui, in quo repertus Tumor inſignis muſculis lumbaribus annexus.

JUriſconſultus Diarrhœa diuturua affectus, tabidus intetiit: Repertus eſt Tumor pendulus, grandis, annexus lateris dextri muſculis lumbaribus &c. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

Observatio XV.

Tabidorum quorundam à diuturno alvi profluvio, Iecur integrum repertum.

HEpar propter teneritudinem & ſanguineitatem, διὰ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν ἐναιμότητα, abſque doloribus eſſe non poteſt, & propter has cauſas dolores acutiſſimi & frequentiſſimi circa eum locum contingunr, ſuppurationesque ac tubercula plurima; Vidi tamen in Tabidis poſt mortem diſſectis, quibus omnes carnes conſumptæ fuerunt, Jecur integrum perſtitiſſe, quod multi credebant eliquarum & exhauſtum ex diuturno alvi profluvio. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 22.*

Observatio XVI.

Lues ovibus & juvencis infeſta à verminoſo Hepate, Diarrhœam comitem aliquando habens.

ANnis 63. & 64. quibus mactatarum ovium, vitulorum & juvencarum Hepar, reliquis viſceribus nullam p. nat. conſtitutionis faciem experimentibus, vermes Proſectoribus obruliſſe, fidem fecit experienria, adeo ut nullius Hepar ſanum laniario ſe obtulerit. Vulgus hoc malum Hepar verminoſum, alias hirudinoſum appellavit, quod vermis hirudinem prima facie referre videatur: In gregibus hoc in Ducatu oviariis præcipuis quatuor, 3000. oves cum olim fuerant numeratæ, vix 40. tandem ſuperfuiſſe relatum. Vitulorum quorundam, non omnium, Hepar fuit vitioſum; Anniculorum autem & biennium, ſaccus fuit vermium, & è quibuſdam innumeri vermes prodierunt: Armenta autem & boves annoſi rariſſime laborarunt, tum quia durior & ſiccior eorum conſtitutio putredinis jugum excuſſit, tum quia fœnum ſiccum toto anno devorant: Subjectum fuit Hepar, quod in nonnullis in inſignem excreverat molem, idque ſolum; Raro cum Hepate Pulmo, in ovibus & juvencis fœturam illam concepit: Hepar ſubjectum fuit rum ratione parenchymaticæ ſubſtantiæ, tum ratione vaſorum, venæ cavæ & portæ: quandoque & veſica fellea vermes habuit: Raro alias homines & bruta proſectoribus vermes in hepare genitos exhibent: Inde *Diarrhœa* ſeu *Cholera* in brutis enata.

SCHOLIA.

MAteria proxima ut omnium vermium accidentaria lege in animalibus genitorum, unanimi Phyſicorum ſuffragio, ita & horum fuit ſubſtantia corrupta, putrida, ſive ſanguis ſit, ſive hepatis portio corrupta ſordidaque, omne autem putridum ex ſe & ſua natura vermes generat, quod *Athan. Kircherus* experimentis irrefragabilibus comprobat *ſcrut. de Peſte ſect. 1. cap. 7.* Cauſa autem quæ putridam reddidit ſubſtantiam, vel Remota eſt; quæ cum malum ſit commune, communem quoque eſſe cenſendum eſt: communes vero cauſæ præter aërem, cibum & potum, aliæ poſſunt eſſe nullæ: Aër quidem ratione (non ſubſtantiæ, quæ quia ſimplex eſt & tenuiſſima, mutari neſcit) accidentium variis exhalationum è terra, aqua & rebus putridis effluviis & verniculis infectus, corpus noſtrum alterare & immutare poteſt; ſed pulmonum ſubſtantiam, quam totam ſubit, cordisque regiam citius quam hepar invadit: Plurimorum autem brutorum Pulmones vitio tunc caruerunt omni: *Aqua* accidentium variorum ratione ſpectata, cum varias in corpore diſtributa partes alluat, nocivis imprægnata qualitatibus ad ruinam diſponere videtur partium compagem facilius: Aquam vaſe concluſam Solique expoſitam mox in vermes animari docet experientia: Sed ad *victum communem*, ſive pabulum, idque adulteratum tum pluviarum frequentia, tum rubiginum vehementia confugere malo: frequentiſſimi anno 63. pluviarum recurſus ante facti, quam ſuam ruticolæ in ſegetem immitterent falcem, humidiis brutis, ſub dio commorantibus, dederunt nutrimentum: Qualis autem ratione qualitatum cibus, talis ſanguis, qualis ſanguis, talis partium conſtitutio: Humiditas vero excedens latam putredini ſternit viam, cui auxiliares manus æſtus inſignis, pluvioſum tempus excipiens tulit: Acceſſit frequens ſiderum ſaliva, ut loquitur *Plinius*, h. e. roris noxii illapſus: Virgilius 1. Georg. Rubiginem appellat, *mox & frumentis labor additus, ut mala fruges eſſet Rubigo*: ſc. ut ferrum rubigo, ita ros ille noxius lædit vegetantia: Noxio hoc rore juvencæ & oves largius ineſcatæ, eam ſine dubio hepatis labem contraxerunt: materiam illam multi dixerunt ſulphuream, ſed rectius forſan arſenicalem, & præter hanc ſal cauſticum & adurens, ac mercurius reliqua principia uniens & nectens, ut habet *P. J. Faber* Panchym. l. 4. c. 45. Adeo pabulo inquinato ſi bruta veſcantur, coocepta virulentiæ truculentiam non poſſunt non incurrere: depravatum enim alimentum depravat ſanguinem, & hic viſcera ad patiendum apta, pravitatisque ideam recipiendum prona: Sed cur hepar præprimis, non alia viſcera malignæ putredinis labem concipiunt? Id ſubſtantiæ rationi imputa dum cenſemus, Ex *Gal.* 4. de uſu Part. 12. ſangu eſt mediocriter condenſatus, mollis, inſignis mag rudinis, dulcis, cal. & hum. temperamenti, atq; hi ex alimento humido & pravo, & ex hoc genito ſa guine, quem omnium abundantius ſuſcipit; facili quam viſcera reliqua ἀτονίᾳ laborare & ad putred nem diſponi poteſt: *Ἀτονίας fructus eſt Profluviun quod biliosum reddit cauſtica & urens rubiginis f cultas, ſua qualitatis characterem humoribus impr mens, inde Diarrhœa biliosa ſeu cholera in brutis n ſcitur*: Sed ſi nulla fermentationis lege humoru pravorum fiat ſeparatio & excretio, majorem hep ſufferre tenetur mulctam: *Ventriculus*, cum mali nitas alimenti involucris craſſioribus concluſa l teat, illam cum alimento à ſe expellit, adeoque i affici nequit. *Cor* quidem communicatum ab inf rioribus chylum infectum admittit, ſed impreſſ ſanguinis charactere cito in arterias illum tranſmi tit, omnemque à malignitate intentam injuriam cal di, quo abundat, ſpirituumque ope amolitur: *Lie* arteriarum numeroſa ſobole inſtructus, ſpirituum v talium miniſterio pariter maligni hoſtis atrocitate eludit: Hepar vero arteriis & ſpiritibus vitalibu non ita munitum; latum ingredienti & diutius hi commoranti hoſti concedit campum; qui fracta jam ante ab intemperie humida vires magis frangi ut nec feliciter fungi munere, nec ſanguinis per ve nas ad cor circulationem debito ſibi modo unde quaque promovere valeat: Subſiſtens ergo alicub materia prava, putredinemque concipiens, ipſan deinceps hepatis ſubſtantiam inficit, & *cauſa*, putre dinem hepati inferens *proxima* audit: Sic affectum materiam vermium generationi uberem & aptam locumque caloris ſuavitate ſpuriæ ſobolis excluſioni incoogruum ſubminiſtrat: Quid ſi ingreſſum cum alimento venenum, ſoli hepati ſpecifica qualitate contrarium fuerit? Non enim omnia venena cordi, ſed alia viſceri huic vel illi infeſta ſunt: Etſ vero ovium quarundam pulmones heterogeneam illam vermium prolem exhibuerint, per conſenſum tamen rapto ad pulmones circulationis lege, ſive ſanguine verminoſo, ſive ſeminii apparatu, ex hepate id fuiſſe ſubortum dixerim: Vermes, qui ſunt ſui multiplicativi, multiplicati dulcem hepatis & pulmonum ſubſtantiam depaſcuntur. *Ioh. Chriſtianus Frommannus in miſcellan. cur. ann. 6. & 7. p. 250.*

Vermes &c.] In hepate humano vermes etiamnum deprehenſi ſunt: *Galenus Wierus* vidit in hydropica; *Æmilius Campilongus* in puero variolis extincto: Vide ſuo loco.

OBSERVATIO XVII.

Diarrhœa ab Hepatis incendio inducta, quod friabile inventum eſt.

APerto cadavere filiolæ Dom. Scaronii Conſulis, quæ duos menſes integros laboraverat & febricitaverat, Inventum Hepar incanduiſſe præ calore, ut eſſet friabile: Et cum nata parente utroque ſit valde biliosо, cyſtis fellis amplior omni opinione erat, pro rata ſingularum partium portione: Pulmones aliquantulum adhærebant, cæterum erant integri, quod mirum, cùm humidiſſimo eſſet cerebro & multum tuſſiviſſet: at credo tuſſiendi inane hoc deſiderium à fervore Hepatis fuiſſe: quod notandum, alioqui vix incolumes eſſe potuiſſent: Uterque ren lapidoſus erat, trianguli erant lapides & inſerti in ſubſtantiam renis: Alvus variis excrementis toto tempore fluxerat & δυσεντερικῶς. Incuria mulierum, quæ accerſere Medicos nolentes, in trivialibus ſuis remediis ſpem poſuere, tacite & clam totum inteſtinum rectum ſideratum erat: In cerebro, pote humidiore,

inventa eſt aqua multa. In hoc peccaſſe videntur Medici, quod ætatula impediti venam non ſecuerint: Nunc ſcire oportet in pueris, etiam ſi aſſiduitas febris adſit, & de interno fervore conſtat, & caloris corrumpentis dominatu, tuto venam aperiri. *Guilıel. Ballonius Epid. lib. 2. p. 140.*

Observatio XVIII.

Diarrhœa ab ulcerato ventriculi fundo.

VXor D. Pouſſepin Conſiliarii Regii, hora 10. matutina conqueritur de importuno alvi fluore: ſuadeo ut decumbat, quia motus auget fluorem, & dejectiones reſervet: Erant autem ſimiles aquæ albæ, chyloſæ quidem ſed liquidæ: implebat magnam pelvim quoties dejiciebat: Territus hoc ſymptomate, poſtulavi ut ſeniores in conſilium vocarentur: præſcripti ſunt litus adſtringentes, ſacculi, julepi, expreſſum rhei pro die ſequenti: dejectione frequenti & copioſa vites paulatim collabuntur: Ante mediam noctem interit, cum illa nihil minus quàm de morte cogitaret:

Ut explotarem cauſam mortis tam ſubitæ & inopinatæ, impetravi ut corpus diſſecaretur: Inveni veutriculum in ſuo fundo ulceratum. *I. Riolanus part. meth. med. ſect. 3. tract. 1.*

Observatio XIX.

Diarrhœa à Callo inter venas meſaraicas nato.

PEtrus Aldimarius filium habuit, qui cum octavum jam ageret annum, in corruptum incidit appetitum, quo calculos ruderaque comedens, in lenram tandem febriculam incidit, Indeque procedente tempore, & ventriculus non continere, & venter fluere cœpit: Adeoque duobus his malis vexatus eſt puer, ut paucis etiam diebus è vita exceſſerit:

Hujus nos cum emortuum corpus incidiſſemus, repertus callus inter venas meſaraicas, à quo cum venæ ipſæ obſtruerentur omnes, ut ferri inde ſanguis ultra non poſſet, neceſſe fuit puerum è vita migrare. *Benivenius de abditis cap. 37.*

Observatio XX.

Diarrhœa ob Meſenterii glandulas tumidas, Hepar tabidum &c.

CAtharina Matheligs, fæmina Leodienſis, 15. annos nata, poſt hecticam Diarrhœæ vehementia ſublata, ad interiorum examen anſam dedit. Viſcera omnia flaccida, præcipue cor & pulmo: In dextro pulmonis lobo vomica: Intra pericardium verò, ubi membranæ mediaſtini cordis baſi annectuntur, glandula Thymi nucis juglandis magnitudine ſolida denſaque latebat: Reliquæ in meſenterio glandulæ majores ſolito, aliæ atheromatum materia plenæ, aliæ pure concreto, tam candicante quam ad nigrorem vergente: Plurima aqua pericardio inerat, cordi paucus ſanguis: Renes flaccidi, ureteris utriuſque extra renem exortus amplior, nihil tamen ſabuloſi in renibus aut veſica deprehendebatur: Omentum omni pinguedine expoliabatur, Hepar tabidum: Uterus minimus & durus: uterque teſticulus gracilis: vaſa colli & fundi tenuia, quia necdum menſium fluxum paſſa fuerat. *Bartholinus cent. 3. obſerv. 99.*

Observatio XXI.

Diarrhœa à Pancreate ſcirrhoſo, Meſenterii vitio.

§. 1. MArcellus Sacchetti (*de quo lib. 1. tit. de Phthiſi. obſervat.* 38.) inter alia ſymptomata, Diarrhœa laboravit: quæ omnia partim invexere gracile meſenterium atque omentum, partim ſcirrhodes pancreas &c. *Severinus de abſceſſ. pag. 273.*

SCHOLIA.

IOb. *Riolanus* Anthropograph. cap. 15. lib. 2. ait Pancreas multo humore inebriatum & ſcirrhodes factum, truncum portæ conſtringere, affluxumque & anadoſin chyli interrumpere: quippe chylus in meſaraicis ſanguinis rudimentum adeptus, cum non poſſit ad Hepar permeare, rubefactus refluit ad inteſtina, unde corpus contabeſcit genio ſuo defraudatum. *Fernelius* pathol. lib. 6. c. 7. Ex hoc fonte choleræ, diarrhœæ, dyſenteriæ &c. originem ducit.

§. 2. Puellæ (*de qua lib. 2. tit. de Phthiſi*) crebro vomebat & Diarrhœa gravi laborabat &c. Illi pancreas induratum erat, omni ex parte & plane ſcirrhoſum: Glandulæ meſenterii hinc inde ſcirrhoſæ.

OBSERV.

Observatio XXII.

In viri Diarrhœa, fluxu ſanguineo &c. affecti ductu Pancreatico calculi reperti.

NObilis xxx. circiter annorum, *melancholicus*, *catarrhis* admodum obnoxius, vini
fructuum horariorum intemperanti uſu, incidit in *vomitum* & Diarrhœam, quil
per intervalla ſubſequebatur *fluxus ſanguineus*, unde viribus ejus magis magisque defici
tibus 10. die valetudinariam vitam cum morte commutavit.

Diſſecto cadavere in Pancreate, circa exitum ductus pancreatici in inteſtina, ſept
vel octo calculos, majoris ciceris magnitudinem habentes reperi, anno 1667. *Regnerus*
Graaf Tract. de ſucco Pancreatico, cap. 7. Ex communicat. D. Gaien. Chirurgi Pariſienſis.

SCHOLIA.

DIarhœam ſeroſam fuiſſe veroſimile eſt; ob vini & fructuum horariorum intempeſtivum uſum: Ejuſmodi autem frequenter oriri à ſucco Pancreatico ſeroſo, ſubinde ſalivæ ſimili, ſtatuit *Sylvius de le Boë* Prax. lib. 1. cap. 13. §. 16. Fluxum ſanguineum idem adſcribit copioſo ſero ſanguini admiſto vaſa ſimul relaxante: Seroſum autem fieri ſanguinem ait tum à potu nimio aqueorum, tum ipſius vini ejusque ſpiritus, à quo tandem partium omnium firmitas infirmatur, & tonus penitus tollitur.

Calculi reperti] Unde illorum origo dubium, ſi fides *Lindano* Medic. Phyſiolog. cap. de arteriis, habenda, Ductus Pancreatis arteria eſt, quanquam incertus cujus ſit propago, aortæ ipſius an cœliacæ ante emiſſam ſplenicam: Ab hac in illud viſcus viſi ſunt aliquando plurimi ſurculi perrexiſſe: Hoc ſtatuto, ſi arteriæ & venæ ſanguinem arenoſum, ſeu tartareum vehunt, quod omnibus in cõfeſſo, & *Hippocrati* ipſi, qui menſium arenoſorum meminit, quid vetat ad arterias per ſanguinem delatas arenas in Pancreate coaluiſſe Calculos? Ingens nephriticus dolor, *ait Excell. Rolfinkius Diſſert. Anatom. lib. 6. cap.* 25. alvo ceſſabat libera, & viginti dejectionibus ſe exonerante: mox recrudeſcebat illa ſubſiſtente, ſabulo cum urina excreto in tanta copia, ut decem renes illud una vice continere non potuerint: Sine dubio, *addit*, per arterias ad renes tartarum arenoſum corrivatum, poſt ad inteſtina per meſentericas delatum fuit: Calculos autem in omnibus corporis glandulis generari credit idem de *Graaf*, etiam in glandula Pineali, quos inibi obſervavit: In eodem du
Pancreatico, ad ejus oſtium, quatuor inſignes in
ni lapides, quadratos, nigros, teſſeræ luſoriæ fig
& magnitudine, ad ſplendorem uſque læves, in
davere Nobil. Dom. *Alexandri de Harſy*, è quil
duo mihi ſuperſunt, reliquis à geſtatione attritis

Melancholicus] *Riolanus* anthrop. lib. 2. cap.
ſcribit ſe in multis natura ſua & corporis habitu
lancholicis, obſervaſſe Pancreas Hepatis molem
quaſſe, ut in Ill. *Thuano*.

Vomitum] Ob motum inteſtinorum periſta
cum inverſum & in ſui conſenſum ventriculum
hentem: Incipit frequenter hæc motus inverſi
loco inſertionis utriuſque ductus, Pancreatici &
larii, ob potentem ac violentam humorum actio
in corpore exiſtentiam, aut a nuper aſſumptis c
ruptorum atque irritatorum efferveſcentiam: E
ſtentes in corpore humores acres, ſunt bilis & ſ
cus Pancreaticus à naturali ſtatu recedentes &c.
ſumpta præfatos humores corrumpentia ſunt f
ctus horæi &c. *Sylvius de le Boë Prax. cap.*
§. 4. *&c.*

Melancholicus] Violentæ animi aut corpo
paſſiones Diarrhœam frequenter inducunt, videli
in quantum ſpiritus intra ἐγκέφαλον, aut princi
quaſdam appendicis nervoſæ partes conſiti in
nius perturbati, protinus per nervorum aut pro
paginum nervearum ductus, inordinationem ſu
ſpiritibus inteſtinorum incolis tradentes, eos in
ſmos ἀκαταστάτους cient. *Willis*.

Observatio XXIII.

Diarrhœa abſceſſum in ventre ſequuta.

PEr frequentes anatomes in xenodochio ſum aſſecutus, naſci interdum abſceſſus no
reconditos, quorum materies diutiſſime velut incluſa membranulis teneretur, qu
ipſa humorum copia vel edax malignitas ſibi efformat, inter diploides pleuræ, periton
cujuſcunque meningis alterius, ut evidenti exemplo patuit in cadavere D. N. cui ex p
cuſſione, dum juvenis eſſet, equinæ calcis in ventrem, locus factus eſt imbecillior:
nectutis tempore fluxio nata, in diuturni abſceſſus ſpeciem tranſiit, ac ſuppurata dem
eroſis membranulis, è peritonæo in cavitatem abdominis decidit, unde paulatim putrefa
inteſtinis ac diarrhœa ſuperveniente, deceſſit. *Gemma in caſu mirabili de puella Lovanie*

SCHOLIA.

ABſceſſus nobis reconditos] Vel præcedente inflammatione, vel absque ea: plerumque enim à vitioſis humoribus in peritonæo, omento, meſenterio præſertim, congeſtis ac putreſcentibus fiunt abſceſſus, qui ſenſim ſine febre oriuntur, aut g
aliquo ſymptomate: Quibus diruptis, evacua
pure ulcus remanet; è quo pus manans putredin
inteſtinis inducit, hinc diarrhœam &c.

Observatio XXIV.

In quodam poſt diarrhœam extincto obſtructa à calculis cyſtis fellea inventa.

VIdi in Epiſcopo Malleacenſi, qui Diarrhœa bilioſiſſima per tres ſeptimanas perſe
tante ſublatus eſt, intra veſiculam felleam areſactam tres lapillos duriſſimos: qu

tamen ad ultimum vitæ ſpiritum frequenti dejectione bilioſiſſima vexatus fuerit: Nec aliunde fluebat bilioſum excrementum quam per canalem bilarium ab hepate in inteſtinum directe protenſum. *Riolanus Antrop. lib. 2. cap. 20. p. 215.*

Observatio XXV.

In Diarrhœa bilioſa Pancreaticus ductus bile plenus inventus.

Bile plenum Pancreatis canalem in Diarrhœa bilioſa Venetiis vidit *I. Van Horne, Blaſius ad cap. 4. Anatom. Veslingii.*

Scholia.

Veslingius uſum hujus canalis, quandoquidem acrem quendam, felliqueque non diſſimilem ſuccum exhibet, ait excrementum tale, per coctionem ulteriorem à chylo ſeparatum, allicere intra ſe; atque in duodenum inteſtinum expurgare: *Regnerus de Graef* Tractatu de ſucco Pancreatico c. 2. §. 145. Omnem bilem atram & æruginoſam ab eo ſucco Pancreatico deducit, quia nonnunquam vel acidum ſpirat, vel pelvi æneæ infuſa ipſam corrodit atque manifeſtam efferveſcentiam excitat, quam nonniſi ab acido contingere poſſe cenſet, Eorumque lapſum arguit qui omnem bilem atram, vomitu alvivé dejectione prodeuntem, è folliculo fellis prodiiſſe cenſent. Quod probat ſequenti adducto experimento, In canis vivi ſectione, *ait*, aperto inteſtino tenui, reperi ex atro-vireſcentem liquorem; cujus rationem ut aſſequerer, bilem in veſicula examinavi, & ordinario, adeoque ex viridi flaveſcente colore præditam offendi eam in folliculo ſuo: ſuccum pancreaticum autem ſalſo acidum reperi, ut & limpidum: alimenta vero tunc in ventriculo tantum contenta adhuc ſatis cruda, & colorem ex albo cinerítium habentia notavi: Ut proinde de vera humoris ex atro vireſcentis origine fierem certior, bili ex veſicula ſua eductæ ſpiritum vitrioli affudi, & ſimul illa duo in Solis æſtu collocavi, unde ſimilem colorem ex atro vireſcentem conſequuta eſt: Hinc concluſi humorem prædictum, in tenui inteſtino repertum, ortum habuiſſe à bile eo effuſa, & à ſucci Pancreatici, tunc ſalſo acidi occurſu colorem ejus ita mutante.

Observatio XXVI.

Poſt Diarrhœam malignam ventriculi fundus maculis obſitus repertus, & Fiſtulæ tres in inteſtino recto.

Quidam cùm longo tempore Diarrhœa vexatus eſſet, nec quicquam aliud quàm aquam bibere auderet, is tum melius valere viſus eſt: Si vero vel vinum vel cereviſiam biberet, ſtatim alvus largiter ſolvebatur: Interim & vitro antimonii à Chirurgis exhibito ſæpe uſus fuerat: Variis tentatis remediis, præſertim ſyrupis, ſtatim pejus ſe habuit, imo poſtea à levi cauſa, vel cibo aliquo minus ſalubri, vehementer afflictus fuit: Is cùm me conveniſſet, & conſilium petiiſſet, ſpiritum ex Vitr. Matt. deſtillatum aliquoties exhibui, qui illi non parvam opem attuliſſe videbatur: Interim Pharmacopola illum acceſſit, & perſuaſit ut duas uncias mannæ ebiberet, fore ut ſtatim ſublevaretur, quod & me inſcio fecit; Epota ea plusquam quinquageſies alvus ſoluta hominem eadem die ſuſtulit.

Cadavere aperto, viſcera omnia ſalva reperta ſunt: Pulmonum tamen lobus dexter lividior: ventriculus autem in fundo pluſquam ducentas & amplius maculas rubicundas diſcretas, inſtar petechiarum macularum habuit: In inteſtino recto fiſtulæ tres, de quibus ille jam per annum fere conqueſtus fuit, vanam operam Chirurgorum & Medicorum implorans. Suſpicio annon maculæ illæ malignæ fuerint? nam inteſtina ita elota fuere, ut nec excrementi quicquam apparuerit, nec in ventriculo quicquam niſi duo vel tria cochlearia cereviſiæ cum pane, quam ante dimidiam horam quam moreretur, acceperat, repertum, & plane omnino naturaliter ſe habebant: An maculæ illæ in cauſa fuerint ut tam ſubito vel potus vel cibus contrarius ingeſtus in fermentationem ageretur, & natura ſtimularetur ad excluſionem? Nam quantum memini, nec cibum, nec cocta, nec chylum reddidit, ſed acriores humores & liquida multa ejicere ſolitus erat. *I. Paterſon Hain in miſcellan. curioſis anni* 1671. *obſerv.* 115.

Observatio XXVII.

A Diarrhœa mortui anatome, cujus ventriculi fundus ſideratus repertus, Colon varie affectum &c.

Ultra annum Nobil. Vir de Rens, aulæ Archipincerna, male habuit, per ſex tamen ultimos menſes lecto affixus fuit: Initium morbus ſumpſit ex prolapſu in lumbos, namque ab eo tempore dolores in regione lumbari ſentire cœpit, ut tandem claudicaret: Exterius nullum contuſionis veſtigium notari poterat, dolor tamen quotidie increſcebat: Accedebant tandem horrores febriles: Verum cum à medicamentorum uſu abhorreret, moleſtias haſce vel deambulationibus, vel compotationibus, inprimis bono hauſtu vini

Rhenani

Rhenani pellebat, Olim aliquoties iſchatico morbo laborarat, hinc conſueta & experta ſibi remedia adhibebat, à quibus aliquantulum, ſed parum levabatur: Tandem accedebat Diarrhœa vehementiſſima, abſque ullis tamen torminibus: excernebar mulrum ſanguinis grumoſi: Cum morbus invaleſceret D. *Hermannum Conerdingium*, Archiatrum Guelficum, conſulebat, qui remediis ex arte adminiſtraris id præſtitit ut ſanguinis effuſio minor fieret: Sed mortuo Conerdingio dolores in inteſtino recto accedebanr, quos cum explicaret, hæmorrhoidas internas affici nemo non judicabat: Huic fini hirudines anq applicatæ, unde etiam aliquod levamen: manebat interim Diarrhœa, nec ſiſti ſe patiebatur: Recrudeſcentibus vero poſtmodum doloribus, cum Chirurgus ſpeculo dilatatum anum accuratius inſpiceret, cognitum eſt totum inteſtinum rectum hinc inde carunculis inſtar glandularum obſideri, quæ attactæ ſanguinem cum intenſiſſimo dolore fundebant. Et licet aliquando remediis ex arte adhibitis tollerentur, nihilominus intra 24. horarum ſpatium regenerabantur: continua Diarrhœa non parum etiam curationem morabatur, nec tamen ſiſti poterat: Si ſiſtebatur, inſignes cordis anguſtiæ accedebant, ut neceſſe eſſet enemate immiſſo anum iterum ſtimulare, quo adhibito horror per bihorium durans ſequebatur, redeunte poſtmodum Diarrhœa conſueta: Tandem veniebat febris lenta & continua, cum dejectione virium & appetitus: Per tuſſim purulenta ejiciebantur, fæces præter voluntatem prodibant; Urina cum difficultate excernebatur, ejuſdemque ſedimentum album erat inſtar cretæ: Ultimo, in dextra lumborum regione apoſtema generabatur, quo aperto materia prodibat inconcocta & fœtidiſſima, ut nemo adſtantium illam ferendo eſſet: Tumor etiam crurum, & inflatio abdominis inſignis, mortem præcedebant:

Sub finem anni 1669. diſſectum eſt Nobil. viri cadaver: Cùm aperiretur, ingens copia flatuum prorumpebat, cæterum quæ ſequuntur obſervata fuerunt. 1. Omentum, ſanum licet & optimum, non tegebat omnia inteſtina, ſed inter ventriculum & colon convolutum erat: 2. Inteſtina, præſertim craſſa, ſummopere à flatibus diſtenta, pellucida erant inſtar vitri: 3. In colo pauciſſimæ cellulæ obſervabantur. 4. Ventriculus in dextro latere ſitus erat: In fundo ejus gangræna obſervabatur; Subſtantia ejus tenaciſſima, tria quoque in ipſo foramina obſervabantur exigua, ac ſi acu facta fuiſſent: 5. In fine coli itidem aderat gangræna, & ibi loci latuerat ulcus, quod paulò ante obitum ruptum, uti ex rejecta materia obſervari poterat. 6. Hepatis color à naturali multum differebat: veſicula tamen fellis optime colorati copia referta erat. 7. In Liene initium ſcirrhi; 8. Pulmones muco tenaci & albi coloris plane erant obducti, in ſiniſtro latere plane purulenti: In dextro latere inflammati erant, ſicut eſſe ſolent in iis qui pleuripneumonia correpti moriuntur. 9. Cor magnum erat & adipoſum, fibræ tamen carneæ aderant, ut nondum defineret eſſe muſculoſum. *Alardus Hermannus Cummenus in miſcellan. curioſis anni* 1673. *obſerv.* 118.

Observatio XXVIII.

Diarrhœa ob corruptionem Coli & Tenuium inteſtinorum, inflammationem ſequutam Eadem omento non cooperta, Tumorem huic adnatum, &c.

ANno 1663. die 9. Julii Clar. *Sylvius* ſecuit Apolloniam Simons vetulam, quæ continuo alvi Fluxu per ſeptem hebdomadas laboraverat, in ſectione ſequentia notabantur: Vena umbilicalis coaluerat cum peritonæo: Linea alba cartilaginea erat: In ſiniſtro latere ſub ventriculo Tumor magnus & rotundus, ovi anſerini magnitudine reperiebatur, omento adnatus, qui diſſectus continebat materiam variam, maxima quidem parte viſcidam inſtar concretæ pinguedinis, aliqua gypſeam, minima autem mellis inſtar fluidam & luteam: Omentum ſurſum erat retractum, ut inteſtina nuda conſpicerentur: In inteſtino Colo nigredo apparebat, forte corruptionis ſignum, Inteſtina tenuia valde flaccida erant & coloris obſcurioris, aliquibus in partibus magis rubebant, ubi forte fuit inflammatio: Inteſtinum tenue per fibrillas quaſdam connatum erat inteſtino craſſo, quod ſibi nunquam obſervatum aiebat: Conjunctum quoque erat & craſſum & tenue inteſtinum cum rene dextro: Inteſtinum tenue, quod ſub meſenterio ſiniſtrorſum ferebatur, profunde admodum firum erat, & uſque ad ſiniſtrum renem penetraverat: Folliculus fellis bile ſatis plenus erat ſed pallidiore: Quicquid in inteſtinis tenuibus continebatur, à bile erat tinctum: Ductus Pancreatici in inteſtinum duplex erat inſertio, altera communis cum inſertione ductus bilarii, altera tribus circiter digitis à priore diſtans: Uterus verſus partem ſiniſtram magis propendebat & dextra ruba longior erat: Minor erat uterus, nec major quam in puellis eſſe ſolet & ſatis mollis: Membranulis quaſi quibuſdam intertexta erat

rear uteri ſubſtantia ſatis flaccida, per quam ductus quidam ſcrebantur hiantes, & ſtylum admittentes in ipſas tubas: Inflato vaſe in parte interna uteri, tota ſubſtantia tubarum attollebatur: Internum uteri orificium valde rubicundum erat & pituita viſcida refertum: Lien pallidior erat, præſertim in parte poſtica, & ſaris grandis, cætera ſanus, Pulmo quoque bene ſe habebat, ſed per fibras variis in locis dexrro lateri adhærebat, in ſiniſtro liber erat: Hepar etiam laudabile erat: Tantillum aquæ ſubflavæ continebatur in ſiniſtra thoracis cavitate: Pericardium flatu diſtentum & turgidum erat, quod ſibi nunquam obſervatum aiebat: In ejus cavitate liquor ſpumoſus continebatur ſatis copioſus, ſapore ſubſalſo & ſubacido: Inter œſophagum & arteriam magnam, in ſiniſtra parte, quærebat & inveniebat Ductum thoracicum ad latus venæ ἀζύγυ, prope ipſas vertebras, qui ſatis grandis & elegans erat, color contentorum ſubrutilus erat: Immiſſo tubulo in ductum thoracicum, & inflato, dexter ventriculus cordis manifeſte intumeſcebat, & ſanguis ex vaſis erumpebat, & tota auricula dextra mire inde tumeſcebat: Valvula in ipſo ductu reperiebatur, quæ impediebat quo minus verſus inferiora inflari poſſer ductus: Ubi ad regionem Lumborum deveniebat, ductus quaſi contorquebatur in ſemicirculum: Ductus quidam minores, ex muſculis venienres, inſerebantur in ductum majorem, Dum perſequeretur ductum, videbat plurima vaſa è ductu deſerri uſque in Hepar, & minores aliquot ramos ad inteſtina. *Obſervatio Iohan. Henr. Brechtfeld. Medici Dani, in Actis Medic. Bartholini anni 1673. obſervat. 17.*

SCHOLIA.

I*N inteſtino colo &c.*] Galenus primus meo judicio Fluorum alvi cauſam unam agnoſcit, 5. de loc. cap. 4. quandam ρευματικὴν διάθεσιν inteſtinorum, ut vocat, quam in quodam animadvertit qui excernebat cum ſenſu mordacitatis in ſuperioribus inteſtinis (quod colligebat ex eo quod poſt mordicationem paulo longiore tempore deſideret) idque ob læſum à pravo medicamento inteſtinum: Ac conjecit læſum eſſe ab eo medicamento inteſtinum, ac jam in ρευματικὴν διάθεσιν perveniſſe, proptereaque facile jecoris excrementa recipere, eaque corrumpere: Hic locus plurimum confert ad intelligendum, qui fiat ut tam diu profluvium perſeveret, Eſt illa διάθεσις ρευματικὴ in cauſa, id eſt, inteſtina vitiata ſunt, imbecilliorave reddita, ut humorum aliunde influentium impetum facile recipiant, & humores à Jecore manantes corrumpant, quod notandum, Nam aliquis quærat, Si a jecore excrementa manant, corrumpantur necne, nil intereſt, quod negandum eſt intrepide, Nam quæ à Jecore fluunt refluuntque, ea cum excrementa tantum ſint, ſed nil mali preterea habeant, inteſtinum vicinum vitiatum, & jam in ρευματικὴν διάθεσιν deveniens, corrumpit, ideoque citatior alvus redditur: nam quæ in inteſtinis continentur, niſi acrimoniam quandam aliquomodo nacta fuerint, ea diutius in iis reſtitant, & alvo ſtimulum calcarque ad ſolvendum non addunt. *Ballonius conſil. lib. 1. conſ. 53.*

APPENDIX.

De Diarrhœæ cauſis, & de Diarrhœa Cerebrali, aut Catarrhali, an detur?

§. 1. NUllus eſt Catarrhus ſtomachicus, nulla eſt Diarrhœa Cerebralis aut Catarrhalis: Cum vero adverſus hanc Medici parent excogitentque remedia, hiſce abjudicatis nunc noſtra ſuper hoc cenſio forte deſiderabitur: oppido multæ fateor, & perquam variæ exiſtunt Diarrhœæ, Eæ tamen ad unam omnes, etiam pituitoſæ, ac illæ, ſi Diis placet, Cerebrales, naſci poſſunt cerebro humorem haud exhibente: Dn. D. *Franc. de le Boë Sylvium* audire neceſſe eſt:

Simili plane modo fermentatotum in ventriculo alimentorum partem putiorem, fluidiorem, ſanguinique producendo magis urilem, Chyli nomine notum opinamur ſecerni in inteſtinis ab eorundem parte impuriore, viſcidiore, hominique minus utili in alvinas fæces faceſſente, Ur autem cui hoc muneris adſcribendum ſit pateat, notandum, inſtituto accurato omnium, tam in brutis quam in hominibus, per anatomen obſervabilium examine, hactenus duos duntaxat animadverſos loco huic uſui conveniente ad inteſtina delatos liquores, Bilem & Succum Pancreaticum, quorum alterutri, vel utriſque, hanc chyli ab alvinis fæcibus ſecretionem omnino acceptam putamus referendam: Effunditur enim ut plurimum per communem ductum, ſive exitum, uterque liquor præfatus in cavitatem inteſtinorum, & quidem quotuor circiter transverſorum digirorum ſpatio ſub Pyloro, unde commodiſſime præterlabentibus alimentis fermentalis admiſceri poteſt ac deber uterque liquor: Pancreaticus ſuccus, cum in peculiari veſica vel cavitate non aſſervetur, nec in ſuo Ductu à nobis aut aliis, quod ſciamus, bene diſpoſitis & ſanis omnibus fuerit repertus unquam, non dubitamus aſſeverare ipſum continuo per ductum ſuum deſerri ad inteſtina, mutuato à Pancreate, in quo præpararut, Pancratici, nomine: Bilis autem, utpote veſicula propria, hepatis cavo inſira, concluſa, nec niſi in ægris effuſa tota, innotuit jam fidem omnibus: Hæc quoniam non è corpore, ſed in corpus exoneratur, neceſſariam utilemque

utilemque ſui productionem & coacervationem oſtendit: Effundi autem ad inteſtina in ſano homine bilem ſuſpicamur, quoties alimenta debite fermentata, è ventriculo propelluntur in ac per inteſtina, & quidem motu ipſorum periſtaltico,in brutorum viventium ſectionibus non ſemel oculis à nobis & aliis uſurpato, tracto ſcil. in conſenſum folliculo bilario, utpote ab eadem cauſa,mota: Pancreaticum ſuccum naturalem nihil, vel parum, à ſaliva differre putamus: Bilem autem, ſiquis terminis deſcriptam cupiat chymicis, & analyſi chymicæ reſpondentibus, arbitramur ad ejus conſtitutionem concurrere multum ſalis lixivioſi retorridi, atque adeo ſubpinguis, accedente inſuper pauco oleo, pauco ſpiritu volatili,paucaque aqua: Retorridum vocamus ſalem lixivioſum,qualem calcinatio aut reverberatio exhibet diutina: Salis autem lixivioſi in bile dominantis, ope fermentatorum alimentorum, comes viſciditas ab oleo copioſiore, cum acido ſpiritu pauco, tertaque pauca permiſto pendens, immutatur & frangitur, unde partes eorundem chyloſæ à cæteris ſecedentes, ab allabente perpetuo ſucco pancreatico amplius diluuntur, dum bilis pars bona cum alvinis fæcibus permanet, illaſque & ſuo inficit colore, & nitroſo imprægnat ſale: Eandem viſciditatem deſtruit ſpiritus acidus copioſior, aqua præſertim dilutus, & olei vim frangens ac obliterans: Secretus hic ab alvinis fæcibus chylus, per carneam & ſpongioſam inteſtinorum cruſtam, veluti per pannum laneum, tranſcolatur quaſi exprimiturque in venas lacteas,memorato inteſtinorum motu periſtaltico, *Etrurſus*, continetur naturaliter, & quidem ſemper, in inteſtinis tenuibus, ad quæ defertur bilis,humor pituitoſus, quantum conjicere valemus, partim ex continuo deglutitæ ſalivæ, partim ex aſſumptorum, partim ex ſucci Pancreatici reliquiis,poſt bilis admiſtionem ortus: *Hactenus Sylvius.*

Non ſum opinionis ambiguus, ſanguinem capitis cerebrique venis jugularibus internis ac externis ad cor reportari: Verum is,æque ac ille qui ab imo corpore manat,in cor evomitur, confunditur inibi, ac mox in pulmones miſſitatur, ac turſus in cor, quo is ubi digreditur, ejus portio altera ſurſum pellitur, altera deorſum, micante Aorta: Hujus trunci deſcendentis ramis illc ſanguis in hepar, in lienem, in meſenterii venas, denique in inteſtina ferri poteſt: Si vero hic pituitam ſecum vehit, & eam in inteſtina indit, non eam capitis aut cerebri pituitam poſſumus judicare: Eſt potius humor maſſæ ſanguineæ, ac ſi qua ſpuma notatur, eſt ſpuma maſſæ ſanguineæ, aut quidvis potius quam ſpuma cerebri: Ea quoque ab aëris hauſti multitudine oriri poteſt: Arteriæ inteſtinis ex maſſa ſanguinea invehunt victum, ejus reliquias in eandem reducunt venæ: Iſtas vero arterias præter liquorem alimoniæ miniſtratæ, etiam vitioſos humores in ſpatium inteſtinorum effundere jamdudum palam fecit *Spigelius*: Evenire autem poteſt ut Ductus Salivales plus humoris reddant, adhærente ad ſumma faucium pituita, ceu bolo: Quare & homo eum autumat de cerebro venire: Hunc vero in ſtomachum detrudere cupiens ſæpius glutit: quo fit ut redundans illa ſaliva ſimul devoretur, unde Diarrhœa poteſt increſcere: Maximæ autem viæ humorum, unde naſcuntur Diarrhœæ, ſunt Ductus Choledochus, meatus Pancreaticus, & inteſtinorum ſtomachique arteriæ, quibus omnes omnium Diarrhœarum humores inferri queunt: Quemadmodum enim ductus choledochus plus bilis quam oportet plus illius mitioris humoris, quam convenit naturaliter, ille meatus Pancreaticus reddit, ita quævis humorum genera in inteſtina interdum effundere queunt Arteriæ: Si igitur alvus cita humorem album & ſpumoſum excludit,haud cerebroſa, haud capitalis ſeu cephalica, haud Catarrhalis, ſed maſſæ ſanguineæ Diarrhœa eſt exiſtimanda; Quanquam eam & humor Pancreaticus augere poterit: Hæ ſunt veræ viæ Diarrhœæ pituitoſæ, veluti & Bilioſæ, vitiato maxime Ductu choledocho: Nec paucus eſt humor quem Ductus ſalivales reddunt: Hic non cerebri eſt, ſed maſſæ ſanguineæ: Anicula ex lino ducit filum & ſaliva deficitur, petit potum, non queritur de ſicco cerebro, cuncta maſſea ſanguinea eſt minuta. *C. Victor Schneiderus lib. de Catarrhis ſpecialiſſ. p. 358. & 360.*

§. 2. Intrinſeca alvi irritamenta, ſunt imprimis Alimenta incongrua aut immodica: Chyli degeneris corruptelæ: Sanguinis & ſucci nervei recrementa copioſa, vel acria è Glandulis, aliiſque viſcerum emunctoriis, & præcipue è Cyſti fellea, atque Ductu Pancreatis exudantia: Quinimo Seroſitates, aut humores ſuperflui, vel incongrui è Cruore & Nervoſo genere, vel habitu corporis intus reſtagnantes: 1. Alimenta, ſi quando inter coquendum pervertuntur, aut ſubigi nequeunt, non raro Diarrhœam excitant, uti in crapula, victu inordinato, ab incongruis comeſtis, aliiſque in diæta erroribus,aut fermenti ſtomachici depravationibus frequenter accidit: Quinimo propter apepſiam, quandoque item propter obſtructiones in meſenterio, aut ductu inteſtinali, à viſcoſitate nimia Tunicæ glanduloſæ, aut vaſorum oſculis impacta, ſucci nutritii diſtributio impeditur, proindeque

ingeſtorum materies fere tota in primis viis cohibita, dejectiones crebriores & uberiores producit: 2. *Recrementa ſanguinis & Succi Nervoſi* in viſcerum glandulis, cyſti fellea, ducta Pancreatis, aliisque forſan receptaculis congeſta, ſi quando ob plenitudinem aut irritationem exundantia in cavitates inteſtinorum affatim deponuntur, in quantum fibras ibidem nerveas vellicant, aut cum aliis ſuccis effervefcunt, ſæpenumero Diarrhœam producunt: Videtur flava bilis quoddam quaſi catharticum naturale, quod è vaſis choledochis ubertim effluens purgationem ſpontaneam movet: 3. *Materies* [illegible] à regione adhuc remotiore, nempe aut à maſſa ſanguinea, aut è liquore Nerveo, ejusque Emunctoriis, vel à toto corporis habitu, interdum ad inteſtina tranſmiſſa, fibras eorum nerveas irritat, proindeque carneas in ſpaſmos excretorios ciet: In prædictis enim partibus ac locis, imprimis in maſſa ſanguinea, humores degeneres aut ſuperflui turgeſcentes, cum per diaphoreſin aut diureſin nec facile nec ſatis amandari queant, ſæpe metaſtaſi introrſum facta, vaſorum inteſtinalium oſculis, ubique confertiſſime dehiſcentibus, exudant, dejectiones crebras & aquoſas inducentes: Quinimo ipſe interdum cruor in craſi vitiatus, & ad coagulandum aptus, cum per minuta iſthæc vaſa haud expedite circulatur, frequenter in magna copia erumpit & Dyſenteriam parit: Cæterum obſervare licet, quando pori exteriores à frigore ſuſcepto conſtringuntur; aut tumores cutanei ſubito evaneſcunt, alvi fluorem ſuccedere: Novi plures ventris conſtipationi obnoxios, hoc tantum remedii genere curatos fuiſſe, nempe ut diluculo, & hora prius aſſueta citius lecto aſſurgerent: quantum enim ἱδρῶτι ſolitæ adimitur, tantundem ad alvum lubricandam additur. *Willis Pharmacop. Ration. ſect. 3. cap. 1.*

Observatio XXIX.

Peditus frequens à laxata coli valvula.

CUm anno 1655. generoſum & validum Equum, Jovem nomine deartuarem atque exoſſarem ad ſtructuram ſceleti equini; Ecce ex abdomine illius, machinis tormentariis ſuſpenſi & moribundi decuſſatim diſſecto, ſponte prorumpit inteſtinum ſtupendæ magnitudinis(æquabat enim craſſitie ſua truncum aut caudicem imum pyri aut mali ramoſæ arboris, longitudine ſuperabat ulnam integram cum dimidia noſtratis Seelandicæ) quod cum luſtro ac tracto accuratius, obſervo id cœcum eſſe inteſtinum: Idem cùm eſſet diſſectum, paucula ex eo excrementa liquida, tetram ſævamque mephitim exhalantia emanabant, maxime vero tumidum id flatibus, & iis adeo diſtentum erat, æque ac recens bubula veſica flatu diſtenta eſſe aſſolet: Coli vero valvula laxata ſemper pedebat, ut ſtabularii teſtabantur: *Simon Paulli Quadripart. Botan. Claſſe 2. pag. m. 89. Titulo Malus Cydonia.*

Scholia.

CUm valvula coli omnino occluditur, Alvi excrementa ad coli valvulam diutius hærentia & pilleſcentia, illi multimode incommodant, illam vel omnimode occludendo: quale quid qui patiuntur, iliaca paſſione intercidunt: vel ne ſponte ſua occludatur prohibendo; quale quid qui patiuntur, pleno excrementis alvi cœco inſtrumento, coli valvula p. n. laxata ſemper pudunt, Nec tum flatus naturales, in coctione ventriculi & inteſtinorum geniti magis in cœcore ſervari poſſunt, quàm flatus in pila illa prægrandi pneumatica (Gallis un Balon) quando valvula ſcortea, non exquiſitiſſime operculatur, foramenque illud per quod intruſo tubulo inflatur.

ANATO-

ANATOMIÆ PRACTICA

LIBRI TERTII.

SECTIO XI.

DE DYSENTERIA.

Observatio I.

Dyſenteria à bile viridi è Cyſti manante, unde Ilei & Coli corruptio.

ERat fœmina 40. annorum, pinguis & optimi corporis habitus; quæ ann 20. Auguſti Dyſenterica obiit Amſtelodami: Hæc ante tres ſeptimanas inc derat in fluxum dyſentericum, qui tum temporis epidemius erat; quæ rej ciebat in principio morbi erant nigra, ſubſequente tempore rubeſcere inci piebant, aliqua tamen intermiſta albedine: dolebat ventrem, diverſo tamen modo nam vel dolor ad umbilicum hærebat, túncque deprimebatur venter: vel ſi hic attolle retur, cinguli inſtar circa umbilicum movebatur: Sitis ipſam urgebat intolerabilis, quan quocunque volebat potu ſedabat, ſpiritus vini & aquæ vitæ uſu nunquam intermiſſo: Me dicamentorum nihil ſumere volebat præter decoctum aliquod alterans, & pilulas de Lan dano Amſtelodamenſium, ex quorum aſſumptione dolor ſedabatur, & ſomnus, qui alia aberat, obrepebat: Cùm dejiceret ſentiebat dolorem circa anum inſignem: Purgata fuit ali quoties tempore morbi, partim pulvere Rhabarbari ſolo, à quo nihil aut parum, sine levamine movebatur: partim cum rad. Jalappæ miſto, à quo multum cum euphoria de jiciebat: Clyſter etiam injectus eſt, à quo peſſime habuit, neque etiam ferre potera inunctiones, unde poſtmodum horum uſus intermiſſus eſt: Tempore morbi ter ſedatu fuit fluxus cum optima ſpe, ſed cum peſſimo uteretur victus regimine, recidivam paſſa tandem fatis conceſſit.

Cadaver apertum hæcce dabat obſervanda 1. Omentum juſtæ quidem erat magnitudinis, ſed ſphacelatum, colore atrolividum. 2. Inteſtinum Duodenum & Jejunum *repletiſſima erant bile*, unde Sitis intolerabilis cauſa derivari poterat. 3. Ileon, quo ad Cœcum tendit, cubiti unius longitudine corruptum & ſphacelatum erat: 4. Colon quatuor tranſverſos digitos à Cœco ſanum erat, poſt ad 8. digitos corruptum. 5. Folliculus fellis maximus erat & bile repletiſſimus: Bilis quæ in eo reperiebatur, viridis erat ſicut gramen: Cætera optime erant conſtituta: In Inteſtino Recto nihil notari poterat, nec in aliis viſceribus: Hepar, Lien, Pancreas ſaniſſima erant. *Alardus Hermannus Cummenus in Miſcellaneis curioſis anni* 1673. *Obſervat.* 116.

SCHOLIA.

R*Epletiſſima erant bile*] Dubium non leve proponitur ab authoribus, quomodo bilis flava, interdum brevi temporis ſpatio dyſenteriam faciat, cum tamen non raro bilis porracea & æruginoſa ſimplicem faciat diarrhœam, ad longum tempus perdurantem, quæ tamen nunquam in dyſenteriam degeneret, cum tamen non raro bilis porracea ex flava generetur ulteriori aduſtione, & proinde majorem habeat acrimoniam: Reſpondet *Mercatus*, cum humorum acrimonia requiri lentorē & viſciditatem, cujus ratione diutius morentur in inteſtinis, eáque magis corrodant: Et ita ſi flava bilis lentorem habeat, dyſenteriam efficiet; contra vero ſi porracea & æruginoſa fluxior ſit, & minorem in inteſtinis moram faciat, ſimplicem producat diarrhœam. *Sennertus* hanc reſponſionem probabilem eſſe dicit, eam tamen omnino dubium non ſolvere exiſtimat, quod ſæpe alvi fluxus dentur, in quibus viſciditas & lentor cum acrimonia reperitur, & tamen Dyſenteria non excitatur: contra vero viſciditas & lentor ſæpe non adeſt, in bilioſis humoribus dyſenteriam excitantibus, ideo cenſet humores qui Dyſenteriam pariunt, peculiarem & occultam quandam qualitatem habere, ob quam peculiariter inteſtinis infenſi ſunt, eáque exulcerant, ſicut lepus marinus pulmonem, & cantharides veſicam exulcerant, non autem alias partes, Illam vero qualitatem malignam, & inteſtinis ut plurimum infenſam, probat ex eo quod dyſenteria plerumque contagioſa eſt, ita ut miaſmata ex dejectionibus dyſentericorum exhalantia ſola inteſtina afficiant, in iis qui contagium recipiunt, non autem alias partes: Idem

ingeſtorum materies fere tota in primis viis cohibita, dejectiones crebriores & uberiores producit: 2. *Recrementa ſanguinis & Succi Nervoſi* in viſcerum glandulis, cyſti fellea, ductu Pancreatis, aliisque forſan receptaculis congeſta, ſi quando ob plenitudinem aut irritationem exundantia in cavitates inteſtinorum affatim deponuntur, in quantum fibras ibidem nerveas vellicant, aut cum aliis ſuccis effervеſcunt, ſæpenumero Diarrhœam producunt: Videtur flava bilis quoddam quaſi catharticum naturale, quod è vaſis choledochis ubertim effluens purgationem ſpontaneam movet: 3. *Materies* [illegible] à regione adhuc remotiore, nempe aut à maſſa ſanguinea, aut è liquore Nerveo, ejusque Emunctoriis, vel à toto corporis habitu, interdum ad inteſtina tranſmiſſa, fibras eorum nerveas irritat, proindeque carneas in ſpaſmos excretorios ciet: In prædictis enim partibus ac locis, imprimis in maſſa ſanguinea, humores degeneres aut ſuperflui turgeſcentes, cum per diaphoreſin aut diureſin nec facile nec ſatis amandari queant, ſæpe metaſtaſi introrſum facta, vaſorum inteſtinalium oſculis, ubique confertiſſime dehiſcentibus, exudant, dejectiones crebras & aquoſas inducentes: Quinimo ipſe interdum cruor in craſi vitiatus, & ad coagulandum aptus, cum per minuta iſthæc vaſa haud expedite circulatur, frequenter in magna copia erumpit & Dyſenteriam parit: Cæterum obſervare licet, quando pori exteriores à frigore ſuſcepto conſtringuntur; aut tumores cutanei ſubito evaneſcunt, alvi fluorem ſuccedere: Novi plures ventris conſtipationi obnoxios, hoc tantum remedii genere curatos fuiſſe, nempe ut diluculo, & hora prius aſſueta citius lecto aſſurgerent; quantum enim διαπνοῆ ſolitæ adimitur, tantundem ad alvum lubricandam additur. *Willis Pharmacop. Ratior. ſect. 3. cap. 1.*

Observatio XXIX.

Peditus frequens à laxata coli valvula.

CUm anno 1655. generoſum & validum Equum, Jovem nomine deartuarem atque exoſſarem ad ſtructuram ſceleti equini; Ecce ex abdomine illius, machinis tormentariis ſuſpenſi & moribundi decuſſatim diſſecto, ſponte prorumpit inteſtinum ſtupendæ magnitudinis (æquabat enim craſſitie ſua truncum aut caudicem imum pyri aut mali ramoſæ arboris, longitudine ſuperabat ulnam integram cum dimidia noſtratis Seelandicæ) quod cum luſtro ac tracto accuratius, obſervo id cœcum eſſe inteſtinum: Idem cùm eſſet diſſectum, paucula ex eo excrementa liquida, tetram ſævamque mephitim exhalantia emanabant, maxime vero tumidum id flatibus, & iis adeo diſtentum erat, æque ac recens bubula veſica flatu diſtenta eſſe aſſolet: Coli vero valvula laxata ſemper pedebat, ut ſtabularii teſtabantur: *Simon Paulli Quadripart. Botan. Claſſe 2. pag. m. 89. Titulo Malus Cydonia.*

SCHOLIA.

CUm valvula coli omnino occluditur, Alvi excrementa ad coli valvulam diutius hærentia & ſpiſſeſcentia, illi multimode incommodant, illam vel omnimode occludendo: quale quid qui patiuntur, iliaca paſſione intercidunt: vel ne ſponte ſua occludatur prohibendo; quale quid qui patiuntur, pleno excrementis alvi cœco inſtrumento, coli valvula p. n. laxata ſemper pedunt, Nec tum flatus naturales, in coctione ventriculi & inteſtinorum geniti magis in cœcore ſervari poſſunt, quàm flatus in pila illa prægrandi pneumatica (Gallis un Balon) quando valvula ſcortea, non exquiſitiſſime operculatur, foramenque illud per quod intruſo tubulo inflatur.

ANATO-

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII.

SECTIO XI.

DE DYSENTERIA.

Observatio I.

Dyſenteria à bile viridi è Cyſti manante, unde Ilei & Coli corruptio.

ERat fœmina 40. annorum, pinguis & optimi corporis habitus; quæ anno 20. Auguſti Dyſenterica obiit Amſtelodami: Hæc ante tres ſeptimanas inciderat in fluxum dyſentericum, qui tum temporis epidemius erat; quæ rejiciebat in principio morbi erant nigra, ſubſequente tempore rubeſcere incipiebant, aliqua tamen intermiſta albedine: dolebat ventrem, diverſo tamen modo nam vel dolor ad umbilicum hærebat, túncque deprimebatur venter: vel ſi hic attolleretur, cinguli inſtar circa umbilicum movebatur: Sitis ipſam urgebat intolerabilis, quam quocunque volebat potu ſedabat, ſpiritus vini & aquæ vitæ uſu nunquam intermiſſo: Medicamentorum nihil ſumere volebat præter decoctum aliquod alterans, & pilulas de Landano Amſtelodamenſium, ex quorum aſſumptione dolor ſedabatur, & ſomnus, qui alias aberat, obrepebat: Cùm dejiceret ſentiebat dolorem circa anum inſignem: Purgata fuit aliquoties tempore morbi, partim pulvere Rhabarbari ſolo, à quo nihil aut parum, ſine levamine movebatur: partim eum rad. Jalappæ miſto, à quo multum cum euphoria dejiciebat: Clyſter etiam injectus eſt, à quo peſſime habuit, neque etiam ferre poterat inunctiones, unde poſtmodum horum uſus intermiſſus eſt: Tempore morbi ter ſedatus fuit fluxus cum optima ſpe, ſed cum peſſimo uteretur victus regimine, recidivam paſſa tandem fatis conceſſit.

Cadaver apertum hæcce dabat obſervanda 1. Omentum juſtæ quidem erat magnitudinis, ſed ſphacelatum, colore atrolividum. 2. Inteſtinum Duodenum & Jejunum *repletiſſima erant bile*, unde Sitis intolerabilis cauſa derivari poterat. 3. Ileon, quo ad Cœcum tendit, cubiti unius longitudine corruptum & ſphacelatum erat: 4. Colon quatuor tranſverſos digiros à Cœco ſanum erat, poſt ad 8. digiros corruptum. 5. Folliculus fellis maximus erat & bile repletiſſimus: Bilis quæ in eo reperiebatur, viridis erat ſicut gramen: Cætera optime erant conſtituta: In Inteſtino Recto nihil notari poterat, nec in aliis viſceribus: Hepat, Lien, Pancreas ſaniſſima erant. *Alardus Hermannus Cummenus in Miſcellaneis curioſis anni* 1673. *Obſervat.* 116.

SCHOLIA.

R*Epletiſſima erant bile*] Dubium non leve proponitur ab authoribus, quomodo bilis flava, interdum brevi temporis ſpatio dyſenteriam faciat, cum tamen non raro bilis porracea & æruginoſa ſimplicem faciat diarrhœam, ad longum tempus perdurantem, quæ tamen nunquam in dyſenteriam degeneret, cum tamen non raro bilis porracea ex flava generetur ulteriori aduſtione, & proinde majorem habeat acrimoniam: Reſpondet *Mercatus*, cum humorum acrimonia requiri lentoré & viſciditatem, cujus ratione diutius morentur in inteſtinis, eáque magis corrodant: Et ita ſi flava bilis lentorem habeat, dyſenteriam efficiet; contra vero ſi porracea & æruginoſa fluxior ſit, & minorem in inteſtinis moram faciat, ſimplicem producat diarrhœam. *Sennertus* hanc reſponſionem probabilem eſſe dicit, eam tamen omnino dubium non ſolvere exiſtimat, quod ſæpe alvi fluxus dentur, in quibus viſciditas & lentor cum acrimonia reperitur, & tamen Dyſenteria non excitatur: contra vero viſciditas & lentor ſæpe non adeſt, in bilioſis humoribus dyſenteriam excitantibus, ideo cenſet humores qui Dyſenteriam pariunt, peculiarem & occultam quandam qualitatem habere, ob quam peculiariter inteſtinis infenſi ſunt, eáque exulcerant, ſicut lepus marinus pulmonem, & cantharides veſicam exulcerant, non autem alias partes, Illam vero qualitatem malignam, & inteſtinis ut plurimum infenſam, probat ex eo quod dyſenteria plerumque contagioſa eſt, ita ut miaſmata ex dejectionibus dyſentericorum exhalantia ſola inteſtina afficiant, in iis qui contagium recipiunt, non autem alias partes: Idem

ntingit in aliis morbis epidemicis & contagioſis, quibus venenum graſſatur parti cuidam peculiari ſenſum: Sic dantur pleuritides, peripneumoniæ & iginæ peſtilentes: Sic venenum canis rabidi ſo- cerebro infeſtinum eſt: Id apertius in medica- ientis purgantibus, quæ peculiarem vim obtinent umores in corpore commovendi, & ad inteſtina ropellendi: cum enim illa non ſolum ore ſumpta, d etiam umbilico admota, imo vapore ipſorum aribus admoto (*adde & iis per Chirurgiam inſu- rsam in venas inductis*) alvum movere & purgare oleant, veriſimile eſt illa per poros cutis, & vaſo- im extremitates in venas & arterias penetrātia, agi- ationem quandam & fermentationem in humori- ous excitare, qua vitioſi humores à bonis ſeparan- ur, & ii deinceps naturam ſtimulantes ad inteſtina ropelluntur, vi medicamenti ad ea loca expulſio- em dirigente: Pari ratione, ſed modo diverſo, ſu- torifica ad cutem, & diuretica ad veſicam, inſita vi humores propellunt: Ex quibus licet colligere con- agium Dyſentericum quocunque modo & loco ntra corpus admiſſum, fermentationem quandam n humoribus excitare, & ſibi ſimilem diſpoſitio- nem imprimere, quæ inteſtinis inimica, ad ea cur- ſum humorum promovet, éaque labefactat atque ulcerat; & illa demum tali diſpoſitione infecta, hu- mores & alimenta inficiunt, unde vera & pro- prie dicta Dyſenteria emergit. *Riverius pract. lib. 10. cap. 6.*

Tum temporis epidemius) Dyſenteriarum aliæ ſunt populares, aliæ non, Populares aut ſequuntur vim cœli, i. e. aeris, & Efficientis vim ſequuntur, Aut vim ipſius corporis, tanquam ſuſcipientis cauſæ: Quæ non ſunt Populares, peculiare tantùm vitium ſequuntur, & peculiaris excrementi ſuppreſſionem, aut vernaculam inteſtinorum imbecillitatem: Quæ ſunt Populares; aut ſequuntur, ut dictum, vim cauſæ efficientis, aut ſuſcipientis, aut utrumque: Ex eo autem Populares & Epidemicæ colliguntur, quod ſub eadem ſpecie morbi multi aut intereant, aut graviter laborent: Cæterum, aut ſunt inteſti- nales & meſentericæ, aut hepaticæ: Abſurdum enim eſt omnem Dyſenteriam attribuere Inteſtinis, ex eo quod τῆς δυσεντερίας nomen ἀπὸ τῶν ἐντέρων derive- tur: Inteſtinales & meſentericæ fiunt ex eo quod illæſo hepate, & in inteſtinis & in meſenterio prima mali labes, ſive cœlitus impreſſa, ſive à vitio ipſius excrementi manet: Hepaticæ, aut ſunt criticæ, aut fiunt κατὰ λύσιν, aut κατὰ τὸν ἐκπιεσμὸν: Si ſunt criticæ, prohibendæ non ſunt, ſed humorum curſus fræ- nandus eſt & moderandus: Si fiunt κατὰ τὴν λύσιν, fa- tiſcentis facultatis ſunt ſignum, & hæ ſunt lethales niſi legitima remedia adhibeantur: Cùm vero fiunt κατὰ τὸν ἐκπιεσμὸν, i. e. per expreſſionem quandam & excuſſionem, id eo modo contingit: Cava Hepatis ſæpe abundant multo humore, éoque ἐπέχουσι, & dum natura id nititur excutere, fiunt vomitiones, nauſeæ, ἀλυσμοὶ, ἐκπλασμοὶ, ἄσαι, febres, & caco- chymia communicatur venis & partibus aliis: Er- go ſi ut ſunt morborum ideæ, ita & morborum re- media varia ſunt; prout variæ ſunt Dyſenteriæ, ita variare remedia oportet: *Ballonius lib. 2. conſil. 23.*

Observatio II.

Anatome Dyſenterici, cujus inteſtina, ab initio coli ad finem recti, ulceribus & apoſtematibus obſeſſa erant.

POteſt Dyſenteria emanare à tumoribus p. n. in inteſtinis procreatis: Perit Filius meus Honoratus, novem annos natus, Dyſenteria ab ulceribus orta, ex tumoribus inteſti- norum: Cum ejus locus nobis eſſet ambiguus, & ſymptomatum cauſæ penitus ignotæ, demortui corpus ſecandum curavimus.

Chirurgus invenit à principio coli ad finem uſque recti, pluſquam ducenta ulcera ro- tunda, mixta cum apoſtematibus: quorum ulcerum aliqua corroſerant totum inteſti- num: Illis ulceribus interjacebant partes aliquæ inteſtinorum ſanæ & integræ. *Iacobus Fontanus practicæ lib. 3. cap. 23.*

Observatio III.

Dyſenterici inteſtina ſphacelata, eroſa & perforata reperta.

§. 1. FIlius viduæ N. aſſuetus bibere ſpiritum vini, patiebatur *Dyſenteriam ſummo cum do- lore:* rejiciebat ſanguinem concretum pulcherrimi coloris, i. e. arterioſum, eúm- que ſæpe ad librarum duarum pondus.

Aperto cadavere reperi inteſtina tenuia hac illac ſphacelata, tunicas eroſas & quatuor in locis perforatas. *P. Barbette prax. lib. 4. cap. 5.*

SCHOLIA.

D*Yſenteriam ſummo cum dolore*) Etſi contradi- ctionem involvat dicere Dyſenteriam ἄπονον ſive indolentem, Ejus tamen meminit *Hippocr. 2. Epid. comm. 6. & 25.* ubi volvulum ſcribit febrem ſolvere, ἢ δυσεντερίη ἄτερ ὀδύνης: Qui locus diffici- lis; *Valleſius* vitium in codice ſuſpicabatur: *Lande- nius* in ſelectis Dyſenteriæ vocem late accipiendam jubet, ut per eam h. l. intelligatur diarrhœa, aliud- ve alvi profluvium doloris expers: Nihilominus da- ri Dyſenterias indolentes in pluribus ægris ſpectan- das exhibuit Dyſenteria Epidemica anno 1669. vi- ciniam noſtram exercens: Ægri aliquot pueri, viri, mulieres, ab ipſo invaſionis momento ne de mini- mo quidem dolore conquerebantur; ſanguinolenta tamen confeſtim egerentes; mirati ſumus cum ad- ſtantibus novitatem rei, ægris aliis torminibus maximis

maximis afflictis, hos ne micam doloris præ ſe ferre: Et licet viderentur mitius ægrotare citiúſque evaſuri, omnes tamen moriebantur, utut generoſis juvati bezoatticis & ſpecificis: hinc inquirentes cauſam, illam adſcribendam viſum fuit 1. malignitati majori, quæ in Dyſenteria non ſinit dolorem ſemper obtinere primas, ut quæ pleno paſſu ad corruptionem inclinat: 2. Gangrænoſæ inteſtinorum conſtitutioni: fingat enim quis, ſi illud dari non ſtatuit, cauterium indolens, quod ob agendi energiam ſenſu omni partem cui applicatur exuit, pari ratione corroſivi humores in tantum quandoque pollere poſſunt, ut omnem ſenſum triſtem excludant, inteſtinis ſtatim quaſi ſphacelatis. 3. Mentem ſimul laborare interdum, & doloris lancinantis faces non ſentiri in phrenitide alibíque conſpicuum eſt: Jungi hæc poteſt cauſa, ſed quæ non omne exhaurit punctum: *Ioh. G. Wolf. Wedels Miſcellan. Curioſ. anni* 1671. *obſervat.* 43.

§. 2. Dyſenteria per plures annos graſſata, imprimis poſt æſtates impenſe calidas, immenſum ægrorum numerum nobis obtulit, inter alios Filiam, ſeptem aut octo annos natam, Illuſtr. Marchionis de Lucinge, ex dyſenteria mortuam, in oppido ſex aut ſeptem leucas Geneva diſtante, *Rumilli* dicto, quo cum acceſſiſſem, ſolúſque prognoſtico locus eſſet, duobus poſt diebus mortuam aperiri viſum fuit: Inteſtina nigriora apparebant, cum quibuſdam ulcuſculis, & interior tunica lacera villoſum ſericum nigrum repræſentabat, qua cruciatim velut diſſecta, in pilos ſurgens horrebat: D. *Puerarius in Obſervat. ad Thoma Burnet Theſaurum lib.* 4. *pag.* 405.

Observatio IV.

Anatome Dyſenterici, cujus inteſtina purulentis tuberculis ſcatentia. deprehenſa ſunt,

PUrulentis his tuberculis ſcatebant Inteſtina mulieris Hafnienſis primariæ, Dyſenteria extinctæ: cui ne clyſter quidem ob puris contranitentis copiam intrudi poterat. *Bartholinus cent vi. hiſt.* 2.

SCHOLIA.

P*Urulentis tuberculis*) Quid ſint hæc Tubercula; & de generatione Dyſenteriæ ex eorum ortu in inteſtinis, Conſulendus Eruditiſſimus *I. Conradus Peyer*, Elegantiſſimo de *Glandulis inteſtinorum* libello cap. 9. Quoad dolorifica *ait*, Inteſtinorum pathemata, qualia ſunt Dyſenteria, Paſſio Iliaca & Colica, Teneſmus, ac idgenus alia iſtorum viſcerum tormina, Quamvis eorum cauſas & ſedes primarias, nec ſemper nec præciſe in *Glanduloſis inteſtinorum plexibus* conſtituendas, aut inde extorquendas eſſe contendamus, poſſunt tamen meo judicio, imo ſolent perſæpe in iis velut minera quadam, ſeri paucæ quidem guttulæ, aſt irritativo ſalium aut ſulphurum heterogeneorum impetu potentiſſimæ, aut ſponte ſuccreſcere, aut per traducem è maſſa ſanguinea ſenſim vel influxu repentino cumulari: Quibus ad turgeſcentiam adgeſtis, atque cum ſpiritu nervorum nitroaëreo fervide decertantantibus, varii generis cruciatus, ſæpe ad cruoris profuſionem uſque Inteſtinis infliguntur: Et revera Dyſenterias, præſertim epidemicas, haud alia ratione naſci veriſimile eſt, quam quatenus μίασμα πονηρὸν (indolis arſenicalis ac efferæ) communi aliquo vitio in maſſam ſanguineam traductum, aut in ea genitum, ejuſque ſero viſcidiori tanquam aptiſſimo domicilio inhærens, inde in *Glandulas inteſtinorum* per arterias expellitur; Ubi ſui juris factum tyrannide immani, tum irritando, tum corrodendo, in glandulas & nervorum fibras ſævire incipit: unde ſpiritibus nitroaëreis per nervos & ſanguine ſulphureoſalino per arterias eo rapide allectis, ac invicem vehementiſſime excandeſcentibus, ignei plane torminum cruciatus, dejectionibus crebris ſtipatis oriuntur, donec tandem (ni mature ſuccurratur) inflammationis lerna diutius graſſante, fatalem tragœdiæ finem gangræna imponat: Sæpe quin etiam durante illo conflictu, inteſtinorum cruſtam, una cum *plexibus glanduloſis* abſcedere contingit, unde patefactis arteriolarum finibus, ipſe cruor cum Plexibus illis ac reliquis inteſtinorum contentis excernitur: Atque in hujus etiam affectus Therapeia utramque paginam abſolvunt alkalia diaphoreticis & alexipharmacis commixta: quibus partim acido corroſiva ſeri illius ſalia in glandulis infringuntur, partim venenati miaſmatis reliquiæ, in maſſa ſanguinea adhuc fluctuantes, cum ſero pariter infecto ad glandulas ſubcutaneas (ut pote locum minus principem, nec adeo ſenſilem) eliminantur: quibus medicamentis ſi unum aut alterum laudani opiati granum ſubinde adjicere non reformidaveris, ut ſpirituum animalium ad inteſtina jugiter provenientium rabie nonnihil ſedata, inflammationi augmentum prohibetur, ſanationis haud infeliciter procedet negotium: Dyſenteriæ vero per contagium ſuſceptæ ratio eſſe poteſt, quod volatiles miaſmatis venenati exhalationes, ſive per os, quod frequenter fieri ſolet, ſive anum exceptæ, ſeſe immediatius inteſtinorum tam tenuium quam etiam craſſorum Glandulis, atque tunicæ nerveæ objiciant: ubi mox virulentiæ ſuæ telis in ſanguinem, eo per arterias ad pellentem, & fibras nervorum evibratis, illum inſigniter corrumpendo, háſque potenter ſtimulando, ſymptomata dyſenterica, modo ſupra jam commemorato pariunt.

Observatio V.

Dyſenterici corpus inteſtinorum vitiatum repertum eſt.

HIeremias N. febre aſſidua laboravit; XI. die dyſenteria à prava bile, XXIV. interiit. Huic inteſtinorum corpus erat vitiatum: *Ballonius Epidem. lib. 2. pag. 245.*

Observatio VI.

Dyſenterici inteſtina inflata, cum interioris tunicæ abraſione reperta ſunt &c.

ANno 1624. aperui aliquot cadavera ex Dyſenteria mortuorum; inter quæ corpus militis cujuſdam è diuturna dyſenteria vita functi: Et invenimus inteſtina vehementer inflata, ac *earum interiorem tunicam plane abraſam*: Tum folliculus fellis, quod maxime in eo erat mirum, repletus ac diſtentus erat humore lento ac viſcido albo, inſtar pultis ex amylo, Bilis autem ne veſtigium relictum erat. *Bontius Medic. Indorum lib. 3. obſervat. 3.*

SCHOLIA.

I*Nteriorem tunicam plane abraſam*) Dyſenterici ab inteſtinis expellunt modo cruorem mucoſis permixtum, modo pinguia, modo ramenta tunicæ interioris, modo quædam carnoſa: *Tulpius* cap. 17. lib. 3. obſerv. integram inteſtini recti membranam, ægro ſuperſtite, excretam ſe vidiſſe aſſerit. In primo Dyſenteriæ gradu pinguedinem vacuari, qua interior inteſtinorum tunica oblinatur, multi aſſerunt, quod tamen eſſe abſurdum oſtendit Anatome, cum nulla inteſtinorum cavitatem obinveſtiat pinguedo, ſed extra ipſis ſaltem obducatur: Quod ad ramenta attinet, illa in ſecundo Dyſenteriæ gradu excerni dicuntur, eáque ſatis magna: An ea abraſio ſit cruſtæ illius, quæ tunicam inteſtinorum internam obducit, dubium eſt, quia ſic quatuor inteſtinorum tunicæ eſſent ſtatuendæ, cum tres tantum ab Anatomicis, illis aſſignentur: At Oculariſſimus *Willis* cruſtam eam Villoſam, quæ tunicæ nerveæ tantum epiphyſis habetur, membranam per ſe ſatis craſſam & peculiarem exiſtere aſſerit, atque propter innumeras, quibus ſuperficies ejus exterior ſcatet, glandulas, proprie tunicam Glanduloſam ſtatuit: Hæc ergo abraſa, ramenta efficere poteſt, potius quam ipſa interna inteſtinorum tunica, à qua ramenta decidi probabile non eſt; Si enim aliarum partium ulcera contemplemur, ſaniem & pus ex iis excerni videmus, in quod partis ſubſtantia abit, non integram ſubſtantiam: Revera quidem in muſculoſis partibus, poſt magnos abſceſſus, membranoſæ quædam partes, putredini diutius reſiſtentes, à Chirurgis quandoque extrahuntur, at inteſtinorum alia eſt conditio, quæ eam partium diverſitatem non obtinent & tam molli carne prædita non ſunt, ſed ipſæ tunicæ eorum ſubſtantiam conſtituunt, unde non liquet cur una earum pars in pus abire & putreſcere, alia ſalva relinqui, & inde longæ partes tunicarum ſecerni & à reliqua ſubſtantia abſcedere queant: *Sennertus* pituitoſos & viſcidos humores diu in inteſtinis coacervatos, iſtorum formam æmulari, & tandem excerni, ex pluribus Medicorum obſervationibus oſtendit, inter quas illuſtris quæ in vita *I. Heurnii* habetur, Vide plura apud eundem quæſt. 3. lib. 3. part. 2. ſect. 2. c. 7. & *Fernelium Patholog. l. 6. c. 9.*

Observatio VII.

Pus in involucris inteſtinorum Dyſenterici coercitum repertum eſt.

§. 1. SI ſurſum & deorſum obſeratur inteſtinum, in involucris eorum acervatur magna puris quantitas, quæ tandem interficit: Quod nos cujuſdam corpore diſſecto obſervavimus.

SCHOLIA.

IN hujus morbi curatione duobus ſæpius modis peccatur vulgo, celerius ſupreſſa alvo & adſtringentium uſu, impacto pure in involucris inteſtinorum: Suppreſſa intempeſtivè dyſenteria vidi inſanum factum: mulierem quoque cui in perpetuam vitam ita conſtricta alvus, ut ſeptimo quoque die tantum excerneret, & inde ore & naribus graviter oleret: *Galenus* de v. s. contra *Eraſiſtratum*, non paucos vidiſſe ſcribit qui dyſenteria, varicibus, hæmorrhoidibus ſuppreſſis, in inſaniam, apoplexiam, atra bilem, nephritidem, pleuritidem &c. inciderint: Nobilis quidam pictor in ſcabiem fœdam: corpore enim pleno materia fervida ſurſum fertur: alioqui ita reſiccatur inteſtinum ut maneat perpetua alvi adſtrictio. *Hollerius Scholio ad caput 45. lib. 1.*

§. 2. Libram unam unam vel alteram materiæ purulentæ in recto inteſtino cadaveris puellæ Lugdunenſis inveni. *Ioh. de Lamoniere de fluxu Dyſenterico cap. 7.*

Observatio VIII.

Dyſenterici pueri inteſtina craſſa tumida, inflammata animadverſa ſunt.

PUellus annorum iv. dyſenteria correptus, quæ tunc popularis erat, excrementa excernebat per ſedem cruenta, flava, tandem etiam nigra, quibus *mucus pellucidus, copioſus* adhærebat: ultimo die, 7. morbi, deficientibus viribus, quæcunque aſſumebat removebat magno conatu & clamore, idque interpolatis vicibus: circa medium noctis, cum in agone eſſet, ſimilia excrementa flava & nigra, qualia per alvum dejecerat, evomens mox exſpiravit.

Corpuſculum aperuimus, craſſa inteſtina tumebant, atque, ac ſi inflammata fuiſſent livebant, uti loca inflammata in viventibus rubra poſt mortem livere ſolent: Ea intrinſecus ob ſummum fœtorem non licuit inſpicere. *Platerus obſervat. lib. iij. pag.* 875.

SCHOLIA.

M*Ucus pellucidus, copioſus*) Quæritur apud authores quidnam ſit illud mucoſum & album, quod magna copia plerumque in Dyſenteria excernitur, cum ſanguine, aliiſque humoribus permixtum? Quidam putant eſſe pinguedinem inteſtinorum abraſam; alii mucum quo inteſtina obducantur, ad faciliorem tranſitum excrementorum: alii pituitam à cerebro aliiſque partibus defluentem; alii pus ex ulceribus manans: Nos vero ſtatuimus hanc mucoſam ſubſtantiam nihil aliud eſſe quam inteſtinorum excrementum præternaturale: inteſtina ſi quidem labefactata, & a naturali conſtitutione dejecta, proprium alimentum rite convertere nequeunt in ſuam ſubſtantiam, ſed illud imperfecte aſſimilando, in mucoſam illam ſubſtantiam commutant, quæ cum nutritioni illarum partium inepta ſit, expellitur foras, pars demum nutritionis indiga novum attrahit alimentum, quod denuo cum perfecte tranſmutari non poſſit ob vitium partis, in ſubſtantiam illam heterogeneam & mucoſam convertitur: cujus magnus eſt proventus, quoniam pars ad ſui nutritionem continuo ſanguinem attrahit à venis, qui in mucoſam ſubſtantiam convertitur, atque adeo pars ſuo genio fraudata novum iterum attrahit ſanguinem ad ſui nutritionem, quam perpetuo intendit, qui cum propter depravatam homoioſin in prædictam ſubſtantiam commutetur, magnus fit illius mucoſi excrementi proventus: Idem in quamplurimis aliis partibus contingit, & præſertim in iis quæ magna & profunda ulcera patiuntur, pars ſiquidem ulcerata, cum ob pravam diatheſin probe nutriri nequeat, ſanguinem continuo attrahit à venis, in purulentam ſubſtantiam commutatur, unde totum corpus ſenſim exhauritur, & tandem contabeſcit: Neque ſolum partibus ulceratis hoc vitium contingit, ſed etiam aliis nullo ulcere aut abſceſſu affectis: ita ut licet excrementum prædictum puris naturam æmuletur, non ſit tamen verum pus, quod nonniſi ex ulcere vel abſceſſu procedit: Id præcipue apparet in ophthalmia, in qua oculus ſimplici inflammatione affectus, copioſum excrementum puri ſimile continuo emittit, quod ex ſola partis intemperie & depravata homoiſi procedit: idem contingit ſæpe aſthmaticis, & aliis qui pulmonum affectibus laborant, totum enim pulmones male affecti proprium alimentum male concoquunt, & in excrementum pituitoſum, atque interdum puri ſimile convertunt, quod per anacatharſin expellitur: In iis tamen nullum ulcus eſt in pulmone, quod multi Medici, etiam periti, ſtatim pronuntiant, conſpecta illa materia puris ſpeciem referente: *Riverius practicæ lib.* 10. *cap.* 6. *ex Sennerto*: De cauſis hujus mucoris Vide infra Obſerv: xxvij. de Teneſmo.

Nota ex *Fernelio 6.* Pathol. cap. 10. interdum mucoſam quandam ſordem, ſubalbidam, & veluti limum fæceſque ſanguinis melancholici, podicis venas exſpuere, atque multo interdum tempore eructare, poſt diuturnos fere morbos melancholicos, durinque & laborioſam equitationem, quæ tamen pus non ſit, nec ab inteſtinorum ulcere proveniat, multos tamen puris ſpecie fefellerit. *Vide Sennertum lib. 3. part. 2. ſect. 2. cap. 7.*

Observatio IX.

Dyſenterici inteſtina gangræna affecta fuere.

NObilis quidam ſexagenarius dyſentericus, cum quinta die morbi obiiſſet, & venter ipſius à D. Claudio Chapuis Chirurgo aperiretur, inteſtina undique gangrænoſa reperta fuere, proculdubio propter ingentem inflammationem. *Fabritius Hildanus lib. de Gangrena cap. iv.*

SCHOLIA.

P*Ropter ingentem inflammationem*) Dyſenteriæ ab inflammatione ortæ curationem vide apud *Riverium* centur. iij. obſervat. ij. Quam agnovit ex febre & dolore qui ad levem ventris contractum excitabatur: Curationis momentum ponit in ſedatione inflammationis illius, ad quam ſequi *ait*, gangrænam, quæ ex aſſidua pravorum humorum illuvie, in partes inflammatas & ulceratas confluente facile inducitur.

Observatio X.

Inteſtini ulcerati latera in dyſenterico coaluere.

DYſenteria laboranti, mutuo utriuſque lateris ulcerati contactu inteſtina coaluere. *Vide tit. de Alvo adſtricta.*

Observatio XI.

Dyſenteria & variolis affecti inteſtina puſtuloſa erant.

ILl. quidam Comes juvenis, Variolis correptus, ob febris & Dyſenteriæ vehementiam, ſeptimo die morbi mortuus eſt: Diſſecto Jecur, Lien, Pulmones & Inteſtina, haud ſecus atque ipſa cutis, papulis manantibus ſcatebant. *I. Daniel Horſtius Obſervat. Anat. ix.*

SCHOLIA.

DYſenteria eruptioni variolarum ſuccedens peſſimum cenſetur ſignum, ut & urina ſanguinea, quæ humorum malignorum recurſum ad interiora ſignificant, imo & partes interiores, non ſecus ac habitum corporis, puſtulis detineri.

Observatio XII.

Scrobiculi & cavitates in inteſtino recto, veſtigia dyſenteriæ & reliquiæ.

JUvenis (*de quo Tract. de Soporoſis Affect. lib. I.*) ab obitu apertus, in Recto inteſtino plurimos ſcrobiculos ſuperficiarios, dimidiati piſi capaces exhibuit, ac ſi non ita pridem dyſenteriam paſſus eſſet, quæ tunc miliribus epidemia fuit: Certe diarrhœæ veſtigia in indumentis inventa; cujus quoque indices fuerunt fæces inteſtina implentes: *I. Jacobus Wepferus Exercit. de Apoplexia p. 427.*

Observatio XIII.

Dyſentericorum non inteſtina ſolum, ſed aliæ partes quandoque exulcerantur.

§. I. VIdimus quendam qui cum torminibus diutius vexatus fuiſſet, ex iiſdem denique in erodentia ipſorum inteſtinorum ulcera tum in tabem, poſt in mortem incidens. eroſa intus viſcera oſtendebat: è quibus dum ita affectus ſupervixit, ut triennium non exceſſerit, continuo ſanies effundebatur. *Benivenius cap. 96. de Abditis*

§. 2. Sæpe latius quam ad inteſtina pervagatur affectio: adoleſcens annos natus xij. *bilioſo profluvio cum febre* correptus, dejiciebat frequenter ſimilia dyſentericis, nigrum ſanguinem: ſitis, manus frigidæ, vigilia, *vini magna appetentia*: nihil adjutus remediis, obiit die ix.

Apertus, Oeſophago Interiore ad os ventriculi ſuperius & ad medium thoracem, nigro corrupto; Epiploo ſimiliter corrupto, Pulmonibus alteratis, Recto inteſtino exulcerato: Dolor fuerat in ſiniſtro latere, imo ventre & ſtomacho. *Hollerius ad c. I. de morbis.*

SCHOLIA.

B*Ilioſo profluvio cum febre*) Dyſenteria eſt affectus in febribus continuis adeo frequens, ut quibuſdam annis epidemius evadat, & peſte non mitior, plures interimat; In cauſa eſſe ſolet, non humor aliquis intus in viſceribus productus, qui acrimonia ſua inteſtina corrodit, ut nonnulli aſſerunt, ſed miaſma quoddam ſanguini impreſſum, adeóque intime ipſi confuſum, ut ſub vaporis ſinceri forma, à cruore divelli nequeat: quare inteſtina verſus propulſum, arteriarum oſcula reſerat, ulcuſcula & ſanguinis exudationes illic facit, veluti cum à ſanguine febrili cutem verſus efflor eſcente puſtulæ & phlegmones exterius erumpunt &c. *Willis lib. de Febribus cap. x.*

Sitis, vigilia, vini magna appetentia &c.) Inter ſymptomata dyſenteriæ conſectaria, familiaris eſt inappetentia, quam in vetuſta malam pronuntiat *Hipp.* aph. 3. l. 6. At diotiſmo adhibito accipiendus Apoſita dyſenteriæ accidens, aut morbi initio aut in progreſſu contingit: Si initio, non adeo verenda, quippe quæ contingat ob ichores ab hepate tranſmiſſos ad os ventriculi, ubi fluitantes inappetentiam afferre ſolent; At cum morbo affecto contingit, *rinquam*, mortificationem ventriculo per ſympathiam adveniſſe indicio eſt; eóque ſenſu aphor. accipit *Galenus* in comm.

Observatio XIV.

Dyſenteria ab inteſtinis apoſtematibus obſeſſis, ut & meſenterio.

ACcuratiſſimus Falcoburgius Leidę hominem eviſceravit, quem Dyſenteria abſtulerat: In inteſtinis, colo præſertim & recto, apoſtemata hinc inde conſpiciebantur, quorum quædam rupta erant, & eo loci lacera inteſtina patebant: In meſenterio glandulæ quamplures tumidæ maturo pomo ſimiles, quibus apertis tale pus fœtidum exſpuebatur, quale in Dyſenteria adhuc ſuperſtite effluxerat. *Bartholinus cent. vj. hiſtor. ij.*

Observatio XV.

Dyſentericorum quorundam inteſtina tantum craſſa ſanguinem continere obſervata ſunt.

IN ſectione quemplurimorum Dyſentericorum, ſanguis in inteſtinis tantum craſſis obſervatus fuit, non in tenuibus. Ratio eſt quod humor corrodens in ſuperioribus inteſtinis facillime fluit, unde non poteſt fieri excoriatio & corroſio, ut accidit in craſſis, præcipueque in Colo, ubi ob anfractus & concamerationes maximopere ſtagnans, morbificus humor ſupra modum corrodit tunicas, unde mucus & ſanguis effluit: Ideo clyſteres abſtergentes, aquáſque thermales optimas exiſtimarem, ſicut optimas inveni, habita tamen cauſæ morbificæ ratione. *Domin. Panarolus Pentecoſte* 1. *Obſerv*. 9.

Observatio XVI.

Gravem dyſenteriam, abſterſa cruſta inteſtinorum carnea, ſequitur cicatrix chyli diſtributionem impediens.

CHylus à fæcibus alvinis ſecretus, percolatur per cruſtam inteſtinorum carneam & ſpongioſam in lacteas venas. Læditur hæc percolatio quando abraſa eſt hinc inde cruſta, & illi ſubjecta inteſtini pars cicatrice obducta, occluſis ſimul ad lacteas venas tendentibus poris, quemadmodum id nonnunquam evenit poſt alvi fluxus dyſentericos graves ſicuti non ſemel poſt mortem in cadaverum ſectione obſervavi. *Sylvius de le Boë Praxeo. lib*. 1. *cap. xvj*.

SCHOLIA.

NOn raro Dyſenteria poſt ſe fluxum alvi Cœliaco non abſimilem relinquere ſolet, cujus ratio eſſe videtur, quod *Plexibus* Ilei *glanduloſis*, dyſenterici miaſmatis acrimonia deraſis, fermenti ad chylificationem neceſſarii proventus parcior evadat; quare pars cibi in chylum haud converſi profluit, donec Glandulis illis, una cum cruſtæ villoſæ fragmento renatis, fermentativi liquoris fontis redintegrentur. *Ioh. Conradus Peyer Tractatu de Glandulis, inteſtin*. De his Glandulis vide Obſervat. 4. Sect. 10. & ſupra.

Observatio XVII.

Dyſentericus ulceratum habuit ventriculum.

ALteri febris, vomitio, ventris dolor, *Dejectiones pici & nigro ſanguini ſimiles:* xx. die mors. Secto corpore inventum ulcus uſtulatum, in ambitu exeſis tunicis omnibus ventriculi, quâ parte declivis eſt ad pylorum. Huic procidit anus toto fere morbo. *Hollerius ad cap*. 43. *lib*. 1. *de morbis int*.

SCHOLIA.

D*Ejectiones nigro ſanguini ſimiles*] An atrabilariæ? Dyſenteria autem quæ ab atra bile initium ducit funeſta, ex *Hippocr*. aphor. 4. 24. Ideo vero funeſta quod atræ bili tanta ſit erodendi vis ut in tranſitu exulceret inteſtina; imo ipſum afficiat ventriculum.

Procidit anus toto fere morbo] Præ conatu & irritationis vehementia, cum anus adeo propellitur ut partem inteſtini recti ſecum trahat, eámque à membrana meſenterii, quę inteſtina ſuſpenſa retinet, nonnihil avellat. Etſi enim anus muſculis donetur oppoſitis, exertum retrahentibus, ii tamen officio ſunt impares ſi nimis procidat.

Observatio XVIII.

In Dyſenterico Hepar ſphacelatum inventum & Epiploon, pylorus & tenuia inteſtina inflammata.

DUorum cadavera curioſius inſpicere placuit, eorúmque apertio ſubjecit oculis quod mens antea conceperat, & Doctores actuoſæ Medicinæ non contemnendi nobis reliquerant, In uno repertum eſt Hepar ſphacelatum, pariter & Epiploon cum inflammatione inſigni pylori & tenuium inteſtinorum, propagata ad rectum uſque gangræna correptum. 7. die hic æger triginta annorum, gracilis, & acrium humorum incineratione melancholicus, interiit Auguſti fini: Ipſum viſitavimus. 3. morbi die, reperimus cum febri continua, ſingulis diebus poſt meridiem ferociente, dejectiones ſinceræ, mox nigræ cum ſummo dolore & calore fluebant, Sanguis paucus, modo permixtus modo impermixtus aderat, qui duobus diebus ante mortem omnino ſuppteſſus eſt: lingua ſcabra, glaciale extremorum frigus, & alia graviora ſymptomata biduo fere eandem præceſſerunt. *Ioh. de Lamoniere de Fluxu Dyſenterico cap*. 1.

Observatio XIX.

Dyſenterico Hepar ſiccum pallidumve fuit, cum abſceſſu prope cyſtin fellis, alio in meſenterio.

Rusticus Delphinas 40. annorum, poſt dyſenteriam imprudenter turi ſuppreſſam, dolotibus ventris per ſeptem hebdomadas continuis, & per breviora intervalla continue intenſius exacerbatis, interiit menſis Decembris initio: Plurium cadavera juſtis rationibus moti noluimus aperire.

In illo Hepar ſiccum pallidúmve conſpicuum fuit, ſimul & abſceſſus cyſtidis fellis pugni magnitudinem æquantis, prope jecinoris cava pus eructans. Alius viſus eſt etiam in meſenterio. *De Lamoniere de Fluxu Dyſenterico cap.*1.

Observatio XX.

A longis Dyſenteriis Diarrhœiſque obſervata inteſtina ad ſummam tenuitatem redacta & reſiccata.

Joh. Matthæum Fabrum, amicum meum integerrimum, apud te, Vir de me meritiſſime, commendare non deſiſtam: Is inter varias & doctas obſervationes, notatu hanc dignam aſſeruit, in longis diarrhœis, dyſenteriiſque, inteſtina inſtar aranearum tenuia reddita eſſe; quapropter in cura ejuſmodi ſymptomatum tempus diligenter attendendum eſſe: In principio enim purgationem per rhabarbarum inſtitui poſſe exiſtimat; Si autem fluxio diu duraverit, à ſiccis ejuſmodi purgantibus abſtinendum exiſtimat. Sed ſi forte Medicus indicatione illâ innixus curam ſic velit abſolvere, tamarindos, ſyrupum roſaceum laxativum in id ſufficientem eſſe ajebat: alias ſiccitatem illam ulterius augeri, morbúmque morbo addi cum vitæ periculo & diſpendio. *Ex benevola Excell. & Nobiliſſ. Dom. Stoſelii communicatione, Illuſtriſſ. Principum Wittebergenſium Ephori*: Anno 1670. in Ducatu Wittebergenſi, Epidemia fuit ejuſmodi Dyſenteria & Diarrhœa, In cadaveribus eorum qui ea lue ſunt extincti, reperta inteſtina omnino ſicca, iis omnino ſimilia quæ lacunari appenduntur ad lucanicas conficiendas. *Idem.*

Observatio XXI.

Dyſenteria à vermibus excitata.

Anno 1608. menſe Auguſto, nata eſt Dyſenteria in puero Dom Conſiliarii du Periet, quæ per intervalla excitabatur, quam ſuſpicabar à punctura vermium naſci, quorum quantitas admiranda fuit inventa in inteſtinis poſt diſſectum ejus cadaver: Nec mirum cum videtim inteſtina reduplicata à vermibus. *Iacobus Fontanus practica lib.*3. *cap.*21.

Observatio XXII.

Dyſentericorum ulcera ab uſu Opiatorum magis putrida & ſordidiora evadunt.

Thomas Minadous, Medicus Italus & Profeſſor, ſe obſervaſſe aſſerit omnes Dyſentericos, quibus ex conſilio Medicorum Laudanum Opiatum oblatum, defunctos; poſt eorum uſum ulcera magis putrida & ſordidiora reddita, ex longiori mora materiæ purulentæ & noxiorum humorum: Iſtud admonitum maneat alta mente repoſitum pro cautela. *Auguſt. Thonerus lib.* 3. *obſerv.* 10.

Observatio XXIII.

Dyſenteria à vomica in Hepate producta.

Quidam cum febre dolore ſupra regionem hepatis, diarrhœa biliosa, poſtmodum Dyſenteria extinctus eſt. Vomica in Hepate cum maxima puris coacervatione inventa eſt. *Vide lib.* 2. *tit. de Lateris dolore.*

Observatio XXIV.

Dyſenteria vitio Lienis duri, infarcti, &c. excitata.

Æger hæmorrhagiæ narium obnoxius, dyſentericus fit, &c. Totus Lien illi durus erat plumbei coloris, magnus, craſſus, in quo materia copioſa, fæci vini rubri ſimilis concludebatur. *Vide tit. de Hypochondr. tumore.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

DE Dyſenteria Lienoſis ſuperveniente *Hippocr.* aph.45.lib.6. *Qui lienoſi à difficultate inteſtinorum capiuntur, iis ſuperveniente longa dyſenteria; hydrops aut lienteria ſupervenit & moriuntur.* Ubi notanda verborum Hippocr. proprietas. Quid enim ſibi hoc vult, Qui lienoſi à dyſent. capiuntur, iis ſuperveniente longa dyſenteria? nam non poteſt ſupervenire ſi jam adſit, debuiſtque dicere potius, Quibus Lienoſis ſupervenit Dyſent. eáque productior fit: Ita excuſari Hippocr. poteſt ut verbum [illegible] non ſit hoc proprie uſurpatum. Vel quoniam laudatur Dyſenteria quæ ſupervenit Lienoſo, ſi brevis ſit, ut in Coacis animadvertit Hippocr. Cum producitur debitúmque tempus præterit, non jam amplius dyſenteria ſplenica vocanda eſt, ſed per propriam inteſtinorum affectionem fit, humoribus cuniculos agentibus & ultra progredientibus: propteréaque nova quodammodo dyſenteria dici poteſt. *Ballonius conſ.53.lib.1.*

OBSERVATIO XXIV.

Viria Dyſenteria in decem diebus extincti, Pericardium aquæ expers repertum.

COr motu continuo, & propria natura calidiſſimum, aquam obtinuit ut in ea aſſiduè, veluti balneo temperatum madeſceret, quo floridum & vegetum conſervaretur: Unde quibus per ardentes febres, vel inedias, vigilias, & ingentes mœrores exhauſta eſt, Tabidi pereunt. Vidit *Ieſſenius à Ieſſon*, in febre ardenti aquam Pericardii conſumptam. Vidi in cadavere Illuſtr. Cancellarii *Dom. de Sillery*, poſt obitum ad pollincturam exenterato, pericardium ſiccum, aqua illa per morbum dyſenteria cum decem dierum exhauſta, nec tamen cor torrefactum exaruerat, ſed erat mollius & flaccidius quam par erat. *Riolanus Antropog. lib.3. cap.7.*

OBSERVATIO XXV.

Anatome Fluore hepatico laborantis in quo hepatis apoſtema, ejuſque diſſolutio reperta eſt.

§.1. MIles Anglus cum *inflammationem Hepatis* primum paſſus eſſet, & *fruſtra tentaſſemus ea quibus opus erat*, dolor ſe remiſit quidem, ſed *ſed deſiit malum in Fluxum hepaticum, tumore qui ante erat in hypochondrio*, plane evaneſcente. Cum hoc modo per ſex ferme menſes languiſſet, tandem ad extremam maciem ita perductus eſt, ut ipſiſſimam, qualis pingitur, mortem dixiſſes & ſic miſerrimam vitam cum morte permutavit.

Aperto corpore, invenimus loco Hepatis ſolam membranam ipſum inveſtientem, ſatis craſſam inſtar ſucci, cui adhuc portio ſaniei, loturæ carnium ſimilis inerat, qualem tam longo tempore excreverat. *Bontius Medic. Indorum lib.3. Obſerv.9.*

SCHOLIA.

INflammationem Hepatis] Indi obſtructionem hepatis facillime incurrunt, cui adeſt teoſiva in hypochondrio dextro gravitas, dolórque obtuſus, ac quaſi pondere premens: difficilis quoque adeſt reſpiratio, propter gravitatem viſceris, diaphragma deorſum trahentis, cui, mediante ligamento ſuſpenſorio, annectitur: hæc infarctio ſi perſeveret, humor hepar obſtruens, dum non ventilatur, facillime putreſcit, unde febris etiam oritur, ac ipſius hepatis inflammatio, cum dolore acuto ac pugente, febríſque augeſcens in ardorem tranſit, cum ſiti intolerabili, faciei rubedine, ac difficili, ob prædictas in obſtructione cauſas, reſpiratione.

Fruſtra tentaſſemus ea quibus opus erat] Horũ duorum affectuum cum quaſi invicem concatenati ſint, & unus ex altero ferme naſcatur, curã conjungam, incipiendo ab obſtructione, In qua primo obſervandum ne nimium calidis medicamentis in principio utamur, ne minutæ iſtæ hepatis venæ, & capillares, ab exſiccante calore magis obſtruantur: Ergo temperate calidis, & per conſequens leniter deobſtruentibus, ac materiam peccantem incidentibus opus eſt, quæ familiaritatem quandam cum natura noſtra habeant. Præparata jam morbi materia, eam medicamento non ſemel nec ſimul, ſed iterato ſtudebimus educere, Ejuſmodi ſunt tamarindi, caſſiæ pulpa, adjecto pulvere terebinthinæ coctæ. ſ.a. mirum enim quam blande hæc ſimul per alvum ac veſicam morbificum ſuccum ejiciant: ſi paulo fortius deſideres, adde rhabarb. ʒj. miſce cum ſupradictis in formam boli. Inflammationem porro in procinctu eſſe cum compereris ex febris augmento, & dolore vehementiore & magis pungente, ſtatim venam ſecato copioſe, pro viribus ægri. Interim cibi & conſervæ refrigerantes exhibendæ. Denique hypochondria, præſertim dextrum, inungendum eſt unguento quod hic conficiunt Indæ mulieres ex radice curcumæ, Santalii omnibus ſpeciebus, addita caphura, & oleo roſaceo: Si (quod ſæpe fieri ſolet) quis dolor in hepate & ligamentis ſit intolerabilis, cauſa tantiſper omiſſa, huic ſymptomati occurremus, quod fiet per extractum aureum croci, quo vel ſolo (auſim affirmare) ægros plurimos curavi, natura per quietem ad ſe redeunte, & virus per alvum, urinas ac ſudores ejiciente.

Quod ſi Hepatis inflammatio non bene ſanetur, vel pertinacius curæ reſiſtat, conſequitur admodum affectus miſerabilis, Hepatis apoſtema, quo ſi parenchyma, ſeu ſubſtantia ipſa jecoris occupetur, jam incurabile eſt malum: Sed ſi pus hæreat inter membranam ſuccingentem hoc viſcus, & ipſius carnem (quod perſæpe hoc fit) unica ſalutis ſpes eſt in apoſtematis apertione, quæ hoc modo fieri debet. Primum in regione hepatis applicetur cauterium poteotiale, ita ut eſchara tantum penetret abdominis muſculos, nec inficiatur peritonæum: Deinde parvo foramine per ſcalpellum in ipſo ſecto, per id immittatur inſtrumentum argenteum concavum, quali

utuntur

utuntur in ſectionibus lithotomi, dein ſatis late vtilnus dilatandum: Et tunc ſtatim in conſpectum ſe dabit membrana jecur ambiens, vehementer tumeſcens ab amurca intus latente. Ea pertuſa ſanioſus humor, carnium loturæ ſimilis effluet, qui quo minus fœtet, eo major de cura ſpes eſt, Poſt hæc vulnus detergendum modice ſiccantibus, mundantibus, &c. Porro debili, ut fere ſemper, exiſtente ægro, lapidi Bezoar non eſt parcendum. *Idem lib. 2. c. 7. & 8.*

In fluxum Hepaticum malum deſiit] Quæcumque excretio per alvum ſanguinis fit, Dyſenterica vulgo appellatur, idque præſertim cum dolot ventriſque torſio aliqua percipitur; quæ tamen cum ulcere eſt, propriæ dyſenteria dicitur. Aliæ autem ſunt excretiones cruentæ, ut cum limus ſanguinis excernitur, aut velut ſanguinis fæx, aut cum ſincerus planè; (adde, cum ipſa ſubſtantia Hepatis diſſolvitur, ut in exemplo allato) eáque excretio affectum Hepar declarat Galeno: Nam ut tenue & danioſum, & recens mactatarum carnium loturæ ſimile evacuatur, id hepaticum eſt, id eſt, declarat imbecillitatem jecoris ſanguinem probum generare nequeuntis, cum autem fæci ſimilis excretio ſanguinis fit, quodammodo exaſſantis jecoris argumentum eſt: Et notandum eſt illud quod ſcribit Galenus, & quod nos experientia ſæpe deprehendimus, aliquando liquidam tenuémque ſanguinis eſſe excretionem, quam melancholica poſtea, fæculenta, nigra & atra conſequatur: An atra, nigráque & aduſta quodammodo intemperie frigida affecto Hepare excernitur? Nequaquam, Sed cum alioqui præceſſit frigida intemperies, temporis progreſſu putreſcit in imbecillo Hepate humor, à putredine febris lenta oritur, hinc aduſtio recoctióque humoris, quod notandum: nam ſæpe hæc febris negligitur, hinc dejecta appetentia, proventus pravorum humorum: Et cum vident medici dejectam appetentiam, non moventur, quod male fit; id enim notum eſſe debet, ſi perſeveraret intemperies illa frigida, quæ initio fuit, non ita dejici appetentiam, imo cibi augeri deſiderium: quia autem ita deperditur appetentia, calidioris intemperiei, quæ ſucceſſerit, debet eſſe argumentum, nam calidas intemperies nunquam comitatur ciborum appetitus, potius cibi faſtidium, &c. Itaque non falſa debet eſſe opinio prioris intemperiei frigidæ, ſed ſignis venanda cognitio ſuccedentis alterius intempeciei. *Ballonius conſ. 53. lib. 1.*

Tumore qui erat in Hypochondrio, &c.] Inflammati Hepatis ſigna diligenter perſequitur *Sennertus* cap. 4. ſect. 1. p. 6. lib. 3. Idveto cavendum monet ne fallamur, & Hepar non inflammatum putemus ſi tumor in medio ventre apparet, quod quibuſdam Hepar ad medium ventrem extendatur: Hepatis ſitum naturalem diſce ab Anatomicis, *Gliſſonio* præſertim cap. 20. ejus Anatom. morboſi vero & tumidi has ille notas tradit, Morboſum, *ait*, Hepar & univerſum intumeſcens interdum infra umbilicum pertingit: In tumoribus vero haud adeo magnis (modo toti hepati aliquomodo communes fuerint) durities aliqua & intumeſcentia infra nothas coſtas ad ventriculi ſcrobiculum, atque ultra ſæpe ad ſpurias lateris ſiniſtri coſtas facile perſentiſcitur: Id autem omnibus ejuſmodi tumoribus commune eſt, ut digitis compreſſi jecoris figuram aliquomodo præſeferant, eoque nomine à quibuſdam appellantur Tumores circumſcripti. Tumores quoque particulares in convexa hepatis parte, præſertim anteriore, digitorum attrectatione dignoſci queunt, ſi modo hi inter loca tumentia, & ſterni apicem coſtaſve nothas dextri lateris molliter inſerantur. Tumor ejuſmodi in ſiniſtra hepatis crepidine ſæpe ad coſtarum extima protenditur, minúſque cautis facile pro lienis intumeſcentia imponit; Rem ipſam vero penitius advertens, haud difficulter tumores iſtos internoverit; qui enim ad hepar pertinet, elatior eſt, ventriculíque regioni vicinior & eidem magis incumbens quam lienis tumor queat, niſi hic prægrandis fuerit, quo caſu ipſemet ſua ſponte innoteſcit, vel mole inſolenti, vel diſtenſione & pondere in latere ſiniſtro, vel quod ſiniſtrorſum inferius deſcendat quam poſſit hepar: Tumores in concava poſticáque hepatis parte tactu, haud diſtincte deprehenduntur, in iſtis tamen plenitudo aliqua hypochondrii dextri, digitorúmque ibidem ſub coſtis nothis impreſſioni renitentia quædam major ſolito occurrunt.

§. 2. Conſul Pariſienſis Hepatico profluvio bilioſo ſex annos vexatus eſt, & nullis remediis allevatus eſt. Eo mortuo inventus eſt tantum Hepatis loculus & membranæ, illius parenchymate conſumpto & colliquefacto. *Ballonius lib. 1. conſil. 53.*

§. 3. Cuidam ex dyſenteria febris tertio die oborta, acceſſit Fluxus hepaticus: cum abſque intermiſſione *purum impermixtúmque ſanguinem*; interdum *loturæ carnium non abſimilem* excerneret, febríſque intenderetur. 7°. morbi die interiit.

Sectio oſtendit Jecur univerſum prope diſſolutum. *Iordanus cap. 19. de Peſtis phænomenis.*

SCHOLIA.

INterdum loturæ carnium non abſimilem, &c.] Fluxus Hepaticus alius eſt exquiſitus, in quo ſeroſi & ſanguinei humores, loturæ carnium ſimiles excernuntur: Cujus cauſa eſt imbecillitas Hepatis & calidi innati in eo defectus, à cauſis diſſipantibus vel ſuffocantibus: Alius ſpurius, à ſimplici intemperie ortum ducens, ſine humidi primigenii vitio, a qua intemperie facultas non læditur, ſed impeditur ab objecto improportionato, unde opus corrumpitur; ita ut loco puri ſanguinis, impurus & corruptus gignatur, vel bonus in pravum degeneret: quod contingit vel ex permixtione bilis flavæ aut atræ, aut alterius materiæ impuræ; vel à longiori in hepate locíſve vicinis mora, ob quam craſſior redditur, aut aduritur, aut interdum putreſcit: poteſt & id vitio lienis, fæculentum ſanguinem ad ſe non trahentis. Et in hoc fluxu variegata exeunt, ſanguis interdum craſſus, interdum niger, aliàs variis coloribus infectus: Præſenti in caſu fluxum ab utraque cauſa manaſſe veriſimile eſt, Exquiſitum quidem adfuiſſe, quia [illegible] prodiit, Spurium, quia purus impermixtúsque ſanguis excretus eſt, ac Jecur univerſum prope diſſolutum apparuit, colliquatum ſcilicet à vitioſis illis humoribus, corruptionem & acredinem à putredine, vel aliunde nactis.

Iecur univerſum] Quanquam ſanguis loturæ carnium ſimilis excretus ſanguificatricis Jecoris læſæ argumentum videatur, *Th. Bartholinus* tamen in Dubiis de lacteis cap. 5. ex fluxu ſimili negat Hepatis & ſanguificationis munus adſcribendum eſſe, ſed Cordi:

cujus fluxus cauſam eſſe ait, quod Hepate frigido, extinctóque ejus calore neceſſario (quo indiget non tam ad ſanguinis generationem, quam temperationem) non poſſit aut privatæ nutritioni ſufficere, aut publicæ ſanguinis tranſcolationi. Præterea, quum ex excretis maxime æſtiment loci affecti certitudinem, nihil, meo judicio, pro Hepate efficient; in legitimo fluxu ſanguis ſeroſus, crudus & ſemicoctus excernitur, at ille ex corde per arterias huc expurgatur, non ex Hepate: Et quanquam ex Hepate venæ meſaraicæ ad meſenterium deterrent ſanguinem, ut falſo veteres opinati ſunt, poſſet in hepate vitiari ſanguis ex obſtructione vaſorum lymphaticorum, ſeu impedita ſeri à ſanguine ſeparatione: vel ſalvo Hepate, Meſaraicus ſanguis nimia ſeri mora infici. In ſpurio fluxu Hepar incuſat nemo, ſed ſi cauſas exponamus, non excludendum: ſanguis enim, ſi illis credimus, acrimoniam & mordacitatem acquirit ob bilem admixtam, vel moram in hepate: utrumque obſtructioni hepatis imputandum, unde nulla bilis à ſanguine ſeparatio: Ex invento, *ait*, noſtro commodiſſima affectus hujus petitur enodatio. Nec tamen immutanda methodus, calidum enim innatum reficiendum, cujus primaria in corde ſedes: hepar conſervandum, quod ad ſanguinis puritatem ſeríque ſegregationem poteſt plurimum.

Purum impermixtúmque ſanguinem] Non quoties ſanguis per inferiora educitur Dyſenteriam adeſſe ſuſpicandum, Nam & mutilis ob copiam ſanguinis fit excretio per alvum, quæ dyſenterica improprie vocatur. Vocant autem αἱματηρὰν: Item quibus ſanguis habet admiſtam bilem, aliquando aperit roditque oſcilla vaſorum, unde fluit ſanguis. Hæc autem improprie quoq; Dyſenteria vocatur, nullúmq; nomē reperit, niſi ſub τῆς κινδύνως αἱματηρᾶς nomine cōprehendas. Quanquam hoc nomen ad eam evacuationem, quæ ob quantitatem contingit, accommodetur. *Galenus* autem indicare videtur & hunc & illam αἱματηρὰν appellari poſſe, hoc diſcriminis ſtatuto, quod una dicatur αἱματηρὰ ob ſanguinis copiam, altera ob qualitatem. Quod autem ea quæ ob qualitatem fit αἱματηρὰ quoque dici poſſit, colligi poteſt ex comment. in aph. 65. 5. Nam dum *Hippocrates* narrat ea ſymptomata quæ contingunt iis quibus circum ulcera tumores fiunt, & derepente evaneſcunt, meminit dyſenteriæ non proprie dictæ, ſed quæ αἱματηρὰ vocatur. Nam ulcera aut partes anticas corporis aut poſticas occupant, tumoreſque iis aſſident aut evaneſcunt. Si in poſticis, convulſiones fiunt tumore diſparente, aut tetani. Si in anticis, inſania, dolor lateris acutus, ſuppuratum, difficultas inteſtinorum: Horum hæc demonſtratio, quia poſteriora nervoſa, anteriora vero venoſa ac arterioſa, ideóque alio loco dictum erat, *Mulieribus rigores ex lumbis magis & ad dorſum, &c.* aphor. 65. 5. Quod contingit & quia pars illa nervoſa & frigida, & facile compaſſionis modo ad principium nervorum affectio fertur, & quia ſubſtantiæ mollioris eſt, facile alterationem ſuſcipit. At partes interiores calidiorem habent temperaturam, ait *Galenus*: Si itaque tumores, præſertim ſi ἐξέρυθροι ſint, evaneſcant in partibus anterioribus, dolores lateris & dyſenteria fiunt αἱματηρὰ, id fit per μετάστασιν, cujus maxime habenda ratio in morbis, an eam dyſenteriam probabile eſt fieri à ſanguinis tantum copia, an vero à ſanguine multo, ſed jam mala qualitate prædito? Si enim nondum contraxiſſet malam qualitatem, non triſtia illa ſymptomata afferret: Ergo credibile eſt illam dyſenteriam a qualitate & quantitate ſanguinis contigiſſe. Sic ex eo loco patet dyſenteriam, a qualitate ſanguinis factam, nullo in inteſtinis concepto ulcere, αἱματηρὰν dici poſſe, non eam quæ a ſanguinis quantitate fit. Utitur enim *Galenus* voce τῆς αἱματηρᾶς δυσεντερίας: Præterea ſæpe hepatici excernunt ſanguinem nullo inteſtinorum ulcerato, tamen non dyſenteria propria, ſed hepatica dicitur dyſenteria, & illa eſt de qua ante dictum, quam *Hippocr.* 1. Prorrhet. vocat ὑπόπλυντον ἐξέρυθρον. *Ballonius conſ.* 53. *lib.* 1.

Observatio XXVI.

Sanguinis dejectio ob cavam gibbámque Hepatis partes cum ventriculo juxta pylorum gladio transfixas.

§. 1. Juvenis ſub imam ſterni ſedem gladio perfoditur, hinc vomitus eorum quæ in ventriculo erant, cruenti vero nihil evomuit, licet diebus ſeptem ſuperviveret, ſed per ſedem ingentem concreti ſanguinis copiam cum fæcibus excrevit. Gibbum cavúmque hepatis, & ventriculus juxta pylorum perforata erant. *Vide lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 2. Andreas N. in dextro hypochondrio punctim vulneratus eſt, hinc vomitus & Dejectiones cruentæ: Non tantum hepatis ſubſtantia ſed & venæ cavæ truncus erat vulneratus. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

Observatio XXVIII.

Hepaticus fluxus à vitio Iecoris, Pancreatis, Cordis, &c.

Homo tres ſeptimanas afflictus complicatis morbis, Hepatici fluxus, lienteriæ, diarrhœæ. Pancreas ſumme durum erat, Splen admodum craſſus, Hepar grande & alicubi lividum, Cor quaſi toſtum. *Vide tit. de Diarrhœa.*

Observatio XXIX.

Teneſmus citra vitium recti inteſtini aut uteri, ortus à vitio tenuium inteſtinorum.

Puellam (*de qua tit. de Hyſtericis aff.*) Teneſmus ad frequentiſſimas ſedes, cum ſummo dolore, & inanes compellebat. Tenuia inteſtina rubicunda erant, velut eryſipelate quodam affecta. Uterus, Inteſtinum rectum nihil vitii præ ſe ferebant.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

TEneſmus eſt cum aſſidua deſidendi cupiditas ſollicitat, citra alias, ſecus ac in dyſenteria, torſiones ſed nihil præter mucoſum quiddam, & ſubcruentum aut purulentum egeritur. Provenit ab ulcere inteſtini recti, quod cauſas habet eaſdem quas dyſenteria, & quæcunque rectum inteſtinum irritare & exulcerare poſſunt. Mucum autem illum viſcidum deducit Nobiliſſ. Dom. D. *Peyer*, tenacem, ſubcruentum, ac aliquando purulentum à *Glandulis Inteſtini recti lenticularibus*, quatenus illæ à ſero acri (quale alias ulcera generare ſolet) in ipſas tranſlato, aut ibidem producto, primo in tumorem attolluntur, mox vero corruptæ in ſaniem abeunt, quæ denudatas inteſtini fibras aſſidue rodendo, atq; ſpiritus è nervis ad anum copioſe proritãdo, crebrum pruriginoſúmque dejiciendi conatum efficit: Unde ſaniei iſtius momentum, ſanguinis (è venulis arteriolíſque arroſis elapſi) ſtriis cruentatum, cum muco inteſtinali, è reliquis glandulis integris ſuppeditato excernitur. Cui moleſtiæ optime anodynis atque traumaticis, alkali ſcatentibus ſuccurritur.

OBSERVATIO XXX.

Perpetuus dejiciendi conatus, ab affectibus vicinarum inteſtino recto partium.

§. 1. ILluſtri Caſaubono pectinis dolor fuit, ac grave ano incumbens pondus, ac inter mejendum exonerandæ alvi cupiditas: Veſicæ corpus adjunctam habebat ἔκφυον, illa majorem, urina plenam. *Vide tit. de mictiode difficili.*

§. 2. M. H. diu minxit urinam aquæ fontis ſimilem, cum continuo egerendi conatu: E veſicæ fundo extractus lapis unciarum quinque & dimidiæ ponderis: *Vide tit. de mictione difficili.*

SCHOLIA.

EGerendi conatu] Inter ſigna latentis in veſica lapidis reponitur Teneſmus ac frequens deſidendi cupiditas, ob conſenſum utriuſque ſphincteris, Uno enim irritato alter in conſenſum trahitur, quandoquidem ramos ab uno eodemque recipiunt nervo.

§. 3. Nob. fœmina gravitatem circa pubem habuit & deſidendi deſiderium: In veſicæ collo magnus & durus aderat lapis: Uterus ſolito grandior impletus erat alba, dura & compacta materia. *Vide tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 4. Mercator (*de quo tit. de Vrina alieno loco excreta*) affligebatur lumborum dolore, urinæ acrimonia, perpetuo Dejiciendi conatu: Sordidum carcinoma ambiebat meatum deſcendentem à veſica in rectum inteſtinum, &c.

SCHOLIA.

REcenſitis cauſis addit *Rondeletius* Pituitam ſalſam, vel lentam retentam circa ſedem. Frigus externum partem illam conſtringens, Inflammationem adenarum, paraſtatatum: nam cum materia acris eſt & mordax, & rectum inteſtinum & penem ſimul afficit. Vermes inteſtini recti: Bilem acrem & mordacem circa illam partem retentam. Fit & à tumore uteri, ut in gravidis, hæmorrhoidibus: conſequitur etiam fæcum inviram & diuturnam retentionem, ab iis enim excretis, inſignis ſupereſt ſedis dolor, cum irrito deſidendi deſiderio, à diuturno, in cohibendis excrementis ſphincteris conatu.

ANATOM.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XII.

De Excrementis alvi præter naturam Eorum per aliena loca & Involuntario exitu.

OBSERVATIO I.

Variegatorum excrementorum dejectio ut plurimum viſceris alicujus vitium ſequitur.

FIUNT nonnunquam Fluxiones vitio alicujus Viſceris, ut inflammatione Hepatis, tumore Lienis, &c. Memini me fluxum quendam diuturnum in multis obſervaſſe, in quo varia, opima, nigra, cœrulea, viridia, ſatis corpulenta excernebantur: Ex quo alios evaſiſſe, ut *Advocatum de la Vergne* & alios vidimus; alios interiiſſe ut *Malicornium*, Peditatus ducem, Fabrum argentarium & alios. *Omnibus fere vitium in viſceribus* & ulcus in poſtremo inteſtino. *D. Datichy*, poſt ſextum annum quo eo morbo laboraverat, interiit, Obſeſſo hepate multis vomicis, ſyderata parte meſenterii. His qui convaluerunt, intervallis idem morbus rediit, vel dyſenterica excrementa. *Hollerius ad cap.41. lib. 1. de morbis internis.*

SCHOLIA.

OMnibus fere vitium in viſceribus] *Hippocr.* lib. de Humoribus verſ. 31. Signa tradit quibus excrementa ab inferna alvo excreta, diſtinguantur ab iis quæ aliunde in ipſam confluunt, & primo tormen adduxit, quod inferiore alvo patiente tardum eſt & molle, ſuperiore vero affecto acutum eſt & vehemens. Demum de iis quæ in alvum non confluunt verba faciens, inquit talia eſſe non ſpumoſa, naturam cruda, frigida, fœtida, ſicca, humida. Dixitque, non ſpumoſa, quia ſpumoſæ dejectiones non ab alvi affectione aliqua producuntur, ſed a deſtillatione a capite in ventrem, juxta aphor. 7. 3. Reliqua vero excrementorum genera in alvo generari poſſe ita notum eſt, ut in hoc confirmando tempus conterendum non ſit: Hæc tamen ita alvi affectæ propria non ſunt, quin aliunde etiam confluere poſſint. Hæc vero protulit *Hippocr.* ut indicaret quotieſcunque diverſa à prædictis dejiciuntur, aliunde ad alvum confluxiſſe, v. g. biliosa, hæc enim alvi male affectæ non ſunt excretiones, ſed ab hepate in alvum confluunt: Ut vero præfatorum excrementorum excretionem ex alvo male habente diſtingueret ab ea quæ fit à confluxu eorundem ad ventrem, uſus eſt *Hippocr.* hoc verbo ῥέπω ſatis proprie, quaſi declino, quæ enim generantur in alvo, per modum inclinationis exeunt: quæ vero aliunde, non item, quando ad eorum excretionem vis major concurrit. *Martianus comm. in l. c.*

Ad illuſtrationem hujus hiſtoriæ adducendum eſt conſilium Excell. *Balloni* ſimili in caſu datum, quod extat lib. 1. conſil. 53. Quidam, *ait*, annos jam octem nunquam excernit quicquam ab alvo niſi cum dolore circum umbilicum, aut paulo ſupra infráve, & quæ ſecedunt corrupta ſunt ſanguinolentáque, diverſi coloris, nec morbus remediis cedit: Decem ante annis dyſenteriam, ut tunc Medicis viſum eſt, paſſus eſt: ab eo tempore, niſi brevibus aliquot intervallis, dolores & excretiones, ut ſic dicam ϛροφώδεις, καὶ πονώδεις non conquieverunt: Viſo homine, nemo tam parum in arte verſatus qui non colligat temperamento bilioſo eſſe: emaciatus eſt, hepar illi ad calidiorem temperiem inclinans, totus venter ambuſtus (ut vocant) denique ϑερμόκοιλος eſt; Sed ſit ita, & fateamur ejuſmodi temperiem ad alendam morbum conferre, propterea tamen non conſtat de ſede ac ſpecie morbi, quis ſit, unde, qui tandiu manente ægro perſeveret: an vitium lienis, an hepatis, an cerebri, an meſenterii; & ſi meſenterii, an ulcus ſit an intemperies. Si ulcus, aut quid ſimile, quomodo tamdiu ſuperfuit, Cur non illa pars ſiderata vitiatáque temporis progreſſu: Denique mirum eſt qui fiat illa liquida ſatis excretio, ἀμετρα, graveolens, tam multiplex (nam ſimul & cruenta, & ſtercoracea, & viridia, & flava excernuntur, quæ nunquam in bene affectis excernuntur) tamdiu poſſit perſeverare. Notum enim eſt illud *Galeni* ad aphor. 21. 4. *Cum excernuntur varia, ſi prava fuerint, deterius ægrus eſſe quam ſi uniuſmodi.* Et ſi varia ſint ac prava, vel αὐτομάτως καὶ συμπτωματικῶς excernuntur, vel vi medicamenti purgantis. Cum αὐτομάτως excernuntur, & excernendi finis non fit, ſed lente ac pigro greſſu, ſignificatur varietas diſpoſitionum malarum in variis partibus: Ac quo plures afficiuntur, eò res ægrorum deteriores ſunt: ut autem lentorem tarditatemque greſſus explicet Hippocr. uſus eſt participio τὰ ἰόντα, quod non ſemel factam excretionem, & ἀϑρόως declarat, ſed ſenſim ac ſenſim fieri: Sed cum artificio Medici, ad imitationem natura comparato, excretio fit talis materiæ pravæ ac multiplicis, tametſi hoc per ſe malum, ex eventu tamen bonum eſt; nam non perennem generationem, ſed congeriem tantum accumulationémque deſignat, quod ii

omnibus morbis diligenter notandum.

Ac cum tandiu prava iſta materia excernatur, ſive nova generetur, ut neceſſe eſt, ſive è ſedibus partium intimis illa, aut pars illius ſecedat, mirum quomodo id fiat, Hepaticum non eſt profluvium, ſive tubtum intelligatur ſive non, quod tanti momenti pars decem-annos non poſſit ita laborare, non quod non afficiatur tandem hepar, Cephalicum eſſe aliquis ſuſpicetur, noo ita tamen ut tota natura profluvii in deſcenſu pituitæ à cerebro conſiſtat, nec eoim dolores illi ad umbilicum conſiſterent, nec propterea cruentum excernerētur, nec tam varia ac putria, Sed ea ratione cephalicum eſſe poteſt, quatenus cum jam partes inferiores affectæ eſſent, ad diuturnitatem fovendam acceſſit capitis opera, mucoſum humorem aut phlegma falſum excernentis in alvum, Huc facit quod de nocte potius ad excernendum æger excitetur, Ac veteres practici diſtinxerunt profluvium ſtomachicum ab hepatico & cerebrali, quod illud interdiu fatigat, hoc, i.e. à cerebro hepateque, de nocte potius ſævire conſueſcat.

Id autem obiter annotare non eſt alienum, an neceſſe ſit ſpumantes eſſe dejectiones ſi à capite occaſio excretionis pendeat, juxta aphor. 3. lib. 7. qui falſus videtur in pleriſque: nam in doloribus colicis excernuntur ſpumantia, & bubulo excremento ſimilia, natantiaque præ contento ſpiritu in aqua, non propterea tamen colligere licet caput hanc ſuppeditare: Sic vinum etſi recentioribus recte quidem in dyſenteriis materia commota, calore æſtuante agitata, ſpumantia dejici: Sed aliis ſignis colligendum caput male habere, ſi grave, laſſatio, ac præſertim mane & veſperi, maxime ſi eam moleſtiam ſentiant inventiculo. Quanquam caput per ſe conſtituitur pituitæ ſedes, quæ in ventriculum illabens profluvia longiora reddit. In ſpumantibus itaque dejectionibus falli non oportet. Etſi autem caput magnum habet momentum ad producenda profluvia, non eſt tameo temere incuſandum nec medicamentis agitandum: *Galenus* autem primus fluorum alvi cauſam unam agnoſcit, ῥεύματος διάθεσιν inteſtinorum (*de qua vide ſcholia ad obſ.* 28. *tit. de Diarrhœa*) quod plurimum confert ad intelligendum id de quo laboramus, qui fiat ut tamdiu profluvium perſeveret; Non itaque dubitatio fuit de illo ægro, quænam potiſſimum pars eſſet incuſanda, Omnes ad Hepar recurrebant, At illud aut intemperie, aut ſolutione continui, aut tota ſubſtantia eſt affectum, Non abs re autem τῇ ὅλῃ οὐσίᾳ dico, non autem μία χροιᾷ, quooiam pars illa, ficut & reliquæ partes afficiuntur, nullo interim indicio manifeſto affectionis, ut ſit temperamenti quædam alienatio: Sed ſit ita, aliqua obſtructione aut tumore laboret hepar, an propterea tactus fidem faciet? at affectus hepatis cognitionem alia arte venandam eſſe tradit *Galenus*: Æger autem nec inflammationem hepatis paſſus erat, nec tumor ullus, tametſi incumbentes muſculi peoe exangues eſſent, percipiebatur. Sed calor qui in eo magnus eſt & acer, plurimum illum fluorem juvit, diſpoſitis male jam inteſtinis, humores corrumpendo, & iis ſaltem acrimoniam attribuendo: Probabilius vero eſt accuſare inteſtioa, io quibus ineſt ῥευματικὴ διάθεσις illa, juvante hepate, nimirum ſeroſum acreſque humores generante: qui ſi inteſtinum integrum eſſet, non ita citareot alvum. Sed hepar generando mittendoque, inteſtinum & corrumpendo, ob malam diſpoſitionem, mutuas tradunt operas ad illum fluorem perpetuandum: Si vitium in illo abſolute fuiſſet, vix tandiu homo ſuperſtitiſſet. Quanquam audivimus de Conſule Pariſienſi, qui hepatis profluvio bilioſo ſex annos vexatus eſt, & nullis remediis allevatus eſt. Quod autem huic noſtro ægro inteſtinum male affectum ſit, colligere poſſumus ex antecedentibus, nam aliquando dyſenteria vera laboravit, & cum medicorum judicio ea male curata eſſet, ab eo tempore ſuperfuit reſtitque illud quodammodo dyſentericum profluvium. Quanquam ad Meſaræon poteſt ſæpe longi fluoris occaſio referri. Nos enim ſex menſium ſpatio fluorem patientes vidimus, qui non hepatica cephalicaque excernebant, ſed meſenterica, ut ſic loquebamur. *Ballonius lib.* 1. *conſ.* 53. De fluore meſenterico *vide plura ex eodem ſcholiis ad Obſervationem* 5. *ſection. x. de Diarrhœa.*

Opima] Pinguia, viſcida, lenta: *Hippocr.* 4. Epidem. à Famula dyſenterica electro ſimilia, ſubviſcoſa excreta eſſe ait. Erat, *explicante Valleſio*, ſeceſſus, lentus, craſſus, albus, particeps cujuſdam exigui palloris, tale enim eſt Electrum ſeu Succinum.

Opima] *Rolfinkius* conſult. iij. lib. viij. pro hypochondriaco, refert ab eo excerni pinguia ... materiam inſtar ſevi, vel ſebaceam. Unde ... *ait*, ... quirendum, Nonnulli alimentis pinguibus aſſueti pris, & in inteſtinis, inpri . is i... co.o congloba- tis, & appulſu acris materiæ abſter.us ea auferebunt. Verum nec frequens, nec copioſa, nec diuturna, nec cum moleſtia juncta eſt hæc excretio: Nonnulli ex glandulis meſenterii excerni putabant, quæ nonnunquam intumeſcunt in ſteatomata. Sed licet verum ſit meſenterium eſſe ſentinam totius corporis, variaque excrementa ibi coacervari queant, non liquet tamen quomodo in cavum inteſtinorum perveniant. Probabilis eſt ea ſententia fuiſſe colliquatorum ichorum illic coacervatorum concretionem. *Hactenus Rolfinkius.* Probabilius eſt, quandoquidem conſtat Lympham, quæ primo ortu tenuis eſt, limpida & fluida, poſtmodum craſſeſcit extravaſata, & in gelatinam concreſcit, tandem dura ſteatomatica fit, quod *Paulus Barbette* in practica animadvertit, lib. 2. cap. 4. materiam iſtam ſebaceam à Lympha ortum duxiſſe. Ipſum etiam ſanguinis ſerum, patinæ impoſitum, ſuppoſito igne leni craſſeſcit, qua de cauſa *Barbatus* aliique alendi vim illi aſſignant. In coryza humor qui tenuiſſimus è naribus initio effluit, maturatione craſſitiem adipiſcitur, Quod è naſo hyeme limpidum ſtillat, æſtate in cutiam abiit, interioribus naribus adhærentem Ac ulcera ichores tenues fundunt, cruſtæ itidem ea velanti materiam ſuppeditantia.

Varia] Variis & monſtroſis per alvum excretis accenſendi *Globuli mēbrana obducti*, de quibus *Oetheus* apud *Schenckium*: Cum natus eſſet, *inquit* mihi Filius, iſque ultra tres menſes non fuiſſet progreſſus, incidit hic io graviſſimos, eoque continuos dolores, quibus ita conficiebatur ut fere de ſalute eſſet deſperatum. Huic cum tribus diebus continuis caſſiam cum betonicæ ſyrupo miſtam præbuiſſem, tandem excrevit globulos plurimos, intus putrida & ſanioſa materia refertos, externus vero membrana quadam obductos, ac ſic præter opinionem, Dei benignitate conatum noſtrum juvante, ſanitati reſtitutus eſt: *Hac Oetheus. Veſica* quoque & *cyſtides* invicem connexas, humorem, qualem

qualem atheromata continentes, magnitudine varias, quaſdam ovo columbino æquales, majores minores, tanto numero vt capacem patinam implere collectæ potuiſſent, excretas ſcio ab Aromatopola Genevenſi *Domino Savonrnin*, anno 166a. Non per alvum, ſed per os ſimillimos globulos longo tempore excluſit Sartor Genevenſis, natione Germanus, cui nomen *Hem* anno 1670. qui ab aſſumpto generoſo emetico, ab Italo Medicaſtro exhibito paucis poſt horis interiit, Horum globulorum & cyſtidum originem Excell. *Th. Bartholinus* Epiſtola 88. cent. 4. à meſenterio repetit, Quem autem locum *ait*, in meſenterio occuparint ſacculi illi, vel quomodo abrumpi & excerni potuerint, Oedipo non Davo opus erit: Oedipus erit hoc in negotio Vir Nobiliſſ. & Eruditiſſ. Dom. *Ioh. Conradus Peyer* lib. de *Glandulis Inteſtinorum*, quarum hiſtoriam vide Sectione x. Obſervat. 4. hujus libri. Ad extremum *ait* coronidis loco, ut plenius quæ de Glandulis inteſtinorum toto hoc commentario prodita ſunt, illuſtrentur, illáſque revera dari, & multis interdum variiſque malis affici deinceps nemo ſit qui ambigat, hiſtoriam unam aut alterum *Caruncularum* alvo excretarum ſubtexemus: A viro Excell. D. D. *Ioh. Rudolpho Burkardo*, Medic. profeſſore in Acad. Baſileenſi Clariſſ. accepi, Puero cuidam ſe medicinam feciſſe, qui præviis alvi torminibus carunculam ſubrubentem, & vaſis ſanguiferis inſtructam, figura phaſeoli, & magnitudine nucis moſchatæ per anum excreverit, ſicque integram ſanitatem recuperaverit. Quid hoc *Caruncula* erat quam ejuſmodi Glandula, ob ſerum in ea coagulatum, atque temporis tractu in carneam aliquam maſſam compactum, præternaturali magnitudine affecta? Hæc enim mole ſua in cavitatem inteſtini protuberans, cum viæ remoram non parvam interponeret, factum ut ab excrementis vi pertranſeuntibus ſenſim, velut ex arbore pomum, decuteretur; à qua vellicatione tormina inprimis nata videntur: Tandem vero Glandula iſta Torminum procreatrice penitus avulſa ac excreta, puellus integre convaluit: Huic genuinam habent obſervationem *Ephemerides Naturæ curioſorum in Germania* anno ij. p. 346. à Dn. *Ehrenfrid Hagendorn* profectam, de juvene, febre ἐπιδημικῶς tunc graſſante cum hæmorrhagia narium, dyſpnœa, leipothymia &c. correpto, cui datum poſt bezoartica laxativum, ex alvo diu obſtructa *Glandulas duodecim* inſtar nucis myriſticæ, catenatim ſibi connexas deturbavit, ægro valetudini poſt paulo integræ reſtituto: Hic quoque ratiocinium non eſt longius petendum: ut enim in puelli prioris inteſtinis, unica tantum glandula tumore fuit corrupta, atque tormina non prius ceſſatura quam Glandula excerneretur, peperit. Ita probabile eſt in iſto juvene integrum plexum è duodecim Glandulis invicem cohærentibus compoſitum, augmenta præter naturam ſumſiſſe: Quapropter caruncularum iſtarum, ceu totidem obicum interpoſitione, alvus tamdiu occluſa fuit, donec eadem repagulis iſtis, vi pharmacorum & contentorum impetu ſolutis ac amotis, cum ægri ſalute recluderetur: Utrum vero Glandulæ hæ tumefactæ febri priores fuerint, atque ſymptomatibus ex ea natis anſam dederint. An demum à ſeri portione, prævio incendio febrili corrupta, plexibúſque inteſtinorum glanduloſis impacta, ac in iis veluti coagulari, in id magnitudis auctæ fuerint? id hoc loco determinare non eſt opus.

Observatio II.

Dejectio variegata à corruptione omnium viſcerum.

CUidam utrumque hypochondrium contentum, plurima per alvum dejiciebat fœtentia, porracea, nigra, &c. Omnia viſcera marcore confecta & abſceſſu putria inventa ſunt. *Vide tit. de Febribus lib. 4.*

SCHOLIA.

P*Lurima, porracea, nigra, &c.*] Quæ Dejectiones deteriores ſunt, variæ an ſimplices? Videntur deteriores eſſe variæ, quia multiplicium excrementorum redundantiam ſignificant. Certe non poteſt hoc ſine diſtinctione dici, Neutræ enim ſunt ſimpliciter meliores. Sed dejectiones ſinceræ ſunt, quædam quia non habent manifeſtam alterius generis permiſtionem, aut tantum billioſæ: quædam, quia à ſuo etiam ſero ſunt depuratæ, ut quæ dicuntur bilioſæ ſinceræ, ut vitellinæ & æruginoſæ: Variæ ſunt, aut ex tantum malis, ut ex ſimpliciter crudis & viliofis; aut ex peſſimis, ut ſunt opima, nigra, fœtida & cruenta: Quæ variæ & peſſimæ ſunt, omnium ſane peſſimæ, ut dicitur in Prognoſtico; & aphor. 21.4. Quæ variæ ex tantum malis aut crudis, pejores ſunt unica ſincera non omnino pura, quia multitudinem excrementorum ſignificant; ſed minus malæ quæ in unica ſincera ſecundo modo, quia talis admodum mala eſt, & vituperatur aphor. 7. 7. ubi dicitur *meraca alvi egeſtiones mala* *Valleſius 2. Epid. ſect. 2. p. 114.*

Plurima dejiciebat porracea, nigra, &c.] Hippoc. citato loco excrementorum *mutationes prodeſſe ait, niſi in priora mutentur, velut accidit in vomitibus qui ſumpto in febribus medicamenta fiunt, & in meraciora deſinunt, quia putrefactionem ſignificant:* ut autem in aphor. 14. 2. dicitur, In alvi fluxionibus mutationes dejectionum juvant, niſi ad prava mutatio fiat. Id cum in ſpontinis fluxionibus verum ſit, tum multo magis in iis quæ pharmaco accepto fiunt. Nam ſi quam ſignificationem malam præſtare poteſt dejectionum varietas, multorum & diverſorum excrementorũ, hanc minuit pharmacum: Nam ne pravę quidem & variæ excretiones, quæ accepto pharmaco fiunt, adeo malę ſunt ut aphor. 21. 4. dicitur. Si ergo varietas in peſſimis, quia ſponte facta, mala eſt, facta cũ pharmaco eſt minus mala: varietas in minus malis, quæ ut cauſa prodeſt, & ut ſignum mala eſt, quam unica admodum ſincera perſeverans, cum pharmaco proderit multo magis quam ſine illo, juxta aph. 7. 7. ubi dicitur *meraca alvi egeſtiones mala*, In quam etiam ſententiam, cauſam ſimul reddens, ſupra dicit mutationes

excrementorum finiri in unam ſpeciem meraciotis excrementi, grave eſt, quia ſignificat putrefactionem; id eſt, magnam excrementorum corruptionem & magnam vim & fortitudinem cauſæ corrumpentis. Nam in quacunque actione naturali, cum omnes materiæ partes in unam ſpeciem trahuntur, magna effectricis cauſæ potentia ſignificatur. Nam cum ea eſt minor, diverſa gignuntur ſecundum conditionem materiæ. Igitur unicam talem dejectionem perſeverare, deterius ſignum eſt quam mutationes fieri & non ita juvat, quia non tam fit natura corpus perpurgante quam ob putrefactionem, quod Dexippo (& huic) contigit. *Valleſius ibid.*

Notandum autem quod monet *Walæus* in ſua med. meth. colores excrementorum non natura eſſe in humoribus, ſed illos à medicamentis provenire; quemadmodum etiam ab aſſumpto ſulphure magis & præter morem excrementa fœtant. Hinc explicatiu aphor. 21. 4. peti poteſt, quia valetudinariorum ſpontina dejectio plures partes in vitio eſſe ſignificat, & plures affectiones contra naturam in corpore.

Fœtentia] Excrementa alvi fœtida ob putredinem talia fieri notum eſt, idque duplici ratione, tum quia portio putridi humoris à venis ad alvum tranſmiſſi, ipſis excrementis admiſcetur, indeque fœtorem contrahunt; Et propter hanc cauſam in malignis febribus, quæ ab humorum putredine vera ortum ducunt, alvi excretiones fœtent, tum quia ipſamet excrementa in alvo putreſcunt: *Hippocr.* vero lib. 2. *Humoribus verſ.* 33. ſigna tradit quibus fœtur excrementorum in alvo putrefactorum diſtinguatur ab eo qui aliunde provenit, hoc eſt, à putredine humorum in venis ſtabulantium, Ubi primo loco proponit Sitim quæ antea non adfuerit, ſed in ipſo eorum egreſſu compareat, nullaque præceſſerit cauſa quæ Sitim excitare potuerit, ſive æſtus, ſive alia: cujus quidem ſigni ratio à cauſa fœtoris dependet. quæ quoties à corruptione, ſeu putrefactione pendet ingeſtorum in alvo, hanc à calore circa ventrem [illegible] oriri neceſſe, quo poſito ſitim ſubſequi neceſſe eſt quæ ante putrefactionem non aderat: Si vero fœtor à putredine maligna venoſum genus occupante oritur, aut nulla adeſt ſitis, aut ratione febris adeſt prius quam putredo induceretur: per putredinem enim humores [illegible] [illegible] non acquirunt, ut ſitis ſuperveniat quæ antea non adfuerit: quando oppoſitum obſervatur [illegible], videmus enim ſimplices febres, [illegible] [illegible] per ſe ferentes, putredine accedente,

propter quam malignæ evadunt, ſtatim mitiores fieri, ſitim ſedari, æſtúmque & alia omnia accidentia remitti, quæ à calore dependent: unde *Galenus* 5°. *Simpl.* hujuſmodi febres calore non admodum urentes eſſe adnotavit: Quoniam vero febres raro à principio putredinem hanc adjunctam habent, ſed tantummodo morbi progreſſu, quando humores à febrili calore corrupti, propriis ſpiritibus privantur, naturæque imperio deſtituti putreſcunt, eorum inſtar qui è proprio receptaculo exeunt, inde fit ut in febribus Sitis urgeat plerúmque antequam fœtor excrementorum appareat, qui malignæ putredinis ſit ſoboles. *Neque æſtus*, ſubjungit Hippocr. *neque alia cauſa adſit quæ potuerit ſitim inducere*: ita enim Sitis erit ſignum fœtorem excrementorum ad inferiorem ventrem referendum eſſe, non ad malignam putredinem aut aliam cauſam. Huic ſigno aliud addidit, quo dictorum excrementorum fœtoris cauſa diſtingui poterit, videlicet vrina, qualis ſecundum naturam eſſe ſolet: hæc quippe in excretione fœtidorum à maligna putredine immutatur: in alvi putredine nequaquam. *Proſper Martianus comm. in citatum locum.* Allatis autem cauſis, quæ fœtorem excrementis conciliant, aliam efficaciſſimam adjunge, ipſorum ſcil. viſcerum putredinem, eorúmque ſubſtantiæ corruptionem.

Porracea, nigra] Dejectiones nigræ, cujuſmodi eſt ſanguis niger, quæ ultro diffluunt, tum ſi cum febre, tum ſi ſine febre calamitoſæ, Et quo plures dejectionum colores deteriores fuerint, eo calamitoſius. *Hippocr.* aph. 21. 4. Nigræ, hoc eſt, interprete *Heurnio*, dejectiones quibus humor melancholicus, niger & fæculentus dejicitur. Qui quoniam propriæ ſubſtantiæ corruptione in vitio eſt, nunquam concreſcit extra propria conceptacula effuſus, Calamitoſa autem eſt dejectio, quod indomiti humoris ſpeciem, & partium ſingulare vitium præ ſe ferant, & fractas naturæ vires arguant, ac retentricis facultatis ignaviam oſtendant, viſceris illius unde dimanant: ac pravam viſcere qualitatem conceptam denuntiant: Adeo ut tollas licet humorem vitioſum, viſceris tamen generantis illud malum elui nequit, unde perennis generatio illius humoris, unde toto fere morbi tempore prodeunt. Et quo plures dejectionum colores, virides, lividi, cinerei, & dejectiones rufæ, vitellinæ, eo res ægri pejore ſunt loco, nam plures partes in vitio ſunt, ac plurium affectionum, quæ contra naturam ſunt in corpore, ſymptomata ſunt, partium unde manant calamitatem arguunt, & partibus, per quas feruntur, calamitoſæ ſunt.

Observatio III.

Dejectiones bilioſæ, liquidæ ob inflammatione Iecoris in gangrenam deſinente.

FAmulus N. per annum dolore hypochondrii dextri conficiebatur cum febre, alvo modo adſtricta modo admodum liquida, & plurima bilioſa, liquationis inſtar egerens Hepar erat durum, magnum, albicans circa ventriculum: gibba parte prope coſtas nodus nigrum, plumbeum, &c. *Vide tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

L[illegible] *plurima bilioſa*] Qui juxta Medicinæ [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], [illegible], hypochondrium [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] & [illegible], [illegible] [illegible]

[illegible]: Omnia enim ſigna [illegible] humorum [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] non omnes acutos morbos [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] per [illegible] [illegible] [illegible]; [illegible]: Quoniam vero [illegible] [illegible]

excrementa ſunt in nobis, bilioſa & ſeroſa addit ἄχολα, id eſt, minime bilioſa, ſed ὑδατώδη, id eſt aquoſa: Hypochondrium autem quod illi erat tactui cedens & gibbum, i. e. molle & diſtentum quod aquoſæ (cum flatuoſa forte) materiæ redundantiam ſignificabat) huic durum fuit, ob Jecoris inflammationem, à quo multa genita bilis ſero permixta. Quales dejectiones ab Hippocrate ibidem annotatæ, *Dejectiones*, ait, *aquoſa cum ſub dio expoſita eſſent, ſuperne leves & tenues, valde ſimiles bili iſatodi, inferne vero ſubſidentiam habuerunt*, Significabat *ait Valleſius in comm.* hoc tenue & leve, iſatidi ſimile, bilem cum aqua deſcendere; nimirum ut in urinis repoſitis ſeparatur inferne ſubſidentia, & ſuperne quiddam tenuiſſimæ telæ arenearum ſimile, læve & tenue, ita in pleriſque dejectionibus aquoſis. Refert vero id quod ſeparabatur id quod in iis latitabat.

Observatio IV.

Dejectiones cineritiæ, fœtidæ, à meſenterio omnino ſcirrhoſo ortæ.

NOb. Vir pondus in ſtomachi ſentiebat fundo, ructus habebat fœtidos, flatus vagos murmurantes, Dejectiones cineritias, fœtidas, & ſæpius diarrhœas æmulantes. Illius meſenterium totum ſcirrhoſum & lapidoſum quaſi, In cujus venulis ſanguis ater, ſeroſus videbatur, &c. *Vide lib. 1. tit. de melancholia.*

Observatio V.

Chyloſa dejectio à meſenterio ſcirrhoſis tumoribus referto, &c.

PUella 14. ann. penitus extabefacta obiit, Excrementa quotidie bis terve liquida & chylo miſta excernebat: Repeti meſenterium undique refertum tumoribus duris, atque ſtearomatibus, præcipue circa vaſa & venas quæ ad portam protendunt: hinc chylus per meſenterium & portam ad Hepar pervenire & per reliquum corpus diſtribui non potuit. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

Observatio VI.

Fluxus varius Meſenterii abſceſſum ſequutus.

ANno 1626. Julii 25. Franciſcus Caſtellus, Patavinus Chirurgus dexterrimus, ad ſenium vergens, temperamenti bilioſi, anno ſuperiore menſes decem Fluxu hepatico implicitus, continuo ſucci cichorii & abſynthii uſu, cum maſtiche & rhabarbaro reſtitutus, nunc initio ſanioſa, deinde bilioſa & pituitoſa con dolore viriúmque debilitate reddidit: Fæces, præter eas quæ clyſteribus evocatæ, nihil puris habebant: urinæ conſtitutio naturalis: *Pompeius Caimus* putabat eſſe Jecoris ἀτονίαν ſive infirmitatem, ex qua chylus ita crudus ad inteſtina remearet: *Ioannes Prevotius* credidit meſenterii abſceſſum eſſe: Nec abſouum eo rupto, loco nempe interiore, nullam perſenſiſſe febrem, à quá, ut & à torminibus, plane immunis erat: Recte divinaſſe docuit eventus, quum paulo poſt is medio exceſſiſſet. *Ioh. Rhodius cent. 3. obſervat. 95.*

Scholia.

M*Enſes decem fluxu Hepatico*] *Benedicto Silvatico* oblata eſt mulier à decennio paſſa tumorem in dextro hypochondrio, progreſſu temporis ſuppuratum, cum excretione materiæ ſanioſæ, fœtidæ, copioſæ, fere ſemper per alvum, quandoque etiam vomitum Tumorem illum præteritum cenſuit non potuiſſe eſſe hepatis, quia viſcus princeps, ſanguificationi deſtinatum, tandiu tumorem illum abſque inſigni labefactione calidi innati tolerare non potuiſſet, Addit quod febrem habuiſſet comitem, cum macie totius & menſtruorum ſuppreſſione: Ideóque cenſet tumorem illum in meſenterio genitum fuiſſe, quod ſæpius ſit ſentina multorum excrementorum, atque obtuſi ſenſus cum ſit, diutinas tolerat affectiones, & in quo non raro ſuboriuntur apoſtemata ſuppurantia, qualia frequentiſſime ab eo fuerunt obſervata, quæ tandem ſubſidebant per dejectiones purulentas, iterúmque ſtatutis temporibus recurrebant, & obliteſcebant denuo per ſimiles dejectiones, non raro cruentas, ita ut impoſuerint quibuſdam, illas pro dyſentericis habentibus: *Vide conſult. 87. cent. 2.*

Observatio VII.

Alvi profluvium albicans à vitio jecoris excitatum.

§. 1. PUer Ictericus alvi profluvio albicante laboravit: vitioſum erat Hepar & velut ὑπόχλωρον. *Vide tit. de Ictero.*

§. 2. Fœmina ſi quando fæces deponeret, albidæ illæ erant: Hepar erat durum & folliculum fellis exhibebat in ſeſe collapſum & fere totum conſumptum. *Vide Tit. de alvo adſtricta.*

SCHOLIA.

Æces albæ, ſi ſimul alvus adſtricta, obſtructionem cyſtidis felleæ, vel ejus meatuum oſtendunt, ex ilis defectu quæ fæces colore flavo vel rufo tingere olet, ac facultatem expultricem inteſtinorum laceſſere: Notandum autem obſtructionem illam aut meatuum occluſionem, obſidere poſſe non modo ductus qui ad inteſtina tendunt, ſed & eos qui in jecore ad cyſtin & meatus choledochos: Poteſt & fieri ut hepar debile vel non generet bilem, vel genitam non excernat.

Observatio VIII.

Tenuium & aqueorum Dejectio ob infarctum coli inteſtini.

IOh. N. nihil niſi liquida aſſumebat, cum ventris dolore: quæ alvo excernebat aquea erant & velut filtrata, Colon fartum erat & omnino repletum nucleis ceraſorum & prunorum. *Vide tit. de ventris dolore.*

Observatio IX.

Dejectio purulenta à pulmonibus & meſenterio.

REx Chriſtianiſſ. Ludovicus XIII. fluxu purulento tabeſcens obiit. In eo deprehenſus pulmo in purulentiam abjiſſe, hepar exſuccum, meſentetium & colon pure diffluens. *Lyonnettus de morbis hæreditariis p. 79.*

SCHOLIA.

AFfectus initium in abdomine fuit, at obſcurum quomodo illius vitia ad pulmones fuerint traducta: Communes viæ notæ, de alia ξύῤῥοια an ſit cogitandum neſcire cogor: *Merletus* vester puris in tuſſientibus exſcreatum ex inferioribus deducit, ſed vias ignorat: In avibus res expedita, in quibus pervius commeatus inter thoracem & ventrem infimum patet. *Th. Bartholinus cent. 4. Epiſt. 99.*

Fluxu tabeſcens obiit] Pulmonum & thoracis affectionibus alvi dejectiones inutiliter ac nonnunquam exitialiter ſuccedunt.: Tenuia ſcil. tranſcolantur in ventrem, craſſa intra thoracem hærent, & facultate ſoluta morbo non ſoluto mors accedit: Quia à thorace in ventrem expedita via non eſt, & ea pars debilitatem omnium minime poteſt ſuſtinere, quia indiget motu vehementi, & ob alterum non purgatur, ob alterum facultate cito deſtituitur. *Valleſius 5. Epidem. p. m. 582.*

Observatio X.

Dejectio purulenta à meſenterii abſceſſibus producta.

LOngæ moleſtæque ægritudinis in Nobiliſſimo Viro, nuper defuncto compendium faciam. Abſceſſibus ſcatebat meſenrerium à longo viſcerum vitio, nativa diſpoſirione, continuatis ſtudiis, & obſtructis hæmorrhoidibus: Continuo pet alvum purulentam materiam excrevit, ſubinde eandem per lorium, ut jurares renes eſſe offenſos: ſemper tamen fæces alvinæ puræ prodiere, unde extra inteſtinum rectum, cujus ſphincter dolebat, & exiguo foramine tuberculi parebat, ſedem affectam ſuſpicabamur. Nempe glandulæ meſenrerii apoſtemata congeſſeranr, quibus maturis tuptíſque pus eructabatur: remittebant ſubinde dolores expurgato copioſe pure, ſed coacervata materia & ad ſuppurationem maturante, dolores & febris in dies ſingulos oriebantur, ex Coï præſagio, túmque pure ad librarum pondus prodeunre, levabatur, donec idem malum quaſi per circulum rediret: Tormina circa umbilicum, & ruptio quaſi veſiculæ in abdomine ante ſentiebantur quàm pus efflueret: Dolorum, puris, parientiæ ægri conſtantis nullus modus. Omnium remediorum ſucceſſum perrinax malum & locus abſtruſior fruſtrabatut, oneratis vexatiſque ita interioribus, natura tandem copiá preſſa puris exitum moliebatur. Inter os ſacrum & coxendicis, in muſculis femoris, ruberculum ortum, quo aperto pus copioſum effluxir: hinc pertingebanr dolores ad ſcapulam ejuſdem lateris ſiniſtram, forſan per lacteum thoracicum ex abdomine ad axillas protenſum, &c. Puris effluvium demum cum vita ceſſarunr. *Th. Bartholinus centur. iv. hiſtor. 96.*

Observatio XI.

Dejectiones purulentæ à putri Meſaræo manantes.

DOmina N. poſt excretionem bilioſorum ſequuta ſunt purulenta, quæ à putri meſaræo manarunt. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

PUtri Meſaræo] A prægreſſa vomica pus ſi erumpat in alvum, meliori loco ſunt res ægri: Pus aliò ſi eructetur, neque meatum aliquem excretioni idoneum repetiat, hypochondriacus, aut colicæ ſimilis affectus non raro oboritur: Sin vero in abdominis capacitatem, ſeu intermedium membranarum Meſenterii ſpatium eruperit, tunc fomitem putredinis extemplo concipit, membra vicina virore inficit, vel acredine erodit, nihil non corruptela ſua polluit, & malorum graviſſimorum, cumprimis vero ſphaceli author eſt. *Iacotius comm. ad aph. 9. Hippocr. lib. 3. coacar.* Purulenta autem in prædicto Dom. quanquam viam per alvum nacta ſint, putre tamen Meſaræum fidem facit partem purulentiæ in cavitatem abdominis decubuiſſe: Sanies verò Meſenterii, juxta *Avicennam* lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 11. diſcernitur ab illa quæ ab hepate defluit, eo quod hanc ad rubedinem vergere, ſanguinemque corruptum indidem admixtum habere conſtat: Illam autem ad albedinem, vel citrinum inclinare colorem ſenſus arguat.

A Meſaræo manarunt] Pus per alvum interdum dejicitur, idque ex partibus vicinis, ut cavo hepatis, vel abſceſſu aliquo in meſenterio latente facile fieri poteſt: Hoc vero admiratione dignum eſt quod etiam à partibus remotis, ut artubus, materia per alvum evacuatur, id quod Comiti *Mansfeldiano*, tormento manuali ad ſiniſtri cubiti articulum vulnerato accidiſſe refert *Paréus* lib. 10. cap. 12. Ægro enim diarrhœa ſupervenit, qua purulentam & fœtidam ſaniem, à brachio & vulnere manantem reddebat; Idem etiam aliis duobus accidiſſe teſtatur lib. 16. cap. 49. Neque hoc impoſſibile eſt: Si enim in febribus natura ſponte ſæpe, tum etiam medicamentis irritata, in aliis membris vitioſos humores, in vena cava paſſim latitantes, à bonis humoribus ſeparare, eóſque per ventrem evacuare poteſt, cur non etiam ſaniem a magnis vulneribus in proximas venas ſeſe inſinuantem per alvum expellere poſſit? *Sennertus pract. lib. 3. part. 2. ſect. 2. cap. 7.* Humorum autem transfuſio, ſeu μεταχύσεως *Galeno* ignota non eſt, quam lib. de *Plenitudine* cap. 11. craſſis & glutinoſis humoribus intra venas collectis non facilem eſſe ait: Puri autem, tenuitatis & mobilitatis ratione liber eſt excurſus in partes etiam diſſitiſſimas: Eam autem transfuſionem non à venis ſolum in arterias & viciſſim fieri ſtatuit ſed ab iis in nervos, ut ab his in illas, 6. enim aphot. 26. *Sicuti* (ait) *in febre ardente translatio, ſic in omni alia febre poteſt fieri, & omnino ex arteriis & venis ad nervos transfluxus humorum, ſicut rurſus ex nervis ad has.* Quod ſi ex nervis, etiam ab artubus, in loco remoto, mediante ſanguinis circulatione, quæ ad habitum uſque corporis pertingit, cui ſunt arteriæ & venæ, harum autem (*venarum*) munus eſt alimentum cutis & ſubjacentium partium, ſuperfluum à nutritione, ad cavæ ramos majores, truncúmque ipſum revehere; ac ſimul pus obvium, quod a natura ſecretum ad excretionum loca amandatur. *De puris excretione per alvum ex ulcere brachii vide Silvaticum cent. 2. conſult.* 89. De purulentis per alvum dejectionibus conſule *Sennertum* lib. 3. p. 2. ſect. 2. c. 7.

OBSERVATIO XII.

Purulenta Dejectio ab abſceſſu Pleuræ.

EMpyematicus latetis apertionem recuſavit: Pus ab apoſtemate in pleura & muſculis intereoſtalibus, diaphragma corroſit, hinc inteſtinum rectum perforans, ventriculi & inteſtinorum tunicarum exteriorum ductum ſequutum, una cum excrementis fotas prodibat. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.*

OBSERVATIO XIII.

Puris dejectio à vomica in Hepate.

CUidam febris, dolor ſupra regionem hepatis, diarrhœa, dyſenteria, tandem Puris graveolentis copioſa per alvum dejectio. Vomica in hepate, cum maxima puris coacervatione reperta eſt. *Vide lib. 2. tit. de Laterum dolore.*

OBSERVATIO XIV.

Puris per anum & vulvam excretio, ob fiſtulam in collo uteri ad anum pervenientem.

VXor N. pus per anum & collum matricis quandoque excrevit. Aperto collo matricis, comperi fiſtulas duas ad anum vergentes, ita ut excrementa tenuiora poſſent ad collum uteri pervenire. *Vide tit. de ventris tumore.*

OBSERVATIO XV.

Nigrorum dejectio à quodam facta cui Pancreas ſcirrhoſum repertum eſt.

PAncreas aliquando in ſcirrhum abit: ab eo ſi comprimitur vas breve, humor melancholicus in ventriculum & inteſtina remeat: hinc Dejectio nigra, quod vidi ex filio N. *Vide tit. de Vomitu.*

S C H O L I A.

OMnem atram & æruginoſam bilem à ſucco Pancreatico acidiore deducit *Regn. de Graaf* Tractatu de eo ſucco, cap. 8. Quia nonnunquam *ais*, vel acidum ſpirant, vel pelvi æneæ, aut manitulæ ſtanneæ infuſa ipſam corrodunt atque manifeſtam efferveſcentiam excitant, quam nonniſi ab acidis contingere poſſe nemo non novit, qui Chymiam tantummodo à limine ſalutavit: Unde ſuum cogentur fateri errorem qui omnem Bilem atram vomitu, aut alvi dejectione prodeuntem è fellis folliculo vel Liene prodiiſſe affirmarunt: Hæc omnia non parum confirmantur ſequenti experimento aliquando à nobis in cane inſtituto, In cujus vivi ſectione, aperto inteſtino duodeno, repetimus ex atro viriſcentem liquorem, qualem nobis veteres atram bilem deſcripſerunt, cujus intimam cognitionem ut aſſequeremur, omnes vias per quas aliquid ad inteſtinum illud transferri poſſet ſedulo examinavimus, Et cum præter Ductum bilarium, Pancreaticum & Ventriculum, nulla unquam viſu perceptibilis via aſſignata ſit, per quam notabilis humorum quantitas inteſtinis ſuppeditatur, judicavimus in una ex illis ejus mineram deliteſcere, quapropter ſingulas illas vias examinavimus, Et in prima inveni Bilem naturaliter conſtitutam, hoc eſt ex viridi flaveſcentem: In ſecunda obſervavimus ſuccum Pancreaticum inſtar aquæ ſtillatitiæ limpidiſſimum: In tertia alimenta ſemicruda, & colorem ex albo cineritium habentia notavimus: Cum itaque nec Hepar, nec Pancreas neque etiam Ventriculus Atram illam Bilem ad inteſtinum hoc demandaſſet, ſuſpicati cœpimus annon ex duorum vel trium illorum humorum ſibi invicem promixtorum unione Atra bilis illa emergeret: De qua re ut certiores evaderemus, Bili è veſicula ſua eductæ ſpiritum vitrioli affudimus, atque ſimul juncta in Solis æſtu collocavimus, unde talis fere ex atro vireſcens liquor excitatus eſt, qualem primo in tenui inteſtino inveneramus: Hinc concluſimus prædictum humorem, Atram bilem appellatum, non ex hac aut illa parte promanaſſe, ſed in duodeno inteſtino genitam fuiſſe: quatenus ſcil. bilis color naturalis ab acidioris ſucci Pancreatici concurſu in atrum ad viridem flectentem immutatus fuit.

Pancreas aliquando in ſcirrhum abit, ab eo ſi comprimitur) Scirrhoſam ſubſtantiam, lapidibus refertam, & ingentem molem ſi acquiſiverit Pancreas, loco quo vaſa ſanguinea, ut quidam volunt, ne à vertebris vel aliis partibus lædantur, defendet, ipſa graviter comprimendo afficiet, & impediet ſanguinis motum circularem, unde variæ oriuntur inflammationes, diſtenſiones, obſtructiones, & alia quæ communem viſcerum uſum impedire apta nata ſunt: Præterea mole ſua etiam ventriculum comprimendo, ab officio ſuo non parum impediet; Quando vero inflammatum aut apoſtematum eſt, eadem ferè cauſabit incommoda ac reliqua viſcera eodem modo infecta. *Idem de Graaf de Succo Pancreatico cap.* 8.

Observatio XVI.

Nigrorum, vel ſanguinis dejectio, ab Hepate vel Liene tranſmiſſorum &c.

§. 1. HErmannus N. ſenſit circa Hepar vehementes dolores, perpetuo Nigra dejecit. Hepar circa lobos extremos valde nigricans videbatur, Itidem & Ren dexter, Splen quoque vehementer ea parte qua alligatur, nigricabat, Inteſtina prorſus lívida, propter contenta ſimilia excretis. *Vide tit. de Singultu.*

§. 2. Quidam conqueſtus de doloribus ſiniſtri hypochondrii, poſt excrevit cum alvi fœcibus, & ſine iis, ſanguinis atri copiam & fruſta carniformia: Repertus eſt Lien extus integer, intus inſtar amurcæ. *Vide tit. de Hypochond. dolore.*

§. 3. In quodam qui rejectione ſanguinis per ſuperiora & inferiora, à Liene prodeuntis interiit, deprehendi vas Breve minimi digiti magnitudine latum & in ventriculum adapertum. *Vide tit. de Vomitu.*

§. 4. Vir melancholicus, Scorbuticus, ſubito ſanguinem vomuit, cum dejectionibus nigris, picis inſtar: Ventriculus & inteſtina atramento quaſi ſutorio oblinita, Jecur ſcirrhoſum per totum tuberoſum. *Vide tit. de Scorbuto.*

S C H O L I A.

ACcidit ut plane nigra per alvum dejiciantur: *Petrus Salius Diverſus* tamen Monet Medicos ne ſemper ejuſmodi dejectiones timeant, quod quædam abſque periculo fiant: Quibus vero notis diſtinguantur, has tradit, Si iſtæ excretiones contingant in morbis acutis, & materia educta non ſit atra bilis, ſed vere melancholicus humor, qui eſt fæx ſanguinis, quandocunque eveniunt, omni carent diſcrimine, & ad bonum terminantur exonerata per has ægra vi materia natura ipſa. Si enim ſplen præter naturam ſeſe habeat, limoſa hæc materia plurima accumulatur circa viſcera, in venîſque illis communibus: & ſi abundantior colligitur, etiam in meſenterio & circa pancreas, quæ totius corporis veluti altera ſentina eſt, aggregatur: quæ tandem cum gravis admodum fuerit, inſurgente vi expultrice, natura ejus expulſionem tentat, hincque dejectiones fiunt nigerrimæ, quibus aliquando & ſimul connectitur ejuſdem ſuperfluitatis vomitus, ita ut ſpecies choleræ videatur: Sin vitium accedat viſcerum, ipſaque eorum ſubſtantia labefactata ſit, nec ſolum ἀναβρώσεις humorum, pernitioſæ ſunt ejuſmodi dejectiones.

Observatio XVII.

Nigrorum dejectio à Venæ Portæ diſruptione in cavo Iecoris.

PRinceps poſt ventriculi dolores nigra dejecit : Venrriculus ſanguine concreto erat ſemiplenus, Et in cavo Jecoris venæ Portæ diſruptio reperta. *Vide tit. de Ventriculi dolore.*

SCHOLIA.

N*Igra dejecit*] Sanguinis ſcil. concreti partem qui in ventriculo repertus eſt : Nec enim à Jecore deducendus, ſi ex Harvéana circulatione Venæ Portæ & arteriæ ad hepar ſanguinem perducunt: Ex hepate enim ad meſenterium pervenit nihil, niſi per novos ductus lymphaticos, vel per porum choledochum : Quicquid igitur excrementis alvi miſcetur, niſi vel bilis ſit vel aqua, ex arteriis meſentericis expurgatur, quæ à corde dependent ; Effuſio ſanguinis è Portæ diſruptione, alibi quam in cavum abdominis fieri non potuit.

Nigra] Nigræ dejectiones (*juxta Sennertum Pract. lib. 3. part. 2. ſect. 2. cap. 7.* Sunt triplices; prima eſt ex ſanguine, qui è venis excidens in grumos concreſcit atérque fit, quem *Hippocr. μέλαινα* vocat : 2°. eſt ex humore melancholico naturali, ſeu fæce illa ſanguinis quæ circa lienem colligitur, & fuſa liquatáque manat, nec in grumos concreſcit : 3°. eſt ex bile atra, quæ colore nigra eſt, ſplendens atque acris : Primi generis dejectio non ita periculoſa eſt, niſi forſan ſanguis putreſcat, atque veneni naturam induat, cauſa ſit magna, unde illa ſanguinis collectio prouenit, (qualis in Principe cui venæ Portæ diſruptio facta eſt) 2°. equidem ſæpe fit cum ægri commodo, lienis tamen & vaſorum ſplenicorum debilitatem arguit : Ideóque videndum an talis evacuatio fiat per criſin & à naturæ robore, an vero ſymptomatice : 3°. peſſima eſt, utpote quæ acidit ab humore peſſimo.

Observatio XVIII.

Sanguinis dejectio à corde & ſupernis partibus ad inteſtina transfuſi.

PUella colico dolore atroci afflicta, per biduum ante mortem copiam ſanguinis nigerrimi dejecit : In venis & cordis ventriculis nullus ſanguis inventus eſt, quia natura extremo conatu totum ad inteſtina detruſerat. *Vide tit. de ventrii dolore.*

Observatio XIX.

Excretio ſtercoris ex abdomine per fiſtulam, vulnus ſequutam.

CApitaneus quidam in ventre vulneratus, ſtercus per fiſtulam, quæ ſanato vulnere illic remanſerat, multos annos incolumis alioquin & ſuperſtes excrevit: cujus cauſam inveſtigans ex anatomicis obſervationibus, certis argumentis collegi inteſtinorum vulnera, ſi illis in locis ubi carneæ muſculorum abdominis portiones exiſtunt, ventrem penetrent, agglutinatis tunc mutuo utrinque & inteſtinorum & muſculoſæ carnis vulnerum in ambitu labiis, viam fieri poſſe per quam ſtercus extra corpus educatur, & in abdominis cavum excidere prohibeatur; eáque vulnera licet conſolidari nequeant, minime tamen eſſe lethalia : quod etſi rarum ſit, tamen & in aliis partibus, ut veſica, accidere notum eſt. *Platerus obſervationum p. m.* 880.

Observatio XX.

Fæcum involuntarius excitus & ani prolapſus, à nimio cerebri & ſpinæ dorſalis madore.

JOhannes N. (*Vide tit. de Phthiſi lib.* 2.) incontinentia fæcum laboravit, cum inteſtini recti prolapſu : Caput erat illi naturali maius, adeo ut cranium p. n. extenſum eſſet : Spinam dorſi, & nervos inde prodeuntes madidos adeo, ut & ipſa oſſa flexilia eſſent &c.

Observatio XXI.

Fæces per vulvam excretæ.

INterdum inteſtinum rectum p. n. clauſo ano in veſicam terminatur, & ſimul cum urina fæces alvi per penem (quod ſemel in puetulo recens nato vidimus) vel per vulvam, (quod itidem in puellula ſemeſtri conſpeximus) excernuntur. *Gothofredus Moebius Fundam. Medic. Phyſiolog. cap. xix.*

OBSERV.

Observatio XXII.

Tumor circa umbilicum diſruptus, è quo ſtercora purulenta exierunt, ob vitium inteſtinorum tenuium corroſorum.

VXor N. dolebat circa umbilicum, ubi excitatus Tumor, è quo rupto egreſſum eſt pus cum ſtercoribus: Tenuia inteſtina inventa ſunt à putredine corroſa. *Vide tit. e ventris dolore.*

Observatio XXIII.

Alvi excrementa cum urina reddita, ob laceratam veſicam à carnoſitate putri in recto inteſtino, è regione veſicæ.

SEcto cadavere Petri de Schardes, re Medica illuſtris, præter lapides renum prodigioſos repertos, etiam in recto inteſtino, è regione colli veſicæ, inventa eſt carnoſitas putris, quæ ſua putrilagine veſicam ita laceraverat, ut inteſtinorum excrementa ante obitum una cum urina redderet ad miraculum uſque. *Ferrandus Senior libello de Nephritide.*

Observatio XXIV.

Alvi fæces cum urina emiſſæ ob rectum inteſtinum veſicæ implantatum.

§. 1. LApicidæ cujuſdam Schaphuſiani filius clauſo ano natus eſt, qui diebus aliquot paucis, quibus ſupervixit, una cum urina ſtercus per penem excernebat.

Puelli cadavere diſſecto, deprehenſum fuit rectum inteſtinum, non ad nates ferri, ſed veſicæ implantatum; quæ cauſa fuit cur cum urina alvi fæces excerneret. *Ex obſervation. Coſmæ Holſtachii Poliatri Schaphuſiani.*

§. 2. Matrona Geneuenſis filium peperit qui clauſo ano excrementa per ductum urinarium ſimul & urinam excernebat: Accerſito itaque Medicorum & Chirurgorum Collegio, nullus in ea fuit opinione ut de ani inciſione quicquam tentaretur: Tandem quum excrementa indureſcerent, nec per ductum illum anguſtum amplius permeare poſſent, inflatus eſt venter, exorta eſt febris aliaque ſymptomata, ita ut xvij. ætatis die è vita diſceſſerit.

Aperto cadavere inventum eſt inteſtinum rectum adnatum fundo veſicæ. *Fabritius Hild. centur. 1. obſervat. lxxv.*

SCHOLIA.

DE *ani inciſione &c.*) Quæ plane inutilis fuiſſet, & noxia, quandoquidem via inſolita & alieno canali fæces expellebat natura. De ani non perforati apertione conſulantur inter recentiores *Scultetus* Tabul. 14. figuris 20. & 21. *I. Van Horn* Michotechn. §. 15. & 31.

§. 3. Puellus alvi excrementa per lotium tranſmiſit: Extremitas recti inteſtini corpori veſicæ inſtar Vreterum inſerta erat. *Vide tit. de Alvo ſuppreſſa.*

Observatio XXV.

Fæcum per umbilicum exitus poſt ruptum Tumorem muſculorum abdominis, ab ulcere Coli inteſtini.

ADoleſcens 12. annos natus, cacochymicus, tumore inſigni duro & dolorifico muſculorum rectorum abdominis ab umbilicum laborabat: Rupto tumore, excrementa hanc viam inicere, ut per hebdomadas quatuor aut quinque, nihil per alvum egeſtum ſit.

Ego ventrem diſſecui, & 1. Inuenta ſunt excrementa in vacuo ventris ſanguine ſuffuſa, 2. In colo verſus hypochondria ſiniſtra ulcus oblongum & calloſum &c *Vide hiſtoriam integram cap. De Tumoribus ventris ex Fabritio Hild. centur. 1. Obſerv. 51.*

Observatio III.

Fæces per umbilicum excretæ ab inteſtinis diverſis locis perforatis.

VIr quidam per umbilicum fæces reddebat, partem tamen etiam per alvum excernens: poſt alterum circiter menſem obiit: Chirurgus pulverem adſtringentem inſperſerat foramini, ratus hoc pacto inteſtinum perforatum contractum iri.

Sed aperto cadavere tota ventris capacitas ſtercoribus repleta viſa eſt: & inteſtina diverſis locis perforata, apparuerunt, unde excrementa prodibant: Peritonæum quoque inteſtinis arctè alligatum, ſeu potius adnatum conſpiciebatur. *G. H. Velſchius obſerv. xlv.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

I*Nteſtina diverſis locis perforata*] Meliore eventu cuidam inteſtina eroſa, ita ut per foramina ſtercora exirent: jam prope diſperato coaluerunt decocto eupatorii cannabini cum vino parato, & po.o.& ulceribus inſperſo: *Idem ibidem*, Et nos anno 1658. coaluiſſe ſcimus uſu decocti traumatici mulieri pagi, Travers dicti, in ditione Neocomenſi, cui lumbrici aliquot per inguen dextrum exierant: Quomodo autem fæces alvi per fiſtulam, à vulnere abdominis relictam, abſque valetudinis diſpendio expellantur, docet *Platerus* in Obſervationibus, Capitaneus, *inquit*, quidam in ventre vulneratus ſtercus per fiſtulam, quæ ſanato vulnere illic remanſerat, multis annis incolumis alioquin & ſuperſtes excrevit: Cujus cauſam inveſtigando, ex anatomicis obſervationibus certis argumentis colligo inteſtinorum vulnera, ſi illis in locis ubi carneæ muſculorum abdominis portiones exiſtunt ventrem penetrent, agglutinatis tunc mutuo utrinque & inteſtinorum & muſculoſæ carnis vulnerum in ambitum labiis, viam fieri poſſe per quam ſtercus extra corpus educatur, & in abdominis cavum excidere prohibeatur: eáque vulnera, licet conſolidari nequeant, minimè tamen eſſe lethalia; quod licet rarum ſit, tamen & in aliis partibus, ut veſica, accidere ſuo loco dictum eſt.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII.
SECTIO XIII.
DE ADSTRICTIONE ALVI.

OBSERVATIO I.

Alvus adſtricta ob multiplex inteſtinorum vitium 1. Eorum ariditatem & concidentiam. 2. Calculos in iis incluſos. 3. Carneas excreſcentias in craſſis. 4. Sphacelum cum inflatione. 5. Excretricem eorum ablatam. 6. & 7. Conſtrictionem à callo. 8. Spaſmodicum eorum affectum. 9.

§.1. ADOLESCENS per hebdomadas 4. aut 5. nihil per alvum egeſſit, ventre diſſecto inventa excrementa in vacuo ventris inteſtinis ſuffuſa; Inteſtina præter naturam ſita, mire intertexta, In colo verſus hypochondrium ſiniſtrum, ulcus oblongum & calloſum: Colon etiam mire diſtentum &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

§.2. Cuidam inteſtina ab uſu decocti columbini cum ſaſſafras concidere. *I. Rhodius cent. 2. Obſerv. 83.*

SCHOLIA.

A Simili cauſa obſtinatam alvum deprehendiſſe Excell. *Bartholinus* cent. 4. hiſt. 40. Monachum, *ait*, novi, quotiens alvum exonerat adeo delaſſari ut cibo reſtaurante indigeat ſtatim, nam extrema omnia inſtar morientis frigent, & artus vacillant: Olim hypochondriacus fuerat, & frequenti calidarum ſulphurearumque aquarum uſu virium illud contraxerat, ut exſiccatas fibras corrugatáve credam inteſtina, & motum periſtalticum impeditum, & anguſtiam meatus inductam.

§.3. Craſſior pituita in Cœci aut Coli inteſtini cellulis diutius coercita, nonunquam concreſcit in calculos & alvum cohibet: Quales ſæpe vidimus inſtar nucis juglandis. *Fernelius Pathol. lib. 6. cap. 9.*

§.4. Vir Illuſtris variis ſpaſmis tentatus phthiſicus obiit, Alvum continuo adſtrictam habuit, Inteſtinis majoribus excreſcentiæ quædam carneæ, inſtar auricularum muris adnaſcebuntur: plurimæ ex utroque inteſtinorum, Coli & Recti latere &c. *Vide lib. 1. ſect. 13. obſerv. 1.*

§.5. In hypochondriaco adfuerunt obſtructiones alvi: Inteſtina illi in latere dextro livida, nigricantia, ſphacelata; Coli pars ſuperior inflata, inferior ſanguine concreto fæculento plena. *Vide tit. de Inappetentia.*

§.6. Quidam ſutor per menſem aut ultra fæces alvi non excreverat, & multis clyſteribus ac purgantibus fruſtra uſurpatis tandem interiit.

Aperto cadavere, omnia inteſtina inventa ſunt fæcibus, aut alimentis, vel potulentis omnino repleta, inſtar ſanguiculorum, vulgo *Bondins*, quod judicatum fuit à facultate inteſtino-

inteſtinotum expultrice abolita proveniſſe. *Riverius ex communic. Sam. Formii. Obſ.* 18.
§. 7. P. Blanc tenſione dolorifica ventris cum febre afflictus, nihil per ſeceſſum tejiciens
&c. Inventa ſunt inteſtina craſſa livida & ſemicorrupta, uniúmque ex iis perforatum, in
abdomine vero multi humores fœtidiſſimi &c. *Vide tit. de ventris doloribus.*
§. 8. Religioſa mulier inteſtinorum doloribus multis jam menſibus urgebatur, & Al-
vus nil niſi ægre & durum, idque decimo tantum quoque die reddebat.
Mortuæ corpore inciſo, inventa ſunt inteſtina altiore callo conſtricta, adeóque iter
anguſtum relinquebatur ut dejectiones ægre tranſmitti poſſent. *Benivenius de Abditis c.* 30.
§. 9. *Iuvenis* fractus acerbitate partim dolorum abdominis, partim vehementia con-
vulſionum, tandem paralyticus obiit: Inteſtina, quanquam cruciatu per plures dies afflicta,
atque immedicabili fere ſegnitie laboraſſent, tamen integra & inculpata fuérunt; Sed
ubi ad caput ventum, ſerum multum inter cranium & meninges diffuſum repertum, circa
principium ſpinalis medullæ &c. *Vide tit. de Convulſione lib.* 1.

Observatio II.

Alvus cohibita obſiccitatem viſcerum & inteſtinorum, è quibus Duodenum ſtercore infarctum erat.

IO. Preſſius, Medicus Romanus, ſe in cadavere Capucini vidiſſe aſſerit Duodenum in-
teſtinum undique repletum ſtercore, coloris atri, levi & duriſſimo; quod in plutes partes
diviſum tubera ad unguem æmulabatur, ſine tamen magno fœtore; quod à caliditate
maxima ortum habuiſſe credibile eſt: Pater ille cum prius juris, alteriuſque rei cochlear
ſumeret, ſtatim vomebat, & cum vomitu magnam pituitæ vitreæ quantiratem excerne-
bat, abſque eo quod ullus tumor, ullúſve ſtomachi vicinarumque partium dolor adeſſet.

SCHOLIA.

ID à quod eveniat conjectura aſſequi poſſumus:
nam cum Pater p.iùs fere quotidie quintam roriſ-
marini eſſentiam ſumeret, ſi quis diceret ex hoc or-
rum ſumpſiſſe; forte veram morbi cauſam indicaret:
medicamenta enim Chymica ſicut aliquando mita-
biles producunt effectus, ita ſæpe abſque modo &
menſura adhibita ſunt tanquam gladius in manu
pueri: Facile illa quinta eſſentia ſicut hepar ex-
calfacere, ita qualitate ignea humidum ventriculi
abſumere potuit. *Dom. Panarolus Pentec.* 2. *obſ.* 29.
Quod a caliditate maxima] Quæ diaphoreſin ni-
miam inducit: Ab hac autem alvum adſtringi ob-
ſervat *Willis*, adeo ut multis quibus vix officio fun-
gebatur ea de cauſa, id conſilii dederit ut mature de
lecto ſurgerent, quod tepore diaphoreſin liberio-
rem procurat: In memetipſo id experiri licuit, cui
ſponte alvus horis matutinis commovetur; at ſi tor-
re ob negotiorum urgentiam naturæ debitum non
exſolvam, atque vel ad horulam cohibeatur, vix
deinceps tota die ſtimulum perſentio, ſcybala & in-
duratas fæces ægre dejiciens, quæ matutinis horis,
& ſolitis, debita conſiſtentia eunt: Ab exercitio
ſcilicet liquidior excrementorum pars abſorbetur,
reſtibili craſſiori & terreſtri.

Observatio III.

Alvus immorigera ob vitium ventriculi & inteſtinorum inflatorum, nigricantium. 1. Ob Steatoma in fundo ventriculi. 2. Abſceſſum circa hujus fundum. 3. Situm ejus & coli p. nat. 4.

§. 1. VIr melancholicus alvum habebat adſtrictiorem: Ventriculus illi & inteſtina in-
flata nec non nigricantia, interius atramento quaſi ſutorio oblinita. *Vide tit. de
Scorbuto.*
§. 2. Quidam xl. annorum obſtructione alvi ſæpe laboravit, poſt mottem tepertus in-
gens abſceſſus circa fundum ventriculi, ex eo genere qui Steatomatici dicuntur, ad magni-
tudinem anſerini ovi, qui ſatis durus fuit redditus. *Ex Ioach. Camerarii. Oſerv.*
§. 3. Quidam obſtructione alvi ſæpe laboravit: Poſt mortem repertus ingens abſceſſus
ſteatomaticus circa fundum ventriculi. *Vide tit. de vomitu.*
§. 4. Srudioſus ventriculi debilitatem paſſus eſt ob denegatam excrementorum eje-
ctionem: Ventriculus in ſiniſtro thoracis latere latitabat, cum parte coli &c. *Vide tit. de vomitu*

Observatio IV.

Alvi adſtrictio ob Pylorum cartilaginoſum redditum.

MUlier (*de qua tit. de vomitu.*) per ſemannum alimenta aſſumpta evomebat, atque al-
vi dejectiones paulatim magis magiſque imminuebantur, itaut tandem vix quatuor
ſeptimanarum ſpatio ſemel alvum dejiceret, In illa Pylorus cartilaginoſus inventus eſt, adeó-
que anguſtus ut majorem aciculam duntaxat tranſmitteret.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

P*Ylorus cartilaginoſus*] *Bened. Silvatico* propoſitus fuit caſus virginis veſtalis, cui alvi adſtrictio adeo gravis, ut biennium cum dimidio nihil alvus dejecerit, cum vomitu chyli ruditer confecti: Cujus affectus cauſam cenſet Pylori anguſtiam, ſicque ratiocinatur conſult. 98. cent. 2. Supponam (*inquit*) tanquam certiſſimum, fæces non excerni per alvum quia non generantur; Non generari vero, quia chylus non recipitur in inteſtinis tenuibus, ubi facta purioris ejus partis ſuctione per venas meſaraicas, quod ſupereſt excrementum craſſum & terreſtre ſtatutis temporibus per alvum excernitur: ac proinde quotieſcunque chylus deſcendere non poteſt, nec fæcum generationi ſuppetit materia: Hujus quoque rei cauſa, me judice, eſt anguſtia Pylori, natura ſua valde anguſti, nunc vero potiſſimum ob decubitum humoris melancholici, criſis ritu in declinatione febris ad illam partem à natura tranſmiſſi, forte quia putredo obſidebat primas vias, prout fere ſemper in intermittentibus accidit: Ideoque dictum fuit ab *Hippocr. quod à ventre ſuperiore rigor, & ab inferiore febris*: Quod autem illuc confluxerit, compertum eſſe poteſt ex dolore pungitivo perſiſtente, inflatione circa illam partem, & ex doloris intenſione ad manu factam compreſſionem, & ex fiſſuris oblongis in ſuperficie nigricantibus, in intima parte rubicundis, ex quibus ſanguis niger emanare videtur, quæ aliquando ſanantur, aliquando recurrunt: Hæc enim omnia in regione orificii inferni apparentia, luce clarius produnt humorem melancholicum craſſum ad illud confluxiſſe; ibique tumorem ſcirrhoſum, vel ſaltem perfectam obſtructionem produxiſſe, ac proinde ita coarctaſſe meatum illum, ut chylum tranſmittere non poſſit, qui propterea ventriculum gravans, irritata expultrice, per vomitum ſtatutis temporibus egeratur: Quod ſi quærat quiſpiam, quomodo nutriri poſſit patiens, impedita ſanguificatione ob penuriam chyli per meſaraicas ad jecur non permeantis? Dicendum quod portio aliqua tenuioris & magis halituoſi chyli tranſmittatur per vias anguſtiores: Verum, qui halituoſa illa materia tam diu nutrire poſſit, ac tantam ſanguinis copiam ſubminiſtrare, quæ menſium profluvio annum cum dimidio ſufficiat? Equidem crediderim per venam gaſtricam majorem, & coronalem ejus ramum, cui cum pylorica conſenſus eſt, allici tantum poſſe chyli laudabilioris, quod per meſaraicas jecori ſubminiſtratum, ſufficiat cum nutritioni tum periodico menſium fluxui: *Hactenus ſylvaticus*, At vero cum ex Anatome conſtet vaſa ſanguifera quam plurima ad ventriculum pertingere, partim ventriculi ſummitati, partim fundo ejus inſerta; Porro conſtet à comeſtis refectionem citiſſimam conſequi, quæ per longas inteſtinorum, & vaſorum chyliferorum ambages fieri nequit, Quid veriſimilius eſt quam venas intra ventriculi cavitatem confertiſſime dehiſcentes, ſubtiliorem quandam chyli portionem excipere, & protinus cruori infundere? *Willis.*

OBSERVATIO V.

Alvus adſtricta ab anguſtia Ilei inteſtini cartilaginei.

CUidam ante annos 30. aut 60. ita alvus pigra erat, ut non ſolveretur niſi clyſmate aut alia arte: Hujus rei cauſas varias machinabantur, ſed cadaveris apertio rem aliter habere demonſtravit, Nam inteſtinum jejunum ita anguſtum & cartilagineum eſt deprehenſum, ut vix per illud chylus deflueret, itaque diu morabatur in eo, tum propter anguſtiam, tum propter impeditum motum periſtalticum. *Ballonius Epid. lib. 1. pag. 58.*

SCHOLIA.

I*Mpeditum motum periſtalticum*] Silentio prætereundum non eſt quod de motu inteſtinorum Periſtaltico concepit Eruditiſſimus *Joh. Conradus Peyer* libello de *Glandulis inteſtinorum* cap. 4. nempe Ipſi videntur contractiones fibrarum periſtalticæ, non tantum à parte ſuperiore verſus inferiorem conſtanti ſerie progredi, ſed in ſtatu quoque naturali (quoad inteſtina ſaltem tenuia) motu reciproco nunc ſurſum nunc deorſum blande ferri, idque eum in finem, ut tum liquores fermentativi, agitatione hac ciborum colliquamento penitius immiſceantur, tum ut chyli in vaſa lactea ἀνάδοσις expeditior ſuccedat: Huncque de motu inteſtinorum conceptum Ipſi probabilis ratio, ac deinceps ocularis ſuggeſſit inſpectio, Etenim ut ciborum liquamen è ventriculo tenuibus inteſtinis infuſum chyli naturam induat, mora aliqua ſive manſione unius alteriuſque horæ opus eſt; Perinde ac Chimicorum Filii rem quampiam digeſtioni expoſitam aliquandiu relinquant oportet: Moram vero hanc plane quietam eſſe, neque chyli genius, qui torpendo mox vitium contrahit, neque inteſtinorum fert patientia: Proinde neceſſe eſt fibrarum carnearum corrugationes ultro citroque fieri, ut una eademque pars maſſæ modo ſurſum modo deorſum conjiciatur: Continuato enim impetu à ſummo ad imum ſi vergeret inteſtinorum contractio, quam quæſo proclivis eſſet nectaris chyloſi cum ſtercoribus confuſa excretio? Aut quotuſquiſque immunitatem ſibi ab affectione cœliaca, vel ad unicam horam polliceri poſſet? Quibus face conſpectiore illuſtrandis, confert exemplum mulieris ab Excell. D. D. *Wepfero* Ipſi exhibitum: Illa muſella, quam & præſens vidit, ex abdominis latere ſiniſtro, paulo ſupra inguinis regionem, propendentem geſtat magnam inteſtini portionem, duas, & quod excurrit, ſpithamas longam, quæ denudata tempore concoctionis; ope fibrarum circularium, modo ſuperius, modo inferius ſeſe conſtringere, atque materiam intus fluctuantem deorſum ſurſumque conjicere, manu admota, abſque ægrotantis dolore vel torminibus explorabatur, Sed & in diverſi generis brutorum vivi ſectionibus, à Clariſs. Vito variorum experimentorum gratia crebro adminiſtratis, notavit inteſtina abdomine diſſecto in apricum expoſita, corrugationes ſuas vermiculares, loco modo inferiore, modo ſuperiore inchoatas, variis motibus reciprocare.

Observatio VI.

Alvus difficilis ob nodos in inteſtino Ileo. 1. *Ejus prolapſum.* 2. *Partem eius gangræna affectam.* 3. *Ejus diſtenſionem à ſtercore.* 4. *Apoſtema tenuium inteſtinorum.* 5.

§. 1. NUper ex dentitione difficili convulſa fatis ceſſit N. filiola, alias ab ortus ſui veſtibulo ſana, præterquam quod in excernendis fæcibus, etſi liquidis, ſummam pateretur difficultatem, & talem quidem ut ex conatu nimio & reſpiratione retenta tota facies nigreſceret.

Exenterationi traditum corpuſculum, Inventa viſcera omnia ſana, præter Inteſtinum Ileum, in quo tres nodi una ferè ſpithama inter ſe diſtincti viſendi erant; in horum quolibet magna portio hujus inteſtini,ipſi meſenterio non adhærens, abſcondita latitabat: *Ex obſervation. D. Matth:Franc. Hertodi Medici Moravi in miſcell. curioſ. anni* 1670.

SCHOLIA.

DIfficilis hujus excretionis dubio procul unica cauſa, ob motum nimirum periſtalticum inteſtinorum, ex varia eorumdem fibrarum flexione quodammodo impeditum, qui alias ad excretionem neceſſario requiritur: Nec enim credibile hanc inteſtinorum actionem læſam à convulſione ortam eſſe, cùm à meſenterio rupta inteſtina, & à meſaraicis vaſis extravaſatus ſanguis nullatenus appareret; neque ipſa inteſtina una cum meſenterio in nodis illis viſis ſeſe abſcondiderint: Statuendum ergo potius ab ipſa ſtatim conformatione hoc malum eveniſſe; & forte idipſum in alvo difficili frequentius contingeret ſi in cadavera humana debacchari liceret.

§. 2. Jacobus Berthier in colicum dolorem incidit,Suppreſſa omnino alvus; Imus venter quaſi ſyderatus apparuit, Prolapſum Ileum. *Tit. de ventris dolore.*

§. 3. Mulier nihil excrevit per alvum ſpatio novem dierum: Illi pars Ilei inferior tota coaluit, ut nihil pertranſire potuerit, gangrænoſa enim erat & putrida. *Vide lib.* 4. *tit. de Febribus.*

§. 4. Cuidam tumor inerat durus ſub liene: aperto cadavere tumor viſus eſt procedere uſque ad fundum inteſtini Ilei; quo aperto fæces induratæ exiere. *Vide lib.* 4. *tit. de Tumoribus.*

§. 5. Uxor Dom. N. conquerebatur de dolore in umbilico cum alvi adſtrictione, &c. Tenuia inteſtina inventa putredine corroſa. *Vide tit. de ventris dolore.*

Observatio VII.

Alvus adſtricta ob Cœcum inteſtinum cydoniato obturatum 1. *Colon fæcibus obſtructum.* 2.

§. 1. SEptennis puella diarrhœa corripitur: à mulierculis large cydoniatum illi exhibetur: alvus inde omnino reſtitit: hinc tormina, dolor ventris, mors:

Aperto cadavere, cœcum inteſtinum adeo cydoniato obturatum deprehenditur, ut illac nihil pertranſire poſſet. *Fernelius Patholog. lib.* 6. *cap.* 9. *Iuſtus Laigneau lib. de ſanguinis miſſione pag.* 255. *Vbi hiſtoria fuſius deſcribitur.*

SCHOLIA.

SÆpe in inteſtino Cœco tanta excrementorum ſarcina excipitur, quæ cum concoqui nequeat, multum immoratur,& tumorem magnum infra umbilicum cum ſenſu moleſto efficit, in abſceſſus ſimilitudinem, qui aliquando peritos medicos fefellit, cum exiſtimarent ipſum eſſe frigidum apoſtema, vel in mulieribus molam: *Sebaſtianus Naſius meth. med. parte* 2. *pag.* 299.

§. 2. Mulier in Colicam incidit, cum alvi difficultate, dolore ilii ſiniſtri gravi, quaſi ineſſet plumbi maſſa: Colon juxta ventriculum flatibus expanſum erat; reliquis in locis ad craſſum uſque inteſtinum anguſtum, fæcibus duris & craſſis infarctum. *Vide lib.* 1. *tit. de Paralyſi.*

Observatio VIII.

Alvus obſtructa ob colon pituita infarctum.

CUidam gravis affectus Alvum prorſus cohibuit, qui tandem ventre ſupra modum intumeſcente deceſſit è vivis, Inventumque eſt colon uſque adeo pituita infarctum ut ſolidum prorſus cenſeretur, nihilque omnino fæcis in alvum delabi ſineret. *Fernelius Pathol. lib.* 6. *cap.* 9.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

INterdum craſſa, lenta vereque gypſea pituita, quæ ſenſim copioſior collecta, firmiusque inteſtinis adhæreſcens, omnem colum capacitatem replet: Supervacanea quidem pituita in cerebro, in ventriculo & in inteſtinis gigni conſuevit, ſed in cerebro tenuis & aquoſa, in his vero craſſa atque lenta: hæc enim peculiare eſt ventriculi & inteſtinorum excrementum, non fæx alvi, quippe quæ cibi excrementum eſt commune: Etenim quum illorum ſubſtantia frigida ſit atque membranoſa, craſſum certe ac viſcoſum de ſe excrementum proferet, quale eſt pituita lenta: Hæc igitur ſecundum naturam gignitur concreſcitque in inteſtinis: è quibus cernitur alias ſponte fæcibus circumjecta deſcendere, alias clyſtere manifeſte deduci, alias dyſenteriæ vi corradi: Quum autem parcius ea vacuatur, ſenſim aucta caloris vi ſic tandem craſſeſcit, ut prorſus inteſtina obſtruens quaſi infarciat, fiatque latentium difficiliumque morborum cauſa: Caroli Quinti Imperatoris Legatus quidam dolore torquebatur, necnon tumore à dextro hypocbondrio per ima ventriculi in ſiniſtrum exporrecto: Huic quum ſexenoio toto remedii genus omne tanquam emolliendo ſcirrho adhibitum fuiſſet, iojecto tandem acriori clyſtere, durum ac firmum quippiam, medio ductu pertuſum, pedis longitudine detractum eſt, quod ille inteſtini portionem eſſe metuebat, ſed quum repente levatus eſſe videretur, adhibito conſilio, iterum ac tertio clyſtere prolutus eſt, turbaſque ſimili evulſa materia, continuo priſtinæ valetudini eſt reſtitutus. *Idem ibidem.*

Colon pituita infarctum] Ob contentorum vitium quomodo alvus adſtringatur, oſtendit *Franc. Sylvius* Prax. lib. 1. cap. 2. Ad Alvum, *ait*, adſtrictiorem revocamus, tam *ſegniorem contentorum propulſionem*, quam *rariorem & parciorem* ipſorum per anum *expulſionem:* Segnius procedit contentorum propulſio, hinc & rarius eorundem expulſio per inteſtina, quando 2°. 3°. 4°. demum die tardiusve adhuc deponuntur alvi excrementa, quæ quotide ſemel ſaltem excerni oporteret: Evenit autem id, quoniam ſunt *Contenta* & propulſa viſcidiora, vel magis indurata exiccatave: Viſciditatem ſuam debent contenta rebus non naturalibus (Alimentis ſimilibus, piſcibus, marinis præſertim, Aeri humido nebuloſo & uliginoſo; Vitæ deſidi ac ſine curis, accedente ſomno multo; Corporis quieti ac ſegnitiei; Animo meticuloſo & ignavo, Tardæ plerumque excrementorum excretioni:) Duritiem autem, tum alimentis ſimilibus, oſſeis & cartilaginoſis, tum Flatibus auſteris, conſiſtentiam contentis firmiorem conciliantibus: *Siccitatem* habent contenta, propter chylum copioſius elicitum, & quandoque propter potum pauciorem, cum pane multo uſurpatum: Parcius prodeunt Alvi excrementa, quia eorum pars aliqua ſecreta eſt, ac in lacteas venas propulſa, una cum chylo, vel alia & indecenti via excluduntur, tam in vomitu præternaturali ab inteſtinis ortum habente, quam in vulnere aut ulcere inteſtinorum notabili: Huic ultimæ cauſarum ſeriei à *Sylvio* allatæ accenſenda eſt *ciborum parcitas*, aut paſtuum intercapedo, de qua *Ballonius* Epidem. & Ephem. lib. 2. pag. 228. Ita memini Virum Illuſtrem, Dom. *Jacobum Anjorrantum*, Genevæ Primarium Conſulem, *Henrico IV.* Galliarum Regi acceptiſſimum, Medicos aliquando convocaſſe ob adſtrictiorem alvum, quæ exacto triduo aut quatriduo demum ſolveretur: Ex iis unum ab Amanuenſi clam accepiſſe Dominum ſuum pauciſſimo cibo contentum eſſe, vixque frugaliorem tota vita notum fuiſſe: Quamobrem ab ulteriori diſquiſitione deſtitum, cum ea cauſa ſatis efficax eſſet; à pauco ſcil. cibo pauca ſupereſt fæx, Ex *Galeni* autem ſententia expultricem hæc tria ſollicitant, βάρος, δῆξις, ὄγκος:

A Continentium ſcil. Inteſtinorum, ſeu fibrarum eorundem, tam rectarum quam circularium vitio quomodo alvus inobediens fiat, oſtendit *Willis* Pharmacop. ration. ſect. 1. c. 2. Quoad uſus, *inquit*, (tum interioris nervoſæ tunicæ, tum ſecundæ, ſive mediæ, penitus carnoſæ) earum ſpectat, cum inteſtinorum munus ſit chylum & fæces à parte in partem promovere, adeoque prorſum urgendo, demum per totos ipſorum ductus trajicere; inſuper dum ipſa contracta & abbreviata, quoad cavitates coarctantur, ſubtiliorem chyli partem in vaſa lactea & venas meſaraicas exprimere, obvium eſt concipere quomodo prædictæ fibræ utrumque hoc penſum exequantur: quippe dum fibræ circulares ſucceſſivè ſive ſeriatim contractæ, inteſtini profunditatem coarctant, eodemque tempore longitudines inflatæ & intumefactæ ipſum amplius anguſtant, ſimulque decurtant, neceſſe erit viſcerum horum contenta pone compreſſa uſque prorſum urgeri: Inteſtina autem craſſa tunicas ſaltem ac gracilia obtinent, cumque in colo fæces recta aſcendant, fibris carnoſis robuſtioribus, quæ contractionis motum fortiorem efficiant, opus eſt: Hinc ſi inflammatio aut ſphacelus circa coli initium contigerit, adeo ut fibræ carnoſæ læſæ, contractiones pro fæcibus ſurſum elevandis obire nequeant, illæ verſus Ileon reſtagnantes Paſſionem iliacam incurabilem afficiunt, Porro in hoc inteſtino involucra iſta concamerata, ſive cavernæ adduntur, ut fæcibus alvi diutius detentis crebrius deſidendi moleſti tollatur:

In quibuſdam vero coli tunica interior adeo valde tenera & ſenſibilis eſt, ut ab enemate, licet anodyno, injecto, ſpiritus ſtatim excandeſcentes, ac intra fibras nerveas exploſi, membranas ſumme inflent ac diſtendant, adeoque in toto abdomine maximas moleſtias excitent. Hactenus *Willis*: Unde collige, quæcunque cauſa fibrarum illarum tonum vitiare poteſt; aut ſi eædem natura minus ſenſiles ſint, hinc alvi dejectionem aboleri aut tardiorem eſſe poſſe.

Benedictus Silvaticus conſil. 97. cent. 2. pro Juvene cui alvus erat adſtricta, cauſas ſic rimatur, Affectus, *ait*, hic eſt ſymptoma in excretis p. n. retentis, dependens quidem *immediate* ab alio ſymptomate, actione ſcil. læſa, & inteſtinorum expultrice labefactata, cum fœcum excretio ſit expultricis inteſtinorum, craſſorum potiſſimum, munus: *mediate* tamen à morboſa corporis diſpoſitione dependet, omnia enim ſymptomata ſequuntur morbos, ut umbra corpus: Poſſet quidem provenire ab externis erroribus, cibis ſcil. copia vel qualitate, vel ordine aſſumendorum peccantibus, verum cum morbus octo annorum non fiat ab externis erroribus, ideo videndum eſt quales ſint morboſæ corporis diſpoſitiones: Quæ cum poſſint eſſe in mala compoſitione, vel intemperie: in mala quidem compoſitione, qualis eſt obſtructio ipſorum inteſtinorum, vel pori fellei, per quem bilis ad inteſtina permeat ad irritandam expultricem, Vel compreſſio & anguſtia à tumoribus, aut ſcirrhoſis, aut alterius generis par-

um inteſtinis incumbentium, Nullius iſtorum idicium ſe prodit: Si enim eſſet obſtructio in inteinis, non adeo levi negotio ſubducerentur fæces: i vero in poro ſelleo, ictericus fieret patiens, fæes eſſent albicantes, quæ tamen quando egeruntur nues ſunt & flavi coloris, licet non ſemper: quano enim duræ ſunt, nigricant: Alii vero tumores, el cum materia, vel flatulenti, tenſionem inducerent, duritiem & renixum, cum aliquo pondere in artibus inferioris ventris, quæ non obſervantur: Jt propterea omne vitium ſit ad intemperiem referendum, quæ tamen vel eſt ventriculi, vel jecoris, el inteſtinorum: In ventriculo quidem calida erit, ujus ratione pauca alimenta aſſumuntur, & aſſumta aſſantur, & ſunt cauſa adſtrictionis: Verum crediderim quod patiens laboret potius intemperie rigidiore: appetit enim, non ſitit, manifeſto frigiditatis indicio, cum pituitæ proventu, quod ex fæibus patet, quæ ſunt viſcida pituita veluti viſcatæ: gitur vel Jecoris vel Inteſtinorum fuerit: Qualis autem ſit Jecoris intemperies, ſiccitatis alvi cauſa, xiſtimo eſſe utcunque frigidam cum ſiccitate, quaenus ſcil. hujus ratione non generatur ea bilis copia, quæ ad inteſtina tranſmiſſa per porum felleum expultricem irritare poſſit, atque adeo facultatis inteſtinorum vitium proveniet ab errore externo, defectu nempe ſtimuli expultricem irritantis: Quod autem Jecur hujus ægri vergat potius ad frigidum, patet ex frigiditate totius corporis & ſiccitate, frigiditate extremorum, ſitis defectu, nulla oris amaritudine, venarum anguſtia & glabritie inferioris ventris: Non tamen adeo inſignis eſt obſtructio illa, quæ omnem intercipiat bilis in inteſtina tranſmiſſionem, ut propterea fæces ſint flavi coloris, quando ſunt humidæ, cum vero ſunt ſiccæ, nigricantis: Non ergo hæc fuerit ſola cauſa hujus adſtrictionis alvi, quam cenſuerim potius eſſe inteſtinorum intemperiem; ita ut afficiatur facultas, non per errorem externum ſolum, ſed per morboſam partis, cui inhæret, affectionem, cum imprimis ſint affectus diuturni, qui licet in principio poſſint eſſe per conſenſum, progreſſu tamen temporis fiunt eſſentialiter, Cujus autem generis ſit hæc intemperies ſi quæratur, non aliam dixerim quam illi contrariam quæ juvat expultricem, quod fit ab humida intemperie, cum caliditate præſertim: Ergo læditur ab intemperie ſicca inteſtinorum, cum frigiditate, præpollente tamen ſiccitate, & remiſſa frigiditate: Quod autem ſiccitas obtundat vim expultricis, palam eſt: quæcunque enim retentricis vim intendunt, expultricis remittunt, unius enim robur quod alterius eſt infringit: ut hoc nomine imbecillitas retentricis oris ſuperni ventriculi ſit cauſa vomitus, quia ſcil. tunc validius agit expultrix, licet non valde irritata, quia non obnititur facultas retentrix: quare cum intendatur vis retentricis à ſiccitate, noxam ab ipſa capiet expultrix, hinc fit quod ſtyptica, frigida & ſicca, ſunt adſtringentia, quia augent vim retentricis: Quod ſi ſiccitati jungatur frigiditas, augetur etiam magis vitium expultricis, quia tunc quoque hebetatur ſenſus tactus inteſtinorum, ratione potiſſimum frigiditatis, quæ torporem quendam inducit in ſenſum, quem & tollit omnino ſi valde excedat: Idcirco cum inteſtina patientis noſtri ſint frigida & ſicca, nil mirum ſi alvum etiam habeat adſtrictam, cum ob imbecillitatem expultricis, tum ob imminutum ſenſum irritamenti à fæcibus, quod fit ab intemperie frigida inteſtinorum, ob paucam bilem, & pituitam obtundentem ſenſum partis & acrimoniam bilis: Intemperies itaque iſta, bilis defectus, & pituitæ præſentia, erunt cauſa ſiccitatis alvi in patiente noſtro: Quod autem poſſint inteſtina hac intemperie laborare, patet ex præteritis erroribus, atque à juvantibus & lædentibus, refert enim ſe in hunc affectum incidiſſe poſt ſudorem ſuperfluum in balneo: hic enim exſiccavit magis inteſtina quam alias partes, quia cum ſint membranoſa, ſunt etiam ex ſe ſicca: Addit ſe juvari ab humectantibus, non autem ab aromatibus, quæ cum alias conferre deberent irritando, lædunt tamen dum augent ſiccitatem, quinimo juvamentum præſens ſuſcepit ab injectis clyſteribus ex oleis calidis, adeo ut ab ipſorum uſu alvus lubrica ipſi fuerit octo & pluribus diebus, abſque aliis præſidiis, non aliam ſane ob cauſam, quam quia ab ipſis corrigitur intemperies excedens inteſtinorum, cum frigida tum ſicca: Quæri tamen poteſt, qua ratione cum ſiccitate adeſſe poſſit pituitæ copia? nec ad rem eſt quod hujus non ſit tanta copia quæ humectet omnia inteſtina, Non enim eſt tenuis & fluida, ſed viſcida & craſſa, quæ propterea non ſufficit iis humectandis: Si porro objicias, quod à frigiditate durentur fæces, Reſponſum in promptu eſt, id fieri ob longiorem in his moram, cujus ratione utcunque partes ſint frigidæ, ob viciniam tamen partium calidiorum abſumuntur partes magis liquidæ, atque ita exſiccantur fæces: Faceſſit poſtremo negotium, cur uſu leviorum humectantium, cum alvus facile ſubducatur, & ſine moleſtia, à caſſia tamen id ſuccedat cum torminibus, cum ſyrupus roſar. ſolut. eam vel nihil vel leviter cieat? Hoc enim fit quia caſſia eſt flatulenta, neque humiditate actuali pollet, nec ita facile diſſolvit duritiem fæcum, ut ipſas ſine moleſtia & dolore educat, cum ſyrupus roſat ſol. non hæreat in inteſtinis; ac proinde licet actualis ſit ipſi humiditas, non agat tamen in fæces duratas, ſed ſtatim à natura deturbetur, antequam ſubducantur fæces, ut fit ab alimentis humidis, quia hæc permiſta cum cibis ad inteſtina decumbunt, quæ propterea dum diutius ibi hærent, magis etiam humectant, atque alvum lubricam efficiunt.

Observatio IX.

Alvus adſtricta ob craſſi inteſtini partem annulo conſtrictam. 1. Coli putredinem. 2. Gangrænam. 3. Calculum adhærentem. 4. Sphacelatum & Diſruptum. 5. Scirrhum, Dilationem. 6. & 7. Malam conformationem. 8. Putrefactionem. 9. & 10. Contorſionem & Dilatationem. 11. Scirrhum. 12.

§. 1. MIrum quod cuidam per totam pene vitam contingit, Alvus nil pene reddebat niſi liquidum aut ſollicitata pharmacis: neſciebatur quo id eſſet referendum.

Aperto

Aperto cadavere, repertum eſt in medio unius craſſi inteſtini annulus craſſus & durus, qui mediam pene inteſtini partem occupabat: Sic craſſiora excrementa non poterant tranſmitti: *Ballonius Paradigm.* 30.

§. 2. Uxor N. incidit in dolorem in latere dextro, ſub regione Hepatis, cum alvi adſtrictione &c. Inventa in eo loco pars inteſtini Coli putrida & denigrata. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 3. Cuidam dolor ad imum ventrem implacabilis, venter perpetuo ſiccus: Colon repertum velut nigrefactum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 4. Juvenis ex intervallis ſolum fæcalia excrementa deponebat, ſicca, exuſta, citra noxam ullam: Acceſſere ventris tormina cum ſtercoris ſuppreſſione. Inventus eſt calculus caſtaneæ magnitudine & forma, Colo inteſtino tenaciter adhærens. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 5. Matrona ſeptem diebus nihil dejecerat; Inteſtinum colon, non procul à recto, Sphacelatum, tunicaſque diſruptas vidi: *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 6. Obſervatum in Dom. Zolin Medico & Advocato Gillot, cui Colon, qua parte vicinum eſt reni ſiniſtro, collecta veluti cartilagine dura in ſcirrhum induruerat, interiore cavitate eo tumore intercepta ut nihil tranſcurreret: Parte dextra colon ad inſtar veſicæ dilatatum & extenſum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 7. Mulier 1°. tertiana notha, deinde colica, poſt paralyſi fuit afflicta, cum alvi ſiccitate & dolore ilii ſiniſtri tenſivo &c. Inventum colon p. n. conformatum, nam ubi monoculus ſitus eſt, & ubi colon ventriculo annexum, colon fuit valde laxum flatibus expanſum; reliquis in locis ad craſſum inteſtinum uſque, anguſtum, fæcibus duris infarctum. *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

§. 8. Uxor N. partui vicina, poſt comeſtionem fructuum horariorum & lactis, ſuperhauſto magno hauſtu cereviſiæ frigidæ, ſtatim incidit in dolorem in latere ſiniſtro ſub regione Hepatis cum alvi adſtrictione:

Secto corpore 5°. poſt die mortuæ, inventa eſt in eo loco pars inteſtini coli putrida & denigrata. *Obſervatio D. D. I. Heſſi.*

§. 9. Alius cum intemperantius cœnaſſet, incidit in dolorem ventris circa pubem acerrimum, cum ſenſu caloris & adſtrictione alvi.

Secto mortui corpore, invenimus colon circa illum locum plane putrefactum, ita ut etiam ad levem contactum plane rumperetur. *Idem ibidem.*

§. 10. Fœmina quædam uterum gerens, per omne tempus geſtationis, neque minus ultimo menſe, totas dies indeſinenter à ſummo mane in multam noctem acu nebat, perpetuo ſedens, in ſeſe quaſi contracta & incurvata, prono capite, ut ſolent acui intentæ: hinc in ventris tantam conſtipationem incidit, ut totis 10, 15, 20 etiam diebus, ne ſemel quidem alvum dejiceret, Id quod illa parvi faciens neglexit, pergens quouſque poterat tum ſedendo tum nendo; donec præ incredibili ventris tumore & dolore (quorum utrunque ex alvi fæcibus retentis contractum erat) ſedere ulterius ac nere non poſſet: Decumbit tandem miſera, tormina ventris ejuſdemque tumor, *indeque orta anxietas*, creſcunt in dies, ac in tantum augentur, ut res in extremo periculo videretur eſſe omnibus quotquot illam adibant: Suppoſitoriis & clyſteribus ad alvum ciendam vel dolorem leniendum ne proficiebatur quidem tantillum: Clyſter enim qualiſcunque, vel quantuſcunque injiceretur, in recto nonnihil tantum inhærebat, (ut res tandem patuit) inteſtino, paulo poſt regreſſus, nihil prorſus ſecum educebat; Partus inſuper labor, durantibus his ventris torminibus, illam occupat; acceſſitaque obſtetrice fœtus, etſi immaturior, vivus tamen editur ſic recte: At etiamſi fœtus egreſſus eſſet, ne tantillum quidem detumuit venter, ſed idem, ne dicam major, & tumor atque tenſtentia & dolor permanebant, ut res aſpectu etiam terribilis eſſet adſtantibus, exiſtimantibus fore ut jam præ nimia tenſione rumperetur venter: Quid multa? diem ſuum ægra obit, ipſamet rogans ut ſibi mortuæ aperiretur & inſpiceretur venter, factum.

Ibi vero colon inventum (ſecto peritonæo & ſublato omento) primum omnium è ſede ſuo emotum ſeſe oculis offerebat, totum gangrænoſum; color ex cœruleo rugricans, qui color etiam per abdominis muſculos, & cutim, nimia extenſione extenuatam quidem illam, tranſparebat: Ea vero inteſtinum illud apparebat magnitudine, diſtentum ſcil. mero ſtercore, ut amplioris canthari, cui pueri etiam caput inſeri poſſet, capacitatem referret: Reliqua verò inteſtina ſuperiora omnia flatibus maxime turgebant, ſupra modum: hinc colon, ea parte qua in ſiniſtro latere à rene deſcendit (urgentibus inde flatibus inteſtina elevantibus, hinc vero ſtercoris copia, extenſione inteſtini ſecundum craſſitiem ſeu

profunditatem, illud brevius reddente, quaſique contraheute illud ſecundùm longitudinem) è loco ſuo diſceſſerat uſque ad umbilici regionem; ſub eo namque intta ductum rectorum muſculorum abdominis ſitum conſpiciebatut, à ventriculo recta in medio deſcendens: Hinc abſque dubio ipſius coli inferius, qua parte recto inteſtino continuatur, contorſione facta, tota via fæcibus & flatibus exituris, clyſteribus veto intraturis in univerſum præcluſa eſt: Tanta vero ex perforato colo fœtidiſſimarum fœcum illuvies effluebat, ac ſi jumentum aliquod mactaſſes. Atque hinc manifeſtum eſt quid gravidis conferat multa vita ſedentatia neglectaque alvi dejectio, maxime veto ad ultimum uſque geſtationis menſem producta. *Ex obſervationibus Franc. Tidicæi Medic. Thorunienſis Boruſſi.*

SCHOLIA.

I*Ndeque orta anxietas*] Fæces prope jecur & ventriculum in elatiore & ampliore coli parte coacervantur, cumque corpus ſit perſpitabile, ſi quando pigra fuerit alvus, ſtercoris tetro odore & opaca mephiti languet ventriculus, appetitus proſternitur, cor ipſum effœminatur & cerebrum oppletur & opprimitur. *Riolanus.*

§. 12. Vetula extenuata obiit: Scirrhus inteſtino colo & fundo ventriculi tenaciſſime adhærebat, hinc Egerendi difficultas. *Tit. de Hipochondriorum dolore.*

Observatio X.

Alvus adſtricta ob Omenti eximiam craſſitiem, inteſtina conglutinantis.

VIrgini cachecticæ pet tres dies ante mortem alvus adſtricta fuit &c. Omentum erat incraſſatum & fere coriaceum cetnebatur, quod omnia prope viſcera ſua latitudine adeo arcte complectebatur, ut inteſtina quaſi conglutinata à ſe invicem ægre ſeparari poſſent. *Vide Tit. de Cachexia.*

SCHOLIA.

O*Mentum ſua latitudine &c.*] Quouſque ſe demittat omentum in vivo corpore diſceptatur: *Blaſius* cap. 3. in Anat. *Veslingii*, ait in omni ſubjecto cujus diſſectioni interfuit, deprehendiſſe ſe omentum tantæ longitudinis ut manibus facile extendi deorſum uſque ad oſſa pubis poſſit. 2. In pluribus per ſe, ſua natura, ſponte fuiſſe extenſum ad fundum uſque imi ventris: Sua natura dicit, quod ſitus talis omnino naturalis ipſi ſit, cum omnia inteſtina, tum inferiora tum ſuperiora tegere debeat: *J. van Horne* in anatome anno 1656. facta, omentum ad pubem arcte alligatum peritonæo oſtendit, adeo ut cultro ſeparare cogeretur, Aliquando utero arcto nexu unitur, quod vidit *Severinus*, ut & fundo uteri *Bartholinus*: Et quando intercedit fundum veſicæ & uteri, os uteri comprimi & mulieribus ſterilitas afferri putatur. Aphor. 46. 5.

Omentum erat incraſſatum] Omentum plane carnoſum ſe vidiſſe ait *Bartholinus Anatom. Reformat. lib. 1. cap. 8.*

Observatio XI.

Alvi adſtrictio ob coalitum laterum inteſtinorum. 1. Inteſtini recti. 2. 4. 9. Ilei 3. Ani occluſionem per membranam. 5. 14. Inſertionem recti inteſtini in veſicam 6. 12 Anum imperforatum. 7. 10. 11. 13. Rectum inteſtinum implicatum cum veſica & ejus collo. 8. Ob coalitum recti inteſtini ſupra anum apertum. 15. 16. Ob defectum recti inteſtini & podicis. 17. Ob ulcus recti inteſtini. 18. Ob idem conſtrictum à membraneo vinculo ac reduplicatum. 19.

§. 1. MIliti cuidam dyſenteria laboranti mutuo utriuſque lateris ulcerati contactu inteſtina coaluere: venter ſuppreſſus tandem mortem accivit. *I. Rhodius cent. 2. obſervat.* 82.

§. 2. Nobil. N. jam in ſenio conſtitutus, alvi ſuppreſſionem incurrit, quam arcere tentarunt Medici medicamenris & clyſteriis, quæ nihil per inferius educebant: exhibitum quoque oleum amygd. ad ℥vj. pondus, quod tamen nec ipſum quicquam eduxit per inferius: Ultimo loco ceream candelam per anum indidere, cujus portio ad cubiralem longitudinem intromiſſa, nitida, nulliſque fæcibus deturpata extracta fuit, nulla tamen nec proinde excretione ſequuta: Aquæ thermales quoque ex aquario propinatæ, quæ & ipſæ ad intra corpus detentæ nihil profecerunt: Quare ab 11. decubitus die extinctus, cum *febris valida* & indeficiens ſuperveniſſet.

Cadavere apetto, Inteſtinum Rectum, in parte ſuperiori, ita per digiti transverſi longitudinem coaluiſſe ac coiviſſe repertum, ut vix tenuioris funiculi craſſitudinem æquaret; utrinque in confinio inreſtini partibus in tumorem quendam velut glanduloſum elevatis: Ex quo factum quo minus fæces in ſuperiotibus inteſtinis genitæ, per conſuetam familiaremque

remque regionem naturæ detruderentur: quinimo nec thermalis aqua coanguſtatam partem potuit pertranſire, ſed in monoculo congregata reperta.

SCHOLIA.

INteſtina quidem non ſolum ex flatuum repletione, ſed etiam ex acrium humorum, frigidæque ac vitreæ pituitæ redundantia, atque etiam ex intemperie ſola dolere poſſe omnibus compertum eſt, quinimo & ulcera frequenter patiuntur, & apoſtemate corripiuntur, atque etiam ſuppurantur, ut docet *Gal.* cap. 8. lib. 7. de loc. aff. At quod aliqua in parte ita areſcant ut tranſitus per illa intercipiatur, rarum admodum eſt, nec antiqui ſcriptores, quod meminerim, docuerunt, Sicuti itaque animalium inteſtina arte intorqueri ſcimus, fidibus parandis in lyſæ, teſtudinis aliorumque inſtrumentorum muſicorum uſum, Ita & aliquando ex ignea humoris alicujus caliditate ita areſieri in corpore humano inteſtinum contingit, ut in chordæ ſeu funiculi formam redigatur, ut nec ſpiritus quidem tranſitum admittat: Quod vero in corpore humores ignei generari poſſint & adurentes, nulla probatione indiget, qui in inteſtinum aliquod prolabentes iſtud aretacere poſſunt ut ex igne lora & membraneam paginam areſieri, atque ad minimum redigi conſpicimus, Quod in prænarrato factum cenſeo, qui cum ex ætate ad venereos congreſſus minus aptus eſſet, frequenter ad excitandum veneris ſtimulum pharmacis quibuſdam calidiſſimis utebatur: Quod vero in toto ægritudinis tractu nullus vomitus excitatus fuerit, cauſa fuit quod non inteſtina tenuia & ſuperiora laborabant, ſed duntaxat inferiora craſſioraq; unde quæ per os ingerebantur, liberum è ventriculo ad inteſtina, ad eam uſque affectam partem tranſitum habebant, ita ut meſaraicarum venarum medio, ad Hepar delatum alimentum corporis nutritioni diſtributum inſervire poſſet: fæces vero ex valida calida intemperie multum exſiccabantur, atque in variis inteſtinorum anfractibus collocabantur, in quibus non ſolum per dies, ſed & per menſem, nulla inſigni noxa ſuboriente retineri poſſe non ſemel obſervatum eſt. *Marc. Donatus hiſt. mirab. l. 4. c. 10.*

Cum febris valida ſuperveniſſet] Febriculæ ad quamvis alvi dejectionem ſubſequentis; alvo ſuppreſſa deſinentis, meminit *Excell. Th. Bartholinus* cent. 4. hiſtor. 40. Mulier *ait* ægra querebatur quoriens alvum deponeret, in febrem incidiſſe: quoties vero per dies duos eſſet conſtricta, ſanam ſe & incolumem vivere, materiam vero excretam nigram eſſe inſtar terebinthi: Clyſteribus educi jubebam materiam aduſtam, inteſtinorum valvulis arctius impactam, quam dum conſtrictis omnibus muſculis, ſummoque niſu excernere ſatagebat, turbato corpore impuro, febricula facile ſequebatur: Niſi forſan ab hæmorrhoidibus cœcis, vel condylomatibus ani ita ſphincter conſtrictus fuerit, ut duris excrementis tranſeuntibus excoriatio ſit oborta, doloresque ingentes, quod non ita pridem in alio ægro obſervavi.

§. 3. Mulier robuſta, ſexagenaria, nihil excrevit per alvum ſpatio novem dierum: Aperto cadavere, inventa pars Ilei tota inferior coaluiſſe, ut nihil hac via pertranſire potuerit. *Bartholinus centur. 6, obſervat. 38.*

§. 4. Filiolo Conſulis cujuſdam Thorunenſis clauſus podex, ſed ſine ullo indicio, apertus eſt, nullis excrementis ſed aliquot ſanguinis guttis ſubſequutis puelloque poſtridie mortuo.

In cujus abdomine aperto inventum eſt inteſtinum rectum, longitudine novem digitorum tranſverſorum, ad podicem uſque firmiſſime & arctiſſime, ad funis modum quaſi contortum, nullo plane meatu, aut hiatu conſpicuo, reliquis viſceribus ſecundum naturam conſtitutis. *Simon Schultzius obſerv. 2. miſcell. curioſ. anni 1672.*

SCHOLIA.

QUanquam *Pareus* l. 16. c. 33. puetos ano imperforato natos natura minime vivaces, neque multos dies ejuſmodi ſectioni ſuperſtites eſſe poſſe ſtatuat, refragantur tamen è veteribus Ægineta, Nicolaus Florent. Albucaſis, Haliabbas, Inter recentiores Mercurialis, *Cardanus*, *Hildanus*, qui pueri clauſo ano nati curationem proponit (vide §. 1.) cujus vita ad 8. annum uſque protracta eſt. Et nos teſtamur quod anno 1662. Thorunium advenerit Nobilis quidam Polonus cum filiolo 4. dierum, ſano & optime formato, præterquam quod ob podicem clauſum excrementa egerere haud potuit, quia orificium ani carne & cute obductum fuit: Cui ſectio à Chirurgo acuto ſcalpello forma crucis inſtituta eſt, exeunte mox magna copia excrementorum nigrorum & fœdiſſimi odoris, fotamini impoſito canaliculo argenteo, linimento anodyno inuncto, adhibitis poſtea ſecundum artem medicamentis deſiccantibus, & ſic cicatrice facta curatio per D. G. optime ſucceſſit: Infans hic per aliquot annos ſupervixit, neque quod *Hildanus* citato loco obſervavit, unquam de ſiccitate alvi conqueſtus eſt: Meminit quidem *Scultetus* Armam. obſervat, 77. alterius cujuſdam operationis, ſi natura jam aliquale veſtigium monſtrarit, poſſe illud cum ratione gentianæ magis dilatari, ſed curatio hæc dolorifica eſt & diutius protrahitur. *Idem.*

Inteſtini recti perfectæ & profundæ coaleſcentiæ, feliciter curatæ exemplum tradit Clar. *Daniel Ludovicus* in miſcell. curioſis anni ejuſdem obſerv. 257. Pellionis, *inquit*, filiolus, altero poſt partum die imperforato ano deprehenditur, inſtituta proin inſpectione, & collecta hinc intima coaleſcentia pro deplorato habitus eſt: Cordatus tamen Chirurgus, facto prognoſtico, lancetta apertionem aggreſſus eſt, loco rimulæ non tam oculis quam conjectura qualicunque concepto, puello interim quietiſſimo, imo conatum fere quendam egerendi adverſus Chirurgi manum oſtendente: Poſtquam ad articuli pene longitudinem lente ſurſum pergendo pervenerat, nil vero exiret deſtitimus, donec elapſis aliquot horis, rogantibus denuo parentibus, inſertaque iterato lancetta (exigua ſemper cruentatione) ſenſim ac ſenſim ad finem coalitus, qui longitudine ſua duos auricularis digiti articulos, in mediocri viro, facile æquavit, perveniretur, & excrementa nuper natis conſueta cuſpidi occurrerent, ſatis liquida: Unde inſerta turunda prælonga meatus amplius dilatatus, indeque circumcirca uſualibus medicamentis cicatriſatus eſt: infante bene ingerente, egerente &c.

nteſtinotum expultrice abolita provenifſe. *Riverius ex communic. Sam. Formii. Obſ.* 18.

§. 7. P. Blanc tenſione dolorifica ventris cum febre afflictus, nihil per ſeceſſum rejiciens &c. Inventa ſunt inteſtina craſſa livida & ſemicorrupta, unúmque ex iis perforatum, in abdomine vero multi humores fœtidiſſimi &c. *Vide tit. de ventris doloribus.*

§. 8. Religioſa mulier inteſtinorum doloribus multis jam menſibus urgebatur, & Alvus nil niſi ægre & durum, idque decimo tantum quoque die reddebat.

Mortuæ corpore inciſo, inventa ſunt inteſtina altiore callo conſtricta, adeóque iter anguſtum relinquebatur ut dejectiones ægre tranſmitti poſſent. *Benivenius de Abditis c.* 30.

§. 9. *Iuvenis* fractus acerbitate partim dolorum abdominis, partim vehementia convulſionum, tandem paralyticus obiit: Inteſtina, quanquam cruciatu per plures dies afflicta, atque immedicabili fere ſegnitie laboraſſent, tamen integra & inculpata fuerunt; Sed ubi ad caput ventum, ſerum multum inter cranium & meninges diffuſum repertum, circa principium ſpinalis medullæ &c. *Vide tit. de Convulſione lib.* 1.

Observatio II.

Alvus cohibita obſiccitatem viſcerum & inteſtinorum, è quibus Duodenum ſtercore infarctum erat.

Jo. Preſſius, Medicus Romanus, ſe in cadavere Capucini vidiſſe aſſerit Duodenum inteſtinum undique repletum ſtercore, coloris atri, levi & duriſſimo; quod in plures partes diviſum tubera ad unguem æmulabatur, ſine tamen magno fœtore; quod à caliditate maxima ortum habuiſſe credibile eſt: Pater ille cum prius juris, alteriuſque rei cochlear ſumeret, ſtatim vomebat, & cum vomitu magnam pituitæ vitreæ quantitatem excernebat, abſque eo quod ullus tumor, ullúſve ſtomachi vicinarumque partium dolor adeſſet.

SCHOLIA.

Id à quod eveniat conjectura aſſequi poſſumus: nam cum Pater prius fere quotidie quintam roriſmarini eſſentiam ſumeret, ſi quis diceret ex hoc orum ſumpſiſſe; forte veram morbi cauſam indicaret: medicamenta enim Chymica ſicut aliquando mirabiles producunt effectus, ita ſæpe abſque modo & menſura adhibita ſunt tanquam gladius in manu pueri: Facile illa quinta eſſentia ſicut hepar excalfacere, ita qualitate ignea humidum ventriculi abſumere potuit. *Dom. Panarolus Pentec.* 2. *obſ.* 29.

Quod a caliditate maxima] Quæ diaphoreſin nimiam inducit: Ab hac autem alvum adſtringi obſervat *Willis*, adeo ut multis quibus vix officio fungebatur ea de cauſa, id conſilii dederit ut mature de lecto ſurgerent, quod tepore diaphoreſin liberiorem procurat: In memetipſo id experiri licuit, cui ſponte alvus horis matutinis commovetur; at ſi forte ob negotiorum urgentiam naturæ debitum non exſolvam, atque vel ad horulam cohibeatur, vix deinceps tota die ſtimulum perſentio, ſcybala & induratas fæces ægre dejiciens, quæ matutinis horis, & ſolitis, debita conſiſtentia eunt: Ab exercitio ſcilicet liquidior excrementorum pars abſorbetur, reſtibili craſſiori & terreſtri.

Observatio III.

Alvus immorigera ob vitium ventriculi & inteſtinorum inflatorum, nigricantium. 1. *Ob Steatoma in fundo ventriculi.* 2. *Abſceſſum circa hujus fundum.* 3. *Situm ejus & coli p. nat.* 4.

§. 1. Vir melancholicus alvum habebat adſtrictiorem: Ventriculus illi & inteſtina inflata nec non nigricantia, interius atramento quaſi ſutorio oblinita. *Vide tit. de Scorbuto.*

§. 2. Quidam xl. annorum obſtructione alvi ſæpe laboravit, poſt mortem repertus ingens abſceſſus circa fundum ventriculi, ex eo genere qui Steatomatici dicuntur, ad magnitudinem anſerini ovi, qui ſatis durus fuit redditus. *Ex Ioach. Camerarii. Oſerv.*

§. 3. Quidam obſtructione alvi ſæpe laboravit: Poſt mortem repertus ingens abſceſſus ſteatomaticus circa fundum ventriculi. *Vide tit. de vomitu.*

§. 4. Studioſus ventriculi debilitatem paſſus eſt ob denegatam excrementorum ejectionem: Ventriculus in ſiniſtro thoracis latere latitabat, cum parte coli &c. *Vide tit. de vomitu*

Observatio IV.

Alvi adſtrictio ob Pylorum cartilaginoſum redditum.

Mulier (*de qua tit. de vomitu.*) per ſemannum alimenta aſſumpta evomebat, atque alvi dejectiones paulatim magis magiſque imminuebantur, itaut tandem vix quatuor ſeptimanarum ſpatio ſemel alvum dejiceret, In illa Pylorus cartilaginoſus inventus eſt, adeóque anguſtus ut majorem aciculam duntaxat tranſmitteret.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

P*Ylorus cartilaginoſus*] *Bened. Silvatico* propoſitus fuit caſus virginis veſtalis, cui alvi adſtrictio adeo gravis, ut biennium cum dimidio nihil alvus dejecerit, cum vomitu chyli rudi ter confecti: Cujus affectus cauſam cenſet Pylori anguſtiam, ſicque ratiocinatur conſult. 98. cent. 2. Supponam (*inquit*) tanquam certiſſimum, fæces non excerni per alvum quia non generantur; Non generari vero, quia chylus non recipitur in inteſtinis tenuibus, ubi facta purioris ejus partis ſuctione per venas meſaraicas, quod ſupereſt excrementum craſſum & terreſtre ſtatutis temporibus per alvum excernitur: ac proinde quotieſcunque chylus deſcendere non poteſt, nec fæcum generationi ſupperit materia: Hujus quoque rei cauſa, me judice, eſt anguſtia Pylori, natura ſua valde anguſti, nunc vero potiſſimum ob decubitum humoris melancholici, criſis ritu in declinatione febris ad illam partem à natura tranſmiſſi, forte quia putredo obſidebat primas vias, prout fere ſemper in intermittentibus accidit: Ideoque dictum fuit ab *Hippocr. quod à ventre ſuperiore rigor, & ab inferiore febris*: Quod autem illuc confluxerit, compertum eſſe poteſt ex dolore pungitivo perſiſtente, inflatione circa illam partem, & ex doloris intenſione ad manu factam compreſſionem, & ex fiſſuris oblongis in ſuperficie nigricantibus, in intima parte rubicundis, ex quibus ſanguis niger emanare videtur, quæ aliquando ſanantur, aliquando recurrunt: Hæc enim omnia in regione orificii inferni apparentia, luce clarius produnt humorem melancholic[um] craſſum ad illud confluxiſſe, ibique tumorem ſc[ir]rhoſum, vel ſaltem perfectam obſtructionem proc[re]aſſe, ac proinde ita coarctaſſe meatum illum, ut ch[y]lum tranſmittere non poſſit, qui propterea ventric[u]lum gravans, irritata expultrice, per vomitum ſtat[u]tis temporibus egeratur: Quod ſi quærat quiſpia[m] quomodo nutriri poſſit patiens, impedita ſangui[fi]catione ob penuriam chyli per meſaraicas ad jec[ur] non permeantis? Dicendum quod portio aliqua t[e]nuioris & magis halituoſi chyli tranſmittatur p[er] vias anguſtiores: Verum, qui halituoſa illa mater[ia] tam diu nutrire poſſit, ac tantam ſanguinis copia[m] ſubminiſtrare, quæ menſium profluvio annum cu[m] dimidio ſufficiat? Equidem crediderim per vena[m] gaſtricam majorem, & coronalem ejus ramum, c[um] cum pylorica conſenſus eſt, aliici tantum poſſe ch[y]li laudabilioris, quod per meſaraicas jecori ſubm[i]niſtratum, ſufficiat cum nutritioni tum periodic[o] menſium fluxui: *Hactenus ſylvaticus*, At vero cu[m] ex Anatome conſtet vaſa ſanguifera quam plurim[a] ad ventriculum pertingere, partim ventriculi ſum[mitati], partim fundo ejus inſerta; Porro conſtet [ex] comeſtis refectionem citiſſimam conſequi, quæ p[er] longas inteſtinorum, & vaſorum chyliferorum an[fractus et am]bages fieri nequit, Quid veriſimilius eſt quam ve[nas] intra ventriculi cavitatem confitiſſime dehiſcen[tes], ſubtiliorem quandam chyli portionem exciper[e] & protinus cruori infundere? *Willis*.

OBSERVATIO V.

Alvus adſtricta ab anguſtia Ilei inteſtini cartilaginei.

QUidam ante annos 30. aut 60. ita alvus pigra erat, ut non ſolveretur niſi clyſmate au[t] alia arte: Hujus rei cauſas varias machinabantur, ſed cadaveris apertio rem alite[r] habere demonſtravit, Nam inteſtinum jejunum ita anguſtum & cartilagineum eſt depre[] henſum, ut vix per illud chylus deflueret, itaque diu morabatur in eo, tum propter angu[] ſtiam, tum propter impeditum motum periſtalticum. *Ballonius Epid. lib.* 1. *pag.* 58.

SCHOLIA.

I*Mpeditum motum periſtalticum*] Silentio prætereundum non eſt quod de motu inteſtinorum Periſtaltico concepit Eruditiſſimus *Joh. Conradus Peyer* libello de *Glandulis inteſtinorum* cap. 4. nempe Ipſi videntur contractiones fibrarum periſtalticæ, non tantum à parte ſuperiore verſus inferiorem conſtanti ſerie progredi, ſed in ſtatu quoque naturali (quoad inteſtina ſaltem tenuia) motu reciproco nunc ſurſum nunc deorſum blande ferri, idque eum in finem, ut tum liquores fermentativi, agitatione hac ciborum colliquamento penitius immiſceantur, tum ut chyli in vaſa lactea διάδοσις expeditior ſuccedat: Huncque de motu inteſtinorum conceptum Ipſi probabilis ratio, ac deinceps ocularis ſuggeſſit inſpectio, Etenim ut ciborum liquamen è ventriculo tenuibus inteſtinis infuſum chyli naturam induat, mora aliqua ſive manſione unius alteriuſque horæ opus eſt; Perinde ac Chimicorum Filii rem quampiam digeſtioni expoſitam aliquandiu relinquant oportet: Moram vero hanc plane quietam eſſe, neque chyli genius, qui torpendo mox vitium contrahit, neque inteſtinorum fert patientia: Proinde neceſſe eſt fibrarum carnearum corrugationes ultro citroque fieri, ut una eademque pars maſſæ modo ſurſum modo deorſum conjiciatur: Conti[]nuato enim impetu à ſummo ad imum ſi vergere[t] inteſtinorum contractio, quam quæſo proclivis eſſe[t] nectaris chyloſi cum ſtercoribus confuſa excretio[?] Aut quotuſquisque immunitatem ſibi ab affection[e] cœliaca, vel ad unicam horam polliceri poſſet[?] Quibus face conſpectiore illuſtrandis, confert ex[]emplum mulieris ab Excell. D. D. *Wepfero* Ipſi ex[]hibitum: Illa miſella, quam & præſens vidit, ex ab[]dominis latere ſiniſtro, paulo ſupra inguinis regio[]nem, propendentem geſtat magnam inteſtini portio[]nem, duas, & quod excurrit, ſpithamas longam, qu[æ] denudata tempore concoctionis, ope fibrarum cir[]cularium, modo ſuperius, modo inferius ſeſe con[]ſtringere, atque materiam intus fluctuantem deor[]ſum ſurſumque conjicere, manu admota, absqu[e] ægrotantis dolore vel torminibus explorabatur, Se[d] & in diverſi generis brutorum vivi ſectionibus, [à] Clariſs. Viro variorum experimentorum gratia cre[]bro adminiſtratis, notavit inteſtina abdomine diſſe[]cto in apricum expoſita, corrugationes ſuas vermi[]culares, loco modo inferiore, modo ſuperiore inchoatas, variis motibus reciprocare.

Observatio VI.

Alvus difficilis ob nodos in inteſtino Ileo.1. Ejus prolapſum.2. Partem eius gangræna affectam.3. Ejus diſtenſionem à ſtercore. 4. Apoſtema tenuium inteſtinorum. 5.

§. 1. NUper ex dentitione difficili convulſa fatis ceſſit N. filiola, alias ab ortus ſui veſtibulo ſana, præterquam quod in excernendis fæcibus, etſi liquidis, ſummam pateretur difficultatem, & talem quidem ut ex conatu nimio & reſpiratione retenta tota facies nigreſceret.

Exenterationi traditum corpuſculum, Invenra viſcera omnia ſana, præter Inteſtinum Ileum, in quo rres nodi una ferè ſpithama inter ſe diſtincti viſendi erant; in horum quolibet magua portio hujus inteſtini,ipſi meſenterio non adhærens, abſcondita latitabat: *Ex obſervation. D. Matth. Franc. Hertodi Medici Moravi in miſcell. curioſ. anni* 1670.

SCHOLIA.

DIfficilis hujus excretionis dubio procul unica cauſa, ob motum nimirum periſtalticum inteſtinorum, ex varia eorundem fibrarum flexione quodammodo impeditum, qui alias ad excretionem neceſſario requiritur: Nec enim credibile hanc inteſtinorum actionem læſam à convulſione ortam eſſe, cùm à meſenterio rupta inteſtina, & à meſaraicis vaſis extravaſatus ſanguis nullatenus appareret; neque ipſa inteſtina una cum meſenterio in nodis illis viſis ſeſe abſcondiderint: Statuendum ergo potius ab ipſa ſtatim conformatione hoc malum eveniſſe; & forte idipſum in alvo difficili frequentius cernere contingeret ſi in cadavera humana debacchari liceret.

§. 2. Jacobus Berthier in colicum dolorem incidit, Suppreſſa omnino alvus; Imus venter quaſi ſyderatus apparuit, Prolapſum Ileum. *Tit. de ventris dolore.*

§. 3. Mulier nihil excrevit per alvum ſpatio novem dierum: Illi pars Ilei inferior tota valuit, ut nihil pertranſire potuerit, gangrænoſa enim erat & putrida. *Vide lib. 4. tit. de febribus.*

§. 4. Cuidam tumor inerat durus ſub liene: aperto cadavere tumor viſus eſt procedere uſque ad fundum inteſtini Ilei; quo aperto fæces induratæ exiere. *Vide lib. 4. tit. de Tumoribus.*

§. 5. Uxor Dom. N. conquerebatur de dolore in umbilico cum alvi adſtrictione, &c. – tenuia inteſtina inventa putredine corroſa. *Vide tit. de ventris dolore.*

Observatio VII.

Alvus adſtricta ob Cæcum inteſtinum cydoniato obturatum 1. *Colon fæcibus obſtructum.* 2.

§. 1. SEptennis puella diarrhœa corripitur: à mulierculis large cydoniatum illi exhibetur: alvus inde omnino reſtitit: hinc tormina, dolor ventris, mors: Aperto cadavere, cœcum inreſtinum adeo cydoniato obruratum deprehenditur, ut nihil pertranſire poſſet. *Fernelius Patholog. lib. 6. cap. 9. Iuſtus Laigneau lib. de ſanguinis ...ſione pag. 255. Vbi hiſtoria fuſius deſcribitur.*

SCHOLIA.

SÆpe in inteſtino Cœco tanta excrementorum ſarcina excipitur, quæ cum concoqui nequeat, ...tum immoratur, & tumorem magnum infra um...tum cum ſenſu moleſto efficit, in abſceſſus ſimilitudinem, qui aliquando peritos medicos fefellit, cum exiſtimarent ipſum eſſe frigidum apoſtema, vel in mulieribus molam: *Sebaſtianus Naſius meth. med. parte 2. pag. 299.*

§. 2. Mulier in Colicam incidit, cum alvi difficultate, dolore ilii ſiniſtri gravi, quaſi inter plumbi maſſa: Colon juxta ventriculum flatibus expanſum erat; reliquis in locis ad illum uſque inteſtinum anguſtum, fæcibus duris & craſſis infarctum. *Vide lib. 1. tit. de ...lyſi.*

Observatio VIII.

Alvus obſtructa ob colon pituita infarctum.

QUidam gravis affectus Alvum prorſus cohibuit, qui tandem ventre ſupra modum intumeſcente deceſſit è vivis, Inventumque eſt colon uſque adeo pituita infarctum ...lidum prorſus cenſeretur, nihilque omnino fæcis in alvum delabi ſineret. *Fernelius ...ol. lib. 6. cap. 9.*

SCHOLIA.

INterdum craſſa, lenta vereque gypſea pituita, quæ ſenſim copioſior collecta, firmiusque inteſtinis adhæreſcens, omnem colum capacitatem replet: Supervacanea quidem pituita in cerebro, in ventriculo & in inteſtinis gigni conſuevit, ſed in cerebro tenuis & aquoſa, in his vero craſſa atque lenta: hæc enim peculiare eſt ventriculi & inteſtinorum excrementum, non fæx alvi, quippe quæ cibi excrementum eſt commune: Etenim quum illorum ſubſtantia frigida ſit atque membranoſa, craſſum certe ac viſcoſum de ſe excrementum proferet, quale eſt pituita lenta: Hæc igitur ſecundum naturam gignitur concreſcitque in inteſtinis: è quibus cernitur alias ſponte fæcibus circumjecta deſcendere, alias clyſtere manifeſte deduci, alias dyſenteriæ vi corradi: Quum autem parcius ea vacuatur, ſenſim aucta caloris vi ſic tandem craſſeſcit, ut prorſus inteſtina obſtruens quaſi infarciat, fiatque latentium difficiliumque morborum cauſa: Caroli Quinti Imperatoris Legatus quidam dolore torquebatur, necnon tumore à dextro hypochondrio per ima ventriculi in ſiniſtrum exporrecto: Huic quum ſexennio toto remedii genus omne tanquam emolliendo ſcirrbo adhibitum fuiſſet, injecto tandem acriori clyſtere, durum ac firmum quippiam, medio ductu pertuſum, pedis longitudine detractum eſt, quod ille inteſtini portionem eſſe metuebat, Sed quum repente levatus eſſe videretur, adhibito conſilio, iterum ac tertio clyſtere prolutus eſt, rurſusque ſimili evulſa materia, continuo priſtinæ valetudini eſt reſtitutus. *Idem ibidem.*

Colon pituita infarctum] Ob contentorum vitium quomodo alvus adſtringatur, oſtendit *Franc. Sylvius* Prax. lib. 1. cap. 2. Ad Alvum, *ait*, adſtrictiorem revocamus, tam *ſegniorem contentorum propulſionem*, quam *rariorem & parciorem* ipſorum per anum *expulſionem*: Segnius procedit contentorum propulſio, hinc & rarius eorundem expulſio per inteſtina, quando 2°. 3°. 4°. demum die tardiusve adhuc deponuntur alvi excrementa, quæ quotide ſemel ſaltem excerni oporteret: Evenit autem id, quoniam ſunt *Contenta* & propulſa viſcidiora, vel magis indurata exſiccatave: Viſciditatem ſuam debent contenta rebus non naturalibus (Alimentis ſimilibus, piſcibus, marinis præſertim, Aeri humido nebuloſo & uliginoſo; Vitæ deſidi ac ſine curis, accedente ſomno multo; Corporis quieti ac ſegnitiei; Animo meticuloſo & ignavo, Tardæ plerorumque excrementorum excretioni:) Duritiem autem, tum alimentis ſimilibus, oſſeis & cartilaginoſis, tum Flatibus auſteris, conſiſtentiam contentis firmiorem conciliantibus: *Siccitatem* habent contenta, propter chylum copioſius elicitum, & quandoque propter potum pauciorem, cum pane multo uſurpatum: Parcius prodeunt Alvi excrementa, quia eorum pars aliqua ſecreta eſt, ac in lacteas venas propulſa, una cum chylo, vel alia & indecenti via excluduntur, tam in vomitu præternaturali ab inteſtinis ortum habente, quam in vulnere aut ulcere inteſtinorum notabili: Huic ultimæ cauſarum ſerici à *Sylvio* allatæ accenſenda eſt *ciborum parcitas*, aut paſtuum intercapedo, de qua *Ballonius* Epidem. & Ephem. lib. 2. pag. 228. Ita memini Virum Illuſtrem, Dom. *Jacobum Anjorrantum*, Genevæ Primarium Conſulem, *Henrico IV.* Galliarum Regi acceptiſſimum, Medicos aliquando convocaſſe ob adſtrictiorem alvum, quæ exacto triduo aut quatriduo demum ſolveretur: Ex iis unum ab Amanuenſi clam accepiſſe Dominum ſuum pauciſſimo cibo contentum eſſe, vixque frugaliorem tota vita notum fuiſſe: Quamobrem ab ulteriori diſquiſitione deſtitum, cum ea cauſa ſatis efficax eſſet; à pauco ſcil. cibo pauca ſupereſt fæx Ex *Galeni* autem ſententia expultricem hæc tria ſollicitant, βάρος, δῆξις, ὄγκος:

A Continentium ſcil. Inteſtinorum, ſeu fibrarum eorundem, tam rectarum quam circularium vitio quomodo alvus inobediens fiat, oſtendit *Willis* Pharmacop. ration. ſect. 1. c.2. Quoad uſus, *inquit*, (tum interioris nervoſæ tunicæ, tum ſecundæ, ſive mediæ, penitus carnoſæ) earum ſpectat, cum inteſtinorum munus ſit chylum & fæces à parte in partem promovere, adeoque prorſum urgendo, demum per totos ipſorum ductus trajicere; inſuper dum ipſa contracta & abbreviata, quoad cavitates coarctantur, ſubtiliorem chyli partem in vaſa lactea & venas meſaraicas exprimere, obvium eſt concipere quomodo prædictæ fibræ utrumque hoc penſum exequantur: quippe dum fibræ circulares ſucceſſivè ſive ſeriatim contractæ, inteſtini profunditatem coarctant, eodemque tempore longitudines inflatæ & intumefactæ ipſum amplius anguſtant, ſimulque decurtant, neceſſe erit viſcerum horum contenta pone compreſſa uſque prorſum urgeri: Inteſtina autem craſſa tunicas eaſdem ac gracilia obtinent, cumque in colo fæces recta aſcendant, fibris carnoſis robuſtioribus, quæ contractionis motum fortiorem efficiant, opus eſt: Hinc ſi inflammatio aut ſphacelus circa coli initium contigerit, adeo ut fibræ carnoſæ læſæ, contractiones pro fæcibus ſurſum elevandis obire nequeant, illæ verſus Ileon reſtagnantes Paſſionem iliacam incurabilem afficiunt, Porro in hoc inteſtino involucra iſta concamerata, ſive cavernæ adduntur, ut fæcibus alvi diutius detentis crebrius deſidendi moleſti tollatur:

In quibuſdam vero coli tunica interior adeo valde tenera & ſenſibilis eſt, ut ab enemate, licet anodyno, injecto, ſpiritus ſtatim excandeſcentes, ac intra fibras nerveas exploſi, membranas ſumme inflent ac diſtendant, adeoque in toto abdomine maximas moleſtias excitent. Hactenus *Willis*: Unde collige, quæcunque cauſa fibrarum iſtarum tonum vitiare poteſt; aut ſi eædem natura minus ſenſiles ſint, hinc alvi dejectionem aboleri aut tardiorem eſſe poſſe.

Benedictus Silvaticus conſil. 97. cent. 2. pro Juvene cui alvus erat adſtricta, cauſas ſic rimatur, Affectus, *ait*, hic eſt ſymptoma in excretis p. n. retentis, dependens quidem *immediate* ab alio ſymptomate, actione ſcil. læſa, & inteſtinorum expultrice labefactata, cum fæcum excretio ſit expultricis inteſtinorum, craſſorum poriſſimum, munus: *mediate* tamen à morboſa corporis diſpoſitione dependet, omnia enim ſymptomata ſequuntur morbos, ut umbra corpus: Poſſet quidem provenire ab externis erroribus, cibis ſcil. copia vel qualitate, vel ordine aſſumendorum peccantibus, verum cum morbus octo annorum non fiat ab externis erroribus, ideo videndum eſt quales ſint morboſæ corporis diſpoſitiones: Quæ cum poſſint eſſe in mala compoſitione, vel intemperie: in mala quidem compoſitione, qualis eſt obſtructio ipſorum inteſtinorum, vel pori fellei, per quem bilis ad inteſtina permeat ad irritandam expultricem, Vel compreſſio & anguſtia à tumoribus, aut ſcirrhoſis, aut alterius generis par-

tium inteſtinis incumbentium, Nullius iſtorum indicium ſe prodit: Si enim eſſet obſtructio in inteſtinis, non adeo levi negotio ſubducerentur fæces: Si vero in poro felleo, ictericos fieret patiens, fæces eſſent albicantes, quæ tamen quando egeruntur tenues ſunt & flavi coloris, licet non ſemper: quando enim duræ ſunt, nigricant: Alii vero tumores, vel cum materia, vel flatulenti, tenſionem inducerent, duritiem & renixum, cum aliquo pondere in partibus inferioris ventris, quæ non obſervantur: Ut propterea omne vitium ſit ad intemperiem referendum, quæ tamen vel eſt ventriculi, vel jecoris, vel inteſtinorum: In ventriculo quidem calida erit, cujus ratione pauca alimenta aſſumuntur, & aſſumpta aſſantur, & ſunt cauſa adſtrictionis: Verum crediderim quod patiens laboret potius intemperie frigidiore: appetit enim, non ſitit, manifeſto frigiditatis indicio, cum pituitæ proventu, quod ex fæcibus patet, quæ ſunt viſcida pituita veluti viſcatæ: Igitur vel Jecoris vel Inteſtinorum fuerit: Qualis autem ſit Jecoris intemperies, ſiccitatis alvi cauſa, exiſtimo eſſe utcunque frigidam cum ſiccitate, quatenus ſcil. hujus ratione non generatur ea bilis copia, quæ ad inteſtina tranſmiſſa per porum felleum expultricem irritare poſſit, atque adeo facultatis inteſtinorum vitium proveniet ab errore externo, defectu nempe ſtimuli expultricem irritantis: Quod autem Jecur hujus ægri vergat potius ad frigidum, patet ex frigiditate totius corporis & ſiccitate, frigiditate extremorum, ſitis defectu, nulla oris amaritudine, venarum anguſtia & glabritie inferioris ventris: Non tamen adeo inſignis eſt obſtructio illa, quæ omnem intercipiat bilis in inteſtina tranſmiſſionem, ut propterea fæces ſint flavi coloris, quando ſunt humidæ, cum vero ſunt ſiccæ, nigricantis: Non ergo hæc fuerit ſola cauſa hujus adſtrictionis alvi, quam cenſuerim potius eſſe inteſtinorum intemperiem; ita ut afficiatur facultas, non per errorem externum ſolum, ſed per morboſam partis, cui inhæret, affectionem, cum imprimis ſint affectus diuturni, qui licet in principio poſſint eſſe per conſenſum, progreſſu tamen temporis fiunt eſſentialiter, Cujus autem generis ſit hæc intemperies ſi quæratur, non aliam dixerim quam illi contrariam quæ juvat expultricem, quod ſit ab humida intemperie, cum caliditate præſertim: Ergo læditur ab intemperie ſicca inteſtinorum, cum frigiditate, præpollente tamen ſiccitate, & remiſſa frigiditate: Quod autem ſiccitas obtundat vim expultricis, palam eſt: quæcunque enim retentricis vim intendunt, expultricis remittunt, unius enim robur quod alterius eſt infringit: ut hoc nomine imbecillitas retentricis oris ſuperni ventriculi ſit cauſa vomitus, quia ſcil. tunc validius agit expultrix, licet non valde irritata, quia non obnititur facultas retentrix: quare cum intendatur vis retentricis à ſiccitate, noxam ab ipſa capiet expultrix, hinc fit quod ſtyptica, frigida & ſicca, ſunt adſtringentia, quia augent vim retentricis: Quod ſi ſiccitati jungatur frigiditas, augetur etiam magis vitium expultricis, quia tunc quoque hebetatur ſenſus tactus inteſtinorum, ratione potiſſimum frigiditatis, quæ torporem quendam inducit in ſenſum, quem & tollit omnino ſi valde excedat: Idcirco cum inteſtina patientis noſtri ſint frigida & ſicca, nil mirum ſi alvum etiam habeat adſtrictam, cum ob imbecillitatem expultricis, tum ob imminutum ſenſum irritamenti à fæcibus, quod fit ab intemperie frigida inteſtinorum, ob paucam bilem, & pituitam obtundentem ſenſum partis & acrimoniam bilis: Intemperies itaque iſta, bilis defectus, & pituitæ præſentia, erunt cauſa ſiccitatis alvi in patiente noſtro: Quod autem poſſint inteſtina hac intemperie laborare, patet ex præteritis erroribus, atque à juvantibus & lædentibus, refert enim ſe in hunc affectum incidiſſe poſt ſudorem ſuperfluum in balneo: hic enim exſiccavit magis inteſtina quam alias partes, quia cum ſint membranoſa, ſunt etiam ex ſe ſicca: Addit ſe juvari ab humectantibus, non autem ab aromatibus, quæ cum alias conferre deberent irritando, lædunt tamen dum augent ſiccitatem, quinimo juvamentum præſens ſuſcepit ab injectis clyſteribus ex oleis calidis, adeo ut ab ipſorum uſu alvus lubrica ipſi fuerit octo & pluribus diebus, abſque aliis præſidiis, non aliam ſane ob cauſam, quam quia ab ipſis corrigitur intemperies excedens inteſtinorum, cum frigida tum ſicca: Quæri tamen poteſt, qua ratione cum ſiccitate adeſſe poſſit pituitæ copia? nec ad rem eſt quod hujus non ſit tanta copia quæ humectet omnia inteſtina, Non enim eſt tenuis & fluida, ſed viſcida & craſſa, quæ propterea non ſufficit iis humectandis: Si porro objicias, quod à frigiditate durentur fæces, Reſponſum in promptu eſt, id fieri ob longiorem in his moram, cujus ratione utcunque partes ſint frigidæ, ob viciniam tamen partium calidiorum abſumuntur partes magis liquidæ, atque ita exſiccantur fæces: Faceſſit poſtremo negotium, cur uſu leviorum humectantium, cum alvus facile ſubducatur, & ſine moleſtia, à caſſia tamen id ſuccedat cum torminibus, cum ſyrupus roſar. ſolut. eam vel nihil vel leviter ciëat? Hoc enim fit quia caſſia eſt flatulenta, neque humiditate actuali pollet, nec ita facile diſſolvit duritiem fæcum, ut ipſas ſine moleſtia & dolore educat, cum ſyrupus roſat ſol. non hæreat in inteſtinis; ac proinde licet actualis ſit ipſi humiditas, non agat tamen in fæces duratas, ſed ſtatim à natura deturbetur, antequam ſubducantur fæces, ut fit ab alimentis humidis, quia hæc permiſta cum cibis ad inteſtina decumbunt, quæ propterea dum diutius ibi hærent, magis etiam humectant, atque alvum lubricam efficiunt.

Observatio IX.

Alvus adſtricta ob craſſi inteſtini partem annulo conſtrictam. 1. Coli putredinem. 2. Gangrænam. 3. Calculum adhærentem. 4. Sphacelatum & Diſruptum. 5. Scirrhum, Dilationem. 6. & 7. Malam conformationem. 8. Putrefactionem. 9. & 10. Contorſionem & Dilatationem. 11. Scirrhum. 12.

§. 1. Mirum quod cuidam per totam pene vitam contingit, Alvus nil pene reddebat niſi liquidum aut ſollicitata pharmacis: neſciebatur quo id eſſet referendum.

Aperto

Aperto cadavere, repertum eſt in medio unius craſſi inteſtini annulus craſſus & dur qui mediam pene inteſtini partem occupabat : Sic craſſiora excrementa non potera tranſmitti : *Ballonius Paradigm.* 30.

§. 2. Uxor N. incidit in dolorem in latere dextro, ſub regióne Hepatis, cum alvi a ſtrictione &c. Inventa in eo loco pars inteſtini Coli putrida & denigrata. *Vide tit. ventris dolore.*

§. 3. Cuidam dolor ad imum ventrem implacabilis, venter perpetuo ſiccus : Colo repertum velut nigrefactum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 4. Juvenis ex intervallis ſolum fæcalia excrementa deponebat, ſicca, exuſta, citi noxam ullam: Acceſſere ventris tormina cum ſtercoris ſuppreſſione. Inventus eſt calcu lus caſtaneæ magnitudine & forma, Colo inteſtino tenaciter adhærens. *Vide tit. de ven tris dolore.*

§. 5. Matrona ſeptem diebus nihil dejecerat; Inteſtinum colon, non procul à recto Sphacelarum, tunicaſque diſruptas vidi : *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 6. Obſervatum iu Dom. Zolin Medico & Advocato Gillor, cui Colon, qua parte vi einum eſt reni ſiniſtro, collecta veluti cartilagine dura in ſcirrhum induruerat, interior cavitate eo tumore intercepta ut nihil tranſcurreret: Parte dextra colon ad inſtar veſi cæ dilatatum & extenſum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 7. Mulier 1°. tertiana notha, deinde colica, poſt paralyſi fuit afflicta, cum alvi ſicci tate & dolore ilii ſiniſtri tenſivo &c. Inventum colon p. n. conformatum, nam ubi mo nóculus ſitus eſt, & ubi colon ventriculo annexum, colon fuit valde laxum flatibus expan ſum; reliquis in locis ad craſſum inteſtinum uſque, anguſtum, fæcibus duris infarctum. *Vi de lib. 1. tit. de Paralyſi.*

§. 8. Uxor N. partui vicina, poſt cómeſtionem fructuum horariorum & lactis, ſuper hauſto magno hauſtu cereviſiæ frigidæ, ſtatim incidit in dolorem in latere ſiniſtro ſub regione Hepatis cum alvi adſtrictione :

Secto corpore 5°. poſt die mortuæ; inventa eſt in eo loco pars inteſtini coli pùtrida & denigrata. *Obſervatio D. D. I. Heſſi.*

§. 9. Alius cum intemperanrius cœnaſſet, incidit in dolorem ventris circa pubem acerrimum, cum ſenſu caloris & adſtrictione alvi.

Secto mortui corpore, inveuimus colon circa illum locum plane putrefactum, ita ut etiam ad levem contactum plane rumperetur. *Idem ibidem.*

§. 10. Fœmina quædam uterum gerens, per omne tempus geſtationis, neque minus ultimo menſe, toras dies indeſinenter à ſummo mane in multam noctem acu nebat, perpetuo ſedens, in ſeſe quaſi contracta & incurvata, prono capite, ut ſolent acui intentæ: hinc in ventris tantam conſtipationem incidit, ur totis 10, 15, 20 etiam diebus, ne ſemel quidem alvum dejiceret, Id quod illa parvi faciens neglexit, pergens quouſque poterat tum ſedendo tum nendo; donec præ incredibili ventris tumore & dolore (quorum utrunque ex alvi fæcibus retentis contractum erat) ſedere ulterius ac nere non poſſet: Decumbit tandem miſera, tormina ventris ejuſdemque tumor, *indeque orta anxietas*, creſcunt in dies, ac in tantum augentur, ut res in extremo periculo videretur eſſe omnibus quotquot illam adibant : Suppoſitoriis & clyſteribus ad alvum ciendam vel dolorem leniendum ne proficiebatur quidem tantillum : Clyſter enim qualiſcunque, vel quantuſcunque injiceretur, in recto nonnihil tantum inhærebat, (ut res tandem patuit) inteſtino, paulo poſt regreſſus, nihil prorſus ſecum educebat; Partus inſuper labor, durantibus his ventris torminibus, illam occupat; accerſitaque obſtetrice fœtus, etſi immaturior, vivus tamen editur ſic recte : At etiamſi fœtus egreſſus eſſet, ne tantillum quidem detumuit venter, ſed idem, ne dicam major, & tumor atque renitentia & dolor permanebant, ut res aſpectu etiam terribilis eſſet adſtantibus, exiſtimantibus fore ut jam præ nimia tenſione rumperetur venter : Quid multa? diem ſuum ægra obit, ipſamet rogans ut ſibi mortuæ aperiretur & inſpiceretur venter, factum.

Ibi vero colon inventum (ſecto peritonæo & ſublato omento) primum omnium è ſede ſuo emotum ſeſe oculis offerebat, totum gangrænoſum; color ex cœruleo rubricans, qui color etiam per abdominis muſculos, & cutim, nimia extenſione extenuatam quidem illam, tranſparebat: Ea vero inteſtinum illud apparebat magnitudine, diſtentum ſcil. mero ſtercore, ut amplioris canthari, cui pueri etiam caput inſeri poſſet, capacitatem referret: Reliqua verò inteſtina ſuperiora omnia flatibus maxime turgebant, ſupra modum : hinc colon, ea parte qua in ſiniſtro latere à rene deſcendit (urgentibus inde flatibus inteſtina elevantibus, hinc vero ſtercoris copia, extenſione inteſtini ſecundùm craſſitiem ſeu

profunditatem, illud brevius reddente, quaſique contrahente illud ſecundum longitudinem) è loco ſuo diſceſſerat uſque ad umbilici regionem; ſub eo namque intra ductum rectorum muſculorum abdominis ſitum conſpiciebatur, à ventriculo recta in medio deſcendens: Hinc abſque dubio ipſius coli inferius, qua parte recto inteſtino continuatur, contorſione facta, tota via fæcibus & flatibus exituris, clyſteribus vero intraturis in univerſum præcluſa eſt: Tanta vero ex perforato colo fœtidiſſimarum fœcum illuvies effluebat, ac ſi jumentum aliquod mactaſſes. Atque hinc manifeſtum eſt quid gravidis conferat multa vita ſedentaria neglectaque alvi dejectio, maxime vero ad ultimum uſque geſtationis menſem producta. *Ex obſervationibus Franc. Tidicæi Medic. Thorunienſis Boruſſi.*

SCHOLIA.

INdeque orta anxietas] Fæces prope jecur & ventriculum in elatiore & ampliore coli parte coacervantur, cumque corpus ſit perſpirabile, ſi quando pigra fuerit alvus, ſtercoris tetro odore & opaca mephiti languet ventriculus, appetitus proſternitur, cor ipſum effœminatur & cerebrum oppletur & opprimitur. *Riolanus.*

§. 12. Vetula extenuata obiit: Scirrhus inteſtino colo & fundo ventriculi tenaciſſime adhærebat, hinc Egerendi difficultas. *Tit. de Hipochondriorum dolore.*

OBSERVATIO X.

Alvus adſtricta ob Omenti eximiam craſſitiem, inteſtina conglutinantis.

VIrgini cachecticæ per tres dies ante mortem alvus adſtricta fuit &c. Omentum erat incraſſatum & fere coriaceum cernebatur, quod omnia prope viſcera ſua latitudine adeo arcte complectebatur, ut inteſtina quaſi conglutinata à ſe invicem ægre ſeparari poſſent. *Vide Tit. de Cachexia.*

SCHOLIA.

OMentum ſua latitudine &c.] Quouſque ſe demittat omentum in vivo corpore diſceptatur: *Blaſius* cap. 3. in Anat. *Veſlingii*, ait in omni ſubjecto cujus diſſectioni interfuit, deprehendiſſe ſe omentum tantæ longitudinis ut manibus facile extendi deorſum uſque ad oſſa pubis poſſit. 2. In pluribus per ſe, ſua natura, ſponte fuiſſe extenſum ad fundum uſque imi ventris: Sua natura dicit, quod ſitus talis omnino naturalis ipſi ſit, cum omnia inteſtina, tum inferiora tum ſuperiora tegere debeat: *J. van Horne* in anatome anno 1656. facta, omentum ad pubem arcte alligatum peritonæo oſtendit, adeo ut cultro ſeparare cogeretur, Aliquando utero arcto nexu unitur, quod vidit *Severinus*, ut & fundo uteri *Bartholinus*: Et quando intercedit fundum veſicæ & uteri, os uteri coomprimi & mulieribus ſterilitas afferri putatur. Aphor. 46. 5.

Omentum erat incraſſatum] Omentum plane carnoſum ſe vidiſſe ait *Bartholinus Anatom. Reformat. lib. 1. cap. 8.*

OBSERVATIO XI.

Alvi adſtrictio ob coalitum laterum inteſtinorum. 1. *Inteſtini recti.* 2. 4. 9. *Ilei* 3. *Ani occluſionem per membranam.* 5. 14. *Inſertionem recti inteſtini in veſicam* 6. 12 *Anum imperforatum.* 7. 10. 11. 13. *Rectum inteſtinum implicatum cum veſica & ejus collo.* 8. *Ob coalitum recti inteſtini ſupra anum apertum.* 15. 16. *Ob defectum recti inteſtini & podicis.* 17. *Ob ulcus recti inteſtini.* 18. *Ob idem conſtrictum à membraneo vinculo ac reduplicatum.* 19.

§. 1. MIliti cuidam dyſenteria laboranti mutuo utriuſque lateris ulcerati contactu inteſtina coaluere: venter ſuppreſſus tandem mortem accivit. *I. Rhodius cent. 2. Obſervat.* 82.

§. 2. Nobil. N. jam in ſenio conſtitutus, alvi ſuppreſſionem incurrit, quam arcere tentarunt Medici medicamentis & clyſteribus, quæ nihil per inferius educebant: exhibitum quoque oleum amygd. ad ℥vj. pondus, quod tamen nec ipſum quicquam eduxit per inferius: Ultimo loco ceream candelam per anum indidere, cujus portio ad cubitalem longitudinem intromiſſa, nitida, nulliſque fæcibus deturpata extracta fuit, nulla tamen nec proinde excretione ſequuta: Aquæ thermales quoque ex aquario propinatæ, quæ & ipſæ ad intra corpus detentæ nihil profecerunt: Quare ab 11. decubitus die extinctus, cùm *febris valida* & indeficiens ſuperveniſſet.

Cadavere aperto, Inteſtinum Rectum, in parte ſuperiori, ita per digiti transverſi longitudinem coaluiſſe ac coiviſſe repertum, ut vix tenuioris funiculi craſſitudinem æquaret; utrinque in confinio inteſtini partibus in tumorem quendam velut glanduloſum elevatis: ex quo factum quo minus fæces in ſuperioribus inteſtinis genitæ, per conſuetam familiaremque

remque regionem naturæ detruderentur : quinimo nec thermalis aqua coanguſtat partem potuit pertranſire, ſed in monoculo congregata reperta.

SCHOLIA.

Inteſtina quidem non ſolum ex flatuum repletione, ſed etiam ex acrium humorum, frigidæque ac vitreæ pituitæ redundantia, atque etiam ex intemperie ſola dolere poſſe omnibus compertum eſt, quinimo & ulcera frequenter patiuntur, & apoſtemate corripiuntur, atque etiam ſuppurantur, ut docet *Gal.* cap. 8. lib. 7. de loc. aff. At quod aliqua in parte ita areſcant ut tranſitus per illa intercipiatur, rarum admodum eſt, nec antiqui ſcriptores, quod meminerim, docuerunt, Sicuti itaque animalium inteſtina arte intorqueri ſcimus, fidibus parandis in lyræ, teſtudinis aliorumque inſtrumentorum muſicorum uſum, Ita & aliquando ex ignea humoris alicujus calidicate ita areſeri in corpore humano inteſtinum contingit, ut in chordæ ſeu funiculi formam redigatur, ut nec ſpiritus quidem tranſitum admittat: Quod vero in corpore humores ignei generari poſſint & adurentes, nulla probatione indiget, qui in inteſtinum aliquod prolabentes iſtud areſacere poſſunt ut ex igne lota & membraneam paginam areſieri, atque ad minimum redigi conſpicimus, Quod in prænarrato factum cenſeo, qui cum ex ætate ad venereos congreſſus minus aptus eſſet, frequenter ad excitandum veneris ſtimulum pharmacis quibuſdam calidiſſimis utebatur: Quod vero in toto ægritudinis tractu nullus vomitus excitatus fuerit, cauſa fuit quod non inteſtina tenuia & ſuperiora laborabant, ſed duntaxat inferiora craſſioraq; unde quæ pe... ingerebantur, liberum è ventriculo ad inteſtina eam uſque affectam partem tranſitum habebant, ut meſaraicarum venarum medio, ad Hepar de... tum alimentum corporis nutritioni diſtribut... inſervire poſſet: fæces vero ex valida calida temperie multum exſiccabantur, atque in va... inteſtinorum anfractibus collocabantur, in q... bus non ſolum per dies, ſed & per menſem, ni... inſigni noxa ſuborіente retineri poſſe non ſemel... ſervatum eſt. *Marc. Donatus hiſt. mirab. l. 4. c.*

Cum febris valida ſupervenіſſet] Febriculæ quamvis alvi dejectionem ſubſequentis; alvo ſi... preſſa deſinentis, meminit *Excell. Th. Bartholi...* cent. 4. hiſtor. 40. Mulier *ait* ægra queребatur q... tiens alvum deponeret, in febrem incidiſſe: quo... vero per dies duos eſſet conſtricta, ſanam ſe &... columem vivere, materiam vero excretam nigr... eſſe inſtar terebinthi: Clyſteribus educi jubeb... materiam aduſtam, inteſtinorum valvulis arctius i... pactam, quam dum conſtrictis omnibus muſcul... ſummoque niſu excernere ſatagebat, turbato corp... re impuro, febricula facile ſequebatur: Niſi fori... ab hæmorrhoidibus cœcis, vel condylomatibus... ita ſphincter conſtrictus fuerit, ut duris excremen... tranſeuntibus excoriatio ſit oborta, doloresque i... gentes, quod non ita pridem in alio ægro obſerva...

§. 3. Mulier robuſta, ſexagenaria, nihil excrevit per alvum ſpatio novem dierum: Ap... to cadavere, inventa pars Ilei tota inferior coaluiſſe, ut nihil hac via pertranſire potuer... *Bartholinus centur. 6, obſervat.* 38.

§. 4. Filiolo Conſulis cujuſdam Thorunenſis clauſus podex, ſed ſine ullo indicio, apert... eſt, nullis excrementis ſed aliquot ſanguinis guttis ſubſequutis puelloque poſtridie mortu...
In cujus abdomine aperto inventum eſt inteſtinum rectum, longitudine novem digit... rum tranſverſorum, ad podicem uſque firmiſſime & arctiſſime, ad funis modum qu... contortum, nullo plane meatu, aut hiatu conſpicuo, reliquis viſceribus ſecundum nat... ram conſtitutis. *Simon Schultzius obſerv. 2. miſcell. curioſ. anni* 1672.

SCHOLIA.

Quanquam *Pareus* l. 16. c. 33. pueros ano imperforato natos natura minime vivaces, neque multos dies ejuſmodi ſectioni ſuperſtites eſſe poſſe ſtatuat, refragantur tamen è veteribus Ægineta, Nicolaus Florent. Albucaſis, Haliabbas, Inter recentiores Mercurialis, *Cardanus*, *Hildanus*, qui pueri clauſo ano nati curationem proponit (vide §. 1.) cujus vita ad 8. annum uſque protracta eſt. Et nos teſtamur quod anno 1662. Thorunium advenerit Nobilis quidam Polonus cum filiolo 4. dierum, ſano & optime formato, præterquam quod ob podicem clauſum excrementa egerere haud potuit, quia orificium ani carne & cute obductum fuit: Cui ſectio à Chirurgo acuto ſcalpello forma crucis inſtituta eſt, exeunte mox magna copia excrementorum nigrorum & fœdiſſimi odoris, foramini impoſito canaliculo argenteo, linimento anodyno inuncto, adhibitis poſtea ſecundum artem medicamentis deſiccantibus, & ſic cicatrice facta curatio per D. G. optime ſucceſſit: Infans hic per aliquot annos ſupervixit, neque quod *Hildanus* citato loco obſervavit, unquam de ſiccitate alvi conqueſtus eſt: Meminit quidem *Scultetus* Armam. obſervat, 77. alterius cujuſdam operationis, ſi natura jam aliquale veſtigium monſtrarit, poſſe illud cum ratione gentianæ magis dilatari, ſed curatio hæc dolorifica eſt & diutius pr... trahitur. *Idem.*

Inteſtini recti perfectæ & profundæ coaleſcenti... feliciter curatæ exemplum tradit Clar. *Daniel L... dovicus* in miſcell. curioſ. anni ejuſdem obſerv. 25... Pellionis, *inquit*, filiolus, altero poſt partum die in... perforato ano deprehenditur, inſtituta proin inſp... ctione, & collecta hinc intima coaleſcentia pro d... plorato habitus eſt: Cordatus tamen Chirurg... facto prognoſtico, lancetta apertionem aggreſſ... eſt, loco rimulæ non tam oculis quam conjectur... qualicunque concepto, puello interim quieтiſſimo... uno conatum fere quendam egerendi adverſus Ch... rurgi manum oſtendente: Poſtquam ad articuli p... ne longitudinem lente ſurſum pergendo perveneta... nil vero exiret deſtitimus, donec elapſis aliquot ho... ris, rogantibus denuo parentibus, intertaque iterat... lancetta (exigua ſemper cruentatione) ſenſim a... ſenſim ad finem coalitus, qui longitudine ſua duo... auricularis digiti articulos, in mediocri viro, facil... æquavit, perveniretur, & excrementa nuper nat... conſueta cuſpidi occurrerent, ſatis liquida: Und... inſerta turunda prælonga meatus amplius dilatatus indeque circumcirca uualibus medicamentis cica... tri ſatus eſt: infante bene ingerente, egerente &c.

§. 5. Vidimus duos pueros ab utero matris natos naturalibus clauſis: horum alteri caro quædam in ano altius increverat, adeo ut inteſtini exitus percipi nullomodo poſſet, quo factum ut paucis diebus vitam finierit: Alteri vero membrana quædam ipſius tantùm ani ori apponebatur, ſed ea acutiore ſcalpro præciſa, ſtatim ſanatus eſt puer. *Benivenius cap. de Abditis.*

SCHOLIA.

P*Aulus* lib. 6. cap. 30. Imperforatos curandi modum tradit: Ani clauſi exemplum & curationem etiam deſcribit *Fabritius Hildanus* centur. 1. obſerv. 43. Infantulus ait, natus eſt clauſo ano, qui cum talis uſque ad ſextum ætatis diem maneret, maximo angore & torminibus vexabatur, cum vitæ periculo: Venter enim inflatus intentusque erat, leipothymiæ & ſudores frigidi aderant, anus obductus erat membrana prædura, in qua nullum fere indicium ait veſtigium ani, præterquam macula nonnihil livida apparebat: Illic facta parva inciſione, ne ſphincter læderetur, novacula linteis juxta aciem involuta, deinde immiſſo ſpeculo ani, & quod reliquum dilatato, ſtatim educta eſt excrementorum colluvies: hinc venter confeſtim ſubſedit, reliquaque ſymptomata remiſeruot: in anum demum immiſſa eſt, per aliquot dies, fiſtula plumbea inuncta unguento quodam deſiccante: hic facta cicatrice pleniſſime convaluit: Ad hanc operationem inſtrumentum peculiare tradit *J. van Horne microtechn.* §. 31. *pag.* 175.

§. 6. Uxor noſtratis cujuſdam lapicidæ puellum eſt enixa; qui alvi excrementa per lotium tranſmiſit, in ſatis magna copia, quod & color exeuntium & fœtor clarè teſtabantur: inſpecta regione ani, deprehendimus eo puerum carere: Tonſor quidam temerarius contendens tenuiſſima tantum membrana anum contegi, locum incidit, quo facto ſanguis ſatis copioſe effluxit; ſed poſtridie miſellus puer obiit.

Facta diſſectione abdominis, cum ad veſicam, ex qua prodire ſtercus conſtabat, perventum, evidenter conſpeximus extremitatem recti inteſtini; qua conſtare debuiſſet anus, corpori veſicæ inſtar ureterum, inſertam, non autem per obliquum, uti ureteres, ſed recta. *Ex obſervationibus Coſma Holtzachii.*

§. 7. Anno 1580, abortivum puerum ſecuimus, cui colon & rectum inteſtinum fæcibus erat repletum, ano non perforato: *Ex obſervat. Caſparis Bauhini.*

§. 8. Anno 1577. Clodiæ natus puerulus cui natura anum ita denegavit ut nullum foris appareret veſtigium: cumque jam per 10. dies vixiſſet, nihilque excerneret, neque per anum neque per virgam, haberetque abdomen valde inflatum ac tenſum, perinde ac ſi brevi circa medium rupturam minaretur: tandem 12. hujus nativitatis die vocatus, cum ageret fere animam, ratus pelliculam & cutim ſupernatam eſſe, cauſticum & ferrum, ſed fruſtra admovi; nam ſequenti die per os omnia quæ aſſumpſerat alimenta, multaque excrementa corrupta & fœtida excrevit, & ſuffocatus ſic obiit:

Facta diſſectione, reperi inteſtina omnia fuiſſe integra, nullum finem eorum reperiens, ſed ita cum veſica ejusque collo confuſa & annexa, ut vix divelli & ſeparari ab invicem potuerint: Muſculus interea recti inteſtini totam implebat cavitatem, collum veſicæ comprimens & contundens, quod valde calloſum reperi, ita ut nihil mingere potuerit. *Ex obſervat. Georgii Garnerii Poliatri Enſishemenſis.*

§. 9. Vocatus ad nat e ante triduum puellæ alvum obſtructam ciendam, nil præter fæcum ſiccitatem ſubeſſe autumans, lenientem ac ſtimulantem injicere nodulum molior: impulſui ſolidi quid reſiſtere ſentio, mox ſtylum lenticularem, aridarum fæcum extractioni aptum, indo, impello vehementius, & ecce ſphincter, cui rectum inſeritur, & vicina spatium cutis connivet, extractus ſtylus, nec odoris nec excrementi quicquam ſecum evehit. Mox adſtantes de membrana aut grumo inteſtinum interſepiente, aut laterum concretione, reddo certiores:. Hinc dubium potius quam nullum experiri ſtatuo auxilium: cum ſolvendum continuum, ſecante num, an terente rectius id fiat ferro delibero (potentiale in omnibus horreo) ſtat tandem, Diſtentis quouſque licet natibus, ferro teliformi rem aggredior, ſuccedit, ſolidiorem membranam abque hæmorrhagia transverbero, mox clyſterem injicio, cujus pars major regurgitans, plura ibi latitare ſimilia ſepta argumento erat; unde fatum tertio à ſectionis die ſupervenit.

Aperto epigaſtrio, totum grandius, totum pallidum hepar ſcirrho vicinum, cyſti deſtitutum reperi: Ventriculus flaccidus coacti lactis momentum continebat: Inteſtina inania prorſus, flatibus tantum turgida, vulnerata ſubſedere; Quod excrementa vehit rectum, bis lateribus concreverat, bis orbiculari interſepiebatur membrana: Quo in caſu natura formatrix non extreme arguenda mihi videtur; ut enim aliquandiu ſaltem ſervaret, flatibus, qui tum ſoli alimenti fuere materies, tot parietibus exitum prohibuit, qui ut turbarentur, bilis irritatione optime caruere. *Ex obſervat. Ioh. Ieſſenii à Ieſſen Medici Vratiſlavienſis.*

§. 10. Quarto

§. 10. Quarto Decembris 1602. natus fuit puerulus, qui 8. ejuſdem obiit: Is poſt pa tum,aliorum infantium more, bene & comedebat & ſupebat,interim tamen nihil nec p alvum nec per veſicam excrevit.

Hunc poſt mortem aperui, abdomen admodum turgebat, quo aperto, inteſtina on nia flatibus admodum diſtenta erant, præſertim rectum, quod præter flatus excremen etiam liquidis plenum erat, & ſacculi inſtar valde diſtentum: Hujus autem fæcum rete tionis cauſa erat occluſio extremitatis inteſtini, ita arcta ut ne veſtigium quidem tranſit apparuerit: foris quidem podex appatebat,abſque tamen ad rectum inteſtinum via, *I. Saltzmannus, obſerv. pag.* 20.

§. 11. Aperui corpuſculum cujuſdam puelli, qui 8. poſt partum die obiit; Erat aure imperforatus quos ad alvum, unde etiam excrementa nulla dejecit: perparum etiam mi xit & aliquot ſaltem guttulas, Primò autem ante apertionem abdomen admodum appa rebat tumidum, & flatibus utris in modum diſtentum:

Dein aperto abdomine, omnia inteſtina ex rubore nigricabant, præter medium coli in teſtini, quod ſiniſtro reni & toti lateri arcte alligatum erat, flavitie tinctum videbatur: in tenſe autem rubere videbantur ob inflammationem,quam patiebantur ex nimia diſtenſio ne, admodum enim flatibus turgebanr & ſanguine ſuffuſa erant: Inteſtinum rectum,pug ni inſtar amplum,flatibus & materia ſanguinolenta nigricante, qualis in nuper natis prim excernitur,repletum,prope podicem occluſum erat,& ita quidem ut ne veſtigium quiden tranſitus appareret: In hoc corpuſculo demonſtravi quomodo citra inſigne periculun alvus aperiri potuiſſet, uti conſulueram. *Idem pag.* 62.

§. 12. Ancilla quædam ex illicito concubitu 1670. Viennæ fœtum maſculum enixa eſt vivum quidem, ſed quod diutius in muliebris ſinus latebris latuiſſet, paulò poſt exſpiran tem; Quem cum aliis examino, Anum deſidero, loco cujus eminentia quædam calloſ ad lineam uſque ſcrotum dirimentem, protenſa erat, contrectatisque à me digitis iis par tibus, meconium per penem prodiit, unde ſtatim conjectarum naturam viam pro alvini excrementis per membrum affectaſſe: quæ ut melius pateret, abdomen aperio, &c. I jejuno & ileo nihil p. n. obſervatum, cœcum verò licet protenſius, contractum tamen & vacuum: colon ab initio ſatis tenue, ſed in progreſſu dilatatum, nec multis cellulis exca vatum, verſus rectum copioſiſſimo meconio turgeſcebat, ac tandem in rectum termina batur, quod etiam eò loci, ubi alias etiam veſica locari ſolet, in appendicem veſicæ æmu lam (hæc enim etiam in hoc fœtu deficiebat) dilatabatur, ac tandem non per anum, ſed antrorſum membrum virile pendulum, præputio ſuo munitum, referens, extra corpus fi niebatur: *D. Laur. Wolffſtrigel in miſcell. curioſis anni* 1671. *obſerv.* 22.

§. 13. Nuperrime Uxor D. de Cugy,Præfecti munimentorum Armamentarii Pariſienſis, edidit puellam cui anus occluſus erat: Nutrici ruſticæ commiſſa fuit,ac 7. vel 8. dies tranſegit ſine alvi excluſione, qua de cauſa venter mirum in modum intumuit, ideoque in urbem revecta eſt: Vocatus *Rabigoſius*, induſtrius Chirurgus, inquirens cauſam intumeſcentiæ ventris, quæſiit à nutrice num alvus puellæ eſſet libera? Cui reſpondit à nativitate nequaquam illam exoneraſſe, Ideoque ſtatim anum examinavit, quem occluſum reperit, ac patentibus ſignificavit inciſa membrana occludente aperiendum eſſe; illi autem rem in craſtinum differri voluerunt, Cùm vero res eſſet in præcipiti, puella non diu poſt obiit.

Aperto cadavere à dicto *Rabigoſio*,reperta ſunt inteſtina omnia repleta humore illo quem Meconium vocant, aliis fæcibus commixto. *Iacobus Guillemeau Tract. de Educatione Infantium cap.* 40.

§. 14. Infans maſculus carebat podice in lucem editus, nihilque illic præter lineam,ſeu rugam & notam aliquam rotundam, ubi anus ſe aperite debuerat, apparebat: Prætereà præputium illius omnino coalueràt,ita ut nec urinam reddere poſſet: Quod cum non animadvertiſſent quæ puerperæ miniſtrabant, infantem in alterum uſque diem, quo jam animam agere incipiebat,non prius inſpectum reliquerunt: Vocatus cum Chirurgo,cum prior adveniſſem, cauſamque quod nil excerneret deprehendiſſem, arrepta forfice præputium leviter ſcidi, effluxitque pauca urina quæ vix teſticulos illius madefaciat: Poſtea ſuperveniens Chirurgus ſectionem ubi nota podicis appatebat, fecit, verum cum nulla via ibi pateret, paulo humilius cutem ſcidit denuo, ſed ne tunc quidem ano ſe aperiente, cum in agone mortis eſſet infans, eum reliquimus, qui hora una aut altera poſtea extinctus eſt:

Sequenti die viam illam ſectione inveſtigans, ſecto in longum inter fœmineo, nihil apparuit, donec profunde duos digitos per ſpongioſam carnem & adipem novacula adacta, membrana tranſverſa ſe oſtenderet, quam cum podici illic obductam cognoſcerem, ſcalpello diſſecui, moxque atra materia, qualem infantes modo nati cacare ſolent, copioſiſſime

ſiſſime effluxit, una cum flatibus crepitibusque &c. *Platerus obſervat. lib. 3. pag. 601.*

§. 15. Rectum Inteſtinum aliquando fœtui in utero, (res mira) protſus occludi contingit, cujus ego duo vidi exempla: Alterum apud Illuſtrem Comitem Ortenburgicum, qui in muſæo ſuo ſuſpenſum habebat hoc inteſtinum inſtar veſicæ inflatum, Nepotis nimirum ſui: Vixerat autem infans ille miſellus (maſculus enim fuerat) dies plus minus octo, & ventris excrementa ſubinde per os rejecerat; neſcientibus tum aliis, tum ipſis etiam Medicis quænam eſſet hujus ſymptomatis cauſa: Intus enim Inteſtinum illud coaluerat, exteriori foramine libero ſatis & naturaliter ſe habente: fruſtra etiam clyſteres & ſuppoſitoiola fuere adhibita, Nam ne flatibus quidem erat pervium, tantum abeſt ut inde aliquid egredi, aut quicquam in illud injici potuerit.

§. 16. Alterum exemplum vidi Heidelbergæ in præcipui cujuſdam viri filiolo, cujus jam mortui corpuſculum rogatus aperui, & inteſtinum rectum eodem plane modo, uti prius illud, affectum reperi. Idem etiam inflatum, & parte ſuperiori colligatum aſſervari juſſimus: Puerulus iſte ultra quinque vel 6. dies puto non fuit ſuperſtes. *Iohannes Poſthius in Obſervation. in Columbi Anatomen.*

SCHOLIA.

HUjus miraculi cauſam cùm ex me quæreret Generoſus D. *Comes*, equidem diu multumque meditando invenire quæ mihi ſatisfaceret, nullam potui, Tandem in eam veni ſententiam, ut illud ex Comitiſſæ prægnantis ſumma animi conſternatione occaſionem habuiſſe omnino exiſtimarem, Quum enim illa una cum Marito Viennam verſus navi prægnans veheretur, contingit ut Gener. D. acutiſſimo morbo ſubito correptus intra paucas horas in cariſſ. conjugis amplexu exſpiraret: Contigerat etiam ut alterius infantis mater prægnans deſcendendo per ſcalas caderet, & clunibus nudis per aliquot gradus delaberetur, ex quo caſu, & magno animi terrore, illam inteſtini recti ſymphiſin fuiſſe ortam mihi perſuadeo:

In talibus autem cura aliqua tentari fortaſſis poſſet, nimirum ſi per fiſtulam argenteam podici impoſitam, ſtylus ferreus ignitus intr iceretur ad impedimentum illud perforandum &c. Hoc obiter adjicere volui ut ulterius cogitandi occaſionem aliis præberem.

Idem.

§. 17. Puer ex pago Eſtuppe ad me die à nativitate ſecundo eſt delatus, in fletus fere continuos erumpens, qui unito ad coccygem perinæo ne veſtigium quidem podicis habebat, unde procul omni dubio à meconio vel nigra materia, qualem modo nati infantes excernere ſolent, ſuppreſſa, inſignes dolores excitabantur: Juſſi præſentem Chirurgum novacula profundius adacta aperire locum ubi conſtitutus podex eſſe debuiſſet, ſed irrito ſucceſſu, die enim ſequenti mortuus eſt.

Cadaver ubi aperuiſſem, inveni non podicem ſolum, ſed totum inteſtinum rectum deficere: Colon enim in extremitate omnino conſtrictum quaſi fune circum ligatum erat, cui membranoſum fruſtulum breviſſimum cis ligaturam appendebat, ab heſterno vulnere longe diſſitum, ita ut fatali neceſſitate, nulla juvandus arte mori debuerit inſantulus. *Ioh. Nicolaus Binningerus centur. 2. obſervat. 81.*

§. 18. Anno 1672. obiit Genevæ quidam nomine la Grange, qui per 15. dies alvum non depoſuit &c. Inteſtinum rectum inſtar literæ S reduplicatum inventum, & membraneo quodam vinculo ibidem conſtrictum, à proceſſu peritonæi in ſcrorum deſcendenre otto. *Vide tit. de ventris doloribus.*

§. 19. Vir Nobil. 27. annorum, malo hypochondriaco, & obſtructionibus venarum meſaraicarum jamdudum obnoxius, interius in inteſtino recto mali moris ulcus habuit, idque fiſtuloſum, alvi excrementis omnino tranſitum denegans, Varia incaſſum tentata, tandem ex quorundam Medicorum conſilio globulum deglutit ex regulo antimonii, ſed & hunc fruſtra, nam ſubſequebatur tympanites & tandem mors, In cujus limine alvus ſponte ſua reddebat excrementa puri admixta, quod arte adjuta tandem recuſaverat. *D. Georgius Chriſtoph. Petri in miſcell. curioſis anni 1671. obſervat. 77.*

OBSERVATIO XII.

Alvi adſtrictio ob Iecur durum & Cyſtis felleæ vitium. 1. Ob bilis defectum & lapidem in Cyſti 2. 7. 8. Ob plures calculos in cyſti. 3. 9. Ob glandulas meatum Cyſticum prementes. 4. Ob veſicam obturatam. 5. Ob meatum bilarium obſtructum. 6. 10. Ob vitioſam pori bilarii inſertionem. 10. Ob exhauſtam bile Cyſtin. 11.

§. 1. FOemina quædam, per ſeptem vel octo annos, vix unquam ſine medicamento fæces depoſuerat: vel ſi quando ſponte ſua, poſt ingentes conatus deponeret, *albida illa erant*: quibus vero medicina tulerat auxilium, iiſdem & coloris ſui tincturam

&ſuſpi-

& ſuſpiclonem dabat non ſatis bilem à ſanguine ſeparari ; augebant hanc puſtulæ rub per torum corpus, ſed maxime circa regionem Hepatis, cum inſigni dolore diffuſæ: D rities etiam hepatis ſe exrrinſecus tactui objicebat: Tandem tabes cum febre hectica n ſerrimum tot miſeriarum finem atrulit.

Avebam ego tor morborum cauſam penitius ſcrutari, ſed nihil impetrare potui quà ut obiter Hepar inſpicerem; quod conrenderem ibi latere totius mali originem, & lar bat: Nam ipſum erat durum, & folliculum fellis exhibebat *in ſeſe collapſum* & fere totu conſumptum: haud dubie cauſam tam difficilium initio ſeceſſuum, poſtea, ex permiſti ne bilis cum ſanguine, dolorificarum puſtularum originem. Iuterlm concludendum nob reliquit, quandoquidem permiſtio humorum imporruna tantum corpotibus creet incom modi, diligentem Medicis adhibendam cutam, ut commoda ſemper fiat ſeparatio, ma xime bilis, cui ſeparandæ, præter folliculum fellis, tot fabricata eſt natura ſagax alia ir ſtrumenta. *Theod. Kerckringius obſerv. Anatom.* 82.

SCHOLIA.

F*Ollicuium fellis in ſeſe collapſum & fere conſumptum*] *Riolanus* quoque in Encheiridio Anatomico & Patholog. obſervavit hunc folliculum bilarium ſæpe bile evacuata exareſcere, ſuperſtite duntaxat epatico ductu: Vaſorum autem choledochorum obſtructio ſi diutius duret, ipſum Hepat amicitur, durum incurrens tumorem; hinc à refluxu bilis in ſanguineam maſſam, hæc conſpurcat, & puſtulæ per totum obortæ ſunt & tandem tabes ægrum confecit.

Si deponeret albida illa erant] Ex diverſis ductibus felleis poteſt dari ratio quare interdum alvi dejectiones albicent, interdum ſimul cum urina flaveſcant: Nimirum quandoque porus choledochus ad inteſtina tendens obſtruitur, hinc fæces alvi albicant; Interdum aperto iſto meatu, felleus hepaticus eſt clauſus, & excrementa ſimul flavent. In iſta fœmina vitium in utroque meatu & ipſa Cyſtide fuit, quæ præ ſiccitate collapſa & victa, bilem non excipiebant.

§. 2. Matrona per triennium aſthmate periodico detenta, per aliquod tempus nunquam niſi clyſteriis aut aquis laxativis ſollicitara illi alvus ſuum fecit officium, ad omnia autem purganria melius ſe habuit: Illius veſica fellea magna, aperta nihil conrinuit bilis ſed lapidem incluſum habuit magnum, inæqualem, pondere 4. drachmarum officinalium Hinc concluſimus alvi conſtipationem ortam proculdubio fuiſſe à defectu bilis: *Carolus Raygerus in miſcellan. curioſ. anni* 4. *obſerv.* 11.

§. 3. Adoleſcens conquerebatur de ſtomachi & hypochondrii dextri torſionibus cum Alvi adſtrictione. In veſica fellis 22. calculi quaſi ſublutei reperti fuere. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 4. M. Fedler ann. 25. glandulæ repertæ circa veſicæ felleæ ductum ad inteſtina tendentem, eum comprimentes, ut mirum non ſit alvum illi ſegniorem fuiſſe. *Vide lib.* 4. *tit. de Febribus.*

§. 5. Infans variolis inficitur quibus ſuffocatus interiit, Illi veſica bilaria verſus inteſtinum duodenum obturata, cauſam aperiebat obſtinatæ alvi quam paſſus fuerar. *Vide lib.* 4. *Tit. de Febribus.*

§. 6. Sectus à D. Sylvio febricitans & Ictericus, in quo fellis folliculus grandis, diſtentus bile, hinc ægro ob ductus bilarii obſtructionem diuturna fuit alvi conſtipatio. *Vide tit. de Ictero.*

§. 7. Illuſtr. & Rever. N. aliquibus ab annis difficultate excretionis fæcum laborabat &c. Huic lapis in veſica fellea ingens totam replens fuit repertus. Illi rubor maximus in genis &c. *Vide lib.* 4. *tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

I*Lli rubor maximus in genis*] Familiaris illis qui Pulmonum inflammatione detinentur, qua interiit Illuſtris ille: Sed & notat *Hippoc.* in Coàcis coloris bonitatem *veteris ſtercoris* ſubſiſtentis ſignum eſſe.

§. 8. In Cyſti fellea Sereniſſ. Ferdinandi Medices Magni Hetruriæ Ducis, ſex adinventi fuere lapilli, forma rotundi & colore nigri: Cùm præter mala alia ex ventris ſuppreſſione, & affectu ſimili volvulo obierit Glorioſiſs. Princeps, non abs re erit ſi primariam cauſam tam ſævi ſymptomaris referamus in prohibitum ex cyſtis obſtructione à calculis facta, bilioſi humoris ad inteſtina rranſitum. *Crucius de Quæſitis centur.* 3. *pag.* 211.

§. 9. Adoleſcens diu alvo fuir adſtrictiore, Quo poſt obitum ſecto, fellis veſica aperta, intus 22. calculi, magnirudine diſpares reperti fuere. *Kentmannus libello de Calculis.*

§. 10. Secando Comitem Auſimondianum, duo rarirate commendabilia offendimus: 1°. Porum choledochum, alias in ecphyſin ſe exoneranrem, proxime pylorum exitum habuiſſe, ita ut non minus venrriculo quam inteſtinis bilem tranſmitteret: Quæ cauſa illi fuit

fuit cut ſæplus nauſearet vomeretque, & (quod ſequitur) Alvo eſſet duriore: Natura enim nativo ſuo clyſmate, ceu rhabarbaro, orba, cum nihil expultricem irritaret, deſidebat unde ſubito cholera diem finiit. 2°. &c. *Barthol. Cabrollius obſerv.* 6.

§. II. In quodam qui ex ventris dolore obiit, cum alvo continuo conſtipata, reperta veſica fellis omnino vacua, cholidochus præter modum laxus & apertus: Inteſtina, & præſertim tenuiora, undique tam flava ac ſi croco eſſent infecta &c. *Vide tit. de ventris doloribus.*

S C H O L I A.

I*Nteſtina flava &c.*] Si bilis ad inteſtina confluit, ut ſit illis quaſi clyſter naturalis qui excretricem ſollicitet, quomodo conſtipata fuit alvus, quæ potius laxa eſſe debuit? An ob vomitum continuum præcedentem, à quo motus periſtalticus ad inferiora perverſus fuit? An quia bilis ſubſtantiam ipſam inteſtinorum ſubiit, non cavo illorum continebatur, unde doloris pertinacia? An quia ventris dolores, à quorum diuturnitate interiit, erant ſpaſmodici, unde expultrix ab officio ceſſarit? Vide *Willis & Piſonem* de ejuſmodi doloribus,

Observatio XIII.

Alvi adſtrictio ob glandulas meſenterii & imi ventris induratas. 1. Ob Iecur ſcirrhoſum, vaſorum meſaraicorum obſtructionem. 2. Ob meſenterium ſcirrhoſum inteſtina premens. 3. Ob glanduloſos meſenterii tumores. 4.

§. 1. MErcator inæqualem tumorem totius imi ventris habuit, cum Alvo ſubinde adſtricta: Omnes glandulæ imi ventris, externæ & meſenterii induruerant: Cellulæ coli ſcybalis fruſtiſque caſeorum infarctæ: *Vide tit. de ventris tumore.*

S C H O L I A.

O*Mnes Glandulæ imi ventris*] Quomodo à vitio *Glandularum Inteſtinalium* pertinax fiat alvus, oſtendit Eruditiſs, *J. Conradus Peyer*, libello eleganti de illis Glandulis cap. 10. Hactenus *ait*, oſtenſum eſt quomodo in variis alvi profluviis ſerum è Glandulis inteſtinorum, ceu fontibus, partim nimis copioſè ut in Diarrhœa (*vide ſect.* 10. *obſerv.* 4.) partim vehementer inquinatum, ut in Dyſenteria, Cœliaca paſſione & Teneſmo, (*vide ſect.* 11. *obſer.* 4. ſcaturiat: Noſtrum dehinc erit, quod iiſdem fontibus penuria ſeri laborantibus aut exareſcentibus, incommodi oriatur, recenſere: Quemadmodum itaque in ſtatu ſanitatis omnibus ſe rite habentibus, moderatum ſeri ſubviſcidi in plexibus glanduloſis proventum, neceſſaria quædam tributa, tam ad chyli elaborationem quam naturalem alvi lævorem conferre evidens eſt, Sic eodem vel penitus deficiente, vel parcius ſuggeſto, utrumque deſiderari beneficium noſtra fert ſententia: Et revera obſervare eſt homines temperie admodum calida & ſicca præditos, neque alimenta aſſumpta rite concoquere, *neque ſemper alvum ex voto lubricam habere:* Quorum quidem ſymptomatum rationes vix aliunde commodius quam à ſeri iſtius paucitate derivare licebit: Quippe ſpiritus nitro-aerei, per nervos ſtomachicos meſentericosque confertim advecti, atque ob vehiculi feroſi in Glandulis defectum alimentorum maſſæ immediatius infuſi (quatenus cum ejus ſulphureis atque ſalinis particulis ſubtilioribus impenſe mox efflagarunt) ſæpe ciborum liquamen in nidorem adurunt: Hinc eſt quod tali temperie præditi rebus liquidis tantum, ac iis fere quibus parum inſit ſulphuris aut ſalis volatilis, delectentur: ab aromatum enim aliorumque id genus volatilium uſu noxam ſentiunt, in quantum ſpiritibus nitro aëreis, cum aromatum ſale & ſulphure ſubtili exardeſcentibus, fervor primum intenſus in ventriculo ac inteſtinis, poſtea & in maſſa ſanguinea cietur: Adde quod è Glandulis inteſtinalibus parum aut nihil ſeri tunc expromitur, atque à venis lacteis quicquid madidi ciborum maſſæ ineſt, exacte abſorbetur: hinc fæcibus valde induratis alvum evadere difficiliorem quid mirum? Pariter quotidiano experientiæ teſtimonio patet, in febribus ardentibus cibos ſolidiores, coctione perverſa, morbo fomitem potius quam corpori alimentum præbere: Cujus ratio probabilis omnino hæc eſt, quod ex alimentis, imprimis autem carnibus aſſumptis, & cum ſpiritu nitro-aëreo torrentis inſtar per nervos in ventriculum & inteſtina ruente effervescentibus, chylus admodum fervidus generatur, cujus acceſſu febrile ſanguinis incendium, velut ab admoto ſtramine, flamma fovetur ac multiplicatur: Contra vero potulentis aquoſis & frigidis affatim ingurgitatis, levamen ſentitur, quia hæc nihil vel parum ſulphuris ac ſalis continent, quo cum ſpiritus nitro-aëreus debellare poſſit: dein aquoſus latex in maſſam ſanguineam ubertim traductus, particulas ejus ſalino ſulphureas interventu ſuo magis ab invicem diſgregat, ut poſt hac ita prompte in fervorem ſe mutuo exacuere nun poſſint: Quia vero ſanguinis maſſa humore aqueo recenter perfuſa, aliquoram ſeri partem in glandulas inteſtinorum, ad ἴχνμα *ſtercoris* (ut *Joh. Heurnius* lib. 1. meth. ad praxin non incongrue id appellat) conſtituendum, diſtribuit, fit ut fervore nonnihil adtemperato alvi juvamen ſequatur: Cæterum eorum qui *alvum à puero duriorem obtinent*, craſſis inteſtinis Glandulas admodum paucas ineſſe probabile eſt; proinde deficiente ejuſmodi muco, inteſtinorum parietes quaſi exareſcentes, excrementa deſcenſu prohibent, eaque indurari faciunt. *De Glandulis inteſtinorum vide ſect.* 10. *obſerv.* 4.

§. 2. Vir Nob. icteto laborans quotidianis alvi ſuppreſſionibus fuit vexatus: Huic Jecur ſcirrhoſum induratum, venæ meſaraicæ obſtructæ &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

SCHO-

SCHOLIA.

I*Ecur ſcirrhoſum &c.*] Quandoque ob Jecoris vitia adſtringitur alvus, quandoque lubrica evadit: Caliditas ejus nimia, abſorbens humiditates ſuperfluas, ſiccitatem infert, cum frigiditas contrariam ob cauſam inducat lubricitatem: At vero eadem caliditas, dum bilis copiam gignit, irritat expultricem, antequam humiditas abſumatur, ut ait, *Galenus* ad aphor. 20. 2. Frigiditas vero, bilis generationi contraria, prohibet irritamentum, atque ita cauſa ſiccitatis: Ita ut caliditas poſſit eſſe cauſa cum ſiccitatis tum humiditatis alvi, ut & frigiditas: Ut res paucis decernatur, dic utramque qualitatem ubi valde excedit, cauſam eſſe lubricitatis: caliditatem quidem, ob copioſæ bilis generationem: frigiditatem vero, dum omnino prohibet exſiccationem: Utramque vero remiſſam, vel moderatam potius, eſſe cauſam ſiccitatis: caliditatem quidem, ratione attractionis, nam attractio fit à jecore temperato, ex *Galeno* in citato comment. qui cum bilem non generet, non fit irritamentum: à levi item frigiditate, quæ licet minus attrahat, minorem tamen etiam bilis copiam generat.

§. 3. In muliere meſenterium totum, atque in hoc pancreas, tumore miro turgens animadvertimus: hinc inteſtinis incumbens alvum pigriorem effecit. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 4. In Anatome meſenterium propius intuentes, deprehendimus in eo tumores glanduloſos, nucis magnitudine, hinc inde in diverſis locis inteſtinorum mediæ ſedi adeo connatos, ut inteſtina inde induruiſſe viderentur, &c. unde alvus illi conſtipabatur &c. *Vide tit. de Ventris doloribus.*

OBSERVATIO XIV.

Alvi adſtrictio ob inſignem Uteri tumorem. 1. Ob uterum materia extranea infarctum. 2. Ob Tumorem inter alvum ac vulvam latentem. 3. Ob lapidem inter inteſtinum & collum veſicæ jacentem. 4. Ob duos calculos in veſica urinaria, Et filamenta membranoſa recti inteſtini cavitatem intertexentia. 5. Ob veſicam magnæ molis muſculis adnatam. 6. Ob eandem lotio diſtentam. 7.

§. 1. VIduæ venter intumuit ut in prægnante, & Alvus ſemper ſegnis: Exemptus uterus ad libras lxxxvij. ponderavit. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 2. Excretio fæcum impeditur potiſſimum in fœmellis ex utero laborantibus, quia ille tumidus inteſtinum rectum premit & intercludit: Apertum hac ſeptimana cujuſdam mortuæ abdomen vidi, in quo uterus tanta magnitudine intumuerat, ut inteſtina omnia ſupra ad diaphragma detruſa eſſent, & uterus omnibus partibus adnatus: continebat vero urnas tres cum dimidia humoris. *Ioh. Walæus meth. med. pag.* 161.

§. 3. Sutoris uxori excrevit lx. ætatis anno ingens tumor inter alvum ac vulvam, ſed loco penitiore quam ut eo vel penetrarent medicamenta pus moventia, vel ferrum abſceſſum aperiens: Unde factum ut in dies latius ſeſe extendens, pervenerit tandem ad eam magnitudinem ut ſuppreſſerit ipſi juxta alvum ac veſicam: quarum partium cum non potuerit carere uſu, carendum fuit vita.

SCHOLIA.

PEriculoſa uti ſunt duriora tubera, inter gulam ac aſperam arteriam ſe inſinuantia, ſic neque ſine evidenti diſcrimine eſt ille tumor qui hæret maribus inter veſicam & inteſtinum rectum; Et fœminis inter eaſdem partes ac vulvam intermediam: præſertim ſi adultus nec matureſcat mature, nec effundat tempeſtive pus in ſe contentum: intercludit quippe ſua mole exitum excrementis illac erupturis, impediendo rigide ne deſcendat alvus, profluat vulva, vel lotium deponat veſica, quæ impedimenta occidunt infallibiliter hominem. *Nic. Tulpius Obſervat. lib. 10. lib. 3.*

§. 4. Vidi quendam Antuerpienſem in quo poſt diſſectionem factam, inventus fuit magnus calculus inter rectum inteſtinum & collum veſicæ. *Gerhardus Bergenſis lib. de calculo & arthritide p. 90.*

§. 5. Juveni à duobus calculis in veſica deprimebatur eo uſque rectum inteſtinum, ut coarctatum produxerit plurima membranoſa filamenta, intertexentia tam arcte interiorem ipſius fiſtulam, ut nihil excretorum potuerit amplius tranſmittere. *Nic. Tulpius obſ. l. 3. c. 2.*

§. 6. Filius N. febre affectus fuit cum urinæ retentione & fœcum: Veſicam invenimus maximæ molis muſculis adnatam, urina aliiſque excrementis plenam. *Vide l. 4. tit. de Febribus.*

§. 7. Æger à ſeptem diebus non excreverat, & pariter ſex diebus urinam non reddiderat &c. Veſica ita erat urina diſtenta ut ex inciſa pluſquam libræ iv. effluxerint: Judicatum facultatem excretricem ita ſopitam fuiſſe ut clyſterum quantumvis acrium vim non perſenſerit &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII.
Sectio XIV.
De Ventris dolore, Colico, Iliaco &c.

Observatio I.

Colicus dolor à Flatibus inteſtina omnia diſtendentibus, cum humore pituitoſo & bilioſo iis adhærente. 1. A Flatibus cum involutione & ſubingreſſu inteſtinorum 2. A Flatibus retentis. 3. A Flatibus in Colo, fæcibus in reliquis inteſtinis. 4. A Flatibus cum Pyloro vix pervio, Duodeno & Recto quibuſdam locis annexis. 5. A Flatibus colon ampliatum. 6. 7. 11. 12. Flatuum vi inteſtina diſrupta. 13. 14. 16. A Flatibus ventriculum una diſtendentibus. 15. A Flatibus cum inteſtinorum corruptione. 17. A Flatibus & fæcibus in colo 18.

§.1. ANno 1603. 26. Junii natus eſt mihi filiolus, in quo mox poſtquam in lucem editus eſt appetentia multo vehementior deprehenſa quam pro ætate conveniebat, ita ut ſlac matris, quanquam abundans, non ſufficeret: Cauſam exiſtimo quod novem menſes in utero non compleverit: 3°. die correptus fuit immodico urinæ fluore, ita quidem ut ſingulis diebus linteamina quater & quinquies mutare neceſſe fuerit: Et quamvis continuo fere ejularet, & exclamationes vehementes, nec pueris conſuetas (quæ dolorem aliquem internorum viſcerum ſubeſſe arguebant) effunderet, aviditate interim magna lac ſugebat, nutriebatur quin etiam & creſcebat, xiv. vero ætatis die vehementiſſimo dolore Colico, cum vomitu frequenti & (quod multo rarius) aliquo fluore correptus eſt: Excrementa prima die ſemiviridia, poſtea tamen crocea, bilioſa & ſpumoſa conſpecta ſunt: xv. die urina plane retenta fuit, ita ut ne guttulam quidem emitteret: Atque iis in doloribus continuiſque clamoribus xvij. die è vita exceſſit, Fruſtra omnia remedia facta, flatus enim adeo tenaciter inhærebant inteſtinis, ut per totum tempus morbi ne ſemel quidem flatum crepitúmve ventris emitteret.

Aperto cadavere, conſpecta ſunt 1°. inteſtina omnia (cœcum excipio) flatibus diſtenta, non ſecus ac lanii inteſtina quadrupedum, cùm illa conſervare ſtudent, inflare ſolent: nulla tamen aderat obſtructio, aut retentio excrementorum in inteſtinis. 2. *Inteſtinis undique humor* partim pituitoſus & viſcidus, partim bilioſus adhærebat. 3. In gibbo hepatis, ubi vena cava exoritur, inſignis inflammatio cum nigredine inventa eſt: nunquid hæc cauſa retentionis urinæ eſſe potuit? Renes enim, vreteres & veſica (quæ omnino vacua) ſecundum naturam ſe habebant. 4. In inferiore parte ſplenis inflammatio quoque erat non exigua. 5. Stomacho undique humor atrabilaris adhærebat: Nonne ille appetentiæ p. n. cauſa fuit? *Fabritius Hildanus cent. iij. obſerv. lxxiv.*

SCHOLIA.

A*Ppetentia multo vehementior*] Lactis ſugendi aviditas à vehementia Sitis potius repetenda videtur, quam à famis magnitudine, Inflammatio enim cavæ partis hepatis, & inferioris partis lienis æſtum induxit, (quo conferre potuit humor atrabilarius ventriculo adhærens,) à quo liquidi deſiderium immenſum ortum, unde diabeticum quid ſucceſſit.

Inteſtinis undique humor] Quæ humoris internam inteſtinorum faciem inveſtientis origo ſit, tradit Nobiliſſ. Dom. *Ioh. Conradus Peyer*, Tractatu de Glandulis Inteſtinalibus (*de quibus ſect.* 10. *obſ.* 4.) cap. 5. Quantum, *ait*, ad Glandulas inteſtinorum craſſorum incolas (in cœco, colo & recto hominis inteſtino obvias, quarum numerus eſt innumerus, formâ lenticulari) quamvis, quoad ipſarum uſum in ea fuerim ſententia illas excipiendis, ac velut imbibendis chyli in maſſa fæculenta reliquiis deſtinatas eſſe, ea potiſſimum ratione motus, quoniam ad earum radicem perſæpe *Humorem ſub albidum* cuidam velut capſæ incluſum repereram; Quia tamen hactenus nulla conſpicari licuit vaſa, per quæ chylus ab iiſdem exceptus in Receptaculum commune traduceretur (vaſa enim lactea in has glandulas non pertingunt) contra vero magna ſemper *muci ſubviſcidi*, omnium coli cellularum interiora conclavia, atque ipſius quoque Recti parietes oblinentis copia præſto ſit, magis tandem mihi probabile viſum eſt,

eſt, Glandulas iſtas, cen fontes ac ſcaturigines, mucagini huic exptomendæ dicatas eſſe: Quamvis, enim harum Glandularum papillæ prima vice compreſſæ, humorem, quem in receſſu continent, ægre dimittant, vi tamen contrectationis paulo fortioris ac itetatæ, eundem largirer profundere non detrectabunt: Proinde ut hic præcipuus earum uſus eſſe videatur, Humorem ſubviſcidum ſuppeditare, cujus ope eum inteſtina contra fæcum duritiem, & acria atque ſylveſtria ſalium & ſulphurum impuriorum ſpicula, velut lorica quadam, muniantur: tum ipſæ fæcum particulæ, hoc quaſi glutine coagmentatæ, ſibi mutuo in debitam conſiſtentiæ molem aptius adglomerentur: Quod vero *ſpirituum nitro-aëreum* concernit, videntur ejus quoque ſuppetiæ quædam, licet non tanta copia, quanta plexibus tenuium inteſtinorum ſuggeri; quorum munus ſit, nutritias alimenti particulas (ſi quæ forte ruderibus fæcum in Colo immetiæ latent) ab excrementitiis evolvendo, evolutiſque lactearum oſculis prop nando, extremam chylificationis operi manum im ponere: Quod ſi nihil amplius chyloſi excremento rum maſſæ ineſt, ipſe Spiritus fæcibus confuſius ex cernitur, adeo ut recto poſſit conſiſtere talo *Hip pocr.* effatum etiam *Excrementis ſpiritum eſſe.*

Inteſtina flatibus diſtenta] De hoc *ſpiritu* inſupe notare lubet, *Flatuum* (quibus una alteráve col cellula nunquam non impletur) proventum vi aliunde manifeſtius quam à *ſpiritu nitro aëro* derivar poſſe: nempe quatenus ipſe vi expanſiva inſign præditus, tum excrementorum particulis ſulphureo ſalinis, impurioribus ac efferis coeundo, illa tamdiu exagitat, donec quoad minima contritæ ac reſolutæ, in exhalationum volumina commigrent, quæ inde per alvum ſubinde proruentia, ob particularum ſulphurearum & nitro-aërearum, quodam velut torrente erumpentium agmen, inſtar pulveris pyrii admota flamma celerrime deflagrant.

§. 2. Puer triennis, qui xxv. dies decuberat, ac ex lumbricis ægrotaſſe putabatur, diſſectus fuit, Adaperto peritonæo Hepar (ſicut ex tactu ante ſectionem prædixeram) ſcirrhoſum, majuſque quam pro ætate, & ſanguine nigricante plenum: Lien vero exilis ac quodammodo contractus: Inteſtina cuncta flatu turgida & lucida: Unam tenuis inteſtini partem intra ſe contractam ac convolutam, quaſi in ſe infarctam, ut duritiem quandam, tanquam tumoris ſpeciem, repræſentaret, vidimus: nam quod ſeſquipollicem longitudine æquabat, dum involutum eſſet, id leniter evolutum duos ferè palmos implebat: Extra inteſtina aqua in peritonæi cavitate includebatur: Omentum penè abſumptum: Ventriculus exiguus & veluti contractus: Veſicula fellea albeſcebat, Lumbrici nulli. *Henricus Smetius Miſcellan. lib. x. pag.* 579.

§. 3. Anno 1591. aperui puerum circiter x. annorum: hic aliquot ante obitum annis continuo de dolore in ſiniſtra abdominis parte, univerſóque ventre conqueſtus fuerat, variíſque Medicus, hic Hepar, ille Lienem, tertius Renes in vitio eſſe dicebat: Reperi ventriculum admodum exiguum, adeo ut nullum ex omnibus inteſtinis eſſet quod non mole eum excederet; naturale autem hoc erat vitium primæ conformationis: *Inteſtina* autem omnia mirum in modum diſtenta, & *velut inflata*, quod ventriculus nunquam ritè concoquens, ſemiconcocta ad inteſtina tranſmitteret, quæ in flatus ibi converſa, continuis ferme colicis doloribus infeſtatum teſtabantur: Pancreatis corpus glandulоſum repeti adeo durum & exſiccatum, ut primo tangens, ingentem me percipere calculum exiſtimarem: Ren ſiniſter huic plane & omnino pure conſumptus erat: totus námque abſceſſibus ſcatebat, ita quidem ut ſimul ac vel digitis durius premerem, rupto abſceſſu purulenta emanaret ſubſtantia: eo autem diſſecto; magna ſemicocti puris (nihil incruenti habens) copia effluxit. Præterea & ingentem inæqualem, in eodem rene, album deprehendi calculum, ex illuvie illa purulenta proculdubio natum: Oppoſitus Ren adeo exiguus erat, ut vix reperiri poſſet, nec figuram obtinebat naturalem, nec ſubſtantiam, fungoſus námque & flaccidus admodum tangenti occurrebat. *P. Pauvius obſerv.* 4.

SCHOLIA.

I*Nteſtina velut inflata*] Filia N. ventris tormina queſta eſt, vomitiones aſſiduæ, dolor nulli ceſſit remedio, dolore victa mortua eſt: Stylo abdomini immiſſo, admodum exiguo foramine flatus erupit & totum abdomen reſedit, An non viventi, metu repentinæ mortis, iſta punctio fieri debuit & potuit? Audendum hercle deſperatis in rebus. *Ballonius Paradigmate* 33.

§. 4. Tonſor quidam in dextro hypochondrio efferri ſibi quiddam conquerebatur, quod in ſiniſtro conquieſceret, quo ſuper ventriculi fundo tranſeunte, cibi potuſque portio regurgitans, ſubito per os exiliebat, veluti lagena aliqua coriacea compreſſa, ejus quod in ea continetur cum impetu pars quædam rejicitur: Multorum imperitorum Medicorum opera uſus, vehementia medicamenta, ac vehementiſſimas purgationes ſuſtinuerat, ſed cum hujuſcemodi remediis malum non cederet, tandem defecit.

Hujus inteſtinum Colon, à dextro in ſiniſtrum, & qua parte ventriculi fundo incumbit, flatu omnino diſtentum erat & ab omnibus excrementis vacuum: reliqua inteſtina fæcibus plena, ex quorum ſuperioribus dum fæces deſcendent, impetu quodam violento per diſtentum Colon ferebatur, ventriculi fundo compreſſo, unde factum eſt ut cibi potuſque portio ad os ſubito regurgitaret. *Dodonæus cap.* 37. *Obſeru. Medic.*

§. 5. Pueri nuper à me diſſecti Inteſtina (quia ingentibus ejus tormentis obierat) omnia occurrerunt vacua, & ita vento diſtenta, tanquam ſi vi quapiam externa exſiccarentur, inflata fuiſſent: atque acquiſita per diſtenſionem hanc mole & duritie, ita compreſſerant hepar, ut manifeſta eorum ſibi impreſſa gereret veſtigia, ipſa autem viciſſim tincta eſſent aurea flavedine, ex bile quam hepar coarctando è folliculo expreſſerant: Pylorus tam exiguo foramine erat pervius, ut flatum vix tranſmitteret; utrobique in duodeno & in recto loca quædam trium tranſverſorum digitorum magnitudine vento vacua, ita conniderant, ut parietes inteſtinorum ſibi agglutinati viderentur, nec flatum tranſmitterent: *Th. Kerckringius obſerv. Anat. L.*

§. 6. Flatus in colo inteſtino plurimus gigni cumularíque ſolet, in quo ſæpius rugire vel murmurare obauditur, neque enim aliud natura condidit excipiendi flatus receptaculum, quem tamen prima ventriculi concoctio maxime progenuit: Itaque flatus in hoc inteſtino copioſior congeſtus, ſi propter obſtructionem à duris reſiccatíſque fæcibus, aliíſve de cauſis erumpere nequit, inteſtinum vi diſtendit atque divellit, magno certe & immani cruciatu, magnóque ſenſu doloris: Cohibendi flatus conſuetudine non paucos diſſectione animadvertimus, quibus dilatatum Colon inteſtinum brachii amplitudinem adæquabat. *Fernelius Pathol. lib. vj. cap. x.*

SCHOLIA.

NOn aliud flatus receptaculum] Cœcum inteſtinum flatuum proprium receptaculum ſtatuit *Simon Pauli* vide inferius.

§. 7. Nos etiam pluries vidimus, ſed aliquiando hanc magnitudinem in juvene, in quo vincula, ſeu faſciæ ipſius inteſtini relaxatæ, ad immenſam molem colon creſcere reliquerunt. *Panarolus Pentecoſte iv. obſerv. xxvj.*

§. 8. Quidni materia pituitoſa in halitus converſa, flatúſque inteſtina diſtendentes accuſari poterit, maxime cum tales inteſtinorum diſtenſiones obſerventur in illorum cadaveribus qui graviſſimos illos dolores experti fuerant, ut fidem ſuperent; Sic in honeſta Matrona *Dom. Bocard*, ex Iliaca paſſione Aquiani in Sabaudia defuncta, mirum tumida, diſtenta & dilatata ut cætera inteſtina, ſit potiſſimum Colon obſervavimus, ut totum brachium facile capere potuerit.

§. 9. Sic in Nobiliſſima virgine Filia Illuſtr. Comitis *de Salenewve*, ex plurimis pulmonum abſceſſibus & vomicis defuncta, quæ dolores graviſſimos, vere Colicos paſſa fuerat, ita turgida inteſtina totum abdomen extendebant, ut vix in abdomine contineri potuerint, ſed ſecto cadaveris peritonæo ſponte & vi quadam foras eruperint, & præ tenſione non ſolum turgida, ſed etiam pellucida, ut in illis quæ à flatibus diſtenduntur conſpecta ſint: *D. Puerarius in Obſerv. Selectis ad Thomæ Burnet Theſaurum p.* 314.

§. 10. Obſervatum in apertis cadaveribus dolores colicos intenſiſſimos lethales, flatu inteſtinum diſtendente ſolo ſubortos: In quodam cum octiduano dolore immaniſſimo, vita defuncto, ſedem affectam inveſtigarem, circa Jejuni principium & membraneum oſtiarium circulum pluribus fæcibus obſitum deprehendi, Indéque ut pluriuum dolores colicos, tum in me ipſo tum in aliis oriri judicavi: *Rolfinccius Diſſertationum Anatomic. lib.* 1. *cap.* 13.

§. 11. Sereniſſimus, N. colicis doloribus erat obnoxius: Inteſtina omnia, craſſa & tenuia, flatibus diſtenta reperta ſunt: *Vide lib. 4. tit. de Flatibus.*

§. 12. Mulier diu colico dolore excruciata fuit: Colon ejus diſſectum craſſis flatibus diſtentum repertum eſt. *Vide tit. de Fame p. n.*

§. 13. Corpulenta quædam mulier cum modo ſupra, modo infra umbilicum intolerabili premeretur dolore, nec ullus hinc inde ſpiritus erumperet, adeo agitata eſt, ut ſciſſo tandem inteſtino vitam finierit, quod niſi inciſa pluribus non innotuiſſet: *Benevenius de Abditis cap.* 76.

§. 14. Sed & ruſticum novimus, qui cum poſt longiores torſiones, & ventris diuturnas inflationes diem obiiſſet, Et mortui incideretur cadaver, longior in inteſtino fiſſura eſt inventa, ex qua etiam recentes uvas, quas paulo ante comederat, prorupiſſe conſpeximus. *Idem.*

§. 15. Anno 1655. Nob. cujuſdam conjux cum filiolo unius anni, à colicis doloribus & flatibus per aliquot dies miſere afflicto, Thorunium venit, conſiliúmque petiit à DD. G. Mochingero, Sed puellus ille paucarum horarum elapſo ſpatio mortuus eſt: Tum præfatus D. Mochingerus D. Meiſnerum & me, ut ſectioni una cum illo intereſſemus rogavit.

Mirum ſane dictu quantum Ventriculus diſtentus erat, in quo nihil præter flatus & aliquid viſcidi humoris conſpiciebatur: Inteſtina autem omnia tam pellucida tranſparebant,

bant, ut etiam multis in locis compuncta ſtatim conciderent; ne guttula quidem alicu humoris in illis apparente, reliquis viſceribus bene ſe habentibus. *Simile exemplum ha Benivenius cap.* 81. *Simon Scholzius in miſcellan. curioſis anni* 1671. *obſ.* 86.

§. 16. N. Dyſpnœæ obnoxius, Coli dolore ſubito extinguitur, Inteſtina adeo flatib intumuere, ut ventre aperto in adſtantes proſilirent. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.*

§. 17. Ill. Comes vulneratus in nate ſiniſtra, dolores paſſus eſt ingentes, ut ventri pr nus ſæpicule incumberet: Inteſtina inflata putredine, livore, fœtore infecta, parteſq ad pubem eadem labe notatæ. *Vide l. 4. tit. de vulneribus.*

§. 18. Juvenis mulier poſt tertianam notham incidit in Colicam paſſionem: Illius C lon p. n. conformatum erat, Si quidem ubi cœcum ſitum eſt, & ubi colon ventricu annexum eſt, colon fuit valde laxum flatibuſque diſtentum: Reliquis in locis, ad cra ſum inteſtinum uſque, anguſtum, fæcibus craſſis duriſque, in globulos concretis infarctun *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

S C H O L I A.

P*Oſt tertianam notham*] *Fernelius* pathol. lib. 6. cap. 10. meminit Colici doloris, diuturnis febribus aliiſque morbis bilioſis ſuccedentis: ubi natura criſin noxiique humoris depulſionem in alvum molita, quum nuſpiam vacuandi viam promptam & expeditam nanciſcatur, illam è venis & viſceribus in membranas ſæpe avertit, ubi dolores exurgur priore morbo graviores: Hujus colicæ curationer ſolus tradidit *Palmarius*, quem vide in Encheiridi Medico practico p. m. 247. Quæ in caſu propoſit affertur, aliam agnoſcit cauſam, eámque indigenam.

Observatio II.

Colicus dolor à Fæcibus inteſtina omnia replentibus 1. 2. 3. *A colo fæcibus infarctoſi, & glandulis meſenterii induratis* 4.

§. 1. QUoſdam novi octavo demum aut decimo die alvum exonerantes, quorum ex crementa dura & ſicca ſunt inſtar capratum ſtercorum: Ii dolori colico capi tiſque valde obnoxii ſunt, ob vapores ad cerebrum elatos, imo quandoque mors ind conſequitur: Olim diſſecui cadaver duodecennis pueri, cujus univerſa inteſtina fæcibu erant opplêta, admodum duris & ſiccis, quas ante obitum vomitu profundebat, quæ cauſa fuit mortis quod auxilio tempeſtivo deſtitutus fuiſſet. *A. Paræus operum lib. 7. cap.* 65.

S C H O L I A.

QUibus duris fœcibus colon inteſtinum turget, & dura ſunt alvo, capitis doloribus ſunt opportuni: Non tamen hi excitantur (quæ vulgo affertur ratio) à fœtidis vaporibus ad caput exhalantibus (nam quo duriora ſunt ea excrementa, eo vaporis fœtoriſque magis expertia) ſed quod preſſa à colo veſica fellea, & immemor ſui officii reddita, bilioſum recrementum ex hepatis vaſis in ſanguinis generatione non elicit purgâtque; unde retentum in venis, & digeſtum per corpus, quamcunque partem imbecilliorem invenerit, (ſolet autem ut plurimum eſſe caput) eam afficit & labefactat: *Spigelius Anatom. lib. 8. cap.* 13.

§. 2. Diuturnior fæcum in inteſtinis mora, ſeu proprio ægri calidioris & ſiccioris, ſeu diætæ vitio contigerit, i. e. ciborum ſicciorum, exercitiorum & laborum Sole ſub ardenti, ſeu negotiorum magnitudine alio verſa mente, Colicam invehit affectionem, cum capitis dolore, ex vaporum ſurſum elatorum copia; Memini olim à me diſſectum cadaver pueri xij. annos nati, cui inteſtina multis velut cohibitarum duriorum & ſicciorum fæcum nexibus erant implicita, cum ipſas paulo ante mortem redderet, quæ interitus cauſa extitit, cum remediis opportune exhibitis prævifum non fuiſſet. *Paræus operum l.* 16. *c.* 38.

§. 3. Filius D. de Villes (*Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*) pridie ante obitum Colico dolore vehementi afflictus fuit: Illius Colon fæcibus admodum aduſtis refertum repertum eſt.

§. 4. Mercator de dolore in regione lumbari gravativo, ſiniſtri hypochondrii obtuſo, ac vinculo ſub ventriculo tranſverſali conqueſtus eſt: Omnes glandulæ imi ventris, internæ meſenterii, & externæ abdominis erant induratæ, imprimis quæ copioſe regioni lumbari incumbunt: Cellulæ coli per tranſverſum corporis ſcybalis infactæ erunt. *Tit. de ventris tumore.*

Observatio III.

Ventris dolor à pituita vitrea externæ inteſtinorum tunicæ affixæ.

PUella quædam annos nata xiv. laborabat Colico dolore attrociſſimo, cum ventris inflatione, qui neque clyſteribus neque potionibus purgantibus, vel lumbricos enecantibus ſedari poterat, ſed tantum balneo tepido ſopiebatur, ſed egreſſæ

 recurrebat;

recurrebat, donec intra xx. dies ægram de medio ſuſtulerit: Per biduum ante mortem magnam ſanguinis nigerrimi copiam per alvum excrevit.

Diſſecto cadavere inventa eſt multa pituita vitrea, externæ inteſtinorum tunicæ adhærens, & per totam eorum longitudinem fruſtillatim diſperſa; magnitudine varia, ut quædam fruſtula fabæ, alia avellanæ magnitudinem æquarent: In venis autem & cordis ventriculis nullus ſanguis inventus eſt, quia natura extremo conatu totum ad inteſtina detruſerat, qui in iis nigreſcens, ut omni extravaſato ſanguini contingit, ante obitum excluſus fuit: Ubi notanda eſt ſedes materiæ colicum dolorem efficientis, ab authoribus non expreſſa, nempe externa inteſtinorum ſuperficies. *Franc. Chomel. obſerv. 6. Riverio communicata.*

SCHOLIA.

Quæ doloris cauſa fuerit proxima dubium, an pituitæ frigus, quale inducere vitrea apta nata eſt: an compreſſio & coarctatio eorum ab eadem extus adhærente, hinc libero flatuum, fæcum & chyli commeatu negaro: A quacunque demum cauſa ortus ſit dolor, opem tulit balnei tepidus calor, flatuum diſcuſſione, meatuum reſeratione, humoris frigidi temperatione, & fuſione, membranarum inteſtinorum relaxatione. Dubium vero majus quomodo illuc pervenerit pituita, quæ in ventriculo & inteſtinis generationem habere ſtatuitur.

OBSERVATIO IV.

Colicus dolor à pituita totum Coli ductum obſidente.

Retulit mihi D. *Peucerus* in Italo quodam Colica conſumpto diſſecto, totum Colon fuiſſe pituita obductum, relicto ſaltem foramine digiti craſſitie pro fæcibus tranſmittendis. *Phil. Salmuth. cent. 1. obſerv. 78.*

OBSERVATIO V.

Colicus dolor à Bile intra membranas Ilei concluſa 1. 2. A Bile circa Colon effuſa, cum abſceſſu meſenterii. 3. A Bile cum lapide in cyſti fellea lacera. 4. A Bile in Ileo & Colo. 5. A Bile ab hepate manante.

§. 1. Ex bilioſis & acribus humoribus Colicam originem habere, ſi nimirum non in cavitatem ſed per tunicas inteſtinorum movetur ſcribit *Sennertus*, Et ſi alio convertantur, & iterum & fibres ac convulſiones cauſare: Vidi in Infantis cadavere tenue inteſtinum Ileum croceo colore tinctum per ejus longitudinem: quæ tinctura fuit ab humore bilioſo tunicis impacto & per longitudinem fuſo, unde ingentes dolores illi fuere diuturni, & ſæpius recurrentes, quos ejulatu, inquietudine corporis, & torſione pedum ſignificavit, qui nullo fotu abiere, & aucti veram colicam calidam, ſeu ex bile, fecerunt, & à quibus convulſiones diræ ac mors. *Hachſtetterus Decade viij. caſu iv.*

§. 2. Præter inteſtinorum phlegmonem illis aliquando accidentem, phlogoſis alia ſeu fervor in illis non infrequenter oboritur, maxime tenuioribus, unde Iliacus quoque dolor potius quam colicus (licet eum etiam ſic communiter appellent) ſævus diúque durans, gravia quoque inferens ſymptomata, oboritur: Quando nimirum, (ſicut longa obſervatione cognovimus, ſigniſque certis deprehenditus) bilis non in inteſtinis retenta (ſicut in illorum obſtructionibus, unde quoque dolores hoſce quandóque naſci diximus) ſed in inteſtinorum ſubſtantiam ſe inferens, atque illa amplo ſæpe ſpatio imbuens inficienſque, vellicat, rodit, uritque: Sicuti in ventriculo ardores illos diuturnos ſimili modo interdum evenire, atque ex macula lutea poſt mortem ſectione facta inventa nos deprehendiſſe illic docuimus, & hoc idem in inteſtinis accidere eadem experientia cognovimus: hinc pendet diuturnitas & pertinacia doloris. *Platerus pract. l. 2. c. 13.*

§. 3. Mulierem prægnantem, quam ob continuantem dolorem crediderat obſtetrix gemellos parituram, vidimus poſt obitum *in meſenterio habuiſſe abſceſſum*, diſruptum à violentia partus: Et ex ejus diffuſo pure inteſtina fuiſſe non tantum eroſa ſed vere ſiderata Colon autem tam libere bili flavæ innatans, ut licuiſſet cochleari eam eximere. *Tulpius lib. ij. Obſervat. 37.*

SCHOLIA.

Eam bilis affluentiam frequentius hic loci quum animadvertant Anatomici, veriſimile eſt eam tranſſudare paulatim per tunicas folliculi fellis, huic inteſtino quam aliis viciniores: quare male ſibi conſulunt illi, qui præ nimio ſtudio validius comprimunt Jecur: exprimit quippe prona hæc flexi corporis incurvatio bilem: quæ ut interdum pungit ac vellicat extimam, ſic inſinuat ſeſe nonnunquam

inter utramque ipſius tunicam ; excarnificans tam miſere ægrum hac ratione obſeſſum , ut millies exoptet mori antequam eo felicitatis perveniret: quam triſtiſſimam cataſtrophen equidem aliquando memini uſu veniſſe juveni miſerum in modum ab hac lanieno oppreſſo: Noli itaque, O Medice, accedere inconſideratè illorum ſententiæ , qui ſolis calidis medentur cuique Colico dolori : neceſſe eſt turpiter interdum ipſos hallucinari : reſpice attente ad oblæſi morbi cauſam,& tolle potius quam augeas inflammationem , ab effuſa bile inteſtinis communicatam. *Idem.*

In meſenterio habuiſſe abſceſſum] Quamvis meſenterii abſceſſus frequenter occurrant, Cavendum tamen ne imponat Chyli receptaculum quod plerumque pro abſceſſu habitum fuit , ut monet *Cl. C. Theop. Bierling* in miſcell. curioſ. anni 1671. *Obſervat.* 152. his verbis , Intermittere nequeo quin an mi ſenſum aperiam , & cauſam explicem quæ p tot ſæcula tot authores decepit , nimirum ob impe fectam Anatomes adhuc cognitionem , & præc pue magnæ illius in centro meſenterii content glandulæ , cujus uſus & finis antequam à *Cl. Pec queto* conſignaretur, multos authores latuit , du hi receptaculum iſtud chyli, poſt mortem adhuc re pletum & diſſectum , plerumque abſceſſum meſen terii fecere : Vix enim obſervationes reperies in qu bus non aliquoties tales meſenterii abſceſſus recen ſentur:Non quidem mihi mens eſt meſenterii abſce ſus totaliter in dubium revocare , ſed ſolummod mihi perſuaſi multoties receptaculum chyli pro ab ſceſſu meſenterii habitum fuiſſe.

§. 4. *Ferrandus* anno Dom. 1564. ſecare fecit Illuſtr. de Montleon, Illuſtr. Joh. Cha tagner, Dom. de Rupepoſerii conjugem, & in folliculo fellis compertus eſt lapis nige aſper, magnitudinis unius nucis, cum ſuis nucamentis, qui ſuo pondere folliculum la ceraverat, ut fel in capſam inteſtinorum manabat , unde omnes partes adjacente erant maculæ , una cum inteſtinorum externa ſuperficie. *Lib. de Nephritide & Li thiaſi* §. 30.

§. 5. Fœminæ dyſentericæ venter dolebat diverſo modo : Inteſtinum duodenum & jejunum tepleriſſima erant bile : Ileon , cubiti unius longitudine corruptum, Colon a octo digitos. *Vide tit. de Dyſenteria.*

SCHOLIA.

I*Leon, Colon &c.*] Quæritur an dolor in ſuperioribus tenuibuſque inteſtinis ſit major aut minor quam qui in craſſioribus conſedit ? Primum ex anatome diſci debet tenuium inteſtinorum tunicas tam ac tenui ſubſtantia conſtare, & inteſtina illa, quæ membranoſa ſunt, exquiſitioris eſſe ſenſus, quam ſunt craſſa, quippe quæ carnoſa ſint magis: Si exquiſitior in illis quam in his ſit ſenſus, dolor qui in triſti ſenſatione conſiſtit, major erit ac manifeſtior in tenuibus quam in craſſis : Ac propterea *Galenus* cap. 2. de loc. aff. vehementiſſimos dolores in tenuibus inteſtinis perſentiri dixit : contra tamen & rationem Anatomes , & communem ſenſum , & ſententiam *Galeni*, locus alius ſtabit ab eodem *Galeno* ſcriptus, cujus hæc verba, [Ex doloribus ii qui vehementiſſimi ſunt, haud abs re in craſſis erunt inteſtinis : qui verò mitiores ſunt , horum duorum alterum neceſſe eſt, aut quod à manſuetiore minorêque cauſa ſunt , aut quod non in craſſis ſed in tenuibus ſunt inteſtinis] : Sed notandum inſtitutum eſſe *Galeni* de colicis doloribus à materia craſſa, frigida lentáque diſputare : cum enim cumulandæ craſſæ crudæque materiæ locus ſit opportunus Colon inteſtinum, ideo & ratione loci , qui amplius eſt, diſtenditur valde , Et materiæ,quæ in eo congeri ſolet, cum in eo vehentiſſimi ſint dolores, conjicimus in colo eſſe : Si manſuetiores, aut in tenuibus ſunt, utpote in quibus non ſoleat illa pituita cumulari , Aut in colo ſunt , ſed à minore cauſa: Sed dicet aliquis ; Si in tenui & craſſo inteſtino eadem craſſa materia ponatur, è qua dolor, an non crudelior dolor in tenui quàm in craſſo ? Verum quidem eſſe videtur, ſed in tenuibus inteſtinis non illa congeritur materia ; hinc accomodatè *Galenus* 2. de loc. cap. 6. [Omnes , *ait*, & Medici & populares vehementiſſimos dolores ad colon referunt,& colicum vocant, veriſimile videtur , nam non ut in vreteribus lapide,quod impactu dolores oboriuntur, ita in renuibus inteſtinis frigidi ſpiritus & humore recenti graviſſimos dolores excitant : nam cum tenuium inteſtinorum tunica ſit rara , diu hujuſmodi cauſas, i. e. craſſos humores continere non poſ ſunt : probabilius ergo eum craſſum humorem i craſſo inteſtino genitum , egredi nequeuntem , dolores hos movere, vehementes quidem, ob intemperantiam & corporum craſſorum tenſionem ; longos quia difficulter vacuatur,] Hoc ex loco *Galen* patet, ſuperiorem ſententiam de gravitate doloris in craſſis inteſtinis , intelligi de materia frigida, qua & generationem peculiariter hic habet & manſionem : At tenuia inteſtina, quia à bile tanquam clyſtere naturali eluuntur, non generant, & ſi habeant non diu retinent, ut placet *Galeno* : Non enim negare oportet quin ſi acres mordacéſque humores in tenuibus inteſtinis retinerentur, aut crudeliores dolores , aut ſaltem pares excitarentur ac ſi eadem materia in craſſis retineretur, ſed peculiariter & craſſæ materiæ craſſa inteſtina ſunt promptuarium: Ideo, ut annotat *Gal.* in tenuibus inteſtinis acerbiſſimi dolores ſunt, (ut in Ileo) aut cum inflammatio eſt, quæ obſtruit, inteſtinum ut nihil tranſeat , aut reſiccatum omnino ſtercus ; Quanquam contra id quod dicimus, in tenuibus inteſtinis non poſſe eam phlegmonem generari quæ inteſtini capacitatem ulterius impediat, afferri poteſt locus in quo *Gal.* docens aſperæ arteriæ phlegmonem poſſe quidem ſpirandi difficultatem afferre , ſed ſtrangulationem non poſſe inducere, ſcribit in aph. 34. 4. [Impoſſibile eſt corporis multum tenuis inflammationem ſpatium efflatu dignum replere] Tenuia inteſtina, per eundem *Galen.* 6. de loc. tunicam habent raram admodum : Ergo quamvis in ea concipiatur phlegmone, non poteſt viam obſtruere. *Ballonius conſ.* 53. *lib.* 1.

§. 6. Civis quidam Aventicenſis,cum quadam die propter violentum corporis motum in itinere ſupra modum incaluiſſet,& hauſtum frigidæ bibiſſet, febri correptus fuit; Cum autem Medicum nullum adhibuiſſet rationalem, paulatim in cachexiam incidit, ac paulo poſt nauſea quadam continua & vomitu bilioſo correptus fuit, ita quidem ut continuo cibum indigeſtum evomeret, Non diu poſt dolor ventris quoque exortus eſt, qui cum de die in diem accreſceret, vomitus paulatim imminutus eſt,tandémque remiſit, aucto tamen & vehementiore facto cruciatu inteſtinorum: Excruciavit ægrum dolor ventris per menſes aliquot, adeóque vehemens fuit,ut dies noctéſque ejulare coactus eſſet & alimenta reſpueret. Hinc vires paulatim mirum in modum proſtratæ fuere: Ad inſtar ſceleti fere extenuatus evaſit, febricula continua aderat, alvúmque continuo conſtipatam habebat.

Cadaver cum aperuiſſem, Hepar fere totum putrefactum reperi. Veſicula fellis omnino erat vacua, & cholidochus præter modum laxus & apertus: Inteſtina, & imprimis tenuiora, undique tam flava erant ac ſi croco infecta fuiſſent: Renes ſimiliter, & præſertim inferiores apices,eodem colore erant tincti. Eorum vero parenchyma ita erat lividum ut initium gangrenæ adfuiſſe argueret.

SCHOLIA.

Materiam quandam biloſam, imprimis acrem & vellicantem, ex hepate graviſſime affecto per cholidochum amplum & relaxatum continuo ad inteſtina defluxiſſe,ibique dolorem iſtum graviſſimum excitaſſe veriſimile eſt: Teſtis eſt color ille flavus: Et quia inteſtinorum expultrix ex præcedente vomitu partim turbata partim quoque labefactata fuerat, ſequuta eſt alvi conſtipatio & doloris vehementia, propter retentam ſcilicet materiam acrem & vellicantem. *Fabritius Hild.cent.iv.Obſerv.xlv.*

Inteſtina flava, &c.] Diviſionem Colicæ in bilioſam, pituitoſam aut atrabilariam eatenus admittit Excell. *Willis* quatenus juxta corporis affecti diſpoſitiones ſymptomata variari faciunt dicti humores, non quod colicam per ſe excitent.

§. 7. Admirabilis eſt hiſtoria cujuſdam Bordier, qui jam annum unum conqueritur de dolore quodam ad ventriculum torminoſo: aliquando miteſcit, aliquando maxime ſævit, nec eum dormire ſinit: nullis remediis levatus eſt: metuimus ne aliquando in hydropem ſiccum incidat,aut plane tabeſcat. *Ballonius Epidem.lib.ij.pag.*216. Superius annotavimus de quodam nomine Bordier, cui colicus dolor per duos annos perſeveravit. Hepar albicantius deprehenſum eſt, Sic ſerum neſcio quod tetrum naſcitur, quod iſtos excitat dolores. *Idem ibidem pag.* 253.

Observatio VI.

Ventris dolor Colicus, corruptionem viſcerum prope omnium naturalium ſequutus, à Bile ortus.

Matthæus Rumplerus, conſtitutionis calidæ & ſiccæ, doloribus vagis in abdomine ſæpe corripiebatur, quos tamen ſibi familiari enemate diſſipare conſueverat: Idem hoc anno 1671. quem ætatis ſuæ 70. numeraverat, poſtquam per aliquot dies de doloribus infimi ventris, non tamen adeo gravibus ut decumberet, conqueſtus eſt: tandem die 27. Aprilis ex horto ſuo domum rediens, circa veſperam hora poſt quintam media, tam enormes paſſus eſt dolores, ut lecto ſuo committere ſe coactus fuerit: Adhibuit mox in ſubſidium enema conſuetum, quod cum nihil levaminis ei attuliſſet, iterare juſſit. Dum vero Pharmacopœus ejus præparationem molitur, urgentibus doloribus,iiſque atrociſſimis, me ad ſe invitat: Adſum,& ægrum, cujus extremitates omnino frigebant, & qui totus copioſo ſudore frigido diffluebat, de infixis in hypogaſtrio doloribus miſere conquerentem audio, ſimul quoque arteriæ motum juſto celeriorem deprehendo: repetitur enema, quod plurima ſcybala educens aliquale levamen afferre videbatur: ſed redeuntibus graviſſimis doloribus, tertium enema,ex anodynis imprimis paratum, injici jubeo: ſimul quoque varia interna atque externa adhibeo. Siquidem interdum per aliquot intervalla remittere videbantur dolores, qui tamen poſtea atrociores redire: Et licet tandem ad ipſa quoque narcotica deſcenderim, eáque in deſperato hoc malo ſatis copioſe exhibuerim, ſimul quoque quartum enema applicare juſſerim, ne tantilli tamen temporis inducias obtinere licuit: unde viribus plane proſtratis, poſtquam ultima ante mortem hora, primum quidem ſubviridia, mox atra vomitu rejecit, tandem die 28. Aprilis, circa horam quartam matutinam plane obdormivit.

Quamvis autem Colica bilioſa eum extinctum fuiſſe pronuntiaverim,attamen quia mox poſt mortem *abdomen*, alias attenuatum, *in immenſum crevit*, ſuſpicio apud conſanguineos de veneno aſſumpto fuit orta, quæ nobis licentiam viſcera ſcrutandi ultro conceſſit: Vocatur

catur igitur Chirurgus, qui ubi primum cœpit incidere abdomen, gravis erumpens fœt magnam adeſſe corruptionem indicavit, Et merito, nam peritonæum cum omento ad erant corrupta, ut ad leviſſimum contactum tumperent: Inteſtina, præſertim tenuia, cu colo, nigerrima apparebant: quorum iſtud flatibus, illa materia quadam ſublutea, eáq craſſioris conſiſtentiæ repleta erant. Pancreas totum ulceribus nigrioribus obſitum fu Hepatis ſima pars nigricans, gibba pallida viſa; quarum iſta ſteatoma, ſeſqui-pugni magnit dinem excedens continebat: Veſica bilaria liquore flavo turgebat. Lien pallidus, qua par omento annectitur, plurima fovebat ulcera nigricantia: Ventriculus cum Veſica urinat & ureteribus vacua & ſanis ſimilia obſervata.: Renes ſani nihil monſtri alebant: Reliqu partes fœtor moleſtiſſimus luſtrare prohibuit. *Georgius Segerus in Miſcell. curioſis anni* 167 *Obſervat. lxxxij.*

SCHOLIA.

A*Bdomen in immenſum crevit*] Cauſam deducit Clar. *Willis*, ab humorum putredine & extrema mixtionis diſſolutione, in qua particulæ activæ omnes manumiſſæ ab invicem diſcedunt, & avolantes quaque verſus exitum quærunt, & obſtacula quæque, ac imprimis cavitatum parietes immaniter diſtendunt; quaptopter uti cadavera non omnia ex æquo putreſcunt, ita illorum ventres citius aut tardius, magis aut minus extumeſcunt; Attamen vita durante nulla fit in corpore animato putredo, aut particularum diſſolutio, intumeſcentiam ſplachnicam illatura. *Vide Operis poſthum.* pag. m. 146.

De infixis in hypogaſtrio doloribus] De diſcrimine dolorum qui partes imi ventris afficiunt, hæc habet *Sebaſtianus Naſius meth. parte* 2. p. 299. Sæpe accidit in Doloribus, quod qui inteſtinis tribuuntur, in illis non ſint, ſed in ſubditis partibus, nimirum in Pancreate, Omento, Meſenterio, & aliquando etiam in Peritonæo, quorum affectus ex excretis cognoſci nequeunt, excepta inflammatione: ſed ex dolore, duritie, vel tumore: quæ ſigna cum implicita ſint cum ſignis affectuum inteſtinorum, ideo ſolum cum ſignis negativis conjuncta vim ſignificandi habent, & maxime ſigna affectuum pancreatis & omenti, meſenteriique in parte ſuperiori, quæ ad hepatis & ventriculi regionem contendit. Peritonæum vero, quia eſt externum tegumentum ſuper poſitum, facile tactui occurrit, & ſi quæ læſio in illo eſt, illico percipitur, 1°. enim tactu durities, ſi quæ eſt, vel tenſio percipitur, dolorque exacuitur, quæ omnia, ſi manus profundius comprimat, potius miteſcunt quam augeantur, Præterea affectus ille ſuper totum ventrem ſuperficialiter extenditur, etiam ſuper regionem hepatis, ventriculi & lienis, abſque notis affectuum harum partium; Et quia peritonæum pectori & diaphragmati alligatur, tuſſim excitat, ex qua ejus dolor exacuitur, & aliquando reſpirationem aliqualiter lædit: cum vero partes magis intimæ læduntur, nullum horum accidit niſi per accidens, cum ſcil. ex elevatione vaporum anguſtia & difficilis reſpiratio ſequitur: quare cum dolor, vel durities, vel tumor in profundo reconditur, nec ullæ ſunt notæ affecti Hepatis, Lienis, Ventriculi, aut Inteſtinorum, quia munia exequuntur, hæc ſi accidant circa regionem hepatis, affectus meſenterii indicant; ſicut ſi ab umbilico ad imum ventrem circa ventriculum tale quid in profundo ejus ſentiatur: Si vero circa lienem & ventriculum, Pancreas affici ſuſpicandum eſt, ex quo etiam difficultas reſpirandi ſequitur, ob conſenſum diaphragmatis: At ſi adſit in regione inferiori ventriculi circa umbilicum, à quo etiam tuſſis ſicca excitetur, Omentum affectum eſſe ind catur, qui effectus licet profundus ſit, late tamen di fuſus conſpicitur, ad differentiam affectus inteſt notum, qui in ambitum anguſta margine proter ditur.

Ut autem hujuſmodi affectus tactu deprehendar tur, debet cutis ventris cum adipe plena manu exc pi, & inde digitis intime tangendum eſt, Et ſi tumo vel durities, aut ſenſus moleſtus in profundo ſen riantur, quæ ſecundum longitudinem verſus puber diſpoſita ſint, in meſenterio & pancreate eſſe judica Si ſecundum latitudinem æqualiter diſpoſita, ü Omento: Si vero in gyrum circumvolvuntur, in in teſtinis: *Sub his partibus ſæpe in hypochondriacis tu mores ſcirrhoſi adeo duri concreſcunt, ut oſſei videan tur, Et maxime in illa parte meſenterii, quæ ſpinæ ad hæret:* Si vero utrinque ubi è ſpina elabitur, tumore ejuſmodi in eodem meſenterio producantur, ſentiuntur magis tenſi quam duri, & ſecundum longitudinem diſpoſiti, qui ab imo pectore uſque ad puber excurrant: ſed ad umbilico ſurſum profundiore ſunt: Hi cum corpus rectum ſtat, non ſentiuntur à tangente, quia in poſteriora retrahuntur: cum jacet, ſentiuntur duobus digitis vel tribus, diſtantes à medio: Et ſi medio comprimuntur, ſtabiles conſpiciuntur: cum vero ad latera tanguntur, manum fugiunt, & ad appoſitam refugiunt partem. Idem accidit ſi corpus in latus volvatur, quia decumbentibus inteſtinis, & meſenterii parte anteriori, poſterior tenſa prope ſpinam ſubſidet, unde tumor ille videtur aſcendere in parte oppoſita, & qui erat in ſiniſtra, tangitur in dextera: aliquando vero extenditur etiam ad partes anteriores meſenterii, & tunc tumor latus & durus fere univerſum ventrem inferiorem occupat, ita ut prægnantis tumor videatur; Cùm tumor adeſt in ſiniſtra parte ventris ſuperioris, pulſatio circa ventriculum, uſque ad umbilicum, arteriæ magnæ percipitur: Ex hujuſmodi tumoribus ſæpe ob contractionem percipitur dolor, ſeu potius attractio in imo ventre, circa os ſacrum & pubem, necnon in imo pectore, & maxime verſus ſpinam, & in mulieribus ob convulſionem ligamentorum uteri, dolores in ventre & circa renes, velut parturientium accidunt. *Hactenus Naſius*, qui in eo falli videtur quod affectus Pancreatis, &c. ex excretis cognoſci neget, cum per patentem ductum, illi ignotum, ſe in inteſtinum exoneret, unde ſúſque déque humor illi proprius effunditur. Sic & meſenterium per vaſa ſua humores excernens, propriarum affectionum, nec ſolum phlegmones, indicia dat.

OBSERV.

Observatio VII.

Colicus dolor à coli inflammatione, cum flatuum multitudine, 1. 2. 3. 4. *Ab inflammatis inteſtinis, ventriculo, meſenterio, ſenſim, conjunctim*, 5. *Ab inflammatione tenuium inteſtinorum, ventriculi, ilei parte corrupta.* 6. *A viſcerum & inteſtinorum inflammatione & putredine.* 7. *Ab inflammatis inteſtinis, ventriculo, meſenterio, omento, liene, &c.* 8. *A peritonæi & inteſtinorum phlegmone*, 9. *Ab inflammatione coli & meſenterii in abſceſſum deſinente* 10.

§.1. HOmini cuidam, qui ex Colico diuturno, i. e. xx. dierum,dolore afflictus, & omni remediorum genere nihil adjutus, deceſſerat:

Mox exſecto ſic ample turgens inventum eſt inteſtinum, ut ocreas itinerarias magnitudine ſuperaſſet: qua meſenterii complexus eſt, inflammatum rotum, cætera parte cyaneum & pæne ad gangrænæ modum emortuum. Diſtentum quidem mire fæcibus, ſed maxime flatibus, quibus & omnes irem inteſtinorum ductus extumeſcebant, quamobrem fortaſſe ſuppreſſa lotia poſtremis viræ diebus: Ad hæc iliorum vacuitas & mollitudo, contage viſcerum nigreſcentia urrinque & flaccida: Venter antequam inſecarerur, hydropis in modum tumidus, qui ex ſubito flatus exſultu fragorem edidir, adminiſtro pungenri terrificum. Sed hepar flaccidum ſubnigrúmque; aqua ſub liene crocea mulra, ſúbque inteſtinis ſanies craſſa putidáque, qui putor etiam undequaque multus. *Severinus de Abſceſſus lib.* 4. *cap.* 36. *p.* 276.

§.2. *Matthias Ortelius*, Mercaror Antverpienſis, hydrope extinctus, ſine Hepate & Liene inventus, At illi ſubſtanrla omnium inteſtinorum carnoſa prorſus erat & mulro ſolidior quam ipſa muſculorum caro, ut ſoliditate cordis carni fere reſponderet; Hæc ſane cauſa fuit quod toties inflammarione & abſceſſu inteſtinorum laborarit,facilius enim quod carnoſum quam quod membranóſum eſt inflammatur & ab abſceſſibus torquetur: nam carnoſæ partis plus, membranoſæ vero minus ſanguinis & humores participant.

§. 3. Anno 1623. Adr.Spigelius monuir Senibus quandoque coſtam ſpuriam incurveſcere, eáque Colon inreſtinum pungente inflammationem ac mortem ſequutam, *Ioh.Rhodius cent.* 2. *obſervat.* 78.

§. 4. Cum plurium à Coli inflammatione defunctorum cadavera apetui, reperi in omnibus cuncta inreſtina ad ſummum diſtenta & quaſi à vento inflata. *Willis Pharmac. Ration. ſect.*3.*cap.*1.

SCHOLIA.

A *Vento inflata*] Quod proculdubio accidit,non quia flatus primo genitus viſcera iſta diſtendederat, ſed cum membranæ à ſpiritibus valde irritatis, ac intra fibras ipſorum exploſis plurimum diſtendetentur, idcirco ad vacuum implendum flatus iſti ſecundario & per conſequens progignebantur. Propter hanc cauſam Tympanitin oriri credimus:Quod itaque in Nephritide, Paſſiónibus Colica, Hypochondriaca, & Hyſterica flatuum proventus ubertimus eſſe ſolet, id non, uti vulgo fertur, morborum iſtorum cauſæ, ſed tantum effectus ſunt, nempe dum iſtorum paroxyſmis membranarum affectiones σπασμώδεις ſuperveniunt, atque viſceta cava à ſpiritibus violenter exploſis inturaeſcunt, hinc ſtatim ut ſpatium inane occupetur, humiditas quædam incluſa in vapores, à quibus flatus emergunt, reſolvitur: Quamobtem cum partis affectæ diſtenſio relaxatur, flatus ita extempore productus à membranis concidentibus alio propellitur. *Idem.*

Inteſtina flatibus diſtenta] Præter Venrriculi & Inteſtinorum contenta liquida, aliud quoddam ex his reſultat, ſcil. Flatus, qui cum intra eorum cavitates pluſquam in alia totius corporis parte quavis aggeri ſolent, ad hunc modum produci videntur: Dum alimenta in viſceribus ſubacta & digeſta, à fermentis & calore ipſorum diſſolvuntur, effluvia quam plurima decedunt, quæ ſi ſpatium liberum & apertum obtinerent,in auras migratura evaderent; verum ea membrana concluſa, & ſimul aggeſta, vaporum congeriem, quaſi ventum conſtituunt, qui inteſtina ſæpe inflat ac diſtendit, & qua data via ruens,fæcum excretiones promovet: concluſus vero tormina, & non raro ventris inflationem creat: Flatus in viſceribus ab alimentorum diſſolutione emergentes, ſimili ritu gignuntur ac cum margaritæ, corallia aut alia concreta matracio impoſita, à menſtruis ſuis diſſolvuntur: à ſolutionibus enim factis, Vapores quam plurimi dimanant, qui ſi ſtrictius coerceantur, vas continens diffindi ac diſſilire cogunt: pariter ab alimenti intra primas vias ſive diſſolutione ſive coctione,aut fermentatione effluvia copioſa decedunt, quæ ſimul aggeſta, ac intra membranas concluſa flatum efficiunt; cujus inſuper proventui uberiori cauſæ quædam aliæ contribuunt: Hoc etenim inſigniter præſtat ſuccorum non rite miſcibilium colluctatio & effervеſcentia: quippe dum humores adventitii, aut ingeſta heterogenea, ac inprimis medicamenta, cum aliis inteſtinorum contentis fermenteſcunt, à mutua particularum refractione, corpuſcula quamplurima decedentia in vaporem aggeruntur: Porro ab ipſo ſanguine ebulliente,cum halitus copioſi ubique decedunt, eorum pars quædam ex arteriis in viſcerum cavitates erumpens, flatuum aggeriem ibi productam auget: Cæterum ad uberiores flatuum proventus faciunt viſcerum extenſiones & intumeſcentiæ convulſivæ. Quippe dum membranæ, ob

majores

majores ſpirituum diſploſiones, & excurſus inordinatos plurimum diſtenduntur, cavitas interna ſicut veſica inflata multum ampliatur, proinde ut humoris incluſi portio, intra vacuum iſtud ſpatium, velut cucurbitam poſt flammam extinctam, in flatum rareſiat, qui poſtea quando membranæ retanus remittit, cum impetu erumpit, aut proximos ſubinde inteſtinorum anfractus tumultuoſe pervadit: Propter hanc rationem, quando inteſtini pars aliqua ex phlogoſi, aut humorum acrium decubitu, extenſionibus convulſivis obnoxia fuerit, etiam flatus continuo producti moleſti admodum evadunt. *Idem.*

§. 5. In omnibus quotquot unquam aperire potui, veram inflammationem conſpeximus, quæ modo Ileum, vel Jejuni inteſtini partem aliquam, modò vero Colon tantum occupavit: Vidi etiam quibus omnia inteſtina & ventriculus erant inflammata cum levi tenuiorum inteſtinorum inflammatione. *Adrianus Spigelius lib. iv. de Febre Semitertiana c.13.*

SCHOLIA.

Cum natura humores vitioſos ad hanc corporis quaſi ſentinam à partibus nobilioribus depellare ſoleat, iidem nunc ſenſim cum fæcibus alvi excernuntur, nunc varii alvi fluxus excitantur. Si vero via iſta ad inteſtina præcludatur, ut in ea vitioſi humores effundi non poſſint, hærent in meſenterio & vaſis meſaraicis, unde meſenterium, & plerumque etiam inteſtina, nunc hæc nunc illa, prout per hunc vel illum ramum meſentericum humores affluunt, inflammentur. Huc pertinet aphor. 27. 7. Ex diuturno partium quæ ad ventrem attinent dolore, ſuppuratio: hæc autem ad inflammationem ſequi ſolet. Ex eodem autem *Spigelio*, inteſtina ſimul cum meſenterio inflammari ſpeciatim oſtendit febris hemitritæus, quam obſervavit inde originem trahere.

§. 6. Mag. Petrus Comparet, Genevenſis, Piſtor dulciarius, doloribus ventris per multos menſes afflictus fuit, tandem eorum atrocitate confectus obiit: Quod cauſa obſcura eſſet & de veneno exhibito ſuſpicio apud parentes, poſtridie inſtituta ſectio, Cujus hæc eſt relatio.

Nos Subſignati D. Medicus & Magiſtri Chirurgi, facta diſſectione cadaveris Mag. P. Comparet, hæc in ejus abdomine ſingularia deprehendiſſe fidem facimus 1 Tunicam ventriculo cruſtoſam omnino inflammatam & ſideratam: 2. tenuia inteſtina omnia nigra & livore affecta, craſſa autem tumida & flatibus turgida, nequaquam immutato colore naturali, Ilei autem partem ad digiti longitudinem corruptam. 4. Aquas abdominis cavo concluſas, incipientis hydropis indicium: 5. Inflammationis initium juxta cervicem veſicæ. 6. Renem dextrum conſumptum, ſolo illius involucro ſuperſtite, vitiata figura naturali & magnitudine ejus imminuta. *Actum Genevæ 27. Iulii anno 1673. Ioh. Bonetus, D. M. Benjamin Noël, Chirurgus & cadaverum Viſitator Iuratus. Petrus Sabourin Chirurgus.*

§. 7. Hieronymus Germanus Colicum dolorem pati putebatur, 4. die interiit, extimis ante frigentibus, languente pulſu, ſanguineis ſpectris ob oculos obverſantibus.

Huic interna in viſceribus & inteſtinis inflammatio & putrilago eſt deprehenſa. *Gul. Ballonius Parad.* 84.

§. 8. Plurimis dolores in ventre immanes, continui vel intermittentes afflixerunt à facto abſceſſu in ventriculo, inteſtinis, meſenterio, omento, liene, &c. prægreſſa earum partium inflammatione. *Vide tit. de Febribus.*

§. 9. In Aſcitico facta paracenteſis: nocte quæ tertium præceſſit diem, de ingentibus inteſtinorum doloribus conqueſtus eſt; Peritonæum apparuit valde inflammatum ac rubeſcens. Inteſtina inflammatione ingenti correpta. *Vide tit. de ventris Tumore.*

§. 10. Illuſtrem juvenem temperationis bilioſæ & ſanguineæ, poſt luculentum peponum uſum, & vini meracioris immoderationem, in menſe Auguſto dolore fixo in hypochondrio ſiniſtro, in regione coli, cum ardore, ſiti, vigiliis & febricula aſſidua, quem calida auxilia non ſolvunt ſed adaugent, eſculentíſque & potulentis calidioribus adaugetur, ex diro dolore laborare qui ab affectu parte Colicus nuncupatur, ex inflammatione à ſanguine bilioſo genita; Indicio ſunt dolor fixus, febris aſſidua, ſitis & juvantia ac lædentia: Ampla enim & laxa cum ſit inteſtini Coli caro, anfractibúſque multis ſinuoſa, varias ſane excipit materias, quarum exuperantia diſtorquetur dolorque fit: Hæ autem materiæ utplurimum ſunt flatus, craſſior humor aut lentus, aut pituitoſus; interdum acer & bilioſus, qui inflammationem ſuccendit, ut in præſenti caſu: Ea autem parte afficitur quæ ventriculi fundo inſternitur, hinc ad ſiniſtrum hypochondrium contendens, lieni aſſiſtit.

Nobiliſſima autem juvenis calidiſſimis medicamentis ab initio tractata, atque victus ratione calefaciente, cum ſemper in dies ſingulos in deterius laberetur, fuit etiam vena ſecta, neque ad refrigerantia auxilia unquam ventum eſt, aut ad aliam ſanguinis vacuationem, prævalente ſenis opinione, ut ex flatibus dolor ſuboriretur, denique xxvii. die, dum ſenex locum affectum manibus contrectaret, maximo dolore concitato, ſtatim interiit.

Secto cadavere, inventus eſt abſceſſus in Meſenterio & Colo, ea potiſſimum parte quæ fundo ventriculi ſubſternitur. *Lælius à Fonte Conſultatione xxxiv.*

SCHOLIA.

D*Olore fixo in hypochondrio ſiniſtro,*] Colon inteſtinum circa tenem ſiniſtrum anguſtius eſt, ne ſplenem comprimat; quam quibus ſplen tumet, flatus vix erumpunt, niſi ſplen prematur: Et hæc cauſa eſt cur hoc loco Colici cruciatus ſint graviſſimi; ubi abſceſſus genitos, & per cutem maturatos ac curatos vidit. *Bauhinus, Th. Anat. lib. 1. cap. 18.*

OBSERVATIO VIII.

Colicus dolor à Coli putredine 1. 2. A ſcirrho in Colo, ejuſque dilatatione 3. Ob colon poſt vulnus in thoracem compulſum 4. 8. Ob vulnus Coli. 5. Ob Colon in ſcrotum devolutum. 6. Ob Colon cancro affectum. 7. Ob Colon à rene lapide prægnante compreſſum. 9. Ob Colon poſt vulnus diaphragmati annexum. 10. Ob globulos plurimos colo affixos. 11.

§. 1. VXor N gravida & jam partui vicina, cum intemperantius vixiſſet, in villa comedendo fructus horarios: & lac, rediit domum, & magnum hauſtum cereviſiæ frigidæ bibit, & ſtatim incidit in dolorem in latere dextro, ſub regione hepatis, cum alvi adſtrictione: adhibita ſunt clyſteria & varia fomenta, nihilominus quinto die periit.

Secto corpore, invenimus in eo loco partem inteſtini coli putridam & denigratam. *Ex. I. Heſſi Medici Norici Obſervationibus.*

§. 2. *Meichnerus* etiam, cum intempertius cœnaſſet, incidit in dolorem ventris circa pubem acerrimum, cum ſenſu caloris & adſtrictione alvi: præſcripta ſunt varia clyſteria & fomenta, ſed fruſtra, quatro enim die periit.

Secto ejus corpore, invenimus colon circa illum locum plane putridum, ita ut etiam ad tactum levem rumperetur. *Idem.*

§. 3. Obſervatum eſt à nobis in D. Zolin Medico, & Advocato Gillot, cui Colon, qua parte vicinum eſt reni ſiniſtro, collecta veluti cartagine dura, in ſcirrhum obduruerat, interiore cavitate eo tumore intercepta, ut nihil tranſcurreret. Itaque neque clyſteribus, neque medicamentis juvabatur etiam fortibus. Parte dextra Colon ad inſtar magnæ veſicæ dilatatum & extenſum, medicamentis datis & potionibus plenum. Superjecti vicinique muſculi abdominis & peritonæum ſanioſa. Poſt longa & multorum annotum tormina, è quibus tamen non decumbebat, ſexto à quo decubuit die mortuus eſt, ſine febre. Eodem die obiit N. interna inflammatione & putrilagine, Colico morbum ſimilem inferente, extremis ante obitum die, qui fuit quartus, frigeſcentibus, langueſcente pulſu & ſanguineis ſpectris ob oculos obverſantibus. *Scholiagr. ad cap. 41. lib. 1. Hollerii de morbis inter Ballonius Parad. 83.*

§. 4. Franciſco N. glans plumbea per ſterni fines diaphragmatis partem carneam tranſfodit. Succeſſit inteſtinorum dolor colico ſimilis, Magna inteſtini coli pars, flatu turgida, per vulnus diaphragmatis in thoracem irrepſerat. *Vide lib. 4. tit. de vulnere.*

§. 5. Quidam vulneratus in hypochondrio dextro, de vehementi abdominis dolore conquerirur. Inteſtinum Colon per tranſverſum diſſectum ſphacelatúmque repertum eſt. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

§. 6. Colon pluſquam pugni magnitudine in ſcroti parte dextra conſtrictum conſpexi Pariſiis, cum Domino *Bienaiſio* Chirurgo Pariſienſi, anno 1671. in Leonardo Drovino Limbolario. *Ioh. Henricus Lavaterus in Theſibus inauguralibus* §. v.

§. 7. Anno 1622. aperui cadaver Nob. cujuſdam Galli, qui atrociſſimis inteſtini Coli doloribus conſumptus obiit, & inveni inteſtinum Colum Cancro occulto affectum, cujus cauſa, meo judicio, fuit obſtructio pori bilarii: hic enim ea parte, qua duodeno inſeritur, lapillo piſum magnum adæquante adeo obſtructus fuit, ut ne tantillum bilis per eum expurgari potuerit; hanc tamen bilis copiam natura, non ad univerſum corporis habitum, ut plerunque ſolet, ſed ad colon depoſuit, &c. *Vide Tit. de Ictero,* §. ex, *Ioh. Sculterii Armam. Chirurg. part. 2. Obſerv. xlvii.*

§. 8. In obſidione Rupellæ cuidam Nobili globulo ſclopetario transfoditur pectus à coſtis mammæ ſiniſtræ ſubjectis ad infimas nothas coſtas lateris dextri, præſertim qua parte ſita eſt cartilago Xiphoides, hoc tamen vulnus curabile fuit. At anno poſt obortus dolor eſt intolerabilis Colico ſimillimus, qui nulli ceſſit remedio.

Eo extincto apertum cadaver, Inventum eſt diaphragma parte ſua carnoſa perforatum ſuperiore ictu: atque foramen illud aliqua ex parte obductum erat caruncula quæ circum

accreverat

accreverat: Tamen per reliquam rimulam Colon inteſtinum ſenſim ſubiverat thoracis re gionem, deinde per attractionem quandam majore ſui parte ingreſſum fuit: Idémque con tigit quod tenui vulpeculæ apud *Horatium*, cum enim intumuit, egredi non potuit: Den que, ut fit Enterocele in Scroto, ita Enterocele facta eſt in Pulmonis capacitate. *Ballonis Paradigmate xi.*

§. 9. Novi quandam Matronam quam plures Medici Colico dolore laborare confirma bant. Ego autem prima viſitatione (quia pes ſtupebat & alia ſigna calculi aderant) calcu lum eſſe judicavi: quod tamen alii multis argumentis falſum eſſe dicebant: atque ita ego ab legatus fui, ipſi verò in curatione permanſerunt, continuéque calida & ſicca adminiſtra runt, donec vitam cum morte permutaret.

Diſſecto corpore magnus lapis in rene inventus, atque ego meo honori reſtitutus. *Ge rardus Bergenſis lib. de artic. & renum morbis.*

SCHOLIA.

Perſti artificis eſt nephriticum dolorem à colico diſtinguere, cum colon renibus affectis non viciniæ ſolum lege condoleſcat, ſed & ob plexum nervorum renalem, cui alius à nervo intercoſtali, ſeu potius eo mediante, à ſpinali medulla accipit: In quantum ille plexus, ait *Willis*, Anat. cerebri c. 27. cum meſenterii maximo communicat, affectio colica & nephritica multum affines exiſtunt, ut ſæpe ſit difficile eorum paroxyſmos ab invicem diſtinguere. Colicus enim dolor interdum vagus eſt, late diffuſus, modo hac modo illa parte gravius urgens, nunc hepatis nunc lienis, nunc ventriculi, nunc renum ſedem occupans, alias ſupra, alias infra umbilicum torquens, ſæpe latere ſiniſtro maxime moleſtus, ratione anguſtiæ, ea in ſede, primum à *Bauhino* notatæ. Si enim excrementa ſuprema ac maxime capaci coli parte conglomerata & indurata, à flatibus per vim illuc impellantur, contingit ea nonniſi cum dolore permeare, hinc confuſa diagnoſis utriuſque affectus. Sequentia tamen ſigna, ſi accurate ad examen revocentur, ab invicem eos diſcriminant. 1°. Colicus dolor fere vagus eſt, cinguli inſtar medium ventrem affligens, Nephriticus fixus eſt in rene, ſecundum ureteris ductum ad teſtem expanſus: 2°. Ingeſtus cibus Colicum auget, ventriculi plenitudine colon opprimente: Nephriticus inde miteſcit, ſucci alimentarii parte ad renes delata, unde doloris mulcebra: 3. In colico vomitus magis urget, alvuſque adſtrictior eſt, ob viciniam fundi ventriculi & coli, & inteſtina offenſa ſeſe conſtringunt quo à moleſtia ſe liberent: Id autem cæteris paribus intelligendum, intenſus enim nephriticus dolor, majorem vomitum levi colico movebit. 4. In colico ab excretis ſurſum deorſúmve majus ſolatium accedit quam in nephritico. 5. Diſcrimen dant urinæ, quæ craſſiores initio in colico: tenues autem primo & limpidæ, in ſucceſſu hypoſtaſin exhibent, ſi nephritis adſit.

§. 10. Dom. de la Grange, Vir Ill. & ſtrenuus æt. 47. in obſidione Crollana globulo ſclopetico, abdomen paulo ſupra umbilicum penetrante, icitur; poſt menſem ſanatus eſt integre; expugnato vero Buſcodoco, colica paſſione diem obiit.

Cadavere à D. Rumphio aperto, inteſtina tanquam folle inflata apparent, partem vero coli ſuperiorem ventriculo proximam, ſpithamæ longitudinem æquantem, ex violentia præcedentis ictus in diaphragmate, ſupra illud hæſiſſe, atque conſolidatum fuiſſe repertum eſt: Mirum hominem toto biennio nullam ex hoc vulnere in naturalibus & vitalibus functionibus obeundis ſenſiſſe læſionem. *Obſervatio Samuelis Cloſſai Med. Metenſis.*

§. 11. Singularis eſt obſervatio Clar. D. D. *Ioh. Fabri*, qua colicam graviſſimam & diuturnam, 233. mediocris magnitudinis ſolidiſſimorum calculorum excretione per alvum, finitam ac ſopitam fuiſſe teſtatur. Huic hiſtoriæ per epiſtolas communicatæ ſubjicit Clar. *B. Stieberus* Med. Rotemburgenſis, quod in Nobiliſſimo ſene ſeptuagenario, doloribus inteſtinorum annuis exquiſitis tandem jugulato, poſt mortem globulos ovum gallinaceum æquantes, quamplurimos, colo affixos, diſtinctos & plane inſpiſſatos, per anatomiam invenerit, in calculos proculdubio, ſi diutius vixiſſet, abituros. Hinc ergo verum eſſe didici quod *Holler*. lib. 1. cap. 48. dicit, mulierem ex ano quinque lapides reddidiſſe, quod ipſi veriſimile, quia pituita ſæpe lentiſſima Inteſtino adhæret, quæ dum ſatis non detergitur, concreſcere poſſit. *Greg. Horſtius Tom. 2. lib. 4. Obſerv. 47.*

SCHOLIA.

Calculorum excretione per alvum] Lapidum & Tophorum per alvum excretorum exempla congeſſit *Schenckius*. An vero localem in inteſtinis ſemper habeant generationem in dubium revocari poteſt. E veſica vero bilaria & poro cholodocho frequenter in inteſtina tranſmitti probabiliter credit *Gliſſonius* Anat. Hepatis c. 7. *Pleramque* ait, *In ramuli pori bilarii parte aliqua, occurrit lapidea quadam ſubſtantia perforata, interiora vaſis, in quo moratur, fiſtula inſtar offarcis: Tempore circiter quadrageſima ant Paſcbatis, imo antea, in jecinoribus bovinis ſæpe mihi viſi ſunt hujuſmodi tubuli, tanta longitudinis, ut, (ſi modo integri eximi potuiſſent) plurimas pori bilarii ramificationes continuata lapidea ſerie (coralli inſtar) retulerint: vaſis autem tam firmiter agglutinantur, ut citra rapturam eorum, aut lapidis (ſunt enim ambo friabiles admodum) ſeparari inde ægre queant. Sunt hi lapides iis qui in veſicula fellea reperiuntur, plane congeneres & figura ſolam diſcrepant. Novi complures qui lapidum hujuſmodi fragmina ingenti quantitate per alvum eliſerint: quorum locum genitalem haud alium fuiſſe exiſtimem quam vaſa bilaria, in quibus tubulas ejuſmodi lapideus, forte natus, & fruſtillatim comminutus, per porum bilariam in*

inteſtina delabi, indéque per alvum excerni potuerit. In quam ſententiam accedo libentius quod videam boves hyberno tempore (quando fœno aut ſtramine paſcuntur) lapidea hujuſmodi materia plurimum congerere, adeo ut hepar eadem plane confertum reperiatur: verna autem tempeſtate, quam primum novo gramine paſcuntur, eandem rarius inveniri, ſolvuntur nempe & exturbantur hi lapides à recentis graminis ſucco, quod niſi per alvum fieri nullo modo poteſt.

Observatio IX.

Ventris dolor à Callo in inteſtinis oborto.

IN cœnobio D.Donati, Religioſa mulier, quæ inteſtinorum doloribus multis jam menſibus urgebatur, & alvus nil niſi ægre & durum, idque decimo tantum quoque die reddebat, cúmque nullis conferentibus auxiliis diu multúmque hoc malo vexata tandem naturæ conceſſerit.

Mortuæ ſunt inventa inteſtina altiore Callo conſtricta, adeóque iter anguſtum reddebatur ut dejectiones ægre tranſmitti poſſent. Hoc tamen nos malum, propterea quod alvum prementi neſcio quod durum renitebatur, etiam ea vivente præſenſeramus. *Benivenius de Abditis cap.* 34.

Observatio X.

Ventris dolor ab Ilei & Coli inteſtinorum coarctatione, & Ventriculi corroſione ac inflammatione levi.

CElſiſſima Æmilia à Naſſau, conjugio Luſitanica Princeps, anno 1628. menſis Dec. 4. ex animi mœrore in corporis languorem incidit: conquerebatur præterea de dolore ad fundum ventriculi, ad coli regionem, renum & lumborum, de flatibus in hypochondriis & ventriculo, anorexia, *ἀπεψία*, vigilis moleſtis, pulſus citatione circa horis noctâ ſecundam ſæpius recurrente, cum leipopſychiis frequentibus, nec non indubia ſebricula; loria erant cruda, craſſa, ventriculi imbecillitatem & cacochymiæ in primis viis copiam aperte denotantia, cum diuturniore alvi pigritie. Enematis uſu noctem ſequentem quietiorem habuit, die ſequenti aliud enema Injectum, unde ſomnus trium horarum ei obtigit abſque leipopſychiis prioribus; mane ſine ſoliris torminibus reperta eſt, non tamen deſierant dolor ille & lumborum cruciatus, licet mitiores eſſent. Poſt dierum aliquot inducias, recrudeſcentibus ſymptomatis, ad minuendam ſaburram humorum in primis viis contentorum, potionem levem catharticam exhibui, quam cum duabus poſt horis evomuiſſet, non inde effatu digna dejectio eſt inſequuta, nec magna ſymptomatum imminutio: febrilc friguſculum, lingua arida, ſine ſiti tamen, dolores opprimentes, defectiunculæ adhuc aderant: Diebus inſequentibus dolores illi varii vario modo, ac non certo tempore invadebant & remittebant, & febricula illa quæ certum typum non ſervabat: Ægra levata eſt interdum enematibus aliquibus injectis, in quorum rejectione materia quædam longa & lenta, quæ vermis lati exuvias æmulabatur, deprehenſa eſt, unde vermium excitata ſuſpicione, intus & extra contra eos pugnatum, hinc vermes aliquot ſubrubros dejecit, & materias aliquas viſcidas, & aliquot lumbricorum mortuorum ac fere abſumptorum glomos, ex quo manifeſte levata eſt: Rurſus tamen bellum à vermibus, qui denuo ope clyſmatum, &c. excludebantur, unde novum levamen & induciæ aliquæ: Redierunt tamen inteſtinorum dolores, qui ptius enemate placabantut, quos ſequuta virium quædam diſſolutio: Sub Janvarii 20. anni 1629. vires manifeſtè decidebant, doloréſque adhuc vexabant, quibus mitigandis Laudani opiati mitiſſimi grana iij ſine ſucceſſu exhibita. Perſtabat quoque ſebricula, ac tandem in ipſo febrilis paroxyſmi vigore, ætatis ſuæ anno 60. Martii 16. obiit.

Corpus ſqualidum & extenuatum (ſi cruta & ſemora œdematoſa excipias) apertum, oſtendit nobis Jecur exſangue & decolor; Lienem prætumidum; Meſenterium ſcirrhoſis & glanduloſis tumoribus refertum, Inteſtina, Ileon & Colon mite coarctata, Pulmones inflammatos, Ventriculum non ſine aliquibus corroſionis & inflammationis notis, Quod ultimum nonnullorum oculatis plus juſto veneni exhibiti ſuſpicionem aliquam injecit. *Alexander Deodati Valetudinarii obſerv.* 1.

Observatio XI.

Ventris dolor, circa umbilicum; ſuccedente tumore & ulcere, ab apoſtemate tenuium inteſtinorum.

ANno 1564. uxor Dom.N. cachectica & mirum in modum à remediis abhorrens, cœpit per aliquot ſeptimanas conqueri de dolore in umbilico, qui ſenſim crevit *ut tandem*

eſſet

eſſet acerrimus cum adſtrictione alvi: mulieres exiſtimarunt eſſe ſuffocationem uteri, & varia applicaverunt: Vocatus *Wolffius* idem credens, fomentum pro utero præſcripſit, & cucurbitulam umbilico impoſuit aliquoties, tandem etiam ventrem clyſtere lenitivo aperien ex lacte caprino, quod tamen nihil aut parum eſt operatum. Sequenti die cum videretu augeri dolor umbilici, apparuit tumor circa umbilicum, ita ut umbilicus videretur egredi & manifeſta ſigna ſuppurationis: Cúmque vocaretur Chirurgus qui contrectabat locum & emplaſtrum maturaticum volebat imponere, ſponte ſua ruptum eſt apoſtema, & egreſſæ ſunt tres libri puris mixti cum ſtercoribus, cum maximo fœtore, & ita miſera mortua eſt.

Secto corpore, tenuia inteſtina inventa fuerunt à putredine corroſa. *Ex obſerv. Ioh. Heſſi Medici Norici.*

Observatio XII.

Ventris dolor à vermibus in inteſtinis.

§. 1. Duas Virgines filias Notarii vidimus, quarum altera annum ſeptimum, altera nonum non excedebat, quæ intra ſemeſtre ſpatium dolore acerbiſſimo ventris totius obiere, qui nullis remediorum generibus miteſcere poterat, nempe injectis clyſteribus, potionibus pituitam vacuantibus, flatus diſcutientibus, denique vermes necantibus.

Itaque provectiore defuncta, cum cadaveris diſſectio fieret, ut nobis abdita cauſa mortem accerſens innoteſceret, ſunt inventi in inferiore ventre lumbrici, qui inteſtina, & præſertim colon perſoraverunt. Exactis ab hinc ſex menſibus, cum ſimilibus coloribus altera interſecta fuiſſet, diſſectione facta, non ſolum inteſtina exeſa & vermibus transfixa vidimus, ſed etiam cor & hepar ab iis corroſum & altè excavatum.

Quæ res non parvum ſtuporem adſtantibus incuſſit, quærentibus, quì ab inteſtinis, quáque via ad Cor & Hepar pervenerint? Cùm in illis locis vix alimentum ſibi familiare, neque materiam vermium generationi idoneam; quanquam ex putredine quadam ibi nata quiſpiam eos genitos exiſtimaverit: Adde nec viam paratam, ſed tot anfractibus ac circumvolutionibus impeditam habuerint: Quare nihil aliud quam naturæ opera mirari, cauſam ſcire non valentes, præſcriptíſque tum pulveribus ex ſcordio & dictamno albo, & unguentis vermes fugantibus necantibúſque, reliquis quæ adhuc ſuperſtites erant puellis, horum generationem in poſterum prohibuimus. *Laz. Riverius Obſerv.* IV.

SCHOLIA.

Verminum dignotionem aliquando difficilem eſſe oſtendit hoc exemplum, & allatum à *Salmutho* cent. 1. obſerv. 26. de filiis *Bonaventuræ Typographi*, quorum plerique diem obiere cum magno ejulatu morbum trahentes. Inter alios puella tantis cruciatibus affecta fuerat, ut quantum vicinarum partiū ore apprehendere poſſet, præ dolore arroderet: In varias cauſas ſymptoma iſtud fuit rejectum, Extincta vero illa, poſtridie in ſandapila lumbrici reperiuntur ingentes, ore egreſſi, unde de morbo & ſymptomatis cauſis abunde conſtitit: Non immerito igitur magni quidam nominis Medici, monent in morbis puerorum vermes ſuſpectos eſſe debere, cum ætati iſti varias ob cauſas ſoleant eſſe familiares.

§. 2. Chriſtianus Sudi, Gallus, palleſcebat & de ventris doloribus conquerebatur: cui præſcribo quæ lumbricos excludant, quod ex pallore, ex nubilis ſub utroque oculo ductibus, frictione narium, tenſo abdomine conjicerem verminare puellum: Et quidem eo ſucceſſu propinata ea pharmaca, ut prodirent tandem Lumbrici longi, tum per os tum per ſeceſſum: Nihilo tamen confirmatior ſanitate puer; nam non ita multos poſt dies ex ægritudine decedit, me non parum ſollicito cur ejecto hoſte perjiſſet; Nam mox ſuſpicio non excluſos lumbricos omnes, ſed reſidere adhuc ferociſſimum, eúmque fortaſſis inteſtinorum alicubi perſoraviſſe, hinc labem & mortem ſequutam.

Aperto corpore, plures adhuc vivi lumbrici in colo notati, Sed cauſa mortis in corde apparuit. *Vide hiſtoriam lib. 4. Tit. de caſibus, Ictibus, &c.*

§. 3. Anatomia Illuſtr. Principis puellæ 26. menſium Junii 17. 1641. defunctæ, hæc fuit, Ventriculus & Inteſtina muco & vermibus ſcatebant, Hepar magnum & floridum unius libræ: Splen bene habebat, Pulmo cavernulis penitus quaſi cavatus: Cor nigro ſanguine repletum, Cerebrum autem copioſiſſima ſero. *Circa os ethmoidès* vero aderant vermiculi & mucus.

SCHOLIA.

Circa os Ethmoideo vermiculi] Patet hinc falli *Seb. Scarabicium* in hiſt. Ignis febrif. p. 511. dum in viventibus negat vermes generari poſſe, niſi in inteſtinis ſolis: E naribus prodeuntes viderunt inter alios *Benivenius* & *Crucius*, &c. *I. D. Horſtius Obſerv. Anat.* 3.

Observatio XIII.

Ventris dolor ſummus circa umbilica alia à Coli inteſtini Tumore vario.

VIr 50. circiter annorum, jam à 26. annis & amplius, de dolore ſummo circa umbilicalia conqueſtus, ultimis quæcunque aſſumebat vomitu reddebat: diebus aliquot ante obitum etiam fœces ipſas. Sæpius ita retrahi ad interiora obſervabatur umbilicus, ut etiam ovum cavitas relicta reciperet.

Inveniebamus Omentum conſumptum; Cœcum cum principio coli in latere ſiniſtro: Colon à ſiniſtro oſſe Ilei oblique ſe extendebat verſus hepar: hinc facto flexu ad os idem iterum deſcendebat. In hoc deſcenſu aſcenſûve duæ hæ partes ita erant coalitæ, ut nonniſi cultro ſeparari potuerint: Hic Colon ita erat extenſum, ut ventriculi amplitudinem repræſentaret: Imo amplum admodum à dicto oſſe procedebat verſus vertebras lumbales, quibus arcte adhærebat, ſumme coarctatum, & ita anguſtatum oblique progrediebatur verſus hepar, ubi priorem amplitudinem recipiebat, extendens ſe verſus lienem, renem ſiniſtrum, ipſumque tandem anum, parce hic fœces aderant, ope variorum clyſterum ex tabaco aliiſque paratorum jam ante obitum eductæ, Coarctata ipſa coli portio, ſpithamæ & majorem longitudinem habens, vix digitum minimum recipiebat, interius non ſolum locis variis inflammata, ſed & omnino gangrænata: menſe Nov. 1674. inſtituta hæc diſſectio: *Conſtat adeoque Iliaci affectus* cauſam Inteſtini Ilei haud adeo quam coli inflammationem coarctationémve exiſtere: imo in Ileo unquam Volvulum locum habere haud probabile. *Ger. Blaſius Obſerv. medic. V.*

Observatio XIV.

Colicus dolor à Calculis in inteſtinis.

§.1. LIcet *Galenus* 6. de loc. aff. Colicũ dolorem à Calculo non obſervavit, oculata tamẽ fide teſtari poſſum ipſos etiam in inteſtinis generari poſſe. *Be. Silvatic. cent. vij. cent. iij.*

SCHOLIA.

C*Onſultatio de ea doloris ſpecie adducenda; ut cauſa, ſigna & curandi ratio pateat*, Nob. Matrona annor. xxx. temperamenti ſanguinei cum bilis ſubdominio, mediocriter carnoſa, 16. abhinc diebus conqueri cœpit de dolore in ilio ſiniſtro, ſatis intenſo, gravativo & fixo, cum adſtrictione ventris, & vomitu materiæ crudæ & pituitoſæ, urinis variis: Medicis præſidiis ſanata tandem x i v. poſt excretionem pituitæ viſcidæ ejectæ, uſu clyſteris excrevit per alvum duos calculos tophaceos, inæquales, magnitudinis ovi columbini, retulitque ſe ante biennium Bergomi cum eſſet alium ſimilem ejeciſſe: Cum morbum oſtendat ſanatio, non eſt difficile determinare quænam ſit pars affecta, qualis affectus, & quæ cauſa: Licet enim in regione Ilii poſitus ſit ren ſiniſter, & inteſtinum colon, doloreſque renales, & de quo jam agitur, convenire poſſint, nihilominus cum urinæ non ſint crudæ, ut in nephriticis, nec adſit vomitus heterogeneæ materiæ, qualis comitatur nephritidem: atque cum alvus ſit adſtricta, quod in nephritide non adeo contingit, Calculique per alvum ſint excreti, compertiſſimum eſt dolorem hunc Colicum fuiſſe, cúmque à calculo in inteſtino genito, ubicunque enim adeſt materia diſpoſita & agens, poteſt & debet fieri actio. Illa autem ut plurimum eſt pituitoſa & viſcida, Agens vero calor exſiccans, & eandem in calculoſam ac tophaceam convertens: qua cum abundent potiſſimum inteſtina craſſa, non tato per clyſteres excreta, atque in iiſdem calor non deſideretur, licet non æſtuoſus, cum ſint partes exſangues & membranoſæ, hic tamen diutius agens in prædictam materiam, inteſtinorum anfractibus concluſam, poteſt ipſam exſiccare ut in calculos coaleſcat: Si enim concreſcunt in cerebro natura frigido & humido, in quo eos vidit *Braſſavolus* 3. aphor. 26. & *Gemma* lib. 1. coſmoc. In articulis item, ut in doloribus articularibus tophaceis, quid prohibet quominus generari poſſint etiam in inteſtinis, ut & in aliis plurimis partibus, pulmonibus, veſica fellea, utero, præter renes & veſicam quarum ſunt proprii morbi? Quod oculata fide teſtatus eſt *A. Gainerius* tract. de calcul. paſſ. cap. 1. *Benivenius* 9. de Abd. *Braſſavola* 4. aph. 59. qui refert ſe Ferrariæ mulierem Gallam vidiſſe quæ calculos quinq; anno excrevit, & *Scaliger* l. de ſubtil. Excr. 108. n. 3. Deſperata, *ait*, ab omnibus valetudine ſenem, ſummo dolore inteſtinorum divexatum, cum videremus carere febre, atque tumorem extare quempiam, quotidianis dejectionibus alvum exonerare, *pondus in ipſis ſentire inteſtinis, fatali quadam conjectura lapidem ſubeſſe rati, enemata ex bdellio & oleo noſtro Telino, croceo malagmate, butyro & quodam decocto infundi juſſimus, tertia clyſmate magna vis lapidum educta eſt.* Ex quibus conſtat calculos dolorem inteſtinalem producere, quem non neceſſario comitetur alvi adſtrictio, & pro quorum curatione clyſteribus ſit opus. Cum itaq; calculus ſit jam eductus, dolórq; ſublatus, de præſervatione agendum: Tria ergo peragenda 1°. Inteſtina detergenda & à viſcida pituita emundanda. 2. divertenda materia ad inteſtina fluens. 3°. roborandus ventriculus, in quo hujuſmodi materiæ proventus, &c.

Eos lapides generationem non in inteſtinis, ſed in vaſis bilariis habere cenſet *Gliſſon Anat. Hepatis* c. 7. eo argumento inductus, quod viderit boves hyberno tempore, quando fœno aut ſtramine paſcuntur, lapidæ hujuſmodi materiæ plurimum congerere, adeo ut hepar eadem plane confertum reperiatur. Vide plura Titulo de Ictero.

§.2. Hos omnes ſuperat tum rei magnitudine, tum fide probatiſſima Lapis, qui apud nos eſt anſerini ovi magnitudine & forma: Hunc in colo demortui cujuſdam hominis diſſecti Romæ in Valetudinario D. Jacobi Incurabilium reperit Nicolaus Larcheus. *Severinus de Abſceſſibus lib. 3. cap. 29.*

SCHOLIA

S C H O L I A.

Lapis magnitudo oſtendit localem in inteſtinis habuiſſe generationem, non in vaſis bilariis quorum capacitatem plurimum excedebat. Nec refert ſi dixeris inde primordia duxiſſe, augmentum autem inteſtinis habuiſſe, cùm eadē accretionis & generationis principia ſint; eadémque ratio ortus & incrementi videatur; Qua ratione convellitur ſententia de veſicæ calculis, quorū rudimenta à renibus deducit.

§. 3. Sexagenarius quidam exquiſitis cruciatibus inteſtinorum, omnia interna & externa præſidia eludentibus, miſere per integrum annum conflictatur, tandémque dolorum atrocitate jugulatus eſt.

Hujus demortui inteſtina exempta, cum diligentius ſcrutarer, globulos, ovum gallinaceum adæqaantes, colo affixos, plurimos & diſtinctos, plane inſpiſſatos, ſed nondum in calculum verſos deprehendi: in calculos veros, proculdubio, ſi vita longius producta fuiſſet abituros. *Greg. Horſtius lib. 4. obſerv. xlvij.*

§. 4. In Dom. du Peron erat lapis in inteſtinis perforatus, ut liquidiori materiæ via pateret. Aër ſeſe in vacuum locum inſinuavit: dolores implacabiles oriuntur & antecedentibus ſæviores. *Ballonius conſ. 24. lib. 2.*

§. 5. Juvenis excarnis, calidiſſimi temperamenti, gulæ deditus, ex intervallis ſolum fæcalia excremenra deponebat, ſicca, exuſta, citra noxam ullam: Poſt longum temporis ſpatium quum dejiciebat, in imo ventris dolorem experiebatur immanem: uno die cum authorem doloris lumbricum ſuſpicaretur, alvinas fæces aqua diluens, invenit quinque lapillos duriſſimos, quorum duo lentis, tres ciceris magnitudinem ſuperabant, ad albicantem colorem declinantes: Ceſſantibus torminibus, poſt tres dies, iterum de ilium & ventris dolore queri cœpit, qui iterum excretis ſex calculis ex toto eſt mitigatus: Sed cum nullum præter dolorem ſentiret incommodum, de ſalute parum ſollicitus, eodem regimine biennio uſus, cum excrementis commixtos calculos excernens, At uno die aucta affectione, ſæviore oppreſſus ventris dolore, cohibita alvo, auxilia quærit, & clyſtere injecto, ingenti cum ilium dolore, per ſedem expulit calculos tres rotundos, avellanarum inſtar, valde compactos, cineritii coloris, mucóque tenaci, unde concreverant, reſperſos: Convocatis tribus Medicis, multa intra trium menſium exequitur, at citra levamen ullum, nam hic carnifex morbus nullis ceſſit remediis, ex quo accidit ut malo exaſperato in ventris dira tormina, cum ſtercoris ſuppreſſione incurrerit, qui cum in horas exacerbaretur magis, & pluribus auxiliis, nec clyſteribus emollientibus & vacuantibus ſuccumberet, factum eſt ut ferocius ſæviente dolore æger exanimis occubuerit.

Diſſecto corpore, inventus eſt calculus caſtaneæ magnitudine & forma, Colo inteſtino tenaciter adhærens, qui anteactam tragœdiam excitaverat. *Zacutus Praxis admir. lib. iij. cap. cxxxiij.*

OBSERVATIO XV.

Ventris dolori obnoxiis inteſtina loco moventur, nec omentum omnia tegit.

Clar. Sylvius in Noſocomio Leydenſi fœminam aperuit ex mœrore mortuam, anno 1664. in qua notavit Omentum non omnia inteſtina, quæ nonnihil loco mota erant, tegebat: Unde colligebat fœminam, dum in vivis fuit, ſæpiſſime torminidus ventris, colicíſque doloribus laboraſſe, &c. *Vide lib. 1. tit. de Melancholia.*

OBSERVATIO XVI.

Colicus dolor ob anguſtiam inteſtinorum ex nimia pinguedine. 1. *A connexione tenuium inteſtinarum.* 2. *Ob inteſtina invicem conglutinata.* 3. 4. *A cœci cum colo adhæſone.* 5. *A tumore fungoſo Cœco adnato* 6.

§. 1. Quidam ſæpius reiterata colica divexabatur: ultimo in eam incidens deliquia patitur, & irritis remediis moritur. Omentum erat mera pinguedo ſcirrhoſa. Pinguedo inteſtinorum majorem occupabat locum quam ipſamet inteſtina cum excrementis infarcta. Pancreas erat plane ſphacelatum, quod contagio infecit vicinas partes. In veſicula fellis erant quatuor lapilli majores, &c. *Vide lib. 2. tit. de morte repentina.*

§. 2. Uxor N. ingentibus doloribus ventris victa occubuit: Inteſtina tenuia, protuberantia omnia, arctiſſime connexa inter ſe, membranis & pinguedine cooperta reperta ſunt. *Vide tit. de ventris Tumore.*

§. 3. Nobilis Patavinus, inteſtinis à dyſenteria conglutinatis, ſæviſſimis coli doloribus excruciatus tanti mali cauſam ab interitu detexit. *Iohannis Rhodius cent* 2. *obſer.* 78.

§. 4. Cantharina Sandra, uxoris *Rondeletii* ſoror, ægrotarat ſenior jam per multos menſes, & tota contabuerat Colicis diſcruciata doloribus.

Cadaver ſectum ut cruciatuum cauſa certior deprehenderetur, Obſervavimus inteſtina multis in locis mutuo connexa, ſpatio fere duorum digitorum, ex transverſo: *Ioubertus in vita Rondeletii.*

§. 5. Auriga ſubito in curru expiravit. Longo tempore conqueſtus fuerat de abdominis doloribus ad jugulum aſcendentibus, &c. Omentum invenimus putridum cum ingenti fœtore: Hepar ingentis molis, ut utrumque hypochondrium fere impleverit, duriuſculum: In abdomine inter membranas pleraſque, hinc inde veſiculæ à flatu excitatæ: cœcum inteſtinum in ſiniſtro hypochondrio colo adhærebat. *Vide lib. 2. tit. de morte ſubita.*

§. 6. Ante annos circiter xv. Ancilla Domini Peliſſarii, Tribuni plebis Genevenſis, boni habitus, vegeta & lepida, incidit in Iliacum dolorem atrociſſimum, qui bidui ſpatio eam necavit. Aperto cadavere inventus Tumor fungoſus, pugni magnitudine, cœco inteſtino adnatus, omnino putris, tanti fœtoris ut ulterius in inquiſitione progredi non licuerit: Graviditatis vero ſuſpicio remota, virginitatis notis præſentibus. *Ex communicatione Magiſtri Benjamin Noël Chirurgi & cadaverum viſitatoris Iurati.*

Observatio XVII.

Ventris dolor, cum murmure & inteſtinorum agitationibus, à ceraſorum & prunorum nucleis in inteſtino colo retentis.

JOh. Veron, Textor ex gago Courſelle prope Montbelg. annorum circiter xl. dies 25. Julii 1656. Montbelgardi deceſſit. Is autem à tribus annis nil niſi potulenta & liquida aſſumere valens, de dolore abdominis continuo querebatur, cujus cauſam ſerpentes & alia ibidem concluſa veneficio animalia, communi etiam opinione firmatus dicebat eſſe: mirandas enim inteſtinorum agitationes, & circumvolutiones frequentes cum murmure & ſibilis ſentiebat, imprimis cum vel tenue juſculum ſumeret vel biberet. Quæ alvo excernebat aquea utique & velut filtrata cranr toto triennio: Antequam cadaver paulo poſt mortem ſecaretur, Tumorem durum renitentem in hypogaſtrio licuit mihi obſervare.

Aperto abdomine, nuclei ceraſorum ex colo inteſtino rupto, ſphaceloſo exeunt, ita diſtentout inſtar chartæ duplicatæ duplicatum illud eſſet: Fartum autem erat, & omnino repletum ceraſorum & prunorum nucleis in ſeſe valde compreſſis, & trium plus minúſve librarum pondus æquantibus, qui alvinæ regionis excrementis, niſi tenuiſſimis & percolatis aptis, meatum prorſus denegabant: Unde proculdubio murmur & ſonora fluctuatio in inquietis inteſtinis marcidis, à deſcendentibus & reſilientibus aſſumptis, nutritionis vitio in plurimos flatus etiam convertendis, animalium concluſorum vocis ſpeciem de ſe dabat. Superdictis nucleis ad quadraginta plumbeos bombardarum portatilium globos, neſcio quo conſilio deglutitos (nec enim ſub cura unquam fuerat mea) invenimus: Numeravimus enim & collegimus 35. fructu pruni ſylveſtris non multo minores, quoſdam æquales (quos omnes ipſe vidi, numeravi & tetigi) quinque ad minimum in ſubjectum ſtramen delapſis: Ex prunorum nucleis qnidam à ſpaceloſo inteſtino denigrati erant, aliis minime alteratis: Interrogata vidua, inventam mortis cauſam manifeſtam ignorans, annon recordaretur quo tempore maritus inſignem ceraſorum & prunorum copiam comediſſet? Triennium inde elapſum eſſe reſpondit, An ab illo ſputari nucleos vidiſſet? non vidiſſe ullos. Sic ex diſſectione defuncti, præ macie ſceleton fere referentis, apparuit quam male in veneficos & innocentes mortis cauſa referretur, *I. Nicol. Binningerus Centur. ij. obſerv. 20.*

Observatio XVIII.

Ventris dolor à deglutitis ferramentis, &c. intra inteſtina ſubſiſtentibus.

RUdolphus Durt fuit civis Baſileenſis ſatis dives in Suburbio Sancti Albani, ubi vidua cum tribus filiis adhuc degit, natura & temperamento melancholicus, habitu macilentus, viribus potens, quem ante quatuor annos mille paſſus vidi portare aquæductum ligneum nondum terebratum, olim maniacus: Vixit annos 56. Devoravit lignum, corium, ferrum, chalybem, anno ante obitum 50. clavos ferreos equinos: item cultros, oſſa, ſilices, omnis generis inſecta, lacertas, bufones. De illis dixit dulcedine palato ſapere, de his propter amaritudinem eſſe ingratos: Porro amphisbænas, ſerpentes, araneas & quævis obvia quantumvis abſurda, venenata & dura, horúmque quædam integra, quædam prius ore contrita & maſticata, Et inde lucrum quæſivit & obtinuit, & ideo notiſſimus fuit tum civibus tum extraneis. Anno 1669. ſub finem Novembris cœpit ægrotare, & atrociſ-

ſimos

ſimos dolores internos pati: Quatuor ſeptimanis poſt ad ipſum vocatus, reperi Plc ritico ſimillimum, ex ſanguine à faucibus cultro deglutito vulneratis delapſo & p treſcente, cum dolore lateris punctorio, tuſſi, difficili reſpiratione & febri continua: A junctus fuit etiam alius dolor æque ſeverus Inteſtini coli, cum tumore molli in inguir dextro, quem credebat herniam eſſe ab onere: Tandem ſuborta diarrhœa bilioſa, qu materiam, ovi vitello non abſimilem copioſe dejecit, viribus proſtratis, poſtquam i inordinati & monſtroſi appetitus & malitioſi pœnas lut, 3. Januarii 1670. vitam finivit.

Cum aliquando mecum cœnaret, petiit ut poſt mortem ſuum corpus aperiretur & inſpiceretur: Commonefeci tempore mortis, cum quadam prudentia, annuit ſtatim, & uxori ut hoc permitteret graviter interminatus eſt ſicque omnibus volentibus poſt ob tum fuit ſectus: Sectionem adminiſtravit Clar. D. D. *Henricus Glaſerus* Anatom. & Bota Profeſſor. Statim ab initio pus effluxit, mox interanea abdominis conſpeximus omnia pu re obducta delabente ex pectore & agglutinata: Pulmones toti erant putridi, purulenti & fœtidi: In inguine dextro, in principio inteſtini coli, ingens fuit cumulus puris qui illur tumorem elevavit, collectus partim ex eo quod deſcendit, partim quod recens procrea tum eſt & immediate à cultro hic infixo & hærente: Hoc enim pure abſconditus erat cul ter, quem pure diffuſo invenimus: Paulo inferius in ano repertus fuit alter culter euſpid acutiore & longiore: Docuit nos cadaveris apertio hominem neque Magum fuiſſe, nequ ferrum concoqui poſſe. *Iacobus Rothius in Miſcell. curioſis anni* 1672. *obſerv*. 179.

Eadem Obſervatio ſuccinctius conſcripta.

Vir lv. circiter annos natus, macilentus, colore fatici ex fuſco flaveſcente, ant paucos annos maniacus, inde quanquam affectus hic mitior evaſerit, nunquam ta men perfectæ ſanitati reſtitutus, non ſolum cultros dentibus confractos, ſed & araneos & lacertas, & bufones eadem temeritate maſticavit ac devoravit: Tandem febre conti nua & cruciatu ventris ac diarrhœa correptus obiit.

In cadavere ejus Baſileæ anno 1670. diſſecto, reperta fuere duo cultri fruſta, qua juncta integrum perficiebant; alterum quidem in inteſtino cœco, alterum in ano: utrum que tamen integrum minime digeſtum: Tenuia inteſtina, pariter cum craſſis, bile ſaturate flava admodum fœtente ſcatebant, Cœcum præterea pure refertum erat.

Hic non tam mirari ſubit ferrum devoratum & non concoctum eſſe, quam venenata animalia frequenter aliquot annorum ſerie innoxie, aut ſaltem ſine evidenti damno de glutita: Cauſa videtur peculiari fermento ventriculi & viſcerum adſcribenda, orto ex oc culta craſi humoris atrabilarii: Notum quippe eſt quam mirabiles formas humor iſte in duat. *I. Rudolphus Burkardus ibidem obſerv*. 178. *Eandem habet I. N. Binningerus cent*. 5. *obſ*. 7.

Observatio XIX.

Ileus inflammationem inteſtinorum ut plurimum ſequitur. 1. 9. *Inflammatio circa coli initium præſertim contingit*. 2. 5. *Exemplum*. 3. *Inflammationem inteſtini ejus fiſſura ſequuta*. 4. *Ab inflammatione cum ulceribus inteſtinorum*. 5. *Ad eam ſequitur ſphacelus inteſtinorum & omenti*. 6. 7. 8.

§. 1. Quod ſpectat ad ſanguinis aut ſeri intra inteſtinorum tunicas ſuffuſiones, à quibus phlogoſis, aut tumores dolorifici excitantur, revera ita fieri interdum concedimus, imo αὐτοψίᾳ novimus, exinde verò paſſionem non Colicam ſed Iliacam excitatam fuiſſe obſervavimus: Quippe cum plures ab Ileo defunctos aperuerim, Inteſtini cujuſdam inflammationem, ac ſphacelum fere in omnibus, & morbi & mortis cauſam fuiſſe deprehendi, neque mirum hoc, quoniam in membrana tenera & maxime ſenſili, magna ſolutio continui ſpaſmos & corrugationes dolorificas ita continuas & atroces ciebat, propterea ut inteſtini affecti motus periſtalticus, quo fæces alvi verſus anum protruduntur, inhibeatur ac prorſus invertatur. *Willis Tract. de Anima Brut. part*. 2. *cap*. 15.

§. 2. Inteſtina craſſa tunicas eaſdem ac gracilia obtinent cúmque in Colo fæces recta aſcendant, fibris carnoſis robuſtioribus, quæ contractionis motum fortiorem efficiant, opus eſt: Hinc ſi inflammatio, aut ſphacelus (uti ſæpius novi) circa coli initium contigerit, adeo ut fibræ carnoſæ læſæ contractiones pro fæcibus ſurſum elevandis obire nequeant, illæ verſus Ileon reſtagnantes paſſionem Iliacam incurabilem inducunt: *Idem Pharmac. ration. ſect*. 1. *cap*. 2.

§. 3. Mulier quædam dolorem Iliacum pati videbatur cum matricali commixtum, tandem quinquagenaria facta, æſtivo tempore in hunc incidit dolorem, & trium dierum ſpatio

in volvulum deſiit affectum, unde in quarta mortua eſt: huic erat ſcirrhoſus tumor in confinio inteſtini coli, qui erat repletus oſſiculis multum acutis, & veluti inteſtinum pungentibus atque vellicantibus; quapropter obſervatione (obſtructione) in inteſtino facta, & inflammatione ſuborta, flatibus repleta, dolore admodum inſigni cum fœcum rejectione correpta interiit. *Hippolitus Boſcus de Facultate Anat. Lect. 2. p. 24.*

§. 4. Ruſticum novimus. qui cum poſt longiores torſiones, & ventris diuturnas inflammationes diem obiiſſet, & demortui incideretur corpus, longior in inteſtino fiſſura inventa eſt; ex qua etiam recentes uvas, quas paulo ante comederat, prorupiſſe conſpeximus. *Benivenius cap. 76. de Abditis.*

§. 5. Anno 1668. Amſtelodami vir quadragenarius moritur, hic ab aliquot jam annis, quaſi tabe conficeretur, marcebat, & inter dubia vitæ mortiſque vota miſeram trahebat animam: Tandem febri correptus fuit 14. ante fatalem ſibi diem: poſt x. nihil excrementorum per inferiora dejecit, tertio *faces per os* fœdum in modum ejecit, quas triduo poſt anima ſequebatur: Laborabat is omnium opinione volvulo, & revera is erat morbus, cui peritiores Medici, vel quod æger victus doloribus ſe convolvat ſæpius, vel quod flatus in ventre quaſi volvantur, etiam hoc nomen indi non abnuerunt; Nondum mihi hominem, vere miſerando hoc morbo extinctum, ſecandi fuerat oblata occaſio: hanc igitur non negligendam ratus, apud propinquos eam mihi impetravi veniam.

Ego inter ſecandum convolutionem inteſtinorum nullam, ſed ea circa coli principium arctius compreſſa atque inflammata reperi: & ubi cauta leníque inciſione ea aperueram, ulcus inveni, quod tranſitum ad inferiora fæcibus negabat, & hinc quæ deorſum vergebant, vacua, quæ ſurſum, excrementis plena; quin ipſe ventriculus iis infectus, fædum viſu, grave odoratu ſpectaculum erat: Poſt inventam morbi cauſam, dum cauſæ cauſam indago, ecce tibi Pancreas ſe offert, quod ordinariam longitudinem media ſui parte: latitudinem tribus tranſverſis digitis, craſſitudinem incredibili modo, pondus xiv. unciis excedebat: pendebat enim uncias xix. cùm hominis quinque, equi xi. plerumque pendeat; Omni ex parte plenum erat ſcirrhoſis glandulis, ovum columbinum magnitudine exæquantibus: Hac Pancreatis mole compreſſum Ileum, primo inflammatum, deinde exulceratum negaverat excrementis tranſitum. *Th. Kerckringius obſerv. Anatom. xlij.*

SCHOLIA.

VEnio ad imaginariam, quæ vulgo obtinet, de convolutione Ilei opinionem, quæ ſi fieret, fieret neceſſario cum Ilei à meſenterio dilacetatione, ea autem quæ hinc ſequeretur in corpore cataſtrophe, ob ſanguinis, per cava ventris ruptis majoribus vaſis effuſionem, cum à nemine obſervetur, fit ut dubitem an ſatis magna attentione ſcrutatus ſit *Riverius* cent, 3. obſ. 86. & alii, qui dicunt anatomiam iſti convolutioni patrocinati: neque enim detecta eſt unquam, ut credo, cultro anatomico iſta convoluta inteſtinorum contorſio: Quam opinionem meam, ne temerariam aut injurioſam quiſpiam credat, audi quomodo *Riverii* errorem excuſem: *Aperto, cadavere inventum eſt inteſtinum Ileon tribus complicationibus convolutum, & quaſi compactum in unam maſſam, circa finem illius: tota autem illa inteſtini portio complicata, gangrana affecta erat, cum portione meſenteris ſibi adjuncta: Aperto cadavere,* A Chirurgo ſcil. aliquo, quantùm arbitror, his enim vulgo datur id à Medicis negotii, *Inventum eſt &c.* non addit, à ſe vel viſum, vel accuratius examinatum: fœtor & cætera ſatis prohibebant hac curioſitate: Ergo *inventum eſt*, referente puta Chirurgo, obiter hæc inſpiciente, *Ileon tribus convolutionibus convolutum & quaſi compactum in unam maſſam circa finem illius*: Compactum in unam maſſam apparuiſſe ex inflammatione, gangræna & ulcere facile imaginor, inde Chirurgus, vulgari præjudicio inbutus, hanc convolutionem eſſe pronunciavit: Adeo ut nihil hic aliud viſum fuiſſe exiſtimem, quantùm quidem ad convolutionem attinet, quàm id quod nos in ſubjecto noſtro, magna pertinacia contra tetros qui aſſlabantur ſpiritus depugnantes, invenimus: Meminiſti verò Lector *Riolanum* lib. 2. Anthrop. cap. 16. dicere ſe dum aperiret Ill. *Thuani* corpus, ſe in eo Pancreas undique ſcirrhoſum inveniſſe, quod magnitudine hepar adæquaret; conferatur cum eo hoc noſtrum, & quemadmodum videbis hoc illo multo admirabilius, ita fateberis latere ſæpenumero in corpore morborum cauſas, quæ & ipſæ morbi ſunt, quas ne ſuſpicari quidem Medicus poteſt: frequentes autem ab Anatomicis qui eas invenerunt, obſervationes in lucem datæ id afferent generi humano commodi, ut dum medicamenta ordinaria ad ſperatam ſanitatem parum conferent, Medicus mentem advertat ad hæc, ludibria dicam potius quàm ludos naturæ, quæ dum ſic ludit, nobis illudit. *Idem.*

Faces per os tertio die dejecit] *Galenus* xiii. meth. 17. obſervavit, quamvis cauſam ignorarit, clyſteres per ſedem infuſos ad jejunum uſque inteſtinum aſcendere neutiquam poſſe: quod tamen ipſum de ſanis tantùm, iiſque quibus ſecundum naturam ſe habet valvula intelligendum, cùm ſæpenumerò in diſſectionibus à me obſervatum ſit, valvulam Coli laxiorem quibuſdam à morbo fuiſſe, ita ut aqua vel aër inflatus per Colon in Ileo pertranſierint: Rarius tamen id contingit, nec niſi p. n. in iis qui Ileo & Colicis doloribus vexantur, quibus interdum clyſteres ad ventriculum uſque, una cum excrementis, ſic aſcendunt ut vomitu reddantur: Et in hujuſmodi caſibus valvulam hanc ruptam, aut male affectam fuiſſe credibile eſt, vel muco pituitaque craſſa ita oblitam (quod facilius mihi perſuaſerim) ut cœco ac colo quaſi agglutinata aperiri haud quaquam potuerit: Atque hoc eſt quod idem *Galenus* de ſympto-

matum

matum cauſis notavit, aliquibus clyſteres injecto ſic aſcendiſſe ut vomitu rejecti fuerint, non ſecus ac fæces, quæ per lethales volvulos nonnunquam evomuntur. *Spigelius Anatom. lib. 8. cap. 19.* *Ioh. Daniel Major* hiſtoriæ Anatomes cap. 3. §. 8. in ſubjecto virili decollato, Coli valvulam exhibens, flatum per follem in inteſtinum tectum a[...] egit, ut videret an dicta valvula obſtaret, & tranſ[...] tum clyſterum ad inteſtina tenuiora occludi doc[...] ret in corpore vivente, Sed liber patebat auræ infla[...] tæ per inteſtina à recto uſque ad duodenum tran[...] ſitus.

§. 6. Aperui olim corpora ex Iliaca paſſione defunctorum in quibus Omentum & In[...] teſtina tota Sphacelo tenebantur: Ex his fœtor graviſſimus vetuit penitius morbi cauſa[...] indagare. *Fabritius Hildanus lib. de Gangræna cap. 4.*

§. 7. Clericus annos 22. natus horruit & incaluit: Nox implacida, Vomitiones aſſidu[...] rerum variarum, deinde velut cineritiæ ac nigricantes: Dolor ad totum ventrem impla[...] cabilis: hypochondria ἐντάσεις & diſtenta: neutrum in latus decumbere potuit: febri[...] aſſidua, jactationes; ferre potuit phlebotomias, nec adjutus eſt: venter perpetuo ſiccu[...] non ſolvebatur: Volvuli magna erat ſuſpicio, 5°. die repente interiit: Vomendi finis no[...] fuit: Incendium intus magnum: Mortuus valde è maligno intumuit.

Aperto cadavere, Colon erat velut *nigrefactum*, Epiploon totum putre, ad regionen[...] Hepatis ſanies purulenta: fœtebant adeo omnia ut viſcera dimovere impoſſibile fueri[...] Audio halitum illi fœtentem fuiſſe. *Ballonius lib. ij. Epidem. & Ephemer. pag. 193.*

§. 8. Novi ebrioſum Jureconſultum, qui cum temperamento bilioſiſſimus eſſet, idcó que bile mota, quam clyſterem naturalem vocat Avicenna, bis, ter in dies alvum depo[...] neret; demum ut docet *Hippocr.* aph. 52. ſect. 2. cum ſeneſcenti adſtringeretur, pituita ni[...] mirum bilem ſuperante, & ætatis & quotidianæ ebrietatis vitio, erat enim ſexagenari[...] proximus, nec alvum renſam ulla arte poſſet deponere, naturæ penſum perſolvit, inteſti[...] nis immane quantum tumentibus, adeo ut viderem craſſitie brachium adſtantis, quo[...] duabus vix capiebam ſpithamis, ſuperaſſe.

Dum mortui fieret anatome, ſtatim muſculis abdominis & peritonæo ſecto, *inteſtin[...] ſponte crepuerunt*, anatomicúmque & viciniores, tanta alvinarum fæcum mole obruerunt ut veſtes illorum nemo adſtantium internoſceret: Itaque omnibus fœtorem fugientibus nihil ulterius obſervari potuit: Hoc rarum quod Colon inflammatum, & immane quantum tenſum; loco ſuo motum à Medicis judicabatur, adeo enim cætera premebat inteſti[...] na, ut alvo omnimode ſuppreſſa, decimo demum die Ileoſus factus faro ſuo fungeretur.

Cum ad conſilium biduo ante mortem vocarer, ſuaſi dati patienti argentum vivum, crebro per corium tranſitu perpurgatum, quod ſæpe vidi ſine noxa, momento citius, eductis ſecum obviis fæcibus, per inteſtina tranſiiſſe: A cujus uſu, ne frigore interanea læderet, ſtatim clyſterem ex puro Cretico vino injiciebam, ſicque aliquot coli nimia tenſione morituros, cum Dei gratia ſervavi: Sed alius Medicus Chymicus maluit hominem in certa morte relinquere, quam remedium, quod judicabat periculi pleniſſimum, tentare: *Pilas alii in hoc caſu aureas*, argenteas, aut etiam, ſi illæ deſint, plumbeas præſcribunt, ſed argentum vivum pilis omnibus expeditius, velocius inteſtina percurrit perpurgatque. *Henr. ab Heers obſerv. Medic. ij.*

SCHOLIA.

FEbris aſſidua, *ferre potuit phlebotomias*] Indicia phlegmones inteſticorum: Sic notat *Riolanus* phlegmonem & gangrænoſin in parte aliqua Ilei produxiſſe volvulum. Imo ſolam Clariſſ. *Guido Patinus*, facultatis Medicæ Pariſienſis Decanus, inflammatoriam diſpoſitionem Ilei cauſam agnoſcit: *Platerus* quoque hanc Convolvuli magis frequentem cauſam adſtruit, in quo tumor extrinſecus cum veſtigio aliquo lividitatis, quod obſervavit, deprehenditur: Hujus inflammationis cauſa eſt, *ait*, ſanguis venarum meſaraïcarum, extra venas in inteſtinorum ſubſtantiam effuſus, ob copiam vel tenuitatem eo defluens, frequentius ob dolorem inſignem, qui præceſſit, eo impulſus, aut ab alia inteſtinorum læſione concitatus: Præter jam dictam, (*addit idem*) phlogoſis ulla, ſeu fervor illis non infrequenter accidit, maxime tenuioribus, unde Iliacus quoque dolor, potius quam Colicus (licet eum etiam ſic communiter appellent) ſævus diúque durans, gravia quoque inferens ſymptomata, oritur; quandoque nimirum (ſicut longa obſervatione cognovimus, ſignîſque certis deprehenditur) bilis, non in inteſtinis retenta, (ſicuti in illorum obſtructionibus) ſed in inteſtinorum ſubſtantiam ſe inſerens, atque illa amplo ſæpe ſpatio imbuens inficienſque, vellicat, rodit, uritque: Sicut in ventriculo ardores illos diuturnos ſimili modo interdum evenire, atque ex macula lutea poſt mortem ſectione facta evenire, atque ex macula lutea poſt mortem ſectione facta inventa nos deprehendimus; Et hoc idem in inteſtinis accidere eadem experientia cognovimus: Quæ & cauſa eſt cum hoc fit, quod hærente illic bile diutius, vel continuo de novo affluente, dolores adeo pertinaces, diuturni, & qui, licet mitigentur, mox tamen redeant, accidant. *Praxeos lib. 2. cap. 13. de ventris dolore.*

Nigrefactum] Binas hujus mali cauſas obſervavit in demortuorum ſectione *Franc. de le Boe Sylvius*, alteram quidem inteſtini Gangrænam, ipſamque comitantem Inteſtini corrupti corrugationem & coarctationem tantam, ut fœcibus tranſitus deorſum omnis denegaretur, quin eædem ad regreſſum ſurſum,

ſurſum, adeóque per vomitum egreſſum miſerandum cogerentur.

Colon nigrefactum] Subjectum, ſive pars affecta, plerunque ſunt inteſtina tenuia, ex quibus tamen præcipue hoc in morbo inteſtinum Ileón laborat ac patitur: Interdum tamen & Colon ſubjectum eſſe poſſe, oſtendit author Definitionum *Galeno* adſcript. *Volvulus eſt inflammatio inteſtinorum, quæ neque flatus, neque excrementa pertranſire ſinit, quin tormina valida doloréſque exceſſivos excitet.* Colon autem in cenſu inteſtinorum habendum eſſe adeo certum eſt, ut *Hippocrates* ἔντερον ſimpliciter id vocet 6. Epid. 4. 3. Huic etiam accidere inflammationem expreſſum docent quæ habet lib. de Affect. text. 22. *Volvulus fit quando confertum ſtercus comburitur, Et inteſtinum quippe his confertis inobduratis inflammatur.*

Inteſtina ſponte crepuerunt] Exemplum lugubre habui anno 1662. in Viro Reverendo D. Jac. Puri, Paſtore Eccleſiæ Neocomenſis in Helvetia: Omphalocele ante aliquot annos laborabat, ac remedium à me morbo quærit: negavi quicquam in malo inveterato tentandum, palliativæ curæ tantum locum eſſe & prophylaxi, ne affectus ulterius ſerperet: Paucis poſt diebus Agyrta quidam Occitanus, nomine Chaumeras, ſe obtulit, integram ſalutem pollicitus; Fidem adhibet Paſtor, eoque lubentius, quod in ſolarum Herniarum curationem incumbens, nulliſque alii Chirurgiæ addictus, in ea numeris omnibus abſolutum crederet: Parat ille cavum ex ferro albo inſtrumentulo, inſtar ſcutellæ, quod vix dolenti loco admodum, phlegmonem in eo accerſit, Vocatus poſtridie, ſublividum quid ſub cute animadverto, ac gangrænæ initia adſtantibus prænuntio, deſperatæque ſaluris eſſe ægrum: Paucis poſt horis dum locum ungue ſcalpit Chirurgus, aperitur cutis, hiátque tenue inteſtinum, ex quo protinus affatim chylus exilit: Chirurgus, cui in parato erat acus filo transfixa, ſuere ſatagit, ſed putre inteſtinum ſuturam non admittens, utrumque illius extremum filo conſtringit: Mors quarto poſt die conſequitur, etſi vir integer & robuſtiſſimus de unione extremorum non deſperaret.

Pilas alii aureas, &c.] Quidam ex regulo antimonii conflatas exhibent, quibus præter pondus ineſt quoque vis laxans: Sed cavendum ne jam deglutito globulo aureo, eóque non ſecedente, accedat exhibitio hydrargyri, hoc enim ab auro detinetur, ita ut neutrum permeet: quod contigit anno 1670. Pharmacopæo Genevenſi D. Du Puis, cui Ileo laboranti, cum exhibitus eſſet ſine ſucceſſu aureus globulus, ad Mercurium quoque deventum, ita ut utrumque reſtitaret, magno imminente ab hydrargyro periculo: Tandem inſufflato in anum Tabaci fumo, magna vis fæcum elicita, paulóque poſt & hydrargyrum & aurum prodiere.

§. 9. Clariſſ. *Guido Patinus* inflammatoriam diſpoſitionem Ilei inteſtini ſemper hunc producere morbum cenſet, adeóque plurimos evadere per Venæ ſectionem, fotus tepidos, ſemicupium ex aqua tepida & enemata emollientia: Idem ante annos triginta in auriga cujuſdam Archiepiſcopi, ex volvulo de mortuo, totum hoc inteſtinum corruptum, nigrum & gangræna conſperſum fuiſſe literis mihi indicavit. *Blaſius in Veſlingii Anatom. c. 3. p. m. 46.*

OBSERVATIO XX.

Ileus à mutuo inteſtinorum ſubingreſſu, ſeu Intuſſuſceptione.

§. 1. ANimadverti inteſtinorum tenuium mutuum ingreſſum ſpatio ampliore quam ſit digiti longitudo, præſertim in nonnullis quos dolor Iliacus enecaverat. *Columbus lib. 5. Anatom.*

§. 2. Aliquando inteſtinum in cavitatem inteſtini deſcendit, unde obſtructio fæcis & corruptio illius cum morte oritur, ſicut in ſectione Anatomica obſervavi, Juvenis enim quidam hoc morbo affectus ſine ullo hydrargyri juvamine mortuus eſt: quod cum permeare non potuiſſet, prope obſtructionem à me inventum fuit. *Dom. Panarolus Pentec. 1. obſerv. ultima.*

§. 3. Altera hujus mali cauſa poſt mortem à me deprehenſa fuit, Inteſtini tenuis parte quavis coarctati ingreſſus in partem proximam, ſed flatu ſolito magis expanſam: Unde alvinis fœcibus tranſitus omnis ad alvum præcludebatur, conſequente mox earundem regreſſu & aſcenſu ad ventriculum, cum miſerabili ipſarum evomitione.

SCHOLIA.

IUdicavi modo dicto illum contigiſſe inteſtini tenuis in partem proximam ingreſſum, Et quidem nunc partis ſuperioris in proximam inferiorem, nunc inferioris in ſuperiorem, quoniam obſervaveram ſæpius 1. Inteſtinum tenue variis in locis flatu diſtentum, atque in partibus proximis, tam ſuperioribus quam inferioribus, ad notabilem longitudinem arctiſſime contractum. 2. Ægros eoſdem torminibus preſſos corpus ſuum mire agitaſſe ac non raro ſubito inflexiſſe: Iſta vero inflexione ſæpius repetita contingere potuit ut ſubinde ob relaxatum in alterutro extremo inteſtinum, ulterius preſſus flatus locum concederet oppoſito Inteſtini adhuc coarctati extremo ſeſe in ſatis ſufficienter expanſi inteſtini cavitatem inſinuandi, ſuccedente mox ejuſdem inteſtini à propulſo flatu liberati coarctatione ſatis violenta circa partem proximam inſinuatam: Quoties autem pars inteſtini inferioris ſubit ſuperiorem, toties aut ſponte per aſſumpta alimenta, aut arte per pilulas plumbeas, aureaſve deglutitas, curationis ſpes ſupereſt: Non item, quando pars inteſtini ſuperior ingreditur inferiorem, quoniam ſenſim ulterius pergit pars concluſa, unde augetur magis magiſque anguſtia, omniſque præcluditur contentis deſcenſus, quocirca neceſſario certóque inde venit expectanda mors. *Franciſcus de le Boë Sylvius Pract. l. 1. c. 15.*

§. 4. Diſſecui quandam volvulo denatam, cujus ſuperior inteſtini pars in inferiorem inſerebatur. *Plempius fundam. Medicinæ cap. de meſenterio.*

§. 5. Inteſtini

§. 5. Inteſtini tenuis coarctati parti cujuſvis ingreſſus in partem proximam, contingi juxta *Franc. Sylvium* Praxeos p. 183. quod inteſtinum tenue variis in locis flatibus diſtentum atque iu partibus proximis, tam ſuperioribus quam inferioribus, ad notabilem longirudinem arctiſſime contractum ſit: Quod vidi in Noſocomio Leydenſi in cadavere viri, ut & i. fœmina xl. annorum ab eodem diſſecta: unde ſi ad dolorem levandum, vel aliam ob cauſam abdomen prorſus vel comprimatur, vel antrorſum inflectatur, facillime hic ingreſſus contingit, idque vel partis inferioris in ſuperiorem, vel ſuperioris in inferiorem, Inflammatio autem contingit ob ſanguinis in inteſtina effuſionem, præſertim acrioris &c. Sic vidi vaſcula ſanguiuea ita tumeſcentia à ſanguine in iis hærente, ut ſupra tenuium inteſtinorum tunicam diſtenta egregie obſervarentur in diſſectione illius fœminæ: Inflammationis vero illius cauſam fuiſſe judicabantur carbones ſuppoſiti, quatenus immediate ſupra eum locum trium ſcilicet digitorum tranſverſorum ſpatio ſub umbilico, in cute abdomininis obſervata fuerant quamplurimæ maculæ nigricantes: Quod autem à carbonibus ſuppoſitis ortum cenſebatur, ratio hæc eſt, quatenus è numero mendicarum erat, quæ hyeme ſemper multum ignis ſecum circumferunt, atque ſupponunt, moxque iterum auferunt, partéſque omnes corporis aëri frigido exponunt: unde puto primò à nimio calore humiditatem ſaoguinis affluentis in tam exiguis vaſculis aliquomodo diſſipari, ſic minus fluxilem reddi: Secundò à ſubito frigore ſtagnari atque incraſſari: vaſcula quoque ab intenſo illo igne aliquomodo corrugari poſſe credo. *Ioh. Von de Flammerdinge Diſputat. de Iliaco dolore.*

§. 6. Interdum revolvitur inteſtinum inſtar digiti cheirotecæ reduplicati, quod omnino obſtruit viam inteſtini, inde vomitus inteſtinorum per partes ſuperiores: Reduplicationem hanc omnino fictitiam dicit nominatus *Patinus*, quam nunquam videre potuit; At biſ térve eam in caveribus diſſectis cum Clariſſ. Joh. Walæo videre contigit: *Blaſius comm in cap. 3. Anat. Veſlingii cap. 3. p. 46.*

§. 7. Sub ipſa præteriti nuper anni 1676. auſpicia, mulierem ex pago Vallis Leporinæ. Faito, advenam, cui eadem exitus ex hac vita quæ adventus in hanc urbem (Schafuſam) hora contingerat, in Xenodochio noſtro diſſecuimus, diros ante obitum ventris cruciatus cordis anxietates, *dejectiones cruentas*, tandemque *vomitus* perpeſſam.

Patefacto abdomine Ileon alicubi plane conſtrictum, ac velut injecto laqueo ſtrangulatum vidimus: Nimirum ejus portio, quatuor tranſverſos digitos longa, plurimum contracta & anguſtata, intra proxime ſuperioris cavitatem abſcondita prorſus latebat, hacque ſua φύσει verum ejuſmodi *intro-ſuſceptionem*, qualis à Clar. *de le Boë Sylvio Idea Prax. Med. lib.* 1. *cap.* 15. deſcribitur repreſentare viſa eſt. Intus vero non Inteſtina duntaxat, imprimis Ileon, ſed & ventriculus multis quaſi ſtigmatis inflammatus erat.

§. 8. Poſt inde ac nuperius diſſecui Puellam octennem, cujus Ileon tres ejuſmodi Introſuſceptiones diſtinctis intervallis ſpectandas exhibuit, una cum lumbricis alicubi velut conglomeratis, & mucagine intus contenta valde bilioſa & crocea, interiora quoque ventriculi incruſtante: Unde judicatu omnino proclive fuit Puellam ſine torminibus, & præcordiorum anxietate vitam non finiviſſe; quod & aſſertione eorum qui curam ægræ habuerunt confirmatum. *Ioh. Conradus Peyer Tractatu de Glandulis inteſtinorum.*

S C H O L I A.

DE Ileo plane conſtat horrendam eam & commiſeratione vere dictam affectionem, à vehementi ſpirituum animalium, fibras ſplanchnicas incolentium, excandeſcentia oriri: ob quam illi contenta inteſtinorum deorſum pellere non valentes, eadem magno cum impetu & via præpoſtera ſurſum projiciunt: Quemadmodum autem remotæ deſcenſu contêta prohibentes variæ eſſe poſſunt, ita non prorſus alienum à ratione eſſe arbitror aſſerere, Serum in plexibus glandulosis aliquando, craſi ejus vitiata, indolem auſteram, ſtypticam, atque tincturæ gallarum æmulam ſortiri, proinde ut manipulus circularium inteſtini fibrarum, ejuſmodi tinctura imbutus, facta pertinaci conſtrictione, neque excrementitiæ ciborum parti, neque flatibus tranſitum largiatur, Unde his in molem illic aggeſtis, ac perpetuo ſtimulo ad excretionem ſtimulantibus, fæcum ciborúmque excretio per ſuperiora, extremo naturæ conatu tentatur; Sæpe tamen in Ilei conſtrictione minus arcta nec diuturna, exhibitis quatuor pluribúſve globulis ex Electro metall. antihectico Poterii, (quos Clar. D. D. Screta in opere de Febre caſtrenſi commendat) ſanatio mature inſtituta feliciter ſuccedit, in quantum inſigni eorum penetrandi vi tranſitus via patentior redditur: Ubi vero eadem inteſtini conſtrictio pertinax valde, aut inveterata fuerit, proinde ut ſpiritibus animalibus cum ſanguine arterioſo tumultuoſe exardeſcentibus, inflammatio, febris, ac tandem gangræna oboriatur, ſpes ſalutis inde admodum in arcto relinquitur. *Idem. Peyer.*

Ventriculus multis quaſi ſtigmatis &c.] Proinde ut hinc promptum fuerit Tincturam aliquam acerrimam,

rimam inteſtini fibras in pertinaces corrugationes adigentem, atque tandem maculas inurentem, concipere. *Idem.*

Introſuſceptionem] Torminum geneſin atque Introſuſceptionis conceptionem, anni ſuperiotis æſtate *Rana* jucundo admodum & utili experimento oculis noſtris exhibuerunt: Etenim inteſtina vivente amphibio laceſſita diverſis in locis pertinaciſſime mox ſe conſtringebant, contentis violenter ſurſum deorſumque (qua data porta) protruſis atque hinc inde in cumulos quaſi congeſtis: unde quædam inteſtini portiones valde impletæ ac turgidæ, quædam prorſus inanes & arctiſſime clauſæ perſtiterunt; donec ſoluta fibrarum ſtructura, meatus liberior redderetur: Inteſtinis autem hinc inde ſe conſtringentibus; & ſive chylum ſive fæces ſurſum deorſumve projicientibus, factum ut illæ alicubi in molem adgeſtæ, parietes inteſtini plus debito ampliarent; quod in ſacci morem dilatatum, inter ſe recipit conſtrictam inferioris inteſtini portionem, eámque ſinu ſuo abſconditam aliquam diu detinuit, donec fibris ſe denuò exporrigentibus, inteſtinum è latibulo alterius, velut è domuncula cochlea, in apricum priſtinámque ſedem rediret. *Idem.*

§. 9. Saltatoribus, mimis, aliquando tenuia inteſtina intorquentur: Filiolus Dom. Petrei, Medici celeberrimi, volvulo interiit, In diſſecto Ileum ita replicatum inveni, ut ſi chirothecæ digitus contraheretur. *Ioh. Riolanus Pract. p. m.* 156.

§. 10. Quam rarum ſit Ductuum dari intuſſuſceptionem, nulli non cadavera hominum curioſius diſſecanti notum: In cyſtico bilario ſe eam inveniſſe in obſervatis tradit *Ioh. à Mekeren*: In infante non uno, poſtquam Iliaci interierint, me eam in Ileo inteſtino obſervaſſe ſcias velim; imo etiam in puero 14. annorum eam notare licuit, & quidem duplicem; ſi uno loco pars inteſtini inferior ſe inſeruerit in ſuperiorem, altero pars ſuperior in inferiorem. *G. Blaſius Obſerv. Med. p. 3. obſ. 3.*

§. 11. Inteſtina, lumbricorum inſtar varie ſe moventia, intuſſuſceptionem quandam incurrunt, imprimis ubi dolore atroci afficiuntur, & hoc modo excrementis tranſitus ad anum denegatur, hinc Ileos; Mediis ordinariis nihil efficientibus, cucurbitula magna ſine ſcarificatione ſæpius parti dolenti apponi poteſt, atque iterum auferri: Annon etiam præſtaret facta diſſectione muſculorum & peritonæi, digitis ſuſceptum inteſtinum extrahere quam certæ morti ægrum committere? *Paulus Barbette Anatom. Pract. lib. 4. cap. 1.*

SCHOLIA.

A*Nnon præſtaret &c.*) Illuſtr. Baroniſſa à Lanti, prope Caſtilionem ad Sequanam in Burgundiæ Ducatu, Iliaco affectu laborans pro deplorata habebatur: Offert ſe juvenis Chirurgus, diu caſtra ſequutus, qui ſalutem certam pollicetur, modo Nob. ægra ſectioni in abdomine faciendæ ſe ſubmittat; Conceſſam aggreditur Chirurgus, multiſque eductis & evolutis inteſtinis, antequam convolutio & contortuplicatio appareret, eam nactus explicat, & nodos diſſolvit, poſtmodum ſedi reſtituit: Hinc gaſtroraphia facta, vulnus feliciſſimo ſucceſſu conſolidavit, integræque valetudini Nobilem reſtituit: Quæ ſoſpitali ſuo ſtipendium annuum conſtituit, cujus uſura per triennium tantum frui licuit, ſupervixit enim Matrona. *Ex communicatione Viri Reverendi Dom. Pinault, Paſtoris Eccleſiæ Genevenſis, qui cum dicta Baroniſſa familiaritate junctus fuit.*

§. 12. Theodori Roulen puerum aliquoties inviſi, qui dolore fixo & continuo ſub regione Hepatis per annos aliquot laboraverat, Eo tandem ex graviſſima Iliaca paſſione mortuo, vocatus ſum ut cauſam præcedentis doloris inquirerem.

Aperto corpore, inveni inteſtinum Cœcum contractum, in inteſtinum Ileum ſe inſinuaſſe, idque oppleviſſe, *adeo ut nihil ex ſuperioribus inteſtinis* ad Colon permeare poſſet, unde Iliaca: Denique fiſſo Ileo, & *exempto Cæco, id ubique inflammatum & tumens* inveni: Præterea ſcirrhus exulceratus, aut potius cancer exulceratus in ipſius Cœci inteſtini fundo conſpiciebatur.

§. 13. Diverſæ conſtituuntur cauſæ Iliacæ paſſionis: Præcipua autem eſt Ilei conſtrictio & coarctatio: Itaque hujus rei indagandæ cauſa diverſa cadavera inſpexi; & quamvis ut plurimum fœtor adeo teter erat, ut vix poſſent exquiſite omnia conſiderari, id tamen in omnibus hactenus obſervavi, principium & originem hujus morbi fuiſſe circa inteſtinum Cœcum: h. e. ſacculum, qui in fine Ilei & coli principio conſpicitur. Quare exiſtimo valvulam (quum Clar. *Bauhinus* in initio coli invenit) primum ex inteſtini Cœci inflammatione adeo contrahi & conſtringi, ut plane nihil excrementorum permeare poſſit, ſicque accreſcere inflammationem, ut tandem totum inteſtinum Ileum, imo & circumjacentes partes gangræna & ſphacelo corripiantur: ut obſervavi in omnibus quos præter prædictum puerum hactenus diſſecui. *Fabritius Hildanus centur. 1. obſervat. lxi.*

SCHOLIA.

A*Deo ut nihil ex ſuperioribus inteſtinis &c.*] Vulgatam ſententiam, Ileon oriri à magna inteſtinorum obſtructione vel coarctatione (tanquam proxima cauſa & immediata) ob quam eorum occluſa via, nihil infra permeare poſſit, Impugnat *Sennertus* hac ratione; Quod ſi inteſtina tenuia plane occluſa & coarctata eſſent (etenim in inteſtinis tenuibus ut plurimum Ilei cauſa conſiſtit) reddi ratio non poſſet quomodo fæces & ſtercora, quæ in craſſis congeruntur, illuc

impelli

impelli poſſent & vomitu excludi, Nec item quomodo clyſteres & glandes vomitu expellerentur ſi inteſtinorum via plane præcluſa eſſet: Nota eſt hiſtoria à *Matthæo de Gradi* citata de puella, quæ Ileo laborans, cum omnimoda alvi adſtrictione, fæces primo, hinc clyſteres injectos, vomitu rejecit: Imo triduo poſt inditum longum ſuppoſitorium per inteſtina breviſſimo tempore ad os irrepſit: atque etiam ſimiliter ſecundum, quanquam filo femori alligatum, Et tertium quatuor filis fortibus conſtrictum. Et nos anno *1666*. vidimus quendam Coriarium, nomine Leſſire, annorum 40. virum robuſtiſſimum, cui Iliaca paſſio contigit ab inflammatione tenuium inteſtinorum, (quam pepetat bilis commota, quod in carceres paucis ante diebus conjectus fuiſſet) tertio affectus die clyſteres duos, ex decocto herbarum virentium paratos, & pridie injectos, vomitu excluſiſſe; morbi tamen vehementiam, incomparabili tolerantia & animi robore ſuſtinuiſſe, poſtridie morte ſuccedente quæ morbi fuit quarta. Ex quibus liquet in Ileo viam inteſtinorum non ſemper ita occluſam eſſe, ut vulgò ſtatuitur, ſed aliam cauſam ſubeſſe, quam innuit *Galenus* 2. de ſympt. cauſis cap.3. ut mirum ſit Practicorum aciem ſubterfugiſſe, motum ſcil. facultatis expultricis inteſtinorum inverſum & præpoſterum, cum quæ per inferiora dejici debent, ad ventriculum repunt ac vomitu pelluntur: Inteſtinis ſcil. motus ineſt naturalis, quo chylus & fæces ad inferiora ſenſim pelluntur, periſtalticus dictus, qui per fibras orbiculares & tranſverſas inteſtina contrahentes peragitur, ſimilis lumbricorum motui, qui partes corporis ſucceſſive movent: Pervertitur autem aliquando motus hic à cauſis p. n. ut inteſtinorum fibræ, quæ à ſuperioribus motum debent ordiri verſus inferiora, præpoſtere ad ſuperiora contrahantur, ita ut quæ in inteſtinorum cavitate continentur, non ad alvum ſed ventriculum reodant, unde emergit affectio Iliaca: Non abſimile quid in vomitu evenit, Cum œſophagi fibræ à ſupernis verſus ventriculum ſe contrahunt, deglutitio fit: cum inverſo hoc ordine à parte inferiore ad ſuperiorem motum inchoant, vomitus contingit: Læditur autem motus hic periſtalticus naturalis; expultrice inteſtinorum vehementer laceſſita, ubi contenta p. o. ad alvum inferiorem trudere nequit, tunc motu præpoſtero ſuperiora affectat: Irritantes autem cauſæ plures ſunt, quarum frequentiores & præcipuę ad obſtructionem ſeu anguſtiam referuntur: Hujus cauſæ cognitio non parvi ad curationem momenti eſt; cùm laxatis fibris (quod obſervavit de *Gradibus* in puella memorata, quam curavit juſculis pinguibus, quæ virtutem attracticem laxant, exhibitis) motus hic remittat, per adſtringentia & roborantia augeatur.

§. 14. Puer triennis, qui 25. dies decubuerat, ac ex lumbricis ægrotaſſe putabatur, diſſectus fuit: Huic inteſtina cuncta flatu turgida & lucida, unam tenuis inteſtini partem intra ſe contractam ac convolutam, quaſi in ſe infarctam, ut duritiem quandam, tanquam tumoris ſpeciem repræſentaret, vidimus: nam quod ſeſquipollicem longitudine æquabat dum involutum eſſet, id leniter evolutum, duos fere palmos implebat. *H. Smetius miſcellan. lib.* 10. *pag.* 579.

§. 15. Puella 10. circiter annorum febre, tuſſi convulſiva aliiſque affectibus afflicta, (*vide lib.* 4. *tit. de Febr.*) & enecata, à me diſſecta fuit: Ejus ventrem inferiorem aperiens, Inteſtina tenuia pluribus in locis mutuo involvebantur: nempe partis unius ſuperficies convexa in alterius concavam, tanquam in vaginam fuit intruſa & alte recondita; Quod quidem à viſcerum motibus convulſivis omnino contigiſſe arbitror: Dum enim ob ſpaſmum vehementem, ab origine nervoſa excitatum, fibræ oppoſitæ ſimul convulſæ, idem inteſtinum una in motus contrarios agerent, facile evenit ut inteſtini Ilei pars una ſurſum lata alterius deorſum raptæ cavitatetem incurreret. *Thom. Willis Pathol. cerebri cap.* 8.

Observatio XXI.

Ileus ab implexis, involutis, intortis inteſtinis. 1. A connexis & convolutis inſtar funis. 2. Ab Ileo contortuplicato. 3. Ab Ileo tribus complicationibus complicato. 4. Ab Ileo diverſis in locis convoluto. 6. Ab Ileo tribus nodis conſtricto. 7. Ab ejuſdem conſtricteone. 8.

§. 1. PUer XVII. annos natus, hydropicus, cum 14. dierum ſpatio excrementa alvi per os evomeret, nec per ſeceſſum quicquam egereret, exſpiravit: In hoc cum poſt mortem rugitus ventris, & illius quædam palpitatio ſentiretur, eoque nomine de ſepeliendo ambigeretur, accerſitus, cum ventrem aperirem, flatus tandem erumpebant: Verum inteſtina tantopere diſtenta erant, ut femoris craſſitiem certis in locis adæquare viderentur, atque ex compreſſione diſrumperentur, ſtercusque magno cum impetu profunderetur: Aliis verò locis adeo convoluta, intorta & implexa, ut nulla illic nec excrementis nec flatibus deorſum pateret via: Sed & vermibus vivis, oblongis, quampluribus repleta erant, qui rurſum aliis minoribus referti, inæquales illos motus effecerant. Præter hæc Hepar corruptum, arenulis, lapidibus infarctum, Lienem imminutum, Pulmones vitiatos coſtisque affixos oſtendebat, *Platerus obſervat. lib.* 3. *p.* 657.

§. 2. Inteſtina aliquando aliquomodo connectuntur, ut obſervavi, tanquam in fune madefacto, qui poſtmodum convolvitur: Et in hoc caſu mirum in modum pila tum plumbea, tum argenti vivi potio prodeſt. *D. Panarolus Pentec.* 1. *obſerv. ult.*

§. 3. Per Iliacam paſſionem εἰλεῶδῶς convolvi videntur inteſtina, Teſtisque mihi fuit D. *Tilemannus*, ſe vidiſſe aliquando in ſectione anatomica ab Ileo mortui, Inteſtinum *Ileum contortuplicatum*, uti pannus à lotricibus convolutus. *Dietericus Iatrei pag.* 40.

§. 4. Die 29. Januarii 1644. D. Patris laborare cœpit colico dolore vehementi ex intenſo frigore concepto: vocatus Pharmacopæus injecit ſtatim clyſterem emollientem, carminantem & laxantem, quo fæces multas excrevit: dolore perſeverante iteratus fuit idem clyſter, adjectis oleis carminantibus, quem non rejecit, Dolore adhuc ſæviente, tertius poſtmodum injectus eſt, quem etiam retinuit: plurimis immiſſis ſuppoſitoriis, clyſterum portionem excrevit ſine ulla materia fæculenta: Die 2. morbi vocatus, præſcribo ſotum emollientem & anodynum toti ventri admovendum, & clyſterem ex ſotus decocto paratum, quem etiam diu retinuit, & exiguam illius portionem rejecit ſine ulla materia: Nullus dolor aderat, neque ulla febris, vomitus autem per intervalla infeſtabat: Hinc conjicere licuit ægrum Iliaca affectione laborare, ſed à qua cauſa fieret, valde dubitatum eſt in conſultationibus pro tanto affectu convocatis: Inflammationem enim teſtari videbatur febris, quæ tertio die ſupervenit, ſitis & linguæ ariditas: Sed quomodo inflammatio inteſtinorum adeſſe poſſet citra dolorem concipere non poteram: Videbatur potius fieri à fæcibus induratis, vel contorſione alicujus inteſtini: Multa remedia uſurpata fuere, venæ ſectio ter repetita, bis in brachio & ſemel in pede: julepi refrigerantes exhibiti, clyſteres ex decocto inteſtinorum vervecis omni-hora injecti, ſotus emolliens continuo admotus toti ventri: uſque ad ſeptimum diem vomitus perſeveravit, quo juſcula & potulenta excernebat cum materia biliosa, pituitoſa & ſtercoroſa, nihil vero per alvum effluebat: circa finem ſeptimæ diei alvus fluere cœpit, & fæces multas excrevit per intervalla, ceſſante prorſus vomitu: alvi fluxus continuavit per quinque dies, manente tamen febre & virium imbecillitate, liquida in fine dejiciebat, qualia ante vomere conſueverat: die 13. morbi gravibus inquietudinibus affectus eſt, cum virium languore, quibus ſenſim deficientibus è medio ſublatus eſt.

Aperto cadavere, inventum eſt inteſtinum Ileon *tribus complicationibus convolutum* & quaſi compactum in unam maſſam circa finem illius: Tota autem illa inteſtini portio complicata, gangræna affecta erat, cum portione meſenterii ſibi adjuncta: Inteſtina reliqua ampliſſima apparebant, ut brachii magnitudinem æquarent: Præterea inteſtinum gangræna affectum, perforatum erat ſupra complicationem: exiſtimo à pondere materiæ contentæ in ſuperioribus inteſtinis fuiſſe diſruptum, poſtquam ſphacelo affectum eſt: Per illud foramen tota excrementorum illuvies in abdomen effluxerat, & mora ſua partem ani interiorem corruperat, in qua etiam foramen aliud apparuit, per quod excrementa effluebant per alvum, & *obſtructionis inteſtinorum apertionem* mentiebantur: *Vnde patet alvi fluxum Ileo ſupervenientem poſſe interdum Medico imponere. Lazarus Riverius centur. 3. obſervat.* 26.

SCHOLIA.

O*Bſtructionis inteſtinorum apertionem*] Ilei characteriſtica ſunt, vomitus & alvi adſtrictio: Animadvertendum tamen quod ſi nihil per alvum dejiciatur, id contingere ubi affecta ſunt craſſiora inteſtina, quia tunc excrementis citius & validius via præcluditur quam ſi tenuia, cum infra locum affectum ſubſideant fæces, quæ ſponte aut arte educi poſſunt: Nihil ergo per inferiora dejici in Ileo, intelligendum de excrementis quæ locum ſuperiorem, ubi ineſt anguſtia, occupant.

§. 5. Secui puellam quadrimam verminoſam, quæ poſt Epilepſiam Ileoſa facta, per os & vermes & alvina excrementa depoſuit: Quærens cauſam, tandem in fine Ilei, quinque inteſtini complicationes inveni maximas, ita ut ad longitudinem mei digiti, in qualibet complicationum Ileum convolutum invenirem: quodque peſſimum erat, hic inferne ſurſum repebat, alibi ſuperne deorſum implicabatur: atque ita ſupernam ac infernam medicationem eluſerat: Hujus ſine dubio, putri vapori, atque à vermibus elevato, originem ſuam debebat: *H. ab Heers obſerv.* 24.

§. 6. Pauperrimus quidam Walo morbo hoc: miſerere mei dicto, ſummo cum dolore periit: Aperto cadavere, ſeptem diverſis in locis inteſtinum Ileon vidimus ita convolutum, ut cibis, potui, fæcibus omnem neceſſe fuerit denegari tranſitum. *P. Barbette Præcos lib. 4. cap. 7.*

SCHOLIA.

I*Nteſtinum Ileum ita convolutum ut cibis & fæcibus negaretur tranſitus*] An hæc convolutio poſſibilis vide ſupra ad obſervat. ex *Kerckringio :* In renuibus autem inteſtinis excrementis tranſitus præcluditur, ob meatum illum anguſtiorem, maxime quo ſe in fine, juxta renem dextrum, in craſſo inteſtino aperit: Si præſertim accedat nativa illius meatus anguſtia, vel adſcititia ætate, calidiorum continuo uſu, unde inteſtina aridiora fiunt & contrahuntur, aliisve cauſis.

§. 7. Catharinæ N. ſupervenerunt vomitus, qui cum fœtore nonnullas fæces inteſtinales explodebant: In Ileo tres nodi, ſinguli dimidii digiti longitudinem æquantes, exhibebantur, qui erant duplicaturâ inteſtini in ſe retracti &c. *Vide tit. de Hypochondr. dolore.*

§. 8. Ilei quædam ſpecies eſt, quando Ileon, ut aſpexi, ita arctatur quaſi farcimen, (quod vulgo lucanica dicitur) cum inter unam & alteram lucanicam circumducitur filus: Hoc ad unguem inveni: Inteſtinum enim tam ſtrictum erat ut non ſecus quam filo vinctum coerceretur; Humor enim bilioſus ob acrimoniam morbum hunc pepererat. *Panarolus Pentecoſte* 1. *obſervat. ult.*

Observatio XXII.

Ileus à compreſſione Jejuni inteſtini in hypochondrio dextro.

JEjunum inteſtinum ſæpe comprimitur, id quod primum ad longitudinem quatuor digitorum tranſverſorum latitudinem ſub coſtis ſpuriis in hypochondrio dextro compreſſum vidi Tiguri cum Dom. Parente anno 1667. in Joſia Binaſchedlero de Hottingen: *Ioh. Henric. Lavaterus Theſium Inaugur. V.*

SCHOLIA.

ἘΝτεροπεριστολῆς differentias quatuor potiſſimum agnoſco, 1. à ſubjecto, 2. à morbo, 3. ab efficientibus 4. ab accidentibus peto: A ſubjecto aliam inteſtinorum tenuium, aliam craſſiorum ſtatuo: Tenuiora chylum perficientia, quia mobilia, duodeno excepto, facile comprimuntur: Duodenum rarius, & nonniſi à vulneribus abdomini inflictis, Jejunum ſæpe, Ilium ſæpius, & indifferenter in partibus abdominis omnibus, ſuperioribus, inferioribus & lateralibus, ob circumvolutionem, longitudinem ac commotionem variam: Craſſa, fæces colligentia, quia immobilia difficile conſtringuntur: Cœcum in latere, in quo ſitum eſt, dextro, idque potius in infantibus quam in junioribus, in quibus jam in proceſſum vermiculatem, longitudine vix quatuor digitorum tranſverſorum latitudinem: Colon, in partibus abdominis variis, ob ſitum illius, Rectum quoque, non tamen à peritonæo, ut cætera, tam ob ejus ſitum rectum quam connexionem cum partibus adjacentibus firmam, ſed à phlegmone ut plurimum comprimitur: Quæ inteſtini recti compreſſio, vel eſt totalis, qua totum à relaxatione ani muſculorum levatorum, à tuberoſitate iſchii oriundorum, inteſtinum prolapſum premitur: vel partialis, qua tunica tantum interna, à muci depravati, vel humoris alterius corrupti copia propulſa comprimitur, phlegmonem gangræna ſubſequente, quam tunicam internam ſphacelatam, cum ſalute ægri, vidi abſciſſam Lugduni anno 1669. A morbo ἐντεροπεριστολὴ alia ſimplex, qua inteſtina ſola implicantur, alia compoſita: ſic *frequenter* omentum, rarius meſenterium, quod vidit *Sala*, teſte *Bartholino* cent. 2. hiſt. 95. Ligamentum uteri latum, quoad extremum, reperit D. *Beſſier* Chirurgus Pariſienſis? Ab efficientibus ἐντεροπεριστολὴ alia eſt à cauſa externa fortuita; alia ab interna antedente: Ab accidentibus varie diſtribuitur, 1°. à quantitate, eſt parva, mediocris, magna 2. à figura, alia eſt æqualis: 3°. loco, alia umbilici, alia inguinis &c. *Idem ibidem.*

Observatio XXIII.

Ileus à Cœco Inteſtino obſtructo & coanguſtato à devorato cydoniato.

SEptennis puella Diarrhœa correpta, quum per dies complures ſubalbidam ac putrem ſolidamque materiam indolenter alvo redderet, diuturnitatis fluoris ejuſmodi pertæſa, ejus avia conſilium de cohibendo cum aliis mulierculis cœpit: In eam rem cydoniato larga manu exhibito, ſic eſt ejus uſu alvus repreſſa; ut eo die & ſequenti nocte *nil omnino reddiderit*; ſed excitatis *ſæviſſimis ventris doloribus* & torſionibus, uſque eo intumuerit, ut hydropica derepente evaſiſſe putaretur: Accitus Medicus, quid rei eſſet ſuſpicatus, clyſmatis primum lenibus, deinde etiam acrioribus identidem injectis; hærentem alvo materiam noxiam foras evocare; fotu dolores lenire tentat, ſed id fruſtra: invaleſcentibus quippe doloribus immanibus, cum crebris animi deliquiis; *tandem liquidioris ſtercoris* vomitione intra biduum miſerabiliter extincta eſt.

Aperto corpore, *Cœcum inteſtinum coanguſtatum* conſtrictumque, adeo obhæreſcente, &

 interiorem

interioremque ductum obturante cydoniato, deprehenſum eſt, ut illac nullo modo prorſus quicquam poſſet pervadere: unde accidit ut acris illa & corrupta materia meatu prohibita, objectaque mora reſtagnans, inuſitatam ſibi viam in abdominis ſpatium patefecerit, paulo ſupra obſtructum locum pereſo perforatoque inteſtino, quo velut emiſſario & cuniculo acto excidens, abdominis totam capacitatem repleverat: Hinc acerbiſſimi dolorum morſus, hinc diſtenſio, hinc animi defectiones, obortoque fœdo vomitu crudeliſſima mors brevi conſequuta: Hæc hiſtoria ad eos valebit, qui redundantem nocentemque humorem, undecunque is profluat, intempeſtive ſiſtere atque coercere properant, maximo ægrotantium malo. *Fernelius Pathologiæ lib. 5. cap. 9.*

SCHOLIA.

C*Oecum inteſtinum coanguſtatum.*] Cœci inteſtini uſus hactenus obſcurus: *Jeſſenius à Jeſſen* ingenue ſe illius uſum ignorare fatetur: *Hofmannus* ſequutus *Veſalium* notæ gratia homini datum credit: Cur autem illa apophyſis, præſertim in ſue, ſit maxime conſpicua, meo arbitratu id uſu venit quia voraciſſimum eſt animans, glandibus quernis, nucleis faginis, avellanis, nucibus, piſis, horden, omnibus flatulentis natura veſci ſolet: hinc cum concoctio quæ in abdomine, & in eo contentis viſceribus mediante fermentatione abſolvi debet, in illo animali voraciſſimo vix ſine flatibus perfici poteſt; Natura, quæ nihil fruſtra facit, id ſtuduit unice ut concoctio infimi ventris abſolveretur accuratiſſime, appendiculam flatuum capacem, mediæ inteſtinorum ſeriei, ſeu fini tenuium, & initio craſſorum aſſuendo, quo locus eſſet flatibus aut halitibus exhalantibus, etiam dum naturali modo concoctio peragitur: Sic Chymici diſtillantes ſpiritum ligni Guaiaci, oppido penetrantem, &, ut ſic dicam, flatulentum, cavent ne Recipiens diſſiliat, inſerto utrinque ea parte, qua luto Retortæ id aptatur, tubulo, quo urgente neceſſitate dempto epiſtomio, ſpiritus portio ceu per angi portum emitti, & tenues, ſalvo recipiente, evaneſcere in auras poſſit: Hi ergo halitus tenuium inteſtinorum, ubi in Cœcum inteſtinum, ceu ſacculum recipiuntur, uſque dum concoctio perfecta eſt, credibile eſt haud facile quenquam colica paſſione correptum iri, quæ nobis magis in dextra corporis parte quam in ſiniſtra, cum ob ſitum cœci, tum ob valvulam coli inteſtini moleſta eſſe ſolet: Cur autem voraciſſima Ibis (quam ſubdubito an ad Gruum ſpeciem referre poſſis, in quorum uno diſſecto duplex cœcum inteſtinum repeti, excrementis utrumque craſſum, flatibus pauculis ex parte diſtentum, unum quodque longitudinem quadrantis ulnæ noſtratis Seelandicæ cum dimidio ſuperans; quem avariter veſci hordeo natura flatulento certo novimus) & quæ fœdiſſimis cibis veſcitur, Nili aqua alvum ſibi proluit? dubio procul hoc facit quod ob pravam coctionem *δυσπεψίας* ſubinde torminibus ventris torqueatur: Sane poſt *Galenum* & *Archangelum* ita ratiocinor, Nonne ſi quis caſtaneis, piſis, fabis ſimilibusque ſolito frequentius veſcatur, ille pedere tenetur, advertitque per intervalla rugitum & murmur, crepitum & peditum ventris præcedere? quod fieri arbitror ubi ex cœco inteſtino motu naturali & inteſtinis proprio, periſtaltico dicto, in coli cellulas propelluntur flatus, geniti ex cibis maxime vero flatulentis, aliquandiu in cœco, ſeu ſacco reſervati: Salvis ergo aliorum punctis, concludo flatuum inter concoctionem, & præſertim ex flatulentis cibis genitorum, Cœcum inteſtinum naturale & neceſſarium eſſe receptaculum: Et ſi inteſtina mihi comparare liceat, certo reſpectu ad cor nobiliſſimum quantum ſunt viſcerum, ſciſcam eundem cœcum inteſtinum præſtare uſum fini Ilei aut initio coli, quem auriculæ cordis cordi: Quæ ne quis mera figmenta rationis putet, ideo quia in cadaveribus Cœcum inteſtinum plerumque vacuum, imo etiam flatibus vix ac ne vix quidem naturaliter diſtentum reperiatur, Reſpondeo vivo corpore permeabili & tranſpirabili ex *Hippocr.* decreto, omnia ſe aliter habere ac in cadavere: Nam ut longe craſſiora ſunt in vivo corpore omnia inteſtina, ſic quoque hæc appendicula carnoſior, ex vivis adhuc canibus protracta, viſa eſt à Filio meo J. Henrico Pauli: Interim non inſolens eſt, læve quid, lubricum, madens, mucoſum, parte ſui interna Cœcum inteſtinum continere, aut in eo pauculas guttulas ſui generis excrementi, anonymi adhuc apud Anatomicos, reperiri; quod ſtatuo ex halitu, tenuia inteſtina, illorumque gyros permeantis chyli naturaliter procreatum eſſe, ut id loco convenienti, craſſis inteſtinis colo & recto, vel in iis contentis excrementis, ceu ſtimulo, aut novo quaſi fermento ſit, elanguentibus jam bilis veſiculæ felleæ viribus, & quicquid per pancreatis ductum excrementitiorum, (utilium licet) humorum limpidorum ac acidulorum in duodenum eructatur, quo fermentatio quaſi nova ad valvulam coli ideo inſtituatur, ne ad eam diutius hærentia alvi excrementa ſpiſſeſcant, illique multimode incommodent, valvulam coli vel omnimode occludendo, quale quid qui patiuntur iliaca paſſione intercidunt: vel ne ſponte ſua occludatur prohibendo; quale quid qui patiuntur, pleno excrementis alvi cœco inteſtino, coli valvula p. n. laxata ſemper pedunt: Atque prioris cauſæ aut morbi unicum illud, ſed manifeſtum & inſigne exemplum *Fernelius* nobis ſuppeditat &c. *Simon Pauli, Quadripart. Botan. claſſ. 2. p.* 89.

Cæcum inteſtinum] Locus eſt apud *Hippocrat.* lib. 1. Epidem. quem quidam intelligunt de cœci inteſtini interceptione circum umbilicum, obruptionem peritonæi; *Pectinum*, ait *ruptiones, quæ circa pubem fiunt, ut plurimum ſtatim innoxia:* quæ vero paulum ſupra umbilicum, in dextra parte ſunt, hæ ſunt doloroſæ, anxioſæ & *κοπρεμέτους* i. e. ſtercoris vomitum inducentes: Tumor eſt quidem exiguus, ſed exitialis.

Tandem liquidioris ſtercoris] Etſi magna ſit Colicæ & Volvuli cognatio, tamen etiam non parum differunt, colicæ enim natura præcipue in dolore conſiſtit, & ad colicam ſatis eſt inſignis inteſtinorum dolor, etſi alia ſymptomata non adſint: Ilei vero imprimis in defectu expulſionis per inferiora, & inverſo naturæ ac facultatis expultricis in inteſtinis motu: Licet etiam vomitus in colica accidat, tamen non ita violentus eſt in Colica ut in Ileo; neque omnia alimenta, multo minus excrementa, per os rejiciuntur, id quod in Ileo accidit, in quo etiam

clyſteres

clyſteres & glandes ano immiſsâ ſuperiora verſus trahuntur & per os rejiciuntur. *Sennertus.*

Cæcum inteſtinum] An in tenuibus an vero in craſſis inteſtinis cauſa Ilei conſiſtat, alii aliter ſentiunt, Verior eſt ſententia plerumque in tenuibus conſiſtere, quæ ob venarum copiam & ſanguinis abundantiam facilius inflammantur, & natura ſua anguſtiora ſunt: Quandoque tamen etiam craſſis affectis hoc malum generari poteſt, cum cauſæ omnes quæ Ileum producunt etiam in craſſis reperiri poſſint: De qua re prolixe agit *P. Salius Diverſus* de affectibus particul. cap. 11. *Idem.*

Nil omnino reddiderit] *Galenus* commentar. aphor. 10. ſect. 7. aſſerit proprium & inſeparabile hujus affectus ſignum eſſe nihil per inferiora deſcendere: *Hippocrates* tamen contrarium aſſerere videtur 3. Epidem. ſect. 2. tit. 7. in hiſtoria mulieris volvuloſæ, quæ apud Tiſamenum habitabat, dicens, *Dejectiones tenues, crudæ, pauca*, Cui difficultati reſpondendum eſt, dejectiones quaſdam emitti poſſe in principio morbi, ex fæcibus contentis infra inteſtinum affectum, quæ à natura vel arte excudi poſſunt per inferiora, antequam omnia inteſtina in conſenſum trahantur, & propriam naturalemque facultatem amittant: Poſtquam vero morbus confirmatus eſt, & motus omnium inteſtinorum periſtalticus omnino inverſus; nihil amplius per inferiora emittitur. *Riverius.* Vide *Petrum Salium Diverſum* l. c.

Sæviſſimis ventris doloribus] Propria & peculiaria paſſioni Iliacæ ſunt; dolor acutiſſimus, & ſæviſſimus, inflatio & diſtenſio vehemens, tumor in epigaſtrio eminens & durus, omnimoda alvi ſuppreſſio, ut nihil per inferiora deſcendat; Progrediente malo vomitus accedit enormis, primum bilis, pituitæ, & chyloſæ materiæ, ac denique ſtercoris, vel potius materiæ ſtercori ſimilis, cibalis nempe, corruptæ ac fœtidæ, rariſſime enim fæces projiciuntur: Brevi morituris, ſudor frigidus copioſus, extremorum refrigeratio, cordis tremor & animi deliquium, *Riverius.*

Observatio XXIV.

Ileus à coalitu & gangræna Ilei. 1. A flatu in eo cohibito, hinc fiſſo. 2. A gangræna in vicinia cœci, ob ligaturam in Herniotomia. 3. A materia lapidea obturante inteſtina juxta Cœcum. 4. A colo cancro affecto. 5. A colo prope Rectum ſphacelato & diſrupto. 6. A Colo exulcerato cum ſtercore retento. 7. A Tumore veſicali Recto inteſtino annexo. 8. A Recto inteſtino conſtricto & replicato. 9. Ab abſceſſu in inteſtinis. 10.

§. 1. IN ſchedis ſuis annotavit *Caſpar Bartholinus* mulierem Germanam Patavii, robuſtam & corpulentam, nonnihil pinguem, ſexagenariam, nihil excreviſſe per alvum ſpatio novem dierum, nec tamen clyſterem admittere voluiſſe: Incidiſſe tandem in febrem malignam cum vomitu bilioſo, & tranſacto biduo obiiſſe:

Aperto cadavere, Pulmones fere putridos, Hepar parum ſcirrhoſum & inflammatum: Ventriculi tunicam interiorem inflammatam: Inteſtinum Ileum in medio gangræna obſeſſum & putridum, ut inopinato contactu diſruptum ſit: univerſam partem ſupra Ilei gangrænam, interiore tunica inflammatam, ut ſupra modum venæ meſaraicæ eſſent turgidæ: Partem vero Ilei inferiorem totam coaluiſſe, ut nihil hac via pertranſire potuerit: *Th. Bartholinus centur. 6. obſervat. 38.*

§. 2. Tenuioris inteſtini morbo, quem Græci εἰλεὸν vocant, urgeri commune eſt, ſed urgeri ſicut vitam tollat, inauditum: Corpulenta quædam mulier, cum modo ſupra modo infra umbilicum intolerabili premeretur dolore, nec ullus hinc inde erumperet ſpiritus, adeo agitata eſt, ut ſciſſo tandem inteſtino vitam finierit, Quod niſi inciſa mortua pluribus innotuiſſet, neſcio an citra mendacii ſuſpicionem à me ſcribi potuiſſet. *Benivenius de abditis cap. 76.*

SCHOLIA.

S*Ic ut vitam tollat*] Etſi Ileus alius alio periculoſior ſit, exitialem tamen ut plurimum eſſe experientia conſtat, præſertim is cui accedit vomitus materiæ fæculentæ, & ex his nullum ſalvari aſſerit *Galenus* 6. de loc. cap. 2. Qui periculum effugiunt, his vel cauſa fuit fœcum retentio, vel enterocele, vel flatus, ſi exitum ſupra vel infra inveniat.

§. 3. Gallus agyrta Leodium venit lithotomum profeſſus herniarumque curam, filo aureo certiſſimam pollicitus: Huic cum plurimi ſe crederent, rogatus à patre adſtarem vincturo epiploon filioli ſui, in ſcrotum delabens, Adſto, filum, non jam aureum, ſed ferreum, mercurio crudo oblitum, in inguen pueruli trimi agenti: Videris, inquam, altius & juſto & ſolito mihi adigere, Quæ tua ſunt, inquit, cura, ego quæ mea ſunt rite exſequar: interim filum, ejulante multum puero, valide torquet: ſed, quod commiſeratione digniſſimum inteſtinum Ileum, in vicinia Cœci, una comprehendit, itaque vincit, ut negato per inferiora fæcibus exitu, per os ejectis ſtercoribus, Ileoſus factus puer, periſtaltico inteſtinorum motu mutato, animulam inter mille tormenta, cum fœtore & cruciatu ejecerit, die à ligatione quinta: Mortui cadaver aperiens, inveni inteſtinum, qua parte ligatum fuerat, unoque ſupra infraque ligaturam digito, omnino gangræna infectum & jam putre:

Hunc poſtea Turnoni ſimilium ſcelerum pretium crucem tuliſſe accepimus. *Henricus ab Heers obſervat med.* 22. *p. m.* 191.

§. 4. Orphanus ex Iliaca paſſione expiravit: Inſpecto corpore nullas vidi plicas nec volvulum, ſed circa cœcum inteſtinum vidimus materiam induratam, lapidoſam, inteſtina extendentem, & ita arcte adhærentem ut Cheirurgo impoſſibile videretur extrahere. *Nic. Fontanus Reſponſ. & curat. pag.* 84.

§. 5. Cancer etiam hoc idem cauſare poteſt, cujuſcemodi vidi in Fabro ferrario, qui cum in colo per plures menſes cancrum paſſus fuiſſet, ex quo in tranſitu fæcum quotidie vehementi cruciabatur dolore, maximas perſentiens punctiones, perinde ac ſi acubus perforaretur, tandem aucto cancro, ab eodemque obſtructis inteſtinis, factus Iliacus, præcedentibus ſtercoris vomitibus, miſere vita functus eſt. *P. Salius Diverſus de aff. partic. cap.* 11.

SCHOLIA.

Signa cancri præceſſere, ſc. punctiones, ad compreſſionem duricies & inæqualitas ad tactum: dolor fere continuus, qui in tranſitu fæcum maxime excerbabatur: diuturna fuit affectio, quæ tandem inteſtinum intercluſit. *Idem.*

§. 6. Matrona ſanguinea 50. annor. 7. integris diebus nihil dejecerat, purgans exhibitum vomitu rejectum, nihil quoq; effecit enema, 7. die, & ſubſequentibus varia aſſumpſit purgantia fortia, ſed triſti eventu: morbi 21. die dicebat inteſtinum aliquod crepaſſe: 22. fatis ceſſit.

Diſſecto cadavere nil quicquam vel circa ventriculum, vel in inteſtinis tenuibus poteram reperire quod morbi cauſam indicaret: Cum obſtricticis præſentis ergo uterum explorarem, vidi inteſtinum Colon, non procul à Recto ſphacelatum, tunicaſque diſruptas. *P. Barbette Praxeos lib.* 4. *cap.* 7.

§. 7. Non multos poſt annos quandam ſecavi mulierem, quæ ſemper ſana fuit tempore ſuæ vitæ: Sexagenaria tandem colico dolore affecta in volvulum incidit, ſive in morbum *miſerere mei* dictum:

Huic colon inteſtinum in ſuis anfractibus erat afflato ſtercore repletum, ita ut lapideſcere videretur: Et ab hoc ſtercore anfractus inteſtini Coli videbantur exulcerati: vixit hoc pacto octo dies, per os ſtercus excernendo. *Hippolitus Boſcus de Facult. Anatomica ſect.* 2. *pag.* 24.

§. 8. Ut quid in inteſtinis obſervavi dicam, anno 1580. in quadam muliere quinquagenaria defuncta, quæ per triginta annos paſſa fuerat dolorem, quaſi diceres matricalem, reperi Tumorem veluti veſicam, non dico magnitudine tantum, ſed tunica, in qua erant pinguedo ſæpoſa, & oſſa veluti diceres mandibulæ, in quibus erant duo alveoli cum dentibus duobus, alter erat caninus, & alter maſſeterum, & videbantur ita lenia, ut diceres per multum temporis ſpatium ex uſu in ore humano fuiſſe: circumquaque hæc oſſa capilli multi oblongi, ad longitudinem magni palmi circumducebantur, involuti omnes ab hoc ſæpoſo humore; & quia tumor iſte annexus erat recto inteſtino, ob id monialis hæc, poſt multos dies quibus paſſa fuit dolorem quo aliquoties vexabatur, per dies novem volvulo fuit correpta, à quo vitam cum morte commutavit. *Hippolitus Boſcus de Facult. Anat. Lect.* 2. *p.* 23.

§. 9. Anno 1672. menſe Septembri, quidam, vocatus *la Grange*, Genevæ obiit, cui alvus totos 15. dies adſtricta fuit, hinc dolores ventris vehementes, ſuccedente ſub finem κοπρεμεσία.

Aperto cadavere inteſtina omnia, tam tenuia quam craſſa, fæcibus turgentia reperta ſunt: Inteſtinum vero Rectum reduplicatum inventum, præterea membraneus annulus arcte id conſtringebat, enatus è proximo peritonæi proceſſu, in ſcrotum abeunte: hinc adſtrictionis alvi cauſa & remeantium ſurſum fæcum.

SCHOLIA.

Mirum cur *Galenus* comm. in aphor. 44. lib. 6. dicat volvulum eſſe affectum tantum tenuium inteſtinorum, cum obſervatum ſit rectum inteſtinum volvuli aliquando cauſam eſſe, aut ſaltem malum in eo eſſe: unde hiſtoria 9. ſect. 2. lib. 3. Epidem. meminit craſſorum inteſtinorum etiam volvulum eſſe affectum. *Jac. Thevart. Annot.* 4. *in conſ.* 31. *lib.* 1. *Conſil. Ballonii.*

§. 10. D. *Maignam* Medicus & Profeſſor Regius in Mathematicis, volvulo Interiit, impetu magno *pituita multa* in inteſtina prolapſa, ibique collecta & putrefacta unde abſceſſus factus, hinc morbus. *Iac. Thevart. Annotat.* 2. *in conſ.* 31. *G. Ballonii lib.* 1.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Pituita multa &c.] Nunquid à craſſis & frigidis humoribus Iliaca paſſio naſci poteſt? Non videtur *Galeno*, ideo non vult admittere illum aphor. *Hippocr.* germanum eſſe, Quibus ex ſtillicidio urinæ Ileos ſupervenerit, ſeptem diebus pereunt, niſi febre ſuperveniente multa urina profluxerit: Nam ſi quæ materia committit Stranguriam, eadem Ileon committit, cogetur fateri Iliacam paſſionem à pituita ſalſa aut cruda naſci poſſe, quæ eadem & ad renes translata committat ſtranguriam, & revocata in inteſtinum, Iliacam paſſionem: &c. Fieri maxime poteſt ut ſtillicidium urinæ contingat à raptu pituitæ ſalſæ acidæve ad Renes; quæ ſi forte, ut fere fit in morborum ſucceſſionibus, in inteſtina regeratur, aut in iiſdem reſtitet, paulo vegetiore calore in flatus converſa, dolores vix tolerabiles excitabit: hinc gyrum inteſtinum convolvitur, diſſolvitur, intumeſcit, & ab acerbitate doloris ileos, rejectio omnium humorum per os, vitiato motu periſtaltico: At quoniam febris, ſi modo ſit analogos, materiam mitificat, paralyſes tetanosque ſolvit, poteſt quoque materiam in inteſtinis contentam eoquere, mitificare, hinc Ilei levatio: Ac ex iis colligere licet in Iliacis paſſionibus aliquando frigida maxime ex uſu eſſe, & balnea, aliquando obeſſe plurimum, prodeſſe vero calida; Nam cùm inflammatio eſt, non eſt dubium quin illa conveniant: Si humores frigidi, lenti, pituitoſi, calida conveniunt, Et ſi febris immineat, non eſt prohibenda. *Ballonius ibidem.*

OBSERVATIO XXV.

Ileus à Colo pituita infarcto.

CAroli V. Imper. Legatus dolore torquebatur, necnon tumore à dextro hypochondrio per ima ventriculi in ſiniſtrum exporrecto: huic cum ſexennio toto remedii genus omne, tanquam emolliendo ſcirrho adhibitum fuiſſet, injecto tandem acriore clyſtere, durum ac firmum quippiam, medio ductu pertuſum, pedis longitudine detractum eſt quod ille inteſtini portionem eſſe metuebatur, ſed quum repente levatus videretur, adhibito conſilio iterum ac tertio clyſtere prolutus eſt, rurſusque ſimili evulſa materia continuo eſt priſtinæ valetudini reſtitutus: Alteri cuidam ſimili, ſed gravior affectus alvum prorſus cohibuit: qui tandem ventre ſupra modum intumeſcente deceſſit è vivis: Inventumque eſt Colon inteſtinum uſque adeo infarctum pituita concreta, ut ſolidum prorſus cenſeret, nihilque omnino fæcis in alvum dilabi ſineret. *Fernelius Pathol. lib. 6. cap. 9*

SCHOLIA.

EX hoc exemplo *P. Salius Diverſus* de affect. partic. cap. 11. deducit Ileon & in tenuibus & in craſſis inteſtinis fieri poſſe. An autem à pituita induci poſſit dubius eſt *Galenus* initio comm. in aph. 44. ſect. 6. quanquam ſub finem eandem cauſam adſtruat: Eam tamen veram eſſe teſtatur experientia: Cujus ſigna ſunt febris abſentia, ſaltem morbi ratione: dolorum vehementia, tum ratione intemperiei, tum ratione materiei genitæ: qui cum admodum urgeant, cito deducunt partes ſuperiores in conſenſum, hincque cito ſuperveniunt vomitus bilioſi & pituitoſi: Quod ſi non cedat morbus, etiam his ſtercoris vomitus ſuccedunt, tentantibus inteſtinis hoc à ſe expellere, nec potentibus hoc ad inferiores partes ob viam occluſam detrudere: unde tandem motu contra naturam concitato, ad ſuperiora ſtercus ipſum violenter tranſmittitur: In his ſemper corpus friget, nec admotis calefacientibus facile incaleſcit, & à dolore vexati Colico ſtare nequeunt: murmurant partes ſuperiores, adſunt rugitus & flatus aſcendentes, qui tamen dolorem leviorem non faciunt: In his præcellere quæ pituitam aggregate & crudos humores cumulare potuerunt, ſed præcipue ab externo frigore paſſi ſunt: hæcque ſolet eſſe potentiſſima occaſio, qua, & pituita in uno & eodem loco aggregatur, & qua inteſtina adſtringuntur & magis connivent, frigidi enim eſt conſtipare.

OBSERVATIO XXVI.

Ileus à prolapſu inteſtinorum in ſcrotum.

JOh. le Charron Volvuloſus factus à prolapſu inteſtinorum in ſcrotum: *Manus adhibita, Repoſita inteſtina*, reſtitutus: Sed poſtea excreta eſt à medicamento innumera *humorum colluvies, prius mota ſed non promota:* Iſte evaſit quidem tunc; exactis aliquot poſt annis alio morbo interiit:

Aperto cadavere, obſervatum eſt mediam quandam partem inteſtinorum & meſenterii, rupto peritonæo, in ſcrotum ampliſſimum, & omni fide majus, prolapſam, ut etiam inde retrahi nequiret; Et iſta prolapſio erat illi naturalis, inteſtinaque tanquam in loco nativo & augebantur in ſcroto, & nutriebantur. *G. Ballonius conſil. medic. lib. 2. conſilio* 24.

SCHOLIA.

Humorum colluvies mota ſed non promota] Id in volvuloſis notandum eſt, licet periculum præſens vitatum ſit, metuendum niſi ſequatur multa excretio, & revocetur omnino motus humorum deorſum, qui ſurſum ferebantur, motu periſtaltico inteſtinorum vitiato aut impedito: maxime vero dandum rhabarbarum, ut os ventriculi prius læſum ac infectum roboretur: *Meſuæus* obſervavit multa ſymptomata comitari ſolita eos qui à volvulo liberati ſunt, qui tamen à futuris malis omnino liberi non

 ſunt:

ſunt: Et quia totus venter inferior commotus eſt, non prius ſecuritas conciliata erit quam ſequatur alvi profluvium, aut ſponte aut arte procuratum: Nec enim in iſto morbo cani debet triumphus ante victoriam, unde mortui ſunt incuria iſta, de quibus medicus ſecurus erat: Ne ſeſe exponat aeri, neve in victu peccet, Et in locum vacuum, poſt vomitiones chyloſas & ſtercoraceas, ſubit ambiens torminum magnorum author: Volvulo defunctos & jam convaleſcentes, tanquam puerperas curabis, poſt vitatum præſens periculum. *Idem ibidim.*

Manus adhibita] Reponendi inteſtinum modum proponit *Samuel Formius* apud *Riverium* obſerv. 15. multos curavi, *ait*, tum viros tum fœminas Enterocele laborantes, quorum nonnullis à 3. aut 4. diebus inteſtinum extra peritonæum exierat, ita ut etiam ad Iliacam paſſionem pervenerint: Menſam vel aſſerem ſatis latum juxta lectum ita diſpono, ut una illius extremitas pavimentum attingat, altera vero lecto innitatur: deinde ægrum ſupra aſſerem, ſubjectis pulvinaribus, tali ſitu colloco, ut caput ad pavimentum, crura vero ad lectum vergant: mox linteis quadruplicatis, in aqua frigida maceratis, diu partem foveo, eam interim digitis leniter contrectando, & fotu per mediam horam continuato, linteum multiplex ad triangularem formam effingo, & aqua frigida imbutum applico, ſuperinducta ligatura contentiva; & ſic intra paucas horas, ut plurimum, inteſtinum ſponte reponitur: Quod ſi poſt primum fotum & ſequentem lintei applicationem, inteſtinum non reponatur, eandem operationem repeto bis in die, & 2. aut 3. applicatione affectus curatur. In quibuſdam autem ſerius vocatus, cum inteſtinum eſſet inflammatum, ut præ tumore anguſtum ruptionis peritonæi foramen denuo ingredi non poſſet, dilatato illo foramine per inciſionem, tres ægros à proxima morte liberavi: 1°. Ægrum colloco, ut dictum ſupra, alligatis probe artubus, ne in operatione ſe commoveat. 2. lineam, tranſverſalem duco cum attramento, ſupra lineam ſtrangulationis inteſtini, ubi eſt ruptura peritonæi: deinde alteram lineam duco perpendiculariter ſupra dictam ſecantem, juxta ipſum locum ſtrangulationis & in medio ipſius: poſtmodum cutem duobus digitis utrinque adduco, ſecundum lineam tranſverſalem, eamque novacula incido ſecundum perpendicularem, ita ut inciſio ſua longitudine duorum tranſverſorum digitorum latitudinem æquet: poſtmodum muſculi, rupturam tegentes, hamulis ſenſim elevantur, & ſcalpello ſeparantur, donec productio peritonæi detegatur: Eaque detecta hamulo elevatur, eodemque ſcalpello inciditur, & hoc modo inteſtinum reponitur: Quod ſi inteſtinum ab inflammatione aut flatibus ita intumuerit ut in abdomen protrudi nequeat, apertio jam facta amplificari poterit, immiſſo in vulnus cathetere cannulato, ſupra quod lithotomia fieri ſolet, & ſupra ipſum, abdomine forcipibus inciſo in parte ſuperiori, aut inferiori, prout à Chirurgo melius viſum fuerit: In hac operatione hoc notatu digniſſimum in muliere quadam obſervavi, quam prædicta operatione curavi, quod nimirum aperto abdomine inteſtinum, quod tredecim annis extra peritonæum exierat, & in inguine perpetuum tumorem efficiebat, carnea veluti faſcia contectum apparuit, quæ dictum inteſtinum ambiebat, & à parte inferiori juxta rupturam continuo accreſcens, tandem inteſtinum in ea parte adeo coarctaverat, ut excrementa præterlabi non poſſent, unde mulier in iliacam paſſionem inciderat, quæ operationi locum dedit.

Repoſita inteſtina] In quo curationis cardo vertitur, irritus alias omnis labor: Sed hic deſideratur ægri confeſſio, qui ſi præ pudore morbum non detexerit, ipſe ſibi propriæ necis author erit: Fidei meæ ſe commiſit Vir Illuſtris Dom. *Boulenger*, Sereniſſimo Duci Longavillæ &c. *Henrico ab Aurelia* à Secretis anno 1663. qui Enterocele completa jampridem laborans, & ex pago, duabus horis Neocomo in Helvetia diſſito; equo ſuccuſſorio vectus rediens; laxato perizomate, hinc via facta inteſtino, id in ſcrotum devolutum eſt; ubi à compreſſione inflammationem concepit, quam ſequuta febricula, temperamento Viri & ætatis analoga; comite nauſea perpetua inanique vomendi deſiderio, ac ventris dolore, cum anxietate, alvo adſtricta, demum paucis poſt diebus totius κατάψυξιν, ut marmoreus videretur: Pulſu ad ſummum exili, tandem morte: Internam phlegmonem, ſphacelum accerſentem, toto morbi decurſu ſuſpicatus, quam provocaſſet hernia latens, clam & cuſtode remoto, à Viro Illuſtri percuntatus ſum, num quid ſimile ſubeſſet, totum curationis cardinem in confeſſione conſiſtere? Sexagenarius ille, nuptias ea ætate meditatus, qui hactenus cælebs vixerat, veritus ne Puellæ annos 16. natæ tercentium milliaribus diſſitæ (cujus per nuntios erat procus,) infirmitas innoteſceret, pertinaciter negavit quopiam vitio partes illas, quibus ſe virum credebat, laborare; At triduo à funere morbus innotuit, dum quidam è domeſticis venale per urbem circumfert perizoma: Recentius proſtat exemplum: Anno 1672. Aprilis calendis ad uxorem Furnarii, dicti à *Furno*, in Suburbio San Gervaſiano, accerſor, puſillæ ſtaturæ ſed vegetam & induſtriam: Alvus illi toto quatriduo adſtricta fuerat, hinc ventris tormina, quæ lecto ſe tradere eam cogunt: multa ad alvum laxandam molior, topicis laxantibus, ſemicupiis, ſuppoſitoriis, clyſteribus, qui præter ſcybala nihil excluſerunt: Urgente crebro vomitu, primo bilioſorum humorum, poſtea fœtidorum, marito præſente ab illa quæſii num in inguinum alterutro tumor aliquis, etiam minimus ſubeſſet? At illa firmiter inficiata eſt, ne forte bubonis venerei ſuſpicio incideret, (ab ejus nota caſtitate aliena) ideoque unicus ſupererat ſcopus, ut libertas alvo reſtitueretur, fæcum induratarum pertinaci emollitione, viarumque relaxatione, quod præſidiis iteratis fruſtra fuit tentatum: Tandem clinica mulier, cujus inter cætera clyſteres ſubdere munus erat, tumorem in inguine deprehendit, ovum columbinum magnitudine æquantem, ſed ſerius, collapſarum enim virium, imo proſtratarum multa erant indicia; quanquam introceſſio & reductio inteſtini paulo ante obitum contigerit, neque diu poſtquam tumor animadverſus: Adeo verum quod ait *Hippocrates*, non ſolum Medicum quod ſuarum eſt partium exequi debere, ſed & Ægrum, parendo & fideliter referendo, quæ duo ejus officia, inquit commentator *Heurnius*.

Observatio XXVI.

Iliaca paſſio à prolapſo inteſtino in inguen, cum imi ventris quaſi ſyderatione.

JAc. Berthier poſt longas corporis agitationes & conatus, & uſum rerum flatulentarum, in colicum dolorem, ut putabant, incidit, ſed Iliaca paſſio erat: aut ſaltem à torminibus crucia-

cruciatibusque conturbata convolutaque ſurſum deoſum inteſtina, tandem id mali intu lerunt: *Circa inguen apparuit tumor*, inteſtini prolapſus erat: ſemel tantùm eum prolapſur fuerat paſſus: tamen principio non putabat inteſtinum eſſe provolutum, ſed tumorem te ſticuli: Quod ne cui mirum videatur, ſciendum in eo conformando naturam ſui obl. tam fuiſſe: nam teſticulus neuter in ſcroto erat, ſed uterque intus concluſus erat: unu quidem apparebat tactui ſoli, & circa pectinem locatus erat, alter deliteſcebat plane: ſi tumorem tantum teſticuli circum pectinem ſuſpicabantur: At aliter res erat, & frequen tes vomitiones, & ſuppreſſa omnino alvus prolapſionem inteſtini indicabant: dolor era magous circum umbilicum, qua ſitum eſt Ileon: Pars fomentis & ſemicupiis non eſt re mollita, ſed eorum uſu an contingerit, neſcio, intra triduum totus pecten inflammatus eſt & aliquid acuminatum apparuit, ex quo pus ſanioſum & fœdiſſimum excretum eſt: du bitabant an id ab inteſtino rupto naſceretur, Et magna rupti inteſtini erat ſuſpicio: quic quid ſit devolutum erat inteſtinum è ſede ſua, quod tumor ad pectinem indicabat: *clyſte ribus tentata alvus* nil reddidit, longioribus balanis ſollicitata, reddidit; Quæ materi: rupto exiguo tumore excreta eſt, ea graveolebat admodum, *hinc fæculenta materia magn fuit ſuſpicio:* tamen ſpeculo1es explorata eſt, nec inciſum inteſtinum compertum eſt, fe bris perſeveravit, dolores frequentes, ſpuitiones, *vomitus*, ſed non ita frequentes ut in aliis obſervavimus, ſudores, *defectiones animi:* 6. die totus pecten inflammatus magis, eryſipelatodes, *mors* denique *nono die:*

Aperto cadavere, imus venter *quaſi ſideratus* apparuit, prolapſum Ileon: *G. Ballonius conſil. 31. lib. 1.*

SCHOLIA.

C*Lyſteribus tentata alvus &c.*] *Meſuæus* cap. de inteſt. morb. vult Colicam ac Iliacam paſſionem ſæpe eodem modo fieri, dum ſcil. materia collecta eſt in monoculo: ac dum agitatur, nec excernitur, augeri dolores, hinc Colicam aut Iliacam paſſionem: imo. *ait*, clyſter quia non pervenit ſecundum ſubſtantiam ad ſuperiora inteſtina, ſed ſecundum vim tantum, agitat tantum materiam in ſuperioribus inteſtinis contentam, ſed non excernit, unde grandi conatu naturæ, quia per inferiora materia recedere non poteſt, & ſtercus & clyſter per os rejicitur: *Idem ibidem.*

Clyſteribus] Lib. de affectionibus *Hippoc.* locus eſt valde notandus de cura Volvuli: nam cum non admittuntur clyſteres, vult fiſtulam ad ventriculi extremitatem applicari, & ita inteſtina inflari, poſt dari clyſteres: Quod forte non negligendum in tam periculoſo morbo. *Jac. Thevart Annot. 5. in id conſ.*

Fæculenta materia &c. Qui fieri poteſt ut in Iliaca paſſione ſtercus meracum excernatur, quod *Galenus* tantùm morituris contingere ait? Nam ſi Volvulus paſſio eſt inteſtinorum ſuperiorum, non ſitu, ſed generatione & ortu, & in illis tantùm chylus ac cremor ſit, ſecretio autem in cœco demum fiat, præpedita via in inteſtinis ſuperioribus, quomodo ab inferioribus craſſioribus inteſtinis ſtercus aſcendit, ac præſertim morituris, cùm jam vires fatiſcunt? Quæſtio hæc ardua eſt: *Ballonius ibidem.* Cauſam refert *Sennertus* in inteſtinorum motum naturalem periſtalticum præpoſterum & inverſum, cùm facultas inteſtinorum a cauſa aliqua præternaturali laceſſita, diu enixa eſt fæces & alias ſuperfluitates per ſolitam viam expellere, ſine fruſtrata, & expulſionis neceſſitati ſatisfacere ſatagens, aliam viam ingreditur, motumque præpoſterum inchoat.

Vomitus] Quidam ſunt in ea opinione ut exiſtiment nullum Volvulum, in quo frequentes ſunt vomitiones, ſanabilem eſſe, ſed errant: nam primo quoque tempore vitiatur motus inteſtinorum periſtalticus, quo vitiato vomitus & ſubverſiones ſtomachi contingunt. *Ballonius ibidem.* Et nos anno 1657. vidimus mulierem Neocomi quinquagenariam nomine Poncier, quæ bis ab Ileo evaſit, quanquam merum ſtercus ore excluderet.

Mors nono die] Imanabilis erat morbus: Iliaca paſſione laborantes alii celerius alii tardius moriuntur; Quibus ab inflammatione malum ortum, intra quatuor dies moriuntur, ut Dominæ de Mandoſſe contigit, quæ intra quatuor dies periit. *Idem.*

Circa inguen apparuit tumor] Cum quis Iliaca paſſione torquetur prolapſi ilei inteſtini ſuſpicio oriri debet, quod in mulieribus & viris æque contingit: At in mulieribus circumſpectione magna opus eſt; id enim quod foras in illis eminet adeo ſæpe eſt exiguum ut aliquando negligatur: hinc in illis quam in viris enterocele periculoſior eſt, & ab ea ſæpe intereunt, quanquam tumor ſæpe avellanæ magnitudinem non ſuperet: at in viris ſæpe capitis magnitudinem refert & non ita periculoſe laborant: An quod in mulieribus vere cœcum inteſtinum deſcendit & obſtruitur, in viris autem alia inteſtina & præſertim Ileos? Vidi Matronam annor. 70. Neocomi Helvetiorum anno 1659. Iliaca paſſione laborantem, à deſcenſu inteſtini in inguen: tumor vix fabæ magnitudinem æquabat, circumſitæ partes inflammatæ erant, nullo molimine tumor intro repelli potuit; ſævis cum torminibus interiit.

Defectiones animi] Cum leipothymiæ frequentes adſunt, arguunt quidam malum ab inflammatione eſſe, quam ſtatim gangræna conſequatur: at non eſt neceſſe inde inferre a gangræna id conſequi, ſi quidem facile communicatur id vitii ventriculo ob viciniam: Et teter vapor eorum quæ excernuntur facile leipothymiam adducere poteſt; *Idem ibidem.* Cum autem prolapſum eſt inteſtinum, tametſi vires admodum debiles videantur ob infectos ſpiritus, oportet blandis medicamentis alvum ſolvere: Nobilis mulier id declaravit, quam repurgavimus poſtquam repoſitum inteſtinum fuit, tametſi omnes infimæ partes frigeſcerent: fruſtra enim ad cardiaca confugitur. *Idem Epidem. lib. 1. p. 25.*

OBSERV.

Observatio XXVII.

Ileus à meſenterii ſcirrho genitus.

OBſervavi Ileum ex ſcirrho meſenterii compreſſis inteſtinis. *Iohan. Riolanus medendi meth. ſect. 3. tract. 1. cap. de Ileo.*

Observatio XXVIII.

Ventris dolor ab apoſtemate in ore ventriculi inferiore & duodeno. 1. A materia putrida in fundo ventriculi dilatati. 2. A phlegmone ejus & corroſione. 3. 4. A ſyderatione fundi. 5. Ab ejus corroſione & materia putrida in peritonæo. 6.

§. 1. VXor N. dolebat circa regionem ventriculi & ventrem: Apoſtema in orificio inferiori ventriculi & duodeno inventum: Partes circumjacentes induratæ erant. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 2. Anno 1626. obiit Domicella quæ toto novennio horrendis abdominis cruciatibus torta, cum ſenſu ardoris acerrimi, & ſub finem vomitibus acidis, nigris, ſummaque inappetentia: Primo morbi ſemeſtri cum tractaretur à ſolo *Nollens*, ab eo ad conſilium vocor, Vocavi te, inquit, cauſam ſciſcitaturus cur hæc matrona æque à calidis, puta vino Hiſpano, atque à frigidis, h. e. ptiſana lædatur? Reſpondi ventriculum pituita turgere, ideoq; calida tenuiorem ejus partem in flatum ſolventia, diaphragmate, cum non exirent (nec enim ructabat) ſurſum elevato, moleſtiam afferre; frigida vero ſtatim in pituitam, cui accedebant, tranſire, ſicque aucto pondere ægtam pejus habere: præparata, vomituque educta pituita.

§. 3. Anno 1622. aperui cadaver Monachi Paravini (qui doloribus colicis obiiſſe ferebatur) Et in cauſam mortis inveſtigans, reperi non modo ventriculi fundum phlegmone correptum, ſed etiam ad mediam uſque tunicam corroſum.

SCHOLIA.

IN tali curanda & eroſione & inflammatione ventriculi, dixit Exc. *Spigelius*, quod nihil præſtantius fuiſſet terra ſigillata ore ſæpius ſumpta, ut pote quæ ob viſciditatem ſuam, eroſis ventriculi tunicis tenaciter (non aliter ac ceratum diachalcitheos, inflammato pedi applicitum) adhæreat, eaſque exſiccet; Hujus effati dignitatem poſtea ſumma cum admiratione bis expertus ſum in enormibus ventriculi ex eroſione doloribus, qui neque aſſumptis neque applicitis ullis remediis ſedati poterunt, niſi terra ſigillata, ſyrupo conſolidæ majoris attemperata. *Scultetus Armam. Chirurgici part. 2. obſ. 59.*

Qui colicis doloribus &c.] Ventriculi dolorem à Colico diſtinguere ſic docent practici: Illius dolor ſupra umbilicum ſemper conſiſtit, & non raro ad ſpinam quoq; inter ſcapulas pertingit, cùm ad nonam vertebram ventriculus ſpinæ alligetur: 2°. per os aſſumptis lenitur facile, quod in colico non accidit: Non tamen hoc in caſu adeo facilis fuit diſtinctio, quia ventriculi fundum afficeretur, quod colo ſuperiacet: Aliis ergo conjecturis ventriculi læſio venanda fuit, nam colicus dolor ut plurimum mobilis eſt, vagus & magis diffuſus, ob amplitudinem inteſtini; Ventriculi anguſtiore ſpatio coercetur, magisque fixus eſt: demum ex duratione affectus, expreſſioribusque affecti ventriculi notis, tam ex appetitu læſo quàm concoctione deſumendis: accedere debuit ſanguinis aliqua exſpuitio & ulceroſi doloris ſenſus.

§. 4. Cuidam febris, vomitio, ventris dolor, dejectiones pici & nigro ſanguini ſimiles, 20. die mors, Inventum eſt ulcus uſtulatum in ambitu, exeſis omnibus tunicis ventriculi, qua parte in pylorum declivis eſt: *Hollerius cap. de Dyſenteria.*

§. 5. Fabro lignario à male curatis hæmorrhoidibus & vi ſedi illata, rectum inteſtinum imbecillum redditur; cuidam rheumaticæ diſpoſitioni obnoxius eſt, i. e. ex quibuſdam intervallis *ſanies olida & putris* illac manabat, Gulæ & abdomini ſerviebat, generoſioris vini amantiſſimus, habitu macer, ſquallidus: cœpit non ita fluere iſta proluvies, hinc dolores ad imum ventrem, jactationes, carentia ſomni, inappetentia, tum faſtidia ciborum & vomitiones perpetuæ, tamen à medicamentis lenius habebat, & natura vim potius ferebat medicamenti quam alimentorum gratiam: cum quid ederat biberatvè, ponderis ſenſionem habebat in ventriculo, & veluti de obice objecto querebatur: Nulla arte vomitiones ceſſarunt, febris lenta: Tandem conſumptio corporis, imo venter collapſus, partium extimarum perfrigeratio, mors:

Aperto cadavere gibbus livebat, fundus ventriculi & pylorus ſyderati: totus ventriculus putris & laceratus eſt, minimo fere digitorum contactu. *Ballonius Parad. 51.*

SCHOLIA.

SAnies olida & putris] Notat *Fernelius* Pathol. l. 6. c. 10. interdum è podice ſine dolore & ſine ſanguine prodire mucoſas quaſdam & ſubalbidas ſordes, quas falſo nonnulli pro pure habent; Ille veluti limum fæcemque ſanguinis melancholici eſſe putat, quam podicis venæ eructent interdum multo tempore, poſt diuturnos fere morbos melancholicos, duramque & laborioſam equitationem: *Platerus* eandem ejuſmodi materiæ generationem aſſignat quam albo fluori uterino, nam ſicut mulieribr

per

per venas menſtruas, ſic per hæmorrhoidales natura ab alba illa materia ſe liberat, quæ pus non eſt, ſed impurus ſanguis, talem iis in locis fomnam inducens, cujus ad ſuperiora recurſus, vel ad originem exitioſus eſſe poteſt, nedum noxius.

§. 6. Quidam doctus Juriſperitus pluribus annis conqueſtus fuit de doloribus circa umbilicum lancinantibus: conſulti tum Medici, in colo vitium putantes ipſi medicinam faciebant: Tandem continuo cardiogmo, vomituque ad novem vel decem dies tortus, naturæ penſum perſolvit.

Cadaver ſecantibus, ſubſtantia ventriculi circa medium exeſa inventa eſt, ad latitudinem majoris lilii, cum ſignis circumcirca labia gangrænæ, nullo tamen tumore conſpicuo præſente: Inteſtinis, jecori, pulmoni, cordi nihil deerat: lien tamen in vitio eſſe videbatur, quia ad Chirurgi tactum ſanioſi quid emittebat: Veriſimile eſt ulceris iniria à multis annis jacta, ſive innatum tuberculum, ſive acrior catarrhus, ſive ſpinæ aut oſſiculi deglutitio occaſionem ei dederint, ſeu, quod magis credo, euphorbium ante multos menſes, ab Empirico *Helmontio* ipſi propinatum, extimam ſtomachi tunicam, & pene ſecundam eroſit, unde ſudatiunculæ, vel alio modo chyli bona pars, & ſi quæ liquidiora ventriculo inerant, in peritonæum devolvebatur: hujus enim putris materiæ pluſquam duodecim libræ inventæ: cæterum nonniſi paucis ante mortem diebus diapeſin illam contigiſſe putandum, cum omentum, quo nihil in corruptionem proclivius, colorem nullomodo mutaverit. *Heer. Spadanarum obſerv. 26.*

Observatio XXVIII.

Colicus dolor ob inteſtina ad latus dextrum detruſa, à tumore vertebris lumborum affixo.

NOb. Vallenger ex lapſu ab equo circa regionem lumborum contuſionem paſſus eſt: Poſt biennium per vices circa locum contuſum multum doluit, variaque ſequuta ſunt ſymptomata, nempe Dolor Colicus ſæpe recurrens &c. Mortui inteſtina ſatis ſana, niſi quod hæc flatibus diſtenta, & in latus dextrum propulſa: Circa meſenterii exortum ingens apparuit tumor, vertebris lumborum fibroſa connexione firmiter adhærebat, qui inteſtina in latus dextrum detruſerat. *Warthon Adenogr. cap. 11.*

Observatio XXIX.

Ventris dolor ab acri ichore per membranas imi ventris ſparſo. 1. A veſiculis inter cutem & peritonæum concluſis. 2. A ſero acri peritonæum circa umbilicum erodente. 3.

§. 1. NObiliſs. & ſtrenuus Eques, Johannes Vitus, Mareſchallus à Pappenheim, &c. ægrotans morbo chronico per aliquot annos, ex ingentibus doloribus in abdomine, maxime in ſiniſtro hypochondrio, morte jugulatur apud nos Auguſtæ, cum biduo antemodo rheda ad nos veniſſet: Cujus morbi initium à vomitu ſanguinis fœculenti, eructati è venis meſaraicis, ut Cneulinus noſter voluit, cum leipothymiis & corporis ſumma debilitate: Recidivam ante octo menſes paſſus eſt vehementem, (crudelior enim ſemper poſterior hoſtis eſt impreſſio) cum virium caſu: ventriculi languor, inappetentia, rugitus, murmura, dolor hypochondriorum, atrophia, diſcoloratio, ac *malus habitus aderant*; quæ mala in conſuetudinem abeuntia, toleranriam malorum cauſarunt, & imminens periculum occultarunt: Tandem poſt aliquot menſes Auguſtam venir, ſibi belle vivere viſus, donarium D. Virginis ex voto dicatum ut ſolveret, in ſacello prati Lyci quo veneratur: At prima nocte qua S. Stephani conventum intravit, dolor ſiniſtrum hypochondrium poſt primum ſomnum, circa regionem lienis, inquietavit vehementior, imo acerbiſſimus, qui mox totum abdomen occupavit, ac ad ſcrotum & jugulum ſiniſtra perepeavit: Erant dolores vagi & diſcurrentes per latera, modo dextrum modo ſiniſtrum affligentes: Nauſea medicamentorum nihil admiſit: Externa anodyna inducias, pacem firmam dabant nullam: Sequenti die ſomnus levis, à prandio doloris acerbitas, veſpera præſcriptus anodynus clyſter, qui altero mane demum duplicatus, circa meridiem deplevit corpus, & materiam craſſam, pituitoſam ac bilioſam egeſſit, Veſperi mitiora videbantur omnia, ſolus pulſus ita debilitate, ſudor frigidus & membra algida hoc negabant: Animus etiam nobilis, conſtans & erectus erat, qui ut conſueta hæc neglexit accidentia: ſermo appoſitus, mens firma, diſcurſus non inutilis adfuit per horam ad ſeptimam uſque veſpertinam, prælibavit vinum, cœnatus eſt & ſomnum exoptavit, quo octava acquiſito, ab ipſo fratri tradirur, & in Domino placide obdormivit, qui excitabat ad vitam æternam; factum hoc 27. Junii anno 1628.

Poſtero cadaver diſſectum, & in cauſas tot malorum inquiſitum: In cavo Thoracis aqua ichoroſa, ſeu ſerum corruptum, bilioſum ac fœridum, non quidem copioſum fluitavit, ad quæ reſpirationem difficilem cauſare poſſet: Pulmonum corpus magnum & flaccidum, conſputcatum hinc inde lituris & maculis nigris ad extra, ſignum certiſſimum gangrænæ; ibi magni ſatis, qui inciſi putredinem ſparſim eructabant, numero quatuor: Ex vaſis effluxit

effluxit ſanguis ater: Cor magnum & integrum, quæ cauſa malorum tolerantiæ tantorum, Hepar magnum, coloris pallidi, cujus extrema mucida: Cyſtis fellis ipſi adnexa, oblonga, referens pyrum illud quod à virgine nomen habet, plena bilis, coloris obſcuri, non crocei, quæ effluens ad nigredinem declinavit, filamentis quaſi continuata: Ventriculus exiguus, inanis, corrugatus: Lien marcidus, ex levi attactu manus ruptus, parvus, rotundus: Renes magni & ſani ſine malo hoſpite: Inteſtina flatibus turgida, Meſenterium in ſiniſtra parte luridis venarum ductibus maculatum, ejus humidum mucoſum, referens pus fœtidum, nec mirum, tota abdominis cavitas ichore purulento, fœtido, ſanioſo ac vere viroſo repleta fuit: Omentum putridum: Sanguis in magnis vaſis pauciſſimus, craſſus, ater: reliquum corporis emaciatum, caro muſculorum & abdominis rabida & flaccida; pinguedo cutis pauca & juſto ſiccior: Quæ in hujus ſtrenui Comitis cadavere obſervavi.

SCHOLIA.

CAchexiam hanc humido radicali obfuiſſe docuit ſectio, atrophia enim omnes partes laborabant: Nulla pars labe aliqua caruit, officialis dicta: Ventriculi exiguitas & contractio initia atrophiæ jecit, quia alimentum parcius aſſumendum fuit ob loci anguſtiam, & liquida facilius quam craſſa digeſta ſunt: Potulentorum ſiquidem citior & facilior quam eſculentorum eſt diſtributio: Hepatis color ater ſignum caloris, à quo ſanguis acrior & bilioſior, quod & copia in cyſti fellis, iracundia & proſtratus appetitus docuere: Cum itaque ob horum vitium nutritio bona non fuerit, diſcoloratio ſequuta eſt: Dolorum ingentium, vehementium, lancinantium & vagantium, cauſa eſt bilioſus ichor in abdomine concluſus, putridus, & fœtidus: In thorace ichor innatans pulmonibus obfuit tum in reſpirando tum in corrumpendo, hinc illa putredo & gangrænoſæ lituræ: Phthiſis & hydrops thoracis non plane aberant, Lienis parvitas auxit mala omnia: Animam in ſuo ergaſtulo calor proſtratus, ſuffocatus ac putredine abſumptus à doloribus acerbiſſimis, à ſanioſorum ac putridorum humorum inquinatione, diſſipante & corrumpente calido, retinere nequivit: Cachexiæ hujus cauſa fuit vita inordinata, ingurgitatio vini fortiſſimi, ut in aula Principum honorantur hoſpites novi: quam potationem ſtatim ſequutus eſt vomitus ſanguinis ac omnis morbus, ut eum gemitu conqueſtus: Tonus itaque omnium viſcerum ſic ſublatus, putredines plurimæ, ac atrophia ſequuta. *Hachſtetterus Decade* 10. *caſu* 8.

Malus habitus aderant, In cavo thoracis aqua ichoroſa] Cachexia originem ducit, partim ab atonia hepatis in coctione deficientis: partim ab aliqua Lymphaticorum obſtructione, qua aqua ad alias partes non ablegatur, ſed ſanguini permiſta, ubi ad partes pervenit vitioſæ nutritionis cauſa eſt. *Frid. Lepnerus Introd. in medic. pag.* 76.

§. 2. Fœminæ venter intumuit, cum doloribus gravativis, tenſivis & lancinativis: Abdomen à cute ad peritonæum, nulla muſculorum carnea ſubſtantia interpoſita, veſiculis crebris aqua refertis ſcatebat. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 3. In conſilium vocatus fui ad puellam quandam ſeptem annorum, quæ & *conſumpta* & dolores patiebatur circa umbilicum: quam mulierculæ à lumbrico cui nomen indigitant, rodi exiſtimabant, eapropter fundulos tribus vicibus applicuerant, quos à lumbrico conſumptos putabant: Cum vero rem penitus conſideraret, putrefactos potius, ob fœtorem ingratum, vidit quam à lumbrico voratos:

Tertio die puellæ defunctæ cadaver fuit apertum: ſecta cute peritonæum eodem in loco, quo dolores patiebatur vivens, à ſero acri & bilioſo eroſum fuit conſpectum, qui à lumbrico excitati putabantur. *Obſervatio Lucæ Byleri, Medici Auguſtani, apud Hæchſtetterum Decade* 6. *caſu* 6.

SCHOLIA.

P*Eritoneum erodente*] Mineram Colicam à peritonæo rejicit *Willis*, hoc fundamento nixus quod membrana hæc tenuis, ac vaſis paucioribus & tantum exilibus donata ſit; nec magnæ ſit humorum affluxionis capax, neque ipſa ut convellatur, viſcera ſubſtrata comprimendo aut contrahendo, in dolores urgere poſſe videtur: Quia tamen denſa, admiſſos humores cohibere poteſt, maxime in ſua duplicitate: Ob nervos, quos accipit ab iis qui abdominis muſculis porriguntur, ſenſu præditum eſt, ac acrimoniam humorum, in illud confluentium à vaſis vicinis diaphragmaticis, mammariis & epigaſtricis, perſentiſcit.

Observatio XXX.

Ventris dolor ab ichore bilioſo peritonæum & meſenterium rodente. 1. *A meſenterio hydatidibus referto* 2. 3. *A meſenterio tumore affecto, inteſtina premente.* 4. *Ab eodem computreſcente.* 5. *Ab eodem ſcirrhoſo, lapideo, cum Ilei ruptura.* 6. *Ab abſceſſu meſenterii.* 7. 8. *Ab ejus glandulis tumidis.* 9. *Ab eo pure ſcatente* 10. 14. 15. *A Glanduloſis tumoribus.* 11. *A Tumoribus tunicatis.* 12. 13. *Poſt diuturnos dolores glandulæ arefactæ* 16. *Ab inſigni meſenterii incremento.* 17.

§. 1. PAupercula triennio multis doloribus in abdomine vexata eſt: Peritoneum repertum lacerum & eroſum ab ichore bilioſo: Duæ moles globoſæ repertæ adhærentes meſenterio, cum puſtuloſis veſicis ſero plenis. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 2. Uxor

§. 2. 3. Vxor N. altero poſt nuptias anno torquetur variis doloribus in imo ventre & hypochondriis: Loco glandularum meſenterii, veſicæ hinc inde illi adnatæ aqua plenæ reperiuntur: *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 4. Beniamin N. ex lapſu ab equo circa regionem lumborum contuſionem paſſus eſt, inde dolor Colicus ſæpe recurrens: In mortuo ventriculus & inteſtina ſatis ſana, niſi quod hæc flatibus diſtenta & in latus dextrum propulſa: circa meſenterii autem exortum ingens apparuit tumor qui inteſtina detruſerat. *Vide lib. 2. Tit. de Phthiſi.*

§. 5. Auguſta Imperatrix doloribus ventris per plures dies torquebatur: Inteſtina naturaliter ſe habebant, ſed meſenterium fere totum computreſcens viſebatur. *Tit. de ventris tumore.*

§. 6. Aperui corpus cujuſdam iuvenis 16. annorum, ubi primum aperto abdomine, in dextro latere, reperta fuit materia quædam, quæ vitella ovorum cocta & indurata aliqua ratione æmulabatur, cui aliquot grana pyrorum mixta erant; quod cum mirarer, & ulterius unde eo deveniſſet indagarem, inveni inteſtinum Ileum eo loci ruptum, ac per hanc rupturam hanc materiam exiviſſe & collectam fuiſſe: Cum autem ulterius indagarem, inveni meſenterium omnino ſcirrhoſum, & lapidis inſtar durum: Fuit autem iuvenis ille diuturno morbo conſumptus, & ſæviſſimis interdum doloribus ventris vexatus: Putabat autem hæc ſibi accidiſſe ob minas à venefica quandam ipſi factas: Ea nocte cum cubitum iret & induſium exueret, ignis proſiliit, idque non ſemel ſed ſæpius, in præſentia ſui heri & aliorum, à quo tempore nunquam recte habuit, ſed ſemper & in menſem uſque quintum ægrotavit. *Saltzmannus Obſ. Anatom. pag. 67.*

§. 7. Iulianus quidam iuvenis, alvi torminibus vexabatur, iuque dies magis magiſque dolor vim capiebat, tantumque aberat ut hujuſcemodi *doloris cauſæ abditæ* comprehendi poſſent; ut nunquam ullis præſidiis tolli aut ſaltem levari hoc malum potuerit: Omnia enim viſcera ſana videbantur, jecur, lien & inteſtina omnia nullam doloris notam oſtendebant, ſed urgente indies dolore tandem è vita diſceſſit.

Mortui corpore inciſo, & ſanis omnibus inventis viſceribus, jubeo inteſtina amoveri, quæ dum gladio diſcindit miniſter, in abſceſſum magnum incurrit: quo præciſo, materia multa nigrior fœtenſque profluxit, encauſto ſutorio ſimilis: ex quo manifeſtam ejus mortis cauſam deprehendimus, atra enim bilis eo confluens hujuſmodi abſceſſum paulatim effecerat. *Benivenius de Abditis cap. xxxiij.*

SCHOLIA.

D*oloris cauſæ abditæ*] Meſenterii abſceſſuum cognitio facilis videtur ſi ejus præceſſit inflammatio, cujus comes febris lenta, diuturnitas autem ſignum eſt abſceſſus ſuccedentis: Difficilis eſt cognitio ſi ii profunde jacent, ut contrectantium manus effugiant: Vt & ſi a pravis humoribus diu in meſenterio latentibus, ibique putredinem concipientibus ortum ducant; Ii autem poſt mortem tantum innoteſcunt: Ejus generis fuit abſceſſus *Iuliani*, qui inteſtinis demum remotis in conſpectum venit; ab atra bile ortus, cujus acrimonia membrancas meſenterii partes & inteſtinorum vellicans, ventris tormina peperit: Adnotandum tamen quoſdam abſceſſus meſenterii indolentes fuiſſe.

§. 8. Puer x. ann. 3. Maij 1672. Atrophia extinctus: à longo tempore ventris laboraverat dolore, miſere educatus: venter totus ſcrophuloſus, adeo ut nec inteſtina, nec renes, imo nullam partem aliam diſcernere liceret, ita glandulæ omnes quotquot in meſenterio, circa inguina, locisque aliis naturaliter obſervantur, & incrementum præternaturale, & indurationem indebitam aſſumpſerunt: Scrophularum harum variæ inſignis admodum magnitudinis, imprimis quæ veſicæ urinariæ vicinæ inteſtinorumque medio interjectæ: Harum opera inteſtina ita coalita, ut nullo artificio ſeparari à ſe invicem, vel etiam à glandulis dictis potuerint: Imo omnes unam quaſi magnam glandulam referebant, quæ ab umbilico verſus ſpinam diſſecta, palmæ tranſverſæ profunditatem habebat: Materiam continebant diſſectæ variam, purulentam, fluxilem, aut pinguem conſiſtentem, albam, cineream nigricantem, imo quædam carnis ſpeciem exhibebant, quædam cartilaginoſæ omnino: Nec tantum glandulæ ventris infimi præternaturalem ejuſmodi conſtitutionem induerant, verum & quotquot in thorace, circa collum, aut alias partes corporis notare licet, quæ nempe Conglobatarum ex numero haberi ſolent. *Gerardus Blaſius Obſervat. med. xij.*

§. 9. Vir quadragenario major jam per x annos conquerebatur de doloribus circa regionem ventris, qui quotidie magis magiſque ingraveſcentes, tandem hominem emaciatum, & quaſi tabe confectum una cum vita deſeruerunt.

Ego ad inquirendum incogniti morbi originem admiſſus, inveni binas meſenterii glandulas

landulas (jam glandes dici poterant, in tantam enim inereverant magnitudinem ut xv. enderent uncias) decuſſatim ſibi mutuo incumbentes, quæ renem ſiniſtrum ita comreſſerant, vt pene totus in pus eſſet converſus, Glandulæ autem in ſubſtantia nullum ontraxerant vitium, ſola magnitudine peccantes: aſſervantur illæ cutioſis oculis ſpectanlæ inter Anatomiæ noſtræ raritates. *Th. Kerckringius Obſervat. Anatom. xviij.*

§. 10. Honeſta virgo peregre profecta, in dolores Colicis ſimiles ac pro talibus habitos incidit, contra quos, cum nullũ remedii genus valeret, miſella febre quotidie eum rigore inſigni repetente, doloribus jam dictis aſſociata, poſt paucos menſes maraſmo conſumpta eſt.

Diſſecto ventre, ingens copia *puris, quo* tum *meſenterium refertum* ac quaſi turgidum erat, rupit, Hoc natura per renes vacuare fruſtra tentaverat, urinis valde purulentis profluentibus; cum renes interim integri, omnique labe carentes conſpicerentur, quos nonnulli ulceratos ſuſpicabantur, idque non immerito, cum puris mictus diuturnus, teſte Galeno aph. 4. 75. renum aut veſicæ exulcerationem ſignificet: verum doloris circa regionem renum abſentia ſuſpicioni huic non atteſtabatur. *Ex Obſervat. Thomæ Mermanni Archiatri Bavarici.*

§. 11. In Anatome meſenterium propius intuenti, deprehendimus in eo tumores glandulosos, albos, duros, nucis magnitudine, hinc inde in diverſis locis inteſtinorum, mediæ edi adeo connatos, ut inteſtina eo in loco ſic intumuiſſe viderentur, atque indurata, quam duritiem in ventre, dum vivebat adhuc æger, prominentem tactui deprehendere potuit, præſertim quando excrementa dura & ſcybala in ea ſede, ubi tumores hi anguſtiam in inteſtinis pariebant, diurius ſubſiſtebant, atque inteſtina amplius in tumorem elevabant, unde alvus illi conſtipabatur, Colicique dolores illum excruciabant, quibus tandem evictus occubuit. *Felix Platerus Obſervat. lib. 3. p: 697.*

§. 12. Nicolaus Dolmetſch Chirurgus, tempore hyberno iter faciens, & domum feſtinans, tranſit flumen gelidiſſimum, & abhinc conqueri cœpit primo de debilitate & tremore pedum, poſt de totius corporis conſumptione, vehementiſſimis iſchii & abdominis doloribus correpto, ad mitigandos infimi ventris cruciatus, præſcripſi enemata lenientia & anodyna, quorum uſu dolores abdominis aliquantulum remiſerunt, Sed poſt his quotidie increſcentibus, patiens cum lumbricum longum & teretem excreviſſet, variosque tumores circa umbilicum compreſſa manu percepiſſet, de vermibus ſuſpicatus varia ſumpſit remedia, ſine ſucceſſu: In conſilium igitur vocavit repetitis vicibus Medicum Sturgardiæ, qui tamen præſtantiſſimis remediis ægro nullam tulit opem. Re ita habente miſerimus homo, (quia ſibi propoſuit nulla uti Medicina) quotidie quaterve duas lactis bubuli calidè hauſit, eoque ſolo dolores uſque ad mortem pauliſper mitigare viſus eſt Inteſtina lacte turgida tumores in regione umbilicali tactu perceptibiles occultabant, Ante obitum macilentiſſimus inſtanter petit ut ſe defuncto in cauſam atrociſſimi doloris, quatuor jam menſes infeſtanti, inquireretur.

Aperto cruciatim mortui abdomine, nil niſi meſenterium ſex tumoribus tunicatis, & pugnum adæquantibus valde conſpicuum vidi: inteſtina enim fere omnia ſubſidentia in lateribus latitarunt: Separatis à meſenterio inteſtinis, & tumoribus ſigillatim ſcalpello inciſis, profluxit ex omnibus materia cineritii coloris, fœtida & adeo acris, ut omnes lumborum vertebras multum corroderet, integro exiſtente meſenterio.

S C H O L I A.

Lumborum vertebris] Quæritur quæ ſit ratio quod pus duras potius quam molles partes exederarit? materia tumorum acris (qui lactis quoque hauſti beneficio ad ſuppurationem feſtinarunt) concluſa, ob ſupinum ægri decubitum, partem tunicæ lumborum vertebris proximam, & vertebras ipſas multo facilius quam partem folliculi, meſenterio, multis glandulis & meatibus referto, ſubſtratam & arctè connexam corrodere potuit. *Scultetus Armam. Chirurg. Obſerv. 62.*

§. 13. Tormina abdominis non à flatu tantum, calculis, humoribuſque inibi contentis oriri eſt dicendum, ſed ſæpe ac ſæpius à glandularum meſenterii, pancreatiſque abſceſſus & apoſtematibus, quarum ſævitie, poſt vehementiſſimos cruciatus infeliſſimi patientes commiſerandum mortem vehuntur *Cæcilius Folius ad Th. Bartholinum in hujus Epiſt. cent. I. ep. 62.*

S C H O L I A.

E hujuſmodi Glandularum meſenterii tumoribus & affectibus lege *Warthoni* Adenographiam c. XI.

§. 14 Cadaver cujuſdam Colica enecti ante 20. annos ſecui : totum abdomen put impletum erat,toto Meſentetio abſceſſu quaſi exiſtente : Culpam mali adſcripſi fomentis emollientibus & calefacientibus , purgantibuſque fortioribus. *I. Iac.Wepferus Miſcel. cur. anni 1671. Obſerv. 39. in fine.*

S C H O L I A.

SPigelius de Hemitritæo, Meſenterii inflammationem in cadaveribus reperit , quam à præpoſtera ſæpe curandi methodo excitari nullus dubito: Clariora omnia evaderent ſi per ſuperſtitioner cadavera ſecare crebrius liceret.

Idem ibid.

§. 15. In demortuis ſæpe in meſenterio vlcera ſordida & abſceſſus deprehenſi ſunt, quibus inteſtinis ſalvis, ventris tormina intolerabilia, & tandem mors ; nunc dolores Colicis ſimiles originem habuerunt. *Sennertus.Pract.lib.3.p.v.Sect.ij. cap. ij.*

§. 16. Dominus Mareſcotius hiſtoriam commemoravit cujuſdam, qui poſt multos & longos dolores tandem in hydropem ſiccum lapſus eſt.

Illius aperto cadavere, *glandulæ* illæ multæ ſunt quæ in meſenterio plane *aruerant* & tabuerant, unde nullum plane ex fructum alimento capere poterat. *Ballonius Epid.& Ephem lib.2. p.216.*

S C H O L I A.

T*Andem in hydropem ſiccum*] Iuxta aphoriſmum XI. IV. *Quibuſcunque tormina,& circum umbilicum cruciatus,lumborumque dolor adeſt, qui non diſcutitur nec purgatione nec aliter , in hydropem ſiccum firmatur.*

Glandulæ in meſenterio aruerant] Clar. *Warthon* Adenographiæ, cap. 11. inter varia meſenterii pathemata recenſet infirmam illius *Tenacitatem* vel *Mollitiem* & *Laxitatem* vitioſas , Vel in interiori vaſorum ejus ſuperficie nimiam *Aſperitatem* aut *Lævitatem* , *Tenacitatem* in chronicis præſertim morbis contingere ait , Cachexia, Hydrope, ſcorbuto, morbo Venereo : *Mollitiem* ac *Laxitatem* in hernia inteſtinali : Nimiam autem *Aſperitatem* atque *Lævitatem* frequenter contingere cenſet, quanquam non facile cognoſcuntur : Credibile eſt , *inquit* , ubi aſperitas ac ſqualor aliis partibus evenit , conſimilem aſperitatem atque ſqualorem vaſis quoque meſenterii (adde & glandulis) evenire : Porro conjectat de aſperitate vel lævitate horum vaſorum ex aſſumptis excretis , Si enim alimenta in dies aſſumpta lubrica atque lævia fuerint, quoniam meſentium pertranſeunt, veriſimile ſit ea conſimilem quoque lenitatem ejus vaſis imprimere : Similiter ſi diæta maximam partem ex cibis aſperis , amaris , actibus, ſuccíque agreſtis conſtiterit , fieri vix poteſt quin dictis vaſis conſimilem qualitatem impertiat : Ad eundem modum ſi excrementa alvi diutius retineantur, & tamen liquida excernantur, magnum judicium nimiæ aſperitatis præbent : Etenim facultatem retentricem potenter roborat aſperitas : Contra ubi ſolida excrementa facile lubricéque excernuntur , argumentum eſt conſimili lubricitate ac lævitate inteſtina ac meſenterium affici. Signa quoque ex vrina de his affectibus petit, quæ ſi ęqualis ſubſtantiæ appareat , ſine atomis fluitantibus , cum hypoſtaſi æquali, levitatem vaſorum inde arguit , Contra ſi ſubſtantiæ inæqualis ſit , cum bullis magnis & permanentibus, ac hypoſtaſi divulſa, nimiam iis in locis aſperitatem deſignari vult.

§. 17. Sabellæ Roland venter iniumuerat cum dolore , Meſenterium totum, atque in eo Pancreas, tumore miro turgebat, cum infinitis tumoribus. *Vide tit. de ventris tumore.*

Observatio XXXI.

Colici dolores habituales ſedem habent in meſenterii plexibus nerveis: & ſpaſmodici ſu ob materiem morbificam à cerebro in illos plexus tranſmiſſam.

DOmina Ill. per multos annos *affectibus ſpaſmodicis obnoxia* , circa nonam gravidationis hebdomadam dolores acutos per plures dies *in lumbis & juxta hypogaſtrium* perſenſit, *qui mihi Colici viſi, &c.* Abdomine aperto inteſtina & ventriculus integra apparebant, uterus inſons, *In meſenterio* circa medium ejus, *ubi dorſo affigitur, atque majores nervorum plexus continet*, ſubſtantia laxior, & quaſi pluribus veſiculis inflata videbatur : hoc meſenterii loco, quia tumidior fuit , humorem aliquem doloris cauſam hoſpitari putaveram, aperiens vero deprehendi tantum membranas fuiſſe ab invicem ſolutas, nihil præter flatum continentes , qualis membranarum divulſio proculdubio inducta fuerat à crebris ſpaſmis , &c. *Vide l.1. Titulo de convulſionibus.*

S C H O L I A.

D*Olores qui mihi viſi*] Licet morbo vigente tota ventris regio perturbari ſoler , attamen ejus ſedes primaria collocari debet ubi dolor potiſſimum infeſtat & pertinacius hæret. Hoc autem ex Medicorum plurimorum conſenſu alicubi in Colo inteſtino eſſe perhibetur : Quare *Celſus* dicit Colicam inteſtini majoris affectum , quod etiam ratio nonnihil ſuadere videtur ; nam ſive materies morbifica in cavitatibus inteſtinorum congeri , ſive in membranis illorum penitus defigi ſupponitur , certe in Colis plicis, pro receptaculis ejus extant cellulæ, atque inteſtini hujus tunicæ craſſiores exiſtunt , in quibus humor peccans altius impingi queat: Veruntamen hæc opinio (cui non facile aſſentimur) ex eo tantum in Medicorum ſcholis increbuiſſe videtur , quia paſſim obſervamus inteſtina à flatibus , à pharmaco , bile, aliiſque forſan humoribus intra cavitates eorum contentis, irritata, dolores ac tormina inire, hinc ut ob-

obvium ſit inferre dolores Colicos tantummodo ab Inteſtinorum, ac imprimis Coli, contentis acrioribus & irritativis exoriri: quod tamen ita ſi haberet, proculdubio quæ ventrem ſolvunt, atque flatus & fæces cupioſe educunt, certiſſimum levamen afferrent, cujus contrarium ſæpiſſime evenit, nempe à catharſi crebriori, aut violenta, morbum iſtum intendi. Hic tamen diſtinguere oportet de ventris torminibus, deve doloribus pro colicis vulgo habitis, Iſti nimirum aut mere occaſionales à cauſa evidenti ſolitaria oriuntur, & ſineprævia diatheſi hominibus quibuſvis paſſim contingunt, Ad hunc modum incongrua vel inaſſueta epota vel comeſta pharmaca, frigoris contractio, &c. præſertim in iis qui teneræ ſunt conſtitutionis, fibráſque valde ſenſiles habent, dolores non raro excitant, At ejuſmodi affectio non morbus, ſed tantum ſymptoma, à cauſa manifeſta excitatum cenſeri debet: Attamen prætetea Colica ita proprie dicta non tantum à cauſa accidentali producta quibuſvis contingit, ſed homines nonnullos peculiari ritu prædiſpoſitos inceſſens, omnino à cauſa procatarctica ſenſim maturata dependet: morbi inſultus graviores plerumque periodos ſuas habent, atque aëris atque anni alterationes obſervant, Porro excitati remediis non facile cedunt, neque cito pertranſeunt: dolores in quolibet paroxyſmo eandem uſque partem repetunt, & aliorum ſymptomatum pari ut plurimum ſyndrome ſtipantur.

In Lumbis & circa hypogaſtrium] Dolores Colici licet noo eandem in omnibus ſedem habeant, ſed modo ſub ventriculo, modo circa umbilicum, aut hypochondria, quandoque in hypogaſtrio, aut verſus lumbos maxime deſæviant, attamen quoties in eodem ægro repetunt, eundem ſæpiſſime focum obſervant.

Inteſtina integra apparebant] Pro explicanda hujuſmorbi ætiologia, non ſatis erit ſtatuere Inteſtina, vel ab acrioribus ſuis contentis vellicari, vel à ſanguine aliiſve humoribus iiſdem ſuffuſis, ac continuitatem ſolventibus irritari: Nam quoad prius, Summe improbabile eſt Bilem vel Pituitam, vel ſuccum Pancreaticum aliúmve quemcumque humorem, aut ſimplicem; aut cum aliis efferveſcentem, dolores adeo atroces, fixos & diu perſeverantes excitare poſſe: Præterquam enim quod inteſtina, propria mucagine oblinita, à contentis, licet acrioribus, non pungi aut exaſperari ſolent; in tantum ut ſedes acriores, quæ anum ſæpe excoriant, inteſtinorum ductus parum aut minime divexent, Inſuper hæc gravius irritata, quicquid moleſti in ipſorum cavitate continetur, facile excutiunt, atque ſurſum vel deorſum propellendo, cito eliminant, prout in Cholera morbo, aliiſque affectibus dyſentericis plane cernitur: neque ulla fere eſt ſaburra horum membranas ſtimulans, inque dolores ciens, quæ una aut altera purgatione foras exterminari non poteſt. Dein 2°. quod ſpectat ad Sanguinis aut Seri intra inteſtinorum tunicas ſuffuſiones, à quibus phlogoſis aut tumores dolorifici excitantur, revera ita fieri interdum concedimus, exinde vero paſſionem non Colicam, ſed Iliacam excitatam fuiſſe obſervavimus. Quod autem nonnulli ejuſmodi Bilem (quæ nonnunquam inſtar viridelli intenſe praſina reiicitur). morbi cauſam materialem eſſe contendunt, ejúſque copiam & in viſcera exudationem dolores Colicus in inteſtinis excitare, Dico humorem iſtum circa paroxyſmi initia in cyſti fellea ſine offenſa quavis contineri, poſtea tamen, propter viſcerum ſpaſmos, exinde expreſſum, & quaſi emulctum, in ventriculum vomitu affectum exantlari; ibidem vero humori alteri, forſan acido, occurrens, colorem viridem, imo quandoque atrum (*prout olim obſervatione anatomica compertum habui*) acquirit: Atque hoc quidem ex eo patet, quod qui temperamenti frigidioris bilem minus progignunt, dum Colica laborant, flavi, aut viridis, parum aut nihil, vomitu reiiciunt, attamen doloribus haut minus acerbis divexari ſolent.

Affectibus ſpaſmodicis obnoxia] Cum itaque morbi Colici ſit aliuſmodi tum materies ſive minera, tum ſedes & affluxionis viæ perquirendæ ſunt: jure merito *Liquor nerveus* ejuſque recrementa in ſuſpicionem veniunt: Eo magis quod paſſio iſthæc cum aliis cerebri & Nervoſi generis affectibus Intimum adeo conſenſum habet: Cujus procatarxin quod ſpectat, in his duobus ea potiſſimum conſiſtit, ſcil. 1°. quatenus in Liquore nerveo recrementa plura congeruntur, Et 2°. quod ea potiſſimum à Nervis ad viſcera imi ventris deſtinatis excepta, & ad meſenterium delata, mineras ibi morbidas conſtituunt. 1. Prius horum cerebri culpa ac vitio contingit, nempe quatenus hoc, una cum Liquore nerveo, particulas heterogeneas, & regimini animali infeſtas intra fines ſuos admittit: præterea item quod hæc, aliáque recrementa ordinaria per ordinarias cloacas haud ſtatim amandat: Qua propter materies incongrua, cum alias à cerebro ablegari nequit, in nervos paris vagi maxime patentes faciliime irruit; Atque ob hanc rationem eſt quod fœminæ, à quavis cerebri inordinatione diatheſin hyſtericam dictam frequenter contrahunt, nempe quatenus recrementa liquoris nervei, ſive ea ſpaſmodica & elaſtica, ſive dolorifica & irritativa tantum fuerint, in par vagum deponi aptiora, ſymptomata convulſiva æque ac colica ita paſſim excitant. 2. Quod materies hæc, nervorum par vagum incurrens, in Meſenterio, aut aliis intra abdomen plexibus deponitur, ratio eſt quos in hos plexus nerveos conjugationis iſtius nervi plures & majores fere ultimo terminantur; Quamobrem ſi humoris nervei recrementa, hic quaſi in imum ſubſidentia, nec per vaſa quæpiam regeri, nec in cavitates inteſtinorum tranſire poſſunt, neceſſe erit eadem focos morbidos in hac parte ſtruere.

In meſenterio, &c. Itaque pro affectus Colici ſeminio ſive minera, humoris nervei recrementa quædam à cerebro per nervos decidua, inque Meſenterium alioſque abdominis plexus delapſa, ibidem congeri ſupponimus, quæ ſi craſſiora, & magis viſcoſa fuerint quam ut per lymphæductus excipi & amandari, aut per vaſorum propagines exiles in cavitates inſteſtinorum exudare poſſint, in partibus illis ſtagnantia & ſenſim coacervata, tandem in plenitudinem irritativam aſſurgunt: Dein materies iſta ſtagnatione plus degener & magis infeſta evadens, occaſionaliter, aut ſponte turgeſcens, vel forſan dum humore ſalino fixo è ſanguine illuc ſuffuſo efferveſcens, nervorum propagines fibraſque nerveas, quibus meſenterium innumeris ſcatet, corrugationibus valde moleſtis & dolorificis torquebit, cujuſmodi illorum affectio haud plane ceſſat, donec materies efferverſcens aut diſcuſſa, aut in cavitates inteſtinorum expreſſa, aut demum ſubacta fuerit.

Atque majores nervorum plexus continet] Porro, in quantum è meſenterio, eiuſque *Plexibus*, propagines fibræque nerveæ in ventriculi fundum, veſicam felleam, ductus choledochos, inteſtina omnia, & quaquaverſus in cuncta fere totius abdominis viſcera

denſiſſime

denſiſſime protenduntur, idcirco dum materies colica in mineris ſuis effervescens, tormina & cruciatus ſæpe acerrimos ibidem ciet, una in partibus aliis pleriſque aliis membranoſis ſpaſmi & contractiones convulſivæ aut dolorificæ ubique excitantur. Hic ob meſenterium primario affectum ſub umbilico dolor acerbus, quaſi pali affixi, aut terebræ perforantis ſpeciem præſe ferens, dein circumcirca in toto fere abdomine, propter inteſtina ſimul in diverſis locis varie diducta aut retracta, dolores vagi huc illuc excurrunt, atque ob fibrarum motus, tum in his tum in vaſis urinariis perturbatos, aut inverſos, alvus fere ſemper adſtricta eſt, & urinæ interdum ſuppreſſio aut paucitas ſuccedit, Quinetiam, duodeno, veſica fellea, cum ductibus ejus atque ventriculi fundo, ſpaſmo affectis, eorumque fibris ſurſum tractis, vomitio crebra, cum bilis flavæ aut praſinæ rejectione copioſa, durante paroxyſmo ſubinde infeſtat.

In meſenterio, ubi dolor affigitur] In paroxyſmo Colico, doloribus ventris *Lumbares* atrociſſimi, in imo dorſo ſævientes ſæpenumero adjunguntur, qui certe à nullius inteſtini irritatione oriri poſſunt; Attamen facile erit concipere eos à cauſa morbifica in meſenterio conſita excitari, in quantum ſcil. nervi quidam inſignes lumbares meſenterii plexum nerveum maximum ingrediuntur; hinc ut non tantum ſpaſmi dolorifici per conſenſum ab una parte in alteram trahantur, ſed probabile inſuper ſit etiam Dorſi & Lumborum recrementa quædam hoc tranſitu in meſenterium derivari, atque aliquatenus ob hanc rationem Scorbuticos ventris torminibus & fluori ita plurimum obnoxios fieri: materies ergo morbifica, à capite per nervos in ventrem lapſa, nidos maxime idoneos in meſenterio reperiet; In quo ſcil. nervi plurimi & magni, eorumque plexus & diſtributiones valde inſignes habentur: Quare cum hæc pars valde ſenſilis, & humorum nervoſi generis affluxionibus plurimum obnoxia fuerit, Morbi colici ſedes merito ſtatuitur.

Affectibus ſpaſmodicis qui mihi Colici vi[ſ] Motuum quorundam in abdomine convulſivoru[m] qui vulgo Hyſterici dicuntur, cauſas ſæpenume[ro] in plexibus meſentericis latere olim oſtendimu[s] Porro, in iiſdem locis dolores Colicos interdu[m] nidos ſuos habere tunc aſſeruimus, & ex obſervatio[ne] Anatomica ſatis ratum fecimus: Attamen n[on] eadem, ſed nonnihil diverſa materies eſt quæ utro[ſque] ita diſpares affectus ſub eodem lare excitare ſolet, I[n] paſſionibus dictis Hyſtericis, ſpiritus animales co[]pula elaſtica onuſtos, ab invicem elidi, ſeu velut ex[]plodi, proindéque corpora continentia in motu[s] irregulares ſeu præternaturales invite rapere ali[] declaravimus: In doloribus autem Colicis, iide[m] ſpiritus propter materiem iis infeſtam & impropor[]tionatam irritati, proindeque ab invicem divulſi & diſtracti, fibras ſenſiles in corrugationes valde mo[]leſtas agunt: quo ritu in doloribus Colicis hoc fia[t] paulo ſupra oſtenſum. *Willis Tractatu de Anim[a] Brutor. parte 2. cap. 15.*

Membranas ab invicem ſolutas] Nam intra hoſc[e] plexus nerveos pro mineris morbificis ſpatia ſati[s] idonea conceduntur, ut materies illic ſenſim depon[i] poſſit & manere, donec ad plenitudinem congeratur deinde vero quia ſpirituum copias ingentes, ſupr[a] quam in aliis quibuſcumque cellulis illic hoſpitar[i] credimus, copula heterogenea iis accreſcens, in exploſiones graviores quaſi fomitem ſtruit, adeo u[t] ſpiritus intra hæc corpora exploſi, ea nonmodo inflent & dilatent, verum de ſitu elevent & attollant (velut cum ædificium à pulvere pyrio ſubvertitur) quare partes ſuptajacentes ſubito in tumorem efferuntur, atque appenſæ violenter huc illuc attolluntur: Ad hunc modum atrociores circa præcordia & viſcera convulſionum paroxyſmos ſæpenumero excitari, præter argumenta ex ratione petita, αὐτοψία præterea comprobat. *Idem Pathol. cerebr[i] cap. x.*

Observatio XXXII.

Ventris dolor in pareſin deſinens, ſalvis inteſtinis, ab acri ſero è cerebro manante, ea in ſpaſmos ciente.

§. 1. JAcobus Spoerlin, (cujus hiſtoria extat lib. 2. tit. de Paralyſi) ſeptuagenarius, alvo ſuppreſſa protinus colica torquebatur, quam bis intra novem circiter annos Pareſis brachiorum ſequuta eſt, ob quam minimi & auriculares in manibus digiti incurvi permanſerunt, &c.

Remota cranii olla, ac diſciſſa dura meninge plurimum ſeri ſubpallidi effluxit, quod in ſpatio inter utramque meningem continebatur: Hujus quoque plurimum in omnibus ventriculis repertum fuit: multum quoque reclinato pectore ex oſtio magno occipitis promanavit.

SCHOLIA.

BIle dum vivebat ſenex iſte quoque abundabat, nam frequenter os ipſi amaricabat, atque aliquoties diarrhœa bilioſa magnam ejus copiam egeſſerat: quam primum alvus ſupprimebatur Colica affligebatur, quod quoque bili tribuebat; An ante bilis in cavum inteſtinorum effuſa tormentorum colicorum cauſa ſit præcipua, jam multis annis dubitavi, an bilis acrimonia ſua villos inteſtinorum inſtar medicamenti purgantis vellicans potius ad dejectionem irritet; Novi plures quibus eſt difficilior, qui quam primum bilis effluvium conſtipationi accedit, quod nonnullis 5°. aliis 7° die evenit, protinus, ſcybala copiuſa, mox liquida, bilioſa, ſpumea, tandem mucoſa largiſſime egerunt, citra tormina moleſtiora: Colica verò hæc a purgantibus etiam mitioribus exaſperatur, curatu difficilior redditur, pareſis, convulſiones & appoplexia accelerantur, & non raro ægri præpropere enecantur: Quidam non infimi nominis Practicus, croci metallorum aliquot grana in petia ligata, decocto pro clyſtere infudit, quo injecto colicus terribili epilepſia correptus ſibi fruſtulum linguæ morſu præcidit, diuque rigidus omni ſenſu & reſpiratione privatus jacuit: ab alio autem clyſtere, ex mero lacte cum pauxillo butyri, ad mentem rediit ac ſenſim convaluit. Soluta pertinaciſſima, huic morbo nimium

familiari alvi ſuppreſſione, fæces excernuntur ſæpiſſime lutoſæ, cineritiæ, & quæ bilioſæ ſint, nullo tamẽ cruore aut ramentis mucoſis inquinatæ, quod neceſſario fieret ſi ab humore acri, diu intra cavitatem inteſtinorum contento originem traheret, prout quotidie in dyſenteria evenire obſervamus, quamvis plerunque humoribus non tanta mora concedatur, quin potius crebris dejectionibus magno niſu continuo propellantur. Animadverti in aliquot monaſteriis plures, temperamentis prorſus diverſos, & quoſdam minime bilioſos, à colica iſta crudeliter affectos fuiſſe, quæ merito adſcribebatur vino, vel nimis auſtero, vel fumo ex tæniis ſulphure, biſmutho aliiſque concinnatis & accenſis imbuto: nam propinato vino ſalubriore, nulliſque inquinamentis propemodum venenatis adulterato, ſaniores vivebant, rariuſque cruciatus iſtos poſtea perpetiebantur: Quoſdam Colica bilioſa dicta affectos, nunc in dextro, nunc in ſiniſtro epigaſtrio, nunc in hypogaſtrio pluries tetigi tumores rotundos & obliquos inſtar farciminum, nullam certam & fixam ſedem obtinentes, quos iridem à flatibus intra portionem inteſtini coercitis ortum ducere merito credidi: In pluribus umbilicus, dorſum verſus retrahebatur. Iam tunc convulſivi quippiam inteſtina in hoc affectu pati, ac cauſam doloris extra inteſtina quærendam exiſtimavi: qua in re me poſtea amplius confirmavit. Exc. D. Willis in Pathol. nova cerebri: Ipſa Pareſis colicæ ſuperveniens genus nervoſum valde affligi indigitat: Præ cæteris colicos iſtos juvant quæ convulſa laxant & ſpaſmi cauſam diſſipant: Novi quendam aliquot annos ſæviſſima tormina cum pareſi ſuſtinentẽ, ſolo decocti ſaſſafras potu per tres menſes continuato, abſtinendo a vino, & ejurando omnia medicamenta, imprimis purgantia, à quibus ſemper pejus habuit, integram valetudinem recuperaſſe, qua adhuc fruitur. Vietor equidem bile abundabat, verum quoque humoribus ſeroſis acribus ſcatebat, qui plexus nervoſos meſenterii alluentes, profundiuſque ſe inſinuantes, vellicando ſpaſmo inteſtina affecerunt, & alvo pertinaciter occluſa, retentis flatibus & bile, atrociſſima tormina excitarunt, quoniam quoque ob dolores die noctuque excruciantes, vigiliaſque continuas ſimul aditus aquoſo latici ad medulloſam ſubſtantiam, in cervice inprimis, paratus fuit, Pareſis brachiorum poſt aliquandiu exantlata ſymptomata ſequuta fuit: In ultima ſenecta rarius Colicam experiebatur, quamvis colluvies ſeroſa non exhauſta eſſet, nam occipienti conſtipationi mature medebatur oleo amygdal dulcium, aut butyro aſſumpto, & clyſtere anodyno infuſo. *Ioann. Iacob. Wepferus diſſertat. de Apopl. p. 386.*

§. 2. Puellus Illuſtri familia natus Pleuriticus, ultimis vitæ diebus ſæviſſima tormina patiebatur, quæ ſupervenientibus convulſionibus lethifera erant.

In cadavere vidi aliquot portiones inteſtini. Ilei præcipue, ſuperne & inferne rectiſſime conſtrictas parteſq; intermedias flatibus diſtentas, quas vix ulla vi vel ſurſum vel deorſum pellere valui. *I. Iacobus Wepferus Diſſert. de Apopl. p. 386.*

§. 3. Claudius Iuvenis fractus tandem partim acerbitate dolorum abdominis, xl. dies totos urgentium, nec ullam quietem concedentium: partim vehementia motuum convulſivorum, qui iis langueſcentibus ſucceſſere, animam cum reddidiſſet cœlo, Cadaver ejus apertum, deprehendimuſque inteſtina, quanquam cruciatu per tot dies acerbiſſimo fuiſſent afflicta, tamen integra & inculpata fuiſſe, nullamque cauſam tot dolorum fomitem in iis repertam, ſed *ubi ad caput ventum*, &c. *Vide hiſtoriam integrum lib.* 1. *ſection.* 8. *obſervat.* 13. *ex C. Piſone.*

SCHOLIA.

NOſtra ſententia eſt dolores pro colicis aut nephriticis habitos, convulſionem veluti quandam æqui inteſtinorum, partiumque omnium quas inferior venter ambitu ſuo complectitur, inæqualiter factã & confertim, ſed quæ ſequatur divulſionem ſeu contractionem peritonæi, ſive nervorum ſexti paris, vel in exortu proximo contermino que iis partibus, vel in mediato & remoto, in principio ſcilicet, ſive capite ipſo. Nam mihi annotatum dolores eos pro colicis habitos, modo quidem tertianarum febrium declinationi ſuccedere, modo continentibus ſeſe immiſceri complicarique febribus, certe iis quarum aliquæ exacerbationes, ſed obſcuræ admodum, nec niſi valde attentis notabiles, eaque tardæ, per ſeptenarios quippe, & quandoque quaternarios, ut jure illæ continentium & homotonarum numero accenſendæ viderentur: Sedulo porro obſervavi ejuſmodi dolores in iis, quæ ſalubriter terminantur febribus, ſuperveniente vel ſudore largo & in pleriſque, ſed iuvenibus, vel hæmorrhagia liberali quandoque, vel denique commutatione cum paralyſi ſolutos fuiſſe, aut etiam averſus prorſus. In aliis vero medicamentorum caput expurgantiũ frequenti uſu, contra autem in febribus lethalibus obſervavi commutatos, partim cum epilepſia, partim cum lethargo, denique cum delirio, paralyſi & epilepſia ſuccedente verno tempore. Atqui non eſt omitendum ſæpe tertianas febres commutari cum continuis, licet obſcuris, quas fere comitantur ejuſmodi dolores valde pervicaces, qui permutantur pariter in commemoratos capitis affectus, quod obſervavi in Claudio Iuvene, de quo ſupra in hiſtoria. Poſtremo cum colicus facile commutetur cum memoratis illis capitis gravibus affectibus, tum omnium frequentiſſime cum paralyſi, Imo vero quartanarios obſervavimus hoc anno 1617. iiſdem doloribus ventris graviter exercitos. Quanquam autem eam doloris colici ſpeciem à flatibus inductam ſatis frequentem eſſe vltro fatear, tamen quos ante deſcripſimus dolores abdominis frequentiſſimos, & cum febre conjunctos, ac pro colicis paſſim habitos, etſi prima ſpecie iiſdem affines, longè tamen diverſos eſſe, aliamque à flatibus aut pituita vitrea, aut etiam Boreæ flatu cauſam habere, ſi attente penſitateque naturam conditioneſque doloris, & concomitantia ſigna conſideramus, profecto reperiemus, Licet namque conveniant omnes dolores cum vere Colico in extenſione & accerbitate doloris, partiumque diverſarum adjacentium ſympathia; in ſegnitie alvi nullis cedente medicamentis, in ructibus, in vomitu quoque, tamen non ſola ſumma inteſtini pars coli, ſitu propriò circumſcripta &

ventriculo

ventriculo contigua dolet, ſed modo hæc modo illa duntaxat abdominis pars, modo, & ut plurimum, univerſum abdomen quantum quantum eſt, & diverſis temporibus hæc vel illa regio dolere primum incipit, ſive ima, ſive media, ambilico aut lumbis reſpondens, ſive denique lateralis: Nec vero venter univerſus diſtendi attollique & intumeſcere, ac extare ſuper coſtas, ilia & pubem, ſed contra potius percipitur deprimi, ſubſidere in ſe, unaque cum umbilico introrſum retrorſumque revelli, vel umbilicus lumbis videatur eſſe quaſi aſſutus, ut in ægro veluti exterebrato efformetur inſignis cavitas, haud abſimilis equino præſepio, eaque circumſcripta terminis prædictis Denique, dolor, non tam diſtenſivus ſecundum epigaſtri, latitudinem, quam lacerativus; ſecundum potius ventris longitudinem ac profunditatem, & quandoque perforans ſentitur, ac ſi terebra pertunderetur pars dolens, quæ potiſſimum eſt umbilicus, etſi in quibuſdam doloribus citra febrem, latus pertebrari ſentiatur. Diſtenſionem porro ſecundum longitudinem potius inteſtinorum fieri, quàm latitudinem, ut fit in colico dolore à flatu, hinc intelligere eſt, quod longanon ſecundum longitudinem ita ſurſum revellitur & diſtenditur, ut non ſolum exitu fæces intercludat & flatus, ſed aditu glandem vel ſyphonem clyſteris prohibeat, ut niſi magna vi intus adigi poſſint. Ridicule enim operæ Pharmacopæorum, dum fruſtra immittere tentant clyſterem, cauſantur magnam vim flatuum ſyphonem ingreſſu interdicentium. Et magis ridiculi Medici qui iis credunt, cum per revulſionem potius ſurſum ſubſideat conniveatque cavitas longanonis, non per diſtenſionem a flatibus: Confirmat id autem ructus familiaris hiſce doloribus, qui ſatis docet motum periſtalticum inteſtinorum, & flatus inclinationem ſurſum, ob interclusam penitus viam deorſum tendentem: facile enim eſt intelligere longanone ſecundum longitudinem diſtento, ſurſumque revulſo, parietes ejus in ſe conſidere, atque adeo cavitatem internam connivere. Itaque dolores hos pro Colicis habitos, non tam diſtenſionem inteſtinorum ſecundum latitudinem, ab obſtruente aliquo corpore & implente ventrem, præque copia diveilente, quam convulſionem quandam ſeu diſtractionem ſecundum longitudinem conſequi veriſimile eſt: Nimirum cum dolor vehementiſſimus atque ſubitus, non tam intemperiei ſimplici nudæque tribui poſſit, ut ſolutio etiam ſubita ſatis inſinuat, quam ſenſibili alicui ſolutionis continui ſpeciei, cum præſertim nulla cauſa inſigniter calefaciens aut refrigerans accuſari poſſit, ſive externa ſive interna: Alia autem ex parte ſolutio cótinui inteſtinis ſuperveniens, ſit vel excſio eroſióve, vel vulnus ſeu diviſio, vel ſpaſma divulſióve: eroſionis porro, aut vulneris cum his doloribus coniuncti, nulla iuſta ſuſpicio eſſe poteſt, cum & cauſæ eiuſmodi nullæ præſentes ſint, & ex excrementis, etiam ſoluto dolore, nihil tale coniici poſſit, Supereſt certè ut uni Divulſioni, tanquam cauſæ, dolores propoſiti referri debeant accepti, eique ſecundum longitudinem factæ, ut ex aditu inferne occluſo intelligere eſt: Nam qui ſenſus veluti perforationis percipitur, is ſane meo iudicio non eſt à cauſa perforante illatus, ſed potius ab inæquali partium convulſione ſeu diſtractione, nam quia una magis quam alia divellitur introrſum ac retrahitur, atque maior dolor obſcurat minorem, inde certè quæ maxime convellitur, illa quaſi perterebrari videtur, quod divulſio adjacentium minor quodammodo obſcuretur. Sed enim diſtendi poſſunt inteſtina vel per ſe, vel per ſympathiam, & ratione connexionis partium ſibi adjacentium, aut certe adnatarum; & quævis diſtenſio fieri poteſt, vel ſecundum totum inteſtinorum contextum facta ſcil. per extremorum, ſeu finium diſtractionem vel ſecundum partes: ex quibus priorem evidente anguſtia totius ventris ferre nequit, longe impar inteſtinorum longitudini, corporis magnitudinem toties ſepties adæquanti. Itaque non diſtenduntur inteſtina ſecundum longitudinem totam & per extrema, ita ut involutio contextus totum diſſolvatur, ſed fit ſecundum partes, ita ut ſuperiores quidem deorſum, anteriores autem retrorſum, inferioréſque ſurſum revellantur & ſæpe inæqualiter. Quoniam porro credibile vix eſt cauſam convellentem inteſtina ipſa univerſa afficere, & vero dolor fere lumbis inſtat urgetque maxime; atque alia ex parte non ſolum inteſtina afficiuntur, ſed partes omnes toto ventre inferiore contentæ evidenter eo afficiuntur (Nam ventriculus & veſica fellis manifeſte convelluntur, ut ex ructu fere aſſiduo & vomitu bilis colligere eſt: tum etiam veſica urinaria & uterus ipſe, ut dolor ad pubem manifeſte docet) Veroſimile eſt dolores prædictos ſequi affectum ſeu divulſionem, non tam inteſtinorum propriam, quam partis alicujus communis inteſtinis cum cæteris omnibus membris inferiore alvo contentis, cui conſentiunt ratione connexionis inteſtinorum tunicæ propriæ, una ſurſum introrſumque revelluntur. Et forte etiam non improbabile dictu eſt viſcera ipſa quodammodo convelli per convulſionem illius partis communis: nam id difficultas in ſpirando, comes memoratorum dolorum, per revulſionem quandam viſcerum ſurſum diaphragma prementium facta inſinuare videtur. Atqui certe peritonæum propagatum in meſenterium, ex anatomia omnium omnino viſcerum, & partium inferiore alvo contentarum eſt commune vinculum, imo communis membrana, ſi quidem eas omnes inveſtit involuitque, & cingit undequaque, ipſa ſcil. è lumbis exoriens, ſed propagata & diffuſa ad omnes omnino eas partes: Præterea nervi ſextæ conjugationis, è thorace egreſſi, omnibus omnino partibus inferioris ventris ſeſe communicant, & ad omnes propagines aliquot emittunt: Per ſympathiam itaque, ſive propaginum nervi ſexti paris, ſive peritonæi, convulſio omnium partium ventre inferiore concluſarum ſequi poteſt: facile enim eſt intelligere contractis in ſe præter naturam, vel ramis ſexti paris, vel peritonæo, adnatas iis partes neceſſario quoque convelli contrahique in ſe. Hæc porro convulſio, ſive nervorum, ſive peritonæi, ſine dubio fieri poteſt, vel in ipſo exortu nervorum quidem è thorace, peritonei autem è lumbis: vel in ipſa radice, ſeu principio primo, h. e. capite ipſo, a quo ſcil. primam originem repetunt. Interim tamen ultro fateor dolores hujus generis, non ſolum contractionem communis partis ſeu vinculi, membranæ ſcilicet ac nervi prædicti, ſequi poſſe, ſed aliquas in ventre eſſe partes quæ eam contractionem violentam ſubire poſſunt, quæ trahat in ſui conſenſum reliquas toto abdomine contentas partes: nimirum experientia me docuit, ureteres, meatus quippe anguſtos quidem, ſed tunica forti admodum conſtantes, quoties in enitendo excludendoque lapillo valde laborant, contrahere ſe ſponte naturæ ita vehementer, ut univerſum, quantum quantum eſt, peritonæum, cæteraſque ei colligatas partes divellant contrahantque, non ſine atroci dolore: cujus violentæ contractionis conſequentis divulſionem ureterum cum dolor totius abdominis ſit evidens argumentum, ; rum vero eam retractionem vehementem &

violentam declarat manifeſte teſticuli reſpondentis ureteri retractio tanta, ut in abdomine recondi totus videatur. Atque cum convulſio illa primo à nobis repertia ſit à nervis ſexti ſeptimive parium, vel à membranis exortis è lumbis, & diſſeminatis in meſenterium atque peritonæum, haud dubium eſt certe eas partes ab humoribus è capite decumbentibus ſuique copia implentibus diſtendi convellique poſſe violenter, ſed maxime nervoſum genus: Etenim dolores propoſiti abdominis, partim febribus ſuperveniunt, quarum focus in viſcerum partiumque viciniarum vaſis hæret, quæque febres mutationes tempeſtatum ſequuntur, per quas ſerum in maſſa ſanguinis fervorem coucipere poteſt; non aliter atque aquea pars vini leviter ebullire; & alias hę febres ſudore copioſo, vel profuſa hæmorrhagia ſolvuntur, aut commutantur cum affectibus capitis graviſſimis, paralyſi, epilepſia, apoplexia, vel ſimplicibus vel mixtis & complicatis ejus generis affectibus: quorum affectuum capitis cauſam frequentem eſſe ſeroſam in eo colluviem multis obſervationibus demonſtramus: Partim autem iidem dolores ſequuntur ſubitas & inſignes temporum mutationes, ſed eas quibus ſerum ex habitu introrſum & confertim detrudi conſueverit, cujuſmodi ſunt aquiloniæ auſtrinis ſuccedentes; Et verò hos dolores urinæ copioſæ quidem, ſed tenues & aqueæ prorſus ſive præcedunt ſive comitantur, Ex quibus veroſimile eſt profecto, dolores quidem qui cum febre ſunt conjuncti, ſuboriri, quia quod ſerum vi caloris febrilis, aut viralis, ſed ab ambiente, per mutationem conſtitutionis ejus commoti ſuſcitatiq; ebulliens, ſub ſudoris forma, vel urinę affatim erupturum erat, id in caput elatum per vaſa ſoporaria, ex eorum finibus extremis exundat & efferveſcit, partim quidem extrorſum, partim introrſum: Ac extrorſum quidem ſecundum membranas, aut inter eas effuſum irruit impetitque vel principium nervorum ſpinalis medullæ, vel principium ſexti ſeptimive parium, atque alterurrum implet diſtenditque copia & fervore, & ſecum tum nervos appendicis, tum vero membranas pariter adnatas, Aut fervore depoſito deſcendens & decurrens ſiſtitur in lumbis, atque nervos inferioris alvi, & maxime originem meſenterii & peritonei opplens, corrugat contrahitque, & ſecum revellit dutrahitque quæ finibus adnaſcuntur membra, i. e. in quibus tandem terminantur & implantantur, inteſtina ſcilicet & reliqua in alvo contenta, eáque violenta contractione dolorem iis inurit: Introrſum autem & ad animam vergens, ut loquitur Hippocr. h. e. in ventriculos cerebri irrepens ſerum, longe graviora ſoporiferáq; inducit ſymptomata & convulſiones univerſales, cum quibus dolores propoſiti ſolent commutari. Porro cum couſtitutum à nobis ſit convulſorios ejuſmodi inteſtinorum dolores cum febre conjuuctos, ſero vel etiam muco in capite ſtagnanti & deſidi, vel jam defluxo in lumbos eſſe tribuendos, certè affectus graves, Epilepſia & alii, qui colluviei ſeroſæ, non diluviei ſunt effectus, inſinuant dolores prægreſſos abdominis, non depluvio ſeri in lumbos, ſed colluviei potius ejus adhuc ſtagnantis in capite referri debere: Quod & confirmat reſolutio brachiorum, quanquam decubitum ſeri ſequitur, quippe hæc cum dolores ventris ſedet, tum non aliter fit quam humore à capite ipſo in nervos irruente, Eſt enim inopinabile ſerum nervorum in cavitatem gliſcere, niſi principium cavitatis capiti conjuuctum ubeat, cum per trauſverſa corpora membranoſa ſolidáque in cavitatem ipſam ingtedi non poſſit, quanquam madeſcere extrinſecus poteſt quiſque nervus particularis ab humore inter membranas decurrente, propriam ſcil. nervi & eam quam à particulari quoque membro accipit, ſed tum reſolutio perfecta non ſequitur. Quoniam igitur dolores abdominis ſedantur paralyſi ſuperveniente, Et paralyſis ab humore occupante cerebrum tantum fieri poteſt, (perfectam intelligo paralyſin) certe dolores abdominis non tam ab humore qui decurrerit in lumbos, quam ab eo qui ante delituerit probabile eſt fieri. Non negarim tamen interim fieri poſſe ut dolores iidem iterum poſt paralyſin recurrant, ſed id fieri adſtruo duntaxat febre antea curata, iterum poſt unum aut alterum annum recurrente, Non inficias etiam ierim hujuſmodi paralyſin non ſemper perfectam ſuccedere, & fieri cavitate nervorum impleta, ſed duntaxat ſero duas inter membranas depluente, quod ſane ſenſus ſuperſtes indicat ſatis ablato motu, quod obſervare mihi contigit. Atqui quanquam ſerum adhucnum nervorum principia obſidens, per eorum corrugationem poteſt longe diſſitas, ſed tamen adnatas, convellere partes, quia tamen dolor vehemens ſæpe lumbos, urget, verúmque eſt illud, ubi dolor ibi morbus haud dubium ſane eſſe poteſt partem ſeri è capite in lumbos ſecundum ſpinam depluere, atque convulſionem doloremque membranoſo generi è lumbis exorto ad totum ventrem attinenti inferre: Vt ut ſit tamen de hac re, ad curationem parum refert, quia ſemper fontis ſeri ratio potiſſimum eſt habenda. Sed quæter aliquis 1. Si principium diſtendatur nervorum ſeu membranorum, cur poſticum, in quo illud latet, caput, alioqui acerrimi ſenſus, non dolet, una cum abdomine, perpetuo & quamdiu ſerum fervet, cum ſenſus integri vigeant, nec humor ſenſorium commune, ut in vehementi epilepſia invaſerit? 2. Si impletur à ſero fervente nervorum ſexti paris principium, quomodo ſenſus viget in ſuis propaginibus implantatis partibus abdomine conclutis, cum ſenſu in principio intercepto ramos eo deſtitui neceſſe ſit? An igitur quia ab aſſuetis non fit paſſio, nervorum initium à perpetuo aquæ, alias humoris lenis, contubernio, quanquam ab ea diſtenditur, non dolet? nam cum aqua a cerebro, metropoli humidi, ſcaturiens continenter alluens nervorum initium, hoc certe nullo negotio & ſine dolore diſtendi aut contrahi per aſſuetuoinem poteſt, quippe & præſertim cum ejus ſenſus ab aquæ ſive frigore ſive humiditate neceſſario hebeſcat & prope obtundatur: Cujus ſigna ſunt & quod in inferna & poſtica parte cerebri, quanquam ſecundum eam decurrant omnes fluxiones, tamen nullus unquam ſentitur dolor, & hemicraniæ puſticæ infrequentes ſunt, niſi quando ab aqua magna vi collecta & fervente univerſales inſtant convulſiones, ut in hyſtericis vulgò habitis. Contra autem dolor in fine nervi, tam ob contractionem propriam, quam ob divulſionem ſubſtantiæ, cui nervus implantatur, quæ quia minime aſſueta eſt, ea certe dolorifica omnino eſſe debet, aut certe membranæ externæ, quam à quaque parte nervi ipſi repetunt, quæ alioqui non ſola aqua allui, ut interna nervi ſubſtantiæ & principio conjuncta. Ad alterum dubium, Non eſt forte inopinabile animalem ſpiritu, ſentientis animæ vectorem, per aquam in principio nervorum ferventem trajici, trajectúmque illuſtrare omnes nervi appendices, ad extremam uſque fibram parti inſertam dolenti: Sed melius etiam reſponderi poteſt, Partes circa ventrem dolentes ſpiritum animalem per nervos, qui ab ipſa ſpinali medulla & lumbis exoriuntur, admittere & excipere, diverſos ſcil. à propaginibus ſexti ſeptimive parium,

quorum

quorum affecta ſunt principia. *Carolus Piſo loco citato.*

Sed ubi ad caput ventum, &c.] Vt Colicam ex humoris cerebrum & partes nervoſas irregantis vitio oboriri concedatur, attamen haud iſto modo quem Clar. Piſo deſignavit, pathemata iſthæc dolorifica excitari putamus. Quippe nec in Peritonæo morbi ſedem, nec intra ἐγκέφαλον cauſam ejus primariam ſubſiſtere potamus: Nam quoad hunc, etſi materies morbifica in capite, juxta nervorum origines aggeſta, quandóque in partibus longe diſſitis motus convulſivos, ſpaſmos & ſtupores producat, attamen in dolore (qualis ſolet eſſe Colicus) valde atroci multo ſecus habet: Quippe ad hunc, qui ſemper à ſolutione continui procedit, excitandum requiritur ut cauſa dolorifica, ſivè objectum improportionatum ipſi membro affecto, aut ſaltem ejus parti, aut portioni cuidam infigatur, Nec enim ſufficit dicere Convulſionem à cauſa remota, ac inde dolorem à convulſione procedere: Quippe licet dolor ſæpe motus convulſivos, attamen hi iſtum per ſe ſaltem permagnum & diu perſeverantem minime producunt: Quapropter in dolore Colico materies fibras ſenſiles diſtrahens, & ab invicem divellens, proindéque in corrugationes dolorificas irritans, haud uſque in cerebro commorari, verum exinde per ductus nerveos verſus inteſtina deſcendens, alicubi in eorum vicinia, juxta partes dolentes congeri, & ſubinde, vel ob plenitudinem ſponte tu geſcens, vel cum alio humore efferveſcens, mo iſtius paroxyſmos inferre videtur. Mineram ve Colicam à Peritonæo rejicimus, quia membrana h cum admodum tenuis, ac vaſis paucioribus & ta tum exilibus donata ſit, nec magnæ humorum aff xionis capax, neque ipſa, ut convellatur, viſcera ſu ſtrata comprimendo aut contrahendo in dolor urgere poſſe videtur: Materies autem morbifica capite per nervos in ventrem lapſa, nidos maxin idoneos in Meſenterio reperiet, in quo ſcil. nervi pl timi & magni, eorúmque plexus & diſtribution valde ſenſiles habentur. Quare cum pars hæc val ſenſilis, & humorum nervoſi generis affluxionib plurimum obnoxia fuerit, Morbi colici ſedes merit ſtatuatur. *Willis Tract. de Anima Brut. part. : cap. 15.*

Poſt febrem tertianam] Diſpoſitio Colica febribu intermittentibus diuturnis, & continuis male judic tis frequenter ſuccedit, in quantum ſcil. nerveus l quor inſigniter viciatus recrementa plura congeri quę in abdominis plexus, quaſi receptacula magis pa tentia, altius deponuntur: Ob hanc rationem febri epidemica aliquando increbuit, cui Colica velu ſymptoma pathogoomonicum adjungebatur: Hin Scorbutus diuturnus ac ingraveſcens, quatenu liquorem nerveum pervertit, etiam colicam ac ceſſit. *Idem ibidem.*

Observatio XXXIII.

Ventris dolor & ardor à cauſa in thorace latente.

ANnus 1589. fatalis fuit *Hieronymo Capivaccio, cujus inferioribus* apertis ventribus, quo ipſe phlegmone laborare crediderat (ſolo contra naturam thorace conſtituto naturaliter ſe habebat, Diaphragma enim ad latitudinem pollicis elatum, Venæ aterrimæ conſpicuæ ſanguine: dexter Pulmo lividus: Pericardium uſitato craſſius; Cor ipſum tumentius.

Ubi varie de cauſis controvertentibus, illius placuit ſententia quæ, Hipp. & Galeni præſidibus, hæmorrhoides à morbis præſervare, ſupervenientes ab iiſdem liberare, impe ditas contrarium facere decidebat. Per annos enim aliquot ſuppreſſas mariſcas non excitarat, unde qui continuo motu calet thorax imbecillior, in ſui ut perniciem melancholicum attraheret humorem effectum eſt. *Ex obſervationibus Ieſſenii à Ieſſen.*

SCHOLIA.

INferioribus apertis ventribus quos phlegmone laborare crediderat] An ergo verum illud, *Ubi dolor ibi morbus*; Ubi Calor ibi morbus? Salva res erit ſi dixeris ſanguinem qui κατῤῥέων ad hæmorrhoidales venas ferebatur, in vaſis hypochondriorum & abdominis concluſum, aliquandiu citra concretionem latuiſſe, ibi phlogoſin concepiſſe ac ardoris ſenſum intuliſſe. Eundem anadrome facta in vitalem regionem, vaſa pulmonum, pericardii, diaphragmatis & cordis impleviſſe, ubi diſſecto cadavere deprehenſus eſt: Omnino enim, *inquit Sennert. Pract. lib. 3. pag. 3. cap. 2.* pectoris cum hæmorrhoidali arteria magnus conſenſus eſt, quod truncus e quo arteria oritur à corde deſcendens, in primo ſtatim exortu intercoſtales ramos propagat; hinc hypochondriaci de pectoris doloribus conqueruntur, materia per dictos ductus in muſculos thoracis effuſa

Observatio XXXIV.

Ventris dolor à vitio in peritonæo, omento, meſenterio, inteſtinis, cyſtifellea &c. 1. A ſcirrho in pancreate, ſteatomatis in meſenterio. 2. Ab omento ſemi-corrupto, Inteſtinorum diſtenſione. 3. A ſteatomatis venis pancreatis & meſenterii adnatis. 4. A Pancreate dure & ſcirrhoſo.

§. 1. Puellus ſeptennis doloribus inteſtinorum diu obnoxius fuit, & lumbricis laborare credebatur: Peritonæum erat nigricans, putridum, Omentum & Meſenterium ſine pinguedine, Inteſtina flatibus diſtenta, Ileon flavebat: cyſtis felle tumida, &c. *Vide tit. de Febribus.*

§. 2. Vxor N. torminibus ventris fuit obnoxia, ac Illi meſenterium ſteatomatis multis ſcatebat: Sub vena portæ, in ipſo pancreate, ſcirrhus admodum magnus conſpiciebatur. *Vide Tit. de Phthiſi lib. 2.*

§. 3. Iuvenis

§. 3. Iuvenis obambulans ſubito de doloribus ventris conqueritur & paulo poſt moritur: Aperto cadavere juventum eſt Omentum ſemi corruptum, Inteſtina mirum in modum diſtenta Iecur male coloratum, &c. *Vide lib. 2. tit. de morte ſubita.*

§. 4. Etant Monſpeſſuli ſtudiorum gratia duo commilitones mei, qui ſingulis diebus vino muſcatellino inebriabantur, unde mane viſcera incenſa refrigerare cupientes, ſingulis turſus diebus frigidam ſatis copioſe ingurgirabant, ita ut ne per hyemem quidem ab aqua congelata abſtinerent: Horum alter paulo poſt obiit, alter vero Patavium venit, ubi ſane paulo poſt cruciatibus & doloribus ventris intentiſſimis vexari per intervalla cepit, ut etiam protinus humi ſeſe proſterneret, muſæum perreptaret: unguibus terram ſcalperet, & ſanguinem è digitis eliceret. Curatur à medicis præſtantiſſimis tanquam hypochondriacus, neque fruſtra.

Victus vero dolorum acerbitate, mortuus cum eſſet & apertus, venis meſenterii & pancreatis ſteatomata adnata teperta fuere, & quidem innumera, ita ut trium exiguorum ramorum tubercula viginti numerarim, quæ omnia ſebo ſimile quid continebant (minora quantitatis piſorum, majora uvarum grandiorum erant) Licet non dubitem ſi omnia aperire licuiſſet, aliam quoque materiam ibi contineri deprehenſam fuiſſe. *Salmuth Cenſur. 1. Obſervat. vj.*

§. 5. Matrona diu paſſa eſt ingentes modo ventris, modo lumbrotum dolores: Pancreas habebat durum & ſcirrhoſum: Ren ſiniſter colliquatus omnino repertus *Tit. de ventriculi dolore.*

Observatio XXXV.

Ventris dolor à Iecore indurato; Pancreate maximo, ſcirrhoſo, glanduloſo. 1. 2. Ab hepatis cum inteſtinorum inflammatione. 3. A ſteatomate hepati innato, bilis effluxum impediente. 4. Ab hepatis lobo poſteriori orificio ventriculi affixo, diaphragmati & partibus circumſitis: Pancreatis induratione, meſenterii, Pylori, Glandularum meſenterii. 5. Ab inflammatione, hinc abſceſſu cavæ partis Iecoris. 6. Ab hepate magno premente ſubditas partes. 7.

§. 1. Illuſtriſſ. Vir. Iacob Aug. Thuanus, quem omnes Medici ex habitu corporis, vultus charactere, moribus & humoribus melancholicum judicaſſent: hunc habitum, ſive corporis temperamentum, auxit & enutrivit mœror ingens ex obitu conjugis contractus, qui virum fortem per annum attrivit: Per quadriennium quo ei medicinam feci, conquerebatur de colico dolore circa regionem ſtomachalem, dum ſtaret erectus vel ambularet, at incurvus ſedens, vel in lecto recumbens, cruribus leviter ſublatis, nullum aut exiguum dolorem percipiebat. Nec tumebant ei hypochondria, nec dolebant, etiam duritet attrectata vel percuſſa: Tandem cum annum in iſta miſeria exegiſſet, dum melius ſpiraret & ſperaret de morbi eventu, repentina & inopina gangrænoſi correptus, à pede dextro ad ſuperiora celeriter reptante, ex decubitu ſeroſi humoris crura & tibias inflantis, cum diris cruciatibus intra ſex horas exſpiravit.

Aperto cadavere, deprehendi Iecur induratum, rotundum inſtar corporis ſphærici, farctum & tranſfixum gypſea pituita, ſevum referente: Pancreas amplitudine ſua & pondere Iecur ipſum æquabat, totum ſcirrhoſum, multis glandulis ſpecie ovi columbini differtum, Lien adeo exilis & exiguus erat, ut vix unciam ponderaſſet. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 16.*

SCHOLIA.

IDeo Pancreas in morboſis ac melancholicis corporibus ſecundarium Lienem, ſive Lienis vicarium viſcus appellat Clar. Riolanus: quoniam ad Chylum, in vena Porta rubefactú, & hepar ſubeundem defæcandum, Lienis vicem ſupplet: quando iti atum hoc viſcus, ac ſuo fruſtratum officio, marceſcit, & marceſcit, quod in multis natura ſua, & corporis habitu melancholicis obſervaſſe ſe ait, in quibus dum viverent, Lien nec tumebat, nec dolebat, ad Pancreas molem Epatis æquabat, quod Thuani exemplo confirmat & ſequenti.

Nec tumebant hypochondria nec dolebant] Cur non doleret ſiniſtrum, in quo jacet Lien, hujus exilitia dſcribendum, Dextrum vero non dolebat, quia ſcirrho legitimo affectum erat: quanquam priuſquam confirmaretur, & omnino obdureſceret, ſenſus expers eſſe non potuerit. Cur vero non tumeret hypochondrium dextrum, cauſa videtur quærenda in exiguitate Lienis, quod ſpatium Iecori amplum concedebat: etſi contrectatum duritie ſua & conformatione prodere ſe debuit.

Pancreas totum ſcirrhoſum, Lien vix unciam, &c.] Pancreas Liene affecto, ait *Highmorus*, vix aut nunquam integrum evaſit, plerumque enim ſimul obſtruitur vel ſcirrho afficitur: Forſan *Riolanus* in Anthrop. l. 2. c. 16. ideo Pancreas, quum morbis Lienis ſimiles effectus incurrat, Lienem vicarium appellat, Exemplum præbet Illuſtriſſ.

Thuanus

Thuanus : Imo conſtat Pancreas affectum graviſſima ſymptomata , ceu Lienem, proferre ſolere , ut vigilias contumaces , leipothymiam , convulſionem, Epilepſiam , & in fœminis paſſionem hyſtericam qualia exempla notavit *Highmorus* capite de Pancreate.

§. 2. Nuper in cadavere Heroinæ mulieris , Principis Luxemburgicæ , annos lxij natæ offendi Pancreas ſcirrhoſum & induratum inſtar cartilaginis , proptereaque Liene carebat, cujus veſtigium unguis latitudine, ſiniſtro latere ventriculi oppreſſum erat *Idem ibid.*

§. 3. Cadaver monachi me præſente apertum , de quo ſuſpicio inter Fratres oborta erat, à corrivalibus oblati veneni, quippe clyſtere communi injecto, ſtatim de dolore Coli & partium vicinarum conqueſtus, ardorem acutiſſimum ad extremum uſq; ſpiritum ſuſtinuit. Sed in aperto cadavere nullum veneni comparuit veſtigium , Hepar vero inflammatum viſebatur gangrænaque correptum , quæ labes & vicina inteſtina infecerat, & dextrum hypochondrium nigerrimo colore totum occuparat : ventriculus ſanus , niſi ea parte qua Hepar reſpiciebat , ibi eodem modo nigricabat : Vetus igitur Monacho malum videbatur, quod per clyſterem injectum inflammatis inteſtinis irritatum citam mortem attulit. *Th. Bartholinus obs. xcvj centur. iij.*

Uxor N. intolerabili ventris cruciatu per intervalla exacerbari ſolito diu affligebatur, cujus nec cauſam ſatis aſſequi poterant exercitatiſſimi Medici, nec vehementiam ulla medicamenta mitigabant : unde iis fere contenta quæ cordis vires reficiunt, unicum levamentum fortiſſima compreſſione abdominis , qua Hepatis regio eſt , percipiebat , cujus gratia faſciis initio utebatur : has tamen ſiniſtro latere, quanquam ſuppoſitis culcitris, diu perferre non poterat, quod eas, ſi juvare debuiſſent, arctiſſime conſtringi oporteret : Tam vero immanis illam interdum paroxyſmus invadebat, ut quamvis eſſet modeſtiſſima matrona, doloris tamen crudelitate victa, in pavimento corpus volutaret , quo etiam vires quotidie imminutæ , & ipſa macie confecta tandem expiravit.

Cadavere diſſecto, dictu mirum , nulla viſcerum labes oculis obſervata, ſed Hepatis cavo tumor adnatus conſpiciebatur, ovum anſerinum magnitudine æquans, qui proprio folliculo materiam adipi concretæ, ſeu glandulæ molliori ſimilem continebat : verum ſcilicet Steatoma , quale in meſenterio & pancreate ſæpius naſci ſolet , in viſcere autem ſanguineo, abſceſſibus ex inflammatione cæteroquin frequentius obnoxio, rarius obſervatur. *G. H. Velſchius Epiſagm. Obſ. liv.*

SCHOLIA.

QVæ doloris in abdomine acutiſſimi cauſa? Nam multitudinem nervorum per tunicas hepatis diſperſam, quam ſuo exemplo produxit *Ebnzoar* l. I. Tr. 13. c. 4. anatome redarguit : duos tantum exiguos à ſexto pari derivatos oſtendens; quorum cauſa nec Iecur extra ponderis moleſtiam quandam multum ſentire creditur, nec in tuberculis illius & abſceſſibus dolorem ullum animadverſum *Fernelius* memorat lib. 6. path. c. 4. Nos bilem conjicimus , tumore vias obſtruente aut comprimente, diutius veſicula retentam, ipſaque mora acriorem & malignam redditam, ingentes illos cruciatus genuiſſe, ſi quando copioſior ex intervallis in inteſtina effunderetur : Nec enim alia fortiſſimæ compreſſionis ratio videtur in abdomine fuiſſe , quam quod eruptionem illam nonnihil cohibere conſueviſſet. *Idem ibidem. Rolanus* tamen hæreditatem nervorum amplificavit , ulteriúſque quam par erat (ſcil. in ipſum Hepatis parenchyma) illorum fines produxit eoque nomine Galeno litem intendit , *Scribit* , inquit , *Galenus 4. de uſ. part. c. 13. exiguum ſenſum epati attributum fuiſſe , ſimilem plantis , ut diſcerneret utile ab inutili , Et alibi (3. de loc. c. 3. & 4.) nervulum ullum ne quidem in parenchyma Hepatis demergi, ſed in membranam diſpergi, ideoque ſolo gravitatis ſenſu frui , Attamen nervulos duos inſignes venam Portam comitari vidi, & ſubire ſubſtantiam ipſam Epatis, cujus dolores ſunt acutiſſimi, non tantum ex ſenſu membranæ , ſed etiam ipſius parenchymatis.* Quibus conſtat velle eum nervos in Hepar, una cum porta ingredi : oportet itaque ſimul in communem capſulam recipiantur : Id autem ſententiæ illius, qua vel nervorum eorum in parenchyma diſtributionem aſſerit , vel Galenum (quod Epar obtuſi ſolum ſenſus particeps eſſe voluerit) erroris inſimular, male admodum patrocinatur. Ego ſane frequenti Iecinorum excarnatione edoctus , id vere teſtari , poſſum nullum extare nervuli cujuſpiam extra capſulam communem in hepatis parenchymate veſtigium : Eóſq; qui illam ingreſſi ſunt, nuſpiam foras in parenchyma prorepere, verum omnes, vel in capſulæ ipſius ſubſtantiam, vel in pori bilarii tunicam terminari ; ideoque Riolanum deſerens , in Galeni ſententiam plane abeo , fieri enim non poteſt ut pars merè ſimilaris , nerviſque omnibus deſtituta , ſenſu acerrimo fruatur. At enim dolores Epatis, inquit ille, ſunt acutiſſimi? Dictum verò oportuit quibus indiciis ipſi conſtiterit dolores ejuſmodi ad hepar , non autem ad partes vicinas pertinuiſſe : vel ſaltem certiores nos feciſſet quoſnam morbos præcipue dolores illi comitarentur , ut inde palam fieret num Epati ineſſent necne : Dum autem indefinite rem exprimit , ſuſpicio facile ſuboritur eum rei hujus minime gnarum in generalibus verſari maluiſſe. In hepatis quidem inflammatione adeſt dolor quidam gravativus in dextro latere : acutum autem dolorem in hoc morbo contingere , medicinam facientibus nondum compertum : Et ſi forte aliquando dolores ſolito crebriores perſentiantur, poſſunt ſane veriſimiliter partibus vicinis condolentibus attribui, nimirum hepatis ligamentis , aut diaphragmatis parti illi cui hepar (mediante ſuſpenſorio lato) arcte annectitur , aut peritonæo nothas coſtas in dextro hypochondrio inveſtienti , aut denique ipſi tunicæ & vaſis Epatis : quanquam haud parum dubito num dolor acutus adeo poſſit tunicæ vaſiſq; Epatis obvenire. Sæpe quippe comperi dolorem Colico non abſimilem

em Ictero præcedaneum eſſe atque eum interdum ſubſequi: Differt à Colica vulgari, quod ultra cartilaginem enſiformem, ad ipſius ſterni fere medium, protendatur, imo vero ad ipſas claviculas nonnunquam pertingat, diffunditur etiam ad hypochondria, aliaſque complures abdominis partes, omnibuſque fere iis in locis dolor hic mordax ac lancinans perſē-titur: adeſt inquam dolor exquiſitus nulla febre comitatus, & ad colicæ morem corpus arctè conſtringit. Licet autem obſtructio Hepatis poſſit eſſe quadantenus dolorum horum accerrima cauſa, Hepar tamen eorum ſedes eſſe non poteſt, quoniam ad loca ab eo longe diſſita exporriguntur: fortaſſis & colon interdum dolnris hujus nonnihil particeps fuerit: Ventriculo autem præ cæteris partibus omnibus ægre eſt, vti & peritonæo, qui nothas coſtas obtegit, unde etiam crediderim membranas ſubtus ſternum poſitas invadere: Sæpe mihi moleſtus fuit hic dolor, præſertim ab uſu opii, imo verò aliquando epotis duabus ſolum diacodii drachmis, iiſdem malis dilaniabar: attamen vini albi frigidi amplus frequenſque hauſtus opem mihi præſentaneam attulit: Medelam etiam huic ægritudini afferunt Enemata aliaque medicamenta Ictero convenientia: Num doloris hujus pars aliqua ipſi epati inhæreat, ego quidem ambigo: ſin autem ita fuerit, mihi tamen certum eſt eam tunicæ ejus aut vaſis, quæ nervis prædita ſunt, acceptam referendam eſſe, non autem parenchymati, quod iiſdem deſtituitur. Nervi iſti in Epate ſimiliter atque arteria epatica diſtribuuntur, Spargunt nempe exiles fibrulas in capſulam communem, obviaſque pori bilatii radices: planeque ad capſulæ communis normam dividuntur, ut toto ductu prædictis jam vaſis inſerviant. *Gliſſon Anat. Epatis cap. xxx. unde hæc afferre libuit ad illuſtrandam tecmarſin dolorum horum: De Nervis autem Epaticis vide oculatiſſimum Th. VVillis Anatom. cerebri cap. xxvij. p. m. 281.*

§. 5. Scotus quidam Nobilis, iuvenis robuſtus, annos agens 35. poſt labores militares atque equitationes diuturnas, caſuſque aliquos ex equo, modo in ſpinam dorſi, modo ſupra abdomen, frigora etiam perpeſſus, diu & multum de valetudine conqueſtus, citra decubitum tamen, donec tandem doloribus victus ſeſe lectulo committere coactus, per ſex menſes miſere afflictus eſt: Doloris ſedes erat in hypochondriis, lumbis & toto abdomine, poſtea etiam in coxis, cum totius corporis proſtratione & laſſitudine: Nauſea perpetua, vomitus frequens flavæ bilis, poſtea etiam atræ, illarumque per alvum ſubinde excretio, febris quoque urgebat aſſidua, Pulſus durus, vibrans, urinæ biliosæ, ſitis inexhauſta, proſtratus appetitus, vigiliæ aſſiduæ: Supervenit poſtmodum tumor circa nothas coſtas ſiniſtri lateris, verſus os xiphoides uſque prominens: quo paulatim & cum acerbiſſimo & punctorio dolore excreſcente, tandem illa durities longe latéque ad totum ſtomachi fundum fuit diffuſa, atque ita miſerum exercuit ut dorſo ſemper incumbere cogeretur, cum alioquin in neutrum latus poſſet corpus flectere: Sicque miſere excarnificatus, tandem frequenter ſyncope prehenſus fato conceſſit.

Diſſecto cadavere, primum ſe obtulit Epatis lobus orificio ventriculi poſteriori ita affixus, uti & diaphragmati nothiſq; illic coſtis, ut nonniſi fruſtulatim inde avelli, ſecarique potuerit portio hæc illius nigricans, ex inflammatione forte quæ præceſſerat, cum reliquum Hepatis parenchyma rectè & bene ſe habuerit: Deinde cum pyloro induruerant totum pancreas & meſenterium inque molem ſupra modum latam, longam & craſſam excreverant, multumque ponderantem, unde chyli tranſitus ad Hepar penitus erat interceptus, viaque hæc occluſa. Ex quo & credebamus factum ut diſſecto cadavere nullus omnino ſanguis è venis effluxerit, etiam majoribus, ne arterioſus quidem, & qui in illis adhuc continebatur, erat paucus, niger, torridus, & nonniſi per grumos oblongos veluti concretus, ita ut ab iiſdem vaſis, atque etiam ex ipſo corde digitis extrahi potuerit: In idem corpus ſcirrhoſum concreverat (quod pene fidem ſuperat) venæ cavæ truncus, nulla eius cavitate conſpicua, toto eo ſpatio quo à ſima jecoris parte ad ejus divaricationem, circa os ſacrum deſcendit: uti quoque alii adenes & ipſe adeps, qui fulciendis magnis vaſis ſubſternuntur, à media regione thoracis, ſecundum ſpinam dorſi, in tophos induruerant, omnibus iis partibus in unicum idemque corpus ita coagmentatis ut unicus ſcirrhoſus tumor concretus videretur: Durities autem erat ex albo flaveſcens, ex qua, cum contrectabatur, putulenta materia nunc craſſior, uti ex ſteatomate: nunc tenuior, velut ex meliceride: nunc ichoris inſtar profluebat, atque in hanc materiam durities hæc hinc inde convertebatur: Præter has inevitabilis mortis cauſas, accedebat pulmonum vitium, qui quaquaverſum multo purulento ichore repleti & diſtenti erant, illiſque diſſectis inde copioſe diffluebat, adeo tunc flacida & collapſa reliqua eſſet Pulmonum ſubſtantia. *Platerus Obſerval. lib. 2. p. 471.*

§. 6. Narrabo morbi unius hiſtoriam, ut ſitis deinceps cauti alieno exemplo: Adoleſceus quidam dolore ſimili colico cruciatur: Medici primæ notæ clyſteribus, litu carminante ſumpto & dato mithridatio illum percurant; Decimo die vocatus cum jam pacatiora viderentur omnia, in iiſdem remediis perſiſto, jam per cubiculum deambulantem relinquebam, cum me diſcedentem clinica revocat, reverſus inveni mortuum, os illi erat plenum pure, unde facile collegi, præter meam & Seniorum Medicorum opinionem, repente fuiſſe ruptum abſceſſum.

Diſſecto

Diſſecto cadavere, inveni circa cava Iecoris incredibilem puris quantitatem, tam putridi ut nemo aſſiſtentium fœtorem potuerit tolerare.

S C H O L I A.

Circa cava Iecoris] Inflammatio partis cavæ mentitur colicum dolorem, ut gibbæ pleuriticum: Diſtinguitur vero phlegmone partis cavæ à dolore colico, 1°. quod hic raro febrem habeat conjunctam; 2°. quod perpetuo & vehementer ſingultiant, Quibus enim Jecur parte cava eſt inflammatum, urgent inappetentia, ſitis inexhauſta, vomitus ſinceræ bilis. 3. Quod ſub dolore colico alvus ſit adſtricta, diarrhœa vero ſolet conſequi inflammationem partis cavæ, eaque ut plurimum lethalis. 4. quod clyſtere carminante dolor colicus ut plurimum demulceatur, qui intenditur inflammata jecoris parte cava. *I. Riolanus pract. ſect. 3. Tract. 2,*

§. 8. Cadaver ſectum, quod hepar uſque adeo magnum habebat, ut infra umbilicum deſcenderet, totam anteriorem hypogaſtrii partem occupans. Dolebat æger anteriore ventris parte. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.*

O B S E R V A T I O XXXVI.

Ventris dolor à Pororum choledochorum ſiccitate. 1. *A meatus cyſtici coalitu, ac bilis in cyſti cohibitione.* 2. *Ob cyſtin lapillis refertam & hepatis vitium.* 3. *Ob calculum cyſti impactum, in fœmina quæ ſerpentem ventre geſtare credebat.* 4.

§. 1. Ororum choledochorum ſiccitas, qua inſtar chordæ corrugantur ſolidæ, bilis evacuationem in inteſtina impedit, inde ſæpe colici dolores. Exemplum haber Argenterius lib. 4. aph. 62. *Vide tit. de Ictero.*

§. 2. Aprilis 18. 1669. diſſecui puerum 8. menſium, qui primo partus tempore ejulatu horrendo, ſemper, dies noctéſque durante, valde moleſtus omnibus, imprimis parentibus, fuerat: Adfuere ſæpius Epileptici motus leviores. Tuſſis aderat continua, gravis, Excretiones alvi frequentes, erant materiæ ſpumoſæ, nigricantes, vomitus aſſumptorum continuus.

Venter apertus, bilis liquidioris quantitatem magnam adeo exhibebat, ut etiam repleri ea dicere liceurit: veſica fellea excedentis erat magnitudinis, & hinc ex diſtenſione ea præternaturali poroſa admodum, adeo quidem ut etiam tranſſudationem bilis, per poros tunicarum in cavum ventris, manifeſto obſervare poſſemus, cui & cumulatio bilis in cavo eodem, & color ille flavus, quo non tantum membranæ vaſáque veſicæ huic adſita, ſed etiam inteſtina ipſa ſupra modum imbuta conſpiciebantur, originem debent. *In ductu bilario cyſtico coalitio* ſatis evidens occurrebat, propter quam & bilis deſcendere, & ſtylus per foramen, in duodeno notabile, intromiſſus aſcendere prohibebatur. *G. Blaſius obſervat. Med. p. 2. obſerv. 4.*

S C H O L I A.

Doloris vehementia ventriculo potuit adſcribi, turgida enim cyſtis contactu ſuo eum adeo caleſacit, ut interdum exurat, dum ibi bilis accenditur. *Riolanus Ench. Anat. l. 2. c. 25.*

§. 3. Socrus D. Paſſart frequenter colico dolore tenebatur, eóque valde crudeli: Ad hepar illum referebant; ea *mæſta* perpetuo videbatur, tandem incidit in febrem continuam: dolor totam partem dextram occupabat: A jecore id omnino eſſe autumabant: Nulla re juvari potuit, nono icterus κατακορὴς.

Aperto cadavere cyſtis fellis lapillis plena eſt reperta, Hepar albicans. *Ballonius Paradig.* 197 *Epidem. lib. 2. p. 253.*

§. 4. Mulier quædam ætatis 61. ann. vxor ſutoris cujuſdam Uracenſis, & multis annis de atrociſſimis, quos per intervalla ſentiebat in abdomine, doloribus conqueſta, cum quodam die maritum comitem habens, negotiorum cauſa proximum pagum peteret, inter eundum iiſdem correpta doloribus, alvi exonerandæ gratia ad arborem multis virgultis circumſeptam, non procul ripa fluvii ſtantem, conſidere coacta fuit, Interea maritum viam proſequentem, ſubito magno clamore vocat, ſéque viperam per alvum rejeciſſe conſtanter affirmat, qui accurrens, facto ſtrepitu inter virgulta, viperámque (quæ proculdubio ibidem loci deliteurat, prout exitus hiſtoriæ docebit) in fluvium ſeſe immergentem videns, mulieri poſtmodum majorem fidem habuit, præſertim cum jurato omnibus rem ita ſe habere affirmaret. Cum autem ventris tormina etiam poſt excluſam, uti opinabatur, viperam non remitterent, ſed per intervalla iiſdem ut antea paſſionibus recurrerent, aliam adhuc vivam viperæ prolem in ventre domicilium habere firmiter ſibi perſuaſum habebat; hancque, farciminis inſtar ſæpe per inteſtinorum contubernium circumgyrari ajebat, quam licet interdum manibus apprehenderet, ſtatim tamen rurſus iiſdem ſe ſubduceret,

duceret, & evaneſceret, nec vllis rationibus, ut contrarium ſtatueret, flecti potuit: Affectus iſte cum miſeram (quod aliquoties vidi & obſervavi) invaderet, ambabus manibus ventrem comprimendo, pedibúſque tremendo tanto clamore & ejulatu ædes replebat, ut etiam extra eaſdem in vicinia longe exaudiri potuerit: firmiter credendo dolorem hunc immaniſſimum, & lancinationem inteſtinorum à vipera veneno emiſſo excitari, fidémque adſtantibus hoc ipſo conciliabat majorem, dum diceret ſe ſæpius vexari his tormentis cum eſſet jejuna, quamprimum autem lac tepidum hauriret, vel juſculum ſorbillaret, aut panis fruſtulum comederet, venenatam in ipſius ventre hoſpitantem beſtiam placari, dolorémque exinde mitigari, præſertim cum ſedato illo munia domeſtica rurſus obire poſſet. Multi ſuper hac re variis opinionibus diſtracti; quidam Uteri ſymptomata, alii Lienis affectum; nonnulli Colicam bilioſam accuſare ſolebant, Reliqui neſcio quid morboſi apparatus in abdomine delteſcere arbitrati, ſinguli ſuo, tam Medici (à quibus paſſim conſilia & auxilia emendicata & efflagitata fuere) quam Empirici, ut & alii in conſilium adhibiti, viventes judicio, non excluſis, ut ſæpe fieri ſolet, ex hoc medicantium conſortio aniculis, quæ malum Dæmoni & ſagis adſcribebant, Aliæ certo viperam adeſſe, quam ſibilare & cantillare audirent, hariolabantur. Durante vero per xxx. annorum curriculum hoc atrociſſimo affectu, multa, (quamvis etiam interdum inepta) à multis pro exturbando hoc peregrino, uti opinio ferebat, hoſpite, adhibita fuere remedia: ſed tot aſſumptorum, quibus fermè enecta, pertæſa (cum etiam omni argentario deſtitueretur præſidio ægrota) rem totam Deo & naturæ commiſit, nil quicquam medicaminis porro aſſumendo: Tandem ſub finem vitæ *Hydrope* correpta fuit, unde dolorem priſtinum jam in totum ſopitum eſſe, nec quicquam viperæ motu ſe amplius perſentire ajebat. Cum autem affectum Hydropicum naturalem, & interdum etiam curabilem ex fœmina quadam (& me à Chirurgo per paracenteſin in umbilico factam, eductiſque duodecim circiter in hujus abdomine reſtagnantis laticis menſuris feliciter curata adhuc ſoſpite) intelligeret, me rurſus in conſilium vocavit, venriſque apertionem urſit: Renui propter virium imbecillitatem, & quod umbilicus ipſius non, uti præfatæ mulieris, aqua plenus tumeret; Itaque medicamentis hydrogogis, & veſicatoriis pedibus applicandis, nec non aliis rem moliendam & expediendam eſſe prædixi: Ultro citróque habito ſic ſermone, opinionémque confirmante Chirurgo, rem omnem meo arbitrio commiſit: Hinc curationem medicamentis, affectum hunc proprie reſpicientibus, aggreſſus, ventrem ſucceſſive omni aqua exoneravi, detumeſcentibus etiam, veſicatoriorum ope, pedibus; ſed brevi ægrotæ gaudio, quæ jam perfecte ſe curatam putabat & prædicabat: Recrudeſcente enim malo, abdomineque aquarum copia aucto, tandem exantlatis tot annis, incredibilibus dictu doloribus mortalitatem exuere coacta.

Facto ſic dolorum vehementium & calamitatum ingentium fine, amicis & cognatis de certitudine hujus affectus ſolliciti, ut cadaver aperirem obnixe rogarunt, quod etiam pie defuncta, adhuc in vivis, me monendo ne intermitterem urſit: quorum precibus ne deeſſe viderer, cum & ipſe ſummo deſiderio cauſam tam diuturni & chronici affectus reſcire tenerer, rem ſtatim miniſtrantibus duobus Chirurgis expedivi: Et cum venter aqua plenus tumeſceret, eandem per canalem ad ſex menſurarum complementum eduximus.

Poſtmodum aperto decenter cadavere, inſpectíſque viſceribus, omnium primo *Pulmones utrinque coſtis adhærentes, totos purulentos & plenos tuberculis nigris & cæruleis invenimus. Hepar grande* & multis in locis *durum* apparebat. Veſicula fellis autem (hic latebat anguis in herba) hoc quem depictum vide *calculo*, infarcta erat, in cujus ſuperiore ductu verſus Hepar, ſupra dictum calculum, reliqui minores, tanquam proles matris alvo excluſa quiſceſcebant. Etenim grandior calculus tam arcte & tenaciter veſiculæ bilis adhærebat, ut vix digitorum meorum ope ſeparari & detrahi potuerit. Perluſtrato deinceps *Meſenterio*, hoc plane ab acrimonia bilis *eroſum*, & ejuſmodi *calculoſa materia* (cauſa proculdubio hydropis) refertum vidimus. Reliquis viſceribus naturalis erat conſtitutio, neque in inteſtinorum contubernio vipera inventa, quamvis maxima pars adſtantium hanc ibidem contentam crederet.

SCHOLIA.

Itaque calculo hoc è cyſtide fellea à me exempto, ad oculum demonſtrare adſtantibus & amicis cauſam dolorum & mortis, non viperæ, ſed primario huic, ſcil. calculo, adſcribendum ac imputandum eſſe: neque ullam aliam me agnoſcere poſſe nec velle: hoc permotus fundamento, quia fellis veſicula obſtructa à novo iſto poſſeſſore, bilem nec recipere nec emittere potuit: hinc natura aliam quærendo viam hanc in

in meſenterii ſubſtantiam depoſuit, unde ingentes illos dolores & cruciatus ſubortos eſſe nullus dubito. Id quod etiam apparebat in muliere iſta adhuc vivente (poſtquam dolores aliquando duraverunt) ſi per vomitum ſeſe expurgaret, brevi ſublevata eſt, dolore omni penitus remittente, donec nova bilis generatio, eadem inferens ſymptomata, eundem quæreret exitum. Similes ferme duas hiſtorias ex eadem cauſa, præter immaniſſimos Dolores cancroſam etiam partibus diſpoſitionem, vide in *Sculteti Armam.* Obſerv. 48. *Ioh: Frider. Huldenreichius in Miſc.cur.ann.6.7.p.322.*

Observatio XXXVII.

Anatome virginis diuturno Ventris Dolore vexatæ, cujus inteſtina & meſenterium corrupta reperta ſunt, Lien ad imum uſque hypogaſtrium devolutus.

Virgo Nobilis jam multis nubilis annis, quippe quadragenaria, à prima pubertate pathematis melancholicis tentata fuit, eo per nativum temperamentum prona; fuſcus enim illi vultus color, μελανοτεὶξ, &c. cauſam deducebant parentes à veſpertilionis morſu, qui per patentes feneſtras noctu irrepſerat: Deinceps nunquam mentis compos fuit, ſive conceptum morſus phantaſma animam conturbarit, ſive reverà à veſpertilione impetita fuerit, ſed ædibus concluſa remanſit: Duobus autem ante obitum annis, (qui contigit anno 1672. menſe Junio deſinente) Vidui cujuſdam Nobilis amore per ulſa, demum in publicum prodit, quanquam crebris ventris doloribus torqueretur, præ quorum vehementia, cum interno ardoris ſenſu, prona & incurva incedebat; Ab exhibito ſibi veneno ortos eſſe pertinaciter aſſerebat, qua de cauſa crebro & affatim à Parentibus exhibita theriaca & antidotus Orvietana: Mephitin illa perpetuo non ore ſolum ſed & toto corpore exhalabat, purulenta extuſſiebat, de perpetuo cordis dolore & hypochondriorum, præſertim ſiniſtri gravitate querula, quæ mentis errori adſcripta ſunt, quamobrem de congruis auxiliis cogitatio non incidit: interim mero indulgebat, & plurimos cibos ingerebat, hinc poſt paſtus deliriorum intenſio, ad verbera uſque procedentium, domeſticos enim pugnis impetebat, calcibus, &c. Tandem poſt cœnam ſolitam fortior ingruit cardialgia, vertigo, virium proſtratio, & paucis poſt horis mors, tota autem die domum pervagata erat. Anxii Parentes præ ſubito & improviſo interitu, cadaver aperiri jubent, quod circa horam noctis IX. à peritis Chirurgis Sabourin & Lamon, me preſente præſtitum.

Diſſecto abdomine, Omenti nulla apparuere veſtigia, peritonæum ad ſuperiora retractum erat putridum lacerum, Meſenterium ſimiliter affectum, Inteſtina omnia à Pyloro ad Rectum, tabo & putrilagine inquinata, ſphacelata: craſſiſſimum pus illi Ilei inteſtini parti quæ umbilico ſubjacet, adhærebat. Lien nigricans illico ſe obtulit, latus & explicatus infra umbilicum, laxatis ejus vinculis, ad medium hypogaſtrium devolutus. Renes ſani, ſed pinguedine deſtituti, Teſtes omnino corrupti, dexter præſertim, ſiniſtro minor. Jecur erat nigricans, in extremis lobis putridum, diſciſſum mediocre vitium oſtendens: Aqua multa abdomine concluſa, etſi non multum tumeret, bimeſtri autem ante obitum tumor tibiarum imarum animadverſus. Cuti abdominis & pectoris pinguedo alba ad pollicis craſſitiem inhærebat, quanquam depreſſus thorax mammillarum veſtigia nulla exhiberet: Pulmones nigricantes pure intus & extra ſcatebant. Cor & pericardium ſalva. Cerebrum, quod mirum, integerrimum, quanquam mentis inveterata vitia ejus domicilium male conſtitutum perſuaderent. Accuratius anatomen perſequi immenſus fœtor prohibuit.

Observatio XXXVIII.

Ventris dolor vitio hepatis, cyſtis felleæ excitatus, cum abſceſſu meſenterii. 1. *Ob Iecur inflammatum, Bilem in inteſtinis, Atram in ventriculo & liene, Pancreas vitiatum* 2. *A Liene miræ formæ & molis, in quo atra bilis, Lapidibus in Pancreatis canali, Vitio meſenterii, cyſtis felleæ, hepatis.* 3. *A Liene inteſtina premente.* 4. *Ob Renes per peritonæum utero connexos.* 5.

§.1. Ruſticus à ſuppreſſa intempeſtive dyſenteria, ventris doloribus per ſeptem hebdomadas vexatus fuit: Hepar ſiccum & pallidum erat; aderat abſceſſus cyſtidis fellis pugni magnitudinem æquans: alius in meſenterio. *Vide tit. de Dyſenteria.*

§. 2. Juvenis ſi decumbere conaretur, acerbos perſentiebat Dolores tum in Venere tum in Lumbis, &c. Jecur habuit inflammatum, Bilem vitellinam in inteſtinis, Atram bilem in ventriculo, Omenti & Lienis venis; Pancreas turgidum pore & pituita. *Vide tit. de Febribus.*

§. 3. Nob. N. aſciticus (*Videtit. de ventris tumore*) ventris crebra tormina paſſus eſt. Nullæ omenti reliquiæ: Lien inſolitæ figuræ & molis, intus atra bile infarctus: In extremitate ductus Pancreatis quatuor calculi. Hepatis membrana corroſa: Meſenterium ex parte lacerum; Cyſtis fellea atro ſanguine turgens, &c.

§. 4. Quidam Hepar dolere viſus eſt, cui acceſſit inſignis inteſtinorum dolor: Lien intumuerat copia porulentorum diſtentus & inteſtina premebat. *Vide tit. de Deglutione læſa.*

§. 5. Mattonæ (*de qua tit. de Graviditatione falſa*) dolores erant totius ventris continui, imprimis, vero lateris dextri, atque è regione renis ſiniſtri, vehementes. Uterus in magnitudinem ingentem extenſus, peritonæo à linea alba uſque ad coſtas ſpurias & renem dextrum tenaciter adhærebat, hinc dolor dextri lateris, Ren ſiniſter putris.

Observatio XXXIX.

Ventris & lumborum dolor ob coalitum orificii cervicis uteri, ſanguinis menſtrui effluxum cohibentem.

NOb. mulier in primo anni marrimonio gravida facta, cum inſtaret partus tempus, & conatus pariendi ſentiret, mox illis denuo ceſſantibus, poſt dies XIV. primum, cum magno labore & difficultate, infantem maturum grandem maſculum, ſed mortuum enixa eſt, & poſtea maximos cruciatus circa orificium cervicis uteri perſenſit, nec poſt puerperium mariti congreſſum ferre amplius potuit, ſed ſtatim, ſi quid ille rentare vellet, ſanguinem profundebat, nec menſtrua amplius poſtea habuit, atque ab eo tempore diverſis accidentibus divexata fuit totum biennium, licet nihilominus circumiret, cibum caperet & bene colorata eſſet. Tandem vero doloribus evicta, corporéque admodum extenuata, medicorum operam undique perquirebat. Symptomata hæc erant, ut ad veſperam, circa horam tertiam à meridie, alias paulo ſerius, dolores intolerabiles ventris & lumborum ſentiebat, venter rugitum edebat: Uterus dutus & rumens tunc ex contactu deprehendebatur: Ipſa corpus mirum in modum rorquendo, & hinc inde jaciendo, ſpinam ventre ſurſum elevato curvando, & clamoribus, convulſionibus laborare viſa eſt, quæ ad medium noctis uſque perſeverabant: tandem obdormiens, manéque rurſum excitata, cibum capiens, nihil mali ad conſuetum paroxyſmi horam uſque ſentiebat: Multis remediis fruſtra tentatis acceſitus Medicus, cathetere immiſſo in veſicam an calculo laboraret voluit explorare, ſed cum nihil inveniret, eam reliquit; Tandem ad me Baſileam advecta eſt, & cum illa unicè continuo peteret ſe ſecari, non patere aditum ad uterum: idque ego, quia peſſaria obſtetrix intrudere non potuerat, ſuſpicarer carnoſiratem aliquam forte illic natam, cervicis uteri orificium inſpiciens, obſervavi illic penitus coaluiſſe, cùm omnibus locis pertentatis nullibi ſtylum intrudere potuerim: Cauſam itaque manifeſtam deprehendens totius mali, eam mox expoſui: nec mirum eſſe retento ſanguine & ſemine, tam ſæva accidentia ſuperveniſſe, nec ſanationis ſpem eſſe, niſi uteri hoc orificium, quod integrum erat, rurſum aperiretur, docui. Et cùm adhibito Lithoromo & Chirurgo, de ſectione eſſet quæſtio, illa eam nolebat admittere: Quamobrem cauterio indolente meo eſcharam induxi, qua ſublata ductus aliquouſque patebat, nondum tamen in cervicem uteri pertingebat. Itaq; adhibita turunda ex radice Gentianæ viam dilatare tentabamus, Verùm dum hæc aguntur, illa cruciatibus conſuetis continuo divexata, accedente febre gravi, exſpiravit.

Et cùm aperirem totum abdomen, aqua cruenta nigra fœtidiſſima repletum, ſanguinis corrupti inſtar inveni, qui & inteſtinis adhærens, ac ſi cocto ſanguine certis locis ea obducta eſſent, apparebant: Cervix uteri ſpiſſima ac veluti cartilaginoſa, quæ tranſverſi digiti craſſitie coaluerat. Uterus alioquin integer, ſed maximus, totúſque, uti & cervix, ſanguine putrido & fœtido refertus. *Platerus lib. 1. obſerv. p. 260.*

Observatio XL.

Ventris dolor ab Apoſtemate Pancreas occupante.

ABſceſſus latitant nonnunquam in imis corporis partibus, ob partis craſſitiem incomperti, vel ob puris craſſitiem. Vidi plurimos à fato ſectos, qui perennibus querelis miſere vixerant, quibus ingens apoſtema, ſaxea fere duritie, Pancreas occupaverat. *Heurnius comment. in aphor. 41. ſect. 6.*

Observatio XLI.

Ventris dolor à Pancreate ulcerato productus.

IN Nobili fœmina, quæ annos retro plures convulſionibus, epilepſia, & paſſione hyſterica, laborabat, & tandem poſt colores & cruciatus exquiſitos vitam cum morte commutavit. Emortuæ aperto corpore, ſolum Pancreas male affectum & exulceratum inveniebatur. *Highmorus Diſquiſit. Anatom. lib.* 1. *parte* 2.

SCHOLIA.

APoſtema Pancreas occupaverat] A ſucco Pancreatico valde acido & acri inteſtinorum doloris ſpeciei cujuſdam cauſam deducit Clar. *Fran. Sylvius* in Praxi, Qui quia de ejuſmodi doloribus, juxta varias cauſas & ſedem affectam, accuratiſſime agit, caput integrum huc afferre viſum eſt utile: Diſtinguuntur *ait*, hi dolores omnes 1. ratione Inteſtinorum affectorum, dum alias Tenuia, alias urgentur Craſſa: 2. ratione Modi, alii enim cum Ardoris, alii cum Frigoris ſenſu, Alii in eodem loco Fixi ſunt, partem affectam quaſi Perterebrantes. Alii Vagi & cum Lancinationibus per intervalla ut plurimum repetentibus, Pungentes, ſive Eandem tunc partem identidem afficiant, ſive Diverſas petant: Alii Diſtendentes ſunt & Sola Inteſtina vel Abdomen ſimul Expandentes: Alii Rodentes ſunt aut Urentes: Alii cum Lacerationis, vel Contorſionis, vel Contuſionis, vel Gravitatis, vel Pulſationis, vel alio quovis moleſto ſenſu ægros angunt. Quoties inteſtini tenuis pars ſuperior ac ventriculo proxima, dextræ lumborum regioni ſuperſtrata, Meſenterióque ſubſtrata dolorem patitur, toties a loco affecto Lumbaris nominatur: In eodem autem loco fere omnes dolorum ſpecies pati ſolent ægri, nunc ardentem nunc algentem, &c. Inteſtini tenuis pars huic proxime, & in hypochondrio ſiniſtro à lumbis meſenterióque liberius exurgens & aſſurgens, Lancinationibus frequenter ac diſtenſionibus, cum notabili ac permanente quandoque Duritie affligitur, quamvis tunc Lieni fere, licet perperam adſcribatur, contra quotidianam & manifeſtam ex variorum cadaverum ſectione petitam experientiam: Qui reliquam inteſtini Tenuis partem occupat dolor, Iliacus ab inteſtino Ileo dici ſolet, obſervaturque itidem varius. In Craſſi Inteſtini parte poſtrema (Recti) excitatur ſatis frequenter dolor, ob hæmorrhoides cœcas & inflammatas, Ardens, Pulſans, quandoque Lancinans; aut Rodens in Teneſmo. In reliqua parte, Colicus dicitur, Diſtinguuntur ab invicem Colicus & Iliacus imprimis ſecundum inteſtini utriuſque ſitum. Hinc in abdominis ambitu ac circumferentia exortus dolor vere colicus dicendus, quamvis nonnulli eum tantum hoc beant nomine, qui partem abdominis ſuperiorem anterioremque cinguli modo angit ac torquet, inſcii quam ſæpe ad umbilicum uſque & quandoque uſque ad veſicam inſigni anfractu per medium abdomen volvatur Colon: Afficiuntur autem in omni dolore, vel in tunicis internis, ſecundum cavitatem, vel in externis ſecundum ſuperficiem, &c. Ut ſingulis ſpeciebus cauſas aſſignemus, exiſtimamus 1. Dolorem ardentem habere ut plurimum ortum à Bile pinguiore cum Succo Pancreatico Acidiore, vitioſe ac potenter effervescente, ſicut notum Spiritum vitrioli, oleo terebinthinæ affuſum, effervescentiam excitare cum ingenti calore & ardore conjunctam. Aliquando eundem Ardentem dolorem produci putamus, Sanguine aut in vaſis inteſtinorum capillaribus ſtagnante, aut iiſdem poſt diſtenſionem ſummam ruptis Effuſo & Inflammationem patiente, accedente tunc manifeſta circa partem affectam Pulſatione, cujus ratione diſtinguitur à præcedenti ſpecie. 2. Algentem dolorem frigoréve gravi moleſtum, deducimus à ſucco Pancreatico valde Acido & Acri, cum Bile minus pingui vel pauca, vel pituitoſis humoribus ſimul obruta Effervescente, Sicut obſervamus ſpiritum vitrioli Sal volatili cuivis, non tamen Oleoſo affuſum, effervescentiam excitare cum notabili algore ac frigore copulatam. Spiritus Acidi operationem in frigore producendo multum à pituita promoveri docet Experientia. Æſtus quidem à prædicta Effervescentia vitioſa pendens, imprimis ac fere tantum in regione Lumbari ſentitur, ubi confluxus eſt Bilis & Succi Pancreatici: Frigus autem non raro in loco inde remotiore, vel primario urget, quando nempe multa pituita, eáque viſcida obducta eſt pars inteſtini ſuperior, quæ munit quidem contra moleſti frigoris ſenſum partem quam regit, non frangit autem aut impedit actionem Succi Pancreatici per ſe frigus patientis: enervat vero & obtundit oleoſitatem & acrimoniam bilis, cui tanquam primariæ cauſæ Calor debetur, quoties pituita hæc ad exitum bilis occurrit copioſa vel viſcida. Prout igitur inteſtinum tenue magis vel minus copioſa viſcidave pituita eſt obductum, ita in loco prædictorum humorum, bilis ſuccique pancreatici, confluxu, remotiore aut propiore calor frigúſve ex ipſorum Effervescentia vitioſa obortum ſentitur. 3. Dolorem quaſi partem Perterebrantem ac Fixum adſcribo Succo Pancreatico multum acri, viſcidæque pituitæ immixto, & vitreæ pituitæ nomine tunc noto. Perterebrationem autem Acrimoniæ Acidæ, Fixitatem vero viſciditati comit aſſigno. 4. Ubi non tantum Aciditatem acerrimam habet ſuccus Pancreaticus, verum Auſteritatem quoque, tunc mitius accedit Contorſionis ſenſus in parte affecta, qualis non raro in colico urget ac torquet 5. A copioſa viſcidaque pituita præ cæteris humoribus peccante, Dolor cum gravitatis ſenſu excitari ſolet. 6. Ab eadem pituita viſcida in Flatus rarefacta & inteſtina ſola, vel una cum abdomine diſtendente Dolor Diſtendens oritur. Flatuum materialis quidem cauſa eſt pituita viſcida, Efficiens autem Bilis, tum acrimonia Salina, tum oleoſitate volatili peccans quod præter alia probant quævis olea aromatica, ex ſeminibus præſertim elicita, guttis aliquot aſſumpta & pituitam viſcidam in ventriculo vel inteſtinis repertam mox in flatus ſolventia, eoſdémque porro etiam diſcutientia: 7. A Succo Pancreatico Acidiore, in vitioſa ſui cum bile effervescentia dominium habente, excitari halitus Acres, atque inteſtina hinc inde pungentes, in iiſdem Dolores producunt Lancinantes & Vagos. 8. A Bile acrimonia Salina peccante, atque eum Succo Pancreatico Humorem ſalſum rodentem conſtituente, Dolorem obſcure Urentem ac Rodentem gigni autumo: quod vel coryza confirmat, in qua humor acido ſalſus à cerebro per nares diſtillans ſimilem dolorem Rodentem cauſare

 ſolet

olet. 9. Contundens dolor videtur mihi ortum du- cere à Pituita multa cum Succo Acido pauco juncta. to. Lacerans, & partem affectam ſine dolore Rodens dolor, debetur ſucco Acido puriori, nec à Bile aut Pituita temperato vel fracto.

Observatio XLII.

Ventris dolor productus ab humore ex ulcere Renis ſuccenturiati manante, à quo Coli tunica quaſi ſphacelata evaſit.

Nobilis xlv. annorum, temperamenti ſanguineo bilioſi, poſt diuturnam Colicam, eámque contumaciſſimam, generoſiſſimáq; remedia reſpuentem, mortuus à me apertus, ubi inteſtini Coli exteriorem tunicam abſumptam & quaſi ſphacelatam inveni, ex illa parte qua Reni ſiniſtro adjacebat: Ren vero ſiniſter tantus erat ut figuram Lienis deſtruxerit, qui multis tunicis & membranis involutus erat, quibus reſectis Ren verus in debita figura & ſitu inventus fuit: Ren vero ſuccenturiatus tantus erat, ut totam quaſi illam regionem à diaphragmate (quod una cum liene ex illa parte elevaverat altius) uſque ad muſculum pſoas deorſum occupaverit: In hoc Rene ſuccenturiato erat ulcus, ita quidem apertum, ut integro pugno tranſitus pateret: materia ex hoc ulcere rupto effluxa, erat aqua rubra, ac ſi bolo Armena tincta fuiſſet, ad ℔. xij quaſi, intus vero adhuc hærens erat denſa & glutinoſa valde, fuliginémque redolebat ad inſtar carbonum terræ, cum ſumma nauſea & horrore: Hæc maſſa ſine materia, jamdum effluxa, & particula abrupta, ponderabat libras duas & uncias tres. Notandum præterea eſt quod Nobili huic jam duo filii eodem putaritio Colico morbo mortui fuerint. *Ex obſervationibus I. Georgii Greiſelii Medic. Viennenſis, in Miſcell. Curioſis anno* 1670.

SCHOLIA.

Rene Succenturiato:] Uſus eorum hactenus admodum obſcurus. De his ſic ſentit *Fridericus Lepnerus Introduct. ad Medic. pag. 92. Renes Succenturiati, qui ab aliis dicuntur id officii genus habere ut atram bilem contineant, mihi quidem non alium in finem videntur conditi, quam ut ſint diverticula ſanguinis, ne nimia ejuſdem copia obruantur renes: Hunc uſum eoſdem obtinere demonſtrant, & propinquitas loci, & vaſa ex iiſdem venis & arteriis emulgentibus, eo tendentia.* Mirum Renis illius ſuccenturiati incrementum, ejuſmodi uſum comprobare videtur, qui deſtinatum ſiniſtro reni alimentum redundans abſorbere non valuit, quia ren dictus exceſſive quoque intumuit.

Observatio XLIII.

Ventris dolor & lumborum à monſtroſa Uteri magnitudine.

Mulier maxime conquerebatur de Ventris dolore & lumborum. Ingens aderat tumor rotundus, cum copioſa aqua, cavitatem implens: Uterum eſſe cognovi ex adhærentibus illi teſticulis, tubis, &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

Observatio XLIV.

Ventris dolor diuturnus à Fœtu in Tuba uteri concepto.

Decem ſunt anni jam elapſi quod Chirurgus Pariſiis, in mortua muliere diſſecta, puſillum fœtum optime conformatum in cornu dexrro uteri invenit. Sed recens habemus exemplum de Lotrice linteorum cubiculi Reginæ, ab aliquot annis, in ejus corpore inventus Fœtus, pollicis longitudine & craſſitie, bene conformatus, intra uteri cornua locatus, qui dolores adeo crudeles per quatuor menſes exciravit, ut tandem vitam cum morte commutarit, menſe graviditatis ſeptimo: Id reſcivi ab eruditiſſimis Doctoribus Pariſienſibus, qui apertioni cadaveris interfuere, DD. *Petro Seguino*, Scholæ noſtræ ſeniore, primario Reginæ Medico & P. *Tvelin* Medico ordinario Regis & Reginæ. Dum hæc excuderentur, rogatus D. *Tvelin* hiſtoriam à ſe deſcriptam mihi dedit, & fœtum quem adhuc ſervat, oſtendit. Anno ſalutis 1638. die 8. menſis Maii. Iſta lotrix diliculo violentis convulſionibus tentatur & diſtorquetur: accerſitus D. *Tvelin* acceſſit, imperátque venæ ſectionem, ne ex illa violenta diſtenſione vas aliquod rumperetur in iſto corpore plethorico, Venæ ſectio dilata fuit in adventum primarii Medici *Seguini*, inter moras exſpiravit.

Apertum fuit cadaver juſſu D. *Tvelin*: diſciſſo abdomine ſtatim affluxit magna copia ſanguinis effuſi in capacitatem, per ſpongiam exhauſto ſanguine, perquirit partes genirales. In conſpectum venit Tuba uteri ſupra modum tumefacta in ſiniſtro latere, eáque aperta deprehenſus fœtus bene conformatus, pluſquam bimeſtris, involucro carneo obvolutus, quod ſecundinam

ſecundinam referebat. Iſtud prodigium Reginæ, totique aulæ Regiæ demonſtravit. *I. Ri lanus Anthropogr. lib.2.cap.35.*

Observatio XLV.

Ventris dolor à ſanguinis effuſione in peritonæi ſpatium. 1. *Ab effuſo ſanguine in abdome poſt glaciei eſum.* 2. *Poſt vulnus hypochondrii dextri.* 3. *A muſculis abdominis ſanguin ſuffuſis.* 4. *A pure totum abdomen implente.* 5. *Ab effuſione humorum ex inteſtino per forato & putrido.* 6. *Ab urina per abdomen effuſa ex rupta veſica.* 7.

§.1. Vxor N. poſtquam in ſumptuoſo epulo genio prius, deinde, remotis menſis, tri pudio indulſiſſet, oborto mox animi deliquio abunde vomuit, doloréſque intr abdomen acerbiſſimi ſunt ſubſequuti, ut paulo poſt exſpiraret.

Diſſecto cadaveris ventre, peritonæi cavitas cruoris plena diſruptam venam eſſe teſtaba tur. *Henr. Smetius miſcellan. lib.10. pag.525.*

§. 2. Vocatus olim fui ad matronam, cujus vultum cadaveris pallore fœdatum animad verti: hæc extremo languore affecta narravit mihi mane inſignem diarrhœam excitatan eſſe, in reditu autem è latrinis Dolorem in Ventre ſe percepiſſe non ſecus ac ſi quid interiu diſruptum fuiſſet, ſuccedente ingenti æſtu: ob inſequutam debilitatem lecto ſe tradidiſſe iterúmque ad excretionem ſollicitatam fuiſſe, at præ impotentia fæces ne effluerent conti nere non potuiſſe. Ab ancilla autem reſcivi Dominam cœna præcedente, glaciei fruſtum duorum pugnorum mole voraſſe: Manu carpo admota, (etſi artis pulſuum exploratrici parum perita ſim) mortem præ foribus eſſe judicavi, pulſus enim aliquando ſe ſubducebat, aliquando, ſed exilis reſurgebat, non ſecus ac candela lumen ultimum vibrans: Dum Medicus, Chirurgus & Sacerdos accerſuntur, vinum præbeo. Idea mali erat ignota. A duobus Medicis non infimæ notæ, quicquid è re erat præſcribitur, ſed ſyncope ſuccedente revocare eam non licuit. Sanguinis miſſio quidem tentata, ſed ex pertuſa vena, non ſecus ac ſi ictus fuiſſet pannus laneus, ne guttula prodiit, quanquam bis feriiſſet Chirurgus. Mors circa meridiem contigit, à diarrhœa horis ſex, à vorata glacie duodecim, ſexta matutina.

Dominus *Marchand* cadaver apetuit, ac totum ſanguinem in abdomen confluxiſſe animadvertit, inter epiploon & inteſtina, quo remoto vas unde exierat inquirit, Id autem fuit craſſiuſcula vena, ligulæ aculeo ſimilis, quatuor digitis infra majorem lobum hepatis, ad quatuor digitorum tranſverſorum digitorum longitudinem abrupta & lacera, quod glaciei frigus præſtitit, extenſione vaſis fracta. Nullus in toto cruor conſpicuus, confluxerat enim omnino in abdomen, Molam præterea utero geſtabat, ſeu membranam ſanguine deſtitutam. *Lodoica Borgheſia, ſeu Obſtetrix Gallica. Obſerv. Tomo V. cap.48.*

§. 3. Quidam in hypochondrio dextro gladio lato vulneratur, hinc Dolores Ventris vehementes: Vulnus in ventriculi fundo maximum erat, E cujus vaſis penitus diſciſſis ingens ſanguinis copia effluxit, cujus pars in ſpatio abdominis collecta dolores vehementes concitavit. *lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 4. Generoſus N. vulneratus in nate ſiniſtra, in Abdomine temporibus incertis mitam quandam & quam exprimere nequiit, moleſtiam perſenſit, quæ nec proprium ferebat contactum. In muſculis obſervabantur ecchymomata, tot & tanta ut majores muſculi plerique putridi fuerint, maxime oblique aſcendentes & tranſverſi. Vaſa meſenterica craſſa billioſa materia turgebant, &c. *Vide lib.4. tit. de vulneribus.*

§. 5. Suſanna x1. annos nata, à ſeptennio ventris & hypochondriorum doloribus aſſiduis eſt vexata: Tandem acuta ſuperveniente febre, Ventris diris torminibus ereepta, 5. die obiit.

Diſſecto cadavere inventa eſt tota ventris cavitas fœtidiſſimo & ſeroſo pure referta; Omentum totum erat corruptum & pene abſumptum hinc acerbi illi cruciatus. *Zacutus Med. Pr. lib.2. obſerv.18. ex D. Lud. Nonio Medico Antverpienſi. p.377.*

§. 6. Die 15. Junii 1636. Petrus Blanc diuturno alvi fluxu laboraverat, unde valde debilis & macilentus evaſerat, tandem 15. Julii murmur ingens percepit in abdomine, ex quo vomitus conſecutus eſt, ac deinde tenſio dolorifica cum febre eum valde afflixir: nihil per vomitum aut ſeceſſum omnino rejiciebat, & clyſteres puros ſine ullo excremento reddebat: Juſſu imperiti Chirurgi ſumpſit purgans, ex quo nihil dejecit, ſed tenſio & Dolor inde maxima ſumpſere incrementa. Vocatus ego 5. die morbi, invenio hominem valde debilem, facie Hippocratica, & extremorum frigiditate, mortem imminentem indicantibus, Valde anxius fui in hujus morbi diagnoſi, & nihil aliud potui excogitare quam in-

gentem inflammationem, quæ tumore inſigni inteſtina comprimeret & excrementorum tranſitum impediret.

Aperto cadavere, inventa ſunt inteſtina craſſa livida & ſemicorrupta, unúmque ex iis perforatum: in abdomine verò multi humores fœtidiſſimi: Ex quibus apparuit humores excrementitios, qui ad inteſtina confluere jamdiu ſolebant, & alvi fluxum effecere, tandem diutius moratos, ob facultatem expultricem debilitatam, inteſtina corrupiſſe, ac tandem pondere ſuo eam partem, in qua humores dicti morabantur, magis putrefactam aperuiſſe & impetu in abdomen irrupiſſe: hinc alimenta & clyſterum partem per illud foramen ad cavum abdominis fuiſſe tranſlata. *Laz. Riverius cent. ij. obſerv. xvij.*

Observatio XLV.

Ventris Dolor ab urina per abdomen effuſa, ob ruptam à calculis veſicam.

Juvenis quidam miſerandum in modum excarnificatus à duobus calculis, in veſica urinaria clanculum latitantibus: quippe ita abſorpſerat illos frequens veſicæ mucus, ut nequidem digitis eas explorate, nedum ferro convenienter exſcindere lithotomi: unde factum ut continuo ſuo attritu, non modo abraſerint, verum integre conſumpſerint membraneas veſicæ tunicas, illæſo ſolummodo, vel potius aliquatenus ſuperſtite muſculoſo ipſius collo, quod cum non foret continendo lotio, diffudit ſe illud neceſſario per vicina inteſtina: excitans illic ut dolorem acrem, ſic continuam meiendi difficultatem, & exitialem nervorum contractionem, ſive ob exquiſitum inteſtinorum ſenſum ſive inſignem retentæ urinæ acrimoniam, quæ certè tam acerbe pupugit laceras ulceratæ veſicæ oras, & accenſas vicinarum partium tunicas, uti quoque lumborum nervos, ut præ inſuperabili doloris cruciatu contraxerit non tantùm extremam maciem, ſed oppetierit quoque miſerrimam mortem: Quæ tamen priuſquam defungeretur, coactus fuit integrum annum ſedendo tranſigere, & non heri atque hodie, ſed continenter caput ita ſublime habere, ut nunquam id licuerit ipſi in pulvinar inclinare, quin dictum ac factum distraherentur vel omnes, vel certe illi nervi, qui aut caput verſus ſcapulas trahunt, aut rectam & immobilem reddunt cervicem: quam priorem ſpeciem ut ὀπισθότονον, ſic inſequentem τέτανον ſive Rigorem vocant Medici: Quorum ſane ſæviſſimorum tormentorum crudelitatem tam impenſe perhorruit, ut fugerit cane peius & angue qualecunque decumbendi genus, malueritque perpetim confligere cum ineluctabili dormiendi neceſſitate, quam tam acrem perpeti dolorem, & tantis moleſtiis redimere tam irrequietam fatiſcentium membrorum quietem, quorum tamen ſecuritati tandem conſuluit mors; In cujus lucta contigit quidem ſuccumbere, ſed non decumbere, quod tamen fuit bis conatus, ſed bis utique repulſus, cum ob indefatigabilem dolorem, tum ob atroces nervorum contractiones: quæ certe intervenere tam frequenter, ut neceſſe habuerit parere inevitabili neceſſitati, & inviſam vitam finire, ſi non ſedendo ſaltem cedendo.

Inſpectis poſt obitum cadaveris extis, vidimus duos inſignes in veſica calculos, ſed muco ac puri penitius immerſos, quam ut ipſorum durities potuerit à lithotomi digitis attingi, in quo tamen maximum illius artis momentum: Ipſa vero veſica adeo à calculis fuit attrita, & à pure tam fœde conſumpta, ut urina deſtituta proprio receptaculo fluctuaverit libere per univerſa inteſtina: quorum ſinuoſi anfractus acrius ubi vellicarentur: communicabant illico malum ſuum nervis à ſpinali medulla oriundis, & illi viciſſim ipſi cerebro: cujus præternaturalis contractio incurvavit non ſemel tam vehementer hujus dorſi ſpinam, ut univerſum corpus videretur inſtar alicujus globi terrorſum conglomerari: deprimentibus interim duobus hiſce calculis uſque eo rectum inteſtinum, ut coarctatum produxerit plurima membranoſa filamenta, intertexentia tam arctè interiorem ipſius fiſtulam, ut nihil excretorum potuerit amplius tranſmittere: plane eadem ratione qua ſimilia filamenta vidimus obſtruxiſſe gulam à carcinomate obſeſſam. *Tulpius lib. 3. cap. 2.*

Observatio XLVI.

Ventris dolor poſt vehementem abdominis in terram alliſionem, unde ſequuta Ilei & Coli perforatio, & Meſenteru fiſſura.

Cum anno 1659. Sereniſſ. Principes Altenburgenſes in Sylvis Hilperhuſiis venatione cervorum delectarentur, accidit ut Servum venatorium Cervus de improviſo impeteret, qui eum à tergo cornibus petens primo arbori (ad quam ſe receperat) impetuoſe ac abdomine tenus illiſit, mox cornibus ſublatum per aliquod ſpatium deportavit, donec

donec tandem miſerum ſibíque gravitate moleſtum onus ſuper terga in terram projiceret. Luſtrato undique corpore nullius noxæ inveſtigare licuit indicium, niſi quod ſiniſtra natium cornu cervini apice ad mediocris pollicis profunditatem adacta, vulnerata eſſet; unde conjectura facta eſt periculum enormius haud latere, modo ex terrore deficiens animus recrearetur & ad ſe rediret, quo fine vini hauſtus exhibitus, vulnus vero quoad licuit apte deligatum eſt: Interea quamprimum Coburgum defertur, ubi omnia quibus videbatur opus eſſe adminiſtrata: imprimis vero poſt deligatum denuo vulnus Emplaſtrum ſupra totum abdomen, quod inſigniter, & maxime circa umbilici confinia dolere continuis ejulatibus pronuntiabat, applicatum eſt, adhibitis ſimul internè quæ reſolvendo ſanguini eſſent idonea & cor reficerent, nam adhuc iterum iterúmque animo linquebatur, ſudoribus faciem largiter irrorantibus, & ſiti ardentiſſima præcordia angente: Hæc rerum facies, utut gravius quidem malum latere facile minabatur, tam brevem tamen vitæ moram reſtare vix quiſquam adſtantium ſibi perſuadere poterat, qui magis notam ægroto puſillanimitatem exprobrare quam ipſius miſericordia teneri videbantur: Verum paucis abhinc horis, dum media nocte deliquia increbeſcerent, vita hominem reliquit.

Cadaver diſſectioni deſtinatum eſt, ad quam ſe accingentes extrinſecus ſingulas corporis partes bene iterum perluſtrarunt, nullius tamen læſionis indicium extitit, ſed præter ſupra memoratum vulnus, dorſum ſolummodo, qua os ſacrum vergit ad ſcrotum uſque & aliquam pubis partem, extravaſatus & intra cutem coagulatus ſanguis diverſo ſolitóque liquore tinxerat: Jam abdomine tegumentis exuto peritonæum removendum erat, quod ubi prima inciſione perforaretur, ſtatim inde aqua cruenta, velut è ſyringa propulſa, proſiliit altiſſime, cujus deinde tanta quantitas deprehenſa eſt, ut totam cavitatem abdominis undiquaque inundaverit: hæc ſpongiis exhauſta, inteſtina accuratius inſpicere licuit, in quorum Ileo & Colo, quinque foramina rotunda groſſum argenteum Miſnicum capientia; necnon in meſenterio, proxime ad inteſtinum rectum, fiſſura inventa eſt; alibi vero in eodem aliquot maculæ lividæ & ſemicorruptæ, pariter groſſo non minores, conſpectæ ſunt: Reliqua viſcera omnia ſarta tecta: Quod vero inteſtina, præcipue Colon, quod tamen adeo craſſum eſt, rumpi tam facile potuerint, non adeo mirum videri debet, modo cognitum reddatur quod homo dictus, tota nocte quæ fatum præceſſerat, & ſequenti die dum feræ in ſtationem cogerentur, ſub ardentioris Solis radiis verſaretur, nimis multam quantitatem cereviſiæ ingurgitaverat, adeóque inteſtina ſummè repleverat & diſtendebat. *Ex obſervat. D. Henrici Vollgnad med. Vratiſlavienſis.*

Observatio XLVII.

Ventris rugitus & murmur ab humoribus & flatibus in duplicatura Omenti vagantibus.

Recipit vitioſos humores Omentum, & cavitas illa in ſiniſtro hypochondrio ſub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viſcerum connexu orta & exitum non habens, ſed ita concluſa, ut aquam quoque & flatus continere poſſit, ab *Aquapendente* in ſtructura Omenti deſcripta, nec *Hipp.* ignota, qui 7. aph. 54. Si inter ventriculum & ſeptum tranſverſum pituita concluditur, & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam non habens, iis per venas in veſicam verſa pituita morbi fit ſolutio: Cavitate illa natura interdum ſimul utitur ad recipiendos ſuperfluos humores, pituitoſos, craſſos, limoſos, ſeroſos & aquoſos, melancholicos, atros flatúſque etiam, Et quidem ex tribus membris in illam cavitatem excrementa iſta tranſmittuntur, Ex liene, hepate, ventriculo, *Ac ſæpe in Anatomia obſervatum Marſupium & hanc omenti cavitatem, nunc aquoſo nunc atro humore refertam fuiſſe.* Flatus etiam in ea contineri extra dubium eſt, ob quos, cum abdomen comprimitur, aut venter attollitur vel deprimitur, ſonus manifeſtus percipitur, Novíque ſtudioſum qui quoties manu ſiniſtrum hypochondrium comprimit, manifeſtus ſonus etiam ab adſtantibus percipitur. *Sennertus Pract. lib. 3. p. 5. ſect. 2. cap. 2.*

S C H O L I A.

S*Æpe in Anatomia obſervatum &c.*] Ad lobum parvum Hepatis affixum eſt Omentum, imo lobus iſte totus duplicato includitur Omento, atque circa eum locum ab Omento magna cavitas versus inferiorem Hepatis ſedem efformatur, quæ refert uterum, ubi poſſunt humores magna copia coacervari; Forſan ibi ſacculus conſtituendus, ab Anatomicis juxta Hepar deprehenſus in multis morbo pereuntibus, & poſt obitum diſſectis: In iſta regione cava & concamerata ipſius Hepatis, exemplo vel diſtracto Epiploo, ſupra parvum lobum intra Hepar, magna deprehenditur *cavitas, profunda* inſtar cavernæ, quæ fere pertingit ad apicem jecoris, in hanc cavitatem intrusa manu canales quamplures, hac

hac & illac diſperſos juvenies, qui digitum poſſunt admittere: Haud dubie in bac cavitate magnus humorum acervus colligi poteſt; Inde contumaces obſtructiones procreantur, ſi canalibus iſtis impactus & incuneatus fuerit humor: vel interdum Abſceſſus, ſi ad ſuppuratum perveniat: Ideóque veteres Medici, cum de cavis Jecoris partibus loquuntar, proculdubio iſtas cavitates intellexere: *Riolanus Anthrop. lib. 2. cap.* 21.

Sonus manifeſtus percipitur] Homines quamplurimi abdomen viciſſim attollendo & comprimendo motum, imo ſtrepitum effatu dignum excitant, qui non aliunde procedit quam ex flatibus intra duplicaturas Omenti concluſis, qui exſufflatione eliſi obſtrepunt, & circum clauſtra fremunt: ſic in equis ſuccuſſatis, & ilia ducentibus, aut ſaltu progredientibus, ventrem reſonare obaudimus, ob flatus intra abdomen concluſos & obſtrepentes: Nec aliunde cauſa ἐγγαστριμύθων repetenda, quam ex flatibus intra Omentum incluſis, artificioſo ventris motu colliſis: Videmus quibuſdam virginibus, & mulieribus quibuſdam ſpleniticis, & jejunis & ſaturis, ventrem importune reſonare & obſtrepere: inde manant fluctuationes & rugitus ventris, compreſſis & ſublatis hypochondriis, *Hippocr.* 5. Epid. partic. 58. mentionem facit Polemarchi uxoris anginoſæ, cui circa cor videbatur ipſi aliquid colligi, & reſpirabat velut ii qui ſubmerſi fuerunt reſpirant; & ex pectore ſubſtrepebar, velut ἐγγαστρίμυθοι. Sunt qui clauſo ore loquuntur ex ventre, ac ſi loquerentur ex ore; ut ἐγγαστρίμυθοι dicuntur qui è pectore loquuntur: Quod accidit ratione cavitatis inſignis, quæ major eſt in amplo pectore, intra duplicaturam mediaſtini: In eo ſpatio Epiploi vidi interdum flatus tanta copia irrepſiſſe in laborioſo partu, et vehementi & longa contentione enitendi & emittendi fœtum (ſæpius cohibito ſpiritu) ut abdomen per aliquot dies a partu remanſerit mirabili modo diſtentum & elevatum, cum manifeſta circumſcriptione tranſverſali juxta umbilicum; iſque meteoriſmus abdominis, etiam rite fluentibus lochiis, atque ſuperveniente fluore alvi, parum fuit imminutus, ſed fotibus duntaxat chalaſticis & reſolventibus diſcuti potuit. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap.* 13.

Observatio XLVIII.

Ventris dolor pulſativus, ob Arteriæ magnæ extraordinariam dilatationem; Ventriculum & inteſtina flatu turgida.

DOm. *Bucretium* ægrotantem ſymptomata ſequentia præcipue afflixerunt, 1. Nauſea. 2. Dolor ſubtus ventriculum & juxta umbilicum, pulſationes: 3. *Dolor & ardor intolerabilis circa regionem renum.* 4. Ardor quandoque in univerſo corpore, quandoque in plantis pedum moleſtiſſimus, 5. Vigiliæ, 6. Circa Lunæ φάσεις, præſertim poſtremo decubitus menſe, inſultus Epileptici, quos ipſe è tremore crurum præſentiebat: 7. Summus virium languor.

In cadavere hæc nobis viſa ſunt, 1. Abdomen ſola cute & excarnibus prope muſculis tectum. 2. Omentum omni pinguedine deſtitutum. 3. Ventriculus & inteſtina flatu turgida, atque inſtar veſicæ inflatæ tranſparentia, inter quæ tenuiora nonnullis maculis liveſcentibus interſtincta. 4. Lien pro corporis magnitudine exiguus, forma ovali, ſed depreſſa & in lobos quaſi quatuor dextra ſui parte diſſectus: 5. Folliculus felleus magnus. 6. Hepar grandiuſculum & ſatis coloratum; 7. Ren uterque quoad ſubſtantiam ipſam inculpabilis, ſecus quam ipſemet etiam *Bucretius* p. m. ſuſpicabatur, dexter tamen ipſi infundibulo calculum, magnitudine radicem zinziberis fere æquantem, acutum & uni atque alteri interiori renis meatui peculiaribus protuberantiis tam firmiter impactum (ſcrupulos iv. ſi recte memini, pependit) continebat, ut nonniſi cum violentia & ſonitu extraheretur: Siniſter verò externa & ſuperna ſui parte, veſicam inſtar nucis juglandis grandioris, aqua limpidiſſima diſtentam, & dimidia parte renis ſubſtantiæ inhærentem; vreter quoque juxta infundibulum non parum ſabuli nobis repræſentabat, 8. Vaſa, venam intelligo cavam & arteriam magnam, erant prope tota exſanguia. 9. Arteria magna ſpinæ incumbens, tantæ amplitudinis erat ut pollicem ſine ulla difficultate admitteret. Hæc ſine dubio in cauſa fuit ut quandoque doloribus nephriticis nimis furentibus, & ſpiritibus ſanguinéque ad locum affectum impetuoſius confluentibus, manu abdomini juxta umbilicum admota, pulſatio exquiſitiſſime ſentiretur, præſertim (cum ex ante dictis patet) tam abdominis muſculi quam ſubjacentes partes adeo fuerint extenuatæ: 10. Pulmones maculoſi. 11. Cor grandiuſculum, & tam copioſa pinguedine obſitum, quantam, mea opinione, è toto corpore per coctionem non prolecturus fuiſſes: Huic adſcribo quod ſufferendis tam diuturnis & exquiſitis doloribus, parciſſimo alias cibo ac potu utens, par fuit: Cor enim perpetuo quaſi ab ea humectatum, & ſpiritus refocillati ſunt, ut pulſus ad extremum prope, ſatis rectè aliorum corporum reſpectu, conſtaret; Miraberis fortaſſis, idque non immeritò, pinguedinis circa Cor copiam, corpore alias tam emaciato, & tum pectore quam abdomine hirſuto, quæ omnia caloris ſunt indicia: hoc etiam ſingulare habuit, quod cum pauciſſimi eſſet ſomni, lacrymas tamen facillimè, vel poſtridum etiam profunderet, & nares ſero ut plurimum ſtillantes circumferret: Cranium apertum non fuit. *Michael Doringius ad Sennertum, cent. 1. Epiſt. xxv.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

ARdor intolerabilis circa regionem renum] Qui fit quod in calculi motu calor intolerabilis percipiatur? Cum calculus non tantum bili, ſed & craſſiori ſero egreſſum intercludat, atque inſuper membranoſas partes lancinando graves & immanes nonnunquam dolores excitet, & ſanguinem atque ſpiritus ad locum affectum accurrere faciat, adeóque totam maſſam ſanguineam inſigniter perturbet, quin ex æſtuantibus humoribus & ſpiritibus febris ſymptomaticæ ſpecies exoriatur, fieri vix poteſt. *Idem. ib.*

Observatio XLIX.

Ventris ſaltus & palpitationes à vermibus excitatæ.

NOn vulgare ſymptoma excitant quandoque vermes, Et ſunt ventris inferioris & ventriculi ſaltus & palpitationes involuntariæ: quod bis in duobus nobiliſſimis infantibus obſervavimus: quorum alter diem ultimum obiit; alter vero nonniſi magna difficultate evaſit: Hujus quoque ſymptomatis meminit *Duretus in ſcholiis Hollerii*, tradens ruſticæ cuidam mulieri plures prodiiſſe, cùm antea incredibili palpitatione & fluctuatione ventris laboraſſet. *Marc. Donatus hiſtor. mir. lib. 4. cap. 26.*

Observatio L.

Ventris pulſatio circa umbilicum, à compreſſa arteria magna.

ANno 1629. apertum fuit corpus cujuſdam Bataviensis, qui per tres annos languerat miro ac incognito affectu: Nam ſi ſuper umbilicum, aut circiter, quis manum impoſuiſſet, pulſus qualis cordis ac arteriarum, tam vehemens ſentiebatur, inſtar ſalientis infantis in matris utero, quæ jam partui vicina eſt, ita ut manum elevando repelleret; Æqualem fuiſſe hunc pulſum cum arteriarum & cordis hoc modo deprehendi: Siniſtram umbilico ægri impoſui, dextra arteriam circa carpum tetigi, invenique in ſyſtoles & diaſtoles intervallo plane convenire: unde ego ſtatim conjeci arteriam magnam laborare, quod & poſt mortem invenimus.

Nam vena cava repleta erat, loco ſanguinis, adipoſa materia, ac medullæ ſpinali admodum ſimili: quæ pondere ſuo arteriæ magnæ incumbens, dum illa è contra iſtud onus à ſe rejicere conaretur, hunc pulſum excitabat: Arteria magna duplo ſolito laxior erat, ac repleta ſanguine nigro ac ſeroſo: Cor etiam ſolito maius inventum eſt ac flaccidius, & ſpongiarum modo comprimebatur, tum uterque ejus ventriculus amplior ac etiam ſanguine iſto nigro repletus: Quis rogo non obſtupeſcat taliter affectum tamdiu vitam potuiſſe ducere? Jecur erat vividi coloris ac conſiſtentiæ, niſi quod communem menſuram ferme duplo excederet: Cyſtis, qua bilis continetur, etiam bovinam magnitudine æquabat, erátque intus reperta cholera ex nigra viridi, lenta ac tenaci, craſſitudine ſyrupi craſſioris aut potius extracti. *Bontius Medic. Indorum obſerv. viij.*

SCHOLIA.

RIolanus Anthrop. lib. 2. cap. 35. Palpitationem quæ circa Xiphoidem in ventre percipitur, non ab arteria cœliaca, paulo infra micante, proficisci *ait*, ſed à corde diaphragmatis centrum nerveum percutiente.

Observatio LI.

Arteriæ magnæ pulſatio manibus in abdomine deprehenſa, & vertebrarum ipſarum corpus, ob retracta verſus hypochondria inteſtina.

IN Cardinali Campegio inteſtina omnia ad hypochondria redacta erant, propterea cavitas inferior abdominis inteſtinis deſtituta erat & ſpina detecta: Quamobrem Medico licebat abdomen attrectanti magnæ arteriæ motum perſentire, & una cum illa duriries perſentiebatur: Illa vero durities nihil aliud erat quam vertebrarum corpora. *Columbus lib. xv. Anatom.*

Observatio LII.

Ventris Pulſatio ab aneuriſmate in abdomine.

IN vetulæ cadavere aperto inventum eſt aneuriſma in abdomine, in quod pugnum immittere potui & immiſi: Notanda hic eſt ſumma naturæ providentia, quæ arteriæ diſruptionem præcavens ex nimia dilatatione, tunicam illius adeo induraverat ut oſſea appareret. *Fallopius lib. de Tumor. p. n. cap. 14.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

IN hypochondriaca paſſione affectis pulſatio in ſiniſtro hypochondrio nonnunquam percipitur, ab exagitatis humoribus fervidis iis locis, unde ſucitati vapores arteriarum ſyſtolen & diaſtolen augent, quæ pulſatio ab adſtantibus, nedum ab ægris, impoſita abdomidi manu interdum percipitur: tum temporis præſertim manifeſta, ſi cauſa aliqua procatarctica accedat, ira, terror, meri potus & ſimiles; Accidit ejuſmodi palpitatio in arteria cœliaca, quippequæ inſignior eſt: Quæ aliquando indeſinens eſt, ſi morbus altas egit radices, unde curationis impoſſibilitas arguitur: ſubſequiturque interdum Aneuriſma, cum ea arteria cœliaca, aut altera inſignior, impenſè à ſanguine fervidiori contento dilatatur.

Observatio LIII.

Ventris dolor interimens, nullis in interaneis labis relictis argumentis; à Cinnabari incautè per os ingreſſa.

PIctor quidam Andegavenſis annos natus xxx. firma ac laudabili corporis conſtitutione, anno 1557. manuum digitos graviores ſolito, torpidiores ægréque mobiles percipiens, paucis poſt diebus contrahi illos convellíque ſenſit, atque ſenſim in dies magis ac magis aucta affectio eſt, dum incurvi illi pene inflexibiles manerent: Quin & carpum & brachia pervaſit affectio, dum nervis tendonibuſque infrigidatis, humoréque craſſo imbutis, admodum torpida, convulſa graviáque redderentur: Haud multo poſt idem pedes vitium ſenſere, ſublata incedendi potentia: in his tamen, ut neque in brachiis, neque in manibus, non admodum vehemens dolor affligebat; Miſellus hic tot malis credo divexatus, aliud ſymptoma longe graviſſimum ac crudeliſſimum incurrit: Dolor enim acerbiſſimus atque atrociſſimus ventriculum atque hypochondrium utrumque occupare cœpit, ſed *qui ad totum ventrem pertineret*, cui cum nec noctu nec interdiu intermittebat, clyſteribus, fotibus, balneis, ac aliis quibuſdam remediorum generibus, ſed fruſtra, levatio quæſita eſt: Unicum tantùm in acceſſione inventum eſt ſolatium, tres quatuorve robuſtos homines ventri ſuperpoſitos ſuſtinere: compreſſo ſiquidem ventre paulo mitior cruciatus erat: Ubi ſex octóve dies, nonnunquam & xij. miſer ille adeo fuerat diſcruciatus, ſenſim abeunte dolore, languidus quidem ac pene moribundus cernebatur, ſed qui ſtatim reſtituta appetentia vires aliquas reciperet, dum alia rurſus ſimili acceſſione correptus diſtineretur: xx. enim non amplius dies intermittebat: atque in acceſſionibus alvus ne validis quidem proritata medicamentis *quiddam demittere poterat*, quod ſi quando contingeret, nigrum omnino ac lividum ſtercus erat: Sed & in intermiſſionibus quæcunque purgantium medicatorum vj. detrahébantur, atrabilaria omnia ac ſplenis purgamenta judicari poterant: Adhibiti ad tanti mali expugnationem celeberrimi quique Medici, brachiorum & pedum reſolutionem ad Cinnabrium, quo pictores non raro utuntur, referendum putaverunt: Cùm enim penicillum ille ſæpe digitis extergeret, iis inhærens cinnabrium, ex hydrargyrio factitium, partium continuatione vim ſuam in cerebrum, cui, ut nervis, & tendonibus & membranis omnibus imprimis inimicum eſt, tranſmiſit, in quo frigefacto pituita multa tandem collecta eſt, quæ poſtea in tota brachia & pedes influens, eorum tendonibus & nervis ſymptomata, iis non diſſimilia quæ unguento ex hydrargyro perunctis accidunt, excitavit, Et hæc ſana fuit, me judice, ſententia.

In diſſecto hujus corpore ſingula ad cauſæ inveſtigationem inſpicientes, Jecur, Lienem, Ventriculum & Renes naturalem conſtitutionem præ ſe ferre vidimus: Nulla in cyſti fellis obſtructio, nulla in meſenterio humoris vitioſi congeſtio; nihil denique in ulla alia parte notati potuit quod tantorum fuiſſet malorum cauſa. *Fernelius de luis Venerea curat. c. 7.*

SCHOLIA.

IN Doloris illius atrocis perveſtiganda cauſa diu laboratum eſt, multæ habitæ concertationes, varia fuerunt Medicorum judicia: Alius frigidam vitreamque pituitam inteſtinis firmius inhæreſcentem quam ut facile poſſet detergeri, in flatus reſolvi, doloremque colicum excitare contendebat: Alius bilem acrem, quam natura in inteſtina expurgare debuerat, inter abdominis membranas effuſam, illicque coërcitam, certis cruciatibus invaleſcere, intumeſcere & quoquoverſum furibunde moveri judicabat; atque in ipſo motus impetu, tum diſtenſione tum compunctione, membranarum crudelem illum dolorem excitare: Alii denique alias cauſas adſtruebant: Etſi autem unuſquiſque poſitæ à ſe, & probabilibus conjecturis inventæ cauſæ remedia appoſuit conſentanea, nullus tamen potuit dolorem non dico tollere, ſed ne aliqua ex parte quidem minuere, vel acceſſiones ejus breviores aut tardiores efficere: imo vero annos tres crudeliter excarnificatus, exſanguis tandem ac plane tabidus, vitam cum morte commutavit: Omnes autem longe aberamus à ſcopo, & tota, quod aiunt, via errabamus: Cum enim penicillum non digitis modo extergeret, ſed etiam imprudens & incautus ore exſugeret,

exſugeret, veriſimile eſt ut è manuum digitis, partium continuatione cerebro totique generi nervoſo, communicata fuit cinnabaris, ita ore acceptam ventriculum, inteſtina, membranáſque omnes interiores non humectaſſe ſolum aut frigeſeciſſe, ſed inexplicabili vitio & maligna quadam qualitate, quæ oculorum refugit obtutum, infeciſſe, quæ tantorum dolorum cauſa occulta fuerit: cui non tam purgantibus quam contraria erat antidoto ſuccurrendum: Sicuti dolores his non diſſimiles pulveris plumbei uſu concitatos, (vide hiſtoriam ibidem) cum nullis purgationibus cedere viderentur, balneorum & lactis aſinini uſu curavimus: Ratum igitur ſit argentum vivum, & plumbum, incomprehenſa ſua qualitate venenata, inexplicabilia vitia partibus internis inurere, unde vix unquam expediri queat, nec intra corpus unquam ſumi debere. *Idem ibidem.*

Dolor qui ad totum ventrem pertineret &c.] Ejuſmodi dolorem, qui à parte primario affecta, velu à radice incipiens, in partes adjacentes ſeſe expandit, vocat *Gal.* lib. 2. de loc. aff. c. 7. πόνον διϊσταντα ſic ſæpe in lienis hepatiſque inflammatione dolor a jugulum pertingit: *Hippocr.* in Prorrhet. χειρώμενον ἀλγήμα, cui ſimile eſt εἰλεύμενον: De hac voce χειρώμενον vide *Ballonium* in Definitionibus Medicis. D cauſis vero ejuſmodi dolorum conſule *C. Piſonen* lib. de morbis ab illuvie ſeroſa & *Willis* lib. de morbis convulſivis.

Alvus nil demittere poterat) Convulſorii quipp illi ſunt dolores, à quibus facultas inteſtinorum διεργαλική in officio perturbatur, unde ſubſiſtente fæces indurantur, exſiccantur, & excluſioni inepta fiunt.

APPENDIX.

De Ventris Doloribus Scorbuticis, eorumque cauſa, quæ partim eſt Liquor Nerveus, partim Sanguineæ maſſæ recrementa.

DOlor ventris Scorbuto familiaris eſt, nonnullos, in mitiori licet gradu, fere conti nuo affligens: Cauſam autem haud probabile eſt oriri ab acri materia intra cavitate inteſtinorum depoſita; nec etiam ab humore quopiam ſimplici, ut ut tetro; illorum tu nicis impacto, hic etenim brevi diſcutiatur aut in abſceſſu tranſeat: porro iſtc enematum aut purgantium uſu facile exterminetur: Revera atrocia iſthæc ventris tormina, non ol aliam cauſam quam à ſalium (qui diverſæ ſunt indolis) ſimul congredientium mutua luct. & effervescentia, qua quidem fibræ nerveæ ab invicem divellantur, & quaſi dilacerentur provenire poſſunt: Enimvero ſupponere licet, *Succi nervoſi* recrementa quædam acetoſa ſtagmatis vitriolici æmula, circa meſenterii plexus, a liáſve iſtius regionis partes nervea copioſe aggeſta, quibus dein à ſanguine arterioſo effervescente, colluvies ſeroſa, ſalis fix & velut lixivialis particulis abunde referta, advenit, cúmque iis turgeſcens dolores velut lancinantes producit: Seminil morbidi prioris mineram, è capite nervorum ductu in imum ventrem deſcendere hinc arguere licet, in quantum Cephalalgiæ immanes, necnon vertigo & ſcotomia ejuſmodi colicam ſæpiſſime præcedunt, eíque non raro ſuccedunt: Porro è maſſa ſanguinea particulas ſalis fixi, quaſi deliquium paſſas, abunde ſuppeditari hinc conſtat, quoniam urgente hujus morbi paroxyſmo, ægrorum urinæ coloris ſaturati, & ſale plurimum refertæ, quaſi lixiviales apparent, earumque ſuperficies ſæpenumero inſtar caudæ pavonis diverſis coloribus variegatur: quamprimum vero morbus declinare incipit, urina melius habet, atque hinc convaleſcentiæ ſpes & ſigna deſumi ſolent, Quod autem ventris affectio ſæpe in Lumbos propagetur ratio eſt, quoniam Nervi lumbares & meſenterici intime communicant, ac pluribus in locis mutuo inoſculantur: quare cum materies morbifica in horum ductibus ſuperabundat, in vicinos illorum proceſſus facile tranſit &c. *Willis Tract. de Scorbuto cap. iv.*

Supplementum §. 2. Obſervationis 28. pag. 922.

Melius à calidis habituram: Ille vero, me peregre profecto, ſolus ſuo arbitrio ægram rexit: quam, cum fatis conceſſiſſet, ſecto cadavere, Pulmones inventi ægri, in parte tamen ſiniſtra flaccidi, Cor parvum ſed labe carens: Stomachus tam longus & latus ut totum abdomen impleret; ideo ingeſto potu torquebatur: Jecur integrum, Lienis ne tenue quidem veſtigium: Materiæ putridæ copia ingens tum in fundo ventriculi, tum in lienis loco, ubi multa ramenta fœcéſque lienis ſubſtantiam redolentia: Renum ſiniſter calculis plenus magnis & longis, veſica & utero bene ſe habentibus. *H. ab. Heers, Obſervat. xxv.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XV.

DE HÆMORRHOIDIBUS.

Observatio I.

Hæmorrhoidum fluori obnoxius ramum Portæ, ſub recto inteſtino decurrentem, pollicis craſſitiem ſuperantem habuit.

RAMUM venæ Portæ, quem ſub recto inteſtino declivem ac meſenterio ſuffultum porrigi ſcripſimus, nonnunquam ad fæculenti ſanguinis per ani venulas, ſanguine interdum manantes, expurgationem plurimum conducere arbitror: Quandoquidem dum, aut ob lienis obſtructionem, aut aliud quodcunque ipſius vitium, fæculentus ſanguis non univerſus, vel nullus plane in lienem abſumitur, vel lien eundem ad ventriculum eructare nequit, hujus rami beneficio, certis quibuſdam intervallis, uti mulierum menſtruæ purgationes ſolent, per anum excerni credo: Rarius enim ex univerſo copore, hæmorrhoidum vitio laborantibus, ad venæ cavæ ramulos in ſedem pertinentes, lutoſum ejuſmodi ſanguinem tegurgitare veriſimile nobis videtur, dum vetam venæ pottæ diſtributionem perſpectam habemus: Quippe ex hac conjectari eſt promptiſſimum, quì is ſanguis à liene non attractus, aut ob meatuum obturationem non admiſſus, unde fluebat rurſus regurgitet, atque ſua gravitate per ramum ad inteſtinum rectum pertinentem, deorſum procumbat, ibíque tantiſper reſervetur colligatúrque, donec nimium turgentes venæ, oſculis reſeratis, per anum manare illum ſinant: Huic meæ ſententiæ magnum robur adjecit is, quem hoc ſanguinis defluxu per intervalla laborantem, non ita ptidem reſecuimus: Huic enim minor, ſed durior lien fuit, & vena ſub recto inteſtino excurrens pollicis quaſi craſſitiem ſuperavit, eóque modo ſanguine turgebat, quo jam parturientium animalium venas uterum amplexantes, inſigniter amplas diſtentáſque cernimus. *Veſalius lib. 3. cap. 5. de Fabr. corp. hum.*

SCHOLIA.

R*Amum venæ Portæ &c.*] Hæmorrhoidalis vena interna, tenore veteris doctrinæ, recti inteſtini oram extremam craſſo ſanguine ſibi idoneo nutrit. Ea tamen natura non raro abutitur ad melancholici ſanguinis expurgationem, & ſuppreſſa multorum malorum cauſa exiſtit, ut monuit *Galen. 6.* aph. 12. Hæc omnia venæ hæmorrhoidali aſſignata officia, Harveus derivat in arterias vicinas: illi autem ſanguini, à nutritione reſiduo, revehendi officium deſtinat. Sed vocatne in dubium hoc officium, quod vena hæc careat comite arteria? Non videtur, licet non communicet cum arteria *συζυγω* circa originem, communicat tamen cum aliis arteriis in inteſtini recti ota, ab arteria hypogaſtrica oriundis: ab his dalatum ſanguinem ſuperfluum revehit per jecur ad cor. 2. Non habet comitem arteriam in exortu ſtatim, ſed poſt medium meſenterica ſe ipſi ſociat arteria, quacum ad oram inteſtini vadit. *Rolfinccius Diſſertat. Anatom. lib. v. cap. xx.*

Fæculenti ſanguinis per ani venulas.] Hæmorrhoidali arteria aperta ſoler ſæpe natura ſanguinem fæculentum depoo ere, quaſi aliqua purgatioue facta, quæ interdum viris etiam menſtrua, & ſi inhibeatur multorum malorum cauſa eſt, ut teſtatur *Gal.* aph. 25. Non verò neceſſe eſt ut quemadmodum omnis affluxus humorum excrementitiorum per arterias celebratur, ita etiam effluxus contingat: Veriſimile eſt, ait *Conringius* de ſanguinis gener. & motu cap. 38. Eos qui ſecundum naturam ſunt effluxus, apertis venarum orificiis fieri, eo quod ſolæ venæ videantur ad extrema partium hiare, arteriarum finibus per venas conjunctis: Confirmat ſententiam à modo effluendi, non enim effluxio fit per ſaltum, quemadmodum effluit ſanguis ex arteria vulnerata: *Highmorus* etiam has evacuationes per venas, mutato, aut ſaltem perturbato ſanguinis curſu, fieri poſſe judicat lib. 1. part. 2. cap, *6.* & quidem à locis vicinis, hepate, liene, pancreate, in magnis naturæ luctibus, medicamento irritante. Et quamvis contra motum ſanguinis fiat naturalem, non tamen ideo hæc via ſtatim explodenda: ſæpiuſque & alii motus naturæ neceſſitati cedunt, ut io vomitu. *Idem lib. 6. cap.* 27.

Per ani venulas] Hæmorrhoïdes nihil aliud ſunt quam Varices venarum ani: Varix vero eſt vena aperta, vel potius immodice dilatata: Dilatatur vena, vel quia ſanguis eſt prætermodum craſſus, vel ob vim illatam venis: quod fit ex clyſteribus, ſuppoſitoriis

poſitoriis ſæpius adhibitis: A ſanguine craſſo fit Varix in ano, quia ſanguis ibi diſperſus non bene circulari poteſt, unde a novo affluente ſanguine propellitur, & ſic venam dilatat: Quod autem in aliis partibus non ſæpe contingat, eſt quia venæ Hæmorrhoidales omnium venarum pauciſſimas habeant anaſtomoſes, unde longo ductu vehi debet antequam poſſit circulari: A vi illata, ut ſphincteri ani, vellicatio fit, unde humores illuc quaſi trahuntur: Hæmorrhoides ſunt internæ vel externæ: Internæ in ani capacitate, ubi cum ab humore affluente inflammatio, atque ita ulcus fit, fiſtula oritur. *Walæus Medic. Pratt. cap. 18.*

Observatio II.

In Hæmorrhoidibus periodicis obnoxio venæ Portæ ramus, ſub coli inteſtini fine, & tota recti longitudine ſanguine turgens adnimadverſus.

Quidam ordinariis vicibus, ut mulieres ſuis menſibus, ſanguinis fluxu ex venis in anum pertinentibus vexari conſueverat, Et cùm ex nigro arquato, jecoriſque mira duritie periiſſet, Num portæ rami, an cavæ hunc ſanguinem evacuerent, judicaturus, illum diſſecui, atque venæ portæ ramum, ſub coli inteſtini fine, & tota recti longitudine in meſenterio ductum, pollicis fere craſſitiem æquare & ſanguine turgere animadverti, conterminis venæ cavæ ramis nihil prorſus immutatis. *Veſalius l. 5. c. 15. de Hum. corp. Fabrica.*

Observatio III.

Hæmorrhoidum inflammatio ob meſaræum Gangræna vitiatum.

Obiit uxor Rondeletii intra paucos dies ex hæmorrhoidum inflammatione, quam maritum celare voluit: Dum affecta ſedes inveſtigatur, extrema Meſaræi pars à gangræna occupata occurrit. *Iobertus in Vita Rondeletii.*

Observatio IV.

Hæmorrhoidalis fluor, & innoxius & copioſus, ab hæmorrhoidali ramo è medio Liene progrediente.

Juveni (*vide lib. 4. tit. de Vulner.*) duo Lienes erant belliſſimi, ſingulis ſuæ arteriæ venæque, Et quidem hæmorrhoidalis maxima, è medio liene progrediens: hinc quicquid erat humoris melancholici excernebatur, nec unquam per omnem vitam triſtitiæ ſe multum dare viſus, Jovis non Saturni pullus. *Cabrollius obſerv. Anatom. xv.*

Scholia.

Q*Uicquid erat humoris melancholici excernebatur*] Ex ſententia Clar. *Walæi* l. c. inutiliter aperiuntur venæ hæmorrhoidales ut per eas melancholia evacuetur, quia per eas melancholicus humor non excernitur: nam quamvis primo melancholicus aliquis exit, tamen ſtatim bonus arterioſus tantum ſequitur, & proinde nihil magis proficit ac ſi alia vena ſecetur: Adde quod apertæ hæ venæ non facile claudantur.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII.

Sectio XVI.

De Hypochondriorum Tumore.

Observatio I.

Hypochondrii dextri Tumor à Iecoris magnitudine præternaturali.

IN Rachitide, morbo puerili, Anglis familiari (*de qua lib. 2. tit. de Gibboſitate*) dextrum hypochondrium intumeſcit totum tumore æquali, magno ac renitente, ſic ut digitos ſub nothas coſtas adigere non poſſis: Origo eſt à Jecore, perſæpe non vitiato, ſed ſupra modum adaucto: ſic ut cum in ventre ſatis non inveniat ſpatii, verſus ſuperiora aſſurgat. *Gliſſon lib. de Rachitide.*

LLll 2 *SCHOLIA.*

SCHOLIA.

P*Laterus* tumoris horum viſcerum, imo & ſcirrhorum, cauſam materialem eſſe cenſet Succum quo hæc viſcera aluntur, craſſiorem quam par erat redditum: quod illi ob chylum & ſanguinem, ex quibus generatur, vel permiſtionem craſſioris alterius partis ſucci accidit, ut ſimilem ſubſtantiam reponendo, tumores hoſce in viſceribus gignat: Neque enim ex pituita, vel bile, aut alio humore, viſceris ſubſtantiam ſic indurari, ſed vaſa ipſorum ſolum, uti in obſtructionibus fit, obſtrui poſſe.

Iecore ſupra modum adaucto) Magnitudo hepatis raro ob morbo imminuitur, ſed ſæpe grandeſcit magis: quippe aliorum parenchymatum more, quaſi congeſtione quadam nutritur: & materia nutricatus eodem continuo ſuppeditatur, facillimèque obſtructionibus obnoxium redditur: Notanda enim eſt magna ſanguinis (cujuſque haud adeo puri) hepar pertranſeuntis quantitas: Nam ſanguis omnis à tribus magnis arteriis, (nempe à cœliaca, à meſenterica ſuperiore, atque item inferiore) protruſus ad ventriculum, inteſtina, lienem, pancreas, & meſenterium reducitur, mediante vena portæ in hepar, & per illud in venam cavam diditur, adeo ut nutrimento deſtitui vix poſſit, ſed obſtructionibus potius obnoxium fit, quæ partem aliquam nunquam imminuunt, ſed eundem potius majorem ac pleniorem reddunt: Valeant itaque ſtolidi illi Vromantes, qui ex ſola urinarum inſpectione hepar ſæpe ad fabæ parvitatem abſumptum prædicant. *Gliſſon Anatom. hepatis cap. 7.*

OBSERVATIO II.

Hypochondrii dextri tumor, à parte gibba Hepatis p. n. conformata.

MAtronæ abdomen erat inæquali tumore ſublatum, dextra ſiniſtris tumidiora: Gibba pars Hepatis videbatur quaſi ſimæ ſuperſtrata, & tanquam novum aliquod corpus ſeu ſubſtantia ſcirrhoſa &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

SCHOLIA.

HEpar in dextro hypochondrio ſitum eſt, concava ſui parte ventriculum, convexa vero diaphragma tangens: Hoc in medio fiſſuram habet, in quam vena umbilicalis inſeritur, à qua in duas partes (lobos) dirimitur: Earum dextra dextrum hypochondrium totum occupat, ad renem ejuſdem lateris pertingens, cui ſæpe etiam incumbit: Siniſtra brevior eſt, ad mucronatam cartilaginem extenſa, quæ anteriorem ventriculi partem ac pylorum ambit; Situs hic, qui Hepatis naturalis eſt, non raro mutatur, ſic tamen ut nullam quandoque ipſius, aut vicinorum viſcerum actioni noxam inferat, interdum vero ut graviter lædat. Illum Nonnaturalem ſitum vocabimus, hunc Præternaturam: Nonnaturalis ergo ſitus quadruplici potiſſimum occaſione contingit, dum vel Decumbimus, aut Sedemus, Ambulamus, aut Reſpiramus: In *Decubitu*, ſi quidem Supini inceamus, intra præcordia ſe recondit, & diaphragma premit, unde fit ut obæſi difficilius reſpirent decumbentes, cum ſeptum tranſverſum magna Hepatis mole nimium afficiatur: at ſi in alterutrum latus volvantur, à ventriculo vel abſcedit, vel eidem circumvolvitur: abſcedit quidem, ſi dextro innitantur: at amplectitur undique ſi ſiniſtro: Hinc cauſam licet petere, quam propter in jecoris inflammatione ægri de Dolore in dextro hypochondrio conquerantur decumbentes in latere lævo: contra minus doleant jacentes in dextro: Trahitur enim tum ligamentum hepatis pendentis quaſi, quod & ipſum cum ſit inflammatum non poteſt non graves dolores excitare: Patet autem ex his eos qui cubitum ituri primum in ſiniſtro latere dormiunt, multo rectius ciborum concoctioni conſulere, quam faciunt ii qui in dextro recumbunt: Hepar enim ventriculum undique ambiens mirum in modum chylificationem adjuvat, propriumque ſtomachi calorem fovet ac tuetur: In *Sedentibus* aut *Ambulantibus* ad umbilicum magis vergit: In *Reſpiratione* autem, quemadmodum & cætera infimi ventris viſcera, dum diaphragma contrahitur & inſpiratio contingit, ſuperiora petit: Ex quo fit ut in cadaveribus jecur ſub ſpuriis cartilaginibus, & in præcordiis reconditum ſemper inveniatur cum exſpirando moriamur, & propterea ſimul cum diaphragmate aſcendat: Præter-naturalem quoque Situm Hepat interdum occupat, quod evenit ubi prægrande eſt & magnitudine laborat: Solet enim quibuſdam in maximam molem accreſcere ut utrumque hypochondrium impleat, quod plerumque nimium obæſis obtigiſſe vidimus: Obſervatum autem à me eſt hujuſmodi voraces fuiſſe, quod propterea eveniſſe crediderim, quod eorum ventriculus plurimo calore ſic circumdatus plus digerat concoquatque: Nonnunquam ab inſigni inflammatione ſic tumet, ut notaverim naturali loco non contentum, & ventriculum & magnam tenuium inteſtinorum partem cooperuiſſe: Quod ſi umbilicalis vena laxetur rumpaturve, Jecur ad diaphragma ſurſum trahitur, cujus motus cum impediatur ob compreſſionem, fit ut una cum reſpiratione vita tollatur. *Adrianus Spigelius Anat. lib. 8. cap. 5.*

OBSERVATIO III.

Hypochondrii dextri Tumor, cum dolore, ob Hepar in inſignem molem adauctum, ab occluſo ulcere ab axilla dextra excitato, Et maſſam meſenterium occupantem.

VXor Joh. Keppleri, Textoris Vincenſis, ætatis 45. annor. temperamenti billioſi, per aliquot menſium ſpatium ſub dextra axilla, facta à natura quaſi fontanella, ulcus aluit, ex quo materia quædam alba, cum flavedine permixta interdum copioſe fluebat & ruebat: Hoc cum à Chirurgo (quod hujus pertæſa amplius ipſi exitum concedere nollet) Imprudenter nimis meo judicio, conſolidatum eſſet, paulo poſt dolorem circa Hepatis regionem ſentire cœpit gravativum, cum *ciborum faſtidio*, *vomitu* interdum bilioſo, necnon

siti

ſui qua premebatur, intenſa, cum inſigni tumore, quem digitis tangere licebat, dextri hypochondrii, ea potiſſimum parte qua Hepar ventriculum ambit: Ego in conſilium vocatus, poſtquam prognoſtico ancipitis & exiguæ ſpei me præmuniviſſem, artis præſidia arripui, remediiſque tam internis quam externis curationem auſpicatus ſum, ſed ſine fructu & exiguo cum levamine: Nam ſymptomata in dies cùm graviora fierent, dolores non remitterent, præprimis autem Tumor à topicis nec emolliri nec diſcuti poſſet, *Hteruſque*, totum corpus ſubito invaderet & occuparet, medicamentorum pororuſum ſibi ſalutarem fore dubitabat, proinde ab iiſdem plane abſtinuit, ſola aqua confortativa, qua per vices ex cochleari utebatur, contenta: Interim in ſella dextro latere verſus terram declinato (à pondere & mole tumoris iſtius hanc miſeram retrahente & ferme opprimente) dies noctéſque ſedens, crebris & reiteratis gemitibus blandam animæ à corpore ἀνάλυσιν à Deo exoptavit, quam etiam ab ipſo impetravit.

In Tumoris hujus ad aſpectum & tactum protuberantis, cauſam cum inquirere animus eſſet, apertionem cadaveris à marito & amicis, precibus & perſuaſionibus tandem extorſi. Cum itaque opus aggrederer, & circa parenchyma Hepatis, tumoris indagandi gratia occuparer, illud cum ſtupore & admiratione tam vaſtum ac mole ponderoſum videns adſtantibus monſtro, qui perterriti vix oculis fidem habebant. De pondere autem certior fieri volens, monebam Chirurgum ut extraheret, & totum ſcirrhoſum repertum pendebat libras xiv. civiles: Cæterum in meſenterio adhuc carnoſa Excreſcentia, magnitudine caput infantis æquans, conſpecta & detecta fuit: Reliqua viſcera à natura bonitate nihil defecerunt. *Ioh. Frider. Huldenreichius in miſcell. cur. ann. 6. & 7. p. 321.*

Observatio IV.

Hypochondrii utriuſque, præſertim dextri, Tumor ab Hepate tumido induratoque.

CAnonicus inſignem in Hypochondrio utroque, ſed præſertim dextro, tumorem febri vehementi conjunctum patiebatur. In diſſecto cadavere, lx. die à recurſu febris, præter tumidum Hepar, induratum retorridúmque, & pumicis inſtar hiulculum, a&poris diſtinctum, univerſus thorax aqua pura plenus inventus. *Car. Piſo de morbis à ſeroſi illuvie cap. 7. ſect. 3.*

Observatio V.

Tumor & Durities hypochondrii dextri ab inſolita Hepatis magnitudine, Calculis involutis cyſti referti &c.

ANno 1662. Illuſtriſſ. Baroniſſa à longo tempore de Tumore & duritie dextri hypochondrii conquerebatur, unde variis adhibitis remediis, nihilque proficientibus tandem Ictero correpta, intra aliquot dies fato ceſſit.

Aperto cadavere, Hepar repertum eſt magnitudinis inſolitæ, pondere æquantis circiter libras xij. quod diſciſſum durum, flavum, & hinc inde calculis flavis reſperſum oculis patefcebat; Dum ad veſicam fellis perventum eſſet, eadem humore bilioſo vacua, ſed loco ejus flavis arenulis referta deprehenſa eſt: inter quas eminebant calculi duo rotundi, flavi, ſcabroſi, glandem ſclopeti fere æquantes: præter hos paulo minoris rotunditatis calculus, meatum hepaticum ad veſicam felleam tam arctè & ſcabroſè obſidebat, ut diſciſſo meatu, difficulter erui poſſet. *Ex obſervat. Ioh. Iac. Bobrzenski Medici Pragenſis.*

Scholia.

EX hac obſervatione colligitur 1°. veſicam felleam eſſe receptaculum humoris bilioſi. 2. Hepar continere materiam aptam pro humore bilioſo deponendo in veſiculam. 3. Si eandem deponere non poteſt ob obſtructionem veſiculæ felleæ, eandem collocare in hepatis parenchyma, tamdiu quamdiu illud eſt capax extenſionis. 4. Ubi non eſt amplius capax, eandem iterum in maſſam ſanguinis remittere & in habitum corporis propellere, ut ex hoc caſu patet: Sequitur igitur ex his Bilem ineſſe prius ſanguini quam in veſiculam felleam deponatur. *Idem.*

Observatio VI.

Iecoris extimas partes tumor aliquando obſidet, nullam ejus figuram ſervans aut circumſcriptionem.

IN Jecoris ſumma extimáque parte, atque etiam ambiente membrana Tumores enaſcuntur, quos non ſemel tantum mihi cadavera diſſecanti videre contigit, qui nullam Jecoris figuram æmulabantur aut circumſcriptionem. *Zecchius conſult. xi.*

SCHOLIA.

ZEcchio oblatus eſt caſus de Tumore hypochondrium dextrum à duobus annis premente, cujus ſedes erat ambigua, quam loco citato inquirit: Tumoris, *ait*, hypochondrii dextri Ill. virum duobus ab hinc annis prementis, ſedem in Jecore minime ſtatuendam eſſe octo argumentis magnopere urgentibus colligis, quæ etiam id ipſum mihi quoque cumulatiſſime indicare videntur: Cæterum quoniam nonnulla occurrunt quæ opinionem hanc remorari poſſent, indagandæ veritatis gratia, hæc commemoranda eſſe operæ pretium duxi: Quod ſic Tumor non ſolum tactui ſed oculis etiam obvius pateat, Hepatis affecti ſuſpicionem excludere non videtur, quoniam ſcribente *Galeno* 5. de locis cap. 6. phlegmones quæ in gibba hepatis parte conſiſtunt, maxime ſi magnæ fuerint, facile à nobis vel ſolo tactu dignoſci poſſunt: quæ vero in cavis partibus fiunt, per ea quæ ſequuntur ſymptomata magis quam per tactum cognoſcuntur: Quare eo facilius hac in parte ſcirrhoſi tumores eo evidentius percipi ſolo tactu poterunt, quo ſua duritie magis renituntur, tactúmque, quod dolore vacant, facilius ſuſtineant, atque in corpore præſertim gracili: *Secundum* argumentum, Tumorem hunc in hepate non conſiſtere, ex eo quod ventriculi regionem obſidere videatur, non admodum convincit, ſi quidem & Jecur ipſum ventriculum magna ex parte complectitur: Ratio *tertia*, à tumoris figura fere quadrangula, petita profecto ſatis urget, verum non vacat ambiguitate, nam licet jecur lunæ figuram proxime æmuletur, ideóque ſecundum Arabum placita, hujus viſceris tumores eandem circumſcribunt fere figuram, ubi cumulatim æqualitérque hæc pars in tumorem attollatur, cauſa tamen morbifica, quam materialem appellant, inæqualiter huic parti firmiter hærens, tumorem varie figuratum, pro partium quas occupat varietate, ſuſcitare poteſt: Quod animum meum non parum torquet, *quartum* eſt a te adductum argumentum, videlicet, ſi hepar ejus facultatis quæ ſanguinem gignit inſtrumentum eſt, conſequens eſt ut hoc viſcere vitiato actio quoque ejus vitietur, inde atrophia, cachexia, depravatus totius color & alia extarent, quæ hic non obſervantur, atque præſertim urina admodum vitiata deprehenderetur: Quibus argumentis illud reſponſum volo, nempe quod hepatis partem ſimam, vel etiam gibbam, ſed penitiorem, ſcirrhi confirmati occupantes, commemorata utique mala tandem afferunt, ut & *Galenus* ipſe loco jam citato ſcriptum reliquit; Verum enimvero, ſi in ſumma tantum gibbæ partis ſuperficie conſiſtant tumores nondum confirmati, neque in ſcirrhum exquiſitum commutati, tot malis non ſollicitatur laborans: propterea in hoc patiente horum etiam malorum rudimenta quædam, ut ex colore mutato, & ex quadam nun illi naturali macie conſtat, ſatis deprehenduntur: Spirandi autem difficultas, cujus prudenter *ſexto* loco meminiſti, tumentis hepatis ſymptoma, non neceſſario quoſcunque hepatis tumores conſequitur, quemadmodum nec tuſſis, ſed inſignes tantum, eóſque etiam qui cauſam, & ſuperiorem hujus viſceris partem altius opprimunt; Adde quod & Patiens in motu vehementiori obeundo aliquam etiam ſpirandi difficultatem experitur: Tumoris hujuſce elevatio interdum, & major prominentia cum murmure quodam, *ſeptimo* loco adducta, hepatis illæſi, pendere poteſt ex flatuum copia, ex intervallis in eadem parte in qua tumor conſiſtit ſuſcitatorum: *Tandem* quod prudenter affirmas ſcirrhoſos hepatis tumores aliquandiu latere, poſtea nonniſi temporis intervallo manifeſtiores evadere: hic autem de quo agimus, ſtatim à principio tactui, levi etiam preſſu, obvius erat, in hunc modum poſſe explicari puto, veram duntaxat eſſe inſtantiam adductam de ſcirrhoſis tumoribus, in cavis jecoris partibus conſtitutis, ut docet *Galenus* lib. 4. de totius morbi tempor. cap. 4. Amplius dubium latis eſſe poteſt, num ſtatim atque Tumor hic, tum ægroti tum Medici ſenſui innoteſcere cœpit, eo tempore erumpere cœperit, cum inter initia tales tumores præ ſui interdum exiguitate vix deprehendantur: His accedit quod duplex eſt modus quo gigni tum in viſceribus, tum in aliis partibus poteſt ſcirrhus, videlicet vel ex pituitoſorum aut melancholicorum humorum fluxione, ſtatim inter initia tumorem efficiente; qui poſtea perſeverante fluxione ipſe quoque augetur, vel ex tumoris alterius calidi aut frigidi in ſcirrhum commutatione: Porro ut meam de ſede affecta afferam ſententiam, Tumorem hunc, vel in medio ſpatio eorum muſculorum qui per tranſverſum incedunt, atque illorum qui oblique ab infernis ſurſum tendunt conſiſtere non denegarem; vel quod veriſimilius, in Jecoris ſummas extimáſque, atque etiam ambientes membranas &c. *Vide Textum.*

OBSERVATIO VII.

Hypochondrii dextri tumor ob Hepar veſicis purulentis obſitum.

JUvenis quidam ad me venit cum tumore è directo regionis Hepatis, quem cum ad ſuppurationem tenderet, ſcalpello aperui: Celebrata ſectione, mirum dictu, multæ veſicæ, gallinarum ova, ſeu, ut melius dicam, internos piſcium globulos repræſentantes apparuerunt, quæ aquoſo humore repletæ, & integræ & fractæ quotidie cum pure modico egrediebantur, ita ut intra xv. dies & amplius, fere mille veſiculæ ſint egreſſæ: Sed cum æger in deterius laberetur, mortuus eſt.

Secto corpore, Hepar in convexa parte totum veſiculis, tam parvis quam magnis refertum erat: Reliqua vero viſcera, ut in aliis, ſine labe reperta fuere. *Dom. Panarolus Pentec. v. Obſervat.* 16.

SCHOLIA.

M*Ultæ veſicæ*] Ex doctrina *Marcelli Malpighii* Jecoris omnis ſubſtantia lobulis contexta eſt, qui racemorum congeriem exhibent: quod ut pateat, à cocto jecore unguium ope exterior membrana leviter abradatur: Vaſa autem in Jecore, medio involucro communi, à *Gliſſonio* obſervato, ita in ramos hinc inde diſperguntur, ea proportionali via quam in palmonibus intuemur. Ad ſingulas autem vaſorum propagines, licet etiam exiles, lobuli appenduntur, cooicam ut plurimum ſervantes figuram, non abſimilem à deſcripta in pulmonum diviſione, Conſimilem etiam paſſim in pancreate, cæteriſque conglobatis glandulis obſervamus: Lobuli hi propria circum-ambiente membrana veſtiuntur, & continuatis per tranſverſum membranoſis nexibus fi mantur, ita ut intermedia ſpatia & rimulæ, u inin tamen, inter lobulorum latera emergant: Non a tem in omnium animalium jecoribus ſimilis eſt l bulorum figura, in piſcibus trifolium refert: In ali animalibus piſum: in fele ſex, aliquando plura late obſervantur: in homine idem ad amuſſim reperi a Clar. *Malpighius*, unde *Morbius* in humano hepa lapides teſſerarum figuram æmulantes vidit: qui pr cul dubio erant hepatis lobuli, concluſo & conce tarrato petrificati. Veſicæ autem in prædicto, uver nihil proculdubio fuerunt quam lobuli aquoſo & p rulento humore referti, quales & in pulmonibus r periuntur, & ab iis excluduntur.

Observatio VIII.

Hypochondrii dextri tumor & dolor, ab hepatis inflammatione in abſceſſum deſinente. 1. *Ab apoſtemate hepatis* 2.

§.1. FAmulus N. per annum dolore hypochondriis dextri conficiebatur, ſequuta febr &c. Hepar repertum durum, magnum, albicans circa ſtomachum. In gibba part prope coſtas nothas nigrum, exuſtum ac plumbeum. *Vide tit. de Febribus.*

§.2. Miles tumorem paſſus eſt in hypochondrio, qui evanuit, dolore uſu remediorum de ſinente: Inveni loco Hepatis ſolam mambranam ipſum inveſtientem. *Vide tit. de Dyſenteri*

Observatio IX.

Hypochondrii utriuſque Tumor ob Lienem inſignis magnitudinis, hepar ad anguſtias redigentem.

DOm. N. hypochondrium utrumque diu tumidum habuit antequam hydropem incur teret: Lien illi inſignis molis, quadratus, &c. Hepar in dextrum hypochondriu compellebat, & ad anguſtias redigebat, quamvis hoc naturalis eſſet magnitudinis. *Vide tit. de ventris Tumore.*

Observatio X.

Hypochondrii utriuſque tumor à Iecoris & Lienis magnitudine extraordinaria.

PAgana quædam jam pridem morbo detenta, ſibi perſuadebat fœtum mortuum po partum alterius (qui tum poſt triduum mortuus) per menſes XIV. in utero remanſiſſe Quod ipſam in ea opinione confirmaverat, erat in latere ſiniſtro durities manifeſta, oblon ga, ac ex inferiori parte rotunda, caput infantis repreſentans, quæ ad ilia uſque ſeſe exten debat, comprehendens ſimul regionem umbilici, una cum lateris dextri nothis coſtis.

Hoc cadavere inciſo, *tantæ magnitudinis Hepar* inveni, ut lobus ſtomachum verſus, ſu coſtis ſiniſtri lateris ſpurias tranſgrederetur: Splen quoque immenſæ magnitudinis, durus & *in inferiori parte verſus ilium*, rotundus, ſanguine aduſto plenus, hepatis lobo adnatus venæ ejus cum arteriis mediocris pollicis magnitudinem excedebant; vas vero breve exi guum & obſtructum erat. *Fabritius Hildanus Cent.2. Obſerv.xlv.*

SCHOLIA.

T*Antæ magnitudine Hepar*] Eſt quidem Hepatis Tumor qui ſimplex & ὄγκος ἄνευ σκίῤῥου dicitur, à ſcirrho non parum differens, Hic brevi tempore naſcitur, minus renititur, & fere tantum ambientem membranam Hepatis occupat, plerumque & totum hypochondrium dextrum replet, nulla hepatis circumſcripta figura apparente, & digiti manus ſub extrema coſtarum infigi nequeunt: Oritur Tumor hic ſimplex interdum a flatu, interdum à cruditate tenui, quam vel immoderatus frigidæ potus, vel intempeſtivus fructuum uſus, vel crapula ſatietáſque nimia peperit, & ſenſum infert non gravitatis ſed tenſionis. Interdum à craſſo & viſcido eſt humore, quem hepar validum à ſe excludens, in membranam ſuam depoſuit, quod ſæpe poſt febres diuturnas accidit. *I. Langius* lib.1. Epiſt. accidere ait ſi alterantibus frigidis citra evacuationem æger uſus fuerit, quæ materiam incraſſant: Curatur autem medicamentis aperientibus & humores craſſos incidentibus, purgantibus & flatus diſcutientibus, & fere ut ſcirrhus incipiens. *Sennertus Pract. lib.3. p.6. ſect.v. cap.5.*

In inferiori parte verſus Ilium] Illuc uſque aliquando devolvitur Lien, relaxatis ligamentis tenuibus quibus diaphragmati alligatus eſt, fitque μετάῤῥοπος: hoc quum accidit pedes & genua calent, nates & aures frigent, authore *Hippocr.* At in hoc habito & florenti corpore, infra ultimam coſtam non deſcendit.

Observatio XI.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor ob Lienem eximiæ magnitudinis & Renem Siniſtrum maximum.

Caſparus Schepſius D. Schepſii apud Suidnicenſes olim Medici, filius anno ætatis 25. anno 1621. denatus, ſtatura procerus, habitu corporis macilentus, *colore ſubfuſcu*, ad iram pronus, potationum ſtudioſiſſimus, ex ejus lapſu ante plures annos graviſſime concuſſus, & febribus cum Tertianis, tum Quartanis ſemel atque iterum infeſtatus, Tumore Lienis inſigni & renis ſiniſtri exulceratione ab aliquot annis correptus fuit; Ex itinere Gallico ante biennium quaſi redux, cum ex Liene potiſſimum ventriculóque male haberet, conſilium meum expoſcere cœpit. Poſtquam igitur de morbis prægreſſis, & vitæ genere anteacto certior fiebam, fratrémque natu majorem ante quinquennium è ſcorbuto periculoſiſſimo decubuiſſe alias noſſem, curam omnem eò imprimis direxi ut membra nutritioni inſervientia roborarem; Lienis inveteratum affectum demulcerem; corpus ab excrementia humorum colluvie repurgarem; ſanguinem defæcarem, viſcerum intemperies corrigerem, Nec tamen Renis ulcus interim negligerem; Etſi verò iſta curandi ratio, viribus interpolatis, ſucceſſu non caruit, genio tamen indulgendo mala poſtliminio revocavit, Urinæ purulentæ magnum inter emittendum ardorem excitarunt; Acceſſit cibi faſtidium & crebri de mane bilis vomitus: noctes ut plurimum tranſactæ inſomnes, corpus indies magis magiſque emaciatum; Annus brevi complebitur quando ad teſtes, præcipue ſiniſtrum, defluxio ſcirrhoſa decumbebat, quæ nullis emollientibus diſcutientibúſque tolli poterat: Semeſtre propemodum eſt cùm perinæum obſedit tumor durus, dolorificus, latus, oblongus, reſolutu & ſuppuratu eo uſque contumax, donec poſt alia incaſſum adhibita, ab uſu emplaſtri de Rhabarbaro cutis primum excoriaretur, mox etiam tota perrumperetur; ac pus in eo contentum, quale in ſteatomatibus repetiri ſolet, in conſpectum prodiret: Ulcus iſtud, tametſi mundificantibus probe tractaretur, ſordibus tamen novis quotidie obductum fuit: bimeſtre abiit quod urinæ inclaruerunt, nec pus ſecum amplius deduxerunt: una atque altera hebdomade poſt, circa renem ſiniſtrum graves initio dolores perſentire, poſtea vero illic intumeſcere viſus eſt: Tumor iſte in tantum crevit, ut magnitudine panem, quales nunc groſſo argenteo vix redimitur, æquaret. Is foris nullum nec ſuppurationis nec rupturæ indicium exhibebat. Fruſtra plurima adhibita, Interea vires vehementer detritæ: Abdomen quandoque à flatibus ita diſtentum ut Tympanitidis metum incuteret, ſputationes & exſcreationes multiplicatæ, alvus etiam alias ſegnior per pluſculos dies ſponte reddita fluidior: vigiliæ & inquietudines nocturnæ amplificatæ: Breviter, omnia in pejus ruebant. Tandem triduo ante obitum, cùm decubitutus alvum prius exonerare vellet, quæ triduo non reſponderat, in ſella, capite aperto, & reliquo corpore contra externum frigus non ſatis communito, paulo diutius commoratus, ſecuta nocte graviſſimo catarrho prehenſus fuit, periturus ex eo niſi cum tuſſi, tum ſcreatu copioſiſſimum viſcidiſſimúmque phlegma rejeciſſet: Succeſſit dolor pectoris ad pulmonem dextrum, & reſpirationis clangoſæ ſumma difficultas, genæ rubore perfuſæ, & ſudoribus diaphoreticis vires reſiduæ ita tandem exhauſtæ ſunt, ut Dominico die proximo, poſt horam tertiam matutinam placide ex hac vita diſcederet.

Aperto abdomine, primo omnium notavimus inteſtina, quæ excepto ventriculo & colo, qua circa renem ſiniſtrum inflectitur, & in rectum deſinit, partim flatibus fuere diſtentiſſima, partim maculis liveſcentibus hinc inde interſtincta: Colon ipſi reni ſiniſtro per communem tunicam fuit adnatum, ut nonniſi inciſione liberari potuerit; dextra parte idem inteſtinis cum rene commune fuit: *Omento*, maxime ſiniſtram verſus, *adhæſerant excreſcentiæ quædam* globoſæ, magnitudine nucis juglandis mediocris, renum quidem externo aſpectu, lienis vero ſubſtantiæ per medium diſſectæ intus quam ſimillimæ: Lien autem, uti & Hepar, inſignis fuere magnitudinis, qualia hactenus in nullo alio cadavere viſa. Ille quidem quà hypochondrio incubuit, craſſior: quà ad ventriculum deflexit, exilior, oblongus alias, & eo qui è Dom. Bucretii cadavere (*vide cap.* §.) exemptus extuplo ad minimum major, ſubſtantiæ cum incideretur diffluentis, putredinis non obſcuri indicis. Hoc vero extrinſecus ſtriatum, eum exactiſſimè in modum qualis ſcorbuticorum plerorumque ſanguis ſuperficie tenus poſt concretionem conſpicitur: intrinſecus in vaſis ſanguine atro ac coagulato plenum, ſuperne ipſi diaphragmati agglutinatum: Remotis partibus modo recenſitis, Renes contemplati ſumus: dexter totus quidem extra integer, juſto tamen quam decebat major: ſiniſter admirandæ apparuit magnitudo

gnitudinis, ſubſtantia ſevo ſimilibus: diſſectus totus inventus eſt purulentus, cortice duo fere tranſverſos digitos craſſo exterius conſtans, interius copioſiſſimo pure ſubviridi, fluxili & impenſe fœtente oppletus. Ad Thoracem ubi perventum, Ecce ibi pulmo dexter latebat exiguus, ſiniſtrum vix dimidio, quoad magnirudinem, æquans colore nigricans, *ad jugulum retractus*, & pleuræ ad claviculam connexus. Siniſter duplo erat grandior, ſubpallidus, & in ſuperioris lobi apice inferiore, tuberculis quibuſdam conſpicuus, quæ diſſecta tophaceam materiam commonſtrabant. Pericardium admodum erat firmum, denſum & amplum, Cor depreſſum & laxum: Accuratiorem anatomiam fœtor deteſtandus non admittebat, *Michael Doringius ad D. Sennertum Epiſt, xxx.*

SCHOLIA.

PUlmo ad ingulum retractus, &c.] Idem à Jacotio in pulmonico obſervatum, *Vide lib. 2. tit. de Reſpiratione læſa.*

Colore ſubfuſcus] Non omnibus Lienoſis fœdus ineſt faciei color, quibuſdam enim Lien valde durus eſt & magnus, nec tamen vultus decolor: tales extra periculum conſtituti ſunt, quod exiguum ſit vitium in parte non adeo nobili. Si verò accedit vitioſus color, indicio eſt redundare excrementa, quæ in reliqua viſcera & totum corpus deferantur; unde gravioris morbi metus imminet, quem deobſtruentibus & purgantibus antevertere neceſſe eſt, antequam Lien, multitudinis non capax, in nobiliores partes ſe exoneret, aut in totum, unde febrium proventus, ſic Anaxenor, (7. Epidem.) ſplenicus & pravi coloris erat, contigit illi tumor circa ſiniſtrum femur, evaneſcens, hinc ſucceſſit tumor circa illius reginen, febris & mors.

Omenco adhæſerant excreſcentiæ quædam, &c.] *De Omenti ſtructura & uſu nova prodidere Viri Clar. Fracaſſatus & Malphigius.* Epiploon inſpectum beneficio microſcopii, apparet ſimile magno ſacco, multis aliis ſaccis minoribus, adipis congeriem continentibus, referto, Sunt ibi plura vaſa quæ poſſint appellari Adipoſa, quæque ex membrana illa exeunt & per totum corpus expanſa adipem eo deferunt quemadmodum arteriæ per totum corpus Sanguinem devehunt: Ubicunque *Adeps* vel *Pinguedo* adeſt, adeſt ſimul copia ſacculorum illorum, quibus pinguedo illa eſt incluſa: Inde fit ut in macilentis corporibus Adipis loco nihil præter cutem appareat. Sacculorum illorum, vaſorúmque adipoſorum ſtructura ſatis commonſtrat Adipem non fieri per accidens ex craſſis vaporibus ſanguinis, ut vulgata eſt ſententia, Neque *uſus* ejus præcipuus eſt fovere calorem naturalem, ſed videtur potius conducere ad edulcandam Salium acrimoniam, quæ ſunt in ſanguine & ſero: Et Revera homines macilenti, & quibus abſciſſum eſt Epiploon, plus ſunt obnoxii Rheumatiſmis, Lienteriis, aliiſque ſimilibus morbis ex humorum acrimonia productis: Pingues autem non adeo morbis illis ſunt ſubjecti, quando ſeri acrimonia emendatur per mixturam pinguedinis, quemadmodum lixivium acerrimum vires ſuas perdit quando oleum illi fuerit commixtum. *Obſervatio Fracaſſati & Malpighii Medic. Italor. In Actis Philoſophicis Anglicæ ſocietatis anni 1667. pag. 246.*

OBSERVATIO XII.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor à Liene, intra ſanitatis limites, magno.

ANte aliquot annos quendam magno Liene defunctum aperui, in quo, dum vivebat, eadem Tumoris ratio erat, Poſt mortem vero exſectus Lien, plane molis erat inſtar ſpongiæ madidæ: Ingrediebatur illum inſignis magnitudinis arteria ſplenica, egrediebatur major vena, tunica admodum denſa cooperiebatur. Parenchyma abſolvebant fibræ mire inter ſe contextæ, & ſanguis valde ſeroſus cavernulas, ex mira fibrarum contextura enatas adimplens: Sanguinem hunc penitus non ſolum in hoc, ſed hactenus in pluribus Lienibus, non magno labore detracta tunica elui poſſe didici: fibrarum iſte contextus expreſſa aqua admodum contrahitur, & e.g. reſpectu ſplenis bubuli minima ejus portio apparet, aquæ verò immerſa protinus mire ſecundum omnes dimenſiones dilatatur, inſtar ſpongiæ aqua prægnantis. Similem fibrarum contextum in hepate uterino humano, in uteri ſubſtantia partui vicinarum, & in reti mirabili bovino video; An ſanguinem qualitate aliqua imbuat? an vero ſolum curſum ejus remoretur, vel aliud beneficium conferat? non definio. *I. Iac. Wepferus ad Thom. Bartholinum in hujus Ep. cent. iv. Ep. 13.*

OBSERVATIO XIII.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor à Liene impenſe magno.

ILluſtriſſ. Comitiſſa Fuſtenberg, circa xxx. ætatis annum anno 1655. Viennæ poſt largiorem melonum uſum, inſuper epoto vino glaciato, cui tamen aſſueverat, incidit in febrem intermittentem, nullos certos typos obſervantem. Poſt aliquot ſeptimanarum decurſum febris evanuit, at remanſit tumor in hypochondrio ſiniſtro, indolens locóque mobilis: Iudicabatur ejus generis tumor qualis poſt febres, imprimis anomalas, in hypochondrio dextro ab epota largius frigida deprehenditur, quem quibuſdam in locis hepatis placentam vocant: atque hoc nomine tumor iſte non magni fiebat, neque à Ill. ægra, neque à Medicis, imo penitus negligebatur. Biennio, à febre depulſa elapſo, denuo concepit, nam aliquot prolium mater eſt: circa medium geſtationis tempus diu maximo labore, ſingulis mane pituitoſa

copioſè

copioſè evomuit, quin etiam tum temporis menſes impetuoſe ſatis eruperant, ut omni ingenio ſupprimendi fœtúſque conſervandus fuerit. Dum fœtus in utero crevit, tumor ſurſum coſtas verſus adauctus fuit, non ſine dolore, qui ſæpe tantus erat ut lectum petere cogeretur: quam primum recubuit, dolor protinus evanuit: Stato partus tempore, promptius ac unquam, puellam enixa eſt: Excluſo fœtu ac ſecundinis, tamen iſte cum impetu quodam deorſum pubem verſus ruebat, ut Illuſtr. Dom. vel uterum prolapſum, vel peritonæi proceſſibus laxatis, herniam inteſtinalem ſibi obtigiſſe vereretur, Verùm illa in lectum collocata, nihil tale, nec tunc nec hactenus animadverſum fuit: Lochia ritè fluxerunt. Poſt puerperium aliquandiu menſes inordinate & cum fœtore emanarunt: Anno 1660. poſt dies caniculares thermas Helveticas adiit: Earum uſu finito, menſium fluxus debitus rediit ac paulo poſt iterum concepit: verum nondum finito quarto menſe, ob caſum abortum paſſa eſt, Ab illo tempore ſentiit tumorem creſcere, citra notabilem actionum læſionem, aut manifeſtum aliquod deterioris valetudinis indicium: Anno 1661. æſtate acidulas Ripliſavienſes bibit, cùm, ex Celſi ſententia, ferrata Lienem imminuant, Earum potum commode pertulit, indéque ſpem integræ valetudinis concipiebat: verum nondum finito potandi tempore, cùm gelidam fontanam æſtuante corpore avidius bibiſſet, in colicam incidit, quæ tamen congruis adhibitis, utcunque ſæviſſima fuerit, brevi ſublata fuit: Ab illo tempore ad hanc uſque diem ſat bene ſe habuit, nullum vitium in actionibus notatu dignum obſervatur, habitus corporis eſt obæſus, facies roſea, cætera cutis candida, ſtatura mediocris: Pridem crebro ſanguinem tenuem ex utraque nare & fere quotidie exſtillavit: Poſt uſum ſpleneticorum hæmorrhagia rarior & parcior eſt: urinam copioſius & potum quantitate ſuperantem, ſed pallidiorem nunc emingit: Tumor quoque horum uſu aliquantulum decreſcit. Ejus facies, dum hæc ſcribo, talis eſt, ſub coſtis nothis in ſiniſtro latere incipit, deſinit prope os pubis: Si ſupina jaceat, lineam albam non tranſcendit, ſed tamen proxime fere attingit, vacuum ſpatium inter coſtas & ſpinam Ilii implet: Si dextrorſum corpus volutet, illuc prolabitur, imo manu facili labore euſque adigi poteſt, ejus terminos circa lineam albam, ſimiles linguæ bubulæ, non ſemel tactu explorare potui: Ego tumorem hunc ſemper Lienem magnum credidi, ejus ſcil. affectum à ſcirrho penitus diverſum, ut mecum *Dodonæus* ſentit, tumor enim attactui mollis & quaſi fungoſus tangenti manui occurrit: Eoque lubentius id exiſtimo, quia ante aliquot annos vidi, &c. (*vide* §. In Illuſtri igitur Domina, Spleneticas fibrarum cavernas admodum ſeroſo ſanguine impletas exiſtimo: fibras vero arbitror tonum ſuum & robur, ob annuam p. n. expanſionem tantùm non perdidiſſe, atque ob hanc cauſam tanto tempore molem Lienis eandem permanere. Exc. T. ſummopere rogatum velim quid de hoc affectu ſentiat? Certus ſum magnos Lienes Exc. T. notiſſimos, cùm in oris illis vivat ubi frequentiores ſunt quàm in his regionibus, Humorem melancholicum multi accuſant, at penes Ill. Dom. nulli hujus humoris effectus apparent, ſi molem ſplenis excipiam, quæ tamen æque ab aqua accidere poteſt: Deinde ex te quæro, quid de diureticis in hoc morbo ſentias, &c. *I. Jaq. Wepferus in Epiſt. T. Bartholini cent. 4. Epiſt. 13. In miſcellaneis vero curioſis ann.* 1670. *morbi hiſtoriam perſequitur, obitum & anatomen tradit.*

Illuſtr. Comitiſſa Franc. Elizabetha de Fuſtenberg, Splenis ingentis mole jam diu divexata, anno 1668. menſe Aprili, purgans aſſumpſit annuum ex Magiſt. Jalapæ, à quo ſepties alvus ſolutas cum euphoria commota, hac vice ad 4. dies infinitis vicibus corpus diſcruciatum (iræ ſanguinem commoventi cauſa adſcripta) alvo ex parte tranquille reddita, venæ ſectio inſtituta: à .V. S. conſtipatio nata. Illuſtriſſima verò cum ſcybala cum violentia ejicere conaretur, ruptionem in cerebro factam eſſe, & apoplexiam imminere fruſtra imaginata eſt, [illegible] nullum motu defraudatum fuit membrum, copioſe bibit aquam apoplecticam: ſequi[illegible] omitus per triduum durans, cum ſumma virium debilitate & perpetuo narium ſtillici[illegible] cui paucis poſt diebus ſuccedit vertigo, Adſtantes dum Illuſtr. per cubiculum ducere [illegible]antur, ſyncope accedit, ut inter greſſum exſpiraret.

Abdomine recluſo, ingens Lienis moles oculos incurrit, longitudine æquavit quinque [illegible]nas tranſverſas, latitudine quatuor, craſſitie unam cum dimidia; pondere vj libras civi[illegible] valuit: figura Lienis ſecundum naturam oblonga eſt inſtar linguæ bovinæ, hic eminen[illegible] palma largiorem inferius adnatam habuit, ſemicirculum referentem, & infra umbili[illegible] dextrorſum progredientem. Interior ejus ſubſtantia picem ſaturato nigrore referebat: exterius ob craſſiorem tunicam minus nigreſcebat, tactu, ob craſſam hanc tunicam, [illegible] videbatur, ea excoriata, fungoſus & mollior; fœtor fere abfuit omnis: Stomachum [illegible] attigit, interna ſuperficie, putridus & inflammatus; Eloto piceo ſanguine, ſæpe repetita aquæ affuſione, fibræ albæ & robuſtæ remanſere: ventriculus in utroque latere, ubi hepate & liene

& liene tegitur; non aliter ac ſi combuſtus eſſet tinctus. Intus exulcerationem patiebatur: A levi inflatione ventriculus diſruptus ad illam regionem quam Lien tegebat, ubi diſruptionem examinavi, tenuem valde & levi tractu diſſilientem ventriculum vidi, alibi à fortiore diſruptione non volui disjungere: cerebrum ab omni labe erat immune: Acidulis Rippclſauvenſibus uſa per aliquot annos, vidit abdominis tumorem indies imminui.

SCHOLIA.

Vitium illuſtr. Dominæ quod ſignaſti, aliud eſſe non credo quàm Lienis magnitudinem excedentem, ſive nativam ſive aſcititiam. Nativam quum dico, nolo ea magnitudine natum Lienem, quia hiſtorię tuę id repugnat, ſed quod juſto laxius ejus parenchyma fuerit prima origine, adeóq; aptius ad imbibendas humiditates, quas vel morbus præcedens per μιλάσμων depoſuit, vel ſanguis arterioſus, quo lien abundat, plus æquo fluidior, vel denique lymphatica vaſa ſubminiſtrare potuerunt: His modis magni Lienes fiunt, & ſine magno incommodo à plurimis geruntur. M. *Donatus* lib. 6. Hiſt. mir. c. 3. quandam mulierem ſcribit lienem adeo ingentem habuiſſe, ut univerſum abdominis ſpatium occuparet, quo tamen non obſtante plures filios peperiſſe optime formatos. Vidi ego non pauca exempla, Uxor mea poſt quartanam magnum lienem recepit, qui etiam tactu deprehenſus eſt ſiniſtram abdominis partem univerſam occupare: angebar animo, & ſuperveniente Ictero omnia conclamata credidi, ſed præter ſpem largis evacuationibus bilioſi ſeri per vomitum, alvum & urinam ſuccedentibus, brevi convaluit, ut nec vola nec veſtigium lienis exinde ſuperfuerit: Fratri quoque non ſemel Lien intumuit, ſed per vomitum largiſſimi cruenti ſeri detumuit: Quod ſi vero nimia mora fibrę lienis laxentur, ut collectum in ſpongioſo parenchymate ſerum exprimi non poſſit, ſcirrhus incurabilis oritur, tunica externa etiam ita condenſata ut corium bubulum craſſitie æquet, quod in ſplenetico hic à me ſecto obſervavi. In alio Romæ vidi, à compreſſione tumidi Lienis conſtrictis inteſtinis, degluriendi ſublatam facultatem: Ita obſtructum lienem in vetula exemit *Fioravantius*, poſſeque Lienem innoxiè exſcindi in homine vulnerato narrat *Ballonius* lib. 2. Ephem. & hic in canibus nos experti ſumus. Humidi copioſi proventum hic recte cum *Hippocr.* incuſas, qui in hujuſmodi hominibus ſputc ſe prodit & hæmorrhagia: Revera ſerum ibidem p.n cumulari deprehendit *Coiter* Obſerv. Anat. in ſuſpenſo, veſica enim duorum pugnorum magnitudine aqua plena lieni adhærebat: Quod deinde Lienoſi nonnunquam ſicco ſint ore, nec ſuperfluo humore multum turgeant, hæc ratio eſt, quia ſerum à liene intercipitur & cumulatur, unde nec ad ductus ſalivale: confluere poteſt, nec ad reliquas corporis partes, et ſ frequẽtius eveniat ut & ſputatores inſignes ſint ſcorbutici, & reliquo corpore ſudore diffluant. Ill. Dom veſtræ lienem ſimili ſero diſtendi indubie credo, & quia ab utero compreſſus ſurſum aſcenderat, deſcendetátque tumor ejus, ſpero prolapſum non eſſe au utero annatum, quod obſervavit *Riol.* 2. Anthr. c. 23 De diureticis porro & emplaſtris quod ſcribis, non poſſum non in illorum delectu Tuum judicium laudare: Per lotium hujuſmodi ſerum in liene congeſtum commode poſſe evacuari, natura monſtrante viam di dicimus: Apud *Holler.* c. 49. Religioſus lienis timore & gravitate hypochondrii affectus, urinis nigricantibus, atramento nigro ſimillimis, per 5. vel 6. dies erumpentibus, priſtinam incolumitatem adeptus eſt Medicus naturæ eſt imitator & ruro illam ſequitur ſ aſſequi poſſit: laboramus enim defectu diureticorum ſine nauſea, promptè & certò operantium: variis ſali bus, lixiviis, decoctis, aquis, pulveribus hydropicorum aquas per vias urinæ aliquoties tentavi educere ſed nonniſi ſemel in juvencula ſucceſſit: Non ſeme vero per ſudorem, ſive Lacocico, ſive unicornu noſtro provocatum feliciter ægros reſtitui, in quem proniores quoque ſunt ſcorbutici: ſed hic & ubiq; naturæ vi: pertentanda, ut illi inſiſtamus quam elegerit. Ex pl ex cicuta Hildani magnifacio, & ejus continuatum u ſum diſſuadere non poſſum. *Barthol. cent. 4. Epiſt. 14*

OBSERVATIO XIV.

Hypochondrii ſiniſtri tumor à Liene indurato.

Mulieris vi morbi profligatæ diſſectioni interfui, ſublata vero fuerat diuturna viſcerum obſtructione: Lienem in cadavere defunctæ invenimus tantæ eſſe duritiei, ut vix cul tro cederet, niſi magna vi intruſo: Inter ſecandum non diſſimilis audiebatur ſonitus, quem in lignis ſpongioſis diſciſſis animadvertimus, & ſi clarius loqui licet, & colore & duritie carnem fumo diutino induratam lien referebat, ſive quod interceptis obſtructíſque vaſis ſpleneticis exaruerit, ſive quod atro ſucco repletus nutritúſque fuerit induratus. *T. Bartholinus cent. iv. obſerv. 60.*

SCHOLIA.

INcurabiles illi lienes ſpem Medicorum ęgrorúmq; fallunt; ſubinde extremus & tumor & durities ſumma ad tactum offertur, Siquidem vero congeſtus in ſplene ſanguis tenuior eſt, paténtq; venæ, curationem admittunt, ſic ſudorificis & laconico duritiem contumacem lienis emolliri vidi, & Ictero ſuccedente imminutum: de hæmorrhoidibus notum: nonnunquam per vas breve expurgatur largo ſanguinis vomitu: Sed memoria dignus eſt quidam, qui ſplenis duritiem ſæpe & moleſtè experitur: ubi maxime intumuit, vomitu ſanguinis liberatur, induciáſque habet donec recollecto ſanguine fluido rurſus turgeat: ſenſerat nuperrime ſiniſtri hypochondrii tenſionem & duritiem, ſubſequebatur poſt paulo vomitus ſanguinis, ſecundo tertióque die recurrens, ut tridui ſpatio libras pluſquam ſexdecim rejecerit, animáque purpurea in labiis hæreret: Exinde quanquam pro mortuo habitus ſit, ſublevata hypochondria & tardæ vires rediere. An purus putúſque ſanguis fuerit non auſim affirmare, cum in emaciato corpore vix ſedecim in univerſum ſanguinis libræ contineantur: …ixti fuere ichores, pituita & alia ventriculi lienſque liquida excrementa, cæterum maximam partem cruor conſtiebat.

OBSERV

Observatio XV.

Hypochondrii ſiniſtri tumor à Liene indurato, male formato, & Reni ſiniſtro annato.

Puellus tumore ſiniſtri hypochondrii laborabat, Eo extincto & aperto, Lien monſtroſe tribus appendicibus inſtructus, nigri coloris & induratus repertus, ſiniſtro reni arctiſſime annatus, ut ſine ſectione digitis avelli non poſſet. *I.D.Horſtius Obſerv.Anat.x.* Vide tit. de Ventris Tumore.

Observatio XVI.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor à Liene inſignis magnitudinis.

Anno 1657. proſecui cadaver in quo Lienem invenimus quadratum ac durum, æquantem capitis humani magnitudinem. *De Diemerbroeck Anat.lib.*1.c.15.

Scholia.

Magnitudo Lienis in homine diverſa eſt pro corporum & conſtitutionum diverſitate: plerumq; longitudinem habet fere ſex digitorum tranſverſorum, latitudinem trium, craſſitiem pollicis. In morboſis corporibus interdū enormem acquirit magnitudinem, ita ut ejus protuberantia extra coſtas ſentiri & videri poſſit. Sic qui humidas regiones incolunt, & aquas paludoſas bibunt, magnos Lienes habere ſolent: *Lindanus* refert Friſiorum vulgus, quod pro potu quotidiano utitur lacte ebutyrato acido, plerumque magnos habere Lienes. *Aëtius* lib. 7. ſcribit hoc viſcus in Lienoſis nonnunquam ſua longitudine uſque ad inguen pervenire, & latitudine Jecur contingere: Interim quo viſcus hoc majus eſt, eo pejus degit homo, ejúſque corpus magis extenuatur, quia ab eo non ſuppeditatur materia congrua ad fermentum conveniens, in hepate conficiendum, quo deſtitutus ſanguis debito modo non attenuatur, ſed acris, acidus, craſſus, alióve modo ad partium nutritionem inutilis relinquitur, atque hinc etiam Stomacacen, ſeu Scorbutum enaſci primus tradidit Hippocr.2. Prorrh. *Gingivæ vitiatæ, & ora graveolentia ſunt quibus ſplenes magni: quibus vero ſplenes magnos habentibus ſanguis prorumpit, nec os olet, horum tibiæ prava ulcera habent & cicatrices nigras. Spigelius* obſervavit eos qui amplas habent venas habere lienes majores, atque ideo macilentos facilius quam pingues in tumidos lienes incidere. *Idem.*

Observatio XVII.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor ob Lienem durum, magnum, interius putridum, & materia fæci vini ſimili repletum.

XXVI. Auguſti 1670. deduxit me Clar. D.D. *Drelincurtius* ad Ægrum xxx. circiter annos natum, qui artem textoriam exercuerat, & plurimo lacte & caſeo uſus fuerat; laboraverat ille æger ultra annum febre 1. quidem tertiana, eáq; nunc ſimplici nunc duplici, poſtmodum quartana, demum erratica; quibus tot febrilibus inſultibus ita attenuatus erat, ut faciem Hippocraticam vere nobis exhibuerit: Venter valde tumidus & durus erat, ſentiebatúrque durities in latere ſiniſtro, à coſtis nothis ad latus dextrum tendens, ac infra umbilicum uſque deſcendens: Contrectando vero hypochondrium ſiniſtrum, ad latitudinem duorum triúmve digitorum tranſverſorum ab umbilico, Tumor longe durior percipiebatur: Sæpius hæmorrhagiam narium patiebatur, raro tamen ſanguis è nare dextra emanabat, at ferme ſemper è ſiniſtra: Quatriduo autem poſt, id eſt xxx. Auguſti, venter detumuerat, eadem tamen aderat durities: laborabat autem dyſenteria, & quotidie duodecies circiter alvum exonerabat, & ab eo tempore dolores diminuti fuerunt, excrementa vero fœtidiſſima erant atque cruenta, & admiſta quædam inteſtinorum ramenta præ ſe ferebant. Dolor in extremitate oſſis ſacri infeſtabat: In dies augebatur debilitas, & præſertim maxime debilitabatur à Dyſenteria, quare præſcriptus fuit clyſter ex lacte & vitellis ovorum, quo ſæpius injecto dolor & dyſenteria ceſſarunt, & excrementa naturalia ad finem uſque vitæ ſuæ depoſuit.

Nono ſeptembris animam exhalavit, ac ſequenti die à Clar. *Drelincurtio* cadaver ejus apertum fuit, me ſolo præſente: In illo autem ſequentia notatu digna vidimus: Lien nonniſi mediante membranula quadam diaphragmati alligabatur, *nec ſuo capite attingebat diaphragmati*, neque ullibi alligatus erat; cauda autem ejus duos digitos tranſverſos ultra coſtas nothas deſcendebat: *Totus* porro *Lien durus erat* atque plumbei coloris, magnus atque craſſus, ponderis ℥xliij. *intus* denique *materia* copioſiſſima, *inſtar fæcis vini rubri* concludebatur: Duplex polypus in corde, utriuſque ſubſtantia mollis: qui in ventriculo dextro continebatur, longe craſſior erat, uti aſſolet: Sanguis in arteriis contentus, plane ſeroſus & fluidus: qui vero in venis, nigricans ac inſpiſſatus erat. *I. Von de Flammerdinge Diſputatione de Tumoribus Lienis Θ. xiv.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

L*ien ſuo capite non attingebat diaphragma*] Lien capite ſuo ſummo diaphragmati quandoque annexus eſt, quandoque vero non: quod utrumque mihi ipſi aliquoties videre contigit: licet viri egregii & celeberrimi ea de re inter ſe diſceptent, quibusdam aſſerentibus lienem ſemper diaphragmati capite ſuo connecti, aliis vero contrarium profitentibus: *Idem ibidem.*

Totus Lien durus erat &c. Intus materia inſtar facis vini rubri] Cauſa tam efficiens quam materialis Lienem vel putridum & fæculentum, vel durum & ſcirrhoſum reddens, gradu tantum differt: Cauſa enim efficiens mihi Acidum eſt, idque nunc debilius nunc fortius; nunc minori nunc majori copia, præcipue in acinis Lienis, ſive glandulis lienalibus ſubſiſtens: Cauſa materialis, partes ſanguinis, eæque nunc minus nunc magis concretæ induratæque: Cauſæ vero cur talis Aciditas in glandulis lienalibus reperiatur, ſequentes mihi eſſe videntur, 1. Sanguinis craſſities, terreſtreitas aut viſcoſitas 2. Spirituum defectus: Sanguinis craſſities, terreſtreitas aut viſcoſitas, efficiunt ut minus libere per acinos illos tranſcoletur ſanguis, qui copioſus ad illos affluit, & partes quædam ſiſtantur intra acinos, quæ ſtagnatione aceſcunt: Ob ſpirituum defectum ſanguis minus fluxilis, craſſior minusque temperatus exiſtit, Et cum ſpiritus ubique ſanguini permiſceri debeant, & illud maxime in liene requiratur, ad quem multus ſanguis defertur, & quo proinde naturæ artifex multos nervos deduxit, ut copioſos ſpiritus advehant, non mirum ſi illis parciori copia accedentibus, ſanguis adhuc craſſior evadat, & partes ſubſiſtentes aceſcant, & cum quotidie acidiores evadant, ſanguinem qui percolandus eſſet, univerſum incraſſent, qui poros acinorum, ſive glandularum offerciens ac diſtendens, partem tantum fluxilem magis transfluere permittit, ac ſtagnatione diuturniore intra lienem in materiam putrem, & fæci vini rubri haud abſimilem abit: quod ſi verò diutius malum perſeveret, ſanguis terreſtrior ſit, & acidum fortius exiſtat, febris accendatur fortior & corpus exſiccetur, indurabitur lien & ſcirrhoſus evadet, conſumpta tandem humiditate ſanguinis, & impedito novo ejus ad Lienem affluxu propter obſtructionem: Acida autem ſanguinem coagulare, id primum me docuerunt experimenta, quæ jam olim celebres Medici fecerunt in Anglia, quibus conſtat liquorem acidum, in brutorum viventium vaſa ſanguiduca injectum, necem brutis inferre, eamque vel citiorem vel tardiorem, prout acidum vel efficacius vel inefficacius exiſtit: In illorum quippe cadaveribus, dum adhuc repent, ſeu, ut rectius dicam, ſtatim atque ſpiritum duxerunt ultimum, cauſam mortis rimantes, nihil aliud deteximus quam ſanguinem concretum coagulatumque in vena cava cùm aſcendente tum deſcendente, & in ventriculis cordis, potiſſimum autem in dextro, prout hiſce meis, cum oculis tum manibus, non ſemel uidi contrectavique: Quibus certe experimentis, Clar. meus Promotor *Drelincurtius* lucem atque fidem plurimam nobis fecit, dum brutorum animantium ſanguinem nòn unice coagulavit, ſed & humanum, cujusvis fuerit ille & indolis & ſexus & ætatis, concreſcere fecit: Quoniam autem ipſum defecerunt occaſiones, quas olim Eraſiſtratus atque Herophilus Romæ nacti ſunt circa homines morti addictos, ut experimenta ſita faceret in viventium corpore, illa fecit nihilò ſecius bene multa in eorundem ſanguine, ſed extra corpus educto, quæ profeſſus eſt nequaquam fallacia fuiſſe, ſed indubitatæ fidei: Nullum ſi quidem reperit hactenus ſanguinem, è quovis vivente miſſum, ſive ſano ſive morbòſo, ſive tenero ſive adultiori, ſive conſiſtente ſive declinante; maſculo vel fœmineo, qui acidorum mixtura non fuerit alteratus in colore atque conſiſtentia ſuis: 1. Itaque ut certior fieret de rerum eventu circa ſanguinem virilem è ſano extractum, aliquid alias omphacii, alias aceti, alias limonum ſucci, alias aceti deſtillati, alias ſpiritus vitrioli, alias olei uitrioli, alias ſpiritus ſalis, alias ſpiritus nitri vaſculo, quo ſanguis excipiendus erat, indidit, pro majori hujus vel illius copia & acredine ſemper obſervavit, nec unquam fefellit ipſum rerum exitus, ſanguinem exinde evadere vel fuſcum, vel nigricantem, vel nigerrimum; nec colore duntaxat à nativo longe declinantem, ſed & conſiſtentia maxime varium fuiſſe, ſedulus illum notavit, fluidum quidem 1°. ſed valde inſpiſſatum & incraſſatum, nam navalis picis liquidæ, aut fæcis vinaceæ fuſcioris æmulus erat, atque ubivis ſuperficie plana & lævi; vel fluidum adhuc itidem, ſed per grumos & globulos concretum, uti eſt oleum non omnino frigore duratum: vel demum univerſe compactum atque coagulatum, uti caſeus eſt firmior, idque ſemper citra ſeri ullius guttulam, fortioribus enim acidis ſerum omne una cum ſanguine coit concreſcitque: At mitiòribus non item, ſed confuſum permixtumque manet cum ſanguine nigrefacto inſpiſſatoq;: Adhæc autem illorum ſanguine uſus eſt qui plethoræ demendæ cauſa, anno vernante, venam ſibi tundi curant, ut prout in hoc vel illud Chirurgorum vaſculum, quo ſanguis excipitur, hoc vel illud acidum, hac vel illa proportione injecit, ita etiam varios nigredinis & cohærentiæ gradus, animadvertit: Idem rurſus ut in ægris comprobaret, conſimili methodo varios gradatim liquores acidos, vel ad cochlearia, vel guttulas aliquot, in vaſcula conjecit, quibus ſanguis, è corpore febrili aliterve morboſo proſiliens ſectione, exceptus eſt, & antequam ægrotantis de cubiculo pedem referret, rudimenta non levia duplicis alterationis præfatæ contuitus eſt: Imo ſciendi deſiderium compulit ipſum in arterioſo ſanguine idem ut exploraret; Illius autem excipiendi copia fuit Lutetiæ non denegata, eo quippe loci haud infrequentes reperire eſt Chirurgos induſtrios, qui temporariam arteriam, exterioris caroticæ ſurculum, gnaviter & dextre ſecant, cum in cephalæa, tum in ophthalmia & oculi protuberantia & ejectione, vel dolore aſperioribus, vel diuturnitate contumacioribus: Qualicunque enim de cauſa ſanguis arterioſus ille fuit eductus, eandem prorſus atque venoſus in vaſculo alterationem unam & alteram ſubivit, Ne autem fucum nobis facere videretur, id reapſe nobis comprobavit, 1. namque mihi experiri dedit, ſanguinem virginis non menſtruatæ exceptum vaſculis tribus, quorum prius omphacio delibutum erat, alterum irroratum àceto, 3. tandem puriſſimum erat, unde contigit ut prioris ſanguis nigricans & fæcutinus appareret, ſed citra ſerum ſecretum à maſſa, Alterius ſanguis nigrior, ſpiſſior & fæculentior erat, necnon grumis ſeu granulis ſanguineis nigris totus ſcatebat,

apprimeque mihi exhibuit ſapam aliquam nigram granulatamque, ſed citra ſerum innatans ullum: Tertii demum ſanguis concreverat in offulam, quæ plurimo viridescente ſero inundabatur, uti ſæpe ſæplus obtingit: Inſuper his, toti Collegio ſuo Anatomico Vitulum mactavit, dum axillaris arteriæ utriuſque truncum incidit, & ſanguinem arteriæ ab utraque rivuloſe proſilientem multiplici vaſculo excepit, in quorum unumquodque varia acida infuderat, quæ jucundo nobis ſpectaculo varietatem illam præ oculis poſuerunt quam collegiis in Practicis nos docuerat: Cum primis autem mirari ſubiit tantam illius ſanguinis compactionem, quanta inerat illi ſanguini quem ſpiritu nitri conſperſo vaſe, ab arteria ſalientem exceperat: Tantis experimentis fultus, nullus veritus ſum Clar. Viri ſententiam amplecti, qua ſum edoctus limoſum, fæcinum atque lutoſum lienalem evadere ſanguinem, unaque craſſum, fuſcum, nigricantem, nigrum grumoſumque acidi ſeri cellulas intra lienales occurſu, ubi hac ſua limoſitate, fæcis craſſioris æmula, meatus & itinerula, naturæ alias pervia, opplet & obturat, ſicque obſtructionum fit primum author, ſubinde vero tumoris durioris atque durioris, prout partes illæ terrenæ atque fœcatæ magis magiſque inſpiſſantur indurantur que, vel occurſu novi acidi fortioris quod illas potentius figit denſatque, vel receſſu tenuioris aquoſiorisque partis, quæ terreſtreitatem illam prius diluebat fluxilemque conſervabat, In illam porro mentem eo lubentius deſcendi, quod animadverterim fæcinum illum ſanguinem atrum, in vaſculis arte factum, penitus analogum eſſe alteri illi, quem propriis itidem hiſce oculis meis obſervavi è lienibus educi morboſis, tumidis nempe, putridis, cœnoſis atque lutulentis: Eo rurſus gratiori mente id arripui dogma, quod mihi lucidiſſimam facem prætulerit in perquirenda veterum melancholia atra, ſive humore lienali atro atque morbifico, quem eo pacto non ſolum vidi ſed & palpavi: Hinc itidem animum meum dubiis liberavi circa Chloroſeos naturam, in virginibus potiſſimum illis, quas Monſpelii vidi bene multas, ab eſu limonum & acerariorum nimio in tanta incidiſſe ſymptomata: Acidum enim nimium ſanguinem inſpiſſat, & illum per conſequens, qui menſtrualis foret, ineptum reddit periodice ut effluat &c. *Idem ibidem.*

Quo clarius dicta percipiantur, quædam de Lienis ſtructura addenda ex Viro Clariſs. Lien *inquit*, capite ſuo ſummo diaphragmati quandoque annexus eſt, quandoque non: Arteriam ſortitur ab arteriæ deſcendentis trunco; Venam à vena portarum, Nervulos à ſexti paris ramo coſtali, Vaſa item Lymphatica multiplici propagine feruntur: Totus porro Lien ex membranarum congerie in cellulas variæ magnitudinis atque figuræ varie diſtincta componitur: Glandulæ innumeræ, uvæ botrum æmulantes, ſubſtantiæ membranaceæ & cavitatem habentes, in ſpatiis vacuis locatæ conſpiciuntur, in quibus arteriarum nervorumque extremitates inſeruntur. Plura vide apud *Malpeghium.*

Observatio XVIII.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor ob ſubditum Lienem magnum, Sanguine ſeroſo diſtentum.

ANte aliquot annos quendam Magno Liene defunctum aperuit doctrina conſpicuus Clar. D. D. *Ioh. Iac. Wepferus*, Medicus Schafhuſanus, In quo Lien plane mollis erat inſtar ſpongiæ madidæ: Ingrediebatur illum inſignis magnitudinis arteria ſplenica, egrediebatur major vena: tunica admodum denſa cooperiebatur; parenchyma abſolvebant fibræ miræ inter ſe contextæ, & ſanguis valde ſeroſus cavernulas, ex mira fibrarum textura enatas, adimplens: Sanguinem iſtum penitus, non ſolum in hoc, ſed antea in pluribus lienibus, exiguo labore, detracta tunica elui poſſe didicit Vir idem eruditus, & fibrarum contextum expreſſa aqua valde contrahi, ut reſpectu ſplenis v. g. bovini, minima ejus portio adpareat: aquæ vero immerſam protinus mire ſecundum omnes dimenſiones dilatari, ſpongiæ inſtar: Similemque fibrarum contextum in Hepate uterino humano, & in rete mirabili bovino ſe vidiſſe fidem facit Vir Clariſs. Idem erit & Hepatis veri fatum, niſi fallunt me auguria: quod eapropter longa maceratione excluſo cruore candicat, & levi opera, concreto ibidem ſanguine excuſſo, vaſorum ſuorum nudam texturam revelabit, ut ſciat tandem ſe ſuo pede metiri, nec Cordis, ſolida carne præditi, invadat imperium, ut ſola ſeparatione vel miſcela ſanguinis contentum quoque vivat. *Bartholinus Tract. de Hepatis exequiis pag. 28. de conſtitutione Hepatis. Vide Marc. Malphigii Tract. de Hepate.*

Observatio XIX.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor à Lienis magnitudine & duritie.

LAtus ſiniſtrum deciduo ex loco ſuperiore lapſu afflixerat Th. Joannis, ex iis fabris qui ligneam ædificiis adaptant materiam: Hic adhibitis quibuſdam unctionibus & fomentis, cùm dolorem graviorem non perciperet, livorque qui in cute apparuerat, diſparuiſſet, ab uſu medicamentorum quidem abſtinuit, ſed palliatæ ſanationis effectus poſtmodum ſenſit & inertiam in eo morte ſua luit: Surrexit enim quaſi ex inſidiis hectica febris, quæ diutius latentem ſui cauſam celare non potuit, dum paulatim latus extrinſecus illæſum in tumorem aſſurgit, & duriori intus latenti, ſeſeque paulatim dilatanti

lieni

lienis amplius dat ſpatium, per quod ſuam, quor diebus majorem extenderet durities: Accedebat anhelandi difficultas, quam quidam rebantur alterius morbi ſobolem.

Extinctus itaque & anatomice examinatus, oſtendit unicam tot malorum, quibus quindecim menſibus exagitatus miſeram traxerat animam, cauſam fuiſſe læſum iſto lapſu lienem, qui præter modum induruerat, & magnitudine diaphragma premens, anhelandi difficultatem induxerat: Reliqua viſcera cuncta viſebantur & integra, niſi quod inteſtinis biloſa quædam circumfundebatur materia. An ſatius hic fuiſſet heroico Fioravantii uti remedio? &c. *Th. Kerckringius obſervat. Anatom.* 33.

SCHOLIA.

Fioravanti uti remedio &c.] De Lienis exſectione vide Clariſs. *Bartholinum* centur. 4. hiſtor. 51. ubi hiſtoria exciſi feliciter *à Fioravanti*.

OBSERVATIO XX.

Hypochondrii ſiniſtri tenſio ob Lienem ſcirrhoſum, ſede emotum.

IN ruſtico renitentiam in ſiniſtro hypochondrio, fere ad oſſis Ilii ſpinam, deprehendo: Lien ſcirrhoſus arcto coalitu ſub membranam adipoſam adhærebat Reni ſiniſtro. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

OBSERVATIO XXI.

Lien ſcirrhoſus evadit ut plurimum quoad tunicam abdominis muſculos ſpectantem, potius quam intra parenchyma.

VNum circa ſcirrhoſum Lienis affectum habeo, quod in multis cadaveribus obſervavi, & eſt quod ſuperior tunica Lienis, verſus abdominis muſculos vergens, ita dura redditur, & colore livido donatur, ut ſcirrhus intra Lienis ſubſtantiam videatur, quod falſum eſſe manifeſte patet, & multis Medicis præſentibus ſæpe obſervavi in Anatome molienda. *Hippolitus Boſcus de Facult. Anat. Lect.* 2. *p.* 13.

OBSERVATIO XXII.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor ob Renem ſeri copia repletum. 1. *Ob renem inſignis molis.* 2. *Ob fœtus oſſa in utero latentia.* 3. *Ob molam oſſis Ilii ſuperiori extremitati connatam.* 4. *Ob abſceſſum ſteatomaticum ſiniſtræ abdominis regionis.* 5.

§. 1. ANte ſex circiter ſeptimanas acceſſit me Chirurgus, indicans monſtroſum fœtum pridie natum eſſe, &c. Cum corpuſculum detegerem, vidi ingentem tumorem in abdominis regione ſub hypochondrio ſiniſtro, & facta diſſecandi copia, adſumpſi mihi comitem Clariſs. Dom. *Borrichium*, à quo rogatus cujuſnam partis tumorem illum eſſe crederem? accuſavi Lienem: Ille vero hepatis hoc virium eſſe indicavit.

Aperto abdomine cum magna circumſpectione, invenimus Hepar mole ſua naturalem quantitatem non excedere, ut nec ventriculum nec lienem: cumque inteſtina renuia non ſtatim apparerent, credebamus primo intuitu naturam involucro membranoſo eadem obvolviſſe, & à reliquis abdominis viſceribus ſeparaſſe, ſed cum eadem repeririemus detruſa verſus os Ilium dextrum, in alias incidimus cogitationes: nam venis magnis per ſuperficiem ſparſis prædirus erat tumor, & in ejus parte ſuperiore, aliquid rubicundi, inſtar placentæ uterinæ apparebat: unde quanquam maſculus eſſet fœtus, ſperabamus uterum hic nos inventuros, & in eo fortaſſe fœtum; eoque magis quod in fine cerneremus particulam, qualis eſt ala veſpertilionum cum tuba & teſte in mulieribus: ſed aperto tumore invenimus eum repletum fuiſſe copia ſeri ingenti: venas examinando, deprehendimus eas è trunco cavæ ſtatim ſub hepate originem trahere, Tandemque deprehendimus renem dextrum in ejuſmodi molem excreviſſe, & tumorem illum efformaſſe, qui tamen Ren & à figura ſua naturali, & à ſubſtantia plurimum diſcrepabat, nam craſſiſſimæ membranæ erat admodum ſimilis, Ureter quoque dexter plane erat impervius. *Ioh. van Horne in Epiſt. Barthol. cent.* 3. *Epiſt.* 81.

§. 2. Viduæ N. nephriticæ ſiniſtrum hypochondrium multum tumebat, quidam ſplenem intumuiſſe dicebant: Ren ſiniſter in magnam molem undique increverat. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 3. Catharina N. gravida facta ſine ſuſpicione, Fœtus partes molliores putrefactæ

per inferiora ejiclebantur, quæ pro ſanie ex uteri ulcere manante habitæ: oſſa, quæ re manſerunt, lienis ſcirrhus. *Vide tit. de uteri morbis.*

§. 4. Virgo hic Coburgi fuit, florentis & ætatis & conſtitutionis, pinguioris naturæ, quæ ſub onere in aquam de ponte decidit, & ut ego conjicio, caſu caſum ſibi funeſtum ſic accelleravit; Accreſcentis Lienis ſpecie primum Chirurgo impoſuit Tumor levis regionem Lienis occupans; cui majus in dies incrementum capienti remedia ille adhibuit, ſed ſucceſſus & ægram & medentem deſtituit; Affectus poſt ſemeſtre mihi à matre dijudicandus domi meæ committitur, ſed quia fuetum ille naturæ ordinem nimium quantum ſuperare mihi videbatur, ægræ præſentiam meam, quam expetere illa non fuerat auſa (ob ſuſpicionem graviditatis, ſponſa enim erat, & ideo à ſponſo in eandem ſuſpicionem præter meritum rapta) ultro commodavi: Acceſſi, & circumſtantiis omnibus bene expenſis, in abdomine excreſcentiam quandam, qualis etiam illa ſit, ſive molam quandam, non in utero, ſed extra hunc latitare dixi, nullumque ulli medicinæ fore locum prædixi: menſes interim ordinis ſui fuerunt tenaces: præter appetitum proſtratum, virium imbecillitatem, & circa dorſi medium dolorem, ſymptomata notata digna nulla infeſtarunt ægram, jam ſedentem, jam decumbentem: viribus ita abdominis increſcentis mole tandem prorſus dettitis, debitum naturæ ægra ſolvit.

Aperto cadavere, pinguem quandam molem, in ſiniſtro præcipue latere latitantem, & inteſtinis incubantem inveni ſed oſſis Ilii ſuperiori extremitati, à qua reſecabatur, connatam; Bilanci impoſita 10. libras pondo civiles illa æquavit: Originem veram non deprehendi, quam tamen non in dicto oſſe, ſed in elatiori ſede fuiſſe, tuberculum ibi extus primo notatum indicavit: Tota maſſa fuit pinguedo, alienique nihil diſſecta exhibuit: Circa meſenterii principium alia quædam pinguis portio (hinc ille in dorſo dolor quondam) duarum præter propter librarum reperta, pinguem quandam materiam, puri conſiſtentiæ ratione ſimilem, nondumque compactam continuit, Ita ſine dubio data per caſum alicubi è vena quadam diſrupta, materia, natura ſolers & nunquam otioſa, maſſam illam elaboravit, ad quam pinguior ſanguinis pars, quæ partibus reliquis fuiſſet diſtribuenda, confluxit. *I. Chriſtianus Fromannus Med. Coburgenſis in miſcellaneis curioſis anni* 1671. *obſerv.* 17.

SCHOLIA.

Generationis modum ejuſmodi Tumorum, qui ab impetu in aliquam partem, citra aliam læſionem, oriuntur, explicat *Platerus* Praxeos lib. 3. cap. de Extuberantia: Succus, *ait*, nutriens ſingulis corporis partibus nutriendis. idoneus, ex ſanguine qui illis diſtribuitur, & apponitur aſſimilaturque genitus, ſicuti ſi modicus & laudatus eſt partium ſubſtantiam alendo, eam in ſua mediocritate conſervat, ita ſi quantitate vel qualitate peccet, pro horum ratione nunc generalem aliquam extumeſcentiam, nunc particulares aliquos tumores producit: quod dupliciter fit, vel genita alia veluti in partibus ſubſtantia, vel ea ſaltem adaucta, Genita veluti nova & ſuperflua in partibus ſubſtantia, quæ illis vel innaſcitur, vel adnaſcitur, vel adhæreſcit, Tumores diverſos ſuccus ille qui partes nutrit, producit, Idque quia vel luxuriat, & quantitate potius quàm qualitate peccat; tunc enim præterquam quod partium ſubſtantiam conſervat, ſuperfluam quoque ſimul in iis gignit, parti quam alit nonnihil ſimilem, & pro illius ratione, nunc mollem, nunc duram, vel etiam craſſiotem: &c. In carnoſis partibus ſuccus nutriens, carneos tumores intus foriſvè producit, vel ob copiam quando exudat, vel alioquin abundat: Exudans è carne ſuccus, ob cutis tunicarumque, quibus obvolvitur, quibusque ſuccus coërcetur, & venarum ſuccum hunc deferentium oſcula obliterantur, defectum accidit, ut ſi ſuccus carni accreſcat, novamque veluti carnem illi adhærentem, & ab ea protuberantem gignat, varia ſarcomata producantur; veluti in ulceribus carne impletis, necdum cicatrice obductis, ſucco ex ea expullulante, excreſcentia carnis gignitur: Sic tunica narium, in illarum eroſionibus, ulceribus, polypum; Si gingivæ eodem modo afficiuntur, Epulidem producit: Intrinſecus quoque tunicis carnoſarum partium divulſis, ſucco extra ipſas ſe diffundente, Sarcomata gigni poſſunt: Sicuti ex contuſione, per quam tantum illæ divelluntur, oſculaque venarum nonnihil patefiunt, necdum gravior læſio fit, aut ſuppuratio vel exulceratio ſequitur, ſenſim quandoque carnoſitates ejuſmodi excreſcunt relinquunturque: Abundantia hujus ſucci ſi accedat enarratæ cauſæ, eo citius ejuſmodi ſarcomata prodibunt; cui vel plethora occaſionem dat, vel ſanguinis ad partem aliquam ſæpe repetita attractio à variis cauſis promota: Inter quas & impetus alii in partem aliquam, citra læſionem facti, ſuccum tunc in partem allicientes, hoc poſſunt efficere: Quod ut in hac aliave parte fiat, partium diſpoſitio apta ad recipiendum, plurimum adjuvat.

§. 5. Mercatoris Antverpienſis famulus 26. circiter annorum, duritie ſplenis affligi putabatur, & ramice ſimul carnoſo teſtis ſiniſtri: in quo curando omnis medicantium induſtria conſumebatur:

Quo mortuo, & cadavere aperto, animadverti vaſtiſſimum abſceſſum, qui totam abdominis regionem ſiniſtram, ab ipſo diaphragmate ad inguen uſque deorſum, adeoque ad umbilicum ipſum latè extenſus adimpleverat: imo cujus haud exigua portio per inguen in ſcrotum deſcenderat, & Sarcoceles ſpecie Medicos deluſerat: Hujus abſceſſus

abſceſſus vaſtitati omnia ventris, illa in parte, viſcera ceſſerant: inteſtina univerſa in dextram regionem compulſa jacebant: Diſſecto autem tumoris monſtroſi utriculo, deprehenditur materia ſubſtantiæ cerebri ſimillima, tunica firma & peculiari veſtita, abſque fœtore ullo, tantæ copiæ ut ampliſſimam paropſidem adimpleret: Poſſet non male ad ſteatomata referri. *Smetius miſcellan. lib. 10. p. 523.*

APPENDIX.

De Tumore hypochondrii ſiniſtri, Lieni adſcripto, à pituita viſcida inteſtino colo concluſa orto.

Viro quinquaginta circiter annos nato, & Tumorem in ſiniſtro hypochondrio prægrandem, inæqualem durumque, brachiumque æquantem, ac dextrorſum ſecundum frequentiſſimum coli ſitum protenſum, atque Lieni ab aliis Medicis adſcriptum, habenti una cum aliis hypochondriacæ affectionis ſymptomatibus, ante annos 20: Amſtelodami ſequens linimentum ac empl. toti ſuperiori abdominis regioni applicandum præſcripſi præter pilulas ex Gummi paratas: quorum ope paulatim emollitus ac maxima ex parte ſublatus Tumor. ℞. *ungu. alth. comp. ol. cappar. aa.* ℥j. *philoſoph.* ʒij. *miſc. f.* Linimentum ℞. *G. Galbani, bdellii, ammoniac. aa.* ℥ß. *thuris maſc. myrrh. r. aa.* ʒij. *Opii Thebaic.* ʒj. *diſſolvantur in aceto ſcyllit. iterumque inſpiſſatis adde ceræ citr. colophon. aa.* ʒiij. *Balſam. Peruvian. ol. Philoſ. aa.* ʒj. *ol. Terræ* ʒß. *carvi ſtillat.* ℈ß. *Terebinth. ven. q. ſ. miſc. f. ſ. a.* Emplaſtrum extendendum ſuper aluram; eamque formatam prius ſecundum Tumoris amplitudinem, & figuram charta ei impoſita & diſſecta obſervandam: Eo Empl. fœliciter uſus ſum, non ſemel enim ipſum in Flatuum & Tumorum inde ortorum diſcuſſione efficax comperi: ℞. *G. Galbani aceto ſquill. ppti* ℈ij. *vitrioli martis ad albedinem igne blando lente calcinati, maſtich elect. aa.* ℈j. *caſtor. opt. myrrh. rub. aa. gr. 15. croci orient.* ℈ß. *Trochiſ. alhandal.* ʒj. *Reſin. Gialapp ſcammon. aa.* ℈j. *ol. cortic. gtt. 6. miſc. f. pil. n. 50. inaurandæ:* Harum Pilularum tres pluresve aſſumantur poſt cœnam in introitu lecti, aut mane ſtomacho vacuo quinque aut tot quot deſiderabuntur: Pituitam vitream, ante correctam, blande educunt. *Franc. de le Boë Sylvius Prax. med. l. 1. c. 14.*

OBSERVATIO XXIII.

Hypochondrii dextri durities à Scirrho in fundo ventriculi & colo inteſtino.

Vetula illa quam aliquoties hic mecum inviſiſti plane extenuata obiit; Cadaver apertum, Inventum eſt Hepar omnino putridum, adeoque fœtidum, ut nullus fœtorem ſufferre potuerit: Durities quam ipſemet non raro mecum in hypochondrio dextro palpaſti, ſcirrhus erat, qui inteſtino colo & fundo ventriculi tenaciſſime adhærebat: Hinc vomitus continuus & egerendi difficultas. *Fabritius Hildanus, obſerv. 86. cent. 2.*

OBSERVATIO XXIV.

Hypochondrii dextri Tumor ob Vtero eo delato, cum dolore.

Inſignem tumorem in anu noſtri gerontotrophii, juxta mecum videre Medici quamplurimi: Elevabat is latus dextrum, illo ipſo loco quem Jocinori deſtinavit natura, cum tubere manifeſto, & dolore ſatis vehementi: Imo cum tanta partis gravitate ac diſtenſione, ut multi crediderint ipſum Jocinoris viſcus in eam excreviſſe molem.

Sed ſcalpellum poſt mortem cadaveris adhibitum, docuit luce clarius tumorem hunc non jocinori ſed vulvæ adſcribendum: relaxatis namque ligamentis, attraxerat illa *tantum bilis vitellinæ* in ſe, ut inde diſtenta adæquaret caput pueri, vel bimi, vel trimi, innatans etiam eidem bili, quam inſtar alicujus gelatinæ per inteſtina vidimus ubertim effuſam, *Tulpius lib. 3. cap. 31.*

SCHOLIA.

Appoſite *Aretaus lib. Acut. 2. cap. 40. In mediis Ilibus mulierum vulva poſita eſt, muliebre viſcus, animalis ferme naturam adeptum:* Movetur quippe per ſe, vel verſus ilia ac jecur, vel thoracem aut alia viſcera; in quibus excitat ſæpenumero infinita incommoda, defatigantia nonnunquam ingenia etiam acutiſſima: Sed prout variant ipſius morbi ac ſymptomata, pro eo etiã diſcrepat frequenter ipſius ſitus: modo uni loco rigide adſtrictus, modo vero vagus: quæ diſcrimina producuntur à ligamentis ipſius vel intenſis vel remiſſis: quorum ope cum adligetur vel ilibus vel inguinibus, ſequitur neceſſario ad illorum motum, vel ſurſum, vel deorſum, vel oblique trahi vagum ac errans hocce viſcus: Vultis evidens fluctuantis hujus motus exemplum? conſiderate attente formidabiles uteri ſuffocationes, ſed potiſſimum inſignem illum tumorem ſupra adductum.

Tantum bilis vitellinæ &c.] A cujus congelatæ maſſæ lentore ut originem traxit morbus, duodecim annos ægram infeſtans, ſic veriſimile eſt, continuum ipſius

ipſius dolorem fuiſſe ex acri eroſione bilis; quæ etiam plurimum damni dederat reliquis extis, ſed inprimis meſenterio cujus membranas impenſe inflammaverat, uti quoque & veſicam pure repletam.

Observatio XXV.

Hypochondrii ſiniſtri Tumor & murmur, ab humoribus & flatibus in ea Omenti cavitate concluſis quæ inibi ſita eſt.

CUm Omentum venas à Porta capiat; & quidem ſuperior membrana utramque gaſtro epiploiden dextram & ſiniſtram, inferior epiploidem dextram & poſticam, arterias, totidem à cœliaco & meſenterico ramo, facile humores vitioſi omnis generis in id confluere poſſunt: Et cum Omentum iis tantum partibus adhæreſcat ad quos rami ſplenici ſurculi perveniunt, facile etiam à liene humores vitioſos & fœculentos ſuſcipere poteſt, & præcipue ea in parte Omenti humores vitioſi multi ſæpe cumulantur, quæ eſt inter lienem, ſeptum & ventriculum, & inprimis in cavitate illa Omenti in ſiniſtro hypochondrio ſub diaphragmate, ex ventriculi, omenti, coli & viſcerum connexu orta & exitum non habens, ſed ita concluſa ut aquam continere poſſit quam D. *Salomon Albertus* de Scorbuto Θ. 72. ſtagnare aqua vidit & poſtea etiam diligenter deſcripſit. *Hier. Fabritius* in hiſtoria Omenti: de qua accipiendus aphor. 54. 7. *Quibus inter ventriculum & ſeptum tranſverſum phlegma clauditur & dolorem affert, in alterutrum ventrem viam non habens, iis per renes in veſicam verſo phlegmate morbi fit ſolutio:* Et non raro accidit ut humoribus, imo & flatibus in hiſce locis cumulatis Lien fruſtra accuſetur, materia in Omento conſiſtente, & ſæpe abdomen in ſiniſtra parte verſus umbilicum in Tumorem attollente: Accidit etiam nonnullis ut dum ventrem comprimunt vel attollunt, aut moventur, ſonum & ſtrepitum quendam in ventre audiant, quod evenit ob humores & flatus in hac omenti cavitate concluſos, hosque nonnulli ἐγγαστριμύθους appellant. *Sennertus Pract. l. 3. p. 3. cap.* 8. Atque accidit ſæpe ut Lien vel Colon vicinum eo nomine incuſetur, cum tamen iis ſalvis in ea cavitate humores vitioſi hæreant: ac pertinaciſſime in hac cavitate humores ſæpe hærent, & fruſtra purgationibus tentantur, ac nonniſi fortioribus vomitoriis, vel thermarum ac acidularum uſu evacuantur: *Idem ibidem parte 5. ſect. 1. cap. 2.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XVII.

DE HYPOCHONDRIORVM DOLORE.

Observatio I.

Hypochondrii dextri dolor ab Hepatis phlegmone in Peripneumoniam deſinente.

N. Gemminger incidit in dolores capitis, inquietudinem, calores febriles, exiſtimans eſſe reliquias vini fumantis, negligit opem medicam, indifferenter vino utens: Increſcente morbo, nono die conſuluerunt me: vena ſecanda erat, ſed ob vires debilitatas alvi fluxu multorum dierum, cucurbitulas imperavi, de[illegible]bat, ſubſtiterat alvus, 14°. moritur: Dum viveret, taciturnus erat, frequentia hominum colloquia non affectabat, melancholicus, & per intervalla vertiginem mane jejunus patiebatur.

Aperto cadavere, *inveni quod prædixi*, Inflammationem Hepatis, cui peripneumonia ſupervenit: Hepar ſubrubens, interius flaveſcens, totum dextrum hypochondrium dextrum occupans, amplum ad ſtuporem, innatans bili, quæ cauſa fuit Doloris dextri lateris, paululum ſupra notas coſtas, & inde lividitas ab aure dextra ad infimas coſtas per medium dorſum exterius, in ſiniſtro nulla comparente, animadverſa eſt: cordis adhærebat dextro (*ventriculo*) veſicula juſtæ magnitudinis, continens in ſe ſanguinem atrum: Pulmones parvi,

parvi, nigri & ſemiputtidi: Meo judicio, ſi natura morbum protraxiſſet, vel repentina ſuffocatio, vel ex ſcirthoſo Hepate hydrops illi contigiſſet. *Ex obſervat. I. Frid. Traſſelmanni*

SCHOLIA.

INveni quod prædixi &c.] Sæpe in diagnoſi Hepatis inflammationis errare contingit, ſed hæc præcipua ſigna ſunt 1. gravitas in dextro hypochondrio, quæ à repletione & diſtenſione Hepatis oritur; viſcus enim amplum & compactum, ſi humore multo turgeat, grave evadit, cum moleſtia dum corpus à latere in latus devolvitur. 2. Dolor in uno, duobus, vel tribus locis perceptus; gravativus in Hepatis regione, Si inflammatio ſuſpenſoria ligamenta obſidet, tenſivus eſt circa nothas coſtas, Imò ad jugulum uſque pertingens per communicationem membranarum: Febris, magis vel minus acuta pro natura humoris peccantis, fere noctu ingraveſcens: 4. Dyſpnoea, ob viciniam Hepatis & diaphragmatis, & hoc infra à gravitate illius depreſſo, & in motu impedito ab intumeſcentia: Hæc ſigna pathognomonica, Æquivoca ſunt Tuſſis ſicca & moleſta, pulſus duricies, inæqualitas, cibi faſtidium, ſitis intenſa, linguæ color primo ruber, deinde niget; Ictericus totius color; urina rubra flammea, acris; difficilis in latera decubitus, alvus adſtricta.

Inflammationem Hepatis] Hepar vaſa habet, arterias, venas, nervos, lymphæductus, venas lacteas; Arterias exiles à cœliaca, easque innumeras: Venas, ut *venæ cavæ* radices, in duos vel tres inſignes ramos albicantes, in parte gibba coeuntes, & *Portæ* ſurculos, triplo fere plures: Venæ hæ alias in interiore parenchymatis parte ſunt valde tenues, ad obſtructiones proclives: Sanguis in hiſce vaſis obſtructis ſubſiſtens, & in motu ſuo verſus cor turbatus, facile inflammationem parit: Ea de re notabilis eſt hiſtoria apud *Hildanum*, ubi Chirurgus narium hæmorrhagia magna laboranti, cucurbitulas magnas ad regionem hepatis affixit, ſed ſucceſſu infelici, hepatis enim inflammatio ſequuta: Ideo *Hildanus* dicto exemplo permotus (quanquam *Galenus* 5°. meth. ad narium hæmorrhagiam eas affigi ſuadeant, topica potius quam eas adhibet.

OBSERVATIO II.

Hypochondrii dextri dolor ab Abſceſſibus in Iecore, Vomicis, Suppuratione.

§. 1. COnquerebatur quidam aliquot abhinc annis Patavii de febricula nullis remediis cedente: *dolor* tandem ſucceſſit *in hypochondrio dextro*, tumorque Jecoris cum difficili reſpiratione: Exiſtimabat nonnemo eſſe inflammationem jecoris, contra *Sala* noſter eſſe Jecoris abſceſſum divinabat, qui ſe per venam cavam in thoracem expurgaret, unde difficilis reſpiratio & copia puris: Poſt paulo æger morti ceſſit.

In aperto cadavere ingens Abſceſſus in jecore inventus, *unde prorſus computruerat*, & totus venæ cavæ ramus ſuperior illo pure repletus cernebatur, thoraxque humiditate iſta abundabat: *Bartholinus cent. 4. obſerv.* 18.

SCHOLIA.

PRorſus computruerat] Mirum in viventibus tam facile Hepar computreſcere, cum in mortuis & elixatum diutiſſime aſſervetur: Hinc *Plinius* lib. 11. cap. 37. Jecur, *ait*, in mortuis vetuſtatis patiens, centum durare annos obſidionum exempla prodidere: Firmat *Riolanus* Anthropogr. lib. 3. cap. 19. qui vidiſſe ſe ait jecur humanum ab anno elixatum, quod ſub ſcamnis ſcholæ medicæ aſſervatum fuerat, nullo modo corruptum & rancidum, cum odorem redolentem qui eſt in recens elixato: Facilis corruptionis in viventibus cauſam affert *Hippocrat.* lib. de veteri medic. Hepar propter teneritudinem & ſanguineitatem abſque doloribus eſſe non poteſt, & propter has cauſas dolores acutiſſimi & frequentiſſimi circa eum locum contingunt, ſuppurationesque ac tubercula plurima.

§. 2. Vir Sexagenarius ex vitæ incommodis, aëre pluvio & victus inopia, In cacohymam totius conſtitutionem ſuperiore autumno inciderat; inde obſtructiones viſcerum febresque, quibuſcum colluctatus, circa initium Februarii anno 1640. in noſodochium delatus eſt, ſed jam in tantum increverat malum ut omnia quæ præſcribebantur irrita eſſent: Sed præcipue de ſummo Dolore ad hypochondrium dextrum querulus ſemper erat ab affecto hepate, ut tum etiam facile conjicere erat, quia venter, & præcipue pedes, œdematoſo tumore inflabantur: obiit in hoc ſtatu 18. Februarii.

Aperto cadavere ſtatim mortis cauſa apparuit, Hepar enim concluſum in ſe habebat fœdiſſimum abſceſſum, pure viridi, teterrimique odoris refertum; quod partim in abdominis capacitatem evacuatum erat, ſed majore tamen ſui portione adhuc intra cavitatem continebatur: Ejuſdem puris teterrimi pars omento & meſenterio innatabat & utrumque nigro colore tinxerat: In abdomine alia ſatis bene erant conſtituta, niſi quod exteriores omnium partium membranæ eodem colore infectæ eſſent. *O. Heurnius obſ.* 22.

§. 3. Non ita pridem in Collega noſtro, qui abſceſſu in ſimo hepatis concepto febre lenta extabuit, id obſervavimus: Nam cum ſimum hepatis abſceſſu detineretur, dolores etiamnum ſentiebat circum membranas hypochondrio dextro obtentas, unde hoc? Per cœcos ductus reſudabat ichor acer à ſimo hepatis in gibbum, & ab hoc in vicinas membranas & in diaphragma ipſum, ibi dolores acerrimos concitans. *Ballonius lib. de convulſionibus.*

§. 4. Illuſtris Theodori de Mayerne, Britanniæ Regis Medici, uxor, hypochondrii dextri dolore cum febre ſubito correpta eſt: Octavo die ab invaſione morbi obiit: Nephriticis doloribus toto octennio vexata fuerat.

Exenterato cadavere, exploratoque jecore, diſciſſum id ingentem puris copiam oſtendit, Ambo autem renes vitiati: Dextri nihil præter membranam ſuperſtes erat, abſumpto omnino parenchymate: Intra eam continebatur lapis unciæ pondere, caniculam referens, capite enim pedibusque quatuor cum trunco donatus erat: Eum ambiebant 60 calculi. *Ex communicatione D. D. Gedeonis Chabrei Medici Genev.*

§. 5. Uxor Dom. *Miége* Typographi Genevenſis, annos nata 20. tertio à partu die, Menſe Januario anno 1670. Pleuritide ſiniſtri lateris corripitur; Toto graviditatis tempore de Hypochondrii dexrri dolore conqueſta fuerat: Ob doloris urgentiam, aperta fuit ſalvatella manus dextræ, admotis ſimul ac ſemel internis ſemoribus cucurbitulis, ne retraherentur lochia; Sanguis è vena eductus in thrombum carniformem coiit, quem diſſolvere non potuit aqua calens; unde difficilis morbi argumentum depromptum eſt, ac concretionis indiſſolubilis ſanguinis qui in latus confluxerat: Obiit autem nona à partu die.

Diſſecto me præſente mortuæ abdomine, puris copia in eo reperta eſt, ab abſceſſu circa gibbum hepatis diſrupto eo delati: Veſica fellis materia purulenta referta erat: In thoracis patte, quam fatigaverat dolor, diſrupti quoque abſceſſus notæ erant: Uterus inflammationis quoque reliquias oſtendebat & gangrænæ imminentis notas, à violentiori ſecundinarum reſtitantium evulſione.

§. 6. Bononiæ ſecui quendam diuturno morbo undique abſumptum, cujus Jecur ita putridum ac purulentum fuit, ut integræ hepatis ſubſtantſæ vix quadrans reſtiterit: Lien ſolito major erat; ſorſan in jecoris tanta corruptela conſummationeque *Iecoris vicem geſſit*, Et totum corpus, quod ex cutis colore, aliisque humoris melancholici ſignis conjicere licuit, melancholico ſanguine nutritum fuir.

Adjiciam hic hiſtoriam huic ſimilem, notatu utilem, Apoſtematum Jecoris cognoſcendorum gratia: Anno 1570. Noribergenſis quidam natus annos 42. totus cholericus, levi tuſſi correptus, de moleſto quopiam *Hypochondrii dextri dolore*, edendi appetitus amiſſione, Totius corporis languore, æſtu affatim & plerunque faciem manuumque palmas, pedumque poſt cibum plantas invadente, ac oris aiditate conqueri cœpit; Vi morbi creſcente, viribus decreſcentibus, corpore extenuato, totius anni ſpatio poſt fuit coactus decumbere ac medicorum opem implorare: Uſus eſt multis Medicis, meque tandem accerſiri juſſit: Invenimus inter cætera febrim erraticam quandam, atque tumorem durum tenſivumque in Hepatis regione, ad medium ventris & umbilicum uſque protenſum; ſebris minime erat inrenſa & periodica, ſed hecticæ ſimilis, quæ incerto tempore ſubinde per totum corpus diffundebat æſtum ſolito majorem, qui interdum prius, interdum tardius remiſit: Magis potus quam cibi deſiderio tenebatur, ut ſere ſemper hominibus qui ſimilibus affectibus, vel etiam Hepatis magnis obſtructionibus, aut ſcirrhis, quibus calida intemperies accedit, uſu venire ſolet: Tumor erat durus cum magna tenſione & vehementi punctione, doloreque ulcernſo conjunctus, quamvis neutri laten incumbere potuerit, tamen facilius dextro, atque ſiniſtro, ad quod quid ponderoſi in corporis commotione perlabi ſenſit. Alvus erat difficilis, & cum clyſteriis vel lenientibus pharmacis commovebatur, exibant fæces pituitoſæ & bilioſæ corruptæque: Urina fuit ſubflava tenuis, cum pauco ſedimento eoque divulſo: Punctio, quæ ægro omnium moleſtiſſima erat, nullis unctionibus, emplaſtris, &c. remiſit: Tandem Barbitonſor quidam, doloris mitigationem pollicitus, impoſuit cataplaſma anodynum, emolliens & ſuppurans, unde tumor crevit, efferebaturque magis ad umbilicum, & dilatabatur ita, ut quidam ſuſpicati ſint hunc morbum in hydropem terminaturum: Aliquot diebus poſt in ilio dextro in conſpectum venit tuber, quod barbitonſot exiſtimavit ab apoſtemate inter muſculos abdominis genito prodiiſſe, quare apertionem ſuaſit: Ego cùm nec undationem, nec alia ſuppurationis ſigna manifeſta deprehenderem, conatui barbitonſoris reſtiti: Æger morbi moleſtiæ ac diuturnitatis pertæſus, permiſit ſibi à barbitonſore lapidem cauſticum (ab inciſione enim abhorrebat) apponi: Hic lapis triduo, maximo ægri dolore ac cruciatu, abdominis muſculos ad peritonæum fere uſque perroſit, & antequam abdomen penetraret, pus in folliculo collectum intus, folliculum rupit, atque per abdominis cavitatem, inter peritonæum & inteſtina diſperſum eſt: Tumor deſiit, durities evanuit: eodem die aliquot animi deliquiis correptus animam dedit.

Aperto corpore, invenimus vomicam ſimæ parti hepatis (cujus non parum putrefecerat,)

rat,) connatam, eamque ſatis magnam atque apertam: reliqua fuere ſatis ſana. *Coiter libello obſervat. Anat. Chirurgic.*

SCHOLIA.

I*Ecoris vicem geſſit*] Lienem ſanguinem conficere multis rationibus conficiunt *Varolius, Poſthius, Jeſſenius, Platerus, Bauhinus, Sennertus, Gaſpar Bartholinus*, & alii: Sed condonandum iſti ſæculo, quia ignoravit quæ poſteris jam innotuerunt, venæ enim lacteæ docent, detectæ ab Aſellio, nullum chylum, ſeu craſſum, ſeu tenuem, à meſaraicis venis trahi, aut uſquam deferri, ſed per lacteas tantùm ad Hepar, non Lienem; Adhæc ligatura in vivis monſtrat nihil per meſaraicas ad Lienem deduci, ſed contra à liene ad meſaraicas: Rationibus adductis id ex parte damus, fieri ſanguinis quandam in Liene generationem, non ex chylo, cujus hic nullæ viæ, ſed ex ſanguine arterioſo à corde tranſmiſſo. *Th. Bartholinus Anatom. reformat. lib. 1. cap. 16.*

§. 7. Juvenem publice diſſecui qui ex Jecoris ſuppuratione obierat: Huic ſimæ jecoris partis ea portio quæ in dextro eſt hypochondrio, incumbens reni dextro, ſphacelo correpta erat, tota livida, ad nigredinem accedens apparebat illa portio; intuſque tanta puris albi & concocti continebatur copia, ut 20. libras pus effluens æquaret: Huic ren dexter quoque totus purulentus erat & plane conſumptus, nihil præter membranam externam ſuperſtite: Eidem diaphragma, qua parte in ſiniſtro latere Jecori accumbit, magno foramine exeſum erat, adeo capaci ut duos pugnos admitteret. *P. Pawius obſ. 7.*

§. 8. Anno 1598. Danus ſtudioſis apertus ex inflammatione Jecoris qui obierat:

Gibba Jecoris pars duobus locis ulcus oſtendebat, penetrans ad Jecoris interiora, Jecoris parenchyma conglomeratum velut cernebatur, ac avulſum à membrana cingente, ita ut cavitas conſpicua in jecore cerneretur, è qua dimidia urna puris fœtidi ſe effundebat. *Idem obſerv. 27.*

§. 9. Miles Anglus inflammationem Hepatis paſſus, cum fruſtra tentata eſſent remedia, dolor remiſit, ſed deſiit malum in fluxum hepaticum:

Aperto cadavere, invenimus loco Hepatis ſolam membranam ipſum veſtientem, ſatis craſſam, inſtar ſacci, cui adhuc portio ſaniei, loturæ carnium ſimilis inerat, qualem longo tempore excreverat. *Bontius obſervat. 9.*

§. 10. Matrona hydropica ſæpius de lateris dextri dolore conqueſta fuerat, nec in illud latus decumbere potuit: Illi ab obitu, in dextra parte, ad Hepatis regionem, membranæ adnatus erat adſceſſus magnus, pure fœtidiſſimo repletus: *Bartholinus centur. 4. hiſtoria 25.*

§. 11. Dom. de Lozieres, dolore hypochondrii dextri per plures annos conflictatus fuit: Aperto ejus cadavere, Hepar magnum, multis abſceſſibus refertum inventum eſt, & materia quadam indurata, vitellos ovorum colore referente repletum. *Cattierus obſervat. 9.*

§. 12. Æger temperamento bilioſo, dolore acerbo circa regionem hepatis laborabat, pro pleuritico curatus; Cujus ſecto cadavere vomica in hepate, cum maxima puris coacervatione inventa fuit. *Panarolus Pentecoſte 1. obſerv. 37.*

§. 13. Ego viſitavi Scipionem Olivetum, cujus Jecur inflammatum & purulentum ſtatim judicavi: Alii vero febre maligna vexari crediderunt, ideo bezoarticis illum tractarunt, quæ in hoc caſu omnino irrita fuerunt: Ego putabam *ſecandum eſſe locum è regione* ut pus egredi poſſet, quod remedium cum fuerit deriſum, dic 17. obiit.

Poſt obitum juſſi ut aperiretur cadaver, quem miſer vivens digito oſtendebat, ſumma torqueri afflictione: Invenimus Jecoris tunicam à parenchymate ſeparatam, & inter illud ſpatium, quinque libras puris albi, ſicuti prædixi. *Sanctorius comm. in partem 4. cap. 94. Artis parva Galeni.*

SCHOLIA.

H*Ippocr.* 7. aphor. 46. ait, Quibus purulentum jecur aduritur, ſi purum pus effluat & album, ſalvos fieri: ſi ſubcruentum & fœtidum ac fœculentum, perire: Noſtrates omnes jecore purulentos deploratos judicant: Curatio autem non adeo eſt difficilis ut non poſſit cum aliqua ſalutis ſpe tentari, ſed ægri & adſtantes eam non permittunt: Præterea Medici timentes ne pus ſubcruentum & fœtidum inveniatur (quo caſu certo pereunt) verentur ne mortis culpa ipſis adſcribatur; quod reyera vel ſæpiſſime mirificas medicorum operationes impedire ſolet. *Idem ibidme.*

Secandum eſſe locum è regione] Patavii quidam deplorato Jecoris ulcere laboravit, homo robuſtus alias & nauticis laboribus addictus: Huic Medicus Venetus clariſſimus H. S. præter reliquorum Medicorum conſilia curavit abdominis partem in regione jecoris novacula aperiri, ut plurimum puris per vulnus efflueret: Unde poſtmodum bene curato vulnere homo ſuperſtes manſit, & triennio poſt ſaltavit ac laboravit, nihil ſentiens incommodi: *Capivaccius Pract. lib. 3. cap. 23.* Phlegmonem Jecoris feliciter curatam vidi anno 1668. in pediſſequa Nobiliſſimæ Matronæ Dom. de *Rozet*, Gratianopolitana,

tana, cui poſt febrem continuam, icterum, apoſitiam inſignem, hypochondrii dextri dolorem, cum gravitate, emerſit tumor in regione Jecoris, cui pyroticum admoveri juſſi, triduo poſt adacto in eſcharam ſcalpello, pus copioſum album, erupit, hinc decocto traumatico &c. ſanata: Chirurgus, alias peritus, nomine *Sabourin* in muſculis abſceſſum eſſe contendebat, quod omnem jecoris abſceſſum lethalem eſſe cenſeret; ſed tumoris circumſcriptio, atque enarrata ſymptomata aliud mihi perſuadebant.

§. 14. Vidi Piſtorem quendam, qui cum in itinere ſe fatigaſſet, ac in gramine dormiviſſet, querebatur de aliquo, at non valido dolore Hepatis: febricitabat non ardenter, interdum leipothymia tentabatur:

Cum obiiſſet, hepatis parenchyma, intacta ac integra membrana, in pus merum degeneraverat. *Heurnius comment. in aphor. 45. ſect. 7.*

§. 15. Joh. Taſſinus dolorem lateris querebatur & ad regionem Hepatis, iis locis pungentem ſe dolorem & lancinantem percipere ac ſentire narrabat, 7. die interiit: *Præter thoracica vitia* magna quoque puris materia transfluxerat in hepatis regionem, & ibi concluſa erat. *Ballonius lib. 2. conſ. 6.*

§. 16. Vir 30. circiter annorum, ante triennium Tumore corripiebatur in inguine dextro, hic cultro Chirurgico apertus purulentam exhibebat materiam, cujus effluxus in hoc tempus durabat: Clariſs. Medicus *Dortmond* (cujus curæ jam à longo tempore ſubjectus) quoties dum viveret æger latus dextrum imi ventris manu premebat, toties dolore afficiebatur graviſſimo, imprimis ubi Hypochondrium attingebat; unde Hepatis abſceſſum adeſſe ſuſpicari cœpit, imo in ultimum vitæ terminum conſtanter aſſerere haud dubitavit. Ex nullo levamen majus unquam percepiſſe ægrum Medicus idem referebat, quam ex Decocti Diuretici in Noſocomio uſualis uſu.

Decembris 26. 1671. defuncti cadaver examinavimus, & exhibuit ſe triplici loco collectio purulenta, materia omnino exiſtente diverſa: Primo enim offerebatur loco eo quo in inguine, circa marginem oſſis Ilii exitum dicto tempore habuiſſe purulentum humorem diximus, materia granuloſa, ſubrubra, notabili ſatis copia: occupabat hæc non ſolum ſpatium illud quod eſt inter peritonæum & partes ipſi impoſitas, quæ etiam ipſæ valde hic corruptæ, verum extendebat ſe hic factus ſinus pure repletus, ad poſtica lumborum, terminum, uti explorare dabatur, in ipſo oſſe ſacro aſſumens: Loco huic continuus, exigua licet apertione, alter ſimiliter pure, aſt aquoſo magis, repletus, occupabat hic inania abdominis, ejus magnitudinis quam palma manus tegere vix licebat: Variæ hic notabantur perforationes ad imi ventris cavitatem penetrantes, per quas liquori purulento concedebatur deſtillatio in cavum dictum: apertiones has, quandoquidem valde exiles, nonniſi tenuior materia tranſire potuit, copioſa hæc valde univerſam fere cavitatem replens: Colon inteſtinum arctiſſime huic purulentæ parti cohærebat, ſic ut nonniſi cum puris effluxu notabili ſeparari potuerint: Hiſce ſic notatis, Hepatis examen aggreſſi ſumus, inveniebatur hoc maxima parte, ea nempe quæ dextro detinebatur hypochondrio, purulentum, adeo quidem ut parenchymatis bene conſtituti vix particula aliqua occurreret, niſi circa partem inferiorem acuminatam; ſuppuratio hæc in tantum ſe extenderat, ut loco eo, ubi diaphragmati jungebatur, Hepatis (arcta hæc connexio erat) ſola tunica integra ſupereſſet, parenchymate omni in pus mutato: Eo loco ubi coſtarum ſpuriarum cartilaginibus vicinum Hepar, nexus firmiſſimus obſervabatur, quo ſolo pus bonæ notæ, valde conſiſtens, largiter effluebat: Pars Hepatis ſiniſtra, ultra ligamentum ſuſpenſorium umbilicale, bene ſatis ſe habebat: In viſceribus aliis vix aliquid vitii occurrebat, niſi quod Pulmo ſiniſter arcte cohærebat lateri: Cordis ventriculus uterque corpus continebat album, lentum, craſſum, quale ſolet eſſe quod Polypus cordis dici ſolet: Rarius, ſi unquam, notatis annumerari meretur, quod in utroque latere a ſubclaviis vaſis, ad coſtam octavam deſcendens, venæ atque arteriæ inventæ fuerint, per coſtarum medium, loco ſeptem aut octo digitorum transverſorum latitudine à vertebrarum corpore, diſtante, curſu anfractuoſo, variis hinc inde ramulis excurrentibus incedebant, ſimiliter ac aliis locis ubique ſibi viciniſſimæ. *Gerardus Blaſius obſervat. med 10.*

§. 17. Dominus N. moleſtiam & pondus ſentiebat in dextro hypochondrio: Jecur putridum habebat, infra quod abſceſſus pure refertus. *Vide tit. de Palpitatione cordis. lib. 2.*

§. 18. Cuidam aderat febris, dyſpnœa, dolor acerbus ſupra regionem hepatis: Vomica in hepate, cum maxima puris coacervatione inventa eſt. *Vide lib. 2. tit. de Pectoris dolore.*

§. 19. Clariſs. *Adrianus Spigelius* prehenſus eſt febre, cum tenſione & dolore Hypochondrii ad claviculam uſque: Aderat abſceſſus in concava Jecoris parte. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 20. Matronæ ad Hepatis regionem membranæ adnatus erat abſceſſus magnus, unde de dextri lateris dolore ſæpe fuerat conqueſta. *Vide tit. de ventris dolore.*

Observatio III.

Hypochondrii dextri dolor ab ulcere in gibba ejus parte excitato.

Mulier dolore gravi in dextro hypochondrio torquebatur, color ejus quaſi Ictero laborantis: corpus extenuabatur; tumor pedum aut ventris ſucceſſit nullus: urina rubicunda Jecoris phlegmonem præſe ferebat, nec deerat febris. Cum dolor nullis remediis cederet, vitæ finem fecit.

In Jecoris convexa parte; magnum, amplum & *profundum ulcus* in conſpectum venit, quod veriſimiliter inflammationi ſucceſſit: Fuere ipſi viſcera, atque ipſum Jecur, ſenſu prædita, contra plane quam illi cui citra dolorem viſcera computruerant. *Dodonaus c.28.*

SCHOLIA.

M*Agnum ulcus &c.*] Ulcus Hepatis inflammationi potiſſimum ſuccedit, ſi illa ad ſuppurationem perducatur, pure ſcil. ſubſtantiam ejus exedente: Sed & ab alio ſucco acri & erodente excitari ſolet, præſertim bilioſo per hepat diffuſo, qui ſenſim putreſcens, malignus & virulentus redditus, parenchyma illius corrumpit: Talis ſuccus pravus & erodens, alimentorum vitio contrahi poteſt, quando illa corrupta ſunt, aut erodente vi pollent: Sæpe ex lue venetea talis virulenta materia in hepate colligitur: Deprehenſum etiam ulcus hepatis eo malignitatis proceſſiſſe ut in gangrænam abiret, unde dirupta membrana puris magna copia in abdominis capacitatem effuſum fuit, valde fœtens, quo & omentum & peritonæum, ſæpe etiam inteſtina corrupta fuere.

Dolore gravi torquebatur &c.] Difficillima eſt diagnoſis ulceris inflammationi non ſuccedentis: præcipua vero ſigna ſunt, 1. Dolor quidam ulceroſus in hypochondrio dextro perceptus: 2. lenta tabes ægrum conficit. 3. dejectiones purulentæ ſi ulcus cavum occupet: 4. cruenta interdum excretio, cum dolore inteſtinorum, dyſenteriæ affini, ab humorum acrimonia; à qua tamen gravitatis & punctionis ſenſu circa hepatis regionem diſtinguitur. 5. urina πυώδης ſi ulcus ſit in parte gibba, abſentibus ſignis affectorum renum aut veſicæ: 6. febris lenta in morbi progreſſu, typi expers, in hecticam tranſiens: 7. color faciei citrinus, quandoque comitibus phlyctænis, ab humorum aduſtione: 8. cibi faſtiduum & præſertim carnis: 9. fœtor animæ. 10. leipoſychia frequens.

Observatio IV.

Hypochondrii dextri dolor ab Hepate obſtructo, duro, tuberoſo &c.

Virgo 35. annorum ſenſit punctiones & dolores in regione Hepatis; evomebat bilem corruptam praſſinam &c. Mortuam ſecui, atque primo occurrit vena umbilicalis (quæ in omnibus adultis munus ligamenti obtinet) ſanguinis copia turgida atque extenſa, in quibuſdam locis inſtar varicum tuberoſa. Hepar juſtam habuit magnitudinem, *ſed erat album, tuberoſum, inæquale durum & exangue &c. Coiter obſervat. Anatom. & Chir. libello.*

Observatio V.

Ab Hepatis maraſmo & cancroſa affectione.

Quidam cum diu laboraviſſet, & omnium judicio Hepar in cauſa eſſet & morbi fomes, tandem circa regionem Hepatis tumor apparuit, cujus in apertione ſpem nonnullam collocaverunt: coëgerunt Medicos, qui tandem putaverunt è re fore ſi ea parte pyroticum applicaretur: non quod ſpes certa eſſet, ſed quod certa deſperatione incertum remedium multo ſatius foret: Aperta pars, ſanies fluxit, mellus habere viſus eſt, Tandem interiit:

Hepar erat maraſmo & cancri modo affectum. *Ballonius conſil. 38. lib. 2.*

SCHOLIA.

NOs in conſilium adhibiti ita ambiguo diſputabamus: quærebamus an inflammatio eſſet, an phlogoſis? ſi inflammatio, par erat pulſum duriuſculum, ſerrantem & vibrantem eſſe: niſi quis objiciat id non eſſe neceſſe niſi membranæ, aut venæ, aut arteriæ afficiantur: pulſus enim tunc talis eſt: Si inflammatur parenchyma, idque leviter, pulſus talis non eſt: ut inflammato ſtomacho, aut ubi cruditas eſt; etiam præſente inflammatione, durus pulſus & vibrans non eſt: Generaliter omnes qui febre diuturna laborant, ut jam marceſcant, pulſum habent parvum, æqualem, frequentem, celerem, ut idiotis febrire non videantur, quod arteria pulpam digitorum non feriat: Et in Hepatis ſuppurato, non eſt

eſt pulſus idem qui in aliarum partium ſuppurato cernitur, quia hepar arteriis penè caret: Scirrhoſum fit Hepar ſæpiſſime ex contumaci & inveterata partium obſtructione: raro, vel nunquam, ex inflammatione, quod in viſcere calido & humido omnis inflammatio in perniciosum abſceſſum degeneret: Hac eſt in opinione *Fernelius*, quæ an vera ſit, vide: Singultiebat ſæpe, quærebatur an hic ſingultus à preſſu eſſet aut reſudatione? Cauſa apoſtematis Hepatis per affectionem propriam eſt: mala temperies ipſius Hepatis, quæ humores peiores reddit attrahitque, ut tamen non bene a natura partis regantur, Sic fit abſceſſus.

Idem.

Observatio VI.

Hypochondrii dextri dolor, durities & pondus, ab Hepate juſto majori, ſcirrhoſo, maculato &c.

ANno 1662. in Xenodochio Altenburgenſi mortua eſt Cathatina illa Geileria, quæ annis retro quaſi viginti Buſones non paucos, ſimilisque his ſaburræ plurimam colluviem vomitu rejecerat, quemadmodum pluribus videre eſt in ſtupenda hiſtoria quam D. D. *Bartholinus* centur. 4. hiſtor. 19. inſeruit. Cum verò allegata hiſtoria, quæ illi ab anno 1647. uſque ad annum 1648. contigerunt tantum referar, hic reliquum vitæ ſtatum morboſum, fatum & anatomiam enarrare operæ prætium eſt: Permanſerat ab illo tempore quaſi ſemper in eodem ſtatu, ſcillicet affligebatur continue pedum inſigni tumore, unde non raro cutis findebatur ac ſerum exſtillabat, macie reliquum corpus occupante, ſubinde atrociſſimos dolores circa ſtomachi regionem perpetiebatur, ut crederet ſe ibi loci à vivo animali, veluti acutiſſimis unguibus lancinari; nullum tamen hactenus anguem, ſive animal, ſive vermem, aut particulam horum vel vomitu vel ſeceſſu rejecit. *De doloribus, duritie & pondere dextri lateris* fere ſemper conquerebatur: quoties noctu ſupina dormiret, toties largiſſimas eruptiones ſanguinis è ſaucibus experiebatur, aliquando citra ſenſum, ut hinc periculum ſuffocationis immineret: arque hiſce præcipue ærumnis vexabatur, donec tandem ſupervenientibus vomitibus, qui cum fœtore moleſtiſſimo nonnullas fæces inteſtinales explodebant, diem ſuum miſere obiret.

Ad ſectionem diſponimus cadaver, imo vero ſceleton, ſola cute indutum, ubi protinus duo apparent Tumores mediocrem nucem juglandem vix æquantes, quorum alter in ſiniſtro latere in infimis lumbis; alter puberenus eruperat, hic vero paulo ante obitum ſponte ſua crepans in ulcus degeneraverat: Aperto jam abdomine ventriculus & inteſtina primo luſtrabantur: Ille quaſi omnino vacuus erat, ac ſaltem duo cochlearia humoris limpidi continebat: Hæc dum à meſenterio omni pinguedine deſtituto ſepararentur, in Ileo ipſo tres nodos ſingulos dimidii digiri longitudinem æquantes, & nonnulla intercapedine à ſe diſtantes, exhibebant, qui accuratius perluſtrati, erant duplicaturæ inteſtini in ſe retracti, quæ licet levi tractu renſæ, non difficulter ex ſe recedebant: nihilominus quantum fieri potuit diligenter cavebatur ne duplicaturæ illæ, in ſeparatione à meſenterio diſſolverentur, ſed potius in ſuo poſitu conſervarentur, donec experiri liceret an aliquid per has ſtricturas tranſire poſſet: infuſa ergo deinceps eſt aqua, & deprehenſum illam quidem non penitus præcludi, vetumtamen veluti guttatim ſaltem tranſmitti: Poſt hæc hi Nodi evaginabantur, & inteſtina omnia aqua eluebantur, cum qua perpauca, parva & dura excrementa, & quatuor lumbrici perexiles exturbabantur: Jam Hepati manus injiciebantur, quod ſolito nonnihil grandius maximam partem ventriculi premebat; In ejus media ſima parte conſpiciebatur macula alba, circumferentia Thalerum æquans, aſpectu adipis cordi adnaſci ſolitæ, tactu cartilagini molliori ſimilis, quæ totum parenchyma penerrabat, & in cava parte amplius ſpatium occupabat; Hanc ſtipabant plures aliæ minores maculæ in utraque ſuperficie, quarum internæ crebriores & latiores externis exiſtebant; Diſſectum per medium viſcus, intrinſecus quaſi totum per ſui latitudinem album & durum apparebat: vaſa cuncta hiabant, ſed veluti in crucis formam conformata: preſſa manu, liquorem album, craſſum & veluti ſanioſum reddebant: Albedo vero illa verſus utramvis extremitatem ſenſim remittebat, rubore naturali ita conſervato: Ipſum parenchyma ad minimum 4. libras civiles penbebat: Cætera inquirere fœtor prohibuit. *D. Henrici Wolgnad Medici Vratiſlavienſis.*

OBSERV.

Observatio VII.

Hypochondrii dextri dolor à fiſſuris Iecori accidentibus, ob cauſas internas vel externas.

VIdi aliquando in gibba quorundam Iecinorum parte rimas & hiatus maiuſculos, qu forte à partium extremarum violentiore complicatione ortum duxerant: quemad modum & panis fruſtum nimia incurvatione diſſtingitur: Rimis iſtis ſive fiſſuris (qu tempore eas mihi videre contigit) natura medelam attulerat: non quidem facta agglu tinatione, aut cicatrice, ſed tenuis pelliculæ ſuper-inductione, qua utrumque fiſſuræ la tus obduxerat, manentibus tamen labiis ſeiunctis, licet illa ſeſe mutuo attingerent *Gliſſon Anat. Hepatis cap. XI.*

SCHOLIA.

PArtium Hepatis divulſio à cauſis externis vix contingere poteſt citra abdominis penetrationem, niſi magna vis illata fuerit, atque hoc pacto vulneris nomen meretur: Fortaſſe vix aliqua externa, modo ingens fuerit, parenchyma hepatis (ob illius friabilitatem) lacerare ac dirumpere queat, illæſis interea (ob naturam illarum lentam ac ſequacem) partibus exterioribus. Poteſt etiam divulſio partium parenchymatis ab Inflatione, eaque interna proficiſci, quamvis id raro contingat, (ſi aliquando evenerit) humorum in cavitatem illam influxio ſubito conſequatur. Sunt hujuſmodi Inflationis cauſæ præcipuæ, ſanguis flatuoſus & præpedita tranſpiratio: Obſtructiones etiam cum materiæ affluxu divulſionem interdum produxerint, ſi magnæ fuerint ſubitoque invaſerint, facile continuitatis ſolutionem in eodem parenchymate induxerint: Nam ſi ingens obſtructio adfuerit, neceſſe eſt prohibito vel impedito ſanguinis tranſcurſu tumorem enaſci, atque cum plerumq; in majore obſtructione majorem: cumq; pars hæc friabilis admodum ſit atque extenſioni inepta, facile fit ut partibus à tumore plus ſolito diſtentis parenchyma rimis dehiſcat: Quemadmodum enim diſruptio aliqua foris adveniens partes ab invicem divellit, ita pariter diſtenſio à cauſa interna, (modo partes ultra quam extendi aptæ natæ ſunt, vehementer diſtrahat) idem effecerit: Facta autem ſemel in parenchymate Hepatis vel minima rimula, materiæ novæ affluxus eandem facile in ampliorem hiatum dilataverit: Quod ſi obſtructioni quoque inflammatio acceſſerit, idem malum multo potentius ingruet, ſi quidem materia cum impetu majore afluit: Hoc pacto Apoſtemata ab initio fiunt, augentur, ac denique rumpuntur, Obſtructio nimirum humori affluenti remoram facit, qui propterea in tumorem excreſcit; & hic tandem, facta circumquaq; diſtenſione, cavitatem aut rupturam efficit, quæ accedente nova materia perpetuo augetur, donec aperto abſceſſu pus effluat: Subita quoque obſtructio, (licet tumorem alias forte haud ita magnum excitaverit) ſolutionem continuitatis in hoc parenchymate effecerit: Nam ſi rem quampiam pedetentim extenderis (accedente præſertim interea fotu aliquo) ulterius multo dilatabitur quam ſi vim ei ſubito intuleris! Quoniam igitur repentina obſtructio ſubito Tumorem efficit, parſque confeſtim diſtenditur ſi ſubitaneus tumor inceſſerit, rapida hujuſmodi diſtenſio, vel eo nomine continuitatis ſolutionem induxerit, quam diſtenſio major, ſed & tardior non queat: Etenim ſi diſtenſio lenta fuerit, & cunctanter invaſerit, ſanguis inibi impactus fotu ſuo partem reddit dilatabilem, ut citra rupturæ periculum eadem fuſius extendi poſſit: Quæ forte cauſa fuerit, cur Hepar ſæpe abſque inſigni aliqua continuitatis ſolutione in immenſam molem excreſcat. *Idem ibidem.*

Violentiore complicatione] Apud *Hippocrat. 6.* Epidem. ſect. 8. cuidam apex hepatis complicatus erat, qui ab eo concuſſus repente dolore liberatus: Eſt mirabilis certe caſus, *ait in comment. Valleſius*, doluiſſe hepar complicato apice, & concuſſione explicatum ac dolore liberatum eſſe: Vellem autem diceret notas quibus complicatum apicem agnovit, & hepatis ita mutati poſitus ſymptomata: Non arbitror fuiſſe alia quam dolendi modum & ipſam ægroti phantaſiam.

Observatio VIII.

Hypochondrii dextri pondus cum dolore, ob maſſam carneam vices hepatis ſupplentem.

VIrgo tympanitica ex menſium reſtrictione diuturna, viſcerumque hac de cauſa tumoribus ſcirrhoſis excitatis, oppreſſa, ita male habuit ut præ dextri hypochondrii pondere, ingenti duritie ac tumore fatigata vix ambulare poſſet, quare vitio in vitium mutato, ut ſæpe in hoc contumaci morbo evenire ſolet, reſolutis viribus è vita diſceſſit.

Diſſecto corpore, inventa eſt maſſa carnea in regione hepatis, uſque ad umbilicum extenſa, quæ extracta xxxvi. libras ponderabat: Hepar nullo modo inventum: In ſubſtantia interna maſſæ, duo magni abſceſſus reperti. *Zacutus Praxis admir. lib. 2. Obſervat. 45.*

OBSERVATIO XI.

Hypochondrii dextri dolor ab Hepatis duritie, ſiccitate productus 1. *Magnitudine inſigni.* 2. *Scirrhoſo cum magnitudine cyſtis felleæ.* 3. *A tuberoſo, duro.* 4. *Nigricante circa lobos extremos.* 5. *Inſigni magnitudine ventriculum infra deprimente.* 6. *Cava parte ventriculo annexo.* 7. *Ob pus in hepar è thorace defluxum.* 8. *A vitio Iecoris & ſubditæ veſicæ.* 9.

§. 1. Mulieri in dextro hypochondrio Dolor & tumor: Hepar illi durum, ſiccum, tota ſubſtantia vitium fecerat. *Tit. de ventris dolore.*

§. 2. Filia Sexennis doloribus Hypochondriorum afflicta, fractis tandem viribus obiit. Illi Hepar univerſum fere occupabat abdomen. *Lib. 2. tit. de Phthiſ.*

§. 3. Puellæ unius anni durities erat in dextro hypochondrio: Hepar inventum ſcirrhoſum, decem unciarum: veſicula bilis grandior & nigra bile inflata *Lib. 4. tit. de Febribus.*

§. 4. Virgo 35. ann. ſentiebat punctiones & dolores in regione Hepatis, &c. Hepar erat album, tuberoſum, durum, exangue, Ex gibbo nihil exiit ſanguinis, ex Cavo parum *Vide tit. de Febribus.*

§. 5. Hermanus N. circa hepar ſenſit dolores vehementes: Hepar circa lobos extremos valde nigricans videbatur. *Vide tit. de Singultu.*

§. 6. Filia Sexennis poſt lentam tabem doloribus hypochondriorum & inappetentia viribus fracta expiravit.

In diſſectæ cadavere, *Hepar fere univerſum occupabat* abdomen ventriculumque adeo ad inferiora depreſſerat, ut quaſi ab oeſophago videretur ſeparatus. *Th. Bartholinus hiſtor lxx cent. iv.*

SCHOLIA.

INappetentia] Pondere Hepatis increſcentis bo impeditam circulationem depreſſus ventriculus cibos vitæ neceſſarios reſpuit. *Idem.*

§. 7. Vir circa hypochondrium dextrum varios ſenſit dolores: Hepar aſpectu erat ſ num, ſed concava ſui parte cum ventriculo arcte connexum. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 8. I. Taſſinus cum febre aſſidua dolorem lateris querebatur & ad regionem Hepatis Circa gibbum diaphragmatis pars pulmonis tota in pus abierat, cujus pars transfluxerat Hepatis regionem. *Vide lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

§. 9. Puer conqueſtus erat de dolore hypochondrii dextri, poſtea fit aſciticus: Iec erat maximum, decolor, intus & extra durum: Cyſtis fellea atro turgebat ſanguine. *Vi tit. de ventris dolore.*

OBSERVATIO XII.

Hypochondrii dextri dolor cum duritie, ab Hepatis purulentia vulnus capitis ſequuta.

GAllus quidam in capite graviter cum oſſis depreſſione luculenta vulneratus, cum no ſine vitæ periculo evaſiſſet, poſt menſes aliquot in morbnm incidit: Vocatus ad eum de affectus eſſentia ac ſymptomatis à Medico, qui curam ejus habebat, actum forte aber nihil intellexi: Aſſiſtentes vero referebant Medicum capitis vulneri dudum perſana malum omne adſcribere: Ego hominem ictericum, cum lenta febre, delirio & totius corp ris atrophia conſpiciens, alibi morbi cauſam latere ſuſpicatus, ac Iecoris regionem ma tractans duritiem cum dolore deprehendi, eamque ſedem male affectam, cerebrum ve illæſum eſſe pronuntiavi. Obiit vero ille eadem die.

In diſſecto capite, nullum prorſus vitium apparuit: abdomine aperto, Hepatis ſubſtantia re tota abſumpta, ipſiuſque loco putilago ac purulentia tanquam in ſacco incluſa inve ta eſt: urina hominis, pro ratione lethalis morbi, uſque adeo vitioſa non erat: Q hiſtoria quam fallax ſit conjectura ex ſolis urinis facta declarat. *Ex obſervat. Th. M manni Archiatri Bavarici.*

SCHOLIA.

MEdicum capitis vulneri] Vtrique error adſcribi poteſt, Priori quidem, quod ſecunda morbi rationem non habuerit: Poſteriori quod ignorarit abſceſſus Hepatis vulneribus capitis ſæpe ſuccedere Ea autem metaſtaſis à pluribus jamp dem fuit animadverſa: Pigræus lib. 4. chirurg. cap minima capitis vulnera interdum lethifera uim vertit, ſed fere ſemper abſceſſu in jecore reper

allonius libello de convulſionibus, obſervatum ait ı pleriſq; eorum qui a vulnere capitis inſigni perie- unt, abſceſſum in concava Iecoris parte habuiſſe: ?. *M. Slegelius* notavit quoque omnes illos qui ex ulneribus capitis mortui ſunt, conqueſtos ante obi- um de dolore lienis aut hepatis: atque in cadaveri- ous illorum ſemper invenit abſceſſum hepatis, quem er tranſumptionem fieri arbitrabatur, quia tunc emporis vulnus plane ſiccum conſpiciatur, & inter ethalia ſigna certiſſimum putetur. *Pet. de Marchettis* obſerv. Chirurg. XV. ait ſe ſæpiſſime obſervaſſe juod quando in his vulneribus collum incipit do- ere, parte potiſſimum poſtica & laterali, tunc ma- eriam purulentam delabi ad thoracis & abdominis cavitatem, quæ longiori mora tum Pulmones, tum pleuram, aliquas nempe ipſorum partes erodit, ex quibus multa ſanies emanat, quæ poſtmodum ad abdomen defluit, cum jecoris & lienis labe, in qui- bus varias puſtulas excitat, quibus diſtruptis, perinde ac ex pulmonibus & pleura, ita & ex his materia purulenta effluit: quanquam hujus obſervationis ignari exiſtiment abceſſus obortos in his partibus, quorum ratione patientes moriuntur, non ex capitis vulnere, quod ex capite copioſum pus poſſe ad in- feroa viſcera delabi non ſibi perſuadeant, At ipſe in pleriſque ſe obſervaſſe ait mediam thoracis & abdo- minis cavitatem pure fuiſſe refertam. Huc quadrat quod annotavit *Iacotius* comm. ad Coacas Hipp. p. 349. Dolores ſuræ intolerabiles in febre, nullis reme- diis cedentes, obſervatos fuiſſe prodiiſſe ab Hepate putri & vomicoſo, pus illuc tranſmittente. Vide *lib. 4. tit. de vulneribus.*

Observatio XIII.

Hypochondrii dextri dolor à lapillis & lapidibus in Hepate congeſtis.

§. 1. Mulier dolore exorto circa Iecinoris partes, cum diu multumque angeretur, ideo plures Medicos conſuluiſſet, effugere tamen malum nullo præſidio po- tuit, Quare opem noſtram una cum aliis experiri placuit, verum ut contingere in rebus dubiis ſolet, ſententia non convenimus, cum pars Iecoris abſceſſum, pars malum habitum judicaſſet: Nos vero vitium in membrana contegente ineſſe credebamus: at illa cum in- valeſcente morbo paucis poſt diebus è vita migraſſet, mortuæ corpus incidendum cu- ravimus.

Et inventa ſunt in Iecinoris membraoulæparte decliviore congeſti *lapilli*, figura & colore diverſi: alii enim rotundi, alii angulares, quadrati alii, prout poſitura & caſus effe- cerat, maculis etiam rubeis, cœruleis albiſque diſtincti: hi ſua gravitate ex tunica ſaccu- lum longitudine palmi, latitudine vero duorum digitorum effecerant: *Beniveniùs cap. 3. de abditis.*

Scholia.

Lapilli, &c.] In Hepate arenulas copioſas & calculos tophoſque, non ſolum in homi- nibus ſed & beſtiis reliquis, præſertim cornu- tis, atque iis quæ ſale admodum delectantur, ſæ- penumero naſci & ſectio & quotidiana docet expe- rientia: præter enim arenulas, nunc exacte rubras, nunc cinereas, nunc flavas, calculoſque varie co- loratos & effigiatos, tophum coralloidem ramoſum, album, cavum intrinſecus, & ſanguine atro refer- tum, ex Hepatis ſubſtantia ſecui. Quæ documento nobis ſunt multis Epatis obſtructiones duritieſque, quas cachexia hydropſique ſequuntur, non ſolum ab humoribus, ſed & hujuſmodi corporibus, quorum practici tamen non meminerunt, frequenter quo- que proficiſci: quæ tamen in molem aliquam ad- aucta, cum è corporibus viventibus nec extrudi ſponte, nec eximi ulla arte poſſint, abſtruſa in- cognitaque nobis manent, una cum ægris ſepeliun- tur, cauſaque ſic ignoratur. *Ex Plater. Obſervatio- nibus & Pract. lib. 2. cap. 12.*

Dolore exorto circa jecinoris partes, &c.] Notat *Schenckius* ex *Laur. Scholtzio* Vratiſlaviæ fabrum ferrarium, per integrum fere annum dolore gravati- vo circa regionem Hepatis ac icteritia laborantem, lapillum per anum excreviſſe, qui, ſi humectaretur, chartas & linteola flavo colore inficeret, quod in- dicium erat ipſum ex bile aduſta genitum eſſe: Cum- que forma veſicam ipſam fellis repreſentaret, inqui- ſitione dignum fuit per quaſnam vias in inteſtina per- venerit.

Sententia non convenimus] Cognoſcuntur calculi in hepate difficulter, & raro perfecte niſi poſt mor- tem in ſectione cadaverum, ſuntque fere ſigna cum ſcirrho hepatis communia: Dolor tamen major eſt ſi calculus verſus membranam tendat, eamque pre- mat & vellicet, iſque diuturnus.

Invaleſcente morbo] Curatu etiam difficilis eſt calculus in hepate, Et ſi quæ curationis ſpes ſupereſt, ea medicamenta quæ in ſcirrho hepatis & calculo renum uſurpantur, exhiberi poſſunt *Sennertus.*

§. 2. Tali Tartareo morbo Doctor M. Bolfacius affligebatur, ut totum à Tartaro Hepar induratum eſſet, ubi malam concoctionem, atque male ſufflatum faciei colorem, crebraſq; tenſiones ac punctiones dextri lateris, ſub nothis coſtis ſenſit, breviq; leproſus factus eſſet ſi conſiliis obtemperaſſet, ut illi, ſine arrogantia hoc dictum voco, duas fere manus arena ac lapidibus plenas per urinam depuli, & quotidie, ſi mea medicamenta contra calcu- lum uſurpat, expurgantur Tales morbos prædictos (*Vide lib. 2. tit. de Tabe, de lapillis meſente- rii venas obſtruentibus*) ut male ſufflatum colorem, dyſenteriam, punctiones, febrem cum ſolentibus miriſque accidentibus, quæ omnia adſcribere moleſtum eſt, multos in Pome- rania, quoſdam in Boruſſia & Marchia offendi. Sæpe enim tanti lapides in hepate coagulati reperiuntur, ut vix credatur. *Iohannes Henen lib. de morbis Tartareis.*

§. 3. Ut à Peucero accipio, tres lapides reperti fuerunt in Hepate Hier. Scribæ; Eorum unus præcipuæ magnitudinis, dimidiatum fere columbæ ovum adæquavit, totus anguloſus; colore livido, ex phlegmate & humore melancholico conglutinatus: Ita vero Epatis carni adhæſerunt, ut panniculo Iecur tegenti contigui eſſent, omnes modice ſolidi. *Kentmannus lib. de Calculis.*

§. 4. In Iecore & aliorum olim, & poſtremo Senatoris, inventos lapides atros vidimus, qui in aquam iniecti intumuere: In remigis Hepate unum duriſſimum carnei caloris diluti. *Scaliger Exercit.* 180. *num.* 3.

§. 5. Lapidem amygdalæ nucis quantitate, in iecore Pandulphi Tyranni conjugis ſenis repertum ſcio, in quem interitus illius cauſam reiiciebant medici. *Matthiolus Epiſt. ad Iac. Camerarium.*

§. 6. Anno 1559. Fallopius in jecore ſuſpenſi quinque lapides, parum inter ſe diſtantes, magnitudinem ciceris æquantes reperit *Domin. Leonus Art. medendi lib.* 5. *cap.* 6.

§. 7. In quibuſdam cadaveribus reperiebamus interdum lapideas quaſdam durities in Iecinoris ſubſtantia concretas. *V. Trincavella cap.* 6. *l.* 10. *de rat. curandi.*

§. 8. Cuiſdam Pariſiis extincto meminimus grandem, cum eviſceraretur, lapidem è Iecinore exciſum, quem ex phlegmatis aliqua, & aliqua melancholici humoris parte coagulatum fuiſſe lividus color indicabat. *Gaſpar. Peucerus de Præſtigiis medic p.* 310.

§. 9. Dec. 10. 1647. in Noſocomio Lugduni Bat. obſervare licuit in Hepate humano Calculum nigricantem, duriſſimum ſilicis inſtar, cochleæ figuram habentem: inhærebat purulentæ materiæ ex inflammatione pregreſſa hic productæ: Reliquum Epatis ſcirrhoſum omnino, imo variis locis cartilaginoſum quaſi. *Gerardus Blaſius obſervatio medic* 19. *pag.* 6.

§. 10. In quadam repertus calculus lobo Iecoris adnatus, ovi calumbini magnitudine, Nec tamen viva de illo larere querebatur *Heer obſerv.* 1. *p.* 9.

§. 11. Dom. quædam annor 33. temperamenti ſanguinei, gravida jamdum menſe X. catarrho ſuffocativo repente extinguitur: & cum tempus partus jamdum imminebat, fœtum excidi, extracto fœtu matricem iterum componebam, matriſque cadaver conſuere incipiebam, cum muſculi abdominis extracto fœtu conſcederant, retigi maſſam quandam oblongam unius ſpithamæ, duram aliquo modo in dextro hypochondrio, quam cum etiam tangendam darem aſtantibus, omnes clamarunt eſſe alium fœtum, putantes ſe pedem infantis tetigiſſe: Ego vero aliquid aliud eſſe prædicens, aperui factam ſuturam, inciſionemque feci. & inveni in inferiori parte lobi Hepatis accreram cyſtidem longam unius palmi, duriuſculam, parumper plenam & bene infarctam, quam à ſubſtantia Hepatis modeſte liberavi, & abſque ulla venula, aut alio canali intrante reperto, ad tabulam extraxi: Hujus membrana ita denſa & fortis erat, ut forfice eam ſcindere vix potuerim, cultro vero minime, aut certe cum ſumma difficultate: cujus concavitas erat repleta humore aliquo glutinoſiſſimo ex nigro ſplendente, & rubricante inſtar viſci nigri quo capiuntur aves, qui humor tam glutinoſus fuit, ut cum vix à cultro, à manu plane non, niſi ea ſevo inuncta, uti fit cum terebinthina, abradere potuerim: In hujus humoris meditullio repertus fuit lapis paulo minor ovo gallinæ, qui per medium ſecuri confractu, reſplendeſcebat ac ſi nitro plenus fuiſſet: cortex erat durior meditullio, alias inſipidus & nullius odoris: Mirum eſt quod in illa parte nunquam ullum dolorem aut ſaltem gravitatem perſenſerit, licet de *Calore Hepatis* Domina hæc ſemper conqueſta fuerit. Ex obſervat. *D. I. Georgi Greiſely Medici Viennenſis.*

Observatio XIV.

Hypochondrii dextri dolor à calculis in veſica fellea contentis.

§. 1. Virgo Veſtalis continuis ſub dextro *hypochondrio torminibus* vexabatur, mors, omnia illæſa inteſtina, Ab Hepate pendebat folliculus fellis, ob pondus incluſi lapidis, in ſubſtratum inteſtinum incumbens: ac illud inteſtinum, in offenſo fellis folliculo, lapis ille attriverat. *Ballonius Parad.* 114. *ex Longio Epiſtola* 57. *Tom. ij. Foreſtus lib.* 19. *obſerv.* 17.

§. 2. Adoleſcens queri ſenſim cœpit de ſtomachi & *& hypochondrii dextri doloribus*: Magnitudine dolorum fractus deceſſit: Fellis veſica aperta, intus 22. calculi reperti. *Kentmanus lib. de Calculis.*

§. 3. Languidi certe ſolatii eſt pro matrona N. doloris gravativi, circa regionem Hepatis poſt uſurpata competentia medicamenta durantis, & in tumorem notabilem abeuntis, cauſam in calculos veſicæ felleæ occultos convertere, propterea quod ſimile quid non ita pridem in Barone quodam, de conſimili dolore in vita conquerente, poſt mortem fuerit inventum. *Bernardus Stieberus ad Gregorium Horſtium Obſerv. 47. lib. 4.*

S C H O L I A.

Utrum dolor talis lapillorum iſtorum pathognomonicum ſignum cenſeri debeat, merito apud me dubium: Enim vero jam diu eſt cum Nobil. N. lentatabe extinctum ſecatem: In hujus veſica fellea lapilli pluſquam ducenti reperti ſunt, lecorique ſubſtantia plane exeſa, de dolore vero gravativo dextri lateris nihil unquam conqueſtus eſt. *Idem ibidem.*

§. 4. Comes quidam ſeptuagenarius, à multis annis quoties in lecto ſe convolveret, pondus magnum, moleſtum, & ex una in alteram partem delabens è regione Hepatis percipere poterat.

Huic poſt obitum lapides duo ingentis magnitudinis in veſica fellis reperti ſunt. *Fabritius Hild. cent. 4. Obſerv. 44.*

§. 5. Duo lapides ingentis magnitudiels ex veſica fellis Comitis cujuſdam extracti ſunt, quoties in lecto ſeſe convolveret, pondus magnum moleſtum, ex una in alteram partem delabens è regione hepatis percipiebat. *Vide tit. de Ictero & deventriculi dolore.*

§. 6. Multi rerum Medicinalium hiſtorici, etiam ad ſatietatem uſque, lapillorum in veſica fellea inventorum fecerunt mentionem: propterea & meum eſſet acquieſcere, niſi admodum rarus caſus ad enarrandum me adegiſſet, Fuit magni nominis Vir Theologus Poſnaniæ, qui per bene longum tempus ſenſit graves lateris dextri dolores, poſt ſiti immodica preſſus, & potu oppletus nimio, factus eſt hydropicus: Medicus *Borouſqui* ludibrium hocce Medicorum pro parte ſua averuncandum præſumpſit, & quidem non parvo ſucceſſu, dum aqua intercutem ea fere omnis per urinaria vaſa deviabatur, & detumefactis abdomine & pedibus, ſpes, ſed vana, reſtituendi patientis, floreſcebat, Infixa namque hujus mali ſpina localem illum dolorem non poterat mentiri, quin de novo pedes & abdomen longe majori tumore extenſi, mortis celeriori gradu accelerantis, & ita miſere anhelantem & ſuffocatum patientem cultro Medico exponendi, expirante anno 1671. cauſa fuiſſent.

Facta cadaveris apertione, nihil magis ſpectatores in admirationem rapuit, quam quod fere nullum membrum index tanti mali appareret: Tandem forex ſe prodit, Veſica fellea parum bilis, ſed ejus in loco orbicularem, ex novem aliis figuræ triangularis, ſibi invicem incumbentibus, facilique manu ſeparabilibus lapillis, conſtantem lapidem, mole quam pondere grandiorem, ſubnigricantis, ſubviridantis & ſplendentis coloris exhibuit. *Andreas Cnoffelius in miſcellan curioſis anni 1672. Obſervat. 206*

§. 7. Iac. Spoerlin (*vide hiſtori lib. 1. Tit. de Paralyſi*) fere perpetuo dolore quodam compreſſivo & tenſivo precordiorum conquerebatur.

Aperto imo ventre, Bilis in ductibus cholidochis vitellina redundavit, preſſoque parenchymate Hepatis copioſe profluxit: Veſicula foris albicans ſimili bile flava implebatur, ſimulque continuit calculum magnitudine nucis moſcharæ, qui cauſa erat doloris à longo tempore circa præcordia gravantis & tenſivi: *I. Iacobus Wepferus Exerc. de Apopl. p. 372. &c.*

S C H O L I A.

Veſicula bile flava implebatur) Bilis propria cyſti (inquit *Fernelius* Path. lib. 6. c. 5.) nonnunquam tempore exuperat, ut hanc in ingentem diſtendat magnitudinem: Ac tum ſane infeſta eſt gravitatis pondere, preſſu, dolore ac ſuffocatione, ructu, ardore, ſiti, iracundia, & ſi quando computreſcat, febribus intermittentibus.

Observatio XV.

Hypochondrii ſiniſtri dolor ab inflammatione Lienis, purulenti facti 1. Tenſio ab illius & Hepatis inflammatione. 2.

Philippus Heiſſ. Chirurgus Auguſtanus, (à calculo veſicæ enectus, *Vide Tit. de hypogaſtrii doloribus*) triennio ante obitum febre affectus fuit, cum dolore in hypochondriis per ſeptimanas duas, à quo ſemper pondus in eo loco ſenſit.

Illi Lien ab extra compactus inventus, qui diſſectus multum puris fudit, quod amplam cavitatem cxederat: An vero tamdiu in tali viſcere latere poſſit purulenta materia non diſpuro, *Hachſtetterus Caſu v. Decade x.*

SCHOLIA.

A *Quo ſemper pondus in eo loco ſenſit*] Nervum obtinuit Lien: ut membrana ſenſum habeat & quia non ingreditur parenchyma, hinc fit ut obtuſo admodum ſenſu ſit præditus: Neque enim dolet ipſe cum ægri de ejus dolotibus conqueruntur, ſed partes ſunt adjacentes quæ lege conſortiis ab ipſo afficiuntur. *Spigelius Anat. lib. 8. cap.14.*

§.2. Filius N. in febrem incidit cum ſumma hypochondriorum tenſione: Splenis & dextri Hepatis lobi inflammatio aderat. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio XVI.

Hypochondrii ſiniſtri pulſatio à Liene denſa cruſta & cartilaginea incruſtato.

VIdimus in Eunucho quodam Lienem tam denſa ac dura cartilagine incruſtatum, ut inde adimeretur inſtar craſſioris alicujus corticis: Qualem cartilaginoſi Lienis conditionem delineavit nobis vir ſagaciſſimus *Realdus Columbus lib. xv. Tulpius obſerv. med. l. 2. cap. 28.*

§. 2. Similem membranæ Lienis conſtitutionem obſervavimus in Viro Nobil. & Clariſſ. D. Alexandro de Harſy, cui à pueris Lien moleſtias multas intulit (*Vide hiſtoriam tit. de ventris tumore*) Ille enim, vaſtæ molis, tam denſâ tunica inveſtiebatur, ut novaculæ aciem eluderet, coronati argentei craſſitiem duplo ſuperanre, mere cartilagineâ, omnino ſimili ventriculo galli Indici, Ad pulſationes & puncturas ab eo viſcere illaras rerundendas, cum admotum eſſet celebre illud Empl. de cicuta; alias efficaciſſimum, nedum inde ſolatium percepit, ut deterior affectus evaſerit, imo delirium ſucceſſerit: à membranæ ſcilicet denſitate vaporum difflatio cohibita, fermentatio atræ bilis ibi reconditæ aucta, ac vaporum mentem percellentium ad cerebrum elevatio facta.

T*Vlpius* l.c. ſub titulo *Lienis verberantis*, meminit cujuſdam Nic. *Fabri*, ab atra bile vehementius afflicti, cujus hiſtoriam adducere è re eſt, quod ad illuſtrationem obſervationum allatarum conferat: Nihil in arte medica *** , notius quam lienem ſubinde pulſare, ſeu potius concitatas ipſius arterias: ſed ipſum hoc viſcus coſtas tam valide ferire, ut vapulantium ſonitus è longinquo audiatur, id certe novum: N. *Fabro*, ab atra bile vehementius afflicto, fecit nonnunquam induratus Lien tam vehementem impetum in coſtas circumpoſitas, ut ex vegentiore illo alliſu non modo audiret ipſas, verum verberum ſonitum perſpicue exaudirent ab ipſo remoti, & quidem tam diſtincte, ut numeraverint non ſemel diſtincta verbera, & admota manu etiam coram tetigerint quoſcunque ferientis lienis ictus: quorum reciprocum ſonitum memini ſatis diſtincte audiviſſe ultra xxx. pedes: Sed prout vel uberius vel parcius redundaret bilis atra, pro eo etiam vel intendebatur vel remittebat horum ictuum vehementia: adeo ut evacuato convenienter corpore nonnunquam integre ceſſarint hæc verbera, ſed eo rurſus impuro, increvere identidem uſque eo, ut cogeretur aliquoties implorans opem medicam, antequam liberaretur à vitio alias inluctabili; in cujus naturam libenter inquiſiviſſem niſi cadaver negaſſet defuncti vidua: cogens, quo non icuit oculi, eo ſaltem ingenii penetrare acie: Excitati itaque fuere hi ictus, cum à motu atræ bilis, tum à ſpiritu ſanguini arterioſo incluſo: quæ duo acquiſivere tantum virium, ob prohibitam tranſpirationem, & adſtrictum arteriarum ſpleneicarum obſtructionem, ut potuerint non modo elevare, ſed movere ſatis commode grave ac induratū lienis corpus, Virtus quippe unita multum poteſt, exemplo ſint ſonitu, tormenta bellica, caſtaneæ carbonibus impoſitæ, in quibus apparet quid valeat ſpiritus incluſus, & quam vim producat materia à calore rarefacta: calor namque generat motum, eumque tanto potentiorem quanto ipſus coercetur anguſtius, ſicut id videre eſt in flamma quæ ob calorem perpetim movetur: Neque minus in liquore fervente arcte alicubi incluſo, à cujus motu contremiſcit evidenter lebes in quo ebullit: At verò ut caloris eſt materiam in quam agit ita attenuare, ut requirat ampliorem locum, nisi impediatur, ſic dilatat in nobis omnia ſpiritus; niſi obſtiterit circumpoſiti corporis denſitas: à qua repercuſſus ſpiritus, ubi ſe non diffundit latius, reſilit neceſſario, uti in prohibita flamma conſpicuum, & excitans motum reciprocum, concutit valido iſto occurſu quicquid adnititur prohibere naturalem ipſius expanſionem: quali certe motus genere credibile eſt concitatum fuiſſe hujus ægri lienem: viſcus alias in homine ſuapte natura immobile ac quietum: Sed unde reciprocus ictuum ordo? annon à motu cordis? cujus ſyſtole ac diaſtole ut corpori univerſo, ſic communicantur potiſſimum illis arteriis quæ circa lienem adeo ſunt frequentes, quadruplo illic plures quam venæ: Sed quid produxit ſonum? nonne dura Lienis compages? durum namque renititur, dum mollia, ut duæ ſpongiæ, nullum edant ſonitum: Si quidem itaque ſonorus fuerit lien, induruit neceſſario extima ipſius ſuperficies, ejuſque denſitate coegit ſpiritum in arctum, & per reciprocum ipſius motum fuit proculdubio elevatus, ac coſtis alliſus cartilaginoſius lienis ambitus, excitans agitatione hac illum ſonum, quem juxta mecum audivere plurimi.

Ad pulſationes & puncturas] Pro fomenti Lienoſ confectione & diſpenſatione idonea, præter *arterias* quæ materiam adducunt, & venas quæ ejuſdem fermentatæ portionem quandam continuo reſorbent, etiam multis nervis opus eſſe videtur, qui ſcil. tum

fibrarum Lienis texturam convellendo, fæcem atram in eo conquaſſare, ipſamque adeo à putredine & coagulatione vindicatam natura acida & fermentativa imbui faciunt: tum etiam quod Nervi iſti vaſa ſanguifera modo contrahant & conſtringant, modo aperiant & dilaten, ut pro data occaſione ſanguinis fæculentiæ modo uberius, modo parcius, ex arteriis in Lienem deponatur, etiam ut fermenti in Liene confecti plus aut minus, juxta paſſionum aut inſtinctus naturalis exigentias, cruori ſuffundatur. Nemo *hypochondriacus* quin abunde ſentit nervos ſplenicos quoſdam motus perficere. Nam magnæ perturbationes iſtæ quæ in latere ſiniſtro excitari ſolent, uti cum modo inflationes, modo partium interiorum conſtrictiones, ac interdum ſuccuſſiones variæ, cum dolore vago hac illac excurrente percipiuntur, ſunt tantum *ſpaſmi* & *corrugationes* quibus *nervi ſplenici* paſſim afficiuntur: Nec tantum in Lienis procinctu Nervi ejus ſpaſmo correpti tumultus cient, at longe ulterius ſæpe in ipſum cor, imo in totum corpus inordinationum ſuarum effectus transferunt: Novi *hypochondriacum*, cui ſtatim à Liene perturbato, præcordia deorſum attracta immaniter comprimi & conſtringi viderentur, adeo ut ipſe valde triſtis ac animo dejectus, etiam de ſumma pectoris anguſtia & conſtrictione conqueſtus, ſeſe uſque moribundum putaverit: Cujuſmodi affectionis cauſa proculdubio fuerit, quod cum fibræ plures, à *plexu lienari* exeuntes, fibris aliis ab ultima Paris vagi extremitate dimiſſis uniuntur, facile accidit ut priores ſpaſmo affectæ coniuges ſuas, & per conſequens ipſum Paris vagi truncum, à quo Nervi in præcordia mittuntur, una contrahant ac deorſum convellant: Certe prædictorum utriuſque generis nervorum, ſcilicet quorum hi lienem, illi præcordia reſpiciunt συνρόξς efficitur, ut cordis tremor, oppreſſio, aliique graves affectus Lienoſis ita paſſim obveniant: porro in quantum ſanguinis fermentatio à Liene dependet, juxta hujus influentiam iſte circuitum ſuum, modo placidè, modo perturbate agit: Dum Lieni nulla perturbatione agitato conquieſcere & vacare licet, ſanguis etiam in hypochondriacis ſatis tranquille movetur: Sin autem commoveatur idem & excitetur (uti aſſolet in paſſione quavis; corporis motu violento, aut à pharmacia) ſtatim Nervi ejus ſpaſmo affecti iteratis contractionibus ipſum magis concutiunt: adeo ut fæculentiæ fermentativæ, ſinu ejus excuſſæ, in ſanguinem uberius refluant, quæ laticem ejus mox turbidum & quaſi limo inquinatum reddunt: ipſum ranta denique acrimonia & mordacitate aſperant, ut cerebrum & cor veluti aculeis pungat urárvæ: unde Splenicis præterquam quod ratio obſcuratur, etiam animi affectus; præſertim triſtitia, odium ac ita plurimum intenduntur. De *Nervis ſplenicis* adhuc alia conjectura adducimur, ut credamus iſtos, præter facultatis motivæ exercitia, tum proprium humorem Lieni inſtillare, qui iſtius viſceris virtutem fermentativam promovet: tum etiam (quia Nervi, prout oſtenſum, utraque via, ſcilicet prorſum & retrorſum ſpiritus ac interdum humores convehunt) eoſdem Lieni implantatos, ab eo humorem acetoſum, & quaſi vitriolium, ſæpe inbibere, à cujus acrimonia, ac inſigni vellicatione in ſpaſmos aguntur.

Willis Anat. cerebri cap. 27.

Observatio XVII.

Hypochondrii ſiniſtri dolor & Tumor ab inſolenti Lienis magnitudine.

VIr Cælebs, rufus, 30. ætatis annum ſupergreſſus, Siniſtri lateris dolore & tumore multorum annorum decurſu emaciatus, Icterico haud videbatur abſimilis, ciborum erat appetens, ſed urinæ laborabat difficultate: conſilio plebeiorum amicorum potu liberaliori ægritudinem moleſtam depulſurus, ſex cereviſiæ pottas uno ſpiritu eduxit, unde nigræ materiæ ſupervenit vomitus, quem æquo excipiebat animo & fidenti, arus cognita hinc morbi cauſa, facilem Medicis patere viam ad curandi methodum: ſed enſim triennio elapſo mortalitatem exuit: Ante fatalem halitum, ob ſphincteris veſicæ eſolutionem, urina ante parca copioſe & ſine difficultate effluxit.

Poſtridie mortis cadaver aperui, in quo vidi 1. Omentum exile, meſenterium pinue ſatis: Inteſtina tenuia flavo colore tincta omnia: Hepar à rubore naturali arum deflectens. 2. Veſica bilaria pallida, tunica craſſiori; In aperta ſerum cruum, nulla bilis tinctura: plena quoque granis nigricantibus, lapilliſque piſorum magitudine, qui viam obſtruxerant quominus bilis hac expurgaretur, adeoque in orpus univerſum repuleruut. 3. Lien inſolitæ molis, longitudine duarum ſpithemarum, ſura renem ſiniſtrum, ad os uſque Iſchii cjuſque cavitatem extenſus: pondus quatuor bras æquabat civiles: color varius: albicabat qua parte coſtas attingebat, tunica raſſiſſima candida, corio bovino ſimilis, ut levi opera manu ſeparari à parenchyiate potuerit & exſiccari: Exſiccata autem tunica, quam muſæo aſſervo, gluten ccum per omnia refert: at illa parte quæ corpori obverſa erat, membrana ſubtilior igricabat: In ipſa ſubſtantia ſteatoma erat infarctum, adipoſa materia conſtans, ucis magnitudine parenchyma reliquum ſatis ſanum. *Columbus lib. XV.* Anat. ioque vidit lienes XX. libr. pondere, quos cartilago exterius obvolvebat. 4. Adrebat lien firmiſſime diaphragmati, ut difficulter ſeparari potuerit: unde ſpirandi fficultas, quam ambulaturus fuerat expertus. 5. Vas breve varium, nam quatuor

tuor venæ amplæ ex ramo ſplenico tumido, prope lienem productæ, in ipſo ventriculo longius protenſæ, ſanguine ſcarebant: hinc vomitus ille niger pleriſque ſpleneticis & huic homini familiaris. 6. Pancreas ſanum: vicina huic erat glandula parenchymati Lienis ſimilis, quam lacteam in ſano fuiſſe credo. 7. In abdominis cavo ſeri cruenti portio quædam. 8. Renes utrinque nigricantes, intus nihil monſtri alebant, dexter epati per peritonæum adnatus; ſiniſter lieni eòdem modo ſubjectus, In pelvi ſiniſtri parum hærebat puris. 9. Reclinatis inteſtinis & retractis, inveſtigaturi in alveo veſicam urinariam, prima fronte vidimus nullam, at ſeparata peritonæi duplicatura, prodiit poſt cataracta latens. 10. In thorace & pericardio moderata ſeri cruenti còpia, Cor totum quàſi adipe obſitum molliuſculo, ſerum bilioſum continente, Pulmones liberi quidem à coſtis, ſed càndicantes & exſucci. *Bartholinus cent.1. hiſtor. lxxx.*

Observatio XVIII.

Hypochondrii ſiniſtri dolor à Liene, in cava parte fiſſo ob ictum inflictum.

QVam incertus Medicis verus Lienis uſus, tam certum ipſius vulnerati periculum, maxime ſi acies penetret ad majores arterias: Sed quis vidit unquam molle hocce Lienis viſcus medium diffindi ab ictu foris illato? videtur certe ſimile quid literis conſignaſſe Aquapendens, de Empirico quodam percutienre malleo tam vehementer indurati lienis ſcirrhum, ut ipſus rimas, & æger vapulans ageret animam: *Oper. Chirurg. cap. 52.* Sed loquitur de Liene indurato, cum noſtra exempla, in medium adducenda: ſint Lienes vere molles: quanto autem fragilius durum molli, tanto utique rarius erit obſeruare Fiſſuram in Liene leni quam duro. Inter ludicra puerilia ictus fuir ſcipione, in regione Lienis, iuvenis 14. annorum, cum *inſigni dolore* ac tam frequenti animi deliquio, ut poſtridie ejus diei vitam cum morte commutaverit, licet foris nullum conſpiceretur vulnus: quo etiam caruit Textor ille, quem à ſimili ictu Inopinate vidit occiſum Oudekerka, pagus mille paſſuum ab Amſtelredamo diſtans.

Vidimus autem in uttoque cadavere Lienem ut mollem, ſic in gibba parte, in qua tamen ictum exceperat, illæſum: ut in cava contra evidenter fiſſum: vel potius ampla rima tantum dilaceratum, ut in illa facile duos occultaſſes digitos: Mirabantur certe quam plurimi cur rimas egerit, & non potius ceſſerit ictui molle ac pendulum hoc viſcus. Sed quid non læderet penetrans baculi vis? imo quid reſiſteret pernicisſimo impetui? quem tam valide adegir verberans manus; ut ne ipſus quidem aer innoxie ſuſtinuiſſet tam ſubitam ipſius vehementiam. *Nic. Tulpius lib. 2. obſervat. xxix.*

SCHOLIA.

M*Ajores arterias*] Quarum ratione ſubinde pulſat, adeóque aliquando vehementer ut coſtas feriens, vapulantium ſonitus è longinquo auditus ſit: quod memorabili hiſtoria confirmat idem *Tulpius* cap. 28. ejuſdem libri. Nicolao Fabro, *ait*, vito induſtrio, ſed ab atra bile frequentius afflicto, fecit nonnunquam induratus lien tam vehementem impetum in coſtas circumpoſitas, ut ex urgentiore illo alliſu non modo doleret ipſus, verum verberum ſonitum perſpicue audirent etiam longiſſime ab ipſo remoti: Et quidem tam diſtincte, ut numeraverint non ſemel ſingula verbera, & admota manu etiam coram tetigerint quoſcunque ferientis Lienis ictus: quorum reciprocum ſonitum memini ſatis diſtincte audiviſſe, licet id temporis ab ipſo receſſiſſem ultra triginta pedes: Sed prout vel uberius vel parcius redundaret bilis atra, pro eo etiam vel intendebatur vel remittebat horum ictuum vehementia: adeo ut evacuato convenientor corpore nonnunquam integre ceſſarent hæc verbera, ſed eo turſus impuro, increvere identidem uſque eo ut cogeretur aliquoties implorare opem Medicam, antequam liberaretur à vitio alias inluctabili: In cujus naturam libenter inquiſiviſſem niſi cadaver denegaſſet defuncti vidua: Excitati itaque fuere hi ictus, cum à motu atræ bilis, tum à ſpiritu ſanguine arterioſo incluſo: quæ duo acquiſivere tantum virium ob prohibitam tranſpirationem, & adſtrictam arteriarum ſpleneticarum obſtructionem, ut potuerit non modo elevare, ſed movere ſatis commode grave ac induratum lienis corpus. Sed unde reciprocus ictuum ordo? annon à motu cordis? cujus ſyſtole ac diaſtole ut univerſo corpori, ſic communicantur potiſſimum illis arteriis quæ circa lienem adeo ſunt frequentes, ut *Spigelius* illic quadruplo plures eſſe quam venas dixerit. Sed quid produxit ſonum? nonne dura lienis compages? durum namque renititur, dum mollia, ut duæ ſpongiæ nullum edunt ſonitum: ſi

quidem

quidem itaque ſonorus fuerit lien, induruit neceſſario extima ipſius ſuperficies, ejuſque denſitate coegit ſpiritum in arctum, & per reciprocum ipſius motum fuit proculdubio elevatus ac coſtis alliſus cartilaginoſus lienis ambitus: Extimum autem Lienis licet nequaquam hic licuerit videre, induratum vidimus tamen id haud diu poſt in eunuchoquodam, tam denſa ac dura cartilagine incruſtatum, ut inde adimeretur inſtar craſſioris alicujus corticis: Talem cartilaginei Lienis conditionem vidit *Columbus* lib. XV. Anat.

Percutiente malleo] Hanc ſcirrhoſi Lienis diverberationem ſuperſtitioſam pronuntiavit *Cardanus* l. 8. de var. rerum c. 44. Ridendam & deteſtandam *Maſſaria* l. 3, pract. c. 17. Periculoſam monuit *Riolanus* lib. 2. Enchir. Anat. c. 26. ob ſuppurationis metum: Celebravit licet *H. Saxonia* prælect. pract. p. 2. c. 28. Eam tamen Eques quidam Melitenſis paſſus eſt, hoc modo inſtitutam, Extenſo ægro in menſa, chartaque munda lieni appoſita, ſecuris aptatur ſubtiliſſima acie prædita, quæ totis viribus bis terve percutitur: ab ictu dolor maximus percipitur, & charta illæſa permanente, ſcirrhus in duas partes diffiſſus tactu ſentitur, cujus hoc pacto incrementum putatur impediri.

Observatio XIX.

Hypochondrii ſiniſtri dolor à Liene ſemiputrido & Hepate, ventriculo annexis.

APerui corpus I. Agers Chirurgi, qui diu conqueſtus fuit de imbecillitate totius corporis, præſertim vero de dolore hypochondris ſiniſtris, cum dejecta appetentia & ſiti continua: Uſus autem ſæpe erat mercurio fixo, ſive vitæ, qui cum antimonio præparatur.

Aperto abdomine, inveni Hepatis colorem omnino mutatum, erat autem color eius luteus vel lutulentus, ſubſtantia molli, laxa & putrida, in venis autem ejus ſanguis erat nigricans, tenuis tamen, veſicula fellis turgida & plena ac ſatis magna. Lien etiam pallidus erat, & fere ejuſdem cum Hepate coloris: ſubſtantia ſimilis i.e. ſemiputrida cum aliquot inciſuris: Utrumque hoc viſcus proxime arcte ventriculo alligatum fuit, ita ut vix ſeparari potuerit; ita ut etiam dum lienem ſeparare conarer, prius rumperetur quam à ventriculo ſepararetur, cum vero ad ſeparationem Hepatis deveniſſem, & parum & leniter proceſſiſſem, mox & citra violentiam ventriculus ruptus erat & epati arcte connexus, ubi ſumma cum admiratione interiorem ventriculi tunicam omnino corroſam, ac ſi ſepticum ſumpſiſſet, reperi, & ita quidem ut quaſi in lacera veſte fruſta plurima dependerent, nigricantia, atque ita putridus erat ventriculus ut leviſſimo negotio diſrumperetur, cum tamen alias tunicæ ejus ſint robuſtiſſimæ, atque etiam ſumma violentia vix rumpantur, prætetea omnia turgebant flatibus. In pericardio humor erat ſat copioſus, at non ſanguinolentus, verum clarus & inſtar aquæ pellucidus: In cordis baſi, ab anteriori parte adhærebat corpuſculum mucoſum: Hanc ventriculi corroſionem ex uſu dicti mercurii proveniſſe puto, quare cavendum ab ejuſmodi medicamentis, crebriore præſertim uſu. *I. R. Salzmannus Obſervat. Anat.* pag. 59.

Observatio XX.

Hypochondrii ſiniſtri dolor à lapide in Liene incluſo.

LApidem in liene Nobilis fœminæ reperi, caſtaneæ magnitudine, ſubalbidum, alabaſtri mollitie, pondere unciarum duarum & ſemis & drachmæ unius, laminis ovorum putaminibus invicem cruſtatim involutis, ſimilibus concretum, erat hæc fœmina iuvenis, formoſa, quæ ſubinde plenilunii tempore graviſſime ex ſiniſtro latere ad triduum uſque affligebatur, quo exacto dolor eo uſque remittebat, donec novum plenilunii punctum inſtraret. *Turnehiſerus in Examine urinarum.*

Observatio XXI.

Hypochondrii ſiniſtri dolor à Liene intus putrido, exterius integro & inculpato.

Vit quidam conſultiſſimus quinquagenarius, aliquot ſeptimanis conqueſtus eſt de appetitu cibi & potus planc proſtrato, & doloribus ſiniſtri hypochondrii: cui cum clyſter emolliens eſſet injectus, excrevit primo cum excrementis, poſtea etiam ſine iis, magnam ſanguinis atri copiam, & multa fruſta carniformia ſolida, caſtaneæ vel iuglandis magnitudine, nulla aqua ſolubilia: & tam multa, ut tres vel quatuor lienes ex iis potuerint componi: Duravit ea excretio tota ea die, ſecunda & tertia plane ea ſubſtitit: quarta iterum clyſter emolliens & leniter abſtergens applicatus, à quo iterum tet fæculentum ſanguinem & aduſtos humores dejecit, ſequentibus diebus excrementa plane naturalia fuerunt: Mortuus eſt XV. morbi die.

Corpore aperto, repertus eſt lien prima facie integer & ſalvus, diſſecta autem ipſius membrana, quæ integra erat, tota lienis ſubſtantia effluxit inſtar amurcæ & fæcis ſanguineæ, paulum fœtens, & adeo totaliter corrupta, ut ne fibræ quidem viſceris apparerent: Præter hæc ſub liene conſpiciebatur corpus quoddam glandulofum, inſtar farciminis tenuioris, oblongum, lieni, ventriculo & duodeno annatum, quaſi videas pancreas dilatatum & extenſum, pluribus vaſis & ductibus donatum, durum, ſolidum & molle, Ipſum vero Pancreas nihilominus aderat, dorſo firmiter annexum & vaſis magnis ſubſtratum, ut ſolet. *Sennertus.*

S C H O L I A.

Lien prima facie integer] Notatu dignum quod habet Clar. *Von Flammerdinge* Diſputatione de ſumoribus Lienis, habita ſub præſidio Clariſſ. *Drelincurtii*, Exiſtimari Lienes ſimpliciter obſtructos & tumidos, qui ſæpe putridi ſunt & coenoſi, quanquam eorum rara apud authores ſit mentio: *Ballonius* tamen duo exempla ſuppeditat: *Plantius* in vita *Fernelii*, hæc verba de cauſa mortis illius Viri eximii habet, *Cauſam interitus ex anatome perveſtigantes, è lienis inflammatione pernitiem manaſſe judicavimus, quum & valde tumidum & prorſus lividum ac vireſcens id viſcus eſſet, & ſcalpello diſſectum magnam ſaniei, inſtar picis nigerrima copiam profuderit.* Retulit Vir Clar. D. *Drelincurtius*, Pariſiis à Medicis, ut & ſe ipſo ſæpius, in diligenti cadaverum diſſectione, viſos fuiſſe lienes omnino putridos & coenoſos, materiam fæci vini rubri prorſus ſimilem continentes.

Observatio XXII.

Hypochondrii ſiniſtri dolor à Liene putri, magno 1. Magno, nigra ſaburra diſtento. 2. Putrido. 3.

§. 1. JOh. N. dolor fuit fixus ad hypochondrium ſiniſtrum: Putris & ſemilacer inventus Lien, & in magnam molem excreverat. *Vide tit. de Febribus.*

§. 2. Viro potationibus nimiis indulgenti, dolores hypochondriorum, maxime ſiniſtri ſupervenerunt. Lien quadruplo auctior, durior, nigra amurca diſtentus. *Vide lib. 2. tit de Dyſpnoea.*

§. 3. Illuſtr. N. variis affectibus implicitus Dolorem quoque Lienis percipiebat, Totus ille poſt obitum putridus repertus eſt. *Vide tit. de Iſchuria.*

Observatio. XXIII.

Inteſtini tenuis dolores falſo Lieni adſcribi oſtendit Anatome.

Quoties inteſtini tenui pars ſuperior ac ventriculo proxima dextræ lumborum regioni ſuperſtrata, meſenterioque ſubſtrata, dolorem patitur, toties à loco affecto Lumbaris nominatur, inteſtini tenuis pars huic proxima, & in hypochondrio ſiniſtro à lumbis meſenterioque liberius exſurgens & aſſurgens, lancinationibus frequenter & diſtenſionibus, cum notabili ac permanente quandoque duritie affligitur: quamvis tunc Lieni ferè, licet perperam, illud malum & dolor vulgo adſcribatur, & à Medicis nonnullis, præjudicio inveterato, contra manifeſtam ex cadaverum ſectione multiplici petitam experientiam: Dolorem iſtum appellarem ego à loco affecto *hypochondriacum*: *Fr. Sylvius Pract lib. 1. cap. 14.*

SCHOLIA.

Licet perperam] Iacet quidē Hepar ſub hypocbondrio dextro, Lien in ſiniſtro, ſed notanda nimia quędā Medicorū licentia, dum qualemcunq; morbū, in alterutro latere perceptū, continuo Tranſcribunt ad alterutrum horum viſcerum, Cum tamen Medicos iſtiuſmodi Hepaticos ac Spleneticos noſſe conveniret, magni ſæpe aut diuturni morbi nidūm defixum latere in partibus abdominis minimis, quales ſunt obſtructio unius aut alterius rami vaſorum meſenterii à calculis, à ſubſidente fæculentia chyli in ſuo ad cor tranſitu, aut alia re: ſcorbutica item interaneorum diſpoſitio, ſcirrhi aut alii tumores glandularum, gangrænæ partium occultæ, &c. *I. Daniel major hiſtor. Anatomes*, &c. pag. 9.

Vulgo adſcribatur Lieni, &c.] inquantum *plexus nerveus* Lienem reſpiciens (*Vide Scholia ad obſervat. 16.*) cum ventriculo, meſenterio, hepate ac rene propinquius, cumque præcordiis, aliiſque partibus longe diſſitis, remotius communicat, Hinc cauſa patet, quare non modo ſingula iſthæc viſcera & partes propter Lienis delicta plectuntur, verum & vice verſa, cur Lien indiſpoſitus à morbo quovis, aut moleſtia, in qualibet, iſtarum partium excitata, perturbari ſolet: Adeo non prorſus de nihilo eſt, quod ſymptomata ubivis infeſtantia, cum illorum cauſa ignoratur, *paſſim Lieni adſcribuntur*: ſiquidem ipſe non tantum proprias inordinationes aliis partibus affigat, verum inſuper peculiares illatum noxas luit: Quod tamen perperam vaporibus hinc inde tranſmiſſis adſcribitur, cum ejuſmodi cujuique affectus ratio formalis in communicationione per nervos facta plerumque conſiſtit.
Willis Anatom. cerebri cap. 27.

Observatio XXIV.

Hypochondrii utriuſque dolor, maxime ſiniſtri, à putri Liene & putri ſanguine in ſiniſtro hypoch.

IO. Formaget dolores ad utrumque hypochondrium, ac præſertim ad ſiniſtrum: ſolo manus appulſu dolebat: manifeſtus erat pulſus in Liene: nos aneuriſma eſſe ſuſpicabamur: Eodem die quo ſecta eſt vena exolutus eſt, diffuſo affatim ſanguine.

Putruerat Lieni, & grumoſi ſanguinis ſiniſtro in hypochondrio magna copia reperta eſt. *Ballonius Paradigm.* 14.

SCHOLIA.

Diffuſo affatim ſanguine] Qui ſi per venam à Liene in ventriculum tendentem, aut per alvum fluxiſſet, niſi ſervari (quia putruerat Lien) ſaltem vita diutius protrahi potuiſſet. De hoc verum quod *ait Hippocr. in coacis, Quibus præcordiorum dolores, oris ventriculi, hepatis, partium circa umbilicum, hi ſanguine per alvum egeſto ſervantur, non egeſto moriuntur.*

Preſertim ad ſiniſtrum] Punctorius quidam dolor, ſanis alioquin, ſubito in latere plerumque ſiniſtro oboritur, quem Germani Lienis punctionem, cum à Liene illum prodire vulgus credat, vocant: Accidit præſertim poſt cibum ſumptum, ſi tunc corpus validius equitatione vel motu violentiore agitetur, apparente interdum tumore qualis in ſpaſmo flatulento apparere ſolet, admodum pungens & lancinans, præſertim reſpiratione ducta, miteſcens ſi venter ſtringatur, ſpontéque tandem remittens: qui peritonæi affecti cauſa evenit, cum illud ventri undique ante retroque expanſum ſit: Cauſa flatus ſæpenumero exiſtit, qui in intervalla peritonæi (quando illud diſtentum tractumque ſupra modum, à partibus earum tunicis pertinaciter hæret, veluti avellitur) cum muſculis ipſis connexis, & ſpatia muſculorum irrumpens ab invicem divellendo, eos parit; eodem fere modo uti in pectore in pleuritide falſa, dolor punctorius ſuccingentis tunicæ cauſa: confert autem plurimum valida muſculorū abdominis attractio, per motus mox a cibo factos, & præſertim qui per equitationem fiunt, dum in ephippio ſedentes, pedibus in ſtapede innixi, conatu quodam cum ſpiritus retentione muſculos abdominis ſtringunt: eadem ratione ſicuti ſpaſmum flatulentum in aliis corporis partibus accidere oſtendimus: Ob quam & cauſam muſculi in loco dolente elevati tumorem aliquem quandoque, qui tunc illic apparet, procreant, & ſi ſtringantur cingulo latera, ut in ſpaſmo, ſi contrario nixu muſculi retrahantur, dolor ceſſat vel mitigatur, Adeo ut hic dolor ſpaſmi flatulenti ſpecies aliqua exiſtat, nec alio quam ad effectum muſculorum abdominis, & peritonæi ab invicem divulſorum, referri poſſit: Frequentius autem in latere ſiniſtro quam dextro accidit, ventriculi cauſa in ea ſede latentis, & quod in eo hypochondrio plures flatus colliguntur. *Platerus Pract. lib. 2. cap. 12.*

Observatio XXV.

Hypochondriorum dolor ab inflammatione ventriculi ad ſuppurationem deducta.

D. N. Uxor (*de qua Tit. de ventris Tumore*) conquerebatur de hypochondriorum dolore, maxime de ſiniſtro. Ea mortua apertus venter, ex quo ingens copia flatus erupit: inter inteſtina & peritonæum multus humor aderat; circa latus ſiniſtrum apparuit pinguedo innatans, quæ ſuſpicionem præbuit eſſe vel ex enematis vel ex juſculis: Rem inquiſivimus, invenimus foramen circa mediam ventriculi partem ad fundum; hinc concluſum fuiſſe inflammationem ventriculi quæ ſuppurata eſſet, &c. *Ex Obſervat D. Ioh. Bauhini.*

Observatio XXVI.

Hypochondrii dolor à ferramentis in ventriculo contentis &c.

IN pago Fungenſtal Sichſtetenſis Epiſcopatus ditionis agricola, quum crudelibus dolorum tormentis in altero hypochondriorum latere conficeretur, ſubito clavum ferreum ſub illæſa cute manu apprehendit; quem Chirurgus novacula exſcidebat nec tamen dolores ceſſarunt, ſed in dies magis recrudeſcebant, Quare cum nec aliud doloris fore remedium miſer quam mortem ſuſpicaretur, arrepto cultello ſibi guttur abſcidit.

Qui demortui ventriculum inciderunt, in eo lignum teres & oblongum, quatuor ex chalybe cultros, partim inſtar ſerræ dentatos, ac duo ferramenta aſpera reperta fuerunt, quorum ſingula ſpithamæ longitudinem excedebant: aderat & capillorum inſtar globi involucrum: Certè non alia arte quam Dæmonis hæc ingeſta &c. *Langius lib.* 1. *Epiſt.* 38.

Scholia.

A Cacodæmone obſeſſos mira vomitu ejeciſſe conſtat, quæ non è corpore educi quidam credunt, ſed à cacodæmone illudente oculis, tanquam ex imo manarent; ori admoveri: Hos refellit citatum exemplum ab *H. ab Heers* obſervat. 8. p. m. 90.

Observatio XXVII.

Ilii ſiniſtri dolor gravativus à Colo duris fæcibus obſtructo. 1. *A coli inflammatione.* 2. *A colo putrefacto.* 3.

§. 1. MUlier in colicam paſſionem incidit: Conquerebatur de alvi difficultate, dolore Ilii ſiniſtri tenſivo gravique: Sentire enim dicebat ſe ibi pondus aliquod grave tanquam plumbi maſſam: Inveni Colon, juxta ventriculum, flatibus expanſum: Reliquis in locis, ad craſſum inteſtinum uſque anguſtum, fæcibus craſſis duriſque in globulos concretis infarctum. *Vide lib.* 1. *tit. de Paralyſi.*

§. 2. Juveni dolor fixus in hypochondrio ſiniſtro, in regione coli, cum ardore, ſ. ſ. &c. Inventus eſt abſceſſus in meſenterio & colo, ea potiſſimum parte quæ fundo ventriculi ſubſternitur. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 3. Matrona à conceptionis periodo, menſe quinto, male cœpit habere & octavo menſe periit: conquerebatur de magno ſub Hepatis regione ardore: Inventum eſt Colon inteſtinum hac in parte denigratum & putrefactum: Idem hoc malum in duobus vel tribus aliis eodem modo afflictis deprehenſum fuit. *Coiter in Obſervat. Anatom. & Chirurgicis.*

Observatio XXVIII.

Hypochondrii dextri dolor à contuſione & inflammatione inteſtinorum, omenti, meſenterii circa originem, & muſculorum pſoadum &c.

DUo famuli joco digladiantes, & ſegmentis aſſerum longioribus armorum loco uſi; unus aromatarius alteri piſtori in hypochondrii dextri lateris infimam ſedem, coxendici proximam, ſegmen adeo violenter impegit, ut ſtatim dolorem illic ſentiret, qui adauctus in dies, in crus dextrum, quod ob id ægre movebat, quoque deſcendebat, ſicque afflictus, febricitans, aliiſque accedentibus ſymptomatibus extinctus eſt. Nullum ſignum lethale extrinſecus apparebat, nec in latere affecto, nec capite, ubi quoque, ſed levius percuſſus erat.

Abdomine ſectione aperto, thoraciſque ſede huic proxima, ut rectius omnia in conſpectum venirent, primo intuitu inteſtina in latere læſo, maculis quibuſdam lividis & ſubflavis notata vidimus, omentumque inteſtinis inſtratum, ſimili colore vitiatum; uti & veſiculam fellis pene inanitam, coloreque felleo flavo portionem inteſtini, quæ illi proxime incumbit, admodum lata macula tinctam, uti & ſepti tranſverſi ſedem dextram, valde quoque flavam & lividam: Ex quibus tamen nihil certi, an hoc ex ictu in eo latere facto prodierit, aut morti occaſionem præbuerit, conjicere potuimus, donec convolutis inteſtinis, & depreſſis è dextro abdominis ſinu in ſiniſtrum, hepateque ſurſum elevato, meſenterii vaſa, circa illius originem, ubi dorſo adhæret, & in ambitu illius, & adhærente illi inteſtino penitus cruenta & veluti contuſa, pſoaſque muſculos, illi lateri ſuccumbentes, ſimili modo affectos deprehendimus. *F. Platerus obſerv. lib.* 2. *p.* 473.

SCHOLIA.

EX quibus inflammationem in corporibus mortuis nec rubore nec tumore, ut in vivis, ſed ex dictis indiciis ſe manifeſtantem, in hac abdominis ſede, & contuſionem aliquam enartatorum vaſorum, & partium, ex ictu illo factam fuiſſe (modo non & eryſipelas, illic ubi bilis effuſa tingebat partes, fuerit) occaſionémque huic dolori, in latere dextro, & in crure quoque, propter muſculos pſoas dictos, ad femur deſcendentes, illudque moventes, ſeſe offerentibus, mortique tandem, cùm nullis remediis coercita fuerit, fortêque in abditis illis locis non potuiſſet occaſionem præbuiſſe conjecimus. *Idem.*

OBSERVATIO XXIX.

Hypochondrii dextri dolor ab abſceſſu intra muſculos abdominis & peritonæum contento.

QUidam 33. annos natus à rotis rhedæ bene onuſtæ circumrotaris ſuper hypochondrio dextro fuit vehementer conquaſſatus, ſine tamen coſtarum notharum fractura: diarrhœa & vigiliis ob cruciatus atque dolores comitantibus: Methodica curatione ab initio neglecta, febri ſymptomatica ſuperveniente, tandem viribus collapſis, vitam cum morte commutavit: Ratione ſitus ſuſpicio aderat partem affectam fuiſſe jecur: at vero poſt obitum longe alirer obſervatum fuit, nam ante corporis diſſectionem tetigi hypochondrium, quod non erat durum ſed admodum molle: ergo Hepar non fuiſſe primario læſum, inflammatum aut induratum conjectura aſſequi licuit.

Primo itaque inciſis in forma crucis abdominis muſculis, ſtatim ex dextro latere materia purulenta copioſe effluxir ad libram ſemis, ſine ullo abſceſſu in jecore apparente: apoſtema enim intra abdominis muſculos & peritonæum continebatur. 2. pars Omenti erar abſceſſui adnata, ita ut novacula illud ſeparare neceſſum fuerit: 3. *Hepar vero ſitum obtinebat* ſub meditullio diaphragmatis, ad ſiniſtrum hypochondrium inclinans, & ſterni coſtis nothis undiquaque beneficio membranarum annexum, quod digitis fuit ſeparatum. 4. Magnitudo abſceſſus tanta erat ut pugnus grandior in eo abſcondi potuerit, ſitu jecoris aliorſum tranſlaro. 5. Ventriculus ſaris magnus ſitum obrinebat ad ſiniſtrum latus magis urgentem, ob abſceſſus grandioris præſentiam. *B. Langwedelius apud. Barthol. cent. ij. obſervat. xlv.*

SCHOLIA.

HEpar ſitum obtinebat &c.] Ligamenta, quorum opera Hepar locum ſitúmque debitum ſervat, ſunt tria præcipuê, primum id diaphragmati alligat, dicitúrque ſuſpentorium, quod ejus potiſſimum ope grave Hepatis pondus ſuſtineatur ne deorſum ruat: Id non ſolùm externæ ejus membranæ affigitur, ſed etiam parenchyma ejus penetrat: Secundum firmamentum hepatis eſt vena umbilicalis, in ligamentum mutata, & priori directè opponitur: 3. eſt quo cartilagini enſiformi adhæret, tenue, flaccidum, robuſtum tamen & latum: Sunt alia ejus firmamenta potius connexiones ſive continuationes cum aliis partibus & vaſis, quam ligamenta dixeris: Tam variis connexionibus ſtabilitum hepar, haud facile ſua ſede deturbatur, eſtque totalis ejus diſlocatio morbus fortaſſe inauditus: Nec ſane video quomodo eadem (cum tot tantique momenti vaſa neceſſario laceranda veniant) citra certam necem contingere poſſit: Prædicta tamen vincula haud adeo arcta ſunt quin aliqualem motus libertatem hepati concedant, 1°. enim in diverſa corporis poſitura, Hepar quoque varium maniteſtè ſitum acquirit: 2. Eſt exiguus motus quo in exſpiratione & inſpiratione ſurſum deorſumque ad diaphragmatis motum fertur. 3. Ventriculus flatu diſtentus Hepar ſæpe ſurſum in diaphragma impellit, adeo ut reſpirationis libertatem impediat: 4. Idem cibo potuque repletus ſitum hepatis aliquatenus variat, idémque ſurſum & in latus dextrum impingit, ut & Coli tenuium-ve inteſtinorum inflatio anteriorem Jecoris crepidinem attollit, ſimulque poſticas ejuſdem partes in ſpinam illidit. *Gliſſon Anat. Hepatis cap. 2.* Adde his abſceſſus & tumores vicinos alio impellentes, ut in præſenti caſu: *Barbette* in Anat. Practica ait ligamenta Hepatis ſuſpenſoria in tantum ſæpe relaxari, ut id ad umbilici regionem deſcendat.

OBSERVATIO XXX.

Hypochondri dextri dolor ab enormi Renum magnitudine, Hepatis & Lienis. 1. Ab Hepate inflammato. Pancreate obſtructo. 2. Ab Hepate infarcto, Pancreate magno. 3. Ab Hepate ventriculo affixo, Pancreate, Meſenterio induratis. 4 A Meſenterii abſceſſibus. 5. Præcordiorum æſtus à tumore phlegmonoſo circa umbilicum. 6. Præcordiorum collabentium ſenſus ob renes Iecori affixos. 7. Præcordiorum dolor à renum vitiis. 8. Siniſtri dolor ob Renem in ſedem lienis depulſum. 9. Dextri dolor à peritonæo & muſculis vicinis à ſeri acrimonia commorſis. 10. A Pericardii & Cordis ſiniſtra regione oſſeis redditis. 11. Dextri dolor à pure intra thoracis cavitatem concluſo. 12.

§. 1. IN Noſodochio curavi aperiendum corpus puellæ, quæ per multos dies conqueſta erat in Hypochondrio dextro: Rejecerat tæniæ vermis longas partes ſæpius pur-

gata,

gara, additis vermes expellentibus, unde partes rejectæ fuerant.

In Thorace pulmonis ſiniſtra pars exrenuata, thoraci adhærens: In Abdomine copioſum ſerum, Renes ampliſſimi, magnitudine admodum excedentes: Hepar amplum Lien nimis magnus & mali coloris: In inteſtinis copia vermis Tæniæ. *Ex obſervat. Ioh. Bauhini.*

§. 2. Juvenis habuit Jecur inflammatum, Pancreas tumidum & extuberans, pure ac pituita infarctum, cujus contumax obſtructio ſummas præcordiornm anguſtias in ſinguli febris acceſſionibus excitavit. *Vide tit. de Febribus.*

§. 3. Vir Nob. dolore hypochondrii dextri diu afflictus fuit, cum ventriculi & diaphragmatis compreſſione: Hepar magnum, multis abſceſſibus refertum repertum eſt, Pancreas admodum ingens &c. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnæa.*

§. 4. Nob. dolor erat in hypochondriis, lumbis &c. Hepatis lobus orificio ventriculi poſteriori erat affixus, à præcedente inflammatione: Cum pyloro induruerant pancreas & meſenterium &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 5. In Indiis ægri ſæpe tabeſcunt, gravitatem tantum ſentientes circa umbilicum & hypochondria: In iis meſenterii ſubſtantia ſæpe inſignem abſceſſum patitur. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 6. Jac. N. quum acutiſſimo enſe venter eſſet perforatus, paulo poſt extrema frigere, Præcordia vero immenſe incaluere: Inteſtina omnia erant confoſſa, Et ingens circa umbilicum tumor phlegmonoſus. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

§. 7. Quidam in magno æſtu ſitiens, mox ab hauſto vino frigidiore ſenſit præcordia quaſi ſibi collabi, In mortuo renes ambos jecori affixos vidi, & manu abſtraxi mea. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 8. Diſſecui ſeptuagenarium qui xx. amplius ante obitum annis de intolerabili laterum dolore, infra coſtas nothas conqueſtus fuerat, ac mucoſam ſubſtantiam una cum urina reddiderat. Huic ſiniſtri renis ſubſtantia carnea intus plane abſumpta erat, in eóque hærebat calculus, duas habens radices: Dexter à calculo immunis, ſubſtantiam habens fluidam coloremque ſubfuſcum. *Vide tit. de Vrinis non naturalibus.*

§. 9. Mercatori Bourlon dolores implacabiles ad regionem Lienis, & fere infra umbilicum pene: Tumor quidam percipiebatur, tandem interiit. Non credebant dolorem eſſe nephriticum & tamen erat, At ſitus doloris & partis decipiebat.

Aperto cadavere, inventus eſt Ren inſignis loco dimotus, & ad regionem lienis, aut nativâ, aut alia aliqua vi (ſi credere fas ſit) detruſus. Sic impoſuit valde Medicis.

Idem contigit Cardinali à Guiſia, curabant eum ſplenicum pro nephritico: Ren quadruplo major erat, quam à natura eſſe deberet. *Ballonius Epidem. & Ephemer. lib. 2. pag. 220.*

SCHOLIA.

R*En loco dimotus*] Quamvis Renes adipis glutine videantur tenaciter affixi lumbis, interdum tamen luxantur & antrorſum procumbunt: interdum in hypogaſtrium delabuntur, non ſine vitæ detrimento: Hoc ita verum eſt ut nullomodo ſit dubitandum: Id potiſſimum accidit, non tantum liquata pinguedine, qua ſunt obvoluti, ſed etiam ex pondere, ubi tam grandes ſunt, ex tumore vel calculo in cavitate concluſo, ut ſuis retinaculis in ſua ſede contineri nequeant, tumque ibi aliquandiu ſubſiſtunt: ſed tandem putreſcunt & abſceſſum patiuntur. *Riolanus Encheir. Anat. lib. 2. cap. 28.*

Curabant eum Splenicum pro nephritico] Viſcerum carnoſorum ſub hypochondriis latentium, Hepatis ſcil. dextrum latus occupantis & ad anteriora uſque protenſi, Lienis in ſiniſtro ventriculo ſubſtrati, Renum utrinque ſub illis duobus viſceribus una cum ureteribus, qui ab illis in lateribus oblique deorſum verſus anteriora vergunt poſitorum, morbi aliqui dolores procreant, qui in ejuſmodi locis, ubi hæc viſcera ſedem obtinent, latere dextro vel ſiniſtro, ut in doloribus illis dictum, ſeſe patefaciunt: Renisque dextri affectus ab Hepatis affectu hoc pacto in ſitu diſtinguitur, quod Hepate affecto dolor in latere magis dextro verſus anteriora, ubi major eſt Hepatis portio, vel etiam juxta regionem foveæ cordis, ubi ventriculo incumbit, ſentitur: Renis vero dextri dolor circa poſteriora paulo humilius in dorſo, eodem in loco fixus remanet: Siniſtri vero Renis, qui elatior eſt dextro, affectus, à Lienis affectu, ex doloris ſitu non tam facile ſecernitur, cùm Lien poſteriorem magis ſedem, Reni ſiniſtro proximam, ſecus quàm communis eſt opinio; qui in latere ſiniſtro verſus anteriora magis Lienis ſitum quærunt, occupet, Ita ut aliis indiciis quam ex doloris ſitu harum partium affectus ſint diſtinguendi. *F. Platerus Prax. lib. 2. cap. 12.*

§. 10. Fœmina hydrope pectoris atque aſcite periit: Dolor adfuit circa jecoris regionem fixior: Ibi nil præter levem exeſionem citra phlegmonem adfuit: Sed peritonæum & abdominis muſculi, interiora verſus, fuere ex parte inflammati, exeſi, venulis ſat conſpicuis, ab acrimonia ſeri in abdomine bullientis, unde color ille circa Hepatis peripheriam. *Vide tit. de ventris Tumore.*

§. 11. Illuſtr. Schombergius à longo tempore dyſpnœa laborabat, ad quam per intervalla accedebat acutiſſimus circa præcordia dolor, quô cum corripiebatur, ſudore per totum diffluebat: Illi membrana, & carnea omnis pars quæ ſiniſtram cordis regionem tegit, tota oſſea reperta eſt. *Vide lib. 2. tit. de Suffocatione.*

§. 12. Quendam ex Hepatis tumore laborare exiſtimabam, cúmque dolor quotidie augeretur, & duraret longius, Hepar ipſum in pus converſum eſſe arbitrabar.

Poſt cadaveris autem apertionem, Inveni hepar pene illæſum, Totam vero thoracis cavitatem pute pleniſſimam, ita ut de pulmonibus vix exigua portiuncula conſpiceretur: Ex quo ſymptomatum utriuſque affectionis tantam cognationem fuiſſe ſatis mirari non potui, *Obſervatio Abrah. Werneri Medici Witebergenſis.*

SCHOLIA.

TAntam cognationem] Cauſam doloris alibi deliteſcere quam ubi dolor animadvertitur ſæpe contingit: Sic calculo veſica laborante pruritus glandis moleſtus eſt: Hepati inflammato accedit juguli dolor: Utero affecto interior coxarum pars dolet: In *Capivaccio* cauſa doloris ventris in thorace reperta eſt, (Vide ſect. obſervat.) In allato exemplo doloris cauſam reperire arduum eſt, cum nullum pus à thorace in jecur defluxerit, ut in *Taſſino* de quo ſupra. Veriſimiliter conſenſus cauſâ eſt in communione membranarum, pleuræ ſcil. & peritonæi, quarum quædam eſt continuatio, ut in cute univerſum corpus amiciente.

OBSERVATIO ULTIMA.

Ilii dextro dolor ab oſſe femoris eroſo & carioſo.

VRgebatur Rogeria, Corbinelli filia, in ilibus dextris dolore fere perpetuo: quare multis diverſo tempore vocatis Medicis, cum unuſquiſque pro ingenio ſuo puellam curaſſet, & præſidia omnino nihil profeciſſent, è medio tandem ſublata eſt.

Quare conſilium fuit incidere corpus mortuæ, & inventum eſt os femoris eroſum, maximámque oſſis partem in pulverem redactam. *Benivenius cap. 79. de Abditis.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO XVIII.
DE ICTERO.

OBSERVATIO I.

Icteri cauſa conſiſtit plerumque citra veſicam felleam, aut circa ipſam verſus Hepar.

ICTERICA affectio, ex communi plurimorum conſenſu, exoriri ſtatuitur in quantum flava bilis, è venæ portæ finibus, in pori biliarii ductus non omnino, aut non ſatis excepta, in maſſam ſanguineam reſtagnat, eámque virote ſuo (unde etiam cutis inficitur) inquinat; Obſtructio iſta multis modis & variis in locis contingere ſolet: Quandoque enim fit juxta extremos utriuſque generis vaſorum, ſcil. venæ portæ & pori bilarii fines: quorum intercapedines, ob hepatis parenchyma intumefactum, aut alias vitiatum, nonnunquam comprimi & obturari accidit; quapropter humor felleus è portæ vaſis ſecretoriis, in vaſa altera excretoria minime traductus, in ſanguinem regurgitat: 2°. Humoris fellei tranſitus interdum in mediis pori bilarii ductibus intercipitur, in quantum ſcil. horum cavitates materia, aut viſcoſa, aut ſabuloſa, & nonnunquam lapidea implentur; uti paſſim cernitur in jecinoribus jumentorum hyberno tempore dum fœno ac ſtramine veſcuntur. 3. Ex obſervatione etiam

anatomica conſtat, Obſtructionem Icteri cauſam nonnunquam in ipſa veſica fellea, aut i meatu cyſtico fieri, ſi quando enim illa lapidibus impleta bilem non recipit, aut hic ol turatus aut coaleſcens, bilis verſus inteſtina deſcenſum inhibet, humor iſte, quan vis à ſanguine bene ſecretus, in maſſam ejus refluere cogitur, adeóque morbum regiu parit.

SCHOLIA.

COntra receptiſſimam hanc opinionem, qua ſtatuitur Icteri cauſam plerumque citra veſicam felleam, aut circa ipſam verſus Hepar conſiſtere, Clar. *Sylvius (vide caput ſequens)* omnino ultra hanc, vid. in meatu cyſtico aut ductu communi eam collocat: Propoſitum noſtrum non eſt determinare (poſtquam tot egregia recentiorum ingenia res fatigavit) utrum bilis revera conficiatur in cyſti fellea, vel an non à ſanguine intra Hepar, (magnum ſecretionis organum) duntaxat ſeparetur: fateor poſteriorem hanc ſententiam mihi potius arridere: Et quidem hæc ſerio perpendenti, opinari ducor Icteri cauſam in eo poriſſimum conſiſtere, quod bilis in Hepate ſecreta, ob vias obſtructas non omnino, aut non ſatis ad veſicam felleam transferatur, quin neceſſe habeat in maſſam ſanguineam regurgitare, interea tamen haud inficias imus affectum hunc (etſi rarius) à meatu cyſtico, aut ductu communi obſtructis interdum exoriri poſſe: Cœterum in morbificæ cauſæ partem, & forſan aliquando totum, etiam ſanguinis vitium accedere putamus, quando nimirum ob particulas ejus ſulphureas, & ſalino fixas ſupra modum exaltaras, bilis in cruoris maſſa ubetius ac ocyus progignitur, quam per ordinarias vias ſecerni, aut foris amandari queat: quare hæc à ſanguine cum ſero ubique decedens, partibus ſolidis affigitur, iiſque tincturam ſuam imprimit: Et procuidubio ob hanc rationem eſt quod venena quædam, & imprimis viperarum morſus, atque potus generoſior diutius uſurpatus, in corpore prius ſano morbum Arquatu inducit, pro cujus therapeia interdum phlebotomia, & medicamina ſanguinem ad rectam craſi reducentia, pluſquam deobſtruentia prodeſſe ſolent: Porro ob hanc cauſam eſſe viderur, quo febris tertiana intermittens, ita frequenter in Icterum terminatur: quippe haud ſuſpicari licet, poſtquam in ſingulis paroxyſmis tanta ſanguinis & humorum agitatio, per frigus & æſtum, coríunqu tanta per ſudorem aut vomitum agitatio contigerit ductus Hepaticos quoquo modo obſtrui poſſe: a vero, ſicuti paroxyſmi febriles accientur in quantum ſanguinis pars ſulphurea nimis evecta, ſuccum nutritium primo in materiam morbificam pervertit, & dein accenſa eandem abſumit & exterminat; ita poſtea cum ſal fixus demum in ſanguine una cum ſulphure exaltatur, ideóque bilis pura puta copioſe progignitur, propter ſalis fixi vim reſtinctivam ſanguinis accenſio febrilis ceſſat, ejuſque loco dyſcraſia Icterica ſuccedit: Quemadmodum autem ſanguis ad dyſcraſiam ſulphureo ſalinam nimis evectus, Icterum quibuſvis, utut minime prædiſpoſitis accerſit, ita in aliis quantumvis prædiſpoſitis, viaſque bilarias obſtructas habentibus, cruoris ſulphur nimis depreſſum morbi iſtius immunitatem parit: Enimvero cognovi plures cachecticos & phlegmaticos, tametſi hepatis quoad plurimos ejus ductus obſtructione & induratione laborarint, Ictero caruiſſe. *Willis Pharm. rat. pag. 20. ſect. 2. cap. 1.*

OBSERVATIO II.

In Ictericis non ſemper obſtruitur Ductus aut Inteſtinalis aut Cyſticus: In iiſdem ſolito acidior evadit ſanguis.

OBſervavi in diſſectione Ictericorum non ſemper obſtructum eſſe Ductum aut Inteſtinalem aut Cyſticum. *Fr. Sylvius Pract. lib. 1. cap. xlvj.* §. 7.

In cujuſdam Icterici mortui ſectione memini me aliquando obſervare ſanguinem ſolito acidiorem. *Idem. Ibidem.* §. 61.

SCHOLIA.

AB obſtructione Ductus inteſtinalis docent vulgo Bilem in deſcenſu ſuo naturali plane impeditam aſcendere vi ad Hepar, ſicque ferri ad ſanguinem, mox cum ipſo transferri ad corporis habitum & ſuperficiem, ibidémque parere Icterum: Quamvis autem exiſtimem poſſe aliquando ab obſtructione dicta excitari Icterum, non puto tamen ſufficere iſtam obſtructionem ad illum producendum, niſi novam mutationem ſubeat in ſuo præſertim Folliculo tunc ſubſiſtens Bilis: Id ut ſentiam plurima me movent experimenta tum Anatomica tum Practica: Obſervavi autem 1°. in Diſſectione Ictericorum non ſemper obſtructum eſſe Ductum aut inteſtinalem aut cyſticum: 2 Non ſemper in Ictero pallere alvi excrementa, licet ſolito eſſent minus tincta. 3. Non tantùm à veneno peculiari, verum ab animi mœrore gravi & inexpectato, ſæpe citius productum Icterum quam ut quis aut aliis perſuadere poſſit productam tam ſubito, à quacunque demum cauſa, tunc præſente atque agente in ductibus bilariis, obſtructionem: 4. Curari, & quidem ſat cito, à medicamentis quorum ope ſolutam, vel tam cito ſolutam obſtructionem vix aliquis credat, niſi præjudicio præoccupatus: In hunc cenſum refero cum cannabis ſemine decoctum lac bubulum, cujus unius beneficio plures curavi: Saponem cum olivarum vel raparum oleo, vel balænarum pinguedine paratum, lacte ſolutum & aſſumptum: Obſervavi 5. infantes multos naſci cum Ictero, aut mox poſt partum ipſis erumpere Icterum: Ex his obſervationibus cùm pateat Icterum poſſe produci abſque ductus bilarii obſtructione, quæritur merito quænam vera ſit, aut eſſe poſſit ejus cauſa? Hæc ut fælicius & facilius eruatur, præmittam ſymptomata Icterum inſtantem aut præſentem indicandia: Solet igitur Icterum frequentius præcedere, ac initio etiam comitari Compreſſivus cordis dolor di-

ctus, & circa ventriculi regionem inferiorem maxime moleſtus, concurrentibus anxietatibus, atque obſcuris in dextro hypochondrio, ubi & bilis folliculus & ejus ductus exiſtit, lancinationibus: Alvi excrementa fere albent, ſuntque coloris cineritii, nec à bile, ut aliàs diverſimode tincta, quin ſegnius ad dejiciendum ægri ſollicitantur: Mox urinæ prodeunt obſcure rubentes, atque immiſſa lintea colore croceo inficientes: Tandem in facie ac collo, & magis evidenter in adnata oculorum tunica, hinc per univerſam corporis cutim, color citrinus & flavus, quin aliquando ad viriditatem obſcuram vergens exſurgit, unde nunc flavus nunc niger vocatur Icterus: Ubi inclinat, nonnunquam pruritus magnus ſentitur in tota corporis ſuperficie: Inter cauſas externas, non raro vidi ex ſpiritus vini, aliorumque potuum generoſiorum abuſu productum Icterum, & huic ſuccedentem Aſcitem, ut plurimum lethalem: Quibus omnibus rite expenſis, cenſeo, ſive locum habeat cujuſvis ductus bilarii obſtructio, ſive talis obſtructio fingi nequeat, Bilem tunc ſubire mutationem notabilem, propter quam moveatur & feratur impetuoſius & copioſius verſus ſanguinem, cui tamen ſolito minus permiſceatur, ſed ipſi duntaxat confundatur, ideóque facilius ab eodem recedat; & non tantum cuti partibúſque externis, verum muſculis quoque atque viſceribus ſe jungat, & illa colore ſuo inficiat & tingat: Bilis enim naturaliter ſe habens, tum in tenui inteſtino, tum etiam cordis ventriculo dextro, haud laxe tantum, ſed intime admiſcetur ac permiſcetur occurrentibus humoribus, & ita quidem ut ab illis amplius ſeparari nequeat: quæ unio fit ob ipſius effervеſcentiam in loco memorato utroque cum confluente Acido junctam: Quoniam igitur deſiderari videtur in Ictero, iſta Bilis cum cæteris humoribus intima conjunctio, ac ſecundum aliquas ſui partes commiſtio, ut & laudata illa effervеſcentia, ſi non in totum, ex parte ſaltem impedita, videndum quo utriuſque hujus effectus, quin & Icteri quoque cauſa innoteſcat, quid requiratur in bile ad effervеſcentiam utramque perficiendam, quidnamque illi advenire poſſit ut ipſam minuat vel tollat: Jam vero notum Effervеſcentiam omnem contingere inter Acidum & Salem lixivum, quodve de Sale lixivo participat, & in quantum de ipſo participat: Quiſquis autem Bilem examinaverit, & tam cum acidis liquoribus quam cum Salibus lixivis qualibuſcunque confuderit, facile capiet Bilem concurrere ad excitandam effervеſcentiam ratione Salis lixivi, ſed multis modis in ipſa multum temperari, ne fiat in corpore potens ac vehemens, adeóque nocens, quin blanda potius & naturæ amica Effervеſcentia: Quod ſi Salis lixivi rationem habeat in Effervеſcentia excitanda Bilis, ulterius pergendum, ac videndum qui affici queat ejus Sal, ut minus ſit ad effervеſcendum aptus: Notum autem per experientiam, iterum Salem lixivum puriſſimum, adeóque acerrimum, eſſe ad effervеſcendum aptiſſimum: eundem contra quomodocunque obtuſum, ad effervеſcendum reddi plus minúſve ineptum: Obtundunt verò Salis lixivi acrimoniam plura & 1°. quidem omne Oleoſum & pingue, quod teſtatur Sapo quivis: 2. Omne ſpirituoſum volatile, quod teſtatur Tartari Sal, cum ſpiritu vini rectificatiſſimo volatile factum. 3. Omne terreum, quod teſtantur corallia, margaritæ, oculi cancri, creta & alia plura: Salis lixivi effervеſcentiam promovet, facilitátque aqua, ſi pauca ipſi jungatur: eandemque infringit & offuſcat, ſi multa ei effundatur: Solus Ignis ejuſdem lixivi Salis acrimoniam acuit & auget; unde quo diutius illud urgetur ignis vi & flamma, eo redditur idem acrius, & ad potenter ac vehementer effervеſcendum convenientius: Hæc omnia ut præſenti negotio accommodemus, atque doctrinæ de Ictero lucem optatam afferamus: Quiſquis attente Bilem conſideraverit, agnoſcet facile non parum oleoſi & pinguis ei ſecundum naturam eſſe admiſtum: propter quod, utpote potentiſſimum ac efficaciſſimum, adeóque primarium acrimoniæ Salinæ retundens, nunquam & magna, durante ſanitate, obſervatur bilis aut in corde aut in tenui inteſtino effervеſcentia. Eidem Bili admiſtum eſſe Salis volatilis aliquid, dignoſcet quiſquis non tantum nervos ſatis grandes viderit ad Hepar deductos, ſed inſuper ipſam cognoverit rebus quibuſvis facile admiſceri: quod non fieret niſi ei permiſtus eſſet notabili quantitate ſpiritus volatilis: nam ob comitem oleoſitatem volatilem difficilius admiſcetur rebus omnibus Sal lixivus, cui quoties junctus eſt ſpiritus volatilis, toties aptior fit ad illam cum ſingulis commiſtionem abſolvendam: Sed eo ipſo redditur inſuper Sal bilis temperatius, unde hactenus quoque blandior exiſtit ejuſdem in ſtatu naturali effervеſcentia: In Bile aliquid reperitur Terræ; non tamen tantum ac multi male putant, alias minus eſſet mobilis & fluida, minúſve aliis ſe inſinuans, quin etiam mobilia præſtans, ſicut id peculiariter patet in colorum materia, quæ à bile admiſta redditur fluidior & ad pingendum aptior: ab admiſta vero terra, etiam pauca, infringitur Bilis effervеſcentia, ne in ſtatu ſanitatis contingat potens acriſque: Ignis vero in humano corpore talis tantúſque fingi nequit, à quo uri acriorque, fieri queat Bilis Sal lixivus, nequidem in ſtatu recedente maxime à naturali: cum ſi quis rem rite examinaverit, primaria caloris intenſioris in ſtatu naturali, aut præter naturali, cauſa in corpore ipſo exiſtens ſit à bile petenda deducendáque: Errant enim qui ſolum Ignem eſſe agens, & quidem univerſale putant, quod rebus omnibus naturalibus omnem afferat mutationem: Experimenta enim Chymica oſtendunt infinitas mutationes occurrere quæ ab Igne deduci nequeant, & non paucas quæ Igni adverſantur: Dixi autem caloris cauſam primariam in corpore exiſtentem, ſive Internam; quo diſtinguam ipſam ab Externa quavis, quam nil impedit poſſe aut ignem vulgarem, quovis pabulo ſuſtentatum, eſſe, aut Solem, à quibus humores omnes, ac præcipue bilem, acriores fieri nulli non notum: Quoties proinde acrior redditur in humano corpore bilis, & quidem acrimonia propria, & in Sale lixivo conſiſtente, toties acrimonia illa quærenda deducendáque ab externo igne nunc Solis, nunc Foci: Dixi acrimonia propria, quo diſtinguatur ab accidentali, quæ ipſi ex admiſto acido acri contingit, quod bilem producit nunc æruginoſam, nunc atram, prout nimirum magis vel minus acre acidum bili admiſcetur, & compoſitum humorem conſtituit, uno licet Bilis nomine notum; Cum proinde inter ea quæ in corpore inveniuntur, atque inter cauſas internas referri poſſunt ac debent, nil occurrat quod Bilem poſſit reddere acriorem præter ſuccum acidum, facile quoque patet cui adſcribi debeat bilis incendium; His ita præmiſſis, quærendum porro, cuionam præſertim debeat ſuam in Ictero ſe humoribus cæteris permiſcendi ac intime uniendi ineptitudinem Bilis? Hoc ut pateat, conſiderandum ſæpenumero Icterum brevi temporis ſpatio excitari à Viperæ morſu: cujus venenum

nenum; quoniam celeriter opus ſuum abſolvere ſolet, valde mobile, adeóque ſubtile, quin naturæ volatilis & ſpirituoſæ omnino cenſendum: A ſpiritu valde volatili copioſius bili admiſto, ipſamque ſpirituoſiorem faciente, Icterum produci poſſe, confirmare videtur Icterus, ſat ſæpe vini generoſioris, ac præſertim ejus ſpiritus, potatoribus, propter neglecta ſimul alia alimenta ſolidiora ſuperveniens, ac imprimis quando aliquis animi mœror præceſſit permanétque. Adeo ut oon videatur mihi improbabile Bilem ad Icterum producendum reddi, nunc à veneno viperę penetrantiſſimo & ſpirituoſiſſimo brevi tempore, nunc à potu generoſiore diutine uſurpato, ſed longiori tempore, nimium ſpirituoſam, & ad convenienter cum acidis efferveſcendum, binc & humoribus cæteris ſe intime jungendum minus aptam. Sed dicat aliquis rei attentus, Si à veneoo Viperæ, aut à potu generoſiore ita immutari poteſt bilis, ut abſque obſtructione in ductibus bilariis exiſtente, produci queat Icterus, non deſinet ſaltem ad tenue inteſtinnm deduci bilis, à qua licet minor ac debilior contingat ibidem cum ſucco Pancreatico efferveſcentia, quidni ab eadem ſaltem tinguntur alvi excrementa, ut alias fieri ſolet? Reſpondeo 1. in omni Ictero haud æque albicantia, ideóque minus flavo bilis colore tinctas occurere fæces: unde judico alias plus, alias minus bilis admiſceri quoque in Ictero alvi excrementis, à quibus plus vel minus tinguntur. 2. In omni Ictero haud æque male affectam eſſe bilem: unde hactenus quoque magis vel minus ipſa excrementis alvi admiſceri poteſt eadémque tingere. 3. ut à bile rite tingantur alvi excrementa, deſiderari præviam & ſufficientem ejuſdem cum ſucco Pancreatico efferveſceotiam, ob quam ejus partes diverſæ ab invicem ſecedunt, ac tincturam habentes excrementis junguntur: 4°: Si durante Ictero ſpirituoſior & volatilior, ideòque fluidior & mobilior exiſtat bilis, poterit eadem facilius penetrare ex hepatis glanduloſis acinis per minimos ſuos ductus ad venæ cavæ radices, atque cum ſanguine ad cor: maxime ſi ab eadem bile ſpirituoſiore irritatus arctius contrahatur, aut etiam aliquando obſtruatur ductus bilarius inteſtinalis, quam ob rem facto ad hepar impetu, in eodem perſiſtar bilis, neglecta ordinaria ſua, licet ampla, verſus inteſtinum tenue via: Poteſt námque fieri ut ſi non obſtruatur in totum, anguſtetur ſaltem ductus bilarius inteſtinalis à pituita, imprimis poſt mœrorem gravem viſcoſiore facta, ipſum quovis modo obducente: vel à bile ſpirituoſiore facta, ideóque turgente, ac è ſuo folliculo effuſa, irritetur idem Ductus ad ſui contractionem arctiorem, propter quam ipſi tranſitus denegetur liber ad inteſtinum, atque adeo ipſa ſurſum ad Hepar feratur pene tota per Ductum Hepaticum, mox cum ſanguine ad dextrum cordis veotriculum delata, cum deſcendente ac lymphatico ſanguine ſolito minus efferveſcat, ideoque ſanguinis maſſa toti magis confundatur quam permiſceatur, mox ubique à ſanguine recedens, partes quaſvis colore ſuo inficiat & ad nutritionem naturalem minus aptas reddat, quocirca ſenſim ſuccedat Ictero vel atrophia vel hydrops, ni brevi curetur: Quamvis eoim non putem requiri neceſſario ad Icterum producendum Bilarii ductus obſtructionem, non video tamen cur non poſſit aliquando ipſa præbere anſam Ictero, dum ſiſtendo Bilem naturali ſuo effluxu in tenue inteſtinum, cauſa eſt quod bilis ibidem moram nectens alteratur, &, ſi ita loqui fas eſt, ſpirituaſcat, tum acceſſu majore ſpiritus animalis, tum exaltatione atque attenuatione ulterio re partium ipſam conſtituentium: Hoc vel inde patere videtur quod multis, antequam Icterum patiantur, ſolet ſumma in dextro hypochondrio, ubi obſervatur inteſtinalis Ductus inſertio in tenue inteſtinum, ſentiri anxietas, præcedente nonnunquam mœrore gravi, alimentorúmve pituitoſorum abuſu: mœrore autem ſolent humores omnes reddi glutinoſi ac viſcoſi, maxime in tenui inteſtino, & quidem c ſuccum pancreaticum idcirco factum auſteriorem undecunque autem pituita exiſtat glutinoſa & viſcoſa, eadem apta eſt nata in tenui inteſtino Ductus bilarii orificium obducere atque obſtruere, ſicque bilis deſcenſum exitúmque impedire, quapropter anguſtia excitabitur ibi loci à bile in ootatam pituitam vim ſuam exerente, atque flatus, ex ipſa producente, dum pars reliqua in ſemetipſam agens attenuatur, ſpirituaſcit & tandem Icterum excitat. Ex his videor mihi non improbabilem Icteri, abſque bilarii Ductus obſtructione neceſſaria, geoerandi modum & rationem inveniſſe, Auctam ſcilicet bilis tenuitatem & ſpirituoſitatem, ideóque ad ritè & ſatis efferveſcendum ineptitudinem: quam idcirco in Bile notavi, quoniam obſervatur ipſa tunc ſaoguini non tam permiſceri quam confundi. Videndum porro an ſymptomata Ictero familiaria, & ſuperius ootata, deduci queant à modo aſſignata ejus cauſa: denique an non ejuſdem curatio eidem quadret? Compreſſivi cordis doloris eadem cauſa eſt quam dixi paulo ante, eſt Anxietatum circa ventriculi regionem inferiorem, in tenui inteſtino excitatarum. Pituita glutinoſa ibidem coacervata, & in flatus ex parte deducta, continentéſque partes diduceos, angens ac premens: Lancinationes in dextro hypochondrio adſcribendæ humori acido & pancreatico, à bile parcius accedente minus fracto, adeóque puriori, noxámque ſuam potentius exſerenti, parteſque ſenſiles pungenti & lancinanti: Alvi excremeota ſolito ſunt minus tincta, tum ob bilem parcius accedentem, tum ob eandem minus efferveſcentem, ideóque partes ſuas tingentes minus ad ipſa inficienda deferentem. Segnius ad dejiciendum ſollicitantur ægri ob cauſam eandem, minúſque acrem bilem: Urinæ obſcure rubent, ob bilem copioſam & tinctura multa prægnantem ipſis admiſtam. In cute tota, ſed in primis magis tenera, qualis eſt faciei, colli, manuum, quin carne univerſa, exoritur diverſus color flavus ab eadem bile, ob auctam ſuam ſpiritooſitatem, partiúmque ſuarum unionem intimiorem, minus quoque in corde efferveſcente, minus proinde ſanguini ſe permiſcente; quin potius ipſi duntaxat confuſa, ideoque notatis partibus ubique, dum transfluit cum ipſo, adhæreote, atque colore ſuo flavo, nunc pallidiore, nunc obſcuriore, atque ad viriditatem quandoque vergente, ipſas inficiente: Inclinante Ictero ſeotitur in corporis ſuperficie pruritus, propter efferveſcentiam ubique reſuſcitatam, & halitus ſubacres inde erumpentes, atq; partes ſenſiles blande mordicantes. Fieri enim nequit quin poſtquam uſu medicamentorum convenienrium correcta eſt, non tantum in ſuo folliculo, in quo multa eſt collecta, verum in univerſa quoque ſanguinis maſſa, cui eſt confuſa, quin partibus continentibus & ſolidis omnibus, quibus adhæret, bilis ubique ad occurſum ſucci pancreatis & lymphæ, imo ipſius ſanguinis ſolito accidioris (qood io cujuſdam Icterici mortui ſectione memini me obſervare) excitetur quam priùs potentior efferveſcentia, ex qua proinde halitus attollantur ſubacres, qui ad ſenſiles partes, ac præſertim cutim delati, pruritum ibi pariant: Quæ modo dixi confirmabuotur amplius ex Icteri curatione, quæ in eo conſiſtet ut 1. Remo-

ſiores cauſæ, animi mœror, alimentorum viſcoſorum, potûve generoſioris abuſus tollantur. 2. Mediæ cauſæ, pituita glutinoſa, ductum bilarium obducens aut obſtruens, quoties locum habet, aut venenum qualecunque bilem inmutans & vitians, corrigantur ac emoveantur. 3. Cauſæ proximæ, **Bilis** corrupta & vitiata, nimium ſcil. ſpirituoſa, & ad ritè effervefcendum ineptior facta emendetur, & ad inteſtinum iterum deducatur. 4. Color cutis fœdus ſeparetur & naturalis reſtituatur, &c. *Idem ibidem.*

Observatio III.

Icterici ſectio à Clar. Sylvio *anno 1664. adminiſtrata, In quo folliculus fellis ſolito major, ac bile turgens deprehenſus, Hepar coloris ex flavo obſcure vireſcentis, &c.*

DE querelis Martini Hanskenii, ex obſervationibus meis practicis, in Noſocomio notatis, hæc præmittenda duxi VIII. *Maii* conqueritur de doloribus utriuſq; hypochondrii, qui à motu ita augentur ut fere intolerabiles ſint, quos etiam tranſverſim in ventre cinguli inſtar ſentit, Decumbens paulo melius habet: Per duos jam annos laboravit hoc affectu, ſed initio adhuc ambulare potuit; Jam vero per ſeptem hebdomadas in Noſocomio, & per 8. domi fere ſemper decubuit: conflictatur jam per annos 4. vel 5. cum variis morbis, tandem fit Ictericus. Præſcripta illi ſunt à Medico ordinario varia, à quibus nullum levamen ſenſit. Inter cætera & oleum juniperinum & Philonium, à quibus ſemper pejus habuit: ab aſſumpto alimento moleſtias majores ſentit, 5. horis circiter poſt alimenta aſſumpta: hora 6. veſpertina cœnat, & deinde per mediam fere noctem ſe hinc inde jactat, nec dormire poteſt, deinde obdormiſcit, ſed vix per ſemihoram continuam: Non aſſumit niſi juſcula. Totus fere oſſeus, Alvus morigera eſt: quotidie dejicit, excrementa albicant. Vires animales quoad motum ſunt valde debiles: Appetitus integer, etiam ſapor, digeſtio male habet: Reſpiratio quandoque difficilior, imprimis à ſumpto cibo: conqueritur de frigore præſertim in pedibus: N. 1°. *Ictero rarò febris conjuncta eſt: 2. Non tantum ſuperficies cutis, ſed etiam ipſa caro Ictericorum flavet, quod ex cadaveribus diſſectis patet.* D. *Sylvius* judicat acidum in eo nimis acre, propter dolores graves, appetitum integrum: Pituitam item viſcidam abundare, propter diuturnitatem morbi & ſenſum doloris gravativi, quare ſequentia præſcripta. ℞. *aq. cochl. menth. aa.* ℥j *theriac. ſ.* ℥ß: *laud. op. gr. ij. ſyr. cochl.* ℥j. *m.* 9. *Maii.* non eſt ſine animi mœrore æger, propter uxorem & liberos: Heri non aſſumpſit, ſed hodie aliquot cochlearia miſturæ, unde id commodi habet quod dolor in hypochondriis non eſt tantus: Iteretur itaque miſtura 10. *Maii* die præcedente nocte melius ſolito dormivit, & ille dolor qui inſtar cinguli abdomen afficiebat, magis ad interiora tendere videtur, dejicit commode: Fæces paulo magis tinctæ ac antea fuerant. 12. *Maii* in pejus ruit ob defectum medicamentorum: Iteretur miſtura die 8. præſcripta, 15. *Maii* conqueritur de dolore magis interius quam exterius urgentibus: Senſit humorem in ſiniſtro crure à genu ad pedem uſque: Forſan in hydropem incidet, quod facile fieri poteſt, & ſæpe fit. Senſit frigus & humorem per totum corpus diſtribui ab aſſumpto potu, *quia potus cum parte pituitæ ſoluta* per venas lacteas in corpus diſtribuitur. Iteretur miſtura die 8. præſcripta. NB. *Qui in hydropem incidentes multum bibunt, in iis plerumque hydrops ſe primum in abdomine manifeſtat, Qui vero ſobrii ſunt in potu, in iis plerumque in pedibus ſe primum manifeſtat.* 16. *Maii* non adfuimus Noſocomio. 17. levamen ſentit, perget uti præſcripto: 19. *Maii* proficit in melius; 20. *die* habuit paroxyſmum ſebrilem. & quidem frigus circa 10. matutinam initium fecit. Conqueritur de debilitate genuum: Obſervat in ipſa febre quoſdam dolores, præcipue circa articulos, qui ſimul ac in ſomnum incidit, caput petunt, & tunc quaſi delirium ſentit. *Die* 21. per totum corpus dolorem moleſtum ſentit & debilis eſt, habet quod ſumat: 22. Dolor per totum corpus auctus: Surrexerat circa meridiem, & frigus tunc ſenſit, nunc aliquem calorem habet, pulſus eſt frequentior. Appetitus proſtratus, fauces ſiccæ ℞. *rad. petroſ. fœnic. apii aa.* ℥j. *coq. in aq. pura, in colat* ℥xxv. *diſſolve ſyr. de* 5. *rad.* ℥ij *ſal. prunell.* ʒj m. 23. *Die* pulſus paulo melius habet, febricula levior: Præſcripto uti perget. 28. *die* conqueritur de ſapore ſalſo, quem in decocto deprehendit; Lingua flava eſt quaſi fiſſa; Æſtus, deglutitio & reſpiratio difficilis, Emaciatio. ℞ *aq. petroſel. fœnic. aa.* ℥j. *ſyr. de* 5. *rad.* ʒvi. *occul. cancr.* ʒß. *acet. ſtillat.* ℥ß. m. 29. *die* paulo melius habet: Utetur præſcripta heri miſtura. 30. *die* iteretur miſtura 28. *Maii* præſcripta: 2. *Junii* iteretur miſtura 20. *Maii* præſcripta. ℞. *Sacch. alth.* ℥ij. 6. *die* paulo melius habet, Pulſus robuſtior, dejicit ſponte, appetit varia, ſed ſimul ac quædam ex iſtis quæ tantopere expetiverat comedit, nauſeat eadem: De deglutitionis difficultate conqueritur: videntur prope gulam quædam puſtulæ albicantes inſtar aphtharum. ℞. *aq. pluv. q. s. adde paulum aceti & ſacch. utetur tepide pro gargariſmo:* Iteretur miſtura

28. *Maii* præſcripta. 9. *die* deglutitio adhuc difficilis: pulſus paulo robuſtior: habet quod ſumat. 10. *die* pejus habet ac heri: pulſus paulo frequentior: in robore ac magnitudine vix judicatur: Reſpiratio difficilior, Sitis urget. Per 8. jam dies amarum in ore ſentit ſaporem, imprimis vero hodie. ♃. *aq. cichor. fœnic. aa.* ℥j. *ſyr. de* 5. *radic.* ℥j. *ſpir. ſal. dulcis* ℈j. m. *N. Syr. V. Salis d. radic.* vim habet incidendi, ſolvendi pituitam viſcidam Ω ad appetitum. 11. *die* de vigiliis conqueritur. Alimenta commodius appetir & conſumit; alios in eodem ſtatu. Habet medicamenta: 12. *die* Iteretur miſtura. 10. *Iunii* præſcripta: adde laud. op. gr. ij. ob vigilias. Aſſumat veſperi dormiturus: 13. *die* commodius jam ſomnum ſumit: habet medicamenta 13. *Iun.* appetitus reſtituitur, Somnus mediocris, vires dejiciuntur: 17. *die* eodem modo ſe habet. ♃. *Sapon. ven. nuc. moſch. magnitudine, diſſolve in lacte dulci, capiet quandoque cochleare.* 15. *die* itererur miſtura 10. *Iunii* præſctipta: 20. *die* appetitus indies reſtituitur magis magíſque, aſſumpta alimenta minus ſolito gravant: viſus ante biennium obſcurari cœpit, & nunc in dies magis obſcuratur. *die* 22. *Iun.* conqueritur adhuc de ſumma crurum debilitate: Appetitus permanet integer poſtquam ſpit. Olis dulci eſt uſus, Somnus impeditus & vigiliæ fere continuæ, De viſu obſcurato valde conqueritur, vider tamen ſingula debito colore. ♃. *aq. euphr.* ℥iß. *fœnic.* ℥j. *ſyr. cochl. fœnic. aa.* ℥ß. Ω. Θ. *dulc.* ℈j. *laud. Op. gr. ij.* m. cochleatim ſumat, 25. *die* calor ſemper moleſtus. Videtur aliquanto clarius videre adſtantes: putat felicius ſeſe habiturum ab aſſumpta minori miſturæ quantitate, cum à majori alvus ſemper adſtrictior ſit. Appetitus omnino reſtitutus, alimenta etiam recte ſapiunt, carnes tamen non generantur. ♃. *Sem. cannabis, decoque in lacte dulci*, capiat una vice ejus decocti ʒij. 27. die melius ſe haber: heri male habuir à decocto cannabis ſem. ob nimiam ejus aſſumptam copiam, cnm loco ʒij. dimidiam pintam hauſerit: haber adhuc quod ſumat, 30. *die* ſtatus mediocris; non in pejus ruit, nec multum etiam proficit: Sedens vel decumbens ægre ſurgit: Habuit aliquot abhinc annis dolores in ſiniſtra ſcapula & toto illo latere, ad inferiora uſque qui nunc ceſſant. Iteretur miſtura 23. *Iun.* præſcripta. *Die* 1. *Iulii* in dies magis magíſque proficit, color faciei non amplius tam flavus, clarius etiam quam prius videte poteſt: habet medicamenta: *die* 2. *Iul.* in dies melius habet ab aſſumpto decocto cum ſemine cannabis. 3. *Iul.* in eodem eſt ſtatu: *die* 4. proficit: Iteretur miſtura 23. *Iun.* præſcripta. *die* 7. proficit in omnibus, excepto motu corporis; iteretur miſt. *Die* 8. in eodem ſtatu, adde miſturæ die 23. *Iun.* præſcriptæ *Ol. mac. ſtill. gutt. iij. die* 9. *Iul.* iteretur miſtur. 23. *Iun.* præſcripta, *adde ol. ol. mac. ſtill. gtt. iij. die* 14. iteretur miſtura 23. *Iunii* præſcripta *adde ol. mac. ſtill. gtt. iij.* ad diſcutiendos flatus: *die* 15. in eodem ſtatu, *ut & 16. Die* 17. urina valde tincta, alias in eodem ſtatu: *die* 18. excrementa albicantia ſunt minúſque mollia, Iteretur miſtura 23. *Iun.* præſcripta, *adde ol. mac. ſtill. gtt. iij. die* 20. in eodem ſtatu, habet medicamenta: *die* 22. iteretur miſtura 23. præſcripta, cum *gtt. iij. ol. macer. Die* 23. in eodem ſtatu: Ad tumorem pedum utetur decocto furfurum cum ſale, pro lavacro pedum: *die* 28. in pleriſque levamen ſentit, ſolæ vires debiles, excrementa alvi adhuc albicant: pergit uti decocto cannabis cum lacte: Iteretur miſtura 23. *Iun.* præſcr. cum *ol. mac. gtt. iij. Die* 29. haber medicamenta: *Die* 1. *Aug.* iteretur miſtura 23. Jun. cum *gtt. ol. mac.* Die 4. iteretur duplo miſt. 23. Jun. præſcripta, cum *ol. mac. gtt.* 6. vtetur porro decocto ſem. cann. cum lacte: Anno 1664. die 10. Nov. frequentante iterum Noſocomium Cl. *Sylvio*, invenimus eundem quod ad omnia ſymptomata iterum in ſtatu pejote: omiſit uſum decocti ſemin. cannabis: Præterito menſe cum exiret aliquando in publicum, capitis dolorem vertiginémque expertus eſt, & deinde etiam capillorum defluvium, Sanguis etiam præterito menſis tempore copioſus è naribus effluxit, ſputúmque ſanguinolentum dejecit, quod ſine dubio fluentis ſanguinis parte in fauces decidente ita tinctum eſt: Somnus paucus, interceptus, alvi dejectio multa, Excrementa albicantia. Pet tres dies levem habuit alvi fluxum cum torminibus: Parum ſitit, appetitus cibi integer, bene aſſumit, ſed gravatut ab aſſumptis, neque nutritur ſed ſenſim fit macilentior: Tumor levis in pedibus, hydropis initia, ventris tamen tumor adhuc nullus eſt: Lancinationes in articulis inferioribus, ut in flexura genuum, &c. Sitis nulla. ♃. *rad. galangæ, enul. camp. aa.* ʒß. *ſem. aniſ. fœnic. aa.* ʒj. *ſummit. abſinth. abrotoni, aa. man.* ß. conciſa & craſſe contuſa indantur ſacculo, ſuſpendantúrque in pinta vini, De liquore bibet mane. Inſerviet medicamentum, ut ejus ope defectus bilis ad inteſtina non defluentis reſtituatur, ſitque loco bilis ibidem: *Die* 12. *Nov.* queritur de ſummo dolore lancinante, in dextro hypochondrio imprimis, quoties corpus dextrorſum intorquet: Plus dejecit quam ante, parum quidem ſingulis vicibus, detur ſæpius: Affundetur iterum præſcriptis ſpeciebus vinum, continuabitque in uſus ejus. *Die* 13. excrementa adhuc ſubalbida: hodie mane alacrior fuit quam nunc eſt, Hypochondrii dextri dolores adhuc ſentit: Subinde quoque aquas circa ventriculum quaſi fluitantes, unde metus eſt leipothymiæ, hodie non tam frequentet dejecit: *Die* 14. hab

me dic

medicamenta: *die* 17. *Nov.* capitis doloribus continuo infeſtatur, lancinationibúſque in dextro hypochondrio, unde reſpiratio quoque impeditur: Parum quieſcit. Quotieſcunque aſſumit vinum præſctiptum, levi vertigine corripitur: Videtur medicamentum illud bilem nimis ácrem reddete, abſtinebit proinde per diem ab uſu illius: *Die* 19. ante tres dies incidit in gravedinem & tuſſim: Excrementa nondum tincta: Subinde cardialgiam patitut, Capitis dolor ante gravior quam nunc: Quatet dejecit: In hypochondriis adhuc malum perdurat; ſuperioti anno gravedinem ſimilem paſſus eſt. ♃. *aq. beton. petroſel. fœnic. aa.* ℥j. *theriac. ſ.* ʒvj. *laud. op. gr. iij. ſyr. de* 5°. *radic.* ℥j. *m.* *Die* 20. aſſidens foco paroxyſmum febrilem ſenſit, A miſtura præſcripra melius paulo habet *Die* 21. melius habet: perget uti medicamento, quod iteretur. *Die* 15. ſenſim magis debilitatur: Non poteſt jam tandiu extra lectum ſe ſuſtentare. Heri veſperi iterum febrilem paroxyſmum paſſus eſt, cum levi frigore per univerſum corpus, unde ſomnus magis interruptus fuit. Videtur Quartana, cum die ♃. etiam ſenſerit paroxyſmum: Copioſe hodie dejecit, retulítque excrementa jam magis tincta fuiſſe: Servabit cras illa: *Die* 25. *Nov.* ſenſim magis labefactatut: gravedine & tuſſi moleſta jam ab octo diebus laborat, quæ augetur ab humoribus à capite in pectus deſcẽdentibus: Dolores in hypochondtiis jam remiſſiotes: Non haber medicamenta: Iteretur miſtio 19. præſcripta. Excrementa ſimilia heſternis, & adhuc albicantia. *Die* 26. hac nocte quater liquida dejecit, nullo purgante ſumpto: Color excrementotum manet cœruleus; Gravedo & tuſſis perſtant: *die* 27. æger debilis eſt, pulſus ſimul; hac nocte & interdiu quinquies dejecit & liquida: *die* 28. habet aliquantulum melius, bis tantum dejecit, obiit 1. Decembris.

In ſectione hac occurrebant, Cutis univerſa flaveſcens; Aperto abdomine membranæ, & pinguedines imprimis, flavo colore infectæ, carnes non item, quæ ſolito magis tantum pallebant & flaccidæ erant. Penis glans tamen flaveſcebat, In abdom. inſignis quantitas aquoſi humotis, quæ in magna quantitate ſpectata rubra, in parva vero flava videbatur, eodem plane modo ac ſi croco tincta fuiſſet. Quæ in fundo erat aqua, rubicundior erat, & ad ſanguinis colorem magis accedebat. Intra tunicas Omenti cruoris aliquantulum inveniebatur, qui copioſior in abdominis fundo occurrebat firmiter, & in longum inſtar Polypi concretus & cum liene cohærens: Omentum variis quaſi glandulis interſperſum, quas pinguedinem corruptam Cl. *Sylvius* judicabat. Lienis membrana tenerrima erat, ut & tota ejus ſubſtantia, quæ plane ſanguinis concreti conſiſtentiam habebat, fibræ tamen ſatis firmæ. In una ejus parte membrana ad notabilem latitudinem rupta erat, ita ut vaſa ejus apparerent: Ex illa ſine dubio ſanguis profluxerat qui aquam illam in abdomine contentam adeo tinxit, quem mirum eſt non magis conctetum & coagulatum fuiſſe.

Ventriculus cum inteſtinis flavens tuménſque; Color hepatis ex flavo obſcure vireſcebat: Pulmones lividi & cæteris inteſtinis flaviores. Coſtæ valde teneræ & nullo labore frangibiles & ſciſſiles. Cl. *Sylvius* eaſdem aliquando ejuſdem duritiei in aliquo qui aneuriſmate obierat, deprehendit: Folliculus fellis ſolito major ac bile turgens, coloríſque albi, cum plerumque ſubviridi, videatut. Dexter ren valde exilis. Separatis ductibus bilariis, epatico nempe, cyſtico & inteſtinali facta que, proxime ſubligatura, in ſuperiore epatici parte inſtituta, foràmine, immiſſus ope tubuli leniter flatus ad inteſtina ſine impedimento penettavit, uti & immiſſus humor cœruleus. Immiſſus deinde ab inteſtino verſus epar flatus etiam facile in folliculum fellis penetravit, nullo tamen modo potuit inde iterum exprimi: quod Cl. *Sylvius* jam antea notavetat: Diſſecto per longitudinem inteſtinali ductu, apparuit in illo materia viſcida. Ductus cyſticus magis hians, ſive inflexus verſus epaticum quam verſus inteſtinalem. Bilis in folliculo contenta juſto viſcidior, coloríſque diluti, ita ut immiſſum linteum non magis tingat quam urina ictericorum. Immiſſus in ductum Hepaticum flatus, obſervatus penetrate in ipſum etiam folliculum, ubi is epati annexus: Inteſtinum tenue non ita interius obductum pituita viſcida erat, uti ſolet alias: Pericardium cum ſua pinguedine flavebat impenſe. Liquor contentus paucus, flavus, ſubſalſus & parumper amaricans. Cranii exterior ſuperficies flavens: Oſſis frontis intetior ſuperficies colore flavo infecta, cæterorum non item. Dura meninx flaveſcens, ut & liquor ſub ea conſpicuus cujus ſapot non erat notabilis. Tenuis meninx minus flava: Cerebri ſubſtantia ſatis alba: In ventriculis liquor ſatis copioſus, limpidus, ſubſalſus: Plexus choroides valde glanduloſus: ſubſtantia infundibuli extrema in quam deſinit, ſubrubra, quodammodo carni ſimile, quod ſæpius obſervatur. *Matthias Paiſenius in Miſcell. cur. ann.* 4. & 5. *sbſerv.* 194.

OBSERV.

Observatio IV.

Iɫterus à Iecore indurato, lapillis referto.

MEmini ego nonnullorum, qui ab Iɫtero in Aſciten delapſi erant, Iecinora vidiſſe adeo dura, & lapillis adeo plena, ut novacula præſcindi non potuerint. *Dodonæus ad cap. 3 Benivenii de abditis.*

Scholia.

A Simili cauſa productum fuiſſe Iɫterum judicavit *Plerus* in Nobili quodam Iɫterico & cacheɫtico, qui dolorem in regione Hepatis ex compreſſione ſentiens, urináſque effundens copioſis, arenulis adeo rubicundis & cruentis refertas, ut ex contaɫtu lintea tingerent, ab iis malis ejuſmodi excretione liberatus eſt.

Observatio V.

Iɫterus ab Hepate vitiato & ſubviridi.

REligioſus toto corpote ſubviridis referebat colorem qui Gallis *fueille morte*.

In cadavere defunɫti nulla obſtruɫtio aliáve reperta fuit ejus cauſa, prætet parenchyma Jecinoris concolor. *Ioh. Rhodius Centur. 3. obſerv. 21.*

Scholia.

HUjus forſan commatis urina viridis de qua *Actuarius* cap. 8. quam pravæ cujuſdam corruptæq; bilis exuſtionem ſignificare tradit idem meth. med. cap. 13. Auriginem *Theophilus de urinis* cap. 6 viſcerum tumorem doloréinq; cum aliquo periculo aut certe corpus integrum non eſſe.

Observatio VI.

Iɫterus ab Hepatis vitio quod ὑπόχλωρον erat.

COmitis Chaulnei filius Iɫtericus factus eſt & mortis appetens: is annos natus 14. olim venuſtulus, lepidulus & bonæ indolis, facilis, poſtea vero illepidulus, moroſus & ſubtriſtis, cervicoſus. Iɫtericus factus derepente: febricula, *alvi profluvium albicans*, fœtens & corruptum, ita perſeveravit per dies 15. medicamenta obſtinate abhorruit: Cùm nil tale cogitaretur, ſtridebat dentibus, ad interrogat non reſpondebat, mane vox querula & horribilis: tota die ἄφωνος, convellebatur noɫte, velut exſtaticus erat: vox inarticulata & ejulatus magnus, convulſiones, mors; Exſpirando è naribus excrevit neſcio quid ſubnigrum & ſubviride: Dubitabamus an id à cerebro eſſet, an recurſus liquoris medicamenti quod datum erat ad os, & ab ore ad nares.

In cerebro nihil commemorabile deprehenſum eſt quod mortis cauſa fuiſſet. Pulmo vitium inſigne contraxerat: vitioſius erat *Epar, & velut ὑπόχλωρον: anno ſuperiore ante mortem exanthematis fœdiſſimis laboraverat*, & ab eo tempore non belle habuerat. *Galenus* ſimile quid annotavit in hiſtoria de eo qui repente phreniticus factus paulo poſt interiit: Non interiit, *inquit*, vi phrenitidis, ſed ob dominatum humorum virulentorum qui ſua malignitate vires, veneni adæquant. *Ballonius Epid. & Ephem. lib. 2. p. 244.*

Scholia.

IN *Cerebro nihil commemorabile deprehenſum*] Dentium ſtridor, vox querula & horribilis, aphonia, convulſiones, &c. læſi cerebri argumenta erant, Notandum verò (cum ea omnia ſymptomata ſpaſmodica ſint) ex *Willis*, in cõvulſione locum affectum, ſeu materiæ irritativæ ſedem, non ſolum eſſe ſyſtematis nervoſi initium, ſed aliquando ejus extremitates, aliquando medios nervorum proceſſus, ac præcipue eorum plexus: Videantur quæ ex ejus pathologia cerebri adducta ſunt *tit. de Convulſione lib.* 1.

Alvi profluvium albicans] Cur aliquando excrementa in Iɫtero albicent, aliquando croceo colore tingantur, explicat *Riolanus* Encheirid. Anatom. lib. 2. cap. 25. Cùm video, *inquit*, in Iɫtero flaviſſimo totam cutim ſuffuſam bile, urinas tingere flavo colore lintea, dejeɫtiones albicantes: In alio vero Iɫtero urinas flavas & dejeɫtiones conſimiles, id confirmat duplicem eſſe bilem, & diverſos meatus ad ejus expurgationem: In Iɫtero flaviſſimo, cum dejeɫtionibus albicantibus, meatus bilarius Hepaticus eſt obſtructus in cavis Hepatis: Quando in alio Iɫtero dejeɫtiones ſunt flavæ, vel quantitatem bilis denotant, ruentis per inteſtina & urinas, atque non eſt tanta obſtruɫtio, nec adeo pervicax ut in Iɫtero flaviſſimo, ideóque ſpes curationis breviter expeɫtanda.

Hepar velut ὑπόχλωρον] Bilis omnino majorem in Hepate proventum eſſe quàm hactenus credebatur, feliciſſimo invento *Fr. Gliſſonii* innotuit: quotquot enim rami venæ portæ per epar diſperguntur, tot ramuſculos ductum biliferorum ipſi accumbere libro de Hepate docuit, ipſique ſenſus id probant. Si itaq; liberior bilis excretio per ductum & poros cholidechos impediatur, regurgitat illa in cavam, ſanguini permiſcetur; ac ſero diluta minutiſſimos quoq; meatus tranſit, ut Iɫterus comprobat, in quo urina crocea evadit, ſudores non raro flavedine lintea tingentes

tes

res emergunt, ac albuginea oculorum tunica, alias denſiſſima flaveſcit, ac proinde nullum dubium eſt interiora cerebri & cerebelli permeare, unde Ictericis ſpontanea laſſitudo, capitis dolor & vertigo quandoque obvenit. *Wepferus Exercit. de Apoplexia p.* 274.

Exanthematis fœdiſſimis laboraverat] Cum excretio illa non eſt ἀξιόλογος, teſtibilis virulentus humor in varios & pernicioſos affectus fœcundus eſt, ac Pulmonibus præſertim bellum indicit. Anno 1673. menſibus Februario, Martio & Aprili, vagati ſunt morbilli, ſine ſævis ſymptomatis & impune, ut videbatur, erumpentes; multi tamen, qui tectè videbantur defuncti, graviſſime laborarunt, peripneumonia præſertim & catarrhis in pulmones affecti ſunt: hos inter filiola mea menſes xvi nata 12. poſt morbillorum diſſipationem die repente interiit, nulla morbi manifeſti præſente nota; ab interitu livebat dorſum, ob conceptam ea parte pulmonum phlegmonem hincque gangrænam: Quibus vel debilis fuit natura, vel materia non obſequens aut prona in peripheriam, iis lethaliter in pulmones decubuit.

OBSERVATIO VII.

Icterici inteſtina tumefacta apparuerunt & coloris citrini: Pericardium humore deſtitutum, Sanguis in cordis ventriculis concretus, & ipſius cordis ſubſtantia pravi coloris, &c.

CUm N.N. Tonſor ſanus degeret, cum amico affluentius pranſus eſſet, A comeſtione nonnullis elapſis diebus ſenſim in Icteritiam incidit, ac procedente tempore totum illi corpus virore defœdatum eſt, hinc nulla cura adhibita in fatuitatem & dementiam lapſus eſt, ac tandem vitam cum morte commutavit.

Cadavere aperto, inteſtina tumefacta apparuerunt & coloris citrini: pericardium omni humore deſtitutum. Sanguis in cordis ventriculis congelatus, & ipſius cordis ſubſtantia pravi coloris, caput tumefactum: labia admodum groſſa, Pulmones coloris citrini & ſecundum alas nigricantes, ac mediaſtino & pleuræ adhærentes. Lien mollis ac diffluens, & alia nonnulla ſigna atteſtantia veneni propinationem. *Zacchias Quæſt. Medico Legalium lib. 9. conſ.* 15.

SCHOLIA.

QUæſitum an ex propinato veneno, vel ex ingenito & intrinſeco aliquo morbo occubuiſſet? Exhibitum venenum videtur, cum nulla ſigna ex antecedentibus, comitantibus aut ſubſequentibus hic deeſſe videantur; Et primo urgentiſſima videtur præſumptio quæ ex antecedentibus deſumitur, ac præſertim ex ſtatu defuncti præcedente, cum immediate ante præſumptam veneni acceptionem optima ſanitate frueretur, viribúſque conſtaret: Vide *Galeni* locum 6. de loc. aff. cap. 5. Comitantia ſymptomata id ſuadent, quæ primo fuerunt pernicioſiſſima, terribilia & exitialia, naturam illico proſtrantia ac ſuperantia, quæ non veriſimile eſt accidere potuiſſe ex Icteritia ab interna cauſa procedente, in qua præter immutatum colorem, non ſolent adeſſe talia. 2°. Si modum eventus ſymptomatum ſpectemus, ea non ſenſim & ordine quodam, ut in morbis ab interno veneno provenientibus evenire ſolet, apparuerunt, ſed cum impetu & confeſtim, abſque ordine, quod in exhibito veneno evenire ſolet, ut docet *Cardanus* lib. 2. de venenis cap. 2. Denique ſeries ſymptomatum id docet, quia in veneno ingenito hæc ſymptomata nunquam ſunt ſine febre, Contra in veneno exhibito, ut in caſu noſtro, in quo febris adeſſe non ſolet. His adde ſigna ex cadavere deſumpta, quæ vix occurrunt in corpore naturali morbo extincto, quæ propinato veneno ſunt familiaria. In contrariam partem afferri poteſt, quod ſi exhibitum eſſet venenum, illud fuit aut Corrodens, aut Putrefaciens, aut Inflammans, aut Congelans, aut Tabefaciens, ad quas ſpecies omnia venena reduci poſſunt. Non fuit Corrodens, nam neque ante, neque poſt, neque in ipſa aſſumptione quippiam apparuit quod pro ſigno talis veneni deſumi poſſit. Non Putrefaciens, quia tali maximè patitur primo ſtomachus & jecur, quæ illæſa apparuerunt. Non Inflammans, quia non modo nullus calor adfuit, ſed & à febre fuit immunis æger: Congelantis nulla fuere ſigna, ut nec Tabefacientis. 2. Omnia Venena aut Præſentanea ſunt, quæ ſubito, cum violentia aut paucorum dierum ſpatio operantur: aut Temporanea, quæ lentè, ſenſim & longo poſt tempore. Præſentaneum non fuit exhibitum, per plures enim dies, nempe per dies xxi. nullum evidens ſymptoma, præter mutationem coloris paſſus eſt: deinceps ſymptomata ſenſim apparuerunt: Temporaneum non fuit 1. quia mors nimis propere videretur ſequuta: at tale ad longum tempus opus ſuum retardat, & lentum eſt in operando: 2. quia ejuſmodi omnia ex Tabefacientium numero ſunt. 3. Cum poſita cauſa præſente & patiente prædiſpoſito, neceſſario ſequatur naturalis effectus, Si ſupponatur exhibitum venenum, cauſa in agendo maxime efficax, ſupponatur etiam patiens, quod careat impedimento ad reſiſtendum, debuit neceſſariò ſequi veneni effectus, nempe aut naturæ ſuccumbentia, aut illius pugna cum veneno, quorum neutrum fuit ſequutum, nam patiens ab aſſumptione præſumpti veneni per plures dies incolumis fuit: ab interna ergo cauſa morbus ortus eſt. 4. nulla adfuere ſigna adeſſe ſolita in potionatis, notant enim D. D. omnes venena omnia eſſe mali odoris, aut ſaporis: in aſſumptione nauſeam, vomitum, gulæ ardorem, ſtomachi morſum excitantia, at de talibus à paſtu ſumpto nunquam æger conqueſtus. 5. Accidentia veneno præbito ſupervenientia, cum impetu & vehementia ut plurimum irruunt, non tolerante natura vim improviſam veneni, ſed repellere conante ac ſuperare. Contra verò ſi ab ingenito veneno eveniant, nam ut plurimum ſenſim paulatimque, & ordine quodam ſervato ſuccedunt, juxta aphor. 30. 2. Circa principia omnia debiliora; quia natura interno veneno ob moram in corpore veluti aſſueſcit, hoc autem maxime oſtendit vene

num

num fuiſſe ingenitum: quod in hoc caſu verificatur, nam Patiens ſenſim paulatímque flaveſcere cœpit, nullo alio notabili apparente ſymptomate; in progreſſu, nulláque cura adhibita, alia ſymptomata ſequuta, quæ tandem exacerbata mortem intulerunt: Cum tamen ſi Icteritia ab externo veneno veniſſet, contra evenire debuiſſet, ut primo alia ſymptomata notatu digna, ut vomitus indeſinens, anxietates, dolores inſignes, ſyncope, &c. dehinc Icteritia: & ratio eſt, quia ad effuſionem bilis allevatur natura, humore noxio liberata: ideo poteſt repente, nec prægreſſis aliis ſymptomatis ingruere: at in propinato veneno nequaquam, quia primo & ante epar neceſſe eſt lædi ſtomachum & cor, hinc præcedere debent accidentia offenſi ſtomachi & cordis. Cùm ergo conſtet à propinato veneno non fuiſſe extinctum, à quo morbo interierit indagandum. Illum exprimit Hippocr. 3. de morb. num. 12. *Hujuſcemodi morbus Regius acutus eſt, & cito necat: color totius malicorium refert, ex viridi palleſcens, & quales lacerti virides, ſimiléque fere corpus eſt. In urina quod ſubſidet velut ervum fulvum eſt, & febris & horror levis detinet, quandóque etiam veſtes ferre non ſuſtinet, ſed ab iis mordicatur & pungitur, Iejuno mane viſcera plerumque lacerantur, & ſi quis eum excitet aut alloquitur, non patitur: hic fere intra dies 14. moritur, quos ſi effugerit, convaleſcit.* Eadem fere habet l. de int. affect. *num.* 38. ubi aliam ſpeciem hujus lethalis morbi, ſed longioris deſcribit; quorum morborum ſigna ſi cum morbo quo extinctus eſt N. N. comparentur, ſimilitudo deprehendetur: Hæc ergo cauſa fuit ſymptomatum, Ex effuſione bilis ad totum corpus, partes omnes externæ fœdum colorem contraxere, qui varius eſſe poteſt pro natura bilis inficientis, cujus variæ ſunt ſpecies. Ex effuſione vero bilis ad exteriora, cerebrum humeſcere ac refrigerari dictum, unde debile in omnibus operationibus redditur, præſertim retentrix: *Mala eſt ex morbo Regio fatuitas*, ait *Hippocr.* 1. Prorr. n. 4. & in Coacis. Debili reddita retentrice, pituita ad infernas partes, per venas, nervos & arterias lapſa, varios tumores in variis partibus excitavit, ut alias in his qui jam morbi proximi ſunt evenire ſolet: Cætera quæ de puncturis & anxietudine in univerſo corpore habentur, & alia recenſita, ab ipſa bilis effuſione facta fuiſſe notiſſimum eſt, &c.

Observatio VIII.

Icterus à lapidibus in veſica fellea & calculis.

§. 1. DOctor Rumoldus Van der Borcht. Leopoldi Roman. Imperatoris Prothomedicus, ætatis ann. 64. Poſtquam annis quamplurimis atrociſſimo iſchiadico dolore cruciatus, aſthmate ac orthopnœa, ut nonniſi recta cervice ſpirare poſſet, defatigatus, aurigìnoſo corripitur morbo: quorum morborum diverſorúmque ſymptomatum vehementia natura devicta, tandem fatis ceſſit.

Cadavere exenterato, præter bina in pulmonibus tubercula, 72. lapilli coloris flavo ſubnigri, fabarum minorum ac piſorum magnitudinem adæquantes in veſica fellea ac poris cholidochis reperti fuerunt. *Obſ. Nicol. Gul. Beckers Medici Viennenſis in Miſcell. curioſ. anni* 1670.

§. 2. Calculus in cyſti fellis plerumque concreſcit niger, ſed tamen levis, & qui aquæ immerſus innatat, neque, ut qui è renibus aut veſicis evellitur, ſubſidet in imo: Origo illi eſt à flava bile, quæ proprio receptaculo diutius coërcita, nec tempeſtive vacuata, nec novæ influxu renovata, mirum in modum obdureſcit: Id autem imprimis accidit cum uterque cyſtis ductus obſtruitur. Hujus quidem neque manifeſtæ ſunt notæ, neque gravia ſymptomata, quibus certo ac facile detegi poſſit: At ſuſpectus iis eſſe debet quibus gravis & diuturnus fuit Icterus. Decrepitus quidam ſenex, in iram mirè propenſus, poſt deceſſum ſine felle ac ſine cyſti inventus eſt in cujus ſede ingens calculus concreverat. Quinetiam poſt diuturnum Icterum, oborto alvi profluvio, hujus naturæ innumeros calculos, inſtar piſi aut hordei, in pleríſque exturbari deprehendimus. *Fernelius pathol lib. 6. cap.* 5.

§. 3. Alias ſecui famulam ſenio & morbis confectam. Inveni in fellea veſica duos inſignes lapides cœruleos quorum alter quaſi ovi columbini magnitudinem æquabat laborarat diu regio morbo, ac ultimo febri correpta occubuit. *Coiter libello obſerv. Anatom. & Chirurg.*

§. 4. Marcellum diſſecui, qui multis annis Regio morbo laboraverat, ac ſubita morte interierat. Ejus Veſica innumeris lapillis plena reperta eſt, &c. *Vide hiſtor. lib. 2. Sect.* 11 *de morte ſubita?* §. 36.

§. 5. Bononiæ profeſſor quidam nomine Beatus, habuit matrem ſexagenariam, qua cum diutiſſime Regio morbo laboraſſet, & continuo ciborum vomitu, tandem mortua eſt. In ejus veſica fellea multi reperti ſunt calculi, &c. *Vide hiſtoriam tit. de vomitu.*

§. 6. Brigida N. Uxor, nulla remediorum adjuta ope, Icteritia interiit. Huic diſſectæ in veſica fellis inventi ſunt lapides cœrulei, ſplendidi, plurimi, angulosi, quorum

PPpp ſuperficie

ſuperficies ita inter ſe cohærebant & conglobabantur, ut unicus primum lapis viſentibus judicatus fuerit: veſicam fellis ii adeo oppletam ac extenſam detinebant, ut bilis nec recipi in ea nec permeare poſſet.

Similes, xviii. numero, nucis Ponticæ magnitudine in *Conſtantia Acciarolia & Elizabetha* Capponia reperti, neutram tamen arquatus morbus infecerat. *Ex obſervat. Nereti Neretii Med. Florentini.*

SCHOLIA.

N*Eutram tamen arquatus morbus infecerat.*] *Sculterus* Armamentarii Chirurg. Obſervat. 48. ait ſe aperuiſſe cadaver cujuſdam Galli, qui atrociſſimis inteſtini coli doloribus conſumptus obiit, cui Colon cancro occulto affectum erat, ab obſtructione pori bilarii; qua duodena inſeritur, à lapillo piſum magnum æquante, ut hinc ne tantillum bilis expurgari potuerit, ſed ad colon depoſita fuerit, Item in cadavere Venetæ, quam Cancer uteri exulceratus è medio ſuſtulit, repeiiſſe ſe veſiculam felleam calculo inſtar cryſtalli pellucido repletam & diſtentam, ut nihil quicquam bilis recipere apta fuerit. Ex quibus hiſtoriis infert quod ad obſtructum porum bilarium & cyſticum, non ſemper ſequatur Icteriria, ſed bilis quandoque expellatur vel ad inteſtina, vel uterum, vel aliam partem nobilem.

Sic anno 1672. menſe Janvario, Aurifabri (nomine Rival) uxor Peripneumonia extincta eſt, In cujus veſica fellea reperti 44. lapilli, quorum maximus fabam æquabat, reliqui piſi & lentis erant magnitudine: Vultus tamen Ictero nequaquam fœdatus fuit; tranſmiſſa nempe bile non ad habitum ſed ad Pulmones.

§. 7. D. Luques Chirurgus mihi retulit ſe lapidem amygdalæ magnitudinis, è cyſtide fellea Ictero laborantis detraxiſſe: bilis autem loco ſuo, à lapide occupato, per totum corpus regurgitarat. *P. Borellus obſerv. iv. centur. 1.*

§. 8. Anno 1612. Coloniæ à D. D. Jo. Fabritio & H. Srapedio, lapides duo ingentis magnitudinis mihi exhibiti fuere, qui ex veſica fellis Comitis cujuſdam ſeptuagenarii extracti ſunt: unus oblongus, alter fere rotundus eſt, pro magnitudine tamen non adeo uſque ponderoſi ſunt: major enim (qui ex una tantum parte excavatus eſt, ut tertiam fere partem minoris excipere poſſit, eúmque à continua fricatione unius contra alterum ita excavatum fuiſſe certum eſt) drachmas xiv. minor verò drachmas quatuor & ſemis ſolummodo pendet, quandoquidem ſpongioſi ſunt & per laminas concreti: ſed ab initio multo ponderoſiores, neque adeo duros fuiſſe aſſerebat D. *Fabritius.* In majori rimæ hinc & inde (ut ſolent eſſe in limo cum à Sole exſiccatur) conſpiciuntur. Color aliquibus in locis croceus, aliis vero in locis ad nigredinem vergit.

Prædictum Comitem per totam vitam robuſtum, neque morbis uſque adeo obnoxium (niſi quod aliquando Icteritia laboraverat) tandémque circa annum lxx. febre continua maligna objiſſe referebat idem *Fabritius.* A multis annis quoties in lecto ſeſe convolveret ex una parte in aliam, pondus magnum, moleſtum, & ex una in alteram partem delabens è regione Hepatis percipere poterat. *Fabritius Hildanus cent. iv. obſervat. xliv.*

§. 9. Pater *Sanctorius Franciſcanus* ſæpius rebelli, immani, importuna & frequenter renaſcente Icteritia corripiebatur: mortuo ſecto, lapides flavi, magni, in cyſti fellea reperti fuere. *Dom. Panarolus Pentec. 5. obſerv. xxii.*

§. 10. Matrona prius εὔχρως, jam ἄχρως, quin & κακόχρω χλωρότητα in toto habitu præferre cœpit, qui color bilem prædominantem, & inde productum Icterum prodidit, cujus humoris quæ fuerit δριμύτης hinc colligi poteſt, quod præter κνισμώδεα κόπη, poſt punctiunculas moleſtas cutim paſſim in tubercula piſi magnitudinis elevaret, velut ab apiculæ ſpiculo infixo compunctis contingit, quæ ἐμφυσήματα evaneſcentia ſubinde ſedem mutabant, & cum inquiete maxima ægræ huc illuc vagabantur.

Variis præſcriptis præſidiis nihil proficientibus, morbo tam diro ſuccumbere coacta eſt: In aperto cadavere, viſcera parum à ſtatu naturali recedentia reperta ſunt, excepto Hepate, quod decolor & durius fuit: Sed in veſicula fellea tres lapides caſtaneam æquantes, triquetra figura & nigri, gagatem referentes, cum pluribus aliis minoribus, & arenulis ambos ductus cholidochos diſtendentibus, de tantorum affectuum cauſa antecedenti nobis omnem dubitationem exemerunt. *Alex. Deodati valetudinarii pagina 248.*

§. 11. Illuſtris Baro doloribus arthriticis diu multúmque affectus in Ictcritiam incidit: adhibita varia ſine ſucceſſu: ſupervenit tandem & hydrops Aſcites aliáque ſymptomata, quibus cum ultra ſemeſtre colluctatus, leniter exſpiravit.

In

In defuncti cadavere inveni 1. Calculum in veſica fellis ejus magnitudinis ut totam fere cyſtin repleret: unde liquido conſtat obſtructionem illam à calculo veram Icteritiæ cauſam fuiſſe,nullíſque remediis expugnari potuiſſe. 2.Hepar maxima quidem ex parte ſalvum, ſed croceo colore tinctum conſpiciebatur. 3. Cor, Pulmones, Lien, ventriculus, meſenterium & omentum naturaliter fuere conſtituta, 4. Inteſtina maculis nigris & liveſcentibus hinc inde diſtincta. 5. Renes flaccidi &,quod notabile, adeo parvi ut magnitudinem nucis juglandis vix æquarent. *Balthazar Timæus lib.3. obſerv.* 28.

§.12. Secui cadaver hominis qui diuturno morbo laboraverat & hydropicus poſtremo effectus erat. In eo reperi Hepar grande, colore nigricante & fere tali qualem in ſplene alias conſpeximus, folliculus fellis pleniſſimus erat bile: *Hepatis vena* in parte ejus cava, priuſquam in communem illum caudicem Portæ deſinant, omnes *obſtructa erant lapillis* eas diſtendentibus, foris nigris intus flaventibus, Porro & ille meatus qui ex folliculo fellis in inteſtinum deſinebat, lapide ejuſmodi obſtructus erat. Hunc cum exemiſſemus, nihilominus tamen bilis effluxit, coaluerat enim foramen illud deſuetudine bilem ad inteſtina mittendi.

Hanc iſtius meatus obſtructionem ego cauſam fuiſſe video Icteritiæ,qua hic homo ante hydropem longo tempore conflictatus fuerat, regurgitante ad totum ambitum venarum bile, quæ purgari per inteſtinum debuiſſet: nam meatus ille qui ex follicalo fellis in Hepar eſt,libertimus erat. *Iacobus Camenicenus Epiſt. ad Matthiolum.*

SCHOLIA.

HEpatis vena obſtructa lapillis.] De lapillis iis in venis repertis, quæ ex jocinoris cavitate interiore, in venæ Portæ caudicem deſinunt, nulla mihi ſeſe offert ratio quæ non conſentiat id fieri in jecore poſſe facile, quemadmodum in renibus,veſica & articulis: nam tametſi id non dixerit Galenus, hoc tamen nihil obſtat quo minus etiam in Jecore, ut in renibus, oriri calculi poſſint, quippe cum in Jecore eadem ſit materia craſſa glutinoſave, calculis gignendis idonea, nec ibi calor deficiat, cujus vi lapideſcat, nihil prohibet quin calculi ibi etiam fieri poſſint: Dicebat enim *Gal.* lib.de renum affectdignotione, Lapidem in homine à calore generari, eòque vel vehementi vel tepido, Si craſſa materia eſt (ut ille inquit) ſufficere poteſt tepida & moderata caliditas, & quæ naturalis eſt ad firmandam & indurandam terræ modo hanc materiam,eſt enim craſſities ad generandum lapidem ſingulariter accommodata. Sin tenuior eſt vehementiori, tunc plane Indigebit caliditate ſive naturali, ſive p. n. qua duteſcat in terram, Si quidem calor tenues materiæ partes diſſolvit, atque ita ubi valuerit lapidem conformat, *Hæc ille:* Quibus palam eſt non eſſe p. n. ſi in jecore etiam lapilli gignantur, cùm ibi non deſit materialis cauſa, nec efficiens, nec inſtrumentalis, quibus ii in eo generari poſſint,cum eo obſtructo quandoque craſſa, quandoque glutinoſa, quandoq; ambo ſimul ibi hæreant excrementa, calor non deficiat, nec vaſorum cavitas in qua calculi gignantur: nam ſi craſſus glutinoſúve ſuccus, qui in renibus lapideſcit, ex jecinore per venam cavam fertur in renes, nihil ſane prohibet quominus in eo lapideſcere poſſit ubi hæſerit diutius. His itaque rationibus fretus crediderim ego lapides in jecore, ut in renibus frequentiſſime gigni: ſed quoniam propter viſceris inſenſibilitatem non excitant dolores, nec ex pelluntur extra corpus, nec videri poſſunt,nec tangi, ut qui in renibus & veſica fiunt, ſed in occulto deliteſcunt, in Medicorum conſiderationem non veniunt. Quo fit ut his ignoratis quandoque mirentur Medici, cur in iis morbis qui ex Jecoris infarctu veniunt, nihil penitus curare valeant ullo medicamentorum genere. Lapidem amygdalæ nucis quantitate in Aureliæ Petrucciæ jecinore, Pandulphi Tyranni conjugi repertum eſſe ſcio, in quem interitus illius cauſam rejiciebant Medici.

Hydropicus poſtremo effectus erat] Hoc morbo cum hydropicus ille tuus diutius admodum laboraſſet, nec medicamentis expugnari potuiſſet morbus, nil mirum ſi lapillus in ejus felle fuerit inventus, qui ductum illum occluderet quo bilis in inteſtina deferri ſolet, quinetiam ſi poſt hac coaluerit ductus, ubi ducendi munus ceſſavit. *Matthiolus Epiſtola Reſponſ.*

§.13. Nobilis Conradus à Reinberg, pituitoſus & cacochymicus, obſtructionibus viſcerum, *Vlcere maligno* ad genu ſiniſtrum, interdum etiam Icteritia annis aliquot laboravit, ac tandem obiit ex febre.

In veſica fellis invenimus lapidem duriſſimum, ad nucis juglandis magnitudinem, anterius atrum,poſterius croceum. *Fabritius Hildanus cent.* 1. *obſerv.*60.

SCHOLIA.

VLcere maligno ad genu] *Scultetus* Armam.obſ. 48. ait ſe obſervaſſe obſtructionem Lienis in quadam muliere incurabilem, quæ dum viveret per aliquot annos paſſa eſt ulcus in pede doloriſicum, quod quotieſcunq; ſanabatur, toties febrem quartanam induxit, donec humor, cujus collectio prohiberi non potuit, per inuſtum femori fonticulum quotidie evacuaretur,atque hac ratione febris quartanæ, ut & Ulceris in pede exortus prohiberetur. Hujus ulceris ut fomes fuit in Liene, ita præcedens ortum debuit Jecori, quod cum bile repurgari non poſſet, ob obſeſſam à lapide veſicam felleam, ea in genu delata doloriſicum in excitavit ulcus.

PPpp 2 §.14. In

§. 14. In felle etiam Tartarum reperitur, ac tanti etiam Lapides in veſica fellis reperiuntur qui totam eam replent: ut ego in quadragenario quodam, cui per ſeptem annos Ictcritiam patienti nemo Medicorum auxilium ferre poterat, Defuncto tandem Lapidem magnitudine veſicæ fellis reperi, ac præſens mihi cuſtoditur, Ea autem perſona antea maxime iracunda ac violentiſſima erat: *Iohannes Henen lib. de morbis Tartareis.*

§. 15. Fuit in Pruſſia Ducali, non procul Meſacco, quidam inſignis conditionis Nobilis, nomine Sach, in cujus cyſtide fellea nonaginta novem lapides, piſorum magnitudinem æquantes inventi ſunt. Is nominatus Dominus patiens Ictero nigro ſubactus cecidit. *Andreas Cnoffelius in Miſcell. curioſis anni* 1673. *obſerv.* 206.

§. 16. Halberſtadii ante paucos annos in Pincernæ cujuſdam, Ictero & Hydrope demortui cadavere, in fellea cyſtide plurimi deprehendebantur lapilli, cauſa iſtius affectus complicati lethalis. *Mœbius in Fundam. Phyſiolog. cap. xvi.*

SCHOLIA.

DE horum calculorum curatione agit *Franc. Sylvius* Prax. Med. lib. 1. cap. 45. In calculos ait, concreſcit & coagulatur bilis à Succo lapideſcente quibuſdam dicto, vel Lapidem faciente potius dicendo, quem ab acido auſtero vim ſuam obtinere ſuſpicor, poſtquam ab acido ſubtili & acri ſolvuntur lapides calculique: Inter calculos bilioſos diſſolventia medicamenta, non dubito referre Graminis radices ac herbam uel deſtillatam, vel, quod præferrem, decoctam contuſamve, ſuccumve ex ipſa expreſſum, addito ſaccharo vel melle ad gratiam; poſtquam notum eſt multiplici experientia boves & oves, quibus hyeme alimentum eſt fœnum, atque concreſcit in ductu bilario lapidea vel calculoſa cruſta, ubi Maio menſe iterum gramine utuntur viridi, ſenſim ab illo liberari affectu: certo argumento ineſſe viridi ac recenti gramini calculos diſſolvendi vim, quæ perit quando idem in fœnum exſiccatur: Conducit quoque ſpiritus Nitri, quem proinde commendo ſimiliter in hoc caſu, & imprimis poſtquam cum ſpiritu vini factus eſt dulcis & blandus; qui tuto ex vino, aliove potu qualicunque uſurpari poterit ad guttas x. xii. vel plures idque aliquoties in die: Concretionem novam impedient Salia volatilia quævis, ſed in primis oleoſa, quippe quæ bilem puram præſtant defæcatámq; ſicuti ſum edoctus experientia.

Observatio IX.

Conſtitutio Cyſtis felleæ in iis qui calculos in ea congerunt.

CUm difficile ſit Calculos ex Bile ortos dignoſcere, non mirum ſi eorundem curatio res intricata videatur multis Medicis: Quoniam tamen iſti calculi poſt obitum reperiuntur in fellis folliculo, reliqua bilis amurcam imitatur, ſordibúsque ſcatet ac fæcibus ſubſidentibus, qualem non ſemel vomitu excretam obſervavi, Exiſtimarem in talibus metum eſſe ne aliqua Bilis pars concreſceret in calculos, dum in tales fæces abit alia. Ideóque tunc uſurpanda medicamenta hoſce bilioſos calculos ſolventia, ut & concretionem quamvis impedientia. *Franciſcus Sylvius de le Boë praxeos lib.* 1. *c. xlv.* §. 12. *&* 13.

Observatio X.

Icterici bilis cyſti concluſa ſeroſa & vix flava reperta eſt.

OBſervavimus in Icterico anno 1664. in Noſocomio Leydenſi, à Clar. *Sylvio* diſſecto, ejus Bilem, dum eam accuratius examinaremus, plane ſeroſam, & tam levi flavedine imbutam, ut immiſſa in eam lintea vix ulla flavedine tingerentur: atque in lingua nonniſi exiguam admodum amaritudinis ſpeciem exhiberet. *Regn. de Graaf. Tractatu de Succo Pancreatico cap.* 8.

Observatio XI.

Icterus ob occluſionem meatus fellei ad inteſtina tendentis, à glandulis circumſitis eam prementibus.

MIchael Fedler (*vide tit. de Febribus lib.* 4.) poſt quartanam in malum habitum incidit.

Aperto defuncti abdomine, circa Lienis arterias & ad portæ venam tendentes Glandulæ erant multæ, quæ comprimendo ductus anguſtabant: Hujuſmodi aliquot glandulæ erant circa veſicæ fellis ductum ad inteſtina tendentem, eumque ita comprimebant ut vix aliquo conatu inſtrumentis tenuiſſimis eſſet tranſitus: adeo ut mirum non fuerit Icteritiæ paulo ante mortem ſigna ſe in mutato corporis habitu obtuliſſe; & alvum inde ſegniorem redditam.

OBSERV.

Observatio XIII.

Icterus ortus ob obturatum meatum Veſicæ à carnea excreſcentia.

IN meatus veſicæ fellis oritur carnea excreſcentia, quæ illum obturando inſanabilis Icteritiæ eſt cauſa. *Nicolus ſect. 5. cap. 2. artic. 3.*

SCHOLIA.

I*N meatu veſicæ*] Porus choledochus non ſolum è veſicula bilem hoſpitio excipit, ſed & è meatu hepatico peculiari, qui in principio circa inſertionem in porum communem ſæpe digiti minoris magnitudinem æquat, valvula oblongiore donatus ne bilis regurgitare queat: Exinde inter venas portæ, per omnes hepatis partes abit in ramos & ſurculos minimos, junctos anaſtomoſibus cum omnibus venarum portæ ſurculis, ut bilem alimentalem undiquaque exſugere, & in veram bilem mutare queat. Ex hiſce diverſis ductibus felleis poteſt dari ratio, quare interdum in Ictero alvi dejectiones ſint albicantes, interdum cum urina ſimul flaveſcentes. Nimirum interdum Porus choledochus ad inteſtina tendens eſt obſtructus, & tum albeſcunt excrementa: Interdum aperto iſto meatus fellens hepaticus eſt clauſus, & excrementa ſimul flavent. *Moebius Fundament. Phyſiolog. cap. xvj.*

Observatio XIV.

Icterus à Pori choledochi vitioſa figura.

IN Firmino Chaudone, Icteritia extincto, repetimus Porum choledochum immani magnitudine ad Hepar, ad inteſtinum vero meatu capillari: hinc excrementum præcluſo tranſitu jecur repetebat; ac inde per cavam in univerſum ſe corpus effundebat: quæ res flavitiei *ſtrigoſitatique* cauſam dabat, etſi corpore omnibus aliis eſſet procerior. *Barthol. Cabrollius obſerv. x.*

Observatio XV.

Icterus ab obſtructione Bilis meatuum per hepatis ſubſtantiam ſparſorum.

SEgregatio bilis in venis meſaraicis, cum in hepate fiat, illícque è venæ portæ ramis in pori cholidochi ramos transferatur, indéque illi adnatam veſiculam, ab obſtructione horum bilis meatuum, per hepatis ſubſtantiam diſperſorum ſi non fiat, cum ſero & ſanguine in venam cavam tranſlata, & per corpus diſtributa, illud tingit & diſcolorat: Quæ obſtructio à chylo fieri poteſt, ſanguine, ſero vel pituita, ſi hæc, dum bilis fit in poros hoſce diſtributio, ſimul illis ſe ingerant, illícque retenta craſſeſcant, vel in arenulas rophóſque convertantur, Cujuſmodi quoque materia ſectione in iis invenitur. *Platerus Practicæ lib. 3. cap. 2.*

Observatio XVI.

Icterus ab oſſea conſtitutione Veſica felleæ ejuſque meatus, cum parte meſenterii.

PUella quædam ſatis boni habitus, Ictero fœdata diuturno, tandem poſt initum aperientium aliorúmque præſidiorum uſum, vita ipſam defecit.

In cadavere, præter veſicam felleam, ejuſque meatum in duodenum inteſtinum, bona meſenterii pars fuit plane oſſea: Itaque recedente in ventriculum bile, aſſumpto cibo dolor vehemens materiæ commotione cruciabat. *Ioh. Rhodius cent. 2. obſervat. 96. & cent. ij. obſervat. 3.*

SCHOLIA.

R*Ecedente ad ventriculum bile*] In Ictericis dolores colicos aliquando contingere, quos ventriculi quidam eſſe cenſent, notat *Silvaticus Cent. 3. conſult. 4.* Si ſcil. dolor eſt in parte dextra, quæ ſola eſt doloris colici ſedes ex *Mercato*, & cum fit extenſio hypochondrii dextri; quæ ſi in ſiniſtro ſe proferat, ventriculi eſt cenſenda, quod ejus fundus ad ſiniſtra vergat: Licet vero interdum ſuccedat flatuum ſupra infráque eruptio, ac superveniat vomitus materiæ bilioſæ & pituitoſæ, quæ doloris ventriculi indicia eſſe poſſunt, facilius tamen conſequuntur dolorem coli in illa parte affecti, ubi deſinunt inteſtina tenuia & incipiunt craſſa, colon imprimis, cujus ortus eſt in epigaſtrio dextro, unde ſub fundum ventriculi ad ſiniſtram partem diffunditur.

Observatio XVII.

Icterus à Pororum choledochorum ſiccitate.

COmpreſſio pororum à vicinarum partium tumoribus; *coli à flatibus diſtenſione*, bilis evacuationem in inteſtina impedit: Inde ſæpe *colicis doloribus* infeſtantibus Icteri de improviſo ingruunt, iis feriantibus recedunt. Pororum horum ſiccitas, qua inſtar chordæ corrugantur ſolidæ, impedire tranſitum bilis poteſt. Meminit talis exempli Argenterius lib. 4. aphor. 62. *Rolfinkius Epitomes cur. lib. 3. cap.*8.

SCHOLIA.

C*Oli à flatibus diſtenſione*] Et tamen ex *Hippocr.* ſententia 5. aphor. 65. *Icterici non ſunt admodum flatulenti*, Interprete enim *Galeno*, flatus ex pituitoſa materia generantur, Et ἀνυμαῖαι, à frigido & pituitoſo humore, auriginoſis, qui bilioſi, ſunt contrarii. Dic Auriginem fieri vel ex copia bilis in Jecore genitæ, ab ipſius fervore: vel ex anguſtia pori fellei, ipſam tranſmittentis ad inteſtina. Si Icterici fiunt à copia bilis, non poſſunt eſſe flatulenti ex pituitæ copia in flatus faceſſente, At ſi Ictetus oriatur ex ſola meatus fellei anguſtia, Icterici poſſunt eſſe etiam flatulenti.

Coli] À Duodeni inteſtini extenſione flatulenta, occluſo orificio pori fellei, hincque bilis facta regurgitatione in jecur, & effuſione in totum corpus (tunc præſertim evaneſcente cum pharmacorum ope evacuatur materia in inteſtinis contenta) Icterum oboriri ſæpius, idque in colicis doloribus obſervavit *Silvaticus* cent.3.conſult.4.

Colicis doloribus infeſtantibus, &c.] Colico dolore cruciabatur D. N. cui mitigando ſudoriferum ſumpſit, quo bile ad exteriora provocato Icterum ſibi advocavit inſcius, Sedato ita inteſtinorum dolore, per bilioſorum humorum ad extrema metaſtaſin fœdum cutis colorem blandis cholagogis facile delevi & exterſi, Subinde & ſponte, naturæ critico motu bilis, colici doloris cauſa, ad externam cutem protruditur abſceſſu univerſali, cujus non pauca exempla memini. De viis legendus *Caſtrenſis* liber, Quæ ex quibus, Adfui juvenculæ, cui inſtantibus menſibus, ſed non prodentibus, Icterus toto corpore erupit. *Bartholinus cent.5.hiſt.62.*

Observatio XVIII.

Icterus exortus ob veſicam copia bilis turgentem.

SEctus à D. *Sylvio* febricitans & Ictericus, in quo folliculus fellis grandis, diſtentus bile, hinc ægro ob ductus bilarii obſtructionem diuturna fuerit alvi conſtipatio. *Bartholinus Epiſt. 97. cent. 3.*

SCHOLIA.

EAndem cauſam agnoſcit *Platerus*, bilem ſcil. tenaciorem factam & valde incraſſatam, qualem ex auribus interdum expurgari videmus: cui ſimilem in veſica fellis ſectione invenit: hæc, *ait*, ſi in anguſtias hujus veſiculæ perveniat, poróq; inhæreat, bilis deſcenſum & expurgationem impedit.

Observatio XIX.

Icterus à cava Hepatis parte ſcirrhoſa & inflammata. Pancreate putrefacto, &c.

DOm. N. vomitu, ſiti &c. in febre maligna affectus, ſexta die fit Auriginoſus: Cava Hepatis pars ſcirrhoſa & inflammata erat, Pancreas putrefactum. *Vide tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

P*Ancreas putrefactum*] Ad Icteri generationem Pancreas concurrere oſtendit *Warthon* Adenographiæ cap. 12. Quibus, *ait*, hic humor pro more non excernitur, illi craſſas flaváſque urinas reddunt, quæ tamen meatus, per quos tranſeunt, minime vellicant aut erodunt: In Ictero flavo tales urinæ redduntur, quas veriſimile eſt à ſola bile in venoſum genus reſtagnante oriri non poſſe: Neque enim ſincera bilis tantopere flavet: imo ſi meraca eſſet, nec leni humori commixta, ſine meatuum dolore atque eroſione excerni non poſſet: Exiſtimamus ergo iſtiuſmodi urinas ex miſtis humoribus conſtare, & ex ipſa miſtura intenſam illam flavedinem contrahere, Videmus enim inteſtina, partes ſpermaticas, natura ſua albas & pituitoſas, ubi veſica biliaria eas immediate tangit, ſaturatiore flavedine tingi quam ipſam veſicam biliariam aut humorem in ea contentum, unde patet flavedinem illam, non ſoli bili, ſed alii remixto humori, ex parte ſaltem deberi, Nam credibile eſt bilem non omnem liquorem pari flavedine inficere: Verum cum peculiari Pancreatis humore commixtam, protinus ſaturatam flavedinem inducere. Si vero ſinceram bilem cum urina miſcueris, neutiquam exhibet: Argumento evidenti Ictericorum flavedinem à ſola bilis redundantia non provenire, ſed partim ab humoris hujus pancreatici commixtione: Notum eſt tincturam gallarum, ſi vitriolum injeceris, nigro colore inſici, qui color in neutro earum ante commixtionem reperiebatur: Similiter quamvis humor pancreatis palleat, humórque bilis non intenſe flaveat,

cum

cum tamen commiſcentur ſaturatam flavedinem producunt : Hoc evidenter cernimus in iis quæ per alvum excernuntur : Etenim in ſanis , quamdiu ductus , tum communis tum pancreaticus aperti ſunt, ſuiſque officiis funguntur , excrementa alvi crocea flavedine tinguntur : Ubi vero horum humorum *alter* in inteſtina non deponitur , excrement alvi albeſcunt, aut argillaceo colore inficiuntur: Nam ſi bilis deſcenſus ſupprimatur , alvus excrementa lubrica citra dolorem aut acrimoniam deponit : Sin vero bilis libere deſcendat , ſed pancreatis humor retineatur , excrementa ſive liquida ſive ſolida fuerint, non ſine acrimoniæ ſenſu eliminantur : Si vero uterque meatus obſtructus fuerit , Icterus flavus mox præ foribus eſt , citiuſque quam in duobus prioribus caſibus , per totum corpus diffunditur , túmque alvi excrementa ut plurimum ſupprimuntur , aut ægre prodeunt : niſi forte leinteria quoque acceſſerit , quæ facile Ictero conjungitur , quod uterque affectus ab obſtructionibus originem ducat.

Pancreas] Quis ſit uſus ſucci Pancreatici multi diſquirunt : *Frid. Lepnerus* Introduct. in Medicinam pag. 40. illum bili commixtum chyli depurationi ac partium impurarum à puris ſecretioni deſtinatum eſſe cenſet. Inteſtinum duodenum *ait*, in fine Poti bilarii & ſimul Ductus pancreatici inſertionem admittit , quorum uterque aliquando in unum canalem deſinit : Ille bilem advehit , Hic vero pituitoſum , &, ſecundum quoſdam , acidum humorem, non ſine utili naturæ intentione : Confectus enim in ventriculo chylus , & craſſioribus adhuc fæcibus perfuſus , in inteſtinis erat ab iiſdem liberandus atque perficiendus : at hoc ipſum non commodi ratione fieri poterat , quam concurrentibus contrariarum qualitatum humoribus , quorum concur pugna excitatur , & terreſtrioris craſſioriſque ſu ſtantiæ fit deturbatio atque ſeparatio : Quod ipſu in commixtis contrariis humoribus manifeſtu Sic aquæ abſynthii , in qua ſal abſynthii eſt ſol tum , ſi affundas ſpiritum vitrioli , videbis excita qualitatum pugna craſſiorem ſubſtantiam in fu dum præcipitari : Idem quoque evenit in natur vina enim dum fermentatur, nonniſi qualitatum co trariarum pugna craſſiorem ſubſtantiam ſeparat Contrarias qualitates in vino adeſſe non negabi dulce enim & acidum tempore fermentationis guſ in iiſdem percipies.

Sexta die fit auriginoſus] Juxta aphor. 62. *Quibus in febribus morbus regius ante diem 7. acc du malum* : opponitur authoritas ejuſdem *Hippoc* Ratio & Experientia : *Hippocr.* enim 4. de vic Acut. *In febre* ait, *biliosa morbus regius ante 7. die natus , cum rigore morbum ſolvit , Sine rigore peſti ferum* : Conſentit Ratio , Si enim die 3. 4. 5. con tingant criſes ſalutares , quidni icterus criticus ill diebus continget ? Atteſtatur Experientia , cum ſæ pe Icteri ſalutares ante 7. viſi : Sic ergo audiendu *Hippocr.* ut per diem ſeptimum quivis criticus in telligatur , qui κατ᾽ ἐξοχὴν criticus nominatur : ut ve re criticus cenſendus ſit , quem materiæ concocti præceſſit. Peſſimus autem eſt Icterus qui inflamma tionem aut ſcirrhum jecoris ſequitur , ut io allat caſu ; illam enim plerumque abſceſſus ſequitur au hydrops.

Observatio XX.

Icterus à Iecore magno , duro , viridi , Et molli ingentique Liene.

PRoſper Marcellus cum multis annis Regio morbo laboraſſet , & ſubitò ex bilis in ventriculum miro confluxu exſpiraſſet.

Iecur inventum magnum , durum & viride , cum molli ingentique Liene. *Veſalius l. 5. c. 9. de hum. corp. fabr.*

SCHOLIA.

IEcur magnum , cum ingenti Liene*]. Quanquam à multiplici cauſa Bilis per corpus diffundatur , in præſenti caſu aliunde non provenit quam ab impedimento viarum quæ per Duodenum bilem tranſmittunt ad inteſtina , & expurgant per alvum : Quod quidem impedimentum duplex eſſe poteſt , Obſtructio ſcil. pori fellei , Et ejuſdem compreſſio à *Iecoris intumeſcentia* . Quod ex tactu colligo , qui in utroque hypochondrio duritiem prodit maxime conſpicuam &c. Intumuerunt autem Jecur & Lien, ex humoribus craſſis cum pituitoſis tum bilioſis copia genitis &c. *Silvaticus cent. 3. conſult. 26.*

Observatio XXI.

Icterus Niger non ſemper fit à Lienis obſtructione , quod in his affectibus Lien ſæpe ſaniſſimus reperiatur.

ICterus niger (de cujus natura valde controvertitur) fit vel à melanch. vel à bile magis adhuc aſſata : raro tamen hæc obſervatur , cum autem à Bile, magis viridis apparet : melancholia hæc non eſt naturalis , ſed p. n. à prava ventriculi aut inteſtinorum concoctione: Sic videmus quoſdam excrementa nigra deponere , prava concoctione aut inquinatione: *Non vero oritur à Lienis obſtructione, quod in his affectibus ſæpe Lien ſaniſſimus reperiatur.* Ex hac melanch. oritur Arquatus niger , dum per alvum non excernitur , unde per venas lacteas totumque corpus transfertur. *Walæus medic. Pract. cap. 18.*

Observatio XXII.

Icteritia à vitio hepatis ſubalbidi , abſceſſu tentati : Lienis maximi , Lapidibus referti.

JUvenis Anaſarca diu cum laboraſſet , ſubito incidit in Icteritiam , deinde in hæmorrhagiam narium , poſtea vero in ſubitam mortem.

In hujus corpore apparuit Hepar ſubalbidum, cum in parenchymate magno abſceſſu : Lien ſupra modum magnus, lapidibus plenus albiſſimis. *Nic. Fontanus Reſp. & curat. pag. 90.*

SCHOLIA.

HYdrops funeſtus affectus, in quo cum hepar ſcirrhoſum ſit, & canalis fellis obſtructus, bilis ad ſolliculum tranſire nequit, ſed diffunditur per totum corpus, & morbus Regius repullulat; Et cùm in hydrope viſcera ſint oblæſa, ſaculrates velut emortuæ, hepar ſanguinem retinere neqoit, & hoc modo hic ſeroſus per nares emittitur, qui vácuatus, effuſis ſpiritibus corpori affert interitum : Audi *Fernelium* lib. 2, de venæ ſectione cap. 4. Neque imperitorum more, ſi vel nares ſtillant ſanguine, vel urinæ rubicundæ ſeſe offerunt, protinus imperanda Venæ ſectio; etenim ſanguis facile prorumpit, non ex plenitudine ſolum, quodque eam vacuationem moliatur natura, ſed compluribus ex cauſis : quibus enim exeſa ſunt venarum oſcula quibus etiam viſcera, præſertimque Jecur imbecillum vel ſcirrhoſum evaſit, iis ſanguis ſæpe fluit è naribus haud ſecus atque hydropicis. *Idem ibidem.*

Observatio XXIII.

Icterus ab abſceſſu Iecoris, Liene lapidibus pleno.

JUvenis Anarſarca laborans ſubiro incidir in Icterum : Hepar habuit ſubpallidum cum abſceſſu : Lienem ſupra modum magnum lapidibus albiſſimis plenum. *Nic. Fontanus Reſp. pag. 90.*

SCHOLIA.

VTroque viſcere laborante, hepate ſcil. & liene, tertia Icteri ſpecies, de qua *Argenterius* comm. in aph. 62. 4. exſurgit, Liene nimirum atrum humorem ſuppeditante, qui cum bilioſo, hepatis vitio non ſeparato, mixtus, mixtam ex utroque conſtituit Icteri ſpeciem, quæ ob cognationem hepati cum liene intercedentem, frequentior Nigro eſſe ſolet.

Observatio XXIV.

Icterici Anatome, in quo Iecur Scirrhoſum &c. Cyſtis ſine felle, Lien & Pancreas ſcirrhoſa &c.

NE vacuæ ad Te redirent literæ D. *Bonete*, placuit Obſervationem addere, in progreſſu operis Tui forſan profuturam. Ictero ab obſtructis viſceribus Vir quidam in urbe noſtra, *Fackius*, defœdatus diu anxiam vitam inter mortem & inediam traxit : Ventriculo enim debilitato omnia aſſumpta reſpuebat, vomitu ſtatim rejecta, & quoties lacticinia ingerebantur, totiens in caſeum concreta meabant ea via qua acceſſerant.

Cadaver defuncti xx. Februar. 1675. apertum à *Philippo Hacquart* Chirurgo Regio, præſentibus mecum Exercitatiſſimis Medicis D. *Henrico à Moinichen* & D. *Olao Borrichio*, Interiora viſcera muſculoſque ab effuſa bile flaventes oſtendebat : Hepar ingens ſcirrhoſum, ea parte qua renum regioni uicinius erat, rubens & qnaſi ſphacelo correptum, quo loco quoque de doloribus conqeſtus fuerat : Veſicula fellis ſine felle, ſed amurca quadam plena & quaſi argilla replera, quæ in ſolidum corpus concreverat, forma & magnitudine nuclei majoris dactyli, quod ſine dubio, ſi diutius vira ſuperfuiſſet, in calculum calore degeneraſſet : Ventriculi cavitas univerſa rubicunda, venis diſtentis, unde & vomitus continuus, & nonnunquam cruoris ſputum : Neque enim ex Liene vel Hepate alius ductus patens apparuit : Lien & Pancreas ſcirrhoſum. Cor grumis ſanguinis plenum : Pulmones flaccidi & putridi, ſuperiori parte coſtis adnati, præſertim in latere dextro : *Obſervatio mihi dicata ab Excell. Thoma Bartholino, in Actis Medicis annor.* 1674. 1675. *&* 1676.

SCHOLIA.

V*Itam inter mortem & inediam traxit &c.*] Ab Amico communicata Obſervatio (in amicitiam enim pellicit, mutuamque offert Vir Illuſtris). Amici nuperæ factæ jacturæ memoriam reficat, a ſimili morbo, iiſdemque prope ſtipato accidentibus interrempti, ſumma præſertim, toto invaletudinis decurſu (qui ſex ſeptimanarum fuit) anorexia, inediam pene omnimodam acerſente : Parentare ex officio debeo Viro de me optime merito, & Patrono ſingulari : Fuit is Nobiliſſimus & Excellentiſſ. *Marcus Roſet* Genevenſis Conſul, qui à Senatu, exeunte anno 1676. ad Potentiſſimum & Invictiſſimum Galliarum Regem Lutetiam Legatus (Cui ut & Magnatibus acceptiſſimus fuit) Munere digniſſime ſunctus, fœdiſſimo Ictero correptus eſt : Illi ſe protinus vigiliæ perennes & apoſitia comites junxere : Non is pedetentim ſed momento invaſit, gravibus animi curis, aëris & diætæ mutationi adſcriptus; tamen cauſa altius me judice deducenda eſt : Vir Illuſtris, optimæ alias conſtitutionis, quadratus & toroſus, Pſycropoſiæ diutius indulſit, vinum nive refrigeratum à menſis Maii initio ad exitum Novembris, bibens : Unde bilis, cujus ferax erat illius jecur, craſſitiem adepta eſt, nec ritè excluſa

eſt

eſt denſatique meatus eam excludentes: Singulis demum fere annis ulcera herpetica crura afficiebant, quorum exſiccationi totus erat intentus, de cauſa generante nequaquam ſollicitus, quam in viſceribus, morboſum germen habentibus, quærebam: hinc fonticulorum in tibiis excitationem crebro urgebam, quo tenuis bilis, continuo genita, ἀθρόως fieret, nec in viſceribus moraretur: Neglectum conſilium Viro Illuſtri proculdubio exitio fuit; Cum ſatione ratus ſum, ſi cadaver apertum fuiſſet, conc. vam Hepatis partem abſceſſu tentatam repertum i aut inſignem bilis συναθροισμὸν in cyſti, quæ ſui pr ſentia ventriculi tonum omnino perverterat, facu tatemque cibi appetitricem deſtruxerat, Nec eni ſola χοληδόχων meatuum obſtructio adeo præce exitium afferre valuit, quod non expectantib Medicis, aliàs ſagaciſſimis & experientiſſimis ac cidit.

Observatio XXV.

Ictерus ab Hepatis inflammatione, quam ſequuta gangræna. 1. Ab ipſius ſuppuratione. 2 Ab ulcere in gibba parte. 3. A calculo in veſica fellea. 4. A calculis in cyſti, Hepat grandi, duro flavo, calculoſo. 5. A vitio Pancreatis, Hepatis, Vaſis choledochis &c 6. A calculis in cyſti & meatu choledocho. 7. A cyſti obſtructa, Liene magno. 8. A Hepate ſcirrhoſo, arenoſo. 9.

§. 1. FAmulus N. per annum dolore hypochondrii dextri conficiebatur, facies & to tum citrinum evaſit: Hepar repertum durum magnum, albicans circa ventricu lum, circa coſtas nothas nigrum, exuſtum ac plumbeum. *Vide tit. de Febribus.*

§. 2. Ego Ictericum cum lenta febre &c. conſpiciens, & regionem regionis tractans duritiem cum dolore deprehendi: Hepatis ſubſtantia fere tota abſumpta, ipſiuſque loco purulenta animadverſa. *Vide tit. de Hypochondr. dolore.*

§. 3. Mulier dolore gravi in dextro hypochondrio torquebatur, Color quaſi Icterc laborantis: In Jecoris convexa parte magnum, amplum & profundus ulcus, quod inflammationi ſucceſſit. *Vide tit. de Hypoch. tumore.*

§. 4. Ill. Baro arthriticus In Icteritiam incidit, cui ſupervenit hydrops: Inventus calculus in veſica fellis Icteritiæ cauſa. *Vide tit. de Ventris tumore.*

§. 5. Illuſtr. N. diu de tumore hypochondrii dextri conqueſta, Icterica obiit: Hepar fuit magnitudinis inſolitæ, durum, flavum, hinc inde calculis flauis reſperſum: Cyſtis fellea vacua bile, ſed in ea calculi duo rotundi &c. *Vide tit. de Hypoch. tumore.*

§. 6. Mulier ſexagenaria diu Regio morbo laboravit: In veſica fellea multi reperti lapilli, Et in meatu qui tendit ad duodenum, magnus eum undequaque obſtruens, *Vide tit. de Vomitu.*

§. 7. Ferdinandus Imper. faciem habuit pallido & ſubfuſco colore infectum, Vas breve ante lienis ingreſſum, ſua fæce obſtructum erat: Lien parvus, Pancreas nigerrimum, durum: Hepatis lobus dexter ſcirrhoſus: Cyſtis fellea vacua: Choledochus ad inteſtina directus induratus, obſtructus: alter ventriculo inſertus, amplus. *Vide tit. de Vomitu.*

§. 8. Vir cælebs Icterico haud videbatur abſimilis, Hepar à rubore naturali parum deflectebat, Veſica bilaria pallida, In aperta ſerum crudum, nulla bilis tinctura, plena grumis nigricantibus & lapillis &c. Lien inſolitæ molis. *Vide tit. de Hypoch. dolore.*

§. 9. Amedeus N. Ictericus fuit cum viſcerum obſtructionibus: In Hepate ſcirrhoſo apoſtemata exigua multa, Lien totus corruptus multos continebat calculos. *Vide tit. de Cachexia.*

Observatio XXVI.

Anatome Icterici, in quo Meſenterii venæ cruore flavo ac ſtercoreo ſcatentes repertæ ſunt.

HElmontius lib. de Schol. Humoriſt. paſſiva deceptione, Felle, famoſo Icteri patratore, profligato, novum in theatrum producit, Virus nimirum excrementoſum, ſeu cruorem flavum & ſtercoreum, ſive ſtercus liquidum flavum, ſecundæ digeſtionis prolem, ſurſum p. n. raptum in venas & totum corpus diſperſum: Quod in duobus cadaveribus diſſectis, Ictero extinctis, manifeſte ſe deprehendiſſe affirmat, in quibus nulla præſente folliculi fellis obſtructione, Meſenterii venæ cruore hocce flavo ac ſtercoreo ſcatuiſſent, qui autem urinæ & alvi ſordibus permiſtus nullam affricaſſet amaritiem, quum & ipſe ea deſtituatur.

Observ.

Observatio XXVII.

Icterus à vitio Lienis & vaſorum ad eum tendentium anguſtia.

MIchael N. quartana laborans in atrophiam incidit & Icterum : Lien triplo major erat, flaccidus, ſanguine nigro inſuccatus : Circa ejus arterias Glandulæ erant multæ, quæ comprimendo ductus anguſtabant. *Vide tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

ICteri nigri origo (de quo *Hippocr.* 2. de morbis) communiter Lieni adſcribitur, quod hic officio ſuo non ſatisfaciat, repurgando ſcil. ſanguinem à craſſo, atro & melancholico humore, unde ſanguis impurus ad partes deveniens, eaſdem tetro ſuo colore fœdat : Huic tamen perſuaſiſſimæ opinioni non aſſentitur *F. Platerus* 1°. quia nulla veſicula, ſeu ſinus, bili atræ naturaliter in Liene recipiendæ dicatus repetitur : 2°. quod nulla humoris hujus ad venam cavam fieri queat tranſmiſſio ; aſſerens in Liene atram bilem non perquirendam, ſed in portæ ramis eum humorem congeſtum primo ad hepar, hinc in cavam tranſmitti : Rationes has amplectitur *Sennertus*, quia cum in nullo amplo receptaculo humor ater contineatur, ſed ſenſim ut generatur evacuetur, non poterit æque ut flavus ſic niger Icterus ſubito hominem invadere : Non tamen propter dictas *Plateri* rationes immunis ab hoc vitio cenſendus eſt Lien : quamvis enim tantum humoris contineri in Liene nequeat, quantum ad hunc affectum ſubito producendum ſufficit (quod ipſum continuus & circularis ſanguinis motus prohibet) attamen vitio Lienis, ob imbecilliatem humorem ſibi tranſmiſſum non bene coquentis, crudus ille, aquoſus & melancholicus humor ſanguini communicari, ſtatoque tempore ad cutim propelli poterit : Ejuſmodi tetri coloris cauſam, morboſum & aquoſum Lienis ſanguinem eſſe diſces è *Philoſopho* ſect. 9. prob. 5. Indicio quoque erunt culpa Lienis Icterum nigrum genitum, mala ſpleniticis familiaria hunc affectum præcedentia : Imo in iis qui Lienis vitiis obnoxii ſunt, talem nigricantem colorem, qualis in Ictericorum cute apparet, ipſum parenchyma Lienis referre videbis : Poſſe autem ejuſmodi aquoſum humorem, partes terreſtriores admixtas habentem, per aliquod temporis ſpatium in ſanguine hoſpitari, donec irritata natura, vel à copia vel à qualitate humoris, evacuatio vel propulſio ad exteriora ejuſdem fiat, commonſtrant humores alii, cum ſeroſi tum pituitoſi in ſanguine è vena miſſo, magna ſatis copia apparentes: Minus negotium faceſſit ſecunda *Plateri* ratio, qua humorem atrum à Liene venæ cavæ communicari poſſe negat, quia nulla huic operi commoda ſunt vaſa : Cognitus enim in viventibus ſanguinis motus, per ramum ſplenicum venæ portæ naturali ductu humorem à Liene, æque ac è meſaraicis venis hepati, & hinc venæ cavæ communicari poſſe demonſtrat. *Frid. Lepnerus Introduct. in med. p.* 88.

Observatio XXVIII.

Icterus niger ſequutus Iecoris inſignem duritiem.

QUidam ordinatis vicibus, ut mulieres, ſanguinis fluxum ex hæmorrhoidibus patiebatur, qui ex Arquato nigro & jecoris mira duritie periit. *Vide tit. de Hæmorrhoidum fluore.*

SCHOLIA.

UT *mulieres ſanguinis fluxum ex hæmorrhoidibus patiebatur*] Ut truncus venæ cavæ, arteriæque magnæ, ſicut & aliarum venarum tunicæ ramulos quoſdam venarum à partibus adjacentibus accipiunt, ita & porus choledochus à venis cyſticis ramos accipit : Nil igitur miri ſi ex ſuppreſſis hæmorrhoidibus Icterus aliquoties naſcatur : Quanquam & ideo oriri poſſit, quod iis ſubſiſtentibus ſanguis bile utraque remixtus in corpore reſtagnare, atque per circulationem ſanguinis in habitum uſque deferri queat : *Th. Bartholinus cent.* 5. *hiſtor.* 62. adfuiſſe ſe *ait*, juvenculæ, cui inſtantibus menſibus, ſed non prodeuntibus, Icterus toto corpore erupit.

Iecoris mira duritie] Vaſorum choledochorum obſtructio ſi diutius duret, ipſum hepar afficitur, durum incurrens tumorem : Ex mente autem *Hippocratis*, *Regio morbo laborantibus Iecur durum fieri malum* 6. aphor. 42. Icteri autem cauſa non eſt ſola veſicula obſtructa, *Triplex eſt Icterus*, (ait *Zacutus*,) *felleus, hepaticus & criticus : Felleus ex vitio veſiculæ, Hepaticus ex vitio hepatis, Criticus, in morbis judicans, & non judicans ex vitio totius:* Item quando veſicula & rami bilarii obſtructi non attrahunt bilem : Hepar inflammatum, aut tumore alio laborans facile in conſenſum trahit veſiculam, comprimit meatus evacuationemque bilis impedit : *Moëbius Fundament. Phyſiologic. cap.* 16.

Observatio XXIX.

Icterus niger ab Hepate ſcirrhoſo, Veſicula fellis vacua, Omento putrido.

ANno 1657. Senator Erfurtenſis cum per quinque menſes Ictero nigro laboraſſet, & medicamentis nihil proficientibus, ſenſim viribus conſumpris obiiſſet.

In ejus aperto cadavere inveni *Hepar ſcirrhoſum*, lignique inſtar durum, ac tartareis aſſatiſque quaſi humoribus infarctum : Veſiculam felleam plane vacuam, Omentumque omnino putrefactum. *Ex obſerv. D. Valent. Andreæ Mollenbroccii Medici Halæ Saxonum in Miſcell. curioſis anni* 1670.

OBSERV.

Observatio XXX.

Icterus niger à Lienis abſentia prognatus.

VXoris cujuſdam Nobilis viri cutis, atro colore tota ita fuit tincta atque fœdata, ſolummodo ejus aſpectus omnibus horrorem incuteret : Hæc abſque febri mœl perpetuo, nam univerſa corporis ſuperficies Æthiopis colore erat conſpurcata : M dici cauſam judicarunt contumacem Lienis & meſenterii obſtructionem (licet nul aut ſaltem ſenſui conſpicua reperiretur partium tenſio ac durities) à remediis deo ſtruentibus & nigrum humorem vacuantibus pejus habebat ; Tandem accedente aſ dua leipothymia, & ſequuta continua febri obiit.

Cadaver diſſectum ſine Liene inventum eſt, qui cum ſit receptaculum melancholi ſucci, nihil mirum ſi eo deficiente corpus totum redderetur nigrum 1. quia humore at non attracto, hujuſmodi humor per venas cum ſanguine ferebatur ; ex quo maſſa ſangu nis infecta, corpus nigro colore fœdavit. *Zacutus Praxis admir. lib. 3. obſerv. 137. E communic. D. Gaſparis à Coſta Med. Rothomagenſis.*

Observatio XXXI.

Icterus à parvitate Lienis, grandiore Veſica fellea, & obſtructa.

H. Fab. Aquapendens Patavii diſſecuit cadaver fœminæ Ictero nigro extinctæ, cu jus jecur, uti & reliqua viſcera, nil conſideratu dignum offerebat : *ſola cyſtis uſ tato grandior*, aſpectu terrior è cinere concretos continebat globulos : quibus & ven quæ à cyſti ad jejunum proficiſcitur, infarcta, parvo & exiguo prorſus conſpect liene.

SCHOLIA.

QUi in theatro aderant Doctores de præſenti caſu phloſopbabantur ; dicebat tandem ſententiam argutiſſimus Anatomicus, Jecur, Liene cunctante, ſanguinis fæcem per vas venoſum Portæ trahere : utrumque excrementum vicinum ſeceſſum amandaſſe, qui cum per ordinatas ecphyſes exonerare ſeſe non poſſet, quod erat terreum Jecoris incubi calore unitum, ac in lapillos coactum reliquum à veſicula non captum, cum ſanguine ad venas & corporis habitum latum, cutem fœdaſſe.

Sola cyſtis uſitato grandior &c.] Veſiculam fellis varia & prodigioſa continere, hincque varias morborum ſpecies exſurgere oſtendit *Veſalius* in examine obſervationum *Fallopii* : Longum ſane eſſet, *ait*, ea quæ in quibuſdam Tertiana & Quartana laborantibus, & dein ſuſpendio aut capite plexis, In furiis & Mania obſeſſis, & Melancholia morbo obſeſſis : Ex variis Febrium (quæ continuæ fuerant, & rigorum & ſudorum inordinatos circuitus facie bant) generibus extinctis : fœdo Ictero eóque va tio vexatis, malo Habitu diu preſſis & Dyſenteri cruciatis, ſubinde reperi modo commemorare ſive ſcil. hic inſignem bilis, nunc flavæ, nunc atra menti quo ſcribimus in modum atræ, ſive albicantis propemodum colorem (qui ferè contermina partes affecit) ſive fluidam, aut luti modo, aut unguenti cujuſdam ex farinis, melle & terebinthina apparati, ritu conſiſtentis, ſubſtantiam, ſive calculorum effigies varias, ſive bilis veſiculæ molem inſtar duorum pugnorum, ob contenta, tumidam, ſive omnis bilis defectum recenſerem, quæ omnia me de hujus veſiculæ natura adhuc magis quam antea habent ſollicitum.

Observatio XXXII.

Diſcoloratio à Vermium copia in inteſtinis.

VErmibus inteſtina ſcatere frequenter, non tantùm in ægris, verum etiam in ſanis ſupplicio affectis ſæpius deprehendi : Inter quos mendicus quidam, qui tamen dum viveret diſcoloratus erat, capite mulctatus, ſectus ſupra viginti lumbricos inteſtinis inclusos gerebat. *Platerus obſervat. lib. 3. pag. 883.*

Observatio XXXIII.

Icterici anatome, cujus interiora omnia membra, imprimis Hepar & Inteſtina, bile ſuffuſa deprehenſa ſunt.

IN Ictericorum cadaveribus diſſectis, quia ſeparari bilis non potuit, bilis colore omnia fœdantur. In *Sfortia* Cardinale Romano, Ictericia defuncto, cum cadavere reſecto, inquiſitio interiorum membrorum facta, omnia, imprimis hepar & inteſtina, croceo colore totaliter infecta deprehenſa. *Chriſtoph. Guarinonius Conſil. 215.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

T*Antummodo Lienis vitio oriri.*] Laudatus author plures occaſiones, ϖϱοκατάϱξεις, citato loco adducit à quibus Scorbutus originem ducere videtur. 1. *ait*, Quibuſdam locis endemius exiſtit, ut propter malignam aëris & vaporum, quibus ſtipatur, influentiam, una cum ſpiritu vitali, miaſma morbificum hauriatur. 2. ſæpenumero morbus iſte febribus diuturnis, aliisque morbis chronicis ſuccedit, illorumque effectus ſive productum merito cenſetur. 3. Nonnunquam hæreditatio, & à parentibus ſcorbuticis per traducem propagatur. 4. Interdum mero contagio ſuſcipitur. Quæ cauſæ maſſam ſanguineam immediatius reſpiciunt, & morbum à latice ejus, ſine magno primarum viarum vitio incipere oſtendunt, ſed & 5. Scorbuti rudimenta etiam intra coctionis viſcera interdum concipi, atque illinc in ſanguinem traduci oſtendit, Vir Clariſs. Si quando enim à longo tempore accidit è chylo vitiato ſuccum nutritium nonniſi incongruum, atque ſalium & ſulphurum enormium particulis refertum maſſæ ſanguineæ ſuppeditari, neceſſe erit hujus craſin tandem mutari, & juxta materiæ, unde conſtat & quotidie ſuppletur, indolem perverti: Quare obſervare eſt qui cibis ſale conditis fumoque induratis maxime veſcuntur, atque vinum & aquas ardentes copioſe bibunt, è quibus particulæ ſalinæ & ſulphureæ in ſanguinem rapiuntur, ſcorbuto plurimum obnoxios reperiri: Porro qui carne porcina, aut etiam piſcium, licet recentium, ac imprimis teſtaceorum carnibus plurimum aluntur, ſi quidem hæc alimenta ſulphuris & ſalis rancidorum (uti colligere eſt ex putreſcentium inſigni fœtore) copiam præbent, facile in ſcorbutum, & quod majus eſt, quandoque in lepram proclives habentur: E contra in hunc morbum non ita prompte incidunt: qui lacticinia, fructus crudos & immaturos, caſeum recentem &c. comedentes, magnam pituitæ ſaburram in ventriculo congerunt: Nec tantum è cibis pravis & dyſpeptis ſuccus ſcorbutum fovens producitur, ſed interdum alimenta ſatis idonea, viſcerum culpa in materiam morbificam faceſſunt, Quod non ſemper *Hepatis* aut *Lienis* vitio, prout nonnulli arbitrantur, accidit; his enim cum chylo nihil negotii eſt, verum ipſe *ſtomachus* fermento extraneo præditus, ingeſta quævis pervertit, inque pultem modo aceroſam, modo ſalſam aut vitriolicam mutat; Veriſimile eſt etiam à Pancreate, aut ductu choledocho ſuccum incongruum chylo permiſceri, ipſumque tinctura heterogenea imbuere: Nec vero inficias imus quin *Lien* & *Hepar* Scorbuti productioni non raro contribuant; licet eorum culpas non chylus ſed ipſe ſanguis immediatius luit: Quando *Hepar* obſtruitur, ut ſanguinis recrementa aduſta minus ſecernat, propterea hujus maſſa fæculentior, atque ſalis & ſulphuris particulis ſimul incoctis, nimis luxuriat, Quod ſpectat ad *Lienem*, haud prorſus immerito eſt quod circa Scorbuti productionem tot querelæ in ipſum proferuntur: Cùm enim hujus viſceris munus in his conſiſtat, tum ut ſanguinis fæculentias atrabilarias, quæ ſale fixo & terra conſtant, ſecernat & excipiat, tum ut eaſdem ulteriori coctione in fermentum ſanguini remiſcendum digerat; ſi quando *Lien* hiſce muniis ſuis non recte defungitur, duplici reſpectu maſſa ſanguinea inquinari ſolet, nempe, vel quia fæculentiæ atrabilariæ à Liene obſtructo aut debilitato non omnino excipiuntur: vel quoniam exceptæ ibidem in fermentum inidoneum, & ſanguinis corruptivum pervertuntur: maſſa ſanguinea vel hoc vel iſto modo interdum male diſponitur, & non raro propter hanc occaſionem ſolitariam, aut aliarum cauſarum acceſſum in diatheſin ſcorbuticam degenerat.

Symptomatis quamplurimis &c.] Maxima ſymptomatum farrago, affectus multiplices & diverſi generis, quique interdum naturæ ſunt oppoſitæ aut contrariæ Scorbuto accenſentur, quorum recenſio cum partium corporis diſtributione optime perficitur: Materialis vero hujus morbi cauſa haud in privato quodam loco, aut ſingulari minera continetur, ſed cum per totum corpus, & ſingulas ejus partes tum intus tum extus diffundatur, colligere eſt miaſma Scorbuticum vel in *Sanguine*, vel in ſucco *nervoſo*, aut ſimul in *utriſque* fundari: Revera ſanguini labem aſſigi, efferveſcentiæ ejus inordinatæ, maculatum aut tuberculorum eruptiones, urina rubicunda & velut elixiviata plane teſtantur, quibus pari indicio conſpirat diverſimoda hujus morbi productio, quæ ut plurimum *maſſa ſanguinea* depravationi ſuccedit: Nec minus *Liquori Nervoſo* vitium hærere declarant moleſtiſſimi dolores,, tum intus in membranis, tum extus in muſculoſo genere excitari, membrorum debilitates aut reſolutiones, ſpaſmi, vertigo & crebra ſpirituum animalium deliquia: Cum itaq; humores ambo generales in vitio deprehendantur, videndum quis prior aut potior in culpa ſit, *De utriuſque vitiis conſule Viri Eruditiſſimi Tractatum c.*1.

Doloribus fere continuis] A fæculentiis Scorbuticis in nervorum corpora delapſis, etiam *Dolores*, qui frequentiſſimum hujus morbi ſymptomata habentur, aliquatenus procedunt: Attamen cum varii ſint generis, etiam propter alias etiam cauſas oriuntur: Enimvero dolores ſcorbutici ſunt, vel leviores, incerti ac cito tranſeuntes, qui interdum à flatu membranas diſtendente, quandoque etiam à materia ſalſa vel acri, modo à ſanguine, modo etiam à liquore nervoſo in partes nerveas ſuffuſo dependent: Cujuſmodi materies quatenus fibris nerveis improportionata, eas vellicat ac in corrugationes incitat, dolorifica evadit: In quantum vero eadem vel à ſero affluente cito eluitur, vel à calore diſſipatur, ſenſatio moleſta à tali cauſa illata facilius dimovetur: Vel 2°. Dolores Scorbutici graviores ſunt plurimum acuti, difficulter mobiles: Cujuſmodi item vel ſunt fixi & determinati ad particularem quendam locum, aut vagi, moleſtiam, utut graviſſimam, ab uno loco ſubinde in alium transferentes, prout cernitur in arthritide vaga, ſcorbutica & rheumatiſmo: Interim dolores fixi & diu permanentes, in variis partibus, præcipue vero in ventre, lumbis, cruribus, ſterno & capite excitari ſolent, *Willis capite* 4. *De doloribus ventris vide proxime.*

Nec non Paralyſi] Affectus Paralytici, Item ſtupor & formicationis ſenſus ſcorbuto ingraveſcenti crebro ſuperveniunt: cujuſmodi tamen ſymptomata ut plurimum non ſunt valde fixa & permanentia, verum modo ceſſant aut remittunt, mox repetunt aut intenduntur: Scorbutica Paralyſis potiſſimum ob tria cauſarum genera excitari ſolet, quæ ſc. modo conjunctim modo diviſim hunc morbum producunt: 1. Etenim membri debilitas aut reſolutio contingit, quia ſucco nervoſo depauperato, ſpirituum animalium, quibus membra quævis actuantur, penus ſive copia ſufficiens deſideratur: Hinc valetudinariis, tanquam ſenio confectis, circa crura & pedes, aliasq; interdum partes extremas, ad quas ſpirituum influxus haud ſatis ubertim pertingit, facultas locomotiva vacillat, poſtea forſan cum major ſpirituum

QQqq affluxus

ſubtiliata foras exhalet (licet interdum partim hac, partim illa res agatur,) vel denique materies iſta ſuppurata in abſceſſus tranſit: Porro *Exanthemata* cujusque fere generis, non tantum in Scorbuto, ſed in pleriſque aliis affectibus, imo ſi quando ſanguis propter occaſiones aliquas immodice ebullit, paſſim eveniunt: At vero *Maculæ* ſunt portiones à ſanguine ſecretæ & ab eodem prorſus derelictæ, adeo ut nihil illis cum ſanguine circulato deinceps commercii fuerit, quare nec in molem accreſcunt, nec ſuppurantur, nec facile evaporant: Maculæ citrinæ, aut obfuſcæ, videntur eſſe bilis flavæ aut atræ portiones quædam è ſanguine in cutim ſuffuſæ: Quoad ſtigmata vero nigra aut purpurea, advertere eſt eadem in nullis præterea affectibus, niſi in *febre peſtilentiali*, *lue venerea*, & *Scorbuto* excitari: In peſte & febribus malignis videntur eſſe ſanguinis ſyderati, & velut *νεκρώσει* affecti, partes quædam rejectæ, quibus ſemper malignitas & contagium adjunguntur: In lue venerea & ſcorbuto, etſi non tanta malignitas reperiatur, ut ſpiritus ſanguinis valde mortificentur, ejusque liquor ſyderationes majores ineat, tamen ſuſpicari fas ſit quod in utroque morbo ingraveſcente, ſanguis aliquatenus corrumpi & coagulari aptus, in grumos minores concreſcat, Cujuſmodi ſanguinis concretiones, arteriarum oſculis extruſæ, in cute defiguntur, & juxta quod portiones illæ majores aut minores fuerint, & cruoris plus aut minus corrupti participant, etiam maculæ quoad magnitudinem & colorem inſigniuntur: *Idem ibidem.*

In ulcera degenerantibus] Quandoque non ſolum *Maculæ* in cruribus & brachiis apparent, ſed & ulcera in iis excitantur, ſicca fere; & neque pus neq; ſaniem ex ſe fundentia: Ulcera autem hæc eos magis infeſtant qui temperamento bilioſo ſunt, De quo *Hippocrates* lib. de int. affect. *Quicunque, inquit, ſplenem habent magnum, ſi quidem bilioſi ſunt, hi mali coloris ſunt & malis ulceribus ſcatent*; Ulcera hæc, Telephia quibuſdam appellata, maligna ſunt & curata difficilia, ob humorem malignum & pravum, qui, quicunque ſit, contumax eſt neque curationi facile cedit, & in Scorbuto peculiarem corruptionem ac pravitatem ſortitus eſt: *Sennertus Tract. Scorbuto cap.* 4.

Observatio II.

Scorbutici Iecur ſcirrhoſum deprehenſum & tuberoſum, Lien maximus, Vaſa meſenterica obliterata.

Vir conſiſtentis ætatis, *conſtitutione* corporis *melancholicus*, adeoque habitu corporis ſqualido ſtrigoſoque, *alvum habens adſtrictiorem*, *urinasque mingens bilioſas*, ſaturate more febrientium *rubentes*, frequenterque corruptionis putredinalis notas exhibentes, *ructibus ventriculi*, *ſputatione cruenta*, *ſanguinolentia gingivarum* per annos aliquot afficitur, interim aliquoties *alvi fluxu ſanguinolento*, *ſemel* etiam *febre continua*, *praeunte tumore in inguine*, tandemque anno ſuperiori *intumeſcentia ventris* atque pedum *hydropica* ſuperveniente prehenditur. Quanquam autem convenientibus mediis, imprimisque curatione ad ſcorbutum appropriata, dicta ſymptomata lenirentur, ita ut per præcedentem æſtatem optime ſibi valere videretur, *nihilominus* brumali tempore appropinquante, *recidiva ſigna ſeſe oſtendebant*, donec ſub finem anni 1627. ſubito vomitus ſanguineus, *cum dejectionibus nigris*, picis inſtar, invaderet, quo ſymptomate per triduum continuante, viribus pedetentim conſumptis, 29. Dec. naturæ debitum perſolvit.

Abdomine aperto, mox ventriculus & inteſtina inflata, nec non nigricantia ſeſe offerebant, interius atramento quaſi ſutorio oblinita: Renes & pulmones naturaliter ſeſe habebant: Jecur totum ſcirrhoſum ac tuberoſum interius atque exterius erat, nec quicquam vaſorum vel ſanguinis exhibebat: Lien vero triplo major quam ſ. n. eſſe ſolet, optime ſanus conſpiciebatur: parenchyma Jecoris colore ſaturate rubeo, nec non ſubſtantia carnoſa referens: Meſenterium ſatis glanduloſum atque tuberoſum & craſſum occurrebat, vaſis meſaraicis, ob ſanguinis ad partes ventriculi atque inteſtinorum effuſionem, obliteratis. *G. Horſtius Tomo* 2. *lib.* 9. *obſerv.* 4.

SCHOLIA.

Vir conſiſtentis ætatis, 30. ætatis annum ſuperans, conſtitutione corporis melancholicus, cui *corporis habitus ſquallidus atque ſtrigoſus*; Ea propter accidit, quod nutritiva facultas alimento convenienti deſtituatur, utpote cum tota maſſa ſanguinea qualitatem atrabilarem induat in talibus, unde ſequitur *alvus adſtrictior*, quod bilis, excretionis ſtimulus, languente jecore non juſto modo ſeparetur ad inteſtina, ſed potius in ſanguine relinquatur & aduratur: *Urina bilioſa*, dictam ob cauſam, *ſaturate more febrientium rubens*, non propter calorem febrilem, ſed jecoris imbecillitate reddita, rubra ſanie una cum ſanguine emiſſa: *frequenter putredinis notas exhibens*, absque tamen ſiti, eo quod ſcorbutica ſanguinis infectio concurreret, cujus proprium hoc eſt ut interdum inſignes putredinis notas in urinis exhibeat, absque tamen ſiti: *Ructus* aderant, ſc. inanes, hypochondriacis familiares eo tempore quo digeſtio ventriculi ſolet abſolvi: *Sputatio cruenta*, tam propter ſeroſi ſanguinis è gingivarum carne ſpongioſa ſeparationem, quod maſſæ ſanguineæ ſerum cruentum, ob imbecillitatem jecoris ad ventriculum effunderetur, ac poſtea pedetentim ad fauces communicaretur: ſic *Hippocr.* in Coacis multum ſputum cruentum hepaticis ſtatim lethale pronuntiat; quod contingere ait *Iacotius* venarum infirmitate, ſanguinis prava qualitate & plenitudine ad vires: Interim aliquoties *alvi fluxus cruentus* dyſenteriam repræſentans invadit, qui fiebat ſanguine craſſo fæculentoque copioſe per venarum extremitates in inteſti-

inteſtinorum cavitates effuſo: qua de cauſa non cum excrementis, ſed ſeparatim & absque torminibus reddebatur, in quo talis fluxus ſanguinolentus ſcorbuticorum ab aliis diſtinguitur: Semel etiam *febre continua prehenditur*, quod maſſa ſanguinea, quoad majora vaſa quoque corruptionem indueret, unde ſanguis venæ ſectione emiſſus lividus, ad virorem inclinans, multoque ſero livido dilutus conſpiciebatur: *praeunte tumore in inguine*, tanquam in emunctorii loco peccante materia craſſiori collecta, vi naturæ verſus exteriora ſuperfluis propulſis, Tandemque *ventris intumeſcentia atque inflammatione pedum* affligitur, ea videlicet hydropis ſpecie quæ ex parte Tympanitidem, ex parte Anaſarcam referre videbatur: Subito *vomitus ſanguineus* ſucceſſit, facta recidiva, quem lethalem pronuntiat *Hippocr.* ſect. 3. lib. 3. coacar. aph. 3. cum vitio hepatis vel venoſi generis fiat: qua ratione 5. Epid. 37. Qui ad Dromum habitabat, nocte ſanguinem multum vomens ſuffocatus fuit: *Iacotius* in coacis lib. 6. ſ. 2. aph. 1. ſanguinem qui vomitione redditur, tum ab hepate tum à liene, tum ab utero eſſe poſſe ſtatuit, quod ex his locis ſanguis ἀναῤῥοῶν in venas, quæ in ventriculi membranis inſeruntur, plerunque redundet: Gravior affectus redditur ubi cum ſanguinis vomitu *dejectiones piceæ nigræ* junguntur, hinc *Hippocr.* in Coacis, Ab hæmorrhagia nigrorum dejectio, malum, quia Lien non probe expurgat Jecur & ſanguinem, unde cœnoſa illa materia diu retenta in hepate aut meſenterio, aliquando corrumpitur mora & fit exquiſite atra bilis. Mirum vero quod aperto cadavere *Renes omnino ſani* deprehenderentur, cum tamen æger per multos annos de dolore dorſi conquereretur? An quod aduſta materia atrabilaris in meſenterio & ſplenicis venis pedetentim colligeretur, & malignitate ſua nervoſas partes, quibus ſpinæ dorſi meſaræum annectitur, afficeret? 2. Mirum cum *Iecur penitus ſcirrhoſum* eſſet, quomodo tamdiu æger ſupereſſe potuerit? An quia Lien fuit triplo major ſolito ſubſtantiæque laudabilis, viſcus ſanguificationis referens, cujus ratione ſanguificatio facta fuit à Liene loco Jecoris? hinc ergo non mirum ſanguinem productum fuiſſe minus laudabilem, quatenus alias Lien & veſicula fellea ſanguificationem Jecoris, ſeparando heterogenea, laudabiliorem faciunt: At ubi Lien ſolus ſanguificat, idipſum non accidit, unde ſanguis producitur impurus. 3. Mirum *cùm veriſimile ſit Iecur longo temporis tractu ſcirrhoſam iſtam* naturam obtinuiſſe, quod ſanguineus vòmitus cum dejectionibus nigris citius non prehenderit? An quia per ſemeſtrales ordinarias evacuationes, & venæ ſectiones, tum etiam aliis intermediis, urgentibus ſymptomatis, medicationibus maſſa ſanguinea taliter qualiter fuit depurata, potiſſimum adhibita ſcorbuti cura appropriata? 4. Mirum quod *Lienis conſtitutio ſanguinea, magnitudine communem conformationem excedens, inventa fuerit in eo, qui Scorbuto confirmato tot annis affectus fuerat, cum tamen Lien communiter ſubjectum ſcorbnti ſtatuatur?* An quod Scorbutus interdum quoque ſalvo Liene fieri ſolet, cujus rei exemplum habet *Foreſtus* de quodam, cui jecur potius quam Lien affectum fuerit, in quo Liene ſalvo omentum totum fere putridum inventum fuerit? An vero quod Lien officio ſuo defuerit à ſanguificatione (quæ jecori ſcirrhoſo denegabatur) peccantem materiam non ſecernendo, ſed potius naturæ inſtitutum, ob defectum jecoris, chyli partes laudabiliores attrahendo, ſanguinemq; ſalſum ac tartareum relinquendo, quod ejus magnitudo, ſanguineaq; conſtitutio ſatis innuebant, cujus beneficio ſanguis quidem genitus, ſed ab excrementitia bile tenui craſſaque rite depuratus non fuit, unde tota maſſa ſanguinea ſalſa tartareaq; reddebatur: Non ſemper ergo locum habet theſis de Lienis in ſcorbuticis operatione depravata, cujus rei fidem facit exemplum obſervation. 4. adductum, *Idem.*

Conſtitutione corporis melancholicus] Inter Scorbuti cauſas triſtitiam ponimus, nam paſſim obſervare eſt homines propter occaſionem aliquam luctu ingenti perculſos, & deinceps diu mœſtos Scorbuticos fieri: Quia ingens mœſtitia Animam inferiorem immediate afficiens, binas ejus partes, nempe ſenſitivam & vitalem intus compellit, eorum ſyſtaſes à ſolitis expanſionibus inhibens coarctat, ac in minus ſpatium contrahit, hinc ſpiritus animales à debita expanſione præpediti, œconomiam ſuam remittunt; quare & ſanguis minori ambitu circuitus ſuos repetens, circa cordis ſinus agglomerari, ibidemque ſtagnare aptus eſt: hinc cum ſpiritus utriuſq; regiminis, ſc. tum animalis tum vitalis præſides deprimuntur, & *ſanguis & ſuccus nervoſus* ſecundum craſes ſuas alterari incipiunt, & uterque vigorem ſuum ſenſim amittens à liquore generoſo verius acetoſum & effœtum vergit: Inſuper coctionis viſcera, ſolito ſpirituum influxu denegato, munia ſua perperam obeunt, hinc à chylo minus recte cocto, aut inter coquendum depravato, ſuccus nutritius nonniſi vitioſus, & fæculentiis refertus maſſæ ſanguineæ infunditur, unde craſis ejus magis pervertitur inque diatheſin ſcorbuticam facile tranſit. *Willis Tract. de Scorbuto c. 2.*

Urinas mingens bilioſas, ſaturate rubentes &c.] In Scorbuto certiori quàm in aliis affectibus diagnoſi, matulam conſulimus: Nam ſi abſque Febre in Ictero urina intenſe rubicunda & quaſi lixivialis apparet, illius morbi hoc ſignum indubitatum pronuntiamus: Enimvero dum latex ſeroſus cum ſale & ſulphure ſolutis aliquandiu circulatur, particulæ ſalinæ & ſulphureæ eidem incoctæ, tincturam valde ſaturatam & velut lixivalem impertiunt, quod etiam talis urina contentis, quæ in lotio refrigerato ad fundum præcipitantur, plurimum abundat, particulis ſucci nutritii degeneris cum ſero abreptis, omnino debetur: Sed tamen urinæ Scorbuticorum ſæpe variant, aliquando namq; illæ citrini coloris, cum cremore innatante, aut vitri parietibus affixo apparent; unde ſumitur indicium ſanguinem particulis ſalinis plusquam ſulphureis abundare: Equidem ſi talis urina ad ignem exhalet, reſidentia ſalina in ſubdupla liquoris quantitate remanebit. *Idem cap. 3.*

Ructibus ventriculi] Ructus, crebri vomitus, rugitus, nauſeæ & cardialgiæ Scorbuticos æque ac hypochondriacos fatigant: quæ quidem ſymptomata frequenter in hoc morbo accidunt, partim quia ſtomachi tonus labefactatur: ejusque fermentum vitiatur, quo fit ut chyli male concocti reliquiæ in partem auſteram, ſalſam, vitriolicam, aut alias degenerem facesſat: Præterea tamen ſtomachus male habet, quoniam & ſanguinis recrementa interius reſtagnantia in ſinum ejus ſuffunduntur. *Idem cap. 3.*

Sputatio cruenta, Sanginolentia gingivarum] Morbo ingraveſcenti ſupervenit ſputatio copioſa, & plerumque Gingivarum ſanguinolentia, dein earum flacciditas, ac tandem putrefactio, quam dentium eroſio, vacillatio aut caſus, cum oris fœtore comitari ſolent; Quorum ratio ut melius conſtet, advertendum eſt circa partes oris peculiares quoſdam ductus, nempe *Salivales*, quibus ſeroſi humores copioſe excernuntur, conſtitui: Illi à variis glandulis,

nempe

nempe parotidibus, maxillaribus & ſublingualibus exorti; maxima ex parte circa gingivas; aut prope ipſas terminantur: horum munus conſtans & ordinarium eſt ſalivam propter uſus quoſdam neceſſarios in cavitatem oris deponere: Præterea tamen obſervare eſt humores ſuperfluos, quin & vitioſos, craſſiores forſan quam ut per ſudores, urinam aliasvè vias à ſanguine ſecernantur, hac via foras amandari: Argentum vivum ſalibus ſubactum, & deinde intus aſſumptum, aut corpori illitum, à ſalinis corporis noſtri particulis minutiſſime diſſolvitur, iiſque involutum peniriſſime immiſcetur: hujuſmodi ſalium & mercurii concretiones per omnes humores, inque omnes totius corporis partes diffuſus, cum natura, ſi quidem moleſtiam pariunt; expellere nititur, illatum excretionem per hæc oris emunctoria optime, & quidem facillime molitur: Etenim ſanguis, & forſan aliquatenus liquor nervoſus, recrementis iſtis mercurio-ſalinis onuſti, eadem omnino excutere ſatagunt, quæ tamen cum craſſiora fixioraque ſunt quam ut per diaphoreſin exhalent exſudentque, aut à renum fermento præcipitata per urinam amandentur, illa interdum arteriarum oſcula inteſtinis inferta perrumpentia aliquatenus per alvum excluduntur: attamen iſtius pharmaci particulæ ſero obvolutæ, promptiſſime in prædictis glandulis, aliiſque ad os & gulam ſpectantibus depoſitæ, per ſalivationem uberius excitatam effluunt: quo efluxu gingivas aliiſque oris partes ulcerari, atque dentes cum fœtore oris vacillare contingit: Cæterum hujuſmodi Salivatio interdum ſine mercurio, in febrium male judicatarum declinatione, criſeos loco ſponte ſuccedit: atque humor excernendus non tantum apertioribus ductum ſalivalium foraminibus, ſed & arteriarum oſculis ubique conſitis exſudans, cruſta albicante oris cavitatem oblinit: Par equidem ratio ſymptomatum ejuſmodi in Scorbuto accidentium reddi debet, quandoquidem enim in ſanguine depravato ſalis ac ſulphuris enormium recrementa plura & craſſiora congeruntur, quam ut diaphoreſi, vel per urinam aut ſedem ſatis excerni poſſint, ad oris emunctoria, quibus ſalſiora ſanguinis purgamenta excerni ſolent, deferuntur: ſalſamenta iſta ſero diluta, non ſolum è vaſis ſalivalibus exundantia, ſputationem copioſam creant, ſed etiam per arterias advecta, molles & ſpongioſas gingivarum carnes ſubeunt, quæ primo poris earum ſanguine ichoroſo oppletis intumeſcunt, poſtea tamen ichore ſalſo à ſanguine abſcedente & continuo excreto, gingivarum caro, propter laudabilis ſanguinis defectum, flacceſcit, dentes pene nudatos relinquens: Porro à diuturno materiæ plane corroſivæ affluxu gingivarum caro corrumpitur, ut dentes ſtabilire nequeat, quin hi, alveolis diſſolutis, laxantur, aut decidunt, atque ob particulas ſalino ſulphureas, partim humoris excreti, partimque gingivarum putreſcentium continuo exſpiratas, fœtor oris graveolens excitatur.

Vomitus ſanguineus, cum dejectionibus nigris &c.] Nonnunquam affectus Dyſenterici, item crebræ hæmorrhagiæ è naribus venis ſedalibus, renibus, thorace, gingivis, aliiſque locis ſcorbuto inveterato laborantibus ſuccedunt. Cujuſmodi ſymptomatum cauſa eſt, quod ſanguis ſalſior factus, propterea que effereſcere aptus, vaſorum oſculis facile erumpit: præcipue vero, quia cum partium ſolidarum tonus debilitetur, atque fibræ ſint valde laxæ, vaſorum ora ſiunt patentiora & diſcontinua, ita ut arteriarum extremitatibus in venarum oſcula tranſitus non recta ducat, quin ſanguis inter vaſorum aperturas interceptus, ibidemque ſtagnare & diffluere apt qua data via facile erumpit & ſe foras eripit. *Ia ibidem.*

Semel Febre continua] Non raro Febres Sc buto conjunguntur, ſicut & quandoque in Scorb tum degenerant: plurimæ enim febres quæ hic gros infeſtant, omnes notas febrium à Græcis & rabibus deſcriptas non obtinent, & proinde ſuſ cionem non levem delatente ſcorbuto ſæpe p bent: Sunt autem febres eæ varii generis, quando lentæ & continuæ, quandoq; intermittentes, ſed q ſignis & notis intermittentium ab antiquis deſcript rum deſtituuntur, niſi quod typum quendam ref runt, quandoq; nullum obſervant, & interdum bis die, aliquando ter quaterve invadunt &c. *Sennert. Tract. de Scorbuto c.4. ubi plura de ejuſmodi febri*

Præeunte Tumore in inguine] Ruſticis & Nauti ac qui ſimili iis victus ratione utuntur, tubercula d ra in toto corpore erumpunt: nonnunquam & tu mores magni & profundi, cum in Inguine & glan duloſis corporis partibus, tum alibi & in mediis mu ſculorum ſpatiis, doloris quidem, dum ægri quie ſcunt, aut crus ſuper ſcamno vel pulvinari reponunt expertia, Inter eundum vero & cruribus pendenti bus, graviter ægros excruciantia, tumores venereo æmulantia, quæ a materia melancholica & tartarea ut Chymici appellant, in ambitum corporis & natura detruſa, & iis in locis hærente & indurata proveniunt: Ortum enim habent hi Tumores ex humoribus Scorbuticis corruptis, dum tenuior pars humorum, à natura ad ambitum corporis depulſorum diſcutitur, vel à calore febrili abſumitur, craſſa vero relinquitur: Diſcernuntur autem à venereis tumoribus, quod in his apertis materia pinguis, lardo ſimilis, reperitur, quale nihil in tumoribus Scorbuticis apparet: Præterea Tumores Scorbutici ſequuntur vitam triſtem & calamitoſam, venerei luxurioſam, ut ſcribit *Eugalenus. Sennertus ibidem.*

Intumeſcentia ventris hydropica atque pedum] Interdum non ſolum crura, ſed & ſi morbus protrahatur, venter intumeſcit, ubi ſimul Hepar & Lien (*ut in prædicto caſu*) humoribus craſſis ita infarciuntur, ut tumor manifeſtus & tenſio in iis appareat: Id quod non mirum; nam cum colluvies humoris Scorbutici præcipue circa Lien & Hepar hæreat, cum à ſubſtantia, tùm à vaporibus ejus facultas horum viſcerum debilitatur, & prava inde in iis diſpoſitio contrahitur, quam iterum alimentis elaborandis imprimunt: Unde vitioſorum humorum, præcipue ſeroſorum colluvies cumulatur, & tandem ad crura deſcendit: Si materia ſit copioſior, ut tota ab iis recipi non poſſit, quod reliquum eſt intra viſcera hæret, & tum naturæ robore in abdomen protruditur, tum pondere ſuo eo ruit & ventrem in Tumorem attollit: *Idem ibidem, quem conſule.*

Alvum habens adſtrictiorem] Nonnunquam diarrhœa Scorbuticos infeſtat: Cujus cauſa plerumque eſt debilitas hepatis & venarum, quæ alimentum, uti debent, non attrahunt, quod in primis viis relictum corrumpitur, & cum aliis humoribus miſcetur, atque ita per alvum excernitur: Ipſe Lien ſæpe cauſa hujus fluxus, ob humoris qui ab inteſtinis ad lienem ivit, ad inteſtina refluxum, (ut loquitur *Ariſtot. 3. de part. anim. c.7.*) quibuſdam alvus humida eſt. Cum enim Lien plurimum aquæ attrahat, eandem ad alvum quandoq; remittit, unde fit alvus fluidor; Quod docet *Hippocr. 6.* aphor. 43. 48. Poteſt etiam huc facere ſeroſi humoris copia, ſi accedat aliqua cauſa externa eum commovens: Alvus contra in Scorbu-

 ticis

ticis ſæpe adſtringitur, ut etiam in aliis melancholicis & hypochondriacis fieri ſolet, qui plerumque ſunt alvi ſicciſſimæ: Cauſa eſt quod aquea illa humiditas; quibus fæces dilui debent, alio, ad lienem ſcil. & renes, transfertur, & melancholici illi ac Scorbutici, quibus alvus ſiccior eſt, aut plurimum mingunt, aut plurimum ſudant: Quandoque tamen alvi illam pertinacem adſtrictionem, provenire putamus ab inteſtinorum revulſione & retractione ſurſum facta: Quod vel ex eo patet, quod nullum præſentius hujus doloris & alvi adſtrictæ eſt remedium, quam divulſionem & retractionem membranoſi generis relaxare & potenter humectare. *Idem ibidem.*

Cum dejectionibus nigris] Sæpe fluxus alvi ſanguinolenti accedunt, dyſenteriam æmulantes, qui accidunt cum ſanguis craſſus & fæculentus, in venis abundans, per extremitates earum in inteſtina deſinentes, in ea effunditur, & hinc per alvum, non excrementis permixtus, ſed ab his ſeparatus, & fere plerumque ſine omni dolore ac torminibus excernitur; qua ratione à dyſenteria differt, & alia etiam Scorbuti ſigna conjuncta habet. *Idem ibidem, ubi exemplum ejuſmodi fluxus curati habetur.*

Nihilominus recidiva ſigna ſeſe oſtendebant] Malum hoc in principio fere curatu facile eſt, & idoneis medicamentis facile cedit, cum vitium ſaltem in humoribus conſiſtat, nec prava aliqua diſpoſitio visceribus communicata ſit, & ſæpe ſola diæta, ac præcipue aëris mutatio ad curationem ſufficiat: Si vero radices agat, diuturnum malum eſt, & quod multa curatione indiget & vix unquam radicitus tollitur: Nam & humor melancholicus, à quo hic morbus ortum habet, natura ſua contumax eſt ac tarde movetur, & morbos pertinaces ac diuturnos parit: & poſtquam humor Scorbuticus ſemel ſimilem Hepati & Lieni diſpoſitionem impreſſit, vix ea plane extirpari poteſt; atque ob eam vel ſingulis annis, vel longiore intervallo, pro victus ratione & aliis circumſtantiis malum recurrit &c.

Idem ibidem.

Observatio III.

In Scorbuticorum & Hypochondriacorum penitioribus Lienis meatibus, & lateribus arteriæ ſplenicæ & cœliacæ, materia multa tartarea & ſabuloſa adhæreſcens reperitur.

MAteria ſabuloſa, cui ſerum vehiculi vices obit, in penitiores lienis meatus illapſa, & exinde arteriæ ſplenicæ ac cœliacæ infuſa, earundem lateribus, tartari more adhæreſcit & agglutinatur: Uti obſervationibus, per anatomicas Scorbuticorum & hypochondriacorum ſectiones factas, compertum ſæpenumero habuimus. *Gualterus Charleton Diatriba de Lithiaſi. cap. 4. ſect. 2.*

SCHOLIA.

HAc ratione commotus Vir Clar. colligit Calculos, tum renum tum aliarum partium, primordia ſua Lienis vitio ſæpenumero debere; fæculentum & ichoroſum, quem naturæ inſtituto allicit, chylum male conficientis, juxta *Ariſtot.* mentem qui Lienem νόθον ἧπαρ nominat, & ſecundariū ſanguificationis organum ſtatuit: Hujus ergo, *ait*, officium eſt craſſiorem chyli partem (comparativè ad illam quæ Hepati communicatur) potulenta materia magis dilutam allicere: Ubi autem quapiam de cauſa in opere deficit, accidit ut neque ſalſis, fixis ac ichoroſis ſuis impuritatibus ſpolietur chylus, ſed tartareo excremento prægnans jecori importetur, nec melancholici recrementi reſiduum foris relegetur, ſed intus ſubſiſtens obſtructionem importunam ramo ſplenico, vaſi brevi, ut & arteriæ cœliacæ invehat, eaq; tartaro delutet: Itaque Lien muneris neſcius, in cauſa eſt ut primum in venis ſplenicis & meſaraicis, deinceps etiam in jecore, cæteriſque membris ſanguificationi famulantibus, chyli recrementa ſalſuginoſis, vitriolatis, aluminoſis qualitatibus referta redundent: Horum portionem dum expurgare tentat Lien, quod maxime terreum eſt, cum in ventriculi fundum mediante vaſe brevi refundit, tum hæmorrhoidalibus portæ ramis inſpuit; Quod aqueum & inſtar lixivii ſalſum eſt, in arterias à ramo cœliaco implantatas exprimit & amandat, hinc in aortæ truncum, mox in arterias emulgentes, inde in renum alveolos infunditur: Nec enim cum antiquis credit ſerum à liene per ramum ſplenicum in Portæ ſurculos, & ex his ad cavæ radices, deinceps ad emulgentes deferri: probat ex eo quod qui vinum affatim hauriunt, vel acidulas, nullo fere intervallo emingunt. 2°. Quod in lienis affectibus urinæ ſæpe nigræ conſpiciantur, & tandem ex materia ſabuloſa penitioribus lienis meatibus inhærente &c. Cum itaque ſerum mucilaginoſis, ſalſis & tartareis excrementis prægnans, è liene, mediantibus arteriis cœliacis, & aortæ trunco, renum ſinubus ac parenchymati continuo ferme illabatur, & ibidem aliquandiu ſubſiſtat, & ratione ſalis, cujus abunde eſt particeps, coagulationis ſit capax, vitiatam fæculenti chymi elixationem in Liene ad calculi generationem facere cenſet: Argumento ſit identitas ſucci ejus, qui in lienis fungoſa ſubſtantia induratus, tumorem ſcirrhoſum, duritiei fere lapideæ excitat, & ejus ex quo calculi concreſcunt: Satis namque conſtat utrumque vi ſuapte, & natura tartarea tendere ad indurationem: Hinc eſt quod calculi quandoque in Liene reperiantur, ratione interni ac nativi coagulationis principii geniti: Adde melancholicorum pleroſque lithiaſi eſſe obnoxios, Et vix calculoſum reperiri qui de quopiam lienis vitio non conqueratur.

Observatio IV.

Scorbuticus hepar vitiatum habuit.

RAro fit quin Lien maxime afficiatur, quanquam in Domino Aſſendelphio, Hollandiæ Præſide (ut nos conſpeximus) hepar maxime affectum fuit: nam in dextro crure etiam plures maculas magiſque variegatas habebat. *Foreſtus lib. 20. obſerv. 11.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

SEnnertus Epiſt. 69. cent. 1. neque lienem neque hepar primario ſemper affici ſtatuit; ſed materiam Scorbuticam generari & cumulari in primis viis exiſtimat: Ut & an-obſervationes ſatis evincant lienem ſalvum fuiſſe dubitat, quod impreſſiones: occultis qualitatibus factæ, & malignæ d[illegible] oculis in cadaveribus ſemper obviæ non ſint.

Observatio V.

In ſcorbutico deprehenſum Omentum putridum, Meſenterium nigris varicibus obſitum, Pancreas induratis glandulis refertum, Hepar nigrum, ſcirrhoſum, Lien longus, durio[r] ſolito &c.

CElſs. Princeps duobus annis ante mortem cœpit ab ore inſigniter fœtere, cum exc[o]riatione gingivarum & dentium norabili mobilitate.: Aperto abdomine primo ſe[ſe] obtulit Omenrum fœtidiſſimum & putridum: Meſenterium nigris varicibus circumſe[p]tum, cum Pancreate induratis multis glandulis impervio: Hepar parvum, nigrum, ſci[r]rhoſum, Ventriculus atro humore plenus: Lien longus durior ſolito &c. (*Vide lib. 1. ti[t.] de melancholia.*)

Observatio VI.

Scorbuticorum Omentum ſæpe vitium contrahit, ut & Meſenterium.

§. 1. IN Scorbuticis admodum friabile & nonnunquam lacerum evadit Omentum. M[.] Beale, generoſus hypochondriacus & ſcorbuticus, ab aquis Tunbringenſibus, qua[s] incaſſum hauſerat, rediens ſubito diem ſuum clauſit:

Cadavere aperto, Omentum nigricans, laceratum, friabile & fere putridum, & pin[-]guedine deſtitutum inveniebam, plurimis quoque in locis infra umbilicum peritonæo ad[-]hærebat, veniſque nigris & turgentibus, certis obſtructionis indiciis, ſcatebat. *Wartho[n] Adenographiæ cap. 2.*

§. 2, In illis qui ex Scorbuto obierunt, meſenteria ut plurimum friabilia maleque co[-]hærentia deprehendimus, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit. *Idem ibidem.*

§. 3. Ipſe in cadavere ſcorbuto extincti aperto, Omentum quidem totum fere putri[-]dum & corruptum: in Liene vero nihil quod, quantum ad ſenſum culpari poſſet, depre[-]hendi. *Sennertus Tract. de Scorbuto cap. 2. & l. 3. p. 3. c. 8. Pract.*

SCHOLIA.

FOntem colluviei Scorbuticæ quod attinet, hanc niſi é contagio contrahatur, meſenterium & primas corporis vias, ſeu venæ Portæ ramos qui illas pereptant, ſedes eſſe ſtatuimus: etſi enim raro accidat ut ſine lienis actione læſa Scorbutus excitetur, & plerumque humorum vicinorum pravorum & corruptorum contactu & ipſe afficiatur & labem contrahat, tamen quandoque ſalvus eſt: Sic in quodam Hollandiæ Præſide Scorbuto laborante, magis Hepar quam Lienem affectum fuiſſe *Foreſtus* lib. 20. obſ. 11. obſervavit: Etenim licet Lien ſanus ac ſalvus ſit, tamen ſi chylus fæculentus, ſalſis ac tartareis excrementis & ſuperfluitatibus ſcateat, Lien omnes illas nec attrahere nec elaborare poteſt, atque ita in agendo fine ſuo fruſtratur ob errorem externum: Si tamen Lien ipſe debilis, vel obſtructus, vel quocunque modo male conſtitutus ſit, multo magis in agendo officio non ſatisfacit: poteſtque utrumque fieri, ſcilicet vel ut primo à craſſis humoribus Lien obſtruatur, eoque ob id officium non faciente, in meſenterio & primis viis humores melancholic[i] cumulentur: vel ut primo in venæ portæ ramis, o[b] alimentorum vitium, talis humores cumulentur, & deinde Lienem obſtruant vel debilitent, qui obſtructus vel debilitatus, ad copiam eorum in dictis locis augendam facit, & ut humores vitioſi longè copioſius quam antea cumulentur in cauſa eſt: ut ita ſedes & fons primus colluviei Scorbuticæ ex victu contractæ, ſit in meſenterio, omento & primis viis, locisque inter ventriculum, Hepar & Lienem mediis, & utrique viſceri vicinis. Etſi vero hiſce locis primam originem debeat colluvies ſcorbutica, & in recenti morbo etiam iis fere contineatur: tamen ſi malum jam diu duraverit, & materia iſta vitioſa copioſior ſit, non ſolum hiſce locis coercetur, ſed per venas & arterias in totum corpus diffunditur: unde totum venoſum genus, tam venas portæ quam cavæ complectens, ſedes colluviei ſcorbuticæ dici poteſt &c. *Idem ibidem.*

§. 4. In demortuis ſæpe (cum in viventibus cauſa mali ſatis deprehendi non potuerit) In *meſenterio* ulcera ſordida & abſceſſus deprehenſi ſunt, E quibus nunc febres acutæ, cum ſanguinis nigerrimi vomitu & per alvum excretione copioſa, cum animi deliquiis; nunc hepate, liene & inteſtinis ſalvis, *ventris tormina* intolerabilia & tandem mors: nunc nauſea, vomitus, melaucholia, cachexia, atrophia; nunc dolores colicis ſimiles, urinæ puruleutæ; nunc perpetuæ vigiliæ, leipothymiæ, ſudores frigidi, & alia mala originem habuerunt. *Sennertus ibidem cap. 2.*

SCHOLIA.

E *Quibus nunc febres &c.*] Cum enim ſentina iſta corporis plena eſt, pars vitioſorum humorum non pauca venæ cavæ & arteriæ magnæ communicatur, per quarum ramos poſtea in torum corpus diſtribuitur, & prout conſtituta ac diſpoſita eſt, ac in hanc vel illam partem à natura protruditur, nunc hoc nunc illud mali ac morbi genus excitat. *Idem ibidem.*

In Meſenterio] A Pancreate humore craſſo & melancholico referto Scorburi quoque cauſam, & comitis difficilis reſpirationis atque anguſtiæ pectoris deducit *Riverius* Prax. lib. 12. cap. 6. & lib. 13. cap. 4. Exemplum affert cent. 3. obſerv. 85.

Febres] Erraticas febres; necnon ſubitaneas caloris ac frigoris in variis corporis partibus ſuffuſiones Scorbutico inveterato ſupervenire tradit *Willis* cap. 3. Febres quidem, eo quod materia extranea ſæpe cum ſucco nutritio ſanguini illata, quin etiam ſuccus alibilis, degener factus, quatenus non rite cum ſanguine miſcibilis, effervescentias ejus extemporaneas concitant: interea febris typum regularem obſervans, iſtam ob cauſam excitari ſolita Scorbuticis raro contingit, quia ſanguis ſalſugineor, licet incendio febrili correptus, haud diu neque multum, ſaltem non æquabiliter deflagrat. Non tantum autem Febres Scorbuto accedere, ſed & febres diuturnas Scorbuto anſam dare oſtendit. Idem cap. 2. Etenim, *ait Vir Clar.* juxta hypotheſin noſtram à crebra nimiaque ſanguinis deflagratione, ſpiritus plurimum abſumantur, ut liquor pauperior & effœtus evadat, quin & ſulphuris purioris ingens copia deflagrando evaporat: Interea quod hujus reliquum eſt, ſibi ſalem adſciſcens, ipſumque evehens, ſanguinis craſin morbidam & plane ſcorbuticam inferre ſolet: Obſervare eſt, *addit*, à longiori febre, propter ſpiritum & ſulphur nimis exhalantia, atque plurimum ſalis cum ſulphure reſiduo diutius concoctum, ſanguinem valde ſalſum & quaſi lixivialem evadere, ita quidem ut deinceps ægre, & vix circulationi peragendæ ſatis in corde accendatur: Cujuſmodi ſanguinis diſpoſitio nonniſi longo tempore reſtauratur, & difficulter admodum à ſcorbuto ineundo vindicatur.

Ventris Tormina] Dolor ventris Scorbuto adeo familiaris eſt, juxta idioma Germanicum, ut exinde nomen acceperit: Hoc ſymptoma nonnullos affectos, in mitiori licet gradu, fere continuo affligit, cui alvus modo ſoluta, modo ſumme adſtricta adjungi ſolet; quorum ratio eſſe videtur, quod cum & ſanguis & ſuccus nervoſus impuritatibus ſcatent, utrio arteriæ tum nervi materiæ excrementitiæ copiam verſus alvi cloacam deferunt, quæ circa meſenterii aut inteſtinorum tunicas defixa, fibras nerveas perpetuo vellicando, dolores conſtantes ciet. *Willis Ibidem. De ejuſmodi doloribus vide ſuis Tit. de ventris doloribus.*

OBSERVATIO VII.

Scorbuticorum, urinas rubras fundentium, hepar aut cyſtis fellea varie in vitio fuere.

CUm plurium è Scorbuto defunctorum cadavera diſſecui, quibus urina rubicunda extiterat, obſervavi hepar aut cyſtin felleam in culpa fuiſſe: In nonnullis fuit hepar prorſus exſangue & exſuccum inſtar uberis vaccini: In aliis veſica bilaria erat vacua & inanis: In aliis lapidibus obſita: In aliis amurca minime amareſcente repleta, In omnibus viſcera hæc taliter affecta ut ſecretio bilis impediretur. *Th. Willis Tract. de urinis cap. 4.* De cauſis ejuſmodi urinarum vide tit. de urinis p. n.

OBSERVATIO VIII.

Scorbutici laqueo ſuffocati conſtitutio corporis interna & externa.

IN Theatrum noſtrum Anatomicum, 19. Febr. illatum eſt cadaver Infanticidæ: Cadaver Scorbuticum videbatur, melancholicum & atrophiæ proximum: In carcere quoque male tractatum: Pedum enim digiti pernionibus pleni, & pollex ſiniſtri pedis gangræna affectus, quam ſuæ ſponte natura à ſana parte cœpit ſeparare: Glandulæ in inguinibus duræ tumebant, bubonum inſtar, Et in diſſectorum thoracis muſculorum ſpatiis ſerum fluebat copioſum: Crura maculis liveſcentibus ſcorbuticis ſcatebant, quales in pulmonibus quoque nobis apparebant: Alioquin Pulmones ſpongioſi & flaccidi, marmoriſque in morem variegati: pinguedo aut parca aut nulla in abdomine; Omentum putridum: Atrabilaria capſula ſiniſtra digiti longitudine cavitatem habuit, quæ vel 12. piſa caperet, In aperto cranio, ſupra duram matrem, prope falcem, adnata erat excreſcentia piſo major, cartilaginea, quæ in cranio veſtigium ſui impreſſerat: Inter duram matrem & piam, in vertice, lacuna ſpectabatur rotunda, digiti capacitate, ſero plena: Ventriculi cerebri ſani quidem ſed ſero ſcatentes. *Thom. Bartholinus hiſtor. Anat. 53. cent. 1.*

SCHOLIA.

P*Ollex ſiniſtri pedis Gangræna affectus*] Non ſolum ulcera ſcorbuticos corripiunt, ſed & graviſſimum malum quandoque accedit, mortificatio ſc. & Gangræna vel unius vel plurium corporis partium, præcipue digitorum pedum: Incipit hoc malum plerumque circa pedis extremum cum nigris & purpureis maculis, & lituris quaſi, & hinc paulo poſt ulcus cruſtoſum & gangræoſum, ſiccum neque ſaniem, neque pus reddens apparet; digitusque unus vel alter pedis emori incipit, & lineæ rubræ ac purpureæ lituræ ſupra juncturam pedis, ſecundum tibiæ longitudinem apparent; Eſt vero hujus Gangrænæ

ac Sphaceli, à Gangræna & Sphacelo vulgo deſcriptis magna differentia: Etſi enim in utraque Gangræna pars emoriatur ac ſenſum omnem amittat, ac malum in dies latius ſerpat, tamen non paucis discrepant: Gangræna enim illa vulgo nota, fere ex cauſis manifeſtis & notis ortum habet, & in membro tali ſphacelo emortuo fœtidus ac aquoſus humor effluit, membrum molle ac putridum redditur, & gravem ac cadaveroſum de ſe fœtorem emittit, nulrumque brevi tempore ſerpit & plerumque hominem cito jugulat: Gangræna vero Scorbutica fere ſine cauſa manifeſta invadit, & lente ac tarde ſerpit, ac nonniſi longo tempore hominem jugulat: pars plane ſicca eſt, nihilque effluit, & cum corrupta ferro aufertur, licet caro rubra offeratur, color tamen ille ruber paulò nigrior eſt, & ſequenti die & ipſa plane emortua deprehenditur, nullus quoque fœtor percipitur: Præterea ubi primo malum unum ſalrem pedem apprehendit, poſtea abſque omni cauſa manifeſta, in altero etiam crure & pede maculæ ac lituræ rubræ vel purpureæ apparere incipiunt, & paulò etiam poſt illius pedis digitus unus vel alter lividus redditur & plane emoritur, tandemque homo plerumque Apoplexia vel Epilepſia accedente moritur. *Sennertus Tractatu de Scorbuto cap. 3.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XX.

DE CACHEXIA, ANASARCA, LEUCOPHLEGMATIA.

Observatio I.

Cachexia genita ob Iecoris vaſa à ſanguine retorrido obſtructa. 1. Ob ejus vaſa arenulis infarcta. 2. Ob ejus vitium hydatidibus ſe prodens. 3. Ab ejus duritie, tuberoſitate &c. 4.

§. 1. A Sangvine exſiccato & veluti aſſo obſtructiones Cachexiæ cauſa fiunt, quem vaſis in Hepate inſertum induratumque & veluti incineratum vidimus: *Platerus Pract. lib. 3. cap. 2.*

SCHOLIA.

Obſtructio & infarctus Hepatis venarum præcipuarum portæ & cavæ, quia proventui vitioſorum humorum, bilioſorumque maxime, occaſionem præbet, ob impeditum illorum à ſanguine in ſecunda concoctione exactam ſeparationem, Cachexiæ cauſa fieri poteſt: In qua ſi ſanguis impurus in corpus diſtribuatur, color potius fœdus quàm albidus apparet: Si ab obſtructione enarrata hepatis ſimul ſequatur imbecillitas, tunc quia diminuta fit ſanguinis elaboratio, Cachexia à crudo ſanguine genita prodibit, in qua crudus ſuccus corpus alens tumidum reddit: Si vero obſtructio tanta ſit, ut per eam & ſanguinis ſeu crudi ſeu cocti diſtributio in venam cavam non ſufficienter perficiatur, aut ſanguis adeo vitioſus gignatur, ut corpus minus quam oportebat alere poſſit, id potius decreſcet: Hujus autem obſtructionis cauſa eſt, vel chylus craſſior ac viſcoſior, illic ſe affigens, ductibusque quibuſdam hærens magis magisque condenſatus, loca hæc obturans: vel idem crudus ob calorem, motum validiorem, balneum &c. in venas citius raptus & retentus: Quod etiam à ſanguine exſiccato & veluti aſſo ſimiliter accidere poteſt, quem ejuſmodi vaſis in Hepate inſertum induratumq; & veluti incineratum, obſtructiones tales peperiſſe, & hepatum animalium inter epulandum penitiori inſpectione aliquando ſic evenire deprehendimus: A pituita quoque obſtructiones has præcipue gigni plerique ſtatuunt. *Idem ibidem.*

§. 2. A ſeroſo humore eaſdem obſtructiones in hepate fieri poſſe eædem obſervationes, in homine & animalibus factæ, nos docuerunt, qui arenulas quam plurimas exactè rubras, quas prius diu & frequenter per urinas aliqui excreverant, vaſa hepatis certis in locis oppleviſſe aliquando invenimus, alias etiam in calculum vel tophum friabilem vel ſolidum concretas, quæ per vaſa hæc aliquouſque diſperſa corallum album, nunc alias ſtirias tophaceas referebant: Quæ à ſeri terreſtreitate, hiſce vaſorum anguſtiis & finibus ſe affigente adhærenteque, ortum ducunt: *Idem ibidem.*

§. 3, Veſicas tenuiſſimas, pellucidas, aqua diſtentas, pomi magnitudinem nonnunquam æquantes, Hepatis ſubſtantiæ accreviſſe in Cachecticis ſæpe inveni. *Ex Ejuſdem Obſerv.*

§. 4. Virgo 35. annorum integro biennio ante mortem laboravit copioſiſſima narium hæmorrhagia, quæ nonniſi venæ ſectione ſiſti potuit: paulò poſt incidit in Cachexiam & hydrops,

hydropis initium, tumeſcentibus pedibus & ventre inferiore, remanente cachexia: Menſes fuere inordinati, aliquando non fluebant penitus, aliquando nimis erant copioſi, perduravit tamen hæmorrhagia, quæ alternis diebus increſcebat; Senſit dolores & punctiones in regione Hepatis, Evomebat bilem corruptam, praſſinam &c.

Mortuam ſecui &c. Hepar juſtam habuit magnitudinem, ſed erat album, tuberoſum, inæquale, durum & exangue, ut vix ſanguinis guttula ex diſſecto Hepate exierit, ex gibbo nihil, ex ſima parte parum, &c. *Vide hiſtor. integram cap. de febre maligna. Cotter libello obſervat. Anatom.*

SCHOLIA.

HIc diſcuſſione dignum, Poſtquam Hepar, ſanguinis officina & primarium ſanguificandi inſtrumentum, tam exangue extiterit, cum tantis obſtructionibus, ſcirrbis tuberibusque, quomodo contigerit tanta hæmorrhagia, tam longo tempore, atq; ea quantitate venæ poſt mortem repletæ inventæ ſint? Plauſibilis eſt *Galeni* ſententia 4. de uſu part. cap. 17. & alibi, ubi docet, uti inteſtinis χυλώσεως à ventriculo, arteriis pulſandi vim à corde, ſic & venarum generi ab Hepate αἱμαλώσεως facultatem impertiri, horum partibus ſuis fontibus viciniotibus majorem, remotioribus vim minorem communicari: Hinc dico venæ Portæ ramos modicam quandam generandi ſanguinis facultatem habere, non ſecus quam inteſtinis ſuperioribus ineſt ciborum quædam facultas concoctrix, 2. Obſcurum quomodo ſanguis in tanta Hepatis obſtructione durieque potuerit ad venam cavam, & urina ad renes veſicamque pervenire? ℞. Hic obſervandam in gubernandis ac conſervandis noſtris corporibus inſignem naturæ ſagacitatem, quæ conſuetis purgationum meatibus obſtructis, alios nobis minime perſcrutabiles parare novit: In præſenti tamen caſu opinor Hepar minime ad tam exquiſitam obſtructionem, ut ſanguinem tenuem tranſmittere nequierit, perveniſſe; imo frequentes hæmorrhagiæ narium (ut in omnibus quaſi qui hepatis magna laborant obſtructione, præcipue qui ex hac in hydropem incidunt contingit) demonſtrant tenuem ac tantum crudum ſanguinem per hepar, ad ſolidarum partium inutilem (parum enim vel nihil nutriuntur) tranſſudare: etenim ſanguinis tenuitas atque acrimonia à ſero & bile acquiſita, hanc haud dubie narium hæmorrhagiam excitat: unde fruſtra Medici multi, hepatis obſtructione relicta ac debilitate, per incraſſationem ſanguinis hæmorrhagiam auferre conantur. *Idem.*

OBSERVATIO II.

Cachexia vitio Hepatis quaſi excocti inducta, cum ſiniſtri pulmonis inflammatione & ſemiputredine. 1. Ab Hepate magno, ex parte corrupto, cum Pulmonum omnimoda putredine. 2. A vitio Hepatis, Pulmonum, Cyſtis meatu obſtructo. 3. A multiplici vitio partium vitalium & naturalium. 4. 5. 6. 7. 8. Ab Hepate & Liene ſcirrhoſis, cum calculo in dextro cordis ventriculo. 9. A mala conſtitutione Iecoris, Cyſtis felleæ, cum Omenti extraordinaria craſſitie. 10. Ab Hepate fere putrido, Renum vitio.

§. 1. D. Trenti cadaver apertum fuit, qui diuturno morbo Cachectico ad hydropem vergere videbatur: De eo contulerant conſilia *Io. Dom. Sala & Benedictus Silvaticus*, quorum hic abſceſſum in Hepate, ille in Corde divinabat, quia plerumque in lentis ejuſmodi morbis, ad Cachexiam vergentibus, Cordis aliquis ſolet eſſe abſceſſus, & Pulſus in hoc erat interruptus: Cor tamen in aperto cadavere nihil noxæ contraxerat, *Hepar pallidum*, quaſi coctum, Lien vero rubicundus ſani Hepatis inſtar: Pulmonum ſiniſter inflammatus & fere putridus. *Th. Bartholinus obſerv. 67. centur. 3.*

SCHOLIA.

H*Epar pallidum quaſi coctum*] Hepatis ſubſtantia ſecundum naturam mollis eſt, nuper concreto ſanguini ſimillima, colore rubra; præter naturam conſtitutum alium colorem induit: Illius pallor & durities in hoc ſubjecto, corde ſalvo, veterem opinionem de vi ſanguificatrice Jecoris fulcire videntur, quæ revera merito illi videtur adempta, cordi adſcribenda, non nova ſed vetuſtiſſima opinione, *Hippoc.* ſc. & *Ariſt.* recepta: Etenim ſi nullus chylus ad Hepar feratur, quod oſtendunt *Horne, Pecquetus* &c. nullam quoq; ibi eſſe ſanguificationem cenſendum eſt: Genuini autem, juxta Clar. *Mœbium* Hepatis hi ſunt uſus, 1. Sanguinem ulterius coquit, & bilis alimentaris partem ita diſponit ut in bilem naturalem veram mutari queat: Chylus quidem in corde fuit mutatus in ſanguinem, qui licet jam ad nutriendum ſit aptus, quaſdam tamen, ob parvam in corde moram, adhuc obtinet particulas, quæ in ipſo per venas, arterias, nec non alia viſcera tranſcurſu ulterius elaborari, & demum crebro per cor curſu perfici gaudent: Non parum hanc coctionem ad ſanguinis perfectionem conferre Hepatis oſtendunt morbi: Cor licet optime ſit conſtitutum, ſuoque rite fungatur munere, Cachexia tamen, Anaſarca, febres, inflammationes, eryſipelata, aliique ſanguinem cacochymicum arguentes affectus hominem affligunt Hepar ſi ſuo non fungatur officio, p. n. affectum: Vulgus antiqua experientia notum habet quod Hepar in brutis bene coloratum carnis bonitatem deſignet: Imo loci ſalubritatem è brutorum Jecoribus bene conſtitutis veteres judicaſſe teſtis eſt *Vitruvius*: Hinc non immerito *Philoſophus*, licet cor pro ſanguinis fonte agnoſcat, hepar tamen inſimul ad coctionem facere luculenter atteſtatur: *Vaſa Lymphatica* ad Hepar, ex obſervatione Excell. *Bartholini*, aſcendentia ſubinnuere videntur quod in hac ulteriori ſanguinis coctione & depuratione ſimul ſerum coquatur, & ad eam, quam habere debebat, perfectionem

nem deducatur: In ſero ſal volatile miræ efficaciæ latet, quod natura ſingulari artificio è ſpiritibus acidis acribusque, in cibo & potu latitantibus, confecit, hepatis opera forſan ad iſtud non parum conferente, Ab Hepate male affecto ſæpe ſequitur Aſcites, ut crebertime hoc atteſtantur authorum obſervationes: At quomodo morbus à ſeri vitio dependens Hepatis exibit officina, niſi & ei peculiaris in ſero coquendo cura eſſet demandata? Si Hepar ſolum bilis eſſet cribrum, nonniſi Icterus febresque bilioſæ, partiumque inflammationes, non autem ſeroſæ affectiones ex eo prodire deberent: Hepar itaque prurivit ſat diu ambitione ad ſanguificandi principatum, ſed jam regio throno eſt depulſum: Jam ut omnium rerum ſunt vices, tanti honoris facta fuit mutatio, Jecurque Cordis majeſtatem, ut ſpiritus viresque pro miniſterio in ſanguinis depuratione, bilisque generatione eo felicius expediendo accipere queat, ſubmiſſe veneratur: Non tamen plane damnatum eſt capitis, nec ei exſequias parare neceſſe habemus, officii ſolum demandati emortualis eſt dies, aliudque offertur, quod licet non ſit nobiliſſimum, non parum tamen momenti habet in valetudine promovenda conſervandaque: Cor licet in ſanguificando omnem moveat lapidem, non tamen id ad ſanitatem ſufficit, niſi & Hepar ſuam rite exornet Spartam: Ab eo enim male affecto, quot hypochondriorum totiusque corporis calamitates? In morborum cauſis non pauca jam ſunt immutanda; *Pecquero* interim immortales debentur gratiæ quod novis inventis Lacteis anſam ad genuinum Hepatis officium indagandum dederit &c. *Mœbius Fundum. Phyſiolog. p. 295. &c.*

Ille in corde divinabat &c.] Quod ſanguificationis organum primarium à plurimis ſtatuitur; Quoad *Galeni* & aſſeclarum opinionem de Hepati aſſignato officio, duplici ratione deſtructum imus, eaque cogente, Namque 1°. Chylus ad Hepar, ut vult *Galenus*, non defertur; Vaſa ſiquidem lactea, per meſenterium ſparſa, in Receptaculum Pancreati *Aſellii* ſubjacens, omnem ſuum liquorem effundunt, è quo immediate in Ductum thoracicum, ut oculatis docet inſpectio, materia chyli tendit, nullis omnino ductibus, qui chylum ad hepar vehunt, vel per microſcopium apparentibus: Vaſa Lymphatica ab hepate ſecundum latera venæ Portæ ad Pancreas tendentia, ab Highmoro pro venis lacteis habita ſunt, quæ tamen humorem à chylo diverſum, inſtar aquæ limpidum vehunt; ita ut nunquam lacte turgidas has venas videre alicui contingerit: Motus humoris in iiſdem, non quemadmodum *Aſellius* & alii exiſtimarunt, ad hepar ſed ab hepate eſt. 2. Nulla dantur vaſa per quæ chylus in ſanguinem mutatus partibus diſtribui queat, vena ſi quidem Portæ, & ramus Arteriæ cœliacæ, ſanguinem in hepar, non ex hepate ad partes nutriendas deferunt: truncus vero cavæ ex hepare aſcendens ſanguinem ſuum non partibus diſtribuit, ſed in dextrum cordis ventriculum infert quod abunde circulatio ſanguinis, oculati itidem circulatione firmata, comprobat: Cum itaque neque chylus ad hepar tendat, neque commoda ejusdem in alimentum elaborati fieri queat diſtributio manifeſtum maxime hepar non eſſe primum ſanguificationis organum: Neque tamen omne in ſanguinis elaboratione munus illi denegandum, vel ſola ſanguinis vitia in cachexia, hydrope, ictero & aliis affectibus probant: Confert igitur aliquid, ſive ſuccurrit in coquendo hepar, ita tamen ut primus locus in ſanguificatione relinquatur cordi: Qua autem ratione conferat aliquid, patebit ſi tum materiam coquendam, Tum ea quæ in coctione hac ſeparantur excrementa, conſideremus: Materia alia eſſe nequit quam ſanguis per ramos venæ Portæ reſiduus qui partibus alimentoſis magisque elaboratis in membrorum nutritione abſumptis, crudioribus relictis, hepar ingreditur, ibidemque a calore ejuſdem iteratam ſuſtinet coctionem quo elaboratior cordi offeratur, idque aliqua oneris parte ſubleveтur: Cum vero in ſanguinis, ut purior reddatur, coctione, utile ab inutili ſeparari neceſſum ſit, idem in hepatis coctione non potuit non evenire: Eſtque illud quod ſecernitur excrementitium duplex, Calidum alterum & bilioſum; Alterum frigidum & aquoſum: Illud partim in veſicula fellis colligitur, partim per porum bilarium ad inteſtina ducitur: Hoc per vaſa Lymphatica ad Pancreas ablegatur: atque ita Hepar ſanguinem depurando, & ab excrementitiis partibus liberando, revera, ut ait Philoſophus, cordi βοηθεῖ πρὸς τὴν πέψιν τῆς τροφῆς, ſive ſuccurrit ad coctionem alimenti. *Frid. Lepuerus Interduct. ad medicin. p. 75.*

§. 2. Puellula ſexennis, *cum ante facie tumida*, alba inflataque ſuſpectæ fuiſſet valetudinis, tandem decumbere vere cœpit 5. Novembr. 1626. *concurrentibus* ſiti, calore, laterisque dextri ſub coſtis veris dolore, itemque pedum intumeſcentia: urina turbida, cum hypoſtaſi, excremento gallinarum ſimili: Die 6. Novembris, tamerſi tumor ventris nondum eſſet conſpicuus, ex facie tamen leucophlegmatica, pedibusque tumentibus, Hepatis labefactarionem, ipſumque hydropem ante portas eſſe prædixi: Die 9. Novembr. urgebant inquietudo, tuſſis, compreſſio & dolor pectoris circa coſtas: Die 17. Novembris urina paulo rubicundior, citrina ſed ſabuloſa, craſſa; Venter tumidus & valde transparens ac lucidus: Regio Lienis dolens inuncta ol. de cappar. venter vero aqua vitæ cum ſpiritu juniperino: Die 18. Novembris inquietudo magna, ventris tumor auctus, Die 19. ex aſſellatione iterata detumefactus eſt; Sitis & potus cupiditas ingens, febris lenta & comes: Die 21. debilitas magna; *latus ſiniſtrum*, imo manus pesque *tumida: dextrum* vero *extenuatum*: Rejecit bis ſcreatu ſaniem cruentam & retorridam, quæ ex pulmonibus eſſe videbatur: Omnibus in pejus vergentibus, circa medium noctis exſpiravit.

Die 22. Novembris ad petitionem parentum, quibus Puellam hydrope obiiſſe perſuaderi haud poterat, corpuſculum apertum, prognoſtico à me præmiſſo, fidem fecit, Itaque à mucronata cartilagine facta ad pubem uſque, & lateraliter inciſione transverſa, ſtatim comparuit. 1. Hepar valde magnum, idq; ex parte corruptum, maculisq; infectum, è quo, tanquam è fonte, promanarat Hydropiſis: 2. Abdomen ſcatebat materia ſeroſa multa, colore cœruleo viridique infecta, quæ effundebatur cum fœtore. 3. Lienem integre,

præter

prætet opinionem ſanus: 4. Ejuſdem integritatis Ren uterque: 5. Inteſtina lucida, aquoſaque humiditate repleta. *Aperto Thorace*, 6. Cor integre ſanum. 7. Pulmones veto intus extraque corrupti, fœtidique atque purulenti, unde Tuſſis, Febricula, Hectica Laterisq; dolor punctorius. Siquidem ergo Pulmonibus atque Hepate lethaliter affectis cauſa morbi mortisque pateret, caput apertum non fuit. *I. Petr. Lotichius lib. 4. cap. 3. obſervat. 4.*

SCHOLIA.

C*Um ante facie tumida*] Qualitate peccans corporis nutritio & poteſt & ſolet *Cachexia* vocari; in qua nativus cutis, & imprimis Faciei color languescit, mutaturque in pallidum, & aliquando in flavum vel lividum & luridum; ſicut in nonnullis in tubidum vel rubicundum, exurgentibus tunc fere ſimul in naſo genisque varii generis puſtulis: *Sylvius de le Boë Prax. lib. 1. cap. 39.*

Concurrentibus ſiti, calore &c.] Concurrit in plerisque Cachexiæ ſpeciebus *Dyſpnœa*, quæ augetur magis quoties corpus movetur, imprimis concitatius & in aſceuſu: Quin tunc ſæpius *cordis palpitatio*, arteriatumque circa jugulum temporaque pulſario, viſui quoque manifeſta producitur: Accedit frequenter *univerſi corporis*, & *crurum* præſertim *Laſſitudo*: Urget quoque non raro *preſſans* & *angens cordis dolor*, qui poſt aſſumpta alimenta ſolet intendi: Quin adeſt ut plurimum *Febris lenta*, eaque vel continua vel intermittens, vel ex utraque compoſita: *Urinæ* ſæpius crudæ aqueævé prodeunt, rarius craſſæ turbidævé, ni ab affectu alio comite, aut externa cauſa turbentur ac mutentur: Tandem *macreſcit & contabeſcit* nonnullis corpus univerſum, ſicut idem aliis ſenſim *turget* ac *tumet*, fitque à *ſeroſo* quidem humore *Anaſarca*, ut à *pituitoſo* magisque viſcoſo *Leucophlegmatia*: Et ab utroque, priore ſaltem, quando abdomen cum cruribus tantum occupatur, *Aſcites. Cachexia* omnis cauſa eſt ſanguis qualitate vitioſa præditus, ob quam, licet aliquantum & aliquandiu nutriantur corporis partes, non nutriuntur tamen uti oportebat, ſed pro qualitatis peccantis varietate modis variis læditur ipſarum nutritio, unde plures quoque obſervantur *Cachexiæ differentiæ*, tum ſecundum *coloris* mutari, tum præſertim ſecundum ſymptomatum conjunctorum diverſitatem diſtinguendæ: *Vitiatur ſanguinis qualitas*, & ab humoribus naturalibus, ad ſanguinis conſtitutionem in corde concurrentibus, ſed qualitate vitioſa præditis, Et à Rebus non naturalibus dictis, aliquem ex notatis humoribus, ipſumque ſanguinem vitiantibus, & ita corrumpentibus ut prava ſequatur corporis Nutritio: *Humores Naturales* ſanguini confundi ſoliti, & hactenus noti, ſunt *Bilis* & Glandularum conglobatarum, cæterarumque corporis partium *Lympha*, ut & *Saliva*, *Succusque Pancreaticus*, una cum bile in tenui inteſtino juncti, atque *Liquorem* ſingularem lymphæ admiſcendum componentes: Ipſique adeo *Spiritus animales* quovis modo ſanguini redditi: quos omnes qualitate vitioſa tum affici, tum eandem ſanguini communicate poſſe certum eſt: Quemadmodum vero varia Humorum vitia nonnunquam ſenſim ac ſine ſenſu producuntur in corpore, ita eadem quandoque ſubito ac ſenſibiliter gignuntur à Rebus non naturalibus, aliisvé venenorum nomine notandis, notabili exceſſu peccantibus, omniaque in corpore valide turbantibus aut corrumpentibus: Vitia iſta frequentiſſima & manifeſtiſſima ſunt *acrimonia* tum *acida*, tum *ſalſa muriatica*, tum aliquando *ſalſa lixiva*, & *viſcoſitas* vel *fluiditas* nimia: *Memoratorum ſymptomatum* ratio facile patebit unicuique, cogitanti expendentique quoties ſanguis undecunque tandem fuit factus vitioſus, & cachexiam producit, toties humores nominatos omnes, cum ex ſanguine ortum habeant, gigni quoq; vitioſos, unde non tantum *alimentorum appetitus* uterque ſimiliter vitiatur, ſed ipſorum præterea *fermentatio*, quapropter *Anxietates* circa præcordia, *cordisque dolor preſſans* ſequuntur, tam ante quam poſt ipſorum aſſumptionem: Dum vero perperam fermentatorum alimentorum pars, vel maſſa tota per inteſtinum tenue propellitur, ſi confunduntur ipſi Succus Pancreaticus & Bilis pariter vitioſi, non tantum expectatum utilium inutiliumque partium ſecretionem corrumpunt, verum contingit quoque vitioſa horumcé humorum effervescentia, quin non raro halitus flatusvé multifarii, ex illa vitioſa miſcella excitati, non tantum deſcriptam modò *Anxietatem* augent, verum ad cor delati ejuſdem *Palpitationem* producunt: atque ad pulmones translatæ *Dyſpnœam* efficiunt, & quaquaverſum propulſi *Laſſitudinem* pariunt notatam: Ex eodem humorum omnium vitio pendet *continua lentaque febris*, quatenus vitioſe in dextro cordis ventriculo effervescentes, inter alia ſymptomata plura *Pulſum* quoq; creant ſolito *frequentiorem*, adeoq; præter naturalem: Cum autem propter inquietudinem corpus ſtragulis tectum ſæpius denudant ægri, facile contingit ut per Pancreatis vaſa pituita delata ibidem coaguletur obſtructionemque pariat, propter quam ſuccus ſtagnans *Intermittentis* febris multifaria cauſa exiſtit: Illud autem fieri citius faciliusque ſi corpus ſudore diffluat, porique cutis pateant, vel aër occurrat frigidior & aſperior: *Crudæ minusque tinctæ*, *craſſævé* prodeunt *urinæ*, propter humores dictos acriores, intimius cum ſanguine concreſcentes, aqueosve abundantes, ac deſideratam effervescentiam minuentes, adeo ut non ſequatur requiſita & utilis partium excrementitiarum, unaque cum urinis excernendarum Secretio, multoq; minus Excretio: Quemadmodum autem partes omnes tunc male nutriuntur, ita *cutis faciei* aeri & viſuiptæ aliis omnibus expoſita, noxæ ſuæ ſigna promit, per colorem pro humorum maxime pecantium varietate varium: Quoties autem Acrimonia humorum concurrit, toties illa interne *Doloribus*, aut externe *puſtulis* manifeſtatur: Quoties redundant ſimul copia humores vitioſi, toties variæ *Hydropis* ſpecies tandem ſuccedunt; ſin minus tandem *contabeſcit* paulatim univerſum corpus: Quæ in ſpecie ſolet ob menſtrua minus commode aut tempeſtivé fluentia, accedere *Cachexia* illius ratio patebit Praxeos lib. 3. cap. 3. *Sylvius de le Boë Praxeos lib. 1. cap. 39.*

Tandem decumbere cœpit.] Si alibi certe in curatione obſervandum accurate aureum illud *Principiis obſta, ſero medicina paratur, cum mala per longas invaluere moras.* Niſi enim ſuccurratur in tempore Cachexiæ, non raro ea ſenſim tam pertinax rebellisq; fit, ut ſero tantum vel nunquam curari poſſit: Monendi proinde à Medicis ægri, ipſorumque parentes, quamprimum incipientis Cachexiæ ſigna ſe manifeſtãt in colore faciei mutato, ne malum hoc, ſicut eſt in proverbio, negligatur in herba, poſtquam & altas & eradicatu difficiles mox agere ſolet radices, quas poſtmodum nonniſi Herculeo labore ſuperare licet. *Idem.*

Facie tumida, pedum intumeſcentia &c.] Quod

ad

ad Tumores iſtos œdematoſos attinet, dicimus eos trifariam contingere, aut *in morbis longis*, unde ægrotos inſufflatos dicimus, infirmitate caloris naturalis: & hoc tantum ex eventu fit; aut tanquam *Morbus* eſt, aut tanquam *ſymptoma*: Symptoma, ut in hydrope, idque bifariam; aut affecto hepate primario, ſecundarióve, unde verus naſcitur hydrops; aut per colliquationem quandam carnium, & velut putrefactionem: hinc *Hippocr.* l. de affect. aut de morbis, *ait*, Hydropem, impropriè dictum, fieri cum in morbis longis diu ægri impurgati manent, hinc corruptio carnis & tumores œdematoſi: *Morbus* autem *Tumor* eſt, cum alius conſequens non eſt, ſed per ſe & primo actionem lædit; *Ballonius conſil:* 70. *lib.* 1.

Latus ſiniſtrum tumidum dextrum extenuatum] Cacopragia hepatis & tumoris author eſt & extenuationis: *Tumoris*, ſi in defectu ſanguificationis conſiſtat res, Extenuationis autem, ſi vitium in humore ſit: Quanquam *Hippocr.* 2. Prorrhet. obſervat in morbis funeſtiſſimis contingere quandam Leucophlegmatiæ ſpeciem, ob malignam qualitatem & flatulentam, quod in phthiſico quodam à nobis viſum eſt, cui totum corpus moribundo intumuit, ac facile diſparuit: Sic & à pulmonibus, & ab hepate, & à liene extenuatio & tumor poteſt contingere: Quod de Liene annotavit *Hippocr. lib. de locis in Hom.* Quibus corpus extenuatur, Lien effloreſcit & contra: Sed in hujuſmodi tumoribus ſolum humorem agnoſcere, non autem flatum quoque admiſtum, repugnat ſenſui: unde enim fluxus & refluxus tam ſubitus in hydrope, ut modo intumeant pedes, ventre deturgente, aut contra, niſi comes ſit flatus earum mutationum author? Sic aut inopia erit caloris naturalis, flatum diſcutere nequeuntis; aut dominatus caloris p. n. materiam phlegmaticam in ventum facile convertentis.

Idem ibidem.

§. 3. Nob. N. Tuſſi correptus, hinc tumore infra cartilaginem xiphoidem: Supervenit Cachexia &c. Hepar erat grandius & colore livido: In ſuperiore parte, verſus diaphragma, abſceſſus veſicis plenus: In pulmonibus adhuc major abſceſſus: Meatus felleus obſtructus. *Vide lib.* 4. *tit. de Tumoribus.*

SCHOLIA.

H*Epar erat grandius*] Hepar, ſi quidem colatorii, & juxta nonnullos, viſceris mixtorii munus obit, rato aut nunquam atrophiæ, aut extenuationi obnoxium repetitur, quin è contra, plures ob cauſas & occaſiones, quoad molem augeri, & diverſimodis ingeſtis, & concretionibus infarciri ac intumeſcere periclitatur: Hinc ſanitatis ratio haud levis in hoc conſiſtit, ut Jecur rite conformatum, ſanguinem uſque libere abſque tributo, ſeu vectigali nimio ſibi arrepto trajiciat; Profecto multa huic viſceri, uti & Lieni, & quidem haud prorſus immerito vitia imputantur, ſed præcipue & 1°. quod Succum nutritium, aliis partibus deſtinatum, intercipiens, proprio impertit uſui: Hoc paſſim cernitur in pueris Rachitide affectis, quin & multis aliis vitam deſidem & otioſam agentibus 2. Quod ſanguinis depravati fæculentias, & recrementa quæque oblata in receſſus ſuos intimos facile nimis ſuſcipit, eaque retinendo, non modo grandeſcit, ſed quoad ductus ſuos obſtruitur, unde ſæpe oriuntur Icterus, Cachexia, aut hydrops; quin etiam tumores & concretiones varii generis contrahit. *Willis Pharmac. rat. p.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 2.

§. 4. Jac. Cobier poſt morbum acutum thoracis in Cachexiam incidit: Pulmo dextri lateris pleuræ adnatus fœde conſumptus erat: Siniſter aliquantulum corruptus: Cor exangue & pericardio firmiter annexum, viſcera naturalia flaccida, pallida: *Lib.* 2. *tit. de Phthiſi.*

§. 5. H. Pomble humi cubare coactus, hinc Cachecticus, Cacochymus &c. Pulmones erant adnati pleuræ, mediaſtino, pericardio: Parenchyma lobi ſiniſtri, integra cute, totum in pus reſolutum. Cor flaccidius: Hepar magnum, exangue, pallidum; Lien parvus, exſuccus, Renum parenchyma exangue &c. *Tit. de Phthiſi. lib.* 2.

§. 6. Filia D. N. Cachexia fere conſumpta obiit: Lien & Hepar ſcirrho laborabant: In capſula cordis humor putridus: Cor duplo majus: circa valvulas dextri ventriculi calculus ex tartaro. *Lib.* 2. *tit. de Syncope.*

SCHOLIA.

I*N capſula cordis humor putridus &c.*] *Frid. Lepnerus* Introduct. in Medicinam, p, 65. primas in opere ſanguificationis partes cor tenere ſtatuit, eo quod chylus univerſus ad id confluat, Tendunt, *ait*, vaſa Lactea à peripheria meſenterii ad glandulam ejuſdem majorem, Pancreas Aſellii vocatam; ibidemque collecta lacteum ſuum laticem in ſubjectum glandulæ receptaculum, quod in brutis membranoſum, in homine vero glanduloſum, teſte *Bartholino*, transfundunt: Id ita ſe habere facto experimento deprehendes: Preſſo namque meſenterio, chyloque verſus glandulam confluente, lactei canaliculi chylum ulterius in receptaculum devehentes, tibi in conſpectum venient: Atque ſi ulterius chyli ductum inveſtigaveris, eundem non in Portæ truncum, vel hepar ipſum, ſed per ductum thoracicum ad venam axillarem, & hinc in cordis dextrum ventriculum ferri videbis; miſſis ſimul in itinere ramulis ad venam ſine pari, quæ, inſito in receptaculum tubulo, ſine difficultate aërem inflatum admittit, ut & omnis humor ex ea verſus cor migret; certo indicio primas in opere ſanguificationis partes tenere cor.

§. 7. Nob. N. diſcoloratio, atrophia ac malus habitus aderant: In thorace aderat ſerum corruptum: Pulmones magni, flaccidi: Hepar pallidum, cujus extrema mucida: Cyſtis plena bile obſcura: Lien marcidus, fracidus, meſenterium ſemiputre. *Vide tit. de Ventris dolore.*

§. 8. Uxori N. abdomen prætumidum: reliquum corpus totum Cachecticum &c. Hepar ſaxo durius erat, Pancreas cum glandulis meſenterii extenuatum: Pulmones ſubmucidi; Cor exutum pinguedine, flaccidum. Pericardium ichoroſo humore refertum. *Vide tit. de Ventris tumore.*

ricis ſæpe adſtringitur, ut etiam in aliis melancholicis & hypochondriacis fieri ſolet, qui plerumque ſunt alvi ſicciſſimæ: Cauſa eſt quod aquea illa humiditas; quibus fæces dilui debent, alio, ad lienem ſcil. & renes, transfertur, & melancholici illi ac Scorbutici, quibus alvus ſiccior eſt, aut plurimum mingunt, aut plurimum ſudant: Quandoque tamen alvi illam pertinacem adſtrictionem, provenire putamus ab inteſtinorum revulſione & retractione ſurſum facta: Quod vel ex eo patet, quod nullum præſentius hujus doloris & alvi adſtrictæ eſt remedium, quam divulſionem & retractionem membranoſi generis relaxare & potenter humectare. *Idem ibidem.*

Cum dejectionibus nigris] Sæpe fluxus alvi ſanguinolenti accedunt, dyſenteriam æmulantes, qui accidunt cum ſanguis craſſus & fæculentus, in venis abundans, per extremitates earum in inteſtina deſinentes, in ea effunditur, & hinc per alvum, non excrementis permixtus, ſed ab his ſeparatus, & fere plerumque ſine omni dolore ac torminibus excernitur; qua ratione à dyſenteria differt, & alia etiam Scorbuti ſigna conjuncta habet. *Idem ibidem, ubi exemplum ejuſmodi fluxus curati habetur.*

Nihilominus recidivæ ſigna ſeſe oſtendebant] Malum hoc in principio fere curatu facile eſt, & idoneis medicamentis facile cedit, cum vitium ſaltem in humoribus conſiſtat, nec prava aliqua diſpoſitio visceribus communicata ſit, & ſæpe ſola diæta, ac præcipue aëris mutatio ad curationem ſufficiat: Si vero radices agat, diuturnum malum eſt, & quod multa curatione indiget & vix unquam radicitus tollitur: Nam & humor melancholicus, à quo hic morbus ortum habet, natura ſua contumax eſt ac tarde movetur, & morbos pertinaces ac diuturnos parit: & poſtquam humor Scorbuticus ſemel ſimilem Hepati & Lieni diſpoſitionem impreſſit, vix ea plane extirpari poteſt; atque ob eam vel ſingulis annis, vel longiore intervallo, pro victus ratione & aliis circumſtantiis malum recurrit &c.

Idem ibidem.

Observatio III.

In Scorbuticorum & Hypochondriacorum penitioribus Lienis meatibus, & lateribus arteriæ ſplenicæ & cœliacæ, materia multa tartarea & ſabuloſa adhæreſcens reperitur.

Materia ſabuloſa, cui ſerum vehiculi vices obit, in penitiores lienis meatus illapſa, & exinde arteriæ ſplenicæ ac cœliacæ infuſa, earundem lateribus, tartari more adhæreſcit & agglutinatur: Uti obſervationibus, per anatomicas Scorbuticorum & hypochondriacorum ſectiones factas, compertum ſæpenumero habuimus. *Gualterus Charleton Diatriba de Lithiaſi. cap. 4. ſect. 2.*

Scholia.

Hac ratione commotus Vir Clar. colligit Calculos, tum renum tum aliarum partium, primordia ſua Lienis vitio ſæpenumero debere; fæculentum & ichoroſum, quem naturæ inſtituto allicit, chylum male conficientis, juxta *Ariſtot.* mentem qui Lienem νόθον ἧπαρ nominat, & ſecundarium ſanguificationis organum ſtatuit: Hujus ergo, *ait*, officium eſt craſſiorem chyli partem (comparativè ad illam quæ Hepati communicatur) potulenta materia magis dilutam allicere: Ubi autem quapiam de cauſa in opere deficit, accidit ut neque ſalſis, fixis ac ichoroſis ſuis impuritatibus ſpolietur chylus, ſed tartareo excremento prægnans jecori importetur, nec melancholici recrementi reſiduum foris relegetur, ſed intus ſubſiſtens obſtructionem importunam ramo ſplenico, vaſi brevi, ut & arteriæ cœliacæ invehat, eaq; tartaro deluret: Itaque Lien muneris neſcius, in cauſa eſt ut primum in venis ſplenicis & meſaraicis, deinceps etiam in jecore, cæteriſque membris ſanguificationi famulantibus, chyli recrementa ſalſuginoſis, vitriolatis, aluminoſis qualitatibus referta redundent: Horum portionem dum expurgare tentat Lien, quod maxime terreum eſt, cum in ventriculi fundum mediante vaſe brevi refundit, tum hæmorrhoidalibus portæ ramis inſpuit; Quod aqueum & inſtar lixivii ſalſum eſt, in arterias à ramo cœliaco implantatas exprimit & amandat, hinc in aortæ truncum, mox in arterias emulgentes, inde in renum alveolos infunditur: Nec enim cum antiquis credit ſerum à liene per ramum ſplenicum in Portæ ſurculos, & ex his ad cavæ radices, deinceps ad emulgentes deferri: probat ex eo quod qui vinum affatim hauriunt, vel acidulas, nullo fere intervallo emingunt. 2°. Quod in lienis affectibus urinæ ſæpe nigræ conſpiciantur, & tandem ex materia ſabuloſa penitioribus lienis meatibus inhærente &c. Cum itaque ſerum mucileginoſis, ſalſis & tartareis excrementis prægnans, è liene, mediantibus arteriis cœliacis, & aortæ trunco, renum ſinubus ac parenchymati continuo ferme illabatur, & ibidem aliquandiu ſubſiſtat, & ratione ſalis, cujus abúnde eſt particeps, coagulationis ſit capax, vitiatam fæculenti chymi elixationem in Liene ad calculi generationem facere cenſet: Argumento ſit identitas ſucci ejus, qui in lienis fungoſa ſubſtantia induratus, tumorem ſcirrhoſum, duritiei fere lapideæ excitat, & ejus ex quo calculi concreſcunt: Satis namque conſtat utrumque vi ſuapte, & natura tartarea tendere ad indurationem: Hinc eſt quod calculi quandoque in Liene reperiantur, ratione interni ac nativi coagulationis principii geniti: Adde melancholicorum pleroſque lithiaſi eſſe obnoxios, Et vix calculoſum reperiri qui de quopiam lienis vitio non conqueratur.

Observatio IV.

Scorbuticus hepar vitiatum habuit.

Raro fit quin Lien maxime afficiatur, quanquam in Domino Aſſendelphio, Hollandiæ Præſide (ut nos conſpeximus) hepar maxime affectum fuit: nam in dextro crure etiam plures maculas magiſque variegatas habebat. *Foreſtus lib. 20. obſerv. 11.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

SEnnertius Epiſt. 69. cent. 1. neque lienem neque hepar primario ſemper affici ſtatuit; ſed materiam Scorbuticam generari & cumulari in primis viis exiſtimat: Ut & an-obſervationes ſatis evincant lienem ſalvum fuiſſe dubitat, quod impreſſiones occultis qualitatibus factæ, & malignæ *dyſ...* oculis in cadaveribus ſemper obviæ non ſint.

Observatio V.

In ſcorbutico deprehenſum Omentum putridum, Meſenterium nigris varicibus obſitum, Pa
creas induratis glandulis refertum, Hepar nigrum, ſcirrhoſum, Lien longus, dur
ſolito &c.

CElſs. Princeps duobus annis ante mortem cœpit ab ore inſigniter fœtere,cum exc
riatione gingivarum & dentium notabili mobilitate.: Aperto abdomine primo ſe
obtulit Omentum fœtidiſſimum & putridum: Meſenterium nigris varicibus circumſe
tum, cum Pancreate induratis multis glandulis impervio: Hepar parvum, nigrum, ſc
rhoſum, Ventriculus atro humore plenus: Lien longus durior ſolito &c. (*Vide lib.* 1.
de melancholia.)

Observatio VI.

Scorbuticorum Omentum ſæpe vitium contrahit, ut & Meſenterium.

§. 1. IN Scorbuticis admodum friabile & nonnunquam lacerum evadit Omentum. M
Beale, generoſus hypochondriacus & ſcorbuticus,ab aquis Tunbringenſibus, qu
incaſſum hauſerat, rediens ſubito diem ſuum clauſit:

Cadavere aperto, Omentum nigricans, laceratum, friabile & fere putridum, & pi
guedine deſtitutum inveniebam, plurimis quoque in locis infra umbilicum peritonæo a
hærebat, veniſque nigris & turgentibus, certis obſtructionis indiciis,ſcatebat. *Warth*
Adenographiæ cap. 2.

§. 2, In illis qui ex Scorbuto obierunt, meſenteria ut plurimum friabilia maleque co
hærentia deprebendimus, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit. *Ide*
ibidem.

§. 3. Ipſe in cadavere ſcorbuto extincti aperto, Omentum quidem totum fere putr
dum & corruptum: in Liene vero nihil quod, quantum ad ſenſum culpari poſſet, depre
hendi. *Sennertus Tract. de Scorbuto cap.* 2. *& l.* 3. *p.* 3. *c.* 8. *Pract.*

SCHOLIA.

FOntem colluviei Scorbuticæ quod attinet, hanc niſi é contagio contrahatur,meſenterium & primas corporis vias, ſeu venæ Portæ ramos qui illas pereptant, ſedes eſſe ſtatuimus: etſi enim raro accidat ut ſine lienis actione læſa Scorbutus excitetur, & plerumque humorum vicinorum pravorum & corruptorum contactu & ipſe afficiatur & labem contrahat, tamen quandoque ſalvus eſt: Sic in quodam Hollandiæ Præſide Scorbuto laborante, magis Hepar quam Lienem affectum fuiſſe *Foreſtus* lib. 20. obſ. 11. obſervavit: Etenim licet Lien ſanus ac ſalvus ſit, tamen ſi chylus fæculentus,ſalſis ac tartareis excrementis & ſuperfluitatibus ſcateat, Lien omnes illas nec attrahere nec elaborare poteſt, atque ita in agendo fine ſuo fruſtratur ob errorem externum: Si tamen Lien ipſe debilis, vel obſtructus, vel quocunque modo male conſtitutus ſit, multo magis in agendo officio non ſatisfacit: poteſtque utrumque fieri, ſcilicet vel ut primo à craſſis humoribus Lien obſtruatur, eoque ob id officium non faciente, in

meſenterio & primis viis humores melancholi
cumulentur: vel ut primo in venæ portæ ramis, o
alimentorum vitium, talis humores cumulentur,
deinde Lienem obſtruant vel debilitent, qui obſtru
ctus vel debilitatus, ad copiam eorum in dictis lo
cis augendam facit, & ut humores vitioſi longè co
pioſius quam antea cumulentur in cauſa eſt: ut it
ſedes & fons primus colluviei Scorbuticæ ex vict
contractæ, ſit in meſenterio, omento & primis vii
locisque inter ventriculum, Hepar & Lienem me
diis, & utrique viſceri vicinis. Etſi vero hiſce loc
primam originem debeat colluvies ſcorbutica,
in recenti morbo etiam iis fere contineatur: tame
ſi malum jam diu duraverit, & materia iſta vitioſ
copioſior ſit, non ſolum hiſce locis coercetur, ſe
per venas & arterias in totum corpus diffunditur
unde totum venoſum genus, tam venas portæ quar
cavæ complectens, ſedes colluviei ſcorbuticæ dici poteſt &c. *Idem ibidem.*

§. 4. In demortuis ſæpe (cum in viventibus cauſa mali ſatis deprehendi non potuerit
In *meſenterio* ulcera ſordida & abſceſſus deprebenſi ſunt, E quibus nunc ſebres acutæ,cur
ſanguinis nigerrimi vomitu & per alvum excretione copioſa,cum animi deliquiis; nun
hepare, liene & inteſtinis ſalvis, *ventris tormina* intolerabilia & tandem mors: nunc nau
ſea, vomitus, melancholia, cachexia, atrophia; nunc dolores colicis ſimiles,urinæ puru
lentæ; nunc perpetuæ vigiliæ, leipothymiæ, ſudores frigidi, & alia mala originem ha
buerunt. *Sennertus ibidem cap.* 2.

SCHOLIA.

E*Quibus nunc febres &c.*] Cum enim ſentina iſta corporis plena eſt, pars vitioſorum humorum non pauca venæ cavæ & arteriæ magnæ communicatur, per quarum ramos poſtea in rotum corpus diſtribuitur, & prout conſtirura ac diſpoſita eſt, ac in hanc vel illam partem à natura protruditur, nunc hoc nunc illud mali ac morbi genus excitat. *Idem ibidem.*

In Meſenterio] A Pancreate humore craſſo & melancholico referto Scorbuti quoque cauſam, & comitis difficilis reſpirationis atque anguſtiæ pectoris deducit *Riverius* Prax. lib. 12. cap. 6. & lib. 13. cap. 4. Exemplum affert cent. 3. obſerv. 85.

Febres] Erraticas febres; necnon ſubitaneas caloris ac frigoris in variis corporis partibus ſuffuſiones Scorburico inveterato ſupervenire tradit *Willis* cap. 3. Febres quidem, eo quod materia extranea ſæpe cum ſucco nutritio ſanguini illata, quin etiam ſuccus alibilis, degener factus, quatenus non rite cum ſanguine miſcibilis, effervescentias ejus extemporaneas concitant: interea febris typum regularem obſervans, iſtam ob cauſam excitari ſolita Scorbuticis raro contingit, quia ſanguis ſalſugineor, licet incendio febrili correptus, haud diu neque multum, ſaltem non æquabiliter deflagrat. Non tantum autem Febres Scorbuto accedere, ſed & febres diuturnas Scorbuto anſam dare oſtendit. Idem cap. 2. Etenim, *ait Vir Clar.* juxta hypotheſin noſtram à crebra nimiaque ſanguinis deflagratione, ſpiritus plurimum abſumantur, ut liquor pauperior & effœtus evadat, quin & ſulphuris purioris ingens copia deflagrando evaporat: Interea quod hujus reliquum eſt, ſibi ſalem adſciſcens, ipſumque evehens, ſanguinis craſin morbidam & plane ſcorbuticam inferre ſolet: Obſervare eſt, *addit*, à longiori febre, propter ſpiritum & ſulphur nimis exhalantia, atque plurimum ſalis cum ſulphure reſiduo diutius concoctum, ſanguinem valde ſalſum & quaſi lixivialem evadere, ita quidem ut deinceps ægre, & vix circulationi peragendæ ſatis in corde accendatur: Cujuſmodi ſanguinis diſpoſitio nonniſi longo tempore reſtauratur, & difficulter admodum à ſcorbuto ineundo vindicatur.

Ventris Tormina] Dolor ventris Scorbuto adeo familiaris eſt, juxta idioma Germanicum, ut exinde nomen acceperit: Hoc ſymptoma nonnullos affectos, in minori licet gradu, fere continuo affligit, cui alvus modo ſoluta, modo ſumme adſtricta adjungi ſolet; quorum ratio eſſe videtur, quod cum & ſanguis & ſuccus nervoſus impuritatibus ſcatent, tum arteriæ tum nervi materiæ excrementitiæ copiam verſus alvi cloacam deferunt, quæ circa meſenterii aut inteſtinorum tunicas defixa, fibras nerveas perpetuo vellicando, dolores conſtantes ciet. *Willis Ibidem. De ejuſmodi doloribus vide ſuis Tit. de ventris doloribus.*

OBSERVATIO VII.

Scorbuticorum, urinas rubras fundentium, hepar aut cyſtis fellea varie in vitio fuere.

CUm plurium è Scorbuto defunctorum cadavera diſſecui, quibus urina rubicunda extiterat, obſervavi hepar aut cyſtin felleam in culpa fuiſſe: In nonnullis fuit hepar prorſus exſangue & exſuccum inſtar uberis vaccini: In aliis veſica bilaria erat vacua & inanis: In aliis lapidibus obſita: In aliis amurca minime amareſcente repleta, In omnibus viſcera hæc taliter affecta ut ſecretio bilis impediretur. *Th. Willis Tract. de urinis cap.* 4. De cauſis ejuſmodi urinarum vide tit. de urinis p. n.

OBSERVATIO VIII.

Scorbutici laqueo ſuffocati conſtitutio corporis interna & externa.

IN Theatrum noſtrum Anatomicum, 19. Febr. illatum eſt cadaver Infanticidæ: Cadaver Scorbuticum videbatur, melancholicum & atrophiæ proximum: In carcere quoque male tractatum: Pedum enim digiti pernionibus pleni, & pollex ſiniſtri pedis gangræna affectus, quam ſuæ ſponte natura à ſana parte cœpit ſeparare: Glandulæ in inguinibus duræ tumebant, bubonum inſtar, Et in diſſectorum thoracis muſculorum ſpatiis ſerum fluebat copioſum: Crura maculis liveſcentibus ſcorbuticis ſcatebant, quales in pulmonibus quoque nobis apparebant: Alioquin Pulmones ſpongioſi & flaccidi, marmoriſque in morem variegati: pinguedo aut parca aut nulla in abdomine; Omentum putridum: Atrabilaria capſula ſiniſtra digiti longitudine cavitatem habuit, quæ vel 12. piſa caperet, In aperto cranio, ſupra duram matrem, prope falcem, adnata erat excreſcentia piſo major, cartilaginea, quæ in cranio veſtigium ſui impreſſerat: Inter duram matrem & piam, in vertice, lacuna ſpectabatur rotunda, digiti capacitate, ſero plena: Ventriculi cerebri ſani quidem ſed ſero ſcatentes. *Thom. Bartholinus hiſtor. Anat.* 53. *cent.* 1.

SCHOLIA.

P*Ollex ſiniſtri pedis Gangræna affectus*] Non ſolum ulcera ſcorbuticos corripiunt, ſed & graviſſimum malum quandoque accedit, mortificatio ſc. & Gangræna vel unius vel plurium corporis partium, præcipue digitorum pedum: Incipit hoc malum plerumque circa pedis extremum cum nigris & purpureis maculis, & lituris quaſi, & hinc paulo poſt ulcus cruſtoſum & gangrænoſum, ſiccum neque ſaniem, neque pus reddens apparet, digituſque unus vel alter pedis emori incipit, & lineæ rubræ ac purpureæ lituræ ſupra juncturam pedis, ſecundum ubiæ longitudinem apparent; Eſt vero hujus Gangrænæ

ac Sphaceli, à Gangræna & Sphacelo vulgo deſcriptis magna differentia : Etſi enim io utraquè Gangræna pars emoriatur ac ſenſum omnem amittat, ac malum in dies latius ſerpat, tamen non paucis discrepant : Gangræna enim illa vulgo nota, fere ex cauſis manifeſtis & notis ortum habet, & in membro tali ſphacelo emortuo fœtidus ac aquoſus humor effluit, membrum molle ac putridum redditur, & gtavem ac cadavetoſum de ſe fœtorem emittit, multumque brevi tempore ſerpit & plerumque hominem cito jugulat : Gangræoa vero Scorbutica fere ſine cauſa manifeſta invadit, & leote ac tarde ſerpit, ac nonniſi longo tempote hominem jugulat : pars plane ſicca eſt, nihilque effluit, & cum corrupta ferro auſertur, licet caro rubra offeratur, color tamen ille ruber paulò nigrior eſt, & ſequenti die & ipſa plane emortua deprehenditur, nullus quoque fœtor percipitur : Præterea ubi primo malum unum ſaltem pedem apprehendit, poſtea abſque omni cauſa maoifeſta, io altero etiam crure & pede maculæ ac lituræ rubræ vel purpureæ apparere incipiunt, & paulò etiam poſt illius pedis digitus unus vel alter lividus redditur & plane emoritur, tandemque homo plerumque Apoplexia vel Epilepſia accedente moritur. *Sennertus Tractatu de Scorbuto cap.3.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XX.

DE CACHEXIA, ANASARCA, LEUCOPHLEGMATIA.

Observatio I.

Cachexia genita ob Iecoris vaſa à ſanguine retorrido obſtructa. 1. Ob ejus vaſa arenulis infarcta. 2. Ob ejus vitium hydatidibus ſe prodens. 3. Ab ejus duritie, tuberoſitate &c. 4.

§. 1. A Sangvine exſiccato & veluti aſſo obſtructiones Cachexiæ cauſa fiunt, quem vaſis in Hepate inſertum induratumque & veluti incineratum vidimus: *Platerus Pract. lib. 3. cap. 2.*

SCHOLIA.

Obſtructio & infarctus Hepatis venarum præcipuarum portæ & cavæ, quia proventui vitioſorum humorum, bilioſorumque maxime, occaſionem præbet, ob impeditum illorum à ſanguine in ſecunda concoctione exactam ſeparationem, Cachexiæ cauſa fieri poteſt : In qua ſi ſanguis impurus in corpus diſtribuatur, color potius fœdus quàm albid⁹ apparet : Si ab obſtructione enarrata hepatis ſimul ſequatur imbecillitas, tunc quia diminuta fit ſanguinis elaboratio, Cachexia à crudo ſanguine genita prodibit, in qua crudus ſuccus corpus alens tumidum reddit : Si vero obſtructio tanta ſit, ut per eam & ſanguinis ſeu crudi ſeu cocti diſtributio in venam cavam ooo ſufficienter perficiatur, aut ſanguis adeo vitioſus gignatur, ut corpus mious quam oportebat alete poſſit, id potius decreſcer : Hujus autem obſtructionis cauſa eſt, vel chylus craſſior ac viſcoſiot, illic ſe affigeos, ductibusque quibuſdam hærens magis magisque condenſatus, loca hæc obturans : vel idem crudus ob calorem, motum validiorem, balneum &c. in venas citius raptus & rerentus : Quod etiam à ſanguine exſiccato & veluti aſſo ſimiliter accidere poteſt, quem ejuſmodi vaſis in Hepate inſertum induratumq; & veluti incineratum, obſtructiones tales peperiſſe, & hepatum animalium inter epulandum penitiori inſpectione aliquando ſic evenire deprehendimus : A pituita quoque obſtructiones has præcipue gigni plerique ſtatuunt. *Idem ibidem.*

§. 2. A ſeroſo humore eaſdem obſtructiones in hepate fieri poſſe eædem obſervationes, in homine & animalibus factæ, nos docuerunt, qui arenulas quam plurimas exactè rubras, quas prius diu & frequenter per urinas aliqui excreverant, vaſa hepatis certis in locis oppleviſſe aliquando invenimus, alias etiam in calculum vel tophum friabilem vel ſolidum concreras, quæ per vaſa hæc aliquouſque diſperſa corallum album, nunc alias ſtirias tophaceas referebant : Quæ à ſeri terreſtreitate, hiſce vaſorum anguſtiis & finibus ſe affigente adhærenteque, ortum ducunt : *Idem ibidem.*

§. 3, Veſicas tenuiſſimas, pellucidas, aqua diſtentas, pomi magnitudinem nonnunquam æquantes, Hepatis ſubſtantiæ accreviſſe in Cachecticis ſæpe inveni. *Ex Ejuſdem Obſerv.*

§. 4. Virgo 35. annorum integro biennio ante mortem laboravit copioſiſſima narium hæmorrhagia, quæ nonniſi venæ ſectione ſiſti potuit : paulò poſt incidit in Cachexiam & hydrops,

hydropis initium, tumeſcentibns pedibus & ventre inſeriore, remanente cachexia: Menſes fuere inordinati, aliquando non fluebant penitus, aliquando nimis erant copioſi, perduravit tamen hæmorrhagia, quæ alternis diebus increſcebat; Senſit dolores & punctiones in regione Hepatis, Evomebat bilem corruptam, praſſinam &c.

Mortuam ſecui &c. Hepar juſtam habuit magnitudinem, ſed erat album, tuberoſum, inæquale, durum & exangue, ut vix ſanguinis guttula ex diſſecto Hepate exierit, ex gibbo nihil, ex ſima parte parum, &c. *Vide hiſtor. integram cap. de febre maligna. Cotter libello obſervat. Anatom.*

SCHOLIA.

Hic diſcuſſione dignum, Poſtquam Hepar, ſanguinis officina & primarium ſanguificandi inſtrumentum, tam exangue extiterit, cum tantis obſtructionibus, ſcirrhis tuberibusque, quomodo contigerit tanta hæmorrhagia, tam longo tempore, atq; ea quantitate venæ poſt mortem repletæ inventæ ſint? Plauſibilis eſt *Galeni* ſententia 4. de uſu part. cap. 17. & alibi, ubi docet, uti inteſtinis χυλώσεως à ventriculò, arteriis pulſandi vim à corde, ſic & venarum generi ab Hepate αἱμαλώσεως facultatem impertiri, horum partibus ſuis fontibus viciniotibus majorem, remotioribus vim minorem communicari: Hinc dico venæ Portæ ramos modicam quandam generandi ſanguinis facultatem habere, non ſecus quam inteſtinis ſuperioribus ineſt ciborum quædam facultas concoctrix, 2. Obſcurum quomodo ſanguis in tanta Hepatis obſtructione duritieque potuerit ad venam cavam, & urina ad renes veſicamque pervenire? ℞. Hic obſervandam in gubernandis ac conſervandis noſtris corporibus inſignem naturæ ſagacitatem, quæ conſuetis purgationum meatibus obſtructis, alios nobis minime perſcrutabiles parare novit: In præſenti tamen caſu opinor Hepar minime ad tam exquiſitam obſtructionem, ut ſanguinem tenuem tranſmittere nequierit, perveniſſe; imo frequentes hæmorrhagiæ narium (ut in omnibus quaſi qui hepatis magna laborant obſtructione, præcipue qui ex hac in hydropem incidunt contingit) demonſtrant tenuem ac tantum crudum ſanguinem per hepar, ad ſolidarum partium inutilem (parum enim vel nihil nutriuntur) tranſſudare: etenim ſanguinis tenuitas atque acrimonia à ſero & bile acquiſita, hanc haud dubie narium hæmorrhagiam excitat: unde fruſtra Medici multi, hepatis obſtructione relicta ac debilitate, per incraſſationem ſanguinis hæmorrhagiam auferre conantur. *Idem.*

OBSERVATIO II.

Cachexia vitio Hepatis quaſi excocti inducta, cum ſiniſtri pulmonis inflammatione & ſemiputredine. 1. Ab Hepate magno, ex parte corrupto, cum Pulmonum omnimoda putredine. 2. A vitio Hepatis, Pulmonum, Cyſtis meatu obſtructo. 3. A multiplici vitio partium vitalium & naturalium. 4. 5. 6. 7. 8. Ab Hepate & Liene ſcirrhoſis, cum calculo in dextro cordis ventriculo. 9. A mala conſtitutione Iecoris, Cyſtis felleæ, cum Omenti extraordinaria craſſitie. 10. Ab Hepate fere putrido, Renum vitio.

§. 1. D. Trenti cadaver apertum fuit, qui diuturno morbo Cachectico ad hydropem vergere videbatur: De eo conſulerant conſilia *Io. Dom. Sala & Benedictus Silvaticus*, quorum hic abſceſſum in Hepate, ille in Corde divinabat, quia plerumque in lentis ejuſmodi morbis, ad Cachexiam vergentibus, Cordis aliquis ſolet eſſe abſceſſus, & Pulſus in hoc erat interreptus: Cor tamen in aperto cadavere nihil noxæ contraxerat, *Hepar pallidum*, quaſi coctum, Lien vero rubicundus ſani Hepatis inſtar: Pulmonum ſiniſter inflammatus & fere putridus. *Th. Bartholinus obſerv. 67. centur. 3.*

SCHOLIA.

H*Epar pallidum quaſi coctum*] Hepatis ſubſtantia ſecundum naturam mollis eſt, nuper concreto ſanguini ſimillima, colore rubra; præter naturam conſtitutum alium colorem induit: Illius pallor & durities in hoc ſubjecto, corde ſalvo, veterem opinionem de vi ſanguificatrice Jecoris fulcire videntur, quæ revera merito illi videtur adempta, cordi adſcribenda, non nova ſed vetuſtiſſima opinione, *Hippoc.* ſc. & *Ariſt.* recepta: Etenim ſi nullus chylus ad Hepar feratur, quod oſtendunt *Horne, Pecquetus* &c. nullam quoq; ibi eſſe ſanguificationem cenſendum eſt:. Genuini autem, juxta Clar. *Mœbium* Hepatis hi ſunt uſus, 1. Sanguinem ulterius coquit, & bilis alimentaris partem ita diſponit ut in bilem naturalem veram mutari queat: Chylus quidem in corde fuit mutatus in ſanguinem, qui licet jam ad nutriendum ſit aptus, quaſdam tamen, ob parvam in corde moram, adhuc obtinet particulas, quæ in ipſo per venas, arterias, nec non alia viſcera tranſcurſu ulterius elaborari, & demum crebro per cor curſu perfici gaudent: Non parum hanc coctionem ad ſanguinis perfectionem conferre Hepatis oſtendunt morbi: Cor licet optime ſit conſtitutum, ſuoque rite fungatur munere, Cachexia tamen, Anaſarca, febres, inflammationes, eryſipelata, aliique ſanguinem cacochymicum arguentes affectus hominem affligunt Hepar ſi ſuo non fungatur officio, p. n. affectum: Vulgus antiqua experientia notum habet quod Hepar in brutis bene coloratum carnis bonitatem deſignet: Imo loci ſalubritatem è brutorum Jecoribus bene conſtitutis veteres judicaſſe teſtis eſt *Vitruvius*: Hinc non immerito *Philoſophus*, licet cor pro ſanguinis fonte agnoſcat, hepar tamen inſimul ad coctionem facere luculenter atteſtatur: *Vaſa Lymphatica* ad Hepar, ex obſervatione Excell. *Bartholini*, aſcendentia ſubinnuere videntur quod in hac ulteriori ſanguinis coctione & depuratione ſimul ſerum coquatur, & ad eam, quam habere debebat, perfectio-

nem

nem deducatur : In ſero ſal volatile miræ efficaciæ latet,quod natura ſingulari artificio è ſpiritibus acidis acribusque; in cibo & potu latitantibus, confecit , hepatis opera forſan ad iſtud non parum conferente, Ab Hepate male affecto ſæpe ſequitur Aſcites, ut creberrime hoc atteſtantur authorum obſertiones : At quomodo morbus à ſeri vitio dependens Hepatis exibit officina , niſi & ei peculiaris in ſero coquendo cura eſſet demandata ? Si Hepar ſolum bilis eſſet cribrum, non niſi Icterus febresque bilioſæ, partiumque inflammationes , non autem feroſæ affectiones ex eo prodire deberent : Hepar itaque prurivit ſat diu ambitione ad ſanguificandi principatum , ſed jam regio throno eſt depulſum : Jam ut omnium rerum ſunt vices,tanti honoris facta fuit mutatio, Jecurque Cordis majeſtatem,ut ſpiritus viresque pro miniſterio in ſanguinis depuratione, bilisque generatione eo felicius expediendo accipere queat, ſubovile veneratur : Non tamen plane damnatum eſt capitis,nec ei exſequias parare neceſſe habemus, officii ſolum demandati emortualis eſt dies, aliudque offertur , quod licet non ſit nobiliſſimum, non parum tamen momenti habet in valetudine promovenda conſervandaque : Cor licet in ſanguificando omnem moveat lapidem , non tamen id ad ſanitatem ſufficit , niſi & Hepar ſuam rite exornet Spartam : Ab eo enim male affecto , quot hypochondriorum totiusque corporis calamitates ? In morborum cauſis non pauca jam ſunt immutanda ; *Pecqueto* interim immortales debentur gratiæ quod novis inventis Lacteis anſam ad genuinum Hepatis officium indagandum dederit &c. *Mœbius Fundum. Phyſiolog. p. 295. &c.*

Ille in corde divinabat &c.] Quod ſanguificationis organum primarium à plurimis ſtatuitur; Quoad *Galeni* & aſſeclatum opinionem de Hepati aſſignato officio,duplici ratione deſtructum imus , eaque cogente , Namque 1°. Chylus ad Hepar,ut vult *Galenus*, non defertur ; Vaſa ſiquidem lactea , per meſenterium ſparſa, in Receptaculum Pancreati *Aſellii* ſubjacens, omnem ſuum liquorem effundunt, è quo immediate in Ductum thoracicum,ut ocularis docet inſpectio , materia chyli tendit , nullis omnino ductibus,qui chylum ad hepar vehunt, vel per microſcopium apparentibus : Vaſa Lymphatica ab hepate ſecundum latera venæ Portæ ad Pancreas tendentia, ab Highmoro pro venis lacteis habita ſunt, quæ tamen humorem à chylo diverſum, inſtar aquæ limpidum vehunt ; ita ut nunquam lacte turgidas has venas videre alicui contigerit : Motus humoris in iiſdem,non quemadmodum *Aſellius* & alii exiſtimarunt , ad hepar ſed ab hepate eſt. 2. Nolla dantur vaſa per quæ chylus in ſanguinem mutatus partibus diſtribui queat , vena ſiquidem Portæ, & ramus Arteriæ cœliacæ , ſanguinem in hepar , non ex hepate ad partes nutriendas deferunt : truncus vero cavæ ex hepate aſcendens ſanguinem ſuum non partibus diſtribuit, ſed in dextrum cordis ventriculum infert : quod abunde circulario ſanguinis , oculari itidem circulatione firmata, comprobat : Cum itaque neque chylus ad hepar tendat , neque commoda ejusdem in alimentum elaborati fieri queat diſtributio, manifeſtum maxime hepar non eſſe primum ſanguificationis organum : Neque tamen omne in ſanguinis elaboratione munus illi denegandum , vel ſola ſanguinis vitia in cachexia , hydrope , ictero & aliis affectibus probant : Confert igitur aliquid, ſive ſuccurrit in coquendo hepar,ita tamen ut primus locus in ſanguificatione relinquatur cordi : Qua autem ratione conferat aliquid , patebit ſi tum materiam coquendam , Tum ea quæ in coctione hac ſeparantur excrementa , conſideremus : Materia alia eſſe nequit quam ſanguis per ramos venæ Portæ reſiduus, qui partibus alimentoſis magisque elaboratis in membrorum nutritione abſumptis,crudioribus relictis, hepar ingreditur , ibidemque a calore ejuſdem iteratam ſuſtinet coctionem quo elaboratior cordi offeratur , idque aliqua oneris parte ſublevetur : Cum vero in ſanguinis, ut purior reddatur, coctione, utile ab inutili ſeparari neceſſum ſit , idem in hepatis coctione non potuit non evenire : Eſtque illud quod ſecernitur excrementitium duplex,Calidum alterum & bilioſum ; Alterum frigidum & aquoſum : Illud partim in veſicula fellis colligitur,partim per porum bilarium ad inteſtina ducitur:Hoc per vaſa Lymphatica ad Pancreas ablegatur : atque ita Hepar ſanguinem depurando, & ab excrementitiis partibus liberando,revera , ut ait Philoſophus , cordi βοηθεῖ πρὸς τὸ πέψαι τῆς τροφῆς , ſive ſuccurrit ad coctionem alimenti. *Frid. Lepnerus Interduct. ad medicin. p. 75.*

§. 2. Puellula ſexennis,*cum ante facie tumida*, alba inflataque ſuſpectæ fuiſſet valetudinis, tandem decumbere vere cœpit 5. Novembr. 1626. *concurrentibus* ſiti , calore , laterisque dextri ſub coſtis veris dolore , itemque pedum intumeſcentia : urina turbida , cum hypoſtaſi , excremento gallinarum ſimili : Die 6. Novembris , tametſi tumor ventris nondum eſſet conſpicuus , ex facie tamen leucophlegmatica , pedibusque tumentibus , Hepatis labefactationem, ipſumque hydropem ante portas eſſe prædixi : Die 9. Novembr. urgebant inquietudo , tuſſis , compreſſio & dolor pectoris circa coſtas : Die 17. Novembris urina paulo rubicundior , citrina ſed ſabuloſa , craſſa ; Venter tumidus & valde transparens ac lucidus : Regio Lienis dolens inuncta ol. de cappar. venter vero aqua vitæ cum ſpiritu juniperino : Die 18. Novembris inquietudo magna , ventris tumor auctus , Die 19. ex aſſellatione iterata detumefactus eſt ; Sitis & potus cupiditas ingens , febris lenta & comes : Die 21. debilitas magna ; *latus ſiniſtrum* , imo manus pesque *tumida : dextrum* vero *extenuatum :* Rejecit bis ſcreatu ſaniem cruentam & retortidam , quæ ex pulmonibus eſſe videbatur : Omnibus in pejus vergentibus , circa medium noctis exſpiravit.

Die 22. Novembris ad petitionem parentum , quibus Puellam hydrope obiiſſe perſuaderi haud poterat , corpuſculum apertum , prognoſtico à me præmiſſo , fidem fecit, Itaque à mucronata cartilagine facta ad pubem uſque , & lateraliter inciſione transverſa,ſtatim comparuit. 1. Hepar valde magnum,idq; ex parte corruptum,maculisq; infectum, è quo , tanquam è fonte , promanarat Hydropiſis : 2. Abdomen ſcatebat materia ſeroſa multa,colore coeruleo viridique infecta,quæ effundebatur cum fœtore. 3. Lienem integre,

prætet

ad Tumores iſtos œdematoſos attinet, dicimus eos trifariam contingere, aut *in morbis longis*, unde ægrotos inſufflatos dicimus, infirmitate caloris naturalis: & hoc tantum ex eventu fit; aut tanquam *Morbus* eſt, aut tanquam *ſymptoma*: Symptoma, ut in hydrope, idque bifariam; aut affecto hepate primario, ſecundarióve, unde verus naſcitur hydrops; aut per colliquationem quandam carnium, & velut putrefactionem: hinc *Hippocr.* l. de affect. aut de morbis, *ait*, Hydropem, impropriè dictum, fieri cum in morbis longis diu ægri impurgati manent, hinc corruptio carnis & tumores œdematoſi: *Morbus* autem *Tumor* eſt, cum alius conſequens non eſt, ſed per ſe & primo actionem lædit; *Ballonius conſil.* 70. *lib.* 1.

Latus ſiniſtrum tumidum dextrum extenuatum] Cacopragia hepatis & tumoris author eſt & extenuationis: *Tumoris*, ſi in defectu ſanguificationis conſiſtat res, Extenuationis autem, ſi vitium in humore ſit: Quanquam *Hippocr.* 2. Prorrhet. obſervat in morbis funeſtiſſimis contingere quandam Leucophlegmatiæ ſpeciem, ob malignam qualitatem & flatulentam, quod in phthiſico quodam à nobis viſum eſt, cui totum corpus moribundo intumuit ac facile diſparuit: Sic & à pulmonibus, & ab hepate, & à liene extenuatio & tumor poteſt contingere: Quod de Liene annotavit *Hippocr. lib. de locis in Hom.* Quibus corpus extenuatur, Lien efflorescit & contra: Sed in hujuſmodi tumoribus ſolum humorem agnoſcere, non autem flatum quoque admiſtum, repugnat ſenſui: unde enim fluxus & refluxus tam ſubitus in hydrope, ut modo intumeant pedes, ventre deturgente, aut contra, niſi comes ſit flatus earum mutationum author? Sic aut inopia erit caloris naturalis, flatum diſcutere nequeuntis aut dominatus caloris p. n. materiam phlegmaticam in ventum facile convertentis.

Idem ibidem.

§. 3. Nob. N. Tuſſi correptus, hinc tumore infra cartilaginem xiphoidem: Supervenit Cachexia &c. Hepar erat grandius & colore livido: In ſuperiore parte, verſus diaphragma, abſceſſus veſicis plenus: In pulmonibus adhuc major abſceſſus: Meatus felleus obſtructus. *Vide lib.* 4. *tit. de Tumoribus.*

SCHOLIA.

Hepar erat grandius] Hepar, ſi quidem colatorii, & juxta nonnullos, viſceris mixtorii munus obit, raro aut nunquam atrophiæ, aut extenuationi obnoxium reperitur, quin è contra, plures ob cauſas & occaſiones, quoad molem augeri, & diverſimodis ingeſtis, & concretionibus infarciri ac intumeſcere periclitatur: Hinc ſanitatis ratio haud levis in hoc conſiſtit, ut Jecur rite conformatum, ſanguinem uſque libere abſque tributo, ſeu vectigali nimio ſibi arrepto trajiciat; Profecto multa huic viſceri, uti & Lieni, & quidem haud prorſus immerito vitia imputantur, ſed præcipue & 1°. quod Succum nutritium, aliis partibus deſtinatum, intercipiens, proprio impertit uſui: Hoc paſſim cernitur in pueris Rachitide affectis, quin & multis aliis vitam deſidem & otioſam agentibus 2. Quod ſanguinis depravati fæculentias, & recrementa quæque oblata in receſſus ſuos intimos facile omnis ſuſcipit, eaque retinendo, non modo grandeſcit, ſed quoad ductus ſuos obſtruitur, unde ſæpenumero Icterus, Cachexia, aut hydrops; quin etiam tumores & concretiones varii generis contrahit. *Willis Pharmac. rat. p.* 2. *ſect.* 2. *cap.* 2.

§. 4. Jac. Cobiet poſt morbum acutum thoracis in Cachexiam incidit: Pulmo dextri lateris pleuræ adnatus fœde conſumptus erat: Siniſter aliquantulum corruptus: Cor exangue & pericardio firmiter annexum, viſcera naturalia flaccida, pallida: *Lib.* 2. *tit. de Phthiſi.*

§. 5. H. Pomble humi cubare coactus, hinc Cachecticus, Cacochymus &c. Pulmones erant adnati pleuræ, mediaſtino, pericardio: Parenchyma lobi ſiniſtri, integra cute, totum in pus reſolutum. Cor flaccidius: Hepar magnum, exangue, pallidum; Lien parvus, exſuccus, Renum parenchyma exangue &c. *Tit. de Phthiſi. lib.* 2.

§. 6. Filia D. N. Cachexia fere conſumpta obiit: Lien & Hepar ſcirrho laborabant: In capſula cordis humor putridus: Cor duplo majus: circa valvulas dextri ventriculi calculus ex tartaro. *Lib.* 2. *tit. de Syncope.*

SCHOLIA.

In capſula cordis humor putridus &c.] *Frid. Lepnerus* Introduct. in Medicinam, p. 65. primas in opere ſanguificationis partes cor tenere ſtatuit, eo quod chylus univerſus ad id confluat, Tendunt, *ait*, vaſa Lactea à peripheria meſenterii ad glandulam ejuſdem majorem, Pancreas Aſellii vocatam; ibidemque collecta lacteum ſuum laticem in ſubjectum glandulæ receptaculum, quod in brutis membranoſum, in homine vero glanduloſum, teſte *Bartholino*, transfundunt: Id ita ſe habere facto experimento deprehendes: Preſſo namque meſenterio, chyloque verſus glandulam confluente, lactei canaliculi chylum ulterius in receptaculum devehentes, tibi in conſpectum venient: Atque ſi ulterius chyli ductum inveſtigaveris, eundem non in Portæ truncum, vel hepar ipſum, ſed per ductum thoracicum ad venam axillarem, & hinc in cordis dextrum ventriculum ferri videbis; miſſis ſimul in itinere ramulis ad venam ſine pari, quæ, inſito in receptaculum tubulo, ſine difficultate aërem inflatum admittit, ut & omnis humor ex ea verſus cor migret; certo indicio primas in opere ſanguificationis partes tenere cor.

§. 7. Nob. N. diſcoloratio, atrophia ac malus habitus aderant: In thorace aderat ſerum corruptum: Pulmones magni, flaccidi: Hepar pallidum, cujus extrema mucida: Cyſti plena bile obſcura: Lien marcidus, fracidus, meſenterium ſemiputre. *Vide tit. de Ventris dolore*

§. 8. Uxori N. abdomen prætumidum: reliquum corpus totum Cachecticum &c. Hepar ſaxo durius erat, Pancreas cum glandulis meſenterii extenuatum: Pulmones ſubmucidi; Cor exutum pinguedine, flaccidum. Pericardium ichoroſo humore refertum. *Vide tit. de Ventris tumore.*

§. 9. Mercatoris filia frequenter hæmorrhagiæ obnoxia, ac proinde Cachexia fere conſumpta in febrim bilioſam continuam incidit &c. Poſt mortem aperitur: Abdomen ichore fœtido repletum: Omentum putrefactum, Lien atque Hepar ſcirrho laborabant, Cor duplo majus, bubulum referens, inveniuntur: Et circa valvulas dextri ventriculi Calculus ex tartaro concretus, inſtar minoris caſtaneæ compreſſioris &c. *Greg. Horſtius l. 4. obſerv.* 48.

§. 10. Ego vidi Omentum Carnoſum, ſeu potius glanduloſum ſemipollicari craſſitie, à D. Wybard ad me allatum, è virgine cachectica, 19. annos nata exſectum: Illa per tres menſes ante obitum diarrhœa lenta per vices recurrente, unaque frequenti materiæ porraceæ vomitu laborabat: Pulſus languidus erat, urina pauca & incenſa: abdomen circa regionem umbilicalem duriſculum & ſubtumidum apparebat: decubitum in latus ſiniſtrum moleſte ferebat: paulò poſt tuſſicula, ſpirandi difficultate, febricula cum linguæ ariditate infeſtabatur; medicamentis deoppilativis exhibitis levamen aliquoties ſentiebat: Sed omiſſis remediis & morbo ſubinde recrudeſcente, viribuſque ſenſim fractis, macie demum confecta fatis conceſſit: verum per dies tres ante mortem alvus adſtricta, & urina per diem integram ſuppreſſa erat.

Aperto cadavere, Jecur male coloratum, & Veſicula fellea liquore nigricante & fruſtulis ſabuloſis refetta deprehendebatur: Ductus quoque Hepaticus liquorem ex livido flaveſcentem exſpuebat, & plurimis aliis partibus præter naturaliter ſe habentibus, *Omentum*, ut ſupra dixi, *incraſſatum* & fere coriaceum cernebatur, quod omnia prope viſcera ſua latitudine adeo arctè complectebatur, ut inteſtina quaſi conglutinata à ſe invicem ægre ſeparari poſſent. *Warthon Adenographiæ cap.* 12.

SCHOLIA.

APparet ex hiſtoria hac, omnia hujus puellæ viſcera obſtructionibus pertinacibus obnoxia fuiſſe, Omentum vero ipſum prope occalluiſſe, ſimulque carnibus glanduloſis loco pinguedinis fuiſſe infarctum: Utrum vero hæc Omenti vitia cæteris ſymptomatibus primam dederint anſam, an potius primo menſium ſuppreſſioni adſcribenda fuerint, vixdum ſatis conſtat: Illud certum eſt eam ante obitum febre lenta correptam fuiſſe, quæ tum extenuationis tum ipſius mortis proxima cauſa fuit. *Idem ib.*

Omentum incraſſatum &c.] Difficulter humores vitioſi in Omenti venas & ſubſtantiam effuſi evacuantur: Neque enim venarum illarum orificia in locum evacuationi convenientem dehiſcunt, ut venæ meſaraïcæ: Et ſi vacuari debent, neceſſe eſt ut regurgitent ad loca per quæ ſunt illapſa, quod raro fit, cum expultrix hujus partis ſit valde debilis: Ideoque non tolluntur humores ex Omento, niſi continuato thermarum vel acidularum potu. *Sennertius Pract. lib.* 3. *p.* 3. *cap.* 8.

§. 11. Civis N. Paulatim in Cachexiam incidit, Hepar fere totum putrefactum habuit: Veſica fellis vacua, Cholidochus præter modum laxus & apertus: Renes flavo colore tincti, parenchyma eorum lividum. *Vide tit. de Ventris dolore.*

OBSERVATIO III.

Cachexia à parvitate & duritie Lienis inducta.

MAgnitudo Lienis, quamvis raro minor fiat quàm ſecundum naturam requiritur, unde ejus actio manifeſte offendatur, poteſt tamen aliquando id accidere, præſertim ubi univerſum corpus contabeſcat, ſed neque tunc ferè Lienis parvitas attenditur, ſive quod ita exiguus à natura fuerit Lien effictus, quemadmodum olim nos Barcinoniæ obſervavimus in Jac. Antonellio, admodum Cachectico, quem cum repente Syncope rapuiſſet, ejuſque cadaver diſſecaretur, obſervavimus ejus Lienem columbacei ovi magnitudinem non excedere, ſed adeo eſſe durum ac compactum, ut fere lapidis duritiem æmularetur: cujuſmodi viſcus credidimus nos nimis exiguum, vel in prima corporis conſtitutione à natura fuiſſe effictum, & ex materia admodum denſa & inepta ad extenſionem, ac procedente tempore à calore naturali eandem materiam paulatim fuiſſe exſiccatam & quaſi in lapideam naturam converſam. *Vidus Vidius Junior de curat. membratim lib.* 10. *cap.* 10.

OBSERVATIO IV.

Cachexia à renum calculoſorum vitio producta.

DOm. de Claigni, Canonicus Pariſienſis, velut Leucophlegmaticus erat, lapidoſus mortuus eſt: An lapidoſi ita fieri poſſunt? Ita, nam *Fernelius* cap. 12. lib. 6. Pathol. anotavit ſuppreſſionem & regurgitationem cujuſdam materici purulentæ à renibus ad venoſum genus id genus ſymptomatis inducere potuiſſe. *Ballonius Epid. & Ephem. lib.* 2. *p.* 243. evehunt venæ Emulgentes ſanguinem à nutricatu renum, quem arteriæ important, reſiduum in cavam: Hinc proculdubio in renum ulceribus, ſi quando obſtructo ureteris cate pus cohibeatur, ut per urinas evacuari nequeat, id ſenſim una cum ſero per venam emul-

emulg nteni in cavam redundans, ſanguinem totum, habitumque corporis inquinabat: *Highmorus in Anat.*

SCHOLIA.

IDem aſſerit *Sennertus* Pract. l. 3. p. 5. ſect. c.2. obſervatione *ait*, dignum eſt Cachexiam etiam originem habuiſſe ex renum nlcere in calculoſis, quando purulenta materia, propter ureterum obſtructionum in renes regurgirans, & ſanguinem inficiens totum corporis habitunn inquinavit: hinc ad Cachexiam inducendam faciunt omnia quæcunque, hepar imprimis, &habitum corporis refrigerare & humectare poſſunt, Et in cauſa ſunt, ut pro ſanguine probo frigidus; impurus & multis excrementis, præcipue ſero abundans generetur, ſive eæ cauſæ internæ ſint ſive externæ.

Observatio V.

Cachexia ab Hydrope Pulmonum inducta.

FUit Ingolſtadii vir Doctus qui, quod incautior eſſet in victu, ſenſim in Cachexiam inciderat; quæ Hypoſarcam in propinquo eſſe denuntiabat.

Cujus demortui thoracem Medici cum aperuiſſent illum aqua ſanguinolenta omnino plenum repeterunt. *Obſervatio Iacobi Oethæi, Præſidis Aiſchteitenſis Medici.*

SCHOLIA.

IDem à *Marc. Donato* obſervatum Hiſtor. mirab. lib.3. cap. 9. in duobus hydrope thoracis laborantibus, qui cum hinc inde ſe commoverent; aqua commota ſonitum edebat, qualis in utre agitata excitatur: quæ in dies ſenſim & ſenſim per univerſum corpus diſſeminata eſt, ita ut primo abdomen & facies, mox coxæ & crura in magnam molem excreverint.

Observatio VI.

Cachecticorum meſenterium vitiatum ut plurimum deprehenditur. 1. Materia purulenta inter duas ejus tunicas collecta reperta.

§.1. IN illis qui cachexiâ, hydrope &c. obierunt, meſenteria ut plurimum friabilia maleque cohærentia deprehendimus, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit. *Wrrthon Adenogr. cap. 11.*

SCHOLIA.

QUia, ex quorundam ſententia, quaſi corporis ſentina eſt, ad quam tota hujus colluuies confluit: Unde *Fernelius* ſe choleræ, melancholiæ diarrhœæ, dyſenteriæ, *Cachexia* &c. cauſas ut plumum in hiſce ſedibus inveniſſe ſcribit: Revera partes hæ erroribus maxime obnoxiæ ſunt, & inſalubris diætæ, frequentiſque intemperantiæ pœnas luunt: Quin & à numeroſis arteriis veniſque, per tunicas earum diſtributis, frequenter male mulctantur: Præſertim cum hepar quoquo modo obſtructum, aut aliter male ſe habens, non ſatis expedire ſanguinem per venam Portæ affluentem tranſmittit in Cavam, unde fit ut in venas meſaraïcas regurgitet, eaſque facile reddat varicoſas, aut etiam intra tunicas meſenterii ſanguine effuſo abſceſſus occaſionem miniſtret &c. *Idem.*

§. 2. Quidam intemperantiſſimus in affectiouem hypochondriacæ non diſſimilem incidit; tandem redditus eſt cacochymus & Cachecticus: In eo inventa collectio materiæ purulentæ ac fœtidæ inter duas meſenterii tunicas, & Hepar ſua putredine infecerat. *Vide lib. 1. tit. de Melancholia.*

Observatio VII.

In Cachectico vitium Pancreatis deprehenſum, Hepatis, Lienis, Vaſorum meſaraïcorum obſtructio, Pericardii, Pulmonum læſio.

PUellus Cachexia totius corporis correptus eſt, In defuncto nullum Pancreatis ſuperat veſtigium: Meſaraïcæ venæ glutinoſa materia refertæ: Lien monſtroſe tribus appendicibus inſtructus, niger, durus, Reni ſiniſtro annatus: Hepar cocto ſimilis: In eo & Liene foveæ aqua plenæ: Pericardium aqua fœtida refertum, Pulmones ex parte una purulenti. *Vide tit. de Ventris tumore.*

SCHOLIA.

F*Ovea aqua plena &c.*] Ab affectu vaſorum ſeroſorum, ex ſententia *Olai Rudbeckii*: Vaſis hiſce ſeroſis affectis, *ait*, *cap. 9. Exercit. de Ductibus hepaticis aquoſis*; p. n. humor aqueus in thoracem, abdomen & viſcera effundi poteſt, aut Veſiculas elevare, propter horum vaſorum vel ſubſidentiam, compreſſionem, obſtructionem ab humore craſſo, calculo, vermibus, pure factam; vel per anaſtomoſin, diæreſin, diapedeſin. Conſentit *Clar. Charleton Exercit. Pathol. 9. §. 16.* Quando, *ait*, vel à ſucco Nutritio, cui vehiculi uicem præſtat, in glandulis eo deſtinatis non rite ſeparatur; vel etſi ſeparatus, ſanguini tamen non refunditur; tum in artubus & habitu corporis, quaſi aggeribus factis redundant,

Anaſarcam ſeroſamve Cachexiam neceſſario inducit: Quum autem obſtructis Lymphæ ductibus, alicubi tantam in molem fuerit congeſtus, ut renuiſſimas earum tunicas violentius diſtendendo forte diſrumpat, in partes vicinas quaſi ex olla guttatim ſtillans inundabit &c. Quod ſi Lymphæ ductuum membranulæ tenaciores fuerint, ita ut diſtenſionem inſignem abſque dilaceratione ferant, tunc in veſiculas quaſdam aqua turgidulas attolluntur: Eæ autem inter binas valorum Lymphaticorum valvulas efformantur.

Observatio VIII.

Cachectici cadaver exhibuit Lienem male conſtitutum, & Glandulas magnas comprimentes venam Portæ ejuſque ramos, cum Pulmonum læſione.

Michaeli Fedler annorum 23. poſt quartanam xvj. menſium, aliquot diebus ante mortem, à corrupto viſcerum tono pedes & crura tumeſcere cœperunt: Lien illi præter ſolitum triplo major erat, flaccidus & ſanguine nigro ultra quam decet inſuccatus: Circa autem ejus arterias, earumque ramos ad ventriculum, & ad Portæ venam tendentes, glandulæ erant multæ, quæ comprimendo ductus anguſtabant, & omnium medicamentorum vires illudebant: Ejuſmodi quoque aliqua glandulæ erant circa felleæ veſicæ ductum ad inteſtina tendentem: Aderat & vitium in pulmonibus &c. *Vide hiſtor. lib. 4. tit. de Febribus.*

Observatio IX.

Cachexia à Tumore ſcirrhoſo, ſuppurato, orto ab inferiore parte Pancreatis; Hepate, Liene, Pulmonibus, Renibus &c. vitiatis.

Amedeus Faber lignarius, 40. annos natus, biennio variis per intervalla morbis, Dolore capitis, Ictero; viſcerum obſtructionibus, imo etiam Cachexia, poſtremum etiam dolore Iſchiadico laboravit, tandemque aucta febri cum paraphrenitide extinctus eſt.

In cadavere hæc fuere obſervatione digna. 1. Omentum inflatum & corruptum. 2. Inteſtinum *Colon* præter conſuetudinem *arctum circa Ilia ſiniſtra*: 3. Inter collum veſicæ & inteſtinum rectum, tuberculum ſcirrhoſum, unde ſæpe dyſuria & iſchuria. 4. Sub muſculo pſoa ſiniſtro, cui Ren incumbit, quique in cruris interiorem partem fertur, ingens atheroma, ultra duas libras puris craſſioris continens: ibidemque tres aut quatuor lumborum vertebræ, ita carie affectæ ut earum fruſtula coram adſtantibus extraxerim digitis & attriverim. 5. Inteſtina vermibus ſcateria. 6. *Tumor ſcirrhoſus*, ſuppuratus, & inſtar ſteatomatis, magnitudine duorum pugnorum, ortus ab inferiore parte pancreatis, inteſtinum duodenum circumdederat, ſic ut peritonæo tectus alterum quaſi ventriculum mentiretur, Materia per ramos venæ portæ in ipſum pancreas deſinentes, affluebat. 7. In Hepate ſcirrhoſo apoſtemata exigua multa. 8. Lien totus corruptus multos continebat calculos. 9. Pulmo inflammatus multis refertus glandulis. 10. In ſuperficie ſterni, ad clavicularum conjunctionem, atheroma ovi magnitudine: 11. Apoſtema ſub alâ dextrâ, inter pleuram & coſtas, maximi pugni magnitudine, & graveolens, cujus purulenta materia, 4. 5. & 6. coſtam exederat: atque adeo non modo divulſæ erant coſtæ à vertebris, ſed & ſumma parte, qua vertebris junguntur, uſque adeo carie corruptæ ut facile eximi digitiſque friari poſſent. 12. In cranio dura mater inflammata. 13. Inter meningas & cerebrum ichor multus. 14. Plexus choroides inflammatus. 15. Circa cerebri baſin & cerebellum ſemilibra ſanguinis & amplius è jugularibus internis affluxerat. *Fabritius Hildanus cent. 1. Obſervatione 71.*

Scholia.

Colon arctum circa Ilia ſiniſtra] Inteſtini coli anguſtiam naturalem in ſiniſtra parte D. G. *Bauhinus* annotavit: hujus cauſa dolores colici in ea parte plurimum & oriuntur & exacerbantur: quippe anguſtia illa facile obſtruitur ab excrementis, quæ in colo propter copiam filamentis obliquis (ut D. *Rondeletius* diligenter annotavit) diu retinentur, ideoque indureſcunt. *Idem ibidem.*

Tumor ſcirrhoſus &c.] Credibile eſt retentis nervorum excrementis materiam per ramos arteriæ cœliacæ, in ipſum pancreas deſinentes affluxiſſe: Venis vero non eandem ſatis expedite reducentibus, tumorem illum ingentem conſequutum eſſe. *Warthon Adenographia cap. 12.*

Observatio X.

Cachexia à ſero per totum diffuſo, ob Glandulas Pancreatis & Meſenterii induratas, Iecur pallidius, & corporibus pituitoſis in cordis ventriculis &c.

Jacob Spoerlin ſeptuagenarius, Vietor, in laboribus aſſiduus, ante plures annos ad carceres perpetuos condemnatus fuit, in quibus ultra 12. annos vixit, tandem libertati reſtitutus

tatus in Noſodochium receptus totus cachecticus erat, facies & labia pallebant, pede œdemate tumebant, omnes artus languebant,

Aperto mortui cadavere, Pancreas & Meſenterii glandulæ duriuſculæ, ſed non tu midiores erant; Ductus pancreatis vacuus: Hepar fuit legitimæ magnitudinis, debito mollius, pallidum & rantum non cruoris expers, In cerebro plurimum ſerum, In cordi ventriculis corpora pituitoſa parva. *Vide hiſtoriam lib.2.tit. de Paralyſi.*

SCHOLIA.

SErum ceu vehiculum neceſſario ſanguini, etiam in ſaniſſimis permiſcetur, cui accedit lympha ab Exc.D.Th.*Bartholino* primum detecta, ex artubus membranoſis refluа, quam vaſa ipſi peculiariter conceſſa non ſolum in receptaculum chyli, ſed etiam in venas axillares, & forte in alias quoque exonerant: Vidi enim in brutis lymphatica vaſa ab uteri cornibus, tenuibus exordiis in ductus inſignes excreſcentia; liquorem ſuum in venas majores hypogaſtricas; per ligamentum uteri membranoſum diffuſas aliquot in locis facile depoſuiſſe, quem fruſtra digitis verſus cornua repellere conabar, obortis nodulis ob valvulas liquoris regreſſum remorantes: A liquore aqueo irrorari ſuperficiem oſſium, membranarum, ligamentorum, cartilaginum, etiam interſtitia muſculorum in animalibus recenter mactatis manifeſte videtur, imo ſemper ventres omnes madidi reperiuntur, id que non ſine providentia naturæ, niſi enim partium harum ſuperficies udæ aliquantulum forent, ad actiones & uſus deſtinatos ineptæ forent: Serum & Lympha copia & qualitatibus peccantia graviſſimorum morborum cauſæ fiunt: Apud *Spoerlinum* ſerum & lympha redundarunt, non quod potulenta largius ingurgitaſſet, nam temperanter vixit: Neque etiam Renum culpa, quos quidam in ſeroſa colluvie nimium & ſæpe ſatis temere culpantur, etiam tunc quando ægri copioſe mingunt, neſcio quam ſalſuginoſi emulſionem impeditam cauſantes, quamvis urina ſalſuginem ſpiret, atque ſeri percolatio ſolo appulſu citra attractionem fiat, ob peculiarem partis conformationem, qua ſanguis retinetur, urinoſum vero extruditur; Renes apud *Spoerlinum* ideo innoxios fuiſſe credo, quia optime conformati & molles undiquaque erant, unica caruncula papillari excepta, cui lapilli fragmentum inhæſerat, quod ob molem exiguam, cæteris ſalvis, non magnopere ſeri excretionem impedire valuit: Accumulationi ſeri primam anſam carcerem dediſſe arbitror, conſueverat enim à pueto calorem exercitiis validioribus excitare, à quo lympha & ſerum attenuabantur, atque ad feliciorem excretionum parabantur: Poſtquam otio obtorpuit, Lympha ſegnior facta intra glandulas per plures annos ſtagnavit, ac primum Cachexiam peperit, & quamvis poſtea libertate donatus ad ſolitos labores rediret, multumque ſeroſi feliciter expellеretur, nihilominus tamen in glandulis vitioſa diſpoſitio, tenuibus particulis propulſis, craſſis alte porulis infixis, permanſit, quæ, cum malum annoſum & inveteratum eſſet, invaleſcente ſenio inemendabili perſtitit, & progreſſu temporis factum ut glandulæ conglobatæ; quales ſunt ſubcutaneæ, pancreaticæ aliæve, per ductus ſuos parum vel nihil excernerent & proinde ſerum cumularetur, vel ſerum in ventre effuſum non reſorberent, ut intra illos neceſſario redundarit, nam manifeſte in imo ventre pancreatis & meſenterii glandulæ duriores, & ductus Pancreaticus liqoore vacui erant: In cerebro quoque glandulæ plexus choroidei veluti cœnoſæ & duræ fuerunt: præter aquam quæ in medio & ſuptemo ventre fluctuabat, in uno ventre quoque redundabat. *I. Iac Wepferus Excercit. de Apopl. p. 382.*

In cordis ventriculis corpora pituitoſa &c.] Corpora pituitoſa in ventriculis cordis reperta, non erant mucus demum poſt obitum concretus, qualis in ſuperficie ſanguinis v. s. emiſſi apud Cachectico & febricitantes, poſtquam refriguit, alias videtur qui ſæpe craſſus & fere membranæ inſtar tenaciſſimus eſt, non enim ſanguinis ſuperficiem corpora hæc operiebant, inſuper radicibus ſuis firmiter ventriculorum anfractibus coonata & immerſa erant Generata fuerunt propter cordis debilitatem, ob quam fibris ſe non arcte conſtringentibus, nec omnem ſanguinem exprimentibus, quod alias cordi robuſto & ſano exacte fiet: Debilitas cordis defectui ſpirituum vitalium & animalium deferenda erit nam à febri lenta plurimum ſanguinis & ſpirituum conſumptum, ob inappetentiam deficiens non reſtauratum, nec cerebro ſufficiens materia ſpirituum ſuppeditata fuit: Non memini unquam *Spoerlinum* de cordis palpitatiune cooqueſtum fuiſſe, quam tamen corpora pituitoſa excitare ſolent, qui à longo tempore decubuit, & ob quietem ſanguis placidius cor tranſiit. *Idem ibdem. p. 390.*

Glandulæ duriuſculæ &c.] Materiam aquæ præbuit abunde ſeroſa colluvies maſſæ ſanguineæ: Cumulabatur proculdubio ob glandulas induratas aquoſum non amplius reſorbentes: Vix enim pancreatis, meſenterii, plexuſque choroidei glanduli duriuſculis, pericardii glandulæ ab hoc vitio immunes eſſe poterunt, ob quod in pericardio plurimum aquæ ſtagnavit. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XI.

In Cachecticæ mulieris veſicula fellea, aquoſus humor ſero lacti perſimilis, copioſus repertus eſt.

ERat apud nos mulier Cachectica, in cujus veſica fellea deprehendimus humorem ſeroſum pallidumque minime amareſcentem, ſed inſipidum potius dulcique proximum *Gliſſon Anat. Hepatis cap. 39.*

SCHOLIA.

CRedibile ſane eſt calorem vitalem in ea pauperiorem fuiſſe quam ut adustionem efficeret: adeoque excrementum illud citra amaritudinem expurgatum eſſe: Utcunque indicio eſt ſerum neceſſario ad humoris fellei ſtructuram conferre, ac vaſa fellea nonnunquam alium humorem, uno & ſanguinem ſi forte obvenerit, præter bilem in inteſtina deferre. *Idem.*

Dulci proximum] *Galenus Wierus*, referente *Hildano* centur. I. obſervat. 60. narrat ſe inveniſſe vermes

vermes in cyſti fellea: Si ſemper amarum humorem intra ſe contineret, quomodo hoſpitium vermibus præbere potuiſſet; quandoque felle nihil amarius, cum & hominibus, & brutis, ipſis etiam plantis, teſte *Galeno*, amata omnia adverſiſſima ſint, & ad nutritionem inepta.

Observatio XII.

Cachexia laborantis thorax aqua plenus repertus.

VIr annos 42. ab ineunte ætate parum firmæ valetudinis, decolor, capitis in pulmonem defluxionibus, ſed iis nec ſalſis ſed actibus, vehementer obnoxius, quum ad nativam corporis imbecillitatem accederet ratio victus negligentior & vita ſedentaria, ſtudiis occupata, menſe Septembri anni 1560. primum *in cachexiam cum ædemate pedum & difficili reſpiratione* incidit: urinæ, quas prætenues, pallidas, & copioſiſſimas prius reddere ſolitus erat, paulatim imminutæ ſunt: Difficultas ſpiritus, cum ſenſu ponderis, utrinque ad latera thoracis, ſupra coſtas ſpurias, ſic paulatim (præcipue ſi altior duceretur anhelitus) augeſcebat, & ſub finem Decembris jam decumbere neque ſupinus neque in latera poſſet: Si in lecto ſe converteret, humoris aliquid in thorace fluctuare percipiebatur: ac propius admota aure, rei cujuſpiam leviter bullientis ceu ſtridor aliquis obaudiebatur, qui nec ægrum ipſum latebat; eo plane modo ut Hippocr. de Hydrope Pulmonis prodidit: Itaque dies & noctes tantum non reſidere ſurrecto thorace cogebatur: Tum ſenſim venter quoque in tumorem aſſurgebat, & tuſſis aſpera, eaque ſine ſtercore, & prorſus ſicca, ſive tenuantia ſive inſpiſſantia remedia tentarentur, infeſtabat: Porro ad quemvis corporis motum mire anhelitus creſcebat anguſtia, ut æger protinus ſuffocari atque animo linqui videretur: Sub his pulſus, præſertim veſperi, lentam quandam febriculam, Tum urinæ ſedimen pulvereum albicans oſtendebant: neque appetentia cibi omnino dejecta erat, neque ſitis magna: A medicamentis purgantibus plus viſus eſt lædi quam juvari; Sectionem thoracis, in qua ſpes aliqua collocanda erat, magis fere quam mortem ipſam formidabat: Menſe Martio, poſtremis aliquot morbi diebus, cœpit cruenta quædam extuſſire.

Cæterum inciſo corpore, nullum in pulmonibus ulcus deprehenſum eſt: thorax vero univerſus *aqua cruenta*, quam quis haud inepte loturæ carnæum aſſimilaſſet, repletus fuit: venter inferior (ut aſciticis ſolet) aqua flaveſcente ſuffundebatur: In dextro pulmone tres cernebantur lobi teretes, faſtigiati, craſſitie & longitudine digitum ſuperantes: Hepar albicabat & duriuſculum erat; reliqua viſcera nihil ad oculum vitii oſtendebant. *Schenckius ex Menxelii obſervationibus.*

Scholia.

IN *cachexiam cum ædemate pedum & diffici reſpiratione incidit*] Aſthma aliquando induci à refluxu ſeri ex viſceribus imi ventris in thoracem oſtenſum *titulo de Dyſpnœa.*

Aqua cruenta] ὑπόπλυσις ἐξερυθρὸς, læſæ ſanguificatricis facultatis opus: At hic veriſimilius eſt aquam talem colorem nactam eſſe à ſanguine per ῥῆξιν vel διάβρωσιν effuſo, & illi commiſto, cum cruenta quædam ante obitum æger extuſſierit. Alias ſi à vitio αἱματώσεως eam tincturam habuiſſet, eandem & in abdomine induiſſet, quæ flaveſcens deprehenſa eſt.

Observatio XIII.

Anatome Cachectici pituitoſi, in cujus Pericardio humor turbulentus, ad libras duas repertus.

ANno 1651. in cadavere Angli cujuſdam, pravis alimentis diu nutriti, atque in Cachexiam pituitoſam delapſi, & ſic tandem mortui, liquoris turbulenti, aquei coloris, ad minimum duas libras, in diſtento plurimumque laxato pericardio contentas, ſpectatoribus oſtendimus.

Scholia.

A*Quei caloris*] In morboſis corporibus hujus humoris colorem magis aqueum, interdum urinæ, interdum aquæ turbulentæ omnino ſimilem, copiam quoque multo majorem invenimus.

Ad minimum libras duas] In noſocomio noſtro multa occurrerunt ſubjecta, in quibus iſtius liquoris ſemilibra, imo varia in quibus libra integra à me reperta: Hunc autē ſemper comperi pauciorem magiſq; rubicundum eſſe in hominibus calidi temperamenti, in quibus vapores è corde exhalantes ſunt tenues, paucique in pericardio condenſantur, & qui condenſantur, illi à valido cordis calore citius attenuantur, ac per pericardii poros facilius exhalant: Contra vero eundem copioſiorem, magiſque aqueum ac pallentem, ſemper obſervavi in naturis frigidioribus, in quibus à pravo victu, morboſa conſtitutione, aliiſve cauſis calor debilis evaſerat, unde craſſiores è cordis ſubſtantia propulſi vapores, in

peri-

pericardio majore copia condenſati ac collecti, & defectu ſufficientis caloris minus diſcuſſi fuerant: Hinc etiam ſcribit *Veſalius* cum in iu ienibus copioſiorem eſſe quam viis; *Riolanus* in ſenibus uberiorem obſervavit quam in juvenibus.

Tandem mortui] Hic liquor extrinſecus cor humectans & lubricum faciens, illius motum reddit faciliorem, nimiámque ſiccitatem prohibet:ejus vero diuturnior defectus, ſiccitatem & tabem non ſemel induxit. Deficit autem per pericardii vulnus exulcerationem aliámve continui ſolutionem, cordi ille ſudor in eo condenſatus effluit, nec in eo detinetur, Obſervatum tamen à Practicis, eum per vulnus pericardii elapſum,poſtea occluſo vulnere fuiſſe regeneratum, & ægros ſanitati reſtitutos, Vide *Galenum, Cardanum, Benivenium, Salium*, &c. *Diemerbroeck Anat.lib.2.cap.5*.

Observatio XIV.

Varia in Anaſarca & Cachexia affectorum corporibus reperta, Abſceſſus in corde 1. Corpora fibroſa in majoribus vaſis. 2. Abſceſſus ſteatomatici. 3. Vaſa emulgentia muco obſita. 4.

§. 1. Plerumque in lentis morbis ad Cachexiam vergentibus,Cordis ſolet eſſe abſceſſus aliquis. *Th. Bartholinus obſerv.67.cent.3.*

§. 2. Corpora ſive pituitoſa, ſive fibroſa ſæpius in cadaveribus Cachecticorum, diúque & frequenter ex morbis decubuorum inveni. Baſileæ anno 1644. cum Clar. D. D. *Felice Platero*, fœminam aſcite & Anaſarca diu ægrotantem, tandémque fatis concedentem aperui. Invenimus cordis ſiniſtrum ventriculum, & aortam arteriam, in quibus corpora hæc contenta erant, tantum non duplo fuiſſe majores naturalibus. *Ioh.Iac.Wepferus Exercit. de Apoplexia p. 196. & 200.*

Scholia.

De his corporibus juxta Clar.*Viri* mentem actum lib. 1. tit.de Apoplexia,Obſervat.36.in Scholiis, Enormis autem illa dilatatio aortæ & ventriculi ſiniſtri cordis, cauſa eſt,ut licet æqualiter per arterias, imprimis majores, hæc corpora diſpergantur, non æque tamen damnoſa ſint, nam quoſdam diutius cum iis vixiſſe obſervatum eſt.

§. 3. Memini me in bovillo adipe offendiſſe ſæpe abſceſſum cum cyſti, glandis minoris magnitudine, in quo ſubſtantia quædam ſebacea, vel caruncula quædam pallida, quaſi teſtium cato corrupta: Per eam lapilli plurimi ſparſim conjecti; In medio autem iſtorum amplior, mox gracileſcens, findebatur in ſurculos, quorum vacuitatem complebat dicta caruncula. Simile porro vitium in hominibus alias vidimus ex Cachexiæ mortuis. *Severinus Zootomiæ Democr. parte 2. cap.15.*

§. 4. In omni Anaſarca, ab excrementorum copia nata, deprehenſum ſemper fuiſſe in venis emulgentibus,ad renes uſque, mucum, ſeu pituitam vitream Anatomicis obſervationibus nixius aſſeruit Vir fide dignus, Poliater Heilbrunnenſis, Dominus Schvvartzius amicus p. m. deſideratiſſimus. *Ex communicatione Excell. & Nobil. Dn. Stoffelii.*

Observatio XV.

Anaſarca ab abſceſſu Iecoris genita, & Liene maximo lapidibus referto.

Juvenis Anaſarca diu cum laboraſſet, ſubito incidit in Icteritiam, deinde in hæmorrhagiam narium poſt in ſubitam mortem. In hujus cadavere apparuit Hepar ſubalbidum, cum magno abſceſſu in parenchymate, Lien ſupra modum maximus, lapidibus albiſſimis plenus. *Nic.Fontanus Reſponſ. & curat.pag. 90.*

Observatio XVI.

Leucophlegmatia producta ab exiguo Liene, Iecore utcunque morbido, Vaſorum quæ ad portam feruntur parvitate; Calculis in veſicula fellis, Renibus male conſtitutis, &c. Pulmonibus pleuræ adnatis, Humore viſcido in corde, Aqua in thorace.

Sexagenarius qui mendicando vitam ſuſtentaverat, poſtea valetudinarius in Noſocomium delatus eſt, ubi per tres ſeptimanas commoratus obiit. Ante ſexciriter menſes ex victu pravo in Leucophlegmatiam inciderat, quæ paulatim in hydropem Aſciten & hydrocelen Scroti inſignem degeneraverat? aderat inſignis pedum tumor, appetitus dejectus cum perpetuo alvi profluvio, ex dejecto viſcerum tono.

Cadavere aperto, hæc p. n. erant præcipua. In abdomine aqua reperta mediocri copia, multum enim natura aut per ſeceſſum aut per diadoſin exoneraverat : *Hepar à naturali ſtatu non multum aberat*, niſi quod paulo pallidius : Sed *Lien tam exiguus* ut dimidiam magnitudinem, quæ reni naturali eſt, vix haberet; ſimiliter flaccidus valde & pallidus erat. Ipſiúſque vaſa, quæ ad Portæ truncum & ventriculi fundum feruntur, vix præ tenuitate conſpicua: In folliculo fellis, (qui tamen mediocrem bilis quantitatem tenebat) tres erant calculi miræ conſtitutionis, unuſquiſque enim eorum mori fere figuram repræſentabat, niſi quod altius inciſi erant, & partes ita ſibi cohærebant ut uvæ rariores in uno racemo, cæterum leves, nigræ & friabiles, carbonis tenerioris inſtar. Renes à naturali magnitudine & ſitu ut non aberant, ſic colore multum à naturali receſſerant, nam lactis fere inſtar albicabant : In thoracis cavitate ſiniſtra aquæ nonnihil inventum, quæ & in pericardio debito plus abundabat. Dextri autem lateris Pulmo paſſim partibus continentibus erat adnatus, totúſque fœdo ichore ſcatebat, cujus vitia etiam in ſiniſtro apparebant, Cordis autem cavitas, ut & magna ejus vaſa, *humore viſcido*, *albo* & tenaciſſimo infarcta erant, adeo ut credibile talem & ſanguinem in ipſo fuiſſe. *O. Heurnius obſerv. xix.*

S C H O L I A.

HEpar à naturali ſtatu, &c.] Anaſarcæ cauſa vulgo refertur in Hepatis & venarum refrigerationem, ob quam Sanguis pituitoſius & crudus gignitur : Clar. *Willis* cauſam efficientem conſtituit Sanguinis vitium, cui ἀναλόγως officium juxta cum aliis aſſignat, non Hepati, Lieni, Cordi, atque hujus morbi hanc pathologiam tradit. Anaſarca, *inquit*, totius corporis potius quam imi ventris affectus (etſi ad hydropis ſpecies referatur) ſic deſcribi poteſt, quod ſit *Totius corporis exterioris, aut quarundam ejus partium, tumor albus, mollis, tactui cedens, & foveam à compreſſione relinquens, ab humore aquoſo extravaſato, atque tum intra muſculorum interſtitia, tum intra carnium, cutis, imo glandularum & membranarum poros aggeſto procedens.* Differt ab Aſcite quoad formam externam & apparentiam, minime tamen quoad materiam morbificam, quæ in utroque affectu eadem: quatenus intra cavitates majores aut minores aggeritur, morbi appellationem diverſam ſortitur. Humor aquoſus Anaſarcam conſtituens, omnino aut magna ex parte à Sanguine procedit : iſte nimirum hæmatoſeos defectu & vitio intra maſſam ſanguineam jugi productus, ex arteriarum finibus in majori copia profunditur, quam ut per venas & lymphæ ductus excipi & reduci, ac per renes & poros cutis aliàque ſeroſi laticis emiſſaria amandari queat. Ex his ſequitur morbi hujus cauſam *materialem* eſſe humorem aquoſum, & *Efficientem* eſſe Sanguinem, qui ſcil. aquas progignit inque locis affectis deponit. Utriuſque iſtorum rationes, atque fiendi & efficiendi modos perpendemus, Et 1. de Anaſarcæ cauſa Efficiente dicemus, 1. Sanguinis diatheſis, ſeu potius fœtura hydropica, in his duobus conſiſtit, ſcil. primo quod ob hæmatoſeos defectum aut vitium, ſuccum nutritium maſſæ ſuæ jugiter infuſum non recte aſſimilat, ſed in humorem aqueum degenerare ſinit : dein 2. quod propter mixtionem ejus nimis laxam, humorem iſtum ita degenerem, intra compagem ſuam haud tam diu retinet donec per emunctoria aut emiſſaria idonea ablegari poſſit, quin ubique juxta arteriarum fines eum in vaſorum intercapedines exuit, ibidémque relinquit : Utraque hæc ſanguinis vitia paulo amplius perpendemus. Primo quoad prius, Sanguinem ipſum, & non cor aut hepar ſanguificare, nuper ex quo partium iſtarum munia plane intelliguntur, fere apud omnes in confeſſo eſt : attamen quo ritu ſanguis chylum ſibi infuſum aſſimilet, inque ſanguinem recentem, in uſus plures ac diverſimodos impendendum convertit, non ita facile patet. Quod autem nonnulli aſſerunt; hoc tantum exacta particularum comminutione & commixtione fieri, proindéque utriuſque generis particulas ſimul confuſas, intra anguſtiores hepatis & pulmonum ductus, velut cum piſtillis ſubigi & pinſitari autumant, nobis certe minus veriſimile videtur: quin è contra putem viſcera hæc ſecretionum potius quam miſtionis organa conſtitui : Hæmatoſeos vero rationem omnino in hoc conſiſtere, quod ſanguinis veteris particulæ activæ, nempe ſalinæ & ſulphureæ, cum ſpirituoſis in vigore poſitæ, illico in ſymbolas chymi infuſi particulas, in ſtatu adhuc inferiori exiſtentes agunt, eáſque exſuſcitant adeo & fermentant, ut exinde ſtatim hæ craſſiorum involucris extricatæ, inque parem cum prioribus exaltationis aut perfectionis gradum evehantur, ipſiſque demum aſſociatæ, ac inſimul homogeneæ & ſimiles factæ, eandem ſanguinis naturam induant, particulis interim craſſioribus & heterogeneis, à quibus exuuntur & emergunt illuc alio ablegatis : Enimvero ſanguificatio, quemadmodum muſti in vinum aut cereviſiam mutatio, omnino fermentatione peragitur, verum diſcriminis ratio eſt, quod vinum doliolo incluſum uſque in eadem maſſa integre permanens, quoad totam ejus compagem lente fermentatur, & nonniſi longo tempore perficitur : ſanguis autem in perpetuo fluxu, & partium quarundam impendio, aliarúmque reparatione conſtitutus, per partes uſq; recentes fermentatur, & de novo generatur. Profecto ſanguis vetus erga chymum recentem, fere idem præſtat ac fermentum è cereviſiæ veteris flore, aut fæce, cereviſiæ novellæ adjectus, attamen modo quaſi inverſo, quia maſſa ſanguinis ingens prius fermentata, chymi portiones exiguas continue infuſas ſubito fermentat alterátque : in cereviſia vero liquor fermentans in quantitate perexigua, alterius maſſæ ingenti fermentandæ imponitur, quam nonniſi longo tempore ad maturitatem perducit: Poſt ſanguinis rudimenta, ita per fermentationem jacta, complementum ejus & perfecta in ſanguinem Aſſimilatio, per Accenſionem acquiritur (quem revera accendi ἀποδεικτικῶς oſtendi.) Dum itaque tota ſanguinis maſſa, ex cruore & chylo ſimul confectis conſtans, inter circulandum fermentatur; eadem inſuper in portiones minutiſſimas diviſa, per totos pulmones explicatur, ut ab aëre nitroſo inſpirato, ſecundum omnes ſuas partes ſucceſſive accendatur, ita námq; & flamma vitalis perennatur, porro & ſanguinis particulæ omnes, velut ignem paſſæ, defæcationes,

ac inter

ac inter ſe magis congruæ evadunt: quin etiam inter efflagrandum adeo diſponuntur, ut dum aliæ in ſpirituum, ſucci nervei, & partium ſolidarum nutrimenta abeunt, aliæque minus utiles in viſcerum fermenta, aut recrementa ſecedunt, aliæ interim fixiores in maſſa ſanguinea diutius permanent, ejúſque compagem ſuſtentant, & ſuccum nutritium fermentando ſanguinem uſque novum generant, donec ipſæ demum effœtæ amandantur, & aliis dein adultis locum cedunt.

Oſtenſo ad hunc modum, quo ritu Hæmatoſis per ſanguinis tum fermentationem, tum accenſionem, perfici debeat, facile erit concipere in quibus vitium ejus, diatheſin hydropicam producens, conſiſtit: videl. hæc oriri ſolet, ſi quando alterutra, aut ſimul utraque ex his conditio, ad ſanguificationem requiſita, aut deficiat aut pervertatur. Primo igitur hoc crebrius & potius contingit, quia ſanguis in craſi ſua depravatus, ſuccum nutritium ſibimet infuſum non rite fermentat, ut in ſanguinem laudabilem mutetur: Si quando enim in maſſa ſanguinea, ſale ac ſulphure cum ſpiritu depreſſis, particulæ aquoſæ cum terreſtribus præpollent, uti functiones omnes tum vitales, tum animales exinde languent & vacillant, ita imprimis ipſa hæmatoſis deficit ac pervertitur. Etenim chyli ſuccus ſanguine commixtus, cum ab hujus particulis diſſolvi ac fermentari nequit (liquorum aliorum ritu, quoties ſimul mixta ζυμώσεως carent) in humorem aqueum forte acidum, aut pendulum, aut alias vitioſum abit, qui poſtea in dies coacervatus, & demum ad plenitudinem aſſurgens, ſanguinem aggravat, ejúſque calorem fere tantum non obruit, proinde ut neceſſe ſit eum quoquomodo, & qua data via protinus amandari, deinde vero quia ſecretionum officinæ (ſpirituum animalium penu propter diminutum influxus ſanguinei tributum languente) in functionibus ſuis deficiunt, ſerum exuberans ex arteriolarum oſculis ubique in poros & vacuitates proximas, ſive minores, ſive majores deponitur, à cujus aggeſtione magna & diuturna, poſtquam pori omnes implentur, oritur iſte totius corporis externi, aut quorundam ejus membrorum, habitus velut paludoſus *Anaſarca* dictus.

Secundo, nec tantum Fermentationis, verum & Accenſionis ſanguineæ defectus aut vitium, maſſæ interdum ejus diatheſin hydropicam inducit, quod plane cernitur in quantum nonnulli, loca paluſtria aut maritima incolentes, ſine ulla præterea cauſa aut occaſione, niſi quod auram craſſiorem halitibus incongruis, à quibus nitrum abigitur aut obſcuratur, præditam hauriunt, in hydropem incidunt: propterea námque ſanguis, ſiquidem intra præcordia rite accendi, & efflagrando perfici nequit, degener factus, & quoad craſin vitiatus, chyli ſuccum non rite diſſolvit ac aſſimilat, ſed in laticem aquoſum perverti ſinit: Quanquam autem ſanguis etiam hac ratione primo depravatus ſubinde vim ſuam fermentativam amittit, ac ideo potius & immediatius hydropem accerſit, attamen primum ejus vitium, ab aëre inſalubri inſpirato, & ſanguinem non rite accendente ortum habuiſſe, inde conſtat, quia tales hydropici habitationem ſuam in loca aprica & montana transferentes, abſque alia medicina convaleſcunt.

Hæc de Anaſarcæ cauſis proximis, ipſique morbo conjunctis, quæ nimirum ſunt maſſæ ſanguineæ, potiſſimum quoad fermentationem, & aliquatenus quoad accenſionem ejus, depravatio, aut defectus, quæ poſterior vix effectiva eſſe ſolet, niſi quando priorem ſuperinducit. Quod vero ſpectat ad morbi hujus cauſas remotiores & procatarcticas, à quibus nempe affectio ejus ἀζυμώδης (ut nihil amplius dicam de accenſionis ejus defectu aut depravatione) oritur, dico has adeo multiplices & diverſimodas exiſtere, ut vix poſſibile exiſtimem eas omnes particularim recenſere; plurimæ tamen, aut ſaltem præcipuæ, ad tria hæc capita reduci poſſunt: Nempe quandoquidem dyſcraſia ſanguinis ὑδατώδης exoritur, quatenus principia ejus activa, videl. ſal. ſpiritus & ſulphur. vim, ſive virtutem ſuam ζυμωτικὴν h. e. ſanguificam minime exerunt, dico hoc fieri, vel 1°. quoniam particulæ iſtæ propter magna impendia nimis abſumuntur: vel 2°. quia per refectiones idoneas & proportionatas non ſatis reparantur; vel 3°. quoniam a particulis aliis hebetioribus, aut heterogeneis, in maſſa ſanguinea nimium aggeſtis, obruuntur aut obſcurantur: Cujuſque horum rationes & fiendi modos paululum expendamus, Primo, prius horum evidentiſſime cernitur in crebris aut immodicis hæmorrhagiis, & quibus ſæpiſſime, pluſquam ab alio quovis accidente aut occaſione, plerique homines, quantumvis robuſti, & conſtitutionis prius firmæ, illico ad hydropem inclinantur: Cujus ratio eſt, quod ſanguis, particulis ejus nobilioribus in copia ingenti profuſis, depauperatur adeo, ut poſtea ſuccum chyli allatum, nec rite fermentare nec accendere poſſit: Porro idem interdum effectus, tardiori licet paſſu, à febribus, aliiſque diuturnis ægritudinibus, vel languoribus, ſuccedit, quatenus nempe ſanguis longa depreſſione laborans, extenuatur adeo & diſpoliatur demum ut aquoſus & ἀζυμώδης evadat. Secundo ſanguis nonnunquam ab indole genuina deſciſcens, in hydropicam vergit, quia propter alimentum, aut debito tenuius ei ſuppeditatum, particulæ activæ & ſanguificæ intra maſſam ejus non ſatis reparantur: ita námque advertere eſt quoſdam vino & potui lautiori aſſuetos, poſtea ad aquæ aut cereviſiæ tenuioris potum, & edulia tantum famelica redactos, ſubito in hydropem incidiſſe: Communis obſervatio eſt, & ſæpenumero ſatis vera, licet mali ominis, bibulos & potatores aſſiduos, ſi forſan more hoc veſano relicto, tandem ſobrii ac abſtmiei evadunt, multum periclitati, ne propter ſolitam ſanguinis ζύμωσιν depreſſam morbo iſti obnoxii fiant. Cæterum tertia cauſa, ſive occaſio ad morbum iſtum diſponens, communiſſima & maxime notabilis in eo conſiſtit, quod particulæ ſanguinis activæ, aliis hebetioribus aut heterogeneis obvolutæ, vel ab invicem diſſipatæ, vim ſuam ζυμωτικὴν amittunt vel exerere nequeunt: Talis vero earum affectio cum à variis cauſis & accidentibus, ita potiſſimum ab his tribus, modo ſolitariis, modo ſimul unitis excitari ſolet, videl. 1. à non naturalibus immodice ingeſtis, 2. à naturalibus indebite retentis; vel 3. à præternaturalibus in corpore perperam genitis. Ad primam ex his claſſem errata in victu (a quibus ubertima ſemper iſtius morbi ſeges eſt) merito referimus. Etenim vulgaris hæc eſt prognoſis, guloſos quoſvis & valde bibaces demum ab hydrope interituros, adquem inſuper inclinant, non modo crapula & compotationes immodicæ ac aſſiduæ, verum & comeſſationes nimis crebræ ac intempeſtivæ, quin & alimentorum abſurdorum, aut dyſpeptorum frequens ingeſtio. Quippe à victus ratione cujuſque generis mala diutius uſurpata, ſi quidem chyli ſuccus nonniſi crudus ſæpe, incongruus, & plerumque ſupra modum copioſus, maſſæ ſanguineæ infunditur, neceſſe erit primo eum aggravari, dein compage ejus laxata, particulas nobiliores ab invicem divulſas, ab aliis hete-

rogeneis

rogeneis ita obvolvi, aut retundi, ut à virtute ſua fermentativa ſive ſanguifica impeditus deſiſtat; proinde ut viſcerum læſionibus etiam brevi in acceſſum datis, cachexia, & propediem hydrops (cujus ſemper illa prodroma eſt) inſequuntur. Secundo in loco ponantur Evacuationes omnes aſſuetæ, aut ſolennes ſuppreſſæ: Satis notum eſt à fluxu menſtruo, aut hæmorrhoidali diminuto, aut nullo, haud minus quam à nimio (propter ſanguinis ζύμωσιν à particularum heterogeneitate impeditam) cachexiam non raro hydropicam excitari: Porro iidem ſæpe effectus, & ob parem rationem à fontanellis occluſis, vel eruptionibus cutaneis ſubito repercuſſis exoriri ſolet: Denique urina ſuppreſſa, & diaphoreſis multum impedita, affectione immediata & neceſſaria ſanguinem aquoſiorem reddunt ac ad hydropem inclinant. Satis frequens etiam de ſanis obſervatio eſt, qui aliquandiu lecto abſtinere coguntur, eorum pedes intumeſcere. Tertio præternaturalia intus in corpore genita, præſertim vero Tumores ac Humores, ſanguinem ſæpe in motu præpediunt, aut in craſi pervertunt, eique adeo diatheſin hydropicam inducunt. Tumores alicubi circa viſcera excitati, quatenus ſanguinis circuitum obſtruunt aut anguſtant, ſerum ejus illic extravaſari & profundi faciunt, à cujus intra cavitatem aliquam aggeſtione, primo Aſcites, & poſtea demum Anaſarca, iſtius conſequens, accidentur: Porro *Humores* diverſimodi variis in locis intus geniti, atque in ſanguineo traducti, maſſam ejus primo inquinant, & particulis heterogeneis inficiunt, à quibus ea demum infirmatur adeo, & in craſi læditur, ut chyli ſuccum infuſum (cum amplius fermentare & aſſimilare nequeat) in laticem hydropicum pervertat: Propter hanc rationem nihil uſitatius eſt quam phthiſicos, item ulceribus ſtrumoſis, cancroſis, imo quibuſvis intra renes, meſenterium, inteſtina, aliáque imi ventris viſcera excitatis laborantes, poſtquam diu contabuerunt, tandem hydropicos interire: Hæc de morbi hujus cauſa efficiente, proxima, item de remotioribus præcipuis, tum procatarcticis, tum evidentibus: Quod vero ad cauſam materialem ſpectat, ſenſus patet hanc meram eſſe lympham, intra cutis aliarúmque partium poros aggeſtam, quæ quidem à ſanguine illic depoſita (partim ejus latex ſeroſus, partimque ſuccus chyloſus eſt) ſed ab hæmatoſi & corporis nutritione, quibus deſtinabatur, deficiens, recrementi inſtar, in ſpatia quævis vacua vaſis interjecta rejicitur: Quod autem materies hydropica, à ſanguine & chylo procedens, nec cruenta, nec lactea, ſed limpida exiſtit, nihil mirum videatur, quoniam urina vel ſanorum, poſt potum pleniorem, cruda pariter & aquoſa redditur, ac proinde conſtat eam nihil à ſanguine mutuari, verum quicquid coloris, aut conſiſtentiæ craſſioris ad maſſam ejus attulit, ibidem relinquere, Et quamvis in utriuſque caſus aitiologiam referri poſſit, urinam, quatenus per renes, & materiam hydropicam, quatenus per ſolidarum partium poros percolatur, ita humidam & aquoſam evadere; attamen obſervatione conſtat chyli partem aquoſam, etiam dum ſanguini confunditur, cum ipſo non intime miſceri, ſed colore & conſiſtentia ſpoliatam, ſub forma lymphæ intra ſanguinis poros manere: cujus certe indicium eſt quod ſanguis à quocunque animali per phlebotomiam detractus, poſtquam infrigidatus in partes receſſit; laticem aquoſum (qui ſero & ſucco nutritio conſtat) plane limpidum, & à reliquo cruore ſeparatum exhibet. *Pharmacop, rat. part. 2. ſect. 2. cap. 5.*

Lien tam exiguus, &c.] Lien minor, ſi alias ſanè conſtitutus ſit, ſemper majori melior eſt; Laniis id notum, qui ex viſcerum, præcipue hepatis & lienis parvitate carnis bonitatem dijudicant: *Salmuth* cent. 1. Obſ. 21. fœminam ſecuit, cui hepar maximum & lien tam parvus ut vix pollicem majorem æquaret, optima ſanitate in vita fruentem: *Ariſtot.* 3. de part. Anim. rationem reddit, Idcirco *ait*, in nonnullis a magnitudine deficit, quia parum excrementi gignitur, pereriguus eſt quaſi notę gratia. In ſexagenario vero prędicto Lien flaccidus & decolor vitio non caruit, quam rem ob officio ſanguificationis vel defæcationis non fungebatur, ideóque in partes cauſæ leucophlegmatiæ veniſſe cenſendus. Imo Hepar (quod paulo pallidius) in conſenſum abiit læſionis Lienis, Id enim, aſſerente Clar. *Mœbio* Fundam. Phyſiol. p. 323. plurimas calamitates acceptas ferre poteſt Lieni, hujuſque vitio graviſſimas obſtructiones, intemperiem aliáque ſymptomata incurrit, ſanguine craſſiore nec ſatis ab eo cocto ſuppeditato: Imo raro Liene afflicto Hepar ob vicinitatem manet immune.

Renes lactis fere inſtar albicabant] Secundum naturam Renes colore obſcure rubri ſunt, raro intenſe rubent. Ren dexter albus fuit deprehenſus à *Ioh. Heſſo* referente *Schenckio*, Renes, *ait Lindenus*, ſunt aquæ ductus ad aquas à tota domo defluentes colligendum ac demittendum in veſicam, velut in ciſternam. Hoc munere ſi non fungantur, refluæ illæ aquæ totum domicilium inficiunt. Aberrant vero in opere præſertim ob intemperiem frigidam, quam hic adfuiſſe indicat color candicans.

In Thoracis cavitate ſiniſtra, &c.] Obſervat. 12. extat exemplum Cachexiæ hypoſarcam minantis à pectoris hydrope ortæ. Hic ſi ſolus Cachexiam inducere potuit, quid mirum tot concurrentibus cauſis Leucophlegmatiam fuiſſe productam?

Palmo adnatas ichore ſcatebat, &c.] Quidam apud *Rhodium* Anaſarca defunctus, Pulmones coſtis adhærentes habuit, nullo alio præſente vitio. Vide Obſ. ſeq. Clar. *Sylvius de le Boë* Prax. lib. 1. cap. 24. §. 15. depravatæ Pulmonum nutritionis ſigna ſumit partim ex læſa reſpiratione, partim ex corporis reliqui cachexia. Fœdus vero ichor quo ſcatebant Pulmones vitiatæ concoctionis indicia dabat.

Cordis vaſa humore viſcido, &c.] Ejuſmodi corpora, ſive pituitoſa ſive fibroſa, ſæpius ſe in cadaveribus cachecticorum, diúque & frequenter ex morbis decubuorum inveniſſe ſe ait *Excell. Wepferus* Exercit. de Apoplexia pag. 196. de quibus pluribus in locis.

Observatio XVII.

Anaſarca defuncti ſoli Pulmones in vitio fuere.

ANno 1625. Religioſi cujuſdam Anaſarca defuncti cadavere aperto Pulmones utrinque coſtis arcte adhærebant, Cætera omnia vitii expertia: *Iohan. Rhodius Manxiſſa bſervat. x.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

PUlmones coſtis adhærebant, &c.] An à ſolo Pulmonum vitio hydrops induci poteſt? Ita certe, ſi fides *Marcello Malpighio*, qui Pulmones à natura fabrefactos eſſe cenſet ad ſanguinariæ molis miſcellam, ſanguinis, ſcil. chyli, lymphæ, quæ perfectior fiat propter innumeras illas veſiculas ex quibus conſtant, ut ita Pulmones ſint cordis percolarotium inſtrumentum: qua percolatione male peracta, regurgitet lympha & ſerum in habitum corporis, præſertim ob occluſas anaſtomoſes vaſorum pulmonariorum per ambientem eos membranam excurrentes: quod contingere neceſſe eſt ob adhæſum illius membranæ cum pleura.

Cætera vitii experientia] An vitium eſſe potuit in ipſo corporis habitu, affluens pro ſui nutritione alimentum corrumpeote: quod in ſuo fonte & origine probum quidem, ſed vitio ipſius habitus inquinatum? *Galenus* enim 1. de locis aff. Habitum actionum ſuarum vim proptiam habere, ab hepate aut aliunde oon mutuatitiam aut emendicatam authorem eſt. Si ſuam naturam propriam poſſidet, ſuum genium, ſuas facultates, ſuam ſanitatem, quidni & ſuos morbos? Ex eodem tamen *Galeno* partes corporis extimæ à naturæ imbecillæ factæ ſunt, quæ pro interioribus pœnas luant, quarum depoſitariæ ſunt, tranſmiſſum onus excipientes. Minus quidem roboris obtinent, minúſque vegetas facultates, habent tamen & quibus ſe tueantur à natura conceſſas, vel eo nomine neceſſarias quod externis pateant injuriis & internis.

Anaſarca defuncti] *Barbette* Anat. Practicę lib. 1. part. 3. cap. 15. noo omnem Anaſarcam à vitio partium nobilium pendere exiſtimat, ſed vaſorum tantum lymphaticorum, & medicamentis ſanabilem aſſerit: Sapiſſime, *ait*, evenit corpus humanum tumidum, turgidum & languidum evadere, & tunc Medici meticuloſitas, nullis rationibns innitens, nonnunquam mala quædam prædicit: verum ſudoriferis interne & externe adhibitis brevi temporis ſpatio commodiſſime curari poſſunt. Cauſa hujus mali originem noo habet ex intemperie & debilitate illarum partium, quas veteres Nobiles appellarunt. Diſtingui etiam facillime ab hydrope poſſunt, quem partes dictæ inducant, licet enim ægrotantes valde tardi & laſſi ſint, nulla tamen cordis anxietate premuntur, liberrime & ex amplo pectore reſpirant, & abdomen noo admodum intumeſcit. In facie & artubus materia aquea imprimis colligitur, & quod ſi digito comprimantur partes tumidę, experientia docebit partes tantopere non eſſe repletas quam in vero hydrope: unde etiam inflationem hanc flatibus, veram cauſam ignorantes, adſcribere ſolent: Vaſa lymphatica compreſſa, rupta aut alio modo obſtructa, ſic ut naturalis lymphæ motus impediatur, malum hoc inducunt: *Hactenus Barbette*: Revera à ſimili cauſa induci poſſe Leucophlegmatiam, aut ab eorundem vaſorum repletione & *ταυμάσι*, fidem facit hoc exemplum. Anno 1666. menſe Junio, conſilium à me petit Arcularius quidam nomine Bozon, vino dediτiſſimus: Hic derepente totius capitis & artuum leucophlegmatico tumore corripitur, abdomine naturaliter conſtituto; egeſtati conſulens, præſcribo rad. Gialapæ ʒj. cum cinam. ℈ß. ex vino ſumendam. Poſt ſudoriſicum ex pulvere fol. cardui bened, cum vino quoque hauriendo, Intra triduum exhauſto multo ſero ſanus factus eſt & ad officinam rediit.

OBSERVATIO XVIII.

Leucophlegmatia ab Hydrope pectoris cum Pulmonum vitio orta.

NOn immerito *Hippocrates* 2. Epid. Sect. 1. *Occaſiones conſiderare jubet ex quibus laborare quis incipit, ſive ex capitis, ſive auris, ſive lateris dolore.* Etiamſi autem *Galenus* non uno loco aſſerat antecedentem cauſam neutiquam morbum gignere, niſi adſit præcedens diſpoſitio, Id tamen certum eſt eam eſſe quarundam cauſarum externarum efficaciam, ut vel corporibus optime conſtitutis effectum imprimant citra apparatum morbificum. Exemplum nuperrimum ſuppeditavit exiens September anni 1678. Pueri duo, ſpectatæ familiæ, laudabilis conſtirutionis, unus decennis, alter quatuor annos natus, puerili affectu, capitis ſcil. ſcabrie, leviter infecti, à vetula inunguntur butyro, (ut aſſeruit) cocto & ſalito, alteri rei impermiſto vix exacto biduo major natu leucophlegmaticus evadit toto corpore, accedit difficilis reſpiratio & ſitis intenſa citra tuſſim: Porrigitur illi ptiſana ex radice fœnic. & iridis recentis confecta, ex mulierculatum conſilio, ad alvum ſimúlque lotium cienda, unde intendebatur ſitis, Triduo, horis matutinis, ante obitum accerſor: In parato erat Potio purgans, cujus exhibitioni annuo, ad ſeroſi humoris eductionem, quam puer effudit, vomitu ſe hauſtam excluſiſſe dicens: Ob affectus urgentiam mannam in juſculo diſſolutam cum tartari cremore & pulvere mechoacannæ præſcribo, cujus hauſtum vomitus illico ſequutus, vix enim continebat ventriculus, in anguſtias redactus à ſubditorum viſcerum tumore; abdomen quippe (ſicut in hydropico) admodum erat diſtentum. Exhibitum tandem Morſulum ex Mechoacanna non reſpuit ventriculus, à quo plures & numeroſæ dejectiones, quanquam venter ne hilum detumuerit. Paulo poſt ſuffocationis metus ingruit, reſpiratio fit μετέωρος, atque ut equus curſu fatigatus ilia ducit Puer: Injecti clyſteres (cui ſoli præſidio poſtmodum locus fuit, ob collapſas vires) ne momento morabantur, quanquam humorum copia & flatuum ſuccederet. Alimentum, ne anguſtia major evaderet, exiguum & ex cochleari tantum dabatur, ſuccus ſcil. ex coxa vervecina expreſſus, addito ovi vitello. Reſpiratione tandem difficiliori facta, aucto tumore ventris & totius habitus,

habitus, præſertim labii ſuperioris, exacto tertio, à quo mihi commiſſus fuit, die interiit Exenterationem conceſſ Parentes, quod frater ejus natu minor, toto corpore eſſet tumidus, quanquam ὀρθοστάδιος, iiſdémque premeretur ſymptomatis, inter quæ impeditus in dorſum & latus ſiniſtrum decubitus, cum ἀσφυξία, quod deliteſceret arteria, nec ſe explicare illi liceret, obrutæ à madore carnium.

Reſerato abdomine vaſtum Jecur ſe obtulit, Lienem altero extremo contingens, ſed citra labem: Ventriculus exhibitum paulo ante obitum ſuccum carnis continebat, cui lumbricus ſemivivus innatabat. Inteſtina flatibus, fæcibus & lumbricis turgebant: Lien naturalis erat, quanquam in plures lobulos diſcretus: Veſica lotio ſemiplena, quod pauciſſimum toto morbi decurſu emiſit: Renes fuere inculpati: Meſenterium glandulis deſtitutum videbatur, quanquam anſam tumori illarum, ob ἀδηφαγίαν, dediſſet puer voraciſſimus. In Pectore mortis & affectus cauſa ſe exhibuit; quod hydrope laborabat, ſero enim cruento, latere præſertim dextro, erat refertum: Pulmones ſiniſtri coſtis verſus dorſum arcte affixi erant: Utrique vitiati, colore vario, viridi, nigro: diſſecti ubi candicabant, purulentam materiam effundebant. Cor erat magnum quale adulti hominis: Aqua copioſa in Pericardio, Caput apertum non fuit quod cauſa mortis manifeſta videretur.

SCHOLIA.

Dubitatum fuit, nec immerito, num pectoris hydrops, pulmonúmque inſigne vitium adſcribenda eſſet, capitis inunctioni, An alterius cauſæ eſſent ſoboles hinc enim & inde erant argumenta; Puer æſtate præcedente fervida, aquam ſingulis momentis hauriebat, fructibus horæis ſeſe explebat, famelicus enim erat, ſic ſeri congeſtioni in pectore occaſionem præbuit, In quod demerſi pulmones labem & corruptionem conceperunt. Sed quomodo tam ſubito emerſit affectus? puer enim ante decubitum, & morbi invaſionem, cujus decurſus octo dierum fuit, vegetus & hilaris erat: Seri quidem vaſis incluſi in pectoris cavitatem & corporis habitum prompta potuit eſſe effuſio, accedente autumni inæqualitate: Sed fratris paulo poſt conſequutum exitium, eodem tempore, eodem affectu, iiſdemque plane ſtipato ſymptomatibus abrepti, ut communem cauſam, eámque efficaci vi præditam agnoſcamus evincit, maxime cum nec ὑδροποσία præceſſerit, nec fructuum abuſus, ut in defuncto, qui ea forſan ratione citius interremptus: Inunctum quippe utrique eodem tempore caput, pœnas biduo poſt natu majoris interitum luente minore. An vero vetulæ fides habenda, quæ ſolo butyro ſalito, cóque impermixto, uſam ſe eſſe conſtanter aſſeruit? Certe prohibitæ excrementorum, præſertim capitis, diſſlationis magna vis eſt ad ciendos morbos, maxime in pueris, quorum natura non tenuia tantum ſed & craſſiores ſordes exſpuit; adeo ut *Hippocr.* lib. de morbo ſacro, pueros qui achoribus inteſtantur, ab eo immunes eſſe aſſerat: quare eorum cohibitio, atque inde retro facta repulſio, lethales affectus, nedum noxam, inferre poteſt, Sola enim pororum cutis obſtructione, ac, ob miſturam ſalis, capitis cutis roboratione, nocere putuit litus. An vero adeo præcipitis fati ſolitaria cauſa eſſe potuerit, merito in dubium revocatum eſt? quin acceſſiſſe hydragyrum, mulierculis noſtratibus contra ſcabiem nimiopere familiare, creditum eſt: vetula enim ab ancilla butyrum expopoſcit, ipſamet adminiſtra eſſe voluit, ut veriſimile ſit clam Mercurium, vel aliquod ipſius præparatum indidiſſe, alias ſat illi fuiſſet uſum butyri præcepiſſe: An vero mercurio hydropis Pectoris, Pulmonum corruptelæ & Leucophlegmatiæ generatio adſcribenda? Sic certe, ut enim πολύμορφος ille & verſipellis, quanquam artificio ſubactus, ac per varias tranſmutationes aliam induiſſe formam videatur, primævæ tamen memor huic protinus redditur: ſic quoad effectus admodum varius eſt: Conſtat, *ait Matthiolus comment. in Præfat. lib. 6. Dioſcoridis*, reperiri venena tanta humiditate exuberantia, ut homines interimere poſſint, ut pote quæ membra putrida efficiunt, ſicut *Argentum vivum*, quod ſua humiditate modum excedente inſitum cordi natura humidum ſæpe corrumpit, ut ſæpe videmus in iis qui eo unguentis excepto ſe inungunt, ad luem veneream extinguendam: In quibus præterquam quod ſemper gingivas, dentes, palatum, aliáſque vicinas partes putredine afficit, ſæpe etiam ubi uberius quam par ſit inunctum fuerit, eos in perniciem ducit, quippe quod univerſo ſanguini putredinem inferat. Idque extrinſecus duntaxat adhibitum, quanquam & id intus aſſumptum occidit, ſi modum quendam exceſſerit, &c. Si quidem præ nimia ſui frigiditate vitales ſpiritus cordíſque ſubſtantiam congelat, quod cuidam ſeplaſiario, qui illud imprudenter hauſerat, eveniſſe narrat *Conciliator*, Hactenus *Matthiolus*. Ut hinc conſtet inde deduci poſſe cladem Pueris illatam: Nam ſi juxta Hippocr. doctrinam, cerebrum, quod frigidi & humidi metropolis eſt, ſolita, ob conſtipationem pororum, exſpuere non potuit excrementa (accedente hydrargyri vi, cui vis fundendi & colliquandi eximia) an ἄτοπον inde deducere aquarum in pectoris cavitate & habitu corporis congeriem, cùm hydropis originem à cerebro plerîque repetant? Ut aſſentiamur facit abſentia aquarum in abdomine, à quo arceſſendus non eſt aquarum in pectus confluxus.

Leucophlegmatiens, Pectus hydrope laborabat] Subita Anaſarcæ generatio in dictis Pueris non ſanguificatricis facultatis erroris progenies eſſe videtur; lente enim & pedetentim ab ea cauſa profecta ſe prodiit, Veriſimilius adſcribenda videtur lymphaticorum vaſorum, quorum inſignis numerus eſt in extremis partibus, præſertim artubus, apertioni: Sicut & Hydrops pectoris ab eorundem vaſorum vitio ortum trahere videtur, quandoquidem illorum ingens ſatellitium per pulmones exteriores diſpoſitum eſt, adeo ut eadem cauſa hic & illic ea reſerarit, & ad effuſionem impulerit, Cujus effectus Mercurius author eſſe potuit.

OBSERV.

Observatio XVIII.

Leucophlegmatia plerumque ſequitur excedentem corporis humiditatem. 1. Genita à Iecoris tumore ſatis magno. 2.

§. 1. NUnquam Jecur molle udúmque reperi, niſi in Hydrope Leucophlegmatia. *Chriſt. Guarinonius Conſil.* 378.

§. 2. Quendam ſecui dyſpnœa affectum ob cruda ab initio tubercula, Jecoris tumorem ſatis magnum habebat, ex quo Hydrops Leucophlegmatia. *Vide lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

Observatio XIX.

Anaſarca defuncti cerebrum aquatiore humore erat imbutum.

QUidam Aquæ intercutis morbo, cui nomen eſt Anaſarca, moriebatur: huic nares ſanguine ſereſcente ſæpius fluebant: Inciſo capite cerebrum non cruento ſed aquatiore humore erat prolutum. *C.V. Schneiderus lib.3.de Catarrhis cap.*1.

Observatio XX.

Anaſarca, Aſciti juncta, ab Hepate ſcrofulis obſito, ut & Peritonæo, Omento & Inteſtinis cum inflammatione.

IN cadavere fœminæ Anaſarca laborantis, ſequentia notanda erant: Ex abdomine aqua effluxit ſub-flavi coloris in mediocri copia, odoris admodum fœtidi. Peritonæum, Omentum & Inteſtina parvis cirofulis durioribus inquinata, valdéque inflammata, muco undiq; obſita: Hepar per totam ſubſtantiam cirofulis ſcatuit diverſæ magnitudinis, quarum majores imperialem excedebant: hæ per inciſionem apertæ & extractæ materiam continebant albicantem & quaſi tophaceam. Lien parvus & ſubrotundus, colore tamen naturali. Pulmones lividi, lobuſque dexter inflammatus, ex quo inciſo ſanguis ſtillabat nigricans. *Carolus Rayger. in Miſc.cur.anni 4. obſerv.3.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII.

Sectio XXI.

De Ventris Tumore, Hydrope.

Observatio I.

Hydropis Aſcitis cauſa ſæpe aliunde quam ab affectu Iecoris aut Lienis pendet, quæ ſæpe in cadaveribus illæſa deprehenduntur.

§. 1. ASCITES, quoad materiem & rationem ejus formalem, vel ſenſuum ſimul plurium indicio manifeſte dignoſcitur, videl. Abdominis tumor eſt ab humore aquoſo intra cavitatem ejus concluſo: Aqua tumorem hunc efficiens interdum ad diluvium ingens, & quantitatem vix credibilem excreſcit: *Semel vidi doliolum xv. congiorum capax aquis fœminæ ab hydrope defunctæ ab abdomine exemtis impletum. Aquæ* autem *proventum quidam opinati ſunt ab Hepate*, alii à *Liene* male affectis in abdominis cavitatem deſcendere, adeóque viſcus hoc aut illud vitiatum ſemper Aſcitis cauſam eſſe: Verumtamen ſecus habere plurium ab hoc morbo defunctorum Anatomiæ manifeſto declarant: cum poſt ventrem inundatum Hepar & Lien ſæpe inculpata reperiuntur: Et quidem hæc viſcera haud quaquam illuviei cujuſvis ſcatebræ videntur, utpote nullis, quibus aquæ congerantur, cavitatibus donata: quapropter Aſcitis, tanquam ſtagni aut lacus, originem ab humoris cujuſdam rivo, aut ſaltem depluvio derivare oportebit.

SCHOLIA.

HUmores intra ductus, aut vaſa velut rivos ſcatentes, ſunt imprimis hi tres, vid. *ſanguis; humor lacteus, & lympheus.* Aquæ depluvium aut ſtillicidium fieri ne poſſit à *Liquore* nerveo, qui interdum è fibris & membranis lente & ſenſim exſudat: atque à *Vaporibus* intra corporis ſpecum aut cavitatem aliquam condenſatis, Utrum ex his modis Aſcites potius ac ſæpius oriatur, diſquirendum. Et primo ad Sanguinem quod ſpectat, extra dubium habetur ſerum è maſſa ejus diſſoluta nimis, deciduum, uti fluxiones & catarrhos variis generis, ita nonnunquam majores aquarum illuvies, ſcil. hydropicas excitare: quare cum Anaſarca ab hac cauſa omnino procedat, cúmque iſti morbo haud ſtatim ſanato ſæpenumero Aſcites superveniat, inferre licebit utrumque affectum ab humore aquoſo, arteriarum oſculis ubique effuſo induci. Porro non multum improbabile eſt ſanguinis diſſoluti ſerum, ex arteriæ cœliacæ & meſentericæ finibus quibuſdam apertis, in abdominis cavitatem primo & ſolitarie exudare, adeóque Aſciten abſque Anaſarca prævia inferre: ac ita præſertim ſi forſan accidat, tumores ſcirrhoſos, ganglia, tubercula, aut aliuſmodi concretiones præternaturales circa meſenterium, lienem, epar, uterum, aut alia quævis imi ventris viſcera prius excitari, nam quandoquidem in iſtis locis ſanguinis circulatio præpeditur, ut cruor per arterias evectus quoquomodo reduci queat, pars ſeroſa è conſortio ejus extruſa, in cavitatem decidit: Enimvero ita fieri, experimento hoc à nobis facto evidentiſſime liquet, videl. *ſi in vivo animali venis jugularibus filo exceptis & ligatis, ſanguinis reductio inhibetur, tota capitis regio aqua intercute & plane hydropica brevi intumeſcet.* Et quidem ſæpius obſervavi, tumoribus privatis & circumſcriptis alicubi in imo ventre excitatis, Aſciten ſuperveniſſe, quod certe ob rationem prædictam contigit: Quando ſanguinis curſu præpedito pars ejus aquoſa brevi extravaſatur, humor iſte non mere ſeroſus eſt, ſed inſuper liquor nutritius, ſolidis quibuſque partibus alendis deſtinatus, in ventrem profunditur, quare dum hæc regio intumeſcit, membra extenuantur, & lympha aſcite exempta, inſtar ovi albuminis à calore inſpiſſatur & albeſcit.

2. Veriſimile eſt etiam vaſa lactea diſrupta, humorem ſuum in abdominis cavitatem effundere. Profecto Clariſſ. *Sylvius* à tali cauſa morbum hunc ſæpiſſime progigni autumavit: Et quidem ex vaſis lacteis, vel lymphicis, ſcilic. aut alteris aut ſimul utriſque, diviſis aut apertis, aquæ aut chyli illuviem ventris imi viſcera nonnunquam inundare, prout ſuſpicari fas eſt, ita ſequens obſervatio id ipſum confirmare videtur: Nuper quidam Ictericus, ac interea temperatus, ac à potu (ad quem ſiti minime premebatur) abſtinens, aſciten in immenſum brevi adauctum contraxit: Poſt medicamina incaſſum adhibita, paracenteſis juxta *Sylvii* modum cum acu perforata tentatur: E foramine aqua non icterica, ſed limpida & tenuis copioſe effluxit: unde liceat inferre humorem iſtum hydropicum non è maſſa ſanguinea profluxiſſe, tunc enim coloratus fuiſſet, ſed è vaſis lymphaticis, aut lacteis in abdominis cavitatem exſtillaſſe. Vaſorum lacteorum & lymphicorum rationes, circa Aſciten progignendum, ut pote affines conjunximus, quia ſcilicet utraque vaſa chylum, aut quod ei analogum eſt, ad commune receptaculum deferunt, & plurimi utriuſque generis rami, ſive ductus, circa viſcera imi ventris diſtribuuntur: interim non improbabile eſt vaſis alterutrius vitium ſolitarium quandóque Aſciten producere.

Quoad alios Aſcitis generandi modos ab initio propoſitos, vix opinari ducor tale ventris diluvium ab humoris nervei ſtillicidio, aut propter vapores illic condenſatos facile exoriri poſſe, quanquam in Tympanitide forſan, ubi abdominis cavitas ampliatur, & tranſpiratio præpeditur, effluvia exhalare ſolita intus coercita, in lympham vertantur, quapropter morbo iſti Aſcites fere ſemper conjunctus reperitur.

Aqua tumorem hunc efficiens, &c.] Deſignatis ad hunc modum Aſcitis cauſis immediatis, ſive conjunctis, quæ nimirum videntur eſſe, vel humor aquoſus è vaſis ſanguiferis, vel lympha aut chylus è propriis utriuſque ductibus effuſus: inquirendum jam, circa morbi hujus cauſas remotiores, ob quas [illegible], & quo ritu vaſa cujuſque generis affecta ſarcinas ſuas in ventris cavitatem deponant. 1. Igitur quod ſanguinis pars aquoſa in aqualiculum exudat, aut ipſe cruor, aut vaſa continentia, aut ſimul utraque in culpa reperiuntur: Sanguinis virium eſt, qui in craſi depravatus partes conſtitutivas intra compagem ſuam haud rite continet, quin ad diſſolvendum aptus ſeroſitates ſuas à mixtione paſſim rejicit; quas vel foras per ſudores aut urinam ablegat, vel intus reſidere permittens, in carnium poros, aut in viſcerum cavitates detrudit: Vaſa ſanguifera ſub ſecunda ratione peccant, quod nempe illorum fines, ſive oſcula, aut nimis laxa, aut prorſus occluſa exiſtunt: In priori ſtatu circulationis ſanguineæ filum haud integre & firme continuatur, ſed cruoris pars tenuior & crudior abſcedere apta, juxta arteriarum & venarum intercapedines, aut inoſculationes effluere ſinitur. Pariter è contra, cum vaſorum quorundam oſculis propter tumorem aut obſtructionem penitus occluſis, ſanguinis curſus præpeditur, huic ita coarctato ut tranſitus quoquomodo pateſiat, quod tenue & aquoſum eſt extravaſatur, inque loca vicina amandatur, prout ſupra oſtendimus.

2. & 3. At vero Aſcites ſolitarie incipiens, non raro ob vaſa lactea aut lymphatica vitiata exoritur: quare cū morbi iſtius, hujuſmodi cauſam ſæpenumero conjunctā exiſtere ſupponimus, inquirendū erit quot modis, & ob quas occaſiones hæc vaſa adeo aperiri aut diſrumpi ſolent, ut liquoré ſuum in ventris cavitatem effundant: Primo igitur Lymphæ ductus quod ſpectat, vaſa hæc diverſimode in culpa eſſe poſſunt, potiſſimum vero, aut quod juxta origines ſuas obſtructa, aut compreſſa, humorem non excipiant; aut circa medietates vel fines diſrupta eum in aqualiculum profundant. Cujuſque horum plures ſunt cauſæ & efficiendi rationes: fieri enim poteſt ut materies viſcoſa principia eorum obſtruat, tumores glanduloſi, ſcirrhoſi, aliique præternaturales eos comprimant, nec non lymphæ exundantis diluvium ingens, quinetiam vehementes corporis motus, aut animi paſſiones eos diſrumpant. 2°. Vaſa lactea, haud minus quam lymphica, diſcindi, adeóque liquorem ſuum in ventris cavitatem effundendo, hydropem aſcitem excitare periclitantur: & quidem pars ratione lædi ſolent, quatenus eorum ductus intermedii, aut fines, vel à chylo viſcidiore iis impacto, aut pituita inteſtinali obſtruuntur, vel à tu-

moribus

moribus in meſenterio adnatis comprimuntur: nam proinde chylus vaſorum initia ſubiens, & tranſitum non inveniens, imprimis ea plurimum diſtendit & poſtea diſrumpit: Plures ſunt cauſæ & occaſiones propter quas humores craſſiores & oppilativi in vaſa lactea propelluntur, nam præter diætam irregularem, & plerumque ex cibis dyſpeptis, malum hoc ſæpe incurritur à potu nimio, aut exercitiis immoderatis ſtatim à paſtu habitis. Etiam à potu frigido, dum viſcera ſumme æſtuant: ita nempe vaſorum ductus prius hiſcentes ſubito conſtringuntur, & poſtea arctius connivent, propterea ut chylus intra rivos ſuos coarctatos hærens, eos brevi penitus oppleat & obturet. *Willis Pharmac. Rat. part.* 2. *ſect.*2. *cap.*2.

Aquæ proventum quidam opinati ſunt ab hepate] Quia *Carolus Piſo*, quem *Senertus* ſequutus eſt, in veras hydropis cauſas, deſerto *Galeno*, altius inquiſivit, Illius ſententia adducenda eſt: Statuit Aſciten generari ex materia ſeroſa in potu & cibis humidioribus contenta, quæ ab aliqua cauſa præternaturali in venis Portæ & Cavæ diutius retenta, & in totum corpus non diſtributa (ut in ſtatu naturali fieri conſuevit) in abdominis capacitatem effunditur: Retinetur autem humor ille ſeroſus in venis, & ad totum corpus non diſtribuitur, ex læſa vel impedita facultate attractrice partium ad quas deferri ſolet, vel ob errorem externum. Partes autem præcipuæ, quæ primum ſeroſam materiam attrahere ſolent, ſunt hepar & lien. Illa enim viſcera chyloſam materiam ad ſe trahunt, in qua ſubſtantia humida & aquoſa ciborum & potuum continetur: Tum etiam Lien potulentam materiam ad ſe trahit puram & impermixtam, ut docuit *Hippocr.* Et teſtatur experientia eos qui potui maxime indulgent, illius portionem effatu dignam emittere per urinas ſtatim à paſtu, quod fieri dicunt authores peritiſſimi, à Liene aquoſam illam materiam attrahente, ante quam ciborum concoctio in ſtomacho ſit peracta. Læditur autem hepatis & lienis attractio à variis cauſis, præcipue ex defectu ſeu imbecillitate caloris innati: debilitatur autem hic à frigida vel calida intemperie, & à ſuffocatione. Frigida intemperies à nimio alimentorum refrigerantium uſu, larga ſanguinis evacuatione ſpiritus confeſtim exhauriente, vel quavis alia cauſa excitata, cum per ſe calori adverſa ſit, etiam hepatis & lienis calorem obtundit, ejuſque actiones lædit: Calida vero intemperies nativum calorem diſſipat, unde ille debilior factus, actiones hepatis & lienis minus feliciter exercet: Inducitur autem illa à febribus ardentibus, vini meracioris largo potu, ciborum calidorum & medicamentorum uſu nimio. Denique debilitatur calor nativus per ſuffocationem, quando ſanguis nimia copia redundat in venis, præcipue impurus, qualis cumulari ſolet in menſium vel hæmorrhoidum ſuppreſſione: per illas ſi quidem evacuationes corporis impuritates expurgari ſolebant, quæ iiſdem ſuppreſſis retentæ totam ſanguinis maſſam inficiunt. Læditur etiam, vel impeditur prædictorum viſcerum attractio ab obſtructionibus, quæ liberum materiæ ſeroſæ tranſitum intercipiunt: Sic ſcirrhum hepatis & lienis hydrops ſequitur, non tantum quod illæ partes debilitatæ ſanguinem laudabilem generare queant, ſed præcipue quod totam illam materiam, quæ potu aſſumitur, attrahere non valeant, & ad alias partes tranſmittere. Poſt hepar & lienem ſeroſam materiam ad venam cavam tranſlatam attrahunt renes, & totum corpus à ſuperflua illius copia liberant, ita ut ſi functio illorum ceſſaverit, maxima ſeri copia in venis retineatur, quæ in abdomen effuſa hydropem aſciten brevi producit. Denique ob errorem externum ſeri diſtributio impeditur, quando magna copia aquæ frigidæ hauritur, quæ non poſſit regi à natura & in venas ſufficienter diſtribui.

§. 2. Docuit anatomica hydropicorum inſpectio, hepar aut apoſtemate occupatum, aut inflammatione, aut ſcirrho, aut aliis laboraſſe: Obſervati tamen ſunt hydropici ſalvo hepate, vitio aliarum partium, &c. Oculatam fidem in his affero, certius pathologiæ fundamentum, ut appareat in his affectibus lædi ſubinde hepar, ſubinde alias partes. *Th. Bartholinus in dubiis de Lacteis thoracicis cap. ultimo.*

S C H O L I A.

S*alvo hepate*] Sanguificationis actionem læſam morborum matrem, hepati aſſignarunt uno ore Medici, quia coquendi ſanguinis crediderunt officinam, illique chylum omnem infundi, ſive per meſentericas venas ſive per lacteas: Hæc ſuppoſitio ruit per noſtros ductus novos, corruit quoque quod fuit ſuperſtructum: Signa ipſa diagnoſtica, quibus actionem vitiatam in hepate diſcernunt, tam ſunt generalia, ut toti venoſo generi ipſique cordi poſſint eſſe propria, 1. ex *alvi excrementis* deſumit *Galenus* lib. 5. loc. Aff. cap. 7. ſi aut carnis loturæ habeant ſimilitudinem, aut ſanguinea ſint. Hujuſmodi autem excrementa quum ab Hepate non prodeant, quo modo male affectum hepar indicabunt? Ex hepate ad meſenterium pervenit nihil, niſi per novos ductus Lymphaticos, vel per porum cholidochum: Venæ portæ & arteriæ ad hepar ſanguinem perducunt ex Harveana circulatione, Quicquid igitur excrementis alvi miſcetur, niſi vel bilis ſit, vel aqua, ex arteriis meſentericis expurgatur, quæ à corde dependent, cujus idcirco vitia univerſum inficiunt corpus. Cor enim chylum vel trahit, vel per lacteas miſſum recipit, hepar nihil, quia ductus nulli ad illud pertingunt per quos trahat. Taceo ſi vitium externum, ſive à ventriculo, ſive alia cauſa eludat ſanguificationem, tam cordis quam hepatis damno fieri. Alterum ab *urinis* ſignum in pari pono diſcrimine, Serum enim in renibus percolatum, cum arterioſo ſanguine per arterias ex corde fluxit, quippe emulgentes venæ ex renibus ſuperfluum ſanguinem ad cor referunt, nec vel guttulam renes ab hepate accipiunt: Tertium ſignum à *coloris* in toto mutatione, cordis potius affecti præbet indicium, ex quo per arterias nutritius ſanguis ad totum corpus diſtribuitur: Denique ex *cauſis*, quod divinant, ſedem in corde divinens prodit: hoc enim calidi nativi focus, hic accenduntur febres, huc calida frigidáque largius

ſumpta per thoracicas celeriter & via breviſſima perveniunt. Igitur nullo indicio ſatis valido læſam in hepate ſanguificationem aſſequuntur: Unde nec ab illius vitio tot effectus deducent, hydropes, cachexias, atrophias, diarrhœas, &c. nempe quod ſanguificationis in eo ſpectat læſionem: Concedo & plane ſtatuo hepar in hujuſmodi affectibus ſępiſſime laborare, ſed non quod ab hepate ſanguificationis opus primario dependeat, aut ejus læſio: Sæpe vitio corripitur hepar in cordis paſſionibus: *Ballonius* 2. Epid. p. 140. refert aperto cadavere puellæ, quæ duos menſes integros febricitaverat, inventum eſſe hepar incanduiſſe præ calore, ut eſſet friabile: Sunt hydropes multi aliarum partium, capitis, thoracis, uteri, &c. quos ex hepate advocare non eſt neceſſe. Solus hydrops abdominis ad hepar refertur, nec is omnis, ſed alius à liene, alius à renibus, alius à meſenterio. Quantum conjectura aſſequor, hepar ideo in hydrope veteres invocarunt, quod putaverunt ſanguine hepatico omnes partes nutriri: At falſa jam illa ſuppoſitio, quia ſolus arterioſus ad partes nutriendas ex corde propellitur. Igitur quando hepar in hydrope laborat, neutiquam culpa referenda in fruſtratam illius ſanguificationem, qua caret, ſed in vitium ſanguinis per arteriam cœliacam & venam portæ illati, quod in corde vel alibi contraxit: vel in obſtructionem hepatis, inflammationem alióſque affectus, quibus hepar occupatum non poteſt ſatis ex voto temperare ſanguinem per dictas venas receptum. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO II.

Hydrops Aſcites à ſeroſo humore ſubflavo citra vitium Epatis & Lienis, cum Peritonæi & inteſtinorum inflammatione.

IN Aſcitico quodam, ultra decem menſes, inſtitutam vidi paracenteſin Lutetiæ Pariſiorum, in Noſodochio *l'Hoſtel Dieu* vocato, ab illius Chirurgo jurato, *Monſieur Petit*, ſequenti modo & ſucceſſu; Facta in umbilicum inciſione, & immiſſo canali ferreo, binis tranſverſis digitis longo, aquam extraxit prima vice ad libram unam, canaliculum immiſſo epiſtomio rite clauſit: Ita primo die bis, altera ter, aqua in convenienti copia detracta: Nocte quæ tertium præceſſit diem, de ingentibus inteſtinorum doloribus conqueſtus, & inquietus dormiens, recluſo epiſtomio ſibi ipſi aquam educere cœpit, quod cum rite loco ſuo reponere nequiret, fluxit aqua ad auroram uſque & adventum Chirurgi: unde peſſime ſe habuit, & unius vel alterius horæ interjecta mora vitam cum morte commutavit, juxta *Hippocr.* ſect. 6. aphor. 27.

Apertum ejus cadaver talia exhibuit: Abdomen ante ſectionem ita erat tumidum ac diſtentum ac ſi ne gutta humoris emiſſa fuiſſet, quo inciſione recta aperto, ſeroſus humor ſubflavi coloris in magna quantitate effluxit, hac educta, & ſectione ulterius continuata, inter peritonæum & muſculos abdominis aqua apparebat nulla: peritonæum autem infra umbilicum conſpiciebatur valde inflammatum ac rubeſcens, Supra vero, & circa ſitum hepatis, quaſi gangrænoſum, mucoſa quadam viſcidáque materia alba circumcirca obductum, cui inſuper ſanguis nigricans in grumos concretus adhæſit: *Inteſtina inflammatione ingenti*, quaſi eryſipelate erant correpta (unde forte iſti cruciatus de quibus conquerebatur) ſimilémque materiam mucoſam adjunctam habebant: Hepar genuino præditum colore ac duritie, nec niſi circa veſicam felleam albicantius conſpiciebatur. Lien à ſtatu naturali non receſſerat, niſi quod vicinam habuerat veſicam aqua plenam, quamvis tunc ruptam: Pulmones boni erant & naturales: veſica urinaria admodum parva, contracta omnique urina deſtituta. *Carolus Rayger obſerv. 3. Miſcell. curioſ. ann. 4.*

SCHOLIA.

LIcet Paracenteſin omnes fere Medici commendent, mihi tamen ſalvo aliorum judicio videtur vel inutilis, vel non neceſſaria; Inutilis, ſi interna adſit prava viſcerum conſtitutio, ſi jam hydrops nimium invaluit, ſi in fine adhibeatur, ut plerumque fieri ſolet debili jam exiſtente ægroto, tum non raro vita cum aqua effluit: Non neceſſaria, ſi interna rite ſe habeant, & natura per ſe ſatis valida, aut medicamentis adjuta, ſaburram aquoſam per loca convenientia expellere poſſit. *Idem.* Vide Walæum m. m. p. m. 107.

Inteſtina inflammatione ingenti, &c.] Alibi adnotatum Paracenteſi inutiliter celebratæ, ſuccedere partium interiorum phlegmonem aut eryſipelas. Item ex *Rolfinccio*, Nullum hydropem curabilem eſſe quum febris eſt adjuncta, quod ut plurimum in hydropicis diſſectis inflammatio inteſtinorum deprehendatur.

Hepar genuino præditum colore] Cenſuit *Galenus* (quem ſequuta Medicorum cohors) omnem Hydropem fieri ab Hepate frigidiore & hæmatoſin non exacte perficiente, ita ut pro laudabili ſanguine, multam aquam, pituitam aut flatum generet. Quæ ſententia ut de Anaſarca veriſſima eſt, & omnium conſenſu receptiſſima, ſic de Aſcite & Tympanite à recentioribus non paucis controvertitur: ideo quod in multorum hydropicorum diſſectionibus hepar incolume & illæſum deprehenſum ſit: Præterea *Hippocr.* 2. prorrhet. diſerte aſſerit hydropem fieri vel ab hepate, vel à parte inani: per partem vero inanem intelligit totum illud ſpatium quod à coſtis ad ilia extenditur, & partes in eo contentas: Idem *Hippocr.* 4. de morbis, & 1°. de morbis mul. hydropem ex Liene deſcribit: Quibus authoritatibus vulgo reſponderi ſolet, hepar perpetuo affici, primario vel ſecundario, ita ut nunquam hydrops con-

tingat quin hæmatoſis vitietur, & loco ſanguinis laudabilis aquoſus generetur: Verum duæ rationes hanc doctrinam acriter urgent, prima deſumpta eſt ab experientia ſupra propoſita, quod nimirum ſi neceſſarium eſſet hepar perpetuo affici, in diſſectione cadaverum nunquam illæſum reperirietur. 2. Quod ſi hepar ſanguinem aquoſum generaret, ille in totum corpus diſtribueretur, quemadmodum in anaſarca ſanguis pituitoſus in omnes partes transfertur: neque ſufficiens ratio reddi poteſt cur humor ſeroſus in hepate genitus in ſolum abdomen non in alias partes deferatur. *Riverius.* Quid præterea alii reponant videatur infra.

Inteſtina inflammatione correpta] Hæmorrhoidibus internis non fluentibus interdum hydrops naſcitur, materia quæ qualitate & copia peccat, reſtagnante ad Colon, quo inflammato dolor ac ſitis, hinc aqua liberalior hauſta, læſæ prima coctione, quæ ſecunda non emendatur, perturbatio ac hydrops:

Observatio III.

Aſcites Cordis vitio genitus polypis duobus obſeſſi. 1. 2. 13. 24. *Exeſi cum diſtenſione & magnitudine pericardii.* 3. 4. *Extenuati.* 5. *Extraordinarie magni, cum ſanguine concreto in ventriculis, præter nat. conſtitutis.* 6. *A calculo in corde, cum hepatis & lienis ſcirrho.* 7. 9. *A vitio Cordis in quo ſubſtantia pituitoſa, cum jecoris, lienis & renum vitio.* 8 11. *Ob vitium Cordis pericardio deſtituti, cum aliis læſionibus, & hepatis corruptione.* 10. *Vitio Cordis, lienis hepatis, pancreatis, vaſorum meſaraicorum obſtructione.* 12. *Vitio Cordis & Pulmonum.* 14. *Cordis, hepatis, lienis, renum.* 15. 16. *A polypis in Corde, hepate ſcirrhoſo.* 17. *A folliculo in Corde, pinguedine in dextro ventriculo.* 18. *A ſubſtantia pituitoſa in dextro ventriculo.* 19. *Ab Excreſcentia ramoſa in utroque ventriculo.* 20. *A corporibus fibroſis in ſiniſtro ventriculo & aorta, ſumme dilatatis.* 21. *A calculo venæ arterialis principio adhærente.* 22. *Aſcites & pectoris hydrops à polypis in Corde.* 23.

§. 1. NIcolaus Sveiger, adoleſcens xvi. annorum, Baſileæ probis natus parentibus, ſed pauperculis, atque adeo *viliori* à teneris *victui* & laboribus aſſuetus, *timidus*, ac eo temperamento quod veteres ſanguineo pituitoſum appellarent, præditus, *ſpiritum à puero difficiliorem trahebat*, præſertim curſu exercitatus: Igitur anno ætatis xv. ingraveſcente ſpiritus difficultate inguinum dolorem ſentit, tenſivum pungentémque, inceſſu exaſperatum: Una & altera ſeptimana poſt ſequutus abdominis tumor, initio parvus & neglectus, in dies vero altius aſſurgens: *Scrotum* etiam ipſum jam *intumeſcere*, *imo & femora* quoque & pedes: quorum tumor cuti concolor impreſſa digitorum veſtigia aliquandiu ſervarat: In ſummo quinetiam femore, prope ſcrotum, ſerum ex ipſis cutis poris largiter ſtillare: Succeſſu temporis *brachium* itidem *ſiniſtrum intumeſcere* viſum eſt, iterúmque ſponte detumeſcere abſque manifeſta evacuatione: *Venæ abdominis* cutaneæ ac epigaſtricæ, plurimo ſanguine diſtentæ perpetuo *turgebant*, jámque inſignes & valde conſpicuæ evadebant: *Umbilicus antea reconditus*, nunc ad tranſverſi altitudinem pollicis extruſus *prominere* ac pellucere. Denique ultimo menſe aqua ex ſcroto, factis ſuapte cuniculis, effluere, ſed nihil imminuto hinc ventris tumore: Qui tantus quadrimeſtri ſpatio evaſerat, ut præ immani ejus diſtenſione æger nihil magis quam diſruptionem metuerit. Toto morbi decurſu *Pulſus debilis* & parvus erat, tremulus aliquando, ultimíſque duobus menſibus intermittens, uſque ad extremum plane myurus & formicans. *Reſpiratio* ſemper, *difficillima*, cum *maxima pectoris anxietate & inani tuſſi*, negotii plurimum uſque faceſſebat; *Appetitus fere dejectus* erat, *Lotium nunc parcius*, nunc reddebatur copioſius, flaveſcens, turbidum quandoque cum multo ſedimento, aliquando lixivii inſtar filtrati pellucidum: Mingebat autem plerumque cum dolore & moleſtia, Nam genitale membrum ſimul tumebat, ac ſtringente frænulo intorquebatur: *Senſuum omnium, & mentis* etiam *functiones*, ad vitæ finem uſque illibatæ manſerunt, moveri tamen corpus, propter immenſum ſarcinæ pondus, difficulter potuit, inceſſu jam inde à tribus menſibus plane abolito: Pleraque medicamenta incaſſum adhibebantur: Topicis autem imminens ſcroto & inguinibus gangræna ſummota fuit, Tandem vero tot tantíſq; miſeriis fractus victúſq; adoleſcens, die 14. Maii 1674. expiravit.

Noctu cadaver ab Excell. *Henrico Glaſero*, Anatomes tunc Profeſſore, τῷ νῦν ἐν ἁγίοις diſſecabatur, me præſente & auxiliatrices ſubinde manus præbente. Detracta primum abdominis cute, ſerum hanc inter & muſculos obſervabatur, potiſſimum autem verſus lumbos, ubi & frequentes aderant hydatides, ſeu membranacei aqua ſcatentes folliculi: Serum etiam inter pubis cutem & muſculorum abdominis tendines, nec non inter ſcrotum & propria teſtium involucra ſtagnabat: alicubi crebris membranulis interceptum, inque ſubſtantiam gelatinæ haud abſimilem ſic quodammodo denſatum: Intra elitroydem erytroidémque tunicas nihil ejus inventum: Muſculi abdominis à peritonæo facile ſeparabantur, intercurrentibus aquis. Jam *patefacto abdomine*, *maxima ſeri vis* tanquam è fonte

 prorupit,

prorupit, quo non menſuræ duntaxat aliquot, ſed etiamnum integra amphora impleta: urinam colore referebat, quamvis deguſtatum neque ram acre, neque ſalſum ſentiretur: Exhauſtis aquis, infimi ventris viſcera, præter omnem expectationem, haud multum corrupta vel vitiata deprehendimus, Epiploon equidem labem, ſed fere unice contraxerat: nam & omni ſpoliatum pinguedine ac inſuper putridum erar, verſus dorſum præcipue atque ventriculum: Peritonæi quoque interna ſuperficies aſperiuſcula, poroſa tamen, creberrimiſque ſanguineis vaſis diſtincta & rubêns apparuit: Hepar forinſecus atrorubicundum, intus *ex pallido flaveſcebat*, abſque ſcirrhis tamen aliove vitio: Lien & Renes aliquantum flaccidi, cætera ſani ac illæſi: Ventriculus & Inteſtina cum Pancreate, omnium calculo integra ac illibata judicabantur, excepto *meſenterio*, *cujus glandula* alicubi putrefactæ in amurcam, levi digitorum attritu convertebantur: Thoraci potiſſimum inerat lerna malorum: Amoto enim ſterno, *Pulmo dextri lateris pertinaciter* & pleuræ, & diaphragmati, & pericardio *adhaſit*, ur inde nec manibus avelli, nec integre cultro ſeparari potuerit: In ſiniſtro latere liber à pleura erat, ſed pericardio tamen ac ſepto tranſverſo affixus: Hunc inundavit *aqua* ſubcruenta in *ſiniſtro thoracis cavo*, ad uncias octo ſtagnans, Nullum in pulmonibus pus, ſed crebri cruoris grumi, in ipſorum vaſis contenti: *Pericardium* valde craſſum penituſque carnoſum apparuit, extrinſecus diaphragmati, uti ſolet, ſed & pulmonibus, inſueto nexu, adnatum; intrinſecus autem ſuperficiei Cordis undique adeo arcte adaptatum adglutinatumve, ur multo demum negotio inde avelli ſepararique potuerit: Spatium itaque nullum pericardium & cor inter relinquebatur, in quo ſeſe hoc libere motitaret: *Cor* ipſum *pallidum & flaccidum*, multoque cruore diſtentum erat, & *Polypo gemino*, quorum major ſiniſtrum, minor dextrum ventriculum occupavit: Subſtantia utrique compacta, *alba, inque filamenta ductilis*; Pedes, ſive proceſſus eorum, ſeſe tam in aorram quam in venam cavam & pulmonum vaſa extendebant: Carunculæ denique & columnæ, quibus thalami cordis, & auriculæ intrinſecus cancellatæ, ac veluti fornicatæ alias eſſe ſolent, hic fere penitus detritæ atque oblireratæ evanuerant, ut nonniſi pauca earum veſtigia ſupereſſent: A cerebri examine nos temporis anguſtia excluſit, in quo tamen parum aut nihil adfuiſſe labis, conſtans ſenſuum & rarionis integritas fidem facit. *Johannes Conradus Peyer Methodi hiſtoriar. Anatomico Medic. cap. 6.*

SCHOLIA.

Vitio cordis] Hominem veteres Univerſi compendium dixerunt, nec extra oleas, cum plurimum omnino analogiæ ſeu affinitatis interſit: Ut autem ſidera quoque adeſſent, Cor microcoſmi Phœbum, ſive Solem nuncuparunt: Siquidem ex hoc veluti fonte manantes ſpirituum ſanguinisve rivi totum corpus irradient, foveant, conſervent; Quemadmodum vero Sol in Macrocoſmo nonnunquam ſive adglomeratis circa eum maculis turbatus, ſive nubium cortici involutus, ſive aliis denique modis offuſcatus noſtro è conſpectu eripitur, Ita cor hominis ſuos quandoque manes, ac veluti eclipſes pati ex recitara hiſtoria apparer: Enimvero adoleſcentis iſtius vitalia ac ſpiritalia organa, omnium prima, imo forte ſtatim ab utero laboraſſe veriſimile eſt, ut pote in quibus præcipua maximaque labes fuit inventa: Quin difficilis etiam à puero ſpiritus de nativo quodam pulmonum impedimento coram teſtatur: Non equidem ramen adducor, ut credam, inde ab infantia eam cordis extitiſſe conformationem, qualem poſt mortem invenimus: ſecus ad xv. annos uſque vita produci haud potuiſſer: eſt enim huc neceſſaria cordis libertas, unde & veterum plerique hominem affecto corde diu non poſſe eſſe ſuperſtitem bene tradiderunt: Erraſſe vero iſtos in eo quod à morbis organicis cor, propter ſubſtantiæ robur, prorſus immune crediderunt, vel hac conficitur hiſtoria: Eſt quidem, fateor, cordi, tanquam munitæ arci, validove muſculo, quoddam roboris præſidium, Verum fortiſſima quoque mœnia ſæpe vinci ab hoſtibus, quis neſcir? Neque igitur vibrationum conſtantia, neque ſpirituum & ſanguinis concentrata vis aut efficacia, neque compactarum denique fibrarum poteſtas, propulſandis omnibus à corde injuriis ſufficiunt: ſuæ quippe ſunt cordi venæ ac arteriæ, per quas, æque ac alias in partes, pravi humores interdum adducuntur: & quanto cordis moles eſt compactior, tanto ſemel immiſſi pororum anguſtiis illi pertinacius hærent: Idem & aliorum hujus ſæculi obſervationes confirmant: quas inter notatu digna eſt *Harvei*, de carne fungoſa cordis cono adnata, quam deſcribit de generat, anim. Exerc. 52. *Louverus* etiam hiſtoriam de Pericardio fortiter cordi adhærente in Tract. de corde cap. 2. recenſet: Et Illuſtris *Wepferus*, ſe duos ſecuiſſe juvenes ſcribit, quorum utrique pericardium arctiſſime cordi accretum fuerit: In hiſtoriis Anatomicis *Th. Bartholini* affectorum itidem cordium paſſim aliquot exſtant: Ex quibus jam ſatis, ut opinor, manifeſto liquet, haud uſque adeo raras & infrequentes cordis affectiones eſſe: Sed & eadem opera hinc eluceſcit in hydrope ſæpenumero Cor, ſalvo hepate ac Liene, primario atque unice laborare, omnibus diluvii undis ex hoc fonte manantibus: Et ſane in adoleſcente noſtro, haud video cuinam viſceri aſcitis ortus adſcribi poſſit aut debeat, præterquam cordi, nam in eo maxima labes fuit inventa.

Viliori victui aſſuetus, timidus, ſpiritum à puero difficiliorem trahebat.] Ergo nunc etiam ſtatuimus Aſciti Cordis deſtructionem, huic pulmonum corruptelam præiviſſe: Ex pulmonibos quidem pravam ab ortu diatheſin, & præpoſteros adhæſiſſe nexus certum eſt: quibus creſcente ætate auctis, reſpiratio uſque difficilior reddebatur: Quippe ſtringentia pulmonem dextri lateris vincula, efflореſcentem cum ætate ſanguinem, anguſtatis viis, plurimum

cohi-

cohibuerunt: Unde is circa præcordia retentus: nec pleno gurgite inde ſeſe proripere aut expelli valens, difficilem ſpiritum, ac *timidum*, præter morem, adoleſcentem fecit: Nam *audacia* à diffuſo cum impetu ſanguine in cerebrum & extimas corporis oras pendet: Huc jam impurus craſſiorque victus, qualis eorum eſſe ſolet quibus res anguſta domi accedit: Ex eo namque ſuggeſtus chylus, ſanguinem ponderoſum tortuoſumque reddendo, iter ejus & motum teſtudine tardiorem effecit: Quare &c.

Pulmo dextri lateris pertinaciter &c.] Quare oppreſſos tardigradi ſanguinis mole pulmones, veriſimile eſt parvas in extremitate rimas egiſſe hinc inde; è quibus tranſſudans viſcidum ſerum, aut etiam lympha, injectis veluti laqueis viſcoſis vicinam pleuram, contiguumque pericardium cum diaphragmate irretivit, atque ceu glutine ſenſim adunavit: Quod eo quidem adhuc accidere facilius potuit, quo tardus ſanguine pulmo uſque preſſius diaphragmati, pleuræ & pericardio accumbens, unionem maturavit: Id vero ſiniſtro in latere quo minus evenerit, ratio forſitan eſt majus illic pulmonis robur: Nihil enim verius quam uni laterum imprimi poſſe nævos altero incolumi: Quibus minus bene conſideratis, pulmonum cum pleura unionem plurimis naturalem eſſe, nec mali quicquam portendere, perperam in Anatome ſua aſſeruit *Diemerbrokius*: Sunt enim nativa aliquando illa vincula, non tamen vitii aut nævi naturâm exuunt: Quippe ex hoc veluti ſeminio, aut malo ovo, ſæpiſſime phthiſis (niſi quis fatalis alius morbus intercurrat) excludatur.

Pericardium &c.) De Pericardio noſtra fert ſententia, liquorem ejus inde prodire ſuam unde denominationem ab antiquo habuit; Ex ipſo videlicet Pericardio, nam alias hucuſque vias indagare, etiam poſt inquiſitionem diligeotiſſimam, non potuimus: Ex denſatis autem vaporibus illum conflari, uſque nobis fuit ſuſpectum, quia ſæpenumero turbidum, craſſum, tamque copioſum invenimus, ut fieri nequeat à vaporibus talem ſuppeditari: Qua in re conſentientem *Louverum*, exactum cordis ſcrutatorem, habemus. Exploratum quin etiam, optimum ignis ope inſpiſſatum pericardii humorem coire ac denſari, quod compoſiti è vapore minime contingit: Id vero crebra quoque experientia nobis innotuit, eſſe pericardii internam ſuperficiem, ad inſtar foliorum hyperici vulgatis, innumeris foraminulis perviam: ſed tunc demum conſpicuis, quando ſuppoſito forinſecus digito preſſa, minutulis paſſim aquæ guttulis ſudant: Quæ cum ita ſint, facile jam colligimus craſſum in noſtro adoleſcente ſanguinis ſerum anguſtos hos poros tranſire, ad reſtaurandum pericardii humorem, amplius nequiviſſe: quare hærens in anguſtiis illud, & ſtagnando corruptum, puſtulas primum excitaſſe videtur, analogas illis quæ, alias in cute ſæpius, ex acri ſanguine efflореſcunt: quibus demum in ulcuſcula converſis, manante illinc ſanie ſeu ichore, pericardium cum corde coaluit, eum prope in modum quo exulceratas nonnunquá palpebras oculi bulbo accreſcere accidit: Et illud quidem tanto facilius fieri potuit, quanto turgidi ſemper pulmones capſulam cordi preſſius aptarunt, poſtea vero arroſa jam, vi ſaniei, ipſa quoque cordis ſuperficie, mixtus nutrimento ſanguis profuſus eſt, quo in fibras abeunte, pericardii moles inſigniter aucta crevit, ut in unam veluti maſſam cum corde tandem converteretur: Quibus amplius illuſtrandis ac confirmandis, appoſitum, bruti quamvis, exemplum confert; nimirum immolatæ feris in corde vaccæ, ſartoriam acum, unciam unam cum ſemiſſ longam, invenimus dextro ventriculo tranſverſim infixam, penetrante in ejus interiora cuſpide: era autem acus nigra prorſus, multaque ferrugine incruſtata, ut certum ſit diu illam vivente adhuc vacc. iſthic hæſiſſe: Pericardium vero undiquaque cum corde intimo nexu coaluerat, quod à ſanguine & ſucco nutritio, è compuncti cordis & pericardi vulnere ſtillante factum fuiſſe evidentiſſimum arbitramur: De Pericardio iterum id tetigiſſe ſufficiat quod alii quidem ante me etiam notarant, Erinacio terreſtri pericardium non eſſe, Cujus tamen ſubſi dium tam neceſſarium putavit *Louverus*, ut illud i omnibus, vel minimis animalculis nunquam deeſſ crediderit: Sed & ſine capſula cor in hominibus *Columbus*, atque *Brodbekius*, uti ex *Bartholini* cent 4. hiſtor. 20. apparet, obſervarunt: Quanquan opinati fas ſit pericardium aut pulmonibus, au ipſi cordi potius, ita tunc adnatum p. n. hæſiſſe, u diſtinctum videri non potuerit: Nam & in noſtr adoleſcentis cadavere, cor primo intuitu expers in volucri putabatur, quod poſtmodum diligentior inquiſitio adunatum detexit: Utut verò in brutis, anguilla, raja &c. ſuas ob rationes diverſimode ſe habeant, homini tamen ad bene valendum neceſſari eſt cordis capſula, ſed ab omni oexu, præterquan cum diaphragmate, & ſuperne cum vaſis, libera, nec uſpiam cordi continua: ſecus devincto ſic & mancipato corde, mala omnia, ipſamque mortem naſci funeſtus hic docet eventus: quia enim cor pericardio, iſtud pulmonibus, hi diaphragmati, & in dextro latere pleuræ vehementer adhæſerunt, oppido hinc palam fit, quantopere cum in motu ſuo cor, tum in reſpiratione pulmones detrimenti ceperint adeo ut jam unum alteri impedimento exiſtens, in diverſa, tanquam os à duobus canibus, diſtraheretur qna quidem inani contentione non potuit non malum augeri: Etenim vellicatis hac ratione, modo pulmonibus, modo pericardio & corde, ſerum & ſanguis inde, tanquam ex refricato vulnere, ſemper denuo emanans, inque fibras concretum, copulam uſque majorem pertinacioremque reddidit, Præterea &c.

Cor pallidum & flaccidum &c.] Præterea ex hac jugi cordis ſe extricare ſatagentis lucta, fractis fibrarum viribus, flacciditatem cum auriculis ejus contraxere ventriculi; adeo ut eminentes intrinſecus columnæ & monticuli carnei, ſuperſtitibus duntaxat paucis veſtigiis, ferme penitus evanuerint: Cujuſmodi obliterationem in quodam phthiſico, ſed ad hydropem vergente, alias obſervavi, cui cor adeo fuit extenuatum, ut ſiniſter ejus thalamus vix mediocre corium, dexter vero ſimplicem tunicam, parietum craſſitie æquaret: Ita nimirum ſolers domicilii ſui conſervatrix natura, rem qnampiam ſentiens moleſtam, vel ſuis in actionibus interturbata, ad impedimentum è medio tollendum fibras omoes & nervos, quo poteſt uſque conſtanter intendit.

Pulſus debilis &c.] Rebus itaque ſic ſtantibus, pulſus in corde alius cieri quam initio debilis & parvus, poſtea tremulus ac inæqualis, denique mjurus nequivit: Parva enim duntaxat, negato dilatandi ſpatio, fiebat diaſtole; in ſyſtole autem, renitente pulmone ac diaphragmate, tremor ex ancipiti lucta: hic autem, qui cordis dilatationem à rarefacto ſanguine, non fibrarum facultate proficiſci exiſtimant, pervelim mihi tantiſper explicet, quomodo in hoc adoleſcente fieri potuerit diaſtole, cujus & ſanguis torpidus ac ſegnis, & cor tot tantiſque vin-

culis obrutum conſtrictumque fuit, nullum ſane, ni victas dent manus, erit effugium. Pulſum etiam debilitandi &c.

Polypo gemino] Pulſum etiam debilitandi magna polyporum in corde fuit poteſtas, è concretis ſanguinis fibris aliquandiu ante mortem genitorum: Hos unquam in viventibus dari negat contra *Tulpium* ac *Thom. Bartholinum Kerkringius* in ſpicil. Anatom. Obſervat. 73. exiſtimatque illos demum poſt mortem ex concreto ſanguine fortuitò naſci; fretus experimento injecti in venam canis vivi ſpiritus vitrioli: Verum enimvero quamvis certum ſit ſanguinem, ablata anima, in corde & vaſis ſæpenumero concretum grumeſcere, inque canibus affuſo vitrioli ſpiritu coire: nondum tamen hinc evincitur in viventibus nunquam id contingere: Nam magnum eſt inter grumos & polypum diſcrimen: illi enim fibris paucis, ac laxe confuſeque unitis inſtructi rubent; hic candicat, inſtar fere adipis, denſata atque ordinata fibrarum ſerie ác robore pollens; Neque Polypi in omnibus defunctorum cordibus reperiuntur, etiamſi ſanguis & grumi adſint: Porro illi ipſi polypi, in canibus viventibus excitati, repentinæ mortis cauſa potius quam effectus eſſe videntur: Qua etiam ratione humanus ſanguis, quovis modo in acorem verſus cordis oppreſſionem inferre poteſt: Et ſane ex ingenti terrore, ſubitanea mentis conſternatio ideo quoſdam è medio tollit, quia ſanguine in polypos abeunte, cor ita mox intricatur infarciturve, ut expedire ſe non valens à motu jam ceſſet, Nec varices, ex multorum ſententia, ſunt aliud quam venarum polypi: De his autem plura diſſerendi amplior forſan alibi campus dabitur: In noſtro generati adoleſcente eo facilius polypi potuere, quo impedita cordis ſyſtole, reſtitante in ejus thalamis perpetuo ſanguine, magis magiſque elanguit.

Maxima pectoris anxietate & inani tuſſi] Alter comes difficili reſpirationi individuus, præcordiorum fuit anxietas & tuſſis, tam ex anguſtia quam ligati diaphragmatis impedimento nata: Nam & alibi magna dyſpnœa confecti adoleſcentis pulmones undiquaque pleuræ, diaphragmati, ſterno & pericardio obſervavimus: Simili quoque anxietate juvenis, teſte Excell. *Wepfero* premebatur, qui nunquam niſi pronus in genua provolutus, & cubitis ſuffultus, dormire, imo reſpirare valuit: Eſt enim ad vitam prorſus neceſſaria uti cordis, ita pulmonum quoque libertas.

Patefacto abdomine maxima ſeri vis] Ultimus denique & fatalis morbus Aſcites extitit, læſæ reſpirationis, & motus in corde ac ſanguine languentis fœtus: Neque enim certius ex ovo pullus, quam iſtis è principiis hydrops, excluditur: Quoniam igitur ſanguinis maſſa, uſque tantum in pulmonibus, præcordiis & majoribus vaſis adglomerata hærens, in ambitum corporis & emunctoria ſua tardius emicuit, eliminando inſenſibiliter, per cutaneas glandulas, ſero retento vel reſtagnante, hydropis ſtamen ſive diatheſis jacta eſt, quam pituitoſus ſanguis natura facile admiſſam conſtanter retinuit: Quin chylus etiam, cum in corde & pulmonibus ſubigi ad debitam uſque perfectionem nequiret, in pituitam abiit, non verum ſanguinem; quo cum laxe tantum unita illa, ex hujus ſinu iterum elabi facile potuit: Ergo aqua ſic in majorem in dies molem aggeſta, nec vaſis ſanguineis amplius coercenda, quia per habitum corporis iter non patuit, in cavum abdominis ſeceſſit: Ubi datis jam viis, brevi temporis ſpatio in immenſum congeſta eſt; excitato primum inguinum dolore, ob peritonæi & muſculorum abdominis illic adhærentium diſtenſionem, mox totius imi ventris tumore: De viis per quas ſerum confluxit, ambigui hæremus, utrum lymphica vaſa an alia fuerint: Expeditiſſimum quidem a ruptis lymphæ vaſis colluviem derivare, Veruntamen varius hunc aperiri fontem nobis multa perſuadent, de quibus, Volente Deo, alibi: Id ſolummodo nunc advertimus aquam iſtam in abdomine plurimum & ſapore & colore à lympha diſcrepaſſe, ac ruptorum hujus vaſorum nulla uſpiam veſtigia apparuiſſe: Cæterum experimento alibi didicimus, aquam ex hydropici viri abdomine acu eductam, quantumvis ſpicei coloris eſſet, evaporante ſuper prunas in ſcutella tenuiore ejus parte, reliquam in glutinoſum quoddam craſſamentum tandem abiviſſe: Verum hoc nondum ſufficiens arbitror pro lympha extravaſata argumentum: Eſt enim evaporatione exhalantis multo major, quam concreſcentis in gelatinam humoris copia, & color à lympha alienus: quanquam negari non poſſit hanc animalibus nonnullis circa hepar flaveſcere: Interea ne nihil dicamus, aquam ſi non omnem, at magnam certe ejus partem è peritonæo deſtillaſſe arbitramur: Si quidem hoc poroſum plurimiſque ſanguineis vaſis diſtinctum fuerit: Quæ natura dilataſſe ac multiplicaſſe videtur, ut hic redundans ſerum commode exantlaret: Ita ſæpenumero cor magna aquarum vi obrutum vidimus, ex ipſo pericardio profectarum: Et qui inter utramque cerebri meningem liquo aliquando reperiuntur, noſtro judicio ex dura matre eſt: Cæterum quia Omentum adoleſcenti noſtro, uti aliis omnibus hydropicis, quos hucoſque diſſecare nobis contigit, extenuatum putridumque fuit, non utique de nihilo eſſe videtur quod *Hippocrates* de aquis hydropicorum illinc ſcaturientibus pridem diſſeruit: Plura tamen experimenta prius facienda nobis reſtant, quam de his certi quid publice determinemus.

Reſpiratio difficillima] Quantum autem reſpirationi, ante jam valde laborioſæ, obſtacula nova hæc ſarcina dederit, facile unuſquiſque intelliget, quem modo diaphragmatis ſtructura & motus non fugit: Qua de re potiſſimum *Caſparus Bartholinus* Th. filius, legi meretur: Adhæc tranſverſi, facilitandæ reſpirationi inſervientes abdominis muſculi, ab officio ſuo diſtenti ceſſarunt: Quare diaphragmatis, atque coſtarum motu in totum fere ſic abolito, ſpiritus ſive aër, exiguis portionibus tantum, ſed creberrimo niſu, per ſolam aſperam arteriam agebatur, conſtringentem ſeſe ac viciſſim dilatantem, ope fibrarum motricium, quas *Caſpar Bartolinus* de diaphragmatis ſtructura, cap. 2. ſect. 2. addito iconiſmo, itemque *Th. Willis* expoſuit: Imo aquæ pondus, compreſſis fortiter thoracis viſceribus, iſtorum coaleſcentiam multum oppido firmavit & auxit, ut tot diſtricto cumulatoque malis adoleſcenti neceſſario pereundum fuerit.

Aqua ſubcruenta in ſiniſtro thoracis cavo] Aquam in ſiniſtra thoracis cavitate poſſemus equidem è laceratis ſuperficiariis, pulmonum diaphragmatiſque lymphæ vaſis derivare, quam admixta una alteraque ſanguinis gutta cruentam reddidit: Verum quia etiam è pleuræ poris manare eam potuiſſe haud inaniter ſuſpicamur; donec certius quid innoteſcat, hæc in medio nunc relinquamus.

Scrotum intumeſcere imo & femora] Scroti, femorum, & extremorum pedum tumor à ſero partim ſub cute, partim in muſculorum interſtitiis hærente, ac alibi in hydatidas congeſto originem traxit: Quia enim ſanguis ex arteriis in venas reducendus,

tendus, diuturniorem in partibus moram nectens, lentiſſime promovebatur, ipſoque nimio ſero imbutus ad nutritionem inidoneus erat, ſarcinæ portio exundans in declivia hæc loca decubuit: In quibus reſtitans, atque membranulis intercepta, plenas liquore veſiculas, & alicubi gelatinæ haud diſſimiles effecit: Cujuſmodi plurimas in adoleſcentis phthiſico hydropici anatome, univerſum ad inteſtinorum cellulas uſque meſenterium occupantes, atque illius glandulas, & vaſa omnia abſcondentes, ut detegi difficulter potuerint, ſe vidiſſe *Ioh. Iacob. Harder* ad me ſcripſit.

Harum veſicularum generationem artificialis in bruto hydrops ad oculum commonſtrat: Nam ligatis vivo cani jugularibus, ut deorſum ſanguis pleno ferri gurgite nequiret, & ſic aliquandiu dimiſſo, multas paſſim ſub cute capitis, in membrana adipoſa, atque muſculorum intercarpedinibus congeſtas aquas, poſt *Louverum* ac *Williſium* etiam nos obſervavimus: Eſt & aliud hujus rei experimentum, quod norunt omnes qui circa viſcerum dealbationes, ventriculi præprimis ac inteſtinorum, & liquorum, vel ceræ, in vaſa injectiones, crebro verſantur, nam vel maximè invitis ſæpè accidit, ut adactum ſiphonis impetu in arterias fluidum, quia eadem celeritate capillares ſubite venas nequit, uel harum trunci ligati ſunt, intra membranarum anfractus duplicaturamve profundatur, ubi reſtagnans ſubſtantiam gelatinæ haud abſimilem mentitur: In ſcrotum aqua, non ex abdomine per peritonæi proceſſus, ut putant, profluxit, ſed ex ipſis ſanguineis vaſis: patuit hoc imprimis inde, quia exonerante ſe per cuniculos ſcroto, nihil imminutum abdomen eſt.

Umbilicus antea reconditus] Umbilicus extumuit, vi aquarum protrulus: Doleo nos exactius tunc, feſtinante cultro, haud animadvertiſſe utrum aqua umbilicum diſtendens, eo perruptum dilatatumve peritonæum immediate exundarit, an per urachum, quem ab experientia nobis conſtat in fœtibus urinam vehere, & hydropicis nonnunquam denuo aperiri: Sæpe quin etiam loquentem audivi Celeberrimum *Wepferum* noſtrum de viro, quem ſe noſſe, & etiamnum vivere dicebat, pro lubitu ex umbilico ad diſtans atque cum ſaltu mingente.

Venæ abdominis turgebant] Propter ſtagnantem in illis ſanguinem ſegniter promotum.

Appetitus fere dejectus] Appetitus eſſe nullus potuit, quia nulla diaphoreſis nec ingeſtorum diſſipatio: Adhæc principia ſanguinis activa adeo aqueis diluebantur, ut digerendis fuiſſent cibis imparia, bydropi fomitem potius quam corpori alimoniam præbituris, unde & ſuperiores artus atrophia correpti emarcuerunt.

Brachium ſiniſtrum intumeſcere] Quod autem ſiniſtrum brachium aliquando intumuerit, à ſeroſo ſanguine fiebat non ſtatim per ſubclavias, propter anguſtatum iter refluente: poſtea vero relaxata nc nihil via, motoque ſanguine, iterum detumuit.

Lotium nunc parcius &c.] Urinæ mutatione varia ſanguinis conſtitutione pendent, Etenim fi te aſcite turbida minxit cum multo ſedimento, qui pe tunc omnia in ſanguine turbata atque confi erant, ſalinum ſulphureumque principium nin ſero diluente: At vero depoſitis aquis, & Aſcite ja conſummato, ſanguis (elabente mox benigniore ro) acrior factus ac incenſus urinam paucam, acrem & lixivii inſtar coloratam reddidit.

Senſuum omnium & mentis functiones] Miru in adoleſcente noſtro, œconomia vitali uſque ad deſtructa, & ſanguine depravato, nihilominus anim les ſpiritus bonos, atque ad ſenſuum internoru externorumque munia aptos, vel ad ultimum uſq halitum generari potuiſſe: Siquidem inter cor cer brumque tantam officii neceſſitudinem ponat *Loverus*, ut neutrum ſine altero ſupereſſe poſſe exiſt met: Hæc autem abſit ideo à me dici credantu quaſi iſtam commercii legem in dubium revocen experimentis fortiter nixam, ſed tantummodo ostendam admiratione non omnino carere, ſummu illum motus in corpore languorem nulla animo de liquia pepetiſſe.

Hepar ex pallido flaveſcebat] Pallor in hepat cæteriſque viſceribus, à tinctura purpureæ defect eſt, Siquidem ipſe ſanguis nimiu ſero dilutus, ne in pulmonibus, ob interceptam nitro aeream ſym bolam rite efflorecſcens expalluerit: Cui accedi quod ſuperveniente hydrope, & ſanguine in aquar colliquato, tinctura omnis è viſcerum receſſibus elu ta fuerit: Quemadmodum aqua, ſiphonis ope pe arterias & venas aliquoties injecta, id facili experimento imitari licet, quo vel rubicundiſſimum jecu aut lien nigerrimus, maxime ſcilicet melancbolic albeſcit.

Meſenterio cujus Glandula &c.] Glandulas meſenterii atque Omentum ab illuvie demum, integro ſemeſtri in aqualiculo ſubſiſtente, corruptio invaſit: Enimvero inficias neutiquam imus, ſæpenumero ab harum glandularum præternaturali tum ore hydropem primario exoriri, cujus rei evidentiſſima in aliis noſtris de Hydrope hiſtoriis Anatomico Medicis exempla, ſi quidem ita Deo viſum fuerit, publice aliquando proponemus: Ex diſſectione illas in adoleſcente noſtro ita fuiſſe corruptas patet, ut in amurcam levi digitorum attritu diffluerent: quod ſubſtantiæ iſtarum glandularum flacciditatem duntaxat arguit, inductam à circumfuſa colluvie: Per illas tamen chylum nihilominus uſque tranſiviſſe, fidem medicamenta faciunt, ſuas in ſanguine vires, licet incaſſum exſerentia: Neque enim *Swammerdamio* & venas lacteas, & nutricii chyli ex inteſtinis per eas ad commune receptaculum iter in dubium vocanti, hactenus adſtipulari poſſumus:

Idem cap. 6.

§. 2. Virginem aliquando Baſileæ, robuſtam prius & bene valentem, oborto repente Aſcite inopinato mortuam, diſſecuimus, in cujus ſolummodo corde, intaminatis reliquis viſceribus omnibus, vitium latuerat. *Vide tit. de Morte ſubita.*

§. 3. Non poſſum ſilentio involvere inſignem illam ab *Olao Borrichio*, in Actor. Med. Hafnienſium *Th. Bartolini* Tomo 1. Obſerv. 89. traditam de *Valentino Boccatio*, centurione triplici hydrope confecto, cujus pericardium ita ampliatum diſtentumque fuit, ut tres libras, & quod ſuperat, acris turbidique liquoris, ſinu ſuo complecteretur: Ipſum autem Cor non modo membrana propria ſpoliatum; acrimonia humoris eam abſumente, ſed & ita profunde exeſum, ut exterior ipſius ſubſtantia in lacinias & villos carneos putreſcentes abierit, reliqua interiore contracta, flaccida & marceſcente.

§. 4. Quarto

§. 4. Quamquidem hiſtoriam ideo etiam adducere placuit, quoniam illi haud abſimi-em anno 1673. Baſileæ, in adoleſcente phthiſico hydropico, cui nomen erat *Nicolaus Sotler*, ab *Henrico Glaſero* b. m. diſſecto, Pericardium illi triplo, imo quadruplo craſſius quam pro naturæ norma, & aqua farctum, loturæ carnium ſimili, Cor autem permagnum & inæquali ſuperficie horridum: nam carnei velut lemniſci plurimi illud externe cingebant, in aqua pericardii natitantes, & branchias piſcium quodammodo mentientes: quin & rubicundi erant, & à baſi latiuſcula in acutum apicem faſtigiati, ſerie multiplici: Propriam cordis tunicam alicubi quidem corroſam, ſoluta fibrarum compage vidimus, ſed alibi carunculæ iſtæ, tanquam excreſcentiæ, integræ ſuperficiei adnatæ hærebant, aliquando ſemi-unciam altæ, totumque adeo cor fungi ſpeciem exprimens viſum eſt, quem cavernoſum appellant, menſis multorum, etiam principum, expetitum. *Idem ibidem.*

§. 5. Obliterationem eminentium intrinſecus in cordis ventriculis columnarum & monticulorum carneorum, ſuperſtitibus duntaxat paucis veſtigiis, adeo ut penitus ferme evanuerint, in quodam phthiſico, ſed ad hydropem vergente, ante hac etiam obſervavi: Cui cor adeo fuit extenuatum, ut ſiniſter ejus thalamus vix mediocre corium, dexter vero ſimplicem tunicam parietum craſſitie æquaret. *Idem ibidem.*

§. 6. Anno 1673. 26. Octobris, publice diſſecta eſt Baſileæ à D. D. *Glaſero*, Anatomiæ Profeſſore, Virgo hydropica, in qua non adeo magna viſcerum atonia erat; ſolum enim Hepar pituitoſis obſtructionibus tentabatur: reliqua ventris imi viſcera ſatis naturalia: Cor miræ magnitudinis erat, ferme duplo majus quam pro proportione totius eſſe deberet; In cujus cavitatibus maxima copia *ſanguinis coagulati*: In ſiniſtro ventriculo valvulæ mitrales cartilagineæ erant, ut vix inflecti poſſent, quæ foramen in medio pro tranſitu ſanguinis, vix indicis tranſeuntis magnitudinem relinquerent; unde maxima mortis cauſa petitur.

SCHOLIA.

Si quidem tota maſſa ſanguinis non potuit brevi tempore circulari per anguſtum illud foramen; nam miſera illa (tanta copia ſanguinis per dextrum ventriculum, per pulmonem deinde in ſiniſtrum ventriculum tranſmiſſa) ob anguſtiam nimiam corde ſuffocato, neceſſario obiit. Unde etiam pulmones toti erant rubri, & ſanguine nigreſcente coagulato perfuſi: ſanguis enim ante excalefactus & commotus eſt in conſcenſu ad currum, dum voluit tranſvehi ex pago Baſileam: Capſula præterea cordis tam arcte adnata erat diaphragmati, ut integer circulus albus, nerveus debuerit divelli: Prope jugulum, ſecundum latera aſperæ arteriæ, exterſus multæ glandulæ p. n. nigro rubræ, hinc inde diſperſæ inventæ ſunt. *Ex communicatione D.D. Mangolt. Medici Baſilienſis.*

In cujus cavitatibus maxima copia ſanguinis coagulati] Fontem & originem ſanguinis Cor eſſe œconomia animalis adulti probat: Quamvis autem de chyli motu ad hepar opinio firmas egerit radices, eradicandam tamen eam eſſe experimenta hujus ſæculi jubent: Obſervatum enim eſt chylum non in hepar, ſed per ductum thoracicum in venam ſubclaviam, & hinc per venam cavam in dextrum cordis ventriculum tendere, ibidemque in ſanguinem coqui; viciſſimque egredi per arteriam pulmonalem, & medios pulmones permeando, à venæ pulmonalis ramulis, recipi & in ſiniſtrum cordis ventriculum deferri, in quo ultimam ſuſcipit perfectionem: Huic immediato chyli in cor ingreſſui, quidam Ductus thoracici anguſtiam opponunt, exiſtimantes per vaſa quædam chylifera partem chyli ad hepar tendere, ita ut partitam operam intuicant hepar & cor: neque enim omnem chylum poſſe per tantillum ductum ad cor deferri: Verum ſi hi homines experientiam conſuluiſſent, vidiſſent proculdubio vaſa illa ad hepar tendentia non vehere chylum, ſed alium prorſus humorem, lymphaticum ſcil. à *Bartholino* vocatum; & præterea motum humoris in illis vaſis non eſſe ad hepar, ſed ab hepate verſus Receptaculum, Conſideraſſent etiam chyli motum fieri ſucceſſive & celeriter ſatis, ut chylus omnis commode per eundem Ductum ferri queat: Sed & adeo provida fuit natura in hoc negotio, ut ne copia permeantis chyli læderetur tenuior hic Ductus, mox à Receptaculo ramulos quoſdam chyliferos ad venam ſine pari deſtinaverit, quæ chyli partem majorem, cum amplæ ſatis ſit capacitatis, facillime cordi tranſmittat: ut taceam teſtimonium *Highmori*, qui chylum in vena ſine pari vidit, ſanguini nondum plane commixtum: Quivis ductum noſtrum ſequi, & inflare aërem per tubulum in chyli receptaculum poterit, Videbit tunc aërem inflatum mox ſubire venam ſine pari, eandemque, propulſo verſus cor ſanguine, turgeſcere aëre inflato. *Frid. Lepnerus Introduct. in Medic. p. 137.*

§. 7. Filia N. frequenter hæmorrhagiæ obnoxia, hinc cachectica, tandem Hydrops accedit: Abdomen ichore fœtido erat repletum, hepar & lien ſcirrho laborabant: In capſula Cordis humor putridus: circa valvulas dextri ventriculi calculus &c. *Vide tit. de Syncope.*

§. 8. Anno 1591. ſecui fœminam octogenatiam hydropicam: Huic mirum in modum turgebat abdomen. Exiſtimabantque è vulgo non pauci eam faſcino laboraſſe: Simulac cutis ſeparata eſſet, copioſa ſeroſa materia in latere dextro emanavit, quæ præ nimia copia à natura eo depoſita fuerat: Pertuſis abdominis muſculis protinus copioſa erupit aqua, quæ univerſum replerat abdominis ſpatium: Quin & in thorace omnia vitalia viſcera aquoſæ materiæ largiter innatabant, Ablata quoque calvaria ventriculi aqua tepleti erant, affatimque cerebrum aquam profundebat. Peritonæum huic cum Omento protſus

proſus abſumptum cernere erat, nam ſimulac muſculi abdominis diſſecti erant, cerne
erat in inferna abdominis capacitate copioſa filamenta nervea, eodem fere modo
in ventriculis cordis, aſt copioſiora, hæc erant, & hinc inde veſiculas fecerant, quib
pertuſis aqua effluebat: hæc corpora nil niſi reliquias peritonæi & omenti notabant: Or
nia hnic fere viſcera non naturali erant ſtatu, Veſica reperiebatur nuſquam: Inteſti
omnia in unum conglomerata & veluti in globum acta, qui globus exterius undiquaq
peculiari eaque ſatis craſſa cingebatur membrana, uti videbatur ex excrementis aquo
ſubſtantiæ nata: Jecur ſolito multo durius, nihil tamen lapidei intus continebat, nec
color naturalis, aſt albidus ſeu pallidus: Lien durus admodum, & ſolito multo maj
ponderoſuſque figuram mutarat ſuam, dum & in longitudine & latitudine accreverat: R
nes ſoliro multo flaccidiores, tum & verſus dorſi vertebras plus ſolito retracti: In Cord
dextro ventriculo ſubſtantiam quandam pituitoſam viſcidamque reperi, vitellum ovi c
lore & ſubſtantia referentem, ex pituita lenta & viſcida ibi concretam: Aqua quæ efflu
xit vix duabus urnis capi poterat. *P. Pawius Obſervat. Anat. v.*

§. 9. Filius Parci Typographi adoleſcens, Aſciticus factus eſt. Cum mortuum aper
rem; Præter reliqua, Hepatis, Lienis, Renumque vitia, Aſciticis conſueta, etiam in me
dio Cordis diſſecto, os tribus articulis conſtans, cavumque & arenoſa quadam materi
repletum inveni. *Felix Platerus obſerv. lib. 3. pag. 636*

SCHOLIA.

H*Epatis, Lienis, Renumque vitia conſueta*] Quæ enumerat Prax. lib. 3. cap. 3. Seroſus humor aſcitem gignens, Si madore ſuo interiora viſcera, hepar, lienem, renes, ventriculum, inteſtina nimium humectando, debilitet; vel ſalſedine, acrimonia, quam ex commiſtione aliorum humorum, vel putredine aut corruptione, pluribus menſibus ſæpe retenta concipit, adeo ut nauſeoſum vel cadaveroſum, aut alioquin fœtidum odorem ſpiret, illa potius exſiccet, ſicuti talia eſſe fere deprehenduntur: atque meſenterium, omentum, renumque involucrum, veluti areſacta, contracta, adipemque inſtar glebarum illis adhærentem, in quodam invenimus Vel ſi eaſdem partes certis in locis aqua illa erodiat exulceret, vel etiam putredinem in illis inducat, au corrumpat contaminetque, ſicuti omentum plerumque flavum, putre & fœtens in pleriſque; præterquam quod retractum, uti diximus fuerat: & meſenterium quoque quibuſdam in locis ejuſmodi fuiſſe, in anatome hydropicorum invenimus: Quod ſi accidat, uti & ſi alia viſcera ſimili modo ab hac aqua lædantur, graviora in partium naturalium functionum læſionibus ſymptomata ſupervenient.

§. 10. & 11. Fœmina quædam cum imprægnationis ſuſpicione intumeſceret, ſpe deluſa in hydropem incidir, quo etiam juvencula adhuc laboravit, variis interea ſymptomatis exagitata, poſt triennii decubitum vitam finivit.

Suſcepta ſectione, apparuerunr ſequentia notatu digna. 1. Exhauſta colluvie aquarum, denudata fuere inteſtina & viſcera infimi ventris omnia, exceptis renibus teſtibuſque, *Sevaceo adipe, ſteatomatis inſtar incruſtata*, ut viſum effugerenr: 2. Ex adipis craſſitie inteſtinorum cavitates, angiportus in morem, coarctatæ erant. 3. Stomachus cataphracta eadem veſtitus ſe coarctare nequit. 4. Hepar diaphagmati mediante ſevo illo arcte adhærebar: parenchyma exangue, ſemiputridum, contractum ac ſubnigrum apparebat: 5. Thorax apertus, omni aqua deſtitutus erat: Pulmones vero undique coſtis ac diaphragmati adnati, & per ſuperficiem externam grandinibus albis atque ſeuaceis, tanquam margaritis, conſiti, plus tamen hic ſanguinis quam in Jecore aut liene inventum. 6. Cor pericardio plane denudatum, quod & ſemel *Columbo* obſervatum. Dextra auricula, circa venæ arterioſæ orificium, aneuriſmatis modo, ultra juglandis magnitudinem erat, diſtenta: Siniſter thalamus durior, craſſior tumentiorque ſanguinem grumoſum, ſubnigrum ac paucum continebat, ſecus quam in dextro, qni adhuc purpureus erat: fruſtulum quoque adipoſum, ſubluteum, molle ac lentum in duos ramos, tanquam digitos longiuſculos abiens, inque truncorum cavitatem ſe inſinuans, ipſis arteriæ venoſæ aortæque oſtiis arcte adhærebat, eaque occludendo ſanguinis affluxum vel omnino impediverat vel plurimum retardaverat, hinc. 7. Arteriæ grumefactum eumque pauciſſimum ſanguinem continebant. 8. Venæ ſucco pleniores, præcipue vena arterioſa & arteria venoſa: venæ etiam cordis coronariæ ac ſuperficiariæ ſanguine adhuc turgebant. *Th. Bartholinus cent. iv. hiſtor. xx.*

§. 12. Nepos Georgii Illuſtriſſ. Haſſiæ Principis hydrope anno 1655. vix. annum natus deceſſit. In examine viſcerum Cl. *Horſtius* ſequentia notauit: 1. Cutis circa regionem ventriculi, umbilici & inguinum, maculis atro-purpureis, inſtar ecchymomatum picta erat. Ex abdomine, per ſectionem umbilici lenirer factam, humores ſeroſi, bilioſi, luteſcentes & fœtidi, inſtar aquæ per canaliculum ductæ ad libras medic. xx. proſiliebant: Quibus ſubductis, & aperto abdomine, Omentum penitus putrefactum notabatur: Inteſtina cum

ventri-

ventriculo aliquomodo inflara : Pancreas vero ita conſumptum, ut ejus nullum fere veſtigium animadvertere liceret: *Vena meſaraïca glutinoſa materia referta.* Lien monſtroſus tribus appendicibus inſtructus, ſiniſtroque reni arctiſſime annatus, ut ſine ſectione digitis avelli non poſſet: Renes ipſi ſatis grandes : Hepar ſanguineo calore ſuo amiſſo, cineritium fere & qualis in coсto alias notatur, habebat, inciſumque copioſum ſerum & copioſius quam Lien ſtillabat : In Hepate autem & Liene foveæ aqua plenæ apparebant : Bilis veſicula aureo colore coruſcabar : Pericardium ejuſdem coloris & fœtoris aqua diſtentum erat, cui Cor innatabat; Ipſum Cor plane exſuccum & ne guttulam quidem ſanguinis intra ſe continebat, quod in aliis etiam viſceribus obſervabatur : nuſquam enim ſanguis notari poterat, etiam in venæ cavæ & arteriæ magnæ inciſione, ſed tantum aqua loturæ carnis non abſimilis : Pulmones flaccidi & ex una parte purulenti. *Bartholinus cent.3. obſerv.81.*

SCHOLIA.

V*Ena meſaraïca glutinoſa materia referta.*] Dubitat apud *Horſtium* obſerv. lib. 4. obſerv. 47. *Bilgerus* an revera obſtructiones venarum Meſaraïcarum, ut Hepatis, de quibus ſomniant Medici, ab ullo Anatomicorum unquam ſint repertæ ac obſervatæ? A ſe obſtructiones nullas viſas ſenſibiles ac notabiles : Reſpondet *Horſtius*, Etſi frequentiſſime Meſenterii obſtructionibus plurima ſymptomata communiter adſcribantur, quæ tamen ſæpius originem aliam habere poſſunt, Non tamen eas penitus negandas eſſe, quamvis in hoc vel illo ſubjecto non occurrant : Nota eſt hiſtoria ad me perſcripta per Clar. *Bauhinum, ait*, qui meſenterii glandulas intumeſcentes, totalem obſtructionem inducentes, phthiſeos cauſam fuiſſe refert. Imprimis, vero memorabilis eſt, *inquit*, hiſtoria nobiliſſ. cujuſdam, qui ictero diuturno, tandemque hydrope laborans, tantas habuit meſenterii obſtructiones, ut poſt mortem meſenterii vaſa glutine quaſi repleta viderentur.

§. 13. Neque in Anatome nova ſunt hæc, Sed & mihi plus ſemel inventa in ventriculis Cordis vaginæ prælongæ productio : Teſtes mihi Rev. Neapolitani Patres N. qui à me diſſecto in corde P. *Menenini*, ex Hydrope mortui, viderunt *vaginulæ ſubflavæ concrementum*, quantum tota aſcendens cava reciperet. *M. Aur. Severinus de Abſceſſibus pag. m.277.*

SCHOLIA.

V*Aginulæ ſubflava concrementum*] Licet ut plurimum Polypus elongatis multiplicibus & oblongis pedibus cordis ventriculos, & adjacentium vaſorum cavitatem quaſi repleat, varium tamen ſitum nanciſcitur, & rudem etiam configurationem, interdum enim placentulæ inſtar ventriculorum medietatem occupat, & elongatis ramoſis productionibus per venas & arterias, hinc inde excurrenti ſanguini præbet ſpatium : Interdum tamen, ut in cadavere juvenis obſervavi, ita circa cordis columnas & carnoſos lacertos hæret, & quaſi radicibus implantatur, ut alterum ventriculum intra cordis clauſtra efformatum dicas : Talem habet denſitatem, & continuitatem, ut intra ſe receptum per foramen ab auricula ſanguinem, vi circumſtantis cordis ipſum immediate urgentis foras protrudat, quo caſu etiam productæ per vaſa Polypi appendices ita perforantur, ut vaſorum lateribus hærentes, ſanguinis commeatum intra ſe admittant, quod etiam in cordis auriculis ſæpe obſervatur.

In ventriculis cordis] Hæc Polypi moles in dextro præcipue ventriculo amplior eſt ac in ſiniſtro, ut multoties obſervavi : Et *Bartoletus* in dextra auricula idem accidiſſe recitat : quod *Riolanus* confirmat: Vide cauſas tit. de *Morte ſubita.*

Subflava] Quin & color etiam non raro diverſus obſervatur, nam ut plurimum Polypi in dextro cordis thalamo excitati color ſubalbidus eſt, lapidi inſtar, ſeu excreti ſucci quem vulgo pituitam appellamus, & interdum rubra quædam, vel ſubnigra ſtigmata conſperſa habet : In ſiniſtro autem genitus colorem ut plurimum atrum & denſiorem obtinet ſubſtantiam.

Concrementum] Morboſa hæc excreſcentia ſuam quoque ſtructuram habere videtur, etenim præ ſe fert congeriem ſuperpoſitarum extenſarumque pellicularum, quæ ſubſtantiæ modo nervoſum corpus, cum aliquali tamen mucoſitate referunt, & ſi eadem laceretur, ſolvi videtur in oblonga & ſolida filamenta : hæc manifeſtiora redduntur in ejus appendicibus, quæ faſciculi inſtar in fibras quaſi nerveas reſolvuntur. *Vide plura* §. 23.

§. 14. S. Jonam juvenem defatigatum ex pedeſtri itinere, corripuit acutiſſimus lateris dolor, cum ſpiritu difficili & ſumma cordis palpitatione, ſequuta febre hectica & Hydrope abdomen diſtendente : Inventum Cor flaccidum ac juſto majus, aqua pericardii exuberans : Pulmo totus vitiatus cordique accretus, venæ ubique tumidæ, uti venter lumidus aqua citrina repletus. *Tulpius obſervat. lib. 4. cap. 19.*

§. 15. Filius N. poſt cordis palpitationem Aſciticus factus eſt : Cor relaxatis involucris circa ſeptum tranſverſum deſcenderat : præter reliqua hepatis, lienis, renumque vitia aſciticis conſueta, etiam os in corde gerebat. *Vide lib. 2. tit. de Palpit. cordis.*

§. 16. Vicentinus (*Vide tit. de Phthiſi lib. 2. ſect. 7. obſervat. 50.*) hydrope pedum non abdominis laborabat : Cordis auricula dextra ſanguine admodum diſtenta; qui niger, craſſus, grumoſus : Pulmones lividi, ſine ſanguine : Serum copioſum in thoracis cavitate : Jecur lividum, ſcirrhoſum : Lien magnus, flaccidus : In rene dextro magnus calculus cum aliis minutis.

§. 17. Illuſtr.

§. 17. Illuſtr. N. hydrope aſcite detentus obiit: latuere in abdomine 16. menſuræ citrinæ aquæ, In thorace quatuor, cauſa fuit Hepar durum atque ſcirrhoſum: In ſiniſtro cordis venrriculo inventi duo Polypi. *Vide tit. de ventriculi dolore.*

§. 18. Anno 1627. Joh, Veslingius Rever. N. folliculum dextra cordis auricula eduxit; venulis ei ad nutritionem annexis;in quo nihil puris,licet id initio morbi excreviſſet: dextro cordis ventriculo circa initium pinguedo adhærebat: *Iecur nulla infectum labe:* Itaque virum ſuſtulit à ſolo Cordis vitio hydrops, quod ad ſanguinis quidem generationem facit, etiamſi de primaria ipſius officina cathedrarii contendant: *Ariſtoteli* vero partis primatum *Cæſar Cremoninus* nervoſe vindicavit:

Pinguedinem quoque candelæ ſebaceæ ſimilem in ſiniſtro cordis ventrlculo vidit *Hippol. Boſcus* lect. 1. de Facult. Anat. *Rhodius cent. 3. obſerv. 4.*

SCHOLIA.

Iecur nulla infectum labe] Nec tamen negandum ad ejus labem nunquam ſubſequi hydropem; id enim ſæpiſſime affectum in diſſectis apparuit, & externus hypochondrii dextri tumor teſtatur: In hujuſmodi vero hydrope ejus vices in ſanguinis confectione ſupplet Cor, quod quia ſolum præſtare nequit, Hepatis auxilio carens; tandem & deficit in opere, unde homini exitium.

§. 19. Anno 1592. aperui gravidæ uterum quæ ſemeſtrem fœtum utero gerebat: huic abdomen mirum in modum turgebat, quod tamen ab utero non erat,verum omnia inteſtina & ventriculus mirum in modum flatibus diſtenta erant, adeo ut ſimul ac leviter ſolummodo tam ventriculum quam inteſtina pertudiſſem, magna vis flatuum exiret, ipſaque confeſtim ſubſiderent: Quod ſi huic injectus fuiſſet clyſter, proculdubio vitam ſervaſſet.

Aperto thorace; in Cordis gravidæ dextro ventriculo ſubſtantiam quandam pituitoſam viſcidamque reperi, vitellum ovi colore & ſubſtantia referentem, ex pituita lenta & viſcida ibi concretam reperi: Cutis in abdomine mirum in modum rugoſa erat,innumeriſque plicis prædita. *Pet. Pawius obſervat. 6.*

§. 20. Si dabitur ſectio Hydropici vel Phthiſici, diligenter Cordis ventriculos inſpicias, aliquoties enim excreſcentiam reperi ramoſam per vaſa in pulmones delatam: Curavi cum reperiſſem in utroque cordis ventriculo, delineari: altera in venam arterioſam,altera in magnam arteriam ferebatur. *Caſpar Bauhinus apud Gr. Horſtium Oper. tomo 1. p.m.* 141.

§. 21. Anno 1644. fœminam Aſcite & Anaſarca diu ægrotantem, tandemque fatis concedentem aperui: Invenimus Cordis ſiniſtrum ventriculum & arteriam aortam, in quibus corpora fibroſa ſeu pituitoſa contenra erant,tantum non duplo fuiſſe majores naruralibus, *I. Iac. Wepferus Diſſert. de Apoplexia pag.* 200.

§. 22. *Petrus Marchetti* in fœmina hydrope defuncta, calculum offendit, venæ arterialis principio inhærentem: hujus proculdubio rudimentum arena,quam cum ſanguine miſſam tradidit *Zacutus* Prax. admit. l. 5. obſerv. 53. *Rhodius cent. 3. obſerv. 4.*

§. 23. Polyporum generatio quibuſdam in morbis contingit, ut iis in quibus glandulæ, & præcipue conglobatæ, ita duritie laborant, ut animalis œconomia harum miniſterio privetur: ut in virgine noviſſime deprehendi, cui cum perpetuo defuiſſent menſtruæ purgationes: ejus Pancreas, cæteræque minores per abdomen & rhoracem diſperſæ glandudulæ, ex turgente concretaque materia inſignes & duriores redditæ fuerant: In hujus Corde Polypi & *aqua in cavitatibus medii & infimi ventris copioſe ſtagnabat.*

Hic quoque exarabo mirabilem *Polypi* ſtructuram & magnitudinem, Florentiæ in ſene ſexageſimum quartum annum agente inopinate defuncto obſervatam, & à doctiſſimo Viro *Ioh. Alphonſo Borellio* mihi communicatam: In aorta prope cor,quæ in tumorem excreverat ad menſuram duorum pugnorum, Polypus conſimilis magnitudinis repertus eſt, abſque appendicibus & caudis: Ejus autem moles membranoſis tunicis ad invicem ſuperpoſitis abſque continuitate conſurgebat, quæ craſſitie non ſuperabant vulgarem chartam hœdinam: ſuper his producebantur filamenta quædam alba, quæ foliorum fibras, ſeu vaſa æmulabantur, quæ omnia ab albidiori trunco dependebant: Tunicarum Polypum efformantium color cinereus erat, cum rubicundis quibuſdam maculis, ita ut tota hæc ſtructura braſſicam capitatam æmularetur, *Marcellus Malpighius lib. de ſtructura viſcerum cap. de Polypo cordis.* Huc adducta eſt hæc hiſtoria,ad titulum de morre repentina pertinens, priori connexa, ut Polyporum generatio & ortus, qui pluribus morbis accidit innoteſceret, quia ſerius dictus *Malpighii* tractatus ad manus pervenit.

SCHOLIA.

E*Ius moles membranoſis tunicis &c.*] A quanam materia excitetur Polypus obſcurum adhuc video: Pluribus pinguediuis fruſtulum eſſe arriſit: alii autem pituitam in corde concretam credidere: alii crudum humorem à jecore cordi ſuppeditatum, qui declinante cordis calore, abſumptis tenuibus partibus ſoliditatem acquirat: His cum non integre acquieſcerem, ſollicite inquirendam duxi Polypi materiam: quamplurima mente revolventi occurrere, inter quæ vi ignis concreta ſanguinei ſeri ſubſtantia: quoniam tamen Polypi materia, ut ſæpius ſum expertus, calore non tota concreſcit in conſiſtentem ſubſtantiam, eandem molem retinentem, ſed excitatis bullis ſero, & tandem flatu turgidis impenſe gracileſcit, & elixata admodum tenuis redditur, quod concreſcibili ſero non accidit, aliena quærenda, è ſanguine prognata duxi, & tandem pellea cruſta, in ſuprema extracti & refrigerati ſanguinis parte concreſcens, ultimo ſeſe obtulit, ex cujus indagine (cum perſimilia ſint in utriſque phænomena) Polypi forte minerâ & productionis modus emerget: Scio varia de hac ſanguinis cruſta prolata fuiſſe, pro chyli enim portione apud plures eſt habita, mox pro nerveo ſucco: puriorem ſanguinis partem credidere nonnulli, quæ dum ſanguis ſuperaſſatur, ex rubra & tenera ejus parte in albam & tenacem excoquatur ſubſtantiam: Hæc non impugnabo, ſed quæ mihi occurrere, licet levia, probabiliter enuntiabo: Video Clar. Viris, quibus pro Polypi generatione, vel chylus vel nerveus ſuccus arridet, hoc præcipue perſuadere quia in utriſque eſt communis ſubſtantię modus, color conſimilis, aſſignatæ inſuper materiæ, venis quibus continetur admittuntur: quare ſi philoſophandi hæc ſemita mihi calcanda ſit, copioſior & ſimiliter forte occurret materia è ſanguinis maſſa pro excitanda hac cruſta, tota ſcil. concreti ſanguinis moles, quæ rubra ſanguinis portio, ſeu melancholia appellatur, hæc enim licet affuſa purpura lippientes noſtros oculos fallat, ſi multiplicibus tamen lotionibus aqua communi factis, rubicundæ iſtæ implicitæ particulæ deturbentur, totus concretus ſanguis, qui impenſe rubeſcebat, vel nigreſcebat, tractu temporis albeſcet, rubefacta aqua, quæ ſecum inficientes particulas rapit: Et ſi pulchrum exoptas ſpectaculum, microſcopio hunc perluſtra ſanguinem, contexturam namque fibroſam, & quaſi nerveis fibris compaginatum rete videbis, in cujus exiguis excitatis ſpatiis & ſinibus, veluti cellulis, rubicundus ſtagnat ichor, qui aqua deterſus, reticularem hanc implicationem relinquit, quæ nudis oculis mucoſæ membranæ ſpeciem exhibet: Hanc vero reticularem ſanguinis portionem, cum innatante cruſta eandem ſortiri materiam, quin & naturam, probabiliter tibi indicabit diligens ſanguineæ cruſtæ exploratio; etenim ſi concretus ſanguis, cui copioſe cruſta alba & denſa innatat, quæ tamen concreſcibili ſero non turgeat, ſed quaſi pellea, mollis & complicabilis ſit, per longum ſcindatur, & per iteratas vices abluatur, in ſuperiori ejus parte ſubalbidis pelliculis contextam cruſtam meatibus, & fere veſiculis perviam obſervabis, quæ diaphano, & minus gravi ſucco implentur, & ſi ulterius hujus ſubſtantiæ proſequaris productionem, mox ubi concreta ſanguinis moles rubeſcere incipit, in fibrulas diviſam & laciniatam deorſum elongari reperies, & harum eleganti implicatione meatulos & ſinus excitari iterum videbis, qui coercitis rubris atomis turgent & inficiuntur, & in quibuſdam etiam grandioribus ſpatiis ſubflavum ſerum coercetur, vel cum rubro confunditur ichore; quare ſenſus iſte nobis indicare videtur ſanguineum hunc album & reticularem plexum totum concreti cruoris corpus firmare, & potiori ipſum donare corporaturā, eamque diſcriminis radicem, quæ tantopere diverſarum rerum imaginibus nos ludit, dependere à contento in minimis ſinibus diverſo inficiente ichore: in ſuperiori namque ſuperficie, ubi approximatis, intimeque unitis albis illis ſanguineis ſtaminibus minima vix ſunt intercepta ſpatia, excitatæ extremæ cruſtæ color ſubalbidus, maximeque coacta conſurgit tunica, ubi autem laxatis ſenſim porulis levioris ſeri ſubflavi portionem, vel quid ſimile admittit, laxior, facileque ſolutioni cedens ſubſequitur ſtructura: tandem ampliores reddi meatus dum rubra ſubſtantia turgent, illico cruſtæ illa larva obliteratur, ſubſequente fibroſi ſanguinis elongata deorſum implicatione, quæ dum circa fundum vi ſuperioris molis compreſſas rubras illas atomos continet, novum ſubſtantiæ modum & colorem exhibet, nam flacciditas ex laciniatis fibrarum ultimis productionibus ſubſequitur, & color ater addenſatis contentis particulis excitatur, quæ melancholiæ ſpecie plures decipiunt, cum tamen mutato ſitu veluti purpura reddantur: Ex quo unum hoc monendum duxi, in cruſtæ interſtitiis, quin & in toto fibroſi ſanguinis ambitu, interdum in quibuſdam ægritudinibus concreſcibile ſerum ibidem detentum inſpiſſari, hincque cinereum & pallidum emergere colorem, eamque mucoſitatem, & ſubſtantiæ modum, qualem in concreto ſero & ovi albumine obſervamus, Non raro elongatas quaſdam appendices per totum ſanguinem promi, quibus hinc inde minores ſtriæ, reticulariter productę appenduntur, quas interdum abſque microſcopio licet intueri: Dilutus autem hujuſmodi ſanguis multis aquæ aſperſionibus, excuſſo ſemiconcreto ſero, conſpicuum rete illud efformante, canaliculos fibroſa albaque ſanguinis portione excavatos exhibet, quod in minimis ſuperius expoſitis fibroſis implicationibus non accidit, etiamſi longo tempore abluantur, cum novi plexus majorq; perpetuo ſubſequantur albedo.

Tunicarum Polypum efformantium color &c.] Ut dictorum veritas eluceſcat, & proximius rem ipſam attingamus, Polypum in ſiniſtro cordis ventriculo concretum, qui rubra ut plurimum habet ſtigmata, vel ſubnigro pollet colore, multa aqua ablue, emergentibus enim exiguis ſpatiolis, ſpeciem ſanguinis omnimodam præ ſe fert, interdum etiam exiguus cordis Polypus, ampliore ſui parte cruſtam ſanguinis albam æmulatur, reliquiſque excreſcentiis impenſe rubet; aliquando exteriores Polypi portiones albeſcunt, veluti extenſa membrana, reliquum vero ita rubet, ut videatur ſanguinis portio, quæ circum ambiente ventriculo vel vaſis, veluti cyatho detenta concreverit, ita ut dubitari etiam poſſit nonnunquam Polypum à portione totius ſanguineæ maſſæ ſuſcitari: ex continuo tamen pertranſeuntis ſanguinis impetu, veluti affuſa aqua, relictis obſtantibus albis fibris, rubras particulas rapi: In horum dilucidationem alia licebit in utriſque ſimilia experiri: Sanguineæ igitur fibræ aqua dilutæ, vel dum ſanguis exit è vena, in calente aqua receptæ, dum elixantur, gracileſcunt, & ſi ſuperaſſentur, in tenuem evadunt membranam, quod ad amuſſim in Polypo accidit: hæc item omnia oleo ſulphuris affuſo colorem rubiginoſum acquirunt.

In aorta prope cor] Concreſcunt Polypi, & in

ampliorem

amplioτem etiam molem extuberant, ut plurimũ facilius in dextro cordis ventriculo, ac in ſiniſtro cæteriſq; venoſis pulmonum & capitis vaſculis, ubi non raro producuntur, fortaſſe quia tedux ſanguinis maſſa halituoſis & tenuibus, quales ſunt præcipue ſulphureæ illæ rubicundæ particulæ, ex perenni partium nutritione & tranſpiratione jam depauperatur; & dum chylo; aliiſque à natura ſanguinis adhuc alienis noviſſime confunditur, filamentoſæ albæ ejus particulæ à diſſimilium contiguitate præcipitatæ, in amplis dextri ventriculi vel auriculæ ſinubus, qui proximi occurruot, ex ipſorum ſcabritie ex rimulis irretiuntur, uode præterfluentibus ſimilibus aſſociatæ, in ulteriorem molem exteodi poſſuot, ut contingit in calculorum generatione in pelvi, vel in tartarorum in aquæ ductibus concretione; ex affluente enim aqua alioquin clara, tartareæ quædam particulæ tubulorum aſperitate, vel ſuperficierum ſimili & mutuo contactu detentæ, cognatas præterlabentes ita detinent, ut oovus circum ductus tubus extendatur: unde nil mirum ſi Pulmones & caput etiam pervadere poſſint excitati Polypi; Sunt enim veluti oovum circumductum vas, quod ideo excavatur, quia ex ſanguinis motu æquali conſervatur patulus, ut in aquæ ductibus accidit, & in *bilario ipſo poro* non raro obſervavi, cujus interioribus celluloſis lateribus tartarea affunditur cruſta, quæ in fiſtulam degenerat, aditumque pertranſeunti bili permittit, & ſicuti in lapidis bezahar, & conſimilium concretione accidit, ut ex multis ſuperpoſitis veluti laminis, tractu temporis coagmeotatio ſubſequatur, ita Polyporum generationem contingere probabile eſt: nam extenſis multiplicibus conſtare videntur pelliculis, inter quas ichor, & alia ſanguinis portio quandoque mediat, & ex mutoo fibrarum contactu, & excurrentis ſanguinis preſſione, & ictu, ita ad invicem approximantur, ut in ſolidum corpus compingantur.

Membranoſis tunicis ad invicem ſuperpoſitis] Ex allata hiſtoria patere poteſt Polypi productio ex ſuperpoſitis membranis, quarũ interſtitia, ſi ſanguis ſuo motu patula reddat, ſejunctæ, foliorum inſtar permanent; Si autem unico canali per medium aperto recta pertranſeat ſanguis, vel exteriora Polypi ſuo impetu urgeat, concreſcit veluti lapis: Scio quorundam placitum eſſe per Polypi tunicas interdum ſanguinea propagari vaſa, quod licet huc uſque mihi videre non contigerit, adhuc tamen impoſſibile non cenſeo, nam ex ſeſe inſinuantibus ſanguineis particulis, dum hinc inde fibrarum concretione coercentur, tubuli efformari poſſunt, ut in colliquamento, cæteriſq; carneis excreſcentiis accidit: In aorta, exterius tamen, adeſt vena conſpicua quæ ipſius tunicas minimis ramulis penetrat, quæ in bove prope cor præcipue patet: Exaxacata inſuper obſervatione, (ni dicere velimus plantam in nobis interdum oriri & vegetare, ut quibuſdam accidit animalibus, non deficientibus in ſanguine plurium rerum conſopitis ſeminibus) ſatius credendum albas illas fibras, à communi trunco ortas, fuiſſe prima Polypi ſtamina, cum Polyporum caudæ, quas obſervare potui, ſciſſæ referant oervearum fibrarum faſciculum, his enim ab invicem ſejunctis, quia pertranſeuntis ſanguinis fibroſæ particulæ agglomerari & hærere poſſunt, ideo foliis ſimillimæ extenduntur tunicæ, quæ ex pertranſeunte ſanguine, & circumſtante arteriæ aortæ continente tunica, talem configurationem & adaptationem ſortitæ ſunt: Nec levia hæc mirabitur, qui in aſſidua animalium ſectione, naturæ induſtriam in morboſis *Tumoribus*, æque ac in partium ducendis ſtaminibus deprehendit, cum fere eadem incedat methodo: Ita memini ferream acum, extra gallinæ carnoſum ventriculum erumpentem, bino membranoſo, hocque valido involucro, inducta etiam pinguedine, munitam vidiſſe: & dubitare inſuper poſſumus ſola materiæ neceſſitate & motu hæc omnia contingere, nullo in animalis uſum dirigente motore: Ita in quibuſdam tumoribus, in pulmonibus, hepate & alibi excitatis, circumvolutiones, ſeu multiplices veſicæ, quarum amplior minorem continet, & ita ſucceſſive coagmentantur, conſimilium tumorum conglobatio ad polypoſam naturam reduci poteſt, cum eadem probabiliter materia, & productionis ratio in utriſque conſimilis ſit, nam ex filamentorum implicatione, ex conſueta naturæ lege, multiplices tunicæ efformari poſſunt, inter quas ſi mediet non concreſcibilis, ſed aquoſus ichor, qualis in hujuſmodi tumoribus abundat, ſolutæ undequaque tunicæ permanere valent: Probabile enim eſt erumpentem extra meatus, & vaſcula propria ſanguineam portionem, quia illico non eadem celeritate per novam viam motum proſequitur, ſtagnare, & una cum ſubſequentibus novis particulis aliqualiter fixari; & ex impetu & obſtantium partium preſſione conglobari; interim tamen tenuiores & ſpirituoſiores viam ſibi facientes ulterius progrediuntur, albæque remanent fibroſæ particulæ, excurrentibus rubris aliiſque minus implicatiooi ſubjectis: & quoniam meatus iſte de novo patulus ſanguinem in venarum ſurculos non tanta felicitate exonerat, ut irruentem ſanguinem ex circulati motu admittat, ideo nova fit congeſtio circa primum globulum, in qua fibræ pari ratione ex quiete implicitæ tunicam efformant, & quo magis intime ſibi uniuntur, ſerum exprimitur, ejuſque portio verſus interiora proſilit, & ita ſubſequente ſanguinis affluxu novę iterum circumvolutiones fiunt, detentis albis fibrulis à conſimilibus jam in tunicis contextis: Hoc totum firmari poteſt ſanguinis excreti & condenſati indagine, etenim tota moles illa referre videtur reticularium tunicarum conglobationem, inſtar cæpe ſeſe invicem continentium, quę eo magis coarctatis reticularibus illis ſpatiis, rubris atomis, ſeroſaq; ſanguinis portione refertis, ſolidior redditur textura, ichor autem extra exprimitur, & ita temporis tractu conglobara fibroſi ſanguinis moles durior & compactior redditur, cum membranarum inſtar denſa ſubſequatur implicatio.

Polyporum generatio quibuſdam in morbis contingit] In tentatis enim lue Venerea frequenter ſuborros Polypos cadaverum ſectionibus edoctus teſtatur *Severinus*: Eoſdem inſignes in præcordiis eorum quos improviſus concuſſit Timor; In Apoplexia pariter in vaſis tum majoribus tum minoribus per cerebri meninges: In cardiaca Syncope, cujus ſymptomata apoplexiæ ſimilia ſunt: Pleuriticorum cadavera, non in præcordiis tantum, ſed in hepate & venoſo genere hujuſmodi copioſe continent, quod & Tabidis & quibuſdam Aſthmaticis familiare eſt: Sileo febres, peſtem, alioſque ſæviſſimos morbos ex aëris & ſoli miaſmate ortos, in quibus Polypi concreſcunt; ut hujuſmodi defunctorum cadavera teſtantur.

Polyporum generatio] Ex his & ſimilibus conjectari forte licet, Polypos excitari quotieſcunq; ſanguinis maſſa non in totum debito gaudet fluore & compage, ſed præcipitatis quibuſdam albis ſcil. particulis, quæ præ cæteris fortaſſe graviores ſunt, vel ſaltem conglobatione & aggregatione tales reddi poſſunt, contexturæ quædam ſubſequuntur, quæ continentium partium, & reliqui ſanguinis viribus, figuram & molem ſortiuntur, quas Polypos appel-

placuit: etenim probabile eſt inſignes haſce fibras ſenſibus obvias minimis capillamentis excitari, ut paſſim in diverſarum rerum, & præcipue ſalium concretione obſervamus, quorum minoribus & minimis moleculis eadem omnino ineſt figura, ut microſcopii uſu deprehenditur, quæ in conſpicua mole ipſarum, aggregatione excitata nudis oculis attingatur. Vide plura l. c.

§. 24. Illuſtriſſ. Princeps Fridericus Tertius, Elector Palatinus ad Rhenum, quamvis obeſo admodum corpore, vergenteque eſſet ætate, puta ſexagenario major, rariſſime tamen ægrotabat, prætetquam bis aut ter in anno ex *Catarrho tenui ad pectus fluente, & orthopnœam cum ſuffocationis periculo*, ad breve tempus generante, quod poſt pauculos dies ceſſabat: Nonnunquam & cordis palpitatione vexabatur, rarius tamen, & quam contemnebat, utpote vetus vitium nec adeo moleſtum: Tandem 5. Octobris 1576. à venatione reverſus domum, aſthmate ſuo corripiebatur, & hæmorrhoidum fluxu, ichore quodam inſtar loturæ carnis recens mactatæ ſuccedente: 8°. ejuſdem, *utrumque crus ab œdemate invadebatur*, tenſo & ſubduro, quod ad femora aſcendebat: accedebat, & Tumor planus aſſeris inſtar, durus in imo ventre, inter umbilicum & pubem, cum pulſu inæquali, inordinato & intermittente, tumeſcebat ſenſim totum abdomen: 12. die, ex male feriatorum quorundam conſilio, acidulam Birkfeldianam, ut hydropem pelleret, Princeps ſenex, autumno jam adulto, tempeſtate frigida, morboque rigido gravatus, aquæ frigidæ minime aſſuetus, ſed vinis generoſiſſimis, moderate tamen ſemper, nunquam ad ebrietatem utens: acidulam, inquam, & quidem in otio, domi quietus, modiceque tantum (cum largiſſime illam adjunctoque exercitio, quo citius in venas & per corpus diſtribuatur, perque urinas & ſudores evacuetur, ingurgitari moris & neceſſe ſit) bibere occœpit, & ad 20. uſque menſis diem continuabat: Quam cum nec ſudores, nec urinas, nèc alvum ciere videret, puta propter doſim nimis modicam, & quidem in otio cubiculari, idcirco à 20. per dies aliquot, affatim largiterque illam hauriebat, perſuaſus ab illis aquæ potoribus hac via rem felicius ſucceſſuram, adeoque eryſipelati profuturam, quod cruri dextro 20. menſis acciderat ac exulcerari cœperat, verum longe aliter accidit: Nam 24. die ab hora 2. pomeridiana ad 5. veſpertinam, Principem frigus horridum occupabat, calore febrili ſubſequente, qui in ſudorem noctu ſolvebatur, cum ſumma virium proſttatione: cùm qua febri poſtridie pedis crurisque Eryſipelas vehementer accrevit in noctem, totoque 25. die Sopore detinebatur: 26. Continuabat in Electore *Sopor & ſomnolentia*, ut eodem illo veſperi, paulò ante 4. horam, ex hac vita placidiſſime, dormienti ſimilis, ſed tamen ad interrogata annuens, decederet, anno ætatis 62. Notandum quod per totum hunc annum, dum filius ejus Dux Joh. Caſimirus in Gallia belligeraretur, per varios de rebus Gallicis rumores; Paternus animus infinitis curis; moleſtiis & anxietatibus excruciatus fuerit.

Poſtridie obitus, diſſecto ad exenterationem cadavere, abdominis cavitas aqua plena; Inteſtina flatu turgida apparent: Interior ventriculi tunica, circa ſtomachum, verſus dorſum ſubnigricans. Hepar, Lien, Renes, nihil mali habebant: In thorace, omnes Pulmonum lobi, intus atque extra, nigricabant, Sanguine quoque nigro turgebant, ſubſtantia viſceris æquabili, dextro tamen lobo pleuræ adnato: Cor in utroque ſuo ſinu, ſubſtantiam quandam continebat, oblongam, teretem, mollem, ex albo flaveſcentem, lentam, medullæ oſſium calefactæ perſimilem, ſed appendicibus aliquot præditam: in dextro quidem longam digitos ſeptem, in ſiniſtro tamen ſinu minorem multo, craſſitie digitali: Subſtantiam hanc talibus locis contentam, veroſimile eſt inæqualium, inordinatorum, intermittentium pulſuum, fortaſſis etiam palpitationis cordis, qua ſæpe laborabat, ſicut in mercatore illo de quo alibi dictum, cauſam fuiſſe: Urinæ per totum morbi decurſum croceſcebant, craſſiuſculæ quoque, attamen perſpicuæ erant: Admiratione dignum eſt vultum exanimati hujus corporis, quod inſepultum totos dies 16. ſervabatur; non flaccidum, non pallidum aut luridum, quales mortuorum facies eſſe ſolent, ſed plenum atque roſeum fuiſſe & permanſiſſe, qualis decumbenti & morienti fuerat. *Smetius miſcell. lib. 10. p. 576.*

SCHOLIA.

C*atarrho tenui ad pectus fluente & orthopnœam cum ſuffocationis periculo &c.*] Catarrhi hujus generatio referri poteſt ad ſubſtantiam illam concretam in ſinubus cordis repertam, ſi fides habenda *Segero* apud *Thomam Bartholinum* centur. 2. Epiſt. 86. Ille refert D. *Kirſtenium* plures obſervaſſe Polypos cordis, à quibus catarrhos ſuffocativos ideo oriri imprimis judicaſſe, quia omnes illi, in quibus polypos hos obſervavit, catarrho hocce extincti ſint: Credidit ſcil. ejuſmodi concreſcentias inhibere ac plane ſiſtere fluxum purpuræ alimentalis.

Utrumque crus ab Oedemate invadebatur] Læſa *αἱμαλωπίαι* à cordis vitio, cui primarias eo in opere tribuunt, potius quam Hepati, quod ſalvum fuit, ut & Renes & Lien:

Sopor & Somnolentia] De Apoplexia ſuccedente uſui acidularum vide lib. 1. ſect. 2. obſ. 48. Et de Sopore poſt thermarum uſum ſect. 3. §. 13.

OBSERV.

Observatio IV.

Hydrops Aſcites vitio Iecoris aridi exortus. 1. 6. *Obſtructi & nigricantis.* 2. *Maximi & duri.* 3. *Indurati, calloſi, tuberculis obſiti.* 4. *Indurati & lapillis referti.* 5. *Scirrhoſi, bilè infecti.* 7, *Scirrhoſi, lapillis referti, Glandularum meſenterii induratarum &c.* 8. *Enormis in magnitudine, ſcirrhoſi, cui duo ſaxei tumores appenſi, cum lapide in utero* 9. *Exſucci, retorridi, fæculenta amurca pleni.* 10. *Pituita obſtructi, cum hydatidibus in ſubſtantia.* 11. *Pallidi, undique abdomini annexi.* 12. *Scirrhoſi, magni, pallidi* 13. *Flaveſcentis, cum inſolita meatuum felleorum conſtitutione.* 4. *Tuberoſi, ſcirrhoſi, cum peritonæi & omenti putredine & hydrope pectoris.* 15. *Cancroſi & tumore affecti.* 16. *Abſceſſu affecti.* 17. *Ab inſigni ejus tumore cum abſceſſu in muſculis abdominis.* 18. *Vitio jecoris exuſti cum anaſarca.* 19. *Exuſti, ſcirrhoſi.* 20. *Duri ſubpallidi, interius granuloſi.* 11. *Magni ex parte corrupti.* 22. *Scirrhoſi, tuberoſi.* 23. *Lapidibus obſtructi.* 24 25. *Corrupti, arenoſi, cum inteſtinorum dilatatione.* 26. *Flaccidi.* 27. *Scirrhoſi.* 28. *Arenis referti.* 29. *Vermis in hepate & in poro choledocho, bilis aquea in cyſti* 30. *Indurati & vitiati, cum Rene unico.* 31. *Corrupti, cum adnata Vtero verruca.* 32. *Ingentis ponderis poſt ſuppreſſionem menſium.* 33.

§. 1. MAgiſter Philibertus Michaud Catapultarius, annos natus 35. circa finem Julii anni 1641. dum Calibone rediret ſiti inexplebili, itinere longo & æſtu magno fatigatus, lacum inveniens totum corpus demerſit in ipſo, hauſto Germanico & ſitim, & aſtum, & itineris moleſtias per aliquod tempus tantum ſedavit; ab hauſta aquæ ſtagnantis immoderato iterum Siti primaria preſſus, hoſpitio receptus meri libras tres iterum hauſit, & paulò poſt viam pergens in altero hoſpitio totidem meri ſumpſit: Domum reverſus febre corripitur eaque continua, Siti primaria comitata: Dolor lateris ſiniſtri ſub mamma urget, triduum perſeverans: Cubiti ſiniſtri vena baſilica tunditur ad ℥viij; à celebrata phlebotomiæ Tumor totius ventris & inflatio apparuit: febris in pulſu non agnoſcebatur, urinæ toto morbi decurſu rubræ & igneæ apparuerunt; Tunc temporis tantum accitus ad ægrum ut rebus conſulerem, & ipſi medicinam facerem, utrumque hypochondrium durum & tenſum deprehendi, ſed dextrum potiſſimum: per octiduum remedia ſumenda morbo contraria alternis tantum diebus, bene ſe habuit, ita ut ipſi vale non ultimum dixerim: nam genio indulgens & mero, iterum in hydropem incidit, eumque Aſcitem, pro quo curando vocatus fuit nebulo quidam Pharmacopæus imperitus & ignarus; nomine Royés, qui ſermonibus fumivendulis priſtinam ſanitatem promiſit: Imaginatus ſpecificum remedium, ægrum torſit ſudorificis, exiſtimans à ſilice ſudorem prolicere, hecticus enim erat, umbilico tenus: Iterum accitus ut ægri malis rebus conſulerem, & errores graviſſimos nebulonis corrigerem, deploratum hominem inveni, Venter enim in immenſum creverat; ſcrotum aqua plenum, crura & tibiæ tumore œdematoſo tentabantur, ſitis non exigua, lingua nigricans & aſpera cernebatur, utrumque viſcus palpari non poterat: appetitus eduliorum omnium pravus, meri tantum avidus: His autem ita examinatis, & in conſilium vocatis duobus aliis Medicis, & Chirurgo familiari, Jacobo Pilerino, artis perito; denuntiato ægro, uxori & amicis prognoſtico, anceps & extremum propoſitum fuit remedium, Paracenteſis ſcilicet, quàm quidem in umbilico faciendam cenſui, propter vitiatum utrumque viſcus: quæ quidem me præſente & præſidente citio, tuto & jucunde facta eſt, circa 9. matutinam: primo quoque impetu hauſimus aquas ad uncias 25. quæ non limpidæ erant, ſed naturam aquæ primo hauſtæ ſtagnantis redolebant: Nonnihil levaminis æger perſenſit: Iterum ſub veſperam tantundem aquæ hauſimus, ejuſdem furfuris & farinæ, & ſic ad ſeptimum uſque bis in die aquas evacuavimus: Venter ſenſim detumeſcebat, noctes non erant juges nec inſomnes, ſpes ſalutis non exigua affulgebat: Tibiarum, crurum & ſcroti tumor & aquæ evanuerunt; nox ad ſeptimum gravis: circa finem ſeptimi, interiit: Supputatione facta intra ſex dies, bis ſcil. in die, hauſimus 168. uncias aquæ, naturam primæ hauſtæ redolentis:

Aperto cadavere venter medius ſatis laudabilis, tum in temperie, tum in ſitu, tum in conformatione apparuit: Hepar in imo ventre ita induratum erat, ut ligni naturam imitaretur: In Liene nonnihil immutatum apparebat: Syderatio omnia occupabat inteſtina: nihil novi in renibus: In capacitate ventris inferioris tantum aquæ repertum eſt quantum xvlij. cyathi mediocres continerent: Hoc notatu dignum, vij. ab

 operatione

operatione die, 7. Lunæ die, 7. menſis die interiit, ætatis 35. Matiſconi degebat: *Obſervatio D. Pollet Medici Matiſconenſis.*

SCHOLIA.

HEpar ita induratum &c.] *Pecquetus* qui plane nullas hepati, (alienus à *Galeno*) in ſanguificationis opere conceſſit partes, quia venas lacteas invenit nullas ad Hepar vergentes, ab hujus vitiis hydropis cauſas deducere non poteſt: Illuſtris *Th. Bartholinus*, qui venas lacteas in ipſum hepar inſeri obſervavit, in ſanguificationis opere operas inter ſe partiri cor & hepar cenſet:

Ardua *inquit, cap.* 15. *de Lacteis Thoracicis*, reſtat controverſia, An omnis chylus per novos ductus thoracicos ad cor tendat: Ita quidem credit *Pecquetus* & alii, quia venas lacteas invenerunt nullas ad Hepar vergentes, adeoque decepros hactenus omnes qui hepati cum *Galeno* ſanguificationis opus conceſſerunt, quum *Ariſtoteles* potius verus ſit, Cor ſolum ſanguificare: Sed illi cum aliis Anatomicis & nobis ipſis ſunt conciliandi, ſi fieri ullo modo poteſt, nec Hepati, tot ſæculis opere ſanguificationis glorioſe defuncto, plane eamus exequias, meo judicio inventa nova ambabus ulnis ſunt excipienda, ſed quantum veritas & natura permiſerit, antiqua placita ſine prægnanti ratione, nunquam ſunt damnanda:

Si aliquid placata conjectura aſſequor, exiſtimo operas inter ſe partiri Hepar & Cor, ut vel promiſcuos humores alimentarios admittat uterque, vel diviſo munere, hnc tenuem, illud craſſum: Quicquid veritati naturæque magis videbitur conſonum quivis eligat, quia certum eſt ſolas thoracicas pares non eſſe omni chylo vehendo, mihi ſuſpiciones non leves videntur perſuadere hepar chyli partem, quæ tardius in ventriculo concoquitur, & diuturniori coctione ad ſanguinem indiget, ad ſe vel attrahere vel admittere pulſam: Cor vero per Pecquetianas venas ſubtiliorem & tenuiorem chylum, ante totius in ventriculo perfectionem ſorbere, ut cita mutatione ad ſui corporiſque reſtaurationem transformet: Sunt tamen quæ teſtentur ab utroque viſcere & tenuem chylum & craſſiorem, ſive ſimul ſive ſucceſſive & per vices, ſive ſponte ſua, ſive urgente neceſſitate abſorberi: Primo videmus ex hac claſſe Hepar non eſſe excludendum, quia

1. Venas lacteas meſenterii per pancreas, ſeu glandulam majorem, per portæ latera in ipſum hepar inſeri αὐτοψίᾳ plurimi obſervarunt, quibus minus deneganda fides quam *Pecqueto*: *Fallopius* obſerv. 3. de venis, quanquam lactearum venarum notitiam ſæculi vitio non habuerit, invenit tamen in ſima hepatis parte meatus quoſdam minimos, qui deſinunt & terminantur in Pancreas, & in glandulas illi proximas, qui ſuccum quendam oleaginoſum, album deferunt: *Aſellius*, primus lactearum detector, inſertionem poſtea earundem invenit in hepar: Poſt eum omnes qui ſectionibus operam ſuam accommodarunt, idem obſervarunt, *Ioh. Walæus, Ioh. van Horne, Highmorus, Wormius, Sperlingius, S. Pauli, Fuirenſius*: Nemo autem hactenus inſertionem in homine invenit, quanquam de illa dubitarit nemo: Nos tamen demonſtravimus candicantes fibrillas ſimili ſucco ichoroſo, cum porta hepatis concavum repetentes: quæ fibrillæ membranarum eſſe nequeunt, quia 1. cavæ ſunt. 2. humorem profundunt. 3. candidiori colore ſe quam fibræ membranarum manifeſtius produnt.

2. Hepate affecto in Hydrope, ſcirrho, aliiſque morbis, læditur ſanguificatio: Ergo aliquid chyli in ſano ſtatu aſſumet concoquendi: Quanquam hydropes increſcant non raro illæſo hepate, tamen ſæpiſſime hepar affectum in diſſectis apparuit, & externus dextri hypochondrii tumor teſtatur, (Teſtatur & exemplum ſupra allatum, & alia huc adducenda) Et recte *C. Piſo* monet in demortuorum hydropicorum diſſectionibus, tumorem aliquem viſceris alterutrius, fere unam eſſe Aſcitis parentem: In hujuſmodi vero hydrope ſuperſtitem vitam & ſanguinis munia ſupplet cor, ſed quia ſolum nequit hepatis auxilio deſtitutum, perit homo: Nec valet *Pecqueti* tranſcolatorium hepatis munus ſolum, quia ſuccederet illud in morbis calidis, qui generantur ex ſanguine calido, non ſegregata bile, haudquaquam in frigidis morbis, quales ut plurimum ſunt aquæ inter cutem, ſcirrhi &c.

3. Impedita hepatis ſanguificatione, ſine chyli aliqualis commeatu, quia univerſus chylus ad thoracem per novos ductus irruit, ſuffocatio ſæpe oritur & orthopnœa: Et ſæpe quia omnis chylo præcluditur ad thoracicas via, ſuperfluum revomunt: ſic apud *Ballonium* l. 1. conſ. 43. D. Vigneron de ſtomacho querebatur, ſentiebatque pondus quoddam, & vomebat ſæpe, cui hepar ſuperiore parte adhærebat diaphragmati, & id putre erat.

4. Hepar ſanum ſanguinem conficere debet, ubi Cor patitur, & venæ thoracicæ nihil deferunt chyli, ſive vitio viarum obſtructarum aut compreſſarum, ſive vitio recipientis cordis, ſive deniq; moventium pulmonum, diaphragmatis, muſculorum aliarumq; partium: Ita in homine vidimus, & canibus plurimis, hepar ſine omni noxa, at pulmones vitiatos, unde quidem in abdomine lactearum uberrimus proventus, ſed flaccidæ thoracicæ ſine manifeſto ſucco lacteo. Hic igitur cordis vices ſupplevit hepar, quemadmodum ſæpe cor hepati fert ſuppetias male affecto, ſed niſi utrumque viſcus ſanum ſit, nunquam perfecta fit nutritio: Vidi hydropicas virgineſque, duro & tumido hypochondrio dextro, laudabilem tamen menſtrui ſanguinis ſatis copioſi habuiſſe ex arteriis fluxum: Ita omento & meſenterio abſumpto miles apud *Bontium* obſerv. Ind. 7. per annum integrum vixit, in quo certe per hepar nulla chyli diſtributio, forſan per receptaculum, vel lacteas thoracicas œſophago & cavæ inſertas.

5. Proportio eſſe debet vaſorum lacteorum ad vaſa chylum recipientia, ſive hepar ſive cor, At nulla eſt ductuum lacteorum Pancreatis & Thoracicorum ad cor vel hepar proportio, ſi vel ſoli hi, vel illi chylum deferunt: Lactei meatus in thorace ſic ſatis ſunt exiles, & foraminula ad axillares quoque nimis exigua quam pro copia chyli tranſvehendi, & lactearum in abdomine: Pari pacto minores ſunt lacteæ communes meſentericæ, quæ ex pancreate ad hepar ſerpunt, quam fuit in meſenterio toto: Igitur nec hac nec illac omnis chylus poteſt amandari, ſed partim hac partim illac; pars enim chyli ad cor per Receptaculum *Pecqueti*, & lacteos thoracicos labitur: pars ad hepar, vel immediate per lacteas *Aſellii* ex Pancreate, vel mediate per portam, cavam, emulgentes.

6. Receptaculum in brutis unicum plerumque eſt & parvum, quum glandulæ & lacteæ ſint copioſiſſimæ: In homine glandulæ lacteæ novæ mole exiles & cavitate vix conſpicuæ.

7. Naturæ id familiare, & corporis noſtri œconomiæ minime adverſum, ejuſdem generis humidi-

tates

utes per diverſas vias derivare: Ita tenuiorem ſanguinem pet ſeptum cordis ad ſiniſtrum ex dextro ventriculo tranſcolat, craſſiorem & copioſiorem per pulmones circulat:

8. Ariſtoteles ipſe, cordi addictiſſimus. 3. de part. animal. cap. 12. fatetur hepar poſt cor omnium viſcerum eſſe *αἱματικώτατον*.

§. 2. Secui cadavet hominis qui diuturno morbo laboraverat; Is autem & hydropicus poſtremo effectus erat: Reſecto autem ventre, cum tranſiiſſemus muſculos abdominis, invenimus aquam illam citrinam vocatam, *intra peritonaum & inteſtina:* Mox inde reſpeximus ad Hepar, tanquam in eo cauſam morbi manifeſtam viſuri: Id reperimus *grande, colore nigricante*, & fere tali, qualem iu Splene alias conſpeximus &c. *Vide ſequelam tit. de Ictero, Iac. Camenicenus in Epiſtolis Matthioli.*

S C H O L I A.

I*Ntra peritonaum & inteſtina &c.*] Colligi ut plurimum in Aſcite hydropicorum aquam inter peritonæum & inteſtina, ut *Galenus* fatetur, cum libro *Medicus* inſcripto, tum 5°. de loc. aff. mirum non eſt, ſed magis mirum quod quidam hac de re dubitaverint; nam cùm id manifeſtè aſſerat *Galenus*, ac etiam *Avicenna*, cur dubitare debuerint ſane non video, ſed eorum jam ceſſabit dubitatio ubi abs te audient ſub peritonæo aquam eſſe repertam:

Hepar grande, colore nigricante &c.] De Jecoris magnitudine & nigredine nihil mirandum eſt: Intumeſcit enim hoc viſcus ab obſtructionibus accedentibus: quippe obſtruens humor, tenuiora viſceris vaſa primùm implet & infarcit, auctus deinde in omnem ejus ſubſtantiam ſe diffundit, & eam poſthac perinde ac vaſa obſtruit: Quod ſi rurſum adhuc plenior multò cumuletur, in amplam molem jecur totum diſtendit & tumidum admodum reddit: Tumori ſi poſtea nigredo accedat, nil etiam mirum videri debet, cùm ex infarctu craſſeſcat ſanguis, & viſceris facultates omnes robur amittant: reddita enim imbecilli expultrice facultate, atra illa ſanguinis excrementa, quæ ad lienem tranſmitti poſtulabant, in ipſo hærent jecinore, & ejus non ſolum permutant colorem, ſed etiam ſubſtantiam: *Matthiolus Epiſtola reſponſ.*

§. 3. Helluo qui quotidie inter potationes & comeſſationes vitam degebat, hydropicus periit, mirandum dictu, Hepar in tantam molem excreverat ut univerſam fere diaphragmatis cavitatem repleret, tam in dextra quam ſiniſtra parte, totus durus & in magnitudine monſtroſus. *Dom. Panarolus Pentec. 4. obſerv. 24.*

§. 4. Aperui corpus cujuſdam Nob. Galli hydrope mortui, in quo omnia præter Hepar ſana erant, quod induratum admodum & quaſi calloſum, plurimisque tuberculis, ceu glandulis undiquaque refertum erat: Lien quidem ſanus, triplo tamen major quam alias eſſe ſolet. *I. R. Saltzmannus obſervat. Anatom. pag. 37.*

§. 5. In veſica fellis ſubinde lapides reperiri contingit: verum laxiorem reddi membranam Jecoris, atque in ea calculos dependere ex rariſſimis eſt: Jecur autem, vel unam ejus partem indurari frequentius accidit; Memini ego nonnullorum, qui ab Ictero in Aſcitem delapſi erant, Jecinora vidiſſe adeo dura, & lapillis undequaque plena, ut novacula præſcindi non potuerit. *Dodonæus Annot. ad cap. 3. Benivenii de Abditis.*

S C H O L I A.

A*B Ictero in Aſciten &c.*] Totum Hepatis viſcus, quod glandulofis acinis excitatur, ad hoc unum eſt fabrefactum ut bilem ſeparet, eamque in inteſtina medio biliario poro eliminet, Et licet aliqualis ejus portio in veſicam derivetur, ipſius tamen ſemita eſt ab hac in inteſtina: Bilis autem uſus tantus eſt, ut ejus abſentia ex Jecoris tumore, vel contumaci obſtructione, ut in ſcirrho, Icteritia accidit, prima vitietur coctio in cavitate inteſtinorum peracta, indeque totius corporis œconomia labefactatur, & tandem interitus ſubſequitur: Succedit inter alios morbos ut plurimum Aſcites, quem antecedere ſolet Icteritia; ut firmat famoſa illa Dodonæi obſervatio, qui jecinora eorum, qui ab Ictero in *Aſcitem* delapſi erant, dura, lapillisque ubique plena, ut novacula præſcindi non poſſent, reperit: Excitatur autem in his plurimum hydrops, eo quia vitiata ſanguinis compoſitione & compage, hepatis glanduloſum corpus eodem tempore tartaro, vel conſimili ſucco primo infarcitur, dum hydrops deinde manifeſtatur, eodem ſanguinis vitio, veluti communi cauſa excitatus: Vel latius dubitare poſſumus aliquando bilis à jecore tranſmiſſione, particulas chyli, quæ mox Aſelliana vaſa ſubituræ ſunt, non defæcari, attenuari, novaque adaptatione variari, ita ut hæc materia, debita amiſſa forma, crudiorem, minus fermentabilem & ad motum vegetum reddat ſanguinem, Et inde etiam cribratam lympham minus efficacem; Quare vitiata particularum ſanguinis figura, probabile eſt ſeroſum ſanguinis laticem novas ſibi vias parare, veteres diſrumpere, & tandem occurſantibus capacitatibus recolligi: ut paſſim ex diverſis, incongruisque immiſſis liquoribus in pulmonum & viſcerum vaſa videmus: Et in hujus confirmationem referre poſſem ſectiones hydropicorum, in quibus recollecta in abdomine, & aliis capacitatibus aqua, eandem omnino cum ſero ſanguinis naturam habet, & igni appoſita, dum penes ſupremam partem concreſcit, ovi naturam redolet, reliqua autem ſalium & aquoſæ ſubſtantiæ proventum exhibet: In his etiam ut plurimum hepar ſcirtho vel contumaci obſtructione inſigniter laborat: Unde ex his omnibus ſuſpicari poſſumus, bile à jecore tranſmiſſa in naturæ ſtatu, non tantum præcipitari inopportunas particulas, ſed motu novas excitari, recenti ſolutione, adaptatione, cum ſit plurium obſervatio diverſos ſucceſſive gigni in chylo ſapores: Probabile enim eſt triturato jam cibo, ab hepatis glandulis, & inſuper à pancreatis diſſimiles affundi ſuccos, non diverſa inquam ratione ac in ciborum conditura accidit, cùm ex

 acidis

acidis, dulcibus ſalſiſque ammixtis ſubſtantiæ modus novusque ſapor emergat: *Marcellus Malpighius de Structura viſcerum, cap. ultim. Tract. de Hepate.*

§. 6. Vir Nobiliſs. per triennium circiter Ictero laborans, quotidianis alvi ſuppreſſionibus, bile ſtimulante per habitum corporis diſperſa, vexatus, ætatis ann. 26. medicam implorat opem: Quibusdam remediis per menſtruum ſpatium uſurpatis, affectus Ictericus antiquum obtinebat, qua de cauſa naturæ negotium aliquandiu fuit commiſſum, donec autumnali tempore ſuſpicionem haberet de malignitate quadam in exteris regionibus, tempore peregrinationis contracta, quam ſuſpicionem augebant tubercula, verrucarum inſtar, in genubus, in extremitate ulnarum, & circa regionem oſſis ſacri in dorſo copioſe germinantia; quorum color ex albo flaveſcens, ſuperficies lævis & conſiſtentia dura percipiebatur: Cum autem ob induratum Jecur, quod tactus confirmabat, non tantum tenuis, (quam veſica bilaria ſeparat,) ſed etiam craſſa bilis, quæ alias immediate per porum bilarium ad inteſtinum duodenum ablegatur, in ſanguine remaneret, idque tanto temporis ſpatio, protinus ſtatui tuberculorum iſtorum materiam eſſe bilem craſſiorem, cum ſanguine tenaciori, quem partes tendinoſæ pro nutrimento trahant, conjunctam; Hinc de ligni decocto cogitare cœpimus, utpote cujus beneficio meſenterii & Jecoris contumaces obſtructiones, incidendo, attenuando detergendo, & evacuando, procedente tempore corrigantur, non ſine viſcerum corroboratione, quam adſtringens, amica qualitas, in cortice plurimum abundans, præſtat: Uſu decocti, remittentibus hypochondriorum doloribus, color Ictericus etiam eo uſque diſcuſſus fuit, ut extuberantiæ circa genua & alias partes emollirentur, & plurimum minuerentur: ita ut ſpes reſtitutionis affulgeret: Sed circa finem Novembris reſcribit æger de novo colorem Ictericum totum corpus invaſiſſe, qui balnei ſudoriferi uſu magis auctus eſt, invadente ſimul calore p. n. affligente, Protinus ſtatuimus non à reliquiis in habitu corporis remanentibus, ſed ex nova bilis effuſione recidivam vehementem adeſſe, præſertim cum inſuper etiam certiores fieremus ægrum genlo per ſeptimanas aliquot indulſiſſe: quocirca ad intemperiem calidam alterandam nos convertimus: At quanquam uſurpatis remediis calor & ſitis ad martium uſque ſequentem perſeverarent: forte quod ſanguis penitus à bile viciſſim copioſe genita, non pervias ordinarias ſecreta, fervens fieret, unde circa 1. Martii vehemens hæmorrhagia narium patientem prehendit, ſanguine copioſe, maximam partem helioſo, per intervalla non admodum magna uſque in tertium diem profluente: Cum autem partim acrimonia ſanguinis, partim retentricis imbecillitate ſymptoma hoc fieret, hoc emiſi prognoſticum, vel viribus reſolutis ægrum brevi periturum, vel Hydropem ſubſequuturum: Revera parum vel nihil remediis adjuvantibus, Hydrops ſucceſſit, pedetentim ichoribus bilioſis, in cavitate ventris infimi collectis: Malumque radicatum in meſenterio & vicinis partibus antiquum obtinebat, ita ut nec enemata, nec fortia purgantia quicquam educerent, niſi tantum ea quæ circa primas vias per congeſtionem quotidie ex prima concoctione redundabant: hinc non mirum quod diuretica etiam efficacia nihil quicquam efficerent, interclusis ſcil. viis intermediis: Hinc ſemper omnia in pejus vergebant, non tantum abdomine, ſed ipſo quoque ſcroto pedibusque plurimum intumeſcentibus: Scroti tamen apertionem ſuaſimus, etſi reſtitutionem in integrum, ob viſcerum corruptelam, impoſſibilem futuram crederemus: Ea igitur parte inferiore, in dextro latere, per ſcalpellum inſtituta, ſubſequutus eſt fluxus aquæ, inſtar loturæ carnis, ad menſuras duas: hinc flatus ingentes, dolor tenſivus immanis & alia accidentia mox remittebant, ut æger orci faucibus ereptus ſibi videretur: Quanquam vero ventris tumor hydropicus non remitteret, nihilominus vires aliquomodo viciſſim colligebantur; appetitus ad cibum conſtans permanebat, cibos varii generis, laudabiles, illaudabiles, copioſe æger ingerebat, necnon ſerum lactis caprini ad ſatietatem bibebat, & hoc modo laborans per Julium, Auguſtum, Septembrem, Octobrem, Novembrem & maximam partem Decembris vivebat, donec tandem ſub finem anni 1626. ſubito vitam cum morte permutaret:

Ejus aperto abdomine, ſeroſi humoris bilioſi menſuræ Virtembergicæ decem extractæ fuerunt, ubi poſtea Jecur ſcirrhoſum & induratum in conſpectum venit, necnon exſuccum, inſtar ligni putredine conſumpti: Lien verò mollior fuit, cujus beneficio ſanguificationem, loco Jecoris, qualemcunque adhuc per iſtud temporis ſpatium factam fuiſſe reor, adeo ut hæc lienis conſtitutio, non p. n. talis inventa fuerit. Venæ meſaraicæ quaſi glutinoſa materia repletæ, circa quas thrombi ſanguinis concreti, quos ad ulnam unam & dimidiam extrahere licuit. *Greg. Horſtius obſerv. 3. lib. 9.*

SCHOLIA.

Ex dictis dubia quædam oriuntur, 1. Mirum quod purgantia fortiora parum ſæpius operatione ſua præſtiterint? An quod nihil aliud quam primarum viarum contenta tantum adorirentur, viis inter-

intermediis,à coagulata viſcida tartarea materia penitus infarctis. 2. Mirum quod optata operatione, poſt adhibitam ligni curam, ſuccedente, brevi temporis ſpatio recidiva gravior, ex nova bilis effuſione ſubſequuta fuerit? An quod Jecur ſcirrhoſum erat, adeoque Lien ſanguinem multa bile ſcatentem producebat? 3. Mirum quod diuturna & copioſa hæmorrhagia toties recurrens levamen aliquod attulerit? An quia tota maſſa ſanguinea deonerabatur hac ratione copioſiſſimæ bilis copia ſibi permiſtæ? 4. Mirum quomodo materia ſanguinis, meſenterio penitus obſtructo, nec etiam Jecore attrahente pervenerit ad Lienem ſanguificantem? An quod, per vias proximiores, venas ſcil. ſplenicas, fundo ventriculi inſertas tranſſumeretur? 5. Mirum quomodo cordis vires tamdiu conſervatæ fuerint, ipſa ſangoificatione illaudabili exiſtente? An quia chylificatio quoque vaporoſa ſua exhalatione cor recreat, utpote quæ reſpectu ſubjecti laborantis valida ſatis fuerit. 6. Mirum quod ſcroti ſectio minus periculoſa ſit quam abdominis? An quia remotior eſt hæc ſolutio continui à principio vitali: nec etiam immediate ex abdominis cavitate, ſed tranſſudatione quaſi, per muſculorum abdominis carnoſam atq; membranoſam ſubſtantiam ſerum ſuperfluum hic tranſcolatur. 7. Mirum quod generoſa medicamenta toties iterata nihil quicquam præſtiterint? An ea propter quod confirmatus jecoris ſcirrhus, ejuſdemque totalis induratio, cum infarctis omnino meſenterii vaſis poſt mortem deprehenderetur? *Idem.*

§. 7. Anno 1601. apetui Ch. Raphelengium: Aperto abdomine reperimus magnam ſe effundentis ac corruptæ flavæ aquæ copiam: Omentum abſumprum, Jecur ſcirrhoſum ac induratum valde, & cujus parenchyma plane croceum: Veſicula bilis turgida, qua diſſecta, ater ac cœnoſus effluxit craſſus faculentusque ſanguis: Inteſtina, meſenterium, livido ac aduſto colore tincta: Venæ meſaraicæ craſſa obductæ membrana, adeo ut earum nulla conſpici poſſet. *Pavius obſerv.* 28.

§. 8. Mulier gravida, etiam Hydrope laborans, paupercula, tumore ſcirrhoſo Hepatis præcedente, ad me venit conſultandi cauſa, cum diu hoc malo laboraſſet, quare curationem irritam fore judicabam, quamvis ad ſolamen quædam remedia paratu facilia, ſed fruſtra præſcripſerim, quæ tamen, cùm pariendi tempus adeſſet, feliciter peperit prolem, at 14. die à partu obiit, Ventre autem matris poſt partum non detumeſcente, licet à partu utrunq; purgaretur, tamen illam morituram prædiximus, & ita 14 die à partu è vita migravit.

Mortuæ autem corpus incidendum curavimus, eo quod obſtettix certo affirmabat ſecundum adhuc partum ob ventris molem, in utero hærere, cùm ego eandem ex ſcirrho Hepatis, quem hydrops ſubſequutus fuiſſet, mortem incurriſſe pronuntiabam, quod & incifio mox indicaret, Inciſione itaque peracta, præſente obſtetrice, integra cupa, qua mulieres pannum lavant, aquæ citrinæ è ventre fluxit, plus quam 20. heminas effluxiſſe conjectabam: Omentum vero plane erat abſumptum & glandulæ Meſenterii induratæ: Hepar verò non ſolùm in ſcirrhum mutatum, ſed in *lapideam quaſi duritiem* converſum, nam ſparſim in ipſa ſubſtantia hepatis fabæ inſtar lapilli concreverant; Uterus bene ſe habebat, unde divino quodam miraculo, & Dei providentia fœtus in utero ad maturitatem juſto tempore pariendi eſt ſervatus, neque ſecundus inventus fœtus. *P. Forestus obſerv.* 14. *lib.* 19.

SCHOLIA.

L*Apideam quaſi duritiem*] Hinc *Car. Piſo* ſect. 4. lib. de morbis à ſero cap. 3. Quisquis, *ait*, ſerio diſſectioni hydropicorum attenderit fatebitur una mecum ultro Tumorem aliquem viſceris alterutrius ferè unam eſſe, certe frequentiſſimam, aſcitis parentem: Quomodo autem ejuſmodi duri tumores viſcerum hydropem inducant, oſtendit *Platerus* Prax. l. 3. cap. 3. A Tumore, *inquit*, duro, qualis eſt durities horum viſcerum, qua ipſorum ſubſtantia vel tota interdum, vel major illius pars, vel aliqua ſaltem, induratur: vel tumor in ea collectus durus, in cava ſimave Hepatis vel Lienis ſede generatur, ſcirrhus dictus: vel alius durus tumor, qui in abſceſſum abire ſolet, ejuſmodi fiſſuræ in illis, vel aliæ aperturæ, per quas ſerum in abdomen exſtillat, frequenter prodeunt, cùm ex duritie hac tunica horum viſcerum facilè crepet & findatur; & ſi tumor durus in abſceſſum convertatur, indeque in ulcus, viam hac ratione illi patefaciat; Quæ & cauſa eſt, quare durities illa, vel ſcirrhus, vel tumor durus in abſceſſum deſinens, hepatis vel lienis hydropem inducat; cùm ſi citra hanc fiſſuram aut diviſionem apertam, durities illa, aut ſcirrhus, aut tumor ſe offerant, obſtruendo & arctando ſolùm, icterum, vel cachexiam, aut atrophiam potiùs pariant, nec dum hydropem, donec tandem hæc læſio viſcerum inde procedat, tumq; Hydrops priores affectus ſequitur, vel ſi ſtatim hoc fiat, mox comitatur: unde & aliæ horum viſcerum obſtructiones, cùm ſubſtantiam ipſorum extrinſecus minime dividant, hydropis aſcitis, ſi ſolæ ſint, cauſæ minimè fiunt: *Hactenus Platerus*: Expeditior eſt via per vaſa lymphatica, quæ ex Hepate quinque vel ſeptem, ut plurimum, ramulis, in portæ amplexibus exeunt, quibus obſtructis, quando liquor tenuis à partibus non ſeparatur, oritur Anaſarca vel Leucophlegmatia: vel quando impedito ad has tranſitu ad venas ire cogitur, Aſcitidem excitant: Vel cum ob tenuitatem tunicæ, à copia, vel liquoris acrimonia, vel incumbentibus gravioribus rumpuntur corrumpunturque, in cavitates vicinas, ſeu abdomen ſeu thoracem effluit aqua.

§. 9. Matrona Martini Biervvolffi Senatoris uxor, ſemper conqueſta de difficili reſpiratione, abdominis mole, ſuppreſſis uteri purgamentis ante decennium, fit Aſcitica: nil profuerunt medicamenta, moritur. Mortua exenteratur; 15. ſtoffæ aquarum detrahuntur, inventumque Hepar 23. libras pendens, ſcirrhoſum: Præterea duos tumores ſaxeos dependentes à ſuſpenſorio hepatis, alter librabat 16. alter 12. pondo: In utero lapidem

6. librarum

4. librarum multis eminentiis lapideis, coloris fuſci deprehendit diſſector. *Th. Bartholinus cent. 4. hiſtor. 64.*

SCHOLIA.

IN *utero lapidem*] Apud *Hippocr.* lib. 5. Epidem. Lariſſæ, famula Dyſeridis lapidem utero geſtavit, ab alia muliere manu eductum: Mihi quidem hoc non contigit videre, ait *Valleſius* in commentatio, certior tamen factus ſum non multis ante annis idem duabus mulieribus accidiſſe: altera erat virgo monialis; altera vidua: quæ quia venere non utebantur, (ut famula Dyſeridis, quo temporis vehementi circumcirca dolore afficiebatur, à nixu facultatis expultricis ad extrudendum lapidem) habebant antea ſolum dolorem gravativum, ut ex lapide in renibus.

§. 10. In cadavere cujuſdam mulieris invenimus Jecur aridum, atrum, exſuccum, & inſtar corrugati corii ita in ſe contractum, ut vix æquaret geminum pugnum: Quo novacula inciſo, excernebatur inde aduſta ac fæculenta amurca, ſimilior atramento nigerrimo quam rubicundo ſanguini: at loca citima tingebantur flava bile (laboraverat quippe hydrope cum morbo regio) Sed cutis & muſculi, imo omnia abdominis viſcera fuere uſque eo à bilis colore, & aquæ madore immutata, ut nihil ſani in ipſis apparuerit. Quæſivimus quidem in deformi ac torrefacto hoc Jecinore ſatis curioſe rimas illas, quas *Fernelius* credidit nonnunquam apparere in hydropicorum Hepate: Sed quæſitas nequaquam invenimus: licet viſcus hoc tam fuerit ſiccum, ut ſi ullibi, hic ſaltem in conſpectum ſe dediſſent: *Tulpius obſerv. lib. 2. cap. 36.*

SCHOLIA.

SEd quid dicemus de illis qui omnem aquam intercutem imputant infrigidato Jecori, ſive frigus illud ſit poſitivum ſive privativum, ſequens intemperiem calidam, quæ conſumendo neceſſarium calidi innati pabulum efficit jecur frigidum? Quale certe frigoris genus difficulter imaginari eſt in Jocinore ita exuſto, à retorrido calore, ut etiam poſt mortem manſerint in ipſo evenriſſima ardentis incendii veſtigia, ſanguis videlicet ignitus, & ab uſtione ita niger ut nihil diſcreparet ab atramento: poſſent hic certe plures rationes in medium afferri, ſed quid verbis opus eſt ubi tam infallibilia ſenſuum teſtimonia? Qui niſi ſint veri ratio quoque falſa ſit omnis. *Idem ibid.* Etſi vulgata ſit ſententia hydropem oriri ab intemperie Hepatis frigida, non omnes tamen aſſentiuntur: *Trallianus* hydropicos quoſdam à refrigerantibus adjutos eſſe ait lib. 9. cap. 3. *Montanus* conſil. 263. hydropico cuidam ſyr. acetoſum præſcribit & humectanria cum reſerantibus obſtructiones: *Avic.* lib. 3. fer. 14. tr. 4. c. 13. ait Experientia ſibi conſtare curatum eſſe hydropem ab intemperie calida refrigerantibus: *Cardanus* in aph. 12. ſect. 1. hydropem aſciten & tympanitem oriri ſtatuit ex intemperie hepatis calida & ſicca; probatque à ſiti, quæ indicium eſt caliditatis & ſiccitatis: A juvantibus, uſu ſc. refrigerantium & humectantium: & nocentibus, cum ab aromatibus omnes lædantur: 3. quod refrigeratio hepatis magna fluxum urinæ inducat, inappetentiam, cachexiam, alios morbos frigidos: 4. quod magnas ſanguinis effuſiones in vulneribus non ſequatur hydropis ſed potius ad fluxum hæmorrhoidum & menſium, ob corruptionem ſanguinis: *Platerus* caliditatem jecoris arguit ex ſiti & urinarum rubore, & cauſis prægreſſis quæ plerumque ſunt calidorum & aromatum uſus, febres ardentes &c. Vide *Silvaticum* cent. 3. conſ. 33.

§. 11. Anno 1673. 25. Maji à D. D. *Glaſero* Anatomes Profeſſore, Puer 12. annorum, mediocris ſraturæ, pilis flavis, colore faciei albicante, diſſectus fuit, In imo ventre magnam aquarum copiam deprehendimus, ut fit in hydropicis: meſenterium, renes, lien, epiploon, pancreas, veſica nil vitii habebant; præter quod emaciata eſſent: Hepar obſtructum, pituira alba in venis contenta, hydatides in profundo obſervabantur: Veſiculæ fellis tunica mire craſſa erat, ut plane albicaret, habebat enim tergi cultri craſſitiem, bilis naturalis: In ſcroto magna copia aquarum erat, inter teſtem & tunicam elirroidem: pauca vero inter ſcrotum & tunicam dictam; Medium ventrem aquis plenum deprehendimus, ut plus aquæ quam in imo reperiremus: Pulmo ſemiputridus multis aquis impletus, interdum pituita tenui, non adnatus, Capſula cordis omnino aqua plena, ut cor moveri amplius non poſſet: Cor extra tunicâ propriam prominentias fibro-carneas rubras, ad capſulam ſparſas, capſulæ annexas, inſtar fungorum, habebat; Ejus ſubſtantia flaccida admodum. Igitur ægrotabat diſpoſitione ad phthiſin, hydrope, hydrocele: Capſula prætera cordis tam arcte adnata erat diaphragmati, ut integer circulus, albus, nerveas deberet divelli. Prope jugulum, ſecundam latera aſperæ arteriæ, exterius, multæ glandulæ p. n. nigro rubræ hinc inde diſperſæ inventæ ſunt. *Ex communicat. D.D. Mangolt, Medici Baſilienſis. Clar.*

§. 12. Anno 1666. 10. Maji Noſocomio Leidenſi inferebatur fœmina, quæ pepererat ante biennium, & ab eo tempore non paſſa erat fluxũ menſtruum: Sentiebat dolores in omnibus corporis partib⁹ jam per bimeſtre ſubſiſtentes: Exvomebat ſæpe viridia, variaq; per alvũ excernebat, liquida: nauſea infeſtabatur & ſiti, potus tamen omnis diſplicebat: In ſomnum proclivis erat, hunc tamen non capiebat integrum, aſſumpta vomitu mox rejiciebat: Hæc mala omnia ex animi mœrore & indignatione ortum habebant, etenim ſpe matrimonii facta, ſtuprata eſt à juvene ante triennium, qui ipſam poſtmodum deſeruit: Acido, quod hic primario peccabat, temperando, Dom. *Sylvius* ſequentem deſcribebat miſturam cochleatim aſſumendam ℞. *aq. pulegii, fœnic. aa.* ℥j. *aq. theriacal. ſimpl.* ℥ß. *laud. opiati gr. ij. Syr. artem* ℥ß. *Spir. vitr.* ℈j. *miſc.* 11. Maji vomitus non urgebat amplius, in ſomnum erat proclivis & ſumme

ſumme debilis : Alia præſcribebatur miſtura itidem cochleatim ſumenda ℞. *aq. menthæ fœnic. aa.* ℥j. *aq. cinnamom.* ʒij. *ſyr. menth.* ℥ß. *miſce :* Verum hoc die hora 8. moriebatur

Cadaver apertum hæc dabat 1. Ante apertionem plurimæ circa pectus maculæ purpureæ notabantur. 2. In ventre rugæ conſpiciebantur, partus prægreſſi ſigna. 3. Cutis non craſſior erat cuticula : 4. Peritonæi membrana quocunq; in loco apprehendebatur, abſcedebat & digitis adhærebat, cujus cauſam exiſtimabat Dn. *Sylvius* acrimoniam humorum in abdomine : 5. Aperto abdomine aqua ad ℔. 20. effluebat ſapore ſubſalſo, colore, mirum, rubicundiore, loturam carnium ſuperante. 6. Miræ membranarum ſub muſculis abdominis cernebantur convolutiones, ſine dubio Omenti, cujus nulla ſupererant veſtigia, reliquiæ. 7. Inteſtina verſus diaphragma propulſa & mire convoluta erant, ut vix quidpiam diſcerni poſſet. 8. Hiſce ſuperatis Hepar conſpiciebatur colore pallido, undique abdomini annexum. 9. Ventriculus bene ſe habebat, rugæ quoq; bene erant conſtitutæ : 10. Inteſtinum duodenum omni pituita privatum erat, cujus abſentiam continuam iſtius vomitus cauſam fuiſſe Clar. D. *Sylvius* ſentiebat, cum minimam acrimoniam è veſtigio potuerit ſentire: 11. Inteſtina cruſta quadam exterius erant circumdata, dorſi cultri craſſitie, cujus cauſa videbatur D. *Sylvio* materia quædam alimentitia per eroſa vaſa cum ſanguine effluens 12. Figura Uteri bene erat conſtituta, magnitudine tamen parvus erat & deorſum propulſus Hoc factum exiſtimabat Dn. *Sylvius* ab obſtetrice vi fœtum extrahente : Simile ſe vidiſſe addebat in fœmina Amſtelodamenſi, in qua uterus obſtetricis culpa fuit inverſus, hæc per 4. annos miſere vixit. *Alardus Hermannus Cummenus in miſcell. curioſis anni* 1673. *obſ.* 130.

§. 13. Cadaver Matronæ Jan. 3. 1634. diſſectum fuit, & in cauſam cachexiæ hydropicæ inquiſitum, maxime ob tumorem ad tactum renitentem, aliquomodo oblongum, circa foveam illam, quàm cordis vulgo, alii rectius ſtomachi vocant, ad cartilaginem xiphoidem, in corporis interno, protuberantem ad latus ſiniſtri hypochondrii, quem omnes Medici ſcirrhoſum vocavimus; at cujus partis ſit nemo noſtrum affirmare auſus: Abdomen erat inæquali tumore ſublatum, dextra ſiniſtris tumidiora, non renitente ſed ſubmolli, quia veſtigia digitorum impreſſa remanſerunt, pedes œdematoſi, thorax tumens, aquæ ſonus in cavo; quam, vulnuſculo abdomini inflicto ad umbilicum, emittere placuit, cujus quantitas æſtimata plurium librarum : Color ſeri urinæ ſimilis, i. e. citrinus, quod omnia inundabat & replebat, omentum, meſenterium, viſcera; imo cutim ipſam à carne ſeparabat, puſtuloſis tuberculis quaſi concluſum:

Remotis itaque omnibus obſtaculis, venit in noſtrum conſpectum Jecur mole admodum magnum ac ponderoſum, qua ſtomachum cooperiit & depreſſit ad dolorem, & ut cibi multum ferre non poſſet: Parte ſiniſtra (quæ naturaliter alias attenuata, & quaſi in acutum formata, angulum, & parte anteriore in ambitu tenuis) excreta in tumorem durum, craſſum, rotundum, albidum : Totius viſceris magnitudo inſueta fuit, ponderans libras 7. quartas 3. : Gibbæ color non fuit vere ruber, ſed ſubpallidus, ſimæ plane albidus, intra tunicam veſtientem & parenchyma glandulæ aliquæ obſervabantur, non quidem tartareæ, ſed ex ſteatomarum genere : Parenchyma tota ſua natura degeneravit à priſtino ſuo tenore, ſima enim & cava pars p. n. dura, renitens, ſolida, colore albido, ſeu, ut uno & congruo nomine edam, ſcirrhoſa moles, ſeu tumor ſcirrhoſus, & acuto ferro dividendus eſſet, qui diviſus non ſanguinem, ſed cruorem fudit : Gibba pars aliquid habuit de colore Hepatis, & videbatur ſima quaſi ſubſtrata gibbæ, tanquam novum aliquod corpus, ſeu ſubſtantia ſcirrhoſa, dura & alba, à qua dependebat tumor oblongus inſtar pyri, qui diſſectus glanduloſam ſubſtantiam repræſentavit : *Ventriculus* parvus, paucum humorem putridum babens : *Inteſtina* ſpiritu turgida, humido vacua; *Lien* ſanus & plenus ſanguine, quaſi officina ſolus ſanguinis fuiſſet : *Renes* ambo ſine vitio ; In Thoracis cavo copia ſeri, *Pulmones* innatantes ei, corpore magni & aqua turgidi, lobi nonnulli maculis lividis conſperſi ob affluxum ſeri, intus ſani, niſi quod ex diſſectis ſanguis arterioſus & ſerum ſeparata fluxerint: Cordis magnitudo decens, pinguedine multa, capſula vacua ; Vertebras dorſi obſervavimus in cavo flexas, ſex ita incurvatas ut Græcorum ς. aut Latinorum s. minus referrent.

SCHOLIA.

TUmorem, aut intumeſcentiam corporis hepatis, durities, renitentia, amplitudo & firmitas, color albus ſcirrhoſum dicunt : qualis tumor non brevi tempore accreſcit, maxime non præcedente morbo calido : Corpus itaq; Hepatis oppletum fuit ſenſim craſſo, viſcido ſanguine, vel potius ſucco nutriente, duriora corpora, acquiſivitque eam naturam quam habuit adpoſitam, i. e. duram & ſcirrhoſam, excrevitque in molem magnam per totum corpus parenchymatis, quia illud quod adpoſitum eſt non ſtatim copioſum fuit, ſed etiam per totum Hepar diſtributum: Nemo vero non novit quod ea quæ appoſitione augentur longius auctioni tempus requirant: Malo ego cum *Platero* ſentire, quam cum aliis accuſare melancholici humoris ubertatem, obſtructiones & infarctus viſceris: An medicamenta ſiccantia quid cauſarint, nolo affirmare, quia nil de illis certi : Totum parenchyma Hepatis à ſua prima diſpoſitione plane

plane degeneravit, ut niſi gibba exigua parte aliquid de carne parenchymatis monſtraret: longo igitur tempore accreviſſe hepar in hanc molem, & ejus ſubſtantiam mutatam pronuntio, nec tam cito potuiſſe interimere, ob alvi beneficium perpetuum, ut *Sennertus* ex *Galeno* docet ad Glauc. 5. A ſcirrhoſo itaque Hepare cachexia, vividi coloris in facie perditi, hydrops aſcites: Lienis tamen ſanitas ſanguificationis functionem adminiſtravit, ſed morbum fecit chronicum: Sanis ambobus viſceribus rubicundiſſimo colore facies tincta fuit: De *Gibboſitate* vide lib. 2. *Hechſtetterus Decade* 10. *caſu* 10.

§. 14. Notanda Felleorum vaſorum rariſſima quædam conſtitutio, quam menſe Dec. 1668. vidimus in proſectione corporis mulieris circiter 30. annorum, quæ Hydrope non gravi, partim Anaſarca partim Aſcite, longo tempore detenta tandem obierat: In hoc ſubjecto repertum fuit Hepar, non rubicundum, ſed levirer flaveſcens, in reliquis viſceribus vix aliqua flavedo obſervabilis erat: ſeroſus humor nimia quantirate abdominis cavitatem replebat: Folliculus fellis omnino candidus intus foriſque conſpiciebatur, ut & ejus ductus verſus ductum communem cholidochum excurrens, hicque tantam habebat amplitudinem, ut fere minimum digitum admitteret: In folliculo autem & ejus ductu nulla omnino bilis, ſed candidus quidam ſuccus, aliquantum viſcidus, non magna copia continebatur; In communi tamen ductu cholidocho (qui eſt porus bilatius, uſque ad inteſtina protenſus) in inteſtinum duodenum exituriente, flava bilis modica quanrirate continebatur, quam etiam in inteſtinum duodenũ effluxiſſe, aperto inteſtino, mox flavus color repertus intus indicavit.

SCHOLIA.

HInc magnum argumentum deſumeret licet contra eos, qui ſtatuunt ex hepate per porum bilarium nullam omnino bilem verſus inteſtina defluere, ſed partem bilis ex folliculo defluentis in duodenum inteſtinum eructari; partem per porum bilarium aſcendere & ingredi hepar: quod ſic non fieri ex dicta hiſtoria patet: Cum enim nulla bilis contineretur in folliculo ejuſque ductu, & interim bilis deferebatur ad inteſtinum duodenum, illa ex nulla alia parte, quam ex ipſo hepate per porum bilarium, ductumque communem cholidochum (in quibus bilis quoque inventa fuit) eo deferri potuit.

De Diemerbræck Anatom. lib. 1. cap. 13.

§. 15. Anno Dom. 1668. die 31. Martii diſſectum fuit circa horam 7. matutinam à Chirurgo Maſſonneau, præſentibus Dom. D. Perro Garnier, Collegii Medici Decano, Carolo & Jacobo Sponiis, Doctor. Medicis, cadaver honeſtiſſimæ Matronæ Mariæ Peyra, viduæ peritiſſimi quondam Pharmacopæi, hujuſce civiratis, Mag. Joh. Moze, paucis poſt obitum horis, utpote qui contigerat pridie, hora 11. ante mediam noctem: Qua in diſſectione varia obſervatu digna oculis manibuſque ſe oggeſſerunt, quæ memoriæ cauſa hic conſignare volui. 1. Cadaveris (abdominis præſertim) habitus excarnis admodum & ἀπίμελος. 2. Peritonæum adeo molle ac putridum ut nullo fere negotio manibus, inſtar chartæ madidæ, lacerari putuerit: 3. Aquæ citrinæ plusquam 40. libræ, in qua fluctuabant partes omnes in abdomine contentæ, in pelvim appoſitam defluxere: 4. *Epiploon ampliſſimum erat*, ab uno hypochondrio ad alrerum pertinens, Lieni, fundo ventriculi ac Jecinoris cavo pertinaciter adnexum, cæterum putridum ac velut à ſoricibus arroſum. 5. Ventriculus admodum amplus ac turgidus. *figuram utriculi muſici*, ἀσκαύλου quibuſdam dicti, perbelle imitans. 6. Hepar inſignis molis, arque adeo ponderis, totum colore ex viridi cineritio præditum, exſuccum, durum, ac ſcirrhoſum, inæqualibus velur tuberculis totam ſuperficiem aſperantibus ac criſpantibus. 7. Cyſtis fellis pene tota obliterata. 8. Renes inculpati. 9. Lien prælongus, quoad partem internam ſatis bene conſtitutus, cæterum externa facie adipe obductus, atq; ad hepar uſque exporrectus. 10. In dextra thoracis cavirate plurimæ aquæ cruentæ mucilaginoſæ, quæ cochleari ferreo hauſtæ magnam pelvim implevit; eaq; aqua exhauſta, ſolum pulmonis caput ſupereſſe viſum, ſub clavicula conditum, reliquis ejuſdem viſceris partibus abſumptis, aut in ſaniem verſis: Diaphragma, qua jecori ſupraſtat, putridum ac gangrænoſi affectum. 11. Cordis capſula ſeri omnis expers: Cordis autem univerſa ſuperficies pinguedine ſeboſa obducta. 12. In ſiniſtra pectoris cavitate Pulmo probe conſtitutus apparebat. *Ex communicatione Excell. & Clariſſ. D. Dom. Caroli Sponii, Medici Regii, Vice-Decani Facultatis Medicæ Lugdun.*

SCHOLIA.

E*Piploon ampliſſimum erat*] In Omenti amplitudine quatuor partes ſitu, figura, textura & uſu differentes, quamvis inter ſe continuas obſervat, & appellationibus novis diſtinguit *Riolanus* Anthrop. l. 2. c. 13. quarum cognitio & diſcretio ad curationem morborum valde neceſſaria exiſtit: 1. eſt *Inteſtinalis* dicta, pendula infra colon, inteſtinis ſupernatans, quæ diſtenta atque dilatata figuram marſupii aucuparii refert: pluribus venis intertexta eſt, adipe multo circumdatis, qui non eſt mediis venarum ſpatiis confuſe & glomeratim interfuſus, ſed reticulatim diſpoſitus ſupra venas ad robur venarum & membranarum; Illuviem Hepatis ſimulque Lienis excipit, dum regurgitat & ad eam partem amandatur: 2. *Omenti* portio & major, *Lienalis* dicta, jacet & conſiſtit inter Lienem & ventriculum conglobata, adipe glomeratim appoſito, nec ita artificioſe diſpoſito ut in portione pendula Omenti: Sordes Lienis excipit, ſi plenitudinem hypochondrii ſiniſtri percipias, ſine aſpectabili & contrectabili tumore Lienis plenitudo

illa

illa non à Liene, ſed ab iſta parte tumefacta dependet, quod in praxi diligenter notandum 3. *Portio Epatica* nominatur, ſeſe inſinuat in cavitatem Hepatis, & intra ſe includit parvum Hepatis lobum, ſimulq; cõprehendit venę Portæ truncum, parvo lobo intratum: Hęc portio pauco adipe conſtat & utris formam refert, impritates Hepatis excipit, & aquã ab Hepate tranſmittit in portionem Omenti pendulam: De ſecunda portione Omenti intelligendus eſt aphor. 55. lib. 7. De tertia, portione ſequens aphoriſmus. 4. *Portio Meſenterica* dicta, Colo & ventriculo ſubtenſa, inferne deſcendens ut unjatur meſenterio, conſimilis eſt ipſi meſenterio, à quo videtur emanate, niſi quod glandulis careat, aut ſaltem paucas & exiles habeat: Cum meſenterio illuviem primæ regionis excipit, & ab aliis partibus Omenti derivatas ſordes truducit in verum meſenterium & inteſtina craſſa quibus adhæreſcit: Sed quo fine portionis hujus pendulæ Omenti ſacculus, veluti marſupium, productus fuit? An ut inſtar utris craſſam Lienis illuviem excipiat, quæ in illas omenti venas transfertur, ſi quaodo redundet: Nec mirum ſi Omentum venis amplis & evidentibus conſperſum fuerit, quum nullas aut raras, eaſque exiles venulas in alio adipe vix queas deprehendere: Quare exiſtimo impuritatem & illuviem Lienis in Omentum duplicatum, multis venis ſcatens, derivari & coarcervati: *Vtriculus aqua plenus in hydrope Lienis* obſervatus, nihil erat aliud quam Omenti duplicatura, ſeroſo ſanguine diſtenta: *Membrana ſu ventroculo & Liene* exporrecta, in morbis diuturnic ribus, & in vetuſtatẽ incidentibus, humore differta, *Cuneo* deprehenſa in mortuis, ipſum erat Omentur duplicatum: Quin etiam *Salomoni Alberto*, in Exercit. Anatomicis, & lib. de ſcorbuto, triquetrum ſpatium, quod verſus ſpinam inter ventriculum & Lienem, & Colon inane interjacet, humotibus ſtagnar olim viſum eſt, ſive ſeroſior & aquoſior ichor eo exſudarit, ſeu tranſpirans halitus conditione loci ad ingenium illic poſtea redierit, erat Omenti portio glomerata, jam dicta: Ideo aphor. 54. 7. pertinet ad eam partem Omenti, quæ jacet & conſiſtit inter Septum Lienem & Ventriculum, ubi pituita multa cumulai poteſt, quod in multis morbis præbet occaſionen Lienem affectum ſuſpicandi & fruſtra accuſandi Inde plerumque dependent contumaces hypochondrii ſiniſtri obſtructiones, quæ poſt frequentes purgationes, aquarũ Thermalium uſu percurantur: Ideo citatus Aphor. magni eſt in Medicina momenri, Quibus inter ventriculum & Septum tranſverſum pituita conditur & dolorem affert, ad alterutrum ventrem exitum non habens iis per venas ad veſicam verſa pituita, morbi fit ſolutio.

Figuram utriculi muſici] Qui ex ventriculo porcino conficirur, humano non abſimili, ideo comparatio inſtituenda ventriculi porcini cum humano.

§. 16. Vidua P. Auberti per multos menſes decubuit aſſidua febre affecta: Percipiebatur Tumor in abdomine, verſus umbilicum, ad dextram partem inclinans, iſq; durus, ita ut ſcirrhoſus putaretur, & in muſculis epigaſtrii ſitus, quia ſub cute ſtatim tangebatur: Non erat dolorificus niſi cum premeretur, aliquando *dolores acres humer um dextrum occupabant, & latus* ipſum, ut pleuritidem mentirentur: Exiſtimabamus dolores iſtos provenire à materia ſeroſa accerrima, quæ in hepate fervidiſſimo generaretur: ſanguis qui detrahebatur, erat ferventiſſimus & lividus: nullum levamen percepit unquam niſi à laudano, cujus ope dolores leniebantur: Cum dolore in coxagraui ſimul laboraret, & tumor in parte appareret, pars cauſtico & ſcalpello aperta, ſed nullum pus effluxit. Poſt 15. dies ab apertione, venter antea tumidus magis intumuit, & hydropica facta eſt, ac tandem ſuffocata interiit.

Aperto cadavere inventum eſt Hepar *tumoribus* ſcirrhoſis & magna ex parte ſuppuratis refertum, In cujus extremo adnati erant duo tumores cancroſi, uſque ad umbilicum prominentes, & pugni magnitudinem æquantes, qui cum eſſent fere contigui, tumorem illum abdominis jam dictum repreſentabant: neque in Hepate eſſe putabantur, quia non erant in loco Hepatis naturali, imo Hepar ſeorſim ab illis tumoribus tangebatur: ſed durum & dolorificum, quia dicti tumores erant magis prominentes, quam reliqua Hepatis ſubſtantia: Totum illud Hepar pendebat viginti libras & amplius. *Laz. Riverius centur. y. obſerv. Liij.*

§. 17. Qua parte recti muſculi ad ſternum pertinent, puero cum abſceſſu in ventre tumor manifeſtus digito cedens obtigit, vocati fere omnes judicarunt abſceſſum in rectis muſculis, alii in ventre, quia attenuato vehemẽter puero, & conſumptis muſculis, facile emineret tumor. Pauciſſimi in Hepate, quod quibuſdam Hepar totum ventrem ad partes ſiniſtras prætendat: Aperto loco exiit pus viroſum & graviter fœtens, corrupto peritonæo: Abſceſſus ſedes in parte Hepatis, quæ illuc perveniebat. Quod magis apparuit mortuo & diſſecto puero. *Hollerius lib. proprio obſerv. xxx.*

§. 18. A. 1935. 16. Februar. vocatus ſum ad filiam annos 14. natam, quam ante duos annos curaveram ab hydrope incipiente, à quo tempore valetudinariam vitam agebat: nunc vero à tribus ſeptimanis decumbebat: invenio eam laborantem febre aſſidua cum alui fluxu moderato, quo multa pituitoſa & cruda reiciebat: Refert præterea ventrem ſibi iterum intumuiſſe, in eoque per vices dolorem quemdam punctorium percipere, tum etiam tibiæ per vices oedematoſæ apparent: De redeunte hydrope ſtatim cogitabam, quod ut exactius explorarem, manum ventri admoveo, quem dum aliquantulum comprimere intenderem, illa ſtatim obſtitit, de dolore conquerens qui comprimendo ipſi inferebatur; Ego vero ratus in hydrope dolores hujuſmodi non apparere, ventrem denudari iubeo, admota lucerna, ut rem attentius indagarem: ventrem igitur inſpicio colore naturali præditum, ſed elevatum

& tumentem: dum utraque manu contrecto blande, invenio tumoris circumferentiam in umbitu umbilici, quinque digitorum latitudine, extra quam circumferentiam ægra contactum indolenter ferebat: in tumore vero etiam leviter compreſſa, plurimum dolebat, præcipue in ſiniſtro latere duobus digitis ab umbilico, ubi ab initio morbi dolorem punctorium per vices percipiebat: præterea in ipſo tumore fluctuationem quandam animadvertebam; ex quibus pronuntio abſceſſum latere inter peritonæum & muſculos abdominis & jam factam eſſe ſuppurationem, ac ſtatim Chirurgum advocari jubeo, qui ejuſdem protinus fuit ſententiæ: Itaque quamprimum aperiendum eſſe abſceſſum ſtatuimus, ne ſi in cavitatem abdominis rumperetur, mortem præcipitem afferret: Admovetur ergo cauſticum ei parti in qua dolorem pungitivum ab initio percipiebat, & tribus horis elapſis facta eſchara immittitur ferrũ ad latitudinem duorum digitorum, nullum tamen pus effluxit: at non auſus eſt Chirurgus ulterius phlebotomum immittere, ne forte peritonæum confoderetur, ſicque materia ad cavitatem abdominis efflueret, immiſit ergo turundam in foramen, & poſt quinque horas extracta turunda tantillum puris effluxit: poſtridie mane extracta iterum turunda magna puris copia emiſſa eſt, pus autem erat pravi coloris & odoris: nihilominus ægra in pejus ruebat, ita ut V°. ab apertione die interierit.

Aperto cadavere, *inventi ſunt muſculi abdominis* in loco tumoris putredine affecti circa partem ſiniſtram umbilicalem: in parte vero dextra hypogaſtrica inteſtina peritonæo adhærebant, & partes hujus loci etiam putrefactæ erant: Hepar colore flaviſſimo præditum adhærebat peritonæo undique, & mole ſua mediam thoracis partem replebat, ut ipſi cordi eſſet omnino vicinum: Pure & ſputrilagine omnia erant referta ac teterrimum odorem ſpirabant: ſumma præterea aderat macies in toto corpore, quod maraſmo confectum videbatur, idque ob defectum Hepatis ſanguinem non generantis. *Laz. Riverius centur.* 1. *Obſervat.* 92.

SCHOLIA.

Non ſolum abſceſſus abdominis ex chronico morbo, in corpore male affecto, lethales ſunt, ſed etiam ut plurimum ii qui febribus ſive continuis ſive intermittentibus ſuccedunt, quos damnavit *Hipp.* in Coacis: Et vidit D. *Pachequus*, Medicus Lunellenſis, iuvenem tertiana laborantem, cui ceſſarunt paroxiſmi poſt ſeptimam acceſſionem, factus tamen abſceſſus circa inguen, & apertus emiſit pus laudabile in principio, ſequentibus vero diebus prava ſucceſſerunt ſymptomata, pus deterius apparuit, & ęger interiit 20. die. Quem tamen abſceſſum ab initio lethalem judicare potuit, quod eo apparente ſęva ſymptomata etiam apparuerunt: at ſalutares abſceſſus allevationem ſymptomatum afferre debent: ſi contrarium fiat, decubitum materiæ in illam partem ſignificat, non criticam expulſionem. *Idem ibidem.*

Hepar peritonæo adhærebat undique] Obſervavit *Platerus* Cap. de Extuberantia, ab aqua jam prius in hydropicis in abdomine collecta putreſcente, ſi horum viſcerum tunica erodatur, vel ulterius ipſorum ſubſtantia lædatur, ſero tunc inde quoque tranſſudante, aquæ illius copiam in ventre augeri. Item ab eadem aqua, & hepatis & lienis tunicis, uti & peritonæo, eo in loco ubi illa huic adjacent, exeſis, ita concreviſſe, ut nec Hepar nec Lien à regione illa ſepti cui adnata erant, citra dilacerationem tunicarum avelli potuiſſe, unde forte quoque ſerum in cavitatem exſudare potuit.

Inventi muſculi abdominis, &c.] Inflammationem muſculorum abdominis ab inflammatione Meſenterii & Diaphragmatis ſic diſtinguit *Riverius* Pract. l. 13. c. 2. Muſculis abdominis inflammatis, tumor ac dolor ſecundum eorum ductum, figuram ac ductum protenditur: plerumque illi oblongi ſunt, aut per totum ventrem diffuſi, & partes externas magis occupantes, ut levi contactu ſtatim percipiantur, & inſigne dolorem ac febrem inferant. Meſenterii inflammationis ſigna ſunt febris languida, occulta, lenta, abſque ſiti & gravioribus ſymptomatis: anorexia, tenſionis & gravitatis ſenſus ſubter ventriculum, citra magnam duritiem, & quæ nonniſi preſſu dignoſcitur, citra dolorem etiam, ſaltem effatu dignum, quia pars obtuſo ſenſu donata eſt, egeſtiones chyloſæ, quas plerumque ichor tenuis conſequitur, ſine ullo doloris ſenſu, modo, ſeorſim ac ſincerus, modo fæcibus permixtus: Si ſimul Hepar, aut Lien, aut Inteſtina afficiantur, graviora ſunt ſymptomata, cum peculiaribus ſignis partium affectarum: Speciatim inteſtina ſimul obſideri oſtendit febris hemitritæus, quam obſervavit *Spigelius* ab harum partium inflammatione oriri. *A Diaphragmatis tumoribus*, qui pauciſſimis hactenus medicis innotuerunt, In illis perpetuo inſignis eſt reſpirandi difficultas, hypochondria revulſa, pulſus durus ac parvus, citra omnem tumoris in hypochondriis ſenſationem: Si ſit à materia calidiore, febris acuta, dolor intenſus, deliria & convulſiones ſequuntur: Exemplum diadiaphragmatis inflammari vide apud *Platerum* in obſervat. p. 170.

§. 20. Obiit Genevæ anno 1640. juvenis Vlmenſis nomine Wolffgangus, qui quod mero nimium indulgeret, in Icterum primo, mox in Aſcitem delapſus eſt: hypochondrium autem dextrum tumidum lapidis inſtar manui obnitebatur.

In diſſecto cadavere, præter ingentem in abdomine aquarum colluviem, Iecur duriſſimum, ſcirrhoſum & flavedine tinctum repertum eſt.

§. 21. Mulie-

§. 21. Mulierem quandam Aſcite laborantem Herbipoli mea manu vivam aperui, quæ educta paulatim magna aquæ copia, ſe plurimum ſentiebat relevatam: Sed quia morbus jam ad ſummum pervenerat, & vires erant plane proſtratæ, interjectis paucis diebus vitam cum morte placide commutavit.

Eam mortuam cum diſſecarem, Hepar inveni (ut in pluribus aliis qui eodem morbi genere perjerant) omnino durum & colore ſubpallido, perinde ac ſi coctum fuiſſet: Ipſa vero hepatis ſubſtantia (quod admiratione dignum videtur) interius tota erat granuloſa, granis nimirum quantitate piſorum ubique apparentibus. *Obſervatio Ioh. Poſthu.*

§. 22. Puella cachectica Hepar habuit valde magnum, idque ex parte corruptum, maculiſque infectum, è quo, tanquam è fonte, promanarat Hydropiſis: Abdomen enim ſcatebat materia ſeroſa multa, fœtida. *Vide tit. de cachexia.*

§. 23. Vir melancholicus, ſcorbuticus, Intumeſcentia ventris & pedum hydropica prehenditur. Iecur totum erat ſcirrhoſum, ac tuberoſum, interius & exterius. *Vide tit. de ſcorbuto.*

§. 24. Quidam diuturno morbo laboravit & tandem Hydropicus factus eſt: Hepar erat grande, colore nigricante, Venæ in parte cava, priuſquam in communem caudicem Portæ deſinant, obſtructæ erant lapillis. *Vide tit. de Ictero.*

§. 25. Nonnullorum qui ab Ictero in Aſciten delapſi erant. Iecora fuere adeo dura, & lapillis adeo plena, ut novacula præſcindi non potuerint. *Dodonæus.*

§. 26. Puer xvii annos natus Hydropicus obiit: Inteſtina adeo diſtenta erant ut femoris craſſitiem certis in locis adæquarent: Epar corruptum, arenulis infarctum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 27. Feria 4. Paſchatos ann. 1660. ad Hydropicæ ſectionem vocatus, deprehendi huius abdomen ad xiij pedum peripheriam extenſum: longitudo x. pedes æquabat, profunditatem numerantes, ſenos cum dimidio animadvertimus pedes, Hepate flaccido, quinque librarum menſuram ſuperante, Liene parvo & optime ſe habente, corde vero & pulmonibus omnino flaccidis. *Ioh. Scultetus in Miſcell. cur. anni iv. Obſerv.* 148.

§. 28. Puer frequenti ficuum cibo ſcirrhum contraxit Hepatis: Illius exta in fœtida natabant aqua. *Vide tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

F*Requenti ficuum cibo*] Quas tamen obſtructiones jecoris tollere fama eſt, cum abſtergentis ſint facultatis. Dubium ergo eſt quomodo dulcia obſtruere poſſint, quod experientia conſtat & in omnium ore eſt: attamen *Galenus* 5. de ſimp. med. facult. cap. 26. ait dulcia rarefacere & abſtergere: Dicunt aliqui quod dulcia moderata, ut ſunt pinguia, oppilent, non tamen immoderata, ut ſunt ſaccharum, mel & ſimilia, quia hæc habent virtutem abſterſivam. Verum hæc reſponſio non ſatisfacit, quia dubium eſt de manifeſta & immoderata dulcedine quæ in ficubus, in melle & ſimilibus invenitur: Reſpondet *Avicenna* l. 1. Fen. 3. doct. 2. cap. 7. Dulcia omnia oppilare, quia rapiuntur à natura ante concoctionem: quare quamvis abſtergant, contingit ut hæc quoque dulcia immoderate, per accidens inflent & oppilent. *Sanctorius meth. vit. Error. lib. 7. cap. 3.* Scirrhum autem. Obſtructiones ſequi notum eſt.

§. 29. Hepar viri ex Hydrope mortui aperui, & illud arena copioſa refertum inveni. *Ex Obſervat. Cyriaci Lucii Medici Ingolſtadienſis.*

SCHOLIA.

HEpar, quod ex glandulis plurimis conſtare tradit M. *Malpighius*, communes cum iis morbos patitur: vaſa enim, quæ glandularum miniſterio inſervire ſolent, in hepate inſignia ſunt, venæ, arteriæ nervi, propriumque vas excretorium, porus videlicet bilarius: Enati ergo morbi utrique videntur communes & penitus ſimiles, In Glandulis enim ex concretis ſuccis, ex tartarea, gypſea, & quandoque aquea excitari ſolent materia, ut paſſim in parotidibus, colli glandulis & aliis obſervamus, quod & in hepate contingere docent plurium obſervationes. *Malpighius l. c. p.* 23. De lapidibus & tartarea materia in Iecore reperta vide *Schenckium*.

§. 30. In puella quadam hydrope mortua Monſpelii, duo vermes fuerunt inventi, quorum unus adhuc adhærebat poro choledocho. declivi, at alter penetrarat in Hepar: quos ægo non in veſicula fellis genitos, ſed ex inteſtinis per meatum illum expurgandæ bili deſtinatum aſcendiſſe exiſtimo: Cyſtis fellis aquea bile, vel aquoſo potius humore quam felle referta in corpore hydropico, hinc etiam alterum vermen penuria alimenti ad hepar penetraſſe veriſimile eſt *I. Wierus de præſtig. Dæmonum l. 4. cap. 16. & Gal Wierus Epiſt. ad Hildanum cent. 1. obſ.* 54.

SCHOLIA.

E*X defectu credo alimenti*] Localem in hepatis lobulis vermes habere generationem credit *Marcellus Malphigius* lib. de ſtructura viſcerum Tit. de Hepate cap. 3. qui id ex plurimis glandulis coagmentatum dicit, Vermes autem in glandulis frequenter generari, præcipue canum conglobatis aſſerit: Vermes in hepate repertos tradunt *Bauhinus, Montuus, Schenckius.*

§. 31. Mulier quædam hydropica interiit: ſenſim aqua in abdomine collecta eſt, ſenſim tumuit abdomen, menſes ſuppreſſi erant, Suppreſſionis cauſa, partim ad dolorem animi, ob obitum liberorum conceptum referebatur, Sed gravida erat, febris aſſidua; urina pauca, ſed craſſa & turbata, qualis in febribus putridis apparet, Dolor in dextro hypochondrio tumorque percipiebatur, & durities in regione Hepatis: Lumbos & renes dolebat: urina non

percolabatur,ſed major ſeri pars in abdomen refundebatur, hinc hydrops.

Aperto cadavere hæc reperiuntur,pene xii aquæ libræ in abdomine contentæ,hæc aqua urinam colore,& conſiſtentia referebat: Hepar durum, ſiccum,infinitis coloribus variegatum; Color erat cineritius multis locis,denique tota ſubſtantia vitium fecerat: Ren unus erat,ſed magnitudine ſuperabat duplo renem naturalem: Siniſter erat, dexter nullus, ſed ſpecies quædam involucri: credo quod nunquam fuerat, Mirum,ſæpe nephriticos dolores paſſa lapides excreverat: nullus tamen vel in rene vel in veſica lapis inventus eſt: Sicci pulmones,febris erat aſſidua: tandem per duos dies ἄφωνος reddita,interiit:duodecies purgata fuerat, incolumi tamen fœtu, i.e. vi medicamenti non excluſo; *Ballonius Ephemer. & Epid. lib.2.pag.264.*

§. 32. Anno 1597. abdomen fœminæ aperui hydropicæ, quæ gravida credebatur: ubi magna aquæ flavæ ac fœtidæ effluxit copia: Iecur corruptum: hujus utero exterius, circa fundum,adnata cernebatur excreſcentia candida, magnitudine verrucæ,quæ diſſecta nihil intus continebat,ſed ſolida omni ex parte erat. *Pet. Pavvius Obſervat. xxiv.*

§. 33. Celeſtinus Celeſtini in muliere quadragenaria, quæ ſæpius pepererat, modo ob ſuppreſſionem menſium gravida fruſtra habita, Hepar nuper invenit xl. librarum pondere. *Th.Bartholinus Epiſt.1.cent.3.ex Henrico à Moinichen.*

Observatio. V.

Hydropici cyſtis fellea exhauſta, lapillis referta, Inteſtina nigra quaſi torrefacta. 1. Cyſtis muco & capillis referta. 2. Lapilli nigri in cyſti. 3. 4. 5.

D*ocente Heurnio*, p. 552. aqua in hypochondriis cohibita a motu prohibita, putreſcit & corrumpitur,hinc calida & ſicca redditur: Omnis enim putrefactio, in qua nulla fit partium ſecretio,neceſſario naturam igneam acquirit, ac proinde aſcendentes vapores ſitim invehunt, humiditatem roridam abſumunt, præſertim oris ventriculi: Demum humor vaſis conceptus ineptus eſt qui deinceps in aliam humiditatem roridam abeat. Aqua quidem innatantia inteſtina madefacit, nequaquam autem humectat: Aqua enim ſitulas duas, quæ aquæ libras pluſquam lx. continent, ab hydropica & ſimul quartana detenta muliere eduxi, menſe Iunio 1634. per umbilicum ſtylo pertuſum,unde ſitula repleta; Aperto vero abdomine altera ſitula impleta fuit eadem aqua,magno cochleari exempta, inter viſcera collecta; Inteſtinorum autem ſuperficies omnino nigricabat,quæ quaſi torrefacta erant, ante enim aliquot menſes intenſum calorem in viſceribus perſenſerat,quem illico *Eryſipelatis* nomine donavi,& remedia illi accommodata præſcripſi: de qua Eryſipelatis ſpecie *Hippocr.* aphor 25. 6. In corpore vero ne gutta ſanguinis reperta, imo ne in corde & venis, ut nec fel in cyſti, ſed tantum pauca aqua limpida cum tribus lapillis,friabilibus, rutilantibus, moro non abſimilibus,avellanæ magnitudine cum cortice, quorum unum medium cultro, malleo percuſſo, diviſi, qui ſcintillans & fulvus fuit, partibus diſſectis, ſaliva humectatis,facile coaleſcentibus, &c. Huic prius hydropem prædixeram ob venæ ſectionis abuſum, à qua jecur refrigeratum & debile redditum eſt. *David Laigneau de Sanguinis miſſione p.m.*411.

Scholia.

E*Ryſipelatis nomine,*] *Sanctorius* cauſas inquirens cur à paracenteſi hydropicorum cita mors ſuccedat: cauſam eſſe ait quod ab aquarum effluxu eryſipelas in viſceribus & inteſtinis oriatur. *Ballonius* Epid. lib. 1. p. 203. à viris fide dignis audiſſe ſe ait, qui id remedi iuſurparunt, periculum ex eo non ſequi quod fiat ſectio, nec quod evacuetur aqua ſanioſa, aut quod rurſus ſuccreſcat novus humor, ſed quod qua parte ſectio facta eſt, Eryſipelas facile & frequenter conſequatur oboriaturque, deinde è veſtigio ſequatur gangræna & ſphacelus: Cur ita hoc malum gliſcat & adhæreſcat, nequeunt rationem reddere, niſi quod loco vacuatæ aquæ flatus neſcio quis malignus ſurgat,& quod occuſu frigidi inteſtina, veteri colluvie delectari ſolita, facile nigreſcant.

§. 2. Anno 1625. Statæ ætatis fœminæ hydrope ſublatæ,ductus veſiculæ felleus in duodenum ferebatur; Ipſa vero muco repleta, quatuor condebat lapillos angulares, virides & nigricantes. *Rhodius mantiſſæ Obſerv.*28.

§. 3. Hydropicæ cujuſdam Monſpeſſuli ex monumento ereptæ cadaver aperui, & lapillos nigros in folliculo fellis reperii. *Ex abſervat.Ioh.Bauchini.*

§. 5. In folliculo fellis, per inflammationes proximorum viſcerum, aut obſtructiones diuturnas,lapides coaluiſſe deprehendimus: erant hi fere anguloſi, exterius nigri, intus ſubflavi, fuſci, ac ſæpe coloris varii; Exemi ab uno hydropico ſolius fellis calculos 32. quorum minimus piſi communis magnitudini reſpondebat, maximus nucis avellanæ. *C.Gemma lib.1.cap.16.Coſmocrit.*

§.5.Quidam diu ſenſit graves dextri lateris dolores,poſt ſiti preſſus Hydropicus evaſit.Sola veſica fellis in vitio fuit,quæ ſine bile novem calculos cõtinebat *Vide tit.de Hypochond. dolore.*

Observ.

Observatio VI.

Ventris tumor Aſciticus vitio Iecoris duri, puſtulis ubique referti. Lienis craſſi, conglobati. 1
Iecoris & Lienis tumoribus ſcirrhoſis affectorum, Glandularum meſenterii tumidarum in
Liena. 2. *Hepatis & Lienis durorum, ſiccorum.* 3. *Hepatis fungum adnatum habentis;*
Lienis intus vitiati. 4. *Hepatis & Lienis pituita alba obductorum.* 5. *Ob ſcirrhum in vicinia*
utriuſque. 6. *Vitio Lienis monſtroſe conformati, Hepatis vitiati.* 7. *Hepatis duri, tu-*
midi, Lienis pallidi, mollioris. 8. *Hepatis & Lienis corruptorum* 9. *Hydrops ſæpe con-*
ſequitur corruptionem & putredinem utriuſque. 10. *Aſciticus & Tympaniticus tumor ob*
utriuſque viſceris ſcirrhum. 11. *Aſcites cum graviditate à Iecore ſcirrhoſo, Liene quaſi*
lapidoſo. 12.

§. 1. Conjux Ant. Leicht. cum ex valde inordinata victus ratione jam per ſeptem hebdomadas hydrope laboraſſet, & variis remediis ſine vllo ordine exhibitis uſa fuiſſet, in majorem tamen ſubinde molem venter excrevit cum tibiis & femoribus, ita ut majorem non viderim: Illa medicamentorum pertæſa nullo uti voluit: Cui 12. Aug. crura ſcarificari curavi, & aliquot vulnuſcula fuerunt inflicta, ex quibus egreſſus fuit primo ſanguis ſeroſus, deinde lucida & pura aqua ſatis copioſe: Et quia etiam circa umbilicum veſicæ apparebant, ob id eas quoque aperiri curavi, ex quibus pariter aqua fluxit, qua evacuata vulnuſcula ſubſederunt, necquicquam ulterius prodiit: Inde cum veſica ſatis lucida, inſtar fabæ majoris in ipſo umbilico appareret, cum phlebotomo illam aperiri curavi, ex qua mox aqua flava exiliit, non ſecus ac ſi vena aperta fuiſſet, quæ fuit ſalſiſſima: Prima itaque vice menſuram dimidiam VVittembergicam tantum eduxi: Poſt clauſum vulnuſculum de ardore intenſo conqueſta fuit, ſic conſequenter ſingulis diebus per quatuor vices fuit aqua educta, ad minimum dimidiæ menſuræ quantitate: xvij. Aug. aqua non amplius effluxit, pedes tamen & abdomen admodum gracilia reddita fuerunt: facies vero cum toto corpore extenuata ſunt: Cumque Chirurgus vulnus ampliare vellet, nihil præter pauxillũ ſeroſi ſanguinis eduxit, inſignem tamen rotunditatem abdomen obtinuit, cum venis ſatis inflatis & conſpicuis, & per triduum *nullam amplius motionem fœtus in corpore ſenſit*, unde pro eiiciendo fœtu potionem præſcripſi. ℞. fol. rutæ, pulegis, ſalviæ, anathana p. j. ficus ſiccas num. iv. ſem. aniſi ʒ j. cinnam ℥ß. m. Per inferiora probatur ſequens Peſſarium. ℞. Ammon opopan. rad. elleb. n. ſaxifrag. ariſtol. long. & rot. colocynth. ana q. S. f. Pæſſ. medii digiti longitudine, Terantur omnia, præter ammoniacum, quod cum aqua artem. diſſolvatur, cum quo aggregentur cætera, ex quibus poſtea cum ſucco rutæ, vel decocto colocynth. fiat Peſſar. cum filo, ſomni tempore iniiciendum in uterum: Cum potionem hanc bibere recuſaſſet, poſt biduum denuo vocatus fui, & inveni ventrem rurſus inſigniter intumuiſſe, & fœtum putreſcere, indéque oriri gangrænam, quæ totum abdomen cum inſigni ardore infeſtabat; unde iratus quod conſilio parere noluiſſet, nihil agere volui, cum tamen ſummopere rogaret, lac virginis præſcripſi: xxiij. Aug. cum fœtus per integrum diem in oſtio uteri conſtitutus eſſet, nequaquam tamen in lucem prodire poſſet, illaque vehementiſſimis doloribus afficeretur, qui tamen ſtatim recedebant, exhibui præſcriptam potionem, à cujus uſu intra mediam horam fœtum exiguum peperit; Paulo poſt correpta fuit inſignibus torminibus matricis, cum motu ejuſdem ad ſuperiora, adeo ut exiſtimaverit alium adeſſe fœtum, vel aliud quid p. n. Eandem ergo potionem recepit cum peſſario, quod tamen licet ſæpius fuerit injectum, in matrice permanere noluit, ſed ſemper exiliit: Ab illa hora non amplius conſultus: Illa vero cum ſemper deterius haberet, nec quicquam ſolidi per plures dies, præter brodia, pruna viridia, lac & alia quibus delectabatur, admiſiſſet, diſſipato vitali robore, 27. Aug. ſub noctem obiit, cum ultra ſeptem ſeptimanas hydrope laboraſſet.

Sequenti mane cadaver per tonſorem aperiri curavi, ubi primum ex abdomine effluxit copia maxima aquæ flavæ, fœtidiſſimæ ultra decem menſuras: Deinde prodierunt partes omenti putrefactæ & ſanioſæ, fœtidiſſimæ: Muſculi omnes abdominis erant abſumpti una cum peritonæo: Inteſtina fuerunt valde inflammata: Ventriculus, poſtquam apertus fuit, præter aquam fœtidam nihil in ſe continuit, cujus interna tunica erat ſphacelata & nigerrima, unde factum eſt ut mortificato ſenſu ventriculi prorſus nihil comedere potuerit: Iecur vero erat admodum durum & papulis refertum, variolis non

abſimilibus, & puſtulis quas *Hipp.* ὑδατίδας vocat: Tale erat per totam ejus ſubſtantiam: Veſicula fellis bilem vitellinam, craſſam & fœtidam continebat: Lien erat admodum conglobatus & craſſus: Vterus nonnihil contractus & pomum aurantium vix ſuperabat, ferè que urinale referebat per omnia, in quo Medici urinas dijudicare ſolent, In quo nihil aliud p.n. invenimus quam ſanguinem nigrum, craſſum & conglobatum: Pulmones erant paulo nigriores, nec admodum male affecti, Cor vero non erat male conſtitutum, expers omnis pinguedinis in cujus ventriculo ſanguinem quoque craſſionem invenimus: ob cujus robur factum eſſe puto quod tamdiu vitam producere potuerit: Moribunda uſque ad uſque ad extremum vitæ ſpiritum ſatis bene omnia percepit quæ dicebantur, etiam ablata loquela, ita ut nutibus ſigna daret ſe omnia probe animadvertere. *Wolfgangus Gabelchoverus cent.3. curat. 36.*

SCHOLIA.

C*Irca umbilicum veſicæ apparebant*] Interdum cum in hydrope venter amplius diſtendi nequit, umbilicus foras erumpit, & in tumotem attollitur diſtentus aquoſo humore, quod Græci ὑδρόμφαλον appellant: Et tunc quidem per hunc laneo filo tranſmiſſo, vel etiam eo ſcalpello aperto humor effluit, nullo ſubſequente fructu alio, quam quod æger à diſtenſione ventris pauco tempore liberetur: Priuſquam enim umbilicus erumpit, jam interna viſcera corrupta & puttida ſunt, proinde ſanitas nec expectari nec ſperari poteſt, Nam ex *Hippoc.2.* Prognoſt. Is qui hydrope correptus eſt, & ſuperſtes eſſe volet, bonis viſceribus præditus eſſe debet: Id quod ex colore & vivaci & bono, corporéque ſucculento cognoſci poteſt. Salutem quoque haud parvam promittit ægrum facile reſpirare, neque diaphragma opprimi ab aliquo tumore, vel thoracem jam occupare aquam: Hinc *Hippocr.* dicit, Hydropem qui levatus remediis integer renaſcatur, deſperatum eſſe, cauſa eſt, quia ex perenoi materiæ generatione pendet, nec ægri firmis viſceribus præditi ſunt: Unde *Gordonius* ſcribit, Quando circa hydropicum fiunt remedia coovenientia, & evacuaotia & alterantia, & patiens ſentit ſe alleviatum per tres dies, & iterum morbus revertitur, & ita frequenter contingit quod aliquoties alleviatur, & poſtea redit infra duos vel tres dies, talis nunquam curabitur: Ut autem convaleſcant ægri, detumeſcenti alvo fidendum non eſt, Teſtatur enim *Iacotius* ſe vidiſſe cui ſub mortem, multis urinis prodeuntibus, & aqua in partes ſpiritales regurgitante, venter ſubito detumuerit, unde paulo poſt æger præfocatus interierit. Niſi ergo ægri ἐνσπλαγχνα ſint, neque uſtio neque ſectio proderit, niſi quia aliquandiu ſymptomati occurrendo vitam producere poſſunt: Quod ſi viſcera adhuc non admodum vitiata ſint, ſectio abdominis, mea opinione, commodiſſime per medium umbilicum ſuſcipi poteſt, Ad cujus rei illuſtrationem obſervationes quaſdam & rationes proferam: Narrat *Benivenius* hydropicum temerariam ſibi & fortuitam libertatem comparaſſe, liberaliore aquæ hauſtu, unde derepente umbilici unitas ſoluta eſt, ac tanto impetu aquæ effluxerunt, ut venter omnino detumuerit. A *Laurentius* vidit hydropicam mulierem, cui ſponte ſolutus eſt umbilicus, & maxima effluxit aquarum copia, unde vires pene exolutæ, quibus tamen recollectis D.G. convaluit. *Lud. Villanovanus* ex umbilici compunctione ruſticum perfecte ſanatum vidit: Tuto igitur ſectionem eam adminiſtrari poſſe experientia teſtatur: neque id diſſuadet ratio, nam quo natura vergit, eo ducere oportet, at ſæpe per umbilicum vacuationem eam molitur natura: Præterea hæc umbilici compunctio citra multarum partium ſolutionem fit: coeunt enim circa umbilicum quatuor vaſa umbilicalia, quæ ſi dehiſcunt, ut in hydropicis ſolent aquarum eo confluentium vi & impetu, ſola cutis ſecunda erit, Hanc tamen aquam non confeſtim vacuare oportet, teſte *Hippocr.* ſed ſenſim paulatimque æger reficiendus cibis, potuque odorato, conſulendo interim robori jecoris per interna & externa, Inter quæ confectio cyphoides, dialacca, diacurcuma, hepar lupi, abſynthium, troch. de rhabarb. magno cum ſucceſſu exhibentur. *Idem ibid.*

§. 2. Anatomia Leænæ junioris patefecit nobis morbum quo detinebatur, Hecticam ſcil. cum Hydrope, eo quod ſub apertione infimi ventris magna copia flaveſcentis ſeri tum effluxerit, tum etiam adhuc in concavitate ventris imi remanſerit: ex colore præterea & ſubſtantia Hepatis, (quod quidem cum cæteris viſceribus canum extis admodum erat ſimile, uti vere ab Ariſtotele annotatum,) depromi poterat ejus intemperies, cui adjungebantur rumores ſchirroſi, ſeu tybercula hinc inde conſpicua, qualibus & quidem majoribus nec Lien deſtituebatur, qui longitudinem ſpithanæ æquabat, colore ex livido nigricans. *In meſenterio glandulæ omnes intumefactæ* ac ſtrumoſæ conſpiciebantur, mole ramen ac duritie præpollebat Pancreas Aſellianum, ſeu medii meſenterii glandula: Vterus & Renes cum veſica naturaliter, in figura autem uti in canibus ſe habebant. In medio ventre Cor pericardio involutum & copioſo ſero innatans, ſubſtantia flaccidum, & magnitudine etiam bovinum longe ſuperans, hydatide præterea ad magnitudinem avellanæ verſus dextram auriculam affectum ſpectabatur. In Pulmonibus nihil p.n. obſervatum; In Capite omnia naturaliter ſe habebant, cranii tamen ſubſtantia adeo mollis ut cultro facile dividi poſſet: Collum afficiebatur ſtruma, arterioſo vaſe ſingulari ſat conſpicuo dotata, quod ex animadverſione Authorum ſignum ſtrumarum internarum erat, quales etiam in meſenterio comparebant: Caro muſculoſa itidem flaccida atque putredini obnoxia, exinde magis

magis comprobatur, quod hujus portione cani juniori famelico porrecta (alii enim e: faſtidiebant) devoranda, is ſequenti die vomitu & ſeceſſu meros vermes excreuerit: N minor putredinoſa ac morbida diſpoſitio in oſſibus colligenda, quæ pro parando ſcelc coctura commiſſa, vix ignis calorem experta, ſtatim in mucaginem reſolvebant. *I. Iacobus Greiſelius Obſervat. v. miſcellan. curioſorum anni* 1671.

SCHOLIA.

P*Atefecit morbum, &c.*] Cauſa morboſæ hujus diſpoſitionis licet in propatulo ſit, aër nimirum qui hiſce feris in hac regione naturalis non eſt (meridionales enim regiones potiſſimum inhabitare ſolent) attamen non parum quoque hic facit victus ratio uberior ex carnibus crudis: Et licet quidem hæc victus ratio naturalis ipſis ſit, has tamen carnes venatu partas, & naturali adhuc ſuo calore conſtantes, una cum ſanguine tepentes in naturalibus ſuis locis vorant, hic loci vero incluſæ, & in umbra quaſi ſemper degentes, intermiſſo omni exercitio quotidie ad ſatietatem infarctæ (famem enim per biduum aut triduum ferre poſſe teſtatur *Ariſtoteles* h. an. lib. 8. c. 5.) cibos non exacte concoquunt, inde magna crudorum humorum ſaburra, quæ in venis meſenterii, portæ ac ſplenis ſtabulans, obſtructiones, ac inde viſcerum eventilationẽ prohibitam inducit, ex qua eorundem calida intemperies, quæ non tantum in toto temperamentum ſubſtantificum pervertit, ac calorem hecticum producit, ſed etiam craſſiores ac tartareas humorum partes in viſceribus ſubſiſtentes exſiccat, ac tuberculis ſcirrhoſis occaſionem præbet: Ob e rundem intempetiem ſitis etiam major excitat quam copioſo potu allevare ſtudent, per quem ma ſanguinea copioſo ſero diluitur, & cum hoc prop obſtructiones per vias ſolitas evacuari non poſſit, lymphaticas circa hepar turgeſcens, eademque v ob ſubtilitatem diſrumpens, in ventris cavitatem fluit, ibidemque tumorem ejuſdem efficit, qualis hydrope cernitur: Cordis ac carnis muſculoſæ fla ciditas, tum & oſſium mollities, ex eadem cauſa or videntur, quod nempe maſſa ſanguinea feroſior, rolum & aquoſum ipſis ſuppeditaverit alimentu tum quod calidum innatum a calore hectico debi tatum, minus ſuperfluitates diſſipaverit muniaq; ſ objerit, ad hæc omnia accedit quies continua & a incluſus, ambo ad debilitandum calorem naturale putredinemq; cauſandam quam aptiſſima. *I. Georgi. Greiſelius M. Viennenſis l. c.*

Signum ſtrumarum internarum, &c.] *Vide lib. 4. Tit. de Tumor. præter naturam.*

§. 2. Anno 1640. apertum eſt cadaver Iuvenis 28. annor. quem ſuſtulerat hydrop Aſcites, enatus à frigore Hepatis poſitivo, quod ei impreſſerat ἀτονίαν, deſtructo tempera mento & tono naturali: Erat Hepar inſignis magnitudinis, in parenchymate denſum & exangue: Parvus ejus lobus, qui in ſima regione conſiſtit, juſto major erat: Tenuiſſima au rem membrana qua tegitur, per ſubſtantiæ ſuæ poroſitatem, opportunitatem præbuerat ef fuſionis aquæ in cavitatem abdominis: nam Hepar hydropicorum prægravatum, ut pluri mum per eam viam evacuationem inchoat: concurrente etiam diapedeſi omnium vena rum intra abdomen contentarum: Unde magna aquæ copia abdominis cavitati innatabat & thoracis etiam cavitatem impleverat, Et habitus corporis totumque genus muſculoſum etiam aqua erat prægravatum, Lien durus & ſiccus erat, majorque quam naturaliter oportebat: Vas breve, ex ſima ejus parte ventriculo inſertum, manifeſtius ſpectabatur: Et ex ramo ſplenico, ubi Lien inſeritur, minor ramus procedebat, qui implantabatur capſula atrabilariæ, ei redundantem melancholiam importans, cum alioſum à liene extrudi non poteſt: Evidenter etiam conſpiciebatur ex vaſe emulgente renis ſiniſtri (quod hic valde erat amplum) vena producta, quæ eidem capſulæ atrabilariæ inſerebatur: nam & per eam ſæpe in hanc glandoſam capſulam, veluti emunctorium renis, ſanguis atrabilarius reponitur; Cum autem diutius ibi hærer atra bilis maligna, interdum ulcus cancroſum producit. quod vicina depaſcens, & foras etiam proſerpens, miſerabilem quandoque mortem infert, quod commemorat Levonclavius in Annalibus Turcicis contigiſſe Selimo 1. Turcarum Imperatori. *O Heurnius Hiſtoria. xxv.*

SCHOLIA.

C*Apſula atrabilaria*] Sic vocatæ ob uſum à *Caſp. Bartholino*, qui confirmari videtur ab inſertione rami ſupradicti a Liene derivati, & ulcere cancroſo inducto ab humore atrabilario inibi coercito: quanquam aſſignatus uſus in dubium vocetur à Clariſſ. *Wartbono* Adenogr. cap. xiv. ſtatuente materiam plane excrementitiam eas non continere, ſed utilem, eo quod in venas ea perpetuo recipiatur: Inutilis autem & excrementitia materia ſemper tranſmittatur ad aliqua emunctoria, ut foras è corpore eliminetur, *Vide citatum authorem.*

§. 4. In ancilla nubili hydropica cum eam aperirem, deprehendi Hepar una parte male affectum, fungum veluti adnatum habens, in quo inſtar concreti quid inerat, Lien quoque intrinſecus vitioſus: Abdomen & venæ ſero impletæ *Platerus Obſervat. lib. iij. pag.* 34.

§. 5. In ſectione aliquorum ex hydropi mortuorum, aperto abdomine,& maxima aquæ quantitate egreſſa, vidimus primo intuitu Hepar & Lienem candidiſſimun in ſuperficie, quoniam pituita alba incraſſata, albomen, ovi coctum repreſenrans,undequaque hæc duo viſcera cingebar, intacto pancreate, renibus,inteſtinis, & aliis omnibus partibus in imo ventre conrenris. *Dominicus Panarolus Pentec. iv. Obſervat. xx.*

§. 6. Anno 1596.cadaver cujuſdam quadragenarii, aſcite exrincti diſſecui,in quo hæc annotarione digna fuere. 1. Partes muſculoſæ abdominis ſeroſis humoribus refertæ erant. 2. Vacuum ventris aqua fœrida adeo repletum fuit,ut inteſtina plane ei innararenr. 3.Inteſtinis omnibus, à pyloro uſque ad rectum, undique, corpuſcula alba, calloſa & pinguia magnitudinem piſi non excedentia, mediante tenuiſſimis fibrillis appendebanr. 4. In meſenturio neque vena neque arteria ulla apparuit. 5. *Hepar durum inflatum* & colore pallido erat, parumque in ſe continebat ſanguinis: renes ejuſdem erant coloris. 6. Lien valde exiguus extenuatuſque erat,idque illam ob cauſam quod ſcirrhus magnus circa vaſa, cum illa quæ lienem ingrediuntur,tum quoque quæ ex illo prodeunt,intumuerat: Scirrhus autem ille obſtaculo fuerat quod lien craſſiorem & fæculenriorem partem ſanguinis ad ſe ex venis meſaraicis non artraxerat. 7. Quia octiduo ante ipſius obirum, è regione lumborum,ruptus fuerar abſceſſus, multumque emanaverat purulentæ ac ſoeridæ materiæ, viſum fuir inſpicere partem illam: inciſa itaque cute,ſubjecta caro ad vertebras & homoplatas uſque ſphacelata & putrida reperta eſt: Interim tamen color in extrema parte cutis vix mutatus. *Fabr.Hildanus centur.iy. obſervat.Ly.*

§. 7. Puellus euſarcus,partu autem difficili in lucem editus, patre narus hypochondriorum malis non ſemel tènrato, die nativitatis x°. ventris inflarione, alvi obſtructione, cordis palpitationibus,crebris anhelationibus,tumoreque ſiniſtri hypochondrii afficitur: Poſt bimeſtre melius habuit,præterquam quod exeremenra numquam naruralia, ſemper viridia, tenacia& viſcida rejecta, venrerque inflatus manſit: Circa æquinoctium æſtivum nephriticos dolores paritur cum excretione arenularum.Menſe Decembri diarrhoeca non levis virium dejectionem & atrophiam cauſabatur: Dejectiones eranr viſcidæ, nigræ, virides, Lien dutus,venter inflatus & hypochondria tenſa:Februario ſequenti venter denuo magis magiſq; intumeſcebar,lienis tumor creſcebat arque flatus augebantur: Poſt enemata tumor ventris anctus eſt, non obſtante quod dejecta fuetit magna copia peccanris materiæ: In Aprili autem non tanrum tumor abdominis in dies auctus eſt,ſed & cachexia totius atque inflario pedum, manuum& faciei non leviter apparuir, quibus malis averruncandis adhibita varia ſed fruſtra,& adeo quidem ut Aſcires ingens cum Tympaniride puellum occuparet,ut xxi. Iunii naturæ debitum ſolverit.

In examine viſcerum defuncti ſequentiæ notata ſunt, 1. Cutis circa regionem ventticuli,umbilici & inguinum maculis atro putpureis,inſtar ecchymomatum picta erat. 2. Ex abdomine,per ſectionem umbilici levirer factam, humores billioſi, ſeroſi, luteſcentes & fœtidi, inſtar aquæ per canaliculun ductæ, ad tres menſuras proſiliebant. 3. Quibus ſubducis & aperto abdomine,Omentum penitus putrefactum norabatur. 4.Inteſtina cum ventriculo aliquomodo inflata. 5.Pancreas ita conſumptum ut ejus nullum fere veſtigiũ animadvertere liceret. 6. Venæ meſaraicæ glutinoſa materia refertæ. 7.Lien monſtroſus, tribus appendicibus inſtructus,nigri coloris & induratus,ſiniſtroque reni arctiſſime annatus,ut ſine ſectione digitis avelli non poſſet. 8. Renes ipſi ſatis grandes. 9. Hepar ſanguineo ſuo colore amiſſo, cineritium fere,& qualis in cocto alias obſervatut,habebat, inciſumque copioſum etiam ſerum & copioſius quam Lien ſtillabat, 10. In Hepare & Liene foveæ aqua plenæ apparebant, 11. Bilis in veſicula aureo colore coruſcabat 12. Pericardium aqua ejuſdem cum ſupradicta coloris & fœtoris diſtentum erar, cui cor innatabat. 13. Ipſum Cor plane exſucum ne guttulam quidem ſanguinis intra ſe continebat, quod in aliis etiam viſceribus obſervabatur:nullibi enim ſanguis notari poterat,eriam in venæ Cavæ & arteriæ magnæ inciſione,ſed tantum aqua loturæ carnis non abſimilis: 14.Pulmones flaccidi & ex parte una erant purulenti.

SCHOLIA.

VNde aquarum hæc colluvies in tenella hac ætate primam ſcaturiginem ſumpſerit, multos habuit ſollicitos. Aſt illam facile inveniet, qui internorum viſcerum ſive œconomię naturalis ſtructuram & façiem examinat: meo quidem iudicio collectionis hujus culpa, ſi non omnis, certe potiſſima in Lienis à primo ortu vitioſam diſpoſitionem redundat, Lien enim ſanguinis partem melancholicam à corde per cœliacam recipit, innata vi fermentat & defæcat: hoc ubi præſtitit, ſanguinem depuratum, quantum ad ſui nutritionem requirit, apponit, & quod relinquitur ſanguinis purioris, mediante ramo ſplenico, in

in portam & jecur,indeque per venarum anaſtomoſes in cavam,tandemque in Cor reducit, ut ſpiritu & calore denuo inſtructus, omnibuſque excrementis exutus,in aortam pro partium nutritione propellatur: Excrementa vero nunc ad meſaraicas, nunc ad hæmorrhoidas per alvum, nunc ad renes per urinam, nunc ad alias naturæ lege ordinaras vias promovet. Quando officio male,ut in hoc caſu,fungitur, humor ille à ſanguine negligenter ſeeretus, in corpore cumulatur & malorum lernan introducit. Et quidem in propria Lienis ſubſtantia reſtagnans, obſtructiones parit, tumores, nec raro, partibus tenuioribus abſumptis,ſcirrhum : Quod ſi inſuper ſuo non contentus hoſpitio,per ramum ſplenicum una cum ſanguine revertente,ad epar ruat,malum malo cumulat, hepatis craſin frangit, calorem debilitat,unde lienis tandem culpa & hepar vapulat, obſtructioneſa & intemperiem vicini negligentia contrahit,ſuóque ſatis officio facere nequit circa ſanguificationem, ſive ſanguinem ulterius non ſatis excoquendo,ſive excrementa debito modo & menſura non ſeparando, ſive lympham vaſis obſtructis in venas cogente: aquoſus itaque ſeroſus, frigidus ſanguis cuditur, cui ferendo cum hepar non ſit,in cavitatem deſtillat, vel viſcus diſrumpendo aut erodendo, vel per membranatum poros tranſſudandos,ita extravaſatus putreſcit & fœtorem induit : reliquus etiam ſanguis aqua adulteratus,in partium nutrimentum non omnis cedere poteſt: aquoſus enim non nutrit, hinc quod boni reſtat ſanguinis quotidie, imo momentanee eſugunt partes,eo gaudent vigentque : at ubi bono jam abſumpto,crudus, aquoſus ſuccedit, ceſſat nutricio, partes decreſcunt, contabeſcunt, hocque eo citius fit quando leienteria ſe aſſociat, & cibus crudus vix aſſumptus ſtatim per aluum redditur : quæ præſenti ægro contigiſſe vidimus, non ſolum ob retentric debilem, ſed & ob meſaraicarum obſtructionem, vicinis lacteis compreſſis, viam tranſituro chylo tercludebant : ubi tamen ipſas etiam lacteas ab o obſtructione non penitus abſolverim, Aquæ ſov in Epate & Liene apparebant,in illo tamen copio res,forte quod à Liene expeditius & facilius ſero humor, mediante rene annexo (uterque enim ſatis grandis ad ultimum vitæ uſque halitum of cium ſuum debite faciebat, urina quotidie ad vot fluente) ſubducebatur. Hepatis color pallid cineritius ſanguinis defectum accuſabat : Infla ventriculi & inteſtinorum cruditatem coctionis quebantur : Pancreas ad putredinem natura faci non potuit non corrumpi, putridæ paludi innatar ut & omentum. Pericardium aqua turgidum inve tum, quod in diſſectis phthiſicorum cadaveribus n infrequens, ad tres ſæpe uncias : Nec ipſi Pulmon ſatis ſibi vigilare potuerunt,quin à tranſmiſſis acrib fœtidis humoribus labem & corruptionem tande contraxerint : Sed in hac totius corporis œconomi perfractione, aqua pro ſanguine, excrementum pr nutrimento ſurrogatum eſt, quod admirationem v meretur : corde autem exſucco & ſine ſanguine ex ſtente,qui vita ſupereſſe potuerit miratu dignius eſt: conjecturæ locus eſt,credimus poſtremis diebus Co ex vaporibus, partim à chylo,partim medicamenti confortantibus,tum per lacteos ductus thoracicos tum per peculiarem meatum oeſophago implanta tum communicatis,refectionem percepiſſe : talis autem refectio cum perpetua eſſe non poſſet, æger tandem hic velut leipothymia(qua diu ante morbo ſæp tentabatur) ſive ulla graviori commotione, nutrimento partium ſubtracto, inſtar lampadis trepidantis,expiravit *J. Dan. Horſtius obſervat. Anatom. x.*

§. 8. xvi. Nov. 1675. In puero 7. annorum,Hydrope extincto, Hepar inveniebam ſumme durum tumidumque. Lien itidem juſtam magnitudinem excedebat,pallidioris coloris, molliorque debiro. Vena ipſi duplex erat,quarum utraque principium ducebat ex venæ Portæ tranco,evidenti ſatis diſtantia: Lienem accedentes variis ramulis eum intrabant, ventriculo etiam proſpicientes. *G. Blaſius p. 4. obſerv. med. xiij.*

§. 9. Anna *Jacobi Ribes* vxor,ventris inferioris tumore inſigni,ac pene incredibili, totis ac integris fere ſeptem annis,ſine ullo tamen domeſticorum officiorum, ac rei familiaris ſuæ impedimento laborans,tandem eo ipſo anno quo obiit,mente capta, puerulum pereleganrem ac perfectum vitalemque peperit, permanente nihilominus inſigni illo ventris tumore: Magna fuit inter Medicos diſſenſio, aliis molam,aliis hydropem, aliis aliud quid utero geſtari indicantibus: Eo ipſo autem anno quo obiit,diebus circiter xiv. ante obitum,menti priſtinæ reſtituta, tandem interiit.

Aperto à me poſt obitum ipſius ventre ; tantam copiam aquæ putidiſſimæ & fœtidæ, in ipſa capacitate abdominis inveni,ut integras duas omas noſtratis menſuræ facile adæquare, ſi non ſuperare potuiſſet : Conſideratis itaque ſummo cum ſtudio ac diligentia interni corporis viſceribus,nihil aliud obſervare potui, quam Hepatis gibbam partem livido plane & nigro quodam colore infectam : Lienis viſcus per medium diſſectum, grumoſi ac putrefacti ſanguinis inſtar comparuit,ſolidiore ipſius ſubſtantia quaſi colliquefacta : Cum enim ipſum leviter & molliter quidem cultro tractarem, adeo totus diffluxit ac ſi ſolummodo congelatus ſanguis fuiſſet,& niſi membranula ipſum circumcingens illæſa ac integra permanſiſſet,proculdubio totus per ſe ipſum defluxiſſet. Hujus ægræ mater ſimili fere tumore ventris laboraverat, liberata copioſo alvi fluxu, comeſtis æſtate ceraſis ad nauſeam. *Ex obſervationibus Melchioris Sebitzii.*

Hydrops à corruptione & putredine Hepatis & Lienis ſæpe inducitur.

§. 10. Corruptio ac putredo horum viſcerum, vel ex parte,vel omnimoda, qualem in hydropicis ſæpiſſime vidimus,cauſa Hydropis non infrequens exiſtit,quæ tumores, vel eroſiones & vlcerationes,*aut alias læſiones* horum viſcerum ſequitur. *Platerus Prax. lib. 3. c. 3. p. 216.*

SCHOLIA

S C H O L I A.

A*Vt alias læſiones,&c.*] A læſa illorum viſcerum circa ſuperficiem ſubſtantia, ſerum in abdomen ſtillare variis de cauſis oſtendit idem ibidem, 1° & potiſſimum, *ait* iis ulceratis, adeo ut ad ſuperficiem ipſorum uſque ulcus penetret, ut contingit in cæteris ulceribus quæ ſemper madent: qualia vlcera poſt inflammationes ſuppuratas, alióſve tumores in abſceſſus definentes, oborta relictaque, diu ſæpe purulentas dejectiones moventia, tandem hydropem accerſunt: Aliæ vero læſiones alias, & præſertim contuſiones ab externis iniuriis factas ſequuntur: Sicuti duos ab equo dejectos & in latus dextrum lapſos, prægreſſis aliquando hepatis læſi ſymptomatibus quibuſdam, tandem hydrope correptos eoque extinctos fuiſſe novimus: A vulnere extrinſecus ad viſcera hæc uſque adacto ulcus relictum idem poteſt efficere: Sic & corruptio ac putredo horum viſcerum, &c. Verum & ab aqua jam prius in hydropicis in abdomine collecta putreſcente, ſi horum viſcerum tunica erodatur, uel ulterius ipſorum ſubſtantia lædatur, ſero tunc inde quoque tranſſudante, aquæ illius copia in ventre augebitur: Obſervavimus quin etiam ab eadem aqua, & heparis & lienis tunicis, uti & peritonæo eo in loco ubi illa huic adjacent, exeſis ita concreviſſe, ut nec hepar nec lien à regione illa ſepti cui adnata erant, citra dilacerationem tunicarum avelli potuerint, unde forte quoque ſerum in cavitatem exſudare potuit.

§. 11. Fœminæ xl. annor. abdomen ſtupendum in modum ex Aſcite tympanitica intumuit: convenientia remedia in *River. contr.* l. xi. cap. vi. propoſita (quorum ope plures ab hoc morbo liberavi) diligenter vſurpavit, ſed malum ceſſare noluit: hinc ob metum ſuffocationis me aliquoties per omnia ſacra rogavit, ut tumorem umbilici, veſiculæ ad inſtar pellucidum, compunctione curare vellem, Reſpondi nec hanc medendi methodum me magnifacere, illamque incaſſum eſſe ſi viſcera corrupta ſint: Tandem precibus adſtantium urgentiſſimis victus, cultello acuto veſicam aperui, & ſpatio xij. dierum, xviij. menſuras aquæ ſenſim eduxi: at xiij. die cum acceſſiſſem, ſubitanea leipothymia ægrotam è medio ſuſtulit, poſteaquam obſervarim abdomen ex emiſſione ſeri non multum detumuiſſe.

Hinc illud præſente Matre & Sorore aperui: mox ſerum in tanta copia effluxit, ut xxx. menſuras ſuperaret: inſuper etiam inteſtina corrupta, Hepar & Lienem ſcirrhoſum reperi. *Bernardus Verzaſcha Obſervat. medic. iv.*

§. 12. Mulier Alcmariana ex Hydrope decumbebat, Sed hæc ipſa gravida ſimul, poſtquam peperiſſet, paucis deinde diebus à partu mortua eſt, ventre æque diſtento permanente: Hinc ſuborta opinio eorum qui artis Medicæ gnari non ſunt, arborem in corpore adhuc permanſiſſe. Alii vero, ut & obſtetrix, ſecundum partum adhuc in corpore ſubeſſe conſtanter pronuntiabant. Aliæ vero mulierculæ molam eſſe ſuſpicabantur: aderat & Sacrificulus Empiricus qui veſiculas hepati adhætere ſomniabat, ex quibus aqua in ventrem deſtillabat. Ego vero cum ſuſtinerem neque ſecundum partum eſſe, neque molam, ſed ventrem diſtentum eſſe hydrope, & cum precibus quibuſdam divitis matronæ Vir eo perductus eſt, ut in uxore mortua fieret inciſio, quam cum admiſiſſet, effluxit è ventre tanta aquæ copia, ut octo congios Hollandicos pluresve vas cadaveri ſuppoſitum recepetit.

Etant autem interna viſcera, præſertim inteſtina fere omnia, præter uterum ac renes, Corrupta & livida, neque mola reperta: Peritonæum vero undique diſruptum erat, ex aquæ mole ut arbitror: Omentum plane conſumptum, ut ejus partes putridæ & diſruptæ cernerentur: Hepar vero in ſcirrhum erat mutatum, ac Lienem quaſi lapidoſum conſpeximus, *Foreſtus lib. 2. de Incert. vrin. jud. p.* 199.

Observatio VII.

Hydrops ſine vitio hepatis à Liene Putri. 1. Albido & exiguo. 2. 3. Tumido & indurato. 4. Monſtroſæ magnitudinis & formæ, intus putri. 5. Aſcites Lienis tumorem vel vitium plerumque conſequitur. 6. A flaccido Liene, concreto ſanguini ſimile quid continente 7. Scirrhis obſeſſo. 8. Apoſtemate infecto 9.

§. 1. ANno 1625. B. *Silvatico Iac. Zabarella* præſentibus, in cadavere Capucini Anaſarca extincti, Iecur ſine omni labe inventum, ſed admodum ingens. Lien erat ſemiputris ac velut in ſaniem converſus: Sanguis craſſus & aduſtus: laboravit igitur intemperie, *non mutato colore ſubſtantiæ*, qui ipſi naturalis erat: Cujus generis hydropem ſpurium, Iecore non primum affecto, ſed ventriculo, in matrona anno 1626. obſervare licuit, quæ priſtinæ valetudini reſtituta. *I. Rhodius centur. iij. Obſervat. iv.*

S C H O L I A.

N*On mutato colore Subſtantiæ*] Galeno tam certum eſt Hepar ſanguificationis inſtrumentum, ut cum ejus læſæ ſigna adſunt, nullo apparente in ejus regione tumoris doloris aut moleſtiæ ſenſu, In eo ſtatuat κακοπραγίαν ἔσω ἔχειν, aberrare ſcilicet ſtatuit id in officio, quanquam cauſa nullis indiciis deprehendatur.

§. 2. Galli

§. 2. Galli ſacerdotis Bononiæ,aqua intercutem mortui , lienem albidum, ſed exiguun adinveni,perinde ac Auguſtæ in muliere texrrice.*Veſalius lib 5.c.9.Anat.*

§. 3 Ruſticus xxx. annorum à tribus menſibus hydrope laborans , in xenodochium adductus anno 1644.ac poſt aliquot dies vitam cum morte commutavit.

Diſſecto cadavere ingens aquarum copia fluxit , Iecur optime conſtitutum & narural temperie prædirum invenimus : Lienem vero corruptum,& totam fere ipſius ſubſtantiam pici liquatæ ſimilem , Vnde patet *non omnem hydropi ſpeciem ex ſumma Hepatis imbecillitate* aut intemperie perpetuo generari. *Riverius obſerv.commun,à.Sim.Iacoz.vj.*

§. 4. Anno 1595. Virum publice ſecui in Noſodochio Amſterodamenſi:Lien huic adeò intumuerat ac induratus erat,ut tres libras lance libratus penderet : Pulmo ferme centum locis coſtis ac pleuræ arctiſſime annexus hærebat:Hydropicus objerat,fluctuabanr namque, ac aquæ innatabant omnia quæ in abdomine erant,Erat aqua flaui coloris, fœtoris peſſimi: *Pet. Pauvius Obſerv.xiij.*

SCHOLIA.

HInc fontem hydropis extra Iecur multi quærunt;, in Liene plurimi : *Dodonæo 6.* praxeos med.66. Lien tam frequens hydropis aſcitici faber eſt,ut nullius aſcitici corpus ſe apertum vidiſſe aſſerat,cujus Lien non fuerit tumidus & magnus,Hydropis ex Liene ortus deſcribitur ab *Hippocr.*1.de morb. mul.ſect.3.v.43.ubi coocludit Lienem aquoſum fieri ab humiditate in proximum ventriculum attracta, qua poſtquam repletus eſt,diſtribuit per venas corpori,& maxime in omentum,& locos circa ventrem & crura,unde hydrops : Quem caſum ſe vidiſſe in muliere notat *Martianus* ad aph: 55.7. quæ ex ſolo lienis tumore doloroſo hydropica facta breui tempore interierit : Inde patet (addit ibidem) in quanto errore verſeotur qui hydropem fieri non poſſe contendunt non compatiente Hepate : ut itaque non ſit quod ad ſympathiam Hepatis ſemper confugias , quum etiam *Tinellus* teſtetur hydropem ſevidiſſe virio lienis genitum , ſaluo plane & illæſo hepate , conſ.medic.2.p.17. Et dari hydropem abſque ægritudine Hepatis oſtendunt *Collado* Tom.2 adverſar.p.181.& ſeq. *Guarinonius* conſultat medic. 236. p.267.*Cardius* comm.5. in lib. 1. de mulicbr. p. 219. *Platerus* 3.Prax.2.p.89. *Helmontius* in Phyſ.inaud.p. 510.*Sennertus* de conſ. chymic. H. Saxonia 3. Panthei Medic.32.*Lipſius* de Hydrope p.15.*Bauhinus* 1. Theatr.Anat.43.*Ioh.Bilgerus* apud *Horſtium* tom 2. lib.4.obſ.47.*Sennertus* , iterum lib.3.pract.ubi ratione & exemplis,& ipſa denique autopſia hoc probat, quod in diſputatione publica Viennæ habita anno 1655. negatum. Atque ut atopſia , nullum hepatis vitium demonſtrans excuſaretur , oculi aciem euſque progredi non poſſe ut vitium deprehenderet aſſertum eſt.

Non omnem hydropis ſpeciem , &c.] Principale ſubjectum Iecur olim habitum , unicum venoſi alimentarii ſanguinis inſtrumentum , ea prærogatiua nobilitatum à *Galeno* 5. de loc.aff.c. 7. & 2. progn. c.1. ubi etiam docet non eſſe neceſſarium ut initio ſemper afficiatur per eſſentiam,principio affectionis in ipſo conſiſtente , verum etiam poſſe per conſenſum aliarum partium affici : Imo nullum hydropem abſque jecoris vitio,conſenſu & conſpiratione oriri poſſe judicar. *Cous* non ſolum Iecur ſed & alias nominauit partes,Ita 2.progn.Incipiunt,*inquit* plerique hydropes,vel ab Ilibus ſeu inanibus locis , vel ab Hepate , τὸ ἱσφύος nomine intelligit venas , per τὰς κενεῶνας , lienem,meſenterium, uterum. Idem 4. de morbis,agnoſcit hydropem quando lien aliquantulum ægrotans potum ex ventriculo trahit. Recentiores non ſemper Hepar in hydrope primatio, αὐτοψίᾳ in cadaveribus innixi,affici teſtati ſunt:Nullo ſæpe in Iecore vitio hydrops obſervatur:Sæpe renes, meſenterium,abſceſſu,tumore laborare viſa , jecore florido, Nonnunquam pallidius quidē , ut pote aquis immerſum, obſervatum,aëris autem contactu ſtatim refloruit. Non inviti nos à Galenica recedimus ſententia , Cordi ut in διματάσιως opere ὑπεροχὴν καὶ ἐμβασιλείαν magiſtralē,ſupereminentiam & poteſtatem regiam adſcribimus pleniſſimam,ita & illud aſſici in læſo hoc opere inficias ire non poſſumus , Imprimis tamen viſcerum miniſteria , quæ cordi famulantur accuſamus,Tale eſt præprimis Iecur , colatorium & cribrum , biliſque ſeparatorium : Lien frigidatum & ſiccarum : Renes ſeroſorum atomorum ſecretorium ; Hæ partes dum debiles officio non ſatisfaciunt , acervatæque per renes & aquoſitates veſicam non effluunt,In cavo abdominis reſiſtentes , vel in habitum corporis transfuſæ, vel in flatus reſolutæ, hydropem ejuſque ſpecies conſtituunt.Cauſa immediata eſt partium chylificationi & ſanguificationi deſtinatarum,tum principum,tum miniſtrantium,imbecillitas ſeu ἀτονία:Chilificatio præcipue ventriculi & inteſtiuorum , ſi ob facultatem læſam à quacunq; intemperie , conformationis aut communi vitio, Et defectum fermenti ſalſi & acris, vel ob errorem externum lædatur : Si ἐξαιμάτωσις:Cordis & arteriarum non ſuccedat ad votum , ſeroſæ aquæ à lymphaticis Bartholiniaris non ſeparentur , àque renibus & ureteribus attrahantur , reſtitant in corpore,& in Aſcite in cavum deponuntur abdominis : Viæ ſunt,non ſolum venæ Portæ,quęque eam comitantur arteriæ per omentum meſenteriumque diſperſæ propagines, ſed & ipſa lympharica vaſa : oneris enim pertæſa aquas expellunt , ſponte ſua exitum illum affectantes : Expellunt autem per ἀναστόμωσιν,διάῤῥησιν vel διαπήδησιν: Δίοδον etiam præbet membranæ hepatis in ὑδατίδες ſæpe fatiſcentis raritas : Ruptio aquæ ex lobo hepatis minimo,circa portas Iecoris,ubi tenuiſſima membrana,ab *Aqua pendente,Spigelio,Hoſmanno* adſerta, reprobata à *Riolano* : Renum & veſicæ , ureterum exulceratio & eroſio , Dignæ ſunt omnes hydropis nomine. *Guern.Rolfinckius Epitomes meth.cogn. & cur.lib.3.cap.9.addit Barthclinus ſpicilegio de vaſis Lymphaticis* 2° c.5.§.10.Si rumpantur tunicæ ob fragilitatem , aquam in cavitatem thoracis aut abdominis exſpui : Sin tenaciores ſunt & robuſtiores,in veſiculas aqua turgidas attolli, hydatides vocatas: *Et cap.7°. hiſtor. de vaſis lymphat.* Iis obſtructis quando liquor tenuis à partibus non ſeparatur,oritur Anaſarca vel Leucophlegmatia : vel quando impedito per has tranſitu , ad venas ire cogitur , Aſcitidem excitaut.

§.5.Anno

§. 5. Anno 1673. exeunte æſtate, ad æquinoxium uſque autumnale aſſiduitate imbrium moleſta, febrium tertianarum, maxime duplicium, & erraticarum proventus fuit. Ex nonniſi exacta xl. die ſolutionem habuerunt: quæ breviori termino circumſcriptæ ſunt, nonniſi poſt iteratas ὑποςροφαὶ deſierunt, Illarum ſævitiem primus cum uxore, uno eodemq; impetu, (febre duplici tertiana,) expertus ſum, nec meliori quam cæteri fato, accurantibus licet ſagaciſſimis & experientiſſimis Medicis D. D. *le Clerc*, Senatore integerrimo, & *Alexandro Diodati*, Facultatis Med. Genevenſis Decano: Hac Dei Gratia, illorumque cura defunctus, amicorum integerrimum eadem ſpecie febris aggreditur Nob. & Clariſſ. Dom. *Alexandrum de Harſy*, Iuriſconſultum Clariſſ. ob eximias animi dotes plurimis, imo Principibus acceptiſſimum. Ætas illi ann. xlij, temperies calida & ſicca, imo fervida, Squallida, vultus qualis lienoſorum & ὑπόχλωρος; laborum patientiſſimus, in obſequium præſertim amicotum, quibus magis quam ſibi natus: xv. ante invaſionem febrilem diebus Genevam Lutetia magnis itineribus appulerat: Multas ærumnas clam concoxerat, & intentatam litem acriter defenderat: Dies integras ſine alimento tranſigebat, prandii diſpendium cœna compenſabat, cibos non ingerens ſed ingurgitans, quos immanſos excipiebat hians ventriculus, unde cruditatum uber proventus: Adſtrictior illi ſemper alvus, nonniſi πρὸς ἀνάγκην deiiciens & σωματώδη. Familiares illi à prima adoleſcentia de Liene querelæ, Moleſta & ſæpe colica ventriculi, ab atro humore illinc derivato: Lenientibus aſſumptis & admotis miteſcebat, maxime ab excluſione lotii, attamento colore & conſiſtentia non abſimilis: Auguſti 17. Tertiana duplex illum invaſit, cui ſtatim ſocium ſe addidit capitis dolor cum vigiliis, alias ipſi ingenitis: Siquis obreperet ſomnus, qui brevis ſed manifeſtus, ſtertore ſe prodens, pertinaciter ſe dormiiſſe inficiabatur: Vrinæ toto morbi decurſu rubicundæ fuerunt, rutilæ, flammeæ, ignei caloris teſtes, vel paſſeæ, fuſcæ, lividæ, atratæ, hypoſtaſi tartarea, cinnabaris æmula, ſaturatæ: Multa ſatagente ſimul altero Medico, molitus ſum ad febris depulſionem, varias à prima ſeptimana ideas induentis, typique tunc expertis: Ægreſcebat medendo Vir Clariſſ. ac morbus à remediis exacerbabatur, nedum miteſcebat: Lien qui recte morbi focus iudicatus eſt, ab admotis uſque adeo efferabatur, ut à quibuſcunque etiam mitiſſimis abſtinere neceſſe fuerit: Celebre emplaſtrum de Cicuta, alias efficaciſſimũ, per biborii motam tantos excivit tumultus, tam grave delirium, tantamq; virium proſtrationẽ iuduxit, ut fato proximus judicatus ſit. Ac deinceps cum Liene tanquam Noli me tangere, tranſigendum fuit, ſuique juris ut eſſet concedendum: Hinc ſuſpicio oborta cancroſam in eo ſubeſſe diſpoſitionem, nec fefellit conjectura: Pulſus toto morbi decurſu febrilis fuit, neque enim unquam integra apparuit ἀπυρεξία: ideo lentæ febris, quam foveret partis alicujus διαφθορὰ, ſubiit opinatio, nec temeraria. Pro vario tamen febris & viriũ tenore, modo languidior modo celerior fuit: diſſimilis per naturam in carpo dextro à ſiniſtro, in hoc enim arteria fortius imo duplo micabat: nam dextri dirempta erat, cujus exilior ramus ſolitam inibat viam, major inter carpum & dorſum manus verſus pollicem excurrebat, In ſingulis vero paroxyſmis, dum is contrectabatur, συνολκαὶ ac contractiunculæ manifeſtæ erant, quod ſibi innatum eſſe aſſerebat: Crebra ventris tormina adfuere, ab æſtu & ζυμώσει atræ bilis à liene in inteſtina effuſæ: Iuxta mucronatam cartilaginem, latere ſiniſtro, eminebat tumor indolens, proximis partibus concolor, dimidii pomi medioctis ſub cute deliteſcentis formam exhibens, ab ægro antealiquot annos animadverſus: Hypochondrium utrumque æque durum & tumens ſed ſine dolore: Cum jam febris, quæ modo tertiana, modo duplex quartana fuit, indole tamen quartana, acutorum morborum terminum exceſſiſſet, hydrops eminere cœpit, quem æger ſibi jampridem imminere prænuntiabat, ſed tympanitem: Pluribus præſidiis illius adventus oppugnatus fuit, quem arcere non licuit, quod firmiore ſtaret talo, cauſaſque haberet altè defixas: quas æger in ſolius potus ingeſti, nec permeantis copiam reiiciebat, quanquam vis diuretica perpetuo illi fuerit conciliata; de viſcerum enim integritate nullum ipſi unquam dubium, licet virii & κάτωσεως organorum, lienis præſertim, clara adeſſent indicia: Quinquies illi, ſed avara manu miſſus ſanguis, cujus detractioni pertinaciæ morbi maximam partem acceptam ferebat, at falſo, cum & venæ ſectioni aſſuetus eſſet, & morbi vis tale præſidium expoſceret, phrenitis præſertim imminens, Semper rubens ille & floridus prodiit, ſive ex brachio ſive ex ano educeretur: verum enim vero rubedo probitatis ſanguinis non ſemper index eſt, acrimonia enim & ſalſedo, aliudve vitium latens, illi colori aſſociari poteſt: Ab admotis ani margini ſanguiſugis ſemel ater & ſanioſus eductus, quanquam non ſucceſſerit εὐφορία: Exhibira ὀῤῥαγωγὰ copioſum ſemper ſerum excluſerunt: Inter hæc ſyrupus de rhamno ad unciam unam ante cibum exhibitus, inſignis fuit efficaciæ, qui xl. & plures de-

jectiones

jectiones ſine detrimento commovit : hinc hypochondriis tenus detumuit abdomen, ſed brevi intervallo iterum ſe extulit : Idem ſyrupus drachmarum ſeptem pondere exacto quatriduo exhibitus, ne ſemel quidem alvum excitavit : Reliqua cathartica hydragogis remixta, bilem utramque, copioſamque pituitam eduxerunt, ſed nec remittebat febris nec ſubſidebat venter : Paracenteſin anxie expoſtulabat ; quam à me non conceſſam ab aliis Medicis, nullo annuente, extorquere anniſus eſt : Apertionem ſcroti, ſeraeique intruſionem, quia id intumuerat inſinuavi ; at à ſemel admoto cataplaſmate reſolvente, brevi detumuit : Malleolorum ſcarificationem, imo abdominis, nec-non veſicatoriorum admotionem utilem judicavi, imo & fonticulum tibiæ ſiniſtræ inuſtum, quod ante morbum fluida ulcera diutius utiliter circumtuliſſet, Sed alterius Medici, clam ſe inſinuantis, obſtitit ſuaſio : quo auctore, ubi pertundi ſolet abdomen, admotum pyroticum, ſed adeo infelici eventu, ut uſtionem ſequuta ſit illico febris intenſior ἀγρυπνία, anxietas ſumma, & quarta poſt die mors : Altius enim ferrum impreſſum fuit : teſtis eſt aqua xij. ante obitum horis ſponte exiliens per diapedeſin : Eſchara aſſis magnitudinem pene æquabat, qua decidua intra quartam horæ partem totæ aquarum colluvies, cum certa & cita ægri pernicie exitum habuiſſet : Tandem exacto à morbi initio menſe quinto, præeunte crurum & pedum tumore, excarnibus & exſuccis manentibus tibiis, exortoque in metatarſo eryſipelate, delirio accedente, ſtertore & convulſionibus, fatis conceſſit amicus integerrimus, meliori & diuturniori vita dignus, in perpetuum deſideratiſſimus.

Mirum porro in tanta interiorum ariditate, Sitim, ſi paroxyſmorum tempora excipias, intenſiorem non fuiſſe, vel maxime quod hydrops mature ſui adventus indicia dederit: Mirum quoque, ad interitum uſque ſat facilem fuiſſe reſpirationem, cum & pulmonum vitium adfuerit, hypochondriorum meteoriſmus à tumentibus viſceribus, & inſignis aquarum in imo ventre colluvies : Appetitum etiam fuiſſe vegetum, cui, contra Medicorum vota, indulgebat aſſumptis cibis noxiis æque ac innoxiis, imo ſitim accendentibus, farciminibus ex ſanguine porcino frixiis, ſtribilitis, artocreatis, aliiſque piſtoriis operibus : Alvi excrementa ſponte prodeuntia à naturalibus non multum aberant : quæ ſi tantillum in alvo cæſpitarent, σπυραθώδεα erant, caprillis ſimilia, qualia toto vitæ decurſu dejecit : Inſtante fato, & ex ruina triplicis œconomiæ ſe prodente, cum nec videret, nec audiret, atque in moribundorum ſtatu ab *Hippocr.* aph. deſcripto conſtitutus eſſet, admotum ori panem dulciarium vino inſuccatum, manu arripuit, deglutiit, reliquias gingivis & dentibus adhærentes digitis abſterſit : Oblatum inſuper vinum avide ſuperingeſſit, quod tamen in ventriculum penetrare non potuit, convulſivo motu affecto œſophago, unde ſuperne remeabat cum ſuffocationis periculo.

Mortui priuſquam exenteraretur cadaver, lateri dextro, qua parte inſtitui ſolet paracenteſis, adactus ſcalpellus, unde protinus effluxit limpidiſſima lympha, Rhenani vini colore, inodora, ad menſuras noſtrates quatuor, ſeu libras medicinales xxiv. Hinc reſerato abdomine, 1. nullæ Omenti reliquiæ deprehenſæ, quod frequens in illis quos morbus diuturnus confecit; lacerũ ſaltem & corruptum tunc ſe exhibet: 2. Lien protinus, ſed miranda plane facie ſe obtulit, cunctos in ſui admirationẽ pertrahens; à naturali quippe omnino abibat, ſive figuram, ſive ſubſtantiam, ſive magnitudinem, ſitum aut connexionem ſpectes, forma enim ad quadrilateram, ſeu rhomboidem accedebat; ſummæ parti, angulorum ſuperiori, proxime ad cartilaginem xiphoidem, epiphyſiis, vel lobulus aderat, ovum gallinaceum mole æquans; tumorem, de quo ſupra, conſtituens: Duorum pollicum ubique erat craſſitie, librarum quinq; civilium, cum aliquot unciis, pondere : Partibus vicinis undique, ante, retro, & lateralibus, robuſtis fibris cohærebat, nonniſi forficibus divellendis : Partem ejus convexam tunica denſiſſima; & cartilaginea inveſtiebat, coronati argentei craſſitiem excedens, novaculæ aciem eludens; concavam autem nigricans membrana inveſtiebat: Diſſectum viſcus putrilaginem meram, atramque bilem concretam exhibuit : Mole autem ſua hepar in anguſtias redigebat, quod compreſſum & conglobatum, tumentis ſpecie imponebat ; quanquam à naturali magnitudine non deſciſceret: quanquam 3. colore etſi lurido, friabilitate, cjus parenchyma ex ſanguine farcimina referens, vitii notas proderet, membrana ubique deſtitutum, in ſuperficie quaſi à vermibus arroſum, parte præſertim concava: 4. Extremum Canalis Pancreatis tubulum occupabant quatuor lapides, teſſerarũ magnitudine & figura, exagoni, à mutua attritione lævigati & ſplendidi, gagati lapidi ſimillimi, nigerrimi, primo obtutu carbonum ſpecie illudentes : ex his duos ſuperſtites aſſervo, priores levi compreſſione attriti : hos inter jacebat vermiculus vivus : 5. Cyſtis fellea atro ſucco ſcarebat. 6. Meſenterium, qua ſuperiora ſpectat, lacerum erat & corruptum, cætera incolume, in quo conſpicua quædam vaſa lactea. 7. Colon inteſtinum flatibus turgidum, acu compunctum ſtatim ſubſedit. 8. Inteſtina gracilia juxta renem dextrum liventia, ad ſphacelum vergentia: 9. Renes adipe omnino exuti; dexter ſiniſtro

XXxx media

media parte minot: ima parte vterque nigricabat. 10. Ptope Renem dextrum repetta glandula, caſtaneæ magnitudine, ſolida, nigricans, intus & extra: Renem ſuccenturiatum crediſſem niſi à connexione undique fuiſſet libeta, nullis apparentibus fibrarum aut vaſorum veſtigiis: *Aperto Pectore* 1°. Pulmones quibuſdam in locis candicantes, in aliis lividi apparuerunt: atro humore & ſanie referti, cum corruptione ipſius ſubſtantiæ: 11. Vaſa autem omnia, tum Cava, tum Porta & Aorta, eorumque propagines, ſanguine carebant, atrum tantum cruorem effundentia: Cordis ventticuli exhauſti, in auriculis atet humot. 13. Cor parvum, compactum, quale generoſis aſſignatur, etſi à longitudine morbi marcidum eſſe debuiſſet: Tertium ventrem, ſcil. caput, attingere vetuerunt Vidua & conſanguinei.

Relatio Anatomica diſſectionis cadaveris Nobil. & Clariſſ. viri Alexandri de Harſy *inſtitutæ* 17. *Ianuarii* 1674. *Facta à Nobiliſſ. & Excell.* Domino Stoffelio.

1. HAbitus corporis ad ſummum erat extenuatus, vultus ex pallido nigricans & ſubflavus, *Hippocraticus*: Thoracis muſculi pene conſumpti erant, coſtarum interſtitia non replentes: hypogaſtrium & hypochondrium ſiniſtrum in tumorem elata erant, quem tympaniticum multi judicabant, mollem tamen & candicantem: Umbilicus à naturali non recedebat; hypogaſtrium non adeo tumebat; femora, tibiæ & pedes fere excarnia, paulo ante obitum intumuere, ac tumores eryſipelaroſi in anteriori tibiarum parte, ac in pedio, prope majorem digitum, ad coronati magnitudinem apparuerunt.

2. Foramine pet ſcalpellum in muſculo recto facto, quatuor digitis ad lateta, & totidem inſta umbilicum, exiliit aqua ſubpallida, limpida, viſciditatis & fœtoris expers, ad quatuor menſuras Genevenſes, ſeu libras civiles xxiv.

3. Ducta linea recta à ſterno, ſecundum lineam albam, ad os uſque pubis, eodem ſcalpello, nullus ſe obtulit adeps, ſic facilis fuit apertio per forcipes: Omenti nullum adfuit veſtigium, Omnis aqua intra peritonæum & inteſtina continebatur: aquæ reſiduum per ſyphum vitreum exhauſtum fuit, duas iterum menſuras explens aut libras xij.

4. Abdominis muſculis tranſverſim inciſis, eo facilius in conſpectum venit ſplen ſcirrhoſus, hypochondriis alligatus per fibras infinitas, venulas & arteriolas; ſubſtantia illius nigricabat, corrupta, unguibus facile cedens: Figura piſcem Rhombum æmulabatur, quadrata, in latitudine & longitudine æqualis, ſi ab illo detraxiſſes lobum ſtomacho proximum, latitudinis duorum digitorum, trium longitudinis: Diametet ſemipedalis propemodum erat: Totam convexam faciem obtegebat cartilago aut membrana, craſſitie dorſi cultri, dura, parenchymati firmiter affixa: Ejus concavitas convexa parte latior erat.

5. Lobo pertinaciter adeo duodeno cohærebat, ut nonniſi cultto aut ſorfice inde divelleretur; hinc enim & inde fibræ accreverant.

6. Proxime locum in quem Veſica Fellis, & Pancreatis canalis Witſungianus, ſuccum proprium eructant, quatuor deprehenſi calculi, quorum maximus avellanam æquabat, tam nigrum & levem ut nemo non carbonem crediderit: Friabiles omnes etant, ac poſtridie intus fuſcum colorem exhibuerunt: maximo adhærebat vermiculus albus & vivus, minimi fili longitudine, craſſitie fili conrorti.

7. Cyſtis fellis ſorficibus diſciſſa atram bilem, ſed paucam effudit.

8. Portæ venæ ſanguis, atramentum nigrore referebat, vix unciatum duarū pondus æquans.

9. Exhauſta ergo omnino lympha, & ſanguine abdomine contentis, exhibuit ſe variegatum Jecur, quibuſdam in locis candicans, in aliis nigricans, tuberoſum & quaſi aquæ calidæ immerſum, tunica omnino exutum, digitis contrectatum in particulas diſſiliens: Ex pluribus parvis lobis conflatum dixiſſes: Lieni magnitudine cedebat.

10. Inteſtinorum aquis, innatantium, à natutali ſtatu non magnus erat receſſus, ut nec ventriculi, cujus ſtomachus & pylorus adipe aliquo donabantur: Vacuus erat ventriculus, quanquam pridie tres panes biſcoctos comediſſet: Venæ lacteæ eminebant, quarum una, teni proxima, anſerinæ pennæ craſſitie ſimilis erat: Turgebat flatibus colon, cujus inferior tunica, qua patte ventriculo ſubſternitur, rubebat, corruptioni proxima: Meſenterium parte ſuperna à corruptela viſum effugiebat: Circa renem dextrū deprehenſa glandula, nucis juglandis mole, ſubſtantia renibus ſimilis, rotunda: Livebanr cætera inteſtina: Reni dextro vicinum gangręna attigerat ad 5. aut 6. digitorum tranſverſorum longitudinem, contrectatū in partes diſſiliens.

11. Renes pinguedine plane ſpoliati, cætetum ſubſtantia à naturali non multum diſſimili, hoc uno excepto quod dexter ſiniſtrum magnitudine multum ſuperaret, ac parte inferiore inteſtinum ſpectante ad gangrænam vergeret: Nulla obſtructio eorum pelvim, neque emulgentia vaſa, neque vreteres obſidebat, neque veſicam, ſtatu omnino naturali donatam.

12. Reſerato per novaculam Thorace, ducta à ſummo ad imum linea, & duabus obliquis ad cartilagines quę latera ſterno connectunt, Deprehenſi pulmones partim candicātes, quaſi abſceſſu tētati; partim nigri, gangręna affecti & corrupti, phlegmate & aterrimo sāguine infarcti.

13. Cor

13. Cor minimū fuit, cujus ventriculis ſanguis pene omnino deſtituerat, qui paucus ſuperſte fuit nequaquam concreverat: Ventriculi dextri paries tenuiſſimus erat, ut ſiniſtri craſſiſſimus.

14. Cavæ & aortæ ſanguis aterquoque fuit & pauciſſimus.

Et hæc in magnis illis duabus cavitatibus conſpicua fuerunt, Tertia intacta fuit, prohibentibus Vidua & affinibus, quibus ſatis fuit morbi & mortis cauſam, de qua multi varia in apertum veniſſe: Penuria quippe probi ſanguinis obitus obtigit, à corruptela Splenis & Jecoris: Contigiſſe forte reor, ut in juventute à caſu aliquo labes illi fuerit inuſta, ac caloris nativi robuſti ope, natura, vitium correctura, concretum ſanguinem in fibras abire permiſerit, quæ hypochondriis affixæ fuerunt: Vel ſplen tumore aliquo obſeſſus, qui in abſceſſum abierit, circa hypochondrium, quod in poteſtate fuerit præſtiterit, Teſtis eſt ejus membrana candida & dura: Lobo exteriore Omentum irritabat, inflammationem in eo peperit, & intenſos eodem tempore dolores: Vaſa ſua lymphatica deplevit, unde abdominis cavitas lympha omnino referta fuit, à qua in tumorem elatum fuit: hinc quoque vicinæ partes in corruptelam abierunt: Sanguis per circulationem in pulmones illapſus, inde in cor, phlogoſin induxit, hinc duplicis Tertianæ origo: Hinc deficiente ad alimoniam ſanguine, tabes totius obtigit; quod proculdubio incaluit itinere Lutetia per æſtatis æſtum inſtituto: ſuperueniente animi excandeſcentia æſtus ſanguinis ſubſequutus & febris: Epiploon & inteſtina ab aquis labem paſſa ſunt: Quoad Renem dextrum, vicinumq; illi inteſtinum, præter itineris moleſtias, decubitus ad inflammationis ortum plurimum contulit & gangrænæ: Neque hæc omnia febris ſobolem eſſe, illud mihi indicio eſt, quod urina à morbi primordiis ad exitum uſque ſimilis ſemper fuerit, craſſa nempe, turbida, rubicunda, ſedimento tartareo, aut bolari, cinnabari ſimili, donata: Hæc circa mortis cauſas ſentio, cujus cauſam nemo expugnare potuit: nullum quippe remedium ſplenis vitium in naturalē diſpoſitionem traducere ſatis validum erat: Veriſimile quoque ſi quatriduo ante obitum paracenteſis fuiſſet inſtituta, lethum inter manus Chirurgorum præ foribus futurum fuiſſe. Limpida enim ea aqua balſamo quodam, aut facultate quadam erat prædita, à qua viſcerum corruptorum tonus quodammodo ſovebatur, calorque ac ſiccitas temperabatur: qua per apertionem educta, dominium obtinuiſſet atrabilarius ſanguis, pici nigrore & craſſitie non abſimilis, unde ſpirituum vitalium in corde defectus protinus contigiſſet: Sed hæc judicio D. *Boneti* commito, cujus ſententiam expecto &c. Genevæ 18. Januar. 1674.

SCHOLIA.

Febre prehenſus fuit] Erraticarum & Quartanarum febrium una eademque ſtatuitur origo (cum illarum in has facilis ſit ἰδιωσεια) humor ſcil. melancholicus, à quo deducenda febris qua prehenſus Vir Nobil. cujus dominatus, etiam per ſanitatem, plurima extitere indicia, ac ſpeciatim ex intervallis recurrens humoris atri per urinas excretio præcedentibus doloribus, imi ventris: Sed & mores, & temperamentum, & vultus & alia annuebant: Ac niſi vis animi rectrix τῷ ἐπιθυμητικῷ ſuperior fuiſſet, quæ hanc ſub jugum redigebat, maniaci affectus apparuiſſent, cum cauſæ præſto eſſent, cancroſa ſcil. lienis σκίῤῥωσις aduſti illius humoris progenitrix: Quæ vero poſtmodum ſucceſſit, febris, adulto ſcil. & provecto jam hydrope, typi omnino expers, rigoribus aliquando interciſa, aliam me judice habuit originem; atque ſymptomaticam credo, ab inflammatione variarum imi ventris partium, in quibus non gangrænæ rudimenta ſolum ſed veſtigia apparuerunt, quæ phlegmones ut plurimum ſoboles eſt: Ac manu-ducente Exc. *Spigelio*, qui ſemitertianarum cauſam quærit in meſenterii inflammatione, cenſeo hinc repetendam cauſam, & inteſtinorum gracilium prope renum dextrum necroſeos manifeſtæ, & meſenterii partis ſuperioris corruptionis; nec-non Renum ima parte livoris, item pulmonum putredinis, quas anteceſſit inflammatio, qua vigente febriles inſultus apparuerunt, ut quoties paroxyſmus febrilis jam oborto hydrope advenerit, toties plegmone aliquam dictarum partium invaſerit: Imo adnotat Clariſſ. *Rolfinccius* in Conſult. Med. ubi hydropis comes fuit febris, toties inteſtinorum corruptionem deprehenſam.

Dormiiſſe ſe negabat] Humoris melancholici (calidi & ſicci, ideoque ad ſomni procreationem inepti) ea eſt indoles ut quæ inde proveniunt inſomnia, evigilantibus pro reapſe contingentibus habeantur, adeo expreſſa ſunt, & alte, etiam ſoluto ſomno, memoriæ infixa: Teſtantur ſagarum inſomnia, quæ omnes prope melancholicæ ſunt, ac mira & impoſſibilia narrant ſibi contigiſſe, quanquam obſervatum & conſtet eas alto ſomno oppreſſas fuiſſe, quo tempore peregrinationes mentiuntur.

Urinæ rubicunda &c.] Non ſolum ab admiſto plurimo ſale & tartaro, ſed & ab aduſto & imperfecto ſanguine cum ſero è corpore elabente, hinc tabes totius, quanquam alimentum plurimum aſſumeret æger: Revera diſcrepabant ab urinis cruentis, quales profundunt quibus vas aliquod quomodocunque reclusum, in quibus ſanguis ſub propria forma ſubſidet: præſenti vero in caſu æſtus viſcerum, hepatis præſertim & ſplenis, ſanguinis materiam, priuſquam formam indueret, retorrebat & in cineres redigebat, unde nutritionis anſa præripiebatur.

Lien ab admotis efferebatur] Cauſa pendet & à natura humoris in ipſo contenti, & peculiari ejus ſtructura: Humor erat vere atrabilarius, qualis cancroſas affectiones inducit, quas attingere vetat *Hippocr.* aph. 38. ſect. 6. Ad excandeſcentiam vero excitandam, concurrebat ſingularis illa lienis tunica externa, denſiſſima & cartilaginea, quam penetrabat vis admototum, ſufficiens ad tumultum ciendum; excitata ζυμώσει & meteoriſmo humoris, non item ad illius ſedationem, temperationemque ac vaporum inde excitatorum excluſionem & diſcuſſionem, ἀδιαπνευστίαν pariente illa tunica: Adde quod cum

in omnibus propemodum vaſis, ſimilis humor delitesceret; initio in ſpleniticis vaſis fermentationis ducto, propagatio in toto ſequuta ſit, non per ſolam vaporum hinc inde diffuſionem, ſed & per totius maſſæ ebullitionem.

Crebra ventris tormina] A dicta humoris atrabilarii effuſione tum in inteſtina, tum meſenterii & omenti membranas, partes eas percellente, lancinante, diſtente: nam præter inſignem acrimoniam, flatibus quoque uberem materiam ſuggerit; teſtis hydrops tympanites ad *Sennerti* mentem, ab humore atrabilario ortum ducens, & hypochondriaca affectio φυσώδης κατ' ἐξοχὴν dicta.

Sanguis ſemper rubens & floridus prodiit &c.] Mirum videri poſſit quod redundante in vaſis internis atro & exuſto ſanguine, floridus & ruber vena aperta eductus ſit: At vero conſtat ſæpe diſſimilem contineri ſanguinem in corpore, ut alius in interioribus, alius in habitu; imo alium educi tuſa cephalica, alium baſilica.

Hypochondria tumida remanſerunt] De liene obſcura non eſt ratio, qui non modo ſiniſtrum hypochondrium totum occupabat, ſed & ad ventriculi regionem ſe porrigebat: De hepate vero, cum illo minor eſſet, quomodo tumorem hypochondrii dextri produxerit, cauſam aſſignare difficile eſſet niſi lienis moles perpenderetur, qui ad regionem jecoris uſque delatus, illud in anguſtias cogebat & premebat, ut inde præcordium dextrum tumeret.

Pituitam copioſam eduxerunt] Cujus nullæ reliquiæ nec veſtigia neque in ventriculo neque in inteſtinis deprehenſa: Adde quod ægri temperamentum ejus generationi & collectioni plane repugnare videbatur: Sed obſervatione dignum quod ſtatuit Clar. *Hoſmannus* Inſtit. Anatom. lib. 3. cap. 28. Ventriculum, quacunque demum intemperie laboret, ſive calida ſive frigida, pituitam, ſeu phlegma ſemper gignere: favetque illi ſententiæ experientia; Atque exemplum pronuper ſuppeditavit Vir Excell. & Nobiliſſ. Dom. de Mommolin, Sereniſſiimi Ducis Longavillæ Cancellarius, cujus frater Nobil. ejuſdem Principis in Ditione Neocomenſi Quæſtor, colicis doloribus per aliquot fatigatus fuit menſes, eorum autem origo à plurimi Medici à pituitæ adſcripta fuit, quod illam copioſe tum ſponte tum medicamentorum ope excerneret: forte tunc temporis Neocomi degebat Nob. Dom. *Akakia* pronepos Celebr. Doct. *Akakia* Medici & Profeſſoris Pariſienſis, cujus commentaria egregia extant in plurimos *Galeni* libros: Ille perſpecta ægri temperie & corporis habitu, qui macilentus erat & ſtrigoſus, alteri viæ inſiſtendum indicavit, ac affectum refrigerantibus & humectantibus ſuperandum, quod caloris & ſiccitatis proles eſſet, In id uſum juſculorum carnis vitulinæ & pullorum gallinaceorum ſuaſit, temperarique vinum ad medias & amplius: Paruit æger, ac qui prius vix duorum dierum intervallo à doloribus liber erat, jam omnino ab iis immunis ſit, nullam excernens pituitam, ac poſtmodum affectu pertinaci omnino expers vivit.

Effluxit limpida lympha] Hoc vero extraordinarium fuit quod aquæ tum per paracenteſin è cadavere eductæ, tum è cavo abdominis exhauſtæ, ab urinis quas æger fundebat adeo diſſimiles eſſent: hæ enim, ut in hiſtoria narratum, rubræ erant ad nigredinem vergentes, tartarea materia plurima ſaburratæ: hæ limpidæ, vinum Rhenanum colore referentes & conſiſtentia: Quare veriſimile eſt hydropem non ab humorum ſero, quod lotio materiam ſuggerit, ac potui proportione aliquando reſpondebat, natum fuiſſe, ſed à vaſis lymphaticis reſeratis, ruptis & apertis, illis præſertim quæ venam portam, in aditu hepatis, complectuntur, cum convexa illius pars maxime aſpera & quaſi à vermibus arroſa appareret, tunica omnino deſtituta: unde ratio petenda cur paracenteſis ut plurimum infrugifera, imo calamitoſa ſit, quod perennis ſcaturigo ſit aquarum ab hiantibus illis vaſis.

Quatuor deprehenſi lapides &c.] Quorum prima coagmentatio fuit ex tartarea illa materia quæ per urinas ſecedebat, fulveſcebat enim meditullium: qui acceſſit cortex, atræ bilis ubique exſuperantis naturam ſapiebat, cui cum gluten deficeret, facilis ſolutio ob friabilitatem ſucceſſit.

Pulmones candicantes &c.] Nulla toto morbi decurſu reſpirationis læſio apparuit; levis tantum præ mole aquarum pectoris oppreſſio: Sed quod viſcera cuncta exſucca eſſent, arida, omniſque adeps præ morbi diuturnitate abſumptus eſſet, amplum lymphæ nactæ locum, liberum diaphragmati ad motum ſpatium conceſſerunt: alias dyſpnœæ duplex aderat cauſa, Pulmonum ſcil. læſio & dicta ſepti oppreſſio: Illorum cauſa reſpiratio difficilis non fuit, quod ſaniei modica eſſet copia, bronchia nec replens nec premens: Pulmonum vero labes non à cerebro arceſſenda, quod, ut exiſtimo, pumice ſiccius erat, ſed à vitiato in toto cruore, qui ad illorum tranſmiſſus ſubſtantiam, in corruptelam pertraxit: Raucedo revera per biduum ægre, quatuor circiter ante obitum ſeptimanis moleſta fuit, ſed nec illa catarrhi ſoboles fuit, at potius tranſmiſſionis corrupti illius ſanguinis ad pulmones, cum primum corruptela illis induci cœpit.

Iecur membrana ubique deſtitutum] Unde ſuſpicio à diſruptis veſiculis ortum fuiſſe hydropem; quæ cum crebræ & multiplices fuerint, nudatum propria tunica omnino remanſit.

Partem convexam cartilaginea tunica & denſa inveſtiebat] Simili cartilagine obductos ſe vidiſſe Lienes aſſerit *Columbus* Anat. libro decimo quinto, *Riolanus* quoque lienem exactè quadratum, trium palmorum latitudine & æquali longitudine, craſſitie quatuor digitos æquantem, & undiquaque cartilaginoſa cruſta incruſtatum teſtatur ſe vidiſſe: *Tulpius* Lienem in eunucho quodam, tam denſa ac dura cartilagine contectum vidit, ut inde adimeretur inſtar craſſioris alicujus corticis: Celeberr. *Drelincurtius* Lienem diſcidit cui durities inerat paſſim, & quaſi per areas, quarum una quæque ducatum minorem æquabat, duriſſima & perlucida, quas proinde corneas vocitabat, quod duritie & colore legitimum cornu hinc inde incuneatum referrent, interiore interim ſubſtantia omnino putri, quod leviſſimo contactu diſſiliret, quæ materiam fæci vini ſimilem continebat.

§. 6. Lienem vitioſum in hydrope vidit *Veſalius*, hepate plane ſalvo: Hinc *Dodonæus* ſe nullius corpus Aſcitici vidiſſe affirmat, cujus Lien non fuerit tumidus & magnus: Hac de cauſa putat ſolum tumorem Lienis ad Aſcitis generationem quandoque ſufficere: Idem fere *C. Piſo* atteſtatur: Quiſquis, *inquit*, attenderit ſerio hydropicorum diſſectioni, fatebitur una mecum ultro tumorem aliquem viſceris alterutrius fere unicam eſſe ac frequentiſſimam Aſcitis parentem: Quibus Dæmonium illud Hippocraticum *Duretus* aſſentitur,

Hydropem

Hydropem nullum ſine conſenſu & conſpiratione Lienis accidere : fuit enim illud præ ceptoris, Omnem Aſciten naſci præcedente, ut ita dicam, Liene : Ipſe Ego anno 1651 & 1652. In Antenoreo Lyceo cum agerem, hyemali tempore ſectionibus Anatomicis to tum me mancipando, tria hydropicorum aſciticorum cadavera ſecui ac inſpexi, Lienem que prætumidum hujus mali cauſam deprehendi, quorum unus xv. libras civiles æquave rat. *Iohannes Scultetus in Miſcell. curioſis anni iv. obſerv.* 148.

§. 7. Viro cuidam, qui à frequenti Vomitu ſanguinis Aſciticus factus fuerat, per pro minentem umbilicum laneo filo, ſive lycio tranſmiſſo, aquoſus humor ſenſim effluxerat ſed nihilominus non diu poſt mortuus eſt.

Lien ſanguini concreto ſimilis repertus, ſubſtantiæ ſoliditatem haud retinens, ſed fa cile in partes ſolvebatur. *Dodonæus cap. 26. obſervat.*

SCHOLIA.

QUando venter amplius diſtendi nequit, umbilicus foras erumpit & in tumorem attollitur, aquoſo diſtentus ac repletus humore, quod Græci ἐξόμφαλον appellant, Et tunc quidem per hunc laneo filo tranſmiſſo; vel etiam eodem ſcalpello aperto humor effluit, nullo ſubſequente fructu alio quam quod æger à diſtenſione ventris pauco tempore liberetur: Prius enim quam umbilicus erumpat, jam interna viſcera corrupta ac putrida ſunt, proinde ſanitas nec expectari nec ſperari debet. *Idem.*

Lien ſanguini concreto ſimilis] *Hofmannus* & alii parenchymatoſam Lienis carnem appellarunt, ſola laxitate & mollitie ab hepate diſſimilem : hanc doctiſſimus *Highmorus* concreto inter fibras ſanguine excitari putavit, ita ut unicus videatur inter Anatomicos conſenſus, Lienis ſubſtantiam concretur quoddam corpus eſſe ſanguineum, anchoram fidum que fundum vaſis inibi exiſtentibus præbens, com munionem quandam habens cum cæteris viſceribus Evidentius tamen mihi innotuit, longa & laborioſ indagine, Eſſe totum Lienis corpus membranarur congeriem in cellulas & concamerationes efforma tam ſeu diſtinctam; Et licet diſſecta ſplenis ſubſtan tia concretum ſanguinem præ ſe ferat, & levi attri rione in fluorem ſolvatur, attamen non diſpari ra rione ac in pulmonibus accidit, ſpecie carnis nobi imponit, diluto ſcil. colore & ſubſtantiæ laxitat &c, *Marcellus Malpighius De ſtructura viſcerun Tractatu de Liene cap. 4.*

§. 8. Quinquagenarius poſt Quartanam Hydropicus fit : Lien multis occupatus era ſcirrhis. *Vide tit. de Febribus.*

§. 9. In Nobiliſſima quadam matrona Hydropica, Lienem apoſtemate infectum, pre ſumque puris copiam effudiſſe obſervavit *Paulus Mothius.*

OBSERVATIO VIII.

Aſcites vitio Renum flaccidorum & exilium procreatus. 1. Vlceratorum & perforato rum. 2. 3. Siniſtri corrupti. 4. 5 Renis dextri obſtructi à calculis, ſiniſtri purulent 6. Vtriuſque muco obſtructi. 7. Sabulo. 8. Siniſtri valde conſumpti, Dextri vreteri obſtructione. 9. Hydropici Renes multo adipe obſiti, Lien parvus. 10. à Renibus flacci dioribus, cum vitio hepatis & lapide inſigni in cyſti. 11.

§. 1. ILluſtr. Baro D. Steno Stielke, doloribus arthriricis diu multumque affectus, in Icteritiam incidit, Adhibita à præſentibus Medicis remediorum variorum genera ſed ſine ſucceſſu : ſupervenit tandem & hydrops Aſcites, aliaque ſymptomata, quibus cun ultra ſemeſtre colluctatus, leniter & quaſi per ſomnum exſpiravit.

Defuncti corpus aperui, ubi præter alia notatu digna inveni. 1. Calculum in veſica fellis, Icteritiæ cauſam &c. 2. Hepar maxima quidem ex parte ſalvum, ſed croceo color tinctum conſpiciebatur. 3. Cor, Pulmones, Lien, Ventriculus, Meſenterium & Omen tum naturaliter fuere conſtituta. 4. Inteſtina maculis nigris & liveſcentibus hinc inde diſtin cta. 5. *Renes flaccidi, &*, quod notabile, *adeo parvi* ut magnitudinem nucis juglandis vix æquarent. *Balt. Timæus conſil. lib. 3. caſu* 28.

SCHOLIA.

R*Enes flaccidi & adeo parvi &c.*] Hinc conjicio Arthridis juxta & Aſcitæ cauſam in renibus potiſſimum fuiſſe, quatenus ob vitioſam conſtitutionem ſeroſum humorem minus ſufficienter attrahere, ſecernere, & excernere valuerunt; urinas enim reddebat pauciſſimas, etſi quandoque largius biberet, magnamque cereviſiæ & vini copiam ingurgitaret: Obſervatumque eſt ſæpe à x. vel xi. me ridiei ad primam uſque noctis ſtrenue potantem, n ſemel quidem à menſa ſurrexiſſe : Reſtitans auten in ſanguine ſerum facile per venas & arterias in par tes circa articulos protrudi & arthritidem parere: i abdominis autem cavitate collectum aſcitem produ cere potuit. *Idem.*

§. 2. Nobilis ſumptuoſe & lautiſſime vivens, vina generoſa bibere ſolitus, morbis qui buſdam infeſtabatur, nunc colicis, nunc nephriticis, nunc arthriticis; unde ſæpe gravite

affectus, ingruente ſenectute manus contractas digitoſque aſtrictos reliquo vitæ tempore habuit: quotannis fere ad thermas aliquas profectus, non ſolum lavans, ſed etiam bibens, imprimis acidulas, quas ſibi eo nomine conducere credebat, quod ardorem & calorem Hepatis, ex vini generoſi continuo & ferculorum atomatizatorum quotidiano uſu conceptum, non nihil reſtinguerent: Tandem annum ætatis agens ſeptuageſimum cœpit illi Venter ſubito quandoque Intumeſcere, cum ſumma dyſpnœa, quæ tamen poſtea iterum remiſerunt. Anno ſequenti 1603. circa finem Aprilis, ætatis ſuperans lxxi. à convivio domum bene potus, ſub noctis medium; Cœlo ſero, leviter veſtitus rheda reverſus, pectoris anguſtia cœpit angi, tuſſiſque vehementiſſima eum invaſit, per quam licet copioſa excrearit, nihilo tamen melius habuit: Vocatus illico Medicus, defluxionem à capite ſupra pectus factam judicans, varia præſcripſit, quibus uſus ad 7. Maii uſque, nihil interim remittente tuſſi & dyſpnœa, vocatus frater meus, communicatis mecum conſiliis, ſequentia ili adminiſtravit remedia; cum craſſa & tenacia difficulter expueret, utebatur oxymelite ex hydrom. malvatico, acetoſo reddito, miſcendo ſyr. de liquir. de jujubis, & tantillum ſpiritus vini: lavit quoque pedes lotione divertente ex herbis capitalibus, pectus inunctum fuit Reſumpt. Paulo quietiorem noctem quam priores tranſegit, at hora 2. poſt mediam noctem, difficultas ſpirandi illum invaſit denuo, ut ſedendo reliquum noctis tranſigere coactus fuerit, quod prioribus noctibus ſibi accidiſſe narrabat, De quo monitus, cœpi ſtatim de Hydropis initio ſuſpicari, cujus hæc nocturna dyſpnœa prænuntia eſſe ſolet: Verum cum tunc & ſtertor & excreatio pulmones quoque infarctos denuntiarent, factum eſt ut aſthmatis potius quam hydropis ab initio ratio habita ſit, donec ventris & pedum ſenſim increſcente tumore de Hydrope certi eſſemus: Antequam autem illud omnino innoteſceret, pleraque remedia non ſolum ad precautionem hydropis, ſed & pectoris anguſtiam fuerunt accommodata: Circa finem Junii tuſſis & ſtertor remiſerant, hydropiſque jam manifeſta aderant indicia, túmor nempe tibiarum & ventris, ac dyſpnœa nocturna, ipſe, cujuſdam conſilio, ſemper acidularum potu delectatus, Griesbachum proficiſci cogitat: 1°. ergo Julii iter ingreſſus, quarto die eo non ſine difficultate pervenit, & ſequenti die chiragra correptus eſt, quam ſequuta eſt podagra: nihilominus interim acidulas ad pocula duo quotidie bibenti, omoplatæque ſimul dolorem paſſo, ſtatim ſcrotum cum pene intumeſcere cœpit, acidulas ad xi. uſque Auguſti bibit: Supervenerunt illi hæmorrhoides, quæ tamen non diu durarunt: Dyſpnœa & imbecillitate mire angebatur, Et quia urina pauca tantum fluebat, ſignum erat aquarum illarum acidarum magnam partem in abdomine retineri: Cum itaque earum potu morbus factus fuiſſet deterior, ad alia remedia tranſiit: Menſe Septembri conſultatum fuit an Paracenteſis, quod ſolum reſtabat tentandum remedium, facienda? Aliis in ventre eam fieri poſſe, aliis in cruribus levem ſcarificationem faciendam cenſentibus: Eam ob cauſam pedes inſpecturi, ſtatim ſponte veſiculas excitatas & diſruptas ſerum profundentes vidimus, per quas fluxit ſucceſſive ad dies aliquot magna aquæ copia, adeo ut venter nonnihil ſubſideret, liberiuſque ſpirare & decumbere diutius poſſet; Ab eo tempore quo ichor è cruribus juxta malleolum fluere incipiebat, ad præcavendam inflammationem & gangrænam, quam plerumque ſequi prædixeram, potiſſima cura dirigebatur, quam tamen vitare non potuit: Interea viribus omnibus labaſcentibus ſenſim, & ſuperveniente febricula, poſtremo diarrhœa, die ultimo Octobris placide exſpiravit.

Corpore diſſecto ſequentia deprehenſa fuerunt: 1. Cor erat magnum, illæſum ſed flaccidum & collapſum. 2. Hepar, Lien, forma & magnitudine decenti ſalváque: 3. Bilis veſicula ampla admodum, diſtenta, cum ſua cervice, & turgens bile & aqua: 4. Aqua in ſpatio abdominis retenta, magno impetu, fontis ſalientis inſtar, vulnere primum in abdomine inflicto, erumpebat limpida, ſed cadaveroſo odore prædita, lx. libras circiter ponderans, cujus non minor quantitas per pedes, longo illo ſeptem ſeptimanarum ſpatio prius effluxerat: 5. *Ren uterque eroſus & ulceratus erat*, ulceribus multis ab interioribus illorum ſubſtantiam ad exteriora uſque perforantibus, & ſe extrinſecus aperientibus, è quibus ſerum vel urinam in abdomen diſtillaſſe hoc oſtendebat, quod adhuc veſicæ aqua plenæ aliquæ renum corpori adnatæ eſſent: quibus diſſectis aqua profluebat, foraminaque patebant, ſine dubio illius aquæ in abdomine collectæ cauſa fuere, Uti & Hepatis Lieniſque ejuſmodi ſubſtantiæ diviſionem ſe veſicaſque illis, affigentes, diſruptas poſt, aquamque profundentes in abdomen, cauſam frequentiorem hydropis aſcitis eſſe annotavi, *Ferneliuſque* idem aſſeruit. 6. Meſenterium, Omentum, Renum pinguis tunica, omnia veluti arefacta, contracta & convoluta erant, adipe adhærente, veluti in globulos toto inteſtinorum ductu, uti & circa rectum inteſtinum, conglomerato, ab aqua quæ continuo has ſedes

colorati

alluebat: 7. Inteſtina inania, uti & ventriculus erant. 8. Pulmones inæqualiter colora & ex parte otioſi apparebant, integri tamen, è quibus ſectis cruor ater & pituita prod bant, qui fibris coſtis, ſiniſtro præſertim latere, adnexi erant. 9. Thoracis cavo aqua que que inerat.

SCHOLIA.

EX quibus & præſertim Renum illa læſione, ſerum effundentium, aquam illam in abdomine collectam fuiſſe, & hydropem aſcitem natum certo cognovimus, & dein quoque in aliis idem eveniſſe obſervavimus: Ex eóque intelligere potuimus cauſam doloris nephritici, de quo, ſed non adeo magno, continuo conquerebatur, fuiſſe Renum exulcerationem, & quod minori quantitate, quam oportebat, jam diu urinam reddiderit, non minimam cauſam hujus renum exulcerationis fuiſſe: præſertim vero immoderatum illum & annorum plurimorum ſpatio continuatum vini generoſi potum, ac longas illas in conviviis ſeſſiones, quibus urinam acrem retinebat, morbum hunc cauſaviſſe. *Platerus Obſerv. lib. 3. p.640. Pract.lib.3. cap.3.*

Ren uterque eroſus & ulceratus] *Quomodo à ſoluta Renum continuitate Hydrops excitetur oſtendit Platerus ibid.p.m.216.* In Renum corpore, *ait*, cùm & illud, ut & alia viſcera (Jecur & Splen) parenchymate conſtet, ſi illius continuitas eo modo ſicut de cæteris dictum, ſolvatur, hoc idem fieri poſſe, aſcitemque inde prodire & rationibus atque experientia moti aſſerimus, Cum enim ad eos ſerum non ſolum per emulgentes venas continuo cum ſanguine deferatur, ſed & ibi ab illis ſecretum continuo coacervetur, ſi ſubſtantia renum ad eas ſedes uſque vel d viſa aut aperta ſit, ſerum ex iis æque atque è cæt ris viſceribus, vel exudans, & veſicas prius exc rans, vel ſtatim penetrans, copioſius ac citi quàm ab aliis viſceribus in abdomen profluet, aſc témque qui diu perſeverare poteſt, cum Renum la ſiones, præſertim ſi unus tantùm afficiatur, hom nem non ſubito perimant, ſed diuturnum morbu procreent, unóque penitus conſumpto, alter quæ adhuc diu ſufficere, procreabit. In quo caſu, pra ter cætera accidentia ab aquæ hac collectione in ab domine provenientia, in urinis interdum aliquid pu rulenti, ſi ulcus adſit, deprehenditur, mictióque ac huc longe quàm in cæteris parcior, & ſæpe paucíſſ ma, ſi uterque præſertim Ren ſimul affectus ſit, cù urinæ non minima portio in abdomen continuo d feratur, nec uti decebat ad veſicam perveniat: H rum autem læſionum cauſæ in Renibus eadem qu & cæterorum viſcerum eſſe poſſunt: ut nimia ill rum ariditas, ſicuti hanc renibus quoque accider ſiccitatémque illorum calculi ſimul cauſam fie oſtendimus, quam non ſolum ætas, morbi calid ſed & urina calidiſſima, ex ciborum calidorum, & vini præſertim potentiſſimi, uſu accenſa, renibu tandem infert.

§. 3. Ulcera renibus admodum peculiaria, ſi non ſolum interiores ipſorum ſedes occu pent, ſed & ad exteriora vergentia, ſubſtantiam ipſorum, nunc uno nunc pluribus ulcuſcu lis perforent, cauſam hydropi præbere poſſunt, Uti & Renum omnimoda, qualem ſæpe vi dimus, corruptio, remanente tantum illius involucro veluti marſupio. *Idem ibidem.*

§. 4. In Harlemenſi viro, poſt mortem nuper ſecto, deprehenſum Renem ſiniſtrum to tum in putrilaginem abiiſſe, & per veſicam fuiſſe excretum, dextrum ureterem calcul fuiſſe obſtructum; hinc miſero primum obortam urinæ ſuppreſſionem, inde Hydropem urina (cum in veſicam via negaretur) in abdomen ſe effundente. *Ol. Borrichius ad Thom Bartholinum Epiſt. xvii. cent. iv.*

§. 5. Dom. Charon, cum antea de Renibus non conquereretur, febricula, infirmitas vi rium; inclinante ad exitum morbo, Venter utrinque Inflatus, dolens obrigit: urina duo ante mortem dies ſupprimitur.

Diſſecto cadavere, Ren ſiniſter totus abſumptus repertus eſt, vomica plenus, quæ cruentam ſaniem reddidit, Dexter vero ren calculo ureterem obſtruente obſeſſus. *Hollerius ad cap. 39. lib. 1. de morbis.*

§. 6. Clar. *Vætii*, Theologiæ in nova Ultrajectinorum Academia Profeſſoris Frater, octo annos Hydropicus nuperrime obiit. In cadavere nullum vitium nec in hepate nec in liene repertum, ſed omne in Renibus, Dexter quatuor in ſinu exiguos continebat calculos, majuſculum in ingreſſu ureteris, omnem ſeri egreſſum impedientem, Siniſter totus purulentus: Abdomen aqua citrina diſtentum: Quod egregie confirmat meam de uſu Renum ſententiam, Renes ſcil. non ſecernendo tantum ſero à ſanguine, ut vulgo ſentiunt, ſed & generando ſanguini, ut hepar & lienem, conditos eſſe, quam ſtatui in libello meo de calculo. *Beverovicius Spicileg. de calculo p.204.*

SCHOLIA.

RENes generando ſanguini*] *Beverovicii* mentem rejicit *Lindenius*, & fuſius ei reſpondet *Bartholinus*; Fieri tamen aliqualem ibi coctionem ac ſeparationem ſeri à ſanguine admittit *Lindenius*, quam nos etiam concedimus, ut & ſerum ſale nutritum in renibus ſolum ſeparari, non concurrente nova coctione: At mens noſtra non eſt concurrere talem coctionem novam, in qua ſalia & tartarus denuo generetur, levem autem coctionem ad ſeparationem neceſſariam non excludimus. Imo concurrere aliqualem coctionem perſuadent morbi renum: iſti enim quando laborant ulcere, vel calculo grandiore, non recte ſeparant ſerum à ſanguine, ſed vel aquoſas & paucas exhibent urinas, vel plane nullas, & exinde hydrops, ſero regurgitante & in abdomen ſtillante: Imo interdum ob laxitatem & imbecillitatem, ſi renes in actione ſua fruſtrentur, ſanguis non ſeparatur à ſero, ſed ſimul exit, & urinæ ſunt inſtar fortis lixivii,

nodo nigræ, modo ſeroſæ cum ſanguine permixtæ & perturbatæ, quale exemplum haber *Foreſtus* l. 24. Obſerv. 5. Hoc inſuper notatu dignum quod ſerum & materia potulenta ſeparata in renibus, peculiari fœtore imprægnentur, indice peculiari peractæ coctionis: Et quælibet animalia peculiarem urinæ fœtorem offerre videmus. Hydrops hanc noſtram aſſertionem roborare poterit, Sic quum interdum fiat à læſa renum actione, ſerum & aqua in vaſis ſubſiſtunt, & ſtillant in abdomen, obtinent autem nec urinæ odorem nec colorem, Urinæ autem natales, dogmata Harvei & Pecqueti ſequuti, hos aſſignamus, nimirum 1°. Sanguinis ſeroſi per arterias emulgentes, & chyli ſeroſi per venas lacteas è pancreate adductionem. 2. horum in renum parenchymate aliqualem coctionem. 3. Seri in pelvim ſtillantis à ſanguine ſeparationem, & 4. ſeri per ureteres expulſionem. *Moebius Fundam. Phyſiolog. cap.* 18. Si per coctionem intelligat *Beverovicius* ſolam illam elaborationem qua excrementum ſeroſum à ſanguine ſeparatur, tolerabilis erit ejus ſententia: Sin vero talem qua ipſe ſanguis in ſeſe ſpirituoſior & perfectior fit, tunc rejicienda erit, cum nullum viſcus ſanguinem ad majorem perfectionem perducat quam cor, à quo quanto longius recedit, tanto imperfectior evadit, nec ab ulla alia parte, ut neque à renibus, deperditæ perfectionis quicquam ei reſtitui poteſt, hácque de cauſa neceſſe habet per venas redire ad cor, ut ibi priſtino vigori reſtituatur. *Diemerbroeck, Anat, lib.* 1. *cap.* 19.

§. 7. Cuidam ex caſu ab alto urinæ retentio accidit: Hepat ejuſque tota regio quaſi inundata reperta eſt: Renes muco erant referti & adeo obſtructi ut nil potuerit præterlabi, Veſica exſiccata cum Ureteribus. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

§. 8. Sexagenarius diu nephriticis doloribus laboravit, hinc iſchuria, Ventris tumor. Uterque ren ſabulo refertus deprehenſus. *Vide tit. de Iſcuria.*

§. 9. Juveni urinæ ſuppreſſio accidit, hinc hydrops abdominis: Ren ſiniſter valde conſumptus erat, Dexter Ureter in parte ſuperiori obſtructus erat à calculo. *Vide tit. de Iſchuria.*

SCHOLIA.

NOtandum ſæpiſſime, ſine vitio hepatis, ex imbecillitate Renum non attrahentium ſerum, hydropem produci. Nec ullis diureticis, etiam generoſis, vias iſtas aperiri poſſe: Ideoque expurgandis iſtis partibus & vicinis imprimis elaborandum, atq; etiam potentis facultatem deperditam reſtituere conandum; An ferrum accutiſſimum ad Renum aliquem adigendum, ut via detur ſero ſtagnanti intra venas majores, ſi nequeas per cathartica hydragoga exhaurire? *Riolanus Enchirid. lib. 2. c. 28.*

§. 10. Hydropicum pridie in Noſocomio Leydenſi ſecuimus. Jecur ſatis magnum nec valde decolor, Lien parvus valde, nec magnitudine renem excedebat, Renes pinguedine undique obſiti, ut ſuſpicari liceat Hydropem huic potius Renum vitio (nam pinguedo undique eis circumnata renum frigidam intemperiem denotat, & per conſequens attractionis ſeri imbecillitatem) adjuvante Liene, qui alioquin quoque multo ſero perfuſus eſſe ſolet, adveniſſe. *Obſervatio Alberti Kyperi. N. Fontanus Reſp. & curat. p.* 117.

SCHOLIA.

R*Enum intemperiem frigidam denotat*] Fieri pinguedinem ex frigiditate *Galenus* ſtatuit, ita ut quod in ſanguine pingue, leve & tenue eſt, dum fit in calidioribus corporibus alimentum, in frigidioribus ſervetur: 2. Ariſtoteles ait ex iis quæ liquantur, quæcunque calore ſolvuntur, à frigore denſantur, ut oleum. 3. Frigidiora ſunt pinguiora, ut caſtrata, fœminæ, ſic hyeme omnia pinguiora fiunt. 4. nonniſi locis frigidis adnaſcitur pinguedo, ut in membranis: hinc omentum pingue ratione membranoſæ ſubſtantiæ; Sic circa cor naſcitur adeps, nam ibi pericardium adeſt, frigida & craſſa membrana, ſerum continens. Sic ad renes, quia ſeroſo abundant excremento, ſpinæ adjacent, &c. Uſus autem pinguedinis ſi ſit ut inſtar veſtis calefaciat, an frigiditati renum hydropis origo abſcribenda? An potius ſuperfluus conſtrictionem facere potuit, & difficilem ſeri tranſcolationem, quomodo nimius in toto ſuffocationem aliquando peperit?

Pinguedo iis undique circumnata] *Euſtachius* lib. de Renibus cap. 45. ait pinguedinem ſe adeo concretam ac duram aliquando inveniſſe, ut lapidis duritiem fere æquaret: qua pinguedine Renes obſtrui & conſtringi, ac plurimum imminui deprehendit. Unde dubitat num in apoplecticorum cadaveribus conſtipari ad ſummum, & omni prorſus concavitate deſtituti reperiantur. Mortem ſubitam ob renes pinguedine onuſtos contingere animadvertit *Riolanus, lib. 2. cap. 26. Anthropogr. Vide Sect. xi. lib. 2. in fine.*

§. 11. Quidam poſt Icterum hydropicus fit. Inventus in veſica fellis calculus eam adimplens. Hepat croceo colore tinctum, Renes flaccidi & parvi inſtar nucis juglandis. *Vide tit. de Ictero.*

SCHOLIA.

R*Enes flaccidi & parvi*] *Helmontius* Tract. de Hydrope ignoto, totus in eo eſt ut demonſtret Hydropem omnem à ſolo Renum Archæo, fermento ex cauſa occaſionali intra ſe concepto, oriri.

OBSERV.

Observatio IX.

In hydropicorum Renibus cavitates non naturales aqua limpida repletæ ſæpe comperiuntur.

IN Viro Ill. Phthiſi extincto, medium dextri Renis caviratem ingentem exhibebat, à pelvi diſtinctam, eáque multo ampliorem, aqua limpida împletam: Talem in hydropicis ſæpenumero comperi; Atque hæc quidem fortaſſe ex ſero in renem iſtum depoſito, quod haud facile per meatus & poros ejus percolaretur, orta eſt. Quippe ſerum inibi ſubſiſtens, ab initio ſpecum ſibi exiguum procuderat, qui ſenſim poſtea dilarabatur, cúmque ob hanc rationem ſeri ſecretio, & per Urererem exitus aliquatenus præpediretur, latex ejus in ſanguinem reſtagnans, capiti noxam graviorem intulitj, ſpaſmos violentos excitando. *Willis Pathol. cerebri cap. ix.*

Observatio X.

Ventris tumor Aſciticus, cum tuberibus à Glandulis Meſenterii induratis. 1. *In hydropicis prope omnibus indureſcunt.* 2. *Ob vaſa ſeroſa abdominis à tumore duro compreſſa.* 3. *A magnitudine meſenterii abſceſſibus obſiti.* 4. *Ab eodem plurimis hydatidibus obſito* 5. *Ab ejuſdem ſteatomate & glandulis ſero refertis.* 6. *Ab ejus ſteatomate.* 7. *A pluribus veſiculis in tumore inſigni adnato, cum aquarum copia.* 8. *Ab eodem prodigioſe turgente, ſcirrhoſo, cum plurimis abſceſſibus & Iecore abſceſſibus referto.* 9. *Ab extuberantiis ſteatomaticis illius glandularum, cum Puſtuloſis veſicis, ac fœtu in utero.* 10. *Ab eodem ſcrofulis referto.* 11. *Ab arefactis ejus glandulis.* 12. *A ſtrumis id & totum ventrem inferiorem occupantibus.* 13. *Hydropicorum meſenterium ut plurimum corruptum invenitur.* 14. *A glandulis omnibus tam meſenterii quam externis abdominis induratis.* 15. *A meſenterii ulcere.* 16.

FOemina laurioris conditionis 40. ætatis anno, ex hydrope pectoris atque aſcite lenta periit morte: Tenerioris ea fuit conſtitutionis ab ineunre ætate, gracilis, macra, alba rubeſcens, debilis: præter variolas tamen & morbillos in juventute nullum pene morbum effatu dignum eſt experta. Menſes diutius cunctantes variis (ſponſa etenim nondum nubilibus annis) ſollicitati fuere remediis: comparuere tandem, & quoniam ſanguis ejus ſcroſior, ſenſim crebriores & copioſiores evaſere: In matrimonio per 29. annos vixit duodecim peperit liberos, ur plurimum debiles, quorum ſex adhuc ſuperſunt, ttes valentes, tres cachectici: Bis vel ter abortiit: Quovis puerperio lochia mox à partu copioſe adeo profluxere, ut huic adſtantes mortem ſæpius metuerint, ac opem meam ad enormem illum fluxum compeſcendum anxiè implorarint: Hyſterica ſenſim evaſit, ita ut vel leviſſima de cauſa irritata matrix dira moverit ſymptomata, quæ & ipſam lectum petere coegerunt: Paſſa fuit frequentes capitis dolores & deſtillationes ad dentes, ur pote corroſos, putridos, nigricantes; Ultimis vitæ ſuæ annis ſubinde correpta fuit puſtulis copioſis in lingua, ore, gingivis, ac genis internis, erumpentibus ex ſero acri per ductus ſalivares, critico quaſi motu uberius affluente: Menſes nihilominus ordinati, imo anticipantes & copioſi: Serum per purgantia imminutum, quoties per imprægnationem vel lactationem licuit, Ad idem ſerum à ſanguine ſecernendum, mitigandum, tertio ante obitum anno domi acidulas, aliis Matronis ſociis bibit, &, ut retulit, cum ἀφοεία: Æſte anni 1670. Goppingenſes ſitiens acidulas, me refragante, fontem ipſa adiit non purgata (quoniam ipſe peregre tum temporis aberam) eas bibitum ac in iis lavatura. Utrumque peregit ἀλόγως καὶ ἀμεθόδως: Domum redux abdomen notavit tumidius, ponderoſius, in regione præcipue hypogaſtrica, cum laſſitudine corporis, appetitus imminutione, reſpiratione difficiliori, tuſſi, ſicca potius, acri, rodenre: color faciei naturalis perſtitit: Me abſente alii in auxilium vocati Medici, Celeberrimus nimitum noſter Archiater D. J. *Iac. Wepferus* & Clar. *D. Emanuel Hurterus*: Ipſe tandem 20. Septembris adveniens, percepi cum Clariſſ. iſtis viris Dominam iſtam viduam per bimeſtre conqueſtam fuiſſe de Abdominis Intumeſcentia; Tacto ventre, deprehendimus in regione umbilicali corpus ſcirrhoſum, incipiens à latere dextro, paulo ſupra umbilicum, extendens ſeſe ad regionem hypogaſtricam, palmæ latitudine & longitudine majus, in profundo ſitum, globoſum quadantenus, duriſſimum, indolens, cum motu aquæ reſonantis ex abdominis impulſione ac concuſſione corporis ſequentis: Aquam pectus quoque opplere oſtendit

tuſſis

tuſſis ſumme ferina, inanis, acerrima, diu noctúque ipſam fatigans, cum dolore, aſthmate, ſputo copioſo, difficili, cruento, vigiliis, inappetentia, febricula, decumbendi impotentia, imprimis tempore anadoſis cibi, quo vel decubitum mutare, vel è lecto plane ſurgere cogebatur; à vino læditur, delitis agitatur in ſomniis: Hoc tempore ipſi menſes jam per tres ſeptimanas copioſe fluxere, antea vero ordinati, ac copioſi ſemper extiterunt: Hinc perſuaſi ediximus corpus prædictum ſcirrhoſum à glandulis potius meſenterii, vel teſticulis uterinis, quam ipſo uteri corpore dependere: Tuſſi, febri, vigiliis, aſthmati, inappetentiæ, omni ingenio occurrimus; purgantia, rebus ſic ſtantibus, vix tuta reputantes. 8. Octobris melius habere videtur; alacrius comedit, liberius reſpirat, incedit turſus, color faciei floridior, abdomen imminuitur, &c, At Tuber circa umbilicum & hypogaſtrium, durum adhuc dum & magnum, imo majus quam pridem perſentitur. Ad id diſſolvendum, & viſcera roboranda varia in uſum ducta remedia: XIX. Octobris venter denuo intumeſcit, urina imminuitur: tuber item majus & durius videtur eſſe in teſticulo dextro, necdum dolet. Tuſſis iterum exaſperatur & aſthma, alvus eſt durior, menſes ſingulis fere 14. diebus redeunt copioſi, aquoſi. Sudor frequens circa collum & caput. XXII. Novembris quoniam abdomen & tumor augeſcunt, ad purgantia acceſſimus, à mitioribus ad fortiora aſcendendo, interpolatim ea exhibendo, per epictaſin potius quam ἀθρόως aquas educere volentes, quæ ptimo proficua, dein moleſta, tandem noxia animadvertimus: XX. Decembr. ſub veſperam graviſſimo fuit obruta aſthmate, ac ſi jamjam ſuffocatura eſſet: Revellentibus & thoracicis incidentibus è mortis erepta periculo, abdomen monſtravit tumidius, tenſius, gravius: Procedente ſputo copioſo, ac ſuborta diarrhoea mitius habuit: Bechica, quibus gummi Ammon. additum continuantur cum fructu: Regio lienis & abdomen valde tument ac dolent: Subinde à ſumpta veſperi conſerva roſarum cum theriaca, verſus diluculum ſudavit. A g. Ammoniaco alvus fluidior evaſit. Interpoſuit uſum diureticorum, confortantibus mixtorum: Immenſi abdominis dolores leniuntur ab inunctione oleis anodynis: Menſe Januar. copioſa licet excernatur urina, abdomen tamen durum, magis tenſum & plenum tangitur, cum dolore in hypochondriis & circa umbilicum: Tubera ſilent, ardor ſtomachi moleſtus, chalybeata communi conſilio, cum corrigentibus ac conſortantibus in uſum ducta, ad vaſa & glandulas obſtructas induratas reſerandas, emolliendas, quo ſerum reſorbere queant. 5. Janvar. pleuritis notha ſuperveniens curam ad ſe traxit. Dolor demum circa hepatis regionem fixior, fomento ex pomis fracidis, ſucco ſenecionis, & clyſteribus evacuato colo inteſtino diſparuit: Abdomen intenditur, purgantibus identidem parva doſi repetitis, relaxatur; non admodum imminuitur: Urina pauca, craſſa, lixivioſa; repetita diuretica: conqueritur inprimis de dolore ardente ſub diaphragmate, ex ſero acri, ut rebatur, rodente inteſtinum colon, eo loci ſitum: qui dolor videbatur minitari tandem funeſtam hæmorrhagiam, ſicuti ſex ante menſes accidiſſe memini Celſiſſ. *Principiſſæ de Areſchott*, Abrogatis, vel frigide ſaltem continuatis hydragogis, omnia in deterius ruere viſa ſunt, vitioſa magis urina ac paucior, amiſſo vivido faciei colore: Suaſu tandem quorundam (nobis de valetudine deſperantibus) aliorum conſilia & remedia experiri voluit: quibus per alvum licet & veſicam multum fuerit inanita, auctum nihilominus abdomen & pedes, haud ita pridem naturales, ſumme intumuere. Abjecto appetitu, aucta ſiti, aridis faucibus, aduſtis, lurido labiorum colore, fractis viribus, ad extremam reducta maciem 12. Martis obiit,

In cadaveris nocturna ac privata eviſceratione, ſequentia comparuere ἀξιομνημόνευτα, oculis obſervata fidelibus, Paracenteſeos in modum pertuſis abdominis involucris, protinus menſuras plus minus viginti aquæ flaveſcentis ac lixivioſæ eduxi; qua evacuata aperui abdomen, crucis in formam diſciſſis communibus integumentis, & feſtinanti manu ac inhærentis oculis inquirens in tuber toties à me atque prænominatis Clariſſ. Viris obſervatum, inveni tuber magnum, obviam quaſi mihi proſiliens, inſtar renis fere efformatum, pendens lance libratum libras decem civiles, ortum ſumens ex dextro uteri teſticulo, carnoſum extrinſecus, intus pure cruento refertum, non admodum fœtido, forinſecus cute craſſa obductum, venis reſperſa copioſiſſimis, cui ſuberat caro ſolidiuſcula: Tuber hoc abdomen verſus fuit durius, at verſus inteſtina mollius, duobus tribúſve locis exeſum, unde pus, at parva quantitate effudit in cavum abdominis, Tuber fuit liberum, nulli parti annexum, excepto teſticulo dextro (qui totus fuit extenſus, cavus, pure repletus, adeo vix ut agnoſci amplius potuerit) Tuba *Fallopii*, & veſpertionum ala ejuſdem lateris dextri, quæ omnia tuber ingreſſa ſunt, non recto ſed intorto ductu, ac ſi tuber in magno vel violento corporis motu, circa principium hoc ſtudio fuiſſet in gyrum actum, ſuperſtite etiamnum illa involutione: Tuber iſtud magnitudine caput humanum ſuperavit: viventi nullos excitavit dolores,

excepto

excepto pondere quo fuit moleſtum, imo ne à purgantibus irritatum: Durante morb increvit potius quam decrevit, etiamſi chalybeatis diminuere decrevetimus ſæpe. Quar do inceperit, & quamdiu creverit Tuber, nec ipſa ægra effari ſcivit: Nullas unquam de e movit querelas, vel coram aliis, vel me, per 20. annos ejus Medico ordinario. Tuber aliu & ſecundum deprehendo in medio meſenterii, remoto omento & inteſtino primo, pugr majoris magnitudine, albiſſimum; (reputavi magnam eſſe glandulam Meſenterii) tenui pe licula veſtitum: leviter ſauciatum materiam profudit albo flaveſcentem, mediocris conſ ſtentiæ, ac ſi chylus eſſet, quam tamen pus, ſubcruentū quadantenus, ac ſine fœtore, accurati perpendens animadverti. Juxta ſpinam dorſi duo alia notavi tubera in Meſenterio, alterum pugni, alterū ovi magnitudine, ut & alia adhuc tria minora, unumquodq; juglandis magnitu dine, unū quinetiam ad latus dextrum veſicæ urinariæ, pugnum minorem adæquans. Impr mis vero verſus dextrū renem, inter utrumq; videlicet renem, immediate fere ſupra ſpinam eò ipſo loci ubi glandula, quæ chyli receptaculi vicem ſuſtinet, alias reperitur, alium offend abſceſſum, ſeu Tuber, ad duorum ſimul junctorum pugnorum magnitudinem accedens ſupra muſculos pſoas, copioſo pure fœtido infarctum, ex quo ductus tendebat ad ramur iliacum dextrum, ex membranis vicinis coagmentatus, pure itidem plenus: atque ita no vem nominavi Tubera. Ventriculus fuit admodum tumidus, flatibus turgidus, ſat carnoſus Inteſtina ſolito craſſiora, in proprias tunicas, imprimis cruſtam lacteam, copioſe tran ſumpto ſero, coarctata angiportus in morem, parva, quibus appenſi propendebant globul oblongi, ex parte rugoſi inſtar papillarum, ex pinguedine indurata, in quam vaſa lymphati ca terminantur, ex quibus, qui veluti rimis dehiſcebant, mihi veroſimile aquam exſtillaſſ in cavam abdominis ſpatium. Venæ & arteriæ ad inteſtina excurrentes admodum fuer conſpicuæ velut inflammatæ: Rami venæ Portæ cœliaci & meſenterici ſolito dilatati ma gis videbantur ob impeditum circularem ſanguinis motum: In reliquis meſenterii glandu lis nihil p. n. occurrit: Hæcce viſcera exigua vel nulla fuere incruſtata pinguedine: Hepa fuit quidem flavius naturali, at molle non durum, non exangue, nec vaſa ejus apparuerun oppilata, à diaphragmate ſat liberum: Circa Hepatis regionem, ubi vivens conqueſta ſem per fuit de acri, pungenti, urente dolore, nil præter levem excſionem phlegmonoden vi di, muſculos abdominis hujus loci invadentem, prægreſſæ forſan inflammationis indicem Veſicula fellis magna, exterius albicans, intus parum continuit bilis: egregie enim ultimi ante obitum ſeptimanis purgantibus, ac urinas vi pellentibus fuit exagitata, Lien naturali colore, conſiſtentia & magnitudine: Pancreas duriſſimum, ac ſi ex granis ſiccis eſſet con flatum, flavidius, ejus ductus plane vacuus. Renes ſatis quidem magni, at flaccidiores, mol les, debiles, ea propter pauxillum, ni valido ac vehementi irritati medicamento, traxerun ſeri, meatus ipſorum & ureteres ſat patuli: Veſica ſat naturalis, excepto tuberculo glandu loſo, quod lateri, ut dictum, affixum habuit: Uterus in dextro teſticulo produxit, ut innui Tuber magnum: Siniſter vero Teſticulus naturalis, excepto quod ipſi accreverit veſicul aqua plena, avellanæ majoris magnitudine: Corpus uteri non fuit ſolito majus, licet duode cies pepererit, at ejus cavitatem majorem quàm in aliis obſervavi: Omentum majori ex parte fuit corruptum & conſumptum, ex parte inflammatum, ſeſe firmiter agglutinans pe ritonæo & muſculis, verſus hepatis regionem peritonæum & abdominis muſculi, interio ra verſus, fuere ex parte quoque inflammati, exeſi, venulis ſat conſpicuis, ab acrimonia fer in abdomine bullientis, unde dirus ille dolor circa hepatis peripheriam, cujus quotidiana querelæ: In utroque pectoris latere magna vis aquæ, inprimis ſiniſtro, tres forſitan menſu ras, ſeu ℔. IX. exceſſit: Pulmones fuere cineritii coloris, plurimis conſperſi maculis, nigris parvis, ſpumoſo repleti ſanguine: inferiores lobi ex inflammatione fuſci rubebant: Co ipſum nativam molem excedebat, ac flaccidum: Vena cava & dexter cordis thalamus fo verunt corpus pituitoſum, ſubluteum, ſpithama longius, ipſis arctè adhærens, ſanguini motum vel impediens vel retardans: venæ etenim ſanguine pleniores, arteriæ vero eo ma gis vacuæ apparuerunt: Pericardii aqua conſuetam quantitatem vix exceſſit, Et caput ape ruiſſem ni adſtantes prohibuiſſent. *Chriſtophorus Harderus in Miſcell. Curioſis anni 1672 obſervat.* CLXXX.

SCHOLIA.

Ex recenſita, & aliis quæ tum penes Viros Clariſſ. tum penes me ſuperſunt, per hydropicorum eviſcerationes, collectis Obſervationibus, cuique concludere integrum forſan erit, Hydropen generari ſubinde poſſe ſine labe, ſaltem effatu digna, vel primaria Hepatis & Lienis. Imprimis dempto hiſce viſceribus ſanguificandi munere, quod Cordi omni no deferendum. Imo raro, forſan nunquam, ean adeſſe Hepatis ſiccitatem, quæ, ſecundum *Fernelium* ejus ſubſtantia fiſſuris dehiſcat, ut quaſi ex olla fiſſ lympha in cavum abdominis ſtillet: Hydatides vero hepatis aliarũ que partium anatome ſæpius detexit tum r

tum in beſtiis, quas à cauſis ſeu internis ſeu externis diſruptas ſerum in ventrem effundere poſſe, nemo opinor in dubium vocabit. Nec inertia & debilitas renum, ab Helmontio aſſerta, quorum indignabundus Archeus, ſerum vel non alliciat, vel retineat, vel ſurſum repellat, perpetua hydropis cauſa cenſeri poteſt, ut complures nos docuerunt & docebunt cadaverum diſſectiones: Quod in præſenti factum ægra, in plurimis, niſi omnibus, accidiſſe notatum, hydropem ſcilicet in pectore primo ſeſe prodidiſſe, hicque initium ſumpſiſſe: An prænominati tumores exordia habuerint jampridem, & an ægra diu illos, ante accidularum uſum in ſinu foverit, haud facile definiendum, (cum olim nullas de iiſdem moverit querelas, nec eos ipſa unquam animadverterit) veritati tamen magis conſonum, cum plura & majora comparuerint Tubera, ea pullulare cœpiſſe longe ante ultimum acidularum potum, forſan in & à primo ante triennium aquarum mineralium hauſtu: imo crediderim pluſculos ante annos prima illorum jacta fuiſſe fundamenta. Binæ etenim meſenterii glandes apud Clar. *Kerkringium* Obſerv. 18. per decennium crevere, quæ tamen noſtris fuere minores: Nec non ex ejuſdem Obſervatione 56. corpus glanduloſum à fœmina κάτω rejectum, tres palmas longitudine, latitudine binos adæquans digitos, quod ſeptem pendebat uncias, per integrum quinquennium increvit: Maximum illud Tuber teſticulo uterino appenſum, an fuerit ipſe teſticulus in molem hanc excretus, vel an ex ovario fuerit deductum, vel radices ſaltem in teſticulo habuerit, quoniam pure, lympha craſſiore inſtar gelatinæ, & carne corroſa, hinc inde diductis membranis, nodulis & ligamentis, omnes viæ & meatus adeo fuere obliteratæ, vix ſuppetit ut certi quippiam aſſerere auſim: Potior pars reliquorum Tumorum in Meſenterio detectorum, ut & ſupra Pſoas muſculos, potius glandulas tumefactas, quam tumores anomalos ſui generis (omnes licet morbos per anomaliam generari in confeſſo ſit) indigitare viſa fuit, Tuber ad latus veſicæ ſi exceperim: Tumores iſti an imaginationis vi, uti Franciſco illi apud *Kerkringium* Obſ. 3. fuerint producti, vero minime ſimile videtur: Cauſas phyſicas invenire hic, & in lympha, chylo, forſan & in ſemine retento ac corrupto, monſtrare atque aſſignare in promptu cùm ſit. Acidulas in diſpoſitis hydropem accelerare poſſe credi par eſt, lympham augendo, acriorem violenter movendo, vaſa lymphatica replendo, dilatando, rumpendo, exedendo, viſcera enervando, ſubinde, impulſa acriore ſanie, corrumpendo & aliis, ſi qui ſunt modis. Papillas ab inteſtinis dependentes, glandulas ſibi parvas habere immixtas, quæ induratæ, exſiccatæ, fiſſæ, ſerum non reſorbent, nec in & per proprios canales reducunt, verum in ventris cavum exturbant, & hydropis non minimam eſſe cauſam, ex hac & aliis obſervationibus innotuit, ac porro innoteſcet. Hiſtoria hæc Practicos admonebit, ne violenter hujuſmodi morbos adoriantur, alias necem maturaturos: quoniam à violentis remediis, præcipue ἄνω ϗ κάτω muventibus, lympha totius corporis (quæ æque ac ſanguis, unumquodque ſuis in vaſis circumgyratur) impensè agitatur, agitata vaſa dilatat, diſrumpit, hincque in ſpatia inania, tum pectoris tum abdominis abundantius impellitur: commota aqua acrior, utpote à natura minus ſubacta, & aſperior redditur, viſcera inſigniter labefactat, incendit, calorem narium peſſundat, ut exaſperata febri, aucta ſiti, deperdito appetitu, inductis vigiliis exolutis viribus, tragicus brevi ſubſequatur eventus. *Idem ibidem.*

§. 3. Anno 1651. 6. Aprilis videre mihi contigit Ovem, cujus glandulæ in abdomine, circa crurales venas ſitæ, pugni fere excedebant magnitudinem, exterius molles & aqua tumidæ, intus præduræ, quarum vaſa ſeroſa, ad diviſionem venæ cavæ & arteriæ aortæ in ramos crurales, à tumore duro compreſſa erant, atque inter glandulas ac tumorem illum calami ſcriptorii craſſitiem æmulabantur: ſupra autem, verſus veſiculam chyli, ne veſtigia aliqua reliquerunt, In abdomine ſex libras ſucci aquoſi reperi, in quo inteſtina quaſi fluctuabant. Poſt modum cultello ductus ſeroſos abſcindebam, quo facto, humor illis atque glandulis contentus confeſtim evanuit: glandulas deinde comprimebam, donec evacuato omni ſero, fabæ magnitudinem non æquarent: *Olaus Rudbeck de vaſis Glandularum Seroſis cap. 9.*

SCHOLIA.

INde conjiciebam aquam abdominis cavitatem occupantem reſtagnaſſe propter horum vaſorum obſtructionem, quæ non ſinebat illam à glandulis excipi, atque illorum beneficio in veſiculam traduci: Sic opinor omnes glandulas, quæ hiſce vaſis prædita ſunt, hydropem aquoſum cauſare poſſe, quod affirmare videtur *Rondeletius* cap. 35. Pract. *Id annotatione dignum eſt, quod ex frequenti corporum diſſectione obſervavi, omnes hydropicos glandulas meſenterii induratas habere, & pancreas ſimiliter.* Cum ſcilicet vaſa, glandulas illas perreptantia, humore aliquo viſcido, craſſo vel mucilaginoſo obſtructa ſunt: dum enim occluduntur, humor ſeroſus qui à glandulis, vel aliunde, horum vaſorum gratia in veſiculam chyli ferri conſuevit, retrorſum ire cogitur, ac reverberatus glandulas, vel partes, unde veniebat, intumeſcere facit: Illæ de die in diem in altitudinem elevantur, quouſque gravitatem hanc ferre poſſunt, tandem ruptæ, ſeroſum humorem in abdomen ſive pectus effundunt, quod mihi in Ove prædicta videre contigit. *Idem ibidem.*

Ductus ſeroſos, &c.] Anno 1652. mihi in ove, cum venarum & arteriarum ſpermaticarum anaſtomoſes perveſtigarem, perplurima vaſa limpidiſſima, nodoſa ſeróque extumeſcentia occurrebant, quæ glandularum aliquot ad venas crurales ſedem obtinentium ſuperficiem tegebant, atque veſiculam chyloſam aggrediebantur. Anno item 1653. Inſertionem ductus chyliferi in axillarem venam oſtendens, fortuito præ oculis parvæ glandulæ, ſitum ſub ſterno ad claviculas, inter mammarias venas occupantes, veniebant, quæ duos ramulos ſero tumentes lacteis thoracicis tradebant. Hos canales Vaſa glandularum ſeroſa nominandos exiſtimavi, 1. Vaſa, ob conformationem, figuram & uſum. 2. Glandularum, quod plerique illorum inde ſuam trahant originem. 3. Seroſa, ob ſuccum quo abundant. *Idem. Vide Tractatum de hiſce vaſis laudati O. Rudbeck.*

Ovem, &c.] Huc pertinet Lues Ovium ſeroſa, de qua Fr. *Gliſſon* Anat. Hepatis cap. 7. Eſt Tumor, *inquit,*

inquit, peculiaris, qui ovium Lue ſeroſa affectarum jecinoribus crebro contingit, videturque ad Hepatis parenchyma ſpectare: In medio hoc tumore cavitas quædam aqua plena reperitur, in qua vermiculi lati hoſpitatur, figura quidem rhombi piſcis, ſed minores multo, ſcilicet vix pollicaris longitudinis.

§.4. Cuidam mulieri quinquagenariæ obortus in Ventre Tumor hydropis opinionem faciebat: ante morbo gravi afflicta fuerat, victa ars malo grave ſymptoma non arcuit. Has tumentis aqualiculi moleſtias menſes aliquot tulit, donec in hydropem confirmaretur: fœditas coloris, carnis ac molis collapſus, marcor & eminens abdominis tumor aſciten ſignificabant: afflicta annos aliquot morbo ac ſymptomate victa, exceſſit.

Apertum cadaver, aqua intercus copioſe erupit, lien ac jecur vitium fecerat: inteſtina velut tabo infecta conſpiciuntur: nec alia occultior diuturnæ calamitatis & mortis occaſio quæſita eſt, donec in latrocinantis, & penitus ſcrutantis Chirurgi, conſpectum ſe Meſenterium dedit: occurrit aliquid inſolens, cujus novitas non tam admirationem peperit, quam admiratio expectationem ſuperavit, omnibus ſtupor fuit, Inventum eſt Meſenterium ab inteſtinis ſeparatum & abſolutum: pondere, qualitate, abſceſſuum inſolentium, tanquam latentium ſcaturiginum ubertate, ſupra quam credi poteſt, fuit prodigioſum; dena pondo pependit, denſum, corpulentum, ſucculentum plus juſto, longius, latius & altius quam natura ferret: Sed abſceſſuum perennitas majori admirationi fuit, nam & meliccrides & ſteatomata pullularant: Tumores ex iis quidam adeo increverant & ſatiati fuerant, ut exigua punctione ingens humoris mellei copia æſtu quodam exundaret: Multiplices tumores & lacunas humoris varietate, aut prudens aut inconſulta natura quaſi cellulis diſtinxerat: alias coacta ac conglobata materies atheroma potius exprimebat: alias ob ſolutum, ſed aliquantulum viſcoſum, quem continebat humorem, in meliceridum familiam tumor erat potius natus coaptari. Choerades non apparebat, ſed hic humor in naturam ſtrumoſam forte degeneraturus erat, ſic omnia monſtroſa. Digladiabantur etiam anatomes gnari, & ancipites erant an eſſet Meſenterium id quod apparebat, an aliquid aliud. Stupore quodam, nutu, renutu, hæſitatione potius rem definiebant ac dijudicabant (aut ſe fingebant dijudicare) quam gravi aliqua ratione. Ex mutuo ore alii mutuo pudibundi ac dubitabundi pendebant. Ita hercle hæc pars tanquam deformata, & in aliam naturam μεταπλαττῖσα naturam propriam ac formam exuerat. *Ballonius paradigm. iv.*

§.5. Inter affectus mulierum non raro occurrunt Tumores ventris, qui primis menſibus imprægnationem mentiuntur, & vel molæ, vel flatibus, vel colluviei ſanguineæ aut aquoſæ in utero contentæ adſcribi ſolent. Materiam autem ventrem diſtendentem, interdum etiam extra uterum, peculiaribus membranis incluſam contineri, ſequens facit palam hiſtoria. Uxor juvencula, altero poſt nuptias anno, cœpit variis torqueri doloribus in imo ventre & hypochondriis, qui interdum omnino delituerunt, interdum ad leipothymias uſque ſævierunt, facies pallore ſuffundebatur, venter in tumorem ſurgebat, ſed inæqualem, qui quidem ab ineunte ætate paulo turgidior fuerat, menſes tamen juſto fluebant tempore: Conſilio uſa eſt primum Empiricorum, quorum unus rem totam veneficio adſcripſit: cum autem dolores urgerét, nec ineptiis illorum juvaretur, etiam me in conſilium adhibuit, Præter univerſalia, tum temporis oleum quoddam carminativum ei adhibuimus, ex cujus uſu dolores circa matricem adeo intenſos, parturientium inſtar, ſenſit, ut obſtetrix vel molam, vel ſimile quid in utero proditurum expectaret, ſed præter aquea quædam effluvia nil apparuit, & dolores paulatim omnino remiſerunt: quoniam autem interpoſitis aliquot diebus & Tumor ventris & dolores iterum aucti ſunt, vocatus etiam fuit D. *Ulianus*, qui purgantibus denuo rem aggreſſus eſt, dein cataplaſmate & inſeſſionibus dolores lenire ſtuduit, nec ſine fructu, nam non ſolum Tumor inſigniter inde fuit diminutus, ſed & dolores ita ſublati videbãtur, ut in ædibus munia domeſtica rurſus perficere inciperet, infelici tamen omine, cum enim ſub dio frigidiore lanio ſuem mactanti adſtaret, ſubito Epileptica concidit, & ea ipſa die obiit.

Cadaver altera die apertum fuit, in quo Ventriculus, Hepat, Lien & Inteſtina naturaliter ſe habentia: Matrix etiam integra, ſana & loco naturali reperta. Loco vero glandulę Meſenterii, Veſicæ venulis ejuſdem implicitæ & tectæ, uti & toti Meſenterio hinc inde adnatæ, ultra xx. veſicæ, diverſæ magnitudinis, aqua limpidiſſima turgentes apparuerunt: quarum una omnium maxima (capitis infantis alicujus mole) mox in diſſectione conſpiciendam ſe præbuit, & totam matricem conſpexit, ut Chirurgus hydropem matricis adeſſe primo intuitu pronuntiarit. Re vero penitius perſpecta, Uterus ſubtus latuit. Ab hac maxima, ſex adhuc paulo minores pugnum æquabant, reliquæ ova gallinacea & columbina, quæ omnes inter ſe connexæ, ova gallinacea, partim ad maturitatem perducta, partim adhuc varia magnitudine ſuccreſcentia egregie repræſentabant. Ex quibus apparet nos fruſtra purgantibus laboraſſe, cum materia peccans ſuis membranis vel veſiculis, nullibi perviis, incluſa,

medicamentorum vim facile eluſerit. Quin ob diuturnam moram, malignitatem forte concipiens, venenatos ad cerebrum vapores emiſerit, unde Epilepſia & mors conſequi potuerunt. *Gr. Horſtius lib. v. obſerv. xxxiij.*

§. 6. Filio Calandrini excrevit abdomen, intra biennium, in eam molem ut crederetur firmiter laborare aqua intercutem: ſed ſectio cadaveris deinceps adhibita invenit tamē illic nihil liquoris, verum ingens ſolummodo ſteatomata, quod ex meſenterii glandulis excreſcens devenerat in eam magnitudinem, ut bilanci impoſitum ponderaret ultra libras xviii. Jocinore interim, liene ac ventriculo integris ac illæſis: ſed Pancreas erat pingue ac ponderoſum, & alterutrum latus rene ſuo deſtitutum; cujus vicem cum gereret Meſenterium, effuſum fuit illuc tantum liquoris, ut glandulæ ipſius à redundante illo ſero plus æquo intumeſcentes, repleverint tandem ventrem univerſum, ſed ſine ullis collectæ aquæ notis. *Tulpius lib. y. cap. xxxij.*

SCHOLIA.

AQuam intercutem imprimis quidem Jocinori acceptum ferunt Medici, ſed deinceps non minus & illis partibus à quibus tantopere læditur nobilis hæc ſanguinis officina, ut loco alimentalis ſucci nihil proferat præter iners ac inutile ſerum: quam ſane labem potiſſimum illi aſpergunt Pulmo, Splen, Meſenterium, Vulva, Teſtes muliebres, aliáque viſcera, præſertim ulceribus affecta: Equidem ut alia ſilentio nunc involvam, memini à ſolo Meſenterii ulcere jam quinquies hunc morbum mihi viſum. Sed ſit interdum quoq; ab ejuſdem partis ſteatomate, ſine ulcere, ex ſola luxuriantium glandularum protuberantia, plerumque cum aqua, ſed interdum quoque, licet rariſſime ſine illa. *Idem ibidem.*

§. 7. Similem propemodum rerum faciem exhibuit utique aliquando nobis abdomen cujuſdam virginis diſtentum gemino tumore: quem rudes ac inſcitæ obſtetrices cum attribuerint vulvæ, accuſarunt inſontem impudicitiæ, confiſæ gemellos ab ipſa geſtari: ſed calumniam hanc diſſipavit anatome poſt inſtituta, ut pote quæ nec fœtum, nec gemellos in utero, ſed in meſenterio duo duntaxat invenerit ſteatomata: quorum alterum erat imputre, alterum vero ita pure vitiatum, ut effuderit non tantum plurimum ſaniei & aquæ in abdominis vacuum, ſed exeſerit prætetea uſque eo uteri fundum ut non fuiſſet recipiendo fœtui. *Idem ibidem cap. xxxiij.*

§. 8. 9. Meſenterii aquoſas puſtulas elegantiſſime licet deſcripſerit *Aretæus* lib. 2. de ſign. diut. morb. cap. 1. fatetur tamen ingenue *ſe ignorare genuinam* earundem vel originem vel cauſam: Filia N. diſſecta poſt obitum, ob aquam intercutem, oſtendit in Meſenterio ſuo inſignem tumorem ponderantem libras xx. tectum quidem extrinſecus membraneo involucro, ſed intus refertum pluribus veſiculis limpida aqua diſtentis. Increvit autem hæc moles tam lente ut moverit ſuſpicionem prægnationis: ſed elapſo partus tempore, conflixit deinceps integrum triennium cum miſerrima hydropis ſpecie, adeo ut vix unquam ſpiritum libere traxerit, ſive ob copiam aquę, ſive ob Jecur diaphragmati non ſolum oneroſum ſed & firmiter accretum. Plurima quidem ſum molitus, verum ut Gubernator non ſemper ſuperat quancunque tempeſtatis vim, ita neque Medicus morbum immedicabilem: Quem in numerum ſane aliquis non immerito retulerit hanc Aquam intercutem, ruptis quippe nonnullis hydatidibus, manent tamen plurimæ illæſæ: quibus utique à ſcalpello ventrem perforante pertuſis, latitant nihilominus & aliæ, foturæ continenter perennem inextricabilis hydropis cauſam. *Idem lib. 2. cap. 34.*

SCHOLIA.

S*E ignorare genuinam, &c.*] Quam eleganter tradit Cl. *Warthon* Adenograph. cap. xi. Si contingat, *inquit*, Lymphæ ductus in meſenterio obſtrui, quia valde fragiles ſunt, facile rumpuntur, & aquas ſuas in abdominis cavitatem exſpuunt, unde hydrops Aſcites certiſſime conſequitur. Sin vero vaſorum horum membranulæ tenaciores fuerint, ita ut diſtenſionem notabilem abſque laceratione ferant, in Veſiculas quaſdam aqua turgidulas attolluntur, quas Hydatides vocant, & peculiarem Aſcitidis ſpeciem conſtituunt; Quælibet autem veſicula inter binas dictorum vaſorum valvulas quam proximas efformari contingit; quia vero aqua nec prorſum, propter obſtructionem; nec retrorſum fluere poteſt, ob valvularum interceptionem, interſtitia intumeſcunt in figuram orbicularem, utpote capaciſſimam, quę figura in hydatidibus vulgo cernitur; quæ haud longe diverſæ videntur ab iis quas per meatus urinarios, & anum quoque excerni aliquando obſervavimus.

§. 10, Cuidam ex plebe pauperculæ, triennio multis doloribus in abdomine vexatæ, hoc anno in molem venter aſſurrexit, qui diſtinctas extuberantias ſeu tumores monſtravit: mulieres plures in utero latitare fœtus imaginabantur ſibi, maxime cum mater motum infantis in utero ſentiret. Partui vicinæ exacerbati ſunt in abdomine dolores, qui poſt enixum infantem debilem, paulo poſt exſpirantem, non deſiere: medium tamen abdominis in ſe concidit, inæquali remanente ventre, cum latera turgida, & in tumorem ſublata extuberarent: A partu lochia nulla, dolor ventris ingens adhuc, tumor minime decreſcens, ſed adcreſcens

creſcens indies. Neſcio quæ ipſi medicamenta oblata ſunt ad molam ejiciendam, at defi cit miſera tandem, cedente anima doloribus & extincto calore, privato ſuo humido, to utpote emaciata: Singultibus crebris efflagitavit ſui corporis apertionem, ut cauſa ſu acerbitatis in apricum veniret latens.

Mos geritur, ſecatur cadaveris abdomen, nec difficile erat, quum muſculorum caro co tabuerit exſiccata: Aperta itaque cute cum peritonæo, quod lacerum & eroſum ab Ichor bilioſo apparuit, ſerum effluxit bile tinctum, & duæ moles globoſæ in conſpectum venie bant, quæ peculiari inveſtiebantur tunica, adhærentes meſenterio, à quo mutuarunt cinger tem membranam, quæ ſubdura erat, & hinc inde puſtuloſis veſicis luxuriabat, plenis ſer Diſciſſis his molibus, ſerum effluxit primo multum, quo diſtentæ fuerunt duplices membra næ & infarctæ, ut in tantas moles aſſurgerent: deinde glandulæ apparebant multo ac copio ſo cum adipe, materiæ ſteatomatis non abſimilis: Cavitates quas in ventre hæ moles no replevere, eas ſerum occupavit: Madebant eo omnia quaſi in ventre contenta inferiori, qu etiam ita corrupit, ut fœtor diligentiorem inhiberet indagationem: Exiguus Uterus, Hepa flaccidum, luridum, ejus Cyſtis turgida & infarcta craſſiore felle, Lien exiguus. Pulmone ſicci & lituris gangrænoſis maculati. Sanguis paucus & nonniſi in magnis circa cor vaſis ate prodiit: Cadaver totum exangue videbatur, & caro muſculorum omnium conſumpta, con tabuit enim miſera, & cutis oſſa & nervoſas partes tegebat. Glandularum extuberantias fa cile erat ſectione à meſenterio removere, ideóque eas ſeparatim ſecuimus. *Hæchstetteru Caſu vj. Centur. vj.*

S C H O L I A.

MEſenterium multorum morborum focum eſſe alibi oſtendi, hæc hiſtoria ejus monſtruoſam fœturam expoſuit: C. *Bauhinus* glandulas meſenterii ſcirrhoſas fieri ſcribit, illas ſequi corporis abſumptionem. Fuit tumor hujus emortuæ non ſcirrhus, verum glandulis ſupercrevit quædam pinguedo, aut adeps, qualem in ſteatomate obſervavi, quibus ſerum copioſum & commixtum erat, quod diſtendit membranas inveſtientes & in veſicas quaſdam ſuſtulit, ex quibus & tranſſudavit in cavitates: Moles vero una altera major erat; ſiniſtræ partis minor, dextræ ponderis aliquot librarum, magnitudine capitis infantis circiter. Scribit Cl. *Platerus* ſe in meſenterio porcorum veſicas aqua plenas adnatas vidiſſe: *Aretæus* lib. 1. c. 1. hydropis quandã deſcribit ſpeciem, ubi ex veſicis aqua plenis abdomen intumuerit, Moles, ſeu extuberantiæ noſtræ ægræ, ex genere tumorum illorum erant, quibus plura inſunt corpora, acceſſit tamen quamproxime ad ſteatomatis ſpeciem: conſiſtebant ii in meſenterio, cujus duplex membrana ſero impleta & infarcta erat, ut in tantam molem diſtenderetur, qua ſecta, & ſero emiſſo, glandulæ & copioſus adeps conſpiciebatur. An vero hæ excreſcentiæ hydropem aſcitem cauſarint in Ægra noſtra, non decido; A malo habitu omnes ſpecies hydropis procedere teſtis eſt Aretæus: Et ſane paupercula hæc malum habitum, imo hecticum habuit, in quo nulla viſcera carebant labe: Excreſcentiarum harum cauſas fateor me ignorare, ut qui viventem non videram unquam: Illas puto tenſivos dolores, ichorem acrem lancinantes, cauſaſſe. *Idem ibidem.*

§. 11. Meſenterium ſere innumeralibus glandulis refertum reperi in Nob. Dominæ cadavere, hinc in hydropis, qua obiit, cauſam inquiſivi. *Vide tit. de Tumoribus lib.* 4.

§. 12. Quidam poſt longos dolores in hydropem ſiccum lapſus eſt. Glandulæ Meſenterii plane aruerant & tabuerant. *Vide tit. de Ventris dolore.*

S C H O L I A.

G*Landulæ aruerant, &c.*] Intemperies Meſenterio ejuſque partibus rariſſime primario accidit. In hypochondriacis vero calida atque ſicca intemperies, ſive à ventriculo ſive ab inteſtinis facile ad has partes derivatur, nimirum qua in iis ventriculus ac inteſtina phlogoſi ut plurimum afficiuntur; unde fit ut ſanguis ab illis per venas verſus hepar recurrens, partim per Meſenterium, partimque per vicinas ſedes tranſiens, eidem Meſenterio ſuam intemperiem communicet; Alioquin cum Meſenterium ſolo lacteo humore, tanquam ſibi proprio, alluatur, fieri vix poteſt ut morbo ſicco & calido primario afficiatur. Siquidem lacteus hic ſuccus contrarii plane temperamenti eſt, nimirum humidi & frigidi, vel humidi, & moderate ſaltem calidi. *Warthon Adenogr. cap. xi.*

§. 13. Studiis Medicis operam dans Monſpelii, accidit ut ancilla quædam ſponſa, antequam nuptias contraheret, in morbum incideret, ventérque ſenſim in molem hydropicam intumeſceret, ideóque gravida ab omnibus judicabatur: pertinaciter illa negabat, virginitatem illibatam acriter defendens: Ideóque à Medicis tanquam hydropica curatur, ſed irritis remediis.

Aperto cadaveris ventre inferiore, ſtrumæ per totum ſe offerunt, quibus Meſenterium adeo infarctum erat ut fere ab illis obliteratum eſſet, vix conſpicuum. *Ex communicatione D. D. Franc. Caillei Medici Genevenſis.*

§. 14. In cachexia & hydrope mortuis, Meſenteria ut plurimum friabilia maléque cohærentia deprehendimus, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit. *Warthon Adenograph. cap. xi.*

§. 15. Anno 1666. Mercator Gedanenſis à multis annis ingluviei deditus, variiſque modis in victus ratione peccans, incidit in varios corporis affectus, qui quidem curati, numquam tamen in totum ſublati ſunt, quia æger præceptis Medicis parum obediens fuerat, Tandem totius inferioris ventris inæqualem tumorem percipiens, hincque ſenſim languore corporis univerſali afflictus, de dolore in regione lumbari gravativo, eóque ſiniſtri hypochondrii obtuſo, ac vinculo ſub ventriculo tranſverſali conqueſtus eſt. Vocatus, deprehendi ex ſignis pertinaces latere in corpore obſtructiones, quare omnem movi lapidem ut ipſi priſtinam reſtituerent ſanitatem. Cum alvus ſubinde adſtrictior eſſet, exhibui blande evacuantia, quibus tantum profecimus ut videretur ſibi æger aliquoties ab illorum uſu fere reſtitutus, quoniam ſçybala excernebat grandia ſumméque dura, adeo ut in excretione ad pelvim ſonum ederent, lapidum inſtar ab alto delapſorum. Quod cum forte indicaſſet, juſſi ut adſtantes excrementa mihi monſtrarent, in quibus aliquot fruſtula caſeorum induratorum, ſicut illa, uti ipſius æger faſſus eſt, ante aliquot ſeptimanas ruri tum degens pro jentaculo, pravo ſuo more deglutierat, invenimus: Talia quamvis ſæpius cum ſucceſſu educerentur, tamen longitudine morbi contabuit & naturæ ſatisfecit.

Aperto cadavere, obſervavi omnes glandulas infimi ventis, tam internas Meſenterii, quam externas abdominis induratas, imprimis illas copioſiſſime regioni lumbari incumbentes, unde dolorem lumborum deduxi gravativum: Luſtratis inteſtinis, reperi cellulas inteſtini coli per tranſverſum corporis ſub ventriculo ſiti, ſcybalis fruſtiſque caſeorum ingeſtorum fere omnes infarctas: hinc excretiones præmemoratas ortum ſuum deduxiſſe indicavi: reliqua inteſtina erant omnino vacua: Remotis iis examinavi Hepar, quod miru dignum, omnibus ſui partibus inveni ſanum, etiamſi æger dum viveret crapulæ nimium indulſiſſet: Ultimo perquiſivi Lienem, & dum illum circum circa vellem blande liberare, animadverti duritiem haud levem: quare novitate rei perculſus, totum lienem excidi, eúmque dimidia fere ſui parte oſſea cartilagine incruſtatum vidi, adeo dura, ut acutiſſimo quamvis cultro vix diſcindi, ſinéque læſione parenchymatis ſeparari potuerit: Exinde haud difficulter dolor ſiniſtri hypochondrii obtuſus patere potuit. *Chriſtianus Rudnicius in Miſcell. curioſis anni 1673. obſervat. 159.*

§. 16. Memini à ſolo meſenterii ulcere jam quinquies hunc morbum miſi viſum. *Tulpius Obſervat. lib. 5. cap. 32.*

Observatio XI.

Anatome Aſcitici cujus viſcera omnia naturalia affecta. 1. Aſciticus à vitio glandularum Meſenterii, Hepatis abſceſſibus tentati, Lienis duri, Renum putridorum. 2. A vitio Hepatis indurati, Lienis parvi, albicantis, Renum male conſtitutorum. 3. Ab Hepate fiſſo, veſiculis obſito, Renibus pertuſis. 4. A Iecoris, Ventriculi, Pancreatis ſcirrhoſi vitio, Meſenterii glandulis tumidis. 5. A Iecore pituita referto, Pancreate duro, Rene dextro calculoſo. 6. A Meſenterio ſteatomatis referto, Pancreatis ſcirrho, Hepatis duritie, Pulmonibus ſcirrhoſis. 7. Ab Hepatis abſceſſibus, Renis ſiniſtri & Uteri. 8. Ab Hepatis duritie, vitiis, Renum, Meſenterii. 9. Ob Lienem calculoſum; Renem dextrum lapide occupatum, Uterum cartilagineum. 10. Ventris tumor hydropicus à copia ichoroſæ & purulentiæ materiæ, ob viſcerum omnium corruptelam. 11. A vitio Iecoris, Renum, Cyſtis felleæ, Pulmonum. 12. Ab abſceſſibus juxta Hepar, Liene apoſtemate infecto. 13. A ſcirrho Iecoris, Lienis, Renum vitio, Pancreatis, &c. 14.

§. 1. NOb. Andreas Eſtken ann. 46. cum uſque extra civitatem, utut opulentus, cœlebs, admodum parce & frugaliter vivens, ex vitio diætæ primum ventriculi dolorem cum ſiti, dein hypochondriorum intumeſcentiam percepit, quæ tandem Hydrops aſcites ſequebatur. Hic anno 1660. in autumno Thorunium venit, morbúmque ſuum mihi expoſuit, Cujus ſigna erant urina tincta & rubicunda, ſitis magna; appetitus cibi nullus, conſtipatio alvina, urinæ retentio frequens, noctes inſomnes, tumor totius infimi ventris & hypochondriorum intenſus, atrophia artuum ſuperiorum & inferiorum, viriúmque maxima debilitas. Inſtitutæ fuerunt purgationes per epicraſin, adhibita tam externa quam interna alterantia & corroborantia, ſed ſine ullo fructu. Tum anno 1661. adjuncto mihi D.D. *Meiſnero*, inſtituta eſt paracenteſis ſub ipſo umbilico verſus partem ſiniſtram, natura ipſa per veſiculam umbilicalem viam commonſtrante, per Antonium Stattlender Chirurgum. Talem paracenteſin *Galen.* 14. meth. 13. & comm. ad aph. 27. 8. hydropicis & hernioſis adhiberi ſuadet. *Paulus* autem non omnibus aquæ intercutis generibus, ſed aſcitæ tantum convenire ſcripſit, ejuſque tres in univerſum differentias ſtatuit: unam ſectione facta

directe

directè ſub umbilico, tribus digitis interpoſitis, ſi ab inteſtinis origo fuerit: Aliam etia facta à ſiniſteriore umbilici parte, ſi primario Jecoris affectui malum feratur acceptur 3ᵘᵐ.autem à dextra ejuſdem parte, ſi à Liene vitium originem duxerit, ſcalpello ejuſmo ſectio fieri debet, aut aculeo intra peritonæum adacto, deinde in foramen immiſſa æne fiſtula, per eam humor ſenſim effundendus,pro cujuſque virium ratione, cavendo ubiqu ſubitam cumulatámque vacuationem: *Hac Paulus*: Idem nos quoque hac in parte ob ſervavimus, facta inciſione, impoſitóque canaliculo argenteo,eduximus aquam in abdom ne ſtagnantem pedetentim,à ſemilibra incipiendo, tum ad libram devenimus, quotidie bi aliquando etiam ter,pro re nata, ad multarum uſque librarum quantitatem: Aqua educt fuit citrini coloris, odoríſque fœtidi, videbaturque patiens aliquantum ſibi vegetior: Ve rum omnia in priſtino ſtatu permanebant, indicantia ſcil. dyſcraſiam & corruptionem vi cerum imi ventris, quam anatome corporis extincti poſtea aperuit. Quare vires in dic debiliores, ægrotum ut animæ curam adhiberet admonuerunt, quæ cum peracta, ille ulti mis Januarii diebus, placide animam Salvatori ſuo reddidit: Inſtituta autem paracenteſi altera à Circumciſione Chriſti Salvatoris die.

A morte cadavere aperto,nullum viſcus ſanum & integrum repertum eſt. Peritonæum Meſenterium,Pancreas,ſingula conſumpta, Inteſtina livida, Hepatis & Lienis aliquot fr ſtula tantum veluti lacerata dependebant. Renes vix conſpicui, uno verbo,& ante mortem piè defunctus vivum cadaver erat,apud quem poſt mortem adſtantes præ fœtore maxime non diu ſubſiſtere potuerunt. *Simon Schultzius in miſcell.curioſis ann.1674.1675. & 76.p.229.*

§. 2. Juvenis Vir Religioſæ familiæ incidit in hydropem Aſcitem,à medicaſtro pluribu etiam agitatus mediis, ex urbe in qua degebat, cùm remotior locus foret, hícque illius fami liæ ordo vigeret, huc deportatur, quem ubi acceſſi, malum incurabile Superioribus derexi partibus internis jam ſideratis: Præſto nihilominus adfuit,qui vultu ſupercilioſo & faſtu, ve lut fere fit, pluſquam ampulloſo auſus fuerit curam perbrevem polliceri, & promiſſis vere intra paucnlos dies ſtetit. Domum forte ingredior,febri tertiana laborantem inviſurus, ad hunc hydropicum à ſanitatis præfecto deducor, cui de neceſſariis moribundo nulla data mora providendum urgeo.

Ipſe ut fatis mox ceſſit, accitum ego operationi peritum lithotomum ad paracenteſim celebrandam, ut aquis daretur exitus, applico: Inde ulterius progredior, ut prognoſtici veritas innoteſceret, paterétque ignari medicaſtri judicium: Omentum telæ ad inſtar tenuis ſe offerebat: Inteſtina livida primo tactui conſumpta diffluebant. Glandulæ Meſenterii omnes purulentæ. In parenchymate Hepatis 18. apoſtemata viſebantur ſua cyſti incluſa; Pulmonum bronchia membrana livida ſpiſſa referebat,Renes putridi, Lien induratus ſcatebat,craſſa gypſi ad inſtar materia, nec ultra caſtaneæ magnitudinem reſtabat intacta: Unicum Cordis parenchyma ſanum erat: Ex quibus patet impoſtoris temeritas,& in judicando ignorantia, in una ad mirer vires in juvene, partibus adeo corruptis tamdiu in vivis perſtitiſſe. *Alardus Hermannus Cummenus in Miſcell.curioſis anni 1673.obſerv.186.*

§. 3. Victor Schœffer febribus tertianis & continuis, atque eryſipelatibus ſæpe obnoxius, extremo quinquennio difficultate anhelitus,orthopnoca, diarrhœa,ac diuturna ſtranguria divexatus,tandem Tumore Ventris in tantam molem excreſcente correptus eſt, ut etiam umbilicum rumperet,ſalva tamen externa cuticula, nullo effluente humore.

Ex aperto cadavere extractæ fuerunt menſuræ noſtrates 18. aquæ pallidioris, citrinæ, urinam referentis: Hepar inventum album durum, Renes parvi,pallidi, nulla pinguedine muniti, Veſica anguſta, Pulmones ampli, Cor magnum, Lien parvus & albus. Mirum fuit tantum in brevis ſtaturæ homine aquæ latere poſſe copiam. *Ex Traſelmanni Medici obſerv.*

§. 4. Generoſa quædam Comitiſſa, cui crura inflata ſummopere,ſeróque repleta erant, poſt mortem ſectione apetta, præter calculos in folliculo fellis innumeros deprehenſos, aliáque vitia, Renes habebat nigricantes,& quibuſdam locis adeo pertuſos & foraminibus patentes,ut citra ſubſtantiæ ipſorum diviſionem digiti in eavum intendi poſſent. *Hepar* præterea *hinc inde fiſſum*,veſiculæ multæ ſero citrino plenæ & turgentes illi adnatæ erant: Lien quoque vitiatus erat. *Platerus obſerv. lib. 3.p. 648.*

SCHOLIA.

HEpar hinc inde fiſſum] Rimas Jecori accidere quamquam neget *Tulpius* lib. 2. cap. xxxvi. Obſervationum, atque *Fernelii* figmentum eſſe credat, eas tamen frequenter evenire aſſerit *Platerus* praxeos lib.3.cap.de Extuberantia, quod per ſectionem deprehendit: Cauſam agnoſcit tantam parenchymatis,Hepatis & Lienis,ſiccitatem & ariditatem, ut non ſolum decreſcat & imminuatur,ſed & tandem rimis,dehiſcens findatur,ob intemperiem potius calidam quam frigidam. *Vide l.c.p.m. 213.*

§. 5. Juvenis ann. 18. rem murariam exercens, in arce Schumburgenſi jamdiu ſiti prægrandi, imbecilitatéque ventriculi laborans Aſcite corripiebatur, Alvi fluxu ſupervenientea ad plures abiit.

In cadavere à me exenterato menſe Febru. 1675. Magnam aquæ limpidæ, nec non croceo colore tinctæ quantitatem reperi: Sic & inteſtinum Rectum corroſum, Glandulas meſenterii valde turgidas & lapideam naturam induentes, Jecur flavo tinctum colore, Bilem in folliculo ſuo nigerrimam ſpiſſámque, amurcæ ſimilem, Ventriculum quoque pituita tenaciſſima repletum, Pancreaſque induratum offendi: Reliqua perſcrutari nec fœtor nec tempus permittebat. *Ioh. Dolæus in Miſcell. curioſis anno* 1674. 75. *&* 76. *p.* 94.

§. 6. J. Arminius poſt varios affectus incidit in anorexiam, vomitum cum Jecore indurato, abdomine intento, cruribus tumidis. Iecur erat magnum, pituita plurima refertum, In Pancreate omnia dura. In Rene dextro plures calculi. *Vide lib.* 2. *tit. de Cordis Palpit.*

§. 7. Uxor N. morbo admodum intricato correpta eſt ſuccedente Hydrope. Abdomen ſeroſi humoris plenum erat. Meſenterium ſteatomatis refertum; In ipſo Pancreate ingens ſcirrhus, Hepar durum, pallidum. In Pulmonibus ſcirrhi, lapides. *Vide lib.* 2. *tit. de Phtiſi.*

§. 8. Matronę venter de die in diem accreſcebat: Aperto defunctæ abdomine, plurimum aquæ carnis loturæ ſimilis effluxit. Uterus mire extenſus erat, &c. Ren ſiniſter plane putrefactus. Hepar undique abſceſſibus putridis ſcatebat, binc aqua quæ in cavo ventris continebatur. In Utero aqua purulenta, cum mola. *Vide tit. de Gravidatione falſa.*

§. 9. Ill. Domina N. Hectica laborabat & ſimul Hydrope graviſſimo. Abdomen plenum erat aqua, Hepar magnum durum & denſum, Lien parvus, contractus, ſicut & Renes, omnia informia, Venæ Meſentericæ obſtructæ omnes. *Vide tit. de Febribus lib.* 4.

§. 10. Anno 1662. Vidua annorum 44. gravi dolore dorſi, & ingenti ſiti vexata, urinæ ſuppreſſione præcedente fit Hydropica: Natura ſpretis omnibus medicamentis debitum ſuum perſolvens, viduam hanc cultro decernit Anatomico.

Adſtante Dom. *Heckero*, Medico civitatis Mariæburgenſis, facta per Chirurgum ſectione ingens copia aquæ effundirur, & Lien quaſi convolutus, calculis plenus conſpicitur: Perventum eſt ad Renes, in quorum dextro, & quidem circa infundibulum, invenimus quadrangularem lapidem, qui totam cavitatem pelvis implebat; Proceſſimus ad Uterum, qui cum magna admiratione primo totus lapidoſus à nobis putabatur, quantitate quidem parvus, ſed nimis durus. Tandem vi diſſectus, totus Uterus cum orificio interiori erat cartilagineus, relicta cavitate interna ad amplitudinem nucis juglandis, & Ureteres aliquomodo extenſi ſcatebant arena copioſa, alias tamen in naturali conſtitutione obſervabantur. *Andreas Cnoeffelius in miſcell. curioſis anni iv. obſerv.* 57.

§. 11. Annam Barbaram Hornvaſcherin, Hydrope aſcite laborantem, anno ætatis 72. denatam anno 1673. ſecui. Quantitas ichoroſæ & purulentæ humiditatis triginta quinque menſuras attingebat. Ventriculus, inteſtina omnia, hepar, lien, renes, uterus, veſica, uredine & ſitu corrupta, quin & cor pulmonêſque flaccidi, deprehendebantur; Aqueæ illuviei innatabat utriculus parvus, nigricans, liber ab omni vaſe, liber ab omni ligamento (*parvi ceraſi magnitudine*,) cui terni appendices nullo exitu patentibus; Neque ſubniger utriculus iſte meatum pervium exhibuit. *I. Sculterus in miſc. cur. ann.* 4. *&* 5. *p.* 179.

§. 12. Cum pronuper aliquot ab obitu horis cadaver *Innocentii* decimi, Pontificis Romani exenteraretur, ut pro more balſamo & aromatibus conditetur, in Veſicula fellis duo calculi juglandis magnitudine reperti ſunt, Viſcera ipſa in aqua natabant. Pulmo nigris maculis diſtinctus. Jecur vitiatum, Renum alter ſemi uſtus; Cerebrum multa aqua repletum. *Ioh. Daniel Horſtius obſervat.* 7.

§. 13. Matrona diu gravitérque Tumidum ventrem geſtaverat, qui nullis remediis ceſſit. Morruæ cadaverer apperuit D. P. Moth, reperítque ſingularem interiorum conſtitutionem: Levi vulnere in hypochondrio dextro inflicto, copioſiſſima aqua effluxit velut ex fonte; quæ mediam noſtram tonnam facile impleviſſe: poſtea ampliato vulnere & per medium diſciſſo abdomine, reliquum evacuatum ſpongiis inter peritonæum & inteſtina, quæ curioſius inveſtigaturus, nulla invenit, ſed membranam denſiorem, protenſam ab oſſe Xiphoide ad inguina uſque, univerſum ventrem inferiorem tegentem, venis copioſis & amplis refertam, ut placentam uterinam referret, vaſorum copia æmulam. Ex quibus copioſus ichor ad hydropem exſudarat: unde toto curationis decurſu nunquam tentata diætetica, alias proficua, quicquam ſeri eduxerunt aut morbum levarunt: Hac membrana reſecta, demum in conſpectum prodierunt inteſtina, & reliqua deſiderata abdominis viſcera: ſed in dextra parte, ad Hepatis regionem

regionem membranæ adnatus erat abſceſſus, magnus, pure fœtido repletus, und de dextri lateris dolore ægra ſæpius conqueſta fuerat, nec in illud latus decumbere potui Tres alii abſceſſus, ſeu veſiculæ minores, inferiorem membranæ partem occuparant prc pe inguina, ſed necdum ad maturitatem perductæ, diſciſſæ enim aquam continebar Lien quoque apoſtemate infectus, preſſuſque puris copiam effundebat. *Bartholinus cent. 4 obſerv. 25.*

§. 15. Puero ſeptenni, filio Nobil. Dom. Gallatin, Exconſulis Genevenſis, caſibus fre quenter per ſanitatem obnoxio, etſi alias vegeto, tumor in dorſo enatus eſt, ſteatomar formam referens, cui ad ſuppurationem tandem perducto ſucceſſit fiſtula, per menſes al quot pure ſtillans: Hac ſponte occluſa, altera in parte poſtica femoris dextri emerſit, ann ætatis x. multo pure ſcatens, Vocatus fui Februarii menſis 21. anno 1672. à Patre, qui cor ſolidationem fiſtulæ exoptabat: Quod conqueſtus eſſet de dolore hypochondrii dext aliquot ante menſibus, ſcrotumque aqua turgidum eſſet, negavi occluſioni fiſtulæ incum bendum eſſe, ejus originem in viſceribus latere edico, infidam fore ſanationem, ad quar gravior affectus ſubſequututus eſſet: Abdomni, ab aquis jam intumeſcenti, emiſſariur parandum per ſcroti apertionem; cui poſtridie infixus funiculus ſetaceus; mediocrem ſe copiam eduxit: At ſuccedente inflammatione, (cum metu gangrænæ) hinc abſceſſu, proti nus detractus funiculus, convenientibuſque admotis medicamentis, & ſubſidebat rumo &mundificabatur ulcus atque ad conſolidationem properabat; Interea femur, phlegmo noſo tumore mire intumuit, ubi ſupputatio facta, quæ tribus in locis cuniculis actis ſpont ſe aperuit parte interna; Cum autem in parte externa multum ſubeſſe puris indicia eſſen via illi per phlebotomum facta, quod album, riteque coctum proceſſit; amurcæ autem ſi mile & inſtar ἰχῶρος ſanguinis; duobus ante obitum diebus: fiſtula porro ſicca pen permanſit, ad alias ſcilicet vias traducto pure: Interim incrementa ſumebat abdomini tumor, qui ad ile dextrum maxime vergebat, ubi cutis adeo rareſacta, & tenuis reddita, u ruptionem minaretur: Demum per aliquot dies copioſas & turbidas effundebat urinas quæ poſt duas horas limpidæ, aureæ & naturales evadebant, pus copioſum ad fundum de ponentes; unde inferre licuit à ſuperioribus renibus locis pus illud manare: quod dein de alia inſtituta via per alvum, aliquot dierum ſpatio excluſum, ſed prægreſſa leipothymia pulſuque intermitente & formicante facto, unde extrema ulli imminere creditum; ab ejus autem effuſione vires paulatim rediere, cum appetitu, qui ineunte morbo nimium, in perniciem, vegetus, cum mali ſucci cibos & affatim ingereret, unde cœliacus fluxus ſæ pius per morbi decurſum apparuit. Octo ante obitum diebus ſubſidebat venter, crura quoque minus œdemate tumebant, non remediorum efficacia; cathartica enim etiam ve hementia nihil educebant, à tranſlato ad pectus ſero; hinc patentibus falſa & inanis valetudinis affulgebat ſpes: Duobus ante obitum diebus vultus quoque œdematoſo tumo re intumuit, ea parte magis turgida apparente in quam provolvebatur corpus: deficien tibuſque ſenſim viribus 4. Aprilis è vivis diſceſſit.

Cadavere eadem die à perito Chirurgo Lamont aperto, Omenti & Peritonæi nulla veſtigia deprehenſa ſunt: hinc Jecur ſe obtulit maximum, decolor, intus & extra durum: Cyſtis fellea atro turgida erat ſanguine: Lien magnus, conglobatus, totus ſcirrhoſus: Pan creas ſemiputre: Ventriculus & craſſa Inteſtina mire flatibus turgida: Aqua plurima in ab domine: Renes maximi, pallidi, conglobati: In lumbis & pſoa muſculo ulceris & abſceſ ſus veſtigia, unde ducebat initium femoris fiſtula: Multa aqua thoracis capacitate conclu debatur; hinc corruptionis initium pulmonum extremi lobi duxerant: Cor erat inte grum.

Observatio XII.

Ventris tumor hydropicus ab aquæ inſigni copia extra peritonæum ſubſiſtente, ſalvo je core & liene. 1. 8. A ſero Omenti cavitate concluſo & ejus glandulis tumidis, iiſdem viſceribus ſalvis. 2. Ab aqua in peritonæo collecta, eo per tubas uteri delata. 3. A lu tulento humore inter muſculos abdominis & peritonæum congeſto, ob ſuppreſſos menſes. 4. Ab aquis inter muſculos abdominis & peritonæum contentis. 5. 6. A ſero ſangui neo, cum parvo Liene. 7. A ſero inter duas peritonæi tunicas. 8.

§. 1. Anno 1660. obiit Margaretha N. civis Noribergenſis uxor, annos nata 44. quæ ad nonum uſque annum abdomine ultra modum & metam elato, cæte-

ris membris tabe quaſi conſumptis ægerrime vixit, illo ipſo novenario annorum decurſu trium liberorum puerpera facta, cum decenti ſemper evacuatione, abdomen nullo modo detumuit, ipſo Paraſceves feſto ad ſectionem vocatus, peripheriam partium inferiorum deprehendi pedum Geometricorum quinarium numerum ſuperantem: faſtigium umbilici ad coxæ vertebras menſurantes, ad viceſimum digitum (Geometra dicit 20. 30^{lis}) elevatum vidi: Viſcera, Hepar nempe ac Lien, integre & naturaliter ſe habebant: Ventriculus inanis nil quicquam rubiginis ſeu corruptionis ſenſit: Extra peritonæum vero ichoroſæ humiditatis menſuræ 54. ſubſidebant: Cauſam hujus mali in efferatum maritum meum *Georgius Ruboldus* Chirurgus tranſtulit. *Ioh. Scultetus in Miſcell. cur. anni* 4. *Obſerv.* 148.

SCHOLIA.

C*Auſam hujus mali*] Definitur hydrops Aſcites, Quod ſit Tumor p. n. à collectione aquoſi, ſeroſi & ſalſi humoris, cum vitio partium ſanguinem depurantium, eundemque perfecte elaborantium, pura Cordis, Hepatis, Lienis, Pancreatis, Meſenterii, vel Renum ſubinde exortus, atque in cavitatem abdominis, tam per venarum & arteriarum ductus manifeſtos, ipſaque vaſa lymphatica, quam ductus plane cæcos & inaſpectabiles, intra peritonæum, omentum, tunicas, inteſtina, cum ſcroti & crurum quandoque diſtenſione effuſus.

Deſcriptionem excipit loci affecti conſideratio, ſed cum de eo ipſo ſatis ambiguæ circumferantur ſententiæ, proponam quædam quæ circa Hepar refrigeratum, ex *Galenicorum* ſententia, acriter defenduntur: Iiſque adſtipulandum cenſeo quibus veritatis certiſſimus index αὐτοψία arridet, & ſentiunt, In omni Hydrope læſam eſſe ſanguificationem: fracta tamen hac non ſtatim lædi Hepar ratio ſuadet: hinc qui contrariantur nobis, nullatenus extricare ſe poſſunt, quando ſectis hydropicorum cadaveribus hepar ſæpe ſalvum deprehenderunt, dein ceu θαῦμα θαυμάτων obſervationibus ſuis addunt; At qui oculata experientia, firmatoque hinc probe judicio edocti ſunt, Hepari colatorium potius officium, quam abſolutam hæmatoſin adjudicant, cum ſæpe ſæpius Hepate & Liene ſalvo, vel uno horum tantum affecto, Hydropis periculum timendum ſit: Cauſa hæc fuit quod, præter *Avicennam* & *Galenum*, Viri non ſpernendi, in aliam de loco affecto in hydrope, abire ſententiam coacti fuerint, aut de eo, ſaltem ceſpitando, ſentire: Quod ſi ipſi etiam de ſanguificio Hepatis negato certi fuiſſent, ſane accuratiori indicio ſedem hydropis definiiſſent, & forte tali modo in dubium vocaſſent, Si iſtud organum, cui vera & exquiſita vis ſanguificationis accenſetur, & ſeri hydropici originatio præternaturalis debetur, merito pro ſede hydrops habendum, ſequitur non Hepari ſolum, ſed his in quibus depuratio, & ipſius ſanguinis vera abſolutaque elaboratio debetur, Sed verum prius, Ergo & poſterius: Majoris ratio eſt non tam *Galeni* & *Avic.* quam vulgariſſimæ Scholæ Medicæ: Minoris probatio talis erit: Cui deeſt cauſa efficiens proxima ac præcipua, deeſt quoque effectus iſtius cauſæ: Atqui Hepati deeſt cauſa efficiens proxima ac præcipua perfectioris & abſolutiſſimæ elaborationis ſanguinis, Ergo deeſt etiam illi effectus iſtius cauſæ: Et cui deeſt effectus ſanguificationis, quomodo de eo poteſt negatio, ſive privatio & error hujus effectus dici: Jam vero cauſa efficiens Hydropem proxima & præcipua eſt ſanguificationis veræ & perfectæ negatio, ſive, ut rectius dicam, læſio: Verum cum de hoc parenchymate, quod vere ac perfecte ſanguinem elaboret, nullatenus dicitur, ſiquidem nomine tantum chylus per lacteas hepaticas in portam & cavam jecoris delatus, ab excremento bilioſo depuratus ibidem, in ſanguinem quidem tranſit, ineptus tamen adhuc eſt corpori noſtro alendo, ſiquidem tum demum per ſurculos quoſdam venæ cavæ in cavam abit, & una cum ſanguine profluente ad cordis dextrum ventriculum, ſive ἀρχὴ τοῦ θερμοῦ καὶ τῆς ζωῆς deducitur: hinc denique in arteriam pulmonis, quæ cum vena ejuſdem per anaſtomoſes unita, in illam refrigeratum & contemperatum ſanguinem deponit: tandem in ſiniſtrum cordis ventriculum mittitur, ibique ultimam perfectionem ſuam conſequitur laudabilem, dehinc in arteriam magnam imprimitur, in cujus orificio, ad oſtium ventriculi, tres adſtantes valvulæ tricuſpides, omnem ſanguinem retrogradientem impediunt: hinc tanquam ex architriclinio, omnis alimenti diſpenſatio ac erogatio, ad univerſi corporis noſtri partes ſingulas meat, hinc per arterias nectar illud vitale totum hoc noſtrum vivificat: Chyli pars ſubtilior in inteſtinis à craſſiori & excrementitia ſeparata, ope lactearum à modo dictis inteſtinis ad pancreas tranſitum maturat, ubi dum reſidet, deperditionis nullum eſt periculum, niſi excrementi, quod ibidem deponi debet, atque per ductum Wirſungianum in duodenum rejici: hinc longius à pancreate ad hepar intuitur tranſlationis tempus, nec tanto vaſorum numero eget, ac obtinuit tranſitus ille ab inteſtinis in pancreas modo dictum, in quo viſcoſum excrementum per modo laudatum ductum abit: aquoſum vero recipiunt glandulæ vicinæ, & ad renes immediate, mox vreteres ad veſicam urinariam emittendum deferunt: Humores autem excrementitii, quos pancreas à liene cum ſanguine revertentes recipit, per rami ſplenici ſurculos, pancreati oblatos, hic deponi, parique facilitate arterioſi ſanguinis excrementa, priuſquam ramus ſplenicus ad lienem progrediatur, per ſurculos arteriæ cœliacæ excerni poſſunt: Imo per hunc totam pene melancholiæ ſentinam (præterquam quod ab emulgentibus arteriis intercipiatur) accumulatam evacuari poſſe *Highmorus* credidit: Affectus enim utriſque ſunt communes, ſcirrhi & obſtructiones hunc & illum affligunt: Imo Liene affecto vix aut nunquam immune evaſit Pancreas: Si itaque aliquomodo contingat ut ductus hic obſtruatur, ut humores in pancreate affatim accumulentur, abſceſſus, ſcirrhi vel hydropes inde oriri poſſunt, reliquis viſceribus omnibus ſalvis & integris: Vides ſiam quis etiamnum in noſtra locus affectus ſtatuendus: Sed pergendum: Arteriæ ſplenicæ, quæ multæ ſunt, nec ſolum ad ſanguinem ducendum ad ejus nutritionem, ſed & ad excrementi evacuationem inſerviunt, à cœliaca ortæ, ſanguinis partem melancholicam, poſtquam ultimam in corde concoctionem ſuſtinuit, ad lienem deferunt, ac inde in ſubſtantiam ejus infundunt, ſicut emulgentes ſeroſam in renes ducunt, quam lien fermentat ac ſeparat, ſanguinem vero ſeparatum,

paratum, quantum ad ſui nutritionem inſervit, apponit, & quod relinquitur ſanguinis purioris, & ab excremento melancbolico defæcati, per ſubſtantiam ejus tranſcolatur, & cum ramo ſplenico communicatur, à quo in portam & jecur, atque inde per venarum anaſtomoſes in cavam, inde ad cor iterum deducitur, ut calorem & ſpiritus de novo acquirat, atque purus ab omni excremento, inde in aortam pro partium nutritione omnimoda propellatur: Tenuior pars ſanguinis Serum dicitur, cujus exceſſum præter naturam hic accuſamus: idem naturaliter ſe habens, ut ad renes binos (quorum actio eſt ſeri attractio, ejuſdemque debita ſeparatio atque excretio) perveniat; cum ſanguine per cordis dextrum ſinum & ſiniſtrum in aorta duci neceſſe eſt, inde per emulgentes arterias à renibus virtute ſpecifica attrahitur, ad quos, ubi per arterias illorum minutiſſimas pervenit, in ſingulas ſubſtantiæ partes diffunditur cum aliqua ſanguinis parte, & per illorum parenchyma (ubi odorem urinæ fermentalem concepit) ſervato ſanguine pro ipſorum nutritione, in cavitatem, pelvim dictam, cui inſeritur vreter, qui illud ſtatim ad veſicam defert, amandatur: Sanguis vero qui extra venas effluxerit cum ſero, ſi bene ſe habeant renes, retinetur, ſin minus, ſi parenchyma illorum ſit laxum, & debilis eorum facultas, cum ſero ejicitur & urinæ fiunt cruentæ: Sanguis vero qui cum ſero per arterias in renes introducitur, cum in illorum nutritione totus abſumi nequeat, venis quibus per anaſtomoſes junguntur arteriæ, amandatur, atque hinc in venas emulgentes, & exinde in cavam: Excrementum autem, quod à digeſtione hac per circulationem debitam, frequentem cohobationem, accuratam rectificationem ac abſolutam ſubtiliſationem, ſeparatur, eſt materia alba vel rubra, flava vel nigra, vel cujuſcunque coloris in urinis contenta, à practicis Hypoſtaſeos & Enæorematis nomine ornatum: Dixi in præcedentibus Renum eſſe ſerum attrahere, neque Ductuum Hepaticorum, ſive Aquoſorum, oblitum eſſe, quorum originem Hepati accenſent, Viri in Anatomia noſtro ſæculo verſatiſſimi, *Bartholinus*, *Bilſius*, *Rudbequius*, *Schenckius*, *Rolfinccius*, *Riolanus*, *Gliſſonius* aliique, quibus novi hujus Oceani undam limpidiſſimam favor numinis rimari, atque penitius introſpicere conceſſit: quorum ortus ab hepate vel veſica fellea veriſimilis eſt, ceu cujus porum ſequi in propatulo eſt, ſanguinis transfiltrandi gratia in hepate facti, ut ſcil. in eo, ceu venoſiſſimo noſtri corporis parenchymate, adveniens ſanguis ab oneroſiore ſuo dilutulo quodammodo levetur: Hujus itaque Lymphæ exceſſum præter naturam Hydropis eſſentiam conſtituere quis negabit? Patet hinc, niſi fæx, ſive amurca illa ſanguinis à balſamo illo divino, & nectare vitali legitime ſeparetur, partes abinde ſuum recipientes nutrimentum, facile una cum propriis actionibus lædi, atque dyſcraſiam nonnunquam ſatis d[...] plorandam iis introduci teſtatur experientia: Ta[...] eſt cachexia totius corporis, partiumque ſperma[...] carum omnium indiſpoſitio, cum ipſis tum ſangu[...] ficationi, tum ſeparationi ſive percolationi deſtin[...] tis viſceribus, ubi ne ventriculus quidem ab om[...] culpa abſolvi poteſt, cum ipſe ſæpiuſcule exte[...] num errorem exhibitorum ægerrime ferat: Sæpiſ[...] me enim accidit ut partes quaſdam cibus in ſe co[...] tineat, particulis corporis non ſolum non cognata[...] ſed & inimicas, adeo ut à natura nullo modo dom[...] ri ac concoqui poſſint, ſed quocunque vagentur, [...] plurimas licet concoctiones ſubeant, nequaqua[...] tamen mutantur, ſed naturam ſuam perpetuo in[...] tegram conſervant: Quibus ſubſtratis, obvium ja[...] erit laudatos veteres haud minus appoſite læſa[...] ſanguificationem incuſaſſe, licet τὸ ὅτι, ob tempo[...] ris infelicitatem, ipſos latuerit, attamen τὸ διότι be[...] ne perſpectum quod habuerint, comprobant illo[...] rum volumina: Omnem itaque Aſciten ab impur[...] ſanguine, excrementis ſeroſioribus referto, vel [...] quadam qualitate peregrina corpori noſtro inimica, aut partium viventium ſolutione continui profluxiſſe animadvertimus: Non enim nos movet quod in ejuſdem argumenti exemplo *N. Fontanus* lib. 1 Reſponſ. & Cur. Med. ſ. m. 94. dicit, Dari hydropem jecore ſalvo nunquam vidi: ſi forſan alii, rarum id dico, niſi loquuti fuerint de hydrope particulari, ſoli hepati locum affectum tribuendo, Siquidem experientia edocti ſumus *Tulpium* obſervaſſe eundem à ſola meſenterii exulceratione, Alium ab ejuſdem hydatidibus innummeris: *Benivenium* à ſolo Renum vitio: *Platerum* à Renum exulceratione: *Benivenium* iterum à veſica percuſſa excitatum, reliquis viſceribus omnibus ſanis & ſalvis advertiſſe: Sic Lienem vitioſum in hydrope vidit *Veſalius* hepate plane ſalvo: Hinc *Dodonæus*, *Car. Piſo*, *Duretus* hydropem nullum ſine conſenſu Lienis accidere volunt, Aſciten interdum cauſam agnoſcere obſtructionem lævium arteriarum P. *Salius Diverſus* dudum author fuit: Proinde videmus quocunque tandem modo ab aliis etiam partibus proveniat Hydrops, ſemper tamen læſam ſanguificationis actionem, vel qua incepit, vel qua perfectionem ſuam in corde, vel depurationem in colatoriis viſceribus, vel diſtributionem in arteriis fuerit aſſequutus, poſſe referri: Enimvero tota corporis humani œconomia, juncta ratione, atque ipſa experientia atteſtante, ſanguinis pabulo indiget, nulla equidem abjectiſſima pars in toto microcoſmo alio humore niſi ſanguine, quatenus ultimam perfectionis manum adhibuerit natura, nutritur: quinimo nec ipſi cordi ſui alimentum aliunde mutuari integrum, niſi maſſa ſanguinea perfecte jam elaborata, & ſpiritibus vitalibus maritata, illud per coronariam, pro ſui pabulo recipiat, & in omne ejus parenchyma diſtribuat. *Idem.*

§. 2. Anno 1628. Julii 28. mortua eſt Virgo annorum 25. proſapia Nobilis, ægra apud nos aliquot menſibus, domi diutius decubuit, abdomen extenſum, turgidum, tuberoſum & ad admirationem uſque protenſum, renitens, durumque inſtar tympani, cujus latera repleta & renitentia, pedes & brachia atrophia tenuia: Cadaver, ut famæ bonæ teſtimonium daret contra malignas linguas, diſſectum; Morbus ac cauſa mortis inventa eſt: Abdominis tumor altitudine ulnam ſuperabat, circumferentia ulnas duas ſemis, cum parte octava: Umbilicus expanſus, & plane dilatatus, à morte maxime renitebat, nec ſonum dabat, ut die ſequenti, quo ſectio inſtituta, ſubſederat enim ea nocte tumor & ſeroſæ illuviei concluſæ ſignum dedit, Nos paracenteſin ſequentes, ſerum per vulnus primum è corpore eduximus, quod infra umbilicum, inſtrumento Lancetta dicto, fecimus; Effluxit materia craſſa, fœtida

coloris

coloris ſubfuſci, qualis eſt cereviſiæ non nimium nigræ, ad menſuras noſtrates 35. quam vaſculis excepimus, reliquæ vaſculis non exceptæ incerta eſt menſura: Tumore ſic aliquomodo depleto, cutem abdominis flaccidam & craſſam incidimus, & cum forte altius ferrum intruſum eſſet impegimus in abſceſſum concluſum, ex quo pus fœtidum: Abdomine ſic aperto, & cavitate exſiccata ſpongia, puráque aqua elota, membranoſum corpus expanſum conſpicimus, quo omnia viſcera & inteſtina tegebantur, refertum plurimis glandulis majoribus, circa quas pinguedo muſcoſa, fœtida ac purulenta: Ex quibus majores quatuor ovum anſerinum magnitudine ſuperabant, reliquæ quinque minores: In diſſectis albida, viſcoſa, tenax, putrida, & nonnihil putrida materia concluſa erat, quæ in filamenta pilos referentia diduci poterant: Quod Omentum fuit, quia ſub ventriculi fundo à peritonæo prodiit, omnia inteſtina ac viſcera obtegit ac occultavit: Quo à peritonæo relaxato, hepar ſuperius deſiit veſtire, cujus ſubſtantia ſalva oculis objecta fuit; pars ejus gibba tamen neſcio qualis veſtigium vulneris per tranſverſum facti & jam ſanati oſtendit: Linea ſiquidem tranſverſa, per gibbum hepatis ſiccata, cavitate ac communi tunica hepatis inveſtita, referebat vulneris ſpeciem, longitudinis digiti minimi: Viſcus ipſum decentis magnitudinis & coloris, fuit flaccidum, ut in mortuis. Cyſtis fellis ſatis ampla, felle plena: Lien nec colore nec ſubſtantia, nec retentis accuſandus, magnitudo decens, exſanguis: Flaccidum Pulmonis corpus conſperſum luridis maculis: Cordis in dextro ſinu ſanguis concretus, paucus in ſiniſtro nullus: Sanguinis in toto corpore ſumma paucitas: Venæ omnes vacuæ, & quod effluxum erat, una ſpongia abſumptum eſt, in abdomine quidem ichoroſus & corruptus, non tamen copioſus fuit, & talis etiam vomitu, paulo ante mortem, ad aliquot menſes, rejectus fuit.

SCHOLIA.

Diſtenſio abdominis, & renitentia vel turgeſcentia, ab aquæ ſeu ſeri copia in ſacco ex duobus membranoſis corporibus, peritonæo & omento conſtante incluſa, fuit cauſa hujus diſſecti cadaveris: In hoc quidem cavo rariſſime aquam colligi vult *Lipſius* Medicus libro proprio de Hydrope: *Heurnius* è contra ſæpius accidere ex *Hippocr.* aph. 55. l. 7. & *Sennertus* pract. lib. 3. Sæpe enim ſcribit in Anatomia obſervatum marſupium, & hanc omenti cavitatem, nunc aquoſo nunc atro humore refertum fuiſſe &c. deſtillat enim ſeroſa materia ex venis portæ quæ omentum perrepunt, & ſiniſtræ parti, ſeu regioni lienis vicinæ ſunt, nempe per diapedeſin vel anaſtomoſin, & ſi copioſa eſt, replet ac diſtendit: Cùm enim in operibus naturæ illud frequens ſit, ut moderata omnibus cum emolumento ſubſerviant, immoderata vero noceant, ſic etiam in hoc opere, quo ſerum tranſſudando omnia abdominis contenta reficit madore, ſi natura aberrat, & ſerum vel effluendo copioſius in abdominis cavum mittit, damnum facit: Videatur *Platerus* Tr. 2. p. m. 262. & C. *Piſo* p. 298. Quod in noſtra virgine accidiſſe demonſtravit inſpectio: At quæ hujus origo, & quare ex venis depoſitum ſit, paucis inquiram.

Ex potulentis & eſculentis humidioribus generari in humano corpore ſerum tota ſchola Aſclepiadea ſtatuit, quum hæc corpora apta ſint ut ex eis aquoſiores in noſtro corpore generentur humores: Quis neſcit ſerum ſua primordia in ventriculo ſumere & augmentari in ſanguificationis organis? Cui utilitas ſeri incognita? Omnia humectat in toto corpore, motus humorum juvat omnes, hoc facit decens ejus præſentia, nocet immoderata: In noſtra ægra cauſa ſeri abundantiæ latet: novi ipſam ab incunabilis multorum morborum fuiſſe diverſorium quaſi, & paucos numeraſſe dies ſanitatis: Viſcera elaborantia chylum & ſanguinem vaſa horum diſtribuentia, an hujus ſeri cauſas obſtetrices? Hepar ne ſuum tonum amiſit? at videbatur integrum: E venis puto depoſitum quicquid ſeri genitum fuerit portæ circa omentum, quæ epiploicæ & epigaſtricæ dicuntur, deſtillando in cavum illud in quo concluſum erat; copioſius enim ſerum fuit quam ut diſtribui in corpus poſſet, quin glandulæ adnatæ diſtributionem impedivere: Has vero venas depoſuiſſe ſerum nemo dubitat, qui ſcit vaſa eſſe omenti: deinde quia talis ſeroſa colluvies vomitu rejecta fuit paululum ante mortem ad aliquot libras: Vomitu vero nihil rejicitur, niſi quod in ventriculo eſt, aut in illum receptum, nihil porro recipitur niſi per vaſa dicta: Succrevit venter paulatim, ob quod male audierat, alias pudica virgo: Medicamenta adhibita varia, thermæ calidiores, abſque fructu: Cauſa cachexiæ hujus hydropicæ ſunt viſcera abſque manifeſta labe, ut tumore & ſcirrho quidem libera, à ſuo tono tamen naturali ac bonitate longius receſſa & imbecilla: Rima illa ſeu veſtigium vulnuſculi, ut nullius morbi ſignum, ſed ut putat mater, imaginationis opus, quod in hepate vidimus, nihil effecit.

Dolores in ſiniſtro latere, ſenſibilibus membranis ſiniſtri hypochondrii adſcribendi, non Lieni, cujus ſenſus eſt obtuſus, præcipue ei cavitati quæ in ſiniſtra parte ex connexu ventriculi, omenti, coli & viſcerum orta eſt, exituque caret; quam cloacam omnium partium vocat *Sennertus* lib. de Scorbuto, in quam deponant ſuas ſaburras, quę in flatus abeant, ac dolores tenſivos, lancinantes & pungentes cauſant.

Glandulas omenti intumuiſſe ipſa autopſia docuit, quod pinguedine ac innumeris glandulis refertum; Fuit vero hæc pinguedo cœnoſa & fæculenta, quæ facile putreſcit, unde tot putrilagines in hac membrana obſervavimus: Imbibunt & abſorbent hæ glandulæ fæculentum quod à partibus circa omentum ſecedit, à quibus excreverunt in eam magnitudinem quam vidimus in cadavere, ex quibus purulentia fœda effluxit: hoc eſſe munus in corpore ſano earum docet *Bauhinus* Theatri Anat. lib. 1. c. 12. Quomodo vero hi tumores ob fuerint, nihil pronuntiare licet, Quid à cachexia ſperandum? quid à cacochymico corpore? omnis morbus ex his reſurgit: forte etiam glandularum tumor, & non malus habitus à glandulis tumentibus fuit.

Omenti operatio in corpore aut nulla eſt, aut

aut

ſtur ignobilis, ad commodius vivendum à natura, non ad vitam datum eſt: Etſi obſtruerunt glandulæ omenti, forte diſtributionem impedire, & qualem? vix ſanguinis, cùm per eas venas non fiat diſtributio principalis nutrientis totum corpus; ſed forte ſi affirmare vellem chyli, de qua tamen diſtributione nondum omnibus convenit Medicis.

Coronidis loco quæritur, cur à Medicis Tympanitica dicta fuerit virgo hæc nobilis? forte quia venter erat turgidus, extenſus, renitens, durus, ut pote magna moles, quæ ſonitum dedit pulſa, tympani inſtar; nec fluctuatio aquæ unquam ſentita fuit, nec hydragoga profuere, nec pedes intumuere: At aquæ copia in peculiari cavitate concluſa aliud docuit, ac aſcitiden fuiſſe pronuntiavit. *Hæchſtetterus Decade x. caſu vij.*

§. 3. Menſtrua ad menſes aliquot ſuppreſſa Hydrops ſæpius ſequitur: aquam hanc collectam in cadaveribus apertis recto ductu per tubas in peritonæi duplicaturam defluere obſervavimus. *Paulus Barbette Anat. Pract. parte 4. cap. 2.*

SCHOLIA.

AButeri cornibus in brutis lymphatica vaſa liquorem ſuum in venas majores hypogaſtricas depoſuiſſe vidit *I. Iac. Wepferus Diſſert. de Apoplexia p. 383.*

§. 4. Raræ eæque variæ hydropis ſpecies ab authoribus recenſentur, ſed tamen apud ullum haud legi: Mulier ex oppido Muratenſi circiter quadragenaria, abdomen turgidum octo annos ſine inſigni moleſtia circumtulit, omnem culpam in menſtrua ſuppreſſa conjiciens: Tandem cum ſub onere fatiſceret, operam Medicam ipſi impendit D. *Wilhelmi*, uti & ego poſt ipſum, ſed quævis remedia blandiſſima non ſolum corpus, verum etiam ipſam animam affligebant: Interea cum nobis aqua inter conſilia hæret, ſuffocatur tanta mole abdominis, quamque defunctam extemplo incidimus.

Vix cute pertuſa, amurcæ fœtidæ copia ad libras xx. medicas proſiliit: Hæc intra muſculorum abdominis tunicam & peritonæum continebatur, quod ex venis epigaſtricis internis periodi lunaris deſtillaſſet. Iſtarum venarum extremitates tubercula ſimilia nuci avellanæ habebant, ac ſi papillæ forent, etiam ſciſſa: Unanimes uterum incuſavimus & ejus attractricem, quod alias nullum caſum, vulnus, puerperium &c. per quæ aliqua continui ſolutio potuiſſet accidere, paſſa ſit. *M. Bogdanus Obſervat. xi.*

SCHOLIA.

IN *menſtrua ſuppreſſa*) A menſium ſuppreſſione oriri etiam hydropem uterinum *ait Aetius* Tetrabib. 4. Serm. 4. cap. 79. qua in utero veſicæ fellis ſimilia corpuſcula aqua referta comperta ſunt: Oriri *ait*, cum menſes longo tempore fuerint ſuppreſſi & impregnatio impedita, hinc ſæpe fieri copiæ humorum in uterum confluxum, & ejuſmodi corpuſculorum in quibus humor colligitur: Sequi affectionem hanc tumorem circa imum ventrem amplum, laxum, flatuoſum, murmura velut in inteſtinis, in ambulando gravitatem & ſpirandi difficultatem, alvi recrementa graveolentia, menſium & conceptus impedimentum, quæ prodeunt nullo ordine deterri: Ubi vero violenter excernuntur, ruptis aliquando parvis illis corpuſculis, quæ veſicis ſimilia diximus, viſcoſa quædam & aquoſa erumperet. Curationem vide ibidem: De iis veſicis agit *Maur. Cordæus* comm. 5. lib. 1. *Hippocr.* de morb. mul. *Chriſtoph. à Vega* lib. 3. ſect. 10. cap. 13. Art. med. Exemplum affert *Valleriola* lib. 2. obſerv. 10. *Geſnerus*, *Platerus* apud *Schenckium &c.*

§. 5. Variis in partibus, cavitatibuſque aquoſitatem colligi quotidie videmus: rarum valde, frequentius tamen quod ſibi perſuadent multi, contingere cenſemus, intra peritonæum & muſculos imi ventris, aut etiam intra duplicaturam peritonæi eam congregari: Contigit hoc in virgine viginti annorum ex hydrope defuncta: exhibebat hujus apertus venter aquæ libras xxix. quæ tamen haud detinebatur in imi ventris cavo, ſed vero intra muſculos abdominis & peritonæum ſubjectum. *Gerardus Blaſius obſervat. med. xviij.*

§. 6. Hydropem ſputium inter abdomen proprie dictum & muſculos, qui introrſum quaſi incurvantur, Olmuntii anno 1614. in fœmina obſervavit *Adr. Spigelius. Ioh. Rhodius cent. 3. obſervat. 6.*

SCHOLIA.

OLaus *Rudbeck* Tract. de vaſis Glandularum ſeroſis c. 9. exiſtimat ſi vaſa ſeroſa, quæ inter muſculos abdominis & peritonæum repunt, aliquo obſtaculo occludantur, veſiculas eo loci generari poſſe, Et eundem in modum ruptas tumorem hydropicum inter cutem, muſculos & peritonæum facili negotio procreare.

§. 7. Mulieris hydropicæ abdomen in tantum excrevit, ut ulnæ noſtratis cum quadrante altitudinem æquarit, maxime ad ſiniſtrum latus vergente tumore, Ex aperto poſt mortem abdomine ſanguineum ſerum fœtens mediam Tonnam implevit, quam cadaveri ſubjeceramus, quo exhauſto detumuit; Omentum & peritonæum putridum fruſtillatim excerpebantur: Inteſtina omnia ad dextrum hypochondrium erant detruſa, ut initio inteſtinis caruiſſe apparuerit, ſiniſtrum vero aqua ubertim repletum: Hepar à nativa bonitate nihil defecit, at Lien minor. Chirurgus paracenteſin inſtituerat, ſed abdominis muſculos non pertranſiit vulnus: *Bartholinus cent. 1. Obſervat. ij.*

OBSERV.

Observatio XIII.

Ventris Tumor hydropicus ab aqua in vena umbilicali retenta, Et hinc in abdomen exſtillante.

IN *vena* umbilicali, ubi Hepati inſerta, atque extra illud peritonæo adnata erat, *dilatata admodum*, cùm alias in adultis ligamentum potius quam vas cavum referat, aquam quoque ſatis copioſam in hydropico ſecto deprehendimus: Alias vero non ſolum illic retentam, ſed & inde per idem vas ad umbilicum uſque, in quem deſinit, penetraſſe, & ſub cute collectam tumorem inſtar veſicæ aqua plenæ illic peperiſſe, atque inde quoque in abdomen defluxiſſe, eáque diſrupta è corpore emanaſſe, vel alioquin illic viam ſibi aperuiſſe, & per eam è corpore effluxiſſe, adeo ſæpe copioſe ut totum ventrem exinaniret, aliquando obſervavimus. *Platerus lib. 3. prax. cap. de Extuberantia p. m. 222.*

SCHOLIA.

IN *vena &c.*] E venis ventris inferioris, & potiſſimum venæ portæ propaginibus, ab inteſtinis & ventriculo per meſenterii & omenti membranas deductis, atque in duos truncos collectis, dextroque Hepati, ſiniſtroque Lieni inſertis, per diapedeſin, tunicis ipſarum rarefactis, aut anaſtomoſin, oſculis illarum & præſertim venarum à truncis illis majoribus in omentum & meſenterium diſperſis, illicque finientibus reſervatis, ſi ſerum copioſius quam alioquin ad partium humectationem, ne areſcant naturaliter etiam exudat, emanet & in ventre congeratur, hydrops aſcites quoque poteſt produci: Hoc autem eo modo fieri, ſerumque per poros cœcos vel oſcula, citra ſolutionem continui è dictis venis promanare poſſe, idque citra cruoris permiſtionem, aut ſeri à ſanguine tincturam, comprobant quod ſicuti in aliis quoque ſedibus è venis hoc pacto, tum in corpore variis à ſero obortis defluxionibus, tum extra illud per ſudores, lacrymas, aliaſve è corpore, per nares, uretum, aliaſve ſedes factas fluxiones, ſubito interdum magnaque copia erumpit: ita & ex venis meſaraicis, non ſolum naturaliter ſemper aliquid in abdomen tranſſudare, ſicuti ſemper in eo mador aliquis ejuſmodi deprehenditur, ſed & præternaturaliter majori copia abdomen implere poſſit, eoque facilius quam in aliis locis, cum in illis venis ſerum à potulentis & eſculentis progreſſum, & cum chylo continuo attractum maxime redundet. Et ſicuti in diarrhœis ſpontaneis, vel catharticorum uſu concitatis, illud per oſcula earundem venarum, per quæ eas ſubierat, rurſum incrementum effluit, ita & per interiora oſcula, quibus rami ipſarum in partes diſperſi, circa finem occluduntur patefacta, nullo cruore tinctum in ſpatium abdominis influere poteſt: Eadem ratione & ſerum à ſanguine in renibus ſecretum in veſicam delabitur: E quibus omnibus, uti ob enarratam cauſam Aſcitem fieri poſſe, quod aliquibus videtur impoſſibile, colligimus, Ita in hydropicorum quorundam ſectione, cum nullam manifeſtam in viſceribus continui ſolutionem, ſed magnam in venis, uti & in ventre ſeri redundantiam deprehenderemus, inde illud eo, quo diximus modo, in abdomen perveniſſe conjicientes, liberius rem ita habere ſe affirmare auſi fuimus, eoque magis cum & in hydrocele ab eadem cauſa plerunque in abdomen, indeque in ſcrorum idem ſerum diſtillet &c. *Ibidem pag.* 218.

Dilatata admodum] Idem obſervatum à *Riolano*, In hydropicis licet, fœtu excluſo, ligamentum ſit, à continua tamen aquæ alluvione emolliri & reſerari, ut fiet, & tum ſerum ab Hepate exuperans per umbilicum excerni: Anthropogr. lib. 2. cap. 10, *aut*, ſe in quadam muliere hydropica eam inveniſſe fiſtuloſam, & per eam aquam inter peritonæum & abdominis muſculos effuſam fuiſſe: *Hildanus* cent. 1. obſerv. 47. hydropem per umbilici prominentis rupturam ſponte ſua curatum vidit: *Gu. Rolfincoius* diſſertat. Anat. l. 5. c. 21. vidit hydropicam, in qua aqua loturæ carnium ſimilis ad aliquot libras per umbilicum, ſponte ſua ruptum effundebatur: aqua per venam umbilicalem emanante: intromiſſus catheter argenteus oblique ſub muſculorum rectorum linea alba ſurſum ad jecur ferebatur, argumento evidentiſſimo ſeroſum illud aquoſum ex venis Jecoris per umbilicale hoc ligamentum emanare.

Observatio XIV.

Hydropici (cujus aquæ per umbilicum evacuatæ) inventa vena umbilicalis extreme dilatata.

PEtrus Kickup quadragenarius ex febre tertiana, eaque diuturna, curatus, in Aſcitem incidit: Ego advocatus, ventrem in monſtroſam fere magnitudinem elevatum invenio: Umbilicus ad ovi anſerini magnitudinem aqua plenus propendebat, quem ut phlebotomo aperirem obnixe rogabat: Quum vero in tam gravi morbo temere & abſque conſilio nihil tentare vellem, atque de Medico accerſendo, ut de umbilici inciſione conſultaremus, cogitarem, umbilicus ſua ſponte ruptus eſt: inde per trimeſtre magna copia ſeroſi humoris effluxit: Is autem humor ut paulatim flueret operam dedi, impoſito ipſi umbilico linteamine reduplicato & faſcia involuto, ne ex intempeſtiva evacuatione aquæ vires ægri, jam ob morbi vehementiam invalidæ, labefactarentur & plane proſternerentur: Sic Divino favore venter paulatim ſubſedit, ut tandem pleniſſime convaluerit, & per annos aliquot ſanus vixerit: Demum vero Pleureſi correptus, ac nullis adhibitis remediis, obiit.

Poſt

Poſt mortem, quum cadaver ipſius aperitem, inveni venam umbilicalem, quæ in adultis in ligamentum ſolebat coaleſcere, adeo dilatatam ut facillime pennam anſeris per eam immiſiſſem. *Fabritius Hildanus cent. 1. obſerv.* 47.

SCHOLIA.

EX his perſpicuum fit, non ſolum aquam ex vacuo ventris, verum etiam viſcoſos humores, qui anteà in ipſo Hepate incluſi fuerant, per ruptionem hanc umbilici evacuatos fuiſſe: Utinam igitur in hydropicis, arte & induſtria aliqua apertio hæc umbilici fieri poſſet: Nam ſi umbilicus paulatim naturæ beneficio in tumorem elevatur, & tandem erumpit aut inciditur, commodiſſimam eſſe viam expurgandi humorem ſeroſum hydropicorum, ac ſæpiſſime ægroros ipſos hoc beneficio à morbo liberatos fuiſſe viri docti obſervarunt

Idem.

Observatio XV.

Hydropicus infans in utero à collectis tum in abdomine tum pectore aquis.

REm exponam nulli hominum ad hoc tempus aut viſam aut audiram, quæ anno 1631. Neapoli viſenda obtigit: Quis opinetur acerba hydropis illuvie vix dum vitam, nedum non lucem expertum puellum, non plenum adhuc uteri geſtamen, in ipſo non tam mortalis matris quam foventis & educantis naturæ ſinu correptum? quomodo enim integro jam & vivido, & late ſe diffundente calore naturali, ubertimque vigente ſpiritu ætheteo & vitali, ſolidiſſimis & firmiſſimis formationis noſtræ principiis & fundamentis mire munitum & cuſtoditum agalma novum, invída morbi vis attigerit & inſolens intercus penetrarit? Profecto non debuerant infeſtæ aquæ tantum virium & facultatis habuiſſe ut congenito viſceribus igni prævaluerint: Sed tamen ita demum evenit ut plus molitus, pluſque potentiæ nactus morbus naturam vicerit ac ſymptoma produxerit, quod eſt hydrops: Itaque quod difficile viſum eſt, id plane neceſſarium & verum apparet: nimirum ut prę ſidia corporis, & ad hęc ſpectans omnis apparatus labefactati prius fuerint, quam ſç. incredibilis ille morbi languor acceſſerit: Fœtura fuerat abortiva octimeſtris, diſtento ſic abdomine, ut magnitudine reliquum corpus exuperari facile dixiſſes: qui venter diſciſſus è veſtigio fluentem affatim reddidit aquam, qua patinæ argenteæ quam ampliſſimæ vacuitas repleta eſt, Sed totum pectus eodem humore perfuſum erat, ex abdominis (quod *Fernelius* lib. 5. pathol. cap. 11. credidit) cæcis ductibus profecto illud. Quod autem oppido mirum fuit, Hepati nulla labes aut vitium, niſi quod ſciſſuræ omnis expers, ac pendulis lobis nullis, ſed globoſum & obtuſæ non præruptæ rupi ſimiles, qualem huic ſpeciei fides anatomica refert eſſe.

SCHOLIA.

AN res evenit toto habitu & ipſa craſi uteri complectentis everſa? An male habitis utrorumque principiorum, ſeu quidem efficientium, ſeu ſubſtiatorum generationi circumſtantiis? præcipue quando relatum eſt ternas aut quaternas abortiones exactis annis tenuem alioqui fœminam commiſiſſe: An denique ante actæ vitæ victuſque ratio & ſine lege potus plurimus omni tempore, qualis quantusq; ſolemnis mulieri dicitur fuiſſe, hoc mali peperit? *Severinus de Abſceſſibus pag. m.* 266.

Observatio XVI.

Embryo hydropicus, cui meatus amplus à veſicæ fundo in venam cavam producebatur.

EMbryonem maſculum immaturum, per abortum quarto vel quinto menſe ejectum, Hydropicum in utero matris jam factum eſſe deprehendi: Hujus cum interiora examinarem, totius corporis cutis, & capitis quoque piloſa pars, aqua ſubtercutem tumebat: Atque è veſicæ ipſius fundo meatus amplus, ourachi inſtar in cavam venam, ſub renibus univerſam ſeroſo ſanguine refertam, deſinebat: *F. Platerus obſerv. lib. 3. p. m.* 748.

SCHOLIA.

ABortivum fœtum maſculum quinque vel ſex menſium, ſacro fonte ante obitum ablutum, vidi anno 1678. 24. Auguſti, excluſum ab uxore Piſtoris cui nomen *Roviere*; Hæc ventriculi & hypochondriorum gravitate laborans, incredibilem colluviei humorum pituitoſorum & bilioſorum ejecit: Convaleſcentiæ proxima Pharmacopęo medicaſtro ſe committit, qui neſcio quibus pręcriptis remediis, & iterata ſanguinis miſſione (per quam cacochymia ſuperſtes à prima regione in ſecundam irrepſit) eam in febrem lentam deduxit, cujus comes fuit perpetuus & inſignis in regione ventriculi dolor, nullis remediis cedens: Paulò ante obitum fœtum excluſit, cujus abdomen inſigni hydrope aſcite diſtentum erat, pellucidum: ſcrotum aquis tumebat, nec non funis umbilicalis, candicans, ſine nodis.

Observatio XVII.

Aſcites, citra viſcerum læſionem, à ſola vaſorum lymphaticorum diſruptione ortus. 1. 2. *Ventris tumor ab aquis pellucidis illum replentibus.* 3. *A lympha variæ conſiſtentiæ.* 4. 5.

§. 1. Anno 1658. diſſecuimus in noſtro noſocomio juvenculam 24. annorum, quæ per 16. annos Aſcite detenta, indeque tandem mortua fuerat, In qua nullius viſceris manifeſtum vitium invenire potuimus, ſola aliqua vaſcula lymphatica diſrupta mali diuturni cauſa fuiſſe videbantur: crudeliter enim à parentibus in pueritia fuerat tractata, & ictibus pedum manuumque ſæpiſſime excepta, à quibus proculdubio aliqua vaſa lymphatica dudum diſrupta fuerant: Hanc ſuſpicionem humores ipſi in abdomine collecti non parum confirmabant, nam in cadavere jam refrigerato aliquantum coagulati apparebant, ſicut lympha per frigus coagulari ſolet: etſi ad tantam gelatinæ conſiſtentiam non perveniſſent, quantam conſequitur lympha ex ipſis vaſis lymphaticis in cochleari collecta: Vitam autem per tot annos produxerat miſella, propter viſcerum integritatem, atque etiam quia per juvenilem corporis calorem quotidie multum ſeroſæ humiditatis in abdominis cavitatem ſenſim influentis diſſipatum fuit. *De Diemerbræk Anatom. lib. 1. cap. 12.*

§. 2. Ante ſex menſes mortua hic hydropica, aperta dedit aquæ menſuras 30. nullo hepatis vitio apparente, nec lienis: Quid ſi eruptione vaſorum lymphaticorum hoc factum? *Hæſerus Herculis med. lib. 3. cap. 2.*

§. 3. Quinquagenariæ matronæ 1660. oedematoſus tumor in hydrope pedes inflarat ut ambulandi eſſet difficultas: Mox copioſis hydatidibus ſeu veſiculis ſiniſter pes ſplendebat, & copioſa aqua nocte dieque madebat, unde nonnihil tumor ventris ſubſedit & liberior reſpiratio rediit: In pedibus vero copioſa aqua diffluentibus, id ſingulare obſervavimus, quod veſiculæ aquoſæ, ubi in hac vel illa parte ſatis fluxerant, ſubſiderent, & adipoſa ſubſtantia flaveſcens remaneret, quæ cutem deturpabat; Abradebatur eadem levi conatu à Chirurgo, ſed non ſine ægræ dolore, propter ſubjectam cutem patulam & veſiculis jam denudatam: Ut à vero non abludant Profectorum recentiorum conjecturæ, in Lympha noſtra aliquid amplius latere quam ſplendida fronte præ ſe ferat: Id notandum præterea ultra ulnam noſtram abdomen matronæ hujus conſtrictum, quamdiu pedes ubertim ſerum profuderunt: At ſolſtitio hyberno, accedente mœrore ex Filiæ obitu, proſtratis viribus ſponte ſuppreſſus ſiniſtri pedis fluxus, quanquam in dextro quoque eruperit, auctis tamen in abdomine aquis, brevi poſt placide frequentibus leipothymiis præcedentibus, copia aquarum pectus quoque anguſtantium exſpiravit:

Ex aperto abdomine 24. menſuræ noſtræ aquarum pellucidarum extractæ, haud male olentium. *Th. Bartholinus cent. 6. hiſtoria 84.*

§. 4. Hydrops eſt collectio præternaturalis Lymphæ ſeroſioris: Pars affecta eſt abdomen, & ſæpe totum corpus, omneſque ejus partes: Cauſa proxima eſt Lympha ſeroſior, quæ tenellula ſua vaſa erodens, & ſic extravaſata graviſſimum hunc morbum ægris infert: Pauperrimæ cujuſdam fœminæ, pluſquam quinquagenariæ, cadaver hydropicum diſſecui: Jucundum mihi erat in abdomine videre *primo Lympham tenuem & fluidam*, deinde gelatinam, 3. concretam, tandem duram & ſteatomaticam: Licebat enim certius mihi judicare de Hydropis vera cauſa: Oenopola hydropicus, ultimum tentare voluit remedium, nempe paracenteſin: Inſtituimus illam noſtro modo, & per multos dies inde levatus ſe fere putabat ſanum, ſed nihilominus obiit: Non licuit nobis abdomen aperire, quod dolebam: proculdubio enim craſſior lymphæ pars ibi relicta mortis ejus fuit cauſa. Multi curari poſſent ſi citius paracenteſin admitterent. *P. Barbette Prax. lib. 3. cap. 4.*

Scholia.

Inſtituimus paracenteſin noſtro modo] Quem eundem cenſeo cum eo quem proponit *Franc. de le Boë Sylvius* Pract. lib. 1. cap. 17. §. 18. Feſtinandum eſt, *inquit*, ad paracenteſin, non quidem illam vulgarem, periculo plenam, verum novam & tutiſſimam per acum argenteam, ſed cavam, & blande quatuor circiter transverſis infra umbilicum digitis, totidemque ad ejus latera in abdomen immiſſam, & poſt ſufficientem aquæ effuſionem iterum extractam, ſimilique alio tempore, aut die, in idem foramen intrudam: niſi conſultum videatur novum alibi excitare foramen: Periculo vacat hæc operatio Chirurgica, quia adacta acu nihil amplius effluet liquoris, quem applicato emplaſtro vel diapalmæ, vel albo cocto, vel alio ſimili, non tantum contra omnes aëris externi injurias munitur locus perforatus, ſed ipſius conſolidatio promovetur: Feſtinandum vero ad iſtam paracenteſin, ne dum nimium differtur, acrimoniam noxiam comparet humor in abdomine collectus, atque paulatim contentarum partium omnium membranas, hinc & ſubſtantiam corrodat & corrumpat, ſicque affectum incurabilem faciat.

Inſtru-

Inſtrumenti delineationem atque ἐγχείρησιν Vide in Chirurgia Barbettiana cap. 14.

Primo lympham tenuem & fluidam &c.] Ejusmodi Lymphæ primo fluxilis, poſtea concretæ, demum induratæ, ſed glandulis & veſicis concluſæ, exemplum mirandum affert *Joh. Phil. Ingraſſias* de Tumor p. n. tract. 1. cap. 1. Nigrus ſervus ob furta ſuſpenſus, qui ſaniſſimus vixerat, in meſenterio ſtrumas circiter 70. exhibuit in glandulis exiſtentes; præter eas, totidem fere externæ inteſtinorum, præcipueque craſſiorum tunicæ adhærentes tumores, propria ſingulos membranula, cujuſdam veſicæ inſtar contentos: hos poſtremos, quia in glandulis non erant, ſtrumas non vocavit: Utriusq; autem generis tumores, varia quantitate, & magni & parvi erant, atque inter extremos, qui ad ovi gallinacei magnitudinem perveniebant, & minimi ciceris parvitatem, quamplurimi intermediæ quantitatis gradatim viſi ſunt, non ſecus ac in fertilis gallinæ utero ovorum gradata multitudo invenitur: Singulis tumoribus diſſectis nonnulli lapideum gypſum, alii glutinoſam mucoſamque, & interea quandam liquidam ſubſtantiam ſub ea membranula continebant, nonnulli per gradus quoque intermediam comprehendebant, ut poſtremo genitum tumorem liquidior, antiquiorem verò ſolidior ſubſtantia præ ſe ferebat: Ex mediis unus & alter tumor ſumptus, ſiccatus, in pollinem abiit, quo arenæ ad ſiccandas literas, ne delerentur, uſus eſt: In reliquis corporis partibus ſaluberrimum corpus videbatur, ut veriſimile ſit naturam ad eas partes univerſi corporis recrementa tranſmittendo, ſic ipſum expurgaſſe, ut in reliquis maximeque naturalibus viſceribus ſanitatem conſervaret.

§. 5. In abdomine nervos & plexus nervoſos, non ſolum ſero copioſo inundatos vidi, ſed etiam illos ipſos aqua, tenui membrana coercita, veluti gelatina incruſtari: In pedibus vero, à planta ad coxam ipſosque lumbos œdemaroſis, vidi cutim, pinguedinem, membranas, imo ipſos muſculos inſtar ſpongiæ aqua turgidiſſimæ maduiſſe, quæ largiſſime vulnere facto exſtillavit. *I. Iac. Wepferus Diſſert. de Apoplexia p.* 382.

APPENDIX.

Hydropis Aſcitis & Anaſarcæ generatio oſtenſa per experimentum in cane factum, venam cavam illius, ſectione in thorace facta, ſtringendo filo, unde mox intumeſcit abdomen vel habitus corporis, à ſero ex ea exſudante.

PErforato dextro latere thoracis canis, infra ſeptimam & octavam coſtam, paulò infra regionem cordis, & immiſſo digiro venæ cavæ ſitus palpandus eſt; deinde pectoris latus illud ad venam quam prope compellendum eſt, quo filum ei facilius obducatur, atque in iſto pectoris ſitu arctè ſtringendum eſt vinculum, dein pectore relaxato vulnus conſuendum eſt: Peracto autem experimento canis mox oblanguet valde, & intra paucas horas exſpirat: In diſſecti autem abdomine magna ſeri quantitas innatare conſpicietur, non aliter quam ſi aſcite diu laboraſſet, quod ab impedito ſanguinis ab arteriis in venas circuitu ſecerni prius expertus fueram: Haud pridem enim venas jugulares, ſubducto iis filo, in cane arcte ligaveram, & poſt aliquot horas, partes omnes ſupra ligaturam mire intumeſcebant, & intra duos dies canis quaſi angina ſuffocatus interiir: Toto hoc tempore non ſolum lacrymæ copioſius fluebant, ſed & plurima ſaliva ex ore profluxit, non aliter quam ſi mercurio aſſumpto fluxus ille concitaretur.

Poſt obitum cutem ejus à partibus tumefactis ſeparavi, atque expectavi ut partes tumefactæ ſanguine extravaſato turgerent, ſed aliter omnino evenit, ſiquidem nullum veſtigium aut colorem fere ſanguinis obſervare potui, ſed muſculi omnes & glandulæ ſero limpido maxime diſtentæ & admodum pellucidæ apparebant: Quod clare arguit ex conſtrictione venarum, cum ſanguis ab arteriis in venas tranſire nequit, ſerum utcunque ſecerni; utpote velut in filtro meatus apertiores & poros configuratos & aptiores habens in quos fluat: Craſſior autem ſanguinis pars propter meatuum diſproportionem non omnino in illos recipitur, & propterea intra vaſa ſua ſtagnare cogitur. Quantum hæc ad Aſcitis & Anaſarcæ cauſas inveſtigandas conducant aliis judicandum relinquo. *Richardus Lower Tract. de Corde cap. 2. p.* 123.

SCHOLIA.

UTi venarum alicubi dilatatio ſanguinis ſupplementum & influxum debitum divertendo, cordis motum valde diminuit, Ita ubi venæ in anguſtum adeo ambitum compinguntur, ut ſanguini commeatum ſatis liberum non concedant, idem omnino incommodum cordi advenit, Quippe in valde obeſis animalibus, propter venas à nimia pinguedinis mole & incremento compreſſas, quia ſanguis pro motu Cordis continuando debite ſuppeditari non poteſt, proinde in vaſis ſuis & corde ſtagnare & concreſcere aptus eſt, adeoque morti repentinæ, (præſertim quibus à natura cor vegetum & robuſtum datum non eſt) obnoxios reddit: Ut autem venæ cujuſpiam, minoris licet, compreſſio ſanguinis motum inhibendo aliquantulum alterat, ita quo plura & majora eorum vaſa obſtructa aut conſtricta fuerint, eo præſentius cordi periculum impendit: Et ſicuti aortæ paulò ſupra diaphragma compreſſio, ſanguinem toti corpori debitum, & omnibus ſimul vaſis quantitate proportionatum in partes ſolum ſuperiores congerendo, caput ipſum obruit & peſſundat; ita ſi vena cava paulò ſupra diaphragma in dextro pecto-

ris latere, ubi trunco ab omnibus partibus diſtincto & diſcontinuo verſus cor incedit, adeo arcte ligetur ut ſanguinis per illam affluxus prorſus ſupprimatur, dici vix poteſt quanto animalis detrimento hoc fiat: quippe licet ab injecta venæ ligatura nullum doloris aut cruciatus ſenſum corporis contentione aut ejulatu fatetur, mox tamen adeo oblanguere & fatiſcere incipit, ut pedibus vix ſtare poſſit, quin & non tam procumbere quam in terram ruere & concidere ſemel vidi ferociorem moloſſum, non aliter quam ſi vita omnino deſtitutus eſſet: Ratio autem quare tanto diſcrimine & tam tranquille venam Cavam ligari, Aortam vero adeo anxie comprimi ſuſtulerint, alia eſſe non videtur, quam quod vena inibi ligata ſanguis toti corpori debitus, inferiori ſolum parti ejus plurimum impenditur, adeoque caput vitali ejus influxu valde orbatum, ſpiritus pro cordis motu ſuſtentando impertire adeo potens non eſt, ut utrumque vacillare & deficere multum neceſſe fuerit, quod nullo utriusque dolore perficitur: Compreſſa autem Aorta ſupra diaphragma, ſanguis qui maxima ex parte inferiori corpori & viſceribus ventris debetur, totus ſuperiori & minori parti ſuffunditur, quem cum excipere omnino incapax ſit, nimia ejus copia prorſus opprimi & ſuffocari debet: atque ideo cum mox cerebro & cordi ipſi tantam moleſtiam afferat, ad primam compreſſionem animal rem tam inique patitur & ſummo conatu amoliri nititur: Experimentum autem, non uno reſpectu obſervatu dignum, adminiſtrandi methodus ſupra in hiſtoria tradita eſt. *Idem ibidem.*

Ad Aſcitis & Anaſarcæ cauſas indagandas &c.] Revera ex hoc Experimento cauſarum hydropis eximio dilucidatio affertur, Si enim omnium ſpecialis diſquiſitio instituitur, pleraſque eo concurrere manifeſtum fiet ut venarum conſtrictionem aut anguſtiam inducant; vel majorum, quarum libertas impedita celerem hydropis ſtatum accerſit; vel plurium minorum, unde tardius ſuccreſcit: Sic Jecur vel Lien ſcirrhis aliiſve tumorum generibus obſeſſa, aut obſtructa, tuberculoſa, arenulis referta &c. hydropem inducunt, excurſu ſanguinis præpedito, quo ſubſiſtente & conculcato, ſeri è venis contingit exſudatio & expreſſio: Idem contigiſſe à corde ejusque vaſis obſtructis animadverſum: Coalitus venæ cavæ deſcendentis, indeque hydrops ortus viſus eſt: Meſenterium itidem obſtructionibus multifariis infarctum, glanduloſis tumoribus obſitum, ſteatomaticis &c. hydropi anſam ſæpiſſime præbuit, inducta vaſorum anguſtia: Renes eadem præpediti hydropis frequentiſſima cauſa fuere: A cæteris imi ventris partibus, ventriculo, colo, utero, pancreate &c. iisdem vitiis impeditis principia ortumque ſæpe nactus eſt: Hinc notavit *Rondeletius* in pleriſque quos jugulavit Hydrops glandulas meſenterii cum pancreate induratas.

Observatio XVIII.

Hydrops quanquam à lymphaticis vaſis aliquando oriatur, Iisdem tamen integris obortum fuiſſe experientia conſtat.

HOc advertere oportet Aſciten non ex ruptis Lymphaticis ſemper, ſi omnino unquam, provenire; Quippe plurimas oves hydrope pectoris atque abdominis defunctas diſſecui, in quibus vaſa lymphatica ita turgida & repleta ubique inveni ut nuſquam magis: Adeo ut ſi quis venarum lymphaticarum hiſtoriam plene abſolvere in animo habeat, nulla corpora ad votum ejus & propoſitum magis ceſſerint. *Richardus Lower Tractatu de Corne cap. 2. p.* 125.

SCHOLIA.

QUando Hydrops Aſcites à venarum poris recluſis, per quos exſudat ſerum, producatur, quando a ruptis Lymphaticis, oſtendunt aquæ ex abdomine eductæ: A priori cauſa natus, ſerum modo ſincerum, modo aliis humoribus commiſtum, urinæ colorem referens, exhibet: Lymphaticorum vaſorum reſerationem oſtendit aqua limpida, coloris expers aut levicule tincta, qualem immenſa copia congeſtam vidi in abdomine Clar. Dom. de Harſy, affinitate & intima amicitia conjuncti, vini Rhenani colore, conſiſtentia, limpiditate æmulam, Cujus urinæ lixivium obſcuriſſimum, plurimo tartaro nigro potius quam nigricante ſaburratæ erant, ut ille hydrops à lympha effuſa omnino eſſet deducendus.

Observatio XIX.

Hydrops Aſcites non contingit abſque aliqua interiorem partium abdominis ſolutione continui, unde Veſicarum & Hydatidum origo.

RUptis vaſis Lymphaticis interdum contingit lymphaticum liquorem non effundi in abdominis cavitatem, ſed inter vicinas membranas effluere, atque tunc inde veſiculæ producuntur, Hydatides appellatæ, quibus hepat interdum intus, ſed frequentius foris; nonnunquam etiam meſenterium, aliæque in abdomine partes ſcatere deprehenduntur: Hujuſmodi veſicas plurimas (alias ovi columbini, alias fere gallinacei, multas minoris magnitudinis) in ſuſpenſi furis cava hepatis parte demonſtravit anno 1647. *Gul. Stratenus*, Nos in meſenterio eaſdem aliquoties in Noſocomio Medicinæ ſtudioſis exhibuimus: Ibidemque etiam hepate extrinſecus veſiculis aqua limpida repletis ſcatentia invenimus, è quorum numero variæ dudum antea diſruptæ, ſeroſum liquorem in abdominis cavitatem diſtillaverant, ſicque Aſciten induxerant.

SCHOLIA.

H*Inc poſtmodum concluſi*] Aſciten nunquam generari ſine aliqua interiorum partium abdominis ſolutione continui, à quacunq; cauſa inducta; Et eorum ſententiam rejiciendam cenſui qui docent

hunc

hunc affectum generari per vaporum, è vaſis interiorum partium exhalantium, in abdomine condenſationem in aquam, cum illa exhalatio in quibuslibet hominibus continue procedat, & interim Aſcites in paucisſimis contingat: Ruprionis autem horum vaſorum variæ posſunt eſſe cauſæ, ſed præter violentas extrinſecus irruentes, maxime frequens cauſa eſt, vel eroſio ab acribus humoribus, vel eorum obſtructio aut compreſſio: Et hanc ob cauſam ſæpe contingit Aſcites magnis helluonibus ac potatoribus, quos crapula quotidiana infarcit, qui à cruditatibus hinc genitis, aut multos acres humores in corpore accumulant, aut viſcerum debilitatem & obſtructiones incurrunt, unde vaſcula hæc vel eroduntur, vel ita comprimuntur & anguſtantur, ut lymphaticum liquorem ſolito modo deferre & exonerare nequeant, qui proinde è ruptis vaſculis effluens, aut veſiculas inter membranas efficit; aut ruptis penitus membranis integentibus in abdominis cavitatem delabitur. *Isbrandus de Diemerbræk Anatom. lib. 1. cap. 12.* Non multum abſimilem generationem Aſcitis tradit *Fridericus Lepnerus* Introduct. in medicinam p. 79.

In Aſcite magna eſt hepatis imbecillitas, major quoque obſtructio vaſorum lymphaticorum quam in Anaſarca: ob quam humoris aquoſi, tam à Lien quam à reliquis partibus cum ſanguine revertentis maxima copia in hepate cumulatur; qui humor amplius intra hepar retineri nequit, exitum ſibi quærit maxime circa latera venæ Portæ, quo loco vaſa ſunt Lymphatica, & vel in omentum eo loco duplicatum vel ſuper illud in cavitatem abdominis effunditur,; quo venter ſenſim intumeſcit & turgeſcit: Tandem vero ubi ab humore effuſo & putreſcente reliqua quoque vaſa Lymphatica intra abdomen in conſenſum quoque trahuntur, eroſa eorum tenui tunica copia humoris adaugetur, venterque maximam molem acquirit; *Frid. Lepnerus Introd. in medic. p. 79*

OBSERVATIO XX.

Ventris tumor ob magnam aquarum congeriem, & tumorem inſignem in eo incluſum. 1. *A ſeri copia cum craſſo muco hypochondria loco carnis replente.* 2. *Aſcites in muliere gravida ex ſuperfœtatione judicata.* 3. *Ab aqua cruenta in abdomine, Et maſſa carnea ventriculo aliisque partibus annexa.* 4. *Ab aqua nigra in abdomine, materia nigra in ventriculo.* 5. *A pure aquoſo abdomen implente.* 6. *A pure ſacculo incluſo ex propendentia diaphragmatis efformato.* 7. *Ab urina effuſa è diſrupta veſica.* 8. *Ab aqua cruenta cum corruptione inteſtinorum.* 9. *A fæcibus ex ulceratis inteſtinis in abdomen effuſis.* 10. *A pure id replente.* 11. 12. *A pure ex thorace in abdomen effuſo.* 13. 17. *A ſanguine in id effuſo.* 14. *Ab aquæ copia, muco inter inteſtina & meſenterium, ac glandulosis corporibus inter inteſtina & meſenterium.* 16.

§. 1. Conjunx Pellionis per multos annos extreme turgidum geſtans ventem, cum conſumptione totius corporis, fato cedens fuit ſecta.

In abdomine ultra amphoram menſuræ noſtratis, aquam continebatur, qua exempta inventus eſt Tumor inſignis & latus, cute valida circumdatus, & eminentiis pluribus præditus: Hæ ſectæ & apertæ pinguedinis ſubſtantiam ementiebantur: dextra pars referta erat humore inſtar glutinis albi; Siniſtra vero cruore lento, ſubnigro, fœtido: Hepar viſum exiguum, bene quoad colorem diſpoſitum alioquin, ſicuti & Pulmones, Cor & Lien, verum laudabilis ſanguinis ne gutta quidem. *Obſervatio Georgii Palmæ Medici Norici.*

§. 2. Ex me quæris qui Leucophlegmatiam ab Anaſarca diſtinguam, An diverſæ ſint, & ſic 4. ſpecies hydropis numerandi? Nego, ſi enim quæ vel cauſis, vel materia, vel alia ratione differunt, novas ſpecies conſtituent, jam infinitæ pene hydropis ſpecies erunt: Leuophlegmatia mihi ſaltem morbi materiam indicare videtur, & Anaſarca locum, quæ tamen una eademque ſpecies jure cenſenda ſit, unde & alias Cataſarca, & Hypoſarca, imo & Cachexia dicitur: Vidi aliquando, neque adeo diu, ſectum hydropicum, qui hypochondria (ubi plerumque hydropici in augmento valde dolent) adeo craſſo muco loco carnis, ſub cute referta, habebat, colore albeſcente ut quis laridum eſſe juraſſet, tam exactè concreta pituita, undique cohærens loco carnis erat: Idem etiam, de quo loquor, in ſiniſtro cordis ventriculo pituitam habebat concretam, peculiari tunica concluſam, digiti craſſitie; quæ cum tunica me ſpectante & jubente extracta, & poſtmodum diviſa eſt, ut ſatis admirationi fuerit: Ætas ejus erat 26. annorum. *Leonardus Doldius in Ciſta medica Hornungi Epiſt. 242.*

§. 3. Edidit anno 1657. non procul ab urbe Lipſ. mulier cujuſdam ruſtici, filium, &c, (uti poſtea colligere licebat ex eventu) in hoc ipſo puerperio reddita fuit hydropica, forte ob ſuppreſſas purgationes puerperii, nec ipſa nec marito animadvertente: Quid fit? elapſo trimeſtri abdomen hujus paganæ in faſtigiatum attollitur tumorem, non ſecus atque ſolet fieri in ingravidatione; quo tumore conſpecto ab obſtetrice, manu leviter abdomen comprimit, & ex obſcuro aquarum hydropicarum motu decepta, exclamabat reſtare adhuc fœtum in utero, ſuperfœtatione conceptum, & ſtatim Medicum cum Chirurgis

acceſſi jubet, interim moritur hydropica mulier: Ne autem putatitius fœtus vitæ periculum aliquod pateretur, os gravidæ, ceu putabatur, impoſita clavi apertum tenuerunt;

Simulac vero corpus hydropicæ diſſectum, ſtatim poſt primam diſſectionem tam fœtida humorum colluvies proſiliit, ut adſtantes abire coacti fuerint: Tam certum ſignum eſt rei cujuſdam in abdomine motus, vel pro ingravidatione vel ſuperfœtatione concludenda! Siquidem tumor iſte abdominis, non ab expanſione uteri, ſed à collectione ſeri hydropici proveniebat, qui ante ſectionem obſtetrici tantopere impoſuit. *D. Paulus Ammannus, Med. Lipſienſis in miſcellan. curioſis anni* 1671. *obſervat.* 186.

SCHOLIA.

Hinc contra *Hippocr.* l. de ſeptim. Partu concludo 1. mulieribus fidem de partu vel ſuperfœtatione omnino eſſe denegandam, 2. contra communem, Signa ingravidationis certa nobis nondum conſtare: Si enim motus in dubium vocatur, quid certitudinis amplius reſtabit? 3. Falſum & aniculare eſſe os gravidæ apertum tenere clavi impoſita, ne fœtus in utero ſuffocetur. *Idem ibidem.*

§. 4. Decembr. 30. anni 1675. offerebatur nobis cadaver mulieris 24. annorum; In aperto corpore D. *Gerardus* de *Peniin*, Medicus, & D. *Petrus Adriani* Chirurgus, nobiſcum obſervarunt ſequentia, 1. Occurrebat venter imus inſigniter diſtentus, uno loco mollis, altero durus atque renitens, quamprimum integumentis externis lenta manu leviter diſſectis, ad ejus interiora pervenire concedebatur, aquæ ſanguinolentæ magna effluebat quantitas, quam non tantum ventris cavitates replere inveniebamus, ſed & ad externorum extenſionem plurimum contuliſſe: lenta ſatis erat, illa imprimis quæ circa lumbos & in pelvi detinebatur, fœtoris non levis particeps: Hac vaſculo ſpongiisque ablata, reclinatis integumentis dictis, ad conſiderandorum exactius examen profundius juſto diſſectis, Tumor enormis in hypogaſtrio, atque umbilicalis regionis parte ſuperiore hærens, animum; oculos, imo manus ipſas ſui ad conſiderationem commovebat: Variæ hic figuræ duritieique, quandiu beneficio omenti (cujus vix reliquiæ aderant) diverſæ partes ſibi hic jungebantur, hoc enim leviter locis variis ſoluto, ventriculi magnam partem, inteſtini aliquam portionem, ipſamq; excreſcentiam præternaturalem ad conſtitutionem ejus concurrere obſervabatur: Ventriculus ab aſſumptis ſatis turgidus, ſimiliter ac inteſtinum chylo repletum: licet mollitie ſingulari, materiaque contentæ, quoties premeretur, mobilitate, non parum ſe manifeſtarent: quale tamen inteſtinum hoc haberi debeat dubii valde hærebamus, eo quod an & ubi ventriculus ei jungeretur notare haud liceret; duodenum autem id pronuntiare, ſublimis valde ſitus, atque omnino præternaturalis contrariaretur: quod enim juſto naturæ ordine inteſtinis aliis ſuo modo ſuccumbit, lumborum vertebras oblique accedens, adeoque in occulto latens, hic ſe primum oculis noſtris manibusque offerebat; Anceps hæc res certior evaſit, poſtquam per foramen in inteſtino dicto, circa renem dextrum factum immiſſus flatus, & ſurſum ad ventriculum, & oblique deorſum, vel tranſverſo potius ductu ad inteſtina reliqua excurrens, & continuationem ventriculi cum inteſtino excreſcentiæ dictæ inhærente, imo hujus cum inteſtinis aliis, & quale hoc inteſtinum haberi debeat, patefaceret: Excreſcentia ipſa, quæ præcipuam molis hujus partem conſtituebat, inſignis adeo magnitudinis erat, ut etiam extra corpus librarum quinque pondus exhiberet: firmiter hæc undique vicinis partibus cohærebat, hepati imprimis, ventriculo, inteſtino duodeno, ipſique continuato jejuno, ex latere dextro ad ſiniſtrum ſe extendente, imo & lateralibus abdominis partibus mollibus, quæ inania dici ſolent, necnon ipſi colo inteſtino tranſverſo ductu eidem accumbenti, ut nonniſi violentia, cultri maxime ope, ſeparari debuerint: Omnium autem arctiſſima unio eo loco obſervabatur, ubi meſenterii principium conſtitui ſolet, circa lumborum vertebras ſuperiores hac parte, quaſi collo diſſecta, ſeparatis connexis aliis modo indicatis, maſſam totam cum annexo pancreate è corpore auferre licebat: Partibus dictis quamdiu adhuc unita maſſa hæc, curioſum valde, qualiter veſica bilaria ſe exoneraret, notare, quandoquidem ea in dies augmentum ſumens; antrorſum verſus umbilicum ſe extendens & inteſtinum duodenum, & cum eo ductum bilarium è loco ſuo naturali deturbaverat: non tantum inteſtinum, ſed & ductum in majorem longitudinem extendi neceſſarium omnino fuit, obſervabamusque adeoque flatu in veſicæ fundum, poſtquam bilis per foramen factum expreſſa, immiſſo, bilarium hunc porum mire longitudinis, imo & capacitatis: Extendebat ſe anfractuoſo quodammodo ductu ab hepatis parte concava ad ſiniſtram maſſæ partem, ubi Pancreas maſſæ ipſi uniebatur extremo eo quod in ſtatu naturali inteſtino unitum, ubique firmo nexu eidem cohærens, hinc oblique ad inteſtinum jejunum quod maſſæ parti anteriori, aſt ſimul inferiori connexum diximus, properare videbatur,

quod

quod licet oculis noſtris ſe haud ſubjiceret, ob diſſectum ductum eo loco ubi Pancr maſſæ jungebatur, maxima tamen ea copia bilis, quam in aperto inteſtini jejuni ptinci maſſæ connexo reperiebamus, imo & ductus ipſius, eo loco ubi abſciſſus, capacitas ea q vel digiti minimo apicem exciperet, id demonſtrare videbatur; alba ſcil. & ſatis dura, qu ex plurimis variæ figuræ corpuſculis concretis compoſita, ſic ut pro ſteatomate vero, ſcirrhoſo magis, omnibus habita fuerit: Durus licet hic abſceſſus, pars tamen ejus dex mollis ſatis, adipis veram formam ubique fere referens: fere dicimus, cum non uno lo puris notæ ſe proderent; vaſa ſanguinea haud quidem in eo notabilia, ſatis tamen ſang nis fluxus, maſſa ubi diſſecabatur, obſervabilis, ea adeſſe indicabat:

Abſceſſui huic ſimiles illi qui in Hepate ipſo occurrebant, ſi non mole, ſaltem ſubſta tiæ conditione, haud notabilis hic protuberantia, licet aliqua, parenchyma ipſum in al nam ejuſmodi ſubſtantiam locis variis degeneratum videbatur: Abſceſſus ſe exhibet ſimplex, aſt ſatis magnus, in parte Hepatis dextra, à convexo ſe extendens ad ſimum, d plex in parte ſiniſtra, ſic ut unus in gibbo, alter in cavo: Lien in hoc ſubjecto exigu admodum, parenchymate bono præditus, tunica vero ejus, ea parte qua ſpectabat lat cui etiam arcte cohærebat, inſignem craſſitiem adſumpſerat, imo calloſitatem, ſic ut co ſiſtentia, æque ac colore, arteriæ aortæ truncum in bove referre videretur: Ren dext bene ſe habebat, aſt in ſinu ſiniſtri, valde parvi, præter arenularum copiam inſignem, o currebat calculus durus admodum, ſatis magnus, extremo uno obtuſo, ureteris pelvi: qu tuor aliis acuminatis, totidem fere tubulis infixus: Teſticulus uterque exiguus valde, r bicundus admodum, ac ſi inflammatione gravi correptus: In vaginæ uterinæ principi parte ea quæ inteſtino incumbit, Excreſcentia aderat, eo loco ubi utero cohærebat, f broſa, alias gangrænata, condyloma verum merito habebatur: Jam à 14. annis male f habuerat mulier hæc; conqueſta ſemper de præcordium dolore & ſumma gravitate, in primis ab abſumpto cibo potuve. *Gerardus Blaſius obſerv. medic. 11.*

§. 5. Sartori vomitu remittente venter ſenſim intumeſcere cœpit, In abdominis ca pacitate copioſa aqua nigra reperta fuit: In ventriculo continebatur ad menſuram unar materia nigerrima pultis inſtar. *Vide tit. de Vomitu.*

§. 6. Aperui corpus mulieris cujuſdam in noſodochio, quæ gravidam ſe eſſe dicebat verum longe aliter ſe rem habere in ipſa apertione viſum fuit: unica enim punctura cul tello prope lumbos facta, prodire cœpit aqua purulenta,, atque in tantum fœtida ut ne mo adſtantium fœtorem ferre poſſet: quo pure aquoſo evacuato, & abdomine in forman crucis aperto, tota abdominis capacitas, omnia etiam inibi contenta, copioſiſſimo pur tanquam membranis obducta atque inveſtita fuere; ita ut alterum ab altero ſecernere & dijudicare vix licuerit: Inteſtina ita erant ad ſuperiora retracta, ut vix mediam abdominis capacitatem implerent: Hepar erat omnino putridum, Ventriculus ut inteſtina contra-ctus ac anguſtatus: Uterus in loco naturali ſitus, vix nucem juglandem magnitudine æqua-bat: ulterius ob nimium fœtorem indagare non licuit, ita omnia erant gangrænata, vel potius ſphacelata. *I. Rud. Saltzmannus obſerv. Anat. pag. 31.*

§. 7. Puello trimo, dyſpnœa affecto, tuſſi ſicca, tandem abdomen mire increvit: In ſiniſtra parte abdominis propendentia inſtar ſacci obviabat, purulentia referta. *Vide tit. de Febribus.* In abdomine aqua nulla.

§. 8. E veſica diſrupta, urina in totum abdomen effuſa, ventrem ante mortem intu-muiſſe in quodam vidimus, indeque Tumorem illum profectum poſt obitum ſecto cor-pore deprehendimus: quod ei ejus bene poti humiq; ſtrati ventrem alius quidam inſiliens veſicam ex ebrietate diſtentam eo impetu ruperat. *Platerus Praxeos lib. 3. cap. 3.*

S C H O L I A.

EX ureteribus diſruptis, aut quomodocunque apertis, ſeroque inde prodeunte idem accidere poſſe, hydropemque ab ea cauſa induci temporis ſpatio veriſimile eſt.

§. 9. Hoſpiti Leonis argentei, in vico D. Jacobi, inventa ſunt ſyderata inteſtina & omnino corrupta, quaſi ſuggillata, humor plurimus cruentus & loturæ carnium ſaturatæ ſanguine ſimilis: *Hollerius ad cap. 39. lib. 1. de morb.*

§. 10. Urinam veſica perforata in ventris cavitatem profluere aliquando à me annota-tum: Sed & alvi excrementa vulneratis inteſtinis eo quoque deferri poſſunt: Uxor fuit Medici formoſa & vivido colore prædita, carnoſa quoque & ſatis pinguis; hæc conce-pit, peperit, ſed fœtum nec plene geſtatum, nec vitalem: Poſt partum venter non modo non ſubſedit, ſed & paulo poſt auctior factus eſt, ampliusque quam prius intumuit: Su-ſpicio nata eſt collectos eſſe in ventre aquoſos humores, tametſi faciei color non mutatus

ſanitatem viſcerum præ ſe ferret, nec pedes, quod ſæpe hydropicis accidit, tumerent, & urinæ ſanorum ſimiles: Exhibita quandoque initio hydragoga, verum ab his nulla aquoſi humoris ſucceſſit purgatio, ſed torſiones admodum moleſtæ. In hac miſeria duos annos vixit, ventre interea in tantam molem & altitudinem diſtento, ut vix partes genitales manu contingeret: Mirabantur omnes ventris tantum tumorem facie optime colorata & nullis morbi notis in urina apparentibus: Acceſſit ſucceſſu temporis reſpirandi difficultas, quæ in dies increſcens, ac moleſtior facta, tandem vitæ impoſuit finem.

Diſſecto ventre: non aquoſus humor, ſed ſordes nigræ, quales in cloacis, effluxerunt, craſſæ, fœtidæ: quibus fruſtillatim omentum permiſtum, quod ſolum à tantis ſordibus computruerat: Sordium autem tanta fuit quantitas, ut quatuor urnas vel amplius implere potuiſſent, quarum ſingulæ 40. libras menſurales continent: Diſtenſio autem ventris tam quoque magna, ut peritonæum, cum amplius diſtendi non potuerit, aliquot locis ſuperioribus partibus ad inferiores uſque fiſſum fuerit, & jecur cum liene ac ventriculo, relicta propria ſede, cedente ſepto transverſo, intra pectoris ſpatium aſcenderit, pulmone cum corde ſurſum collum verſus in anguſtias coacto: quæ viſcera integra, nec ulla parte vitiata fuere: Non licuit in tantis ſordibus inteſtina eximere, & diligentius perquirere, ſed dubium non eſt ſordes iſtas *non aliunde quam ex inteſtinis* vulneratis ac læſis profluxiſſe: nec enim alia via aut modo in hunc locum pervenire potuerint: *Dodonæus cap. 35. obſervat. medicin.*

SCHOLIA.

N*On aliunde quam ex inteſtinis*] Ex inteſtinis, ſi illa perforentur, & homo non ſtatim moriatur, ſed humor aquoſus in abdominis cavitatem ex iis exſtillet, & ventrem in tumorem attollat, originem ducere Aſciten poſſe nonnulli exiſtimant: *Sennertus Pract. lib. 3. p. 6. ſect. 2. cap. 3.*

Facie optime colorata] Hippocrates in Coacis notat coloris bonitatem aliquando vetuſti ſtercoris ſuppreſſionem denotare; quanquam veteris ſtercoris nomine ſolennem vacuationem ſuppreſſam intelligant quidam.

§. 11. Juvenis quidam robuſtus, annorum 24. cum meſſis tempore ſub Sole ferventiſſimo meſſorem egiſſet pluribus diebus, & quadam die propter ſitis vehementiam aqua frigida derepente ſeſe ingurgitaſſet, febre continua correptus fuit, ex qua male curatus, in cachexiam incidit; itaque nunc tertiana nunc quartana laboravit: Poſt menſes octo quum ex morbo iſto diuturno vires plane proſtratæ eſſent, omneſque partes corporis (ventrem excipio, qui admodum inflatus erat) imo & ipſa crura ſupra modum extenuata eſſent, è vita diſceſſit:

Inciſo cadavere, in vacuo ventris pus album bene digeſtum & minime fœtidum, (quale ex abſceſſibus emanare conſuevit) inveni, ultra libras 11. medicinales: Viſcera omnia ea qua fieri potuit diligentia inſpexi, Ubi vero genita fuerit iſta materia purulenta inveſtigare non licuit: ulcus enim nullum, neque ſinus aut ſimile quid repertum eſt: Splen tamen & Hepar ſcirrhoſum conſpiciebantur, reliqua interiora ſecundum naturam ſe habebant. *Fabritius Hildanus cent. 2. obſerv. 59.*

SCHOLIA.

H*Ippocr.* 1. de morbis de ſuppurationibus imi ventris agens, inter varias cauſas ſpaſmata venarum recenſet, ad quæ earum ruptio ſequitur, hinc ſanguinis effuſio: Aquam autem frigidam, æſtuante corpore hauſtam, tale quid efficere poſſe, omnibus notum eſt, exemplo ſint pleuritides ab ea cauſa productæ: Porro cum hic nulla abſceſſus, ulceris aut ſinus deprehenſa fuerint veſtigia, veroſimile eſt aquæ frigore inductam fuiſſe venæ rupturam, atque cruoris in cavum abdominis effuſionem, hinc ejuſdem in pus converſionem; quod ibi diutius innoxie quam in thorace latere potuit, ob minorem præſtantiam partium naturalium quàm vitalium.

§. 12. Alter diuturno morbo è medio ſublatus, cujus venter in immenſum excreverat, cum aperiretur, pure aliquot pelves æneas implevit, quibus Chirurgi utuntur; in quo pulmones unius lateris in pus erant converſi, Nulla autem corruptio in viſceribus imi ventris deprehenſa. *Platerus in obſervat.*

§. 13. Ventriculum in puero quodam phthiſico, tribus foraminibus exeſum, ſeptumque illius foramine amplo perforatum à puris copia atque acrimonia, quod ex thorace in abdomen defluens, has partes & muſculos quoque abdominis ad ſuperficiem uſque cutis eroſerat, ubi veſica ſublivida circa umbilicum, ea regione qua pus ſibi viam ad exitum facere nitebatur, apparebat, deprehendimus: Quam rem admiratione dignam magis ſtupendam reddebat, quod puer ante obitum non contabuerit, ſed bene habitus adhuc exiſtens, nulla alia affectuum indicia externa quam quod ventre erat inflato & ſublivido, in quo

quo veſica ſubnigricans; circa umbilicum, ea regione qua pus ſibi viam ad exitum fac videbatur, eminebat oſtenderit. *Idem lib. 2. obſervat. pag.* 436.

§. 14. Hydrops trifariam dividitur, in tympanitidem, anaſarcam & aſciten: quart ſpeciem addit *Saxonia*, ex ſanguine recens in ventrem effuſo: Exemplum dat cujuſd hernioſi, qui ex repentino hoc tumore emortuus, nullam oſtendit ejus cauſam præter vel 14. ſanguinis libras in ventre concluſas ſine omni aqua: Pract. lib. 3. c. 32. Eandem c ſam proculdubio vidiſſemus in duobus ægris à ſimili tumore interemptis, niſi cadav denegaſſent propinqui, horum alterum compreſſerant duæ naves inter ſe violenter co ſæ: alterius vero ventrem elevaverat tam impenſe pronus in terram caſus, ut videret aſcite correptus: Veriſimile eſt hos repentinos ventris tumores fuiſſe, vel à ſanguine diſruptis venis effuſo, vel ex ſpiritu diſruptorum inteſtinorum. Simile quid *vide apud Be venium cap.* 76. *Tulpius l.* 2. *cap.* 40.

§. 15. Hydropicæ fœminæ in umbilico ſuppunctæ, non aqua pellucida ſed dilut ſanguis erupit; Cum autem quidam inconſulte retuliſſent in ſcalpri vim, & in ſanguine è ſecta cute cum aqua hydropica commixtum, evicit hos falſitas, quod ejuſdem poſtm dum demortuæ cadavere diſſecto, toto circum abdomine viſus eſt exundans idem alb dus cruor. *Severinus de Abſceſſibus p. m.* 279.

§. 16. Fœmina quædam in hydropem incidit, à quo tamen Dei beneficio & mea ope ta, (ut quæ ab omnibus vicina partui putabatur) ſpatio quatuor ſeptimanarum conve nientibus medicamentis fuit liberata, ita ut in publicum viciſſim prodire potuerit, ſol duntaxat infimi ventris exigua duritie, inſtar ſaxi duriſſimi, remanente; verum haud lon go interjecto tempore, ob craſſam victus rationem, menſiumque inordinate fluentiur ſuppreſſionem, recidivam experta eſt, à qua tamen ob virium debilitatem & cachexian denuo contractam (utpote quum recidivæ ut plurimum ſoleant deteriores eſſe prioribu morbis) liberari non potuit, ſic vitam cum morte commutavit, Cum infimum ventren inſtar ſaxi ad tactum duriſſimum haberet, in hanc deveni ſuſpicionem in utero forſan au aquam collectam aut aliud quippiam p. n. latitare, quod poſtremam curam vel difficilen nonnihil reddiderit, vel fomentum ſubminiſtrarit.

Cadavere diſſecto aqua ſtatim profluit ubertim, & ſane, quod non caret admiratione, univerſa inteſtina quaquaverſum, & ambo latera, circa diaphragma, multis millibus granulis, inſtar ſuum grandinoſarum, referta viſebantur: inſuper etiam ſpatium illud quod inter inteſtina & meſenterium, cui annexa hærent, interjacet, muco quodam viſcido, gelatinæ colorem ac ſubſtantiam referente, repletum ſcatebat: Reliqua viſcera, (excepto ſolo pulmone, qui in locis quibuſdam quoque granulis infectus conſpiciebatur,) omni labe ſenſibili carebant: Cæterum diſſecta veſica fellea, lapillum magnitudine nucis juglandis reperi; Ad uterum deveniens, nihil eorum de quibus ſuſpicio erat, ſed parvum ac flaccidum, craſſumque ſanguinem menſtruum in venis reſtitantem reperi. *Horſtius Tom. 2. lib. 4. obſerv. 47. ex Bilgero.*

S C H O L I A.

Inteſtina multis millibus granulis] *Willis* Pathol. cerebri, cap. 9. ait in Phthiſici cadavere vidiſſe ſe inteſtinis majoribus excreſcentias quaſdam carneas, inſtar auricularum muris adnatas: atque in alio tabido ſimile quid ſe obſervaſſe: Rationem reddit, quod in Phthiſicis nutritio, licet circa partes ſolidiores & exteriores deficiat, aliquando tamen interius, prope ſucci nutritii fontes plus debito perficiatur, proinde ut epiphyſes non naturales ſuperfluæ excreſcant: De Glandulis naturalibus & præter naturam. Vide *J. Conradum Peyer* Tract. de Glandulis inteſtinorum. *Horſtius* l. c. ejuſmodi granula per depravatam concoctionem facta fuiſſe, ubi partes craſſiores indigeſtæ per aduſtionem huic malo occaſionem præbuerunt, tenuiori ſero interim intermediis ſpatiis abdominis collecto.

In veſica fellea lapillum.] *Schenckius* ex *Kentmanno, Fernelio* & aliis, de calculis cyſtis felleæ multa exempla profert, ubi tamen hydropicæ affectionis hinc exorientis mentio non fit, quam ob cauſam productionem hujus calculi ſeparatam ab hydropis origine dicerem. *Horſtius ibidem.*

§. 17. Cuidam à diuturno morbo venter in immenſum excrevit, quo poſt obitum aperto pus copioſum exiliit, quod ex thorace manaſſe illud indicavit, quod nulla viſcerum corruptio in ventre inferiore reperta, Pulmones autem unius lateris penitus abſumpti.

Observatio XXI.

Hydrops à veſiculis membranæ adipoſæ adnatis, lumborum regioni adnatis citra lecoris vitium. 1. Ab aqueis veſiculis multis concluſis intra omenti ſubſtantiam. 2. A binis veſicis inter peritonæum & inteſtina latentibus. 3. A pluribus veſicis inter peritonæum & inteſtina. 4. Ab veſicis variæ magnitudinis circa meſenterium. 5. A veſicis viſcera omnia imi

ventris

ventris obſidentibus.6. A multis veſiculis propria tunica concluſis.7. A veſicis meſenterio, peritonæo, inteſtinis, omnibusque viſceribus adnatis. 17. 8. A veſicis variis abdominis locis diſperſis. 9. 10. A vitio Iecoris veſiculis obſiti. 11. 12. 13. A lympha veſicis concluſa. 14. A crebris veſicis invicem cohærentibus, inter peritonæum & cutem abdominis. 15. A veſiculis inter abdomen & peritonæum aggregatis. 16.

§. 1. INter cadavera, quæ hactenus pro more in Academica noſtra recepto, hyeme quotannis mihi diſſecanda incubuerunt, Anno 1672. menſe Januario unum mihi obtigit mulieris cujuſdam ſexagenaria majoris, macilentæ, fuſcæ, quæ aſcite extincta fuerat; in cujus apertione ſequentia notatu digna ſe obtulere. Removendo imi ventris integumenta communia, cuticulam paſſim à ſubjecta cute ſeparatam, perque hujus poros ſerum tranſſudans deprehendi. Quin & membrana pinguedini ſubſtrata hic illic Hydatidibus ſcatebat; præ cæteris verò partibus frequentes in lumborum regione conſpiciebantur, ubi ſeroſus humor diuturniore mora condenſatus, gelatinam ſpecie referebat, cute circumquaq; livida, corrupta, ſerum tenuius copiosè tranſmittente. Diſſecto Peritonæo, hepar quidem & pancreas ſua quodque magnitudine, figura, ſubſtantia atque colore, pro ætatis hujus ratione, ſatis naturali præditum reperi. Lien quoque quoad hæc omnia naturaliter habere viſus eſt, una excepta magnitudine, qua fabam majuſculam non excedebat: Sed & membranæ, illum inveſtientis, partem circiter ſextam, putre ſerum exederat. Contra foramen in jejuni inteſtini principio, quod hic ductui pancreatico pariter & poro bilario commune erat, tanta repertum fuit amplitudine, ut digiti auricularis liceret immittere apicem. Denique Venarum, Arteriarum, Nervorumque divaricationes huic viſceri inſertæ, breviores eſſe videbantur quàm pro naturæ lege.

SCHOLIA.

QUemadmodum in muſti fermentatione fæces craſſiores ſecernuntur, & ad dolii fundum deturbantur; ſic dum chylus in corde, hepate & liene coquitur atque fermenteſcit, feculentus humor, melancholicus vulgo dictus, neceſſitate inevitabili generatur. Hunc viſcera non protinus ut genitus eſt exrra corpus eliminant; ſed crebris per ea circuitibus, calore ſuo copioſo magis magisque adtenuant & perficiunt, perfectumque cum aquoſa ſanguinis parte miſcendo in ſerum convertunt, quod deinceps ad glandulas conglomeratas, ſalivales & pancreaticas per arterias delatum, in ſalivam ſuccumque pancreaticum; ad glandulas verò conglobatas, eorundem ope vaſorum appellens, in lympham faceſſit. In illo quidem munere obeundo lieni primæ partes tribuendæ videntur; quippe in cujus cellulis fæx hæc ſubſidit, tamque diu hac ſede moratur, donec ſufficienter attenuata & aquoſæ ſanguinis parti permixta, quoad ſubtiliores ſui partes in vaſa lymphatica è liene emergentia diſtribui; quoad paulò craſſiores autem una cum ſanguine in venas remeare poſſit. His ita ſuppoſitis, (quæ ſufficientibus rationum momentis facilè confirmarem, ſi temporis & inſtituti ratio pateretur) manifeſtum eſt in hac fœmina lienem mole minimum, tori melancholicæ feci recipiendæ & adtenuandæ fuiſſe imparem; hincque adeo factum, ut ſerum totius maſſæ ſanguineæ ſalſum nimis ac tartareum evaſerit, quod cum à glandulis pancreatis in ſuccum juſtæ conſiſtentiæ converti non potuerit, ductum pancreaticum, prima ætate adhuc tenerum, continuo tranſitu dilatavit & amplificavit.

Cæterum Aſcitem, & quæ inde pullularunt ſymptomata, iis, quas nunc ſubjiciam, cauſis, adſcribenda eſſe puto, Nempe cùm præfatorum viſcerum robore non ſolum craſſa adtenuari, ſed & inutilia expelli per loca convenientia debeant; accidit, ut calor eorum ingraveſcente ætate maximam partem abſumptus, & hinc ſuccreſcente in dies majore feculentorum humorum copia pene ſuffocatus, tandem oneri ſuccumberet, ſicque ſerum hoc præternaturale in maſſa ſanguinea retentum in abdominis cavitate, nec non pedibus, femoribus ac lumbis ſtagnaret. Id autem duobus maximè modis contigiſſe veroſimile eſt; immediatè inquam, & mediate, Immediatè quidem ſerum ſtatim à ſanguine ſecedens eò redundavit; cùm enim Arteriæ languidiùs in hoc corpore effœto pulſarint, ſanguis quidem ſpirituoſior per poros partium in venas propelli potuit; ſerum autem frigidius in mediis viis hæſit; aut, ſi in venas tranſſumtum fuit, illic ob lentum ſanguinis motum nimiam moram agens, venarum tenues tunicas diſtendendo, per διαπήδησιν tranſſudavit. Mediantibus verò vaſis lymphaticis idem accidere potuit, quatenus lympha, ex ſero hoc ſalſo nimis & acri, acrior genita, tenuiſſimam vaſorum lymphaticorum tunicam corroſit; & in vacua abdominis ſpatia viam ſibi pateſecit. In pedibus autem Aſciticorum tumor ferè incipere ſolet, quod hæ partes frigidiſſimæ ſunt; utpote à Corde, ceu fonte caloris procul remotæ; quare cum ſanguis motu admodum lento eas transfluat, ſerum hic maximè frigidum, & ſpiritu ferè omni deſtitutum, dictam ob cauſam, ſtagnare neceſſe eſt. Sed & peculiari de cauſa tumores ejuſmodi in pedibus frequentiores fiunt; quia ſcil. ſerum tartareum innata quidem gravitate facilè deſcendit, difficulter verò adſcendit: Lumbos potiſſimum infeſtavit, quòd, propter decubitum, in eam partem majore impetu ſeroſus ſanguis affluxit. An verò & per cœcos occultosque meatus ſerum ex abdomine eò penetrarit, iis æſtimandum relinquo, qui non ignorant nonnunquam in tibiæ fractura ſaniem ex profundo uſque adeo ad ſuperficiem propelli, ut faſcias cruri fracto circumvolutas inficiat: Ὑδατίδες in membrana adipoſa abortæ ſunt, ſero pelliculas à ſubjecta pinguedine divellente, quod ſi diutius immoratur, tandem ſubtilioribus partibus à calore diſſipatis, in gelatinam

nam

nam concreſcit, ut in multis cadaverum diſſectionibus in Noſocomio noſtro, una mecum ſtudioſi, quos eo nomine illuc deducere ſoleo, ſæpe obſervarunt. Idem ſerum cuticulam à cute diverſis locis ſeparavit. Lumborum autem cutis livorem & putredinem contraxit, quia calor nativus, ob decubitum in ea partem, & majorem ſeroſi humoris affluxum, ſuffocatus fuit. *Ex communicatione Clariſſimi & Excellent. D. D. Glaſeri Anatomes Profeſſoris Baſileenſis.*

§. 2. Circa hanc Omembranam mentum dictam, in cadavere cujuſdam mulieris hydropicæ anno 1580. obſervavi multas veſiculas intra particularem pelliculam per ſe aquam continentes, erant per ſubſtantiam omenti diſperſæ.

Vidi etiam eodem anno proximo ſupra citato quandam cui Vomicam aperui in umbilici regione, quæ cum per aliquot dies diſrupta permaneret, per illam omenti portio exiit, cum veſiculis multis aqua repletis, & amoto omento curata fuit, manente in illo loco fiſtulari ulcere, & poſt hæc tres filios peperit. *Hippolitus Boſcus de Facult. Anatom. Lect. 2. p. 17.*

SCHOLIA.

WArthon *Adenogr. cap.* 11. veſicas has ſic formari tradit, *Si contingat lymphæductus in meſenterio obſtrui, quia valde fragiles ſunt, facile rumpuntur, & aquas ſuas in abdominis cavitatem exſpuunt, unde hydrops aſcites certiſſime conſequitur: Sin vero vaſorum horum membranulæ tenaciores fuerint, ita ut diſtenſionem notabilem abſque laceratione ferant, in veſiculas quaſdam aqua turgidas attolluntur, quas hydatides vocant, & peculiarem aſcitidis ſpeciem conſtituunt: quamlibet autem veſiculam inter binas dictorum vaſorum valvulas quamproximas efformari contingit: quia vero aqua nec prorſum, propter obſtructionem, nec retrorſum fluere poteſt, ob valvularum interceptionem, interſtitia intumeſcunt in figuram orbicularem, utpote capaciſſimam, quæ figura in hydatidibus vulgo cernitur: Hydatides iſtæ haud longe diverſæ videntur ab iis, quas per meatus urinarios & anum quoque excerni aliquando obſervavimus: Hæ veſicæ ſi extrorſum ferantur, & in abdomine hydropicorum compareant, ex his apertis, duarum vel trium horarum ſpatio non raro plus aquæ exſudat, quam potens hidroticum per integram noctem exhaurire valeret: Exemplum affert* Riverius *obſervat. excerptarum ultima,* Ruſticus, ait, *quidam hydropicus factus, abſceſſum paſſus eſt in dextra parte abdominis, eoque aperto, infinitus propemodum veſicularum aqua repletarum numerus egreſſus eſt, ut ducentarum numerum excederet, idque per plurium dierum ſpatium, & ſic omnino curatus eſt: Porro quia lymphatica vaſa fere ubique ſeſe diffundunt, hinc eſt quod ejuſmodi veſicæ in omnibus pene partibus innaſcuntur, meſenterio, peritonæo, inteſtinis &c.* De his veſicis vide Scholia ad obſervat. 1. ſectionis 13. de Excrementis alvi p. n. Si ſeroſæ illæ aquæ (inquit, *Rolfinckius* lib. 3. Epit. meth. cur. & cognoſc. cap. 9.) à lymphaticis vaſis non ſeparentur, áque renibus & ureteribus attrahantur, reſtitant in corpore, & in Aſcite in cavitatem deponuntur abdominis.

§. 3. Vixerat fœmina quædam pauper pluribus annis de tumore ventris queribunda, quouſque ad immenſam molem, cum ſumma corporis tabitudine & gracilitate diſtentus eſt venter: hæc menſibus omnino ſuppteſſis erronea diæta ſemper uſa eſt: quare ob vitium jacturam exanimis moritur:

Secto cadavere parva aquæ copia educta eſt: Jecur lapidoſum inventum: Pulmones, ob aquam quæ diaphragma penetrarat, dimidia ex parte corruptos vidimus: Reſecto ventre ad muſculos abdominis, inter peritonæum & inteſtina, binas veſicas invenimus, quarum una bovinæ veſicæ urinariæ prægrandis magnitudinem ſuperabat: Iis diſruptis, tanta fœtidæ lividæque aquæ copia mucoſo humori permixta effluxit, ut vas 30. librarum capax adimpleret, quo copioſo humore innatus ignis obrutus eſt extinctus. *Zacutus Prax. adm. lib. 2. obſerv. 52.*

§. 4. Laboraverat Illuſtr. N. conjux quinquagenaria hydrope Aſcite ſeptennio, qui ex ſuppteſſis hæmorrhoidibus ortum duxerat: Omnia remedia fruſtra fuere; nam malum adeo increvit cum ſiti clamoſa, nimiaque ventris mole conjunctum, ut tabefacto corpore & innato calore ſuffocato à copia multa, plura deinceps celebrata præſidia temnens, eam ad mortem deduceret.

Secto cadavere, *Iecur putridum inventum*, ita ut ſolum digitis impoſitis difflueret: Aperto ventre, inter peritonæum & inteſtina invenimus numeroſam veſicarum ſtruem, quæ bullæ aquatilis inſtar molles & lucidæ, erant inter ſe conjunctæ: Et his curioſe ſeparatis (quæ 52. numero erant, & ovi magnitudinem non excedebant) & diſruptis emanavit limpidæ aquæ ac ſalſiſſimæ copia tanta, ut 12. libras adimpleret: ex hujus humoris onere calor innatus eſt obrutus. *Idem Medicin. Princ. lib. 2. cap. 123. obſerv. 24.*

§. 5. Ego obſervavi hydropicorum aquas circa meſenterium veſiculis variæ magnitudinis incluſas detineri, & propterea hominem diu ſervari ſuperſtitem, donec veſiculæ vel tenuitate ſua, vel acrimoniam induente ſero intus contento, rumpantur, & illud ſerum deinde in cavitatem ventris defluat, putreſcat, reliquorum viſcerum corruptelam

& tan-

& tandem hominis interitum cauſet. *Heſerus Herculis med. lib. 3. cap. 2.*

§. 6. Occurrit mihi caſus quem vidi in matrona : hæc ex ſuppreſſis menſibus anno 1612. incidit in hydropem : Vacuus & cavus alias erat totus venter & abdomen ; conſumpta omnia : pinguedo in meſenterio nulla : ſubſidit ventriculus penitus, ſed in omnibus intus viſceribus ſtabulatur ingens aquæ copia, ultra menſuras ſexaginta : ipſaque viſcera plena erant veſicis duplicatis, veluti in carpionibus eximuntur : è quibus materia viſcoſa & aquoſa ſectis erumpebat : Ejuſmodi veſicis pendulis (numerus excesſiſſet nongentas) ſcatebant renes, uterus, ventriculus, inteſtina, cor, pericardium, hepar & lien: mirabantur omnes cur in tam longa inedia integrum fere annum perſeverate potuerit; antequam exſpiraret. *Ex obſerv. Phil. Perſii Medici Auſtriaci.*

§. 7. Obſervavi anno 1580. in cadavere mulieris hydropicæ, intra propriam tunicam, multas veſiculas per ſe aquam continentes, per omenti ſubſtantiam diſperſas:

Eodemque anno mulieri cuidam, aperta in umbilici regione vomica, excidiſſe vidi partem omenti ejuſmodi veſiculis referti. *Hippolitus Boſcus lect. 1. de facultat. Anatom. pag. 17.*

§. 8. In Phthiſici & Hydropi cadavere Bononiæ inveni in inferiore ventre viſcera abſumpta, atque omni ſucco exhauſta, nihilque aquæ in ventris capacitate, at ubique meſenterio, peritonæo, inteſtinis, hepati, lieni, denique omnibus viſceribus veſiculas inæquali magnitudine, easque aqua limpida plenas, adhærentes. *Volcherus Coiter obſervat. Anatom. p. 117.*

SCHOLIA.

Hujus hydropis, ab aqua veſicis comprehenſa, primus meminit *Aretæus* lib. 4. cap. 1. de ſignis & cauſis diuturn. morbor. *Hydropici*, ait, *morbi ſpecies talis agnoſcitur : In ea veſiculæ quadam puſilla, crebræ, humoris plenæ, in loco ubi aſcites fieri ſolet excitantur ; cæterum quod humore multo refertæ ſint, illud indicio eſt, ſi abdomine perforato parum admodum humoris effundes, ab interiori namque parte veſica occluſit : at ſi altius inſtrumentum impuleris, iterum ſuccus emanabit : Hæc usque aqua intercutem ſpecies haud levis eſt : Unde enim ingenus veſiculæ eruperint, via haud facile reperitur &c.*

§. 9. Vidua Nobil. N. ad ſecundas acceſſit nuptias, & mox à complexu conjugali, menſes, (qui ſtatis temporibus à morte primi mariti, ad alterum uſque conjugium copioſe ſatis fluxerant) ad 16. & plures hebdomades jam deſiiſſe ſentiens, gravidam ſe firmiter credidit ; Sed poſtea novus menſium fluxus, parcus tamen, eſt exortus, qui ſic conſtitutis temporibus, ut ne dies quidem deficeret, ſuum obſervavit circuitum : Dubitantem itaque ægrotam gravida-ne eſſet annon ? (nam fluentibus menſibus abdomen in dies increverat) fœminarum quarundam affectio, quæ ſe ſimilia geſtationis expertas fuiſſe tempore affirmabant, in concepta graviditatis opinione detinuit : finitis verò menſibus ſeptem, cum nullum infantis in utero motum perciperet, abdomen tamen in dies magis accreſceret, non gravidam ſe amplius, ſed aut molam in utero portare, aut hydrope ſe affectam credidit : quare variorum expetiit conſilia, qui fruſtra hydropem expugnare tentavere : Quare ſe Hafniam contulit, ubi D. D. *Simon Pauli* fuit vocatus, & huic poſt fui adjunctus collega ; Nos hiſtoria morbi præſentis cognita, & inſpecto abdomine, adeo tumidum illud invenimus & inflatum, ut mulieris gemellos geſtantis abdomen, ſua magnitudine non ſolum æquaret, ſed etiam longe ſuperaret ; Ideo conſenſimus ut aſcitem tympanitidem morbum appellaremus : non ſolùm enim abdomen tumebat, ſed & femora atque crura adeo erant inflata, ut ad digitorum levem impreſſionem relinquerent foveam veſtigia : Ad has igitur morborum ſpecies directa fuere remedia, & mitioribus catharticis ultra 20. potæ aquæ puræ, ſine ullo Nobil. ægræ incommodo brevi fuerunt eductæ, exceptis excrementis, quæ ſeroſam ſæpe materiam exigua comitabantur quantitate : quæ tamen aquarum educta copia, non ſolum non levavit ægram, ſed ne abdomen quidem potuit detumeſcere, in dies majora excipiens incrementa : quam ob cauſam relictis tum catharticis rum flatus diſcutientibus, urinæ propter paucitatem, cujus horarum 24. ſpatio vix ℥viij. reddebantur, diuretica variis ſub formulis præſcripſimus, ſed ſine fructu, majorem enim ſolito urinæ copiam non excrevit : ferreum itaque cum hunc morbum non ſolum medicamine non mitigari, ſed magis abdomen, femora, crura, pedesque magis quotidie tumeſcere cerneremus, ne quod remedii genus à nobis intermiſſum videretur, tres Lanceola profundas ſatis, & aliquantum ab invicem diſtantes ſcarificationes, ſupra malleolum pedis dextri adminiſtrari curavimus, Ex quibus ſerum magna copia per aliquot effluens hebdomades, ut tali remedio & femora & crura

pedeſque detumeſcerent,non exiguam nobis præbuit ſalutis ſpem: Verum gaudium non erat diuturnum,nam ad inferiores partes ex abdomine ſerum ulterius deſcendere, inde vulnuſcula facta,una cum novo,quod in pedis ſuperficie erat inflictum,fluere ſponte deſierunt, brevique cicatrice fuere obducta: omnibus hiſce evacuationibus abdomen nihil minuebatur ,ſed quotidie accreſcebat: Ideoque internis per os onerare ægram amplius noluimus, ſed clyſmatum commodiorum uſu frequenti,ſatis bono cum ſucceſſu,continuavimus curam: In abſentia poſtea D. Collegæ,cum continuo à me ægra nova remedia efflagitaret, balneum ipſi ſiccum ex ſabulo marino calido commendaui, ex quo cum maxime levaretur,exque abdomine,lumbis cruribuſq; calore ſabuli, magna ſeri extraheretur copia, illud tandiu,ſpe reſtitutionis,continuauit,donec vires quotidie magis deficientes, ulteriorē ipſi ejus uſum denegarent:ab hoc igitur etiam abſtinui,Atque ægræ duo remedia generoſa, *Paracenteſin abdominis*,è regione umbilici,& Perforationem paulum ſub umbilico propoſui, Ex quibus perforationem illa ſe melius laturam putans:illam elegit,quā Chirurgus feliciter expedivit; Sed ex intruſa,fere ſine dolore in abdomen cannula,quod ne gutta quidem prodiret aquæ mirū nobis eſt viſum,quamvis Chirurgus oris primo ſuctu,deinde ſyphone eam extrahere tentaret:quare,re quaſi infecta,cannulam itetū extraxit,ſtatimq; adeo arcte iſtud foraminulum in abdomine factum,clauſit,ut ejus poſtea veſtigium nec cognoſci, nec profluens humiditas à nobis poſſet obſervari:nec ægra de ullo facti foraminis dolore conquaeretur: Cannula extracta erat quadam repleta materia, quam immiſſo cannulæ ſtylo adaptato,albam & glutinoſam,ſed in parva quantitate, inde expulimus , factoque experimento num in lympham caloris poſſet reſolui beneficio, in cochleari ſuper lenti caloris ignem, tanta adepta eſt ſpiſſitatem, ut glutinum verum albo colore dixiſſes & fragile, quæ glutinoſa ſubſtantia, aquæ frigidæ affuſione reſoluta,ad priorem rediit viſciditatem: Hæc jam poſtquam extrema remedia, ſine ullo fructu adhibita, cum cerneret ægra, ulteriorem Deo curam commendauit totam, clyſteribus interim , quoties urgebat neceſſitas, proritans alvum ad excernendum , & tanta geſtavit facilitate abdominis pondus , ut poſt occluſam ejus puncturam, carpento extra urbem vehi ſe aliquoties ſit paſſa: Cum vero ad eam inviſendam circa nonarum Auguſti octavam matutinam adeſſem , nocte præcedenti bene quieviſſe ſe & (appetitus enim toto morbi tempore non fuerat dejectus, neque ſitim patiebatur) jentaculum more ſumpſiſſe ſolito mihi retulit , reliqua etiam omnia mediocriter habere cognoui: circa vero ſextam. ejuſdem diei veſperrinam iterum advocatus , adeo immutata vidi omnia, ut jam nihil , niſi mox parturientis ex ægra clamores exaudirentur,retuliretiam mihi , remiſſa plane & pene deficiente voce, ſe majores circa uterum, pudenda , vicinaſque partes, jam parturiendi perferre cruciatus quam antea unquam : Et quoniam hoſce dolores, *dixit*, meas ſuperare vires longe ſentio , aut abdomen jamjam ruptutum, aut me fatis hoc momento conceſſurum credo, hique dolores toto noctis fere intervallo perſiſtebant,nec ullum mitigandis illis aptum remedium potuit applicari , donec tandem poſt matutinam ſextam ultima ad Deum transferret ſuſpiria.

Quoniam vero Nobil.hæc,tenerrimæ alias conformationis,abdomen p. n. modumque habebat maximum, Maritus, metu rupturæ, poſtulauit ut lanceola facta perfuſione leui, quandam copioſæ in abdomine contentæ materiæ portionem educeret,quod factum: Verum non ut in hydropicis conſuevit, magno impetu proſiliit aquæ profluvium , ſed ejus loco materia talis viſcoſa & craſſa,qualem ex vivente ſyphone extraxeramus, hoc tamen diſcrimine,quod hæc priori minus albicans ad puniceum vergeret colorem : Tum, quod largior hujus materiæ copia per puncturam factam egredi non poſſet,illam Chirurgus paulum fecit majorem : Tum materiæ dictæ quinque ad minimum pottæ noſtræ menſuræ cum impetu effluxere,& una cum hac fruſtum aliquod peculiare materiæ glutinoſæ,quod mitabili magnitudine & figura, vvam racemiferam,aut conum pineum referebat,colore ex albo flaveſcente,quod à materiæ glutinoſæ reliqua ſaburra facillimo ſeparabatur negotio,ſed baſi ſua uteri rupti parti interiori per venulas & membranarum fibrillas adeo adherebat arcte, ut propter raram extenſionem,ſine ejuſdem læſione ab utero non ſepararetur:Illud vero in materiæ glutinoſæ fruſto dignum admiratione fuit, quod unicuique venulæ , ex interiore ruptiuteri parte prodeunti,materia quædam glutinoſa, diſtincta,rotundam exibens figuram, firmiter adhæreret: Venæ itaque iſtæ,earumque variæ ramificationes , quibus ſingulis pro magnitudine talis glutinoſa figura erat ſuperpoſita,admirabile hoc glutinoſum corpus efficiebant: Exempto tandem cum materia hac racemiſera,ſimul & ipſo utero(quem in fundo &ad latera nimia ipſius ruperat extenſio & raritas)in ejus latere dexro,corpus membranoſum,rotundum,capitis virilis æquans magnitudinem, fibris partim & membranis tobuſtioribus

ribus uteri patti inferioti,partim ilio oſſi firmiter annectebatur , exceptis his ligamentis partem teliquam liberum: quod cum & Chirurgus aperiret,nihil in eo aliud præter ſimilem in abdomine contentæ materiam,ſed albidiorem aliquanto invenimus: Tum ad reliquas abdominis partes facta digreſſione,abſconditas illas tegumento quodam membranoſo,craſſo ſatis,& robuſto,ſuperius utriuſque lateris coſtis ſpuriis,in medio toto tractu peritonæo,inferius pubis oſſi,inter uterum & rectum inteſtinum adeo firmiter annexo reperimus,ut divelli inde facile non poſſet: Et inter hanc & peritonæum,omnis ſupra toties nominata materia craſſa & glutinoſa,ſimul cum rupto utero,& corpore rotundo membranoſo cum ſua materia continebatur: quæ materia collecta omnis 28.menſuræ noſtræ pottas æquavit: Poſtea membranam illam robuſtam diſſecuit Chirurgus,& Hepar,Lien, reliquæque in abdomine contentæ partes oculis ſe noſtris prodidere,quas ſanas omnes,præter cæcum & rectum deprehendimus: Inteſtinum illud infantis trium annorum brachiū ſupra cubitum æquans craſſitie,& opertum materia glutinoſa,reliqua abdominis multum candidiore,ſcatens: hoc,tu-tumoren palma circiter ab ano diſtantem,ovi magnitudine ferens, quē fœtoris metu Chirurgus non aperuit,Conjectura tamen elicere potuimus abſceſſum ibi latuiſſe,& ex hoc purulentam illam effluxiſſe materiam,quæ quoties ſupoſitorio ex melle tantum & ſaccharo, Nob.fœmina adhuc vivens ſollicitabat alvum,cum reliquo ſequebatur profluuio,quod tum temporis in curatione (licet puris redditi cauſa daretur nulla) ſæpiſſime obſervavimus. *Paulus Moth in Actis Medicis Th.Bartholini ann.1671.& 1672.Obſ.8.*

SCHOLIA.

P*aracenteſin abdominis*] Profuiſſe paracenteſin obſervavimus in ætate florenti & morbi initio,integriſque viſceribus: Eſt tamen caſus quo fruſtra tentamus hanc evacuationis viā,etiamſi & ætas & morbi infantia faveat & cætera omnia,Quando ſcil.aqua in veſiculis colligitur,vario abdominis loco diſperſis,aperta enim una veſica,reliquas non euacuat,quanquā cohæreant racemorum in morem. *Th.Barthol.ibid.*

§.10. Hydrops à veſicis aqua plenis matronam confecit Hafniæ, in cujus diſſecto cadavere,poſt longa curationis tædia,inventi globuli aquarum,veſiculæque conglomeratæ,quæ nulla arte vel præſciri vel depleri potuerunt. *Th.Bartholinus ibidem.*

§. 11. Veſicas tenuiſſimas, pellucidas,aqua diſtentas,pomi magnitudinem nonnunquam æquantes,maiores interdum,interdum minores,Heparis ſubſtantiæ accreviſſe, in cachecticis diſpoſitis ad hydropem,uti & hydrope Aſcite mortuis,ſæpe inveni.Sed & ſimiles ex Hepate & Liene Simiæ quamplurimas citra ſectionem expreſſi,integraſq; manibus excepi,ſeroſo humore ſubrubro refertas,aliaſq; citrina aqua turgentes è bilis veſiculā exemi: Quales quoque,ſed limpidiſſima aqua plenas, meſenteriis porcorum adnaſci lanii aliquoties mihi oſtenderunt,idque ſæpius ſe obſervaſſe prædicarunt: Quod & hominibus accidere poſſe, cum homo omnibus morbis,quibus & beſtiæ,longeque pluribus obnoxius ſit, mihi cogitandi primum, mox etiam occaſionem indagandi præbuit. *Platerus obſerv.lib.3.pag.635.*

§.12. Vidimus ſæpe Iecur non in nobis tantum,ſed & in animalibus occiſis,plenum aqua, quoniam in membrana ipſum obvolvente continetur,plures efficiens veſicas, Hæ quoque rumpuntur,& aqua defluit intra peritonæum,cui omentum eſt adjunctum: Hac ratione aqua intercutem,quæ Aſcites dicitur,generatur. *Chriſt.à Vega comm.ad aph.55.lib.7.*

§. 13. Hydrops non eſt unjuſmodi ſemper,ſed diſſimilis,id quod ex ſectione anatomica conſtat: Patavii vidi hydropicum diſſectum,cujus Hepar quam plurimis veſicis aqua plenis à cunctis conſpiciebatur *I.Bilgerus,ad Greg.Horſtium obſerv.47.lib.iv.*

SCHOLIA.

C*Cujus Hepar quamplurimis veſicis*] In cauſam veſicularum inquirendam diligentiſſimi fuere *Adr.Spigelius & Tho.Bartholinus:* Ille cap.12.lib.8. Hepar,*ait*,cōnectitur meſenterio,venæ portę, coſtis, cavæ ac omento,lobo illo exiguo per quem aquam à jecore in omentū transfundi ſupra ſtatuimus, *Et paulo poſt.* Tegitur ſcil.parenchyma mēbrana tenuiſſima & ſimplici à ligamentis hepatis enata,quæ arctiſſime parenchymati jungitur: Quod ſi ſeparetur alicubi, excidēre è vaſis aquoſa materia,& collecta inter ipsā & carnem,ὑδατίδες Græcis dictæ generantur,quibus ruptis,effuſaq; in abdominis cavitatē aqua,Hydrops aſcites naſcitur: *Th.Bartholinus* in Anat. Reform.l.1. cap.14.In hac ſcil.membrana,*inquit*,hepatis,veſiculę attolluntur aqueæ,à quibus Hydrops, teſte *Platero:* Eaſdem in capra vidi albicantes numero multas,quæ tactæ intra folliculum, ſeu tunicam ſingularem,ſerū cum pituita,ceu mucilagine recōdebant,aliamq; flavam ſubſtantiam,ſive vitio naturæ,ſive quod cicuratū eſſet animal. At *Viri doctiſſimi* Ductus Hepaticos ignoraverunt, quibus obſtructis tota hepar cingens membrana variis in locis ab humoribus elevatur,qui niſi obſtructione impedirentur, veſiculā chyli aggrederentur,quod in ſectione felis animadvertebam,cujus omnes fere Ductus hepatici,præſertim inferiores venæ portā ſubſtrati, ſucco craſſiſſimo ſpongioſo infarcti erant,atq; hepar veſiculis humore ex albo flaveſcēte plenis intumeſcebat,quæ fractæ ejuſdē coloris humorem effundebant: Itaque hoc in uno conveniunt quidem Medici, quod & veſiculæ in jecore generentur,& fractæ Aſcitem procreent,ſed plures neque modum,neq; cauſam earundem generationis adpoſuerunt: qui vero apparentem aliquam cauſam afferre auſi, ita ſententiis diſcrepant ut æque dubium lectorem relinquant: Veritati proinde maxime conſentaneum,præeunte magiſtra experientia, affirmaverim humorem hunc regurgitantem in hepar,obſtructis primo ductibus iſtas veſiculas producere. *Olaus Rudbeck Tractatu de Ductibus Hepaticis aquoſis cap.4.*

§.1

§. 14. Anno Domini 1567. quum forte fortuna mulier quædam de hydrope apud Medicum quemdam quereretur, ei bypercatharſin ipſe procuravit, correcti ſtibii certo granorum numero, unde quum fructum mulier non tuliſſet, ad alium nullis melioribus auſpiciis profecta, tandem è vivis diſceſſit.

Hujus exviſcerato cadavere, nulla capacitas, hic nihil cavum in eo deprehenſum fuit in quo veſica non penderet, ſecundum Geometricam omnium dimenſionem loco coæqualis, ac conformis ei qui ſuo ambitu eam contineret; Locos cavos dicimus, non veſicam tantum, renes & uterum, ſed & ventriculum inteſtinaque, cor, pericardium & id genus reliqua, è quibus prout tam intus quam foris nativum cuique ſolum contigiſſet, cyſtes pendulæ conſpiciebantur aqua citrina oppletæ, & ſine omni fœtore etiam poſt xx. diem: Nullas partes ſupernas exipimus, etiam ad jugulum uſque inferiores quoque nullas, ne quidem proximum ſedi locum, quæ haſce ſuo cavo non caperent veſiculas: Hepar quoque intelligi volumus, tectumque hiſce oppreſſumque foris, adeoque Lienem totum: Si quaſque vel minutulas in numerum quiſpiam retuliſſet, octingentas numerus ſuperaſſet facile: Calathos piſcarios is novit qui Lutetiæ diverſatur ex conſuetudine, Ex his ne quidem duo majores veſicas continuiſſent: ad me bajulus quidam eo ſane detulit rogatus, Harum porro fabrica fuit hujuſmodi ut binæ eas membranæ conficerent: valde candicans interior, altera fuit tunicæ ventriculi ſimillima, tenuior aliquanto tamen: ſed ei quidem concolor. *Mauritius Cordæus comm. 5. ad lib. 1. Hippocr. de morb. mul.*

§. 15. Anno 1581. fœmina quædam plebeja, annor. circiter xl. humiliorem domus partem inhabitans, æſtate & autummo priore, ventre tumere cœpit, abſque moleſtia, ut gravidam ſe crederet, nupſerat enim ante biennium: Hyeme ingruente, dolores eam gravativi invaſerunt, tenſivi & lancinativi, noctu vehementius, increſcente ſimul ventre, abſque reliqui corporis inflatione ulla, imo demacratione potius: Tum imprægnationis ſpe in metum hydropis mutata, perquiſiuit & admiſit undiquaque auxilia, ſed fruſtra, quin dolores una cum ventre ſubinde magis aucti fuere, ut noctu neque in lecto, neque extra quieſcere potuerit, ſed in ſummo gelu extra domum obambularit ejulabunda, donec tandem dolorum magnitudine exanimata vitæ conceſſit.

Facta ventris ſectione ab umbilico xiphoidem verſus ad cavitatem uſque, aqua nulla comperta neque intra ventrem collecta animadverſa, ut nec flatus ullus, ſed inteſtina, una cum reliquis viſceribus, anguſto ſpatio contenta apparebant, Ipſum vero abdomen, à cute ad peritonæũ, quaſi alba pinguedine duntaxat contextum videbatur, nulla muſculorum carnea ſubſtantia interpoſita, ſed veſiculis crebris majoribus minoribuſque, aqua limpida refertis, invicem cohærentibus: idque grandius ac tenſius multo erat ab umbilico infra, pubem verſus, ut tota ventris perturbatio, viſu & contrectatione verum hydropem referret: Cætera à naturali conſtitutione haud multum variabant: Omentum tamen perexiguum vix inteſtina contegebat, Hepar albicans forinſecus, magnitudine, forma & mollitie competenti, Ventriculus cum liene pariter & renes: Sic uterus & veſica nihil vitii præferebant, *Ex Obſervat. Ioh. Aicholtzii Medici Viennenſis.*

§. 16. Pragæ initio Februar anno 1581. ſecta fuit fœmina Hydropica, uxor cuſtodis cujuſdam Imperatricis, ætate conſiſtente, cui circa anni ſpatium ante menſes defecerant, cum ventris intumeſcentia: unde utero ſe gerere exiſtimans ab omni medicatione ſedulo cavit: habitauit humi, loco anguſto, fœtido, temperantiſſima in victu & parca ob inopiam, viliore uſa potius quam bono: Porro exacto geſtationis tempore, ventreque ſubinde accreſcente abſque fœtus vel partus indiciis, dubitans de ſpe concepta, Medicos conſulit ſerius, ut incaſſũ Medicinæ tum adhibitæ fuerint: venter enim magis magiſq; protuberabat, cum dolore continuo, nocturno graviore, ut ſine quiete inambulaverit totas noctes ejulabunda, extra domum ſuam plus ſatis arctam, etiam hyeme, magna vicinorum commiſeratione: Sic tandem cruciatu & inquietudine confecta obiit, maritum obteſtata prius mortuæ ventrem introſpici curaret, quo ejus affectu recte agnito aliis ſimiliter ægrotantibus ſubveniri melius poſſet.

Quo circa præſentibus Clariſſimis Dom. Phyſicis & Chirurgis Cæſareis, aperuit ventrem Aulæ Chirurgus, me deſignante, circa umbilicum duorũ vel trium digitorum altitudine & amplitudine: Effluxit aqua purpurea inſtar lixiuii, ſatis obſcura penes cutim, nec premendo ventrem adſurgebat altius: Cum vero ſegnius efflueret, novacula profundius adacta ſubſiliens aqua illa obſcura ſpithamæ altitudine abſque compreſſione, quaſi cavitate propria reſerata, demum largiſſime profluxit, totaque ſic evacuata fuit citiſſime ingenti copia: Continuata deinde fuit inciſio ad utrumque Ilium, nec non pubem uſque: Mirum hic omnibus apparuit, nulli noſtrum viſum vel auditum:

conclusis immaniter dilatari & extendi: verum illa ſæpe ſponte extumeſcentia, flatibus quo ſparia ampliata impleterentur, conſequenter & ſecundario producendis occaſionem præbere, prout mox planius oſtendemus: Quod autem ab aliis aſſeritur, flatus qui Tympanitis cauſa ſunt, inter meſenterii & inteſtinorũ tunicas progigni, multo adhuc improbabilius videtur, quia cum nulla ibi præexiſtat cavitas, quomodo flatus eas partes ita divellet, & ab invicem ſeparabit, proinde ut à ſpecubus ita efformatis, ventorum cumulis illuc reconditis tota ventris regio in molem in gentem accreſcat? certe tot tantæque continui ſolutiones abſque torminibus continuis, & cruciatibus acerrimis fieri nequeunt: Quamobrem his opinionibus circa Tympanitem poſthabitis, ad pathologiam ejus paulo certius inveſtigandam alia procedamus via, perpendendo ſcilicet quot modis, & quibus de cauſis evidentibus abdomen intumeſcere ſolet: Itaque advertimus quatuor eſſe contentorum genera, à quibus ventris imi ὄγκος in viventibus procedit, (cur in defunctis abdomen intumeſcit, ratio inferius explicabitur) ſunt autem iſta *Solida*, *Humida*, *Flatus & Spiritus*, Primo ſatis obvium eſt Tumores viſcerum internos, ſcil. Scirrhoſos, Strumoſos, Cancroſos, Glanduloſos, & quoſdam forſan alius generis, quando ad molem notabilem aſſurgunt, totum ventrem intumeſacere: interea tamen donec ſimplices & recentes exiſtunt, tactu percipi & circumſcribi poſſunt: poſtea tamen inveteraſcentes in viciniam ſuam, imo in totam abdominis regionem mala alia accerſunt: profecto hi interdum Aſcitis, uti & Tympanitis ab initio ſunt cauſa procatarctica, quibus deinde in utriuſq; morbi complementum cauſa alia conjuncta, ſcil. aquarum illuvies aut ſpirituum inordinatio accedit. Secundo, *Humor aquoſus* intra abdominis cavitatem aggeſtus, aut partibus ejus membraneis, vel glanduloſis impactus, non raro Aſciten producit, cujus rationes & fiendi modos dedimus: Tertio *Flatus* intra coctionis viſcera à cruditate, dyſpepſia, aut humorum diſſimilium fermentatione excitati, non raro inteſtinorum cavitates inflant, atque ventris ὄγκον, plerumque tamen brevem & tranſitorium producunt: Quippe ſuccorum ζυμώσει ceſſante, atque flatuum eruptione procurata, ſubinde ſtatim ventris detumeſcentia ſucceſſit: Huic cauſæ & colica & tympanites non tantum vulgo, ſed etiam à multis magnæ notæ Medicis imputantur, verum noſtra fert ſententia eam ſolitariam neutrum ex iis affectibus producere: Quarto reſtat adhuc alia ſubita, & quidem immanis ventris intumeſcentia, quam ſpiritus animales, (non de nihilo ab *Hippocr.* ὁρμῶντες dicti) ciere videntur: Si quando enim hi fibras nerveas, ad viſcera imi ventris pertinentes, ἀθρόως & inordinate irruent, illico partes quas hæ contexunt, plurimum inflari, diſtendi, & quaquaverſus extumeſcere facient: Enim vero ab hac cauſa ſubitaneum totius abdominis ὄγκον, & inflationem velut Tympaniticam, in paroxyſmis tum colicis tum hyſtericis vulgo dictis, ſcrebro accieri oſtendimus: Et quidem hi affectus Tympaniti in tantum affines ſunt, ut in ipſum non raro deſinant: nam frequenter obſervavi paſſioni colicæ aut hyſtericæ diu ac graviter obnoxios, niſi curantur demum Tympaniticos fieri: Et tunc maxima diſcriminis ratio erit, quod affectio iſta, ſcil. ventris intumeſcentia, quia prius ſymptoma erat vagum & cito pertranſiens, demum *Morbus* fixus & permanens evaſerit: quapropter ex re forte videtur pathematum iſtorum aitiologias, à nobis alibi traditas, ad præſentis morbi naturam & cauſas explican-

das accommodare: Suppoſito ergo membrana
& viſcerum concavorum extenſiones φυσώδεις,
velut inflationes, à ſpirituum in fibras nerveas
quibus contexuntur illi) incurſibus impetuoſis
oriri, ſatis obvium erit concipere Tympaniten à
cauſa, ſed fixiori, & in actu diutius aut perpetim
ſtente produci, in cujus diſcriminis rationem inq
remus, Interim opinari ducor Tympanitem no
flatibus intra vel extra Inteſtinorum cavitates c
cluſis excitari, (talis enim iis in locis flatuum ag
ſtio hujus morbi effectus ſed non cauſa eſt) ver
exoriri quatenus in imo ventre ſpiritus animales
viſcera membranacea ſpectantes, ab incongruo q
dam in ἀταξίας adacti, fibras ubique nerveas tu
tuarie irruunt inflantque, nec ſtatim denuo ab
recedunt: hinc peritonæum extumeſcit, inteſt
extenta & ampliata velut inflantur: Meſenteri
aliaque viſcera membranacea, ſpiritu impetuoſo t
gida, velut in molem attolluntur: Porro dum h
hunt, ut vacuitates à viſcerum concavorum ex
meſcentiis factæ impleantur, humoris ſtatim c
juſvis intus contenti portio in vapores rarefacta, i
co in flatus, ſparia iſthæc inania oberrantes, cec
Profecto ſpiritus animales inordinatione ſua par
membranaceas inflare, adeoque effectus q
φυσώδεις producere alibi oſtendimus: Porro iden
obſervatione anatomica per viviſectionem fa
apertiſſime demonſtratur, in quantum ſcil. tru
cus nervorum octavi paris per cervicem utrin
deſcendens, ſi excipiatur & filo ligatur, totus ill
ventriculus, tanquam à vento inflatus extume
quod certe à nulla præterea cauſa procedere pot
quam quod ſpiritus fibrarum iſtius viſceris in
aliique per ductus nerveos influxi (quatenus à fo
ſuo præciſſi in confuſionem aguntur) partes a
tumultuarie ſubeunt inflantque: Inſuper his ad
potheſin hanc amplius illuſtrandum, libet hic hi
riam à Clar. *Smetio* citatam referre, de Tympar
(uti appellar) univerſali in juvene quodam, qui c
in conflictu ſubter axilla dextra vulnus punctim
ctum, in pectoris cavitatem penetrans accepiſſet,
ſtridie toto corpore, poſt unicam noctem, m
turgidus apparebat, non ſolum pectore ſed & do
ventre, lumbis, imo ſcroto quoque, præterea & b
chiis, humeris, collo vultuque, ut ne palpeb
quidem deducere poſſet, quin etiam in vertice ip
cute ubique diſtenta & tumefacta, tumor ubi
erat tenſus & cum dolore non pauco, Affection
hanc admirandam Author appellat Tympani
univerſalem: Caſum ſimilem affert *Sennertus*: a
men ſymptomatis hujus ratio à *Smetio* aſſignata
à *Senerto* approbata, mihi haud quanquam arrid
quippe adſcribunt illi generalis iſtius Tympan
cauſam in *ſufflationẽ pectoris per vulnus axillare, ſ*
ter cute tota illa nocte factum, quo modo veſicam rec
tem & flaccidam, inſerto calamo à pueris infla
videmus, quod equidem non ſolum improbabile
detur; ſed etiam vix poſſibile cenſemus, ut ventus
thoracis vulnere exufflandus, propter foramen
nocte obturatum, cutem ſubeat, indéque tot
corpus permeans ubique intercus fiat: Præt
quam enim quod illinc in partes omnes ven
erſi per calamum ex ore ſubter cutẽ inſufflaretur,
ſubito tranſire nequiret, inſuper dum vulneris fo
men obturatur, nullus omnino à cavitate pecto
ventus exſufflari poteſt, quia nullus interea poteſt
gredi. At vero ſtupendi iſtius affectus (unde eti
Tympanitis ratio formalis illuſtratur) cauſa p
culdubio hæc eſt, In pectore prope axillas magni
perquam inſignes (prout in Nevrologia noſtra deſ

pſimus) extant nervorum plexus, per, quos nervi ſpinæ dorſi, per ramos & propagines hinc inde miſſas conveniunt: Quapropter plexu iſthoc nerveo, per gladii puncturam forte transfixo, primo ſpiritus ibidem hoſpitantes irritati ἀταξίας ineunt, dein conſenſu per nervos tot eximios ſtatim facto, & quaquaverſus huc illuc tranſmiſſo, ſpiritus alii, & ſubinde alii; pares inordinationes ſubeunt, atque membranas fibraſque nerveas (quas ubique tumultuarie ſubeunt) inflantes, totius corporis affectionem quaſi Tympaniticam inducunt: Propter ſimilem furorem, ſive oeſtrum virulentum ſpiritibus alicubi impreſſum, & inde mox longe lateque diffuſum, toxica quædam epota, telorum aut ferarum ictus, vel morſus venenoſus, ſæpenumero partium una plurium, aut totius corporis intumeſcentiam inducunt: Cujuſmodi ſpirituum affectio Typhodes ab *Helmontio* dicitur *indignatio Archæi*: Complures alii ſubſunt caſus & inſtantiæ, quibus evincitur Spiritus animales irritatos, & in excandeſcentias actos, quatenus fibras nerveas impetuoſius ſubeunt, partes, imprimis membranaceas intumefacere, & multas ex iis paſſiones excitare, quæ vulgo, ſed perperam, flatibus adſcribi ſolent, revera ut Tympanitis nulla alia cauſa veriſimilior aſſignari poſſit: Quod ſi obiicitur defunctorum abdomina, poſt aliquod tempus, à flatu in molem attolli & quaſi tympanitice intumeſcere, dico hoc omnino ab humorum putredine, & extrema mixtionis diſſolutione, inqua particulæ activæ omnes manumiſſæ ab inuicem diſcedunt, & avolantes quaquaverſus exitum quærunt, & obſtacula quæque, ac imprimis cavitatum parietes immaniter diſtendunt (quod minime in viventibus contingit) procedere: quapropter uti cadavera nõ omnia ex ęquo putreſcũt, ita illorum ventres citius aut tardius, magis aut minus extumeſcunt: attamẽ durante vita nulla ſit in corpore animato purredo, aut particularum diſſolutio, ζύμωσιν, ſive intumeſcentiam ſplachnicam illatura: Interea non inficias imus flatus intra pepteos, hæmatoſeos & ſecretionum organa, imo intra ſingulos quoſque corporis noſtri ſpecus & receſſus generari: attamen è ſingulis iſtis, (donec ſpiritus fibras tum nerveas tum motrices rite influunt actuantque, ut viſcerum parietes haud diſtenti ac rigidi teneantur) flatibus ubicunque genitis æque facilis pateſcit exitus: Atque in Tympanite revera flatum ſpacia vacua implere concedimus, verum ſpiritus ipſi, quatenus inordinatione ſua viſcera extendunt, vacuitates iſtas (in quibus flatus ſecundario & conſequenter progignuntur) primo efficiunt, & illi (quatenus viſcera eadem uſque rigida & diſtenta ſervant) neflatus iſti ablegentur impediunt. Hinc conſtare ſatis arbitror Spiritus animales potius quam flatus ejuſmodi ventris intumeſcentias, ſaltem breves & tranſitorias: quales in paroxyſmis colicis & hyſtericis contingunt, excitare: Attamen magna difficultas reſtat quomodo abdominis ὄγκος tympaniticus, qui fixus & permanens, imo plerumque immobilis eſt, à tali cauſa procedit: præſertim quia ſpiritus animales, ex ſua natura irrequieti & valde mobiles, fere ſemper lationem affectant, ut niſi defeſſi, aut defuncti, vix unquam reſideant: Ut nodum hunc ſolvam, conſiderare oportet, una cum ſpirituum animalium hypoſtaſi, *Succum nerveum*, qui iſtis ubiq; pro, vehiculo, ſimulque pro retinaculo eſt: namque ſpiritus hujus fluento ſubtiliſſimo potiti, libere expatiantur, & ne ab invicem diſſipati avolent, in ſerie integra continentur: Si quando igitur latex iſte quoad craſin aut motum ſuum peccat, exinde ſtatim ſpiritus animales in functionum ſuarum exercitiis varie delinquunt aut perverruntur: Et ut iſthæc paucis contraham, imprimis advertere licet, imi ventris contenta (demptis ſolum hepate, liene acrenibus) viſceribus membranaceis (quæ fibræ nerveæ magna ex parte contexunt) plurimis inſtrui: unde ſequitur ſuccum nerveum (cujus in his partibus major ambitus ſimulque anguſtior tranſitus eſt) remora hic plures offendere: quod etiam ab effectu comprobatur, in quantum inſultus ſpaſmodici, in paſſionibus hypochondriacis, colicis, nephriticis & hyſtericis paſſim excitati, abdomen ita graviter infeſtãt. Si quãdo igitur latex iſte fibras harum partium nerveas irrigans, vel ex ſe tenax & viſcidus fuerit, vel iiſdem fæculentias plures impingat, propterea quidem accidet Spiritus animales, ſi quando in has fibras quadantenus obſtructas impetuoſe adigantur, exinde non omnes facile redire, cumque ita ſæpius plenior eorum incurſus, & parcior reditus fiat, tandem eveniet magnas ſpirituum copias in fibras iſtas magis in dies magiſque impactas manere, eaſque diſtentas uſque & plurimum inflatas tenere, demumque propter ituum & redituum in fibris iſtis vias occluſas: ibidẽ prorſus immobiles fieri, atq; partes continentes ſemper extenſas & rigidas ſervare: interea quoniam hi ſpiritus ibidem intra ductus nerveos impacti, ac denſim ſtipati, cum aliis ad illorum antra influis commercium habent, idcirco pars affecta, quamvis rigida, & fere immobilis, uſque tamen ſenſu potitur: Pathologia iſthæc, ut utparadoxa, aſſenſum tamen merebitur, ſi perpendatur eos potiſſimum qui affectibus hypochondriacis, colicis, aliiſque ſimi ventris ſpaſmodicis diu obnoxii fuerunt, demum Tympaniticos fieri: Ex dictis Morbi hujus definitionem hanc tradere licebit, quod ſit, *Tumor abdominis fixus & conſtans, æquabilis, durus, renitens, & à pulſatione ſonitum edens, à partium & viſcerum membranaceorum inflatione τεταμένη ortus, propter ſpiritus animales in fibras iſtas copia nimia adactos, ibidemque ſucci nervei obſtruentis vitio, à receſſu impeditos. cui affectioni conſequenter Flatuum in locis vacuis, aggeſtio velut complementum accedit.* Willis *Pharmacop. rat. part. 2. ſect. 2. cap. 4.*

Observatio XXII.

Ventris Tumor Tympaniticus à flatibus Inteſtina diſtendentibus.

§. 1. Ancilla quædam ex herili filio gravida, promiſſo matrimonio fruſtrata, pepererat, & præ ægritudine animi, in Tympaniam hydropem lapſa moritur.

Cadavere diſſecto univerſa inteſtina, adeoque ventriculus ipſe flatu diſtenta inventa ſunt, & fere excrementorum prorſus vacua, abſque ullo flatu aut humore (ſecundum *Hipp.* lib. 4. aph. 11.) in cavitate peritonæi extra inteſtina conſiſtente, ut merito & vere hydrops ſiccus diceretur. *Smetius miſcellaneorum lib. x. p. 524. & lib. 7. Epiſt. 4.*

§. 2. Puellæ abdomen in modum tympani extenſum fuerat, idque propter flatuum in inteſtinis retentorum copiam, qui illis adeo tenaciter inhærebant, ut ſuperiori æſtare cum aliquo-

aliquoties ipſam purgarem,purgationi ne quidem cederent, Et poſt mortem acie ſcalpc
perfoſſis inteſtinis vix efflarenr, Nec ſolum inteſtina flatu extenſa erant, ſed & ipſe quoq
ventriculus. *Fabritius Hildanus centur.vj.Obſervat.74.*

§. 3. Tympanites ſpurius datur in quo omnino inteſtina flatu extenduntur,nihil hum
ris continentia præter vermium copiam qui ſurripiunt alimentum: Hunc hydropem o
ſervavi in Nobili Patavino x. annorum, qui ſtatim mortuus eſt cum tumore ventris Tyn
panitidem æmulante, Et ſecto corpore omnia inteſtina flatu erant plena, citra ulla excr
menta. In ventriculo autem 33.vermes conſpecti ſunt, & multi ſeſquipedales.*Herc. Saxon.*
Prælect. Pract.part.2.cap.24.

§. 4. Puer xvij. annos natus, hydropicus, cum xiv. dierum ſpatio *excrementa alvi per*
evomeret, nec per ſeceſſum quicquam egereret, in hoſpitali anno 1569. exſpiravit: In h
cum poſt mortem rugitus ventris, & illius quædam palpitatio ſentirentur, eoque nomi
de ſepeliendo corpore ambigeretur, acceṛſitus cum ventrem aperirem, flatus tande
erumpebant: Verum inteſtina tantopere diſtenta erant, ut femoris craſſitiem certis i
locis adæquare viderentur, atque ex compreſſione diſrumperentur, ſtercuſque magno im
petu profunderent: aliis vero locis adeo convoluta, inrorta & implexa, ut nulla illic ne
exerementis nec flatibus deorſum pateret via: Sed & *vermibus vivis*, oblongis quamplu
rimis referta erant, qui rurſum aliis minoribus repleti inæquales illos motus effeceran
Præter hæc, hepar corruptvm, arenullis,lapidibus infarctum lienen imminutum,pulmo
nes vitiatos coſtiſque affixos (ut in aliis multis ſæpe accidere dixi) oſtendebat. *Plater*
Obſervat.pag.656.

§. 5.In inteſtinis & ventriculo retenti flatus, nec dum in ſpatium abdominis procidente
non ſolum colicos cruciatus pariunt, ſed ſi adeo incluſi ſint, ut nullo patente exitu ea i
immenſum adeo attollant, ut totus venter inde diſtentus appareat, Tympaniridis quod
dam genus,& forte frequentius qnam aliud quod illis in ventrem erumpentibas fieri com
muniter docent,procreare poſſunt: Sicuti in illis quos Tympaniticos eſſe putabant, de
prehendimus,flatum nullum in ſectis poſt mortem è ventris cavo erupiſſe,nec ventrem ſub
ſediſſe,ſed inteſtina,renuiora præſertim,adeo flatibus diſtenta & convoluta prodiiſſe,ut i
eundem ventrem reponi amplius nequirent, mirumque fuerit quo pacto in ventre priu
clauſo adhuc contineri potuerint: Quæ & in quodam adeo attenuata ex ſumma illa di
latatione reperimus, ut non ſolum tenuiſſimæ veſicæ inſtar, vento inflatæ & dilatatæ pel-
lucida eſſent, ſed & compreſſione aliqua diſrupta, ſtercora cum flatibus procul effunde-
rent: Cujus Tympanitis cauſa non alia ab ea quæ & alterius exiſtit, flatuum ſcil.proven-
tus,atque inteſtinorum convolutio,vel inſignis obſtructio: Unde & in hac ſpecie nec fla-
tum, nec quicquam per alvum longo ſæpe tempore egerunt. *Idem practicæ lib. 3. cap. d*
Extuberantia.

SCHOLIA.

IN *inteſtinis & ventriculo*] *Fridericus Lepnerus* Introductionis in Medicinam pag.81. Tympanitidis cauſam materialem in ventriculo & inteſtinis quærit,quam Chylum eſſe ſtatuit, qui Flatibus generationem præbeat, Hydropis,*ait* Tympanitis cauſa communiter dicitur eſſe Flatus intra peritonæum concluſus, cujus naturam non incongruè deſcribit *Aëtius*, *Tympanites flatus aëre repleti ac ſuperflui plurimam collectionem in iiſdem ventri incumbentibus locis facit,ut in principio ſola inflatio eſſe videatur: poſtea tamen flatus inſpiſſatur, & veluti nubilus redditur,atque ita una cum flatu nebuloſus quaſi humor conſiſtit & congregatur:* Ex his commode materialem flatuum cauſam perſpicere licet, cum enim flatus dicatur eſſe nebuloſus & inſpiſſatus,certum eſt eundem à materia,lympha vel aqua craſſiori eſſe elevatum,Eadem vero materia craſſior, vel erat ſanguis vel alterius conditionis: Sanguinem non eſſe vel ſolus ſenſus in apertis hydropicis nos docere valet:imo veroſimile eſt crudum magis ſanguine humorem flatibus materiam ſuppeditaſſe: Cum igitur neque ſanguis neque lympha cauſa ſint, reliquum eſt Chylum crudiorem, in ſpatia abdominis è vaſis lacteis effuſum,& circum jacentium partii calore in flatus nubilos & craſſiores elevatum,materialem eorum cauſam eſſe: Confirmant hoc ipſum in Tympanite affectis,læſa ventriculi iteſtinorumque, ob debilem calorem concoctio, à qua in iiſdem viis maxima flatuum copia producitur, certo indicio chylum crudiorē flatibus generandis materiam eſſe aptiſſimam: Huc accedit viæ commoditas, ab inteſtinis enim ductu naturali per vaſa lactea chylus flatulentus ulterius tendens, iis ruptis facile in abdomen penetrat: Rupta vero vel læſa eſſe vaſa lactea indicant lumborum dolores, & diuturna circa umbilicum tormina hunc effectum præcedentia, læſumque meſenterium ſignificantia,quo ſpectat aphot. 4.11.

Liquet hinc quid ſentiendum circa quæſtionem, utrū Tympanites vel Aſcites periculoſior ſit affectus, *Aetius* illum periculoſiorem eſſe dicit, *Iacchinus* Aſciten, quia in Tympanite minor caloris defectus, humida enim ſubſtantia ſine calore in flatum non vertitur, 2.quia malum à ventre ortum ducit, at in Aſcite pars princeps laborat, Sed quamvis minorem in Tympanite caloris defectum eſſe concedamus, attamen ob vaſa Lactea,Lymphaticis præſtantiora,in Tympanite affecta,vel utriſque ob vicinitatem loci ſimul læſis,unde Aſcitæ cum Tympanite conjunctio, a°. materiam magis pertinacem & ſolutu difficilem, cum Ætio, omnium hydropis ſpecierum periculoſiſſimam Tympaniten eſſe ſtatuimus.

§. 6. Octobris 3. die anni 1676. diſſectum fuit cadaver Genevæ virginis xxx. circiter annos natæ, nomine *Lagis*: Per ſeptennium & amplius chloroſi laboraverat, Vultum σιδηροειδὴς χροιὴ defœdabat, ſex ante obitum menſibus diris ventris torminibus, ad lumbos pertingentibus vexabatur, tandem Tympanitica obiit.

Diſſecto cadavere, 1°. occurrunt inteſtina immenſum à flatibus turgida, è quibus compunctis flatus cum ſibilo & impetu erumpebant. 2°. Lien maxime exilis, In quem ægritudinis cauſa præſertim fuit conjecta, quia cum præ parvitate, defæcandæ à ſueco melancholico maſſæ ſanguineæ eſſet impar, hinc illius diffuſio facta per totum corpus & coloris inquinatio: 3°. In centro meſenterii, ſeu Pancreate Aſellii, aderat calculoſæ materiæ, tophum conſiſtentia, colore & poris, ſeu foraminibus, omnino referentis inſignis copia, in fruſta diviſa, quorum alia nucis moſcharæ magnitndinem æquabant, alia avellanas referebant, quædam fabas, piſa, lentes, &c. fœtor inſignis diſquiſitionem ulteriorem prohibuit: Ægra ſectionem & apertionem corporis petiit ante obitum: Excluſerat ab aliquot menſibus nucleos ceraſorum anno præcedente deglutitorum, quos penes ſe ſervat Dn. D. *Cramerus*. 5°. Uterus admodum exilis, ſiccus, in quo obſervabatur ſcirrhoſa durities amgdaliy forma & magnitudine. 6°. Cœcum inteſtinum omnino obliteratum, vermi formis appendix aberat. 7°. Omentum omnino diſſipatum. 8°. Ventriculus maxime turgidus à flatibus, cujus rugæ obliteratæ.

Observatio XXIII.

Tympanites à flatibus intra cavitatem Abdominis.

§. 1. Vidimus ex aperto cadavere nihil aquæ exire, ſed craſſo flatu expirante totum repente ventrem detumeſcere. *Valleſius comm. in lib. 4. de vict. acut. p. 284. Collado Adverſarior. lib. 2. cap. 60. §. 22.*

§. 2. Puellæ febris continua, elatum abdomen in tumorem: Mirum; quomodo *tam ſubito hic tumor* natus: Præ dolote interiit: Acu abdomen mortuæ apertum, magno edito ſono venter totus ſubſedit. *Ballonius Paradigm.* 141.

Scholia.

Quomodo tam ſubito hic tumor] Galenus libro 3. de ſymptome cauſis, *ait* aliquando ardoris vehementia colliquari ſuccos in venis exiſtentes, qui ſi non per renes ad veſicam transferantur, ſed ad ventrem, vel totum corpus tranſmittantur, ſubitaneos hydropum ſtatus inducere: Ab eadem cauſa, vehementi ſcil. calore, poſſunt iidem in flatus ſolui, ſubitaneumque abdominis tumorem inferre; Qualem nycthimeri ſpatio exortum vidi anno 1669. in Nobiliſſimo *D. Marco Cavalerio Domino de Fernex*, cui ob ἀκρωτομίαν viſcera incanduerant tertio die funeſtum.

Præ dolore interiit] Ob diſtenſionem membranarum ſubjectarum, Horum flatuum in abdomen irrumpentium minerá in ventriculo & inteſtinis ſtatuit *Platerus* Prax. lib. 3. cap. 3. cum alia non ſint viſcera in ventre inferiore in quibus flatus tam copioſè congeri poſſint: Cæterum per quam viam fiat hoc, dubium, Nam per cæcos meatus ventriculi vel inteſtinorum eos erumpere, cum etiam tenuiſſimis membranis facile coerceantur, & humor tenuis facilius tranſſudet quam flatus erumpat, vix fieri poſſe videtur: Nec per ſolutionem aliquam continui manifeſtam in illis viſceribus, alias excrementa alia ſimul elaberentur, Itaque in oſcula venanum meſaraicatũ, ſi ab inteſtinis vel ventriculo flatus in abdomen ferantur, eos primum ſe inſinuare, atque ex venis meſaraicis rurſum eodem modo, ſicuti ſeroſum humorem inde quoque elabi dictum, in ventris ſpatium procidere magis veriſimile exiſtit, quod & aqua cum flatibus in tympanite plerumque permiſta, hæc ſimul per eandem viam huc perveniſſe aliquo pacto comprobat: Poſſunt quoque flatus per inteſtinorum tunicam interiorem in exteriorem penetrando, illis meſenterium, ubi illi connaſcitur, ſe ingerere, atque inter duas illius tunicas coerciti, eas tandem permeantes abdomini inſeri: Sed maxima flatuum copia nenda ſupponende, à qua diſtendantur adeo inteſtina, ut attenuata ad extremum uſque eos tranſmittere poſſint. Vide proxime Lepner Sententiam.

Observatio XXIV.

Hydropicorum abdomen non aquis ſolum, ſed & flatibus diſtentum turget.

Vidi id aliquoties in diſſectionibus hydropicorum, videlicet præter humorem ſeroſum, flatum quoque in abdomine fuiſſe collectum.

Scholia.

Rato flatus Tympanitis efficiens ſolus in abdomine continetur, ſed plerumque aquæ permixtus: quemadmodum etiam in aſcite non aqua ſola, ſed flatus etiam in abdomine continetur, & uterque à prædominante nomen mutuatur: *Riverius.*

Observatio XXV.

Ventris Tumor flatulentus & aquoſus, à ventriculo poſt inflammationem perforato.

D. Salvatoris Medici vxor 18. annorum, cui nunquam menſtrua effluxcrant, quæ mu ris menſibus antea laborarar quartana, ſplenemque magnum habebat, Illi vent nonnihil intumeſcebat, licet nulla de re conquereretur, ira ur dubium eſſer an prægnan die 25. Octob. incidit in dolorem ingentem ſcapulæ lateris ſiniſtri, vix porerar corpus mo vere, febricitabat, conquerebatur de hypochondriorum dolore, maxime de ſiniſtro, vom turiebat, & ructus emirrebat, venter admodum intumuit, & ſubito difficulrer ſpirabat, den tibus inrerdum ſtridebat, dolebant lumbi, potum appetebar quem raro reiiciebar: Vire ſtatim proſtratæ, 29. mane, circa 2. aut 3. obiit, ſemper mente conſtans

Ex aperto ventre ingens copia flatus erupit, fœtidi admodum, Inter inteſtina & perito næum multus humor aderar, circa latus ſiniſtrum apparuit pinguedo innatans, quæ ſuſ picionem præbuit eſſe vel ex enemaris vel ex juſculis, Rem inquiſivimus, invenimus fora men circa mediam ventriculi parrem, ad fundum, ubi iungitur epiploon cum ventricul prope Colon, verſus ſiniſtrum latus, magnitudinis digiti, Epiploon, ventriculi tunica ter tia, hepatis tunica, & ligamentum ſuſpendens, omnia eranr putrida: ventriculus adhuc bene habebat: Intus conrinebantur multá nigricantia, ira ur videretur humor melancholicus: Pridie ſupremi diei ſanguinem concretum longitudine dodrantali excreverat, præter eum grumum nullum, Splen derumuerat.

SCHOLIA.

QVum quæſtio eſſet orta quis morbus eſſet, concluſimus ruiſſe inflammationem ventriculi quæ ſuppurata eſſet: Cauſam ſuſpirabamur forte fuiſſe excretum ſanguinem vel regurgitantem à ſplene, qui circa ventriculi tunicas impactus inflammationem peperiſſet: Sanguinem autem excretum credidi fuiſſe ab aliqua venula aperta dum tumor rumperetur. *Ex obſervat. Joh. Bauhini.*

Observatio XXVI.

Ventris Tumor Tympaniticus, ob venenum inductus, à quo vitiatum hepar.

§. 1. PVellulæ annuæ, veneno interemptæ, Abdomen admodum intumverat: Iecur pallidum, imo albicans ex validu inremperie frigida: Inteſtina omnia, Colon præſertim, flatibus turgebant. *Vide lib. 4. tit. de morbis ignotis.*

§. 2. Quidam vxori venenum dedit quo facta eſt Tympanitica: Iecoris ſuperficies tota nigerrima reperta eſt. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio XXVII.

Ventris Tumor Tympaniticus à Liene maximo, pluribus membranis (inter quas aqua continebatur) involuto, &c.

SÆpe natura in formanda una corporis parte deficit, luxuriando in altera: Ira accidit cuidam Illuſtriſſimæ Baroniſſæ, hydrope tympaniride ſuccumbenti: ambo enim Pulmonis lobi, ſcilicet ſuperior arque inferior ſiniſtri lateris defuerunt, non ex ulcere conſumpri, quia citatrices ad fuiſſent; ſed quia natura defecit in eorum productione, alio diſtribuendo: Ventriculus magnus adfuit, cui à Liene vas breve amplum, ſine valvulis communicabatur, per quod potus frigidus quam primum Lienem ſubivit: Lien erat ponderis ℔ vj. ß. novem contextus denſis membranis, inter quas aquæ limpidiſſimæ portio aſſervabatur, baſis vero ejuſdem fuit caro rubicundiſſimi coloris, ſolidæque ſubſtantiæ ad ℔ j. Locum præ pondere mutavir, hypogaſtrium occupans ſpatio 24. annorum, nihilo tamen minus tres proles vtero geſſit: Inteſtina tantum tria apparuerunt, Iejunum, Colon amplum, ſolitoque craſſius, & Rectum: horum longitudo, non quatuordecim ulnarum Patavinarum, ſecundum *Spigelium*, ſed tantum trium viſebatur: Narura ergo cum defecit in producendis medio pulmone, parvo hepate & brevibus inteſtinis, ſupplevit defectum in Liene. *Antonius de Pozzis. obſerv. xxx. Miſcell. cur. anni* 1674.

Observatio XXVIII.

Ventris Tumor Tympaniticus à venis meſenterii arefactis.

QVidam Tympanite interiir, Glandulæ meſenterii aruerant plane, ut Sicci hydropis cauſa inde accerſenda foret. *Ballonius Epidem. lib. 2. p. 221.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

DE cauſa efficiente flatuum diſcrepant inter ſe authores, aliis frigidam intemperiem accuſantibus, aliis calidam: At certe agnoſcendum eſt cum doctiſſimis authoribus, materiam Tympaniti generandæ magis idoneam, eſſe humorem melancholicum aduſtum & attabilarium, qui à calore viſcerum torrefaciente generatur: qui quidem calor, eandem materiam exagitat, & ex ea flatus craſſos ac difficile reſolubiles educit: *Riverius.* Hinc hypochondriaci Hydropem facile incurrunt ob calidam & ſiccam intemperiem ventriculi & inteſtinorum, quæ facile ad meſenterium derivatur, unde ariditas illi conciliatur & glandulis.

Hinc notat *Varthon* Adenographiæ cap.xi.obſervaſſe ſe in illis qui cachexia, hydrope, ſcorbuto, morbo veneteo objerant, meſenteria ut plurimum friabilia, maleque cohærentia, ita ut leviſſimo negotio pars à parte divelli potuerit.

OBSERVATIO XXIX.

Ventris Tumor Aſciticus & Tympaniticus à Iecore retorrido, indurato Liene, Rene putrido, Inteſtinis ſyderatis.

CReber ſpiritus cum aqua ubi diſtenderent abdomen Matthæi Antonii, *Τυμπανίτης* vocatur Græcis, ſategit ipſe pro virili parte corrigere alliatis illam intemperiem, vel potius imbecillitatem quæ ponitur mali cauſa, ſed accendit illis uſque eo Lienem obſtructum, utique *bilem atram (qua redundabat)* per ſe ſatis turgidam, ut per reſeratas ventriculi ac Lienis venas, eruperit ipſi ſupra infraque tam frequens cruor, ut peſſum iviſſet niſi impetum illius illico frænaſſent, cum ſanguis mature miſſus, tum puluis corallorum, aliaque inſpiſſantia actutum potui data: Quorum ope ſuperauit quidem tempeſtatem ab allio improviſe excitatam, ſed nequaquam imbecillitatem viſcerum: nedum ſpiritum vel aquam, *cujus Tympanites nunquam eſt expers.*

Facta autem poſt mortem ſecandi copia, vidimus perſpicue quam inconſideratè dentur ſæpenumero hydropicis alliata aliave potentiora vina: Intumerat quippe Lien: Hepar retorridum exaruerat: Inteſtina erant ſyderata: Ren putridus, & in ventre ultra xxx. libræ aquæ: Memini aliquando in ſimili hydrope; ob continuum uſum vini malvatici ab Empirico præſcripti, adeo inflammata fuiſſe viſcera, ut os non modo repleretur aphthis, ſed ignoraret ægra præ ſiccitate quo ſe verteret, donec miſeriæ finem invenerit magis mors quam Medicus. *Nic.Tulpius obſerv.lib.2.cap.35.*

SCHOLIA.

B*Ilem atram, &c.*] Tympanitidis cauſam intemperiem frigidam multi ſtatuunt, quod ex *Galeno* flatus à debili calore generentur: Sed allatū exemplum clare oſtendit materiæ indoli cauſam potius adſcribendam, caloríque intenſiori ac præternaturali: Revera materia Tympaniti generando omnium aptiſſima eſt humor melancholicus retorridus & atrabilarius, ab æſtu viſcerum genitus: Conſtat eos quibus atra bilis ventriculo ſubſtrata eſt flatibus redundare, ructuſque plurimos edere. Vide *Chriſt. Guarinonium* conſ.563. *Sennertum* lib.3.p.6.ſ.2.c.4.quæſt.1.

OBSERVATIO XXX.

Tumor ventris Aſciticus & Tympaniticus, ſalvo Iecore genitus & aliis viſceribus.

VIr fere ſexagenarius, ſatis alioquin corpulentus, tota ætate largius & avidius comedens, aliquot menſibus antequam ipſi per aquæ accumulationem in manifeſtum tumorem attolleretur venter, quotieſcunque aſſidens menſæ cibum ſumpturus & jam mandere cibum aggrederetur, tanta corripiebatur *anhelandi difficultate*, ut præ ſpiritus denſitate, ſuffocationis periculum præ ſe ferret: ex eo ſemimanſum ex ore reiicere ſubinde cogeretur: Item hoc ſymptoma incurrebat quoties *ad ſomnum ſe componens jam obdormiſcere inciperet*, qua anhelandi crebritate & difficultate è ſommo ſe rurſus corripere ac ſtatim erigere cogebatur: neq; tamen ſemper neque æque graviter moleſtabatur: Ipſe vero affirmabat ſe eo tempore percipere circa hypochondria palpitationem quandam, atque omnino tale quid ac ſi præcordiis aliquid vivi animalis ſubeſſet, cujus palpitatione hoc ſibi ſymptoma excitaretur.

Hic vir tandem Aſcite periit, cujus hepar, cum aperiretur illi abdomen, quod ad externam ejus faciem attinet, imo diſſectum, *nihil ferè à ſani Hepatis conſtitutione differre videbatur*,: neque quicquam in eo vitii, ſicut nec in ullo alio viſcere oculis notari poterat: Frater hujus hydropici duobus vel tribus annis poſt, ejuſdem & ætatis & corpulentiæ cum fratre, itidem aſciticus factus, idem prorſus patiebatur, anhelationem dictam quod attinet, idque non tam inter comedendum quam per ſomnum, vel dum obdormiſcere conaretur: *Ex obſervationibus Franciſci Tidicæi Medici Thorunenſis Boruſſi.*

SCHOLIA.

A*Nhelandi difficultate*] Hujus rarioris, ut arbitror, adeoque mihi ſymptomatis cauſam neſcio an alio quam ad flatuum circa diaphragma concluſorum exagitationem, per calorem intro ſe colligentem in paſtu & ſomno, referre debeam: quæ exagitatio alteri ſedata eſt pomi, utpote frigidiuſculum quod ſit, comeſtione: Duobus his tale quid eo facilius accidere potuit, propter anguſtiora præcordia ex carnoſæ molis

molis & pinguedinis copia, unde flatus in anguſtum acti, exciti ramen, palpitationis hujuſmodi cauſę extiterunt. *Idem.*

Nil fere à ſani hepatis, &c.] Quia conſtat ſine hepatis læſione hydropem eſſe non poſſe, ſive jam pimo, ſive ſecundario; & per conſenſum noxam contraxerit, ſequitur partis alicujus nativam temperiem, adeóque Hepatis virtutem, ſanguinis procreatricem, eſſe labefactatam ac penitus deſtructam, etiamſi nihil vitii ſenſui ſe offerebat: ſicut ſæpe aroma quoddam integrum videtur, in quo tamen ſenſum odoratus & guſtus ſi conſulas, vis omnis exoleta eſt. *Idem.*

Ad ſomnum ſe componens jam obdormiſcere, &c.]

Cum *Tidicaus* apertionis tantum abdominis me nerit, cujus integra omnia fuerint viſcera, jure c ſuſpicari poſſet ambos illos fratres hydrope pect (qui tandem in abdominis hydropem deſinit) la ralle, cujus affectus hoc affertur pathognomonic ſignum, & quo ſolo à cæteris dyſpnoeæ ſpeciebus ſtinguitur, nimirum ſpirandi difficultas primo quoq ſomni tempore invadens eumque intercipiens, Q quod contigerit cibum ſumpturis, cauſa eſſe pot ventriculi & diaphragmatis vicinia, cui aquæ pectore concluſa incumbunt: a cibo præterea compreſſum ingeſto fuit ſeptum

Observatio XXXI.

Tumor ventris Tympinaticus & Aſciticus cum epigeneſi in Paralyſin.

Simon Seidel, civis & lanio Thorunenſis, vir robuſtus & plethoricus, ann. 59. cum jam pluribus annis de magna ventriculi & abdominis flatulentia conqueretur, ea quotid. magis ingraveſcens, tandun in hydropē tympanitico aſciten erupit, cui ego an. 1674. 13. Ianv. in conſilium vocatus ſequentem potionem purgantem exhibui ℞. *Spec. decocti aper m. jß. flor. chamæm. m. ß. rad. foen.* ʒ*vj. Coq. ſ. a. in ſ. aqu. chamæm. colat. fortiter expr.* ℥*ijß. adde Elec lax. extr. fol. Senn. noſtr.* ℥*ß. reſin. ſcamm. Ialap. ana gr. iij. crem. Tart.* ℈*j. aq. cinnam. cord.* ʒ*j. m. Hauſtus.* A cujus uſu, poſt dejectiones copioſas, cum euphoria ſolutus bene habuit: Sed Febru. rurſum male ſe habens me vocavit, ubi tum ab obſtructione alvina, & diſtenſion ventris à flatibus valde angebatur: urina erat tincta, pulſus parvus, ſitis maxima, Præſcrip ei iſta die ſequens laxativum. ℞. *acq. laxat. noſtræ* ʒ*ijß. pulv. lax.* ʒ*ß. Iulep. roſ. q. ſ. ad gratan dulcedinem, m. pro una doſi*, indéque blandas habuit dejectiones, Cum vero conſtipatio alv ipſi valde eſſet moleſta, ordinavi ſequens Electuar: alternis diebus ſumendum, quantita te juglandis ℞. *Elect. lax. extr. fol. Sennæ noſtr.* ℥*ij. admiſcendo reſin. ſcamm. gialapp. ana gr. iij. crem Tart.* ℈*ß. m. exactiſſime.* Hoc fere quotidie cum ſucceſſu utebatur: Diebus ab Elect. libe ris, nonnunquam circa veſperam etiam iſtas Rotulas aſſumebat. ℞. *Spec. diarr. abb. aromat roſ. aa.* ʒ*iß. Ebor. ppti* ʒ*j. olei ſtill. fœnic. carvi. aa. gtt. v. ſacch. canar. alb. in ſuff. q. aq. cinam. cord. diſſol.* ℥*iv. f. l. a. Rot. ſumantur* 13. *vel* 15. *una vice.* Sed reſpiratio in dies difficilior reddebatur, vires autem debiliores: quare 3. Febr. hunc Pulverem ordinavimus. ℞. *Ol. deſtill. carvj. cimin. aniſi fœnic. aa. gtt. ij. ſacch. canar. alb.* ℈*iv me. f. Pulvis*, Poſt cujus uſum etiam melius habuit; Dein iſtud Linim. pro inunctione totius abdominis, ℞. *Vngu. de arthan. deoppilat. aa.* ℥*ß. ol. rutac.* ʒ*vj. ol. deſtill. carvi, fœnit. cymin. aniſ. aa.* ℈*ß. me.* Sed die 4. Februar. virium roborandarum gratia talem Iulepum exhibuimus, ℞. *Conſ. flor. anthos borrag. bugl. violar. aa.* ʒ*ij. cum aq. hyſſop. cap. ven. aa.* ℥*ivß.* ebulliant in diplomate clauſo: Colat. fortiter expreſſæ admiſce. *aq. roſar. fragr.* ʒ*x. aq. cinnam. cordial.* ʒ*vj. me.* Cum interea lotium nonniſi difficillime & in pauca quantitate redderet, aſſumpta ſequenti miſtura, illud copioſius effluebat, quæ talis fuit. ℞. *Elixir. Propr. Parac. Eſſentiæ abſinth. aa.* ʒ*j. ſpir. ſal. dulcis ol. deſtillat. carui, cymin. aniſ. fœnit. aa. gtt. v. m. doſis gtt.* 9. ad 15. Die 9. Februar. mane adhuc omnia in optimo ſtatu perſiſtebant, qua etiam à meridie paracenteſin circa umbilicū ad aquam educendam inſtituere volebamus, ſed hora 3. pomeridiana, Paralyſi totius lateris ſiniſtri tactus eſt, motu & ſenſu tam brachii quam pedis ablatis, ſed loquela & ſenſibus internis uſque ad mortem integris permanentibus, & quamvis naturam in depellendo affectu iſto juvaremus, ut ℞. *Conſerv. flor. anthos, ſalviæ, lavend. beton. libior. conv. aa.* ʒ*ij. cum aq. beton. ceraſ. nigr. flor. tiliæ, paon. card. ben.* ℥*j.* ebuliant in diplomate clauſo, colat. fortiter expr. adde *aqu. cinnā. cord.* ʒ*x. apopl. Langii* ʒ*ij. m*. pro Iulepo cochleatim ſumendo, Item ℞. *Pulv. marchion.* ʒ*ß. ſpec. dianth. diamoſch. d. aa.* ℈*ß.* m. f. Pulvis pro una dozi, Item ℞. *mell. ad denſitatem cocti q. ſ. ſpecier. hieræ cum Agar.* ʒ*j. trochiſc. de Agar.* ℈*ß. ſalis gemm.* ℈*j.* Fiat l. a. Suppoſitorium, fruſtra tamen omnia adhibita ſunt, nam die 12. Febr. hora XI. nocturna placide in Chriſto abdormiuit.

Cadavere poſt mortem aperto, humor paucus, ſed flatus in magna copia reperiebatur, quod mirum, cum ſtutim poſt uſum miſturæ ſuperius deſcriptæ cum urina ſerum dies noctesque flueret.

SCHOLIA.

Atque hæc eſt vera epigeneſis, cujus diverſa genera deſcribentem vide *Steph. Rod. à Caſtro, in Opuſc. Quæ ex Quibus* lib. 1. cap. 11. uſque ad 17. Præſertim confer cum præſenti caſu cap. 3. de epigeneſi in morbum toto genere diverſum: Adde etiam cap. 25. ejuſdem libri de Hydropis epigenom. Quibus majoris elucidationis gratia, operę pretium videtur ſubjungere dignam Car. Piſonis obſervationem de morbis à ſero p. m. 33. Fluxiones, *ait*, omnis generis, & affectus p. n. quorum cauſa materialis eſt ſerum, invadunt affliguntque præſertim ſiniſtras partes, ex quo quia natura in his rectitudinem pro more ſervat cum viſcere, quod eſt fons ſeroſi humoris, hunc eſſe Lienem, quippe ſiniſtrum hypochondrium occupantem, arguere eſt. *Simon Schultzius in miſcell. cur. ann. 1674. 75. & p. 183.*

Obſerv

S C H O L I A.

HAne partem corporis tumore p. n. affici poſſe facillime patet, quando perperdimus copioſa vaſorum ſerie corpus illud membranoſum præditum eſſe, ut mirum non ſit materiam p. n. ad hanc partem deponi poſſe, præſertim cum alias apud omnes in confeſſo ſit nobiliores partes, id quod noxium eſt, ad ignobiliores ablegare: quod ex ipſo *Hipp.* colligitur lib. de Glandulis, dum *inquit*, copioſiorem humiditatem ab inteſtinis ad glandulas proprias ἀθρόως influentem, in omento, velut æſtuario conſervari, Omentum ex humoribus affluentibus intumeſcere, non tantum ratio, ſed etiam obſervatio teſtatur; ſicuti videre licet apud *Veſalium*, qui Omentum quinque librarum pondus æquaſſe vidit, cum naturaliter ſeſe habens vix ſemilibræ pondus excedat: *Riolanus* Anthropogr. lib. 2. cap. 11. mentionem facit Omenti glanduloſi, quod totam illuviem infimi ventris ſuſceperit, liene, cum menſenterio & pancreate, putredine fere conſumptis: An autem hic vel ſimilis tumor curabilis ſit, valde dubium eſt, præſertim cum tales excreſcentiæ non aliter quam ferro curari velint; at quomodo in ejuſmodi tumore interno ſine vitæ periculo hoc fieri poſſit, non video: Si quis tamen ſagaci conjectura principium tumo[ris] obſervabit, non dubitandum quin uſu contin[uo] diſcutientium & reſolventium fortiorum aliq[uid] præſtare poſſit: *Difficulter* enim, inquit *Senner[tus]* lib. 3. pract. p. 3. c. 8. humores vitioſi in Omenti [ve]nas & ſubſtantiam effuſi vacuantur, quia vena[rum] illarum orificia in locum evacuationi aptum non [de]hiſcunt, ut venæ meſaraicæ: Et ſi evacuari debe[ant], neceſſe eſt ut regurgitent ad loca per quæ ſunt [il]lapſi, quod veriſimile non eſt fieri poſſe, cum e[x]pultrix hujus partis valde debilis eſſe videatur: Ca[u]ſam autem generationis hujus tumoris, eandem ſt[a]tuimus cum aliis excreſcentiis diverſarum parti[um] corporis, ubi plus alimenti colligitur in aliqua pa[r]te quam pro nutritione convenienti requiritur: F[ui]tuit ergo craſſioribus exiſtentibus membra[nis] Omenti, vaſis apertis, materia craſſior, & ad ge[ne]rationem ſcirrhoſi tumoris conveniens ſenſim col[li]gi, quod per annos quamplurimos forte factum fu[it]. Nec mirum vitæ functionibus integris tam diutur[no] tempore partem illam in ejuſmodi molem excreſce[re] potuiſſe, cum Omentum ſit pars ignobilior, prim[a]riæ cuidam functioni non deſtinata.

§. 2. Nos vidimus Omentum ſcirrhoſum, totam epigaſtrii regionem occupans, & qua[t]tuor digitorum tranſverſorum craſſitudinem æquans; *Ille autem Tumor* lienis colorem refe[re]rebat &c. *Vide hiſtor. lib. 1. tit. de Melancholia.*

S C H O L I A.

OMentum pars mollis eſt & adipoſa, & recipiendis humoribus aliunde confluentibus, propter laxitatem maxime idonea, Venas enim à porta capit, & quidem ſuperior membrana utramque gaſtro-epiploidem dextram & ſiniſtram: inferior epiploidem dextram & poſticam: arterias totidem à cœliaco & meſenterico ramo, ideo facile humores vitioſi omnis generis in id confluere poſſunt: Et cum omentum iis tantum partibus adhæreſcat, ad quos rami ſplenici ſurculi perveniunt, facile etiam à liene humores vitioſos & fæculentos ſuſcipere poteſt: *Sennertus pract. l. 3. p. 3. c. 8.* Ea autem de cauſa Omentum in prædicto cadavere Lienis colorem referebat, à ſuſcepto inde tumore melancholico.

Ille autem Tumor] Cum Omenti tumores à meſenterii tumoribus nulla arte diſtingui valeant: ideo certa illorum diagnoſis ſtatui non poteſt: Verum quidem eſt tumores Omenti primo contactu facilius percipi, cum peritonæo immediate ſubjectum ſit, meſenterium vero profundiorem obtineat ſitum: Se[d] tumores meſenterii grandiores ad peritonæum aſcendunt, imo vero cum eo & muſculis epigaſtrii ita interdum uniuntur, ut ſuppuratione facta per umbilicum aut partes alias externas expurgentur: Hæc tamen diagnoſis difficultas curationi non efficit: quandoquidem omnibus tumoribus ejuſdem ſpeciei ventris inferioris partes occupantibus, eadem adhibetur medela; quæ tamen in omento infelicius ſuccedit, quandoquidem non habet vias ita idoneas, quemadmodum reliquæ partes, per quas expurgari valeat. *Riverius l. c.*

§. 3. Virgo per ſex annos ex ingenti corporis intumeſcentia ulnas duas & quartam unam in circumferentia ſuperante ſuffocata obiit. Abdomine aperto menſuræ xlvj. humoris effluebant: Omentum duplicatum omni ex parte ſanioſum, aliis officinæ naturalis viſceribus optime conſtitutis. *Vide lib. 2. tit. de Suffocatione.*

§. 4. Forte dum ægræ Hydropicæ medicabar, diſſectus ab Exc. D. D. *Stenonio* Rangifer, qui ex hydrope obierat, itidem oſtendit nonnullas Glandulas Omenti ſcirrhoſas, & nonnullas pure viridi refertas, quod iterum nos confirmavit de Glandulis Omenti fœminei ſimiliter propemodum affectis: Quanquam fortaſſe nec meſenterii glandulæ in hac matrona immunes fuerint. *Obſervatio Olai Borrichii in Actis Med. Bartholini anni* 1673. *Obſervatio lxxxiv.*

§. 5. Virgo Cachectica abdomen habebat circa regionem umbilicalem duriuſculum & ſubtumidum: Omentum illi erat incraſſatum & fere coriaceum. *Vide tit. de Cachexia.*

§. 6. Ruſtica credebat ſe ranas tres viventes in ventre geſtare, tandem Aſcitica facta obiit: Inciſo peritonæo, aqua qualis hydropicorum effluxit: apparuerunt autem tres excreſcentiæ, quas capita ranarum putabat, at Glandulas Omenti ſcirrhoſas deprehendimus, Adnatus tandem tumor Omenti ſcirrhoſus totus videbatur. *Vide lib. 1. tit. de Melancholia.*

APPENDIX.

De ſimili ventris Tumore hydropico in fœmina à Glandul. Omenti inuſitatæ magnitudinis.

Anna Lambertia 40. annorum fœmina, cæteroquin laudabilis temperamenti, ſenſit paulatim ex moleſtiis itinerum & diætæ vitiis ſibi diſtendi ventrem: non æquali quidem tumore, ſed nodis hinc inde duris, ſcirrhoſis & doloris ſenſu deſtitutis molliciem diſtinguentibus, quos conſpicari exterius non licebat, ſed tactu profundiori, uterat macilenta, facile ſentire: hos inter unus capite infantis major verſus lienem magis declinabat, ſed inconſtanter, alio enim motu corporis in dextrum latus nonnihil vergebat, digitis etiam prementibus non difficulter cedens, quiſcentibus ſubter inteſtinis, ut Omenti male affecti vitium facile intelligeretur: Conatus erat omnia Medicus ordinarius, & ex arte præbuerat cathartica, incidentia, chalybeata, alia, fructu quidem, quæ erat mali pertinacia & invicta ſcirrhorum durities, non magno, ſed ſpe, ſi perſeveraretur conſtanter, majori: Verum illa in medio curſu pertæſa pharmacorum, naturæ aliquandiu omnia commiſit: Interea pedetentim flaccеſcere ſuperiora, creſcere venter, imminui profluxus urinæ, & malum in verum hydropem degenerare: Quo viſo turbatior Hafniam tranſlata eſt, & arbitrio D. D. *Sim. Paulli, Frid. Hammerici* & meo permiſſu toris ſex hebdomadibus medicamentis convenientibus uſurpandis morigeram ſeſe declaravit, jamque detumeſcere manifeſte venter cœperat, & urina largius profluere, cum iterum palpandum ſe nobis offerret inſolitus ille Omenti ſcirrhus (diu enim contrectationem prohibuerat tenſum duriſſime abdomen) ſed ille obſirmatæ adeo duritiei, ut ab arte Medica integram promittere ſanitatem tuto non liceret: Inſtandum tamen ſuaſimus, vinci quandoque longo patientique medicamentorum uſu ea quæ æſtimantur inſanabilia, ſed illa ingruente hyeme de curis domeſticis ſollicita, ſpondenſque ex præſcripto noſtro ſe poſt domi victuram, ad ſuos diſceſſit: ibique in uſurpandi ſegnitiem paulatim relapſa, & ſubinde Agyrtarum vocibus auſcultans, in antiquum abdominis tumorem incidit, hoc uno felicior quod largius adhuc profluat urina & ciborum appetitus conſter, adeoque par rebus domeſticis gerendis etiamnum deprehendatur, cum antea totos fere dies lectulo affixa detineretur: Interea cum noſtræ adhuc fidei permiſſa, pharmacis ſeroſam colluviem expurgantibus alternis fere diebus uteretur, multum ſemper ſeri excluſit ſed nigerrimi & atramenti propemodum æmuli, ut non leviter admiraremur infauſtum copioſiſſimi illius liquoris colorem, cum neque adhuc nos chalybem adhibuiſſemus; nec totis ſex menſibus, ut Medicus ordinarius aſſeruerat, quicquam chalybeati deguſtaſſet: chalybeata autem jam ante dimidium annum propinata tamdiu in viſceribus latere potuiſſe, ut tingerent poſtea liquores, difficile pronuntiatu: Ex liene vel vaſis, vel parenchymate tantum profluxiſſe iterum difficile, præſertim cum nec ſit melancholici genii, nec lienis majuſculi & acidorum abſtinentiſſima. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XXXIV.

Ventris tumor pro hydrope habitus, à Splene immenſæ magnitudinis & Iecore magno. 1. *A Liene totum abdomen occupante.* 2. 3. *Ob Lienem molis extraordinariæ, ligamentis ſolutum.* 4. 5. *Ob Lienem monſtroſum alieno loco hærentem.* 6. *Ob Hepatis inſignem magnitudinem.* 7.

§. 1. Dominicus Penſo 39. annos natus, natura inſignis, ſed qui multa in diæta errata commiſit, quorum occaſione jam abhinc xij. annis magno abdominis tumore, & crurum pedumque inflatione, ſimul cum anhelitus difficultate laborare cœpit, adeo ut pro vero hydropico & perperam curatus fuerit: at ne tantillum quidem profueret tamque fortia medicamenta, quin ærumnoſo cruciatu finierit vitam.

Facta abdominis apertione, inter notatu digniſſima, ablatis abdominis muſculis, diſſectoque peritonæo, ecce ſtatim procedit Lien maximus, latiſſimus, ita ut totum impleret abdomen, ſuppreſſis & ventriculo & inteſtinis, qui ab omnibus partibus liberatus, bona fide 23. libras boni ponderis libravit: moxque in modum crucis diviſus, ejus ſubſtantia ſanorum viſceris ſubſtantiæ omnino reſpondebat, nihil quoad colorem mutatus, niſi quod ſanguis in eo contentus non ita ater fuerit, prout eſſe ſoler: ſed ob copioſiſſimum potum quo nutriebatur, ſubalbidus erat & valde denſus: παρέγχυμα ſimillimum habebat Jecori, quod valde durum, obſtructum & ſatis magnum reperi, nam libratum pendebat xi. libras, ventriculus vero tam parvus erat, ut vix veſiculæ effigiem referret. Reliqua naturaliter erant conſtituta. *Ex obſervat. Georgii Garneri Medici.*

SCHOLIA.

De magnis Lienibus, intra naturæ limites, vide ſect. xvj. Obſervat. xij. & xiij. hujus libri.

§. 2. Vidi anno 1593. in quadam virgine juvene totum abdomen à Liene occupatur ipſumque ita extuberantem, ut videretur hæc virgo Hydrope laborare: Imo quod gravi ſimi Medici in aſpectu cadaveris iſtius mulieris diſſecti, ſe deceptos fuiſſe faſſi ſunt: Er. molli abdomine, & ſuffocara, quemadmodum Hydrope laborantibus accidit, de vi diſceſſit. *Hippolitus Boſcus de Facultate Anat. Lect. 2. p. 14.*

§. 3. Duplicem Lienem in muliere quadam publice diſſecta in Scholis anno 1569. Ex cell. Pater meus reperit, Et aliam mulierem ſe ſecaſſe fatetur habentem ſcirrhum Lieni appenſum inteſtino Colon dicto, & in tantam molem exeretum ut totum fere abdomen re pleret, ita ut abſumpti viderentur Renes, Heparque ſuam amiſiſſe formam, & pendeba libras triginta tres, & mulier tali affectu laboravit per decem & ſeptem annos, ſuaſque ob bat operationes, & fuit hoc actum anno 1570. *Hipp. Boſcus de Facultate Anat. Lect. 2. pag. 1.*

§. 4. Secando Comitem Auſimondianum, offendimus Lienem qua mole qua ponder viſendum: amplius enim quinque libras pependit: Inſuper omnibus quibus adnecti de buit ligamentis, ſolutum; ideo natantem per totam ventris capacitatem. *Cabrollius Obſer vat. Anatom. 6.*

§. 5. Situs Lienis interdum mutatur, dum laxatis ſuis ligamentis pondere ſuo deorſu propendet, vel ruptis procumbit in hypogaſtrium, quod mihi quater viſum. *Riolanus En cheir. lib. 2. cap. 26.*

§. 6. Mulier 48. ann. macilenta, melancholica, miſere aliquot annos traduxerat, tan dem incepit Abdominis ſiniſtro latere obſervare tumorem, qui in principio graviditati ſuſpicionem omnibus inferebat, aſt menſibus aliquot effluxis, imo anno integro præter lapſo vanam eam repererunt: Illa interim opem meam implorare coacta, quod præter quam quod gingivarum, imo totius oris corruptione, dolorifica corporis laſſitudine, alv duritie, variiſque aliis ſymptomatibus affligeretur, in dies tumor hic augmentum ſumer obſervaretur, cum gravitate mobilitateque ſingulari, adeo quidem ut quoties corpus in hoc illudve latus inclinaret, vel etiam in dorſum decumberer, corpus aliquod durum in ventris cavo de loco in locum moveri manifeſte ſentiret: Ego rei novitatem admirot, cer ti nihil hic concludere auſus; Lienis tumorem adeſſe quam probabile primis temporibus tam hiſce, quibus me accedebat, dubium; illis etenim hypochondrium ſiniſtrum, cum aliqua parte epigaſtrii, occupabat: his vero hypogaſtrium magis: molam aliquam hic adeſſe & ipſi, & mihi perſuadete conabantur varii, quibus quod contradicerem nihil fundamenti habebam: Animalculum ventrem pererrare credebat; Remediis variis intus extuſve fruſtra omnino adhibitis, tandem menſe Janu. anni 1670. lente extincta eſt, poſtquam jam ultra tres annos & dimidium ſarcina hac, in dies aucta, onuſta.

Die 24. dicti menſis, in cadavere à Clariſſ. *Ruyſchio* aperto, repertus Lien inſignis admodum magnitudinis, & latus ſiniſtrum, & hypogaſtrium totum occupans, inteſtinis incumbens, quibus etiam ſinuoſa parte ſe accommodat, ſimilitet ac gibboſus omnino, qua parte abdomini vicinus: Pendulus hærebat, adeo ut pro varia corporis agitatione varie etiam facile moveri potuerit: vaſis ſplenicis mirum in modum & longitudine & capacitate auctis: Extra corpus ponderis libr. iv. repertus. *Gerardus Blaſius Obſerv. Med. xiv.*

§. 7. Anno 1672. menſe Octob. nata G. W. Civis Thorunenſis filiola egregia, optimæq; ut videbatur, conſtitutionis, quam etiam per medium annum integram ſervaverat: Aſt hoc elapſo varia infantem affligere cœperunt accidentia, quæ tamen, quia levia, facile ſuperabantur: uſque dum ſub menſem Julium anni 1673. ingraveſcentibus malis in ſubſidium me vocavit Parens: Apparebat tumor totius abdominis durus, qui in hypogaſtrio tantus erat, tamque dolorificus ac plumbeus, ut ibidem magnum latitare ulcus nemo ambigere potuerit, Et quia puella omnem medicamentorum uſum cum ſummo averſabatur horrore, pro deplorata habebatur ab omnibus. Pugnatum interim eſt inunctionibus atque cataplaſ. emollientibus, digerentibuſque, quibus id tandem D. B. obtentum ut ſub Auguſti incrementum magna puris copia per aliquot dies cum lotio ejecta melius ſe habere cœperit puella & abdomen detumuerit: unde omni adhibito aſtu, id tandem obtinuimus ut ſyr. de tribus infuſ. cochleare unum abſumpſerit illa: Cæterum vix elapſis aliquot ſeptimanis redierc priſtinæ infirmitates, quæ tamen, ubi maculæ quædam, ad inſtar Scorbuticorum, in pedibus imprimis & collo, eruperunt, denuo remiſerunt, ita ut rurſum reſtituta crederetur puella: Idem poſt tres ſeptimanas iterum accidit: Et licet poſtmodum quædam medicamenta aſſumpſerit, accedente tamen diarrhœa, viribuſque proſtratis, die 28. Octobris naturæ debitum ſolvit, erumpentibus denuo in pedibus dictis maculis.

Poſt mortem aperto corpuſculo, omentum cum meſenterii magna parte putredine conſumptum apparebat: Hepar vero inſolitæ magnitudinis pallidique coloris totam fere abdominis cavitatem repleverat: Quod exciſſum, pondere ſuo ſeſquilibram civilem fere æquabat: Veſicula fellis ſatis magna bile ſubpallida ſcatebat: Lien nigricans, quadratus, ſcirrhoſus, vix triuncialis erat magnitudinis: Ventriculus, cum veſica urinaria, nihil peculiare fovebant: Pancreas putridum erat: Inteſtina flatibus diſtenta videbantur: Ren uterque eam magnitudinem, quæ in adultis occurrit, obtinebat: Horum dexter ſatis naturaliter erat conſtitutus, ſiniſter vero diſciſſus copioſam fundebat ſaniem, in quam tota Renis ſubſtantia ita mutata erat, ut diffluente pure ſola vaſorum concurrentium interſtitia, quæ apum loculamentis haud abſurde comparat *Highmorus*, remanſerunt: Pulmones flaccidi & ſubnigricantes, inque plurimos lobos diviſi, Cor juſto exiguum & pallidum ſtipabant: Plura ſcrutari non licuit: Hoc quoque addo, Infantem hunc per totum vitæ ſuæ curriculum nunquam ſudaſſe etiam aſſumpto ſudorifero. *Georgius Segerus in Miſcell. cur. anni iv. Obſerv.* 142.

Observatio XXXV.

Ventris tumor à corpore extraneo, craſſitiei pedis unius & ſemis, ſub muſculis abdominis; Alio virilem mentulam referente; inter uterum & veſicam urinariam ſito.

Foemina mediocri ſtaturâ, bono & nonnihil carnoſo corporis habitu, hilaris admodum, inito tempeſtive matrimonio ad quadrageſimum quintum ætatis annum ſterilis vixit, quo demum nata graviditatis opinio, ex ſubſiſtentibus menſtruls, quorum ſuppreſſionem multa ſanguinis diſpendia biennio præceſſerant. Venter novem menſium incremento tumuit: quibus ſine puerperio effluentibus, ſpes prolis in hydropem mutata. Adhibentur quæ obſunt malo, ſed fruſtra: nam aucto indies abdomine, ſpirandi & mingendi difficultas ſimul ingruere, quarum poſteriori perita Chirurgi *Aveaux* manu ſubventum. Cæterum valebat mediocriter, & levibus ſuis negotiis ferè ut ſana intererat. Creſcente vero abdominis pondere, tandem & ſtandi & decumbendi facultas adempta, ortaque ſimul repente lotii ſuppreſſione, ægra ob doloris vehementiam lectum petens, intra bihorium quaſi ſuffocata obiit die xviij. Januarii anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, ætatis ſuæ circiter ſexageſimo.

Chirurgus mali cauſam exploraturus, abdominis muſculos auferendo quiddam obniti ſentit; plurimas nempe fibras, quæ muſculos abdominis membranaceo cuidam corpori ingenti alligabant. Amputatis fibris muſculiſque ablatis, corporis heterogenei ambitum ab oſſe pubis uſque ad diaphragma detexit, omento ſurſum convoluto, ut oculis cuncta paterent. Motus ſpectaculi novitate Chirurgus, primarios Poliatros *Pigny* & *Duperray* in auxilium advocat. Qui ſternum auferre jubentes, membranacei corporis mole compulſum altè intra thoracem diaphragma notarunt, mediis immixtum pulmonibus. Craſſitie pedem unum cum ſemiſſe æquavit heterogeneum illud corpus, in regione uteri; alibi pedem duntaxat. Poſtea quæſitum, qua ratione magnum hoc pondus inteſtinis & viſceribus incumbere citra impedimentum potuerit. Præter fibras itaque & vincula, quæ abdominis muſculis & lumbis illud junxêre, aliud corpus durum & ſolidum invenerunt, priori tanquam baſis ſubſtratum, cui innitebatur. Hoc ſede ſua cum impetu excidens Chirurgi manus inopinatò feriit. Mentiebatur autem corpus iſtud virilem mentulam, ſumptaque origine ab oſſe ſacro, ſuperato inteſtino recto, inter uteri & veſicæ urinariæ fundum emerſit. Subſtantia ejus membranea fortis erat, externè lævis & teneriore alia ceu epidermide amicta: intus inæqualis, ob plurimos globulos membranaceos ibidem affixos. Adfuit etiam aqua limpidiſſima, infarctu ſuo mentulæ rigiditatem concilians. Huic figura teres, oblonga, æqualis, Longitudo magni pedis, Latitudo quatuor pollicum tranſverſorum, & duorum craſſities. Deſiit in glandi ſimile quid, formatæ è ligamento duobus digitis tranſverſis retro extremitatem, quadam veluti paraphimoſeos ſpecie. Glandi foramen ineſſe viſum, juxta quod membranaceum corpus rotundum, magnitudine fructus ceraſi, glandis extremo annexum. Imò, quod ad lepidæ comparationis perfectionem attinet, ad mentulæ radicem ovalia duo corpora, teſtibus ſimilia, conſpiciebantur aquâ plena. Emergens ab uteri & veſicæ fundo mentula incurvabatur, glande in ventrem converſa: unde alterius corporis molem dorſo ſuo tanquam in fornice ſuſtinuit. His perluſtratis heterogeneo corpori vulnus infligitur ut pateant contenta. Mox veſicæ & globuli membranacei plurimi erumpunt, cum magna vi aquarum. Inſtante autem funeris hora, cùm inveſtigatione diuturniore prohiberemur, abdominis viſcera ſimul exempta curavit aſportari

Chirurgus,

Chirurgus, operam navans, ut quo ante fuerant ſitu tabulæ ſingula denuo examinan imponerentur. Apparuerunt itaque tria membranacea corpora, Primum in dextro later alterum in ſiniſtro; tertium in media ſede. Dextro implicitum hepar admodum palleba ductibus ejus bilaris & veſicula exili. Venæ cavæ & portæ, nec-non arteriis ſua erat n turalis magnitudo. Tumoris pars ultra hepat tam fortiter hæſit diaphragmati, ut ab eo ſ parari nequiret, permutata quaſi in unam utriuſque ſubſtantia. Vi tumoris alte quoque a actum in thoracem diaphragma ſeceſſerat, pulmonibus intricatum, ut horum lobi vix an plius diſtingui potuerint. In ſummo thorace, juxta tumoris extremum, novum dedit m raculum muliebris ſinûs imago, è duobus candidis globis, mammatum inſtar; totidemqu in medio papillis effictâ. Globi membranei erant, aquâ pleni: nec diverſa papillarum ſub ſtantia, fibris multis devinctarum. Secundum corpus involvebat lienem, hinc in mediur uſque thoracem, & inde ultra ſiniſtrum renem ſeſe extendens. Terrium, inter perito næum ac inteſtina, univerſum ab oſſe pubis uſque ad diaphragma uentrem implevit. Maſſ hæ informes erant, maximè quæ in hypochondriis; media enim ad placentæ figuram ro tunditate ſua quòdammodo acceſſit. Subſtantia omnium è duabus membranis, quarur interna mollior, durior externa, ut alicubi cartilaginea, aut oſſea, imò etiam lapidea pura retur. Color illis albus ad flavum vergens. Connectebantur inter ſe & cum partibus alii miniſterio fibrarum & ligamentorum, nec-non ſubſtantiæ cujuſdam viſcidæ inſtar gluti nis, quo latera adunabantur. Maſſæ pondus quadraginta quinque librarum fuit, non com putatis globulis amiſſis, & aquâ tranſlatis de loco in locum tumotibus profuſâ. Jacturan æſtimauere librarum quindecim. Cognita exteriori corporum & heterogeneorum ſuper ficie, ſcrutanda manent interiora. Latebant in iis nonniſi veſicæ aut involucra, & in hi iterum minora: quorum alia humore farcta limpido, alia ſubſtantia ſevo caſeove ſimili pleraque membranarum glomere. Sed neque in his eadem erat ubique diſpoſitio. Quæ dam enim involucra ſeptem duntaxat, vel octo, veſicas prodebant, rotundas & duras inſtar pilarum vento turgidarum. Quibus diſſectis minorum globulorum membranaceorum ſtu penda caterva emerſit, aquâ plenorum & ſimilium ovis ſine teſta. Alia involucra incredi bilem veſicarum multitudinem continuêre, variæ magnitudinis, promiſcuè ac turmatim erumpentium, necuti priores gravidarum. Quædam ſtipabantur alba & craſſa ſubſtan tia, qualis abſceſſuum, qui athetomata vel ſteatomata vocantur: aliis propè meliceridum fuit materies. Contentorum varietas diverſam etiam veſicis globuliſque tincturam indi dit. Erant enim albi, rubri & opaci. Ex ſubſtantia caſeoſa & ſebacea, cum aquâ limpidâ, albus; ex liquore lactis ſero ſimili, turbidus ſeu obſcurus; ex ſubſtantia mellaginca, rubi eundus color. Notandum ultima hac materia non tam impletam veſicam, cui inerat, ſed incruſtatam tantummodo intrinſecus, reliquum cavitatis aquâ adimplente. E duabus corpora hæc heterogenea membranis componebantur, externa lævi, tenuiore & minus robuſta, internâ duriore & alicubi inæquali, ob excreſcentias complures verrucoſas, qui bus adhæſit ſubſtantia meliceridum, nunc rubra, nunc viſcida & alba. In hac & rubra po tius, quam in altera materia atheromatis ſteatomatiſque ſimili, oviſormes globuli nidulari viſi. Hic quippe inventi piſo aut capitello acus non multo majores, qui recens geniti vi debantur, & caſui vicini. Fuit etiam, ubi plures noduli ſeparatim protuberantes, uvarum racemum acinis onuſtum finxerunt. Tandem, ne nihil deeſſet monſtri, corpora etiam juventa ex rubro & albo diverſimodè variegata. Deſtituebantur verò omnino & vaſe & fibra, qua nutrimentum vehi potuiſſet, erantque contigua tantum, non continua: etenim perrupto involucro quovis eadem facilitate mox evaſerunt, quo poma aut ceraſa è ſportu la. Humor pleriſque fuit limpidus, tenuis & pellucidus, aquæ inſtar puriſſimæ, neque conſiſtentiam neque colorem mutans. In elixato ad ſeptimum uſque diem nulla contigit al teratio. Poſtea flavus viſciduſque reddi & fœtere cœpit. Recenti aliquot ſpiritus vitrioli injectæ guttæ, citato atomorum motu, membranacea quædam fruſtula humori innatantia mox cogebant, aut etiam de novo producebant. Inde nata ſuſpicio non eſſe expertem ſa lis aquam, quam & guſtus probavit inſtar olei tartari per deliquium ſalſam. Ab eadem etiam cœruleus violarum ſyrupus in viridem commutatus. Intricatis tumori viſceribus nihil aliâs detrimenti acciderat, præterquam teſticulo ſiniſtro, dextræ uteri tubæ & ſiniſtro reni. Tuba vehementer erat dilatata, ac ab extremitate fimbriata uſque ad ſui medium lauta. Teſticulus ſiniſter foramen habuit, non à cultro. Siniſtri renis ſubſtantia pallida, mollis, bovinæ inſtar linguæ, quam & figurâ imitabatur. Ren quippe longus erat decem pollices, latus tres, & duos craſſus; nullæ in eo carunculæ, ſed pelvis ampliſſima. *Obſervatio D. de Houppeville, Gallice edita, Latine reddita à Nobil. Dom. Conrado Peyer*, mihi amice com municata.

Observatio XXXVI.

Ventris tumor, pro hydropico habitus, ab ingenti maſſa, pinguedinem referente, totum fere Meſenterii ſpatium occupante. 1. *A Steatomate ingenti Pancreati Aſellii innato.* 2.

Cum anno ſuperiore 1669. Rigæ Livonorum, ubi inter præſidiarios milites Medici ac Chirurgiæ inſpectoris munere fungor, Chirurgorum aliquis me aceſſiſſet, atque ægroti cujuſdam hydrope laborantis expoſuiſſet hiſtoriam, non dubitavi priuſquam ipſum ægrum adirem, accurate etiam curæ modum quo tractaſſet hactenus afflictum inquirere: deſideranti rem omnem apeuit mihi, ſe laboranti jam ſæpius cathartica ex Gummi Gotte ʒß. ad ℈ij. ſine ſucceſſu propinaſſe; ſe applicuiſſe etiam cruribus jam tumefactis fonticulos: Extemplo ægrum adeo, qui ſtarura brevis erat, & annos circiter xl. agebat: Ibi emaciatum quoad cætera miſere, ac carnem vix oſſibus hærentem, abdominis autem pondere immenſo oneratum, ac tibiis pallidis impreſſi digiti veſtigia ſervantibus, (qualis fere in omnibus cachexia laborantibus) tumentem obſtupui: Querebatur de ſpirandi difficultate, & cum aliquali cordis inquietudine virium jactura, cæterum appetitu ſe ſtimulari continuo, fere canino, imo aſſumptorum copiam vix ſufficere deſiderio eſurientis: Exortum ſibi eſſe id malum ipſe ægrotus ante biennium affirmabat, cum molas truſatiles, ſeu manuarias fere ſine intermiſſione verſare cogeretur: Cogitanti mihi hac de re, nihil certius ancipiti conſilio obvenit, neque enim hydropem credere poteram, quod & fame magis quam ſiti urgeretur æger, & tumor in ventre non mollis, ſed quaſi carnoſus & minime, ut in aſcitide accidit, cum murmure fluctuans eſſet, quodque præterea potus aſſumpti paucitas non reſponderet augmento quotidiano tumoris: Nihilominus tamen pedum ac ventris tumor, cum difficultate ſpirandi, è contratio hydropis ſuſpicionem faciebat: Maxime autem me torquebat, quod ex tot aſſumptis, nec excrementa multa, nutrimentum autem corporis & virium robur ſatis exiguum deprehenderet, omnibus quæ ſpem meliorem facere ſolent de die in diem in deterius ruentibus: Tandem cum ad cognitionem hujus affectus accuratam penetrare non poſſem, in dubia re aliquid experiri decrevi, quam certæ morti hominem ſine ſolatio committere: Diureticis itaque, ac ſubinde catharticis tentavi curam, ſed naturam penitus inexorabilem nec allicere benignis nec cogere fortioribus potui: Demum poſt aliquot ſeptimanas in altiori loco occupatus æger, forte decidit, ac infelici mortis genere, vitæque ac morbo colophonem impoſuit.

Cadaver ſtatim ſequenti die in multorum præſentia aperiri curavi: Poſtquam aquam, ne cultro arctius inquirenti impedimento eſſet, depleri juſſiſſem, vix unam aut alteram libram deprehendere licuit; Miratus in tanta cavitate non plus aquæ contineri, ulterius abdomen aperui, ubi ſtatim detracto peritonæo, & omento, quod tenue erat inſtar telæ aranei, ingentis corporis moles, in ſuperficie pinguedinem referens ſe exhibuit conſpiciendam: Totum fere meſenterii ſpatium occupaverat monſtroſa hæc excreſcentia, adeoque arcte inteſtinis, à duodeno uſque ad medietatem Ilei annectebatur, ut quaſi partes hæ coiviſſent duæ in unum, citra ruptionem ab altero alterum avelli non potuit: Tres autem lobi ſeu tumores figura ſubrotunda, & nonnihil depreſſa mole diverſi ſe ſpectantibus exhibebant, qui ad ſtateram examinati, pondus quinquaginta quinque librarum Suecicarum æquabant, imo etiam excedebant: Horum loborum duo majores diſſecti, præter ſubſtantiam peculiarem (illi quæ circa ſternum boum pinguium ea parte eſt, qua inter cruta incurvatur à palearibus ad pecten ſimilem) amplam cavitatem prodidere: Earum fere quævis ſex librarum fuit capax: Liquor, ſeu potius materia, quam continebat, fluida ingrati erat coloris, ex obſcuro viridi flaveſcentis, ſtercoris vaccini inſtar multa aqua diluti, ſed fœtoris notabilis fere expers: Tertii illius, ſeu minoris lobi (qui caput infantis annui magnitudine æquabat) cavitas parva ſabutta fuſci coloris erat impleta: Venæ plures cum arteriis latiores in ſuperficie, ſed valde pallidæ ac fere inanes explicabantur, nonnullis lacteis etiam veſtigia ſua ſervantibus: Reliqua viſcera corrupta erant, præter pulmonis ſiniſtrum lobum quodammodo lividum, ac pericardium omni deſtitutum lympha, cordique pertinaciſſime adhærens, nihil notabile exhibebant.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

RAriſſimi hujus affectus cauſam occaſionalem non inepte ægrum dum ſpiraret adhuc, divinaſſe ſtatim comprobabo; Cum enim glandulas meſenterii hic obſtructas atque corruptas fuiſſe poſt ſectionem factam oculorum teſtimonium declaratir, non adeo difficulter reliquam morbi rationem ex ipſius ſententia deduci poſſe vero videtur ſimillimum. Atq; ſic molendinarum verſandarum moleſtiſſimum negotium omnem dediſſe anſa[illegible] apparet: Calefacto enim corpore motu continuo & violento, non potuit fieri quin totius corporis pori, atque inter eos illi qui ex lacteis ad inteſtina tendunt, aperirentur: Jam vero ejuſmodi hominũ, ad laborem & negotia natorũ, victus non modo ex vili pane & aqua, quibuſdam leguminibus, piſis, fabis aut braſſica, ſine apparatu coctis, conſtare, verum etiam pro lucrando tempore, ut plurimum medios inter labores & aſſumi & vix digeri, regionis illius incolis notiſſimum eſt, ut labore & appetitu famelico, indéque fermento fortiori exiſtente, & concoctio citius abſolvitur, & avidæ hiantes lacteæ ante factam ſecretionem boni maliq; chyli, quam motus nimius illam in tenui inteſtino effervescentiam impedit, promptius imprægnantur, frigidaque hauſta loco ſolatii miſeris funeſtum malum in lacteis vaſis, vel etiam glandulis ipſis coagulationem producente, vel etiam chylo ipſo cum fæcibus adhuc miſtis ad ſtagnationem in vaſis anguſtis admodum apta exiſtente, collecta illic copia chyli, partim qualitate ſua, ut dixi, partim etiam quantitate cavitatem viarum pororúmque, ſcil. in glandulis, obſtruxit, ruptíſque jam vaſis cavitates illas ſibi formavit. Quibus repletis dictam in molem eas extendere apta fuit, imperfecto interim ſucco imperfectum glandulis nutrimentum ac incrementum monſtroſum largiente: Quod illis non videtur abſurdum, qui ex *Hippocr.* lib. de Glandulis, norunt glandulas in inteſtinis paſci humiditate quam ex inteſtinis hauriunt; quique porro vulnerum excreſcentias ſcirrhum, atque puris aliquando in tale aliquid abeuntis naturam, per experientiam & ſtudium exploravere: Neque hic obiici poſſe videtur datam morbi cauſam, ſeu glandularum obſtructionem, per biennium, hoc acciderat ſuperſtite ægroto, durare potuiſſe, c[…] glandulas non ad unum omnes ac eodem tempo[…] ſed ſucceſſive fuiſſe obſtructas credendum ſit: Cu[…] rei argumentum etiam ipſa molis concretæ fig[…] exhibet: Tres enim lobi tres glandulas, atque […] unam poſt alteram fuiſſe affectam, tam ex quanti[…] te, quam ex liquore contento differente conclude[…] dum eſt, Quod autem liquor ille ſubflavus ac n[…] adeo fœtens fuerit, id factum videtur eſſe ex bi[…] quam ſimul multa copia tranſiiſſe, atque tum col[…] rem addidiſſe, tum præſervaſſe quodammodo à p[…] tredine, à veritate non eſt alienum. Interea Lacte[…] rum paucitas, quæ ad partem Ilei inferioris & re[…] qua inteſtina vergebant, aliquid chyli, quantum fu[…] rit, abſorpſiſſe, atque in vitæ miſerum ſubſidium […] cor derivaſſe probabile eſt. Pharmaca autem, qu[…] nihil evacuare poterint, viis Intercluſis conjicere […] promptu erit; Auctum vero illum appetitum qu[…] ſpectat, tum ex pancreatis ductibus proculdub[…] obſtructis, tum etiam humore illo in cavitatib[…] glandularum retento atque aceſcente, & acidior[…] vapores tranſmittente ad ventriculum, non impro[…] babiliter deduci poſſe mihi videtur. Cæterum lan[…] guor ille aliqualis virium atque inquietudo, neceſſa[…] rii fuere hujus obſtructionis comites, cum nec ha[…] beret depauperatus ſanguis unde ſibi ipſi ad conti[…] nuandum ignem vitalem, multo minus partium reli[…] quarum nutrimento proſpiceret: Ultimo tumoren[…] pedum, atque emiſſam è cadavere ſectionis princi[…] pio aquam, ex lymphaticis, tum caſu illo ex alto i[…] ventre ruptis, tum ob molem excreſcentiæ reditun[…] lymphæ ab inferioribus partibus prohibente, indéque ruptionem ibidem producente, traxiſſe originen[…] perſuaſus ſum. Atque hæc pro ætiologia expoſit[…] affectus ſufficiant, qui quamquam inveteratus abſolutè fuerit incurabilis, non parum tamen ſpero Me[…] dico prudenti allaturum lucis, cujus beneficio, poſſi[…] & affectum hunc jam recens natum deprehendere, & , quoad fieri poterit, in tempore ipſi mederi. *D. Hiarne in Miſcell. cur. anni iv. Obſerv. 166.*

§. 2. Pancreas eſt corpus illud glanduloſum in medio Meſenterio ſitum, quod natura quatuor vaſis, venæ, arteriæ, nervis & veſicæ bilis in orbem ſubſtravit. Exinde enaſcuntur variæ plurimæque excreſcentiæ glanduloſæ, pinguéſque ac ſteatomata: Omnes hoc laborantes vitio, perperam ſæpe Hydrope laborare à Medicis putantur.

Sic Viduam quandam viſitavi Amſtelodami, quæ cum interiit, ſecta à nobis, in ipſius abdomine, molem prægrandem glanduloſorum ſteatomatum conſpicati ſumus, quam exemptam à Pancreate, cui cum cervice adhæreſcebat, ſtateræque impoſitam, viginti & ſex librarum eſſe deprehendimus. *Nic. Fontanus Epit. Veſalii pag. 22.*

OBSERVATIO XXXVII.

Ventris tumor à portentoſa Abſceſſuum magnitudine repertorum in Meſenterio.

FIliola D. N. XIII. menſes nata, inſigni ventris tumore & tenſione vexabatur, de quo admodum variæ fuerunt opiniones. Quidam enim aſciten ajebant, alii abſeſſum, idque diverſo modo: etenim nonnulii in ſubſtantia Hepatis eum eſſe credebant, alii in Pancreate: hi vero inter epigaſtrii muſculos; Ego vero morbi ſitum, tumorémque cum quadam circumſcriptione, quam inter palpandum deprehendebam, animadvertens, abſceſſus quoque eſſe illico judicavi: Sed eos in viſceribus, hepate & liene eſſe arbitrabar. Omnes tamen pronuntiavimus eam diu morbo non ſuperfuturam, nec ultra diem 8. vivere poſſe, ſere tamen per 5. menſes, quamvis ægerrime, vixit adhuc.

Cum primum defuncta fuit, ad eam ſecandam vocatus ſum. In ea ſectione res prorſus admiratione dignæ viſæ ſunt. A ſiniſtro enim latere immenſæ molis Abſceſſus, duplici

cyſti præditus, repertus eſt, qui quidem ab apophyſibus transverſis vertebrarum lumborum ortum ducebat, deinde ſub liene tranſiens, totum id latus occupabat. Cyſtis vero pluribus varicoſis venis intertexta erat? abſceſſus avulſus libras x. pependit, Sed quod magis ſuſpiciendum venit, in eo tres alii abſceſſus ponderis libr. iij. continebantur, ſinguli cyſti ſua ſimilibus venarum ramis, eadémque materia donati, quæ materia pulmentum, ova cocta, ficus, carnem, & alia ejuſmodi p. n. omnino referebat. A dextro latere duo itidem immenſi abſceſſus tanquam gemelli, prope vertebras originem trahentes, cum ſimili cyſti & venarum ramis ſeſe oculis noſtris obtulerunt; uniuſcujuſque pondus erat ℔ iiij. quorum unus cavam jecoris partem adimplebat, alter vero ad os pubis deſcendebat, eadémque qua alii materia referti erant, Num hoc plane portentoſum videtur, adeo parvam puellam, cum tanta copia talis materiæ tam diu perdurare potuiſſe? Abſceſſus illi ita ſurſum ad claviculas diaphragma impulerant, ut duorum digitorum ſpatium pulmonibus non eſſet reliquum ad motum, quod maxime cauſa fuit quod veluti ſuffocata animam efflarit. Sic hujus morbi tam difficilis erat cognitio quam curatio impoſſibilis: Nec illius cauſa ſemini, primæveque conformationi accepta ullomodo erat referenda, ſiquidem parentes optimo erant habitu & temperamento. *Barth. Cabrollius Obſerv. xxxiii. & xxxv.*

SCHOLIA.

Q*Uæ materia Pulmentum, &c.*] Nobis minores abſceſſus videre licuit, minores inquam mole, ſed partium affectarum dignitate haud ſecundos forte. Si quidem cadavera diſſecantibus, & Hepatis & Pulmonis & Renum & Teſtium, & Uteri exteriore habitu ſæpenumero melicerides & atheromata viſenda ſe obtulerunt. Atheromatis quidem ſub Pulmonis corpore viſus eſt meminiſſe *Hippocrates* l. de oſſium nat. §. 19. per nomen πῶρος, quod interpreti verſa eſt calloſa duities, H. vero Mercuriali creditum eſt tuberculum: utcunque autem ea quæ pulmonibus innaſcuntur dura Tubercula diſſecta præ ſe ferunt atheromatis ſpeciem: Steatomatum autem non memini an ullum unquam obtigerit, utpote quod difficillimum hiſce locis ortum nanciſcitur, tum quod benigniorem hujus materiam partim emendare, partim ad ſe rapere viſcera caloremunitiſſima poſſunt, tum quod tudiorem & majorem ejus globulum oportetet intimius recondi, quod ne pati quidem natura videtur, Dixi jam in humani generis extis creari hæcce tubercula, ſed & in beſtiis brutiſque omnibus ſanguineis multo frequentiſſima ſunt eadem à me reperta, &c. *Severinus de Abſceſſibus p. m.* 278.

OBSERVATIO XXXVIII.

Ventris tumor à Meſenterio prodigioſe turgente, ſcirrhoſo, cum infinitis abſceſſibus, & ſcirrhoſo Iecore abſceſſibus referto.

ISabella Roland ſexagenaria obiit, Octavus jam agebatur annus ex quo tumor inceperat ſenſim ac ſine ſenſu & dolore ad magnam magnitudinem progredi, quod Meſenterium ipſum fere *ſit doloris expers*: ægræ interim ipſi perinde fere ac ſanæ licebat naturæ, animæ, ac vitæ munia obire, niſi quod duobus antequam moreretur menſibus, coacta fuit lecto ſe tradere, quod febris continua, quæ ipſi ad extremum uſque vitæ diem perpetua fuit, ſupervenifſet.

Diſſectum eſt ejus cadaver, diſſectioni præerat *Milotius* D Medicus. In ſuas ædes avulſum Meſenterium totum deferri juſſit, ut ibi per otium lethiferi morbi cauſam, quam ſemper in Meſenterio delitefcere ſuſpicatus erat, rimari liceret. Ergo Meſenterium totum, atque in Meſenterio Pancreas, tumore miro, propéque incredibili turgens animadvertimus, adeo ut libras x. & dimidiam penderet, ſcirrhoſum omnino extrinſecus, ſoliſque poſtica parte lumborum vertebris adhæreſcens, antica autem peritonæo, ſcirrhoſo pariter ac penitus cartilaginoſo; *Suberant infiniti* in eodem meſenterio *abſceſſus*, ſua quique cyſti incluſi, alii quidem oleoſo, alii melleo, alii ſebaceo, alii albugineo, alii aquoſo humore & liquore differti erant, quorum concluſa materia pulticulæ ſimilis eſſet: denique quot ferme abſceſſus eſſent, tot erant materiarum contentarum ſpecies & ideæ: Præ tumoris pondere meſenterium ſuis velut radicibus & ſedibus divulſum fluctuans, moleſtum *oneris & doloris ſenſum* inferebat, quod ſolis lumbaribus vertebris ac peritonæo adhæreret, nullarenus autem inteſtinis & aliis partibus, quibus velut connatum alligatur: Itaque ſua id mole & corpore veſicam premens & coarctans, *difficilem mictionem faciebat*: Inteſtinis vero incumbens, ut *alvus pigrior eſſet*, in cauſa erat; adeo ut niſi devoraro laxante aut purgante medicamento, fæces non deſcenderent: nam quod ad clyſteres ſpectat, ſubire illi in inteſtina, tumoris vias coarctantis magnitudine prohibebantur: infruſæ vero glandes nihil proficiebant. Reſpiratio ob diaphragmatis à tumore compreſſionem difficilis erat. Non deerant qui Molam ſubeſſe ſuſpicabantur, Alii ab hydrope eum excitari tumorem: certe malum id hydropis conſequu-

conſequutionem attulit, nec obſcura cauſa eſt, fruſtrata functione hepatica, per interce ptam tumoris occaſione chyli anadoſin: Sed & proprio vitio Hepar tenebatur, ſcirrh nempe & abſceſſibus crebris, per intimam extimámque ejus ſubſtantiam varie ſparſis: puttedinis labe Lien haud immunis erat, denique ventre inferiore nihil erat integrum. *Pa reus Operum lib. 23. cap. 26.*

SCHOLIA.

M*Eſenterium fere ſit doloris*] De ſenſu Meſenterii *Van der Linden Med. phyſiol.* ac nervis in id diſtributis differens, Facit eorum multitudo, *ait*, oculis obvia, ut dubitari non poſſit de ſenſu Meſenterii: Facit eorum exiguitas, ut hic ipſe multiplicior ſit quam exactior, niſi cum plurimi ſimul dolent: *Fernelius* id ſine dolore inflammari, ſolummodo gravitatis habere docuit ſenſum: Admodum tamen ſenſibile arguit dolor colicus nothus, & origo ejus à peritonæo, cujus dolor acer eſt.

Ut alvus pigrior eſſet] Hæc eſt cauſa particularis Alias oritur quod humidæ omnes potus cibiq; partes in cavitatem ventris, aut in venas attenuatu transſumâtur, unde fæces areſcunt, quę difficultas ſu perveniens malum ſignum eſt, ut contra alvi profluvium, aqua è venis in ventrem confluente, ſolutio nem affert, 14. aphor. 6.

OBSERVATIO XXXIX.

Ventris tumor ab inſigni viſcerum magnitudine naturali, copioſo adipe obſitorum, Aſcites creditus.

§. 1. DOminus *Vitalis Stadler*. Illuſtris Comitis J. *Fuggeri* Quæſtor, plurimis annis ex veneficio, ut putabat, non ſine ſymptomatibus melancholicis, & quidem illis de quibus Gal. Naſi enim ſui metuebat caſum, & ſudabat ſemper, nec conſumebatur, qui corporis moles videbatur augeri, craſſus & corpulentus, abdomine tubero, cum vomitu pituitæ, quod anno 1617. obſervaui, comes in acidulas Ebenhuſanas, ſic ſuadentibus Medicis. Audivi tunc hujus mali cauſam hanc: Sibi, dum apud ruſticanos præfectos paſſim in exigendis rationibus occupatus eſſet nomine Generoſi, oblatum fuiſſe poculum vino plenum ab uxore cujuſdam Præfecti, cum precibus, ut antequam properaret in urbem, hoc ſibi ſoli reſervatum poculum exhauriret: Medium non traxit ex cyatho, fœminæ reddit quæ ulterius urget, at neſcio quis horror nauſeoſum fecerat: Eques igitur dum eſt in itinere Auguſtam, ſentit alterationem totius cum mentis quadam conſternatione ac melancholicis cogitationibus. Domi molem ſui corporis accuſat ac vaſtitatem cum aliis imaginationibus, quas conticuit dicere, aut ob pudorem, aut non reminiſcentiam: Primo vere hoc accidit, itaque afflictus ſic demum in autumno, me comite à Medico domeſtico adjuncto in acidulas profectus eſt: Maximus metus erat ne decideret naſus, manus, digitus, aut articulus aliquis. In fonte eructationes, inflationes ventris ac hypochondriaca obſervavi: Tractavtunt hunc morbum D. *Rumlerus* & Paulus *Jeniſchius*. Poſt illius mortem Dn. *Cneulinus* qui 1626. cacochymicum & hydropicum pronuntians, ob abdominis & pedum tumores multis evacuationibus purgando & ſudando curavit. Sequenti anno, die Jovis, Aprilis 8 exſpiravit ſymptomatibus Apoplecticis.

Ejus cadaver ſectum fuit præſentibus Medicis Curæ, à Chirurgis Anatomiæ parum gnaris: Obſervavi ego ſequentia, Viſcerum omnium ea fuit cum vicinis parribus communio connexio ac quaſi conglutinatio, ac ſi vinculis alligata, annexa ac juncta eſſent, ut vi avel lenda & diſſecanda eſſent: Pulmones magni, flaccidi, lobis indiſtincti, colore lividi, jaſpidis inſtar variegati & quaſi gangrænoſi, diaphragmati arctiſſime connexi & adnati, ut acutie ferri ſeparandi eſſent, ſic & pleuræ, quæ cauſa Dyſpnoeæ. Cor magnum, prout totum corpus erat; Hæc in thorace. In Abdomine hæc obſervavimus, Cyſtis fellis ſubſtantia fui craſſa & denſa, cavitatis amplæ, cum pauca pinguedine, in qua lapilli duo atri coloris, major capitulum rutæ quadrangulare referebat, cujus radix triangularis, qualis eſt dentis molaris forma, magnitudinis capituli rutæ: alter triangularis forma glandis, coloris ſubcinericii: Tunica veſtiens Hepar pinguis, Corpus Hepatis magnum, duriuſculum, coloris pallidioris parte ſua gibba, diaphragmati annexum & quaſi alligatum: Sima ſeu cava ventriculo ſuccumbens, ac multa pinguedine & tunicis cohærens, ſeu ei agglutinata: Ventriculus medius inter Hepar & Lienem, quibus adeo ſtricte cohærebat ut ferro ſeparandus eſſet non ſine dilaceratione, obſitus pinguedine, exiguus & inanis: Corpus Lienis plane latitabat ſub pinguedine, ut præ ea videri non potuerit, grande ſeu magnum & craſſum, figuræ oblongæ, nec inſtar linguæ bubulæ, ſed aliquomodo globoſum, coloris diverſi, in cujus medio, digiti latitudine, atra linea, ſubſtantia compacta, denſa ut hepatis, in cujus convexe venæ varico, fæcraſſo ſanguine fartæ in imo, cellulas coli, vel potius pilulas conglomerans,

ſic

ſic vocante D. *Cneulino*, referentes, varices non magnæ erant, alligatum ventriculo: Meſenterii corpus craſſum, pingue, adipoſum ubi Colo ac Ileo jungitur, cum pauciſſimis glandulis arcte vinciens inteſtina, veteri ſtercore turgida, quæ & cultro ſeparanda fuerunt. Renes carebant vitio, copioſo adipe tecti, veſica urinaria lotio turgida: Pinguedo & adeps ſua copia veſtiebant omnia, occultabant & viſcera, ob quod pondus *Stadlero* ſpiritus impeditus fuit. Sic ventriculi exiguitas non admittebat multum cibi. Caput intactum reliquimus.

SCHOLIA.

DE veneficio non parva fuit ſuſpicio, quam ſectio eo nomine inſtituta non manifeſtavit. Mortuus eſt æger ætatis lviii. affectu ſoporifero: A veneficio dato erat jam xx. Admirabilis hæc viſcerum magnitudo & connexio ſeu annexus, an à poculo ſuſpecto, à cujus hauſtu de immanitate ac vaſtitate ſui corporis conqueſtus: an à formatrice vi non diſputo: Scio duplo majora formata fuiſſe viſcera quam ad proportionem ſtaturę natura feciſſet: Signa hydropis pedes oedematoſos, tuberum ventrem impoſuiſſe doctiſſimis Medicis videmus, ut pro hydropico curarent eum, in cujus ventris cavitate pinguedo erat copioſa & vix ſerum neceſſarium. *Hochſtetterus caſu vi. Decad. x.*

§. 2. Simile licuit videre in mercatoris vidua obeſa, tumida, in cujus cadavere non ſeri cyathus inventus, ſed aliquot libræ pinguedinis: Et hæc ut Hydropica ob molem abdominis & pedes oedematoſos curata fuit. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XL.

Ventris tumor & durities ob Hepar cartilaginea tunica conſtans, Peritonæum duriſſimum, Veſicam & Uterum ſubſtantiæ lapideæ.

ADmirandum dic 25. Januar. 1595. nobis accidit in ſectione cujuſdam mulieris 37. annor. cujus uterum lapideum invenimus, ponderis ſeptem librarum: Hepar uno lobo tunica cartilaginea conſtans: Lienem ſphæricum, Veſicam lapideam, Peritonæum duriſſimum quod vix cultro dividi poterat: Quæ omnia nos in admirationem traxerunt, qua via ſpiritus deferrentur per univerſum corpus, & quomodo hæc tandiu vixerit ſine ulla manifeſta ægritudine: Uterum curavi dividi, in cujus apertione ſperabam fœtum lapideum invenire, quod contigit Medico Senonenſi, Verum ſpe fraudatus. *Obſervatio Petri Quentzii Medic. Friburgenſis Helvet.*

OBSERVATIO XLI.

Ventris tumor, gravidationis ſpecie imponens, à Copia ſanguinis in abdomine, Hepatis magnitudine inſigni, Inteſtinorum tenuium protuberantia.

VXor Eliæ Tabellarii prægnans ab obſtetrice judicabatur, ob ventris tumorem & duritiem: remittebat tamen illa & interdum per vices augebatur: pedes ſubinde tumidi, interdum ſine ſenſibili evacuatione detumeſcebant: Cætera toto corpore elegantes carnoſa florentis ætatis fœmina: Cœperunt hæc ſymptomata invaleſcere à tempore quadrageſimali 1655. ad Junium menſem, quo ingentibus doloribus auctis vivere deſiit.

Ex aperto defunctæ abdomine ingens copia feroſi ſanguinis effluxit, quæ cavitatem quoque thoracis occupabat, implebatque menſuras noſtras ſex. Sive is ſanguis ex rupto vaſe ſic effuſus, ſive per diapedeſin expreſſus, inanitæ vacuæque omnes venæ in utroque ventre cernebantur; Omentum nullum ſed putredine abſumptum: Inteſtina tenuia protuberantia omnia arctiſſime inter ſe connexa, & membranis & pinguedine cooperta: Cohærebant eodem vinculo inter ſe ventriculus Hepar, lien & cætera huc ſpectantia: Remotis tenuibus & à membranis pinguedineque ſeparatis, membrana adipoſa & præpinguis à ventriculo protendebatur per univerſum abdomen ad coxas, qua diſciſſa ſubtus deliteſcebant craſſa inteſtina libera: circa inteſtinum rectum maxima pinguedinis copia adnata, ut prima fronte magnæ glandulæ ſpecie dubios nos reddiderit: Uterus ſanus juſtæque magnitudinis ſine ullo conceptu: Ventriculus denſus, cartilaginis duritie, eminentiam acutam ſupra pylorum, uropygii inſtar habebat, forſan ubi omentum abruptum fuerat, cætera vacuus ſola pituita glutinoſa ſuperſtite: Hepar grandius utrumque hypochondrium implens, ſcirrhoſum, firmiter ſupra infráque omnibus vicinis cohærens, membrana prope coſtas variegata, rubríſque maculis diſtincta, quæ facile ſeparabatur: Lien arctiſſime infra ventriculum pinguedini immerſus, Pugni magnitudine, colore ſano: In thorace aperto dextra cavitas plena ſanguine iſto feroſo, grumoſo & lento. Dexter pulmo exiguus vix pomum

magnitudine æquans : Pulmo ſiniſter præter ſolitum amplus coſtiſque adnatus, nullam tamen ægra ſuperſtes reſpirandi paſſa eſt difficultatem: Pericardium pinguedine abundans, ſed ſine ſeroſa humiditate, quæ cum ſanguine diffluxerat: Cor elegans & puſillum, adipe ſeretectum : In ventriculis ne guttula ſanguinis comparuit, ut mirum non ſit tribus ante obitum diebus pulſum ceſſaſſe. Tantorum ſymptomatum, & miræ hujus conſtitution causa credebatur venenum per errorem fortaſſis oblatum, quum enim prædicta accidenti illam invaderent, vomitus inſequutus, diarrhoea ingens & ſanguinis ex naturalibus eruptio Inde invaluerunt ſymptomata, tumor ventris, dolores incredibiles, ut ſecundum metho dum fruſtra adhibitis remediis, ipſa ſibi ventrem aperire ſæpius dolorum impatientia opta vetit. *Th. Bartholinus centur. iij obſerv. vj.*

Observatio XLII.

Tumor ventris, ſuſpicionem ingerens graviditatis, ab inſigni ventriculi tumore, & Liene inter illum & Hepar ſito.

FOeminam ob tumidum abdomen pro gravida habitam, è ſepulchro effoderunt ſtudioſ ac in theatrum deduxerunt, cujus abdomen cum diſſecuiſſem, ventriculus inſigni tu more diſtentus in conſpectum prodiit, totam abdominis regionem occupans, ipſaq; inteſtin cooperiens; Infra ventriculum nullum omenti veſtigium, quod tamen paucum admodum verſus pylorum inter diaphr. & ventric. delituit, Urgentibus circumſtantibus ventriculum diſſecui, ex quo fœtidus erupit flatus, unde minor factus præter acetaria & atrum humo rem ſat copioſum nihil continuit : Reliquorum in abdomine viſcerum faciem exploraturus Lienem, inter Hepar & ventriculum latitantem, in ſiniſtro latere gratis quæſivi, nullis fibru lis diaphragmati aut ventriculo adhærentem. Intorta, ac ſimplici gyro circumvoluta, vaſa ſplenica vidimus, unde à tumente ventriculo co detruſum colligo : Ipſum Hepar quoque altius quoque retruſum, cætera ſanum. Sic primum conceptam, ob turgentiam abdominis, graviditatis ſpem, ſeponere coacti, ipſum inveſtigamus uterum, quem figura pomum, magnitudine pugnum adæquantem lubenter aſſendimus : hunc debita diligentia præparatum ſequenti die aperuit Exc. *Molinettus*, ac in eo *embryonem* marem invenit, omnibus numeris abſolutum, amygdalum magnitudine exprimentem. *Obſerv. Henr. à Moinichen*

SCHOLIA.

IN *eo Embryonem marem*] Notabilis eſt hiſtoria Avenzoeris, quo pateat quam incertum ſit & anceps de Graviditate judicium, ut quæ prægnantes ſunt tales non credantur, Et quæ non ſunt, utero gerere exiſtimentur. Volo, *inquit*, dicere quid mihi ſucceſſerit, cum eſſem in carceribus de Haly, Uxor mea erat prægnans, & hoc ignorabam, & ipſa fuit infirmata tali paſſione, quod mihi neceſſe fuit dare ei medicinam laxativam, quę fuit talis quod nullus poſſit æſtimare quod aliqua prægnans, etiam ex aſſumptione modicæ quantitatis, fœtus in ea poſſit remanere, & ipſa recepit eam abſque læſione ſui & fœtus & ipſa recepit eam abſque læſione ſui & fœtus, & poſtea declarata fuit imprægnatio ejus, & me pœnituit valde de errore quem feceram, quare miſericordiam quæſivi ab Altiſſimo creatore, de eodem, & peperit filium quem hodie mecum habeo : *Rhodius* cent. 3. Obſerv. 15. refert mulierem ætatis provectæ, anaſarca & aſcite correptam judicatam, puellum enixam eſſe vegetum, quum validis medicamentis tertium fuiſſet vacuata.

Embryonem amygdalum magnitudine æquantem] Pollicaris longitudinis & craſſitici embryonem, optime conformatum, adeo ut & ungues, & radices capillorum, & genitalia maſculini ſexus conſpicua eſſent, excuſſit chariſſima uxor anno 1646. Abortus, vel ἐκκρύσεως, cauſa fuerat conatus maximus in evellenda è terra radice, hinc rhedæ, cui ſe commiſit, ſuccuſſatio, paucis poſt horis domum redux, ingentibus lumborudoloribus torquetur, quos prę vehementia verbis exprimere nequit, modo hinc inde diſcurſitans, modo ſedens : Forte filius meus primogenitus, tunc menſes quatuordecim natus, candicans quippiam pavimento inſtratum conſpicatus, illuc nutricem deducit, quæ mali cauſam latentem detexit, embryonem ſcilicet jacentem, quo aut pedibus conculcato aut à cane vel fele deglutito, in diſcrimen uxoris ſalus adduci potuiſſet, Subſtitiſſent enim ſecundinæ : quarum pellendarum cauſa multa molitus ſum, ſed fœliciter excuſſit pulvis ptarmicus ex lilior. convallium pulvere, cujus vi ad diſtans eliſæ, compreſſis digito naribus cum ſternutatio in procinctu fuit. Hoc iterum minorem Embryonem, atque illi omnino ſimilem quem depingit *Severinus Pinæus* lib. de virgin. notis, apis ſcilicet magnitudine, omnibus numeris abſolutum, ut Phidias accuratius ſculpere non potuiſſet, vidi ejectum ab vxore Pellionis Genevenſis nomine *Girod*, anno 1668. Ea imminentem abortum præſagiens meam opem imploravit, ſed ſerius, illum enim ſtatim ab adventu meo excuſſit.

OBSERV.

Observatio XLIII.

Ventris tumor à Sanguinis nigerrimi copia inter Muſculos abdominis & peritonæum contenta: Aqua multa inter peritonæum & inteſtina, Tuba dextra uteri tumida, &c.

VEſtalis Virgo, annorum 33. plethorica, poſtquam eidem ceſſarent menſtrua, cœpit ſentire dolorem in inguine dextro, à quo randem abdomen in ingentem tumorem elevatum, ſpretis omnibus methodicis remediis ſuccubuit.

Aperto cadavere, inter muſculos abdominis, & inter peritonæum inventæ ſunt ſanguinis nigerrimi libræ octoginta: inter peritonæum vero & inteſtina, quadraginta aquæ limpidiſſimæ; Tuba uteri in latere ſiniſtro elevata in ingentem tumorem continebat ℔ :ß. viſcidi cujuſdam humoris, cum ſeminis albicantis magna quantitate: Teſtis illius lateris major, Diaphragma adeo compreſſum ab aqua & ſanguine, ut vix non ad jugulum pertingeret, Pulmones nigricantes & compreſſi. *Antonius de Pozzis Miſcell. curioſ. anni iv, Obſervat.* 42.

Observatio XLIV.

Abdominis Tumor immenſus à Maſſa crinita, & aquæ ingenti copia intra pæritonæum concluſa, à vitio Iecoris genita.

SUb manu & cultro anatomico erat uxor Lucæ Schnitzeri Chaleographi Noribergenſis, in cujus cadaver omnium oculi quam avidiſſime converſi, diutini & incurabilis affectus cauſam maxima cum expectatione indagare conari ſunt: Hujus, inquam, cadaver abdomine prætumido, aqua putri fœtidáque pleno reperiebatur, ut pote quæ viva adhuc diu multúmque querebatur de vehementiore impetu, ſibi ab ebrio quodam in ſiniſtro hypochondrio illato, quem primis diebus parum habebat, neque ingenui ſorte pudoris ratione ducta quicquam de facto propalare voluit; poſtquam vero malum increbuit, de continuo eóque intolerabili ſiniſtri lateris dolore conqueſta, ſæpius partem læſam viſui exhibuit in dies in majorem protuberantiam inſurgentem, quæ primis ſeptimanis pugnum æquaverat: dehinc dolor umbilicum verſus noctu dieque miſeram miſere excruciavit, quem tanquam individuus comes, grauitas & tenſio ſeq:ebatur ipſorum hypochondriorum, adeo ut præ pondere exuperante gradum facere difficulter poſſet, partim ob dictam ponderis gravitatem, partim propter difficilem anhelitum, quæ ambo à nimia diaphragmatis, partiúmque vicinarum tenſione & diſtr actione originem & incrementum ſuum habuerunt: Elati abdominis prætumida moles quoſdam doctiſſimos inani ingravidationis ſpe lactavit, quos depletionis mora, & inde ſubſequens partus nullus deriſit: ſi quidem poſt aliquot menſium decurſum ἔκκρυσιν per aliquot intervalla denuo paſſa, ἐκζωσμὸν vero nunquam, unde à priori venter aliquando parum, imo nihil demuit: id accurate tamen in ſingulis Lunæ motibus obſervando, quod moles mox cum prima Lunæ facie majus incrementum ſumpſerit, mox ſeneſcente Luna & ipſa nonnihil detumuerit, adeo ut per uices varias ſemper turgidior manſerit, exin ventre magis magíſque expanſo, motus hic quoſdam in eam, ac ſi utero gereret ſuſpicionem adduxit; Excrevit vero per varias, eáſque plurimas vices, tota moles abdominis in tantam magnitudinem, ut ultimis annis pedem domo efferre amplius vix auſa fuerit. Ita gravitate & mole abdominis nimia, doloréve ad latus ſiniſtrum primitus pungitivo, mox tenſivo eóque acerrimo agitata, præter difficilem reſpirationem, nullam fere aliorum ſymptomatum urgentium mentionem fecit. In tantam autem magnitudinem elatum erat abdomen, ut à vertebris ad ſummum umbilicum, (cujus γαλγαμῶν ſeu cavum omnino obliteratum, adeo ut vix γεχία, rugoſa ejus pellicula ſic dicta, veſtigio minus conſpicuo deprehenderetur) ſeſqui pedalem menſuram aliquatenus ſuperaret: ſi quidem & longitudo à pectore, ipſiuſque ſterni cartilagine xiphoide ad pubem, tribus pedibus quiniſvè digitis emetiebatur; Peripheriam vix quinque definivere pedes. Reliquum corpus rotum cachecticum, fœdique coloris: facies pallida, cum ſubjacente pectore, ita extenuata viſebatur, & quaſi tabe conſumpta, ut facilius ſceleton pelle obductum quam corpus humanum dixiſſes: moti inde alii in tympanitidis ſuſpicionem abierunt, variis locum affectum, ſaxo duriorem, tentantes & internis & externis medicamentis, conatu pariter irrito, unde inanem operam recuſarunt. Elapſo igitur integro octennio, cum gravius decumberet, déque vita miſella deſperaret, proprio rogatu, quo cauſa tanti ponderis inveſtigaretur, inſpiciendum juſſit abdomen, quo conſtaret hujus

mali

mali cauſa & ortus, quod tamen marcor omnimodus inhibuit. Annus agebatur 1655 ejuſque menſis Aprilis, qui noſtræ ultimum vitæ dedit, poſt octennem dolorem miſerandum.

Poſtquam fato functa eſſet; juxta eum aliis accerſitus, & ego acceſſi, ubi exterior cutis adeo extenſa deprehendebatur, vix ut veſtigium umbilici viſui ſupereſſet: Remotis externis integumentis, epidermide, cute, pinguedine, (quæ uti exigua alibi ſatis, ita aliquibus in locis nulla apparuit) & membrana carnoſa, ipſiſque muſculis abdominis decem de tectis, peritonæum adhuc turgidum ſqualore ſuo patebat aperiendum: Eo per medium inciſo, libræ xxiv. aquæ, illius humiditatis, ex eadem inferiore corporis regione, antea in vita durissima, nunc molli undique & flaccida, fœda hac putrilagine turgente & ſqualente evacuabantur: Innatabat quaſi modo dictæ putridæ aquæ in dextro hypochondrio, & ad muſculum ejus rectum, paulo ſupra umbilicum Folliculus crinitus, cujus peripheria, ſeu pars convexa, innumeris pilorum tricis & cincinnis obvoluta erat, quam integer pes, ejuſdemque novem digiti definiebant. Poſtica parte plana cincinnum hunc gorgoneum, & indiſſolubilem capillorum nexum & contextum exhibebat, eadem cum antica parte menſura circumſcriptum: ibi etenim pili ita contorti videbantur, ut viſco potius aut glutine junctos & inviſcatos crediaiſſet, ad modum Plicæ Polonicæ: Longitudo folliculi cum ejuſdem latitudine dimicare videbatur, ex eo quod illa hanc vix dimidio digito ſuperaret, ſi quidem ſex ubique fere digiti metiebantur: Antica pars binis diſtinguebatur cruribus, quæ teſticulis equinis haud diſſimilia, quorum dextrum ſiniſtro multo majori mole apparebat, ut pote cujus profunditas quatuor cum dimidio digitos æquaret, alterius vero profunditas ne tres quidem digitos ſuperaret. Piloſi hujus folliculi caput liberum ab omni crinium complicatione, ore patente quatuor digitos integros hiatu ſuo definiebat. Pars concava oſtendebat contenta putrilaginoſa, quæ circa mediam ejus carnem, modo putredine & marcore abſumptam, rubeo liventem tamen adhuc oſtendebat, ſpongiæ in modum aquas imbibentis. Dictus folliculus crinitus, ex varia cadaveris de loco in locum motione paulo, ut dictum, ſupra umbilicum deductus, à multiplici capillorum nigerrimorum corúmque craſſorum intricatu conglomeratus, liber ab omni vaſe, ab omni ligamento (quia iſta omnia putredine abſumpta erant) parte ſuperiori erat patulus. Continebant hæ tricæ gorgoneæ materiam putridam, quæ facie averſa planæ, antrorſum vero ſimiles binis teſtibus equinis conſpiciebantur: Tota interea hujus folliculi ſubſtantia, jam per putredinem omnimode reſoluta fere apparuit, in medio tamen parenchymatis portio quædam ex rubeo livebat, carnium ad inſtar modo marcore corruptarum lotæ: Ita binis cruribus ſatis diſtinctis, folliculus diviſus putrem illam ſubſtantiam continebat, quæ quia craſſior adhuc molam præferebat carneam, flaccidam & vi putredinis tractu temporis tot annorum omnimode corruptam, & in minutiſſimas particulas & capillamenta converſam, colore lividiore, quam compactam adhuc tenebat folliculus ille cincinnatus, ad inſtar naſſularum binarum: adeo enim pili ſubnigri & craſſiores, arctiſſime in ſe invicem contorti & involuti videbantur, ac ſi ſummo ſtudio ita implicati fuiſſent, imo quaſi glutine inviſcati: Interea cùm de folliculi piloſi generatione, nutritione & accretione, déque mole abdominis, ipſis denique viis nutricatum deferentibus ſolliciti eſſemus, Sector præter inſtitutum noſtrum Omentum & Inteſtina, quæ valde inania, cum appenſo ventriculo vacuo, cæteríſve rite ſe habentibus ſecuit. Ad vaſa ſpermatica, uterum, teſtes, veſicam & meatus urinarios properantes, appenſos ſibi renes naturalē magnitudinem ſuperaſſe vidimus: Aſcendendo in dextro latere ad Hepar, id ſaxo durius excreviſſe animadvertimus, Liene naturaliter ſe habente: vicinum tamen Pancreas, cum glandulis meſenterii extenuatum valde & quaſi tabe conſumptum: ſi quidem & vaſa ibidem loci, aut valde inania, aut ichoroſo ſanguine, loturæ carnium marcidarum ſimiliore, cernere licuit: Remoto ſterno, ſub pectore Pulmones ſubmucidi, fuſcis quibuſdam maculis, iiſque majoribus undiquaque conſperſis delitteſcebant, tabe quoque nonnihil abſumpti. Cordi nulla ſupererat adipoſa alimonia pro ejus refectione, quæ alias huic viſceri propria. Pericardium, quod rariſſimum alias & effatu dignum, plurimo ichoroſo humore refertum, ipſo Corde flaccido, invenimus, ſi quidem pauciſſimæ alioquin huic involucro innatant guttulæ, Cordi à calore & motu perpetuo reficiendo factæ. *Joh. Scultetus in Trichiaſi admiranda.*

CCccc OBSERV.

Observatio XLV.

Ventris tumor ob maſſam propria membrana involutam, nigricante & fœtidiſſima aqua plenam.

IN defuncta muliere quæ multis annis hydropica credebatur, maſſam proprio involucro, ſacci inſtar inveſtitam, obſervavi. Aperto quippe corpore, nihil in abdomine reperi quam duriſſimam maſſam, qua aperta aliquot nigricantis & fœdiſſimæ aquæ amphoras: magnam item craſſorum humorum & concretam ſanguinis copiam inveni, ſalvis cæteris abdominis partibus, jecore, utero. *Fabr. Hildanus centur. iv. obſerv. lviii.*

Observatio XLVI.

Ventris Tumor ab infinito numero abſceſſuum ſteatomaticorum.

MIrum quod obſervatum in aperto cadavere cujuſdam virginis. Ea cum per menſes aliquot laboraviſſet, & jam de hydrope metus eſſet, vi morbi interiit.

Internum corpus obſitum erat exiguis admodum abſceſſibus, quorum infinitus erat numerus, ſebum contentum in iis videbatur. Speciem internarum chæradum putabant. *Ballonius Parad. ix.*

Observatio XLVII.

Ventris tumor à tumore duro & dolorifico muſculorum abdominis, cum multiplici interiorum viſcerum vitio.

ADoleſcens xii. annos natus, cacochymicus, tumore inſigni duro & dolorifico muſculorum rectorum abdominis ad umbilicum laborabat, rupto tumore excrementa hanc viam iniere, ut per hebdomadas 4. aut 5. nihil per alvum egeſtum ſit.

Ventre diſſecto, inventa ſunt excrementa in vacuo ventris inteſtinis ſuffuſa. 2. Inteſtina, præter naturam ſita, miro quodam modo intertexta. 3. In colo, verſus hypochondria ſiniſtra, ulcus oblongum & calloſum. 4. Colon in maximam capacitatem diſtentum, ut ventriculum potius quam inteſtinum judicaſſes. 5. In fine meſenterii tumor inſignis & prædurus, inteſtinum rectum adeo comprimens ut exinde nihil excerni poſſet. 6. Quod reliquum fuit excrementorum in inteſtinis, adeo induratum ut lapides potius quam fæces videretur. 7. Totum meſenterium, pancreas, inteſtina, vena portæ, tumoribus ſcirrhoſis ſcatentia. 8. In imo ventriculo ulcus. 9. Tubercula glanduloſa pylori in ſcirrhum maximum aucta. 10. Lien firmiſſime coſtis adhærens. 11. circa vaſa ſplenis, venam pottam & cavam, ſteatomata & ſcirrhi non pauci. 12. Hepar exangue & ſcirrhoſum. 13. Diaphragma undique tumoribus ſcirrhoſis & ſteatomatis ſcatens. 14. In pectore & pulmonis ſubſtantia, item circa cordis vaſa, oeſophagum & aſperam arteriam, ſcirrhi plurimi & ſteatomata innumera. 15. In pericardio ichoris magna copia. 16. In cordis acumine tuberculum album, ad nucis avellanæ magnitudinem. *Fabr. Hildanus obſerv. 51. cent. 1.*

Observatio XLVIII.

Ventris tumor ab Hydrope ventriculi productus.

ANno D. 1620. mulier ſtatura grandiori, 48. agens annum, in utero ſe habere credidit, increſcente ſenſim abdominis tumore: at cum tempus geſtationis cognoſceret elapſum, Medicum conſuluit, qui eam illico hydropiſin contraxiſſe pronuntiavit: remediis fruſtra tentatis, tumor triennio perſeverans, in tantam molem excrevit, licet interim ægra conſueta munia obiret, ut tanto ferendo oneri vix ſufficeret: Tandem in febrem continuam incidit, cum difficultate ſpirandi, ſiti implacabili, inquietudinum turma: Intra ſeptimum diem obiit.

Cujus cadaver, cum feretro includi non poſſet, ob inſignem totius ventris undequaque diſtenſionem, ventrem ſecuimus, & tam ingens ſeroſæ humiditatis factum eſt effluvium, ut xc. librarum pondus excederet, Ultimo manante ſero obſcuro & parum turbido, utpote ſua hypoſtaſi vel fæce non deſtituto: his peractis, & penicillis intra vulnera, per quæ aqua educta fuerat, relictis, ad apertionem abdominis devenimus & cum peritonæum quæreremus diſſecandum, mirum, hæc membrana partes naturales inveſtiens, ventriculo tam firmiter adhærebat, ut niſi vi diſcerpta atque diſſecta avelli potuerit, imo vero invenimus penicillum in vulnere relictum, in cavitatem ventriculi fuiſſe demerſum; Ante cujus anatomen

tomen, ejuſdem inſolitam magnitudiuem ſumus contemplati; duóque ejuſdem orific ſtomachum ſcil. & pylorum, eundem ſitum prope obtinentia, ſeſéque invicem tangenti epiploo regionem ſuperiorem obtinente, Hepate ſatis ſano, quod tamen ventriculus tum dus efferebat deſuper: Cor, mediante diaphragmate, eidem graviter incumbens, turb natam ſuam figuram parti gibbæ ejuſdem inſtar ceræ impreſſerat (nec mirum ſi æger ta valida ſpirandi difficultate per biennium ſaltem premeretur) reliquis viſceribus, liene, r nibus, inteſtinis, meſenterio, cyſtide fellea, veſica & utero integris & parum calore febi li alteratis: His notatis, prægrandem illum ventriculum cum œſophago duodenóque extr ximus, qui per medium diſſectus ulnam Pariſienſem ſuperabat, in cujus *decliviori parte illuvies ſeroſa* notabatur, hypoſtaſeos prædicti ſeti reſiduum, fibris omnibus; quæ interic rem membranam contexebant, à ſe invicem late diſſitis, orificio utroque nulla vitii not impedito, niſi quod in medio pyloti ipſiuſque limine cyſtis pendebat, longitudinis med digiti, pollice paulo craſſior, aqua pellucida plena, cavitatémque duodeni ſubintrans, Ca terum membranam illam interiorem ventriculi multis hydatidibus, partim integris, pa tim exeſis conſpetſam vidimus, Et hæc poſt homines natos (ni mea me fallit opinio) nor dum fuere notata, ſaltem à nobis perlecta vel audita. *Obſervatio Antonii Iodon, Laz. Rivi rio communicata.*

SCHOLIA.

Cauſam tam rari affectus, hydropis ſcil. ventriculi, rejicimus in ventriculi intemperiem frigidam humidam hecticámque, ob quam ſanguinem in ſeroſum excrementum, ad inſtar hydropis hepatis convertebat: aquas autem illas per ductus patentes non rejiciebat, eo quod fibræ illius reſolutæ erant à copioſa humiditate. *Idem ibidem.*

In cujus decliviori parte illuvies ſeroſa] Cur glandularum lactearum, peritonæo immerſarum, opera citius in tumorem aqueum ſumpto potu elevetur abdomen, hæc cauſa eſt, quod antequam ex ventriculo & inteſtinis ad venas lacteas, ex illis ad organum ſanguificationis, exinde ad arterias, & ex his ad peritonæum, & ex peritonæi arterioſis diſtillet in cavitatem, mora longior requiratur: Ex ſola vero ventriculi & inteſtinorum inflatione Aſcites non oritur, quem, ex mea obſervatione, in amico potus cereviſiæ Roſtochienſis provocavit; Nec in omni hydrope ſemper ventriculi adeſt imbecillitas, quum hydrops ventriculi non ſit affectio, ſed tandem in mali commercium trahatur, quod vel comprimatur inferiorum viſcerum diſtenſione, ut continere non poſſ alimenta propter anguſtiam, vel oneretur ab aſſumptis; quæ ob inferiorum obſtructionem diſtribui nequeunt, vel in diuturno hydrope ab acri ſero coacervato corrumpatur, quod in *Friderico Palatin* obſervavit *Smetius* lib. x. miſcellan. fibræque exind laxentur, ſicut notavit in hydropica ſuperiori *Iodonus*: Et quanquam ventriculi vitio aqua increſcat quod id hydropica Patavina ulcere ventriculi affect. notavit *Rhodius* cent. 3. Obſer. 4. hydrops tamen eic non meretur antequam cum ventriculo univerſum abdomen impleatur, quod noſtrorum vaſorum compendio facilius aſſequimur quam veſtro. Alter particularis hydrops ad hanc lineam non ſpectat, quo vel ſolus ventriculus ob pylori vitium, vel aliæ partes ſolæ inflantur, niſi in tali affectu ventriculi vaſa lymphatica hauſtum liquorem attrahant, & ad veſiculam chyloſam ſeu Receptaculum deferant: iſta vero in ventriculo accurate depinxit *Rudbeckius* Tab. v. Edit. Heidelb. *Thom. Bartholinus Cent. 3. Epiſt.* 78.

OBSERVATIO XLVIII.

Ventris tumor à ventriculo & inteſtinis flatibus diſtentis. 1. Ab inteſtinis omnibus flatibus tumidis. 2. Ob eadem inflammata & flatibus repleta. 3. Ob colon fæcibus & pituita infarctum. 4. Ob ejus abſceſſum. 5. Ob idem pituita infarctum. 6. Ob illius contorſionem & inſignem dilatationem. 7. Ob excrementum, meconium dictum, cohibitum in infante. 8.

JOhannæ N. (*Vide lib. 2. tit. de Phthiſi*) à quatuor annis abdomen in modum tympani extenſum fuerat, à flatuum in inteſtinis retentorum copia, qui illis adeo tenaciter adhærebant, ut purgationi nequaquam cederent. Et poſt mortem acie ſcalpelli perfoſſis inteſtinis vix efflatent. Ventriculus quoque flatibus diſtentus erat.

§. 2. Puelli abdomen admodum turgebat: Inteſtina omnia flatibus admodum diſtenta erant, præſertim rectum, quod excrementis etiam liquidis plenum erat. *Vide tit. de alvo adſtricta.*

§. 3. Puellus 8. die obiit, cujus abdomen admodum erat tumidum. Inteſtina omnia rubebant ob inflammationem, à nimia diſtenſione facta à flatibus. *Vide Tit. de Alvo adſtricta.*

CCccc 2 §. 4. Cuidam

§. 4. Cuidam gravis affectus, cum ventre tumido, alvum prorſus cohibuit: Inventum Colon pituita infarctum, adeo ut fæcis in alvum nihil delaberetur. *Vide tit. de Alvo adſtricta.*

§. 5. Ex inteſtini Coli abſceſſu in febre Semitertiana hydropem deprehendit *Adrianus Spigelius. I. Rhodius Cent. 3. obſerv. 7.*

SCHOLIA.

ADrianus Spigelius] Qui omnem Semitertianam deducit ab aliquo viſcerum imi ventris inflammato, inteſtinis præſertim: hanc autem abſceſſus plerumque ſequitur.

§. 6. Quidam ventre ſupra modum intumeſcenre deceſſit è vivis, Inventúmque eſt Colon inteſtinum uſque adeo infarctum pituita concreta ut ſolidum prorſus cenſeretur. *Fernelius Pathol. lib. 6. cap. 9.*

§. 7. Fœmina per plures dies ne ſemel alvum dejecit, donec præ incredibili ventris tumore & dolore decumbere cogitur. Colon juventum à ſede ſua emotum, diſtentum mero ſtercore, Inteſtina ſuperiora flatibus turgebant. *Vide tit. de alvo adſtricta.*

§. 8. Infans 7. vel octo dies tranſegit ſine alvi excluſione. Aperto cadavere tumido reperta ſunt inteſtina plena eo humore quem meconium vocant, *Vide tit. de alvo adſtricta.*

OBSERVATIO L.

Hydropici Pulmones pene conſumpti. 1. 2. Purulenti ſine vitio viſcerum naturalium. 3.

§. 1. MEminimus cujuſdam phthiſici aperto cadavere, Pulmones tum conſumi cœptos, tum copioſa, feroſa, fœrida aqua repletos, diſtentóſque deprehendiſſe. Eidem venter quoque & pedes nonnihil inflari cœperant, cum in univerſalem hydropem particularis degenerare ſit ſolitus. *Iacobus Zwingerus apud Hildanum cent. 2. obſerv. 56.*

SCHOLIA.

AD lævium Pulmonis arteriarum obſtructionem hydropem ſequi notum eſt, *Salius* D. de aff. partic. cap. 21. cauſam refert in languorem calidi innati Pulmonum, quem Hepatis debilitas ſequatur, *Sennertus* Pract. lib. 2. cenſet primam mali cauſam in Hepate hærere, quod cum ſit debile, ſanguinem pituitoſum & frigidum generat, hic cùm neceſſario ad dextrum ventriculum cordis mittatur, porro etiam ad Pulmones pervenit, & hujus mali cauſa eſt.

§. 2. Quidam purulenta extuſſiens tandem Aſcitide obiit: Aperto cadavere parenchyma ſiniſtri pulmonis fere rotum conſumptum: In abdomine & thorace ſeri meraci & citrini multæ menſuræ latuere, &c. *Vide lib. 2. Tit. de Phthiſi.*

§. 3. Sutor apertus fuir, qui hydrope ratione aſthmaris cauſato oblit. Abdomine aperto, quaruor vaſa ænea tonſorum aqua repleta citrina effluxere: Viſcera omnia in abdomine contenta ſatis commode habebant, ſolo omento excepto: Thorace aperto purulentæ materiæ vaſa tria ænea repleta effluxere ex latere dextro, cujus Pulmo totus in pus abierat: *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

OBSERVATIO LI.

Ventris tumor hydropicus, illæſo Iecore & Liene ab Abſceſſu in Omento & Peritonæo.

DE abſceſſibus quid attinet dicere? inter reliquos ſæpe ſimillima materia refertiſſimum abſceſſum in Omento & Perironæo cujuſdam mulieris extraxi, quæ ob harum partium abſceſſum in hydropem inciderat: Et mihi mirum viſum fuit, cum ejuſdem Jecur & Lien neque in colore neque in ſubſtantia præter naturam affecta eſſe viderentur, In illius tamen abdomine aquæ copiam incredibilem adfuiſſe. *Columbus Anat. lib. xv.*

OBSERVATIO LII.

Ventris tumor hydropicus, ob Abſceſſum juxta Lienem genitum.

NOb. Vidua ulcus in pede diuturnum conſolidari curavit, hinc dyſpnoea & hydrops: In latere ſiniſtro, ad lienis ſitum, abſceſſus occultus inventus eſt. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

OBSERV.

Observatio LIII.

Ventris imi Tumor & Durities ab ejus exterioribus cartilagineis & cancroſis.

Mulier 35. annorum, tabe confecta, âque mola, ut credebatur, extincta, per triennium ventris intumeſcentia ſenſim aucta laboraverat, durum valde abdomen, ſic ut lap deam conſtitutionem exterius referret ubi manu attingebatur.

Hujus diſſectionem more conſueto aggreſſi, nec pinguedinis, nec me[illegible]anarum, im ne muſculorum quidem veſtigia obſervare potuimus: quin omnia hic in alienam ſubſtan tiam reperiebantur commutata; imo in eam magnitudinem aucta, ut etiam ulnæ dimidi longitudinem craſſities excreſcentiæ hujus ſuperaret, facta nempe dimenſione ab umbilic ad Interiora ventris. Erat autem ſubſtantia hæc circa exteriora corporis cartilaginea omn no: at vero verſus interiora, magis cancroſa; quod durities & foveæ (quaſi venæ abſciſſ adeſſent) in primis demonſtrabant: Radix mali hujus ad ſpinam & os pectoris ſiniſtro i latere: ortum autem duxerat ex Tuberculo minori duplici, quibus reliqua pars inſignis ad nata & quaſi incumbebat: Quodvis autem horum Tuberculorum cyſti propriæ includeba tur, reliquum erat liberum, inſtar globi terreſtris.

Lymphæ collectioni degenerationíque malum hoc ut adſcribamus, vel Ideo facilius in ducimur, quod in *cancroſis mammis*, aliiſq; abſceſſibus, ejus ſæpius congelatæ copiam obſer vemus. *Ger. Blaſius Obſerv. Medic. vj.*

SCHOLIA.

In *cancroſis mammis, &c.*] Interrogatus *Hildanus* cent. 6. Obſervat. 39. foretne verus Cancer è mamma exciſus, qui in meditullio tumoris materiam ſevo ſimilem continebat? Reſpondet verum fuiſſe cancrum, idque à ſe id alias obſervatum, atque ejuſmodi cancri nucleum dutiſſimum eſſe, quia ſubtiliores materiæ partes, ratione doloris in loco affecto coacervatæ, & per ulçus effluentis, craſſiores remanent inque ſcirrhum concreſcunt. Quod ſi dolor fuerit vehemens, continuus & diuturnus, uti plerumque fit in Cancro exulcerato, humores indifferenter ad partem affectam confluunt, ex quibus bilioſi facile evacuantur per ulcus, uti & ſanguis ipſe, (quotidie enim fere ſanguinem ex carnoſis ulceribus exſtillare videmus) atrabilaris vero in ſcirrhum, & pituita in ſevum concreſcit, quæ tamen tractu temporis propter malignam diſpoſitionem humoris atrabilarii, & intemperiem calidam partis affectæ paulatim in ſcirrhum quoque concreſcit & naturam cancri induit.

Observatio LIV.

Fungi in hydropici abdomine reperti.

Anno 1624. in ſactis incurabilium ædibus, ſecti hydropici abdomine parte interiore pallidi, quaſi fungi boletti, ubertim reperti. *Severinus de abſceſſibus lib. iv. p. m. 277.*

SCHOLIA.

Huc referenda videtur hiſtoria hydropis nodoſi quam habet *Bartholinus* Epiſt. lviij. cent. iv. Mattona, *ait*, hydropica noſtræ curæ cómiſſa tandem tumidum abdomen ſudore frequenti, quem ſumpto unicornu noſtro ſuaſimus, ſuperavit; Sed diu hac ſanitate gaviſa non eſt, Senſim enim unius alteriuſve anni decurſu noduli in abdomine ſuborti, qui primo exiles moleſti non erant, at ſumpto incremento animum ægræ non parum commovebant: Mobiles erant hinc inde per abdominis regionem diſperſi, velut in campis tumuli, doloris expertes, nullo colore à reliqua cute diverſi. Conſultus iterum de hoc affectu, judicavi ſeroſam colluviem glandulis omenti abſorberi, háſque in tumorem elevatas cutem abdominis inæqualem reddere; ut omentum incuſarem facile mobilitas tumorum perſuaſit, nec aliam partem ibi divinare potui, vel mobilem vel glandulis refertam: Et glandulæ, quia vaſa lymphatica recipiunt, ſerum poſſunt coacervare, & nodulos tales efformare: ut id ſuſpicarer fecit *Hippol. Boſcus* hiſtoria ſupra §. allata: Hi noduli tandem increverunt, & ad tactum doloris præ ſe ferre ſenſum, unde quanquam auxilio noſtro non defuerimus, male ominari nos metus imminentis tandem ſcirrhi, huicque ſuccedens cancer coëgit, quæ tamen mala catarrhus prævenit, quo ſuffocata obiit.

Observatio LV.

Ventris tumor ab utriculo Vteri *ſuperiori parti adnato, aquam copioſam continente.* 1. *A monſtroſa* Vteri *magnitudine, & aquæ copia in abdomine.* 2. *Ab* Vtero *du-*

plici, cum gemino fœtu, Effuſoque in abdominis capacitatem ſanguine. 3. *Ab* Vtero *materia adipoſa infarcto inſignis ponderis.* 4. *A variis & monſtroſis in* Vteri *ſubſtantia contentis.* 5. *Ab* Vteri *ſubſtantia in ſcirrhum indurata.* 6. *Ab* Vtero *& abdomine ſcirrhoſis.* 7. *Ab* Vteri *enormi extenſione, cum aquarum congeſtione.* 8. *A variis* Vteri *vitiis & inſigni ejus hydrope.* 9. *Ab* Vteri *inſigni hydrope, Et dextri teſtis glandulis admodum tumidis.* 10. *Ab* Vteri *inſigni amplitudine, aliiſque vitiis, cum maſſa carnea in ejus cavo.* 11. *Ab hydrope in cornubus* Vteri, *innumeras veſicas continentibus.* 12. *Ab hydrope Teſticulorum muliebrium, cum aquæ copia in abdomine.* 13. *Ab hydrope* Vterino 14. *Ab enormi* Vteri *incremento.* 15. *Ab hydrope Teſticuli fœminæi.* 16. *Ab inſigni* Vteri *magnitudine, Et humoris putridi in abdomine copia.* 17. *A carnea mole ex* Vteri *ſuperficie externa exorta, hydropem mentiente aſcitem.* 18. *Ab hydrope* Vteri, *& veſiculis Purulenta materia refertis, cum aqua copioſa in abdomine.* 19. *Ab* Vtero *aqua pleno.* 20. *Ab hydatide teſticuli ſiniſtri muliebris vicem occupante.* 21. *Ab* Vteri *putrefactione cum hepatis vitio.* 22. *Ab* Vtero *& veſica urinaria exulceratis.* 23. *A ligamento* Vteri *ſiniſtro aqua repleto, abdomen diſtendente.* 24.

§.1. FOemina Pragæ erat anno 1581. nupta virgo ante ſexennium miniſtro aulico, quæ integrum ſexennium ventrem tumidum geſſit inſtar prægnantis, abſque alia moleſtia & impedimento in ſuis functionibus animalibus & naturalibus, eundo & laborando, dormiendo & edendo: non menſtruabat autem, licet commode marito convixerit: corpore bene habituata & muſculoſa, ſanguinea, facie rubicunda, hilari plerunque animo, ſtatura humiliori, ætatis xxx. annorum: ventris moles alias non premebat, niſi ſcalas vel colles altiores conſcendendo; Varias ſumpſit medicinas, quæ etiam eduxerunt cum modo, ventre nihilominus etiam magis intumeſcente: Paucis ea hebdomadis ſupervixit, atque obiit præfocata brevi temporis ſpatio, mole incluſa itineris concuſſione (Pragam enim redierat) plus ſatis diſtenta & diaphragma premente, uti reor.

Aperto ventre à ſummo ad imum uſque, aqua nulla profluxit, nec flatus animadverſus, ſed inteſtina colo infra recta & preſſa erant, utriculo quodam præternaturali ventris capacitatem explente. Is exortum ab uteri fundo extimo ſumpſerat, peritonæo firmiter adhærens, ut digitis avellendus fuerit: conſtabat tunica veluti lardea aut ſebucea, cultri craſſitie: apertus effudit aquam lixivii colore & conſiſtentia copioſam, nec quicquam aliud, principium duxit à baſi uteri ac ſurſum tetendit, peritonæo contiguus & adnatus ſuperficie exteriore, interiore inteſtinis incubuit, nulli cohærens: uterus ipſe exiguus erat & arctus quaſi puellæ 10. aut 12. annorum, quo nec ſperma nec menſtruum unquam conceptum fuerat: orificium proprium arctiſſimum & durum, cervix recte habuit: Hepar cum reliquis viſceribus & inteſtinis optime conformata erant, forma & colore debito: Sic & reliqua externa membra decenter conſtructa fuerunt abſque ulla labe: Hic hydrops aſcites quidem eſt, ſed vtero potius quàm ventri attribuendus, eo quod utriculus ſeu ſaccus ille aquam continens, ab utero pronatus erat. *Ex obſerv. Ioh. Aicholtzii.*

§.2. Anno 1669. Delphis inviſi mulierem morbo graviſſimo detentam, quæ tunc temporis maximo conquerebatur de dolore ventris, lumborum & anxietatibus circa præcordia, quæ omnia ita augebantur dum capite demiſſiore decumberet, ut ſemi-erecta continuo in lecto quieſcere teneretur, ídque propter ventrem qui in horrendam molem excreverat, cujus primordia jam ante 25. annos perſentire cœperat, cauſam vero omnino ignorabat: quàm ego antequam examen, ut par erat, inſtituiſſem, in hydrope quærendam & inveniendam opinabar, ſed poſtquam ab ægra intellexiſſem quod nullas in ventre, cum ſeſe verteret, fluctuationes unquam perſentiret, atque ventrem cum inæquali duritie in latere ſiniſtro, parum infra umbilicum, multo magis quam alibi intumefactum viderem, judicabam potius tumorem illum, cum nec Hepatis nec Lienis regioni correſponderet, atque à corpore quodam indurato & intumefacto originem duceret, à meſenterio ejuſque glandulis tumefactis provenire, cóque facilius quod talem ventris tumorem à Meſenterii tumore ortum in demortuo quodam viderim. Quare prognoſi juxta morbi magnitudinem inſtituta, cum pleraque medicamenta reſpueret, nonniſi enemata ac mixturam ad roborandum & dolorem ſedandum præſcripſi, quibus per 4. circiter menſes doloris ferociam quodammodo lenivi, donec 20. Julii, anno ætatis ſuæ 50. vitam cum morte commutaret.

Aperto

Aperto cadavere, reliquis viſceribus bene ſeſe habentibus, in abdominis cavitate q
tuor circiter inveni pintas liquoris admodum putridi, Et prætetea ingentem Tumor
rotundum, qui reliquam abdominis cavitatem adimplebat: Hunc tumorem ex adhæt
tibus illi Teſticulis, Tubis, &c. Uterum eſſe cognovi, qui meo & adſtantium judicio, ad mi
mum 40. libras pendebat: Dum uterus naturaliter conſtitutus raro duarum uncian
pondus excedit; Monſtroſo hoc utero cruciali inciſione diſſecto, vidi illius ſubſtanti
in anteriore ſua parte ſolummodo pollicis tranſverſi craſſitiem habere; in lateribus ve
& poſteriore parte, ea videlicet quæ lumbis adjacet, xij. digitos tranſverſos adæqua
quæ uteri ſubſtantia partim ſcirrhoſa, partim quaſi glanduloſa, ſive ex globulis rotu
dis, non adeo diſſimilibus compoſita cernebatur: Uteri vero medium, ſive cavitatem i
ternam, materiâ quædam inſtar pugni majoris craſſa, maxime putrida & nigricans a
implebat, quam ſtatim à fœtu, mola, aut placenta non edita, ſed in utero putrefacta o
ginem ſumpſiſſe judicabam: quod ultimum confirmabatur iis quæ maritus poſtmodum m
retulit, ſcilicet uxorem ſuam ante 25. annos, 2°. vel 3°. ingravidationis menſe, veſicula
quandam aqua repletam, per muliebria abſque placenta excreviſſe, ſubſequente ma
mo lochiorum fluxu per 6. vel 7. menſes durante: eoque ceſſante uxoris ventrem ſe
ſim magis magiſque intumuiſſe, accedentibus ſymptomatibus ſuperius deſcriptis: Ha
obſervationem praxim medicam exercentibus maxime utilem eſſe poſtmodum abun
cognovi, qui ab illo tempore quartam vel quintam abortionem patientes, per placent
rum expulſionem feliciſſimo cum ſucceſſu, duorum vel trium dierum ſpatio priſtinæ ſ
nitati reſtitui. *Ex Obſervat. Regneri de Graaf Medici Delphenſis.*

§. 3. Benedictus Vaſſalis Chirurgus Pariſienſis, aperuit 6. Januar. 1669. cadaver m
lieris 32. annos natæ temperamento ſanguineo & habitu corporis ſatis maſculo prædit
Repertæ fuere duæ matrices ſingulari connexione, à natura tam bene diſpoſitæ, ut ve
undecies jam concepiſſet, ſeptem nimirum filios & quatuor filias, juſto omnes tempo
& debita compoſitione; at quæ fraterculum habebat embryonem, conceptum in Adj
rotio ſive Adminiculo genuini uteri, & quidem loco ad diſtenſionem tam inepto, u
fœtus grandeſcens 17. ſeptimanis matrem funeſtis ſymptomatis exagitaret: tander
trium menſium fœtus factus, carcere effracto, tumulum ſibi ipſum in ipſa matre para
vit, excitando ingens ſanguinis profluvium in univerſam abdominis cavitatem, id quo
tribus ultimis diebus vehementiſſimi motus convulſivi & denique mors ſequuta fuit. *Miſce
lan. Curioſ. anni* 1670. *Obſervat.* 110.

§. 4. Vidua quædam honeſta, 50. circiter annorum, mola labotans, ante annum natu
ræ debitum perſolvit: Huic venter intumuit ut in prægnante, urina coloris ac ſubſtanti
mediocritatem ſervavit; functiones naturales, vitales & animales fere ſine noxa: alvu
tamen ſegnior fere ſemper, quippe molis pondere compreſſa; Pedes ac tibiæ longe po
in tumorem ſublatæ durum, renitentem, qui preſſus nullas foveas œdematoſas recipie
bat, nec ſcarificatus aquas exudabat: Carminantia, incidentia, purgantia, balnea nihi
proderant; uſa fuit mali ſucci victu, refrigerante, præſertim braſſica muriatica: Vente
prædurus erat, ſenſim à pondere dolor, imprimis hypochondria affligebat; Si vero an
trorſum propenſa, ventrem ſcamno imponens ſuffulciret, majorem quam ex cubation
aut alio ſitu levationem ſentiebat: Plus quadriennio duravit affectus iſte.

Hujus aperto cadavere, Hepat & Lien ſine noxa, Pulmo vero ſemiputridus repertus
eſt: Separatus & exemptus Uterus ad libras octoginta & ſeptem mercatorias pondera-
vit, Et partim ichore quodam flavo, partim quoque materia adipoſa & oleginoſa infarctus
erat; ſed quod admiratione non vacat; in medio ejus uteri crines, (aut veluti lana fla-
veſcens, & adipoſa illa materia involuta) reperti fuerunt: *Fabritius Hildanus centur.* 5.
Obſervat. 49. *Ex comm. D. Schmid. De horum pilorum origine vide Horſtium Tomo* 2. *Obſer-
vat.* 53. *lib.* 4.

§. 5. Mulierem ante aliquot annos ægram tractavi, In cujus uteri carnoſa ſubſtantia
(non in cavitate, neque ſuperficie gibboſitateve externa) collectionem adeo admirabi-
lem tam humorum quam carnoſarum excreſcentiarum, membranarum, tendinum, oſſi-
culorum, item inſtar gummatum, lupias aliaque corpora diverſæ ſubſtantiæ, coloris, odo-
ris aliarumque qualitatum habebat, ut pondus omnium eſſet librarum mercatoriarum
quadraginta; Et tamen ab annis tribus, & longiore etiam tempore, quo temporis ſpatio
materia eo loci erat contenta, nullum dolorem qui alicujus eſſet momenti perſenſerat;
ac licet tantæ ſordes, tantaque moles in utero contineretur, tamen toto illo tempore
naturales, vitales & animales functiones perfectas & integras habuit. *Franc. Rouſſetus de
partu Cæſareo ſect.* 5. *cap.* 4.

difficultate : ſegregatæ tamen ſunt invicem, & tota illa moles, ſeu capacitas uteri, à re quis membranis & peritonæo ſeparata, è corpore hoc exempta eſt : cujus toto ambi & membrana exteriore, magis tamen in ſiniſtra parte, veſiculæ erant majores quæda aliæ minores, humore viſcido, pituitoſo & albicante plenæ, qui vitrum liquefactum p ſe ferebat : In membrana utero deſerviente, non procul ab uteri collo, erat glandulo quædam ſubſtantia inſignis duritiei, velut lapis, & magnitudinis ovi anſerini, hanc p mo intuitu uterum arbitrabamur : poſtea ſingula diligentius contemplantibus, adnatu aliquid nobis videbatur : Reliqua membra interna ſatis bene ſe habebant, nullum inteſ num erat læſum, ventriculus bonus; Hepar parum vitiatum erat, Splen durus & qu arenulis refertus ſub-niger, Teſtis ſiniſter extenuatus erat ſupra modum & quaſi maraſm conſumptus, dexter ſolito major : Sed uterus adeo in immenſum excreverat, ut totu abdomen æquaret & univerſo peritonæo ſubſtratus eſſe videretur : Pulmones erant int gri, in dextra parte aliquantulum vitiati, In eadem thoracis cavitate aqua erat copio quæ potuit cauſa eſſe ſuffocationis : nam licet quatuor annis integris hanc corporis m lem ſuſtineret, & interea corporis functiones mediocriter obiret, brevi tamen ſpatio ter poris exceſſit è vivis, & per ſuffocationem aquoſæ materiæ non paulatinam reſolutione virium, mortuam puto : Hæc poſtquam incideretur, effluxerunt aquæ circiter libræ lx aut plures : aqua primo effluens pallida erat, ſeu citrina, tenuis; poſtea ſenſim craſſeſce cœpit : ad extremum veluti amurca profluxit, materia, craſſa, terreſtris, ſubnigra, fo tida; Iſta aqua omnis uteri cavitate continebatur, non in aliis membris, ſed in ſinu ipſi tantum, neque etiam reliquorum membrorum vitio ortum putamus hunc affectum, velu ratione jecoris aut lienis male affecti, ſed in ipſo utero originem traxiſſe arbitramur. *E obſervationibus Adolphi Occonis Auguſtanis Medici.*

§. 10. Auguſtæ in muliere textrice, in cujus utero ſeroſæ aquæ ſupra lx. Auguſtan menſuras, quæ ſingulæ tres pendent libras, poſt mortem reperi : nullibi interim circa i teſtina præſente aqua, aut laxo in manibus aut pedibus tumore, aut etiam viſcerum al quo vitio : Præterquam quod magnus ille uterus, cujus fundi os miris modis occalluera tota anteriori ſua ſede peritonæo erat connatus : & dextri teſtis glandulæ miris modis no ſecus excreverant, quam ſi novem decemve anſerum, aut ſtruthiocamelorum potius ov uni ineſſent membranæ, ſingula humore ovorum albo non abſimili, aut paulo craſſior oppleta. *Veſalius lib. 5. cap. 9. de Hom. corp. Fabr.*

§. 11. Mulier paupercula ſe utero geſtare opinabatur, venter intumuerat valde : exac ſunt perfecti fœtus menſes, nil producitur, tumor perſeverat : alii molam geſtare dicun poſteriorum opinionem eventus meliorem detexit, nam cum annos 16. has tumoris mole ſtias tuliſſet, emaciata interiit.

Aperto cadavere apparuit uterus undiquaque diſtentus, magnam concurbitam & pro funditate & denſitate & amplitudine referebat, adeo intumuerat ut apprimi digiti no poſſent : craſſities digitorum pene quinque erat, pendebat pondere lib. ix. cum dimidi In capacitate interna maſſa quædam carnea concreverat, quæ pertinaciter interno corpo ri uterorum adhæſerat, imo in ejus naturam pene coaluerat. Molam eſſe putabant, qua flexu temporis diuturnioris ita uteris ipſis magno adhæſu & pertinaci conjuncta, in ſimi lem naturam una ſui parte coiverat : In collo uteri abſceſſus erat ſteatomatis naturam re ferens : cornua manifeſto apparebant, teſticulus tantum unus erat : Miraculo multis di ſecta hæc pars exhibita eſt ad ſpectandum. *Gul. Ballonius paradigm. vj.*

§. 12. In cornubus ac uteri tuba ut fœtum non ſemel animadvertit. J. *Riolanus* Anthr. l. 2 cap. 34. Sic nobis contigit videre in eadem parte aquam hydropicorum, utero interin ipſo plane vacuo, ac nullo omnino humore imbuto. *Catharina Bonevallia*, adverſa vale tudine ob ſuppreſſa menſtrua aliquandiu uſæ, induruit tandem abdomen, increſcend paulatim in eam molem, ut præ pondere aquarum novem annis moleſtiſſime vixerit, ante quam aut laborum aut vitæ invenerit finem; quem tamen adepta fecit Medicis copiam inſpiciendi miſerrimum ſuum cadaver.

In quo, præter omentum putridum, Jecur pallidum, Lienem parvum, ac inteſtinum Colon lobo ſuo dimotum, videre fuit utrumque uteri cornu continuiſſe novem cir- citer aquæ puriſque libras, incluſas innumeris veſicis; quarum aliquas etiam oſtendeba extima uteri tunica, licet in vacuo ipſius ne minima quidem occurreret guttula : Quam eandem rerum faciem *Riolanus* etiam ſimiliter aſſerit obſervatam in illis uteris, quo- rum cornua produxere quos commemoravit fœtus. *Nic. Tulpius obſervat. libro quarto, cap. xliv.*

§. 13. Anno 1588. Uxor Nobil. N. fato functa, poſtquam 16. annis graviſſimis mor-

bis

bis fuiſſet conflictata, præſertim hemicrania quæ ſingulo die 7°. moleſtabat, convulſionibus, febribus tertianis, perpetuo de lateris dextri dolore conquerens & defluxionem exiſtimans, Ego vero renem corruptum cenſebam, eo quod urinas cruentas aliquando ſe habuiſſe referret: quin etiam pus per anum & per collum matricis nonnunquam excreverat, ſic & in urinis pus interdum & arenas craſſiores conſpexi: A venere multis annis abhorruit & propter dolorem abſtinuit. Et à triennio cœpit omnino ſupra dorſum decumbere: à biennio nec ſtare nec ambulare poterat, dolores ingentes perferens: Tumores magni in latere dextro: fluor puris & ſanguinis copioſus per alvum: aiebat ſe rejicere arenas per alvum: à multis menſibus condyloma magnum in ano, quod multos dolores pariebat, & enematum injectionem, quibus tamen ſublevabatur, impediebat: Intumuit venter non parum in dextro latere aliquot ante mortem ſeptimanis: quin etiam tibiæ valde intumuerant, præſertim dextra: tumebat etiam labium dextrum pudendi: Pridie mortis dyſpnœam cum raucedine perſenſit: hora una aut altera antequam exſpiraret, mortem perſenſit, ut etiam pridie ſe ſuffocatam iri dicebat: mens ſana remanſit.

Sequenti die ab obitu ſectionem inſtitui: Tumorem paracenteſis modo aperui, ex quo ſeroſi humoris menſuræ duæ aut tres Baſileenſes, h. e. ad novem libras effluxere: Educto humore, decuſſatim abdomen aperui: Eo aperto comperi tumorem adhuc inſignem in latere dextro; hærebam nonnihil dubius qualis eſſet tumor & qua in parte, quem non aperui donec omnes partes diligenter inveſtigarim, incipiens ab inteſtino recto: Inteſtina & ventriculum ſalva reperi: Omentum non habebat: in meſenterio nullus ſcirrhus aut tumor: perveſtigavi vaſa ſpermatica, utramque arteriam reperi & utramque venam valde amplam: Perquiſivi teſticulos matricis, quorum dexter vix apparuit, quia ex eo prodibat tumor ingens, ex quo eduxeram per paracenteſin copiam ſeri prædictam: Tumor ille conſtabat ex tunica craſſa, quæ externe adhærebat quibuſdam locis parti dextræ peritonæi: intus rugoſa erat, nullibi pervia: adhærebat ei verſus internam partem alter inſignis, interne etiam rugoſa tunica ſine exitu, circumcirca multi parvi tumores, ſive hydatides: vas ejaculatorium valde tenue: In latere ſiniſtro Teſticulus erat fere mali cotonei magnitudine, ſumme inæqualis, qui ſcatebat multis hydatibus, magnis & prolabebatur in capacitatem oſſis ſacri: relaxatiſque omnibus tunicis, videbatur comprimere & veſicam & inteſtinum rectum: fortaſſis ex eo erat dolor tantus quem perſentiebat circa pubem: Vas ejaculatorium extenuatum apparebat; circa matricem & inteſtinum rectum nullus alius tumor. Tandem aperto oſſe pubis, veſicam aperui, in qua nihil intus & exterius contra naturam reperi, præter ruborem circa orificium veſicæ, & in ea paucas arenas rubras craſſiores: Tandem intromiſi digitum in collum matricis, ad tactum nihil extranei ſenſi: eo aperto comperi fiſtulas duas (non calloſas) ad anum vergentes, ita ut excrementa tenuiora poſſent ad collum uteri pervenire, & in iis aliquid purulentum apparebat: In ſinubus matricis nihil p. n. Uterque Ren cum ureteribus optime habebant; ſine lapidibus, arenis aut corruptione: Splen parvus, ſanus, non adhærens peritonæo; circa ejus vaſa duo veluti lapilli, vel potius duæ cochleæ, calloſæ: Hepar maximum, albicans, non ſcirrhoſum, nec putrefactum, adhærens quibuſdam locis diaphragmati: Folliculus fellis parvus, totus repletus gypſea materia, dura, alba, ſine felle, porus ab hepate ad duodenum ampliſſimus, ſine ulla obſtructione: Pulmones quoque conſideravi, ſiniſter ſanus, in cujus latere parvum lapillum reperi, qui aliquid inflammationis habere videbatur: Dexter quibuſdam in locis adhærebat ſuccingenti tunicæ & diaphragmati, non tamen multum tumebat & inflammationem patiebatur, nulla putrefactio: In utroque thoracis latere multum ſeri: Verebamur in apertione abdominis fœtorem & copiam puris, verum nullum perſenſimus, nec pus reperimus. *Gaſpar Bauhinus, appendice ad Rouſſetum de partu Cæſareo.*

§. 14. Annò 1672. Primipara ab obſtetrice in difficili partu tam dure tractata, ut cervix uteri inflammata, ſtatim, fœtu mortuo laborioſe tandem excluſo, arcte coaluerit, lochiorumque profluvio viam præpedierit: hinc inferiore abdominis parte tumida permanente, obſtetrix, & cum ea fœminæ aliæ, plus nimis prudentiæ ultra captum ſibi tribuentes, alium adhuc in utero latere fœtum inconſiderate pronuntiarunt: Ego vero poſt elapſum integrum à partu octiduum, quo temporis ſpatio obſtetrix, abſque implorata Medici ope, puerperam ſola curandam ſuſceperat, hujuſque ſive opitulandi inſcitia, ſive incuria, uteri vagina gangrænam (ad ſimilitudinem caſus ab *Hildano* cent. 6. obſervat. 67. reconſiti) interea conceperat: Accerſitus, conſideratis probe indiciis, hydropem uteri adeſſe, nec-non, rupto peritonæo, in omphalocelen incidiſſe pronuntiavi, Et quamvis varia

una

una mecum, *Herniotomus* ac Chirurgus adhibuiſſemus remedia, è mortis tamen faucib
eripere juvenculam nequivimus.

Poſt obitum ſententiæ meæ veritatem oſtenſurus, à viduo cadaveris apertionem in
pettavi: Sectione inſtituta, muliebris ſinus gangræna corruptus, umbilicus ruptus, a
Uterus aqua cruenta, putredinem redolente repletus comparuerunt: *Ex gratiſſima com
municatione Excellentiſſ. & Clariſſ. D. D. Lucæ Scrockii Senioris, Phyſici Auguſtani.*

§. 15. Menſe Dec. 1674. examini meo ſubjectus uterus, ex cadavere virginis 70. anno
extractus, totus hic pinguedinem quaſi cartilagineam referebat, naturali figura deſtitutu
imo & magnitudine: Librarum xviij. erat; Anno ætatis nono Virgini huic menſtrual
fluxus ſupervenit, qui ad 50. duravit, imo fluxu huic variis temporibus ſanguinis vomit
gravis acceſſit; Nec tantum ordinaria obſervavit menſtrua, ſed & ſæpius copioſiora di
tiuſque debito ſe exhibentia: Vomitus quoque non raro eam ſanguinis exhibuit quar
titatem quæ vel pintam mediam expleret: Pluſquam xx. vicibus venam ipſi ſectam refe
rebat D. *Lantzweerde*, Medicus ipſius ordinarius: Circa annum x. ætatis ventris intu
meſcentia ſe primo oſtendere cœpit: Cauſam ideo incrementi dicti, ſanguinis copian
copioſioremque ad uterum affluxum cur non conſtituamus, non video quid impedia
Gerardus Blaſius Obſervat. Med. vij.

§. 16. *Bauhinus* lib. 1. Anatom. cap. 35. meminit Hydropis Teſtium, in muliere tali hy
drope extincta, è cujus Dextri teſtis tumore, novem ſeri libras extraxit; Siniſtro magni
tudinem mali cydonii excedente, multis magniſque hydatidibus ſcutente.

§. 17. Anno 1669. 25. Martii Delphis rogavit nos J. Ametis, ut conjugem graviſſim
morbo detentam inviſeremus, quæ tum temporis maxime conquerebatur de *dolore ven
tris, lumborum* & anxietatibus circa præcordia, quæ omnia ita augebantur, dum *capit
demiſſiore decumberet*, ut ſemi erecta continuo in lecto quieſcere teneretur, idque propte
ventrem qui in hotrendam molem excreverat, cujus primordia jam ante 25. annos per
ſentire cœperat, cauſam vero omnino ignorabat: quam nos, antequam examen inſtituiſ
ſemus, in hydrope quærendam & inveniendam opinabamur; ſed poſtquam ab ægra in
tellexiſſemus quod nullas in ventre, dum ſeſe verteret, fluctuationes unquam perſenti
tiret, atque ventrem cum inæquali duritie in latere ſiniſtro parum infra umbilicum, mul
to magis quam alibi intumefactum videremus, judicabamus potius Tumorem illum, cum
nec hepatis, nec lienis regioni correſponderet, atque à corpore quodam indurato & in
tumefacto originem duceret, à meſenterio ejuſque glandulis intumefactis provenire, eo
que facilius, cum in memoriam reuocaremus nos cum Clar. Profeſſore Dom. *Diemerbro
kio* in Noſocomio Ultrajectino talem ventris tumorem, à meſenterii tumore ottum i
demottuo quodam vidiſſe: Quapropter tali prognoſi, qualem morbi magnitudo deſi
derabat, inſtituta, quandoquidem pleraque medicamenta reſpueret, nonniſi enemata it
anum injicienda, ac mixturas ad cortoborandum ac dolorem ſedandum cochleatim ſu
mendas præſcripſimus, quibus medicamentis per quatuor circiter menſes doloris fero
ciam quodammodo lenivimus, donec 24. Julii, anno ætatis quinquageſimo, vitam cum
morte commutaret.

Aperto cadavere, reliquis viſceribus bene diſpoſitis in abdominis cavitate, qua
tuor circiter pintas invenimus liquoris admodum putridi, & prætcrea ingentem Tu
morem rotundum, qui reliquam abdominis cavitatem adimplebat: Hunc tumorem
ex adhærentibus illi tubis, teſticulis &c. Uterum eſſe cognovimus, qui noſtro & ad
ſtantium judicio, ad minimum 40. libras pendebat, cum uterus naturaliter conſtitutus raro
duarum unciarum pondus excedat: Monſtroſo hoc utero cruciali inciſione diſſecto, vidi
mus illius ſubſtantiam in anteriori parte ſolummodo tranſverſi pollicis craſſitiem habere,
in latebius vero ac poſtetiori parte, ea videlicet quæ lumbis adjacet, duodecim tranſver-
ſos digitos adæquare: quæ uteri ſubſtantia partim ſcirrhoſa, partim quaſi glanduloſa, ſive
ex globulis rotundis, indurato vitello non abſimilibus compoſita cernebatur: Uteri vero
medium ſive cavitatem internam, materia quædam majorem pugnum craſſa, nigricans
& putris occupabat, quam ſtatim à fœtu, mola vel placenta in utero putrefacta originem
ſumpſiſſe judicabamus; quod ultimum mariti relatione confirmabatur, retulit enim nobis
uxorem ſuam ante 25. annos 2°. vel 3°. ingravidationis menſe, veſiculam quandam aqua ple-
nam per muliebria, abſque placenta excreviſſe, ſubſequente maximo lochiorum fluxu, per
6. vel 7. menſes durante, eoque ceſſante uxoris ſuæ ventrem ſenſim magis magiſque intu-
muiſſe, accedentibus ſymptomatis ſuperius enarratis. *Reg. de Graaf de mulierum organis cap. 8.*

§. 18. Virgini xx. annorum in noſtro Procodochio, cum ex ſuppreſſis menſibus venter in-
tumeſceret, hydropis ſuſpicio fuit oborta, & ad hunc depellendum, variis incaſſum uſa

tandem

Tandem cum per quadriennium indies ventris moles augeretur, ita ut vix ferendo oneri par eſſet, nihilominus faciei color vividus & labia rubicunda apparebant: Poſt paracenteſin adminiſtratam, unde parum quiddam aquæ effluxit, ex longo cruciatu pie deceſſit.

Ventre aperto, Jecur optime conſtitutum ſeſe obtulit, reperta vero rotunda carnea moles in interiore parte ubera vaccina quoad ſubſtantiam referens, glandulis & pinguedine referta, ex uteri externa ſuperficie, duobus craſſis proceſſibus enata, pendens libras civiles xxxiv. *Obſervatio Georgii Palmæ Medici.*

S C H O L I A.

F*Aciei color vividus*] Integritatis viſcerum ſanguificationi deſtinatorum index: Anno 1663. accerſitus fui ad Nobil. Dom. Rudolphum Camerarium Principis à Longueville Quæſtorem Generalem in Comitatu Neocomenſi: Podagricus erat ab anno ætatis 23. atque ex conſilio Medici cujuſdam Pariſienſis, lacte vacino uſus fuerat ad propulſandam podagram ſingulis fere menſibus recurrentem; Sive in uſu deliquiſſet, ſive ipſius conſtitutioni male conveniret, intra ſeptimanarum duarum ſpatium adeo intumuit abdomen, ut hydropicum ſe eſſe certò crederet: De uſu lactis conſcius & vultus perpendens floridum colorem, negavi congeriem eſſe aquarum aut flatuum, ſed lactis in tubulis meſenterii concreti: Fidem fecit eventus, nam creberrimis purgantibus exhibitis, quæ lac concretum excluſerunt, ſeu potius caſeum, ſubſedit abdomen, rediitque integra ſanitas.

A P P E N D I X.

De ſimili Tumore ex cute Pudendi enato, feliciter per ſectionem extirpato.

IN Xenodochio noſtro ruſticæ Virgini adempta fuit carnea moles, in interiore parte præcedenti ſimilis, enata ex cute pudendi, ita ut vulvæ os ad latus fuerit retractum dextrum: Baſis hujus molis vix quatuor vel quinque tranſverſos digitos æquavit prope pudendum, ſed inde ſenſim initium ſumens, inter crura lata admodum circumferentia propendit: Hæc pependit libras civiles xviij. Poſtquam ſectione fuit ablata & curata bene valuit. *Ejuſdem G. Palmæ Obſervatio.*

§. 19. Vidua quædam paupercula, appetentibus menſtruis per xij. annos, motibus afflicta eſt convulſivis, atque hyſterica dicta ſymptomata paſſa eſt: tandem phlegmone uteri cum febre acuta ſupervenit, quæ in empyema degeneravit.

In demortuæ cadavere uterum plurima aqua turgentem & veſiculis quibuſdam purulenta materia prægnantibus diſtinctum reperimus, pariterque abdomen multa aqua diſtentum. *Car. Piſo de morbis à ſero ſect. 4. c. 5.*

S C H O L I A.

SCilicet cum febre hectica laboraſſet per triennium, ratione abſceſſus uterini, & ratione ſitis perpetuæ largius aquam epotaſſet, ſerum in vaſis toto corpore redundans exundavit partim in abdomen, partim in uterum, cum ad eum vaſa inſignis magnitudinis perveniant, Et in tabidis corporibus ſeroſus admodum ſanguis reſtagnare in vaſis ſoleat. *Idem.*

§. 20. Sæpe accidere ut ſigna morborum ita ambigua ſint, ut difficile ſit finitimos morbos diſtinguere ex hac hiſtoria cernitur: Cum fœmina quædam leproſa tumorem in ventre haberet, qui prægnationem oſtendere videretur, ac accederet facies minime decolorata, ac motus interior ventris talis qualis in vera imprægnatione adeſſe ſolet, embryone in utero ſeſe primo movente, judicatum fuit gravidam eſſe hanc: Tandem vero cum tempus partus præteriret, neque venter detumeſceret, adhibita quidem ſunt remedia, ſed fructu exiguo; Itaque tandem aliis ſymptomatibus accedentibus, ea fœmina diem ſuum obiit.

In demortuæ cadavere animadverti Hepar & vicina membra integra, ſed Uterus aqua plenus vehementer intumuit: quo diſſecto, aqua citrina & putrida copioſe effluxit, multorum admiratione, qui de uteri hydrope nihil ſe audiviſſe dicerent. *Ex obſervat. Iac. Oethæi Aiſchttettenſis Archiatri.*

§. 21. In puella quæ xx. ætatis annum non longe prætervecta videbatur, hydatidem inveni teſticuli ſiniſtri locum occupantem, is enim aberat, quæ magnitudine ovum anſerinum longe ſuperabat.

Annon impoſuerint hydatides iſtæ Medicis, qui nobis hydropem uterinum decantaverunt: Videſis obſervationem Clar. *Tulpii* 44. lib. 4. Sed bene quod licet hydropem cornuum uteri appellitet, vir tamen prudens aquam hanc purulentam non dicat intra cavitatem cornuum contentam fuiſſe, ſed hoc morbi genus ad hydatides referat, cum addit has aquas incluſas fuiſſe innumeris veſicis, quarum aliquas etiam oſtendebat extima uteri tunica &c. Imo dixit olim *Hippocr.* lib. de int. affect. *Fit hydrops ſi tubercula in pulmone fuerint enata, & aqua repleta, & in pectore rupta: Quod autem fiat etiam à tuberculis hydrops teſtimonium habeo & in bove, & in cane, & in ſue.* Audiſne ex hydatibus fieri

fieri hydropem,& nunc fieri quando rumpuntur,cognatum ergo hydropi ſunt malum,im & ſæpe ejus cauſæ hydatides, ſed hydrops non ſunt: Confirmat ſententiam quod hyda tides variis in locis repererim,ſemel in ſex menſium puella,ad dextrum teſticulum,magni tudine ovi columbini: In plexu choroide parvas item aliquot ſemel: ad venas in paren chymate Hepatis ſæpe: ad arterias raro: quas tamen non lubet appellare hydropes iſta rum partium,quamvis aqua in iis purulenta veſiculis ſuis incluſa reperiatur: Attamen no lo de nomine contendere, modo de re conſtet, & ſciatur hanc aquam non ea ratione qua hydrops ſanatur, eſſe curandam. *Th. Kerckringius obſerv. Anat.* 10.

S C H O L I A.

H*ydatides*] Earum generationem vaſis lymphaticis obſtractis vel occluſis aſſignat *Olaus Rudbeck* Tractatu de vaſis Glandularum ſeroſis, p. 311. Lymphatica autem vaſa in brutis vidiſſe ſe ait Excell. *Wepferus* Diſſertat. de Apoplexia p. 113. in brutis ab uteri cornibus, tenuibus exordiis, in ductus inſignes excreſcentia, liquorem ſuum in venas majores hypogaſtricas, per ligamentum uteri membranoſum diffuſas, aliquot in locis facile depoſuiſſe, quem fruſtra digitis verſus cornua repellere conabatur, obortis nodulis ob valvulas liquoris regreſſum remorantes.

§. 22. Herbipoli mulierem hydropicam quadragenaria majorem aperui, quæ ab eo morbo plane liberata per urbem (omnibus qui eam plane hydropicam viderant, mirantibus) ſæpe obambulabat. Verum ex parva victus ratione poſt aliquot menſes denuo hydropica facta, ſummis à me precibus contendebat ut ſeſe rurſus aperirem: Ibi tum me renuente & vitæ producendæ ſpem eſſe nullam affirmante, nihilominus ipſa in propoſito perſeverabat, fore ſperans ut aqua iterum educta, ſi non diu vivere,cito tamen & magis placide poſſet mori, quod ſane etiam evenit: Nam poſt alteram ſectionem, ultra ſex, ut opinor, dies non vixit: Voti tamen ſui compos facta, placide inſtar lucernæ, & deficiente oleo, eſt extincta.

In ea Hepar quidem, ut in cæteris hydropicis,uterum vero plane putrefactum inveni: *Ex I. Poſthii obſervationibus.*

§. 23. Aſciticis aquoſos humores in cauitate ea contineri quæ inter petitonæum & inteſtina in confeſſo eſt: Colligi vero & illic urinam poſſe *præciſis ureteribus* Gal. lib. 1. de fac. natur. prolixe docet: Accidit vero & idem veſica læſa ac exulcerata: Monialis quædam virgo, 55. annorum, multo tempore circa inguina & pubem doluit, nullis interim ex utero prodeuntibus excrementis: Supervenit tandem ventris tumor, quo in dies majore facto, neque ullis cedente remediis,mors tandem ſubſequuta eſt: Toto autem quo laboravit tempore, facies perpetuo elegantis & vividi, ut in ſanitate, perſtitit coloris: Siniſtri tantummodo cruris, ſupra talos dolor moleſtus erat,cum tamen nihil illic mali appareret:

Hujus venter non aquoſo humore alio, ſed urina plenus extitit,quæ ex læſa & perverſa veſica in hunc influxerat. Uterus ſi quidem omnino exulceratus fuit, ac ita quidem ut ne figuram quidem ſuam retinuerit: Veſica quoque, qua parte ipſum contingebat, ſimiliter & aliquot foraminibus hians, per quæ urina in ventris cavitatem delata fuerat: Reliqua viſcera, hepar ac lien, omni labe ac vitio carebant,atque idcirco color faciei, ut diximus, haud fuit permutatus: Quod autem ex utero excrementa nulla deſcenderint, hymen obſtitit, qui natura virginibus concreſcit, nam hoc integro, nihil ex utero deſcendere aut deferri poſſe, vel hiuc apparere poteſt. *Dodonæus cap. 34. obſerv. medicin.*

S C H O L I A.

IDem etiam poſt calculi veſicæ inciſionem & è veſica extractionem fieri poteſt: Si enim vulnus non recte conſolidetur, ſed cuti cicatrix obducatur, interno vulnere adhuc hiante, per id urina exit & in abdomine cumulatur.

§. 24. Hydrops *univerſalis* dici poteſt, totam abdominis implente cavitatem aqua: *Particularis*, qui eſt vel omentalis vel uterinus: Obſervavimus ligamento uteri ſiniſtro aqua oppleto abdomen totum ingentem in molem excreviſſe. *Rolfinckius Epitomes cognoſ. & curandi lib. 3. cap. 9.*

Observatio LVI.

Tumor Ventris hydropicus vitio Teſtium muliebrium, ſalvo hepate excitatus.

PLerique hydropis cauſam in Jecur referunt; quidam etiam aliorum viſcerum ratione genitum fidem fecerunt. Nos, vero exemplo, etiam ex teſticulis uteri proveniſſe, ſequenti hiſtoria teſtamur: Vixerat ancilla quædam, proceræ ſatis ſtaturæ, per plures annos in thermis Carolinis, negotia herilia rite peragens donec menſes fluerent, His vero ob errores in diæta commiſſos, ſuppreſſis, paulatim male habuit, donec tandem ira

DDddd intu-

intumeſceret venter, ut ratione molis male audiret: Bene autem ſibi conſcia, cum pauca quædam pharmaca ſumpſiſſet, ac de vita deſperaſſet, ut mortuum corpus ſecaretur pro innocentiæ teſtimonio petiit.

Secto cadavere, atque emiſſa plurima aquæ copia, viſcera omnia reperimus ſalva, præter pulmones, quos ob aquam, quæ diaphragma penetraverat, dimidia ex parte corruptos vidimus, itemque Omentum, uti ſolet, atque Teſtes: Hos enim ab utraque parte, non ſolum tumidos, ad magnitudinem capituli recens nati puelli, ſed etiam lividos, quaſi fungoſos, plenos veſicis aquoſis, quæ majori ex parte ruptæ fuerant, tantamque aquæ copiam effuderant, inque foramina atque ulcera degeneraverant, ac plane putridos invenimus: Utero alias ejuſque vaſis plane illæſis atque incorruptis: *Schenckius ex Ioh. Heinzio.*

SCHOLIA.

INde facile concluſum fuit ex ſeminis copioſi (cum virago fuiſſet annoſa) detentione atque corruptione hoc malum prognatum: quodque etiam mulieres frequenter teſtium morbis affici ſoleant, cum non raro de tumoribus & moleſtiis internis ſuper inguina conqueri ſoleant.

OBSERVATIO LVII.

Ventris tumor ob molam pluribus annis geſtatam. 1. 2. Ob duplicem fœtum & molam. 3. Ob molam ingentem ex plurimis veſicis aqua repletis conflatam. 4.

§. 1. VIdimus molam molis annorum 15. Erat autem rotunda pedes tres cum dodrante: Eam geſtabat mulier abdomine utriformi, quale eſt hydropicorum: Ea mortua & diſſecta, prodiit Mola vivens & incorrupta, cujus conceptæ & geſtatæ in utero per 15. annos hoc argumento adducor, quod mulier eſſet vitæ integræ & notæ cumprimis pudicitiæ: Exegerat autem 15. annos vidua, nam ſine coitu coagmentatio non eſt molæ, quicquid nugentur ſophiſtæ linguarum & naturæ ignari: Hoc fuit judicium Præceptorum *Hippocr. Ariſt. & Galeni*, quorum authoritas una me frangeret, niſi eorum ratio plus valeret ad comparandam docilitatem & fidem: Sic enim de mola cenſuerunt, quod ſit rudis indigeſtaque moles, quam cruditas edit ſeminis atque corruptio, unde eſt impedita corporis partiumque diſcretio & accretio: Nam ea moles in quam aſſurgit, quæque illi vulgo peperit nomen molæ, accretio quædam eſt phyſica ſed informi, vivit enim & creſcit more tuberum, non autem ſtirpium, ſuis partibus convenienter cujuſque naturæ diſcretis abſolutarum; *Duretus comm. ad coacas p. 478.*

§. 2. Molas totos ſeptemdecim annos utero circumtulit uxor *Gulielmi Rogerii* vaſorum ſtanneorum figuli, in S. Victoris vico; quam quinquagenariam & mortuam cum diſſecuiſſem; uteri corpus comperi fere ſolutum, & nequaquam his quibus ſolet vinculis adſtrictum, tantum cervice ſua vinctum, & prætcrea proximo ſuo omento ſubhærentem, unico teſticulo dextro præditum, eoque latiore & laxiore: cornua nequaquam, niſi parte illa forte conſpicua erant, vaſa ſola cervice admittebat; eaque manifeſta & tumentia: caput humanum amplum totus æquabat: Hunc à reliquo corpore revulſum in ædes meas detuli, ut per otium quid concluſus totus jam ſeptemdecim annos contineret, oculis, manibus & mente conſequerer: Plurimis igitur Medicis præſentibus uterum diſſecui, reperique toto corpore ſuo propriaque tunica (altera quæ ipſi à peritonæo adeſt, integra & ſana) ſcirrhoſum durumque adeo, ut in ipſum ferri validis viribus adacti acumen vix ſubire poſſet: trium digitorum ſpiſſitudinem ejus corpus habebat: In media capacitate carnea moles inventa eſt, manus ambas in pugnum contractas craſſitie æquans, mammæ vaccinæ ſimilis, uteri parietibus non niſi certis locis adhærens, denſa valde & inæquali grumoſaque ſubſtantia, corporibus multis, qualia in atheromatibus reperiri ſolent, cartilaginibus præterea & tanquam oſſibus conſperſa: Una omnium ſententia fuit, ejuſmodi molem initio molam fuiſſe, quæ temporis ſucceſſu in ſcirrhoſum corpus una cum propria uteri ſubſtantia degeneraſſet: In media inſuper uteri cervice, tumorem notavimus craſſitie & rotunditate meleagridis ovo ſimilem, ſubſtantia durum, cartilaginoſum & oſſeum, totam cervicem occupantem, præſertim vero uteri interius orificium, quod Gallorum vulgus coronamentum nominat, adeo ut hac nihil in uterum ingredi aut egredi poſſet: Pendebat omnis illa moles libras novem & uncias duas, quam ego, quod monſtri aliquid habere videatur, propter rei novitatem & raritatem in conclavi meo & armamentario reponendam & aſſervandam duxi. *Pareus lib. 23. cap. 34.*

§. 3. *omiſſum. Vide in fine hujus Libri III.*

§. 4. Ratum eſt apud Practicos, molas ſi ſolæ ſint, ſæpe non ſolum plurimis menſibus, ſed

ſed & pluribus annis in utero hærere, quibuſdam & conſeneſcere, imo commori, ſemp tamen vitam abſcindere, ut mulieres iis laborantes, citius quam ſi absque iis fuiſſet, ctum eſſet, intereant: Hujus res veritatem confirmat mulier gregaria, Norton nomir Dorcheſtriæ habitans, quadragenaria, quæ molam abdomine utriformi, hydropicoru inſtar in utero geſtavit, ſex plus minus annis, ſine ullo incommodo aut periculo, præt moleſtiam ex pondere perceptam: Hæc circa vitæ finem me vocari juſſit, rogavitque ſe à morte, quam in dies ſe expectare dicebat, ſeſe aperiendam curarem, quo tantæ m lis cauſa innoteſceret, cum venter in majorem tumorem, quam gravidis ſolet, elevat eſſet.

Mox à morte ſectionem ſuſcepi: Aperto cadavere, nihil culpa dignum inventun præter ingentem Molam rotundam, ex pluribus veſicis, juglandis magnitudine comp ſitam, quæ admodum erant craſſæ & tenaces, aqua repletæ, obductæ & intertextæ mu tis fibroſis ligamentis: Adnata vero erat utero, ut cultello minime ſeparari potuerit, fere libras ponderans: Recte itaque *Hippocr.* 1. de morb. mul. Si mola una caro fiat, *in quit*, perit mulier: Quod ſi enim in univerſum in ſe coacta integra maneat, cum natu ra eam ob molem propellere nequeat, fieri nequit ut ſervetur ægra. *Frid. Loſſius obſer vat. 16. lib. 4.*

Observatio LVIII.

Ventris tumor gravidatis ſuſpicionem exhibens, à ſeri copia abdomen replentis, Utero valde magno, pleno humore craſſo, &c.

Auguſtiſs. Imperatrix M. *omnia ſigna veræ geſtationis* tribus fere annis ante obitum ha buit, ita ut omnes doctiſſimos Medicos, & expertiſſimas mulieres deceperint uſque ad nonum menſem, cum motus non ita fortis, ut par eſſe videbatur, deſideraretur, & lac in mammillis, quibus de cauſis poſt decimum exactum menſem, licet optima ſi qua alias frueretur valetudine, ad ſanguinis miſſionem (ipſa quidem invitiſſima, cum omnino crederet ſe geſtare) & ad alia oportuna remedia deventum ſit, ſicut & reliquo tempore cum doloribus ventris per plures dies torqueretur, & aliis ſymptomatibus, quibus pro neceſſitate varia medicamenta fuerunt præſcripta uſque fere ad ſecundum annum, quo tempore à plurimis communicatis conſiliis, ad fortiora medicamenta pro mali expulſione properavimus: Demum Sereniſs. Auguſta, jam ab anno ante obitum ſatis manifeſtam corporis maciem, excepto ventre, percepit, cum alias eſſet ſatis pinguis: Poſt iſtam corporis maciem, & pulcherrimæ formæ jacturam, frequentibus leipothymiis laboravit, ventris doloribus, uteri affectibus, gravitate circa pubem, menſium ſuppreſſione, ſtomachi rorſionibus & cardialgia, convulſionibus plerumque & aliis ſymptomatibus fuit ſæpe correpta, una cum vomitu frequentiore materiæ phlegmaticæ & bilioſæ, & hujus per unum aut alterum menſem ante obitum, poſt magna animi deliquia, poſt magnum ſtomachi ardorem & inexplebilem ſitim, per vomitum ad libras fere 15. pluribus vicibus fuiſſe rejectas referunt: menſium ſuppreſſionem paſſa diu fuit:

Hujus defunctæ aperto thorace, Pulmones reperti flaccidi & ſemiputridi, ac ſanguine atro referti: In cordis ventriculo dextro repertum fuit corpus glandulosum ſeparatum omnino à circumſtante ſubſtantia cordis, oblongum ad ovi columbini longioris craſſitiem, foris obductum pinguedine, intus vero continebatur ſua membrana, glanduloſa ſubſtantia alba ſatis & mollis: reliquam capacitatem ventriculorum occupabat ſanguis ater concretus ad uncias quatuor: Septum transverſum ſublividum erat & quaſi totum corroſum: Fellis veſicula ſatis magna erat, cum multa bile & duobus lapillis duræ ac tartareæ ſubſtantiæ, qui caſu confracti ſplendebant; unus ſuperabat magnitudinem ciceris, alter æquabat: Hepat erat ſatis magnum, coloris ſubrubri, aut potius liveſcentis: Lien erat ſatis magnus, ſed ſubſtantia naturalis erat: per ejus vero longitudinem ſubſternebatur veſicula plena humore flavo, craſſo: Inteſtina naturaliter ſe habebant, ſed meſenterium fere totum computreſcens viſebatur, Et quaſi ſacculus cum longo collo utero incumbens, oppletus magna copia phlegmatis craſſiſſimi, lividi, non valde fœtentis, quod etiam totam regionem hepatis & latus dextrum offarciebat: Cavitas autem abdomnis erat etiam oppleta humore ichoroſo, flavo, qui una cum ſupradicto phlegmate aſcendit ab lib. 24. Uterus vero erat valde magnus, plenus humore craſſiſſimo, albo: circa ejus latera & corpus, *ſubſtantiæ ejus adhærebant quinque corpora* ſatis magna, ex ſubſtantia quadam mucoſa, nervaceam materiam referente, valde concreta & ſatis ſolida, ita ut complicationes nervorum viderentur habere: In uteri vero capacitate, inter dictam materiam & humorem craſſiſſimum innatabat, ut ita dicam, quædam ſubſtantia alba nerveam materiam albam

DDddd 2 referens

referens & ſimilis ſupra dictis quinque corporibus. Superabat autem valde magnitudinem ovi anſerini licet magni: Infra umbilicum pinguedo aderat ſatis conveniens, ſed in reliquo abdomine nulla fere, & macies ſatis inſignis apparebat in brachiis & reliquis partibus ſuperioribus, licet femora & ſubjectæ partes eſſent carnoſæ: *Crucius de Quæſitis cent.1.p.25.*

SCHOLIA.

EX præmiſſa hiſtoria, aut obſervatione eorum quæ intra corpus reperta ſunt, non difficulter colligi poteſt ſpecies morbi de quo ambigitur, ita ut dicendum ſit S. A. hydrope Aſcite & diu laboraſſe, & denique obiiſſe: Imo præter communem & viris & fœminis hydropem, abdominis regionem & cava ventris loca occupantem, non abs re etiam erit de uterino ſuſpicari: Tumor ſiquidem adeo inſignis totius ventris, & uteri eſſatu digna magnitudo in muliere quæ nunquam concepit aut peperit, cum tamen aliæ corporis partes ſuperiores emaciatæ admodum forent, Et ichoroſa ac pituitoſa excrementa illis in partibus abunde adeo adinventa, rem prout ſe habuerit manifeſte ſignificant: Quibus quidem morbis occaſionem dediſſe arbitrandum eſt menſium ſuppreſſionem, quam paſſa diu fuit, & multorum variorumque ciborum uſum immoderatum, à quibus crudorum ſuccorum proventus & cumulus, cum in utero tum in epigaſtrio toto, & præſertim in epiploo, ſeu duplicato illo peritonæo coacervari facile potuit, quemadmodum & in venoſo genere coaffecto Jecore, unde tractu temporis ſpiritum una & calorem vitalem labefactavit ac extinxit: Ita namque dicebat *Galenus* 4. de præſag. ex pulſ. 9. ſolitas expurgationes cohibitas aquam intercutem parere: Et *Aëtius* inter ea quæ uteri hydropem excitare poſſunt, diuturnam menſium ſuppreſſionem, impeditamque prægnationem principem locum habere teſtatur; Et prior *Hippocr.* 1. de morbor. mul. Hic morbus, *inquit*, ex abortu fit, ſed etiam ex aliis cauſis, cùm menſes fuerint occultati:

Hepar coloris ſubrubri] Quæri poteſt cum Hepar ejus coloris vitium ſit, & in ſubſtantia ſanum apparuerit, an hydrope laborare potuerit ac ex eo interire? Quia dum ſtatuitur ex colore & ſubſtantia jecur undequaque ſanum fuiſſe adinventum, & ex altera parte ex abundantia ichoroſæ materiæ, quæ inter inteſtina & peritonæum ſtabulatur, hydropicam illam fuiſſe, confirmatur opinio aſſerentium citra Hepatis læſionem interdum hydropem generari: Reſp. Dictum fuiſſe Hepar fuiſſe coloris ſubrubri aut potius liveſcentis, quod videtur hydropis originem ex refrigerato Jecore magis magisque confirmare: Lividus enim color frigoris ſoboles eſt authore *Gal.* 1. de criſib. 12. juxta quam rationem idem 3. de ſympt. cauſ. 2. ſcripſit ſanguinem nigreſcere à frigiditate, quod ad partes quoque redigi poſſe nemo dubitabit: Sed quomodo à frigiditate colores lividus & niger? An quia partes diaphanæ & luminoſæ quæ in aereis igneisvé ſpiritibus inſunt, vi frigoris exprimuntur, ut inde emergat opacitas? unde ſumma cum ratione dicitur Jecur S. A. cum ad lividum vergeret colorem, frigidi non calidi fuiſſe temperamenti, cum præſertim dicatur in hiſtoria anatomica à copioſo phlegmate frigido oſſarctum fuiſſe, dum ſc. ſacculus ille oppletus magna copia phlegmatis craſſiſſimi dextrum latus occuparet: In ſolo quidem uteri hydrope, qui nimirum ex propria ipſius uteri intemperie frigida ſit genitus, quique adhuc vim ſuam in Jecur transfundere minime inceperit, neque ego negaverim & Jecur ipſum & reliqua viſcera omnia ab omni labe intacta poſſe inveniri, quoniam & hoc proditum à *Veſalio* lib. 5. cap. 9. & *Columbo* lib. 15. Cum igitur in S. A. præter uterinum hydropem, ut ego exiſtimo, abdominis quoque hydrops adeſſet, veriſimile ſit Jecur in ea fuiſſe ex frigida dyſcraſia ita labefactatum, ut livido etiam potuerit inde præditum eſſe colore, quippe cujus nativus calor, ad quem ſpectat hæmatoſis, jam quaſi foret extinctus. Dum autem magnum notatur fuiſſe Jecur ejus, excludi videtur ſuſpicio generationis hydropis ab illa cauſa quam ponit *Avicenna*, quæ Jecoris parvitas eſt: qua etiam pro vera ſuppoſita, ratio hæc poſſet excogitari, quia ſcil. in parvo Jecore alimentum inculcatur & ægre conficitur, ut hinc tandem nativus ejus calor refrigeretur & extinguatur.

Omnia ſigna veræ geſtationis.] Quæſitum an quod utero gereret temere a quibuſdam crederetur? Aderant inter Cæſareæ aulæ Medicos qui non de morbo aliquo cogitarent, ſed de prægnatione libere & conſtanter pronuntiarent. Profecto aliqua ratione permovebantur qui de vera conceptione aliquandiu crediderunt, ex menſium ſuppreſſione, tumore abdominis, qui non ita facile ab uteri tumore diſcernitur, & habitu corporis alioquin ab initio valde probo ac ſano apparente; facilis enim eſt ad hanc illuſionem tranſitus ob accidentium analogiam: Ideo ſcriptores multum laborant in ſignis, per quæ legitimum fœtum à concepta aqua diſtinguere valeant, nec raro aberrare hic contingit tum medicos tum mulieres, Aliquando enim quædam putantur gravidæ, quæ tempore progrediente vel flatus, vel aquam, vel quid ſimile concepiſſe deprehenduntur: Et è contra viſæ ſunt haud unæ mulieres, quæ minime gravidæ, ſed aliquo uteri morbo laborare judicabantur, quæ tamen verum, naturalem ac vitalem fœtum ediderunt, Hic non ſilebo quæ Venetiis vidi in Clar. Muliere D. Helena de Mocenicis, quam quotidie inviſebant Medici *Fr. Stabilis*, & *Ben. Flanginus*, in illa urbe magni nominis, eamque tanquam Tympanitide correptam curabant: Dum enim poſt alia incaſſum tentata præſidia, jamque ſeptimus ageretur menſis, derepente ſuborti ſunt dolores, noctuque fœmellam peperit: Mane vero redeuntibus Medicis, dum lecto proxime accedunt, Mater ſindone remota, Ecce, inquit, hydrops, Ecce flatus mei ventris pro quibus me quaſi interfeciſtis. Sed quid mirum in tam ambigua ancipitique materia aberraſſe Medicos, cum ſcribat *Hippocr.* Epid. 4. Uxorem Antigenis ignoraſſe an prægnans eſſet, velut Himenen ſororem quæ ex ſuppreſſis menſibus intenta habebat hypochondria? Ita in propriis uxoribus decepti magnus ille Avenzoar & Doct. M. de Gradibus.

Subſtantiæ uteri adhærebant quinque corpora] Non mirum ſi in S. A. utero male affecto, frigidis & mucoſis humoribus referto, neſcio quæ corpora alba fuerint reperta, quæ quidem crediderim ego ſobolem eſſe pituitoſæ lentæque materiæ ibidem concretæ: cujus fortaſſe naturæ erat etiam corpus illud glanduloſum vocatum, in ſinu cordis adinventum. *Thomas Mingonius*, Medicus Cæſareus, corpora illa molas eſſe arbitrabatur, per coagulationem à frigido factas: In quibus non deſiderari formam carnis perfectę probabat ex *Lemnio* l. 1. c. 8. de Nat. miraculis, aſſerente molam eſſe rudem informemque maſſam atque inelaboratam.

OBSERV.

Observatio LIX.

Ventris tumor & durities, ſcirrhum mentita, ob fœtum utero conceptum.

LUdovica Pouppard, cum ob quartanam menſtrua ſuppreſſa eſſe (quod ſæpe uſu venire ſolet) crederet, tamen conceperat; Verum cum ſe gravidam non ſuſpicaretur uſa medicamentis, venæ ſectione & topicis, quibus tam in febre quartana, quàm in hepatis & ſplenis duritie (hujus morbi ſymptomatis) Medici uti conſuevere: Durities autem hæc licet eſſet ob fœtum in utero contentum (quod non agnoſcebatur, tamen ſcirrhus cenſebatur, aut alia colluvies quæ ex putata ſymptomatica menſtruorum ſuppreſſione eſſet orta: Tandem fœtu mortuo, mollioribusque ipſius partibus putrefactis, nec ullis ipſius partus ſignis conſpicuis, oſſa tractu temporis denudata fuere, & uterum poſteriora verſus circa regionem recti inteſtini perforarunt, ita ut ſenſim per alvum, una cum excrementis oſſa fuerint excreta, & inter cætera os tibiæ integrum fuit rejectum: Cùm ita diu cum morbo fuiſſet conflictata, interiit.

Hujus corpus apertum fuit per Fl. *Philippum* & *Mich. Pichardum*, à quibus nil niſi oſſa putrida, & præcipue capitis oſſa fuere inventa, idque magna cum admiratione, quomodo in hoc cœno uteri putrefacti ſubſiſtere potuerint: Videtur ſane mulierem, quoad hunc affectum, gaſtrotomia curari potuiſſe, ſi tempeſtive malum cognitum fuiſſet, hocque auxilium foret uſitatum & cum indicio adhibitum. *Franc. Rouſſetus de Partu Cæſareo ſect.* 4. *cap.* 2.

SCHOLIA.

De partu Cæſareo an tentandus, vide inter plurimos *J. van Horne Microtech. Sect.* 2. *part.* 1. §. 30.

Observatio LX.

Ventris tumor Aſciticus, cum Teſticuli dextri, (in muliere) pilis infarcti miro incremento.

§. 1. HYdropicam hic in Xenodochio aliquoties inviſi, cujus venter poſt puerperium in tantam magnitudinem excreverat, ut an unquam ſimilis viſus ſit, dubitem: Circumferentia enim ducto per medium umbilici filo, continebat pedes Geometricos quinque: Miſeram aliquandiu in hoc ſtatu vixit vitam; Tandem triduo ante obitum rupto umbilico, ultra 18. Baſilienſes menſuras aquæ effluxit.

Cum debitum naturæ perſolviſſet, & cadaver apertum fuiſſet, iterum aquæ ultra menſuras 20. effluxit: Præterea dexter Teſticulus ad ovi anſerini magnitudinem adauctus, pilis (materiæ cuidam purulentæ, oleaginoſæ & albæ commixtis) infarctus fuit repertus, major autem pars pilorum confuſa, & quaſi in globum acta, prædictæ materiæ erat immerſa: Multi quoque interiori membranæ tenaciter inhærebant. *Fabritius Hildanus cent.* 5. *obſerv.* 48. *Gregor. Horſtius Tom.* 2. *lib.* 4. *obſervat.* 53.

§. 2. Vaſa ſpermatica in fœminis graviter aliquando obſtruuntur: ut una cum Teſtibus ad pugni magnitudinem intumeſcant. *P. Barbette Anat. Pract. p.* 4. *c.* 2.

Observatio LXI.

Ventris Tumor à ligamento uteri ſuperiori tumido ſero.

FOemina ruſtica ingenti abdominis tumore corripiebatur, propenſo aqualiculus ſeſquipede extabat in ingentem molem: Munia familiaria obibat, licet ægre: Appetitus integer, menſes triennii integri decurſu ſubſtiterant: Re tota naturæ commiſſa providentiæ, tandem ſubito extincta.

Juſſu & in præſentia illuſtrium perſonarum aperto cadavere, ligamentum ſiniſtrum ſuperius ſero tumidum totam occupabat cavitatem: Ventriculus, Jecur, Lien bene habere videbantur, Uterus exilis: Aperto tumore, aqueum liquamen maxima in copia effluebat: *Rolfinckius cap.* 20. *de organis Generationis.* Vide §. 24. obſerv. 55.

Observatio LXII.

Ventris Tumor à mole inſigni, Omento adnata & vaſis ſpermaticis, ac Uteri tuba dextra ex multifariis partibus contexta.

ANno 1675. 18. Dec. cadaver Puellæ 14. circiter annorum, cui nomen Magd. Croeſen, cultro noſtro expoſuit Vir Celeb. D. *Viſcherus*: Ante menſes 18. incepit laborare ventris intumeſcentia, ſenſim in initio, aſt ultimis menſibus ſubito augmentata:

Decubuerat ante annos decem periculoſe, ad ſeptimanas 13. per aliquot dies vocem nullam edens:

Aperto ventre offerebat ſe omentum, ante undique moli cuidam inſigni totum ventrem occupanti, ſuperius connatum, vaſis inſignibus mire ſcatens: Omento hoc diſſecto, molem illam, mobilem omnino è corpore auferre annitebamur, aſt obſtitit arctiſſima ejus copula parte inferiore cum vaſis ſpermaticis, uterique Tuba dextra: His vero diſſectis eam integram tabulæ imponere licebat; Tuba hæc loco illo toto qui inter fundum uteri & molem hanc interjectus, octo ad minimum digitorum tranſverſorum longitudinem habens, exilis valde, vix ſtraminis craſſitiem habens, anguſtior multo ſiniſtra, cui Teſticulus adſitus bonæ notæ, qui in hoc latere affecto deſiderabatur: Molem hanc diſſectam ex plurimis colore, figura, conſiſtentia, toto genere diverſis particulis, majoribus minoribus compoſitam inveniebamus: *Veſiculæ* hic aderant multæ, quarum quædam materiam continebant aqueam, claram, tenuem; aliæ ſubrubram, viſcidam, glutinoſam, Concretæ variæ quaſi parenchymaticæ, quarum tamen plurimis cartilagineæ aliæ permixtæ: Cavitates aderant innumeræ, ſubſtantiæ cartilaginoſæ inſculptæ, quæ apertæ pinguem quandoque, medullarem, cetebro ſimillimam materiam exhibebant: Nonnullæ lacti coagulato, modo conſiſtenti modo granuloſo admodum, modo inſtar ſtercoris gallinacei albidioris, fluxili omnino: At quod omnium admirationem movebat, ſumma erat variis locis durities, non cartilaginea, ſed omnino oſſea, adeo ut ne cultro quidem dividi potuerit: Nec tantum ſubſtantia hæc per totam maſſam diſperſa, ſic ut variis locis particula talis ſe exhiberet, verum continuata occurrebat non uno loco, imprimis circa poſteriorem molis partem, imo offerebant ſe particulæ variæ, in quibus diverſis locis pilorum, ſæpius ſat longorum, notabilis copia: Vaſa totam maſſam curioſo ſpectaculo peterrabant, partim ab Omenti vaſis, partim ab iis quæ Teſtis ſunt, procedentia, Hepar ubique lateri dorſoque filamentorum ope adhærebat, inferiore ſui parte tumefactum ac ſuppuratum: Lien, Ventriculus, Renes, Veſica bene ſe habebant.

SCHOLIA.

AD quod morbi genus moles hæc reduci debeat, non ſcio quis determinare audeat: Abſceſſum eam haberi poſſe, & quidem talem quales Atheromata appellari conſtat, mihi perſuadeo: Varietas ſubſtantiæ ſumma magnum ad hoc argumentum: Totalis hic dextri teſticuli in alienam ſubſtantiam degeneratio, cum incremento aucto: Forſan morbi illius graviſſimi, quo ante decennium laboravit virgo hæc, critica potuit adfuiſſe materiæ peccantis ad Teſtem hunc translatio, vel debilita: quædam alia, à violentia externa, aut ſanguinis ipſius affluxu, vitiatæ ejuſmodi diſpoſitioni occaſionem præbuit, illo maxime tempore, quo & ſeminalis materiæ productionem, & menſtrui evacuationem ſuppreſſam virginibus gravem afferre alterationem reperimus: Imo quid impedit quominus dicamus corruptæ ſubſtantiæ teſticuli, à cauſa nobis ignota, ſanguinem per ſpermatica æque ac epiploica vaſa copioſius juſto accedentem, augmentum ſucceſſu temporis attuliſſe, ſimiliter ac in abſceſſibus ejus conſtitutionis aliis in habitu corporis quandoque ſe exhibentibus, haud raro notamus nonniſi per unicum ſæpius vas ſanguineum, inſigniter, & nonnunquam valde celeriter eos augmentum ſumere? Quod autem miræ hic ſeſe exhibuerint formæ, noſtrum haud eſt exponere, Philoſophis hæc committimus: Varias, imo diverſiſſimas in ſanguinea maſſa contineri particulas, Chimia, inter alia, ſatis demonſtrat; ex quibus diverſimode a calore proportionato commotis, ſeparatis, unitis, diverſa produci poſſe corpora probabile valde: In naturali hoc obtinet univerſi corporis nutritione auctioneve, obtinet & in præternaturali: Et quod ſi in teſticulis variis corporis partibus producendis materiam accommodatam hætere, adeoque & in hoc noſtro vitiato hæſiſſe diceremus: nunquid in tuba uterina & fœtus & molas reperierunt Anatomici? Mola ex Teſtis materia, ovum ſive dixeris ſive ſemen: quod ſi in Tuba generari queat, cur non etiam extra eam, modo ab acceſſu quodam extraordinario cauſæ cujuſdam eam varie diſponere valentis, qualis vel ſanguis ipſe extraordinariam mutationem ſuſtinere cogatur?

Gerardus Blaſius obſervat. med. 9.

OBSERVATIO LXIII.

Hydrops à defectu caloris nativi inductus.

DIſſecabatur in Noſocomio Leydenſi corpus vetulæ annos 70. natæ, quam Aqua Intercutem jugulaverat: Magna copia aquæ flaveſcentis ex abdomine intra peritonæum ejecta eſt: Hepar non tam putridum, ſicut alias notatum, neque ſcirrhoſum, ſed parenchymate flaccido: Lien à naturali quoque non multum receſſerat, minor tamen, forſan ætate contractus: Omentum fere conſumptum: Exiſtimabat ſector Chirurgus, præſentibus D. *Screvelio* nobiſque, hydropem iſtum ob defectum potius nativi caloris in corpore ſenili inductum, quam à læſione vel Hepatis vel Lienis, vel aliorum viſcerum. *Bartholinus hiſtor. 83. cent. 3.* Vide obſervat. 32.

OBSERV.

Observatio LXIV.

Hydropicus ventris tumor à nimio potu inductus.

IN cadavere mulieris anno 1625. in valetudinario mortuæ, nullius viſceris aderat vitium: Solus humor ſeroſus à nimio potu mali cauſa deprehendebatur, quem largiu ingeſſerat ob inſignem æſtum ab ulcere ventriculi, cujus fundus cum pyloro erat exulceratus. *I. Rhodius cent. 3. obſervat. 4.*

SCHOLIA.

A *Nimio potu*] Patet nobis jam oculatioribus cur Hydrops interdum hauſto potu ſtatim diſtendat ventrem: quod in amico meo intimo non ita pridem obſervavi, nempe ob peritonæi tunicam, cui glandulæ lacteæ immerſæ latent, impletam: Nec difficile explicatu eſt quomodo per diuretica Hydrops ſæpe terminetur, perque urinas ſolvatur. *Thomas Bartholinus de Lacteis Thoracicis cap. 9. §. 7.*

Nullius viſceris vitium] Ab errore ſcil. externo; Et cum mature aquis exitus paratur, antequam ex earum mora & corruptione labem viſcera concipiant: Vix inter Medicos aliquem reperias (*ait Pariſienſis quidam Doctor*) cui non contigerit hydropicum aliquod cadaver eviſcerare: Integrum eſt in multis hepar ex omni parte, quibus eſt exortus hydrops ex aquoſo liene, ſaltem principio pathematis hujus generationis: At temporis progreſſu flacceſcit id quidem, marceſcitque & attenuatur fluctuatione & inundatione aquarum: *hæc ille:* En hydrops lethalis, inventum in mortuis integrum Hepar, nec non Lien; in aliis læſum quidem ſed ab hydrope; ut hepatis vitium effectus fuerit, non cauſa hydropis.

Observatio LXV.

Peritonæi tunicæ in Hydropicis mire aliquando craſſeſcunt & indurantur.

IN Hydropicis peritonæi tunicæ valde incraſſeſcunt, imo ſucceſſu temporis cartilagineam duritiem acquirunt, quod in paracenteſi abdominis ſcire neceſſarium eſt. *P. Barbette lib. 4. Anat. Pract. lib. 4. part. 3. cap. 2.*

Observatio LXVI.

Hydropici ventriculus admodum anguſtus, quia jamdiu non comederat.

ANte octiduum, in pago Saſſen, cadaver Hydropicæ ſeptuagenariæ, juſſu PræNob. D. noſtri Præfecti, à Chirurgo, me præſente, fuit apertum, Illa vivens credebat Serpentem, aut aliud quoddam animal in ſe latere, ſed præter ingentem aquæ copiam, tam in abdomine quam thorace contentam, & viſcera qualia hydropici habere ſolent: ventriculus tamen huic contractus ſeu coarctatus, ut magnitudo ejus magnitudinum renem non excederet: Nullam fere habuit cavitatem, & ſubſtantia ejus fuit admodum craſſa, ſed diu nihil comederat: *Ioh. Butzius in miſc. cur. ann. 6. & 7. p. 318.*

Observatio LXVII.

In Hydropicis quibuſdam pericardium cordi adhærens inventum.

ADhæſio pericardii corpori ipſius cordis, hujus palpitationem induxit, quod in duobus hydropicis obſervatum. *Ballonius Tomo 1. Conſil. 109.*

Observatio LXVIII.

Anatome Hydropicæ mulieris, in qua principium venæ cavæ deſcendentis arcte coaluerat.

ANno 1625. in cadavere mulieris hydropicæ, principium venæ cavæ deſcendentis arctiſſime coaluerat, ut ne ſpecillum quidem admitteret: haud dubie ab exulceratione à vermibus in ramo Iliaco repertis excitata. *Ioh. Rhodius Mantiſſa obſerv. 21.*

Observatio LXIX.

Hydropici cadaver ſine Hepate & Liene inventum.

ANno 1594. 11. Septembris obiit D. *Matthias Ortelius* Mercator Antuerpienſis: Aliquot annis antea hydrope laboraverat, qui morbus affectus Hepatis vel primario, vel ſecundario neceſſario conſequitur: Cumque ſub ſepto transverſo Hepar & Lienem quæreremus, ne veſtigium quidem illarum partium invenimus: Caſus profecto inauditus & admirabilis: At ſubſtantia omnium inteſtinorum carnoſa prorſus erat, multo ſolidior quam ipſa muſculorum caro, ut ſoliditate cordis carni fere reſponderet: Et vena cava ex ipſis inteſtinis ſuam originem ſumebat, Eo fere modo quo vena Porta in ipſis inteſtinis ſolet implantari. *Caſpar Bauhinus in appendice ad tractatum Franc. Roſeti de Partu cæſareo.*

SCHOLIA.

VUlgata *Ortelii* ſectio, quæ multorum torſit ingenia, pluribusque impoſuit, ſi ad trutinam eſſet revocanda; vel ſaltem levibus conjecturis daretur locus, utique pateret non defuiſſe jecur, & hoc in opportuniori forte ſitu locarum extitiſſe, ut ſecreta bilis in inteſtinum derivaretur: in hoc enim inteſtina carnoſa obſervata fuere; ita forte dicta ab obſervatore, ob ſubſtantiæ modum conſimilem carni, & rubrum colorem, cum etiam ſolidiora & compactiora muſculorum carne deprehenſa ſint: Oblongæ itaque glandulæ, circa inteſtina accubantis, rudem nobis exhibet ſpeciem, nec vaſorum inde enata propago conjecturam deſtruit: Cava enim vena à carnoſis hujuſmodi inteſtinis emergebat. *M. Malpighius Sect. 1. de ſtruct. viſcerum cap.* 8.

OBSERVATIO LXX.

Anatome hydropicæ ſine Iecore, Liene, Renibus inventæ, cum mola inſigni in Vtero.

ANno 1601. mulierem aperui, cui abdomen ita inturguerat ut tres haberet in ambitu ulnas: Aperto abdomine effuderunt ſe 56. aquæ pintæ: Omentum totum conſumptum; Jecoris, Lienis, Renum (dictu mirum, verum tamen) ne veſtigia quidem: Diaphragma multis locis exeſum ac conſumptum: Uterus in eam molem elatus conſpiciebatur ut in ambitu ſeſqui ulnam haberet: Apertus, conſpiciebatur intus mola, ex multis duris, ſcirrhoſis condylomatibus conſtans, quæ multis locis in pus mutata erant: Color molæ erat albus, adenoſam ſubſtantiam in ſcirrhum verſam dixiſſes: *P. Pawius obſ.* 39.

OBSERVATIO LXXI.

Hydropici Iecur totum conſumptum, Lien, Renes, &c.

ANno 1602. hydropicæ fœminæ ventrem aperui, è quo aquæ craſſæ & amurcæ ſimilis pintæ ſe effuderunt 36. Jecur huic totum conſumptum, venoſis ſolummodo ductibus iisque perpaucis ſuperſtitibus: Conſumptus Lien, Renes; Ventriculus praſſina, viridi bile plenus: Diaphragma aliquot locis ſphacelo correptum: Uterus molam intus habebat, quæ in materiam melli ſimilem converſa erat, effundebatque ſe ſimul ac uterus pertunderetur: fœmina 34. annorum hæc erat. *P. Pawius obſerv.* 31.

OBSERVATIO LXXII.

Ventris tumor ab aquæ ingenti copia, viſcera adeo compellente, ut nec Cordis nec Pulmonum appareret veſtigium.

§. 1. SEcui aliquando hydropicum, cujus venter continebat plusquam trecentas libras aquæ: Secto corpore, neque Cordis neque Pulmonum ulla apparebant veſtigia: nam aquæ copia ipſum diaphragma cum pulmonibus compreſſerat ad jugulum: Ventriculus quoque ipſe mirandum in modum compreſſus & anguſtatus reperiebatur. *H. Saxonia Panthei lib. 4. cap.* 27.

§. 2. Pro copia aquæ illic collectæ venter plus minus tumet, & aliquando adeo impletur ut in vaſtam molem tollatur; in quo libras 60. & plures pendentem aquæ copiam adhuc reſiduam, etſi multum per pedes fluxiſſet, ſectione in mortuis deprehendimus: Quæ aqua non ſolum pondere gravat, ſed & ſeptum premens, illique incumbens, & motum liberum impediens, dyſpnœam eam parit adeo moleſtam, ac maxime cùm decumbunt angentem, quod aqua tunc verſus ſeptum magis tendens, magis illud gravet, unde liberius erecto corpore, aqua tunc deorſum ab eo prolabente, ſpirant. *Platerus Prax. lib. 3. cap. 3. p.* 212.

OBSERVATIO LXXIII.

Anatome canis toto corpore tumidi poſt infuſum in venas oleum Tartari, In cujus venis ſanguis ſolito fluidior repertus eſt.

INfuſum fuit in Canis venas oleum ſulphuris, eo incolumi, etſi ſæpius facta infuſio: Vulnere occluſo & cane dimiſſo, cubiculi angulos percucurrit; repertisque oſſibus, avidiſſime illa erodebat, quaſi ab eo liquore appetitus excitatus fuiſſet: Abſimili eventu oleum Tartari in alterius canis venas inditum fuit: nam prægreſſa inſigni & diuturna anxietate, antequam expiraret toto corpore admodum tumidus factus eſt.

Eo diſſecto, ſanguis, quòd mirum, non concreverat, quin potius fluxilior & rubicundior ſolito apparuit, Unde conſtat ſanguinis fluxilitatem nimiam, aeque ac ejus concretionem mortem inducere poſſe. *Ex Ephemer. Gallicis anni 1667. menſ. Auguſti 28. Obſervatio Dom. Fracaſſati.*

Observatio LXXIV.

Barborygmi & coaxantium ranarum ſpecies, ab impedito libero flatuum per inteſtina excurſu, Et Ventris Tumor à mirabili ejus pinguedine.

PEtrus Scharff; poſt exantlatos cruciatuum labores varios diem obiit fatalem: Defu ěti corpus calendis Martii anno 1659. apetitur: Ad ſectionem invitatus ego, abd men in inſignem magnitudinem elevatum vidi: hydropem primo aſpectu mentiri vid batur, ſed durities inſolita, ante & poſt fata ultima, opinionem delere juſſit: Exſuc omnia totius præter abdomen membra, ſuccum ad id depoſuiſſe videbantur omnem, ta tus obſederat partes illas & faciem, quam Hippocraticam jure dixiſſes, marcor & atrophi Umbilicus ad duorum tranſverſorum digitorum latitudinem elevatus, thaleri circumf rentiam habebat, cuticula, quam exſudans ſemper in vivente pars ſeroſior depaſcere viſa eſt, deſtitutus: Secta abdominis cute, pinguedo ſub ea occurrit, quatuor in umbil cali regione tranſverſorum digitorum latitudinem æquans: trium illa fuit qua Lien obvo vebatur, inæqualiter tamen, ut media portio digito uno transverſo minor fuerit: Rene ut ſolent, copioſæ pinguedini pariter erant immerſi, ſed quod aſpectum merebatur, omni inteſtina particulis pinguibus, hinc inde multis, piſorum ac lentium magnitudinem jam m jorem, jam minorem referentibus, conſperſa videbantur: In dextro cordis ventricul particula adipoſa, magnitudinem articuli unius digiti exprimens reperiebatur, qualem *Ba hinus* etiam ſæpe inibi ſe obſervaſſe l. 2. anat. c. 20. ſcribit: Diaphragma ſolito durius fu & craſſius: Pulmo in latere pleuræ, Hepar coſtis nothis, & Inteſtina oſſibus ilium eran affixa: Hinc Pulmo libertate in exſpirando deſtitutus, ſpirandi quadam difficultate fue rat preſſus: Flatus vero in inteſtinis debitum excurrendi ſpatium non invenientes, ſonun modo ſonitrui, modo ranarum coaxantium clamori ſimilem, per integrum luſtrum edi detant; ut non modo foſſor ipſe, ſed & adſtantes latitantium intus ranarum ſuſpicionen conceperint, cujus ſolius gratia magnus ſectione cadaveris numerus incolarum circum ſtetit occupatos. *Ioh. Michael Febr. obſerv. 28. miſcell. cur. anni* 14.

SCHOLIA.

INquirenti mihi in diętam qua defunctus olim fuerat uſus, lac potiſſimum maritum comediſſe & bibiſſe, vinum & cereviſiam non curaſſe, reſpondit vidua: lactis ſolius eſu & uſu ſe refocillari dixerat; Luxuriantis & errantis hoc eſt naturæ exemplum, quæ pinguiorem alimenti partem ſoli abdomini concredidit, reliquis vero partibus denegavit: Neq; largiori lactis uſui id erit ſimpliciter attribuendum, cum nutritiam in lacte vim inclytus Medicorum Senatus, noſtro præſertim tempore commendet, & non tantum ſingulares homines, ſed & multos populos γαλακτοφόρους eſſe conſtet: Sed in noſtro ſubjecto natura partium externarum, & ſic ſui quaſ oblita, in toto abdomine nutritiam lactis virtutem ſibi appropriavit.

Idem.

Observatio LXXV.

Ren unicus obſervatus in iis quibus venter prominulus & vitiatus coſtarum ductus.

MItum eſt quod *Veſalius* lib. 5. cap. 10. ſcribit ſe obſervaſſe in habentibus ventrem impenſe prominulum, & vitiatum coſtarum ductum, unicum interdum Renem in medio poſitum inveniri. *Blaſius Appendicis ad Bellini Tractatum de Renibus p. m.* 124.

Observatio LXXVI.

Ventris inferioris gracilitas, cum intumeſcentia ſuperioris, ob delatam, poſt vulnus, ventriculi partem & inteſtinorum in thoracem.

MIliti gladius paululum infra cartilaginem xiphoidem intruditur, ſuccedunt ſyncope, dyſpnœa, ſingultus, Inferior venter circa pubem gracileſcit: ſupra umbilicum & circa thoracem intumeſcunt partes: Ventriculi orificium & pars ſiniſtra ejus, cum portione duodeni & coli, ad thoracem per vulnus delatum: *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

ANATO-

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXII.

De Lumborum dolore, Nephritide, Calculo Renum.

Observatio I.

Renum dolor Calculis obſeſſorum, ureterum capita ſubeuntibus.

ANNNO 1673. menſe Decembri fere extremo, Vir quidam Reverend. nephriticis doloribus interemptus, anno ætatis quaſi quinquageſimo vita Uratislaviæ defungebatur, quanrumvis εὔσαρκος ac ſanæ alias conſtitutionis, quod imprimis in exenreratione comparuit.

Nam abdomen 1°. pinguedine duos digiros rransverſos, vel amplius craſſa obductum erat, & deinde viſcera naruralia omnia optime conſtituta viſebantur, ſolos renes & veſiculam felleam, potius contenrorum vitio quam ſuo, morboſos dicere oportebat, Veſicula enim fellea non ſolum lentiſſimam bilem, quæque ſatis largo ſpatio ſe diſtendere patiebatur, nec multam, ſed & inſuper lapillos puniceos, prominenriis quibusdam inæquales, rubriſque maculis, necnon luteis quibuſdam parvis conſperſos continebat: *Dicti* lapilli aliis parvis, minorum piſorum magnitudine, & plurimis arenulis ſtipati erant: Ren dexter calculum luteum fovebat, cujus cuſpis in ureterem ſe inſinuaverat: reliquæ duæ ſic parenchymari infixæ utrinque erant, ut tranſitum & excluſionem omnino prohiberent: Calculus in rene ſiniſtro latitabat, juxta cum plurimo ſabulo, cujus pars initium ureteris pene obſtruxerat, Lapillus denique in veſica jam deturbatus inveniebatur: Ureteres ampli admodum & ſolito carnoſiores erant: In cauſam hujus, in corpore tam bene conſtituto, λιθογενεσίας inquirentibus, imprimis vinum nimis tartareum, quo Rever. familiariter, quanquam non exceſſive urebatur, inculpandum eſſe probabile viſum eſt. *Henricus Wollgnad in miſcell. curioſis anni* 4. *obſ.* 169.

SCHOLIA.

IN *cauſam* λιθογενεσίας] Exiſtunt in corporibus noſtris fodioæ, non illæ quidem ad ædificandum inſtructæ, ſed potius ad diruendam totius corporis fabricam: Nulla eſt corporis noſtri pars, in qua lapides generari nequeant: Generantur in capite, in lingua, in corde, ventriculo, jecore, veſica biliaria, liene, inteſtinis, meſenterio, & utero: At per antonomaſian & κατ' ἐξοχὴν calculi cum dicuntur, in renibus aut veſica generati intelliguntur, quia in his partibus frequentius generantur: Si veſicam calculus obſideat, dicitur affectus λιθίασις: ſi vero renes calculo laborent, νεφρῖτις appellatur: Calculum definimus quod ſit corpus ſolidum & durum, ex humore terreſt. i & ſalſo, in renibus potiſſimum & veſica ſtupore affectis, in lapidis formam concretum, obſtructiones & diſtenſiooes inferens: Cauſam materialem (rejecta veterum opinione, de calore materiam craſſam & viſcidam exſiccante, indurante & in lapidem convertente) ſtatuo ſuccum lapideſcentem, i. e. terreſtrem materiam juſta propoitione ſali miſtam, Efficientem vero ſpiritum lapidificum ſucco illi inſitum: Succum hunc lapideſcentem, qui in omni paſſim terra invenitur, cum alimento attrahimus: Si itaque vel ob coctricis, vel excretricis facultatis debilitatem, vel ob ejus ſucci in alimento copiam, omnis in ventriculo ſecerni & inde expelli non poſſit, per ductum thoracicum una cum chylo tranſit in cor, inde cum ſanguine in aortam delatus, per arteriam tandem emulgentem pellitur in renes, ubi in minutiſſimis arteriæ ramulis extremis, aut carne iis proxima hæret, ibidemque coorinuo ſanguinis appulſu rotatus, arenularum formam paulatim ioduit: quod ſi renum ſenſus ſcabritie earum irritatus, ſtimulum ſentiat, expellit ocyus cum ſeroſo humore arenulas: at quibus flaccidi renes, ſenſusque obtuſi, in iis & generantur arenulæ, & retinentur, donec unitæ demum in calculos concreſcant, qui denique naturam magis ſtimulando etiam ſui excretionem promovent: Eodem modo ſe habet *calculi in veſica* generatio, Si enim temperies veſicæ non recte ſeſe habeat, urina quæ clara fieri debebat, partibus ejus omnibus exacte miſtis, turbida evadit, & partes terreæ & tartareæ, aquoſis non exacte permiſtæ ad fundum veſicæ ſubſident, atque ibi vi inſita ad coagulationem tendentes in lapidem coeunt, Calculi cauſæ antecedentes ſunt, præter partium affectarum ſtuporem, ſive obtuſum ſenſum, crapula & cruditates, intempeſtivus mox à cibo ſumpto motus; cibi omnes qui craſſum ac lentum ſuccum præbent, vina immatura, auſtera, nigra, craſſa & dulcia, imprimis muſtum, cerevifia recens, fæculenta & craſſa; Diuturna etiam equitatio, ſaltus & motus omnis

omnis qui fit inclinato dorſo, Veneris item immoderatus uſus: Huc etiam pertinet hæreditaria ad calculum generandum diſpoſitio: Quod autem lapidoſa coagmentatio aliis potius fiat in renibus, aliis in veſica, cauſa eſt robur vel debilitas harum partium: Quibus renes debiliores, facilius in nephritidem incidunt: quibus hi validiores, potius veſicæ calculo corripiuntur. *Thomas Burnet lib. ſect. 3. Theſauri Medic. Pract.*

Vinum nimis tartareum] Ut quod in locis argi loſa, tartarea, & calculoſa materia abundantib creſcit, quale Hungaricum, Moravicum, Vall Equeſtrium in ditione Bernati &c. Incolæ autem lo corum ſimilium nephritidi & arthritidi ſunt obnoxi

Observatio II.

Lumborum dolor à Calculis Renum inſolentis figuræ & molis: Calculi Sperlingiani.

CRedas aliquando hominem totum in dolores verſum, à calculis quam maxime, par tim in cavitate renum hærentibus, partim per exſertos ureterum canales, ſed irrito interdum naturæ ſtimulo tranſitum ſibi quærentibus, unde tenſio & dolor, affluxus humo rum ac inflammatio, febris, vigiliæ, deliria, vomitus, urinæ ſuppreſſio, periculum ſuffo cationis, virium jactura & ipſa tandem mors: Illuſtre hujus rei ſed funeſtum exemplun anno 1658. die 12. m. Auguſti experiri hic Wittebergæ fuit in Celeberr. Philoſopho *Ioh Sperlingio*, Doloribus hic Lumborum & moleſtis Dorſi torminibus, concurrente mingendi difficultate ac tarditate, per aliquot retro annos vexatus, corpore vero cæteroquin robuſto ac valido, cui proinde etiam nimis fere confidebat, medicaminum aſſumendorum impatiens, circa Julii menſis finem dicti anni, à plurimis amplius ſe cohibere, quam maxime vellet, nequiit, ſed incaſſum quæſita ampliore obambulandi libertate, victusque mali vi, tertia quaſi ante obitum hebdomade, lectulo ſe, ultimo mortis proſcenio ſubmiſit, agitantibus ipſum non raro, ut calculoſis fieri aſſoler, & deſatigantibus vomitibus, ratione ventriculi in conſenſum tracti: Urina toto decubitus tempore obſtructa manſit, nec deſtillare ex renibus quicquam ejus potuit ob ureteres ſabulo infarctos: Exacerbabantur dolores, ſuperveniebant cum febri vigiliæ, quæ innocens corpus uſque ad ultimum fere vitiæ articulum, convulſiouibus finitum, excruciabant:

Ut incurabilis morbi cauſæ paterent, quæſitus à me in defuncti aperto corpore *mortiferæ cauſæ* locus: Integumenta abdominis, muſculi & viſcera pleraque recte ſatis ſe habebant: quibus proinde ad latus revolutis, abactoque à renibus involucro, confeſtim iidem apparuere penitus inflammati, qui ſic radices febris fuerant: Increverat vero adeo renum tumor, ut illorum figuram, etiam externam dimenſionum determinatiouem quodammodo mutatam cerneres: Hæc, ut notum eſt, per naturæ leges inſtar phaſeoli Indici, in adultis lævi & plana ſuperficie deſcribitur: In exuviis Sperlingianis, unus quidem tantum utrobique ren obſervabatur, elatior tamen uterque, in aliquibus ſuperficiei ſuæ partibus. ſic ut niſi *renes plurimos complicatos*, quod non ſemel obſervavi in diſſectis Lutris, extraordinarias tamen quaſdam & arcuatas veluti eminentiæ notas ob ſummam, qua diſtenti erant inflammationem, referrent; Sed quænam jam facies interna erat renum? Illorum uterque, quod admirandum, omnimode repletus erat calculis innumeris, minimis, mediocribus tribus etiam, præterea maximis, ſic ut internum latus omne, ac ſinum, pelvimque quam vocant, renibus æque ac ureteribus communem, penitus occluderent: Ureteres ipſi etiam à ſuo circa renes exortu, uſque ad veſicæ valvulam, immani arenularum copia & farciminum inſtar extenſi & turgidi viſebantur, ut irritus tantum fuerit quotusquiſque naturæ, ſive in promovenda urina, ſive renum calculis, minoribus quantumvis, conatus, quem ſane non ſine inſigni doloris ſenſu unquam exorſa eſt, ſed quotieſcunque hos loco movere aggreſſa eſt, viſum ſibi retulit B. Sperlingius, ac ſi aliquis cultro acuto vulnus profundum ſecundum longitudinem lumborum ipſi infligeret; tractusque hos, identidem à ſumma illorum parte, uſque ad regionem veſicæ, repetitos daret; unde colligi poteſt ſumma doloris ferocia & atrocitas, ſumma totius corporis inquietudo qua optimus vir decubuit: Placuit proinde calculos iſtos ære delineatos dare: Primus, (fig. 1.) ſat grandis, figuræ fere triangularis, ſed circa baſin latioris, quaſi montana quæpiam repræſentet, ſuperficiei inæqualis & aſperæ, coloris, ut reliqui omnes, ex albo flaveſcentis, conſiſtentiæ non fungoſæ aut ſpumeæ, ſed compactæ magis & durioris, in cavitate ſiniſtri renis hæſit. correſpondens illi non parum quem in muliere viſum delineat Tulpius (cap. 45. l. 2.) Hic noſter ad æquilibrium vocatus dum humidior adhuc eſſet, drachmas medicas quaſi tres pependit, replevitque cum altero ſibi accumbente minore, calculisque quamplurimis aliis minoribus, totam modo dicti Renis ſiniſtri cavitatem: *Secundus* priore duas tertias minor, figuræ fere orbicularis, ſed oblongæ ac tuberoſæ, atque in ſe ſpectatus, ipſe etiam ſat grandis ac damnoſus, in eodem ſiniſtri renis thalamo recumbebat, ne quicquam deeſſe videretur ad abſolutam aliquam urinæ interceptionem: pondere primum æquavit

circiter

circiter drachmam unam medicam : *Tertius* omnium maximus,& reliquorum veluti pater,ſtupore & admiratione dignus, totam renis dextri capaciratem occupabat,& nihil non in eo connatabatur memoratione dignum, corpus enim ipſius,ſeu maxima ejus craſſities, ad nucis juglandis mediocris molem accedebat : Gravitate & inclinatione ad centrum mundi,poſtquam ille ad ęquilibrium reductus,acceſſit ad pondus drachmarũ quinque medicarum & paulò amplius : Figuram proceſſus craſſiſſimi deformem reddidere, ex quibus duo breviores, in eodem calculi latere ; dorſum renis ſpectantes, ſibi oppoſiti, ſpatiis inſignioribus caruncularum papillarium conſpiciebantur implantari : tertius vero,isque longior & curvus, roſtrum avis alicujus æmulans, pelvim ſeu ureteris principium obſtruebat, eique veluti cuneus quiſpiam inſertus, non permiſit quicquam ad veſicam pertranſire, ne guttam quidem : Calculi plurimi minores, diverſi inter ſe ponderis, figuræ ac molis exhibentur, ex quibus alii rotundi & piſis ſimiles, alii grana milii referentes, alii majores & irregularis figuræ, alii oblongi ac mediocres, alii tandem arenularum minimarum inſtar, quemadmodum reſidua in renibus ſpatia,ſic maxime omnium urinales meatus,inter renes ac veſicam, oppilabant, ut ſarciminum par quis dixerit,ſi cui inſcio hi ureteres objecti eſſent : Ab illorum copia & aſperitate factum ut in dies auctum fuerit quoddam etiam exulcerationis periculum, unde ubi Sperlingius contentius quandoque ante decubitum ambulavit, diſcuſſurum ſe exiſtimans ope motus, præſentaneas mortis ſuæ cauſas,non tam profuit ſibi, pauxillum arenæ evacuando, quam obfuit mixtionis cruentæ ſpeciem incurrendo, ob attritas à calculis per agitationem partes : Etiamſi enim calculi tam renum quam ureterum, dum eximerentur, muco quodam & lentore purulento obducerentur, uſque adeo tamen ſcabritiem ſuam ac aſperitatem non amiſerant,quin angulis ſuis ac eminentiis lædere partes molliores potuiſſent : ut taceam quod per intempeſtivum iſtiuſmodi motum limoſa ſabuli colluvies prorſus tandem eſt compacta,ut nulla amplius urinæ emittendæ ſpes ſupereſſet : Hinc mirum non eſt veſicam alioquin ſalvam à nobis viſam fuiſſe, humoreque ſeroſo ac lixiviali prorſus deſtituram,ob totalem inquam infarctum renum ac ureterum. *I. Daniel Major in hiſtoria Anatomica de illis calculis conſcripta.*

S C H O L I A.

M*Ortiferæ cauſæ*] Calculorum cauſam efficientem Vir Clatiſs. in ſanguine ſtatuit l. c. cæteris cauſis repudiatis, Miſſa,ait,cauſa Effectrice,an Calculi à calore ſive renum, ſive aliorum viſcerum, limoſas ſanguinis partes forma ſedimenti in renibus, per modum ſive fixationis ſive præcipitationis relictas,coquente, aſſante & conſequenter, per reſolutionem humiditatis indurante ? An à frigore eaſdem congelente,an plane à ſpiritu quodam, ſale,aut aura lapidifica,non tam à renibus aut aliis partibus quam ipſi fæculentiæ ſanguinis & materiæ calculorum radicaliter inhærente,producantur,quod poſterius ſane ſimpliciter negari nequit,ſi certos ſalium in chylo & ſanguine hærentium ſtatus & energiam perpendamus,prout hoc fuſius in præconcepto à me Lithologiæ,quam meditor,opere,declarabo,probaturus hętere in ipſis,quæ nos rigant venis,inter liquidos purpuræ ſanguineæ fluctus,& ob inquinatas ſemel reſoluto intra ventriculum petroſo alimentorum ſale, chyli partes deferri per corpus ſeorſum ac deorſum haut raro fomitem exitialis tartari, & ſaxeos catarrhos,haud aliter ac rivi metallici paſſim, mineræ à qua eruperunt,indolem ſecum ferunt &c. *Idem ibid.*

Cum febri vigiliæ] Niſi fallor,omnem inflammationem internam Febris ſequitur, non quidem tam præciſe ob vapores, qui ex effuſo in partem inflammatam, ibique putreſcente ſanguine cordi communicentur, illudque calefaciant, quam ob impeditam potius ſanguinis circulationem & ſpiritus exæſtuantes, cujuſcunque certe repaguli prodigos : unde hi objecto ſemel obice, confeſtim retro ruunt, aſſumptoq; in furoris ſocietatem ſanguine,imprimis quando hic jam eſt in via ad putredinem, quemadmodum univerſum corpus febre, ſic cerebrum præterea ac ſimul vigiliis inſuetis torquent, *Idem.*

Die 12. *menſis Auguſt. &c.*] Hoc admirationem præbet in tanta urinæ ſuppreſſione, & neceſſario in dies alimentorum utut paucorum admodum & exilium acceſſu, mortem tot ac tantas tenuiſſe moras, quaodoquidem *Sala* ſemel, non amplius, toto vitæ ſpatio,urinam 25. diebus in viro quodam ſuppreſſam meminit,venis ad pollicis magnitudinem tumefactis: Secus urinam ſupra 5. vel 6. dies nunquam recordatus eſt retentam,monente *Rhodio* cent.3.obſ.28. Sed ægri plerumque, niſi ante 7. diem mingant,moriuntur, ob viſcerum à regurgitante ſanguine oppreſſionem,febris accenſionem & ultimam virium ſuffocationem : Nam dictæ ſanguinis regurgitationi in taliſmodi obſtructionibus renum inſignioribus reſiſtere nequeunt valvulæ,quandoquidem 1. nullæ dantur in trunco venæ cavæ, qua parte emulgentes naſcuntur, ſi Aquapendenti credimus : In emulgentibus tamen ejuſdem venę cavę ramis obſervata oſtiola quidam atteſtantur, ea videlicet venarum parte qua bifurcatim veluti cavitatem renum hæ ingrediuntur, quas obſervare *Rolfinckio* non licuit. 2. Si quam maxime darentur, apicibus ac limbis ſuis tamen non obſiſterent, quia eoſdem earum proceſſus & ſemicirculos, ad non impediendam, in ſtatu etiam ſano, ſanguinis circulationem, non extremitatibus venarum, ſed cordi potius obverterent, ut ita ſanguis è renibus, non adverſum eas,ſed ſupra exteriorem earum ſuperficiem,flumine ut ſic prono transferretur: Et quomodocunq; ſe habeant oſtiola in venis emulgentibus, ſive à renibus averſa, ſive iiſdem obverſa ſint, Regurgitationis ratio,quoad præſentem de calculis diſcurſum, potius in Arteriis quærenda eſt; Verum enimvero neque. 3. Arteriis emulgentibus, neq; aliis in corpore facile neceſſarias natura agnovit valvulas, unde iis non datis in progreſſu arteriarum, plane neque per eas dabitur Regurgitationis impeditio. 4. Si quam maxime etiam in arteriis darentur, in inſigni tamen ac diuturna aliqua inflammatione, quod pulmarium jam eſt, ſanguinem quo

minus

minus is regurgitet, cohibere vix valerent, quia quo diutius hic fertur per arterias ad partes, nec per venas tamen redire poteſt ad cor, eo magis magiſque arteria inturgeſcit: Turgeſcente arteria, annatum eidem valvulatum latus diducitur cum ipſa, & liberum viciſſim earundem latus ab oppoſito interno arteriæ pariete abſcedit, ſic ut occludere eandem plene non poſſit, ſed cogatur admittere qualemcunque ſanguinis regurgitationem. *Idem ibidem.*

Renes plurimos complicatos &c.] *Malpighius* lib. de Structura viſcerum, tract. de Renibus cap.
1. ope microſcopii in quibuſdam brutis Renes
guis quaſi diſtinctis aliis minoribus evidenter
globari detexit: Et in homine adulto licet un
videatur Ren, ſubobſcure tamen interius diſtin
quaſi exiguis Renibus conſtare, qui ulterio
etiam exterius patiuntur diviſionem. Harum re
lium portionum varia ad invicem adaptatione
nexu, extima renum configuratio gignitur, qua
facili in monſtruoſam elabitur formam. *Vide dict*
Tractatum.

Observatio III.

Lumborum dolor à calculis Renum ſubſtantiam abſumentibus, comite inflammatione.

Magnificus Vir poſt gonorrheam diuturnam, cibi potioniſque & veneris immoder
tionem, paſſus eſt dolorem gravem in regione ſiniſtri renis, interdum acerbiſſimu
more infixi aculei pungentem, cum vomitione crebra, pituitoſa, interdum bilioſa, rig
ribus & febre inordinata, cum ſabuloſis urinis: Hinc judicavi affectum Renalem & neph
ticum, qui etiam aliquod imminentis Renum inflammationis indicium præ ſe ferebat.

Adhibitis multis præſidiis ſuperatus fuit dolor, ablata febris, tamen non convaluit n
poſt annum, dum poſt magnum corporis laborem lapis maximæ magnitudinis, figur
oblongæ excretus eſt: Iterum in eoſdem dolores incidens, cum rigoribus inordinatis te
taretur, dum templum Lauretanum appelleret, ex uſu uberiore chalcanthi, in peſſimu
ſtatum redactus eſt, unde interiit.

Secto cadavere fuerunt inventi renes conſumpti, ut portio, quæ reliqua fuit, facil
frangeretur.

SCHOLIA.

Doloris Renalis & Nephritici generationem *Galenus* lib. 1. Epid. refert in materiam craſſiorem, quæ cum ſanguine reperitur, ad renes attractam: Renes enim quicquid ſeroſi tenuiſque cum ſanguine in vaſis permiſtum eſt, ad ſeipſos attrahunt; meatibus ad renum ventriculos percolantibus latius patefactis, aliquid ex craſſioribus ſuccis ſimul illabitur: quando iſtud excalefactum in renum cavo, ad tophi conſiſtentiam redactum fuerit, ſi renum vis expulſoria omne id una cum lotio expulerit, ſubſidentiæ fiunt arenoſæ: Quod ſi ejus cavo impactum inhæreſcat, aliquid ejuſdem materiæ à vena cava ſuſcipiens, ſibique apponens plus augetur; ſemper enim quod recens influit priori circumdatur, atque ita inſigni magnitudine tophus grandeſcit, exuſto areſactoque craſſo & viſcido humore, atque ad tophi conſiſtentiam redacto: Qui affectus Materialem habet cauſam, humorem ſcil. craſſum, frigidum & lentum: Alteram vero conſtituentem & Formalem, fervidam ſcil. jecoris & renum caliditatem, præter lapidoſam forte renum conſtitutionem: Imminentis vero, & in fieri inflammationis renum cauſæ ſunt, humores quantitate & qualitate peccantes, ad ipſos delabentes, ob ipſorum intemperiem, vel in attrahendo robur, & in expellendo imbecillitatem, ob dolorem: Quæ quidem affectiones ſe produnt, tum Dolore gravi in dorſo, qui paulo nothis coſtis eſt altior; interdum acerbiori, qui per intervalla fatigat, prout in ventriculo renum figitur lapis: vel in ureteres incidit; urinis ſabuloſis, vomitione aſſidua pituitoſa, propter renum cum ventriculo, mediante peritonæo conſenſum: aliquando bilioſa, quæ cum rigore inordinato, & febre aſſidua, ſine certo ordine invadens renum incipientis inflammationis, aut bilioſi humoris irritantis eſt indicium: Rigor enim vehemens, & totius corporis concuſſio, cum dolorifi-
ca refrigeratione nervoſarum partium, id demon
ſtrare videntur: cujus cauſa, cum ſit inæqualis con
tractio caloris nativi, è contrario materiæ motu &
occurſu; quæ neceſſe eſt, vel ſit frigidus & crudu
humor, vel ſuppurans vapor & ſanies, membrana
per morſum afficiens: vel acris & putrens materia
motu ſuo vellicans nervoſas partes, vel fortaſſe ini-
tium inflammationis efficiens, ut in propoſito caſu
&c. *Lelius a Fonte conſult.* 40.

Ex uſu uberiore chalcanthi] Scilicet ejus ſpiritus
Id vero ulceratis partibus bellum indixit: Teſte
ſunt acidulæ vitrioli vim nactæ, in Phthiſin propen-
ſis, vel jam tabidis infeſtæ, quod vel ulcus indu-
cant, vel genitum exaſperent & adaugeant.

Cibi potioniſque immoderationem & Veneris] Si
materia calculorum latet abdita in alimentis, cur
non omnes homines ex æquo, maxime gemelli, ſi
alteruter hoc malo tenetur, non omnes beſtiæ, quæ
uno pabulo nutriuntur, calculo renum ægrotant?
Verum *Cicero* lib. 2. de Divinat. *ait*, uno eodemque temporis puncto natos habere diſſimiles & naturas, & vitas & caſus: Idque etiam miratur *Plinius* & *Lucanus*;

Stant gemini fratres, fæcundæ gloria matris
Quos eadem variis genuerunt viſcera fatis.

Illius natura expellit fæces alimentorum cito, & ſemper maſſam ſanguineam emundat, hujus natura autem malos humores coacervari patitur: Eſt naturæ fere maximum opus ſuperflua maſſæ ſanguineæ ſemper convenienti via exigere: Qui tenuiſſimo victu, aqua & pane vivunt, ii ipſi renali paſſione vexari poſſunt: ineſt in pane, aqua quoque, terrea illa amurca, de qua calculus naſci poteſt, Ac ſi patrium vinum gignit calculos, gignit quoque plerumque patrius panis: Et tale vinum quo vetuſtius eſt, eo magis nocet; maxime gignuntur ab immodico po-

 tentium

entium vinorum uſu: hæc namque ut lapidoſas cruſtas (Tartarum vocant) in doliis undiquaque relinquunt, ita intra corpus aſſumpta, per venas in renes delata, quum eadem vi prædita ſint, dum per renes colantur, ſimili cruſtarum ſpecie renes afficiunt, & calculos aut arenulas inducunt: Ideo ebrii fere nulli, qui vinis non aquoſis, ſed vinoſis, delectantur, niſi forte vaſa nimis ampla ſortiantur, calculis non laborant; viroque Veneri deditі, qui, ut eidem ſufficiant talia vina immoderate potant, perpauci, calculoſi non ſunt: *Schneiderus lib. 3. de catarrh. cap. 7. De Generatione calculorum, vide plura ex eodem tit. de Iſchuria.*

Observatio IV.

Renum dolor à Calculo immenſo in rene dextro; Siniſtro penitus conſumpto &c.

NOb. quædam matrona multos annos graviſſimis renum doloribus, ſiniſtro præſertim in latere divexabatur., & quatuordecies uterum geſtans toties 8°. vel 9°. ſemper menſe abortiebat: Tandem una cum ætate, doloribus invaleſcentibus, de dextri præſertim lateris dolore, ita ut nec contactum aut decubitum in illam partem ferre poſſet, conquerebatur, rejectis interim toto morbi tempore multis calculis, & *puris & ſanguinis copia per urinas*: accedente inſuper graviſſimo ſtomachi & gutturis ardore.

Eam tandem, ante mortuam, cum ſecarem, Renem ſiniſtrum penitus conſumptum, & marſupii inſtar cujuſdam, membranoſum, ſinubus amplis, ſcirrhoſis tuberculis refertum, ureteremque illius admodum dilatatum, inteſtini cujuſdam inſtar, deprehendimus: Dextrum vero renem tumidum in immenſum excreviſſe; in quo, per medium diſſecto, calculus tantæ molis excreverat, ut ſinum ſecundum omnino adimpleverit, illiuſque ductus, ramis undique effarciens & obturans, ureterum principium obſtruxit, qui forma ſua cervinum caput cum cornubus & collo apposite exprimebat, illiſque locis, ubi ſubſtantiæ renum minime adnatus erat, incruſtatus ſplendebat, ex contactu bilis flaveſcens: E quibus facile dolorum cauſas & Abortus, utriuſque renis calculos, quorum ille in ſiniſtro rene illius ſubſtantiam contriverat, atque *confractus comminutuſque ſucceſſive per mictionem redditus fuerat*: hic vero in dextro rene ſubſtiterat, fuiſſe colligere licebat. Hæreditarium autem malum hoc illi fuiſſe oſtendit, quod ex matre illius, iiſdem affectibus mortua, calculus ex utroque rene quoque fuerat exectus. *Platerus Obſervat. lib. 2. pag. 467. Praxeos lib. 2. cap. 12.*

Scholia.

P*Uris & ſanguinis copia per urinas &c.*] De puris & ſanguinis mictu è renibus, notatu dignum quod habet *Scholiographus* ad cap. 50. lib. 1. *Hollerii* de morbis internis: Multi, *ait*, Renum abſceſſus reperiuntur in quibus pus ſolum, certis intervallis, cum urina excernitur, ut in duabus mulieribus: In aliis quoque qui inde rabidi mortui ſunt: Sanguinolentum aliquando, utrumq; exacte uriſiæ urinæ permixtum, aut reſidens, ſed poſt longum tempus, urina etiam inde craſſiore reddita, è renibus eſt, præſertim ſi dolor fixus in lumbis præceſſerit, aut calculus rejectus fuerit, aut ex ureteribus ulceratis tranſitu calculi, vel in illorum cavitate, orta poſt ulcus caruncula: ſed copioſius è renibus quàm ureteribus. *Hactenus Scholiographus.* Cauſas autem excretionis cruentæ aut purulentæ, ob calculum in renibus tradit Clariſſ. *Willis* Tract. de urinis cap. 5. Nephriticis, *inquit*, familiare eſt ſanguinem aut pus cum lotio crebro excernere: etenim à calculo majori & aſperitatibus prædito, renum caro facile atteritur & vaſorum oſcula reſerantur, quibus ſanguis exundans urinam tingit: Cumque ſolutio continui hoc modo in renibus excitatur, ſæpiſſime ulcus ſuccedit, quo pus & ſanies cum ſeroſo latice profunduntur, & ſedimentum copioſum & fœtidum in urina conſtituunt: Dein ab ulcere continuum plus ſolvitur, & ſanguinis profuſiones largiores non raro ſequuntur, atque ipſa renum caro attrita & ſenſim exeſa cum lotio ejicitur. Olim inviſi mulierem annoſam, quæ plures menſes cum urina purum ſanguinem in magna copia quotidie reddebat; inſuper caruncculas ingentes, carnium fruſta, vaſorum exeſorum velut tubulos, quoties mingebat in magna quantitate excernere ſolebat, ut ſuſpicio eſſet renem alterum hoc modo totum è corpore abſceſſiſſe, poſtea tamen à decocto vulnerario, cum ſpiritu vitrioli acidulato, mictio iſta cruenta ſiſtebatur, atque hæc fœmina adhuc ſana in vivis degit.

Confractus comminutuſque ſucceſſive per urinas redditus fuerat] Idem *Willis* loco cit. arenas quæ crebro minguntur, ramenta calculi eſſe negat, atque illarum generationem explicat: Uſitatum eſt, *ait*, arenulas rubicundi coloris à quibuſdam in magna quantitate cum lotio excerni: horum nonnulli calculo renum ſunt obnoxii, atque paroxyſmis nephriticis crebro tentari ſolent: Novi tamen alios ſine dolore, aut alio graviori ſymptomate, longo tempore arenoſum minxiſſe: Urina quæcunque ſi in vaſe plumbeo aut terreo vitreato aliquandiu ſteterint, ejuſmodi ſabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt: nimirum ſal urinæ volatilis cum ſale fixo metalli coagulatur: Sic quando ſal Ammoniacus, limaturæ chalybis, ſali marino aut vitriolico commixtus ſublimatur, flores elevati inſigniter rubeſcunt: quare videtur quod ejuſmodi arenulæ rubræ in renibus gignuntur, eo quod ſal urinæ cum fæcentiis Tartareis, circa anfractus renum depoſitis coagulatur, iodeque materia ſabuloſa conſtat, quæ protinus à ſeroſo latice pertranſeunte abluitur: Itaq; arenę quæ ita crebro minguntur, non ſunt ramenta calculi

majoris,

majoris, ut vulgo creditur, verum ſanguinis & ſeri, renum anfractus perluentium extemporanea producta. Hæc *Willis*: At quominus calculus friabilis, ſponte, vel medicamentorum ope attritus, per urinas excludi queat cauſam non video: Allatum exemplum clare id evincit; Renis enim ſiniſtri parenchyma, cujus membrana ſuperſtes fuit, à calculo conſumptum fuiſſe veriſimile eſt, atque cum eo ſimul, in fragmenta comminutum ſeceſſiſſe, q etiam ab eorum crebro per ureterem ejuſdem la ris tranſitu, extraordinariam illius dilatationem p ductam fuiſſe: Concedantur allata à Clar. viro arenulis rubris; at quæ alterius coloris ſæpe exc nuntur, & craſſiores, fragmenta & ramenta cal eſſe negandum non eſt.

Observatio V.

Poſt nephriticos dolores, à lapide Renum ſubſtantia conſumpta eſt, ſola ſuperſtite membrana.

§. 1. Reverendiſſ. Aquini Epiſcopum eo morbi genere laborare quem Medici Neph tin appellant, indicio ſunt urinæ ſabuloſæ præcedentes: dolor gravativus in r gione Renum, auctio doloris à cibo, atque in hoc tempore dorſi debilitas, mictio fr quens, crurum imbecillitas: Per epicraſin vir Illuſtr. curatus, aliquando medicatione pr phylactica, interdum extraordinaria; nihil unquam profuit, ut randem ad ultimum vi exitum perductus fuerit.

Secto cadavere; inventus eſt ren ſiniſter ut crumena, ſine ſubſtantia, cum ſola pell lapillis referta & ichoroſa ſanie. *Lælius à Fonte conſult.* 37.

§. 2. Pleriſque ſuppurantur renes calculoſi, & colliquantur ut tantum maneat pellicula ſicuti D. de Manoy, cui ren dexter colliquatus, ſiniſter calculum habebat, ureter & par tes reliquæ ſiccatæ. *Scholiographus ad cap.* 47. *lib.* 1. *Hollerii de morb. internis.*

§. 3. Anno 1644. in cadavere mulieris ætatem ſenilem proſpicientis, Ren dexter totu erat flaccidus marſupii modo, calculis undique incruſtatus minimis, qua pori conſpicie bantur: magnus inſuper lapis & inæqualis impactus ureteris principio. Calculi vero ma teria potiſſimum eſt bilis ac pituita, ſale permixto, qui ſupereſt in linteo Soli expoſito per quod urina fuerat trajecta. *I. Rhodius cent. iij. Obſerv.* 22.

§. 4. Sæpe vidimus tota Renis carne ac ſubſtantia pereſa ambiente, tanquam marſupio membrana, pus calculoſque multos obvolvi. *Fernelius Pathol. lib.* 6. *cap.* 12.

Scholia.

Ulcus ab his cauſis ortum habuiſſe argumento eſt, quod urina antequam purulenta eſſet ſæpe cruenta fuerit, præſertim ab exercitatione & labore, quodque febris nulla aut per obſcura fatiget. Si quando autem obſtructo ureteris capite pus cohibetur, id ſenſim, vel per emulgentem in majores redundans venas, ſanguinem habitumque corporis inquinabit; (qua ex cauſa, quaſi ex leucophlegmatia calculoſos tumere ac palleſcere ſæpe animadverti) vel ea ſede congeſtum ilia lumboſque copia diſtendet, è quibus etiam aperta cute diu multumque manat, Nonnunquam & illinc calculus ingens cum pure alias exceſſit, alias evulſus eſt: Hæc cum accidunt, tota pene renis ſubſtantia putredine conſumpta eſt illincque pus redundans inter peritonæi membranas fluctuat: Hujus copia interdum vidimus totam ventris lumborumque regionem diſtendi, & pus hinc tum dejectione, tum vomitione reddi ſincerum. *Idem*

§. 5. Obſervavi in Elizo des-Bordes membranam Renis in eam amplificatam longitudinem, quæ univerſam abdominis capacitatem, ſervata tamen figura, exactè coæquaret & xiv. libras puris, exeſo ſcil. parenchymate & ſuppurato contineret, nec ab eo pondere per aliquot annos continuitatem amiſiſſet: Scil. natura membranæ eſt ductilis & extenſili in omnem differentiam ſupra fidem. *Car. Piſo ſect.* 3. *cap.* 2. *de morb. à Sero.*

§. 6. Pauper quidam xxx. annor. laboraverat dolore nephritico & dyſuria, Obiit, Diſ ſecui cadaver, reperique Renis ſiniſtri ſubſtantiam totam conſumptam, ita ut præter mem branam nihil ſuperfuerit, ſed ſolito, ut ſolet, longe fuit craſſior. *P. Barbette Praxeo lib.* 4. *cap.* 8.

§. 7. Aperuimus corpus cujuſdam, qui novem circiter menſes laborabat affectu reni ſiniſtri, extenuatus omnino: Renem invenimus totum conſumptum, plenum pure, magn quantitate, ita ut levi attactu diſruptæ fuerint omnes tunicæ: *Ex obſervat. Ioh. Bauhini*

Observatio VI.

A Nephriticis doloribus extinctæ mulieris Ren. dexter plane putridus inventus, Siniſter flaccidus, tumidus pure & calculis refertus &c.

Filia quadragenaria, xxv. annos doloribus nephriticis miſerrime vexata, plurimos ſub inde calculos excrevit, diverſi diverſo tempore coloris, rubicundos, fuſcos, albidos nigri

obitum ſecatur. In eo utriuſque renis cavitas reperitur tota calculo occupata & diſtenta ſeu replera: Pro urinæ tamen emittendæ via, provida ſolérſque natura, in lateribus calculi orbitam quandam cavam, perquam urina ad ureteres & veſicam deferri poſſet, molita fuerat *Ph.Salmuth Cent.iij.obſerv.*30.

Observatio XIII.

Nephriticus dolor à Calculo Vreterem obturante.

§.1. M.Nicola, vidua 40. annorum, infeſtata aliquandiu à lumborum dolore, procidit tandem in crudele calculi renalis tormentum, cum vomitu, febre, menſtruis inordinatis, urinæ difficultate, & interdum tanta ejus ſuppreſſione ut totos xviii. dies nihil lotii reddiderit: unde excitabatur ipſi ex ſero ſurſum recurrente primum ſopor, ſed mox tam gravis nervorum contractio ut cogeretur vitam cum morte commutare.

Diſſecto cadavere, apparuit ren ſiniſter, ut extrinſecus lividus ac tumidus, ſic intus frequenti aqua & calculis pluribus infarctus: quorum maximus inſinuaverat ſe acuto ſuo apice tam longe in ureteris principium ut id integrè occluderetur, neque permitteretur illac deſcendere quicquam lotii, licet potui darentur plurima aquam ducentia; baſi enim cum foret latiore quàm ut permearet commode anguſtum hunc ductum, neceſſe fuit quo plus urgeretur ab affluente ſero, tantò quoque impenſiùs intercludere tranſitum urinæ à renibus deſcendenti, præſertim cùm oppoſiti renis ureter non minus utiq; occluderetur à latiore aliquo lapide, inſtaro perculi, ipſius principio impoſito. *Nic. Tulpius lib.2.obſerv.cap.*45

§. 2. Quidam annos 30. natus nephriticos dolores paſſus erat ſæpe: purulentum minxerat, cætera alacris interiit: Repertus lapis in ore vaſorum urinariorum: Quod mirum *uterque Ren tabuerat*: nil erat ſucci, nihil carnis, ſed in molem maximam creverat ac ſi inflatam veſicam dixiſſes, & tota cavitas renum ita extenſorum inanis erat. *Ballonius Paradygm.*176.

APPENDIX.

Renum ſubſtantia variè pro natura affectuum variatur.

NOrat *Euſtachius* lib. de Renibus cap. 45. In cadaveribus illorum qui vi morbi interierunt, pro varia eius ſpecie, varie conſtitutos renes reperiri: ipſumque colorem variam occurrere: nempe quia ſecus ac aliis viſceribus evenit; levi ſæpe de cauſa immutatur idcirco ruber frequentiſſime, clarus atque ſplendens apparet, interdum obſcurus & niger non raro ſubalbidus: Ipſa vero ſubſtantia cernitur modo laxa, fragilis & quaſi putris, modo denſa, dura & arida; Superficiem varicoſam & innumeris tuberculis ſcatentem perſæpe vidit: In Nobili Romana quæ propter violentum partum, poſt copioſum ſanguinem excretum obierat, renes albi, fragilies, albi ac putres inventi ſunt, ſub quotum propria membrana tantum flatus collectum erat, ut videretur à ſubjecta carne prorſus ſeparata, adeóque turgida & diſtenta ut magni tumoris ſpeciem primo intuitu inferret: Maxime imminutos, exſiccatos, obſcuros & undiquaque tuberculis plenos conſpexit in Epiſcopo Senogallienſi qui ob calculum retenta urina periit.

§. 3. Anatomicus in rene ſiniſtro magnum calculum bicornem invenit, alterum cornuum divulſum in Ureterem deſcenderat, unde immanis illa parte dolor: Repertus etiam calculus lobo jecoris adnatus, ovi columbini magnitudine, eíſque ſub ſinem parenchymatis appenſus: Baronis uxor fuit, quæ viva de illo latere nihil querebatur. *H.ab Heer obſerv.*1.*p.*9

Observatio XIV.

Lumborum dolor à calculo oblongo & obliquo renem dextrum occupante, eumque tandem corrumpente.

VIr Nobilis, idémque optimus Jacobus Myro Senator Pariſienſis, cum eſſet raræ texturæ & infirmæ valetudinis, circa initium Februar. incidit in febrim continuam, quæ ex prægrandi abſceſſu rupto in meſenterio, cum pravis aliquot ſymptomatis, præſertim vero diarrhœa biliosa & ſeroſa, jugibus vigiliis, hæmorrhoidibus, & univerſi corporis colliquatione verſa eſt in lentam ſymptomaticam, qualem graphice deſcripſit Clariſſimum olim Scholæ noſtræ lumen *Fernelius* lib.4.Pathol.cap.16. ſub finem: Ex hoc affectu poſtquam decubuiſſet Nob. Senator, per quinque fere menſes, quibus in dies pugnatum eſt arte medendi, tandem exitium ſuperavit opem, quæ victa jacebat, fatiſque ceſſit morte leniſſima, ſine ulla v ulláque torſione, quáque placidiorem nullam potuiſſet unquam ſperare; neque optare

Auguſtus ipſe, ſine ullo cruciatu & tormento, quam ἐυθανασίας nomine indigitare ſolebat.

Tranſactis ab exceſſu horis XII. diſſectum fuit cadaver me præſente: Inter cætera obſervata digniſſima & hoc unum fuit, Ren dexter, ex cujus vitio ſupra annos decem ſæviſſimis doloribus nephriticis multoties fuerat divexatus) totus putris & in tabum redactus deprehenſus. In cujus media ſubſtantia & cavitate oblongum & obliquum calculum comperi, angulofum, & ut ita dicam, cornicularem. Jam multum temporis erat ex quo haud dubie ren ille non ſolum putris & ſanioſus, verum etiam totus gangrænoſi affectus & corruptiſſimus ſui muneris nihil quicquam edebat, & propria ſecernendi ſanguinis, & ſeri excernendi facultate deſtitutus erat, qui enim potuiſſet obſtructo meatu à grandiore calculo, & corrupta ad eum putredinis gradum propria ſubſtantia, ut ipſius renis nihil aliud quicquam haberet præter figuram & tunicam, quæ pro renis ſubſtantia merum tabum idque nigerrimum continebat, & tamen nulla unquam laboravit per totum morbum urinæ ſuppreſſione. Quod ſane ſæpius quoque à XV. annis in hac populoſa urbe calculoſorum feraciſſima facile obſervavi.

SCHOLIA.

ERgo non eſt ſemper verum uno Rene obſtructo alterum ſtatim ceſſare ab officio, cum ægrorum plurimi urinam profundant alterius renis beneficio ad ultimum uſque vitæ momentum. *Guido Patinus Epiſtola ad Beverovicium, in hujus ſpicilegio de calculo.*

OBSERVATIO XV.

Renis & præſertim dextri dolor, à calculo in hoc rotundo: Alio bifido in ſiniſtro, cum corruptione.

JOhanna Ph. Stansby Aromatarii Dorcheſtrenſis uxor, annos ſeptem circiter ſupra quadraginta nata, habitu corporis gracili & raro, temperamento bilioſo, cum per periodos à pluribus annis ex calculo laboraret, quorum plures rejecit, arenulis vero continuo fere moleſtaretur, nec ulla præcautione uteretur, etſi paronyſmo urgente ad levandum dolorem medicamenta quædam, ſed pauca admitteret, in idem tamen malum denuo incidir, cum acutiſſimo circa renes, dextrum præſertim, dolore, ita ut aculei infixi ſenſum præberet, accedente gravi vomitu, quo aſſumpta quævis, præter bilioſa plurima, rejiciebat: lotio primum præter morem tenui, inſtar aquæ exiſtente, poſtea etiam penitus ſuppreſſo, & ad totum regurgitante: Varia huic matronæ fuerunt adhibita, ſed renuente Apolline, morbi magnitudine & vigiliis ſuperata vitæ finem fecit.

Diſſecto à morte cadavere, inventus eſt in ſiniſtro rene calculus, amplo caudice principium ſumens, in duos ramos ſeu radices, inſtar dentium maxillarium, magis tamen circa finem à ſe diſtantes, juxta canaliculorum vaſis urinarii formam, diviſus: Unciæ unius pondere, rene toto aſſumpto, ut nihil præter membranam reſtaret. In dextro vero rene, in quo crudelioribus afficiebatur doloribus, repertus alius calculus rotundior, IV. ſcrupulorum pondere. Ab his cruciatus & interitus cauſa, reliquis viſceribus ſanis exiſtentibus. *Frider. Loſſius obſerv. 52. lib. 3.*

OBSERVATIO XVI.

Lumborum dolor à Rene putri, ob calculi & materiam viſcidem tumidum, Altero imminuto.

BOn. Corneus diuturno Renum dolore & calculo interiit: Erat ei ex Renibus alter magnus tumidus putris, calculiſque ac materia viſcida & ſanioſa refertus. Alter vero, quamvis nihil hujuſmodi pateretur, adeo imminutus, ut magnitudine parvam caſtaneam vix æquaret. Cujus rei, ut arbitror, cauſa erat quia hic jamdiu ſuo munere penitus fruſtrabatur, quippe qui revulſioni obſiſtere nequiret: quam aſſuetus & copioſus excrementorum fluxus ad alium male affectum renem aſſidue procurabat: Imminui vero particulas quaſdam ubi à ſua actione prorſus vacant, ut de aliis nunc taceam, Uterus ipſe aperte declarat. *Euſtachius cap. 45. lib. de Renibus.*

cap. de Renum apoſtemate docet alia eſſe ſymptomata ſi ren dexter laborat, alia ſi ſiniſter : Si dexter, hepar compatitur & partes potius ſuperiores : Si ſiniſter, ad partes potius inferiores malum pertinet: Addit quod ſi abſceſſus occupat panniculos renum & ſuſpenſorium, magnificatur dolor, & fit fortis & prohiber erectionem,tuſſim & ſternutamentū mover, & difficile eſt invenire locum:Hęc omnia notanda,ut non temere accuſentur partes ſuperiores,innocentes alioqui,cum malum ſeſe in inferioribus firmaverit.

Observatio VIII.

Nephriticus dolor à calculo ovi gallinacei magnitudine, ſub membrana renis ſiniſtri deliteſcente, & pluribus in utroque.

GEneroſus H.S. à Vippach &c. hypochondriaci affectibus ſymptomatibus & Nephriticis doloribus crebro infeſtabatur : arenulæ & lapilli *ſæpe cum vomitibus*, ardore, dyſuria moleſtiſſima apparebant ; de pondere ſiniſtri renis, quoties rheda vehebatur, imprimis conquerebatur, magnum lapidem ibi hærere & ſtabile elegiſſe domicilium conſtanter aſſeverabat : Adnuebam, nec negare poteram, fidem dans operam me daturum ut lithontripticis contereretur & educeretur, ſed prævenîebatur hicoptatus ſucceſſus à beata analyſi. Poſtquam enim eryſipelate dextri cruris ſuppurato conquaſſatus, jam cum bona valetudine in gratiam redire & melius habere videbatur, hydrops aſcites illum corripiebat: liberabatur per tranſverſam ſcroti paraceteſim, ad capitis magnitudinem incrementa ſumentis : inflictum vulnus ſcta apertum ſervatum : hunc trium menſium ab inde curriculo excipiebat catarrhus ſuffocativus, lethi fatalis prodromus.

In aperto cadavere, Ventriculus, qui tot ludibium vomitibus debuerat, mediocriter habebat: Lien ſcirrhodes erat, Jecur floridum,in Meſenterio nulla apparebat noxa : ſub Renis ſiniſtri membrana calculus ovi gallinacei magnitudine, roſtro acuto in cavitatem renis deſinentis : In utroque rene plures minores calculi anguloſi , rotundi deliteſcebant. Cerebrum ſeroſis humoribus à juſta deflectens conſiſtentia diffluebat. Oſſiculum circa radicem arterioſæ cordis venæ, grani panici amplitudine, cartilagine duriori cinctum, obſervabatur. *Guernerus Rolfinccius Diſſertat. Anatom. lib. 1. cap. 13.*

SCHOLIA.

SÆpe cum Vomitibus] Obſervandum jubet *Willis* patholog. cerebri cap. 27. quod in dextro latere, inter plexum hepaticum & renalem, nervus amplus protenditur, adeo ut inter hos plexus major & immediatior conſenſus quam inter iſtos alterius pares habeatur: Ob horum plexuum connexionem, præcipue in paroxyſmo nephritico,vomitus ſæpe immanis ſupervenire ſolet : Ob eoſdem vaſa choledocha, quaſi ab emetico aſſumpto irritaa, plurimum inaniuntur. *Vide plura l.c.*

Observatio IX.

Cujuſdam Nephritico dolori obnoxii Renes lapideæ duritiei reperti ſunt.

IN Sileſia ſuperiore Nobil. fœmina maximis doloribus nephriticis per pluſculos annos exagitata fuerat, & tam ſpiſſam ſæpius minxerat urinam, ut in ipſa emiſſione & ſtillicidio quaſi in fila diduci potuerit ; ingruentibus interdum rigoribus in nephriticis conſuetis: lumbos fere nudos fornaci admovit, ut ſe calefaceret, vix tamen calorem ſenſit, licet cutem ipſam fornacis flamma læderet : Tandem miſeriis hiſce diu colluctata, ſuccubuit circa annum 1661. nimia dolorum atrocitate.

In diſſecto corpore inventi fuere ambo renes obriguiſſe, tam dexter quam ſiniſter, in alabaſtrinam duritiem & ſoliditatem : Majorem ex his renibus in muſæo meo ad aliquot horas penitius inſpiciendum accepi, Erat adhuc, poſt Gorgoneam iſtam metamorphoſin, Ren in ſua figura (quaſi fabacea) ordinaria conſpiciendus : exterior parenchymatis pars & circumferentia ſemicircularis, ſeu gibba renum pars,videbatur quaſi in aliquot lobos corrugata & poroſior reliquo corpore facta, coloris ad griſeum accedentis : reliqua vero pars verſus ſimam partem & pelvim, cum reſecta particula ureteris principii, ſilicea tota, nihil magis quam candicans alabaſtrum & duritie & colore exhibens, venæ aliquatenus rubeſcentes, quaſi ibi depictæ videbantur : Cum ad libram pondus examinaſſem, xj. lotones exſuperaſſe compertum eſt : Dolendum in iſtius cadaveris apertione Medicos Anatomiæ gnaros defuiſſe qui originem & finem iſtius petrificationis renalis annotaſſent ; an toti ureteres ſilicei (quia ipſorum principium reſectum duriſſimum & ſolidiſſimum) & quid forte veſica monſtri aleret. *Ex obſervat. D. Iacobi Sachs Practici Vratiſlavienſis, in Miſcell. cur. anni* 1670.

Observatio XVII.

Lumborum & nephriticus dolor, à calculo grandiori pelvim renis dextri implente, cum alio minore, &c.

VIr Nobiliſſ. D. D. *Philippus Iac. Sachſius* die 2. Janvar. 1671. lecto plane affixus quatuor Medicorum implorabat auxilium: incaſſum tamen omnia adhibebantur medicamina, cum morbus jamdudum tam altas egiſſet radices, quæ viribus plane exhauſtis, abſque ſubjecti interitu eradicari haud poſſent, Morbus non erat unus ſed complicati: per ſemeſtre aut trimeſtre ſpatium laboribus & negotiis concatenatis defatigatus, carnium, piſcium, vinorumque genera averſatus, pulmentis ſaltem & ſorbilibus corpus reſarcire intendit, medicamentis fere poſthabitis, donec morbo ſractus ex aſſe ſibi mederi & voluit & juſſit, ſed nimis ſero. Hæmorrhagia enim naris ſiniſtræ, non quidem larga, ob nimium autem admixtum ichorem ſæpius rediens, vomitúſque tandem auſteri, & ut ipſe nominabat, aluminoſi, omnem ventriculi tonum perverterant, viréſque abſumpſerant, ut 7. Januar. animam reddere cogeretur Creatori, cum vixiſſet annos 44. Iſtud jam Sachſianæ mortis genus, & últimam Calculorum ferociam optimus noſter Phoſphorus mature ſat prævidit, iterato nempe, cum iis antea conflictatus ab annis aliquot D. D. *Volgnadius*, laudatum virum anno 1662. ipſo die ſuo natali, primas arenulas excreviſſe: à quibus ſubſequo tempore haud ſemel quidem victor evaſit, etiam cum male ominoſus ille renum ac ſanguinis limus jam induiſſet ſchema calculi, prout ipſemet Sachſius anno 1665. mihi ſcripſerat his verbis. *Præterita ſeptimana dolores calculi in rene dextro reſpondendi officium inbibuerunt, qui tamen Divina gratia, ubi in lucem infauſta calculi proles fuiſſet edita ceſſarunt.* Sed ut fieri aſſolet, recurrente ſæpius hoſte, vires reſiſtendi magis magiſque attritas ſenſit: & poſtquam ab acerbis renum doloribus tum etiam evaſerat, verum tamen haud vane ſibi metuit, ne induciæ iſtæ eſſent minus diuturnæ, & potius ſi malum ſæpius recruduerit (ſunt verba ipſius) *Sachſium, non ſaxum Saxo ſepulchrali ſit illaturum* accedentibus præſertim morbis aliis, à quibus queritur quod fere ad ulttimam maciem ſit perductus, ſubjungítque hiſtoriam morbi ſui periculoſiſſimi,
« relatu dignam, De morbi mei, *inquiens* periculoſiſſimi ſtatu pauca ſubjungere libet: Per
« æſtatis inconſuetas ſiccitates, & viſitationes creberrimas ægrorum, corpus meum viri-
« bus attritis *maximam tartareorum humorum* cumulaverat copiam, nec aliquot dies impen-
« dere licuit ut meæ valetudini conſuluiſſem; Itaque ſub exitum Novemb. præcedebant
« deſtillationes in fauces, tonſillas, uvulam, appetitus proſtratus, capitis dolores, & qui
« non alii hoſtes in meum interitum conſpirantes? primum hunc inſultum fortiter ſuſtinui,
« & victoriam per aliquot ſeptimanas reportaſſe videbar, Sed hoſtis aſtutus, Scorbutus, in
« inſidiis latens, depoſita larva, recollectis viribus rurſum aggrediebatur me, à priori con-
« flictu vix reſpirantem: Accedebant capitis dolores, cum tumore brachiorum & pedum,
« motus impotentia, vigiliæ, dolores colici nephritici, & quod peſſimum, tam acidæ fer-
« mentationes ex ventriculo in palatum, ut tartarus linguæ & faucibus ſe inſinuans, inſtru-
« mentis Chirurgicis eſſet abradendus: Cum his Furiis per IV. & ultra ſeptimanas mihi
« diu noctuque confligendum: Evaſi tandem per divinam gratiam, factis induciis cum
« tam feroci hoſte.

In ejus exanimi corpore ſequentia memoratu digniſſima, remotis integumentis thoraci ac ventri communibus comparuerunt, Omentum prætenue. Ventriculi ſubſtantia itidem tenuis minúſque craſſa, inæqualiter tamen: Interiórque illius tunica diverſicolor, circa orificium ſuperius videlicet virore quodam ſubnigro, circa inferius vitellino, circáque medium tincturæ ſub puniceæ ſchemate infecta: In ventriculo vero liquoris fæculenti ac turbidi cochlearia circiter tria, acorem graviter corruptum redolentia.

Meſenterium prorſus expers pinguedinis, & vaſa ejuſdem tantum non exſanguia, ut etiam ramus venæ Portæ, experimenti cauſa diſſectus, vix aliquot guttulas cruoris effunderet: In Pancreate nihil anomali annotatum: Nec in Hepate, niſi quod extremitas cavæ partis utcunque liveſceret, quod vero ob viciniam veſiculæ ſelleæ facile fieri potuit: Fellis abundantia notabilis & conſiſtentia viſcidior. Lien brevior ac rotundior fere ſolito, cæteroquin optime conſtitutus, pendens uncias quinque cum dimidio. Ren dexter ſiniſtrum magnitudine ſuperans: In cujus (dextri) pelvi, ſupra infundibulum, calculus grandis inſignibus eminentiis. & una earum imprimi notabili, quæ principio ureteris infigebatur, exaſperatus, uncias duas pendens, eíque pinguedo plurima ſuppoſita, præter pinguedinem exteriorem, intrinſecus parenchymati adnata, præſertim circa infundibulum, cum calculo ſocio alio minore, pendente ſcrupulos duos cum dimidio: Ren ſiniſter utcunque melior,

ſabulo

ſabulo tamen prægnans, & extrinſecus nonnullis hydatidibus conſperſus: Veſica urinaria pariter inhæſu calculi afflicta: qui vero minor, oblongus & quaſi quadratus extitit, ponde-re granorum ſeptem. Cor & Pulmones debito modo ſe habuerunt. *Ex Miſcellaneis curio-ſis ann. iv. & v. Tit. Memoria Sachſiana, &c.*

S C H O L I A.

M*Aximam Tartareorum humorum, &c.*] Tria omnino concurrere ad Calculorum in Renibus concretionem cenſeo, Materiam Efficientem cauſam, & Eam ſine qua non. De materia verba faciens *Galenus* 3. in 6. Epid. comm. 15. hæc habet, *Igitur urinarum craſſities creandorum calculorum prima potiſſimáque cauſa eſt.* Sive coacervetur ex incompoſita victus ratione, aut ex imperfecta chylificatione, ob imbecillitatem ventriculi, deſtillatione à capite, cibis craſſi ſucci, lacte caſeoſo, atque vinis nigris craſſæ ſubſtantiæ, de quibus fuſe *Galenus* 2. & 3. de Aliment. facultatibus, qui propterea cap. 16. ejuſd. tertii, ſtatuit ab omnibus craſſi ſucci cibis concreſcere calculos in Renibus: Ex immodico quinetiam exercitio à cibo, tanquam cauſa potiſſima pueros calculoſæ affectioni opportunos eſſe prodidit 3. in 6. Epid. 15. *Cauſa ſecunda* principis eſt Efficiens, calor nempe denſans, cogenſque materiam craſſam renibus impactam, diſcuſſis ſcil. partibus tenuioribus. De qua idem *Galenus* lib. de dignoſc. & cur. renum affectibus cap. 2. *Ideóque ſimpliciter à calore fit in nobis calculus:* Licet enim concretio non minus fiat à frigido quam à calido, non propterea cenſuerim cum *Valleſio* in Epidem. calculos utramque cauſam cognoſcere: nunquam enim in corpore intenſa adeo frigiditas viguit quæ condenſare & obdurare poſſit. Quanquam non eo inficias, quod calor agens poſſit eſſe intenſior & remiſſior, ſi námque materia vitioſa craſſior fuerit, denſari & obdureſcere poteſt, etiam à calore remiſſo. Quod docet *Galenus* 3. in 6. Epid. *Igitur*, inquit, *urinarum craſſities procreandorum calculorum prima potiſſimáque cauſa eſt.* Quibus non negat mediocrem caliditatem ad hujuſmodi materiam cogendam abunde eſſe, ut hoc nomine in veſica & inteſtinis concreſcant calculi, quibus etiam ſenes ſunt opportuni, in quibus tamen non viget calor: quanquam ſi tenuis materia ad renes confluxerit, in tophaceam & calculoſam materiam cogi non poſſit, niſi ab eorum caliditate immodica: Præter vero diſpoſitionem ratione *Materiæ* craſſæ, & *Efficaciam agentis*, renum nempe caliditatem, *Anguſtia vaſorum* in ipſis, & eorum *imbecillitas* accedat oportet, ex *Galeno* 5. de tuenda Sanit. 7. quod *Qui latas habent venas, à cibis craſſi ſucci non offenduntur:* nec immerito, quia cum omnis actio fiat per contactum permanentem, hic deſideratur in iis quibus venæ ſunt amplæ, hærente materia in Renibus, quin potius libere præterlabente, & cum urina effuſa. Quod mihi contigit obſervare in ſene octogenario, qui urinas ſemper profudit copioſæ pituitæ viſcidiſſimæ immixtas, ad libram circiter, tenaciter adeo hærentis fundo matulæ, ut & ea inverſa, effuſa urina, ab illius fundo penderet: cum tamen nullæ unquam fuerint de calculo querelæ toto decem annorum ſpatio, & quod excedit, quibus ad ipſum inviſi. Quam viarum anguſtiam, cum expultricis imbecillitate, cenſeo eſſe diſpoſitionem hæreditariam, non facultatem quandam petrificam, quæ aliquorum eſt ſententia, cum etiam in aliis partibus concreſcant calculi: Neque ſuccum aliquem tartareum ut exiſtimant alii, cum hoc non careat quælibet terreſtris materia, atq; non raro potores à calculo immunes degant, licet vinum fuerit fæculentum & tartareum. Sicuti enim ex gibbis gibbi, ex luſcis luſci, aliique ex aliis hujuſmodi naſcuntur, facultatis formatricis vitio à ſemine, ex *Galeno* 6. aphor. 28. ubi de podagra ſub finem, *Accedit ad has cauſas relatas, ob quas nunc plerique podagra infeſtantur, quod parentes & avos multi podagricos habuere, in quibus ſcil. ſemen erat corruptum, atque ideo poſteris majorem conciliavit partium imbecillitatem.* Ita Renes male conformari cenſeo, & imbecilliores reddi à ſemine vitiato. Cum enim anguſtiora ſunt vaſa, hæret materia craſſa, aut in renum cavo, aut frequentius in tenuibus illis cavitatibus in carunculas papillares patentibus, qui urinam tranſmittunt in ureterum ramos, per illorum ſubſtantiam divaricatos, atque ita in calculum concreſcit, affluente nova materia ſenſim. *Ex 1°. in 6. Epid. 6. Bon. Silvaticus cent. 3. conſil. 66.*

Observatio XVIII.

Nephriticus dolor à calculis ureteribus vel pelvi impactis.

§. 1. CUidam poſt mortem excidi lapillum nigrum ex ureteribus, quibus impactus ob inæqualitatem ſubſtantiæ elabi non poterat, atque ita hominem miſere interemit, præter magnitudinem (pendebat ſcrupulum cum dimidio) ea in parte ſtupendam, color ejus nigerimus, & ſubſtantia ad tophi ſimilitudinem accedens. *Theodorus Kerkringius Obſerv. Anat. 67.*

§. 2. Per tranſennam hic adnotabo ſæpe in ureteribus inventos à me lapillos majuſculos quoſdam, parietibus adhærentes, qui viam aliis tranſeuntibus occludunt, & vehementer ab iis tacti augent hominis, eo morbi genere afflicti, cruciatus. *Idem.*

§. 3. Magdalena N. lancinante lumborum dolore afficiebatur, Ren ſiniſter lividus & tumidus, tres calculos continens, quorum unus ureteris initium obſtruebat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 4. Laborabat Monachus dolore in rene ſiniſtro: obſtructus erat ureter ſiniſter à calculo. *Vide ibid.*

§. 5. Joh.

§. 5. Joh. N. cum Iſchuria in Lumbis gravitatem perſentit, &c. Renis cavitas ſabulo a perſa erat; Uretereis pelvi calculus inſertus erat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 6. Mortuus Illuſtr. Princeps Bonifacius Cardinali Caetanus, ex doloribus nephritici propter varios, aſperos, angulares, & aliquos valde acutos calculos, intra unum ex ureteribu impactos: Nam alter una cum rene ex toto fere contrabuerat, & nullo penitus humoi pervius apparuit. *Crucius de Quæſitis per Epiſtolam p. m. 93.*

Observatio XIX.

Nephriticus dolor à calculis in Renum ſubſtantia, & ipſo Infundibulo, &c.

Laboravit civis quidam ab aliquot annis renum calculo: Is ante paucos menſes acer bius ex eo malo decumbere cœpit: urinæ ipſi mox ſubſtiterunt, mox profluxerunt dolore in ſiniſtra renis regione cruciatut intenſiſſimo: tandem viribus exhauſtus, & urin nullatenus profluente extinctus eſt, *crure ſiniſtro* poſt mortem præ altero *non parum intu meſcunte.*

Abdomine defuncti aperto, & ineſtinis remotis, ante omnia renis ſiniſtri conſtitutic conquiſita, qui prægrandis fuit magnitudinis, ſuperne (qua parte lumbis adhærebat) veſic aquoſa ſatis magna ipſi adhæreſcente: Rene novacula paululum aperto, ſanies quædam ſive rectius ſerum album effluxit, aptiſſima, meo judicio, progenerando calculo materia Aperto penitius Rene, abſceſſus aliquis inſignis repertus non eſt: reperti tamen in renum ſubſtantia hinc inde calculi majuſculi cum non parva ſabuli copia: Repertus tandem in ipſo infundiculo (qua ſcil. ſerum è rene in ureterem tranſire ſolet) lapis inſignior, radici zinzi beris mediocri, & magnitudine & forma facieque per omnia reſpondens: Dexter Ren flaccidus plane fuit, ut pote qui à multo tempore munere ſuo perfunctus fuit minime: quip pe ureter extra renem, ad digiti articuli unius altitudinem, à calculis penitiſſime & firmiſſi me obſtructus viſebatur. *Greg. Horſtius Obſerv. lib. 4. obſ. 46.*

Scholia.

Crure ſiniſtro non parum intumeſcente] Læſa renis ſiniſtri, è directo, facultate concoctrice, unde decubitus humoris ſeroſi in crus ſubditum. Familiare enim eſt partibus inferioribus ut pœnas luant erratorum partium principum, aut his famulantium. Alias ſtupor femoris calculi renum aliquando comes eſt, Νάρκη τῶ μηρῶ κατ' ἴξιν inquit *Hippocr.* parte 5. lib. 6. ſect. 1. Epidem. Hujus ſtuporis duplex eſt cauſa, prima compreſſio muſculi ψόαι dicti, cui renes ambo incubant: altera compreſſio nervi qui in cruris muſculos inſeritur: *Hippoc.* libello de morbis virginum, cauſam refert in venæ & arteriæ, cum tenibus & cruribus conjunctæ repletionem, quæ nervulos juxta decurrentes comprimit: Hanc autem compreſſionem à calculi duritiē & pondere fieri, inde conſtat quod incipiens & minor calculus torporem non pariat.

Serum album effluxit calculo aptiſſima materia] Hanc opinionē, (repudiata pituita) plurimi neotericorum tuentur & firmiſſimis rationibus ſtabiliunt. Vide *Platerum* Praxeos lib. 2. c. de Hypochond. dolotibus. *Sennertum* & alios.

Observatio XX.

Nephriticus dolor à calculo cruciformi per univerſum renem ſe diſpergente.

Plumarum venditor emortuus ob renum ac pectoris vitia, habuit in vtroque rene inſignem calculum, diſpergentem ſe quadruplici ramo, inſtar crucis, per univerſum renem, adeo ut non potuiſſet inde eximi niſi diſcerpſiſſes fruſtulatim totum ipſius parenchyma. Viderint igitur qui ſatis ſpecioſe docent ex inciſis renibus calculos eximere, quam turpi ignominiæ ptoſtituerent & ſe & artem ſuam, ſi quidem aliquando inciderent in calculum tam firmiter renibus innatum. *N. Tulpius Obſerv. lib. 2. cap. 44.*

Scholia.

Ex inciſis renibus calculos eximere] Num calculi renalis exſectio in vivente poſſibilis & tuta? Nota eſt hiſtoria à *Paræo* allata de latrone morti adjudicato, quem, in gratiam Medicorum, ut calculi tormenta rimari poſſent, vivum diſſectum fuiſſe ait, ſanitati reſtitutum, hinc libertati reſtitutum: Videantur *Rouſſeti* ſuper hanc operationem obſervationes l. de partu cæſ. ſect. 3. c. 7. Diſſuadetur illa à *Serapione* tr. 4. c. 22. Ego, *ait*, video quod hæc audacia difficilis, vehemens, ſublimis, ſuper mortem, propter illam rem, per adminiſtrationem hujus curationis. *Avicenna* Magnum timorem iu eo eſſe, *inquit*, & operationem ejus qui rationem non habet: Curam impoſſibilem judicat *Bacchanellus* lib. 3. de conſ. Med. Quoniam oportet penetrare per muſculos, per dorſum, per oſſa magna, per nervos, arterias & venas magnas, in quo caſu accidit ſynope & mors: Et quanquam *Hippocr.* lib. de int. affect. eam ſuadere videatur, vix tamen tentanda eſt, niſi manifeſtum ſit ipſammet naturam apoſtemate quodam facto viam ſibi quærere, quemadmodum experientia confirmat non raro factum fuiſſe.

Observ.

Observatio XXI.

§. 1. *Nephriticus dolor à variæ formæ & coloris calculis.*

Licet non modo uſitatum, ſed & quotidianum ſit arenulas & calculos intra renes tepe riti, ibidem natos & adauctos, magnos & parvos, duros & leves, forma diverſos, oblongos acuminatos, latos, anguloſos, rotundos, planos, *coloribus albos, pullos*, flavos, fulvos, ſpadiceos & nigros, ut depingi nullo modo poſſint, tamen ſingularem ob granditatem & formam adjicere volui, qui è dextro rene laudatiſſimi Principis Friderici III. Saxoniæ Elect. aperto poſt obitum cadavere excisſus fuit: Is duorum articulorum magnitudine, ſubrutilo colore, circumcirca uno in loco circulari ambitu medicamentum λιθοτριπτικὸν acredine attritus, eroſúſque qua urina profluxit. *Kentmannus libello de Calculis. Peucerus de præſtigiis Dæmonum pag.* 310.

SCHOLIA.

Coloribus albos, pullos, &c.] Renum lapides ab iis qui in veſica generantur ſolo colore à Medicis diſtingui poſſe, fere ab omnibus receptum eſt: Sed hoc plerumque fallere ex diſſectione intelligimus, quandoquidem renum lapides rubei vel crocei perpetuo non occurrunt, ſed non raro albi, cineritii conſpiciuntur, cujus exempla multa afferre poſſem ſed uno contentus, aſſirmo vidiſſe, &c. *Euſtachius.*

§. 2. Affirmo vidiſſe me in Epiſcopo Senogalenſi lapidem album inſignis magnitudinis, principium vaſis urinarii occupare, reliquum vero cavitatis renum innumeris fere lapillis ejuſdem coloris repletum fuiſſe. *Euſtachius cap.* 45. *de Renibus.*

§. 3. Calottus è nobile ſene mortuo lapidem cuniculis actis, rene jam conſumpto, corallo necdam lævigato, tam ſoliditate quam ramulis ſimilem, omnibus quos unquam vidi veſicæ calculis compactiorem, exſecuit. *Iordanus Reſponſ. ad Parad. Iouberti* 7. *decad.* 2.

§. 4. Admirabile naturæ miraculum ſilentio minime prætereundum in cadavere N. videre nobis obtigit. Cujus alter ren lapidem inſignis magnitudinis continebat, qui ab amplo caudice principium ſumens, in octo ramos, juxta cananiculorum vaſis urinarii formam atque numerum diviſus, coralli truncum & ſurculos elegantiſſime æmulaſetur: ac præterea renis caro valde contracta & imminuta, ita firmiter huic lapidi undique adhærebat, ut depoſita propria figura quaſi craſſa quædam cutis ei obduceretur. *Euſtachius in annot. Pini ad cap.* 44. *lib. de Renibus.*

§. 5. Uxor *Eckeberti in Rotenhauſſ*, nephritica à multis annis, ſemper abortiens, nunc prægnans facta, divexabatur ingenti hæmorrhoidum fluxu aliquot menſibus; me abſente mortua poſt partum aperta, invenitur magnus lapis in renibus, varia habens brachia, quo à teneris annis divexata fuerat, uti & mater ejus, quæ mortua erat ſimili affectu. *Ex obſerv. Ioh. Bauhini.*

§. 6. Anno 1558. mortuus eſt quidam, cui in altero rene erat lapillus tot particulis conſtans, quot in rene erant venarum ramuli, quarum particularum lapilli, extremum veluti caput marmoris rotundi & candidi fruſtulum referebat, vel Margaritæ majuſculæ figuram & ſplendorem: id ex pituita vitrea concretum fuiſſe exiſtimo. *Geſnerus lib. de aquat. pag.* 219.

§. 7. Anno 1566. aperto cadavere *P. de Schardes* re Medica illuſtris, excluſi è ſubſtantia utriuſque renis duos lapides, ab utroque unum, inſignis magnitudinis & craſſitiei, multis alis, ſeu cornibus aut radicibus in dicta renum ſubſtantia, & ſtomachis ſeu ventriculis adhærentibus, cum multis lapillis piſorum magnitudinis repletis, vreteribus quamplurimis arenulis refertis. *Ferrandus ſenior in lib. de Nephritide.*

§. 8. In *Vrſula Kauſmanniana*, inveni in cavitate renum calculi imitantes figuram urerum, in tubulos, quos carunculæ pupillares obturant, expanſorum: videbantur corallia marina flavo colore ſaturata. *Guern. Rolfinckius Epit. met. lib.* 3. *c.* 19.

§. 9. Cum aperiretur corpus Illuſtr. cujuſdam matronæ, ab ineunte uſque ad lx. annum doloribus calculi divexatæ, tandem ſuperveniente continuo vomitu, dejecta appetentia, omnium virium proſtratione extinctæ, ejus ex renibus extraxi raræ magnitudinis calculos binos (alter quippe duos digitos tranſverſos latus & craſſus; alter pollicem magnitudine & craſſitie æquabat, forma externa non abſimilis illi Sperlingiano quem deſcribit D. J. *D. Major.* In Anatomica ſua calculorum hiſtoria n. iij. pondere autem bini non excedebant unciam unam libræ civilis, quod miratus ſum) duros quidem in ſe, cortice autem exteriori ita tenero ac friabili, ut facili negotio à reliquo vel leviſſimo digiti contactu ſeparari potuerit. *Carolus Rayger in Miſcell. curioſis anni* 1672. *obſerv.* 285.

§. 10. Ha-

§. 10. Hanoviæ miles præſidiarius (de quo l.2.Tit.de Phthiſi) accuſavit quoque ſi
Renum dolores, ardorem & eructationem urinæ: Tandem ſanguinea ſæpe meiens, p
22.ſeptimanas vero aſcitide obiit anno 1671.

Aperto cadavere, (præter vitium Pulmonum) in dextro rene calculus cordiformis,
quo quatuor veluti vaſorum trunci abſciſſi, appendices accreverunt, hinc inde denigrat
& ſiccati ſanguinis colore obſoletus inventus, juxta quem plures alii minores, plerique
gri, friabiles & quaſi ex concreto ſanguine nati fuere. Quæ forma calculi forte mere
obſervationem. *Salomon Reiſelius in miſc. curioſ. anni 1673. obſervat.* 191.

Observatio XXII.

Renum dolor ob utrumque Renem calculo obſeſſum. 1. *Ob calculum per omnes Renis ſi
diſperſum.* 2. *Ob Renem* xxij *calculos continentem, ab iis ſumme amplificatum.* 3.
calculum in Rene dextro, & Arteriæ magnæ diſtenſionem. 4. *Ob Renis tunicam
pelvim calculis refertas.* 5.

§. 1. Mulier diuturno Lumborum dolore detinebatur: In ſingulis hujus renibus ſ
guli reperti ſunt calculi. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 2. Accidentia graviora diuturnioraque ſunt ſi diurius retentus calculus in molem a
quam uno in loco concreſcat: Maximeque ſi adeo urgeatur, ut per omnes ſinus renis c
perſus eos adimpleat, renemque in tumorem adimpleat, quales & maximos & ramo
calculos in renibus creviſſe ſectione invenimus. *Platerus Praxeos lib.* 2. *cap.* 12.

§. 3. Vidi Renem xxij calculis refertum, in magnitudinem altero Rene quadruplo m
jorem excreviſſe, quaſi natura eum amplificare voluiſſet, ut calculos illos cum minori
commodo continere poſſet. *Laz. Riverius cent. 4. obſ.* 34.

§. 4. Dom. Bucretium afflixerunt dolor & ardor intolerabilis circa regionem renu
Arteria magna ſpinæ incumbens tam ampla erat ut pollicem admitteret: In rene dext
calculus inſignis, Siniſter aqua limpida diſtentus, &c. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 5. Anatome viri ex diabete & calculo mortui docuit, quod externa renum tun
plane lacerata, & minutis arenis obſita fuerit magis quam ipſa pelvis: *Anonymus in miſc
curioſis anni* 1671. *Obſervat.* 157.

Observatio XXIII.

Lumborum dolor ob Renem purulentum inſignis magnitudinis. 1. *Ob Renem ſemi-putridu
purulentum.* 2. *Ob Renis dextri apoſtema.* 3. *Ob Renem ſiniſtrum maximum Dextro a
ſente.* 4. *Ob vermes in Renibus.* 5. *Ob Renum inflammationem, hinc ſequutam gangrænam*
6. *Ob abſceſſum in ſiniſtri renis carne extima.* 7. *Ob Renis dextri putredinem.* 8. *Ulcerat
eroſos.* 9. *Siniſtri duritiem, ſubſtantiam puriformem.* 10. *Renum magnitudinem, duritie
concreti puris ſubſtantiam referentem.* 11. *Siniſtrum pure ac ſteatomate infectum.* 12. *Si
ſtrum colliquatum.* 13. *Utrumque mole inſignem citra vitium.* 14.

§. 1. Anno 1578. vocatus fui ut N. ſecarem, annor. lx. In iſtius Rene ſiniſtro abſceſſu
magnum reperi purulenta materia plenum: pondus ipſius erat libr. xiv. cu
cyſti & rene, quæ quidem cyſtis pellem vervecinam craſſitie æquabat. Aliquo poſt tempo
Iuvenis quidam me accivit, qui cum eadem in parte vehementiſſimo dolore premeretu
alios tum Medicos tum Chirurgos accerſendos eſſe putavi: In contrarias itum eſt ſente
tias, etenim maxima pars calculum eſſe in renibus conjiciebat, præſertim cum a
quantulum puris cum urinis excerneret: Ego contra abſceſſum eſſe contendebam, a
ſceſſus illius prioris memor: paulo poſt patiens iterum me rogavit ut ipſum incid
rem, aiens ſe malle ſemel mori quam tot mortes vivendo perpeti: Ego precibus m
tus ipſum incidi, locumque materiam continentem reperi, ſed nihil inde exiit; du
bus poſt horis, apparatum primum mutaturus acceſſi, tractoque penicillo, pelvi
accipere coactus ſum, cujus plus quam dimidia pars pure repleta fuit, ſingulisque ſ
quentibus diebus bis vacuatio fiebat, ita ut tum mane tum ſero catinus ille pure impler
tur, idque per menſem integrum & amplius: Tandem vero appoſitis remediis ulc
deterſum, cicatrix inducta, ipſeque perſanatus eſt. *Barth. Cabrollius obſerv.* 28.

§. 2. N. à Selbolt, vir proceræ & ventricoſæ conſtitutionis, avidus conſequendæ prolis maſculæ, Iudæi ope Medica uſus eſt: Is cum frequentet dyſuria Renumque doloribus torqueretur, pro calculoſo ab eodem habitus fuit; calidiſſimis itaque remediis utens, tandem in graviſſimam dyſuriam & urinæ odioſam ſuppreſſionem incidit: proinde adhibitis fruſtra remediis, diem clauſit extremum.

Eo ſecto, inventus fuit Renum ſiniſter albus, omnino involutus membrana quædam alba, ſemiputridus intus, materiam purulentam contineus, Veſica urinaria exigua: In veſica fellis lapis durus, flavus, avellanæ magnitudine: hic auguſtiabatur, ſitiebat, febriebat. *Ex Obſervat. Iohann. Freder. Traſelmanni Medici Moguntini. in miſell. curioſ. anni* 1670.

§. 3. Quemadmodum Hepar, ita & Renes apoſtematibus diututnls infeſtari videmus: Nob. quidam ſexagenarius cum multis annis nephriticis doloribus, ardore urinæ & mingendi difficultare, quæ omnia à tenum calculo prodire exiſtimarunt, lancinatus fuiſſet, tandem occubuit.

Secto cadavere, inveni Renis dextri ſubſtantiam totam in pus craſſum & fœtidum converſam, idque membrana couclusũm: Veſica, ob inſignem inflamnıationem atque exulcerationem ita fuit conrracta, anguſtata & tumida, ut vix digitum admiſerir: capaeitas inveniebatur pure craſſo plena, Similiter & in aliis permultis tum calculoſis, tum nephritico dolori ſubjectis, ulcera renum magna deprehendi: dextrum vero renem, ob jecoris incumbentis forſan calidirarem, magis atque ſiniſtrum exulcerationi obnoxium vidi. *Coiter libello obſervat. Anat. & Chirurgic.*

§. 4. Mulier (*de qua cap. Tit. de ventris tumore*) Lumbos & renes dolebat: Huic ren unus erat, ſed magnirudine duplo ſuperabat renem naturalem, Siniſter erat: Dexter nullus, ſed ſpecies quædam involucri: credo quod nunquam fuerat, mirum, Sæpe nephriticos dolores paſſa lapides excreverat, nullus tamen vel in renc vel in veſica lapis inventus eſt: *Ballonius Epid. & Ephemer. pag.* 264.

§. 5. Olyſſippone in Xenodochio decumbebat juvenis robuſtus, qui à pueritia veluti dolore renum fuerat oppreſſus, qui ſenſim ac ſine ſenſu pedetentimque ita accrevit, & immanirer excarnificavit, ut ſpreris omnibus præſidiis eum per duos annos ad mortis fauces deduceret: Extenuarum eſt corpus cum febre jugi: Inſolenter illum vexarunt ſiris, ardor ſenſarus in regione renum, alvi nimia adſtrictio, vigilia importuna: Demum accedente nimio faſtidio tabidus vitam finivit.

Cadavere diſſecto, in renibus (in quibus æger dicebat ſe lignum acutum aut cultellum portare infixum) inventi ſunt in utroque renum cavo, vermes craſſi, albi, vivi, dimidli digiti indicis longitudine, qui interiora ita atroſerant, ut totum corpus contabeſecerint. *Zacutus Prax. hiſtor. lib. 2. cap.* 16. *obſervat.* 6.

SCHOLIA.

IN Renibus gigni vermes, atque cum urina excretos eſſe aſſerunt *Gentilis* conun. ad lib. 3. fin. 1. tr. 2. c. 3. can. *Avicenn. Fernelius* path. lib. 6. cap. 10. *Vidus Vidius* junior l. 10. c. 14. de curat. membr. & alii. *Holler*. cap. de vermibus ait quendam cum præceſſiſſet lumborum & regionis renum dolor, renibus cum urina vermes ejeciſſe.

§. 6. Anno 1585. obiit filius meus primogenitus, qui ad ſeptimum uſque annum nulla unqıam puſtula defœdatus fuit: cum 7°. ætaris anno per unum aur alterum diem *cephalaa affectus eſſet*, ſucceſſit dolor Lumborum cum febre conjunctus, ſicut etiam urinæ retentio, ita ut fere ne gurtulam excernere poſſet, & quamvis omnis adhibita diligentia, urina tamen non proceſſit, atque ita ſeptimo morbi die obiit.

Cadavere diſſecto, *ingentem* & inſignem *Renum* ac partium circumjacentium *inflammationem, in gangranam jam degeneratam reperimus. Fabritius Hild. de Lithotomia veſicæ cap.* 25.

SCHOLIA.

I*Ngentem Renum inflammationem*] Inflammatio Renum eſt tumor illorum ex affluxu humoris ſanguinei, vel bilioſi in illorum ſubſtantiam effuſi: Non admodũ ſequens eſt illorũ inflãmatio ob ſubſtantiam

ſolidam

ſolidam ac denſam, interdum tamen fieri ſolet, quia renes carnoſo præditi ſunt parenchymate, ſanguini recipiendo idoneo: Cauſæ producentes, ſunt ex parte Rerum natur. infirmitas congenita, magna ſubſtantię laxitas, fervor & caliditas excedens ab ortu impreſſa, cujus ope humores copioſos attrahunt: ætas juvenilis & fervida, Ex parte non natural. faciunt venus immodica, partes iſtas maxime debilitans & plurimum ſanguinem alliciens: crapula & uſus vini generoſioris; piperatorum uſus; ſupinus decubitus in culcitra molliori: exercitationes vehementiores aut labores inſueti: inſignium evacuationum ſuppreſſiones, ut menſium, hæmorrhoidum, hæmorrhægię narium, quæ plethoram & cacochymiam multiplicant, & humores ad interiora viſcera quaſi refluxu quodam propellunt: Res præternaturales ſunt ictus aut vulnera regioni renum inflicta, compreſſio nimia aut contuſio; febres continuæ, impuritas omnium vaſorum vel aliquarum partium, ſuam illuviem expurgantium per vias urinæ, ut in pleuritide, empyemate, &c. Ipſorum denique Renum affectus peculiares, ut calculus, dolor vehemens, urinæ ſuppreſſio, &c. Signa diagnoſtica ſunt dolor in Renum regione gravis, & aliquando pulſans, ſi locus in quo ſunt arteriæ afficiatur, & iſte dolor ad par cinas extenditur, ut ægri neque ſeſe erigere pedibus inniti valeant: tum etiam difficile ir oppoſitum ſeſe convertere, neque in illud nec ventrem decumbere poſſint, quia ſuſpenditu inflammata, ideo perpetuo in dorſum reſidere c tur, & ſi ſternutatio, vel alia corporis commotic dat, dolor valde exaſperatur: Stupor, aut etia lor in crure ejuſdem lateris percipitur, ob nerv inde ad crus tendit, condolentiam: Dyſuria etia eſt, ob ardorem urinæ communicatum, & icho permixtos à parte inflammata exudantes; Vri initio tenuis eſt & flava, in progreſſu vero rub da & craſſior evadit; febris aſſidua & acuta tantem affligit, ſæpe cum vigiliis, delirio al gravibus ſymptomatis: Colon etiam inteſtinu quando inflammatione afficitur, quæ ſi, eam tem occupet quæ renibus vicina eſt, ſimilia fert ſymptomata, in eo tamen diſtinguitur, qu Renum inflammat. dolor ad coſtas nothas, do & veſicam ſe extendat, Coli vero inflammatic gis verſus ventrem, & major apparet mutatio i dejectionibus quam in renum inflammat *Riverius*.

§.7. Illuſtr. Abbas cum febre aſſidua, in regione Renum non mediocrem fervo experitur, &c. In mortuo inventa eſt corruptio & abſceſſus in renis ſiniſtri exteriore ca *Vide lib.4. tit. de Febribus.*

§. 8. Nob. N. Ren dexter, ex cujus vitio ſævis doloribus nephriticis divexatus fuit, t putris, & in tabum reſolutus deprehenſus, in cujus medio calculus latebat. *Vide tit. de Febr*

§. 9. Nobilis arthriticis, Nephriticis morbis ſæpe affectus eſt, Ren uterque eroſu ulceratus erat, &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 10. Anglus de lumborum gravitate ac dolore conquerebatur; Ren ſiniſter admod dutus erat, ac major juſto, & ſubſtantia interiore haud parenchymatis colore, ſed can dior, concreto puri ſimilis. *Vide Tit. de Teſticulorum affectibus.*

§. 1. Generoſus N. renum dolores per plures annos paſſus eſt: Ren uterque reper eſt major quam ſecundum naturam, durus, concreti ac indurati puris colorem ac ſim tudinen referens.

§. 12. Mercator (*Tit. de urina alieno loco excreta.*) Lumborum dolore affligebatur, ur acrimonia, &c. Dextrum latus Renis erat expers, ſiniſter pure ac ſteatomate infectus.

§. 13. Matrona (*Vide tit. de ventriculi dolore*) diu perpeſſa eſt dolores modo ventris n do Lumborum, Ren ſiniſter colliquatus omnino erat.

§. 14. Dominæ Dutiæ Renes, de quibus alias fuerat conqueſta, ſcrutando, hos amb mole ampla & longitudine præter ſolitum immenſa, ſanos tamen deprehendi. *Vide tit Hypogaſtrii doloribus.*

Observatio XXIV.

Calculus unciarum trium & ſemis in rene dextro repertus: Centum lapilli in ſiniſtro, citra dolor nephriticos, urinas ſabuloſas, aut difficulter fluentes. 1. Calculi citra ſigna geſtati. 2.3.4.5.6.

§. 1. CElſiſſ. Principis aperto abdomine, infra Hepar repertus Ren major capite pu duorum annorum, ponderans libras duas cum ſemiſſe, in cujus centro calcul unciarum trium & ſemis repertus, Infra hunc renem, circa muſculum pſoas, aderat abſc ſus longus atque profundus, flavo ac fœtido pure plenus, abſq; ullo femoris torpore, cont *Fernelium*: Ren vero altior & naturali major, continens ad minimum centum parvos l pillos: Nunquam tamen toto vitæ tempore conqueſtus eſt de doloribus nephriticis, calc lis, urinis ſabuloſis, aut difficulter vel diminutè fluentibus. (*Tit. de melanch. lib. 1.*)

§. 2. Vicentini, &c. (*de quo lib. 2. tit. de Phthiſi*) ren dexter in ureterum orificio grande calculum continebat, acutum ſed glabrum, pollicis magnitudine & craſſitie, alioſque ali minores & arenulas infinitas, Nullam tamen urinæ difficultatem experiebatur, ſed tantu dolorem in inguinibus & ægrum in dextro latere decubitum: Dolor à calculo magno: urin prompte fluxit, quia ſana veſica & ſiniſter ren ſanus. *Th. Bartholinus cent. 2. hiſt. 37.*

§. 3. Obſervavit. Ioh. *Heurnius* in cadavere Dom. *Marnixii Aldegundii*, cum illud Leyd aperiretur anno 1594. in altero rene calculos parvos lxx, in altero lxxx. qui tamen nunquar de ullo è nephriticis ſymptomatis conqueſtus fuerat, ita firmiter carni renũ impacti hærebã

§. 4. N. Nicolaus Van Diick in Fortalitio Crevecœuriano quondam Præfectus,& inibi nortuus,ad grande ſenium uſque de nullo unquam Lumborum dolore, nec aliis nephriticis ſignis eſt conqueſtus: ne quidem cum extremo ſuo morbo menſibus aliquot detenus, lectoque affixus in dies deficeret: Cum autem Harlemi ſepeliendum corpus,& adverſus putredinem muniendum aperiretur,caſu renes diſſecti ſunt,in quorum uno lapis, najuſculæ nucis juglandis quantitatem habens repertus, cum duobus magnis & tuberoſis processibus:in altero duo calculi extabant,quorum prior magnitudine & figura pomi Perici lapidem, alter nucem amygdali quam dentibus frangere ſolemus,adeo naturaliter referebant ut ovum ovo vix ſimilius dixiſſes. *Obſer. Greg. Plaſſii Medici Harlemenſis ad Ioh.Beverovicium, in hujus Spicis de Carculo.*

APPENDIX.

De quodam Nephritide laborante, cui citra dyſuriam deſiit dolor.

D. Vinantius me hodie conſilii cauſa acceſſit: omnia in illo nuper ſigna Calculi renum, dolor acerbiſſimus primum lumborum,mox lateris epigaſtrii,nauſea vomitus, urina pauca, modo aquea modo cruenta, ſed quod mirum, nulla, levato dolore,dyſuria: Hanc tamen frequenter obſervare ſolemus cum calculus vel arenulæ ex anguſtiis ureteribus, ubi acerrimos diſtendendo cruciatus excitant, in ampliorem veſicæ capacitatem emergunt & ad exitum ſtimulantur: Dubitari poſſit de eolico dolore, qui affinitate quæ sicum nephritide intercedit,etiam exercitatis quandoque impoſuit, niſi urinæ obſtatent cruentæ. *Beverovicius ad Plaſſium.*

Æſtimo lapidem ei in ipſo dextri renis parenchymate, latiori ureteris meatui renis cavo infixi,adiacere imo contiguũ eſſe:ideoq; poſt vehementiora quædam exercitia (inter quæ luſus clavæ ac pilæ crebrior fuit)& largiores hauſtus ſigna calculi ſe prodere:Dum per vehementes Lumborũ contorſiones calculo plus minus moto atq;ut ereris meatui incumbente, eundemq; premente,per obliquum ureteris ductum dolor cauſatur,qui ſolo ſæpe decubitu ſupino ceſſat:poteſt enim tunc latus illius dextrum fortiter apprehendi,& abſq; ullo dolore comprimi:codẽ tamen ſi ſurgat,recrudeſcente,ita ut Dies & Quies ordinarie illum ſanent, lapide per dinturnum decubitũ pauxillum regreſſo,ac ibidem citra læſionem ullam, donec dictorum etrorum aliquis committatur, hærente: Cujus rei experimentum dictus Nob. Nicolaus Van Diick dedit: poſt exceſſum in potu dolores hos interdum exacerbari non miror,dum ſerum per ramulos capillares in caruncülas papillis ſimiles ſtillare,& ab his in fiſtulas membranoſas, ureterum propagines, tandemque in ureteres ſimul derivari conſidero:majore enim ſeroſitatum appulſu,quid mirum ſi lapis ureteris meatui contiguus eo verſus prematur,& in parte adeo ſenſili tantos cruciatus leviore tactu excitet, qui Nob. dictum non ita obruerunt,tum quod ſitus iſtorum lapidum à membranoſis in rene partibus remotior, tum quod animus ejus ab exceſſu, tam in potu quam in motu, alienior fuerit: Dolorem colicum hic nobis non imponere demonſtrant urinæ cruentæ & doloris ex ſolo decubitu alleviatio,quæ nec calculum nec quid ſimile in uretere hæſiſſe luce meridiana clarius oſtendit: Levamina dolorum ſine ulla ſubſequente dyſuria,idem adſtruunt. *Plaſſius ad Beverovicium.*

§. 5. D. Nivelle Procurator caſtrenſis, annum lxxx.attigit, ſine ullis fere renum doloribus, nec vrinæ ſuppreſſione,Et tamen cum febre periiſſet, in cadaveris diſſectione ren ſiniſter repertus eſt luto refertus, in dextro vero lapis cineritius, obſcurus, ponderis unciarum ſeptem,ſimilis caſtaneæ marinæ cui appendix adhærebat. *P. Borellus cent. ij. Obſerv. 62.*

§. 6. Infrequens illud à me deprehenſum fuit, calculum in extima pingui renum tunica adnatum fuiſſe, qui etſi ſatis magnus fuiſſet,tamen quia cavus & lævis omnino erat, moleſtiam nullam,quod audierim, peperit. *Platerus Praxeos lib.2.cap.12.*

OBSERVATIO XXV.

Lumborum dolor & dorſi ab inſigni Pancreatis abſceſſu.

VIr quidam incidit in Febrem cum quodam dolore ad Lumbos & dorſum, &c. Mortis cauſa fuit ingens Abſceſſus in toto Pancreate latitans cum multo pure & fœtore intolerabili. *Vide lib.4.Tit.de Febribus.*

OBSERV.

Observatio XXVI.

Calculoſi Renes flaccidi reperti cum ureterum amplificatione. 1. Cavitates majores fiunt appulſu novæ materiæ. 2. In Calculoſis ureterum dilatatio reperta. 3. 4. 5. In Emulgentibus calculi geniti 6. 7. Cicatrix Renibus inducta poſt diuturnos dolores nephriticos. 8.

§. 1. FRanciſca N. (*vide tit. de Febribus*) nephriticis doloribus fuerat obnoxia ac ca los ſæpe excluſerat: Renes reperti flaccidi, male colorati, pinguedine deſti Vreteres ſumme prolongati & dilatati, &c.

§. 2. In calculoſis ſubinde cavitates relictæ à calculis in renibus, ſuccedente nova m ria majores fiunt: *Crato in Conſiliis Scholtzii, conſ.* 141.

§. 3. His qui jampridem doloribus nephriticis erant affecti, uſque adeo dilata ureterem comperimus, ut in eum major digitus immitti poſſet. *Fernelius Patholog 6. cap. 26.*

§. 4. Vreteres adeo dilatatos & amplos factos in illis qui ſæpius calculos reddider ſectione obſervavi, ut ſine labore magno poſtea & arenulas & calculos, præſertim c minores erant, ſæpius excreverint. *Platerus Prax. lib. 2. cap. 12.*

§. 5. Non dilatatos quidem, ſed in longitudinem extenſos ureteres, adeo ut duplo l giores viderentur, vidi in uxore cujuſdam Aurifabri Genevenſis nomine *Rival*, quæ nep tidem per multos annos paſſa.

§. 6. Non ſolum in ſinu cavo renum, ſed etiam in uretere concreſcunt calculi, imo in num quoque ſubſtantia: Obſervatus eſt in quodam calculus figura muris, caput erat in tere (is enim paulo poſt exortum à rene amplior eſt) corpus in cavitate renum: pe & cauda in eorum fiſtulis. *Ioh. Aſſuerus.*

§. 7. Nonnunquam non ſolum ſerum per emulgentes ad renes derivatur, ve etiam pituitoſa & mucoſa materia: hæc cum in pelvi colligitur, arenulæ gignuntur: c ſubſiſtit in Emulgentibus, propter ſuam craſſitiem, generatur maſſa ſimilis cicadis, hab proportionales alas & pedes, talemque ſæpiſſime in exortu emulgentium deprehendin *Rolfinkius in Diſſertat. Anat.*

§. 8. Illuſtriſſ. Duciſſa Ferrarienſis cum doloribus nephriticis per certa intervalla e obnoxia, graviſſimo item ſanguinis & urinarum purulentarum mictu, exercitii l deambulationibus utebatur: a quo exercitio cum abſtinuiſſet, & quieti corpus de ſet, curationem malo contrariam quærens, & ſic aliquando levibus quibuſdam me contra calculum uſa eſſet, tandem hæ excretiones deſiere: quare cum alio morbo inter ſet, corpuſque ipſius fuiſſet apertum, in rene ipſius parvus calculus repertus fuit, ca quem cicatrix pulchra, ſana & munda, dimidii digiti longitudine erat, quod fid faciebat, cum tam excretiones quæ per urinas fiebant, ceſſaſſent, quam quod conſueti lores nephritici remiſiſſent, calculum multo majorem fuiſſe, qui etiam ulcus cauſaſſet quo prius ſanguis dein & pus emanarit, quod cicatrice erat conſolidatum, qu etiam Hepati, pulmonibus, aliiſque partibus principibus accidit. *Rouſſetus de partu ſarco ſect. 3. cap. 7.*

Observatio XXVII.

Nephriticus dolor à calculis & arenulis cum renum ſubſtantiæ Vlcere, ſuppuratione, corruptione, &c.

§. 1. NOb. fœmina per vices dolores ſenſit nephriticos: Renes cum ureteribus, uſq ad veſicam, putredine erant corrupti, ſabulo infarcti. *Vide tit. de Hypogaſ dolore.*

§. 2. Mercator iſchuriam cum inſigni lumborum & perinæi dolore perpeſſus eſt: rene ſiniſtro lapilli complures: Ren dexter totus erat conſumptus. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 3. Sereniſſ. N. nephritidis non obſcura ſigna habuit: Renum uterque magnus, dur In dextro puſtulæ, Siniſter præterea ulcus cavum habebat, cancroſum: Aderant in ca tate fragmenta calculi, arenulæ: *Vide tit. de Dyſuria.*

FFfff 3 §. 4.

§. 4. Vir Illuſtris dolore circa lumbos cum vomitu afficiebatur: Ren dexter fere abſumptus erat, ſiniſter intra cavitatem & ductus ſabulum & calculos continebat. *Vide ut. de Iſchuria.*

§. 5. Vidua N. Lumborum dolore afflicta fuit, excernens cum urina corpora cruenta, lata: Ren dexter monſtroſæ erat magnitudinis, intus cancroſus & pure refertus: In ſiniſtro calculus ingens. *Vide tit. de urinis p. n.*

§. 6. Mercator Brabantinus poſt exectum in pueritia Calculum, ad xl. ætatis ubi perveniſſet annum, ipſum afflixit Lumborum dolor, &c. Adaperto cadavere vidimus dextrum latus Renis expers, in ſiniſtro vero eundem pure ac ſteatomate infectum. *Vide tit. de Vrina alieno loco excreta.*

Observatio XXVIII.

Pueros Nephritidi & lumborum doloribus obnoxios eſſe oſtendit Anatome.

§. 1. Filiola Domicellæ Du. Buy xi. febris die interiit: repertus lapis in renibus, vomebat frequenter.

§. 2. Filius Ducis Aumalæi, aperto cadavere, nephriticus deprehenſus eſt, Lapis una cum urina excretus eſt: In corpore renis alius eſt deprehenſus: alvus fluxerat diu, febris perſeverarat, dolores, clamores, ejulatus, ſcabies: *Ballonius Epid. lib. 2. p. 2. 12. & 245.*

Scholia.

Ex iis hiſtoriis doceri debemus quod morbi Renum in pueris nobis ſuſpecti eſſe debent, & nonnunquam animo atque cogitatione iſtas ſedes luſtrare diligenter, inſpectis urinis & manu regione renum contrectata: Quid enim eſt quominus rudimentum majoris cujuſdam lapidis in veſica concrecturi, & augendi à renibus manet? Et quoniam præ ætatis parvitate non poſſunt nec locum indicare, nec morbi ſpeciem explicare, in Medicorum notitiam hic morbus non venit (*Idem ibidem p. 212.*) Et ſi vomendi moleſtiæ adſint, vel nauſeæ, & ſi jactatio multa, urina aliquid indicante (quamquam in hoc affectu ſæpe in pueris ſunt fallaces) tunc de lapide in renibus vereri oportet: *Idem p. 222. §. 8.* Cum vomunt ſæpe, & contorquent corpus pueri, loco non conſiſtentes, de nephritide conjectura eſſe debet, Et fomenta ad renes applicabis: Quod notandum, ut prudentia medici infantium imbecillitati & infantiæ, ut ita dicam, humaniter ſuccurrat. *Ibidem p. 245.*

Observatio XXIX.

Multos Lumbis dolere citra calculi in Renibus præſentiam, ex ſolo catarrho, Anatome oſtendit.

Multos ſolis ad renes deſtillationibus miſere tortos vidi, ut nil niſi lapidem renum accuſarent dum vixerunt, quorum tandem demortuorum cadavera, cum cultro examinarentur Anatomico, ne veſtigium calculi oſtenderunt: Econtra tot alios fuiſſe diſſectos experientia docuit, quibus & renes & veſica lapillis onerati fuere frequentibus, per omnem tamen vitam nunquam de nephritico dolore conqueſti. *Ioh. Georgius Volkamerus in miſcell. cur. ann.* 1674. 75. & 1678.

Observatio XXX.

Lumborum dolor ob Lienis è loco proprio diſceſſionem.

Ruſticus 50. annor. fere, macilentus, exſuccus & ejulans ob graviſſimum dolorem quem ſex menſes ne momentum remiſiſſe, ſed potius increviſſe circa Lumborum vertebras, ad Xenodochium deponitur: Barbitonſores luxationem cauſabantur & abſceſſum circa os ſacrum: reſciverant ipſum quandoque à ſua conjuge pedibus calcatum fuiſſe. Ego dum diagnoſtica diligentius expendo, & in ſiniſtro hypochondrio renitentiam, fere ad oſſis Ilii ſpinam, ſcirrhum Lienis ſuſpicor: Etiam in toto corpore color plumbeus, cum faſtidio ciborum omnimodo me firmat, & pertinaci Vigilia: quare remedia interne & externe contra hoc malum paro, & emulſionem ex ſeminibus frigidioribus contra urinas cruentas & nephriticum dolorem: Ex his quidem dolor deſæviiſſe videbatur, cum eum aliquot ſeptimanas non perciperet, ſuſpectabam tamen recidivam quod fere nihil alimenti aſſumeret, & renitentia hypochondrii ſiniſtri remaneret, & cum corporis lurido colore: Vix metum conceperam, cum ad recrudeſcentem dolorem tanta ſævitia vocor, qui ipſum 4. die extinxit.

Ut poſt

De Lumborum dolore, Nephritide, Calculo Renum.

Ut poſt iſtius obitum contra Barbitonſores, aliàs Diis placet Chirurgos, mea m firmarem, ad anatomen hujus cadaveris, tanquam verum in medicina tribunal, co & omnibus publice hæc expoſui: Aperto abdomine, primo obtutu pro Epiploo fibras pexi, inter quas alias pinguedo conſpicitur: Hepar neutiquam noxam ferebat: In V culo laxiore globulos, ut nuces avellanas, & præduros offendo, etſi per menſes ſex ta liquidis alimentis uſus ſit: *An ideo quod aliquod fermentum Lien per vaſcula, quibus ſto connectitur, denegaverat?* Hic Lien ſcirrhoſus, *neque diaphragmati* neque omento adha Nec circa ipſum vas breve notabatur, ſed ipſe arcto coalitu ſub ipſam membranam poſam renem ſiniſtrum amplexabatur, & nidorem ferebat quaſi ad prunas roſtus fuiſſe rene ſiniſtro, etiamſi loco ſuo ceſſerat, nihil ſiniſtri conſpiciebam: Cruentas urinas lienis puto prodiiſſe: forſan ſua mole exprimebat è renibus, nondum in pelvim ex earun ſecretum ſerum. *Martinus Bogdanus Obſervat. iij.*

SCHOLIA.

Lien ſub ipſam membranam, &c.] Lienem interdum ſitum mutare aſſerit Riolanus Encheir. Anat. lib. 2. cap. 26. dum laxatis ligamentis pondere deorſum propendet: vel ruptis procumbit in hypogaſtrium, quod ipſi quater viſum: Tum fallere *ait* incautos ſpecie molæ vel ſcirrhoſi uteri: In viris ſpecie glanduloſi tumoris, inſtar ſteatomatis in meſenterio latentis. Nonnunquam viſus alteruter Ren eo prolapſus, utriuſque tamen facile eſt diſcrimen: Renis prolapſi index eſt tumor rotundus: Lienis procidui, tumor oblongus & vacuitas hypochondrii ſiniſtri: Quod ſi mobilis fuerit tumor, ut eſt in ſuo principio, facile vel Lien vel Ren ad ſuum locum naturalem reducitur, alioquin ultra ſemeſtre ſpa loco remotus lien fuerit, ita firmiter adhæreſcit ronæo introrſum, fundo veſicæ, inteſtinis, & in lictibus utero, ut neceſſe ſit ibi putreſcere: quo ocyus ſi emollientibus remediis aſſumptis vel ad tis utatis: protrahes vitam ſi ſæpius ſanguinem d has, atque ſubligaculo tumorem ſuſtineas.

Neque diaphragmati, &c.] Situs Lienis nam eſt in ſiniſtro hypochondrio, inter coſtas & vent lum è regione hepatis, dorſali parti vicinior, coſti ſpuriis, quæ ipſi ſunt tutelæ loco, innitens: In ve culi latus ſiniſtrum, paulo poſterius verſus re ſiniſtrum incumbit.

OBSERVATIO XXXI.

Lumborum dolor a lapidibus in arteriis lumbaribus abſconditis.

Arteriæ membrana, uti venæ, cinguntur aliquando craſſa & communi à vicinis pa bus, quando ſunt extra viſcera & muſculos, Et tales arteriæ, quæ adiunctam hab membranam nervos recipientem, ſentiunt: Unde Galenus ait pulſum inflammari, item tire atque dolere arteriam: Quod in inferiori quidam expertus eſt Patavii, qui ingenti ca lumbos dolore defunctus, lapides inſtar unguis, in arteriis lumbaribus condebat. *Barth nus libello ij. cap. 1. Anatom. Reformat.*

OBSERVATIO XXXII.

Lumborum dolor ob ſcirrhum in Ileo inteſtino, ſupra renis regionem conſiſtentem.

Mulierem vidi octuagenariam, quæ videbatur Nephritico dolore affici, prout ſi pathognomonica oſtendebant. Mortua eſt tandem tali dolore correpta: Hæc rhum habebat in Ileo inteſtino ſupra Renis regionem: Et quoniam ſcirrhus ſupra Re ipſum detinebatur, ſymptomata affecti Renis gignebat: Scirrhus inceperat ad intra teſtinum corrumpere & exulcerare, quando mortua eſt: hæc nunquam volvulo labora ſed difficultatem urinæ paſſa fuit per multos annos ob allatam cauſam: *Hippolitus Boſc Facult. Anatum. Lect. 2. pag. 24.*

OBSERVATIO XXXIII.

Lumborum dolor à ſero in Fiſtula dorſi ſtagnante.

Iacobus Spœrlin Victor, (multis affectibus p. n. laceſſitus) de dolore circa regionem num & lumborum conqueſtus fuit, qui non raro ad alterutram coxarum pertingeba &c. Multum ſeri, reclinato pectore, ex oſtio magno occipitis promanavit.

SCHOLIA.

Lumbaginem frequentem, quæ nonnunquam ad alterutram coxam inclinabat, non calculis in renibus latentibus, quorum nulli, qui alicujus momenti erant, reperiebantur, ſed ſero in fiſtula dorſali ſtagnanti adſcribendam ſectio manifeſtum fecit, nam ſeri multum reclinato pectore ex oſtio magno oſſis occipitis promanavit: Doloris ſitus & diffuſio, dum huc viveret, indicio erant, & fidem faciebant à potius illum dependere quam à cauſa ſtabili fix que ſedem obtinente. *I. I. Wepferus Diſſertat. de Apoplexia Hiſto. xiij.*

Observatio XXXIV.

Lumborum dolor ab abſceſſu illic, oborto.

QVidam dolore lumborum diutiſſime afflictus, nullis remediis conferentibus tandem diem ſuum obiit: Inter alia remedia, paulo ante interitum, cauterium femori, quatuor digitis ſupra genu affixum fuerat, à quo deciſa eſchara fluxit ſanies quædam circiter ad ℥ß. poſtmodum vero ſingulis diebus fluebat ex cauterio pus verum & laudabile ad ℥j. vel amplius: Mirabatur Chirurgus, neq; unquam potuit coniicere undenam pus illud manaret.

Aperto defuncti cadavere, inventus eſt Pulmo purulentus, quæ præcipua mortis cauſa fuit: In Lumbis vero magnus abſceſſus inventus eſt, à quo dolor ille diuturnus & contumax oriebatur: ab Abſceſſu autem ad cauterium uſque, inventus eſt canaliculus, per quem puris portio quædam effluebat. *Franc. Chomel Medicus Annonæenſis, ad Riverium obſervat. 2.*

SCHOLIA.

HInc colligere eſt quanta ſolertia natura uti ſoleat ad cauſas morbificas foras eliminandas, quæ canaliculum illum efformaverit ad abſceſſum lumborum per cauterium efformandum, quod tamen perficere non potuit à magnitudine morbi ſuperata.

Observatio XXXV.

Lumborum dolor à corroſis duabus lumborum vertebris, ſuccedente hinc venæ cavæ & arteriæ aortæ ruptura.

LUgduni erat incola, genere Provincius. Is in ætatis flore, crapulæ & mero addictus, in acerbiſſimos continuoſque Lumborum dolores tandem incidit: Advocatus Medicus ex antecedenti victus ratione & lotio, aſſiduaque febricula, affectum calidum eſſe pronunciavit, quare ad mitigationem doloris lenientes clyſteres, fotus, inunctiones, &c. præſcripſit, quibus nequaquam ceſſit dolor: Aliis in conſilium adiunctis Medicis, accurateque omnibus ab iis expenſis, magnam in Renum ſubſtantia obſtructionem adeſſe cum intemperie calida unanimiter conſtitutum: Etenim vrinæ admodum flammeæ erant, cum quadam continua febricula, quæ circa veſperam una cum dolore magis magiſque exacerbabatur; quare præmiſſo enemate internam cubiti venam primo, poſt ſaphnam utriuſque pediſſecari jubent, poſtea purgationē præſcribunt, fotibus, balneis linimentis dolores demulcere conati ſunt; ſed fruſtra omnia: quare medicis in poſterum parere amplius noluit, ſed vitæ reliquum fortunæ commiſit, omni alimentorum genere & generoſiſſimo vino quotidie utens: Tandem diuturnis continuiſque doloribus confectu, ac totus emaciatus, à domo ſua in viam ingrediens, præ nimia anxietate ac doloris acerbitate in teſtudinis limite cecidit, ubi derepente interiit.

Poſt cadaver ſectum eſt, in quo illæſis renibus, duæ lumborum vertebræ corroſæ ſunt repertæ, una cum aortæ & venæ cavæ, cui ſuperpoſitæ erant, ruptura, unde magna ex utroque vaſe facta fuerat ſanguinis effuſio: *Aubertus Exercit. 44. ad lib. Fernelii de abditis.*

SCHOLIA.

MOrbus meo judicio erat Tabes ſpinea, de qua Hippo. lib. de locis in homine hęc ſcripſit *Porro cum retro in ſpinam fluxio proceſſerit, hinc Tabes fit ejuſmodi, Lumbos dolet, & anteriores capitis partes vacua ipſi videntur eſſe.* Et mox medelam ſic tradit *Tabes ex fluxione retrorſum, Qui hac affectus eſt, ei caput eſt purgandum debili medicamento donec fluxus avertatur, Diæta autem utere velut in ſuperiore Tabe, in qua cibi non multi ſimul ingerendi ſunt, obſonia non plura quam cibaria frumentaria, & vino inter edendum utendum eſt aquoſo, ut ne calefaciat, & corpori debili exiſtenti caliditatem exibeat; & ſimul ambo calefaciant in eodem tempore, & caliditate malum fluxum inducant: medicamentum potandum præbe* elaterium *deorſum (purgans)* inferne alvum lacte infuſo elue.

Observatio. XXXVI.

Renum dolor à pure è corde, calculis & obſceſſibus obſito manante. 1. Ab hydrope thoracis, calculo in corde. 2.

1.§. COntigit ſemel mulieri noſtræ ætatis, quæ quatuor menſes integros minxit pus, & aliquando propter puris acrimoniam, ſanguinem puri commixtum: Medici conſulti adhibuerunt remedia ac ſi renes exulcerati fuiſſent, quod in eis per intervalla magnum ſentiret dolorem mulier.

Hæc moritur 4°. menſe, diſſecta eſt, inventi renes integri & veſica integra; at in corde inventi ſunt duo calculi & abſceſſus multi, qui expurgabantur per urinas, atque in tranſitu pus dolorem infligebat renibus: ſic ſolus ſanguis poteſt à thorace demitti ad veſicam ut excernatur. *Scholiographus ad cap. 29. & 50. lib. de morb. internis Hollerii.*

§. 2. Vidi in N. urinæ difficultatem cum maximo Renum dolore, cujus Renes integri inventi ſunt, ſed in thorace hydrops & concretus, in corde lapis. *Vide tit. de mictione difficili.*

Observ

Observatio XXVII.

Lumborum dolor ab acri ſanie è pulmonibus aut venis, in renes confluente, Aut ſero vaſa diſtendente,

IN multis poſt fata diſſectis Renes integri inventi ſunt, qui tamen dum in vivis eſſe Renum dolore pertinaci conquerebantur, vel ex venis aut pulmonibus eo confl acri ſanie vel ſero vaſa diſtendente. *Iacotius ad aphor. 47. lib. 6. ſ. 2. coacarum*

SCHOLIA.

INde conſtat gravitatem lumborum calculi renum pathognomonicum non eſſe, cum aliis etiam de cauſis, puta ſanguinis grumo, pituita vitrea, ſanie ob vomicam alicubi ruptam eo confluente, ſero acri ſalſiſque recrementis perfuſo, imo vermibus in rene ſtabulantibus gravativum diuturnumque renibus dolorem concitari haud rarum ſit. Sic *Hollerius* con aph. 2. ſect. 6. refert ſe vidiſſe quendam qui intol renum cruciatu affligebatur, quem nec ſ. m.n tharſis, nec alia remedia mitigare potuerunt, ſ lum hæmorrhoïdes apertæ, juxta aph. 2. ſect. 6. phriticis hæmorrhoïdes ſupervenientes bonu

Observatio XXXVIII.

Lumborum & Dorſi dolor ob vaſa ab Hepate ad Renes euntia Tartaro oblinita

NObilem quendam hypochondriacum vidimus, quem Lumborum Dorſique contumax totum per ſeptennium exercuit, cum arenularum intenſe rubrarur ctione, adeo ut quis merito dixiſſet calculoſum fuiſſe admodum: Medicina recrear potuit, ſed vi morbi tandem ſuperatus fatis conceſſit.

Cadavere à morte diſſecto renes ſcrutati ſumus, nullum vero calculum aut Renibu veſicæ impactum comperimus, ſed (quod impenſe ſumus demirati) vaſa quæ ab Hepa renes feruntur, coagmento rubro tartareo undiquaque oblinita, & ad inſignem uſque a ſtiam cruſtata. *Gualterus Charleton Diatriba de Lithiaſi cap. 3. ſect. 1.*

SCHOLIA.

A *Renularum intenſe rubrarum*] Inde negat conſequentiam, Rubras arenulas mingit, Ergo lithiaſi obſidetur: plerique enim melancholiæ aut hypochondriacæ affectioni impliciti, quibus ſanguis ad cineres uſq; haud raro aduaitur, effundunt vrinas tartareis coagulis, vitreę conchæ ſe agglutinantibus, luculenter conſperſas, qui tamen ne leviſſimum nephritidis paroxyſmum unquam deguſtarunt. lem autem prædictum granula rubra eminxiſſe tramur, eapropter quod ſerum perenniter pra bens laxiores, magiſque ſolutiles tartareæ co gulationis portiones abluerit, atque ſecum ad & veſicam deduxerit. *Vide de his arenulis rube Sennertum lib. 3. p. 5. ſ. 1. c. 4.*

Diaſcepſis de Lumborum Doloribus.

Lumborum dorſique dolor contumax] Nihil frequentius occurrit apud *Hippocr.* & in praxi medica, quam Lumborum dolores, ſive ſint primarii ſive ſecundarii, qui ſæpius negliguntur à Medicis, tanquam ſymptomatici, niſi ſint contumaces & ſolitarii abſque febre: Quorum cauſæ non ſatis accurate expoſitæ fuere, nec medendi ratio ſufficienter explicata à Practicis: Rem conabor illuſtrare, Itaque demonſtratis partibus internis ventris inferioris, ſpectare licet Lumbos muſculis opertos, tam intus quam foris, & diaphragmatis carnoſas portiones, uſque ad os ſacrum protenſas, atque truncum Venæ Cavæ deſcendentem, ſimulque Aortam, prætereageminos Renes: Et ſi in memoriam revoces adhæſionem Meſenterii ad Lumbos, & obſervaris Lumbares venas, à trunco venæ cavæ productas, & arterias ex Aorta, utraſque in foramina vertebrarum inſinuatas uſque ad ſpinalem medullam, Hæc omnia diligentet inſpecta magnam lucem afferent noſtræ diaſcepſi.

In primis ſcire oportet iſtum dolorem appellari apud Græcos ὀσφυαλγίαν, Latinis Lumbaginem, & qui ex dolore Lumborum imbecillis redditur, *Elumbis* vel *Elumbatus* nominatur: Noſtra lingua *èrené*, quaſi ex rene laborans, quia Renes ipſis Lumbis inſtrati ſunt: atque ubi dolor ex ſpaſmate, aut divulſione fibrarum contingit, vulgo dicitur habere *Renes diſtractos*, les *Reins entrouverts*. Si enemaris Lumborum dolor fuerit ſedatus, evacuatis humoribus in Inteſtinis vel meſenterio concluſis, vulgo dicunt habere renes valde exoneratos, *les Reins fort déchargés.*

Ut autem perſpicua ſit & bene diſpoſita diaſcepſis de Lumborum doloribus, neceſſum e mum diſtinguere partes Lumbos conſtituentes doloribus afficiuntur, & partes vicinas, quæ tan cauſæ efficientes iſtis doloribus occaſionem bent, non neglectis partibus remotis: Deinde ſas tam externas quam internas dolorum munes inveſtigabis, atque, ut verbo, dicam: *mandantes* humorem, & *excipientes* conſic oportet.

Itaque partes quæ conſtituunt Lumbos, & dolorum ſubjecta, tales numerantur, Cutis cum niculo carnoſo, Muſculi Oſſibus quinque vert tis, tam foris quam intus ſupertenſi, cum Oſſe Intra vertebratum cavitates, Spinalis medulla ſuis membranis & numeroſa nervorum ſobole; ta: dein Ligamenta membranoſa vertebras in nectentia: Præterea obſervanda ſpinalis medu Lumbis innumeris filamentis diſcerpta, inſtar c equinæ, atq; ſpinæ totius motum cieri in lumb articulationem primæ vertebræ lumbaris, cun ma dorſali.

Partes vero vicioæ quæ lædere poſſunt Lu jure viciniæ, vel gravitate ſua, vel per depe nem materiæ, ſunt Meſenterium Lumbis adne Pars inferior Coli inteſtini, Renes bini Lumbis tigui, & adhærentes per membranam ſuam a ſam: Venæ cavæ & Aortæ trunci lumbis inſtra vaſa ab iis enata, quæ in muſculos Lumbares & nam traducuntur: Cujuſmodi ſunt lumbares

& an

& arteriæ, quin etiam Hæmorrohidales venæ, quæ ſecundum longitudinem Lumborum deſcendunt ad podicem, ut & vaſa ſpermatica, ſeminali humore turgentia, quæ in progreſſu ſuo ramulos Lumbis impertiunt: In mulieribus uterus cum ſuis ligamentis & Teſticulis Lumbis nocere poteſt, ſed magis in muliere gravida, ob pondus uteri & fœtus: Venæ & arteriæ Iliacorum ramorum, quæ per os ſacrum diſſeminantur, vexare poſſunt Lumbos.

Remotæ partes quæ Lumbis nocent, ſunt Iecur per venam Portam & meſenterium, Caput dum ſe exonerat in ſpinalem medullam, ex *Hippocr.* l. de Glandulis: hic humor per cavitatem medullæ ſpinalis deſcendit uſque ad Lumbos, nec ultra poteſt facile pervadere, ob diviſionem ſpinalis medullæ in myriades filamentorum.

Sunt præterea notandæ *Cauſæ dolorum communes*, quæ reperiuntur frequenter in doloribus Lumborum, ut Rheumatiſmi humorum interni & externi per venas, aut intercutem humorem è capite delabentem inter muſculos & panniculum carnoſum.

Sæpius propagines venæ cavæ & Aortæ, portionem æſtuantis & exuperantis ſanguinis ex canalibus majoribus deferunt in Lumbos, quos afficiunt, vel in muſculoſis partibus, vel in mēbranoſis, vel in ſpinali medulla, unde paralyſis poſt colicū dolorē, vel Arthritis quæ in colicum degenerat, & viciſſim Colicus in Iſchiadem tranſmutatur: Præterea abſceſſus externi Renum, & affectus coli inteſtini, diſtenti vel exulcerati, lumbis communicantur: Intus & foris in lumbis formari poſſunt tumores, abſceſſus & vlcera: quia etiam Lumbi diſtorqueotur à fluxione, vel tuberculo; A ſpaſmate divulſionem fibrarum patiuntur: Sæpe dolores Lumborum excitant *externa cauſæ*, ut lapſus in dorſum, percuſſio à corpore gravi contundente.

Lumbarium ſymptomatum duo conſtituuntur genera, Alia enim in Lumbis conſiſtunt, alia vero a Lumbis emanant, utraque δύσκολα ab *Hippocr.* judicantur: abſolute pronuntiavit in Coacis, *Quibus Lumborum dolor, hi peſſimo ſunt loco.* Et eodem libro. *Qui ex dolore dorſi oriuntur morbi ſunt difficiles.* Quę effata non intelliges niſi ex perſpicientia partium mandantium & recipientium: Certum eſt ſi inchoantibus morbis dolor Lumborum adſit, cum gravitate & febre, ſanguinem intra vaſa majora, quæ per dorſum & lumbos feruntur, fervidum vel copioſum contineri, qui magis accenſus, niſi mature provideatur, poteſt rapi in cerebrum, vel in pulmones, unde graves conſequerentur affectus: Lumborum item dolores in febribus acutis malignis, vel aliis, initio morborum ſunt ſuſpecti: ſignificant enim æſtum ſanguinis, & orgaſmum intra vaſa majora, quod valde metuendum, niſi mature occurratur liberali venæ ſectione, præſertim è pedibus celebrata, ad avertendam anadromen ſanguinis ad partes ſuperiores, thoracicas vel cephalicas, ubi varia ſymptomata procrearet, terrifica & lethalia: Propterea ſuſpectos habere oportet dolores Lumborum in febribus perſeverantes, etiamſi eductus fuerit ſanguis multoties, quia in alvina regione deliteſcunt humores, qui impetum aliquem facere poſſunt, niſi diligenter fuerint expurgati.

Itaque ad curationem ejuſmodi dolorum Lumbarium *Hippocr.* ſecabat venam poplitis, vel pedis internas: Quod ab ipſo confirmatur in Coacis, *Dolorifica in Lumbis mala ſanguiſlua, & quæ ex Lumborum dolore cientur hæmorragiæ, largæ ſunt & copioſæ.* Itaque demonſtrant neceſſitatem detrahendi ſanguinem in Lumborum doloribus ſæviente febre.

Purgatio non eſt omittenda, ut ſentina alvinæ regionis ſaburratæ eluatur & funditus evuatur, ex aphor. 20. lib. 4. quamvis ſcripſerit *Hippocr. Lumborum querulos profuſiorem habere alvum*, purgationis neceſſitatem non adimit: Hæmorhoidum fluxus ut Renibus, ſic quoque Lumborum doloribus prodeſt, ideoque provocandus.

Lumborum dolor pervicax abſque calore, & inflammatoria diſpoſitione, niſi fotoentis diſcutiatur poſt purgationem & venæ ſectionem ſæpius repetitam, Cucurbitulis cruentis veſicantibus admotis humor exhauriendus: vel aperta cute cauſtico in utroque latere ſpinæ appreſſo: quin etiam balneo aquæ tepentis herbis medicato: vel aquarum thermalium inſeſſu cum duccia, vel ſtillicidio aquæ ſuperne labentis ſupra partem affectam. Sunt enim dolores Lumborum vehementiores & contumaciores, ſi intra muſculos contineatur materia ſeroſa uſque ad vertebras: atque deteriores & curatu difficiliores ſi ad ſpinalem medullam perveniat.

Cæterum quæ ſymptomata creduntur orta à partibus Lumbaribus, non ab illis quæ Lumbos conſtituunt emanant, ſed à partibus vicinis, quæ Lumbis inſtratæ dolorem excitant, & ſuos humores transferunt in alias partes, lento gradu vel celeri per venas & arterias, quales ſunt vena cava & Aorta, venæ hæmorrhoidales, venæ meſaraicę, ex Galeno.

Riolanus cap. ultimo lib. 2. Encheir. Anatom. & Pathol.

Observatio XXXVIII.

Lumborum dolor à Pancreate & meſenterio induratis, &c.

SCotus quidam juvenis dolebat in hypochondriis, lumbis & toto abdomine, aderat nauſea perpetua, vomitus frequens flavæ bilis, poſtea etiam atræ, illarumque per alvum ſubinde dejectio, &c.

Diſſecto cadavere, cum pyloro induruerant totum Pandreas & meſenterium, in molemque ſupra modum latam, longam & craſſam, *unde chyli tranſitus* ad Hepar penitus erat interceptus, &c. *Platerus obſervat. p. 471.*

SCHOLIA

S C H O L I A.

V*Nde chyli tranſitus*, *&c.*] Lumborum doloris à chylo in meſenterio corrupto & vitio glandularum lactearum meminit *Th. Bartholinus* ex *I. C. Agricola*, Epiſt. 71. cent. 2. his verbis. Nuper hic in Anglia novus iterum morbus exortus eſt, ubi ægri in lumbis, ac præcipue ubi receptaculum (ſeu glandulæ lacteæ) ſitum eſt, ingentes dolores percipiunt: deinde etiam in meſenterio (ubi in nonnullis ſentitur) dolor vehemens percipitur: accedit ventriculus vitioſus & ciborum faſtidium: nonnulli item ægri mania laborant, nonnullis loquela deficit: Quæ cauſa ſit vera hujus mali ignoratur hactenus, Medici interim curam inſtituunt, alii per venæ ſectionē & clyſteres, alii per vomitoria, & purgantia: alii dicunt malum eſſe in renibus & tanquam calculoſos ſanare ægros contendunt: alii conjiciunt tumorem eſſe in hepate, alii in utero, (in fœminis) alii in ventr alii dicunt ægros laborare amore inſano, quia niaci reperiuntur, At omnes ægros quos ego tali morbo laborare, majores perceperunt dolo venæ ſectione, vomitoriis, purgantibus, &c. Sol *Klodius* mecum ſtatim conjecit dolores hos ob vitioſo chylo, corrupto prius in ventriculo, po dum in meſenterio acriori facto, tandemque ad dulas lacteas delato, ubi forte inflammatio qu aut obſtructio locum habet: Enimvero adh medicamentis, in quibus multum ſalis repe (ut pote ſpiritus de C.C. & cinnab. Antim.) de ægri levamina perceperunt, & tertio aut quatt convaluerunt: Ex D. *Klodii* ægris nedum un qui morbo tali laboraverit mortuus eſt, alias cad aperuiſſem, &c.

Observatio XXXIX.

Lumborum, Oſſis ſacri, ad Coxendicem & Iſchium dolores, à Pancreate Aſellii enat & Meſenterio humoribus turgentibus.

ILluſtri Marcello Sacchetto (*de quo libro ſecundo tit. de Phthiſ.*) variis affectibus ene excitati ſunt ad os ſacrum, coxendicem & ad Iſchii loca veteres dolores, à qui ſubinde conſequentes vigiliæ, cruditas, febris, diarrhoea, virium enervatio Virum puere: Excitati, inquam, dolores non injuria, quippe meſenterium enatum è ligamen vertebrarum lumbarium, ex hac parte cum deorſum extenditur, nimirum pondere t gentis & obdurati Pancreatis deprimente, facit ſoluta unitas ut neceſſarius conſequa dolor, præcipue ſi ejuſmodi diſtenſio ac diſtractio cum compreſſione partium conjung tur: Confirmatur autem quod indolvere partes Iliorum, nedum ſuperiores ſed & fernæ aliæ, propterea ſcil. quod ex ligamentis os ilii cum oſſe ſacro committentibus oritur etiam meſenterium *Severinus de Abſceſſ. p. m.* 275.

Observatio XL.

Lumborum & dorſi dolor à cancroſo Pancreatis ulcere, Spina dorſi eroſa & putrida.

CHirurgus quidam Brunenſis annor. 42. & aliquot liberorum pater, cum ab annis t bus ſæviſſimis renum & dorſi doloribus ſæpe recurrentibus tentaretur, *arenu quoque rubras* copioſiſſime cum urina excerneret, comitante vomitu graviſſimo (qui fac vas quoddam rumpere potuiſſet) calculoſus ab omnibus judicatus eſt: Cum vero tres an ſeptimanas hoc ipſo anno 1670. iidem dolores repeterent, ſummeque excruciarent, ad u gentiſſimum ſymptoma, dolorem ſcil. ſedandum me converti: verum poſtridie ſuperv niente quadam reſpirandi difficultate, atque materiæ alicujus vel pituitoſæ purulentæ, a ſanguinis excretione, concluſi hujus cauſam flatus exiſtere: ordinato itaque & ſumpto ſp ctoci compoſ. ad xx guttas in juſculo carnium macro, melius ſeſe habere credidit patien Elapſis tamen horis tribus nullo evidente mortis indicio, nec ullis concomitantib convulſionibus, vel ſudore frigido, derepente clamans, ſuaviter ac vix advertentibus ac ſtantibus, placide expiravit.

Derepentina hujus mortis cauſa magna inter Medicos fuit diſſertatio, dum unus vom cam Pulmonis ruptam, in cordis ventriculos ruentem, accuſaſſet: Alter lympham co pioſam flatibus imprægnatam, cordis motum impedientem adduxiſſet, Alii apoplexiar morbo ſupervenientem putaſſent, quam litem exenteratio cadaveris compoſuit: Et cur pulmones vel cor, ipſoſque renes pro partibus affectis ſtatuiſſemus, à medio ventr exenterationem inſtituimus: Ubi in ſiniſtro pulmonum lobo copioſiſſimum, etiam a menſuras duas vel tres, concretum ſanguinem extravaſatum conſpeximus, cor vero ſin labe, nec pulmones adeo morbidos: Sed diaphragma in eodem ſiniſtro latere perforatum deprehendimus, quod pertranſiit caro quædam putrida, nigricans & corrupta. Ad imum ventrē deveniendo, carnem illam diaphragma perforantem Pancreas eſſe vidimus, quod a duas ſpithamas longū, & duarū manuū tranſverſarū latum erat, putridum, corruptum; quod non ſolum *corroſivo ſuo acido* diaphragma perforavit, ſed & ſpinam dorſi ita eroſit, ut ulcus

Cancros

ncto ſimile pugnum capere, & levi ictu tota ſpina dorſi frangi facile potuerit, ultimo nique ipſam etiam venam cavam, qua ſpinam decurrit, corroſit, à qua ſanguis r diaphragma perforatum, pulmonum motum impediendo, mortem intulit. Cancer s Pancreatis ulterius ſerpendo, ambos quoque renes corrupit, eoſdem nigerrimos ac tridos effecit, nec in illis ullæ arenulæ aut calculus inventus eſt: Cætera ſaniſſima, exptis inteſtinis, quæ ſuperabundanti bile conſperſa viſa ſunt. *Ex obſervat. Ioh. Ferdinandi rtodi Medici Moravi. in miſell. curioſ. anni* 1670.

SCHOLIA.

HIc mirari contigit quod corruptis renibus nihilominus generarit: quod hic vaſis præparanus, non ab emulgentibus, ſed à vena cava & eria aorta principium habentibus adſcribendum letur. 2. Quod perforaro in tantum diaphragmavixerit, cum vulnera diaphragmatis lethalia eſſe nnes medici aſſerant: niſi dicamus vulnera in netſa, non vero carnoſa ejuſdem ſubſtantia (quale æſens erat) neceſſario eſſe mortifera. 3. Cur rem & pancreatis vaſorum ramis eroſis purulenta on fuerit excreta vel conſpecta materia, niſi forte ex qua oſculorum obturatione id evenerit, prohinte quo minus ſanguis ad hæc viſcera circulari tuerit; reliquus verò ſanguis in venis renum & increatis exiſtens, ab acido, inſtar ſpiritus vitrioli ſi ſanguinis affuſi, corroſus & mutatus fuerit: Caum enim omnium ſupradictorum accidentium, acium corroſivum fuiſſe ſtatuo a ſtagnatione ſua nimia oductum. *Idem ibidem.*

Corroſivo ſuo acido] Pancreaticum ſuccum acium ſtatuunt *Sylvius & de Graef*, quo fundamento xus *Hertodus* aitiologiam præſentis caſus ſuperuxit, *De Muraltus* tamen, Medicus *Tigurinus*, Excitat. 2. de Lympha & ſaliva th. V. Pancreatis hyuam inſipidam aſſerit, omnis acciditatis in ſtatu naurali expertem, quam colligi ſtatuit in conglomera- Pancreatis glandula, à contiguo nervorum plexu eſenterico, qui excrementum ſuum ſpirituoſum plurimis ramis in vile inteſtinorum ſtabulum amandat, &c. *Idem.*

Ipſam venam cavam, qua ſpinam decurrit, &c.] Spermaticis venis ſuccedunt Lumbares tres vel quatuot, inconjugatæ, quæ in lumbares muſculos, ſpinalem medullam, & rachitas muſculos abeunt: occurruntque per anaſtomoſin venis aut arteriis quæ ab imo cerebro ad ſpinalem medullam deſcendunt, quam uſque ad lumbos perreptant: Per hanc vaſorum communionem cerebri ſpiritus, vel aliquam materiam ad partes ſpermaticas defluere crederem; Per has venas, ut per ramulos aortæ, materiam ſeroſam in ſpinales muſculos, & in ipſam medullam deferri certum eſt: unde Lumborum dolores contumaces, & diuturni atrociſſimi qui degenerant in Paralyſin aut Pareſin, unde Tetanus, Lumborum gravitas & frigiditas: *Riolanus Anthropogr. lib.* 2. *cap.* 24.

Arenulas quoque rubras, &c.] Arenulæ rubræ cum urinis ſæpe excernuntur, quæ Tartateæ nominantur, multis calculi metum incutientes, & immerito, cum hujuſmodi arenulæ non in renibus ſed in Hepate generentur ex materia aduſta & ſalina, cujus rei indicio eſt quod hujuſmodi arenulæ digitis attritæ facile diſſolvuntur, ſalis inſtar, quod in arenulis à renibus oriundis non contingit. *Riverius Pract. lib.* 11. *&* 12. *cap.* 5. *&* 6. De his vide plura Sectione de urinis p.n.

OBSERVATIO XLI.

umborum dolor à variis partium infimi ventris affectibus, A meſenteris vitiis variis. 1. 9. 10. 11. *A tumore vertebris lumbaribus affixo.* 2. *A pancreate ſuppurato vaſa majora premente.* 3 8. *Ob uterum ſanguine refertum.* 4. *Ob Pancreas putrefactum, meſaræum ad orignem ſcirrhoſum & putre.* 5. *Ob cavæ venæ trun cum induratum.* 6. *A Pancreate tumido & vitiato* 7.

1. MErcator (*tit. de ventris tumore*) de dolore in regione Lumbari gravativo conqueſtus eſt, &c. Omnes glandulæ imi ventris, præſertim meſenterii, & illæ quæ opioſiſſime regioni lumbari incumbunt, induruerant.

§. 2. Nob. Beni. Vallenger ex lapſu ab equo circa regionem lumborum contuſionem aſſus eſt: Poſt bienniumper vices circa locum contuſum multum doluit: Eo mortuo circa eſenterii exortum ingens apparuir tumor, qui inteſtina in latus dextrum detruſerat: hic imor vertebris lumborum fibroſa connexione firmiter adhærebat. *Warthon Adenograph. ap.* 11.

§. 3. Iuvenis pronus ſemper conſidebat in ſedili, vel caput in lecto habebat ſublime, orpore enim vel minimum ſive retrorſum, ſive in alterurrum latus inclinato, acerbos erſentiebat dolores in Lumbis: Pancreas ſupra infraque extuberans repertum, ſordido ure, pituita, &c. turgidum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 4. Nob. mulier poſt puerperium menſibus dehinc caruit, hinc dolores intolerabis Lumborum & ventris: Mortuæ cervix uteri ſpiſſiſſima apparvit, Uterus maximus toiſque ſanguine putrido refertus. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 5. Dom.

§. 5. Dom. N. in febre maligna, vomitu, ſiti, Lumborum ardore vexabatur, &c. Meſarę ſcirrhoſum erat in ſua origine & corruptum, Pancreas putrefactum. *Vide tit. de Febribus.*

§. 6. Scoto dolor erat hypochondriorum, Lumborum, &c. Cum Pyloro induruerant Pa creas & meſenterium, Nec non venæ cavæ truncus, nulla ejus cavitate conſpicua, à ſima coris parte ad ejus divaricationem, circa os ſacrum. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 7. Juvenis ſi decumbere conaretur, acerbos Lumborum & ventris dolores patieb batur. Pancreas (præter alia vitia) habuit ſupra infráque turgidum & extuberans, intus ſc dido pure ac viſcida pituita infarctum. *Vide tit. de Febribus.*

§. 8. Nobilis Campanus incidit in febrem cum quodam dolore ad Dorſum & Lumbo In diſſecto cadavere inventus ingens abſceſſus in toto Pancreate latitans, cum multo pu & fœtore intolerabili; pure inquam valde putrido & ſubviridi, cujus acrimonia glandul ſum corpus pene univerſum exederat atque diſcerpſerat. *Obſervatio Guid. Patini ad Th. B tholinum hiſt. 39. cent. 2.*

SCHOLIA.

D*Olore ad dorſum & lumbos*] Situm enim Pancreas ad primam Lumborum vertebram: Sic ventriculus affectus doloris & gravitatis ſenſum d ſo infert, viciniæ jure, ſpinæ incumbens.

§. 9. Domina Illuſtr. (*de qua lib. 1. Tit. de convulſione*) per multos annos affectibus ſpaſm dicis obnoxia in febrem incidit, in qua dolores valde acuti in lumbis & juxta hypogaſtriu graviſſime urgebant, &c. In mortuæ meſenterio, circa medium ejus, ubi dorſo affigitu atque majores nervorum plexus continet, ſubſtantia laxior, & quaſi pluribus veſiculis inf ta, manus latitudinem exæquans videbantur, &c.

OBSERVATIO XLI.

Ilii ſiniſtri dolor excitatus à Rene petrefacto.

VIennæ fœmina quædam cum aliquandiu diros cruciatus perpeſſa eſſet, ſecundum I ſiniſtra, ſubter hypochondria, multis tum fruſtra adhibitis, cum exſpiraſſet, à ſectio deprehenſus fuit Ren iſtius regionis in lapideam ſubſtantiam degeneraſſe: *Ex obſervatio bus Iacobi Moecii Medici Friburgenſis.*

OBSERVATIO XLII.

Dolor circa regionem oſſis ſacri, ob Abſceſſum inſignem juxta venæ cavæ bifurcationem.

SEni per aliquot annos dolor continuus circa regionem oſſis ſacri, præcipue cum e crementa indurata exonerabat: In mortuo circa regionem oſſis ſacri, ea in parte ubi v na cava bifurcatur, abſceſſum magnum, in quo materia fœtida & ſanguis coagulatus co tinebatur, offendimus: pus enim ramulos nonnullos venæ cavæ eroſerat: Os ſacrum in parte ita erat corroſum atque exeſum, ut facillime digitis minutatim extrahi atque co teri potuerit. *Fabritius Hildanus Cent. 3. obſerv. 70.*

ANATOMIÆ PRACTICA

LIBRI TERTII.

SECTIO XXIII.

De Hypogaſtrii Dolore.

OBSERVATIO I.

Hypogaſtrii dolor à calculo veſicæ xxxij. unciarum ponderis. 1. *A calculo xxxiv. unciarum.* *A lapide unciarum duarum & drachmæ unius.* 3. *A lapide uncias civilis ponderis dece pendente.* 4. *A lapide ovi an.erini magnitudinem æquante.* 5. 7. *Octo unciarum.* 6. *A calculo oblongo.* 8. *A grandi diu occulto.* 9. *A grandi lapide, cujus portio per litho miam educta.* 10. *A calculo aculeato formæ mirandæ.* 11.

§. 1. CALCULUM habuit è diſſecto corpore extractum *Ant. Van der Linden*, Medicus aqud Belgas doctiſſimus, triginta duarum unciarum pondere conſtantem durisſimum, compactum, ſilicis colore, triangularem; ex quo cum ferro, ut ex ſilice, elicicbatur ignis. *Frid. Loſſius obſerv. 53. lib. 3.*

§. 2. Conſpiciendus eſt Londini, Angliæ Occllo, calculus xxxiv. unciarum pondere, in veſica Theologi cujuſdam notiſſimi à morte jnventus. *Idem ibidem.*

§. 3. Philippus Heiſſ, Chirurgus Auguſtanus, conſumptus ab ingentiſſimis, acerbiſſimis & diuturnis doloribus, cum dyſuria, ac fractus, enneatico ſuo ſeptimo mortuus eſt anno 1629.

Ejus cadaver poſtera die ſectum, ut poſtularat vivens, & in locum doloris primum inquiſitum, qui veſica, quæ ab extra carnoſa, atractu dura, quia lapidem magnum, ſolidum, ponderis ℥ij. ʒj. habuit hoſpitem: Renes magni ſine ullo vitio, niſi quod ſiniſter non ea copia pinguedinis, ut dexter tectus eſſet; Lien ab extra compactus ac diſſectus multum puris fudit, quod amplam cavitatem cxederat: Hepar integrum: *Hachſtetterus Decade x. caſu.* 14.

SCHOLIA.

DE calculorum generatione cum illis ſentio qui materiam calculi terreſtrem aqueam dicunt, i.e. humorem craſſum permixtum aqueo, qualem Medici phlegmaticum dicunt: hic enim aptus eſt ut ex eo forma calculi reſurgat: forma ſiquidem lapidifica in ſucco lapideſcente, ſemper hæret; ubi igitur talis ſuccus eſt, ibi etiam forma lapidis in potentia latitabit, quæ ob naturam formarum, quæ eſt multiplicare ſe, per ſpiritum lapideſcentem, tanquam cauſam efficientem primariam, ex materia, in qua poteſtate latitat, quam ſibi in domicilium fabricavit, reſurgit, corpúſque lapidis format, tam in magno quam parvo mundo: Aliam tamen in illo cauſam adjuvantem agnoſcit, nimirum calorem & frigus, quæ ambo aut concurrere poſſunt, aut agere ſeorſim: In Parvo vero, & animantibus frigus nihil agit, quod omne excludit vivens. *Idem ibidem.*

§. 4. Die 3. Novembris 1646. obiit Noribergæ J. *Saubertus* Theologus celeberrimus & Bibliothecæ Præfectus, è cujus veſica lapis inſignis magnitudinis, pyri fere Volemi figura, exciſus, uncias decem pendebat civilis ponderis. Verſiculos hos appoſuimus,

Quem cernis lapis hic, immenſi cauſa doloris
Fœcunda & longi temporis una fuit.
Dira infanda licet fuerint tormenta, valebant
Mitem animam placidi vincere nulla viri
Creſcebat cruciatus atrox, patientia major
Creſcebat ſummi nutibus apta Dei, &c.

Velſchius Epiſagm. obſervat. lxj.

§. 5. N. *Tabermon*, Medicus Burgundus, cum ex magnis cruciatibus, morbóque incurabili deceſſiſſet, atque diſſectus eſſet, in veſica ejus lapis inſtar ovi anſerini magni fuit inventus: Nec non in veſicula fellis lapides 53. ad magnitudinem ſabarum cum maxima omnium admiratione. *Ex obſerv. Ioh. Iac. Weckeri Med. Colmarienſis.*

§. 6. Referebat mihi D. *Peucerus* cuidam Adoleſcenti XVIII. annum ætatis agenti, poſt obitum ipſius, calculum veſicæ, & quidem octo unciarum pondere ſe præſenre exſectum. *Philippus Salmuth cent. 2. obſervat.* 85.

Idémque in *Friderici Sapientis* Electoris Saxoniæ, Veſica, calculum æquantem ovum anſerinum repertum fuiſſe. *Idem ibidem.*

§. 7. In cadavere Domini de *Montigne* Chirurgus extraxit è veſicæ ſtomacho, ſeu ventre, lapidem inſignis magnitudinis & ponderoſitatis, ut vix credibile ſit talem lapidem potuiſſe ibi contineri, pendebat enim uncias tredecim. *Ferrandus libello de calculis.*

§. 8. Puer XIII. annor. poſtquam per duos annos, & quod excurrit, purulenta mictione, & per intervalla diris cruciatibus gravíque pondere in hypogaſtrio laboraſſet, tandem obiit.

Aperto cadavere, veſicam invenit Chirurgus mirum in modum dilatatam, *cujus craſſities mediocrem digitum tranſverſum æquabat*, qua aperta extraxit calculum oblongum coloris cineritii. In veſicæ collo nihil p. n. inventum, ſed in renibus cauſam purulentæ mictionis detexit, &c. *Bartholinus centur. iij. hiſt.* 35.

SCHOLIA.

C*Ujus craſſities mediocrem digitum tranſverſum æquabat*] Quæ craſſities frequenter occurrit in eorum cadaveribus qui ex calculo veſicæ obierunt, ac tanta aliquando eſt ut totam illius cavitatem

tem aliquando impleat & ipſum calculum omnino complectatur, unde iſchuria lethalis ſuccedit. Veſica enim à calculo grandiori vel aſpero vellicata, dolet & imbecilla fit; hinc natura ſuppetias latura ſolito copioſiorem ſanguinem mittit, quem veſica concoquit & pro viribus aſſimilat, ſic ex copioſiori ſanguine, aucto alimento, craſſior & carnoſior evadit: Ex copioſiori illo alimento, copioſa redundat illuvies, quæ propriam partis naturam, unde manat, redolens, pituitoſam & mucilaginoſam naturam induit, quam plerumque excludunt qui calculo veſicæ laborant. *Vide Riverium Pract. lib. 14. cap. 1.*

Puer, &c.] Cur pueri ſunt opportuni magis calculis veſicæ: Renum vero adulti, cum tamen illi ſint iſtis calidiores, in quibus propterea frequentius conſcere deberent in renibus, qui veſica ſunt calidiores, partes utpore carnoſæ, pluribus venis & arteriis perfuſæ, cum hæc ſit exanguis? Solutio eſt quod caliditas, calculi efficiens cauſa, ſit potius acris & mordax, quæ magis viget in adultis, cum pueri calido innato abundent, humorum concoctioni, & robori facultatum naturalium accommodato magis, quod propterea humores crudos ad renes confluentes concoquit, qui ab expultrice valida à renibus ad veſicam poſtmodum propelluntur in qua deinde ſi remorentur, denſantur & concreſcunt: Quod in iis non contingit quibus hæreditaria eſt vaſorum anguſtia, & expultricis imbecillitas ab utero materno contracta, ut hoc nomine nec crudos humores attenuare & concoquere, nec eoſdem à renibus exturbare queant. *Silvaticus conſ.66. cent.3.*

§. 9. Prædicator hæreticus *prope Barclaiam* in Anglia anno 1629. ſanus atque ſoſpes, contendens à prandio librum è ſublimi ad ſe traheret, in imo ventre magno perculſus pondere atque dolore: certis inde à quatriduo ſignis ſcivit ſe calculo gravatum. Inde poſt octiduum Londini ſub novacula Lithotomi extinctus: Pendebat autem libram Anglicanam & binas inſuper drachmas: Nec memini me parem unquam vidiſſe calculum: Pendent autem libræ centum Antuerpiæ, Londini civ. *Helmont. lib. de Lithiaſi cap. 3. §. 4.*

S C H O L I A.

GRanulantur arenę tam in nobis quam in matulis ipſo granulationis momento, ſemélque granulata ultimam quoque ſui nanciſcuntur ſimul duritiem, non autem quod ſenſim magis magíſque indurantur: fabuloſum eſt ideo quiquid de calculo confirmato & nondum confirmato, ad ignorantiæ & ignaviæ confirmatarum excuſationes comminiſcuntur Scholæ: Tam enim dura eſt recens arena excreta è nobis, vel à matulis abſterſa quam erit poſt decennium inde. Idem quoque de Duelech eſto judicium: quicquid enim in verum Duelech condenſatur unquam, ſive id ſit nucleus centralis à rene deſcendens, vel demum cortice tenus accreſcens, ſemper ejus quælibet generatio fit in inſtanti, &c. Dico quoque niſi arena, quæ matulæ affigitur, coagularetur in inſtanti, ad fundum præceps cecidiſſet tota, nec lateraliter támque proportionaliter diſtincta affigeretur. Paracelſus ſubitam hanc calculi apparentiam admirans, Calculum fulminis vocat, putátque cadendo concreviſſe, Sed multiplex ejus error eſt, &c. *Idem ibidem.*

§. 10. Juvenis annos 20. natus, cum calculum in veſica magnum haberet, multis tentatis remediis, cum nihil juvamenti ſentiret, accivit Chirurgum lithotomum, qui quædam fragmenta extraxit, ſed totum lapidem facta inciſione ad ſe attrahere non potuit, unde perpetuo cum intolerabili dolore tabe conſumptus periit

Cadavere inciſo, lapis ab una parte primo præruptus, ad magnitudinem ovi relictus in veſica repertus eſt, In renibus vero nihil lapillorum inventum. *Præſtitiſſet,* cùm præ magnitudine lapis extrahi non poſſet, *ſectionem reliquiſſe*, nam cum totum eum extrahere conaretur, occaſionem mortis dedit. *P. Foreſtus Obſerv. 26. lib. 25.*

S C H O L I A.

P*Ræſtitiſſet ſectionem reliquiſſe*] Calculi magnitudinem cognoſcere ac ſcire neceſſe eſt, ſi enim admodum magnus eſt, nihil aliud quàm mors expectanda, uti ſæpe ægris vel in ipſa operatione vel paulo poſt mors contingit: Atque hic Celſi ſententia locum habeat, *Deſperati non attingendi*. *P. Pigray* Chirurgiæ lib. 7. cap. 4. ſcribit quendam ſibi notum fuiſſe qui 25. annos calculo, citra inſignem tamen moleſtiam, affectus fuerit: quando enim urinam excreturus erat, hanc beneficio inſtrumenti cujuſdam ſibi ipſi elicuiſſe abſque dolore.

§. 11. Lapides diverſa forma, quantitate, colore, &c. in veſica fuiſſe inventos exempla confirmant. Sed hujus forma eſt rariſſima & mirabilis. Ægrotavit diu immani ac miſerabili veſicæ tormento puer xv. annos natus, qui omnibus membris ſalvis tandem infando cruciatu excarnificatus animam efflavit.

Secto cadavere, in capacitate Veſicæ inventus eſt lapis rotundus, magnitudine parvæ pilæ, pyramidibus politis & acutis undique circumſeptus, Solis inſtar, & ita humor ſic ab aſſante calore erat diſpoſitus, & induratus, ut inter pyramidem unam & alteram eſſent fabrefactæ puncticulæ longæ, acus forma, à natura inſertæ: Ex harum aculeo, puer cum ad ejaculandum urinam ex longis temporum intervallis cogebatur, ſe in pube velut acubus pungi & lacerari magno ululatu ingemiſcens conclamabat. *Obſervatio Doctoris A Coſta Luſitani, Medici Rothomagenſis, in Praxi adm. Zacuti cent. 3. obſerv. 138.*

Observatio II.

Hypogaſtrii dolor à tribus calculis veſica concluſis, uno magno, reliquis minoribus. 1. *A novem lapidibus avellanæ magnitudine, æqualibus.* 2. *A duodecim lapidibus ovi columbini magnitudine.* 3. *A decem magnitudinis ejuſdem.* 4. *A tribus magnitudinis nucis integræ, lævibus.* 5. *A quinquaginta calculis avellanæ magnitudine.* 6. *A tribus lapidibus mediocris magnitudinis.* 7. *A multitudine calculorum, prope collum veſicæ, ejus membranæ impreſſorum à grandi lapide, Alio collo adhærente, Maximo in media veſica.* 8.

§. 1. IN Sicilia calculo torquebatur Nepos N. de quo quum mitterent Medici Siculi Patavium, ut ſuper hoc affectu conſilium inirent Patavini, tam accuratam morbi hiſtoriam confecerunt, ut numerum calculorum, & magnitudinem in veſica contentorum expreſſerint, quaſi oculis inſpexiſſent, nempe tres eſſe calculos, duos oculi, tertium ovi magnitudine: Nolens vero æger Medicis ſectionem ſuadentibus obſequi, paulo poſt mortuus eſt: In aperto cadavere totidem calculi eadem magnitudine reperti qua præſagierant Patavini, quod mihi Carbunccius J. C. narravit, artificium reticuit, &c. *T. Bartholinus cent.5. Obſerv.57.*

§. 2. Elapſis diebus miſere occubuit Medicus ſenex & doctus, qui laboraverat lapide veſicæ cum ulcere, quod poſt mortem diſſecto cadavere percipiebatur ex ſanie cum ſanguine mixta: nam inventi ſunt in ejuſdem veſica lapides novem numero, nucis avellanæ magnitudine: *Car. Berengugius in Analectis Nic. Fontani.*

SCHOLIA.

HOs lapides uno eodémque tempore formatos eſſe exiſtimat *Fontanus*, quia geniti ſunt à materia friabili è renibus deturbata, in totidem particulas diviſa, & à calore ſimul & ſemel æquabiliter indurata, quod non accidiſſet ſi materia fuiſſet mucoſa. Sin arte facta cum naturæ operibus conferre liceo, exiſtimandum eſt calculos illos, è renibus ſimul & ſemel devolutos, coagmentationem æqualem in veſica habuiſſe, ob æqualem novæ materiæ appulſum: non ſecus ac coriandri, fœniculi, &c. ſemina quæ ſaccharo incruſtantur, ab affuſione enim liquidi ſacchari, & crebra artificioſáque in pelvi agitatione ac converſione, æquale incrementum capiunt.

§. 3. In veſica plerumque unus duntaxat lapis gigni ſolet, eo quod craſſa quæ aſſidue ſuppeditatur materia, facile circa eum qui jam genitus eſt, ac redundat, concreſcit, & ipſum potius augeat quam novum proferat, quamvis etiam in hac interdum plures lapides redundent, qui plerumque aliquod in renibus rudimentum obtinuere: Unde ſuperiobibus annis Lugduni duodecim extractos vidimus calculos, ex veſica cujuſdam Helvetii nuper vita functi, qui omnes ovi columbacei magnitudinem æquabant, quibus à nobis examinatis, comperimus in cujuſque eorum medio incluſum exiguum calculum ſubflavuum, orobi granum referentem, quos credidimus olim ex ipſis renibus eſſe delapſos in veſicam, & in ea poſtmodum, ob viſcidæ materiæ circa ipſos concretionem, ad ejuſmodi magnitudinem ſingulos excreviſſe. *Vidus junior de curatione membratim lib.10. cap.xx.*

SCHOLIA.

CAlculos Renum & veſicæ non attingo, cum tot ſolidi ex corporis humani Lapidicina progeniti Lapides, nõ ipſius duraturam & cũ marmore certantem perennitatem, ſed fragiles potius humanæ conditionis vices oculis exhibeant quotidie contemplandas. Id ſaltem addo Pariſiis, in ſolo Xenodochio Charitatis, ab Henrico IV. in *Suburbio S. Germain* extructo, arculis me vidiſſe incluſos exſectos veſicæ calculos, pondere, figura, colore, magnitudine, duritie adeo mirabiles, ut in his ſolis amplum campum inveniat curioſus animus, quo ingenii vires exerceat & naturæ miracula pandat. *I. D. Major Diſſert. de cancris, &c.*

§. 4. Doctiſſ. *Albertus Savonorola* poſt obitum ſectus, in veſica decem lapides habebat magnitudine ovi columbæ, imo & majores, qui eandem præciſe formam ſervant ac ſi arte facti fuiſſent: omnium pondus eſt ſex unciæ & ſemis, quiſque lapis ſemiunciæ pondus excedit: ſi in terram projiciantur, veluti trigonalis pila reſiliunt. *Braſſavolus comm. ad aph. 79. lib. 4.*

§. 5. Illuſt. D. de Montpipeau poſt obitum ſectus fuit. Tres lapides fuerunt reperti in veſica, magnitudinis nucis integræ cum ſuis velaminibus, plani, albi, inſigni duritie, ut ſcilicet fluviatiles potius dicerentur quam veſicales, aut ab homine excretos fuiſſe. *Ferrandus libello de Calculis.*

§. 6. In *Hieronymo Vetio* Medico Piſtorienſi, cum ex calculo objiſſet, pluſquam quinquaginta avellanarum magnitudine in illius veſica ſunt reperti. *Fonſeca lib. 1. c. 4. de Calculis.*

§. 7. In magiſtro Canano Cerdone, cum nunquam nephriticis doloribus vexatus fuiſſe poſt mortem diſciſſa veſica tres lapides ſatis ingentis magnitudinis extracti fuere. *M. Donatus hiſt. mirab. lib. 4. c. 30.*

§. 8. D

§. 8. Dillingæ calculi doloribus occubuit Reverendus Princeps Epiſcopus Auguſtar
In cujus cadavere reperti fuerunt in veſica prope collum, calculi nigri & nondum ſatis
durati, piperis magnitudine pluſquam centum, adeo à grandiore vicino calculo ſubſtan
impreſſi & immerſi, ut plerique interiore tunica obducti & ſectione aperiendi fuerint:
vero veſicæ collo adhæſit grandior pondere ℥ij. & in medio circiter veſicæ, maximus,m
gnitudine & forma ovum gallinaceum repræſentans, & ℥iij cum ʒij ponderans: In re
dextri cavitate 40. circiter alii inventi ſunt, magnitudine ſeminis coriandri, albicantes
quaſi nondum maturi, nec indurati, qui ren ſiniſtro paulo craſſior fuit, & nonnihil icho
purulenti continuit: Veſicæ exulceratio circa collum levis & pene innoxia, ſubſtantia de
ſa & robuſta. *Cætera viſcera ita conſtituta* ut abſentibus calculis plures adhuc annos prom
ere potuiſſent. *C.H. Velſchius Epiſagm. obſerv.*62.

SCHOLIA.

C*Ætera viſcera ita conſtituta*] Hinc monet *Hildanus* de Lithotomia veſicæ, cap. 8. Lithotomum, ut ante operationem conſtitutionem ægri perpendat, quam ſi viſcera ejus interna labefactata ſint inſtituendam negat; ne oleum & opera perdatur, gerque ob ſymptomata operationem mox ſeque tia intereat.

Observatio III.

Hypogaſtrii dolor ob calculos è Renibus in veſicam deciduos.

§. 1. ADnotandum lapidem unicum ut plurimum in veſica & renibus reperiri, nonnu
quam tamen, licet infrequenter, plures diſſecta veſica reperti ſunt. Quidam Ca
dinalis, qui pluries in anno dolore renali ex calculo corripiebatur, dum fuit poſt morte
eviſceratus, ut moris eſt, reperta fuerunt in ejus veſica quatuordecim lapilli, qui omn
erant rubicundi in centro, & omnes venerant à renibus, quorum quidam erant in pr
pria forma, quidam vero ſuperinduxerant tunicam, quidam duas. *Ioh. de Tornamira Pra
cap.* 75.

§. 2. Coagmentatur in veſica lapis ex lapillis à renibus ad veſicam exturbatis, & in e
hærentibus, atque ex novæ materiæ allapſu coaleſcentibus. Quod palam fecit calculu
ex cadavere Rever. Viri exemptus, mole magnæ conſtaneæ, attribus, qui & ipſe minutu
in medio protulit in conſpectum varii coloris. *Silvaticus Conſilio 66. cent.* 3.

SCHOLIA.

M*Inutum in medio protulit, &c.*] Id me judice eſt indicium luculentum concretionis ipſorum in diverſis locis: quanquam enim concedi poſſit calculum, etiam in veſica procreatum, poſſe in ſe complecti alium minutum in eodem concretum, ſuperinducta veluti lamina, vel pluribus per adhæſum novæ materiæ, non tamen fuerit diverſi coloris, cum ſemper calculi veſicæ ſint albicantes, Renum vero fere ſemper flaveſcant: ut propterea cum minuti illi ſint flavi coloris, & cortice albi, ſtatuendum ſit è renibus ipſos in veſicam excidiſſe. Qua in re obſervanda *Hippocr.* ſententia lib. de Morbis, ubi de veſicæ calculo, *Patiens ejicit aliquando lapides duos, aut etiam plures minutos, eodem modo procreatos:* Quaſi dicat, calculos à renibus ad veſicam prolapſos eſſe quandoque plures, eoſque ſecretos, qui ſeorſim concreſcentes, plures in veſica calculus efformant, atque adeo mirum non eſt quod in Patre Rever. inventi ſint ſeptem, ex quibus unus nondum incrementum ſuſceperat. Quod autem in calculo veſicæ minutus alius poſſit deliteſcere, luculentiſſime patet ex calculis in veſica ſellea, ubi concreſcunt non tranſmiſſi à Renibus, ſed ex minutorum quodam in ipſa rudimento, qui per adhæſum novæ materiæ augentur. *Quod oculata fide confirmatum in calculo veſicæ felleæ Ill. & Rever.* M. Ant. Cornelii, Epiſcopi Patavini, *ejus cadavere me præſente diſſecto, qui penes me eſt, pluribus conſpectus.* Silvaticus cent. iij. conſil. 66.

Coagmentatur in veſica lapis] Si quærat quis quo modo procreantur in veſica lapides, qua ipſos ſæpius concludi patet experientia? Hoc referat reſponſum fieri dupliciter, primario & per ſe, ex materia craſſa & terreſtri, à renibus ad veſicam illabente 2. ex arenulis, aut calculis minoribus à renibus ad veſicam propulſis: ubi hærentes, ex appulſu materiæ novæ, craſſæ & viſcidæ, atque ejus adhæſi grandeſcunt: Primus generationis modus fuit à *Galeno* memoratus, 3. in 6. Epid. 15. explicante *Hippocr.* verba, *Lapis à mictu pueris magis:* Dum enim dicit lapidem à mictu fieri, innuere voluit, non excidere lapidem à renibus cum urina, ſed coagmentari in veſica poſt mictum, id eſt, ex materia prolabente cum urina: Quod clarius patet in alia verſione, *Poſt mictum concretio in pueris magis.* Ideo *Galenus* in illo comm. addit, *Veritas autem eſt calculos pueris in veſica ob urinæ craſſitudinem procreari: porro urinas craſſiſſimas à pueris reddi ab omnibus ante nos Medicis conceſſum eſt*, inquit *Galenus:* Quod clarius expreſſit dum ait, *Craſſas enim urinas excerni & evidenter apparet, & rerum teſtimonio declaratum eſt: hujuſmodi namque craſſitudo multa collecta, & in unum coacta, cum ſemel aliquando non opportune ſecreta intus diutius manſerit, coagmentandi concreſcendique initium capit, eóque principio facto*, facile *poſtea quicquid iterum craſſum in veſicam illabitur priori agglutinatur, majórque inde tophaceus calculus redditur, quemad-*

nodum extrà corpus, & in calidis aquis ſponte naſcentibus, & in vaſis *ubi calefit aqua quotidie lapis concreſcere cernitur.* Quod confirmat 2. Prognoſt. his verbis, *Propter inopportunos & exuperantes cibos copia plurima colligitur humoris crudi vocati in corporibus puerorum : is igitur per renes expurgatur quotidie, atque etiam per urinarios meatus in veſica collectus interdum calculos in ea gignit.* Omniúmque luculentiſſime 3. aphor. 26. ubi dum collocat *Hippocr.* calculos inter morbos puerorum, *Galenus* in comm. ait. *Lithiaſis vero, id eſt, calculi in veſica generatio, proprius eſt puerorum morbus,* atque adducens rationem, addit, *Propter edacitatem & ingluviem crudos humores non paucos coacervant, ex quibus craſſior pars una cum urinis ad veſicam comportata, fit lapidum gignendorum materia, accedente cauſa altera, caloris ſcil. copia.* Nec alia ratione procreantur calculi in puerulis lactentibus : Quod autem calculus in illis concreſcat ex lacte, patet lib. de morbis *Hippocr.* vel *Polybi* potius hubi hæc habentur, *Cæterum calculi morbus principium oboritur à lacte, ubi puer lac impurum ſugit.* De loco demum concretionis eorum hæc addit, *Et ubi ſuxerit lac non purum, ſed terreum & pituitoſum, & habuerit puer venas de ventriculo ad veſicam amplas & attrahentes, ſi quid in lacte non purum fuerit, id quo veſica fruitur lapis fit.* Hoc confirmat quinetiam *Hippocrates* lib. de A. A. & Locis : Ut propterea plus ſatis probatum fuerit, lapidem primo & immediate quandoque in veſica procreari poſſe : Quæ fuit etiam *Ariſtot.* ſententia 3. de Hiſt. anim. 15. cum ait, *Defunctis nihil humoris in veſicam tranſmittitur : at vivis non ſolum humor, ſed etiam ſicca quadam excrementa deſcendunt, ex quibus calculi conficiuntur.* Coagmentatur 2. Lapis in veſica, ex lapillis à renibus ad eam exturbatis, & in ea hærentibus, atque ex novæ materiæ allapſu coaleſcentibus : Quod palam fecit lapis ex cadavere Reverendi viri exemptus, &c.

Idem ibidem.

Observatio IV.

Hypogaſtrii dolor à calculis veſica incluſis, in duos loculos diſcreta. 1. *A calculis membrana incluſis.* 2. 3. *A lapide humore multo, craſſo inveſtito.* 4. *A calculo veſicæ adnato.* 5. *A calculo in veſica contorta & complicata.* 6. *A lapide cervici veſicæ affixo.* 7. *A calculo cum ipſa veſica in ſcrotum illapſo.* 8. *A calculo in veſica exulcerata.* 9. *A grandi calculo in veſica ſilicis duritiei.* 10. *Ab ulcere gangrænoſo veſicæ inducto à calculo aſpero.* 11. 12. *Lapis per lithotomiam feliciter ex ulceratæ veſicæ collo eductus.* 13. *A calculo maximo glandem plumbeam incluſam habente.* 14. 15. *Ab apoſtemate in fine ureteris concitato, ob hærentem inibi calculum.* 16.

§. 1. Anno 1614. Genevæ, in diſſectione cadaveris civis honeſti, *Ioh. le Preux*, Bibliopolæ, in veſica urinaria, quæ in duas burſas veluti diſtincta videbatur, in utraque cyſti reperti fuere ſex lapilli, nucis gallæ omnes magnitudinem adæquantes: *Obſervatio Viri Clar. Petri Blandini Medici Genevenſis.*

SCHOLIA.

Ureteres non in veſicæ cavitatem hiant, ſed inter utramque membranam inſeruntur; ideóque cum lapidum illorum à renibus detruſorum in capacitatem veſicæ portio pervenerit, altera inter dictas membranas ſubſtiterit, accidit ut hi novo materię appulſu grandiores & graviores facti, pondere ſinum & foveam effecerint, ſacci formam, aut alterius veſicæ figuram referentem.

§. 1. Nob. *Rochus Caſtnerus, &c.* cum per dies vitæ ſuæ ſolo aquæ potu uteretur, plurimíſque laboribus ac peregrinationibus occuparetur, dolorem gravem ac permoleſtum in abdominis inferiore ſede poſterioribus aliquot annis ſuſtinuit : quo ſubinde magis exaſperato, in conſilium adhibuit tum Medicos tum Chirurgos. Et licet multum provecta ætate, tamen cruciatibus impulſus ſectionis periculum ſubire voluit : Ætatis ergo 75. cum D. D. Villebroccius ſuam de præſentia lapidis in veſica ſuſpicionem conſtanti aſſeveratione firmaret, *licet Lithotomi celebres id negarent* (ut qui immiſſo cathetere, nullum tinnitu vel attactu Calculum ſe deprehendere profiterentur) ſectus tamen eſt : at ne tum quidem lapis ullus manu Chirurgi deprehenſus aut exemptus eſt : Octavo poſt ſectionem die Vir magnificus moritur, cum prius petiiſſet ut poſt obitum, tum veſica tum circumjacentes partes, pro invenienda tanti doloris cauſa penitius introſpicerentur.

Exempta itaque veſica lapides continuit 32. omnes in proptiis tunicis incluſos, & invicem ita contiguos ut haud aliter quam apes in ſuis cavernulis favum, ſic iſti calculi in ſuis quique alveolis, totam veſicæ cavitatem replerent, exiguo tantum meatu urinæ retentioni (quę perbrevis eſſe ſolebat) emiſſioníque relicto. Præter eos unus in veſica fellis inventus : Priores illi 32. erant ſubſtantia duriſſimi, ſolidiſſimi, figura partim oblonga & ovali, partim rotunda, colore albo, magnitudine & pondere inæquales : ex iis enim 16. rotundiores, nucem moſchatam ſua quique mole referebant, reliqui paulo minores erant, minimus fabæ magnitudinem adæquavit, maximus ſemi unciam ſuperabat. *Ex obſerv. Mart. Holtzappellii Medici Auguſtani.*

SCHOLIA

S C H O L I A.

R*Ubicundi in centro*] Fernelius path. l. 6. c. 13. Omnem calculum in veſica concluſum rudimentum è renibus traxiſſe aſſerit, & quoſcunque veſicæ calculos obtrivit, in eorum medio quaſi nucleum reperiſſe, rudimentum è renibus exturbar
diverſi, quam reliquum integumentum, color
ſubſtantiæ : Huic contradicunt *Rondeletius*, *I*
Alexandrinus, *Ballonius* & alii.

§. 3. Mercatori cuidam omnia calculi veſicæ ſigna aderant, Cathetere probari
potuit : Mortuo duo magni calculi inventi ſunt, ſinguli unciarum duarum ſemis, me
brana incluſi utrique ſua. *Iac. Hollerius c. 49. lib. 1. de morb. int. in Scholio.*

§. 4. Nobil. Annibal Conſtantius, cùm ipſum lapidem in veſica habere omnium ſig
tum conſenſu Medici arbitrarentur, ut certior efficeretur, cathetere explorari vol
quare accerſiti peritiores Chirurgi, impoſita ſyringa argentea, ſe nullum lapidem perſ
tire conſtanter unanimi conſenſu affirmarunt : verum nullis ei præſidiis conferentibus
Fallopio ut curaretur *Patavium* ſe contulit, qui *omnia lapidem atteſtantia ſigna* conſpicat
lapidem in veſica eſſe teſtatus eſt, *at cathetere impoſito* ſe calculum perſentire non poſſe p
ries miratus : quare negotio infecto Mantuam reverſus, poſt multos longoſque crucia
è vivis deceſſit.

Diſſecto cadavere, lapis inſignis magnitudinis in veſica adinventus, undique tam
humore multo accraſſo circumveſtitus, *inſtar anguillæ pellis involucro circumambiente*, que
calor imbecilliot, (erat enim ſeptuagenarius) quominus lapideſceret effecerat, ſicut an
actis annis, calore vegetiore exiſtente, ejuſdom ſobolis humor ſenſim & ſenſim in la
dem degenerans concreverat : quominus igitur ex ſyringæ contactu lapidis ictus p
ciperetur à Chirurgis, integumentum illud fuit in cauſa. *Marc. Donatus hiſtor. mirab. lib*
cap. 30.

S C H O L I A.

I*Nvolucro circumambiente. &c.*] Calculorum maxima pars ejuſmodi cutaneo involucro caret, nec niſi rariſſimê obſervatur : Accidit verò ut in veſica tenax ea materia non ſemper in durum corticem, ſed in membraneam ſolùm ſubſtantiam convertatur ab imbeciliore remiſſioreque calore, impediente quominus lapideſcat : Ut enim gallinas a
quando ova, cutanea ſolùm membrana, non it
dura teſta concluſa parere conſtat : ita ſane lamell
deficiente videlicet calore opifice, pituitas, veſi
lapidibus inductas, in membraneum tegument
tantum commutatas, non in cruſtas obſervamut.

§. 5. Velut calvariæ fractæ nihil pernitioſius eſt occulta oppoſiti oſſis rima : ſic ſumn
nocet *veſicæ urinariæ calculus ipſi adnatus* : quem *ſive tollas*, *ſive relinquas perinde occi*
ægrum : Cujus periculoſæ accretionis ſpecimen licuit aliquando videre in cadavere c
juſdam viri Brabantini : Cujus veſica continuit calculum membrana involutum, & *fib*
ſuis tam ſtrictè *veſicæ tunicis adligatum*, ut vix inde avelleretur ſine manifeſta dilaceration
Tulpius obſervat. lib. 3. cap. 5.

S C H O L I A.

L Apidis ſigna maxime obſcura teſte *Fernelio*, path. lib. 6. cap. 3. Nonnunquam, *ait*, ſummæ veſicæ adhæreſcens calculus, & quaſi ex iſta propendens, vix ullum ex calculi ſignis manifeſte exhibet: & viſi ſunt qui nullo dolore diu illum geſtaverint: *Aretæus* lib. 4. cap. 4. hæc ſigna tradit : Si veſicæ inhæſerit calculus, ex contriſtationibus patefiet : ſed neque dolorum neque gravitatis expertes ſunt, licet urinam expedire reddant, ſin minus & urinæ difficultas accedet, (ſi nempe non ſummæ veſicæ adhæreſcat, ſed infimæ, mediæ aut lateribus.) Ex urina ſigna petit *Alemanus* comm. ad lib. *Hipp.* de A. Aq. & Locis p. 123. Quod ſi lapis, *ait*, ex veſica propendeat, erit urina alba, craſſa, turbida, mucoſa ; materia enim craſſa vacuatur & in lapidem non abit : Aſſentitur *Cardanus* comm. in cit. loc. Dico, *inquit*, quod tales lapides, connexi cum veſica, tardius augentur, quia major pars materiæ craſſæ effluit per urinam : At infidum hoc ſignum, 1°. quod quidam, ipſo *Cardano* teſte, comm. in aph. 79. ſect. 4. aliquando materiam pituitoſam & mucilaginoſam quotidie cum urina excernant, qui tamen à calculo veſicæ immunes ſint, ubi exemplum affert Monachi cujuſdam : 2°. quod ex calculi ſignis, veſicæ nequaquam affixi, hoc ſit certiſſimum, m
coſæ ſcil. illius pituitæ excretio, quæ veſicæ ma
affectæ proprium eſt excrementum, eo quod ſa
guinem & humores pro alimento tranſmiſſos, ri
non concoquat & aſſimilet, ſed in ejuſmodi mate
riam convertat ; Vide *Riverium* pract. lib. 14. cap.
Nedum fidendum candelæ cereæ & ſtylo explorat
rio, tentandi gratia in veſicam immiſſo, quod re
nitens durities Lithotomis ipſis ſit infallibile præ
ſentis calculi indicium : at calculus tunica ſua ob
ductus nec tactui reluctatur, nec tactus ſonum edi
Quocirca non credendum ſolis hiſce experimentis
ſed vocanda ſunt in ſubſidium etiam alia ſigna, con
firmantia vacillantem ipſorum certitudinem.

Sive tollas, ſive relinquas, perinde occidis ægrum
Exciſionis infeliciter tentatæ exemplum affert *Tul-*
pius l. c. in ruſtico, cui lithotomus adempturus cal
culum extraxit ſimul & ipſam veſicam : utpote cal
culo tot & tam tenacibus vinculis accretam, ut ne-
quiverit ulla arte ab eo ſeparari : ac proinde conje
cit in præſens periculum non minus vitam æg
quam famam curantis. Hinc *Pareus* lib. 16. c. 36
mortem *ait*, inferri inevitabilem ſi membranæ inclu-
ſus calculus, quæ veſicæ adjuncta ſit, aut alioqui ipſ

 calculus

calculus in veſicæ ſubſtantiam defixus ſit: aut denique caſu aliquo Chirurgus calculum revulſurus ipſum veſicę corpus ferramentis laniaverit: Sed quid faciet Lithotomus, *inquit Tulpius*, inveniens ejuſcemodi calculos, inciſa jam urethra, & dilatato rice veſicæ calculo? tollet an relinquet? tollet ſequaces & relinquet reluctantes: neque enim omnes involucro incluſi adnaſcuntur veſicæ, ſed quidam illorum fluctuant liberè: prodeuntque non minus facile, ac ſi nulla tegerentur membrana, utique equidem bis vidi in duabus mulieribus quæ ejuſcemodi calculos & ſponte & proſpere excrevere. De Suſpicione accreti veſicæ calculi Vide *Eraſtum conſil.* 16. *pag.* 243.

Fibris ſuis ſtrictè veſica tunicis adligatum] Memorabile exemplum calculi veſicæ pertinaciter inhærentis, ut inciſione à lithotomo facta nulla vi evelli potuerit, ad nos transmittendum curavit Excell. & Clariſſ. D. D. *Lucas Scroockius Senior* Reipub. Auguſtanæ Phyſicus, anno 1673. Hiſtoria hæc eſt. Magnæ apud nos famæ Juriſconſultus diu nephriticis doloribus vehementer exagitatus, quos variis adhibitis remediis variorum depellere conabatur: ſed his nihil proficientibus & incaſſum adhibitis, dubiæ potius ſpei medelam quærere, quam ita perpetuo & diuturno cruciatui ſe exponere, animo obfirmavit, ideoque calculi in veſica abſconditi exemptionem cruenta manu inſtituendam maxime urſit: In quem finem lithotomus prædictus, noſtro conſenſu manum operi admovens, quamprimum novacula perinæum inciſiſſet, mox cuſpidis extremitas calculum recta feriens manifeſtum ſonum edidit, non ſi ſecus ad ſi duriorem lapidem, eumque aſperum offendiſſet, imo ipſa ob nimiam renitentiam fracta fuit: Quod autem tam expeditè nobis obvenerit, faciliorem ejus extractionem ſperabamus, aſt vana ſpe deluſi & confidentia, mox adparuit plus in receſſu contineri quam prima frons promitteret, dum adeo immobilis atque infixus hæſit ut nullo modo, nullaque arte, tertia quamvis vice facto periculo, ſede à nobis ſua, quotquot præſentes eramus (mecum autem præter lithotomum, alius meorum Collegarum D. D. Balthazar Erhard, Phyſicus jam Memmingenſis, ut & filius meus, tunc Medicinæ Licentiatus, nunc patriæ Reipub. Phyſicus, necnon Chirurgorum aliqui erant) dimoveri potuerit, non ſecus ac ſi lapidem muro fortiter infixum manu evellere quis tentaſſet; Admiratione non carebat, quod per vulneris inflicti foramen ne guttula urinæ proflueret: Cæterum irritus cum fuerit lithotomi, noſterque conatus, neceſſe erat operam vulneri conſolidando impendere, qua rite peracta, aliquandiu inducias dederunt dolores, donec his mirum in modum recrudeſcentibus, ſemeſtri circiter à ſectione temporis ſpatio, æger viribus exutus, ærumnoſæ vitæ, ſimul & morbi ſævitiei finem fecit: Deſideravi quidem & expetii cadaveris apertionem, quo innoteſceret qua ratione calculus ille adeo firmiter veſicæ inhæſerit, aſt liberorum nimis magna in Genitricem pietas, quo minus impetrarem prohibuit.

§. 6. Si veſica ſit male conformata, ſive ob *membraneum ſeptum eam intus dividens*, uti videre *Bauhinus & Coiter*, ſive ob ἔκφυσιν illi adhærentem, qualem habuit Ill. *Caſaubonus*, ſive ob membranas ipſius complicatus & pubis oſſi arctius accretas, quam ut poſſit ſectio inſtitui ſine evidenti veſicæ offenſu: Qualem hujus partis poſitum equidem aliquando obſervavi in filio cujuſdam mercatoris ſectioni jam deſtinato: Tum certe non minori circumſpectione opus erit, uti videre fuit in exemplo hic inſerto: In quo ingloriam certe operam collocaſſet lithotomus, alias minime exercitatus, niſi perterritus à perverſo hoc veſicæ ſitu ſuſtuliſſet prudenter manum de tabula, conſulens utiliter non minus pueri ſaluti quam ſuo honori: latitabat namque hic calculus (uti quidem docuit anatome) tam perplexo errore contortæ huic veſicæ implicitus, ut ne ipſus quidem Æſculapius eum inde exemiſſet ſine manifeſto vitæ diſcrimine. *Nicol. Tulpius Obſervat. lib. 3. cap. 5.*

SCHOLIA.

M*Embraneum ſeptum eam intus dividens*] Cavitatem unicam habet veſica: rariſſime membrana, quaſi ſepto, in duas partes dividitur, quod in Illuſtr. Principis Onolsbacenſis cadavere nuper obſervatum. *Gaſpar Bauhinus Theatri Anatom. lib. 1. cap. 31.*

§. 7. Si adhæret lapis cervici veſicæ affixus, eſt inutilis (per reſupinationem ut excutiatur,) medendi ratio, ut annis præteritis in Reverendiſſimo *Berardo Bonjoanni* Epiſcopo Camertium obſervavimus. *Horatius Angenius Epiſt. 1. lib. 4.*

§. 4. Calculus in veſica exploratur ſyringe vel candela cerea: Interdum tamen id remedii exploratorii genus Medicos fallit, quando calculus ſubterfugit & remotiora petit loca: Nam Venetiis quendam hernioſum novit viditque *Ioh. Domin. Sala*, cui omnia ſigna calculi veſicæ videbantur adeſſe, nec tamen cathetere aut candela potuit deprehendi.

In mortui cadavere, calculus cum ipſa veſica unam ſcroti partem impleverat, inteſtina tenuia alteram, adeo ut ſemper calculus introrſum in ſcrotum ceſſerit & ſuos exploratores deceperit. *Bartholinus centur. iv. hiſt. 28.*

§. 9. *Ioh. Fricius* Thorunenſis, juvenis ann. 27. à prima ſtatim infantia de doloribus circa pubem, meiendi difficultate & aliis ſymptomatis calculum veſicæ indicantibus per certa intervalla conquerebatur, quæ omnia creſcentibus annis atrociora reddebantur: Adultior factus, apud mercatorem aliquot annos ſerviendo conſumpſit; poſtea Dantiſci, mercaturæ operam dando, iiſque ad annum 26. ætatis commoratus eſt, aliquoties interim & graviter decumbens: Anno 1669. ad nundinas autumnales Thorunienſes venit, ſed ob dolores in hypogaſtrio & circa inguina atrociſſimos, qui illum, urbem vix intrantem

adorti

adorti ſunt, ad matrem viduam, domino ſuo relicto, divertere coactus fuit: Ego te Novembris anno dicto ad eum vocarus, præ doloribus in lecto vehementer jactantem ejulanrem offendi, inſimulque *humorem viſcidum, craſſum*, fœtidiſſimique odoris ſum cum dolote per canalem utinarium exeuntem animadverti: Ab illo tempore ipſi pro nata medicamenta præſcripſi, quibus ramen calculum in veſica latenrem, certiſque ſig cum ulcete renum ſe prodentem exturbare impoſſibile erat, neque ea noſtra intentio f ſtatim enim tale prognoſticum dedimus, *Vlcus renum immedicabile eſſe*, calculum aut veſicæ nonniſi per circumſpectum & peritum lirhotomum exſcindi poſſe: Sed ille litho miam admittere nolens, in dies debilior ſactus, anno 1670. 7. ſçil. Junii, naturæ ſolvit debitu

Cadavere eadem die aperto, tepertus eſt in veſica exulcerara & purulenta, lapis aſ ſeſqui-unciam cum drachma pouderans: Sub dextro Hepatis lobo ulcus inſigne lati bat: Ren vero dextri lateris totus ulcceroſus & puris plenus erat cum maximo fœto præ quo reliqua viſcera ulterius cxplorare non potuimus. *Simon Scholzius in miſcell. rioſis anni* 1671.

§. 10. Chiturgus quidam Reipubl. Gorlic. primarius per annos oppido plures calcu veſicæ conflictatus, randem arrociſſimis enervatus doloribus obiit.

Secto cadavere inveni 1°. Pulmonum in utroque larere cum coſtis coalitum. 2. Calcu novem in cyſti fellea totam occupantes capſulam, coloris & odoris fellci, leviſſimi tam ponderis. 3. In uretere ſiniſtro, mox ſub pelvi, calculus aderar alius, magnirudine amyg li dulcis. 4. Veſica urinaria exhibuir calculum ſat grandem, ruffum, ſiliceum, pondere cias novem cum ℥j. 5. Ventriculus cum inteſtino tenui refertus erat liquore nigricante pioſo, acidum ſpirantc, & pelvim inſtar aquæ fortis erodente: Ipſa etiam urina, excremen alvina, ſaliva anhelituſque acidiſſimum ſpirabanr, ex abundanti & p. n. acido ventric infelici calculorum coagulationc. *D. Ehrenſ.* Hagendorn *Med. Gorlic. in Miſcellan. curi anni.* 1676. *Obſervat.* 243.

§. 11. Famoſus quidam circulator calculoſum perempſit, Hic portexit miſero vale tiſſima diuretica, quæ moverunr lotia fæculentiſſima: quia viſcoſam & lubricam pit tam, quæ erant tanquam calculi pulvinar, à calculo ſeparavit: Illico melius habuit, pu batque jam eſſe liberatus & circulatorem laudibus ad ſydera attollebat: Verum pauc poſt dies calculus nudus & aſper cœpit paulatim exedete & terebrare veſicæ parietes, doloribus quos ante nunquam fuit cxpertus vexari: mox facto ulcere, eoque gangr noſo (ut vidimus poſt ſectum cadaver) tot pœnis lacerabatur, ut ante nunquam videri mortem violenram magis trucem. *Sanctorius Meth. vit. Err. lib.* 13. *cap.* 4.

SCHOLIA.

V*Alentiſſima diuretica*] Qui utuntur in calculoſis diureticis calidis, errant 1°. quia ea ſecum ferunt excrementa & aperiunt meatus: 2°. lapidem denudant, inæqualem & aſpetum redduut: Lapis dum creſcit, quia augetur juxta poſitione, non æqualiter & ſecundum omnes partes creſcit: verum quia renes aut veſica aſperitate læderentur, natura ſag cum mucoſa & lubtica pituita induit, ne partem ventem vellicaret: diuretica magnum afferunt det mentum, quia calculum circumventum viſcoſa pitu ta denudant, qui ob aſperitates adeo pungit, ut p breve deinde ſpatium ulcus exitioſum efficiat. *Ide*

§. 12. Filium Principis Condæi, ex calculo laborantem, periclitator quidam medic mentis curarutum promiſit: Sed cum *Cardinalis à Borbonio* in Nepote periculum fieri r cuſaſſet, adductus eſt puer decem annorum calculoſus, cui periclirator remedium exb buit, breviterque ventriculo & veſica exulceratis obiit. *Duretus comm. in* Holler. *Prax. l.* 1. *c.* 4

§. 3. Dom. Reboulet, Juriſconſultus Valentinus, diu gtavi Iſchuria vexatus, multis irr tis remediis, tandem fama mei nominis inductus me accerſendum curavit: Valentia ubi appuliſſem, per horæ ſpatium cum eo colloquutus, quo morbi idea mihi innoteſcere Quæſii quæ cauſa eſſet anxierudinis à me obſervatæ? reſpondit perpetuis ſe lancination bus circa internum veſicæ oſtium affici, ad extremum uſque penem diffuſis, adeo ut a crebram mictionem ſollicitaretur: Ad hæc repoſui mali cauſam pendere à lapide in veſi ca latirante, cujus præſentiæ omnia adeſſent indicia: Quò vero major certitudo accede ret, rogavi cathetcris explorationem admittere vellet: qua conceſſa, obvium habui ca culum, quem ex renixu deprehendi & ſono edito, ab ipſo ægto agnito: Cùm quærere quo præſidio poſſet malum depelli? Reſpondi unicum eſſe poſitum in lithotomia, pericul certe non experte, quod ſeptuageſimum attigiſſet annum, ab ipſo tamen reſpui non de bere, vegeto quippe adhuc & valido, faveretque verna tempeſtas: ac ſatius eſſe reme dium experiri quam tot cruciatibus & crebris ſubjici: Cùm vero regereret ſe calculo ve ſicæ non laborare morbum vero pendere à carunculis collum veſicæ obſidentibus, Aſſe rui falli eos qui ea in opinione verſarentur, atque his rationibus erroris convici, Sçias

Domine,

Domine, inquam, veſicæ calculum & caruncùlas in eo convenire, quod ab utriſque urinæ ſuppreſſio contingat ſequaturque dolor, ſed diverſimode: Lapidis veſicam obſidentis indicia hæc ſunt, quod ægri crebro & cum dolore urinam emittunt, cujus curſus quandoque intercipitur; penis extremum rubet & phlogoſi afficitur, in perinæo & hypogaſtrio pondus percipitur, urinæ lacteæ ſunt & crudæ, arenas aliquando excernunt, calculos, phlegmata viſcida, & ab exonerata veſica peius habent, quia ab excremento conſueto liberata conſtringitur, & parte interiore verſus calculum cogitur, unde dolores intenſi circa cervicis collum internum excitantur, ad extremum uſque penem exporrecti, imo crebro ad deſidendum ægrum urgent, compatiente utroque ſphinctere muſculo: Hæc omnia inte, Domine, concurrunt, unde certo auſim aſſerere, addito catheteris teſtimonio, veſicæ te calculo laborare: Contra, quibus moleſtæ ſunt carunculæ, lotium ſubtile & tenue exit, ac quaſi bifurcatum, diu moratur in exitu, comite dolore, eo emiſſo deſinente; Cathetere præterea dignoſcitur, qui vix in veſicam inducitur, illum autem non ægrè admiſiſti: Sic ſectione ab eo admiſſa, lapidem eduxi ovum gallinę maximum æquantem, cui carnis putridæ lobus ſat magnus adnexus erat: Tantus utique fœtor inerat, ut aſſidentes ſudariolis naribus admotis ſecedere neceſſe habuerint: Biduo aut triduo poſt extractum lapidem, vulneri magnus acceſſit nigror, ſuberis inſtar arido: Cum nigredo ad interiora veſicæ uſque pertingeret, ac excrementa illinc prodeuntia eximio fœtore omnes à cubiculo arcerent, æger propterea ſummam debilitatem contraxit, accedente perpetuo ſingultu à manantibus putridis & inquinatis vaporibus è veſica ad cor & ventriculum: Quò progreſſum inhiberem, cardiacis plurimis eum reſtauravi; in veſicam decoctum rutæ, abſynthii, radic. ſcordii & ariſtolochiæ, aloës, myrrhæ, aluminis rupei, vitrioli, in aceto, vini ſpiritu & aqua communi factum, per ſiphonem infundi: Exterius admovi ſimili vi prædita remedia, non omiſſo penicillorum uſu, unguento Ægyptiaco delibutorum, & additis ſuffumigiis, ex rebus aromatica vi pollentibus, ad correctionem aëris ſumme inquinati: Exacto vicendio, vitii manifeſtam emendationem obſervare mihi licuit, tum dimiſſis remediis generoſioribus ad mitiora & familiaria tranſii, inquorum uſu pertexi juxta methodum ad xl. uſque diem, quo tempore cicatrice omnino obductum fuit perinæum, convaluitque æger nulla ſuperſtite ægritudine, urinis tamen fœtoris non omnino expertibus.

Ex ſuperioribus conſtat quanta cum difficultate morbi idea innotuerit, quæ exinde orta eſt, 1°. ob præpoſterum judicium ex catheteris introductione, quæ dexteritatis non parum requirit, χειρεξιβίlω & judicii ſoliditatem: 2°. Ratione ægritudinum συμπλοκῆς; ſæpius enim evenit ut attritu calculi ulcus inducatur veſicæ cervici, unde hæmorrhagiæ acceſſio: ad ejuſmodi exulcerationes ſequuntur hyperſarcoſes, à quibus diagnoſis & θέραπεις pervertitur & aliud pro alio ſubſtituitur: 3°. Hinc manifeſtum fit quantùm ab invicem diſcrepent Dialecticorum & ægrorum ratiocinia: Ex eorum decreto concluſio deteriorem partem ſemper ſequitur: Hi ratiocinii faventiorem partem amplectuntur, ideóque quod moleſtum eſt reſpuunt, demumque devicti & ſuperati manus dant, tunc ſcilicet cùm vires concidunt, ac proinde ubi operatio maxime anceps. *Ioſephus Covilliardus Obſervationum Iatro Chirurgicarum. Gallicè editarum. Obſerv.* 1.

§. 14. Juvenis annorum xx. in bello ictus à globulo ſclopetario ad coccygem parte dextra, cum aliqua oſſis ipſius fractura, curatus utcunque fuit, & cicatrix admodum cava ibidem relicta: Interim prædicto globulo in corpore deliteſcente, (nec enim in ictu pervaſerat, nec ulla ipſius in curando vulnere cura habita eſt) homo hic totos annos xv. citra ullum, quod perſentiret incommodum, trivit: his elapſis de dyſuria, doloreque non exiguo ad veſicam conqueri cœpit, adeoque ſymptomata hæc in dies aucta, ut tandem lotii reddendi beneficio privatus, ad dies pluſculos, affectu ſcil. remediis omnibus obſiſtente, morti quam proximus fuerit, quum opportuna Chirurgi ope, calculum è veſicæ collo, quem ibi cathetere immiſſo non exiguum deprehendit, removentis ac detrudentis, permagnam urinæ copiam æger excrevit, qua magnopere levatus, ita denuo commodum ſatis ad alios annos xv. vitam traduxit: at vero anno ſuperiori à recurrentibus ibidem, & in regione renum doloribus intenſiſſimis, cum æſtu vehementi, in intima pubis ac perinæi regione; nec-non à febre continua divexatus obiit.

Ejus adaperto cadavere calculus in veſica ovi molem adæquans repertus eſt, quò propter inſolitum ejus pondus confracto, globulus ille plumbeus, avellanæ magitudine apparuit in medio, circa quem longo temporis decurſu ſabuloſa materia, partim in veſica genita, partim à renibus eò delapſa ſenſim accreverat, eo uſque ut tandem mole ſua homini illi intolerabilis evaſerit; quin imo internæ externæque ad veſicam partes una ejus portione livebant, & ipſe jam per annos aliquot graviter in ea regione ſolebat affici ubi diutius paulo ambulaſſet, qua-

quapropter etiam domi fere continebat: Porro tam firmiter globulo adhærebat topha illa materia,ut vix inde tota eximi potuerit, cujus velut agglutinationis initium inde quod prædictus globulus in vulnere faciendo ad os illidens eminentiam ac inæqualitai receperat: *Ex Obſervat. Pauli Offredi Medici Genevenſis.*

§. 15. Oſtendit mihi vir ſummus Dom. *Ioh. Gaſpar Bauhinus*, calculum veſicæ, quem vo hujus urbis cive, homine robuſto,& quadragenario ante aliquot annos fruſtra extral conatus eſt exercitatiſſimus lithotomus, quia calculus veſicæ lateribus firmiter adhær omnem artificis operam eluſit: donec tandem ſupervenientibus acerbiſſimis ſymptom bus ipſaque morte è cadavere erutus eſt:In hoc calculo conſpicitur globulus plumbeus q lem capere ſolent bombardæ minores: hic globulus adeo firmiter calculoſæ ſubſtantiæ hæret ut plane immobilis appareat: Erat autem & ab ea parte, qua jam conſpicitur, lam tartareis tectus,quas lithotomus effregit dum calculum forcipe apprehendit,pondus cal li ſunt unciæ duæ & ſcrup. ij. Quomodo verò globulus ſeroſum hoc hoſpitium adeptus plurimi mirantur, & merito,neque enim in membranoſa veſicæ ſubſtantia aliquod appai vulneris aut cicatricis veſtigium: Quia tamen in inguine cadaveris cicatriculam ſpectato advertetunt, homo quoque iſte dum in juventute Martem ſequutus eſt, ſe circa illam reg nem globo aliquando læſum fuiſſe, attamen globum evanuiſſe amicis ſuis narrare ſolitus nullus dubito quin eo tempore globulus circa carnoſam veſicæ partem, veſicam lotio p nam intrarit, ibique per xx. annos permanens, tartareæ ſubſtantiæ ſe inſinuarit, veſicæ cum inguinum vulnere ſanato. *Ex Obſervat. G. Segeri Medici Thorunenſis.*

SCHOLIA.

In hoc calculo conſpicitur globulus plumbeus] Non minus ſuſpicienda hiſtoria à *Matthæo* obſerv.med. c. 1. allata, Clauſtrarius (*inquit*) juvenis ingenti calculi dolore victus ſibi ipſi manus injecit, veſicam amplo vulnere diſſecans, calculum manibus exemptum in terram projecit; qui ovi magnitudinem æquans, & malleolo confractus, in medietate claviculam tenaciſſime impactam exhibuit: Senter fuit Medicorum, cum juvenis clauſtrarius fuiſ claviculam aliquando per imprudentiam deglutii Hinc patet meatus in viventibus corporibus lor patentiores eſſe quam in mortuis, alioquin impoſſibile fuiſſet claviculam tot anguſtias penetraſſe.

§. 16. Anno 1614. Matrona Medici & filia& conjux, in Spa conceſſit, ſolitas ſibi aqu (erat enim nephritica) potatura: Dederat ipſi diſcedens maritus duo pharmaca, aquis, aliis annis fecerat, præmittenda: quæ ipſa, ut erat ab iis alienior,pauperibus elargita, n purgato corpore, aquas hauſit,atq; omni aurora minimum clxxx. uncias bibebat,quod ſa in tam delicato & caſtigatiſſimo; ut erat, ventre,multis unciis, imo dimidia parte juſtam bitamque ipſi ſuperabat quantitatem: Quia tamen renali,quem ſenſerat, dolore levabat avidiſſimè potationi inſiſtebat ad dies xl. Non diu poſt aquas, dixit,dolorem renes oce pare ſolitum, ad imum veutrem deſcendiſſe: Cùm omnia interiora recuſaret remed fruſtra fotu litibuſque uſa, dies xiv. febri continua laboravit, quo tempore ſcilicet, (ut p ſtea ſectio docuit) pus conficiebatur iu apoſtemate, quod calculus duriſſimus à rene in ur teris finem delatus, quo loco in veſicam ſe exonerat, excitaverat: febre continua, dolo bus,pure ſcil.jam facto,ceſſantibus,ipſa atrophia maraſmoque conſumpta 12.Maii anno 16 tumulo illata eſt, xxv. ætatis anno vix expleto: Sine dubio, ſi vel acidis abſtinuiſſet, vele præparato, ut juſſa erat, corpore, hauſiſſet, diutius victura: Omnes enim qui ſectioni i tererant Medici, omnia viſcera ſaniſſima & longiori vitæ ſuffectura judicabant. *Henr. Heer. Obſervat. Medic. cap. 1.*

Observatio V.

Hypogaſtrii dolor ob Veſicam Calculum continentem, cum Uteri inſigni obſtructione.

Nobilis quædam fœmina,formæ corporiſque conſtitutione ac temperamento ſatis la dabilis, annorum 41. ante annos tres cum dimidio filiam enixa eſt: ab illo tempo per viciſſitudines dolores ſenſit Nephriticos, qui tamen adhibitis quibuſdam medicame tis remiſerunt: anno dein elapſo febri maligna petechiali laboravit lethaliter, qua felicit curata, Brevi poſt tempore non ſolum priores dolores nephriticos magis magiſque recr deſcere, ſed etiam deſcendentes quaſi gravativos & lancinantes in inguine animadvert quoniam vero illi adhuc erant tolerabiles, patiens eos floccipendit, nec ad illos exstirpa dos efflagitavit conſilium, donec circiter ante ſeſquiannum, malo in dies creſcente, gr vitatem circa pubem aſſiduam, ſæpiuſque involuntariam mictionem, urinas ardentes purulentas, tumorem à pudendo ad exitum veſicæ, deſidendique deſiderium, & al ſymptomata atrociora dolotibus præteritis ſentiens, Obſtetrici peritæ ſe commiſit, qu affectu

affectum hunc pro uteri prolapſu recognovit, hac præprimis de cauſa, quia vaginam uteri adeo impleram & farctam deprehendit, ut ne digiti quidem immiſſio, multo minus mariti congreſſus admitti poterat; menſibus nihilominus ſemper ſtato tempore, etiam ſolita quantitate fluentibus: propterea obſtetrix variis remediis, præprimis beneficio annuli uterum in locum reponere tentavit, doloribus nihilominus & reliquis ſymptomatis ingraveſcentibus: veritaque ægra genitalium inflammationem, me tandem in conſilium vocavit: ubi omnibus circumſtantiis probe conſideratis, hoc malum principaliter procalculo veſicæ judicavi & incurabile æſtimavi; propterea quoniam calculus, præmiſſa per catheterem exploratione, tantæ magnitudinis obſervatus fuit, ut accitus lithotomus ſine ſummo vitæ periculo eum extrahere non auderet: Idem judicarunt alii Medici in conſilium adſciti; ac licet communi conſilio multa, eaque generoſa adhibita fuerint & exhibita medicamenta, nullum tamen horum tantæ fuit efficaciæ quod ex cymba Charontis Ægram extrahere potuerit, ſed creſcentibus in dies doloribus & decreſcentibus viribus, ſupervenientibus creberrimis vomitibus, die 1. Februarii anni 1670. ſecundum præſagia mare mortuum pernavigare coacta fuit.

Exenteratione facta, viſcera principaliora fere omnia bene & naturaliter conſtituta deprehendebantur, Ventriculus autem plane vacuus & tabefactus: Inteſtina contra, præſertim jejunum, flatibus diſtenta, & partim flava, partim & plane ſuggillata & quaſi inflammata: Renes cum ureteribus uſque ad veſicam purredine erant corrupti, humore glauco fœtidiſſimo, ſabuloque albo infarcti, dextrorſum tamen magis quam ſiniſtrorſum: In veſica nulla urina, ſed tantum paucus albus mucor: in hujus autem collo magnus & durus lapis, duas medicinales pendens uncias inveniebatur: Uterus ſolito grandior, tanquam pugnus bene magnus & ſat durus, quod anſam dedit ut aperiremus: Illum totum quantum alba, compacta, dura viſcidiſſima materia impletum reperimus, ut plane nulla cavitas amplius videri liceret, quæ ſubſtantia non ſolum uterum totum occupabat, ſed & majorem partem vaginæ uteri, cujus lateribus adeo firmiter adhærebant ut citra lacerationem vix ſeparari poſſent: hinc obſtetrici vitio non eſt vertendum quod hunc affectum pro procidentia uteri habuerit: Reliquæ pudendi partes fere omnes erant penitus inflammatæ & exulceratæ. *Ex Obſervat. Gothofredi Thileſii Medici Vratiſlavienſis.*

Observatio VI.

Hypogaſtrii dolor ob veſicæ calculum cum exulceratione veſicæ, & ſitu uteri mutato. 1. *A calculo grandi cum veſicæ laceratione:* 2. *A veſicæ inflammatione & gangræna.* 3. *A pure incluſo inter utramque tunicam Veſicæ, interius foraminibus pertuſæ, exterius tuberculoſæ.* 4. *A ſcirrho totam veſicam implente.* 5.

§. 1. Uxor Aurifabri quinquagenaria, macra & fuſca, cætera ſana, plauſtro vehitur ad vineas, eodemque ex iis revehitur; acutiſſimos ſubito ſentit in abdomine & circa inguina dolores, defertur in lectum, nulla dolorum intermiſſio, per quatuor annos lecto affixa manet: excernit interea temporis per alvum, præcedentibus doloribus immaniſſimis, res varias, ut fila ſerica rubra, nigra, oſſicula varia, lapillos, ariſtas, ligna: Habetur pro incantata: ultimis ſeptimanis vocatur D. D. Eccardus Leichnerus, videt illa excreta: Suſpicatur præterea prolapſum uteri, applicat medicamenta, lenit dolores valde, ſed illis recrudeſcentibus, tandem illa Tabe conſumpta moritur.

Vocantur Chirurgi ad cadaveris ſectionem: nullus venit, abhorrent, metuunt infectionem, petunt pretium magnum: Tandem ego cadaver aperio, Primo ſtatim loco video os pubis valde protenſum & craſſum, ſubſtantia tophacea quaſi incruſtatum: Veſicam invenio ſphacelo correptam, nigram, conſtrictam & admodum duram, quæ aperta tota erat exulcerata, & continebat calculum ovi gallinacei magnitudine, rotundum, album & echinatum: Extra veſicam in urethra alium tango digitis calculum, qui exemtus ovo columbino erat paulo major, cætera priori ſimilis: Relicta veſica, me conferebam ad uterum, cujus ligamentum latum dextri lateris erat ruptum, adeoque uterus inclinabat valde, ſitu fere tranſverſo: In inteſtinis & ventriculo nihil inveniebam, nec ullum incantationis veſtigium: Quæſtio jam eſt an hæc fœmina fuerit incantata, & an calculus ab incantatione poſſit eſſe? Item unde hæc uteri ſubſidentia? *L. Auguſtinus Hermannus Med. Erfurtenſis in Miſcell. curioſis anni* 1671. *Obſervat.* 171.

§. 2. *I. Gulielmi* cum multis annis calculo laborans miſeram vitam traxiſſet randem mortuus eſt: Chirurgo corpus incidente, in veſica inventus eſt lapis ponderans ℥iij. & ʒß.

qui

qui cauſâ mortis fuit : Erat ſubrotundus, ovum magnitudine excedens : veſica quoque reperta fuit ulcerata ex colliſione lapidis tantæ molis : Renes quoque alterati & quaſi ulcerati ſpectabantur, potiſſimum verò ſiniſter. *P. Foreſtus obſerv. 24. lib. 25.*

§. 3. In Gangrænam male tractata inflammatio quandoque convertitur, vidimusque ſic affectam veſicam nigram penitus intrinſecus, Naſi piſcis inſtar, in mortuo Canonico fuiſſe. *Platerus Prax. lib. 2. cap. 13.*

SCHOLIA.

M*Ale tractata inflammatio*] Infrequens eſt veſicæ inflammatio ob ſubſtantiam ejus ſolidam & denſam : interdum tamen fieri ſolet licet exanguis & ſpermatica ſit, quia ſanguinem ad ſui nutritionem per arterias recipit, qui ſi nimia copia influat, & extra vaſa excidat, inflammatio accidere poteſt ſicut in aliis corporis partibus membraneis, ut pleura, meningibus &c. Cauſæ producentes, ex parte Naturalium, ſunt infirmitas congenita, ſubſtantiæ laxitas, fervor & calidiras nativa humores copioſe trahens ; ætas juvenilis fervida ; Ex parte non naturalium, faciunt Venus immodica, & quæ ſanguinem illuc alliciunt, quæque plethoram & cacochymiam bilioſam gignunt ; vix enim pituira & melancholia denſitatem partis ſubire poſſunt : Res præternaturales ſunt ictus aut vulnera veſicæ regioni inflicta ; compreſſio nimia aut contoſio, febres continuæ, impuritas vaſorum, vel aliquarum partium illuviem expurgantium per urinæ vias, ut in pleuritide, empyemate, lienis obſtructione, meſenterii infarctu &c. Ac denique ipſius partis affectus peculiares ad inflammationem in ea inducendam, ut Calculus, dolor vehemens à quacunque cauſa excitatus, exulceratio, urinæ ardor vel ſuppreſſio & ſimilia. Signa ſunt dolor pubis regionem occupans & perinæum, in quibus partibus etiam calor, & interdum rubor apparet : Ardor urinæ perpetuus eſt, ſed illa etiam ſupprimitur, adſtricto veſicæ ductu à tumore partis : Rectum inteſtinum viciniæ lege condolet, unde ardens teneſmus : alvus aliquando adſtringitur, compreſſo à veſica inflammata inteſtino : Aſſident febris, vigiliæ, delirium, ſitis & alia.

§. 4. Generoſus Vir, ex familia Franciſci & Henrici Franciæ Regum, cum 18. annis venereo profluvio laboraſſet, increſcente in dies malo, atque unà ſymptomatum ſævitia, nec ullum ex medicamentorum preſcriptorum uſu fructum conſequeretur, ad fontem proficiſcitur, haud procul à Leodio, qui creditur eſſe quem *Plinius* lib. 31. cap. 11, in Tungris eſſe ſcribit : Hoc ubi aliquot dies uſus eſſet, dolores valde remiſſi ſunt, ita ut ſuavius illic quàm alibi multis annis vixerit : Fontis ſiquidem hujus ea propria ac ſingularis eſt facultas, ut veſicæ renumque dolores ſopiat ac leniat ; morbos tamen harum partium raro perſanet : Ventriculum debilem idem roborat : ciborum languentem appetentiam excitat, hydropicis, præſertim leucophlegmaticis, ſubinde ſanitatem revocat ; Poſſemus nonnullos referre graviſſimis renum ac veſicæ doloribus miſere afflictos, qui interea dum hunc biberent à doloribus liberi viſi ſunt, non tamen idcirco ſanitati reſtituti : Prætermiſſa ſiquidem hujus potione etiam acerbius quandoque doloribus pejus habuerunt : Veluti huic generoſo contigit Viro, qui interea dum aquam fontis biberet melius habere videbatur, Sed illinc reverſus, mox omnino pejus, ubi ingraveſcentibus omnibus doloribus, vitam cum morte committavit.

Diſſecto ac aperto hujus corpore, repertus eſt Ren uterque major quàm ſecundum naturam, durus, concreti ac indurati puris colorem ac ſimilitudinem referens : Ureteræ ambæ interius ulceratæ, veſica plane rigida nec extendi nec contrahi potuit : hujus una membrana ab altera divulſa, copioſo intermedio pure : In exteriore tubercula quædam livida apparebant, interior multis foraminibus pertuſa. *Dodonæus obſerv. med.* 41

SCHOLIA.

H*Inc colligit Henr. ab Heer* l. de Acidulis Spadanis cap. 9. motam in iis eſſe neceſſariam, & quod ſæpe multis dixit, toto ibi anno vivendum iis qui à diuturnis & pertinacibus malis liberari cupiunt : Plurimos ad ſuos irrito eventu redire, immerito de Medicis queſtos, aquarum impotentiam arguentes, quia 30. vel 40. die non perſanantur : Aſſerit vero aliquos, qui totos tres quatuorvè annos aſſidui in Spa manſerunt, ab ulceribus iſtis calculoque & hydrope perſanatos vidiſſe.

§. 5. Dom. *Coſmus Slotanus* Illuſtr. Ducis Juliacenſium &c. Medicus Chirurgus, mihi retulit ſe Coloniæ virum quendam Nobilem curandum habuiſſe, in quo omnia Calculi ſigna adfuerunt, niſi quod cum *cathetere immiſſo* nihil calculoſi deprehendi potuit : Cum tamen tandem obiiſſet, ſcirrhum, ſive tumorem durum in veſica inventum fuiſſe, qui adeo creverat ut totam veſicam impleret, vixque ſpatium quod urina, ubi in veſicam influit, permeare poſſet, reliquiſſet. *Fabritius Hildanus de Lithotomia veſicæ.*

SCHOLIA.

C*Athetere immiſſo*] Nam ante omnia an calculus adſit explorandum, neque temerarii & audaces quidam Empirici imitandi, qui levi aliqua calculi ſuſpicione inducti, illico & citra ulteriorem inquiſitionem coltrum adhibent : Externis igitur ſignis, ſicuti etiam explorationi digito in anum immiſſo, ſimpliciter & per ſe fidendum non eſt ; aliquando enim in diſſectione cadaverum obſervavi, quod duri tumores ac ſcirrhi, qui ægro adhuc vivo exiſtente, per anum tam duri, ac ſi calculi fuiſſent,

 palpari

palpari potuerunt, inventi fuerunt: Imo, quod magis eſt, tumores iſti duri circa collum veſicæ, eadem fere ſymptomata ac ſi calculus aliquis adfuiſſet, excitarunt; Quod autem ejuſmodi tumores inciſione citra mortis periculum non poſſint eximi, inde manifeſtum fit, quod illi, ut ipſe evidenter vidi, adeo firmiter ac tenaciter veſicæ & ipſius collo adnati fuerint, ac ſi unum cum veſica corpus conſtituiſſent; Exploratio igitur cum inſtrumento facta ad indagandum & diſcernendum calculum, a duris iſtis tumoribus in veſica natis, omnium optima ac certiſſima eſt: *Idem ibidem cap.* 8.

Observatio VII.

Hypogaſtrii dolor à calculis latentibus in veſicæ ſinubus & cuniculis. 1. 4. *A calculo levi muco obducto, catheteris attactum eludente.* 2. 3. *Calculus veſicæ magnus nullis ſignis ſe prodens.* 5. 6. 7.

§. 1. J. De With, Senator Amſterodamenſis, enecatus à calculo, & ſectus deinde à Chirurgo, habuit in veſica ſua 39. calculos, figura ac magnitudine ut diſpares inter ſe, ſic forma, glabritie ac lævitate adeo invicem ſimiles, & tam prope convenientes cum lapide bezoartico, quem fert India Orientalis, ut facile vel oculatiſſimo impoſuiſſent aromatario: Latitabat autem unusquisque involutus proprio receptaculo, & quidem tam tecte, ut circa initium crediderit Chirurgus nihil Calculorum illic detineri: Cujuſmodi cavernoſis cuniculis teſtantur *Brovardus* & *Raphael Thorius*, inhæſiſſe utique innumeros calculos in rugoſa *Iſaaci Cauſaboni* veſica: ſed *non in ſacculo* illi ſubtus adhærente, quem aſſerunt uno ore fuiſſe ſine calculo, licet ſecus videatur indicare *Ioh. Riolanus. Nicolaus Tulpius obſerv. lib.3. cap.4.*

S C H O L I A.

N*On in ſacculo*] *Joh. Riolanus* Antrop. lib. 2. cap. 26. *ait* Hominis veſicam intus ſaccum ſive foveam habere, extra capacitatem inferne protuberantem, in qua ſæpe grandiores lapides nidulantur & latitant, qui immiſſo cathetere detegi ac deprehendi non poſſunt: Hic ſaccus forte fuit receptaculum calculi in eo cui veſica in ſcrotum procubuerat, *Vide* §. *cap.* 16.

§. 2. Ad indagandum in veſica hoſpitantem calcuſum, exploratio ope catheteris facta Chirurgis conſueta ut plurimum eſſe ſolet: Verum expectationi non ſemper eam reſpondere anno 1669. in Mercatore quodam noſtrate obſervavi, quem alere inibi hoſpitem talem ex ſignis debite invicem collatis indubie judicavi: Pro confirmanda mea opinione curaveram ut lithotomus, in arte ſua apprime verſatus, catheterem virgæ canali immitteret, ut exploraret rei certitudinem; id quod factum quidem, aſt omnem licet induſtriam & laborem adhiberet, calculum tamen obſervare aut deprehendere nullum poterat: hinc immunem eſſe ægrum ab iſto tortore contra Me pronuntiare non eſt veritus:

Verum ægroto Apoplexia poſtea ſublato, conceſſaque ab uxore in rei veritatem per ſectionem inquirendi poteſtate, calculus amygdalum, oſſeo ſuo tegumento adhuc veſtitum, forma & magnitudine ſatis exactè referens, una cum aliis duobus piſum majus mole æquantibus, à præfato lithotomo ſectionem adminiſtrante eductus, vera me dixiſſe abunde docuit: Cauſa ob quam deprehendi ab exploratoris manu is haud poterat, in ejus ex una parte planitiem (altera gibboſa exiſtente) & lævitatem, muco obductam, mihi conjicienda videbatur, ob quam catheter calculum mox tranſiens, nec in eum impellens artificis manum & mentem facile fefellit: *Ex benevola & amica communicatione Excellent. & Clariſs. D. D. Luca Schroëckii, Senioris, Phyſici Auguſtani.*

§. 3. Quidam Lithotomus jactitabat ſi calculus in veſica reſideret, & vel piſi magnitudinem vix excederet, ſe cathetere immiſſo ipſum deprehenſurum, Sed ille ſeipſum & duos alios Medicos fefellit, Cum enim quidam juvenis Patritius chronico dolore veſicæ infeſtatus ſe illi explorandum commiſiſſet, negavit calculi præſentiam: Exin conſilio Medicorum, qui illi à veritatis orbita multum deflectenti fidem accomodantes, rati dolorem illum à frigida veſicæ dyſcraſia & materia phlegmatica concitari, in thermas Ferinas fuit ablegatus, ſed ſpe inani.

Etenim æger ille, poſt aliquot dierum moram convulſionibus Epilepticis eſt correptus & à morte arreptus: Eo defuncto & cadavere reſerato, in veſica grandior calculus oblongus ℥ij. fuit repertus. *Thonerus.*

§. 4. Vir Nobilis Dom. *Ioh. Iacobus Favre*, Senator Genevenſis, in pueritia Calculi veſicæ expreſſa habuit ſigna: Ea de cauſa conſilium Excellent. & Experimentiſſimi Domini de *Mayerne* expetitur, qui multa præſidia præſcripſit, quorum ope moleſtiæ omnes deſierunt, adeo ut eorum efficaciæ adſcripta ſit morbi liberatio: Tandem Viri Nobiliſs. circa annum ætatis 35. hydrope pectoris aliisque affectibus, diuturnoque languore extincti cadaver cum cultro anatomico exponeretur, Veſica quoque urinaria explorata fuit, in

cujus

cujus ſinu, ad latera efformato, calculus inſignis deprehenſus, quem impune per plures annos geſtavit.

SCHOLIA.

DIcunt quidam adeſſe pondus in imo ventre, cum veſica calculo obſidetur, quia ſua gravitate eam contrahit: Id tamen non ſemper accidit: Obſervavi enim plures calculoſos, qui ſe nunquam tale pondus advertiſſe aſſerebant, quod accidit, non quia lapis non gravitet, ſed quia cum paulatim creſcat, illius geſtationi natura aſſueſcit, & ideo pondus non ſentit, quem ſentiret utique ſi immediate lapis in veſica, cum magnus eſt, poneretur. *Sebaſt. Naſius meth. med. parte 2. pag. 293.*

§. 5. *Ogerus*, Medicus Leodienſis, octogenario multo major, ſolidæ doctrinæ & experientiæ vir, nunquam de calculo veſicæ conqueſtus, in veſica habuit Calculum ovo anſetis majorem, omni ſilice duriorem, *Heer Obſervat. 26.*

SCHOLIA.

NOn ignorandum ſæpenumero calculum, copioſa in primis pituita obductum, non quo tempore primum coaleſcit, ſed nonniſi grandiorem jam factum excruciare patiente: Quod obſervatum à me eſt in quodam noſtro Nobili, qui ne vel leviſſima quidem prius veſicæ moleſtia affectus, ex equi citatiori curſu ſanguinem cum lotio cœpit effundere, ac frequenti deinceps meiendi voluntate, non abſque cruciatu, ſollicitari: tertio autem poſt menſe inſtituta ſectione, quod conſtanti ſententia calculum adeſſe pronuntiarem, duo mole ovi gallinacei me judicio falſum non fuiſſe prodiderunt.

Ben. Silvaticus cent. 3. conſil. 58.

§. 6. Recordor me Camillum fratrem Ill. Cardinalis Paleotti ſæpe conſueviſſe omni fere calculi ſigno carere; Cùm tamen is alia ægritudine præventus tandem conciderit, lapidem diu geſtaſſe compertum fuerit. *Hier. Mercurialis Epiſt. ad Zecchium in hujus conſult. 18.*

§. 7. Si lapis eſt major quam per pudendi viam valeat penetrare, accidentia ſequuntur aut lapidis figuram, aut magnitudinem, Nam pondus leviſſima ſæpe accidentia tulit; in quibuſdam enim eſt rotundus & levis, qui narat in urina, de quo miram hiſtoriam habet *Caldera* Tribun. Medici p. 223. Illuſt. *ait* P. de Caſtro Hiſpalenſis per annos 90. integra valetudine vixit, poſtea feliciter obiit præ caloris vivifici inopia: Hic neque de urinæ ſuppreſſione, nec dolore unquam queri auditus eſt: Poſt obitum in veſicæ alveo tres ſunt inventi lapides, alter ovi columbæ ſimilis, minor alter, tertius pineæ fructum magnitudine æquabat: ſed ita quisque levis, tota ſuperficie æqualis, ut licet veſicæ parietibus allideret, dolorem non inferret. Hinc conſtat læves lapides & æquales, citra dyſuriam, citra dolorem poſſe in veſica deliteſcere.

OBSERVATIO VIII.

Calculos in veſica citra arenarum mictum contineri αὐτοψίᾳ comprobatur.

§. 1. HOc muliplici experientia confirmatus affirmare audeo, eos qui arenas excernere conſueverunt, antequam coirent in calculum, mox eo correptos, vix aut parum arenarum egerere, quod & *Avicenna* adſtruit: Notavit idem *Mercurialis* comm. in aph. *Sæpe uſu venit ut ubi lapis eſt in veſica, arena quæ antea ejiciebantur, non amplius compareant, ſc. iis ipſi lapidi adhæreſcentibus & conglutinatis:* Nam quotquot fere in renibus deſcendunt in veſicam, calculo ibidem jam formato, ut ejuſdem ſubſtantiæ, undiq; ſe applicant, urina paulatim ex attritu veſicæ lentorem quendam ſibi acquirente, quo arenæ retinentur & calculo affiguntur: Innumeris id demonſtrare poſſim calculis ſectione ablatis, quibus arenæ vel undique concrevere, vel certis locis, ut ſolent ſquammulæ in oſtreis & muſculis, accumulatæ eminerent, atque eo tempore quo coaluiſſent, & aucti fuiſſent, nihil unquam arenarum cum urina prodiiſſe obſervaveram: Quare miratus nuper fui, cum ego judicaſſem ex dolore, ſtranguria & urinis mucoſis calculum in veſica hærere, & quidem magnum, celebris nominis Medicum colata diligenter urina, cum nihil arenoſi ſe offerret, cauſam retuliſſe in falſos humores acrimonia ſua orificium veſicæ vellicantes, ſed hallucinatum fuiſſe αὐτοψίᾳ poſtea in diſſecta poſt obitum veſica comprobavit.

SCHOLIA.

CAlculi quamprimum extracti externum aërem excipiunt, duritiem quandam acquirunt: at dum adhuc in veſica continentur, molliores ſunt, inprimis externa ſuperficie, quare facile illis adhærent arenæ, ac proinde non excernuntur: Vidi non ſemel cum calculi, ſtatim à ſectione, mihi adſtanti adhuc calentes darentur, multum arenarum digitis adhæſiſſe, quamvis pueris ipſis arenæ nunquam in urina ſubſediſſent: Hinc apparet calculos arenoſos, neque perpetuo neque frequenter ſignum exhibere in urina arenis à corpore ſuo abraſis: Quod tamen neceſſe erat ſi arenæ in urina ſubſidentes habendæ ſint pro certo & pathognomico, quod quidam volunt, arenoſorum calculorum ſigno: Recte enim ſcripſit Medicorum Princeps, quandoque tantum à calculoſis excerni arenoſa; idque in duobus modo caſibus; ex attritu ſcilicet plurium calculorum, & quando arenæ præ pauca mora calculo non adhæreſcunt: *Beverovicius Exercitat. de Calculo p. m. 121.*

§. 2. Non ſequitur, non fundit ſabuloſa, igitur non laborat ex calculó, nam quibusdam lapilli ita tenacirer infixi ſunt renibus, ut nunquam *ſabuloſa projectent*: Aperui ante annos circiter 12. virginem, filiam Nobiliſs. *Narroiti*, cui innarus erat maximus calculus trium circiter unciarum pondere in veſica, ita ut non ſolum totam veſicam, ſed & unco ſuo incurvato ipſius veſicæ cervicem oppleret, Nec unquam ejus in urinis aliquod ſabuloſum indicium apparuerat; cum me, præter alios mulros Medicos, plus quam centies hoc anno in conſilium vocaſſent, ac urinas perperuo, adſtantibus ſæpe & aliis Medicis, inſpexiſſem: Frequenter tamen diro cum cruciaru putris quædam pituita puri ſimillima per urinas prodibat: *Cornelius à Sommeren ad I. Beverovitium in hujus Spicil. de Calculo.*

SCHOLIA.

N*Unquam ſabuloſa projectent.*] Arenulæ cum urina emiſſæ calculum concretum, aut confirmatum lapidem in renibus non hærere, aut veſica, non ſolum non indicant, ſed nequidem diatheſin, aut diſpoſitionem ad calculi generationem ſæpe demonſtrant; at ſæpiſſime malum in hepate & venis ſubeſſe ſignificant: Eas cum doctiſſimo *Hollerio* ſic diſtingues, Quæ propret ſanguinis, *ait*, in venis aduſtionem cum urina exeunt arenulæ, ſubtiliores eſſe ſolent, ratoque ſubſident, ſed ad matulæ urinariæ hærent latera: Tales ſæpe per ardentes febtes per utinas redduntur, interdum etiam ſanitatis tempore, in quibus ſcilicet calor hepatis eſt ferventior: Ideo urinæ ægrorum lapide laborantium albæ ac aqueæ apparent, quia obſtructis renibus ab humore craſſo, renaci, lento ac viſcido, veluti per tenue aliquod cribrum effluunt; aut ſane quia veſica, calculi frigiditate læſa, urinam neque concoquit, neque renes trahendo expurgar: Inſuper, dixit Dictator ſummus, *ὑφίσαται*, hoc eſt *ſubſiſtunt*: nam gravia ſunt & majora hæc ſabuloſa, quam arenulæ illæ quæ calore jecoris & venarum, ſanguinem exurente, una cum urinis profluunt, & lateribus matulæ adhærent, nec digitorum atttitu eam aſpredinem & gravitatem præ ſe ferunt, qualem proferunt ſabuloſa ex renibus aut veſica protruſa. *Idem ibidem*: De *διαγνώσει* harum arenularum vide *Riverium*.

Putris quædam pituita &c.] Eſt Calculus glutinoſi & lenti craſſique humoris lapidoſa coagmentatio, quæ focum & in rene & in veſica obtinet: Si ergo crebro æger cum ſumma difficultare, & quidem in fine mictionis cogitur reddere urinas; urina vero hæc ubi lactea ſeu alba apparet, crebroque diverſis coloribus variegata: ſique accedant congeſtionis ac conglutinationis cauſæ, partiumque circumvicinarum pondus, ſique in medio profluxu intercipiatur, ac mucus ſeu gluten urinæ innatet, guttaque ſanguinis aliquando in fine mictionis profluat, Calculus veſicæ in vitio eſt. *Idem ibidem.*

APPENDIX.

Glutinoſum aliquid ad Calculi generationem requiri oſtenditur phænomeno.

H*Ippocrates* ad Calculi generationem, præter copiam terreſtris materiæ & ſalis ſoluti, à plurimis aſſignatam, glutinoſum quippiam, in Theophorbi puero ab ipſo obſervatum, deſiderat Epid. 5. *Galenus* aliquid è craſſioribus ſuccis renis cavo tenacius impactum, Epid. 6. comm. 1. tit. 6. *Rodericus* Caſtrenſis ex *Paracelſo*, mucilaginem tartaream, viſcidum quidem illud & glutinoſum arenularum vinculum, quod in calculoſis & ipſe tu meeum aliiſque ſæpe vidiſti: Veſicæ vocas alimentum, at iſti materialem calculi cauſam: Ubi enim per ſe in aëre expoſitum una nocte, & quandoque citius, in arenoſam, friabilem, imo lapideam materiam concreſcere obſervatum eſt, & ego experimentum feci, Er novi Fœminam Nobiliſſimam Calculoſam, quæ ex tali mucilaginoſa materia, in ſua propria urina ſubſidente, pilulas concinnare propriis manibus ſolebat: eaſque per ſe in ſcatula reſervatas in calculos abire ſponte, edocuit & oſtentavit. *G. Harveius ad I. Beverovicium in hujus Spicilegio de calculo p. m.* 193.

OBSERVATIO IX.

Arenoſas urinas Calculi in veſica ſignum proprium non eſſe comprobat Anatomia lithiaſi laborantium.

MIratus nuper fui, cum ego indicaſſem ex dolore, ſtranguria & urinis mucoſis calculum in veſica hærere, & quidem magnum, celebris nominis Medicum, colata diligenter urina, cum nihil arenoſi ſe offerret, cauſam retuliſſe in ſalſos humores, acrimonia ſua orificium veſicæ vellicantes, ſed hallucinatum fuiſſe *αὐτοψία* poſtea in diſſecta poſt obitum veſica comprobavit. *I. Beverovicius exercit. de Calculo.*

SCHOLIA.

DUobus modis, ex *Hippocr.* doctrina, arenoſa emittuntur in calculoſis 1°. cum duo vel plutes calculi ex mutua colliſione comminuuntur: ita enim 4°. de morbis, *Cum concreverit calculus, & alte in veſica ſubſederit, ſeorſim ſeparata arena, cum calculus accedentem arenam non apprehenderit, ſed copioſior*

copioſior & gravior extiterit, adeo ut non invicem coagmentari queat, tum duo calculi gignuntur, aliquando & plures, quibus inter ſe fricatis & colliſis, concuſſu arenoſum comminuitur, & per urinam excernitur: Interdum autem ſi arena in veſicam deſcenderit, nec tamen cogatur aut coagmentetur. Sic & Avicenna l. 3. Fen. 19. tr. 1. c. 5. *Et accidit quandoque ut ſint in veſica una duo lapides & plures illos excoriantes, & multiplicatur arenoſa comminutio ex illis: Et eſt quandoque cum arenoſitate fæx furfurea, propter abraſiones ſuperficiei ejus à lapide aſpero.* 2°. Quando arenæ cum urina e renibus defluentes in veſicam, ex ea, antequam coire poſſint, cum calculo illic hærente expelluntur: E duabus *Hippocr.* conditionibus poſterior, ſi nempe è renibus in veſicam prolapſæ ſtatim excernantur, nullum dare poſſunt indicium veſicæ calculoſæ: Prior plurium tantum calculorum, qui ſe mutuo deterunt, ſignum præbet, at hoc rarum: Quo modo ergo Avicennæ certum & proprium calculoſæ veſicæ ſignum? Sæpius unus, rarius plures in veſica generantur, & ubi unus, unde tunc calculoſæ urinæ? Quidam dicunt urinam ſtringendo eas abradere, ſic certe aut urina id facere deberet, aut veſica, De molli & membranoſa veſica (quam calculus durior potius detereret) non eſt veriſimile: multo minus de urina tartareo humore imprægnata: Hoc multiplici experientia confirmatus affirmare audeo, eos qui arenas excernere conſueverint, antequam coirent in calculum, mox eo correptos, vix aut parum arenarum egerere: Notavit idem Mercurialis ad aphor. *Sæpe uſu venit ut ubi lapis eſt in veſica, arenæ quæ antea ejiciebantur non amplius compareant, ſcil. iis ipſi lapidi adhæreſcentibus & conglutinatis:* Nam quotquot fere è renibus deſcendunt in veſicam, calculo ibidem jam formato ut ejuſdem ſubſtantiæ undique ſe applicant, urina paulatim ex attritu veſicæ lentorem quendam ſibi acquirente, quo arenæ retinentur, & calculo affiguntur: Innumeris id demonſtrare poſſim calculis ſectione ablatis, quibus arenæ vel undique concrevere, vel certis locis, ut ſolent ſquammulæ in oſtreis & muſculis, accumulatæ eminerent, atque eo tempore quo coaluiſſent & aucti fuiſſent, nihil unquam arenarum cum urina prodiiſſe obſervaveram. Calculi quamprimum extracti externum aërem excipiunt, duritiem quandam acquirunt: at dum adhuc in veſica continentur, molliores ſunt, imprimis extrema ſuperficie, quare facile illis adhærent arenæ, ac proinde non excernuntur: Vidi non ſemel, cum calculi, ſtatim à ſectione, mihi adſtanti adhuc calentes darentur, multum arenarum digitis adhæſiſſe quamvis pueris ipſis arenæ nunquam in urina ſubſediſſent: Hinc apparet calculos arenoſos, neque perpetuo neque frequenter ſignum exhibere in urina arenis à corpore ſuo abraſis, quod tamen neceſſe erat, ſi arenæ in urina ſubſedentes habenda ſint pro certo & pathognomico arenoſorum calculorum ſigno: Recte enim ſcripſit Medicorum Princeps, quandoque tantum à calculoſis excerni arenoſa, idque in duobus modo caſibus, ex attritu ſcil plurium calculorum; & quando arenæ præ pauc. mora calculo non adhæreſcunt: Quis igitur ex eo quod quandoque tantum adeſt ſignum morbi petat demonſtrativum &c. 2. *Idem ibidem.*

Ex dolore, ſtranguri, urinis mucoſis &c.] Recte *Coelius Aurelianus* 1. de morb. int. c. 11. *Non ex uno vel duobus, ſed ex multis concurrentibus ſignificatio firmatur: Unum enim quiddam, ad aliud quiddum, commune eſt; At vero in unum convenient multorum concurſus diſcretionum facit intelligentiam prominere.* Fernelius *accuratiſſimus hæc ſigna recenſet*, Propria, *inquit*, calculi veſicæ ſigna hæc fere ſunt, vaga quædam & oberrans circa pubem & perinæum titillatio, ſiquidem exiguus is & levis etiamnum eſt: quum vero grandeſcit, incumbentis gravitatis pondus percipitur, ut idcirco difficilis & doloris plenus per ſalebroſa loca ſit inceſſus, multoque difficilior ſaltatio: Mictio crebreſcit adeo, ut & tandem aſſiduo meiendum ſit, vixque poſſit urina cohiberi: Quum meiendum eſt, urinæ fluor intercipitur, obviam quidem impulſo calculo, ſicque minime continuata ſed interciſa eſt emictio Ac tum dolor alias univerſum pudendi ductum alias glandem ſolam affligit, iſque acerrimus ſub emictionis finem: quum calculus urinæ curſu incitatus, quaſi proditurus, ſphincterem violentius comprimit: Meiendi conatum comitatur deſidendi cupiditas, quod calculi magnitudo è perinæo rectum inteſtinum, ut veſicæ cervicem extimulet: At vero nonnunquam ſummæ veſicæ adhærens calculus, & quaſi ex illa propendens, vix ullum ex his ſignis manifeſte exhibet, & viſi ſunt qui nullo dolore diu illum geſtaverint: Omnibus tamen hæc ſigna modo mitia ſunt & obſcura, modo ſæviora: Urina alba, craſſa & turbida redditur, quum grandior calculus jam diu eſt in veſica detentus, in qua ſedimentum purulentum eſt, aut narium mucori perſimile: Hactenus *Fernelius*, qui nullum de arenis verbum facit.

Observatio X.

Hypogaſtrii dolor à variis affectibus partium imi ventris inductus, A ſacco veſicæ urinariæ adnato. 1. A calculo in veſica fellis, Et plurimis ſub membrana Iecoris coercitis. 2. Ab inteſtini Coli ulcere & vermibus incluſis. 3. Ab Inteſtinis craſſis ſtercore duro refertis. 4. 6. Ob colon in ea regione putrefactum. 5. A parte Inteſtini cæco propinqua contracta. 7. Ab Epiploi, ad veſicam devoluti, apoſtemate. 8. A Liene illuc devoluto. 9. 10.

§. 1. ILluſt. Caſaubonus de pectinis dolore conqueſtus, in quo tandem Tumor apparere cœpit: Veſicæ corpus ad ſiniſtrum latus perforatum erat, hians in ſaccum ſive ἔκφυσιν veſicæ, vel adſcititiam veſicam, urina refertum. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 2. Deceſſit his diebus mulier Nobil. *Diamantes* nomine, dolore proſtrata Calculi. Sed cùm nullum antea ex eo percepiſſet nocumentam, viſum eſt Medicis cadaver incidere, & reperti ſunt lapides quamplurimi, Non quidem ullus in veſica ut putabatur, ſed præter unum qui in tunica fellis coloris atri & magnitudine caſtaneæ aridæ continebatur,

cæteri omnes in panniculo, quo contegitur Hepar, unde etiam veluti in folliculo dependuli, ſacculum effecerant, Hanc autem nos mortis cauſam rati, ſapientis viri conſilium eſſe duximus, nihil omnino de incertis & occultis morbis ſtatuere. *Benivenius de Abditis cap. 94.*

§. 4. Puella (*de qua tit. de affect. hyſtericis*) immanes in hypogaſtrio dolores patiebatur, cum tumoribus duris, nuces referentibus. Inteſtina craſſa livida & gangrænoſa apparuerunt, indurato ſtercore plena.

§. 5. Quidam incidit in dolorem ventris circa pubem: Inveni colon circa illum locum plane putrefactum. *Vide tit. de alvo adſtricta.*

§. 6. Juvenis mulier de alvi difficultate conquerebatur, & dolore Ilii ſiniſtri tenſivo gravique, ſentire enim ſe dicebat in illo loco pondus aliquod gravè: Illius colon repertum valde laxum ubi ventriculo annexum eſt; reliquis in locis, ad craſſum inteſtinum uſque, fæcibus craſſis durisque in globulos concretis infarctum. *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

§. 7. Quidam lapſus ex equo, exinde conqueſtus eſt de Inguinis dolore: Pars inteſtini, quæ Cœco inteſtino proxima eſt, mire contracta erat. *Vide tit. de Vomitu.*

§. 8. Lutetiæ in corpore publice ſecto, inventum fuit in Epiploi, ad veſicam uſque pendentis, membraneo quodam veluti ſacco, Apoſtema pure ibidem coacervato diſtentiſſimum. *Ruſſetus lib. de Partu Cæſareo pag. 32.*

SCHOLIA.

NOn mirum igitur ſi Omenti ſubſtantia facile augeatur & intumeſcat: præſertim vero Lienis impuritates excipit, quod ab *Hippocr.* lib. de locis in hom. annotatum, & aphor. 57. 7. item 1. de morb. muli. & 4°. de morbis, ubi aſſerit vitio Lienis hydropem fieri, ab eo in epiploon transfuſo ſero.

§. 9. Ruptis ligamentis viſus fuit Lien in muliere Pariſienſi ad hypogaſtrium prolapſus ſupra uterum, qui per biennium molæ ſpecie Medicos fefellit; tandem fato functa ægra, tumoris illius cauſa patefacta fuit aperto cadavere. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 23.*

§. 10. Anno Domini 1645. Vidi in Domina Comitiſſa de Botzeon, Illuſtriſſima muliere, Lienem prolapſum in hypogaſtrium per duos annos: Primo anno revolvebatur & reducebatur in ſuum locum, & poterat ligaturis in ſua ſede contineri, ſed tandem iſta repoſitione neglecta, tam firmiter adhæſit utero, partibusque vicinis, cum tanto incremento, ut æquaret pondus decem librarum, tandem illi mortem attulit: Aperuit cadaver *Simeon Pimpernel*, Chirurgus peritiſſimus, In Nobili viro eo modo prolapſum vidit Lienem *Cabrolius. Idem ibidem.*

SCHOLIA.

LIen Diaphragmati per tenuia ligamenta alligatus eſt, quibus relaxatis propendet, fitque ἐκτόπιον: Hoc cum accidit, pedes & genua calent, naſus & aures frigent, authore *Hippocr.* Facile ſua ſede dimovetur Lien & procidit, quia non ſuccingitur membrana tenui à peritonæo, ut Hepar, nec dependet à diaphragmate: At in bene habito & florenti corpore, infra ultimam coſtam non deſcendit. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XI.

Hypogaſtrii dolor ab ulcere cancroſo colli matricis. 1. *A collectione materiæ humoralis & carneæ intra membranas* Vteri. 2. *A complicatione* Vteri 3. *Ab* Vteri *gangræna* 4. *Ab* Vteri *incremento cum gangræna.* 5. *Ab oſſe in* Vteri *tumore.* 6. *A lapidibus* Vtero *incluſis.* 7. 8. 9. 10. 11. 12. *A quatuor tuberculis circa os* Vteri. 13. *Ab hydrope* Vterino. 14. *Ab* Vtero *ſanguine referto* 15. *Ab ejus corruptione.* 16. *Ob cancrum.* 17. *Ob* Vterum *à mola putrefactum.* 18. *Ob molam lapideam membrana incluſam.* 19. *Ob* Vterum *Vlceratum.* 19. *Ob vomicam in* Teſtibus *muliebr.* 20. *Ob vaſa ſpermatica &* Teſtes *tumida in muliere.* 21. *Ob diſruptionem* Teſticuli *fœminei dextri, vaſorum ejaculantium & dextri Vteri cornu, à fœtu ibi genito.* 22. *A* fœtu *extra uterum, in abdomine reperto.* 23. *Ob* fœtum *in utero corruptum.* 24. *Ob* Vterum *ulceratum, ſcirrhoſum, Ejus vaginam à diuturno fluore muliebri eroſam.* 25.

§. 1. ANno 1586. cum Nobil. quædam Matrona Lauſannæ ſuppreſſione menſium bimeſtri ſpatio laboraſſet, tandem exortus eſt dolor & inflammatio partium genitalium: Morbo propter verecundiam neglecto, abſceſſus & ulcus in collo matricis ſequutum eſt, cui multa absque fructu à variis adhibita fuere: Biennio poſt cum D. D. J. *Auberto Vindone*, ut de curatione inſtituenda conſultaremus vocatus fui. Adhibito ma-

tricis

tricis ſpeculo, ulcus calloſum, fœtidum, inæquale lividumque, & ut verbo dicam, cancroſum, invenimus, quod minime nobis tangendum judicavimus: Vocatus poſtea Empiricus mira pollicitus eſt, Sed adhibitis medicamentis acribus auctus eſt dolor, aucta & febris, inflammatio, vigiliæ, cibi faſtidium & ſyncope, ut deinde paucos poſt dies è vita diſcederet.

Accerſitus denuo cum dicto Medico, ut diſſecaremus cadaver, totum collum matricis plane cancroſum & exulceratum offendimus. *Fabritius Hildanus cent. 2. obſervat. 63.*

SCHOLIA.

C*Ollum matricis plane cancroſum*] Cancer uteri eſt tumor durus ac renitens, in uteri corpore vel cervice dolorem acerbiſſimum, punctorium & lancinantem præ ſe ferens: Fit ab humore atrabilario in ea parte collecto, vel à ſcirrho male curato, qui facile in cancrum degenerat, in ea præcipue parte, ob ſanguinis copioſum affluxum, qui in venis ſcirrho vicinis retentus, nec ſufficienter per menſtruas purgationes evacuatus, aduritur & malignam corruptionem acquirit.

Cancroſum & exulceratum] Duplex vulgo ſtatuitur, ulceratus & non ulceratus: Quamdiu materia morbifica minoris acrimoniæ & malignitatis particeps eſt, cancrum efficit non ulceratum: Acrior facta per putredinem, vel aduſtionem, tumorem exulcerat & cancrum ulceratum producit.

Exortus eſt dolor & inflammatio] Si tumor durus ac renitens in uteri corpore aut cervice percipiatur, qui dolorem punctorium ac lancinantem efficiat, cancrum eſſe pronuntiare poſſumus; Evidentius tamen diſtinguitur ſi oculis percipi poſſit, (ut in allato exemplo) ut quando eſt in uteri cervice, ſpeculo matricis adhibito: apparebit enim tumor inæqualis ac tuberoſus, liveſcens, aut nigricans, venarum propaginibus, quaſi radicibus circumſeptus. Si vero ulceratus ſit, ſaniem quandam emittit fulvam aut nigram & graviter olentem, interdum etiam ſanguinem, ob eroſionem venarum quæ in partem decurrunt, tanta copia interdum, aperto aliquo vaſe inſigniore, ut ægra vitæ periculum incurrat. His accedit febricula, anxietas, nauſea, pudendorum ardor & ſimilia.

Empiricus mira pollicitus eſt] De prognoſi hoc pronuntiare licet, cancrum eſſe incurabilem, ſive ulceratus ſive non ulceratus ſit; Quod quidem ut de omni cancro, etiam partes externas obſidente verum eſt, ſic potiori jure de eo qui uterum occupat ſentiendum eſt, ob continuam ſuperfluitatum illuviem, quæ ad eam partem decurrit. *Riverius.*

§. 2. Mulierem & vidi & ægrotam tractavi, quæ poſt mortem aperta fuit, in cujus uteri carnoſa ſubſtantia (non in cavitate, neque ſuperficie gibboſitateve externa) collectionem adeo admirabilem, tam humorum quam carnoſarum excreſcentiarum, membranarum, tendonum, oſſiculorum item inſtar gummatum, lupias aliaque corpora diverſæ ſubſtantiæ, coloris, odoris aliarumque qualitatum habebat, ut pondus omnium eſſet librarum mercatoriarum 40. Et tamen ab annis tribus, & longiore etiam tempore, quo temporis ſpatio materia eo loci erat contenta, nullum dolorem, qui alicujus eſſet momenti, perſenſetar, licet tantæ ſordes tantaque moles in utero contineretur: tamen toto illo tempore, tam naturales & vitales, quam animales functiones perfectas & integras habuit: *Fr. Roſſetus de Partu Cæſareo ſect. 5. c. 4.*

SCHOLIA.

M*Embranarum, oſſiculorum &c.*] Ejuſmodi tumorum originem à ſucco craſſiore, quam decebat, parti oblato deducit *Platerus*, cui ſi nutrimenti alterius partis, quæ craſſo admodum ſucco ali debuit, portio ab ea abſcedens, in carnoſas ſedes cum illarum nutrimento delata talem duritiem in illis gignat: Quod & inde comprobari poſſe cenſet; quia in ejuſmodi abſceſſibus, ex illis tumoribus genitis, aliquid aliarum partium ſubſtantiæ ſimile inveniatur, nunc pilum, nunc unguem, nunc os, nunc glandulam referens, quæ vix dum aliis quam ex ſucco haſce partes illic in cute vel parte vicina nutriente, huc cum proprio carnis nutrimento delato, naſci potuiſſent: Uti & ſi ſebum referat, pinguiorem ſanguinis partem, quæ pinguedinem efficit, huc perveniſſe & ſic concreviſſe veriſimile videtur, &c. Huic vero ſententiæ obſtare videtur Medicorum doctrina, qui ſanguinem commune partium alimentum ſtatuunt, formam cujuſque partis in ſingulari & privata concoctione adipiſcentem; quam in ſanguine latere ſtatuere videtur.

§. 3. Duci Lotharingiæ mortuæ poſt dolores acerbiſſimos ad imum ventrem, repertus eſt omnino revolutus & complicatus Uterus. *Ballonius Epid. lib. 2. p. 152.*

SCHOLIA.

H Unc morbum ſic deſcribit *Hippocrates* lib. de Nat. muliebri: *Si Uterorum os complicatum fuerit, menſes non ſuboriuntur: Si vero ſuboriantur, pauci ſunt & vitioſi, Et ubi cum viro congreditur, dolet, dolorque imum ventrem & lumbos detinet: quod ſi digito contrectes & perquiras, oſculum non comparet.*

§. 4. Illuſt. Matrona Moravica, per longos & crudeliſſimos uteri dolores, nulla arte placabiles, exhauſta, & à morbo victa anno 1655. obiit.

Huic poſt mortem Uteri particulæ putridæ, & ſponte exciderunt, & per mulieris manus fuerunt exemptæ: Et ſic primum morbus innotuit, qui forte manu chirurgica mature

tolli potuiſſet: Cum mulieres quaſdam exempto utero ſupervixiſſe hiſtoriæ teſtentur. *Hæferus Herbulis Med. lib. 7. cap. 2.*

SCHOLIA.

VTeri Gangrænæ mentionem facit *Hildanus* apud *Horſtium* Tomo 2. p.228. Nihilque aliud remedii proponit in affectu plane difficili & vix curabili, quam aquam ordinariam in ſummis doloribus potandam, ℞. agrimon. veronicæ ana man. j. ſicum ℥iv. liquir. ℥j. aquæ fontis libr. viij. coque ad tertias: Affectus gravis eſt, & ob id multo gravior, quia tarde ſe inſinuat, neque per certa ſigna facile innoteſcit: intus obſcure latet, ob pudorem diu ſupprimitur, & omnis generis morbos mentitur. *Idem.*

§. 5. Fœmina Veneta ann. 40. anno 1645. ex caſu quodam dolores Uteri acerbiſſimos paſſa eſt, adeoque graves, ut ipſam ſe tunderet, milleque modis affligeret: fruſtra omnibus adhibitis auxiliis, cauſa latente, ſeptimo die dolores cum vita ceſſarunt.

Cadaver apertum ſtatim dolorum cauſas prodidit, Uterus quippe capitis pueriIis magnitudine in tumorem carnoſum degeneraverat, & gangrænoſum ſine exulceratione, ut diſciſſus pilam æmularetur carnoſam: Cavitas anguſta vix aureum nummum cepiſſet, plena concreto ſanguine: Præterea Omenrum ligamenti vicem ſuſtinens firmiſſime externo uteri fundo alligatum erat, à quo ſurſum tracto dolores forſan aborti: *Th. Bartholinus cent. 2. obſerv. 28.*

§. 6. *Cæcilius Folius*, Venetus Anatomicus, in Uteri tumore reſtabatur ſe os reperiſſe inſtar conchæ, inſignis magnitudinis: Minus etiam os in tumore colli minore. *Idem ibid.*

§. 7. Extincta Hyppolita Gaza Corregienſe, doloribus uterinis diu vexata cum febre, lapis incredibilis magnitudinis, gypſeæ conſiſtentiæ, multo nigerrimo mucori innatans, diſſecto utero extractus fuit: *Marcellus Donatus hiſtor. mirab. lib. 4. cap. 30.*

§. 8. Habemus domi lapides exciſos, folliculo fellis, ſtomacho &c. Vtero &c. *Gemma Cyclogn. l. 2. c. 6.*

§. 9. Andreas Lacuna cum aliis noſtratibus Anatomicis, intra calvariam, & meſenterium & uterum conſpexerunt. *Th. à Vega comm. ad cap. 5. l. 1. de loc. aff.*

§. 10. Obſervavimus concretos in capite, in utero mulieris, cui diſſecandæ in Scholis Medicorum publice præfuimus. *Scholiogr. ad l. 48. Holler.*

§. 11. Aperta mulier à nobis in ſcholis Medicorum Lutetia lapidem habens in utero; in cranio anteriore, & quæ ſine Liene inventa eſt. *Hollerius inter rariora n. 5.*

§. 12. Rarum eſt lapides gigni in colo, pulmonibus, cyſti fellis, rarius fortaſſe, quod tamen nos vidimus, in utero interiore, *Scholiogr. ad lib. Gal. de loc. aff.*

SCHOLIA.

LApidum in Utero repertorum alii meminerunt, *Marſilius de S. Sophia* comm. ad *Avicennam*, *Alex. Benedictus* lib. 22. cap. 43. *Wierus* de Præſtig. lib. 3. cap. 15. Excretum memorat *Hipp.* 5. Epidem. a famula *Dyſeridis in Lariſſa*, *Salius* ad cap. 113. pract. *Altimar.* narrat monialem diu uterinis cruciatam doloribus, tandem ejeciſſe ſponte perpudendum lapidem ſcabroſum, magnitudine & forma ovi anatini Curationem vide apud *Aëtium* Tetrabib. 4. ſerm. 4. cap. 98.

§. 13. Urgebatur Rogeri Corbinelli filia in Ilibus dextris dolore fere perpetuo: Quare multis diverſo tempore vocatis Medicis, cum unuſquiſque pro ingenio ſuo, diverſi enim diverſa ſentiebant) puellam curaſſent, & præſidia nihil omnino profeciſſent, è medio tandem ſublata eſt.

Quare conſilium fuit incidere corpus mortuæ, & inventum eſt os feminis eroſum maximamque oſſis partem in pulverem redactam: Nec non & circa matricis os quatuor quaſi lutea tubercula inſtar pilæ, quorum tria aqua opplebantur, quartum paululum præ cæteris elevabatur, undique dentatum, & ſuperficie inæquale atque durius, utpote quod ex carne atraque bile genitum eſſet: Non igitur admodum mirandum eſt ſi in ejuſmodi morbis, quorum cauſæ incertæ abditæque ſunt, diverſi Medici diverſa ſentiant & loquantur. *Benivenius cap. 79. de Abditis.*

§. 14. Aug. Imperatrix uteri affectibus laboravit, gravitate circa pubem &c. Uterus erat valde magnus, pleníus humore craſſiſſimo: lateribus adhærebant corpora quinque ſatis magna &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 15. Nob. mulier poſt puerperium menſibus caruit: Uterus durus & tumens contactu apparebat: Cervix uteri erat ſpiſſiſſima, quæ transverſi digiti craſſitie coaluerat: Uterus maximus, totuſque ſanguine puttido refertus. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 16. Domina N. cum febre &c. maxime conquerebatur de dolore ad hypogaſtrium: Uterus erat corruptus & quaſi gangræna affectus, plenus tabo & ſanie. *Vide tit. de Febribus.*

§. 17. Anno 1624. in cadavere Dom. N. Venetæ, quam cancer uteri exulceratus à medio

medio ſuſtulit, reperi veſiculam felleam calculo inſtar cryſtalli pellucido repletam & ſtentam, ut nihil quicquam bilis recipere apta fuerit. *Scultetus Armament. Chirurg. obſ.*

SCHOLIA.

V*Eſiculam felleam &c.*] Natura bilem quotidie genitam, non ad corporis circumferentiam, ſed ad uterum pellente, Hinc collige quod ad obſtructum porum bilarium & cyſticum non ſemper ſequatur Ictericia, ſed bilis quandoque expellatur vel ad inteſtina, vel uterum, vel aliam partem nobilem. *Idem.*

Cancer exulceratus] Lectio quam habuit Excell. *Spigelius* ſuper hæc, Si Venetæ & Gallo exortus fuiſſet Cancer in mammis aut artubus, Ulcus poſt radicalem ferro reſectionem vix cicatrice potuiſſet obduci: Vel eo curato materia maligna invaſiſſet partes principes, ægrisque poſt tres vel quatuor annos mortem intuliſſet: Ratio eſt in promptu, quia non potuit cauſa tolli, quæ fuit obſtructio veſicæ felleæ pertinax. *Idem.* Cancri è labio feliciter exſecti & renaſcentis habet exemplum *Marchetti* in Sylloge obſervat. 29. Senem, *ait*, 84. annorum, laborantem cancro exulcerato in labro inferiori oris, magnitudine medii ovi gallinacei, curavi, præmiſſa totius purgatione novacula incidente radicitus reſecando: Spatio vero 20. dierum cicatricem indu... incolumi ægro tres annos absque ulla moleſtia: ... quibus novus cancer ſubortus in faucibus, ex q... brevi ſpatio temporis obiit, præter omnem me... expectationem, qui exiſtimabam ex ætate humor... melancholicum aduſtum iterum ſuccreſcere n... poſſe, novi cancri in alio loco cauſam, prout f... ſemper contingere ſolet, omnium Autorum ſenten... tia, quod ſcil. in aliqua parte avulſus, in altera pr... greſſu temporis ſuboriatur: Firmabatque mea... opinionem quod in praxi viderim mulierem 70. a... norum, cancro naſi exulcerato laborantem, cui pr... ſcripſi ungu. ex ceruſſa camphorato, ductũ in plu... beo mortario, potius ad dolorem ſedandum qua... curationis cauſa, quæ tamen præter ſpem, men... ſpatio, nullo alio remedio adhibito, fuit perfectiſſi... ſanata, vixitque multos annos firma valetudine, qu... cenſui contigiſſe ratione ætatis: In ſene autem trie... nio poſt repullavit, quod forte nõ contigiſſet, ſi qu... libet ſexto menſe remedia adhibita fuiſſent, humore... melancholicam ſpectantia, eundemque expurganti...

§. 18. Memini diſſectum à me mulieris cadaver, ex eo mortuæ quod ipſi mola, ovo a... ſerino magnitudine æqualis, quam natura expellere variis conatibus tentaverat, ſubſtiti... ſet & computruiſſet, atque in putredinis contagium totum uterum pertraxiſſet. *Pare... operum lib. 23. cap. 34.*

§. 19. Figuram Molæ cujuſdam vobis præ oculis propono, quam honeſtiſſima quæda... Domina, poſtquam tribus annis eam geſtaverat in utero, enixa eſt: in cujus appendic... Lapis, deſculptus à me, reperitur, albus, durus, ponderans æqua lance uncias tres, unamqu... drachmam: Cum enim mola ex craſſo ſanguine limoſo & fæculento ſcaturiat, ſi exuren... in utero adſit calor, cur hic viſcoſus humor, aut portio ejus in lapidem non vertetur? *Ni... col. Fontanus Analectorum cap. 5.*

§. 20. Fœmina ex aſſidua gonorrhæa, circa Uteri regionem atrociſſimos cruciatu... patiebatur, mortua ſecta, vomica in uno Teſte inventa fuit. *Domin. Panarolus Pentec.* ... *obſorv. 19.*

§. 21. Vaſa ſpermatica in fœminis graviter aliquando obſtruuntur, ut una cum teſti... ſtus ad pugni magnitudinem in hypogaſtrii latere intumeſcant. *P. Barbette Anatom. Pract. lib. 34. cap. 1.*

§. 22. D. Contia, Quæſtoris Regii uxor, annos 31. circiter nata, conjugem Lutetia, ub... per multos menſes commoratus fuerat, redeuntem hilariter excipit: Ex mutuo complexu gravida fit: Per quatuor menſium geſtationis tempus nihil præter ſolitum grave, nihi... moleſtum, unde conqueri poſſet, ſenſit: Unum hoc adſuit, quod paulo ſupra regionem inguinis dextri tumor quidam cum duritie, ovi vel pugni contracti magnitudine tactu perceptibilis, cum aliquantulo dolore, quem & conjugis manibus ſæpe contrectandum exhibebat, apparuit: Raræ aderant cardialgiæ, nulla præter conſuetudinem corporis & membrorum, qua ſolent conqueri gravidæ, laſſitudo: neque hæc impregnatio, quæ octava fuit, tot enim fœtus geſtavit, ullo ab aliis diſſimilis modo videbatur: Die 2. Januar. 1614. menſe quarto à conceptu, circa veſperam, dolore ad pubem graviſſimo torqueri cœpit, frequentes adſunt cardialgiæ, interdum etiam leipothymiæ; de imi ventris & cordis, ad jugulum uſque pertingente dolore, conqueritur: Vocatus Medicus hyſterica ſymptomata ſuſpicatur (quid enim aliud, cum nihil de tumore circa dextrum inguen comparere audiiſſet) conjectari licuiſſet? Vacuata alvo, quæ ad hyſtericos affectus conducere videbantur præſcripſit, ex quorum uſu paulo melius habere viſa eſt: His ad mediam uſq; noctem peractis, obſtetrici, quæ ſi forte periculum abortus accideret, vocata fuerat, tota res commendata eſt: quod reliquum fuit noctis, etſi cum pubis dolore & cardialgia, placidius tamen tranſactum eſt, uſque in horam quintam matutinam ſequentis diei, qua inſtante, exacerbatis doloribus & fractis viribus fatis conceſſit:

Accerſitur illico Chirurgus, qui diſſecto utero exitum fœtui, ſacri baptiſmatis fonte abluendo, præberet, Quod juſſum eſt exequitur, Diſſecta ventris infimi regione, in ipſius cavitate

cavitate libras non minus quam ſex concreti ſanguinis, cui inteſtina innatabant, compe-tit: unde profluxerit miratur: in dextro latere fœtum è latebris quibus inerat diſruptis egreſſum, uterum eas eſſe reputans, videt, & eam cauſam effuſi ſanguinis, ut erat, ſuſpicatur: Fœtus, ſive is viralis, ſive vita orbatus, namque id incertum eſt, quinque pollices & uncias magnus, fœminei ſexus, partibus omnibus bene & diſtincte efformatus, & probe enutritus, uracho ad umbilicum & ſecundinas, quæ nullæ citra amnion tunicam conſpicuæ apparebant, ſuſpenſo repertus eſt: Interea rurſus vocatur Medicus, & quæ Chirurgus notaverat, & quæ multi præſentes inſpexerant audit: Placet res omnes propius ſcrutari, & Renes, de quibus mater alias conqueſta fuerat, intueri: hos ambos mole ampla & longitudine præter ſolitum immenſa, ſanos tamen, quibus nec vitii nec morbi nihil ineſſet, conſiderat: Ureteres ſcrutatur, ſiniſtrum reſtem mole, ut ſolet, exigua; conſpicit: dextrum dum perquirit, in quo & vaſis ejaculantibus, & dextro uteri cornu antea fœtus concluſus tenebatur, omnia lacera animadvertit: ipſius teſtis glanduloſam ſubſtantiam divulſam & ſparſam videt: Vaſorum ſpermaticorum membranas laceras ad cornu uteri uſque dextrum intuetur: Uterum inveſtigat, quem ſanum, integrum, rugoſum & vacuum, qualis in non prægnantibus eſſe ſolet, pugni contracti magnitudine, in quo diſſecto leve quoddam molæ rudimentum eſſe contemplatur: An via quædam ab utero in cornu dextrum & vaſa ſpermatica, qua fœtus vel ſemen eo ferri poſſet, conſpicua eſſet, perquirit: nullam aliam præter *vaſorum anfractuoſos*, ut ſolent eſſe, *ductus* conſpicit. Fœtum tam arctis receptaculis, quibus non amplius contineri poterat, concluſum, vel mole corporis, vel motu lacerationis ejuſmodi partium, & ſanguinis per imi ventris effluxus, cauſam conjicit. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 33. Ex Merceri, Medici Bituricenſis, communicatione.*

SCHOLIA.

SI cornuum uteri uſum ex *Galeno* repetamus, in quibus ſemen contentum in uterum expellitur, nulla pars pro cornu uteri accipi debet quam Uteri Tuba, quæ videtur ejuſdem naturæ & ſubſtantiæ cum utero, quia carnoſa eſt, in qua, quod eſt mirabile, fœtum humanum concipi fuit obſervatum: Decem ſunt anni, ex quibus Chirurgus Pariſiis, præſentibus Medicis, in muliere diſſecta puſillum fœtum optime conformatum in cornu dextro uteri invenit: Similem à 30. annis, in iiſdem vaſis Pariſiis viſum fuiſſe à Chirurgis fide dignis mihi narratum eſt: Hunc locum intelligere puto Marquartum, dum in ſua Practica Empir. narrat ſe vidiſſe molam genitam extra uterum, juxta ipſius fundum, in vaſis ſpermaticis. *Idem ibidem.*

Vaſorum anfractuoſos ductus] Per quos ſemen virile tubam intraſſe veriſimile eſt: *Veſalio* lib. 5. c.15. tenuior eſt uteri tunica qua in cornua ſua deſinit: Atque in Tubis uteri ſemen maſculiquotidie recipi quibuſdam veriſimile videtur, ibique præparari: unde fit ut primo menſe in utero, ex obſervatione *Harvei*, nihil compareat, quum revera ad conceptionem concurrat, nec prorſus ſtatim evaneſcat in auras, ſed ad tempus ibi deliteſcat, ut cum fœmineo miſceatur uniaturque: Hinc quando regreſſus denegatur quacunque cauſa obſtructionis, in Tubis hiſce mole dilatatis fit conceptus: ſed quia in tantam capacitatem ampliari non poſſunt, ſua natura teretes & anguſtæ, vel exiles fœtus generantur & imperfecti, vel incredibilibus doloribus ex membranarum diſtenſione matri mors infertur: vel ſi mater ferendo eſt, ruptis cornuum tunicis ampliorem locum in cavitate abdominis fœtus eligunt.

§. 23. Mirabilem caſum ad me miſit Vir Clar. *Io. D. Horſtius Archiater Darmſtadinus*, quem ab amico Gallo accepit. Mulier Muſſipontana annum ætatis 40. prætervecta, exili corpore & exigua admodum ſtatura, jampridem orbata conjuge (ex quo alias non ſemel prolem ſuſceperat) ſex prope luſtris cœlibem agebat vitam: at 6. Calend. Auguſti 1659. neſcio quo abrepta impetu, ſeſe è ſuperiori cubiculi feneſtra in ſubjectam planitiem hora ante meridiem ſexta egit præcipitem, cum vix ullum antea dediſſet prævium aut phantaſiæ aut rationis aberrantis argumentum: Ex tam violento caſu graviter ſaucia, duas circiter poſt horas extincta eſt: ſed quoniam dum in vivis ageret, non raro apud Medicos conqueſta fuerat ſe lapideam utero geſtare molem (ſentiebat enim tribus infra umbilicum digitis pondus & permoleſtum & grave, ex quo & injuſſæ alvi dejectiones, & invitus plerumque alvi fluxus, imo & ipſius ani procidentia ſequebatur) placuit extiſpicio rem totam diligentius indagare.

Itaque Dom. *Pillement* Medic. Facult. Decanus, & Primarius in Univerſitate Pontimuſſana Profeſſor, demortuæ cadaver ſecari juſſit, & reſectis primum communibus abdominis integumentis, adactoque ad omentum uſque ſcalpello, emerſit illico moles, quæ quadrimi infantis capiti magnitudine nihil cederet: Totam hanc molem natura in orbem fere conglomeraverat, & duriſſimo involucro obtexerat, quod bubuli ventriculi tunicas colore referret & craſſitie: Bajulæ mulieris corpori quinque firmiſſimis retinaculis cohærebat, & quatuor quidem vincula ex totidem peritonæi lateribus orta, pendulam molem ſuſtinebant; quintum vero eandem tenuioribus inteſtinis incumbentem, iiſdem etiam

tenacius

tenacius annectebat: Ubi primum teginen illud duriuſculum immiſſa removit novacula, ſtabulans in medio fœtus facile deprehenſus, decuſſatis in formam crucis brachiis, & utraque tibia communem aliis in utero ſitum retinente: illa tamen eadem membra, nullis diſtincta intervallis, ita cum reliquo corpore coaluerant, ut inſpicientium aciem oculosque propemodum ſubterfugerent, quamvis nec hanc nec alias hujuſce corpuſculi partes ulla in re mancas aut mutilas ipſa formatrix vis reliquerit: nam cerebri veram germanamque ſubſtantiam utraque tunica, & obducta inſuper cranii compago, eaque duriſſima coërcebat: claudebantur etiam ſub epigaſtrio & hypogaſtrio reliqua viſcera ad vitæ operationes neceſſaria, cor nempe, pulmo, jecur, ventriculus, lien, renes, diaphragma, fellis folliculus, veſica, inteſtina: nec defuit etiam uterus ſuis quoque omnibus numeris abſolutus, quoque uno indicio infantis ſexus innotuit: Jam aliquatenus lapideſcere cœperat, vultu præſertim in gypſeam quandam duritiem abeunte, nec ultra eam magnitudinem excreverat, quam juxta conſuetas naturæ leges ſemeſtris fœtus aſſequitur: Cæterum uterus ipſe mulieris tam illæſus intactusque eſt repertus quam qui maxime, nullo prorſus obductæ circatricis veſtigio. *Th. Bartholinus cent. 6. hiſtor. 92.*

SCHOLIA.

SI quidem vera ſunt quæ narrantur; non poſſum aliud divinare quam quod fœtus hic primo fuerit in tubis uteri conceptus: Nam *Marquardus* in Pract. vidit molam in vaſis ſpermaticis juxta uteri fundum genitam: Et *Riol.* l. 2. c. 35. quatuor exempla refert fœtuum ex uteri tubis exſectorum. Semen vero virile ad tubam uteri pervenire facile poteſt, ſive per anfractuoſos vaſorum ductus, ut conjicit *Riolanus*, ſive per tunicam uteri patulam, hacque parte, teſte *Veſalio* l. 5. c. 15. tenuiorem: Quotidie certe nobis inicientibus hæc diverticula ſemen quærit ut ibi præparetur: hinc primo menſe, ex obſervatione *Harvei*, nihil ex ſemine in utero invenitur, quum revera immiſſum fuerit: dubio procul in tubis tamdiu delireſcit ut cum femineo copuletur: at quando regreſſus denegatur à quacunque obſtructione, in tubis fit conceptus, quas dilatari poſſe hydropica, apud *Tulpium* l. 4. obſ. 44. fidem facit: At in his anguſtiis adultior fœtus comprehenſus, vel ſuffocatur, ſecumque matrem in exitium trahit, quod exempla *Riolaniana* teſtantur, cum nempe membranæ Tubarum fortiores ſunt; vel ſi tenuiores, vi perrumpit tubas & in abdominis cavitatem ampliorem devolvitur, quod in hac hiſtoria eveniſſe ſuſpicor: Ex Utero conceptum fœtum perrupiſſe crederem, niſi author hiſtoriæ nobis perſuaderet uterum prorſus illæſum fuiſſe, ſine ullo cicatricis veſtigio, quod forſan in tuba uteri obſervaſſet diſſector ſi hanc particulam examinaſſet: facilius certe per tubam diruptam prodit infans quam per uterum ſua natura & ampliorem & robuſtiorem: Ex hoc tamen rupto aliquando emerſit fœtus & in abdomen expulſus, *Hildanus cent. 1. Obſ.* 64. Interdum foras per apoſtema oſſeæ fœtus particulæ prorumpunt, vel per umbilicum, *Albucaſis* l. 2. Chir. c. 76. *M. Donatus* hiſt. adm. lib. 4. c. 22. Vel per inteſtinum rectum, *Marſ. Cagnatus* lib. 4. var. obſervat. c. 9. *Langius* l. 2. Epiſt. 39. Quomodo vero fœtus *Muſſipontanus* vinculis ſuis adalligatus deinde ſit inteſtinis tenuibus & peritonæo, difficile non eſt illi divinare qui in ſteatomatibus atheromatibusque, aliiſque anomalis tumoribus ſimilia à natura ad alieni corporis robur & nutritionem vidit effortuari: Tandem cur poſt inſolitam moram, & inſuetum carcerem in lapidis duritiem cœperit degenerari, manifeſtum eſt ex lithopædio Senonenſi: *Plura videantur in Epiſtola* 58. *cent.* 4. *ubi ſuſpecta veritatis ea hiſtoria. Videatur & Deuſingii tractatus.*

§. 24. In gravidis fœtus mortuus putreſcens retentus uterum inficit corrumpitq;: Sicuti hoc in duabus mulieribus factum ſpectavimus, fœtum cum involucris & utero, vicinoque peritonæo corruptis penitus, ſectione in abdomine facta exemptum fuiſſe, quod in una viva adhuc, & diu poſtea ſuperſtite manente fieri vidimus, Et ex alia mortua nos ipſi hoc modo exemimus. *Platerus Pract. lib. 2. cap.* 14.

§. 25. Sanguinem menſtruum ex natura ſua benignum humorem eſſe ſtatuo, qui tamen aliquando ita immutatur, ut propter pituitoſi aut ſeroſi humoris copiam ipſi permixtam, album aut ſeroſum menſtruorum profluvium inducat, quod periodicum quandoque fluendi modum retinet, nonnunquam vero continuum evadit, unde mulier triſtis, oneroſa, puſillanimis, ſegnis, imbecillis atque conſumpta, necnon ſæpe ſterilis redditur: quia ſi materia per uteri cavitatem deducatur, illum tam debilem reddet, ut ſemen continere nequeat; vel ipſum ſemen corrumpet, vel alia quadam ratione conceptui officiet: Dico ſæpe, quia ſi p. n. fluxus ille per vaginam deturbetur, uterus ipſe & excipere & retinere ſemen poterit, ita ut conceptio nequaquam impediatur, aut fœtus ab ejus ſuppreſſione lædatur; Cujus rei exempla quandoque vidimus: Sed Fluor ille, ſive per vaginam, ſive per uterum prodeat, ſubinde tam acris evadit, ut loca per quæ tranſit, mordicando & exulcerando mortem inducat; Ejus rei ſequens Exemplum jam pridem nobis videre licuit; Matrona diuturniori Fluore detenta, cum propter pudorem Medicorum auxilia detrectaret, Fluoris illius acrimonia ita adaucta eſt, ut præ nimio dolore incedere aut quieſcere non valeret: hinc vehementiori febri coacta tandem noſtrum imploravit auxilium: Examinatis ægræ ſymptomatis, affectiſque partibus perluſtratis, pudendi labia mirum in modum tumefacta & exulcerata comperimus, quæ cum Chirurgi egerent opera, accerſitus

fuit

fuit H. Annema: Medicamentis autem tam internis quam externis adhibitis, brevi temporis ſpatio Labiorum tumorem ac ſordidiſſima eorum ulcera ſuperavimus, *febre* nihilominus & dolore in hypogaſtrio manente, quapropter vaginæ orificium convenientibus inſtrumentis tantillum dilatare coacti, vidimus vaginæ latera materia concreti albuminis inſtar albicanti obſeſſa, quam dum blandius auferremus ſpatula, hæc momenti temporis ſpatio ex rubro nigricanti colore non aliter obducebatur, ac ſi per tempus aliquod in igne detenta fuiſſet: tanta erat materiæ illius acrimonia, ut nec injectionibus, fomentis aut aliis medicamentis temperari potuerit, ſic ut tandem miſerrime vitam finierit.

Aperto cadavere, præſentibus Expertiſſimo Medico D. *H. d'Aquet* & *H. Annema* Chirurgo, uterum undique aut exulcerarum aut ſcirrhoſum deprehendimus: Vagina vero virulenta iſtius humoris acrimonia & colluvie adeo putris evaſerat, ut levi ſpatulæ attactu undique pertunderetur, patentique aditu cum inteſtino recto aliisque vicinis partibus confunderetur. *Regn. de Graef. lib. de mulierum organis cap. 9.*

Observatio XII.

Inguinum Tumor & Dolor, ab utero cum fœtu eo devoluto. 1. Ab Vlcerato utero. 2 A calculo in Renibus. 3. 4. In ureteribus. 5. A Teſticulis ibi reconditis. 6.

§. 1. Urſula uxor Martini Opitz Vietoris, cum maritum in incurvanda pertica, ex qua vinculum vaſis parandum erat, incurvaret, forte ab eadem reciprocante ad ſiniſtrum inguen percuſſa eſt, ruptumque, ſeu laxatum potius (quantum quidem ego ex ſectione judicari potui) eſt peritonæum: Paulo poſt enim ad ſiniſtrum inguen tumor oboritur, qui brevi tempore tantum incrementum ſumpſit, ut nullo modo intra abdomen recondi poſſet: Etſi vero de utero prolapſo ſuſpicio incideret, tamen nec ipſa nec aliæ fœminæ id crediderunt, donec tandem res ipſa atque eventus omnem dubitationem ſuſtulit: Nam uterus conceptu gravidus ita in dies aucto fœtu dilatatus, ſimulque cum eo cutis inguinis ſiniſtri, qua uterus prolapſus erat, extenſa eſt, ut utero & cute concluſus fœtus inſtar ſacci fere, aut cucurbitæ oblongæ majoris modo, propenderet, motusque infantis tandem & tactu & viſu perciperetur: Quæ res cum ipſam, maritum cognatosque perturbaret, Collegium noſtrum in conſilium adhibuerunt: Cum autem ob fœtum jam maturum de utero in abdomen reponendo, atque adeo partu naturali nullam ſpem ſupereſſe videremus, ſi naturæ res relinqueretur, & fœtum & matrem de vita periclitaturos, nulla alia re quam ſectione auxilium expectari poſſe oſtendimus: Quod cum illi intelligerent, ut ſectio fieret omnes petierunt: Cum igitur 21. Apr. 1610. partus tempus inſtaret, doloresque parturientem apprehenderent, hora 8. matutina ſectionem inſtituit Chirurgus, ac 1. ſecta eſt cutis & peritonæum, hoc enim quantum ego quidem viſu dijudicare potui, cuti integrum adhuc ſuberat, & in ſectione à cute manifeſte diſtingui poterat: Hinc & ipſe, qui jam extra cutem facile prorumpebat, uterus apertus hæmorrhagia non adeo inſigni, neque etiam acerbo dolore, quod ipſa poſtea faſſa eſt: Utero ſecundum longitudinem aperto, infans facile cum ſecundina extractus eſt, imo quaſi ſuopte motus cum via facta eſſet, exitum quæſivit, & quidem Dei beneficio, ſalvus & incolumis: De utero vero intra abdomen reponendo, cùm ob ejus magnitudinem nulla ſpes eſſet, cutis, ſanguine convenientе decocto prius abſterſo, ipſi inducta & conſuta eſt, ipſe vero uterus non conſutus: Qui etſi aliqui inſigni inflammatione nō corriperetur, tamen quia extra abdomē propenderet, & ab ambientis incurſu in curatione vulneris defendi non poſſet, membrana quaſi purulenta circa labia vulneris obducta eſt, quæ tamen, adhibitis poſt idoneis medicamentis, ſublata eſt, uterusque iterum purus evaſit, & naturalem faciem ac habitum circa diem 14. oſtendit, atque in dies magis in ſe contractus, ad naturalem magnitudinem rediit; Verum poſt dies aliquot labia vulneris nigreſcere, cum tangerentur facile ſanguinem fundere, atque adeo gangræna ſuboriri cœpit, ut ferro ſine ſenſu particulæ de labiis vulneris demi poſſent; ſed cum idonea medicamenta adhiberentur, omne illud malum ceſſavit, & caro circa labia vulneris ad priſtinum colorem & ſtatum plane rediit, vulnusque indies anguſtius evaſit, adeo ut intra paucos dies coalitum vulneris ſperaremus, & vix ullum de recuperanda integra ſanitate dubium ſupeteſſet: Verum enim vero cum illa 16. Maji hora 4. pomeridiana extra lectum aliquandiu conſediſſet, atque iterum in lectum ſeſe reciperet, lipothymia ſuboriri cœpit, & præter omnem ſpem intra dimidiam horam, proculdubio ab adſtantibus, cum eſſet paupercula, non recte in leipothymia tractata, vitam cum morte commutavit:

Ipſa mortua, ut plane ſciremus an in utero omnia ſalva eſſent, an vero aliqua latens putredo leipothymiæ & ſubitaneæ huic mortui cauſam præbuiſſet, uterum aperuimus: verum omnia ſalva in eo invenimus; Infans etiamnum vivit ſalvus & incolumis, Dei beneficio,

Huic

Huic enim ſoli, & ipſa mater acceptum ferebat quod toto geſtationis tempore à var. periculoſis motibus nihil damni percepiſſet: Etſi enim uterum extra abdomen pendu in faſcia geſtaret, tamen in obeundis domeſticis negotiis, quæ ipſimet ob rei fami auguſtiam expedienda erant, uterum cum fœtu nunc in femore, nunc in hoc nunc reponere neceſſe habebat. *Sennertus in Inſtitut. lib.2.p.1.c.9.Pract.lib.4.p.1.ſ.2.c.17. Dori Epiſt. ad Hildanum in hujus operibus pag.m.* 893.

SCHOLIA.

QUærit 1°. Clar. *Doringius* Ruptione; vel ſaltem Dilatato peritonæo Hernia iſta uterina cenſenda ſit accidiſſe? Dilatato ſaltem, ſive laxato eo factam, ſi quid aliud certe evidentiſſime evincit quod id in ſectione à reliqua cute manifeſtè diſcerni potuerit, Et quidni ex altera parte in tantum laxari potuerit, cum in hydropicis ſecundum omnes fere dimenſiones totum abdomen in immenſam prope molem extendi ſæpenumero obſervatum ſit? Solidiores multo durioreſque quam peritonæum ſunt arteriæ, aſt hæ in aneuriſmate ad ovi anſerini magnitudinem quandoque laxari deprehenſæ ſunt: Solidiſſimum eſt cranium, quod hydrocephalis nonnunquem admodum diſtenditur: Rupto autem peritonæo Herniam fuiſſe productam inde quis arguere poſſet, quod plagam à pertica reciprocante inflictam ſubſequuta fuit: Sed etſi concedatur interiorem peritonæi tunicam perticæ illiſu fuiſſe diſruptam, exteriorem tamen permanſiſſe ſalvam ſectionis hiſtoria fidem facit: Nec refert ſi quis prætendat membranam illam, quæ poſt cutis diſſectionem in conſpectum venit, fuiſſe muſculi tranſverſi laxatum tendinem. Nam ſciendum muſculorum tranſverſorum tendines, non in vivis tantum prope os pubis ad vaſorum ſeminalium præparantium ad teſtes deſcenſum; inóeque ejaculatoriorum ad glandulas proſtratas, quæ veſicæ cervici appoſitæ ſunt, aſcenſum. Sed in mulieribus etiam ad duorum proceſſuum nervoſorum ab utero prodeuntium, & in ſummam partem pudendi pervenientium, tranſitum perforati, unde mulieres cum bubonocele laborant ſectione ſanari poſſe erudite monet *C. Bauhinus* lib. 2. Theatri cap. 8. Per foramen igitur tale ictu perticæ laxius redditum, uterus, integra peritonæi tunica exteriore; exeidit, atque Herniam uterinam produxit: In eadem ſententia eſt *Hildanus* dilaceratum minime fuiſſe peritonæum, atque eo quod in hac matrona ne cutis quidem aut muſculi abdominis inſigniter læſi fuerant, nedum Peritonæum, quod ut teſtantur Anatomici, firmiſſimum validumque inteſtinorum & ventriculi tegumentum ſit, ſubſtantia membranoſum & molle, ideoque potius extenditur & relaxatur quam dilaceratur, præcipue in fœminis, in quibus ab umbilico ad pubem uſque validiſſimum eſt, Interim tamen duo incommoda ex ictu perticæ oborta fuiſſe non dubitat, relaxationem nimirum aliquam peritonæi, & contuſionem muſculorum abdominis ſimul & dolorem, quem, cum attrahat, ſeſequutus eſt concurſus humorum in parte læſam, qui, quia pauci, &, propter conſtitutionem ſubjecti, pituitoſi & viſcidi, non inflammationem aut abſceſſum, ſed remanentes in partibus muſculoſis; & quidem circa peritonæum, illud paulatim laxum ac lubricum reddiderunt, imo ita debilitarunt partem illam, ut cum utero geſtaret fœmina, facillime relaxaretur atque in ſaccum extenderetur.

2°. Quæritur Num fœmina priuſquam plagam acciperet gravida fuit, vel poſterius demum? Non fuiſſe prius gravidam ex eo quis forſan demonſtrare poſſet quod poſt plagam vehementem, nec 1. inguen
ſiniſtrum intumuit, nec 2. abortus ſequutus ſit
adverſo, poſterius quoque gravidam vix evaſiſſe
ti diſlocatio à perticæ ictu proculdubio excitata
cere poſſe videtur: Niſi forſan evenerit ut uterus
ſtatim à plaga, ſed tandem poſt factam imprę
tionem ſuo loco primum pulſus ſit; quod à
non abeſt, præſertim cum non ſtatim ab ictu
paulo poſt tumor in inguine ſiniſtro apparere i
perit: Cenſet *Hildanus* plagæ tempore non
concepiſſe, quod ſi utero geſtaſſet, proculdub
animi perturbatione & imaginatione vehement
ut in gravidis fieri conſuevit, abortum feciſſet.

3°. Quæritur, Annon tumore in inguine obo
te faſcia aliqua competente uterus contineri, a
longius extra abdomen excideret prohiberi po
ſet? quin hoc ab initio fieri potuerit, dubium no
iis quibus notum quantum utilitatis faſciæ co
nientes in aliis Herniis afferre ſoleant: Idem co
Hildanus, qui id ſæpiſſime in matronis, bubon
le laborantibus, expertum ſe eſſe *ait*, imo & aliq
do uterum ipſum ne excideret; faſcia prohibi
exemplo allato matronæ, cui continuo fere, in
mis ambulando, uterus ante oſtium propende
cui inſtrumentum adaptavit, quo collo matricis
poſito, uterus ita in loco ſuo retinetur ut co
quovis motu movere poſſit ſine moleſtia.

4°. Fuit Hernia illa uterina oblonga, quia 1. fo
non in globum contortus ſed erecte in utero co
nebatur 2. quia foramen, per quod uterus prola
fuerat, anguſtum, In hernioſis ut plurimum id a
dere ſolet, quamdiu enim foramen anguſtum eſt,
nia figura oblonga propendet; inſigniter vero dil
ta productione peritonæi, ſive vagina, in rotun
adeo extenditur ſcrotum, ut membrum virile
quando appareat: In utero gerentibus ſanis ve
rotundus eſt, peritonæum enim undique æqua
extenditur.

5°. Num ſpes ulla ſupereſſe potuit partus nat
lis? Medici Wittebergenſes rectè concluſiſſe vid
tur ſpem plane ſuperfuiſſe nullam, cum enim u
in proprio loco conſtituto, non raro fœtus natu
ter educi non poſſit ob plurimas cauſas, io prim
Rouſſetto ſect.1. c. 3. collectas diligenter, qua qua
ratione in præſenti caſu extrahi valuiſſet? An
contigiſſet facillime, ut in medio, & tamen irrito
rum in naturalem locum, una cum fœtu, per tam
guſtas vias reponendi conatu, fœtus ſuffocare
materque ipſa præ dolorum acerbitate ſimul ext
gueretur? Quare videntes quod parturienti alia ad
lutem eſſet omnis præcluſa via, excepta una dubi
periculi plena, per ſectionem *Cæſaream*, neceſſe
arbitrati ſunt ad illam tranſire: *Hildanus* prūden
& rectè eos egiſſe pronuntiat: Uterum enim extra
domen prolapſum, à fœtu quinetiam dilatatum
que extenſum, per foramen illud anguſtum in ve
trem nuoquam retrudi poſſe quis ambiget? Si en
in hernioſis aliquando inteſtina in ventrem repo
nequeunt, quanto minus in hac muliere uterus, c
poſt ſectionem & extractionem fœtus; ſolus ob ej
magnitudinem in ventrem reponi non potuerit: Pri

itaque dilatandum fuiſſet foramen abdominis, ut nonnunquam in herniofis, ſi inteſtina in ſcroto intumuerint, fieri ſolet: Verum & dilatationem illam, tum propter dolorem, tum hæmorrhagiam aliaſque cauſas abſque maximo periculo matris, ſimul & infantis fieri minime poſſe arbitratur; Deinde quia uterus per tot menſes una cum fœtu extra abdomen propenderat, non erat ad ipſum excipiendum locus ſatis aptus aut capax in ipſo ventre; per totum enim tempus geſtationis omnia quæ ad uterum & fœtum excipiendum ſunt neceſſaria paulatim adaptantur diſponunturque, Inteſtina creſcente fœtu, & dilatato utero, retrocedunt, hepar, lien & ventriculus verſus diaphragma blande reprimuntur, peritonæum ſimul & muſculi abdominis, prout fœtus accreſcit, ſenſim extenduntur, dilatanturque omnia ad partum naturalem, ſed ſine periculo, quia id ſenſim fit: cum violentia vero abſque læſione prædictarum partium reponi non potuit: Sed ponamus abdomen abſque inſigni periculo dilatatum, uterum quinetiam, & in ipſo contentum fœtum, feliciter in ventrem repoſitum fuiſſe, partus tamen naturalis quomodo conſequi potuiſſet non video: Ut enim reliqua impedimenta taceam, hoc unicum, ſcil. inciſio muſculorum abdominis, ad partum naturalem impediendum ſufficiens erat: quantum enim compreſſio muſculorum abdominis in partu ſit neceſſaria ſciunt Medici, at hic ratione vulneris fieri non potuiſſet.

6°. Medici quod poſt partum cæſareum uterum ſutura non conjunxerint prudenter fecerunt, utero enim a contentis evacuato, labia vulneris per ſe facile, ut *Rouſſetus* de partu cæſareo teſtatur, concidunt & arcte conjunguntur: deinde poſt partum ut ſanguis, & quicquid præternaturale in utero ſupereſt, paulatim vacuetur neceſſe eſt; at quia in hac fœmina, ut veriſimile eſt, naturalis via occluſa fuit, non erat occludenda artificio facta: Cutim vero quod conſuerint recte fecerint; alioquin uterus aëri expoſitus protinus alterationem & putredinem aliquam contraxiſſet, ægramque mox è medio ſuſtuliſſet. *Hildanus.*

7°. Sed aliquis forſan partem illam uteri, quæ per tot menſes extra abdomen propenderat, filo ligaſſet & abſcidiſſet: neque omnino rejicienda fuiſſet operatio hæc; gangræna enim quæ poſtea ſupervenit, ut veriſimile eſt, hoc modo evitari potuit: deinde mulierem abſque utero vivere, imo & coitui aptam eſſe multis exemplis conſtat: Verum operatio hæc & abſciſſio ut tuto fieret hæc obſtabant, primo quia reliqua pars uteri in ventre recondita, rite expurgati, ut neceſſe, non potuiſſet; via enim ad id à natura deſtinata proculdubio occluſa fuit; hinc ſanguine retento graviſſima ſymptomata & mors ſubſequi debuiſſent: deinde quia in poſterum ad procreationem inutilis fuiſſet fœmina illa, totus enim fere uterus decidiſſet: potuiſſet quidem concipere, quod omnia ad conceptionem neceſſaria remanſiſſent integra, ſed an fœtum, uſque dum maturus fuiſſet geſtare potuiſſet, vix credibile eſt, nimis enim anguſtus fuiſſet locus, nec unquam uterus propter partem ablatam ſeſe ſatis explicare potuiſſet, & proinde abortum maximo cum vitæ diſcrimine feciſſet: in partu enim niſi uterus, prout fœtus ſeſe ex una in alteram partem projicit & circumvolvit, extendatur, ut plurimum parturiens, ſimul & fœtus ipſe verſantur in vitæ periculo: quapropter quæ ſcirrho uteri laborant, vix parere poſſe obſervavi. *Hildanus.*

8°. Membranam illam, qua obductus fuit uterus, recte nominat, D. *Sennertus* purulentam: non enim fuit membrana vera & recens genita: ſunt enim membranæ partes ſpermaticæ, nec facile regenerantur; ſed fuit aliquid præternaturale ex viſcida materia à natura procreatum, in eum finem ut ſubjectæ parte, tegerentur & ab injuria aëris vindicarentur: In hunc finem natura in vulneribus capitis fungos produxit, & in vulneribus juncturarum, quod vidi anno 1585, & ante paucos annos &c. *Idem.*

9°. Gangrænam, quæ ſupervenit, ex interceptione ſpirituum & penuria alimenti ortam fuiſſe veriſimile videtur; abdomen enim ſimul, & ea pars uteri quæ extra abdomen prolapſa fuerat, perexiguas habet venas atque arterias: hæ autem quum tempore geſtationis ſupra modum elongatæ, extenſæ, & proinde veluti aridæ factæ eſſent, non potuit ſpiritus & alimentum per tam anguſtas vias poſt partum ſatis copioſe deſcendere, parteſque longinquas nutrire: extinctus itaque paulatim fuit calor nativus, & ſupervenit gangræna: Quæres, cur extinctio illa caloris nativi tempore geſtationis, aut paulo poſt partum non acciderit? *Rſ.* ſanguinem & nutrimentum tempore geſtationis motu quodam naturali pro nutritione fœtus, copioſe ad partes illas defluxiſſe; poſt partum autem motum illum naturæ paulatim ceſſaſſe, & ſanguinem illum qui ante ad uterum fluebat, ad mammillas aliaſque partes deſtinatas retroceſſiſſe.

10°. Leipothymiam quæ ex improviſo ſupervenit, & mortem intulit, imo & eo ipſo tempore cum vix ulla amplius de recuperanda ſanitate ſpes ſupereſſet, ex occulta quadam malignitate, ex præcedente gangræna progenita, & in vaſis contenta ortam fuiſſe arbitror. *Idem.*

§, 2. Monialis, multo tempore circa Inguina & Pubem doluit: Omnino ulceratus uterus fuit, Veſica quoque qua parte ipſum contingebat. *Tit. de Ventris tumore.*

§. 3. Vir Rever. poſt dolores frequentes in Ilio ſiniſtro urinam cruentam reddidit: Adfuit calculus in Rene, cujus tota ſubſtantia abſumpta. *Tit. de Vrinis p. n.*

§. 4. D. N. Ren dexter, in ureterum orificio; grandem calculum continebat acutum, ſed glabrum: nullam tamen urinæ difficultatem experiebatur, ſed dolorem tantum in Inguinibus. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 5. Joh. N. De gravitate in lumbis, & dolore tenſivo in utroque inguine præſertim ſiniſtro. Ureter ſiniſter ultra pollicem erat dilatatus, plurimos lapillos continens &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 6. Teſtes intra cavum abdominis ad pubertatem uſque latere probat *Mart. Rulandus* duabus hiſtoriis, hiſtor. 5. *A. Paræus* exemplo ſingulari confirmat, & in Nobili viro *Argentonio* poſt mortem, aperto cadavere, obſervatum fuit: Novi virum Nobilem, qui numeroſam prolem è lectiſſima conjuge ſuſcepit, cum tamen habeat dextrum teſticulum in inguine latentem, qui Herniæ ſpecie Medicos & Chirurgos fefellit. *Riolanus Antrop. lib. 2. cap. 29.*

ANATOMIÆ PRACTIC.

LIBRI TERTII

SECTIO XXIV.

DE URINÆ SUPPRESSIONE.

Observatio I.

Iſchuria à copia ſabuli in Emulgentibus, in ipſo Renum corpore & in capite ureterum. plurimis calculis Renes & ureteres admodum diſtendentibus. 2. Ab uretere ſiniſti ſtructo à calculo impacto, deficiente Rene dextro. 3. Ob ureterum initia calculis oc 4. 5. 6. 7. Iſchuria cum dyſuria à calculo duplici in uno uretere. 8. Ab obſtructo ut uretere à calculo, Rene ſiniſtro inflammato. 9. Ob utrumque Renem à calcu ureteris orificium illapſo obſtructum. 10. Ob ureteres ſabuloſa materia oppletos. 11 ureterem unum à calculo obſtructum, Renem oppoſitum putrefactum. 12. Ab obſt ureteribus à viſcidis humoribus. 13. Ob obſtructum ureterem dextrum à grumo ſang 14. Ob ureterem unum reſiccatum alterum calculo obturatum. 15. Ob ureteres obſtr à gypſea pituita. 16. Ob Emulgentes & ureteres craſſa pituita obſtructos. 17. A ca Renis & ureteris initium occupantibus 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25 26. 27. 28. 29. A materia calculoſa in renibus, Calculo ſiniſtro Reni inſerto. 30. A Rene dextro c loſo, Vreteribus arena refertis. 31. Ob ureterem dextrum calculo obſtructum, cum di minoribus in cavitate Renis ſiniſtri. 32.

§.1. NOs aliquando in Emulgentibus vaſis, & ſimul in ipſo corpore Renum, capite Ureterum, utrinque ingentem vim ſabuloſæ materiæ juvenimus: æger tanta & tam pertinaci urinæ concluſione tollebatur. *Schneiderus l de Catarrh. c. 7.*

SCHOLIA.

CAlculi non in Renibus primitus gignuntur, ſed in *maſſu ſunguinea*: De hac illi ut ad omnia membra, ita etiam per arterias ad renes veniunt, & quidem tanto facilius quanto plus ſeri per eos quotidie excernitur: Sabuloſa materia nonnunquam reſtagnat in vaſis Emulgentibus: pet venam emulgentem, *inquit Rolfinckius*, renes tum nutriuntur, tum quicquid eſt in ſanguine ſeroſi, illa emulget & ad ſe trahit: Ampliſſima ergo eſt, quia ſerum copioſum erat: Brevis, *quia ſerum nullam requirebat præparationem, ſed quam celerrime pervadere debebat*; Ambæ venæ emulgentes unanimes deponunt ſerum in papillares & carunculis ſimiles proceſſus ad fiſtulas ureterum; Sic illud in pelvi colligitur, & ſenſim ad veſicam deſtillat: Nonnunquam non ſolum ſerum per emulgentes ad renes derivatur, verum etiam pituitoſa & mucoſa materia: hæc cum in pelvi colligitur, arenulæ gignuntur: cum ſubſiſtit in emulgentibus, propter ſuam craſſitiem, *generatur maſſa ſimilis cicadis, habens proportionales alas & pedes: talemque ſæpiſſime in exortu emulgentium deprehendimus*: Hunc *Gulenicum* uſum vero ſuſpectum reddit circulatio Harveana: ad oſtia enim earum valvulæ ſunt appoſitæ, exacte illarum orificia apetientes, ut per eas in renes quicquam ferri impoſſibile ſit: Revehunt ergo Emulgentes ſangu à nutricatu Renum, quem arteriæ important, duum in cavam: hinc proculdubio, *inquit F morus*, in renum ulceribus, ſi quando obſtr ureteris capite pus cohibeatur, ut per urinas cuari nequeat, id ſenſim una cum ſero per ve emulgentem in cavam redundans, ſanguinem te corporiſque habitum inquinat: qua etiam ex c quaſi ex leucophlegmatia, calculoſos tumer palleſcere ſæpe animadvertit *Fernelius 6.* de morb. cap. 12. *Hactenus Rolfinkius*: Materia ig ſabuloſa tantum in renibus cogitur, & in lapi concreſcit, ac in dies augetur: Ac quicquid ſabi ſæ materiæ in maſſa ſangninea ineſt, de ea per re cito rejicitur, & quidem commodo valetudinis teſtantur *Scherbius*, *Hofmannus*, *Zacutus*, *naxolus*: quammulti qui febri vel tertiana, vel qu tana, vel ardente jactati fuere, ſabuloſa urina ad nitatem reducuntur? Idem *Scherbius* etiam *ait*, culos ad renum formam, ſi ibi morantur, aſſum corpus: operæ pretium erit ejus verba appon Probabilius, *ait*, videtur humorem omnem, eti ſerum, materiam poſſe eſſe calculorum, modo ex latio ſicca in eo ſit ſoluta, inſtar ſalis aut aquæ cal Talis enim humor certis in locis retentus, in na

tam lapideam facile degenerat : Arenæ quoque, ſi glutinoſus humor accedat, in calculum coagmentari dicuntur: Hinc certe fit ut corallium in mari (quod ſalſum eſt) lapideſcat, imo ut integra etiam animalia ibi, ſi talem ſuccum attraxerint, in lapides abeant: Conjecturam videtur adjuvare id quod à nonnullis obſervatum, ea fere ex animalibus domeſticis lapides in ſe gignere quæ ſale copioſiori veſcantur : Ejuſmodi autem lapideſcentem ſuccum urinæ interdum præ ſe ferunt, a calidiore intemperie humores adurente, ad quandam calcis ſimilitudinem : Neque diſſimili modo arenæ fieri putantur, niſi quod in his principium concretiouis eſt in partibus minutioribus : Atque inde quidem vini quædam genera ad calculi generationem male vulgo audiunt ; Hæc igitur videtur materia quæ principium τὸ κινῆσαι, i.e. vim & naturam lapideſcendi in ſe continet : Efficiens duplex eſt, primum enim, ut modo diximus, oportet ſit intemperies aliqua calida humores urens, ſive heparis illa ſit, ſive renum, ſive totius venoſi generis & arterioſi, ſive etiam horum omnium : Niſi quis putet eam materiam, quę ad lapideam naturam ὁρμὴν habeat, etiam ſolo cibo potuque poſſe aſſumi : Deinde terrea hæc materia certo modo uſta, oportet veniat ad loca frigidiora : Satis autem eſt ſi ea ſint minus calida : Inde enim fit ut calculus neque calido ſolvatur, neque frigido, (etiam cum humiditate conjunctis) quia neutro per ſe ſolo conſtitit : cui rei cum multa alia documenta ſint, tum imprimis quod in veſicis frigidioribus natura & exſanguibus, & ad alias etiam membranas, itemque ad oſſa maxime calculi naſci ſolent: Qua de re operæ pretium eſt videre quæ *Andreas Cæſalpinus* lib. 2. quæſt. medic. cap. 25. doctiſſime diſputat : Hæc autem altera cauſa, etſi omnino ad calculum φυσικῶς requiritur, & pertinet etiam ad problematum quorundam ſolutionem, nullas tamen utiles indicationes, & agendorum inſinuationes in artis operibus affert : *Fernelius*, ut ſolet, in cauſis reddendis decurrit hic ad occultam quandam calculoſam conſtitutionem renum, quæ etiam hæreditariæ ſint, unde totæ familiæ calculo obnoxiæ oſtendi queant : Verum multa *Fernelii* dogmata incurrunt in acerrimam illam, omniſque prudentiæ pleniſſimam *Galeni* cenſuram, quæ eſt 3. præſag. ex Pulſib. cap. 5. Eorum, *inquit*, qui nihil docent duplex eſt inſtitutum, alterum dum ad proprietatem, quæ exprimi nequeat, confugiunt : Alterum dum proferunt quædam nomina, nec tamen quæ ſignificant obſervant, nec quam illis ſignificationem tribuunt interpretantur : Certe quamdiu non aperte dicitur in quo ſita ſit, ſive quid ſit calculoſa illa conſtitutio renum, ut ea cognita per contraria illi mederi poſſimus, aut ſaltem prognoſi uti, nihil in arte utile neque docetur neque diſcitur: Idem peccatum neque ii refugiunt qui nominant quidem calculoſam hanc diatheſin, ſed nominant imbecillitatem renum, ex ſemine parentum contractam, qua purum ab impuro non exquiſite ſeparetur : Præclare enim *Galenus* de ventriculi imbecillitate *ait*, Nomen hoc (imbecillitatem) ita communiter prolatum eſſe nudum & inane, atque ad medicationes inutile : dicendum enim potius Ventriculum eſſe imbecillem, quia ſit frigidior, calidior, humidior &c. ita enim elucet quid ex altera parte auxilii rationem habere poſſit : Idem igitur nos quoque de iſta renum hæreditaria imbecillitate, ſi non clarius explicetur, profitemur: Longe ad artis opera utilius *Galenus* docet, facultatem ſuam habere eſſentiam in certa propriaque partis cujuſque temperie, unde I. de præſag. ex Pulſib. cap. 4. facultatem vitalem clariſſime *ait* eſſe cordis temperiem : Quia ad actiones mora requiritur, plurimum ad calculi concretionem faciet ſi humor lapideſcens in canalibus renum hærent : id autem fieri veriſimile eſt in iis, in quibus meatus, qua emulgentia vaſa renibus inſeruntur, ſunt ampliores, contra autem, qua ureteres exoriuntur, anguſtiores: Etſi autem hæc cauſa veriſimilis eſt, in vivis tamen certo cognoſci non poteſt, niſi quod crebrior uſus eorum quæ renes abſtergunt poſtularetur : Nihilominus ex his perſpicitur quæ ſit illa *Naturalis*, & in quibuſdam etiam *Hæreditaria* renum calculoſa conſtitutio : Nam & viſcerum intemperiem calidam, quam calculorum primariam cauſam poſuimus, non raro eandem à parentibus accipimus, & conformationem partium, ut in membris externis, ita etiam in internis eorum ſimilem plerumque in lucem nobiſcum efferimus : Non ſolum in ſinu cavo renum, ſed etiam in uretere concreſcunt, imo in renum quoque ſubſtantia: Inter ſigna pro pathognomonico non agnoſcimus arenularum mictionem, cum non pauci eas reddant ſine ullis calculi laboribus, idque imprimis obſervari in Hiſpanis author eſt *Thomas à Vega* : *Hactenus Scherbius* : Succus lapideſcens, inquit *Highmorus*, à terra per plantas una cum illarum ſucco exhauſtus, & inde ab animalibus, quæ nobis alimentum præbent, aſſumptus, noſtris exinde communicatur corporibus, nondum tamen ſuam amiſit naturam, ſed corporis noſtri partibus appoſitus, licet tot concoctiones ſubiverit, in lapidem concreſcit, in iis præcipue partibus quæ naturæ ſunt ſiccioris, aut nimium anguſtis, & humoribus viſcoſis refertis collectus ſi fuerint : Hæc *Highmorus* : Simili modo materiam calculorum declarant *Fonſeca*, *Aſſuverus*, *Beverovicius*. Quidam vocant *Tartarum*, ſunt ii. judice *Scaligero*, Barbari, *Quia cum vini tum olei partes quædam partibus omnibus aquæ ſunt tenuiores, contra quædam craſſiores, idcirco ex utroq; fæx, quod in altero Barbari Tartarum; in altero Latini Græca origine Amurcam vocant* : Hoc nomen etiam horret *Iohannes Aſſuverus* ; Eſt calculi cauſa, *inquiens*, antecedens fæx, craſſitudo & ſaburra ſanguinis in venis & arteriis contenta, mox una cum ſanguinis ſero per venas emulgentes ad renes excernenda : Cum dico fæcem ſanguinis, voce ſanguinis totam ex quatuor humoribus permixtam ſanguinis maſſam, & intra vaſa adhuc coërcitam intelligo: Per fæcem autem ſerumque ſanguinis, accipio omnium eorundem humorum ſerum & fæcem commixtam: Suum enim cuique humori ſerum, & ſuam cuique fæcem excrementitiam eſſe nemo eſt qui neſciat: Altera antecedentium cauſarum paulo remotior, eſt ipſa viſcerum prava actio & conſtitutio, Hepatis imprimis, deinde & Lienis, (de Renibus in cauſa continente diximus) denique & Ventriculi : Cum enim viſcera ſuum ſingula non probe officium ſuum naturale officium faciunt, coquendo, coctionis excrementum ſegregando, idem debito modo & per vias deſtinatas excernendo, non poterit utique non tota inde ſanguinis maſſa impurior fæculentiorque evadere : Præterea omnes illi *Ferneliani* vehementer errant, qui calculos à *diſpoſitione Renum calculoſa* creari putant, Sint calidiſſimi renes, ſerum indeſinenter tranſiens in lapidem convertere non poſſunt: ac ſanguis potu dilutior ad renes ſubinde venitur, renumque calor ex ſanguine pendet; Fruſtra quoque ſunt ii qui illam *Renum diſpoſitionem* vocant

Areno-

Arenoſam, & hi talem eſſe Hæreditatiam opinantur: Cauſa cur Gemellorum fratrum paris alter calculo renum prematur, alter non item, quærenda eſt non in diſpoſitione renum, ſed in proprietate naturæ, quæ in hoc cibum aliter, aliter in illo digerit: Hujus natura multam fæcem, & terream illam materiam in ſanguinem ſe penetrare patitur: Illius autem natura eam quam maxime expellit: Si maſſa ſanguinea tam in ſabulo ſat repleta eſt, eam natura defæcare aggreditur, quapropter ſalvis renibus nephritis gigni videtur: Ut pulmones, hepar & lien, hoc expulſo ſabulo, nonnunquam vitiantur, ita plerumque ab eo affliguntur renes, per quos ſanguis naturaliter emundatur: Quidam quoque falluntur, dicentes *Serum in renibus alterari, elaborari & perfici*: ut fæx vini ſe cogit & continet, ita arenæ in ſe coeunt, eas natura cum ſanguine circumfert & commode in renes amandat: De alimonia ſingulorum membrorum varii redundantes humores redeunt in maſſam ſanguineam, de hac mittuntur calculi ad renes & ad veſicam, in qua, ut loquuntur, per appoſitionem increſcunt: Num acicu-

læ in veſica hominis calculoſi deliteſcenti, u
lo in aqua ſabulum allinitur: *Lapidiſicam m*
nos nullam aliam agnoſcimus quam terreſ
ſicciorem partem alimentorum, hæc coit i
lapidis naturam induit: Si ejus magna vis i
ſanguinea cohibetur, & impetu arteriarum
ſcera compellitur, illa calculis referciuntur
deſcere videntur: *Spiritus lapidiſici* huc n
ctant, ſatiſque terreſtris materiæ in aliment
unde calculi poſſunt concreſcere: Nihil nece
bemus ad illos raros, ut vocant, ſpiritus lapi
confugere; quare à D. D. *Sennerto* penitu
dimus, ac negamus diſpoſitionem arenoſa
cauſam calculorum: Salvis renibus calculi i
bus, & ante in maſſa ſanguinea inveniuntur
illam ſanguinis fæcem quoque vocamus Ta
ſimilis amurca per urinam ſaniſſimi hominis
nitur, nec animadvertitur: Thermarum aqua
pellucida eſt? quam tenuis? quam liquida?
quam exiguo ſpatio temporis fit turbid
aut arenoſa? *Hæc ex Aſſvero Schneiderus.*

§. 2. Philoſophiæ naturalis Profeſſor in Academia Wittembergenſi, perquam indu
D. Joh. Sperlingius per aliquot annos mictus tarditate vexatus fuit; ac ſi aliquando
citatione ambulandi uſus eſt, cruentam, licet eam minimam, fecit urinam ac arenc
Nonnunquam ſedimenta quoque erant ſimul ſabuloſa & ſanguinolenta: Præterea
obtuſo lumborum dolore premebatur: Quam vere autem is intelligebat ſe eſſe ca
ſum, tam vehementer à medicamentis abhorrebat: hic de domo aliquando exiens, a
cauſa ſpatiabatur, & mox contentius ire cœpit, eo conſilio ut urina provocaretur: v
confecto illo itinere mictum celebrare non potuit: Is nihil territus, cœnatur & paulo
dormitum proficiſcitur: Verum nec poſtero die, nec reliquis inſequentibus diebus
nam reddere potuit; Tandem ad eum ægrum rogatu uxoris, inviſo: erat tum viceſ
dies ex quo urinæ impoſſibilitas eum male habuerat: Expono periculi magnitudi
quam ille tantopere non motus, judicabat Naturam ſat valentem fore: Interjectu
corum dierum iterum acceſſor: Tandem quidem curationem ordinare aggredior, ſ
mul pronuntio eventum fore in manu Dei, me autem facienda rite obiturum, certo
facturum eſſe: Cumque ad medicamenta æger natura nauſearet, omnia quæ aſſume
tur tanto citius ore rejiciebantur, urina itaque ſtetit, alvus quidem ſemper fluidior
hacque ſpe ſe ſuſtentabat fore ut urina exitum hac via inveniret, Quid? jocatus quoqu
hoc fatum valetudinis dicebat, ſe nunc vivere vere vitam paſſeris, unde cognomin
tur, cum aves bibant nec mingant; quid mihi igitur refert illud nomen eſſe niſi fato
probo? Ac quomodo ille quoque apud *Plautum*, *Nolo ad veſicam quod eat, in ventrem*
Sed ne in longum exeam, is tandem convulſionibus corporis adeo urgebatur ut dece
ret: Hac ratione quoque, ut obiter dicam, periit *Marcus Vigerius* Epiſcopus Senogallier
ut refert *Bartholomæus Euſtachius.*

Cæterum Sperlingii noſtri corpore inſecto, Renes calculis mirifice diſtenti reperieb
tur: Illi erant varia forma & diverſa magnitudine: Quidam enim erant trianguli, quid
quadranguli, quidam quinque anguli, quidam aſperiores, quidam leniores: nonnulli t
& fere quatuor drachmas, nonnulli duas, nonnulli unam pendebant: hos in cavo ren
latentes humor quidam ſubalbidus perfundebat, qui colaturæ liquidæ colorem fingel
Mictuales viæ, quas ureteres vocant, etiam calculis fere innumeris, ſed minoribus & exa
teretibus penitiſſime obſtructæ erant, ut quiſque, qui ſectioni intererat, ſatis ſuperque
telligeret hinc eam tam pertinacem urinæ concluſionem fuiſſe ortam: Hepar & Lien,
biliora illa viſcera, erant minime vitiata, Hepar maxime conſiderabatur, cum puſtular
eruptiones faciem ejus ſemper turpaſſent: Ante quatuor annos ſanguis ex brachio mi
fuerat, qui erat mirifice craſſus & ponderoſus: Ac nunc ante omnia dicendum eſt, qu
ejus ſudor fuerit arenoſus. *Schneiderus lib. 3. de Catarrhis cap. 3.*

SCHOLIA.

Sudor fuerit arenoſus] Æger ſæpius de cauſa hujus ſui ſabuli diſſerebat, quod per ſudorem rol-

lebatur: Credebat ejus originem in alimentis qu
oportere: Erit itaque ipſius judicio æſtimabile a

nas ſanguinis in renum cavum coire ſolitas fuiſſe, è quibus tandem adunatis, & mox concretis tot tantique lapides certe creari potuerunt: Nimirum ut vermes in ſanguine, teſtibus *Kirchero, Borello, Bartholino*, naſcuntur, & tandem ad renes ac poros ureticos devolvuntur: ita arenulæ cum ſanguine in renes deferuntur, ibique augentur, & tandem per illas urinales vias excluduntur; Variæ & diverſæ res urinæ admiſcentur, ut ex deprehendi non poſſint: Hæc vero ſanguineæ maſſæ recrementa ad renes vehunt arteriæ, ac quod ſupereſt ſanguinis, reducunt venæ: *Idem. Eandem hanc hiſtoriam aliter, paulo enarratam, vide tit. de Lumborum dolore, ex Joh. Daniele Majore.*

Sudor arenoſus] Ab Excell. *Th. Bartholino* adnotatus ex *D. Olao Wormio*, hiſt. 34. cent. 1. Illuſtris quidam Vir Calculo & arthride, domeſticis hoſpitibus ſæpe obnoxius, ſubinde in largiſſimum ſudorem ſolvitur, quo non ſerum exſudat, ſueti per poros liquores, ſed, quod miteris, manipuli arenularum, quas inducta manu abſtergit: quotidianum id Nob. viro, & à Medicis ſaluti illius excubantibus viſum perſæpe. Ejuſdem rei adſtipulator eſt *Dn. D. Ioh. Dan. Horſtius*, Ubi cum dolore, *ait*, arenulæ minguntur, calculum quoque minantur renum aut veſicæ ſæpe tamen non minantur calculum, maxime ſi dolor abſit: Si ſcil. illæ arenulæ in venis & ipſo ſanguine generentur, quod familiare Scorbuticis, quorum ſæpe ſanguis adeo abundat arenulis, ut non tantum copioſe prodeant cum urinis, ſed & poſt ſudorem cuti in vola manuum & aliis partibus ſe infinuent, ut vidi in Ill. matrona, cujus ſæpe mammarum & manuum cutis ita arenulis obducebatur, ut digitorum apprehendentium veſtigia relinqueret: Hæc *Horſtius*. In hac civitate quidam degit, qui finito ſudore arenulas manu detergit & de cute vellit, quæ ſplendidulæ volitant per aerem: Si ergo ſudor de conceptaculis ſanguinis venit, venit de iiſdem calculus.
Schneiderus l. c.

§. 3. Cum decem ab hinc annis Monacho cucullato Iſchuria laboranti Medicinam afferrem, quæ octiduum, & plus, eum exercuit, cum dolore in rene ſiniſtro, qui nec aliis diureticis nec balneo cedebat, cui propterea cum præſcripſiſſem cantharidum ſcrupulum ſemis, cum unciis viij. juris pinguis, alterati radicibus petroſelini, liquiritiæ & fœniculi, addita drachma ſeminis ameos, ad contemperandam acrimoniam, & obtundendam veneficam earum qualitatem, & quod vehiculi loco eſſet cantharidibus, accedens *Iulius Cæſar Caſſerius Placentinus*, me abſente, cantharides exhibuit cum conſerva capillorum Veneris, ex cujus remedii uſu dolores ventriculi, atque in regione pubis ægrum corripuerunt, à quibus tertia die extinctus eſt. Quod tamen remedium validiſſimum adhibuimus, quia eo morbus progreſſus erat, ut ex ſola urinæ ſuppreſſione vix biduo ſuperſtes futurus eſſet, cum in primis aliis remediis locus non daretur, intercepta urina in renibus, non in veſica.

Aperto vero cadavere, deprehendimus ventriculum & veſicam exulcerata: Obſervavimus quinetiam obſtructum ureterem ſiniſtrum à calculo illi impacto, atque deficientem renem dextrum.

SCHOLIA.

Nec diureticis cedebat] Ejus rei cauſa Medici calida in 4°. admiſcent diureticis, erodentia ſcil. quorum ope abradantur calculi, atque evacuentur paulatim, in quam rem commendantur Cantharides, Verum ſi meminerint hiſtoriæ Filii Theophorbi. 5. Epid. luce clarius apparebit quam perniciosa ſint erodentia: *Filius hic veſicam ſcabioſam habebat, & viſcoſam urinam reddebat, dolebat, & cum inciperet meiere, & cum deſineret, ac confricabat partem anteriorem, Huic cum bibiſſet diureticum vehemens, exulcerata eſt alvus fortiter & tertia die à potione obiit.*

Ventriculum & veſicam exulcerata] Quod forte non contigiſſet ex potionis alicujus epiceraſticæ uſu, quæ ventriculo non immoratur, unde cantharides ipſum non exulceraſſent, hauſto potiſſimum ab ipſis juſculo pingui, quod earum acrimoniam & vim erodentem obtundere potuiſſet. *B. Sylvaticus conſ. 50. c. 3.*

§. 4. Magdalena Nicola, vidua quadragenaria, à renum cruciatu & calculi excretione aliquandiu afflicta, doluit intenſe ex utroque lumborum latere, cum præcordiorum anguſtia, cibi faſtidio, vomitu continuo, & mictu, primum quidem imminuto, ſed mox integre ſuppreſſo; quod omnimodum lotii impedimentum comitabantur febris lenta, lancinans lumborum dolor, gravis ſopor, mentis ſtupor, nervorum diſtenſio & ſimilia oppreſſi cerebri ſymptomata, orta à reciproco retenti & regurgitantis ſeri refluxu, quod per diutinam moram ubi computruiſſet, auxit calore febrem, & acrimonia ſua reſeravit non modo uteri venas, ſed ita quoque vellicavit proceſſus ſpinalis medullæ (qui cum pendula ipſius parte vertebris incluſa, conſtituunt verum nervorum principium & indubitatam omnium ipſorum originem) ut xviij. iſchuriæ die perierit, & comate & convulſione obruta: Cujus inextricabilis infortunii cauſam clare uti innoteſceret, & perſpicue conſpiceretur non ſemper in Medico eſſe quoſcunque curare, ſed ſubinde ſufficere generoſam prædictionem, decretum cadaver hoc aperire, & omnium oculis exponere indiſſolubilem illum nodum, quo corpori inextricabiles morbi ſæpenumero adnexi.

Apparuit itaque hic Ren ſiniſter extrinſecus quidem lividus & tumidus, ſed intrinſecus non minus aqua quam tribus calculis refertus: quorum maximus adæquans primum humani pollicis articulum, acuto ſuo apice ita obturabat ureteris principium, ut omnem tranſituræ urinæ intercluderet aditum: nihilque propterea lotii contineret veſica urinaria plane

plane vacua & omni liquore deſtituta, præſertim quum oppoſiti renis ureter non m obſtrueretur ab plano & lato calculo, inſtar operculi eum claudente: Quæ duo imp menta ita coram ab adſtantium cotona conſpecta, vindicarunt à calumnia artem quæ ſuperaverat id quod omnium oculi videre inſuperabile. *Nic. Tulpius ad Ioannem Beverovi in huius Spicilegio de Calculo.*

§. 5. Memini me tres in variis temporibus Venetiis vidiſſe qui cum objiſſent ex suppr lotio, quod nullis unquam remediis poruit evocari: Poſt obitum ſecti fuere, & rep ſunt duo prægrandes lapides in renibus, qui impulſi fuerant verſus originem urererum erant duri admodum, colore mixto ex nigro & viridi, præceſſerant autem renales dolo *Trincavella lib. 10. c. 9. de cur. Rat.*

§. 6. Alium etiam vidi qui diu ægrotaverat, in cujus cadavere inveni prægrandem l dem triangularem, ſimilem fructui quem Tribulum appellant, qui à natura impulſus fu verſus ureretes, illóſque perforaverat imo dilaceraverat. *Idem ibidem.*

§. 7. Erat puerulus unius anni qui per plures dies non minxerat, nec conatum ſeu vol tatem mingendi habuit, ſed ejulando ſe intorquebat, contrahendo crura & intorqu do, cibum faſtidivit, aliquando etiam revomuir, Emollita fuit alvus ſuperne, & inferne poſitus cereus & ſyringa, factæ item inſeſſiones in aqua dulci, exhibitis etiam diureticis ea ætate: Fuit ſic prolecta urina per unum diem & noctem, mox iterum ſuppreſſa cum r jori quam antea corporis imbecillitate, ut inſeſſiones parentes admittere noluerint, d quiorum metu quæ oboriri cœperunt: adhibitis interea fomentationibus & unctionil puer defecit.

Mortui primum inſpecta veſica, quæ inanis prorſus omni re, ut ne guttula ineſſet: p quiſiti ureteres, dexter paulo ab egreſſu diſtendebatur admodum, ut rumpendus quaſi eſ à duobus calculis gypſeis & duris, perſtridente in inciſione novacula. Ren idem, uti & ter, mutara narurali phaſeolorum figura, in rotundum vergebant tuberoſi, ſicut vitu rum renes ſunt: apertus plures exhibuit calculos minores prioribus, imo tota ejus ſubſt tia interna conſperſa erat lapillis, milii inſtar, gypſeis: ureter ſiniſter pariter obſtructus à ſimili calculo in ipſo egreſſu; interni item ſinus omnes referti fuerunt majoribus & mi ribus gypſeis calculis non ſabuloſis nec rubeis, ut magna eorum copia exempta, & à pare tibus adſervata fuerit. *Ex Obſervat. Ioh. Aicholtzsi Med. Viennenſis.*

SCHOLIA.

Nihil quidem hic miraculi nec monſtri, prætetquam quod calculi majores quam pro ætate fuerint, Et gypſei candidi; cùm his locis rubentes, friabiles plerumque gignantur, quod forte ex continuo pultium farinacearum uſu, noſtratibus coſueto, fieri quis dixerit: at id in aliis ſimiliter fieri deberet: Cæterum curationis talis tetentionis mihi major occurrit ſcrupulus, In prophylactica proculdubio abſtinendum ab omnibus ſuccum viſcoſum gignentibus, & iis oniverſus infantium victus conſ In therapeutica concretæ ejuſmodi materiæ teoa & duræ, attenuantibus & incidentibus etiam v diotibus egent, ea vero niſi alentia ſint, ætas r non admittit. Sit ergo unicuique viro perito co lium liberum, quid in tali caſu agendum ſuſcipi mihi res gravis ac ſatis-dubia videtur, atque inter infelices talis infans connumerandus.

§. 8. Puer decennis jam ab aliquo tempore urinæ ſuppreſſione dyſutia, purulenta ctione, per intervalla recurrentibus laboraverat, tandem emaciatus obit.

In Rene dextro, exiguo valde, & nil niſi ſaccum membranaceum pure refertum repr ſentante, calculus nullus aderat, forſan ad veſicam delati cum urina excreti, plurimos en collegerat parens; ureter quoque hujus lateris ſumme ampliatus: In ſiniſtro vero rene, mulro naturali major, ſinus plurimi occurrebant, quorum varii ſatis notabiles, ſanioſo quore repleti. Pelvim occupabat calculus niger, triangularis, figuræ, acuminata ſui par in ureteris principium longe ſatis ſe dimittens, adeóque ſic omnem urinæ deſcenſum h latere impediens. Nec tantum in ureteris hujus ſinu calculus hærebat, verum etiam ali occurrebat priore minor, inæqualis, niger, durúſve eo loco ubi ureter veſicæ jungit *G. Blaſius obſerv. med 24. p. 6.*

§. 9. Iſchuriæ varias exiſtere cauſas Practici luculenter declarant; nulla omni frequentior ea quæ vitio veſicæ urinariæ exoritur, ipſa ſive in veſica malum hæſe ſive in continuato ejus ductu urinario. Rarius renes hic affici, iiſve continu ureteres, eo quod uno læſo calculove obſeſſo alter officio ſuo integrè fungi obſ vetur: Contingere tamen poteſt, poſtquam uno in latere ureter vel quoad principiu occluſus, vel quoad ductum ipſum obſtructus, bene ſe habente oppoſito, tandem etiam anguſtiæ aliquod vitium incurrat, unde ſubita urinæ retentio, cujus cauſam in utriuſque teris renem ureterémve ſubito anguſtatum conjicere ſæpius incogitanter Practicoru

varii ſolent. Confirmant dicta quæ menſe Auguſto hujus anni obſervavimus in viro robuſtiſſimo: hic poſtquam per aliquot annos ſiniſtri lateris gravativo dolore, cum vomitu ſæpius & febri, mictionéque cruenta aliquoties recurrentibus laboraſſet, non raro etiam arenuloſam urinam reddidiſſet, tandem ejuſdem lateris dolore correptus intolerabili, cum vomitu bilioſo gravi, ſiti ſumma, inquietudine; ſublatis ſymptomatibus dictis, ſaltem maxima parte, ſanitati, ut ſibi perſuadebat, reſtitutus, curru per aliquot horas corpus graviter commovit, altero die ſurgens urinam excernere haud potuit: intus extuſve adhibita quæcunque in tali caſu prodeſſe mecum judicaret Clar. *Piſo*, venæ ſectionibus, catheterúmve uſu haud neglectis, aſt fruſtra omnia, nec urinam excernendi conatus adfuit notabilis, nec ejus catheteris ope evacuatio ulla; Quinto à ſuppreſſionis tempore obiit die.

In aperto corpore Ren dexter obſervabatur à calculo liber, magnitudinis, figuræ conſtitutioniſque debitæ, aſt in uretere, digitorum tranſverſorum quatuor latitudine à rene dicto, notabilis hærebat lapis, vix loco mobilis, cujus à motu corporis vehementiore; ex Rene ad inferiora deſcenſu ſubitaneam Iſchuriam adſcribimus: Aſt in Rene ſiniſtro, qui naturali duplo major erat, ichoroſo, imo variis locis purulento humore repletus, magna parte inflammatus, calculus inveniebatur duplex: horum primus qui minor, libere in renis pelvi hærebat: alter, qui major, lævis, oblongus, inſinuaverat ſe acuto ſuo apice tam longe in ſinum ureteris, ut is integre occluderetur: Et hunc jam à longo tempore locum hunc occupaſſe valde ex adductis probabile. *G. Blaſius Obſerv. Medic. 22. part. 6.*

SCHOLIA.

I*Schuriæ varias exiſtere cauſas*] ἰσχουρία ſymptoma eſt in quo prorſus urina ſupprimitur: Duplex eſt, una veſica plena, alia eadem vacua exiſtente: Hæc poſterior multis de cauſis contingit, Vel ob obſtructas ab humore viſcido & craſſo *arterias emulgentes*; vel rurſus Renum vitio calculis obſeſſorum, Vel denique ob *Vreteres* à calculo, pituita, ſanguine concreto, vel pure obſtructos & adſtrictos: impediunt hæc omnia quo minus ad veſicam urina deſcendat: Quæ veſica plena exiſtente contingit Iſchuria, pro cauſa agnoſcit vel læſam veſicæ facultatem expultricem, ob nervi illius partis paralyſin, aut obſtructionem, vel colli veſicæ à calculo, craſſo humore, purulenta colluvie, ſanguinis grumo & tuberculo obſtructionem. *Thomas Burnet Theſaurs Medico Pract. lib. ix. ſect. xi.*

§. 10. Viro Nobili Ultrajectino, nephriticis doloribus alias ſæpe obnoxio, urina ex obſtructione renum ſubito fuit ſuppreſſa, ſine ullo dolore: Statim apud Medicos conſenſus inter Renes ſuſpicio incidit, omni remediorum genere incaſſum adhibito, XIV. morbi die vitam finivit.

Aperto cadavere in utroque rene calculus mediocris magnitudinis, turbinatus ſeu pyriformis, in ureteris orificium illapſus repertus eſt, omnem urinæ tranſitum penitus intercludens.

SCHOLIA.

C*Onſenſus ſuſpicio incidit*] Foreſtus, Duretus, atque poſt hos Beverovicius & Loſelius ſcribunt uno Rene obſtructo alterum etiam inutilem reddi, propriáque actione deſtitutum urinæ fluxum intercipere, idque non ſemel à ſe quoque obſervatum ſcribit *Riolanus*, qui id fieri putat ob ſympathiam quam inter ſe babent, officii ſocietate, atque hinc uno laborante mox etiam alterum, tanquam effoetum languere: Verum hac in parte experientiam authoritatibus & opinionibus quorumlibet graviſſimorum Virorum præferendam cenſeo, quæ nos multoties contrarium docuit, ſcil. uno rene obſtructo, alióve modo afflicto, alterum bene valere, per eúmque urinam ſatis copioſam fluere poſſe, cujus rei plurima poſſem adducere exempla; Aliquoties quidem vidimus uno rene à calculo illabente obſtructo, urinam in totum ſubſtitiſſe, verum id non propter aliquam ſympathiam, ſed quia inſcio ægro alter ren (nam carent renes acuto ſenſu) diu antea obſtructus fuerat & manſerat, urina per oppoſitum ſatis affluente, quo oppoſito rene, tandem etian caſu obſtructo, mox urinæ tranſitus ſufflaminatus eſt.

Rem ita ſe habere docent cadaverum ſectiones & inſpectiones, multoties enim unum ureterum circa orificium penitus obſtructum invenimus, quod ægri in vita penitus neſciverant, nullúmque incommodum inde ſenſerant, urina ſatis effluente per alterum.

Quis quæſo jam credat, in utroque prædicti Nobilis Rene hos calculos eodem tempore ad ureterum orificia delapſos eſſe, atque ſic urinam ſuppreſſiſſe? certe multo veriſimilius eſt diu ante & unum renem ab uno calculo obſtructum fuiſſe, nec multum incommodi ægro exhibuiſſe, urina per alterum renem ſatis effluente: poſtea vero etiam in alterius renis ureterem illabente calculo, mox urinam ſufflaminatam ſubſtitiſſe: Saltem hoc patet iſtam urinæ ſufflaminationem non fuiſſe factam ab unius renis obſtructione, & hinc alterius per ſympathiam afflictione.

Notandum etiam in canum diſſectionibus frequenter in uno Rene vermem longum, craſſum & rubicundum inveniri, qui ſæpe totum renis parenchyma conſumpſit, cum tamen alter ren in vita prorſus illæſus extiterit, nec ullam affectionem per ſympathiam paſſus ſit. *De Diemerbroeck Anatomiæ lib. 1. cap. 18.*

§. 11. Qui

§. 11. Qui rei frumentariæ Exercitus Cæſarei Præfectus erat, nomine Heiſenger, W bergæ admodum pertinaci Suppreſſione urinæ deceſſit.

Diſſecto corpore, Ureteres erant albida materia ſabuloſa penitus oppilati: ac Renu caviratibus multum graviter olentis urinæ reperiebatur. *Schneiderus lib. de Catarrhis ſpe liſſimo pag.* 219.

§. 12. In quodam deprehenſus ren ſiniſter totus in putrilaginem abiiſſe; dexter ureter culo obſtructus. Inde urinæ via in veſicam negabatur. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 13. Ureteres ſæpius obſtruuntur à viſcoſis humoribus, & exinde oritur urinæ ſupp ſio totalis, quod factum in Gregorio XI. Papa. *Ioannes Tornamira.*

§. 14. Dominus *Van Ens* Hollandus, Præfectus exhauriendis paludibus Arelatenſi in Gallia Narbonenſi dum glaciem tranſgreditur, ſupinus cadit in nates, hinc ac dit Iſchuria nona die lethalis. Aperto cadavere nulla læſio deprehenſa præterquam uretere dextro, quem obſtruebat grumus ſanguinis, illuc è rene proximo, rupto vaſcu decliduus: Obiit anno 1650. *Ex communicatione Domini Iani Antonii de Seve, qui fati & di ctionis teſtis fuit.*

§. 15. Superioribus annis Florentiæ Raphael Turiſianus, cum alias pluribus menſil anteactis nephritico dolore laboraſſet, indéque eveniſſet (ut poſtmodum paruit) quod terum ex ejus vaſibus ureteribus fuiſſet penitus obſtructum, ſocio interim bene valente a incolumi, accidit tandem poſt multos ab eo in victus ratione commiſſos errores, igna ejus mali quod illi imminebat, ut alterum quoque vas uretur à grandiori calculo in illud ſuperjecto rene compulſo, poſt novum dolorem nephriticum penitus fuit obſtructum, a adeo excretio urinæ ſuppreſſa, ut ne guttulam quidem ejus deducere potuerit, eo qu nulla penitus in veſicam, alioquin bene valentem deſtillaret. Quod pariter poſtmodu Lugduni obſervavimus in J. Jac. à Verina, quibus duobus ægris quamvis varia præſidioru genera fuerint ex arte adminiſtrata, Turiſianus tamen inſtante duodecima ſuæ ægritu nis die, Jacobus autem jam accedente nona, cum interim nullam urinam reddere potu ſent, febre aſſidua correpti, aliiſque graviſſimis ſymptomatibus detenti periere.

Quorum cadaveribus diſſectis, in utriúſque dextro latere antiquata anguſtia, ac qu canalis ureteris exſiccatio apparuit: In ſiniſtro autem utriuſque eorum uretere, calculus r pertus eſt admodum inſignis, nuclei pinei figuram ſervans, qui licet extra ſuperjectum r nem potuerit compelli à facultate expultrice in ſubjectum ac ſibi continuum vas ureto alioquin in parte ſuperiori aliquanto patentius, reſtitit tamen in medio itineris, ubi cavit ſuapte natura eſt magis anguſta, & propterea non potuit ad veſicam tranſfundi, licet utri dum vixit, validiſſima ac plurima præſidia fuerint adhibita. *Vidus Vidius junior de cur membr. lib.* 10. *cap.* 17.

S C H O L I A.

F*Ebre aſſidua correpti*] Poſſe à ſero ſtagnante in- duci febres & diarias, & continentes impuutres, & ſynochos putres, & continuas, imo Intermittente oſtendit C. *Piſo* lib. de colluvie ſeroſa ſect. 6.

§. 16. Septuagenaria cum urinæ ſuppreſſione premeretur immaniter, adhibitis præſidi levata eſt, Ecce poſt duos menſes guttatim eam cœpit excernere, cum renum, ureterur & veſicæ ſummo dolore: tandem diu his tormentis cruciata, nullo modo potuit redder urinam per x. dies, etſi plura fuiſſent illi ad excludendum calculum, quem Medici unanim ter rebantur eſſe mali cauſam, auxilia machinata. Illa ergo omnino ſuppreſſa, animi del quio correpta, ex habitu forſan putrentis lotii concitato, occubuit.

Secto cadavere patuit omnibus non fuiſſe lapidem, ſabulum aut grumum, ſed lentan gypſeámque pituitam, obquam ureteres veluti callo erant obſtructi, qui exitum totalen urinæ emittendæ denegavit. *Zacutus Praxis hiſtor. lib.* 2. *cap.* 16. *obſerv.* 5.

§. 17. Experimento novi conſimili morbo affectos plures, qui morbi cauſam arbitraban tur humores extitiſſe craſſos in veſicæ oſculo congeſtos, per lapidis tamen eductionen convaluiſſe. Alium præterea, quem Medici curare intendentes, indiciis ſuffulti variis, & diverſa opinantes, variáque utentes medela, ipſius tandem demortui membra ſecantes urinarios ureteres craſſa invenere repletos pituita: Quod & alteri contigit ob emulgentes, renéſque ipſam non attrahentes aquoſitatem, de quibus *Galenus* diſſeruit comm. de nat. fa cult. Duos præterea alios comperi in urinario meatu haud varia perpeſſos ſymptomata, privari tamen officio, unum lapide coanguſtari, alterum vero urinæ acrimonia. *Fumanellus de urinæ difficultate cap.* 4.

§. 18. Abbas quidam bis laboravit urinæ retentione omnimoda, & curatus eſt prima vice poſtea vero in eandem recidit nec curari potuit. In veſica nulla penitus urina reperta fuit, obſtructis

obſtructis ureteribus. Poſt mortem de more ſectus, deprehenſum eſt in rene ſiniſtro fuiſſe magnitudine ovi gallinæ lapidem & majorem, cujus altera ejus extremitas magnitudine digiti auricularis ureterem ingreſſa, in torum prohibuit ex rene urinæ deſcenſum: Cæterum in tota ſubſtantia renis cellulæ erant impletæ lapidibus parvis majuſculiſque, velut gemmariorum thecis concluſis, dexter quoque ren ſimiliter ſcatebat lapillis. *Schenckius ex commun. Medici cujuſdam Itali.*

§. 19. Margaretæ Nicolæ (*Vide tit. de Lumborum dolore*) adfuit urinæ difficultas, & interdum tanta ſuppreſſio, ut totos xviij. dies nihil lotii reddiderit. Ren ſiniſter intus aqua & calculis infarctus erat plurimis; quorum maximus inſinuaverat ſe acuto apice, tam longe in ureteris principium, ut id integre occluderetur.

S C H O L I A.

T*Otos xviii. dies*] Dicat quis? quem terminum ponunt Medici morti, exſurgenti à ſuppreſſo lotio? annon alios citius, alios vero occidit tardius? Valentia corpora ut interdum excurrunt diem xx. ſic attingunt infirma vix 7. vel 8. Certum eſt aliquos duraſſe ad xi, & tamen ex toto iterum convaluiſſe: Sed poſt illum diem equidem certe vidi neminem enavigaſſe periculoſum hoc ſyrtium æquor: Quamvis enim cedat dolor, & fluat iterum lotium, reddidit tamen diuturnior illa mora urinam interea loci uſque adeo acrem, & veſicam ita effœtam, ut ne præſtantiſſima quidem medicamenta poſſint ab interitu vindicare naturam, hac ratione non ficte ac ſimulate, ſed plene emortuam. *Tulpius Obſerv. 45. lib. 2.*

§. 20. Cathar. N. cum dolore lumborum & urinæ difficultate, incidit in tantam ejus ſuppreſſionem, ut totos 16. dies nihil urinæ reddiderit: Inventus ren ſiniſter pluribus calculis infarctus, quorum maximus apice ſuo ureteris principium occludebat. *Vide lib. 1. tit. de Soporoſis affect.*

§. 21. Celeb. Sperling dolore lumborum, concurrente mingendi difficultate, cui Iſchuria ſucceſſit, fuit afflictus, Ureterque ren repletus erat calculis innumeris, ureteres per totum ductum arenularum copia diſtenti erant. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 22. Cuidam nephriticæ interdum tanta urinæ ſuppreſſio contigit, ut totos 17. dies eam non reddiderit. Ren ſiniſter frequenti aqua & calculis erat infarctus, quorum unus ureteris principium integre occludebat. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 23. Anno 1570. J. Collo Piſtori dulciario calculum è veſica extraxit. Calculus ille, etſi pugni craſſitiem haberet, novémq; uncias penderet, feliciſſime tamen ægro evulſus fuit. Non tamen multum temporis poſt Piſtor ille interiit ex urinæ ſuppreſſione, per obſtructionem ab exiguis duobus calculis, qui è renibus in veſicam deſcenſuri, in media ureterum via ſubſtiterant. *Pareus lib. 24. c. 19.*

§. 24. Bis in urinæ ſuppreſſione mortuis & à me ſectis, obſervavi ureteres ad exitum lapidis ita dilataros ut digiti circumferentiam ſuperarent: Id tamen conſpiciebatur à rene ad veſicam uſque, cum ureteres æqualiter eſſent ampli, ſed dum ureteres inter veſicæ tunicas inſeruntur, conſtrictos invenimus cum lapide, qui pertranſire nullo modo poterat ex utraque parte, & ſic mortui ſunt: Sed primo intuitu portentoſum apparebat: inteſtina enim parva aliqua æmulabantur. *Dom. Panarolus Pentecoſte 4. obſerv. 31.*

§. 25. Anno 1601. obiit Illuſtr. & Rever. Princeps Elector Colonienſis: quo aperto, inventi in rene dextro ejus calculum, & quidem in renis concavitate aliquot exuberantiis donarum, ex quibus una, & cæteris longior, in ureterem procumbebat: Erat autem calculus dragmarum 9. pondere: in altero vero rene duo erant fabæ magnitudine, præterque hos in utroque rene maxima erat adhuc copia calculorum minutorum, arenularum, & humoris ſublactei & lutoſi, nec non in ureteribus & veſica calculi plures & parvi contenti fuere, magna cum aſtantium admiratione *I. R. Saltzmannus Obſerv. Anat. pag. 9.*

§. 26. Juvenis 18. annorum calculoſus à Lithotomo Harlemi ſectus fuit, extracto calculo magno duarum unciarum cum media, quatuor digitos tranſverſos longo: Elapſis tribus quatuórve hebdomadis repertum in vulnere fruſtum materiæ lentæ, quod à lithotomo extractum, apparuit eſſe corpus membranoſum, pugni magnitudine: Ex vulnere ſtatim quarta menſuræ puris fœtidi pars fluxit, iſque fluxus diu perſiſtens vulneris conſolidationem inhibuit: at parentum rogatu claudi curavit, unde tanti ægro oborti dolores, ut vulnus iterum aperire coactus fuerit, ex quo magna puris copia fluxit, ſicque vulnus integri anni ſpatio apertum ſervarum; Interea ſuborta ſuppreſſio urinæ, cum ingentibus doloribus & difficili reſpiratione, unde hydrops abdominis ſubſequutus, in mortem terminatus.

Apertum cadaver hæc monſtravit. Hepar & Pulmones diaphragmati adnata; Siniſter ureter totus putridus & abſens, attamen materia ſibi viam illac paraverat: Ren ſiniſter valde conſumptus, nec niſi parum puris reſiduum: dexter major ſolito: Dexter ureter in parte

parte ſuperiori obſtructus fuit calculo acuminato, cujus unum acumen in ureterem imp... ctum, quaſi ceræ fruſtum illis eſſet impreſſum, pars vero ſuperior calculi adhuc renibus ir... hæſit: Inferius in uretere dextro adhuc caruncula, ſeu carnoſa materia firmiter adhæſi... quæ lotio quoque impedimentum attulit. In corde inventus Polypus, ſeu materia qua... membranacea, quam aliqui habuerunt pro verme, ſed quia nullum vitæ indicium apparui... nec pro vena habenda eſt, Potius ad Polypum relata fuit, alias ſæpe ibi obſervatum. *Bar... tholinus Epiſt.36. centur.3.*

§.27. Franc. Plazzonus in Capucino, urinæ ſuppreſſione extincto, unum vidit Rene... ſiniſtrum dextram verſus, cujus ureter calculo nucis avellanæ, ſive ovi columbini magn... tudine obſtruebatur. *Iohan. Rhodius Mantiſſa obſervat.32. De eo vide Ben. Sylvaticum Centu... iij. conſil.45.*

§.28. Carolus Lana, Medicus Brixienſis, reperir in puero IX. annorum Calculum i... emulgentibus venis ad pugni magnitudinem. *Henricus à Moinichen Obſerv. Medic. xx.*

§.29. A calculo in ureteribus ipſis hærente vix putem impediri unquam, diu ſalten... urinæ tranſitum, poſtquam inveni aliquando in ureteris medio, ibidem quam alibi magi... explicato, calculum ovi columbini molem pene æquantem, ad cujus latera deſcendeba... urina libere: quod inde patebat quod nulla in eodem uretere continebatur urina, & null... bi, præterquam ubi hærebat calculus, diſtentus erat ureter. *Franc. De le Boë Sylvius Pra... lib.1. cap.56.*

§.30. Georgius N. præter varios morbos, in renibus habebat materiam calculoſam ſa... tis multam, præcipue ſiniſtro, ubi apparuit lapis haud exiguus, ureteri acuta cuſpide inſer... tus. *Vide lib.2. tit. de Phthiſi.*

§.31. Vidua N. urinæ ſuppreſſione præcedente fit aſcitica; In rene dextro circa infun... dibulum inventus quadrangularis lapis totam pelvim implens: ureteres ſcatebant arena co... pioſa. *Vide tit. de ventris tumore.*

§.32. Retulit mihi quidam Gemmarius noſtras, ſe Monachii interfuiſſe ſectioni cadave... ris monetarii primarii, curatrices cui manus ego in calculo ante aliquot annos adhibu... cujus viſcera integra, abſque ulla labe: In uretere lateris dextri calculus: In renis ſiniſt... cavitate duo minores hæſerunt. Mortuus eſt hic ob urinæ, vacua veſica, ſuppreſſionem... Ægrum quidem conqueſtum fuiſſe de purgationibus nimiis, quibus fatigatum fuit corpu... & quæ renemum lethalem cauſarunt. *Hæſchtetterus Decade vi. caſu ij.*

SCHOLIA.

DE *purgationibus nimiis, &c.*] Sane nimia purgatio in cruciatibus calculi mihi ſemper ſuſpecta eſt: acerbi dolores ſpiritus diſſipant animales, & à principio nervorum multum virtutis cogunt defluere, hinc vigiliæ multæ, quæ etiam ſpiritibus obſunt: Quod ſi validioribus purgationibus exagita... tur corpus, deſtruetur naturalis vis, appetitus... calculo proſtratus peſſundabitur, ventriculi coctio... per ſe labefacta proteretur, animalis virtus diſſipa... bitur. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO II.

Iſchuria ob effluxum ſeri è Renibus à calculo perforatis. 1. Ob calculum ureteris ſiniſtri ini... tio impactum. 2. Ob Renem dextrum atrophia correptum, Siniſtrum calculo obſeſſum i... pelvi, cum arenulis & duobus calculis in ſinubus. 3. A calculo circa pelvim Renis ſiniſtri cum aliis minoribus, & lapillo in veſica. 4. A calculis ſubſtantiam & cavitatem Renum occupantibus. 5. 6. Vitio Renum tabidorum, tuberculoſorum, calculis obſeſſorum. 7. ... Rene utroque ſabulo referto. 8. A calculo Renum pelvi impacto, cum arenulis. 9. A Re... ne ſiniſtro Calculis in cavitate & meatibus obſito, Dextro corrupto. 10. Ab uno ſabul... oppleto, Vreteris initio à calculo obſtructo, Rene altero conſumpto. 11. Ob Arenulas i... renibus, cum magnis lapidibus in cyſti fellea. 12. Ob utrumque Renem calculo ob... ſeſſum. 13.

§.1. CUm renum obſtructione aut ureterum urina ſupprimitur, non eſt cognitu difficili... cauſa (præter imbecillitatem eorum quæ ſimilia habet ſigna) nam raro accidit au... nunquam, niſi in utroque rene & utriſque ureteribus par malum inſit: quippe ſi in altero... ſit tantum, facile reliquum urinam trahet & per ureterem ſibi proximam mittet urinam... Cæterum rerum eventus, uſus & ætas nos jam docuerunt, alio etiam modo hujuſmodi ſup... preſſionem vitio renum ſuboriri, quod maximam mihi intulit & aliis admirationem: Illuſtr...
Hieron,

Hieron. à Roda cùm Frandriam, ut præfectus totius exercitus adiret, calculo dextri renis affectus, x l. diebus dolore incredibili cruciabatur, qui ſane adeo fuit intolerabilis & pertinax ut nullis ceſſerit præſidiis; tandem poſt dies prædictos lapidem nucleo dactyli perſimilem & æqualem projecit, evaſitque ſuperſtes & ſine dolore trium annorum ſpatio: Poſtea tamen in Hiſpaniam reverſus, iterum ſiniſtrum renem apprehendit conſimilis dolor, vehementia & duratione, tandem conſimilem lapidem projecit poſt x l. dies multis adhibitis præſidiis: Evaſit quidem à dolore, ſed non à graviori malo, nam tranſactis tribus diebus à lapide projecto, ſuppreſſa eſt illi omnino urina: tandem iterum convocatis Medicis, conventum eſt inter omnes nullam aliam eſſe cauſam præter obſtructionem ab arenulis, aut calculo & pituitoſis ſuccis, quibus profecto Vir ille plurimum, abundabat: Quod equidem videbatur rationabilibus in homine calculoſo, pituitoſo, & admodum cibis potius intempeſtive utente: Tandem affectio nullis ceſſit præſidiis, & poſt xxx. diem obiit.

Facta diſſectione, invenimus Renes grandi foramine perforatos à cavitate renis ad dorſum uſque ejuſdem, nihil tamen pituitæ neque arenularum, neque alterius rei cui tribui poſſet urinæ ſuppreſſio, neque in ipſo neque in ureteribus repertum fuit.

SCHOLIA.

Rationi conſonum erat conjicere illa foramina relicta fuiſſe à lapidibus illis quos tanto labore projecit, quod in carne renum geniti fuiſſent, & ea magnitudine crevetint quæ renes ipſos undique perforare valuiſſent: Poſtea tamen ob prædicta foramina renes non potuiſſe ſuctionem & tractionem moliri, ut cuivis palam erit ſi exacte conjecerit renum officium & ſtructuram illi muneri dicatam: Potuiſſe tamen uno rene perforato, altero urinam allicere, tribus illis annis intermediis inter unam & alteram lapidis projectionem, jam vero utroq; aperto non potuiſſe. Hujuſmodi malum nullis cedere poteſt auxiliis, id vero oportet ſignis diſtinguere ad certitudinem præſagii proferendam ſi iterum forte acciderit. Quippe idem malum conjicere oportebit ubi poſt tot dies grandior lapis excernitur ex renum carne, quippe perforati renes erit neceſſum, & ſubinde non poſſe urinam allicere: Nam quis aliam cauſam ſubeſſe uſquam intelliget, ſi poſt lapidis grandioris excretionem urinam ſupprimi conſpexerit, maxime ſi idem in utroque rene acciderit: Sed probat hanc ſolam eſſe cauſam quod laborans nullam in renibus, neque in quavis alia corporis parte perſenſit moleſtiam toto ſuppreſſionis tempore, quod eſſet impoſſibile ſi nova lapidis, vel alterius rei adfuiſſet generatio, & ob id longe magis moleſtantur laborantes à quavis re pr. accidente quam à foraminibus illis. Quo fit ut ex urinæ difficultate hac ratione orta nullam vel leviſſimam laborantes perſentiant moleſtiam: Quod ſi dixeris idem quoque accidere in emulgentium & renum imbecillitate, ſcito non poſſe fieri ſubito ut in foraminibus illis, neque præceſſit lapidum magnorum expulſio. *Mercatus Practica lib. 4. cap. 12.*

§. 2. Patiens admodum Rever. ætatis conſiſtentis, temperamenti cal. & hum. habitus carnoſi, ab aliquot annis conqueritur de dolore in latere ſiniſtro hyponchondriorum, cum vomitu, à quo convaluit excreto calculo exiguæ molis, grani ſcil. tritici, qui dolor ter & iterum recurrit, eodem ſemper fine: Cæterum duobus abhinc annis novi inſultus nephritici frequentius cum divexarunt, remittentes poſtmodum abſq; ulla excretione cujuſcunq; materiæ, ſuperſtite tamen ſenſu continuo gravitatis cujuſdam in regione lumbi ſiniſtri, non ſine aliquo dolore in corporis flexu: A diureticorum vero uſu, levandis his affectibus, ſuppreſſa eſt illi urina, ita ut à quatuor dicbus nihil prorſus miuxerit, vel immiſſo cathetere immiſſo illius ſollicitandæ causâ, nulla tenſione vel duritie in pube moleſta, nec urgente mejendi difficultate, donec die x i. tumefactus fato cederet, Irrito toto hoc temporis ſpatio diureticorum tum internorum tum externorum uſu, clyſterum ſcil. acrium, balnei univerſalis & aquæ moderate calidæ, alteratæ diureticis & olei olivarum imo & cantharidum ipſarum, quæ à me præſcriptæ fuerunt cum aquis diureticis, vehiculi promptioris cauſa ad Renes, quæ exhibitæ cum conſerva capill. venetis, diutius autem in ventriculo hærentes ipſum exulcetaverunt & veſicam.

Diſſecto cadavere nullus dexter Ren in conſpectum venit, nec ureter, atq; calculus ovi columbini inſtar, ureteris ſiniſtri capiti prope renem ſiniſtrum impactus erat, quod affectum incurabilem prodidit. *Ben. Silvaticus cent. 3. conſ. 45.*

SCHOLIA.

Super morbo conſultus *Silvaticus* hęc conſignavit, Supponendum, *ait*, ex præteritis & præſentibus ſymptomatis, affici renem ſiniſtrum, & quidem dolore nephritico, modo intenſiori modo remiſſiori, a calculo illi inhærente, cavitati illius potiſſimum, qui dum ab expultrice quandoque ad ureteris caput deturbatur, atrocius excruciat ob acutiſſimum ſenſum prædictæ partis, cum tamen in eam molem excreverit ut in ureterem ipſum ſe inſinuare non poſſit, ...ns gravitatis ſenſum infert, quod renum ſub... obtuſo ſenſu polleat: invaleſcit tamen dolor ad flexum corporis, ob renis compreſſionem à muſculis lumborum, nondum tamen ſtupor acceſſit, de quo *Hipp.* 1. in 6. Epid. 5. *In Renem dolor gravus cum cibo implentur, Femoris, quod è directo, eſt Stupor,* Cujus cauſa non eſt quod crura conſenſum habeant cum renibus per nervos, vel tendines, ut vulgo receptum, nec à *Galeno* admiſſum in illo comm. qui ſtatuit hoc fieri potius ob eum qui intercedit vaſis ſpinæ incumbentibus, cavæ ſcilicet venæ & arteriæ magnæ cum renibus & cruribus conſenſum, cum potiſſimum grandior calculus prædictas partes compreſſerit.

compreſſerit: Quæ cauſa eſt cur in caſu præſenti ſtuporem non induxerit, quia ſcil. nondum in tantam molem excreverat; licet alios exceſſerit longe, ut propterea in uretere hærens eo obſtructo urinam interceperit, adeo ut cathetere non potuerit unquam cieri, donec die 11. tumefactus fato cederet: Quod autem canthatides in ventriculo hærentes ipſum exulceraverint, & veſicam, id palam facit non ſolum lædi ab illis veſicam per anthipathiam, quæ ipſis & cum hâc intercedit, ſed & ventriculum quin etiam, facultare erodente qua pollent: Cæterum dubitandi locus erat, cur affecto rene ſiniſtro ſucceſſerit perfecta urinæ ſuppreſſio, cum per renem dextrum rum ad veſicam illabi poſſet? in hunc enim finem gaciſſima natura geminas plures partes efformav quo deficiente ulterius virtute, illius obeat vices a terá: Verum extincto patiente cauſa ejus rei patu

Nullus Ren dexter &c.] Interdum, ſed raro, alt Renum deeſt, quod obſervavit *Laurentius*: Def ctum Renis ſiniſtri notat etiam *Solenander*: No nunquam deficiente altero, alter eo major, qui medio poſitus eſt: Clar. *Bartholinus* in fœminir cadavere *Patavii* vidit in unum utrumque inferio loco mutua cohæſione colligari, at id monſtroſur

§. 3. In cadavere muliebri ex apoplexia defuncto, viſus Ren dexter naturalis quider coloris, ob atrophiam tamen vix quartam ſiniſtri partem æquans: In hujus pelvi calculu continebatur ſubſtantiæ tartareæ & coloris: In ſinubus vero, ſeu cavernis interioribu ram arenulæ per totum renem copioſiſſimæ, quam bini duriores calculi infarcti conſp ciebantur. *Bartholinus cent. 2. hiſtoria 60.*

SCHOLIA.

R*En dexter vix quartam &c. In ſiniſtri pelvi calculus.*] Hinc apoplexiæ cauſa deduci poteſt: à ſero enim eam produci lib. 1. tit. de apopl. demonſtratum; quia ſi exitus ei denegetur, ob renc in officio impeditos, refluere id in caput ut pluri mum contingit.

§. 4. Cum 1646. Illuſtr. Comes *Th. Arundelius* ex Anglia in Italiam trajeciſſet, Patav aliquandiu habitavit, donec affectu, nec præſtantiſſimis Medicis ſatis cogniti, diem ſuun obiiſſet: Pleriſque autem Scorbuto, ceu patrio quodam morbo laboraſſe videbatur, cun variis accidentibus, ut ſolet in varias formas ſubinde ſe convertere: nam præter tumoren gingivarum, primo urinæ ſuppreſſione affligebatur, quam aliquot diebus poſt fere tenere non potuit, quin eam pene quot momentis reddere coactus fuerit,

Diſſecto conditurae gratia cadavere, in renum ſiniſtro, præter aliquot minores calculos ſat magnus alius repertus eſt, totam pelvim, quam ureteris principium efformat, ultra capacitatem naturalem extenſam occupans: Et in veſica lapillus parvus, rotundus, læviſſimus & duriſſimus, ſubrufi coloris: Veſicula quoque fellis ſabulo plena, tartareæ cujuſdam ſubſtantiæ, ſplendidæ atque ex flavo nigreſcentis. *Velſchius Epiſagm. obſervat. 65.*

SCHOLIA.

M Irum pleriſque videbatur eum nec de dolore lumborum, nec de veſicæ unquam conqueſtum eſſe: An quia veſicæ calculus, quod parvus & rotundus eſſet, nihil incommodi attulit: In renibus autem dolorem vix efficere ſolet, niſi extra pelvim in ureterum anguſtias protrudatur? Sed iterum mirum neque ſtuporem cruris ſiniſtri, neque aliud ullum calculi ſignum obſervatum, quo ſe in Nobili quodam ſimili ratione deluſum ingenue faſſus eſt vir maximus *Ben. Sylvaticus*, epiſtola ad Joh. Beverovicium perſcripta.

§. 5. In cujuſdam qui urinam reddere minime potuit, poſt mortem, apertis renibus utriſque, miræ magnitudinis, ex cœruleo nigricantes calculi, non ſolum in illorum cavitate, ſed etiam per univerſam renum ſubſtantiam diſperſi, circiter ſexaginta inventi ſunt, alii ciceris magnitudine, ſed oblongi, pleriſque ſicut grana milii, renum carni infixi, veſica inanis erat ab omni urina. *Platerus obſervat. lib. 3. p. 892.*

§. 6. Nephriticus Iſchuria extinctus eſt: Siniſter ren prægrandis, in cavitate ſerum album continens: in ſubſtantia hinc inde calculi majuſculi, In ipſo infundibulo lapis inſignis, Dexter flaccidus. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 7. Maxime imminutos, exſiccatos, obſcuros & undiquaque tuberculis plenos Renes conſpexi in Marco Vigerio, Epiſcopo Senogallenſi, qui ob calculum retenta urina periit, quamvis non ſine magna admiratione Medicorum, nullo fuiſſet quamdiu ægrotaverat, dolore affectus: *Euſtachius cap. 45. lib. de Renibus.*

§. 8. Sexagenarius quum nephriticis doloribus diu laboraſſet, diebus octo urinam non reddiderat; Inde venter tumidus prominebat & abdomen aqua diſtentum erat: Facta cyſtotomia in cadavere, urinæ parum profluebat, uterque ren ſabulo refertus deprehenſus eſt. *Rolfinckius conſil. 1. lib. 9.*

§. 9. Joh. Hentſchel ſanguineo melancholicus & boni habitus, poſtquam hactenus doloribus podagricis atque nephriticis multum vexatus, agonizante imprimis anno 1670. ſuppreſſione urinæ, è calculo renum orta, per aliquot dies laboraſſet, Deo medicamenta à me præſcripta benedicente, plurimos lapillos ac copioſum excrevit ſabulum: unde morbo

KKkkk levatus

levatus atque ad meliorem valetudinem quotidie magis magisque accedere viſus eſt: Cæterum cum ſub initium anni 1671. (quem ſuæ ætatis 58. numeravit æger) die 16. Januarii veſicam levans, magno quoque cum conatu lapillum, colymbadum, ſeu olivarum ſalitarum nucleo haud abſimilem excrevit: Sequenti die 17. Jan. primum ſenſit omnimodam urinæ ſuppreſſionem, ſed ſine omni moleſtia: poſtridie nonniſi quædam io lumbis gravitas acceſſit, vomitibus aſſumptorum & foriorum ſive liquidiuſculorum dejectiooibus trinis aut quaternis comitata: Quæ cuncta cum nec ſubſequentibus diebus, licet uxor varia remedia domeſtica tentaverit, remiſiſſent, iſta perterrita, die 20. Jan. quæ Iſcburiæ quarta fuit, ut maritum viſerem petiit: Adſum, & de quibus æger conqueratur, ſciſcitor: Iſte ſolos ſibi vomitus moleſtos eſſe, & prætcrea ſe gravitatem quandam in lumbis circa regionem renum, dolorem quoque tenſivum io utroque, & imprimis ſiniſtro inguine, ubi ureteres ſiti ſunt, ſentire, nullam vero tenſionem aut dolorem in pube, ut & nc minimam quidem meiendi cupiditatem ſe percipere regiſſit: Sic quoque & ego cum corpus contrectans locum affectum explorarem, totum abdomen flaccidum deprehendi, nec circa veſicæ præſertim regionem ullam duritiem, tenſionem ac tumorem obſervavi, atque iode locum affectum non veſicam, ſed aut renes, aut ureteres aut utroſque eſſe certo collegi: attamen ne viribus adhuc ſalvis quicquam intermiſiſſe viderer, per Chirurgum, mox cereo, mox cathetere immiſſo, urinam, ſed ſine effectu ſollicitavi: Iſtis igitur fruſtra adhibitis, ipſam aggredior curam: præmittens clyſterem è diureticis, lithontripticis ac emollientibus paratum, qualem etiam anno 1667. mulieri, urinæ ex ureteribus obſtructis ultra quinque dies ſuppreſſione laboranti, præſenti cum fructu applicare curaveram: hinc quamvis ter copioſe ſatis dejecerit alvum, attamen ne unicam quidem guttulam urinæ ſimul emiſit: adhibita deinde ſunt medicamenta huc facientia, tam interna quam externa plurima, ſed omnia irrito plane ſucceſſu: interim æger nullos ſe percipere dolores ſæpiſſime faſſus eſt, ſed potius de ſola virium imminutione conqueri cœpit: Ego vero cum periculoſum ægri decubitum, tum diuturnæ iſtius ſuppreſſionis raritatem probe perpendens, die 29. Januar. & ſic decubitus die 13. Collegam D. D. *Schultzium* invitavi, communique conſilio omnem curationem tentavimus, ſed nullo plane allevamento: Æger vero nocte, diem 31. Januar. præcedente, poſtquam *ſuppreſſa urina* 15. *ſupervixerat diem, plenus ſomni* in ſiniſtrum decumbit latus, & mox præter ſuorum ſpem ærumnoſa cum vita piam commutat mortem.

Aperto abdomine, poſtquam aliquantulum ſeri effluxerat, magna pinguedinis copia ſe obtulit: neque enim ſolum cuti ad trium digirorum altitudinem adhærebat, ſed & meſenterium & inteſtina, imo etiam interiorem abdominis cavitatem ita replebat, ut merito ſubdubitaverimus an ex voto ſectio ſit ſucceſſura: remotis tamen inteſtinis, ſcybalis craſſioribus refertis, & ſuperflua pinguedine, primum dextrum inveſtigavimus renem, in cujus externa ſuperficie, circa extremitatem ſuperiorem veſica pellucida ſero repleta apparebat: hæc nihil aliud erat quam propria & proxima renis membrana, à regurgitante per obſtructi renis ſubſtantiam ſero ita elevata: unde poſtea, ubi rene diſciſſo ſerum liberiorem acquiſivit evacuationem, concidit: Et per hanc veſicam aquam illam quæ aperto abdomine effluxerat, ſenſim ſenſimque in abdominis cavitatem ſtillaſſe haud levis ſubeſt ſuſpicio: Cæterum tota quidem diſſecti renis cavitas ſabulo rubeſcente conſperſa erat, aſt ipſi ureteris pelvi calculus, figura corculum referens, & magnitudine avellanam, pondere autem 11. grana non excedens, cum ſocio multo minori, & gravitate ſua grana tantum quatuor æquante, inſertus fuit, ſeri deſcenſum in ureterem prohibens: Unde etiam ureter dexter omnino vacuus apparuit: Calculos autem illos primum quidem unicum conſtituiſſe, at ſucceſſu temporis, natura exitum urgente, demum diviſos iode conjecimus, quia utriſque ea parte, qua ſeſe contingebant, crena ſatis ampla eſt inſculpta, quæ tamen apicem eorum, quo ureteri impacti erant, nondum attigerat: Porro ſiniſtri renis, ab adipoſa ſua faſcia liberati, ſuperficiem exteriorem macula nigricans deformavit, & cavitas ejus plane vacua aliquot tantum arenularum grana continebat: Ureter autem ſiniſter ultra pollicem erat dilatatus, cujus medietas illa quæ veſicam ſpectat, plurimos lapillos (quorum maximus granorum decem) ac arenulas: altera quæ renem, aquam limpidiorem capiebat: ſed & inſuper ita crat attenuatus, ut ad quemvis fere contactum rumperetur: Veſica urinaria nec aquam, nec quicquam aliud continebat: Hepar & Lien nihil morbidi alebant: Veſicula ſellis liquore flavo turgido ultra ſolitum major crat: Inrerior arteriæ iliacæ dextræ tunica, mox ſub ſuo exortu, ad unguis latitudinem in os degeneraverat. *Georgius Segerus Medicus Thorunenſis in miſcell. curioſis anni* 1670. *obſerv*. 23.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

VT pateat quo jure affectui propoſito Iſchuriæ nomen tribuerim, conſultum duxi è *Galeni* l. 3. de ſympt. cauſ. cap. 2. ſequentia citare verba, *Retinentur urina, veſica vel excernere non valente, vel ejus collo ecluſo: atque hi quidem duo veſica morbi unum commune ſymptoma Iſchuriam habent, detinentur enim in ea urina: Vocant autem vulgus Medicorum non ſecus Iſchuriam, quanquam Iſchuria non ſit, illud quoque ſymptoma cum urina in veſicam omnino non venit, perdita ſcil. renum actione: Et permittendi omnino ſunt ita nominare, cum propriam appellationem non habeant: Non tamen latere debebit amborum affectuum doctrina: Si quidem alter eorum eſt cum veſica quidem eſt plena, ſed nihil excernitur: alter cum vacua eſt, nihil omnino in ſe continens.* E quibus Iſchuriæ diſtinctio in proprie & improprie ſic dictam ſuum traxit ortum, quam etiam omnes accuratiores Praxeos ſcriptores obſervant: Eo quoque antiquiſſimæ huic doctrinæ litem jam movere non conſtitui, neque etiam vulgum medicorum adeo improprie loqui credo; licet & illam urinæ ſuppreſſionem, quæ vacua & minime pec... te veſica, ſit Iſchuriæ indigitet nomine: cùm id ... tantum bona cum *Galeni* venia, ſed & imprimis ipſius vocabuli faciat: nam & iſta urinæ ſuppreſſ... ne ἴσχεται τὰ οὖρα, ut *Galenus* de altera loquitur, ... cohibentur ſeu retinentur urinæ. *Idem ibidem.*

Plenus ſomni &c.] De comate à ſeto cohibi... in caput refluo, vide lib. 1. Sect. de Somno p. n.

Suppreſſa urina 15. ſupervixerat diem] Iſchu... raro ſeptimum ſuperant diem, ſi nempe reliquæ v... ſint obſtructæ, quibus interea vel per ſudores, ... per alvum, vel vomitum humiditates evacuentu... *Barthol.* cent. 4. Epiſt. 18. affert exemplum Viri R... vet. Pfeiſhi, qui ex iſchuria indolente 14. demum d... obiit, quod alvus præter ſolitum laxa eſſet & lubric... Et nos ejuſmodi Iſchuriam ad 17. diem protracta... vidimus, in Nob. & Rever. Dom. de Mommoll... Paſtore Eccleſiæ Neocomenſis, qui tandem ſero ... cerebrum irrepente crudeles & lethales convulſiones, ante obitum expertus eſt.

§. 10. Anno 1622. Mercator poſtquam per triduum urinæ omnimodam fere ſuppreſſionem, juxta cum inſigni lumborum & perinæi dolore perpeſſus eſſet, nephriticis alioqui accidentibus obnoxius, cum calculos non paucos cum urina projeciſſet, me in conſilium adhibuit: Homo erat habitus ſanguineo bilioſi, pilo rufus & ætate quadragenarius: *Multa præſidia ad urina provocationem præſcripta*, at vix duas tresvé guttulas eminxit: Attentius mihi cauſas tam rari affectus indaganti, ingenue reſpondit urinam illam, quantulacumque poſſet, ſeſe protrudere abſque ulla moleſtia & dolore, abſentibus acrimonia, ſtranguria & quacunque id genus paſſione. Et jam quintus agebatur dies (qui alioquin juxta ſcholam medicam hocce in caſu lethalis habetur) ex quo urinæ nihil reddidit: Æger nihilominus, tametſi jam tandem ad renes & alibi, vagantem perciperet calorem, ægrotare non videbatur, ambulabat, veſtiebatur, interdum lecto ſuperincumbebat; pulſus naturali ſimilis ſed ad debilitatem vergens: Sed tandem urina ſuppreſſa, per os & nates (quod prope aſtans evidenter notabam) odorem ingratum edebat, viribus paulatim collabentibus: Ad catheterem quoque deventum, quem lithotomus in veſicam uſque injecit, ſed nihil obſtaculi urinariis in meatibus percepit: Sic ubi omnia forent fruſtranea, febricula, & ad extremum convulſione ſuperveniente 14. die è vivis diſceſſit.

Aperto ventre inferiore, 1. Hepar parum vitiatum, & in ambitu lividum: intus vero, ob venas emulgentes, officio male functas (unde ſanguis cum ſero circa præcordia relinquebatur,) ſanguine & tabo tumidum. 2: Lien exiguus abſque noxa. 3. Renum ſiniſter valde magnus beneque habitus & carnoſus; in cujus cavitate & oſculis, per quæ ſerum percolatur, lapilli complures, ciceris quantitate, qui tamen abſque vitæ damno, noſtra opinione, per urinam ſucceſſive excerni potuiſſent: 4. Veſica omni humore deſtituta, quod per emulgentes affectos nullus humor eo eſſet delatus, nulla obſtructione, callo, calculoque, aut alio quovis impedimento ſeſe oculis offerente. 5. Vera autem mortis cauſa in renum dextro patuit, qui ſiniſtro duplo minor, totus erat carne omni exeſa conſumptus; præcipue vero inciſus pus ſeroſum effundebatur, abſque tamen magno fœtore: uſque eo ut vel Medicorum patri Apollini, Æſculapiové, impoſſibile fuiſſet plane corruptum iſtum Renem, hominemvé à morte vindicare. Opinio fuit collegæ mei ex hoc Renis pure natam eſſe partium nervoſarum atque veſicæ paralyſin, qua æger deceſſiſſet. Mea, convulſionem è febri, partiumque nervoſarum exhauſtu, accidiſſe. *Lotichius lib. 4. cap. 5. obſervat. 11.*

§. 11. Novi matronam quæ primo ſanguinem & materiam purulentam cum membranis à longo tempore meiendo ejicere ſolebat; deinde mictione cruenta ceſſante, per plures annos aquoſum mingebat, cum ſedimento copioſo & albo, inſtar puris in matulæ fundo ſubſidente: poſtea cum ſedimentum illud deeſſe cœperat, intemperies febrilis cum doloribus hinc inde vagis, virium languore aliiſque mali moris ſymptomatis ſucceſſit; cumque ægra in magnum vitæ periculum adduceretur, tumor in latere, circa renis ſiniſtri ſitum exortus, & in abſceſſum maturatus, propter largam puris profuſionem, ipſam liberavit: Tamen ulcus cavum & ſinuoſum in iſto loco, ichorem tenuem exudans, durante

vita manebat, quod aliquoties perſanatum denuo ſtatim erupit: Exinde, biennio vix elapſo, matrona urinæ ſuppreſſionem per dies 14. paſſa, apoplectica interibat.

Cadavere aperto, ren ſiniſter omnino defuerat, ejus loco ſubſtantia membranoſa lumbis adnata, vaſorum & ureteris extremitates complectens, acereverat; ureteris veſtigia quædam remanſerunt, verum ſine apertura in ductus cavitatem: quinimo ichor, ſive ſeroſitas quædam, arteriæ emulgentis oſculis exſudans, in ulcus iſtud ſinuoſum exterius ferebatur: Ren alter fuit materia ſabuloſa & calculis minoribus valde oppletus: Inſuper juxta ſummitatem ureteris, lapis circa pollicis magnitudinem defigebatur, cujus extremitas erat ductui, ſeu cavitati ureteris adeo adaptata & firmiter impacta, ut velut epiſtomio aperturam ejus exacte clauderet, & ſeroſo latici tranſitum omnino inhiberet. *Thom. Willis Tract. de urinis cap.* 5.

§. 12. Helmontius jubet in curatione lithiaſis fel confortare, quod dicit eſſe remedium à prioris, nam debilitato felle omnis generis aciditates rapiuntur in vias urinarias, quæ ſolent dolores & furores renum excitare, à quibus ſuppreſſio urinæ & reliqua ſymptomata pendent. Novi virum Illuſtrem qui ex ſuppreſſione urinæ vitam cum morte commutavit, Adſtantes Medici cauſam ſuppreſſionis, vel in calculum, vel in mucorum copiam obſtruentem unanimiter referebant. Secto cadavere, nihil lapidis, nihil muci obſtruentis in ureteribus inventum: In renibus autem etiam nihil præter arenulas paucas & parvos nonnullos lapillos, In veſica autem fellea aliquot lapides majores pondere ℥j. inventi ſunt: De reliquo nihil fellis in conſpectum venit. Unde potius hic patiens ex defectu fellis mortuus eſt, propter quem ſuppreſſio urinæ facta eſt: Nempe cum aciditates irrepſerint intra renes, quas ut elueret, pertinacem ſeram induebant, quemadmodum in hydrope, exhinc ſuppreſſio urinæ inducta fuit. *Oſwaldus Grembs Arb. int. & ruin. lib. 2. cap.* 1. §. 7. *n.* 39.

OBSERVATIO III.

De rara urinæ ſuppreſſione ob Renem ſiniſtrum ſero & arenulis diſtentum, dextro Rene incolumi.

§. 1. MErcator celebris omnimodam urinæ ſuppreſſionem inopinato paſſus fuit, quæ raro exemplo uſque ad diem 21. duravit, ita ut toto temporis tractu vix aliquot urinæ guttas reddiderit: Cum affinis Medicus ſuus ordinarius D. Felix Platerus Senator &c. tunc temporis decubuiſſet ex eryſipelate, ſtatim à principio morbi me vocavit: Præmiſſo examine, quoniam æger de inſigni dolore circa ductum ureteris ſiniſtri, vomituque enormi conquerebatur, adſtantibus prædixi calculum in uretere ſiniſtro hærere, & urinæ viam occludere. Sed quærebant cur ſerum à rene dextro per ureterem in veſicam non prolabatur, unde æger urinam reddere poſſit? libere illis reſpondi hoc per conſenſum fieri, nam licet non ſemper, tamen ſæpius uno rene obſtructo alterum officio ſuo fungi non poſſe: Primo die *Emulſio & decoctio diuretica præſcripta eſt*; 2. ad ſummam vomitus moleſtiam & virium dejectionem *congrua* quoque remedia ordinavi. 3. Balneo emolliente tepido æger aliquoties utebatur, è cujus egreſſu locus renum convenienti linimento inunctus eſt, & clyſter injectus: 4. die conſului ut Æger mane & veſperi de ſpiritu terebinth. in cochleari aquæ fragorum pleno, aliquot guttulas ſumat, balneo & clyſtere utatur. 5. ſequentem potiunculam duabus vicibus ſumendam præſcripſi ℞. *aq. fragor. heder. terr. aa.* ℥ij. *ſal. fabar. ononid. aa.* ℈ß. *tart. vitriol. gr.* 6. *miſc.* 6. Balneum & clyſma repetita: 7. Sequentem Julepum conſului. ℞. *aq. fragor. ononid. aa.* ℥ij. *ſyr. dialth. F. citri aa* ℥j. *miſc. pro* 2. *doſibus*: 8 Quoniam alvus fuerat adſtricta, & abdomen ſeroſis humoribus repletum, ſequente ſyr. commode uſus fuit. ℞. *ſyr. flor. Perſic.* ℥ij. *aq. fragar.* ℥j. 9. Julepus 5. die iteratus: 10. & 11. balneum & clyſterem prædictum uſurpavit. 12. quum vires deficere inciperent, cardiacum præſcripſi. 13. 14. 15. 16. & 17. balneum, julepos & clyſteres prædictos uſurpavit: 18. poſt ejectum clyſma ſeq. julepum ſumpſit. ℞. *aq. frag.* ℥ij. *flor. tiliæ, borrag. ana* ℥j. *ſyr. granat. citri an.* ℥j. *Julep. roſat.* ℥ij. *miſc. pro* 2. *doſibus*. 19. rurſus clyſter. 20. ob metum convulſionum, data aqua mea antepileptica cum cardiaca officinali: die 21. fortiſſimum animi deliquium vitæ finem impoſuit.

Cadaver apertum Dn. *Franc. Platero* Med. Doctore meritiſſimo & *S. Braunio* Chirurgo: Invenimus viſcera infimi ventris principaliora, ventriculum, hepar, lienem, à naturali ſtatu nequaquam deflectentia: Ren ſiniſter diſtractus ab humoribus ſeroſis ſtupenda magnitudine apparuit: quo diſſecto ſerum abundanter effluxit & arenulæ copioſæ rubicundiſſimæ ſe manifeſtarunt, calculum autem ſemen cucumeris referentem in principio ureteris reperimus: Ex ſero putreſcente ren fœtorem, dextro illæſo & ſano contrahere incepit.

inecpit. Aperto *thorace mox fluctuans in cavitate* ſerum ſe nobis obtulit, quod tamen p monibus & cordi nullam labem intulit: Sic ut nequaquam dubitandum, ſaltem uno a altero ante obitum die (quo æger de imminente *ſuffocatione* anxius conquerebatur, ſeru in cavitatem thoracis regurgitaſſe, ubi hydropem pectoris brevi produxiſſet, niſi inopin ta lipothymia ægrum è medio ſuſtuliſſet. Hinc verum eſſe apparet quod *Riolanus* 2. A thropogr. cap. 26. teſtatur: *Non ſemel obſervavi, ait, monitus à* Foreſto, *uno Rene obſtruc alterum inutilem & vietum reddi, propriaque actione deſtitutum urinæ fluxum intercipere:* Joh. Jonſton ad tit. 34. Coacr. prænot. 589. *Sympathiæ renum in officii ſocietate magna vis e Bernardus Verzaſcha obſervat. med.* 2.

S C H O L I A.

A Simili veriſimiliter cauſa inductam, ſed 15. die lethalem, ob ſupervenientem gravem Epilepſiam; vidi anno 1662. in Viro Rever. & Nobiliſs. Domino *de Mommolin*, Paſtore Eccleſiæ St. Blaſii in Principatu Neocomenſi & p.t. Decano: Podagræ ab anno 25. ætatis obnoxius fuerat (obiit autem 33. circiter annum agens) cujus cauſa γαλακτοποσίαν, tunc temporis panacæam, ambabus amplexus eſt ulnis: Vix ei per 15. dies indulſit, quin fatalis ſuccesſerit Iſchuria: Neocomo ea de cauſa calendis Jan. anno 1662. me evocari curat, de ſuppreſſa à biduo urina conqueſtus (quanquam & pridie muneri Paſtorio ſatisfeciſſet) & dolore ſic vocabat, colico, enematis ope ſedato, nulla tamen prodeunte urina: Acceſſit vomituritio & creber pituitæ & aqueæ ſimul per os excluſio, comite dolore gravativo circa renem ſiniſtrum, obſeſſum procul dubio à calculo circa ureteris initium, quem nulla molimina exturbare potuerunt: A decocto ſabinæ, rad. ononidis, cum ſucco raphani ſylv. & domeſtici e hibito, addito ſpiritu terebinthinæ, excitata dyſer teria: argumento certo efficacis vis medicaminun affectui tamen imparium, Admotæ & cucurbitul regioni renis affecti, vi deorſum ſecundum urcter. ductum detractæ; Tertio ante obitum die occu pati a ſeroſo humore cerebri indicia ſe exhibue runt, hebes enim & ſtupidus, (Vir alias acerri mi & præſentiſſimi ingenii) nonniſi vellicatus a interrogata reſpondebat: Tandem accedens vehe mens Epilepſia, Palladis arce omnimode concus ſa, vitæ finem impoſuit. Mecum mortui apertionem conſanguinei omnes exoptarunt, ſola obſtiti Defuncti mater; quæ ne cubiculum quisquam ingrederetur, (quod ſcalis admotis tentare animu erat) cadaveri ad exſequiarum uſque tempus perpetuo adſtitit: Anatomen præſertim urgebat Illuſtriſs. Dom. de *Molondius* Proprinceps, qui ab uſu lactis eodem tempore nephritidem contraxerat,

§. 2. Primarium quendam virum vidimus nephritico dolore miro modo vexatum: dolor erat acutus, natura pote calculum è renis capacitate deturbari conante: Ren tantum ſiniſter obturatus erat, ut aperto ſecto corpore innotuit: Quod pleriſque nil tale expertis admirationem movit, nam ſuppreſſa omnino urina: Unde colligebant Medici aut utrumque renem à calculo obſtructum præpeditumque, aut in veſica ipſa virium latere aut utramque partem laborare; Sed eos eventus fefellit. *Gul. Ballonius conſil.* 52. *lib.* 1. *& Paradigm.* 55.

S C H O L I A.

HUjus rei cauſam ita in numerato habere ut communi ratione ſanciri roborarique poſſit, non licet: Non aliunde repetunt quam eo quod præ dolore in renem ſiniſtrum materia flueret, rapereturque potius, deinde motu contrario delata vomitione excernebatur, hinc vomendi aſſiduitas, hinc urinæ ſuppreſſio: Aut ſi quid è rene dextro non obſeſſo ferebatur, paucum erat, & naturæ recreandæ non ſatis erat: Vel potius tam male affecto rene ſiniſtro, communicationis & ſympathiæ vi, dexter alioqui liber & incolumis laborare cepit, deinde facultas ejus diuturnitate doloris fatiſcere: Quid mirum tamen, cum natura corpus omni ex parte geminum fecerit, ut unius partis actione læſa aut ceſſante, altera etiamnum ſuum præſtet officium. *Idem Foreſtus* & *Riolanus* perpetuum eſſe credunt uno Rene obſtructo alterum inutilem & victum reddi, propriaque actione deſtitutum urinæ fluxum intercipere: Alterum Renem officio ſuo probe fungi altero obſtructo arbitratur *Euſtachius* de Renum admir. cap. 45. Id quod duplici numero intendit natura, & ſæpe nobis viſi calculi in uno Rene, altero libero, adeoque lotium non impediente. *Th. Bartholinus cent.* 4. *Epiſt.* 39.

§. 3. Non ſemel obſervavi, monitus à *Foreſto*, uno rene obſtructo, alterum inutilem, & victum reddi, propriaque actione deſtitutum, urinæ fluxum intercipere: quod confirmatur à Doct. *Ludov. Dureto*, comment. in Coacas, pag. 539. Quod nuper obſervatum in Illuſtr. Præſide, *Vido Fabro Pibracio*, Juriſperitorum Eloquentiſſimo: *Riolanus Anthropogr. lib.* 2. *cap.* 26.

S C H O L I A.

RENes geminos naturam condidiſſe dicunt, non tam ad æquilibrium corporis, quam actionis ſuæ continuitatem, ne uno præpedito & obturato, ceſſaret humoris ſeroſi profuſio: Attamen mirum videri debet in Renis unius afflictione ſiſti urinam, vel micturiendo ſtillatim ægre tranſmitti, cum ita ſit comparata ratio amborum Renum, ut ceſſante uno, alter, officium ſuum faciat: Sed magna vis eſt ſympathiæ in ſocietate officii; propterea ex ſympathia renis alterius, crebro & parce urina ab ægro emittitur: Eleganter de iſta actione emulgendi ſerum, in utroq; Renum abolita, diſſerit *Lud. Merca-*

tus : Eam ſortiuntur Redes inter ſe connexionem; eam etiam in ſubſtantia ſimilitudinem, ut facile ſit conjicere altero affecto, alterum quoque eundem affectum paſſurum. *Idem ibidem.*

Observatio IV.

Iſchuria ob Renum inflammationem hinc gangrænam. 1. 2. 3. *Ob molem nimiam.* 4. *Ob Renem macilentum, corpus durum inter alterum & ureterem interjectum.* 5. *Ob ſeroſum in iis abſceſſum* 6. *Ob eoſdem muco oppletos.* 7. *Ob Renem ſemiputridum.* 8. *Ob ſiniſtrum conſumptum, Dextrum obſtructum.* 9. *Ob Renes induratos, viſcida materia refertos poſt hydrargyroſin.* 10.

§. 1. Filio meo ſeptenni accidit magna ex cerebro defluxio in ureteres, unde obſtructio urinæ tanta ut ne guttula quidem permeare poſſet: Et quamvis rite adhibitis remediis, ſexta die obierit: Inciſo abdomine inventi ſunt Renes cum vicinis partibus inflammati & gangræna correpti. *Fabritius Hildanus lib. de Lithotomia cap.* 4.

SCHOLIA.

D*Efluxio in ureteres*] Cur ad obſtructionẽ ureterum à defluxione è capite in eos delapſa iſchuriæ cauſam referat, potius quam in inflammationem, hincque ſecutam gangrænam, ratio non apparet: A phlegmone enim poſſe cohiberi ſerum in renibus certum eſt; inducta meatibus anguſtia per quos tranſcolatur: Maxime ob ſequutam gangrænam, b quam perit renum officium: Meminiſſe præterea debuit pituitæ ureteres obſtruentis, quam cum ſilentio involvat, priori cauſæ iſchuria adſcribenda.

§. 2. Illuſtr. Comes corripitur febre lenta, aſſidua, loco ſectionis venæ admoventur ſanguiſugæ venis ani, quæ interdum purgare conſueverant: Siſtitur ſanguis à Barbitonſore caligine pulveriſata aceto permixta: Febris adaugetur &c. Lotium ſupprimitur; ſenſum & motum utriuſque cruris amittit, 14. interiit. Diſſecto cadavere Ren ſiniſter compertus eſt niger, Et ab eodem latere ſpinalis medulla affecta. *Lalius à Fonte conſ.* 59.

§. 3, Puellus in urinæ retentionem incidit: Ingens renum & partium adjacentium inflammatio deprehenſa eſt. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 4. Mortuum juvenem ex urinæ ſuppreſſione ſecuimus, in quo Renes monſtroſam magnitudinem adepti fuerant: Urina tamen in veſica nulla aderat, ſed ſuppreſſio ex Renum imbecillitate, ſcil. ex vitiata attractrice. *Domin. Panarolus Pentec.* 2. *obſerv.* 40.

SCHOLIA.

E*X Renum imbecillitate*] Irridet *Galenus* eos qui actionis alicujus vitium ad ſolam imbecillitatem referunt, nec ulterius progrediuntur, cauſam ſcilicet imbecillitatis non enuntiando: Si magnitudo illa fuit nativa, quæ ex proba conſtitutione naturali apparere debuit, cur alias juveni recte proceſſit lotium? Si præter naturalis, ab affluxu uberiori ſanguinis vel humorum, conformationem nativam vitiare valuit, quam afferre debuit: Alias à ſola magnitudine, qua tali, manare non poſſe conſtabit ſectione de Diabete, affectu contrario, ubi affertur exemplum hoc laborantis, in quo Ren alter miro incremento intumuerat.

§. 5. *Ioh. Baptiſta d'Ornano* Polemarcho, cum per 11: dies ſuppreſſa eſſet urina, in aperto cadavere inventum eſt caput aqua plenum, cauſa vertiginis: Ren vero unus macilentus, Inter alterum & ureteres durities inventa, quæ lotii effluxum impedierat. *Scipio Dupleix in hiſtoria Gallica: Riolanus Anthropogr. lib.* 2. *cap.* 26.

§. 6. T. Patre, Senis annos 152. nati (*Vide lib.* 2. *tit. de Dyſpnœa*) renes anteriori facie nonnullos aqueos abſceſſus exhibuere, quorum unus erat inſtar ovi gallinacei, in quo flaveſcens aqua quæ orbicularem cavitatem impreſſerat: Alii urinæ ſuppreſſionem refluxui ſeri in pulmones adſcripſerunt.

§. 7. Cuidam ex caſu ab alto urina cohibetur, Renes muco referti erant, & adeo obſtructi ut nihil potuerit præterlabi. Veſica tota exſiccata. *Vide lib.* 4. *tit. de Vulneribus.*

§. 8. Nob. frequenter dyſuria renumque doloribus torquebatur, ſucceſſit his Iſchuria: Renum ſiniſter erat albus, ſemiputridus intus, materiam purulentam continens. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 9. Matrona diu ſanguinem & pus minxit: ac urinæ ſuppreſſionem per 14. dies paſſa eſt: Ren ſiniſter omnino deerat, ſuperſtite ſola ſubſtantia membranoſa: Alter fuit materia ſabuloſa oppletus, Ureter in ſummitate à calculo occluſus. *Vide tit. de Vrinis p. n.*

§. 10. Illuſtr. quidam temperam. cal. & humidi cum prædominio bilis, vitæ cœlibis, à multis annis, variis concurrentibus cauſis, de obſtructionibus hypochondriorum conqueſtus, varias curas adhibuit, inter quas ternum uſum thermarum Carolinarum, quas profuiſſe ſcio: interea varii in 6. rebus non naturalibus errores ſucceſſere, non attenta

corporis

corporis debita expurgatione, hinc varii collecti humores craſſi & viſcidi, qui c
mento ad artuum juncturas translati, negato omni exercitio, ibidem loca figent
cerunt artus ita debiles ut inhabilis foret ad deambulandum, unde vita ſedentar
cta, accedente tempore hyemali, ſic prohibita inſenſili tranſpiratione, bonis ali
uſus, aggregatio facta humorum craſſorum & viſcidorum, qui corpus magis inha
quæcunque exercitia reddiderunt. Multa adhibita, ad effectum non ad cauſam,
nea confortandorum nervorum cauſa, ex rebus calidiſſimis confecta, quæ materia
gis incraſſarunt & exſiccarunt: Inunctiones &c. Tandem neſcio cujus conſilio,
artus unguento mercuriali ad ptyaliſmum provocandum, quod quanto pericul
ſoleat, pleni ſunt libri obſervationum; ſi enim commoti humores craſſi & viſcidi n
cludantur, per motum ſanguinis ad cerebrum delati, cauſa ſunt apoplexiæ, paralyſec
ſi ad cor, syncopes, ſuffocationum &c. Si ad Pulmones, tuſſis, phthiſeos &c.
renes, ſuppreſſionis urinæ: Si ad Hepar, obſtructionum &c. Eo remedio mota e
teria illa craſſa & viſcida quæ longa annorum ſerie in artubus delituerat, præter
noſa qualitate imbuta eſt ab argento vivo; illiusque pars ſe exoneravit per fauces,
litam palati & gingivarum à pravitate ſua, ſive ſalſedine, occaſionavit exulceratio
cum periculo excidentiæ dentium: Pars autem ejuſdem occupavit partes vitales
pulmones, deinde ventriculum, hepar, lienem, & renes, unde difficultas ſpi
puncturæ cordis, dolor Lienis, urina pauca & accenſa, ſanguinem colore refe
ſeſe inſinuabant: Temporis decurſu de die in diem paucior urina bis aut ter intra
comparebat: reſpiratio difficilis continuabat, anxietates increſcebant, tumor p
œdematoſus ſeſe inſinuabat, appetitus dejectus, ſitis intenſa, ſomnus vix aliquis:
cte æquinoctium præcedente in meris naturæ laboribus, anxietatibus & difficillim
ſpirationibus conſumpſit, donec hora tertia pomeridiana natura motum materiæ
bificæ procurans, fecit ut thorax liberior factus fuerit, & aliqua pars materiæ à par
pectoris mota, in partem dextram abdominis ſub Hepate inſtar libonis panis decu
rit: bona ſpes quidem affulſit, ſi in reliquis ſymptomatibus quoque natura ſe emen
ſet; Sed à die 20. ad 21. Martii diei horam tertiam, urina ſupprimi cœpit, ut vix
quantitate trium cochlearium emiſerit, quod idem denuo 22. & 23. & ſequentibu
ctum: Interea de cibo potulento, ob impotentiam maſticandi, parum, ſed de cete
in quantitate notabili epotum fuit; quia autem excretio non reſpondebat injectioni
ria diureſin procurantia exhibita & admota, ſed nihil effectum: Urinæ ſuppreſſio
tinuavit diebus 24. 25. 26. adſtrictione alvi concomitante; Interea tumor pedum
genua progrediebatur: in abdomine autem, decumbente ægro, ſubſiſtebat, Seden
ſella, in crura deſcendebat, nunquam tamen totaliter deperdebatur: Ipſum abdo
tendi incipiebat, difficultas ſpirandi increſcebat, præſertim ſi lectulo decumberet,
nia in hydropem tendere videbantur, viresque de die in diem collabaſcebant, 26. M
tii urinæ ſuppreſſione continuante, & abdomine tumidiore, cœpit inquietudo, anxi
difficilisque reſpiratio talis, ut nocte tota quaſi jamjam ſe ſuffocandum putaret: re
tum enim ſerum per totum corpus diſtribuebatur, & prout in hanc vel illam par
ruebat, ſuffocationem aut aliud aliquod lethale ſymptoma minabatur, unde anxie
bus creſcentibus, adſtantibus inſinuavi periculum. 28. Martii ſub meridiem, vomere
pit in copia bilem flavam, cum tantis ructibus ut de repentina ſuffocatione metue
quod ſpiritum æger cohiberet: continuavit vomitus ad horam tertiam pomeridia
humoris lividi, nigri aliquot vicibus, qui inter lethalia ſigna recenſetur ab *Hippocra*
progn. 39. Cauſa autem talium humorum videtur fuiſſe venenum illud argenti vivi,
culta vi corpus ejuſdem deſtruens: etenim illius ope adeo degenerant, & tantam ma
nitatem acquirunt, ut iis partibus, in quas à natura detruduntur, necroſin induca
Sennertus lib. 5. pag. 2. cap. 19. Adhibitis & exhibitis variis ventriculum roborantibus,
mitus ad occaſum ſolis ceſſavit, debili relicto ægro: Videns ego ſuppreſſionem urinæ c
tinuare, & ex ea pedum tumorem attolli, illumque in abdomine remanere, incidit mihi
gitatio ſi interea cauterio in illa parte tumida abdominis effecto, quo ſingularem copi
aquæ videbatur depoſuiſſe, ſuccurreretur, & ſimul etiam in tibiis veſicatoria applicar
tur, ut ita natura ab onere aquæ in corpore reſtagnantis ſublevata longiorem vitæ
ram concederet patienti, atque inde mora impetrata, ne aquæ ſtagnantes viſcera i
cerent, cauſæ ſuppreſſionis urinæ provideretur: abdomini ergo cauterium potentia
tibiæ vero dextræ veſicatorium applicatum: 13. Martii *urinæ aliquid emiſit*; & 1. Apri
ſed tamen hæc nihil auxilii afferebat, nam quadruplo & ultra plus diu noctuque de ce
viſia ebibebat: 5. April. varios appetitus comedendi hæc & alia æger habuit, unde cond

quædam aſſumendo, ſuper ea rantos ventris dolores habuit, ut eoſdem duobus granis laudani compeſcere oportuerit. A triduo jam extrema frigere cœperunt, manusque ambæ tumidæ factæ: 7. April. derepente paſſus eſt animi deliquium, quod paulo poſt mors ſequuta eſt.

Cadavere aperto, partes internæ taliter fuerunt conſtitutæ; In ſtomacho duo ulcera reperta fuere: præterea totum quod ingeſtum erat atrum colorem referebat: Hepar magnum, durum & quaſi coctum, in duabus partibus ſideratum. Splen totus putridus: Renes utrique duri & materia craſſa viſcidaque referti, quæ obſtructio cauſa fuit ſuppreſſionis urinæ: Membrum virile cum teſticulis totum quantum necroſi affectum, eodem modo orificium veſicæ compertum: Omentum circa veſicam inferius diſruptum & nigrum. In Thorace, cor magnum ſed flaccidum, Pulmones thoraci utriuſque lateris accreti, ab inflammatione nigri, & integra ſui parte materia purulenta undique referti: Femora cum tibiis hydropicorum inſtar aqua tumida; Cauterium quod abdomini applicitum fuerat, nec dum pinguedinem, qua Illuſtriſs. ad 4. digitorum craſſitiem pollebat, pertranſierat. *Ex obſervationibus D. Iac. Ioh. Wenceslai Bobrzensky. med. Nigroponti.*

S C H O L I A.

ILluſt. Dom. fato cedere debuiſſe his ſuppoſitionibus confirmo, 1. de affectione hypochondrii ſiniſtri illum conqueſtum fuiſſe, i. e. Lienis, ſigno hoc viſcus à natura, aut aliter debile, tale evaſiſſe, unde paulatim computruit: Putridum autem hoc viſcus in corpore diu permanens lethum inferre ſolet ſe ſolo. 2. lautam diætam Illuſtr. non accedente exercitio, cauſam fuiſſe quod multa aggregata ſint in corpore, quæ ad putredinem ſuſcipiendam aptum reddiderunt. 3. Varia remedia quibus uſus eſt quo ſe gravedine corporis liberaret, non repurgato corpore, humores magis impactos reddidiſſe & viſcera debilitaſſe. 4. Inunctionem Merc. eſſe venenoſam. 5. Ejus infringi venenoſitatem ſi in contrarium venenum habeat quod agat. 6. Ægrum lue venerea non laboraſſe. 7. Si ea non laboravit, & non temere inunctio debet adhiberi iis qui illa correpti ſunt, multò minus ab ea immunibus. 8. Eam ſoli venereæ lui competere (*quod ſuppoſitum negatur, cum Salvatio arte inſtituta multos alios affectus eradicet, maniam, melancholiam, epilepſiam, ſcabiem contumacem, &c. Vide Rolfinckium meth. ſpecial. l. 6. ſect. 3. cap. 1.*) 9. Inſinuatione ſuarum aromorum in corpus, vim habere commovendi humores craſſos & viſcidos & quaſi congelatos, per modum fermenti eos reſolvendo & fundendo. 10. Non ſolum humores commovere & fundere, ſed ſi objectum non inveniat in quod agat, venenata qualitate inficere, calorem nativum partium ſuffocare & ibi gangrænam formare. 11. Etſi mercurio prava qualitas deeſſet, cum humores liquando mortem poſſe occaſionare. 12. Eos liquatos, maſſæ ſanguineæ commixtos, tanquam grumulos in ea oberrantes, cum ea circumferri. 13. Si tales viſcidi & craſſi grumuli non bene diſſoluti tranſeant per aliquos ſubtiles meatus, illos ibidem figere ſe poſſe & obſtructionem cauſare. 14. Eoſdem in principibus partibus fixos, pro diverſitate nobilitatis partium, diverſa parere ſymptomata. 15. E. g. in renibus facta obſtructione, ſeri à ſanguine tranſcolationem, aut ejus per vaſa lymphatica in ureteres & veſicam delationem. 16. Prohibita tranſcolatione ſerum in abdomen deſtillare, aut in maſſa ſanguinis remanere, ac cum eo circumferri: 17 Serum cum ſit ſuperfluum debere excerni. 18. Serum præterquam ſit ſuperfluum, continere in ſe ſuperfluum ſalem, qui remanens in corpore inflammationes, putredines, & gangrænam occaſionare poteſt. 19. Serum, ſi non alicubi perfringat, cum ſanguine per omnia viſcera deferri. 20. Similes grumos viſcidos cum maſſa ſanguinis in Illuſtriſs. ægro vi inunctionis hinc inde fuiſſe commotos: 21. Tales grumos renes illius obturaſſe, unde Iſchuria enata. 22. Serum illud partim ſe diffudiſſe in femora, partim cum maſſa ſanguinea fuiſſe delatum ad partes principes, præcipue pulmones, jam male diſpoſitos; ibi calorem nativum ſuffocaſſe. 23. Dari exempla à pura diuturna urinæ ſuppreſſione mortuorum, etſi mercurio non fuiſſent uncti. 24. A ſola ſuppreſſione urinæ potuiſſe omnia mala in Illuſtr. ægro obvenire, etiam ſine veneni cooperatione. 25. Accedente tamen Mercur. venenoſitate acceleratam mortem, cum hydropici modicum mingendo vivant. 26. Hydropem ſolere Gangrænam cauſare, unde raro tales ſanantur. 27. Gangrænam quæ fit cum affluxu venenoſorum humorum & occulta qualitate, difficilioris curationis eſſe, unde vix à tali evadunt ægri. 28. Ab utraque cauſa gangrænam exortam eſſe lethalem. 29. Dari exempla partium externarum gangræna correptarum, à qua homines (ubi tamen applicari poterant remedia) mori debuerunt. 30. Ubi ventriculus, pulmones, lien, genitalia, omentum, hepar, gangræna afficiuntur, quo remedia non pertingunt, impoſſibilem curationem eſſe, ut in præſenti caſu. *Idem*

Urinæ aliquid emiſit] Cuidam iſchuria fuit, hinc lethargus, de funere cogitatur, largiſſime profluit urina, brevi tamen moritur, unde hoc? Quia ſuppreſſio omnis excrementi, ſeroſi potiſſimum, partes nobiles inquinat, Et rametſi ejus curſus redierit, non perinde meliore ſunt loco res ægrotantium.

Ballonius Epid. & Ephem. lib. 1. p. 10.

Observatio V.

Iſchuria ab emulgentium venarum Renumque actione attractice abolita.

ILluſtr. Saxoniæ Princeps *Severinus*, vix annum 12. egreſſus, ſupra trimeſtre firma ſatis valetudine uſus, deque nullis offenſis conqueſtus fuit: 4. Octobr. 1538. cum ſummo mane è lecto ſe reciperet, & cibum circa ſeptimam moderato appetitu ſumeret, paulò poſt intra horam, balneum, quod in Regio horto eſt, ingreſſus eſt; Egreſſum minus bene

habentem

habentem animadverſum, & ad prandium, quod 11. hora parabatur, viſus tum pri
eſt cibum faſtidire, eundemque perpaucum admiſiſſe. Ego vocatus, debilem cert
febricula nulla correptum Ducem deprehendi: denique preſſius omnia perpender
gnorum ſyndrome tandem perſuaſus, Principem affectu aliquo meatus urinarios
pante correptum conjeci: argumento quod frequentiore vomitu exerceretur, dolc
que ureteris ſiniſtri hypochondrii perſentiſceret: arenulas præterea, quibus jam
quoque obnoxius fuerat, excerneret, atque urinæ pauciores ſubinde prodirent: quæ
exiguam mihi affectorum urinariorum meatuum conjecturam præbuerunt: biduum
alvo ſua ſponte reſpondente, ſubſequentes duas noctes ſuavi ſomno exegit: Porr
hujus menſis die, concubia nocte, ſubtus umbilicum, ad dextram verſus pectinem p
mum dolere cœpit: Vomitiones etiam eundem denuo graviter urgebant, detentc
lotio, quod, nonniſi admonitus, idque mira paucitate, adeo quidem ut vix ultra ſex c
ve guttulas, citra ullam naturalem exſtimulationem redderet, ſicque graviſſimam
ctem abſolvit: Poſtridie vomitionibus nihil dum remittentibus, de præcordiorum quc
dolore querebatur, quo lumbricum trium palmarum longitudine vomitu rejecit:
res magnam aſſicntibus nobis opinionem fecerat, univerſam mali cauſam ad vermina
nem referendi: quanquam autem eo lumbrico expulſo pluſculum alleviari ſibi videre
perſtitere tamen nihilominus ſymptomata: Itaque omnis generis localibus anody
aliiſque quibus dolor diſcuti, adhibitis, tonoricisque de vario confectionum elc
riorum apparatu concinnatis, quorum uſu vel urinæ provocari, vel vermes enecari at
educi quiviſſent, exhibitis, non minus ea atque cibos ſumptos ſtatim evomit, urina ni
rum ſurſum regeſta, alvoque indurata, lotio ſuperiora verſus regurgitante, ſi quiden
aut 8. horis, priusquam animam ageret, urinam meram, colore & odore cuivis adſt
facile agnitam, quo etiam tempore primum delirare cœpit, evomuit: Inter 6. verc
7. ejus diei, quæ 10. hujus menſis, morbi vero 7. fuerat, Ser. Princeps animam Deo reddi

Aperto abdomine, cum adſtantes plerique de cohibito lotio eſſent ſolliciti, diligen
meatibus urinariis perveſtigatis, nihil quod eoſdem obſtrueret compertum, nec lap
nec grumi, nec carunculæ, nec phlegmone, ulcus aut ſimile quid: Ad veſicam ubi perv
tum, eandem vacuam, corrugatam, exſuccam, omniſque aquei humoris expertem obſ
vavimus, ſic ut Chirurgi cathetere difficillime inveniri poruerit, quanquam & vivo il
vel immiſſo in veſicam cathetere, vel etiam mulieris, quæ ſuctu lotium prolicere nircl
tur, opera fruſtra omnia tentata fuiſſent: Gibba hepatis pars à nativo colore ad pallid
declinans manifeſte viſa eſt: Sed mihi univerſa corporis conſtitutio viſa eſt talis quæ
ſolutam ſanitatem non promitteret; Etenim quo tempore etiam inculpata ſanitate
videbatur, perpetuo pallente facie omnibus innotuit: Reliqua inteſtina omnia nihil lu
bricorum aut putrilaginis, quod eorundem fomitem argueret, viſa ſunt continere.
Obſervation. Georgii Tanſtetteri Regis Hungar. Medici.

S C H O L I A.

CAuſam retenti lotii ſuperioribus membris, ſeroſo humori excipiendo deſervientibus, adſcribendam eſſe vel hoc unico, eodemque validiſſimo argumento convincitur, quod corporis cutis, quaquaverſum diſſectio fieret, è veſtigio aqueum humorem, odore & colore exactiſſime urinam, velut in hydropicis repræſentantem, ex ſe remitteret: Proinde nulla alia mortis cauſa ſtatuenda eſt, imbecillis nimirum & depravata temperies venarum emulgentium atq; renum, qua attractrix vis labefactata, legitimum munus, ſeroſum humorem ex reliquo ſanguine in
recipiendi, corrupit: nam iſthæc vaſa viſceraq
nobis minora omnia, nativoque colore deſtitu
conſpecta ſunt, unde factum ut nihil aquei humo
ad veſicam tranſmitteretur, ejuſdemque pars ſurſu
ad ventriculum regeſta vomitiones crearet, pars e
iam in habitum corporis diſpergeretur. *De lotii ſu
preſſione, in qua non deſcendit urina ad veſicam,
de Salium Diverſum de affect. partic. c. 14. & Ca
deram Tribun. Medici p. 220.*

OBSERVATIO VI.

*Iſchuria ob Renem ſiniſtrum maximum, pure refertum, Vreterem ejuſdem pituita & aren
lis infarctum: Renem dextrum cum uretere, lapillis obſitum, Veſicæ ſiccitatem. 1. O
Renem dextrum circa pelvim incruſtatum gypſea materia. Emulgentem venam compre
ſam, Vreterem ſiniſtrum obſtructum. 2. Ob Renes obſtructos, ſubnigros, Veſicæ ſubſtan
tiæ denſitatem, gangrænæ initiis affectæ, cum pure craſſo incluſo. 3. Ob Renis ſiniſt
pelvim dilatatam, cum calculis duobus in veſica. 4. Ob Renum calculum inſignem, cu
veſicæ urinariæ abſentia. 5. Ob Vreteres & Veſicam excrementis referta. 6. Ob angu
ſtiam Vreterum circa inſertionem in veſicam, eorumque obſtructionem à muco. 7. O*

lotium

lotium in ureteribus ſubſiſtens, quia veſica calculis referta. 8. *Ob lapidem Reni impactum poſt veſicæ lithotomiam.* 9.

§. 1. Rogavit me Magiſter Sozion, Sutor Lugdunenſis, ut puello trium annorum, lapidem è veſica eximerem, quod præſtiti præſentibus D. D. *Marcellino* Medico Regio & Facultatis Decano: *Rodeſio, Graſſio*; & *Guillemino*, Medicis Aggregatis ac D. D. *Bon* Doctore Aggregato in Acadamia Valentinenſi, Et coram Magiſtri *Panthoto, Fereto*; & *Pothoto*, Chirurgis: Operatio ad votum ſucceſſit, & quamvis lapis magnitudine ovum columbinum ſuperaret, puellus tamen optime convaluit, bienniumque integrum ſine incommodo exegit: Tranquillitatem hanc turbavit inſignis caſus, puellus enim cum fratre colludens è menſa excidit, & ad angulum illius rene ſiniſtro allidens, contuſio eas in partes magnam commovit fluxionem, unde genitus abſceſſus, qui per Chirurgum *à Valle* apertus fuit: Vix via facta puri, ſucceſſit iſchuria, toto enim decendio omnino fuit cohibita urina, cujus guttæ aliquot per anum, ſed minus limpidæ quam quæ per virgam prodibant: Poſt multos tandem dolores moritur puellus:

Apertum cadaver per dictum Chirurgum *à Valle*, à quo didici renem ſiniſtrum prodigioſe magnum fuiſſe, materia purulenta omnino referrum; Ureterem ſubditum phlegmate & arenulis infarctum: Renem dextrum calculis omnino fuiſſe obſtructum: ut & ureterem annexum: Veſicam inſtar chartæ Pergamenæ ſiccam, quod nullo humore maduiſſet, nequaquam tamen perforatam; unde occaſio data eſt inquirendi in vias per quas in anum irrupiſſet.

SCHOLIA.

Lapidum iſte cumulus mihi in memoriam revocat, quod à Dom. *Wimariis* Pharmacopœis Lugdunenſibus celeberrimis, mihi narratum à D. *Hieronimo Collot*, Operatore Pariſienſi præſtantiſſimo, hunc ad eos tranſmiſiſſe ducentos & amplius lapides, figuræ omnes & magnitudinis tali luſorii, præter unum majuſculum, nucem moſchatam mole æquantem, è veſica juvenis eductos, mediante foramine à natura in perinæo, rupto abſceſſu, facto: Quotidiana autem experientia lapidum maximam partem in renibus conſtat in gigni, inde per ureteres in veſicam deferri; in qua augmentum capiunt, quod in caſu præſenti verum deprehenditur: Quamvis autem vis λιθοποιητικὴ renibus & veſicæ æque inſit, ſi tamen inſigni numero gignantur, id potius in renibus contingit, quod anguſtiores illis ſint viæ, ac parenchymate conſtent ſanguine & calore abundantes Hoc documento ſit iis quibus lapidis cauſa exſecta veſica: ne gentio indulgeant, ſobriè autē vivant metu novæ congeſtionis, Medici præceptis audientes:

Iſchuria] Iſchuria hæc notha fuit, nullum enim in veſicam deſcendebat lotium, obſtructis omnino canalibus id in eam devehentibus: Sagacitatem illo in caſu detexit natura ſoam, quod cum tranſcolatio per renes prohibita eſſet, ſerum in portæ ramos meſentericos amandaret, officio amplius non fungentibus emulgentibus vaſis; victis & inutilibus redditis ureteribus & veſica; unde inteſtina commune fæcum & urinæ receptacula evaſerunt. *Ioſephus Covillardus obſervationum Iatro Chirurgic. Gallicè editarum* 11.

§. 2. Puella annorum octo per bene longum tempus ſtranguria vexata, tandem totalem patiebatur urinæ obſtructionem: parens ſexto die accedit ad me: iter cum eo facio ad locum patientis, agoniſantem eam invenio & morti vicinam, ſicut etiam ſequente nocte vitam cum morte commutabat.

Precibus exoratus parens admiſit eam ſecari: Prioribus membris perluſtratis nihil nocivi apparebat, ſed dexter ren, remoto adipe, à parte media ubi pelvis incipit, penitus incruſtatus & quaſi lapideus conſpiciebatur, tactu durus & materia calculoſa circumcirca ita coaluerat ac ſi gypſea materia fuiſſet illitus: Via autem ad pelvim emulgens, ſuperne ſic compreſſa, ut ne guttula ſeri per eandem potuiſſet tranſſudare: Siniſter ren quidem à tali labe immunis, ſed ureter totus obſtructus, materia arenoſa rubicunda ſatis diſtentus: Non potui tunc temporis inveſtigare cauſam tantæ concretionis, & inventorum apud alios autores in exteriori renum parte lapillorum, quorum tamen ratio ſi ſerum, ut cum venia prudentiorum loquar, per alias vias quam notas & conſuetas adduceretur, facile pateret: Sed hæc relinquo acutioribus Anatomicis: *Andreas Cnoffelius in miſcellan. cur. anni* 4. *obſerv.* 64.

SCHOLIA.

Non parum me moverunt quæ Excell. *Mœbius* in Epit. medic. cap. 12. de ſanguinis depuratione meminit, per quoſdam ductus è ciſternis chyliferis à Pecqueto inventis, advehi quandam chyli partem, ſive ex potu ſuperfluam, & inde urinam fieri, utpote quæ anſam inquirendi in cauſam lapidum in involucro renum inventorum non levem præbent, Et quod ab ea cauſa etiam renum obſtructio ab extra, vias ad pelvim ducentes comprimat, ut exinde mors provenire queat, quale jam exemplum ſuppeditat hiſtoria allata.

§. 3. Quidam apoplexia levi correptus eſt, levi pharmaco liberatus fuit: Hinc poſt aliquot

aliquot dies dolor circa renes & in pube ſucceſſit, ex quo urina ſuppreſſa fuit: M quibus curæ erat, tum ut urinam educerent, tum ut dolorem demulcerent, & inte exterius calida & acria exhibuerunt, & de ſanguinis miſſione nihil unquam cogitav

Tandem occubuit, & cadaver ſectum fuit, & erat in veſica circa libram puris er ſordidi, ex pituita vitrea geniti; Et veſica ipſa, & cervix ejus, erat aucta in ſubſtant denſa, quaſi carnea eſſet, non nervea; & tota nigra, ſanguineque atto ejus venæ re & videbatur ſeu diminuta gangræna: Renes vero erant ſimiliter ſubnigri, ſicuti & p ejus circumjectæ omnes, quaſi gangrænatæ, Et alter intus obſtructus, ita ut nihil poſſet præterfluere: alius vero ex parte obſtructus, hoc eſt in parte inferiori, ex qua p urinæ poterat defluere, ſupra tamen ingrediebatur; ideo ejus ſinus erat urina plenus tamen in priori nihil omnino urinæ ineſſet, quia non poterat nec ingredi nec egred *baſt. Naſius meth. med. Part. 2. ſect. 5. Digr. 3.*

§. 4. Henrico Ainſvvordo, Theologo Britanno, ſupprimebatur urina quolibet f plenilunio, cum inſigni anguſtia & evidenti totius corporis incendio: Neque excer tur illa iterum niſi vel declinante Luna vel exſoluta brachii vena: Verum ſanguine ties mittere, quotiens Luna orbem ſuum complens ſupprimeret ipſi lotium, non vid tur è re ægri: qui propterea aliquoties tulit patienter quod nequiit altrinſecus. e malum: Cujus rarus & inuſitatus rumor ut excivit varia cum noſtratium tum Brita rum Medicorum ingenia: invenit tamen neminem tam ſagaci ingenio, ut poterit re re genuinam reciprocantis hujus periodi rationem, nedum ſubiti illius auxilii, quod dictum ac factum percepit à ſanguine ex brachio miſſo:

Sola Anatome poſt obitum inſtituta eruit illic feliciter veritatem in profundum de ſam, & oſtendit diſtinctè qui anguſta renis ſiniſtri pelvis excreviſſet in eam amplitudi ut ſuppleret commode vicem veſicæ urinariæ; quæ propterea tam fuit vacua quam repletus, quæ præter hoc impedimentum in ſe præterea continebat duos inſignes ca los: Uti quoque folliculus fellis, ſed parvos, nigros, teretes, & inſtar pumicis raros. *N laus Tulpius obſerv. lib. 2. cap. 43.*

S C H O L I A.

EA collectio urinæ majoribus venis adeo vicina, proculdubio in cauſa fuit quod tam prompte ipſi fluxerit lotium ſimulac ſecaretur brachii vena: Nam velut Oenopolæ, ſpiritu ſupra prius emiſſo, facile vinum infra eliciunt ex repletis doliis, ſic reſe-rantur quoque renes ubi vel minimum ſpirituoſi ſanguinis adimitur tumidis brachii venis: Ex quarum inciſione vident propterea peritiores medici non tam ſiſti quam promoveri ſæpe mulieribus ſuppreſſa menſtrua: Quantum verò huic Theologo profuit ſanguis ex brachio detractus, tantum juvere alios in ſimili urinæ ſuppreſſione, vel ſanguis ubertim è naribus effluens, vel frequens macularum in habitu corporis eruptio: Quibus duobus auxiliis ſanitatem ſuam aliquando recuperavit juvenis quidam, cui integros octodecim dies ſtagnaverat urina. Sed quid dicendum de Lunæ conſenſu? quæ uti reliquis minatur aquis, ſic videtur quoque vim ſuam e ruiſſe in lotium hujus Venerabilis Theologi; C urinam in rene detentam ſuppreſſit intumeſcens ſidus longe facilius, & diſperſit ſuppreſſam f multo celerius per vicinas venas, quam ſi delitu in remotioris veſicæ receptaculo: A qua perio reciprocantis urinæ revolutione, credibile utiqu proveniſſe, quas ſingulis pleniluniis patiebatur febre tum anguſtias, quibuſcum pleruumque cor ctabat ad diem quintum antequam ex toto libera tur: Sed ſanguine ex brachio emiſſo reſolveba illico frænum lotium ſupprimens: quantumvis ſica præter hoc impedimentum in ſe præterea contineret duos inſignes calculos.

Idem ibidem.

§. 5. Abrahamus Clef Montbelgardenſis, æſtate anni 1657. in viridario obambula magnum illico urinæ ardorem & difficultatem ſenſit; quæ conatu indefeſſo mox ſupp mebatur tota, mox guttatim ardore intolerabili ſtillabat: Caſus ſubiti ignaro erum cum fragore tandem lapis ſolidus, politus, triangularis, ſcrupuli unius pondere, Jaſpide referens: Die 7. Januar. 1658. in Pleuritidem & Peripneumoniam lethalem incidit, (*Vi hiſtoriam lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

In apperto cadavere nullam inveni veſicam urinariam, vel ejus loco ſubſtitutum ullu organum; quod præſentibus Dom. Capitaneo Grojean & aliis loci Chirurgis & vicinis i credulis ſic demonſtravi: Stylum in penis foramen & urethram intruſi facile per uret res utrinque in dextrum & ſiniſtrum renem, Et à fiſſis Renibus, præter naturam ampli ſolidis & naturali carne præditis, ſine ulla calculoſa diſpoſitione manifeſta, Eundem ſt lum per utroſque ureteres immediate & coram omnibus ad extremum balanum tradux nullo inter ureteres & penem intermedio corpore, quod incredulis omnem amovir d bitandi occaſionem, maxime cum ſecundum ſtyli ductum inciſionem feciſſem. *I. Nico Binningerus centur. 2. obſerv. 24.*

§. 6. Filius N. in *febrem incidit* cum urinæ ſuppreſſione, cui poſtea ſtillicidium advenit

Veſic

*V*eſica erat maximæ molis, muſculis adnata, excrementis plena cum ureteribus, Renes inſignis magnitudinis. *Vide tit. de Febribus.*

SCHOLIA.

[*In febrem incidit*] Eſt urinæ ſuppreſſio febris καυσώδους proprium quoddam ſymptoma, & quod medentis conſilium & proviſionem ad ſeſe trahit: Fit autem multis de cauſis initio talium febrium: Præcipua tamen eſt copia humorum, & pituitæ præſertim, vias urinarias occupantis, Vel confluxus humorum ad eaſdem vias: Et Medici graviter errarent ſi ad diuretica ſeſe converterent, derivandum enim potius per alvum: Juvaret quoque elicere vomitum, niſi re aliqua prohiberemur: Pleriſque creatum eſt periculum; quibus præpropere diuretica ſunt adminiſtrata, hac ſola ratione & conſideratione quod urina non redderetur. *Iac. Thevart annot. 1. in conſ. 37. lib. 2. conſil. Ballonii.*

§. 7. Puer quarto poſt partum die in Noſodochio Argentinenſi anno 1602. menſe Decembri obiit, & à Doctore *I. R. Saltzmanno* apertus fuit, qui quidem ſugebat, ſed nihil per alvum aut veſicam ejiciebat; in quo inteſtina flaribus diſtenta, podice non pervio; Renes in octo partes lineis diſtinguebantur: Ureteres ſero diſtenti ad veſicam anguſtiſſimi, ita ut nonniſi vi ſtylum parvum admitterent, muco referti ſeri tranſitum intercludente, ſic in veſica nonniſi mucus, non tamen copioſus repertus eſt. *Caſparus Bauhinus in Theatro Anatom. Saltzmannus obſerv. Anat. pag. 62.*

§. 8. Anguſtia urinæ tranſitum per ureteres impediens, nonnunquam oritur ab uno magno, pluribusque calculis mediocribus veſicæ cavitatem replentibus, unde ſiſtitur diutius in ureteribus urina; à qua non ſemel vidi tunc ſenſim ampliatos ac diſtentos ureteres, pollicem non raro admittentes, atque urinam uſque ad renes ipſos in ſe continentes. *Fr. de le Boë Sylvius Prax. med. l. 2. cap. 56.*

§. 9. Puer ſeptennis anno 1655. Iſchuria, dyſuria & ſtranguria laborabat: Digito in anum immiſſo deprehenſus lapis, qui feliciter per lithotomiam eſt eductus; ſuperſtitibus tamen iiſdem ſymptomatis, quæ mors conſequuta eſt: Parens, vir temerarius & nequam, Medico operationis authori, & Chirurgo qui exercuerat, necem interminabatur.

Defuncti aperto cadavere, repertus eſt lapis pelvi renis dextri impactus, olivæ majoris magnitudinem æquans.

OBSERVATIO VII.

Iſchuriæ fortioris & pertinacis cauſa deprehenſa in occluſo recens uno uretere, altero jampridem obſtructo.

§. 1. SAtis vulgo notum eſt Iſchuriæ fortioris & pertinacis cauſam, ſæpiſſime infra renes conſitam, omnino à ductibus urinariis penitus obſtructis pendere: Cumque egomet plures ab urina totaliter ſuppreſſa defunctos aperui, In omnibus reperi mortis cauſam invincibilem, Ureteris unici, paulo antea patentis altero dudum occluſo, à calculo recens impacto obſtructionem fuiſſe. *Thomas Willis Pharmacop. Ration. p. m.* 166.

§. 2. Vir Doctiſſimus, cum crebris dolorum, vomitus & cruentæ mictionis paroxyſmis, per plures annos graviter obnoxius vixiſſet, tandem remediis ſequentibus conſtanter uſus Nephritide fere immunis, absque graviori quopiam inſultu ſupra ſeptennium vixit: Curationis methodus, quam Generoſus quidam edocuerat, ſine pharmacia quavis, ad hunc morbum habuit: Vino & Pomaceo abſtinens, pro potu ordinario Allam tenuem, ex Braſio avenaceo confectam bibebat: porro ſemel in hebdomada mane cepit hauſtum ejuſdem Allæ, ad libram circiter unam, cum pulveris oſſium ſenclorum cochlearibus tribus in eo diſſolutis: Horum uſu intra paucos menſes morbo calculari valedixiſſe viſus, mox arthritico laborare cœpit, ejusque paroxyſmis gravioribus per totam Nephritidis vacationem ſubinde infeſtabatur, iisque demum levi quavis occaſione in tantum obnoxius fiebat, ut ſi ſtatim à paſtu corpus, vel animum, ſcil. deambulatione aut ſtudio ullatenus exerceret, dolorum inſultus certiſſime expectaret; Cujus ratio erat quod ſanguinis *particulis ſalino fixis*, & liquor nerveus, acetoſis uſque ad plenitudinem ſaturi, ſcilicet quando ſucco recenti perfuſi ſimulque incitati turgeſcent, illico ſuperfluitates ſuas, ſcil. materiam utriuſque indolis morbificam, in articulos valde debiles deponerent: Itaque Venerandus ille Vir torturæ ita crebræ ac fere continuæ pertæſus, ex conſilio cujuſdam amici *Vrinam propriam* unoquoque mane *bibebat:* Cujus uſu intra menſem unum aut alterum doloribus arthriticis paulo minus plectebatur, ſed mala vice affectus nephriticus recrudeſcere cœpit, nam dolore circa lumbos cum vomitu & dyſuria

ſubinde

ſubinde afficiebatur; & brevi poſtea urinæ ſuppreſſione totalis ſuceeſſit, quæ nullis rem diis ſuperanda, poſt duas circiter hebdomadas Virum Clar. è medio ſuſtulit.

Cadavere aperto, viſcera omnia, exceptis renibus, maxime ſana & firma appar bant, attamen Ren dexter jam pridem fere abſumptus fuerat, ſuperſtite tantum exigu glandularum acervo, vaſis omnibus & uretere coalitis & penitus occluſis, ut nulla proſ urina illuc à longo tempore tranſierit: Ren ſiniſter ſatis largus intra cavitatem & duct ſuos magnam ſabuli & calculorum aggeriem continebat, inſuper lapillus rotundus obdu rus & albicans in ureterem ſpatio circiter trium unciarum delapſus, ibidémque fixus lo tranſitum penitus occluſerat: Ureteris membrana, ubi calculus hærebat, craſſa adeo & ca loſa, proindeque indolens invaſerat, ut hic nullomodo ſurſum aut deorſum dimoveri p tuerit.

SCHOLIA.

Videtur in hoc caſu quod cum ſanguis & ſucci nervei particulæ coagulativæ, nempe ſalino-fixæ & acetoſæ, primo in renibus coeuntes affectionem nephriticam diu excitarant; poſtea ſupra dicti pulveris uſu ſalinæ uſque in habitum corporis protruſæ, & non facile redditæ, in articulis ſeminium arthriticum congererent, renibus interim fere liberis: Tandem vero cum ab urinæ propriæ potu minera ſalita in renes reduceretur, morbus articularis in nephritin exitialem commutabatur.

Urinam propriam bibebat] Non ita pridem m inoleverat ut Arthritici uno quoque mane urina propriam biberent; quod nonnullis commodo fu Ratio videtur, eſſe quod urinæ latex ſalinus ſangui nem denuo pertranſiens, particulas ſalinofixas, pri in articulos deferri ſolitas, ſecum ad renes deducere quare hæc methodus ſi quando arthritidem ſublev plerumque nephritidem auget. *Willis Tract. de Ani ma Brut. Part. 2. cap. 14.*

APPENDIX.

Iſchuria ab eroſione vaſorum urinalium, poſt uſum acidularum orta.

D. D. *Caſpar Bauhinus* Baſileę 5. Decemb. 1624. diem ſuum obiit: Omnimoda urinæ ſup preſſione ad dies fore octodecim laboravit: Exiſtimarunt Medici, qui ejus curam ſuſce perunt, D. Platerus & D. Chmilictius, fuiſſe aliquam in vaſis urinariis eroſionem, ab immodico Acidularum uſu contractam, atque per viam apertam ſerum & urinam in abdominis cavitatem deſtillaſſe; Et præter alia hujus rei indicia hoc habuere, quod duabu ante decubitum ſeptimanis urinam cruentam excrevit: Veſica urinaria omnino fuit vacua ita ut urinæ nihil etiam cathetere immiſſo extrahi potuerit. *D. Sennertus Epiſtola* 85 *Centur.* 1.

Omnimoda urinæ ſuppreſſio, qua per dies fere octodecim, uti ſcribis, laboravit, an ab aliqua vaſorum urinariorum eroſione proceſſerit, ſi cadaver aperuiſſent Medici, certius cognoſcere potuiſſent. Acidularum immodicus uſus, & urina cruenta ante decubitum excreta, rem hanc non neceſſario convincunt, ante enim quam vaſa urinaria acidulæ eroſiſſent, ventriculus & viciniora viſcera erodenda fuiſſent, quale quid ab immoderato ſpiritus vitrioli uſu eveniſſe adnotatum. Ante annos aliquot in cadavere fœminæ, à frequentiore ſpiritus vitrioli uſu, inferior ventriculi tunica conſumpta fuit. Nec urinæ cruentatio ad denominandam eroſionem ſufficit, eadem enim à calculi attritu profiſci potuit. Fortaſſis uterque ab impactis calculis ita fuit obſtructus ren, ut nihil plane urinæ percolari potuerit, quale quid in cadavere D. Dan. Schmiddii anno 1612. viſum fuit. *M. Doringius ibid. Epiſt. 86. ſequenti.*

APPENDIX.

Iſchuria venæ ſectione ſanata, ab obſtructione vaſorum Emulgentium ſanguine diſtentorum.

Nobilis Sexagenarius athletico habitu præditus, cum diebus æſtivis calidiſſimis, Lutetia Monſpelium veniſſet magnis itineribus, multo potu ſeſe ingurgitaverat: 3. aut 4. diebus à reditu incidit in omnimodam iſchuriam, ſed nullis remediis urina revocari potuit. Ac tandem 3°. die catheter in veſicam immiſſus eſt, & nihil urinæ profluxit, unde perterritus prior Medicus alterum ſibi adjungi voluit: Vocatus ego in fine tertii à ſuppreſſione diei. Quæro num dolorem aliquem in lumbis aut pube. Ager perciperet, aut alias nephriticis affectibus obnoxius fuiſſet, quod cum negaſſet, diligenter omnibus perpenſis, cenſui hanc urinæ ſuppreſſionem ab obſtructione emulgentium, quam humorum multitudo pepererat, dependere, ac ea vaſa nimis repleta ac diſtenta, non poſſe ſe contrahere ad expulſionem. Ideo phlebotomiá propoſui larga manu celebrandam: At vix hora elapſa à venæ ſectione, ſenſit æger profluentem urinam à renibus ad veſicam per ureteres, ac paulo poſt excretis pluribus urinæ libris intra horæ ſpatium omnino liberatus eſt. *Riverius Centuria* 1. *Obſ.* 1.

S C H O L I A.

UTut hiſtoriæ iſti fidem præſtemus, iſti tamen ætiologiæ aſſenſus minime debetur: Quippe vaſorum emulgentium non illud munus eſt quod Vir Clar. aſſignavit; Non venæ enim ſed arteriæ ſerum una cum ſanguine, abſque ullo urinæ plenitudinis aut rigiditatis periculo conſtanter, deferunt: Cum autem ſerum in vias patentes non cito excurrat, cauſa eſſe videtur quod cruoris maſſa, ſtricta nimis & compacta, laticem aquoſum intime permixtum ſinu ſuo ægre dimittit. Huc facit obſervatio Anatomica à nobis allata de Epiſcopo Ceſtrenſe. *Willis Pharmac. Rat. ſect.6.cap.13.*

Observatio VIII.

Iſchuria à calculis in veſica proprium ſacculum ſibi efformantibus, ejus cervici objectum.

J*Oanni Traſſato* tantum negotii in ſenectute faceſſivit calculus veſicæ, ut non modo vix unquam mingeret ſine acerbo urgentis urinæ cruciatu, verum rariſſime quoque deambularet ſine evidente doloris ſenſu, ob calculum veſicæ cervicem miſerandum in modum excarnificantem: donec tandem doloribus ac punctionibus ceſſantibus, libere denuo urinam reddiderit, adeptus non ſolum copiam agendi iterum negotia, à quibus aliquandiu abſtinuerat, verum etiam quocunque proficiſcendi perinde atque ſaniſſimus. Quam inopinatam rerum faciem ut ſumme admirabatur æger, ſic non levem conjecturam movit Medicis Calculum ſtationem ſuam, ex qua tam atrox intuliſſet bellum, ſeu remediis ſive tempore deſeruiſſe, indéque turbas reſediſſe, pacémque tandem corpori conceſſam: A qua tamen ſententia æger adeo fuit alienus, ut potius crediderit ſe nihil unquam à calculo, verum omnia ab indurato aliquo tumore, levius pondus etiamnum circa anum perſentiſceret, perpeſſum fuiſſe: manſitque ipſi hæc opinio ad extremum vitæ halitum.

Facto vivendi fine per omnimodam urinæ ſuppreſſionem, ubi Integrum quinquennium ſatis commode habuiſſet, & producta ab anatome in lucem veritate, quæ hactenus delituerat ſpiſſa caligine ſepulta, cujus beneficio vidimus durum aliquem tumorem, prope veſicæ cervicem ſitum, in cauſa fuiſſe quo minus profluxerit ipſi lotium ſive ſponte, ſive meatu quoque per catheterem reſerato, ídque ex veſica aqua id temporis maximè repleta: quod inuſitatum tumoris genus, inſtar carunculæ tunica incluſæ, ante veſicæ exitum propendens, uti huic ægro exitio fuit, ſic etiam clanculum aliorum vitis fortaſſis inſidias ſtruxit, ignorantibus Medicis quo referrent exitialem ſuppreſſæ urinæ cauſam: Ea enim fuit tumoris forma, ut elevata à cathetere, illum tamen ita complecteretur ut nihilominus impediretur urinæ effluxus: Sed quid dicemus de Calculis, qui primum maximum, deinde vero nullum excitarunt cruciatum? Erant hi duo, & quidem ſatis ingentes, qui initio attritu ſuo adeo extenderant ſequacem veſicæ membranam, ut paulatim deſcenderint ad quatuor tranſverſos digitos à priori ſtatione, provoluti quaſi in ſacculum veſicæ adhærentem: In cujus receptaculo etiam calculum ſuum dicitur habuiſſe Exc. Caſaubonus: Fuitque hæc loci mutatio veriſſima cauſa illius levaminis, quod æger percepit poſtremis vitæ annis. *Nic. Tulpius Obſerv. med. lib. 4. cap. xlvij.*

S C H O L I A.

I*Gnorantibus Medicis quo referrent, &c.*] *Riolanus* Encheir. libr. 2. cap. 30. adnotavit veſicam interdum onere plurium lapillorum ſinuoſam fieri ad latera inteſtini recti juxta collum ipſius, túmque lapillos ibi nidulari, qui cathetere immiſſo non deprehenduntur: digitum autem in podicem immiſſum tum certum fore rei exploratorem: Nimirum calculi veſicæ attritu ſuo primum veſicæ cervici moleſti ſunt, tandem autem pondere ductilem veſicæ membranam extendunt, hinc de priore ſede decedentes, proprium ſibi ſacculum effingunt, in quo nidulantur, deſiniente dolore ante acuto, cui ſuccedit moleſta gravitas.

Observatio IX.

Calculus veſicæ, in medio pervius, citra ſigna & ſymptomata geſtatus.

VIdi in Nobil. D. *Gul. Poole*, ſecundum jam ſenium ingreſſo, ſub lingua, in carne illa molli ei ſubſtrata, genitum, levem & tophaceum, longiorem, inſtar lapillorum in capitibus aſellorum mollium repertorum, qui ſponte ſua decidebat triennii ſpatio, alio ſubnaſcente. Hic erat admodum moleſtus eo tempore quo decidere incipiebat, ita ut linguа magnum, inter loquendum & maſticandum perciperet nocumentum: Hoc Nob. Viro

tardiſſima

tardiſſima ſenectute ad meliorem vitam à ſummo vitæ arbitro evocato, in veſica ejus, co porc diſſecto, repertus eſt lapis XIV. unciarum pondere, in medio pervius, per quem l tium ſine impedimento profluebat, Ita ut nulla eſſet Calculi in veſica contenti ſuſpici cum de nulla gravitate, nec dolore aliquo conquereretur. *Fridericus Laſſius obſ. xxxiij. lib. 1.*

Observatio X.

Iſchuria ob compreſſum & calloſum collum veſicæ, Hujuſque cum inteſtinis involutionem. 1. *Ob inflammationem & ulcus colli veſicæ.* 2. *Ob compreſſum collum Veſicæ ab hernia ſi gulari.* 3. *Ob Tumorem oſtio veſicæ objectum.* 4. *Ob ſcirrhum collum veſicæ occupanten cum ſequuta inflammatione.* 5. *Ob carnem ex veſicæ fundo enatam, urethram ſubeuntem.* *Ob inflammationem urinarii meatus.* 7. *Ob ſcirrhum oſtio veſicæ objectum.* 8.

§. 1. PUellus per x. dies neque per alvum neque per virgam quicquam excrevit. Int ſtina omnia ita cum veſica ejuſque collo confuſa, ut vix divelli potuerint: mu culus recti inteſtini collum veſicæ calloſum comprimebat. *Vide tit. de Alvo ſuppreſſa.*

§. 2. Viro Illuſtri lotia cum viſcida materia reddenti ſuppreſſio eorum per quatr duum accidit. Inventum eſt ulcus & inflammatio in collo veſicæ. *Vide Tit. de ur nis p. n.*

§. 3. *Ioh. Dominicus Sala* vidit meſenterium cum inteſtinis tenuibus omnibus in ſcr tum delapſum, abdoménque alterum præ ſe tuliſſe: Qua mole compreſſo Veſicæ coll urinæque impedito tranſitu, neceſſitas moriendi ægro fuit accita. *Th. Bartholinus Cent. i hiſtor.* 95.

§. 4. Clar. Tulpius in cadavere viri cujuſdam, qui ex omnimodo urinæ ſuppreſſion obierat, vidit durum tumorem, inſtar carunculæ tunica incluſæ, ante veſicæ orificiu propendentem, in cauſa fuiſſe quo minus ipſi profluxerit lotium, ſive ſponte, ſive mea tu quoque per catheterem reſerato. Ea enim fuit tumoris forma, ut catheterem qu elevabatur, complecteretur, & ſic adhuc impediret urinæ effluvium. *Dom. de Flammerdin ge Diſput. de Iſchuria* Θ.8.

§. 5. Gulielmus Conſtantinus, Chirurgus Genevenſis, ſeptuagenarius Iſchuria labora bat: poſt magnos perpeſſos labores, & varia data auxilia, vitam cum morte com mutavit.

Cadaver apertum exhibuit Scrotum & circumjacentia livida, veſicæ cervix dura, alb ſcirrhoſa, Ejus vero corpus inflammatum & ſphacelatum. *Ex Schedis Dom. D. Alexandr. Diodati, Medicæ Facul. Genev. Decani.*

§. 6. Obſtruitur Veſicæ orificium, vel urethræ canalis, ſæpius à calculo ipſi impacto. rarius à concreta pituita, vel ſanguinis grumis, vel Carne ex veſicæ fundo per ipſam urethram excreſcente, ipſamque obturante (ſicut ejus rei ſtupendum exemplum vid ante plures annos Amſtelodami, in fœmina ex hoc affectu, propter ſanguinis deperditionem conjunctam tandem miſere defuncta) ſubinde à ſuccreſcente in urethræ canali caruncula, ipſumque opplente. Ejuſmodi carnis ex veſicæ fundo excreſcentia difficulter curabitur, niſi conſolidans decoctum immittendo in veſicam per ſyringam. *Franc. Sylvius de le Boë, Pract. lib. 1. cap. lvij. §. vii. & xxviii.*

SCHOLIA.

OBſtruitur à calculo, vel carne, &c.] *Hippocr.* Coac. Prænot. 472. & 473. notas adducit quibus urinæ interceptio facta à calculo, vel à tuberculo, ſeu phymate, dignoſcatur: Calculo laborantes, *ait*, χυανδῦντες, eo habitu conſtituti ut ne urinariam fiſtulam calculus illabatur, prompte urinam reddunt At quibus tuberculum ad veſicam adnaſcitur, urinæ difficultatem afferens, iis quivis corporis habitus negotium faceſſit, cujus quidem ſolutio contingit per puris eruptionem.

§. 7. Cùm in meatu urinario cuidam tuberculum enaſceretur, Tonſor ſe pro Chirurgo circumferens, cathetere adacto meatum urinarium perrupit, exiſtimans lapidem in veſica eſſe, quo factum eſt ut ſuborto fluxu ſanguinis, inflammatione & febre superveniente; ex incuria ejuſdem Tonſoris mortuus ſit æger.

Inciſione autem peracta, nec in veſica, nec in ureteribus nec in renibus lapillum invenere, ſed tantum pudenda mirum in modum tumeſcentia, & teſtes ſupra fidem inflatos, unde ſupprimebatur urina ut ne gutta effluere poſſet. *Foreſtus lib. 3. de Incerto urinarum judicio.*

§. 8. David Romay Paterniacenſis, annos 80. & ultra natus, cum ex nimio vini recentis uſu 13. Nov. 1606. ſuppreſſione urinæ & dolore colico corripi cœpiſſet, nulliſque remediis in diem 12. uſque morbi uſus fuiſſet, tandem extrema neceſſitate urgente, die dicta 24. Novemb. me accerſit. Tum hominem in lecto febricitantem, miris cruciatibus ac doloribus afflictum, viribus quinetiam proſtratum, cum ventris tumore, magno, duro, tenſo ac renitente, ab oſſe pubis ad regionem fundi ventriculi & hypochondriorum fere uſque, gravidæ inſtar, offendi. Ego illico ſacculum ex relaxanribus & urinam moventibus aqua coctum calide applicui: cathetere deinde per ductum urinarium in veſicam immiſſo ℔ v. urinæ cum unciis quatuor: medicinalis ponderis, extraxi: unde mire levatus cum ventris ſubſidentia: Die ſequenti enema emolliens & anodynum injectum; catheter iterum intruſus, ſed nihil urinæ manavit, hinc auctus dolor & tenſio ventris die 26. rurſus immiſſo cathetere, & lib. 6. urinæ elicitis, protinus tenſio & dolor ventris, ceſſavit: 27. die denuo catheteris beneficio urinæ lib. 6. fluxere: Mitum ſane quomodo veſicæ corpus tam exiguum rantam urinæ copiam continuerit: hinc atrocitas doloris ob ſummam diſtenſionem partis maxime ſenſilis. Die 28. rurſus cathetere immiſſo, poſtquam urinæ lib. 4. cum ℥ 4. extraxiſſem, ſub finem circiter ℥ j puris ſubſequuta eſt, poſt clyſtere leniente injecto bis alvum exoneravit, hinc maximum levamen: ſub veſperam iterum cathetere indito, urinæ ℔ iiij quoque, uti & multum ſanguinis, ut & præcedentibus vicibus, effluxere: hinc conjeci abſceſſum in veſica delituiſſe, ejuſque venulas ab extenſione ab urina ruptas fuiſſe. Die 29. aliud enema injectum, & circa meridiem per immiſſum catheterem urinæ lib. iv. & ℥ vj, cum cyatho puris pleno, uti & ſub veſperam lib. iv. & ℥ viij cum pauxillo puris extraxi: Die 30. mane cathetere urinæ ℔ ij. cum multo ſanguine admixto, ſub veſperam vere cyathos 3. vel 4. elicui: Hic vero notandum parvum & exilem catheterem me nunquam, ob obſtacula quæ circa ſphincterem latitabant, in vacuum veſicæ immittere potuiſſe; craſſiorem vero, & qui craſſitiem pennæ cygni adæquabat, multo facilius. Ratio, ut credo eſt quia cum ductus urinarius circa veſicæ collum, uti & ſphincter ipſe ob ſcirrhum, qui ante oſtium veſicæ colli latitabat, tumefactus eſſet, neceſſario in perinæo coarctatio & anguſtia ipſius ductus urinarii ſequebatur. Porto exilem & minutum catheterem hancce anguſtiam aperire & dilatare non potuiſſe rationi conſentaneum eſt, id quod craſſioris beneficio facilius & minori cum dolore fieri potuit. 1. Decembris mane cum in ipſo ductu urinario, & circa collum veſicæ obſtacula nonnulla catheteris intromiſſionem nullomodo amplius admitterent, enema emolliens denuo exhibui, ventrem & inguina inunxi, ſemicupium præſcripſi, in quo cum per horæ quadrantem reſediſſet, urina ſponte excrera, unde levamen non exiguum: 2. Decembr. ad ℥ ij terebinthinæ Venetæ exhibui coxáſque & renes inunxi: à prandio, ob doloris vehementiam, rurſus in ſemicupium conjeci, ex quo egreſſus non ſolum urinam copioſe, ſed una quoque materiam craſſam, albam ac fœditiſſimam excrevit. Die 3. aliquid aquæ noſtræ diureticæ propinavi, bis quotidie partes prædictas inungens: hinc deinceps ſemper urinam, & ſimul purulentam ac fœtidam materiam, ſponte & abſque dolore aut impedimento reddidit, verum pro mundificatione renum & meatuum utinariorum 5. Decembr. ℥ ij Terebinthinæ iterum exhibui: Et quia tumor ille durus è regione veſicæ nondum penitus ſublatus erat, ſacculum ex emollientibus & reſolventibus bis quotidie applicui: Tumor ramen ex hujus ſacculi applicatione, cum urinæ illius fœtidæ ac purulentæ excretione ad 17. Decembr. perſiſtebat, qua tandam paulatim tumor ſubſidere, urináque aliquantum clarior ac purior fieri, fœtórque remittere cœpit: interea alvus non reſpondens variis præſidiis commota: hinc ventris dolores ſedati fuere, urinam quoque abſque difficultate ſed involuntarie reddebat. Die 6. Janvar. 1607. diarrhœa levis ſupervenit, quæ ad 5. diem ceſſavit: circa 9. Janvar. urina per ſeceſſum, nunc ſeorſim, nunc mixta excrementis & quidem involuntarie effluere cœpit, neque amplius per penem exiit: dolor tamen nullus aderat, viréſque pro ætate conſtabant, nec appetitus admodum proſtratus uſque ad decimum octavum Januarii, qua tuſſicula ſicca correptus, vires & appetitus paulatim ita diminuebantur, ut 30. Januar. placide expiraverit.

Aperto cadavere, *ſcirrhum* magnitudinem ovi gallinacei adæquantem, unciáſque duas pendentem, *in ipſa veſica*, & quidem ante collum ipſius tenaciter adhæreſcentem inveni: Ex cavitate præterea veſicæ uſque in inteſtinum rectum, ulcuſculum conſpiciebatur rotundum, proculdubio ab urina purulenta & fœtida exeſum. Corpus item veſicæ circa ipſius collum, uti quoque inteſtinum rectum, lividum, Ren uterque inſignis magnitudinis, exterius

exterius veſiculis quamplurimis ſeroſo humore ſcatentibus apparebant: Hepar deniq in parte cava durum ac ſcirrhoſum viſebatur. *Fabritius Hild.cent.2.Obſerv.65.*

SCHOLIA.

S*Cirrhum in veſica ante collum*] De Tumore oſculi veſicæ (proculdubio non ſcirrhoſo) curato, agit *Ballonius* Epid.lib.2.p.177. Quidam ſuppreſſione urinę laborabat, creditum eſt id fuiſſe à phlegmate obſtruente, accedente & nonnullo tumore oſculi veſicæ: Dolor non erat, itaque nec inflammatio: mirum an tumor derepente fieri potuerit? conabatur excernere; conatuş iſte in corpore impuro materiam ad veſicam præcipitavit, concurſum eſt ad diuretica, malum auctum eſt, veſica implebatur u na, ſed aliquid impediebat, diureticorum uſu fac eſt humorum veluti conferta in veſicam prolapſi teſtabantur urinæ, nam copioſo ſedimento erant r fertæ, at non erat ſedimentum propriè dictum, ſ humorum colluvies: Tandem deprehenſus tum oſculi veſicæ, miſſo in anum digito, multis reme lientibus adjutus eſt, convoluit: Antea nullo m do excernebat urinam niſi immiſſo cathetere.

Observatio X.

Iſchuria ob plures calculos in veſica fluitantes. Et tres eius tunicæ affixos.1. A lapide in veſic unciarum xviij. 2. Ob lapidem xxxij. unciarum. 3. A grandi lapide veſicæ oſtio objecto 4. 5. Ob lapidem ſiliceæ duritiei, ponderis unciarum ſex & dimidiæ. 6. A lapide medioc collum veſicæ obturante. 7.

§. 1. THomas Fontanus, ſenex humanus, exantlatis aliquando acerbiſſimis urgentis urinæ cruciatibus, *eminxit tandem plurimos calculos* colore varios & forma, moléque diſpares: quorum alii in conſpectum prodiere glabri ac politi, alii viciſſim angulares ve ſphærici, imo nonnulli quaſi ſerrula à ſe invicem præciſi: quod inuſitatum ſpectaculum eo majorem movit admirationem, quo deinceps excreverit plures effractorum calculorum cortices, qui æquantes unguem humanum, ſeni ſeptenive ſingulis interdum prodiere diebus. Attonitis interim & haud parum ſuſpenſis Medicis, quò referrent hanc calculos effringendi ac poliendi vim, donec ægro ob omnimodam urinæ ſuppreſſionem mortuo, anatome veritatem quaſi ex umbra in claram lucem produxerit.

Fluctuabant enim in veſicæ fundo undecim calculi, quorum maximus fragili cortice tectus, quaſi alter Acteon, à continuo inæqualium calculorum occurſu adeo fuit detritus vt plurima inde diſſilierint fragmenta, quæ deinde cum urina emingerentur: Præterquam multi jugum lapidum, fragmentorúmque acervum, familiæ oſtendimus tres *calculos ſatis inſignes, qui veſicæ tunicis* adeo fuere *involuti*, ut ne lynceis quidem oculis illos perſpexiſſes, niſi ſcalpellum involucra abſtuliſſet; cujus beneficio duos etiam calculos animadvertimus in renibus latitantes. *Tulpius obſerv.lib.4.c.36.*

SCHOLIA.

E*Minxit plurimos calculos*] Nihil Medicis frequentius in ore quam medicamentum calculos frangens; at videſis arenoſos aç molles duntaxat intelligas, ſilices quippe ut vix comminuunt mallei, ſit profecto multo minus actis aliquis humor, qui fortaſſis aptior foret exedendis tenuibus veſicæ tunicis quam præduris lapidibus. At excogitabit forte aliquis remedium quod ſine aliarum partium jactura, ingenita proprietate ſolos calculos diſſolutum ibit, cujuſmodi memini aliquando à locuplete mercatore multis florenorum millibus obnixe quidem quæſitum, at hactenus à nullo mortalium inventum: verum enim vero, quam latus hic patuit campus illis qui nihil non remediis ſuis acceptum ferunt, ſive vere, ſive falſo, prędicaſſent quidem ſpecioſe commentitiam ſuam gioriam, ſed quam turpiter deinde illis ludibrio fuiſſent, veritate ab anatome è latebris eruta, ac illi in ſpeciem quidem apparuiſſent Medici, at revera nugivenduli ac ſycophantæ.

Tres calculi veſicæ tunici involuti] Ecquid egiſſes, Lithothome, in hiice ſitibus, obvios forte calculos facile eduxiſſes, atque eruiſſes tunicis incluſos? vis ſignem tibi quam deinceps ſequaris cynoſuram? Quæ ſupra hominem Deo committe, & conſule non minus tuæ famæ quam ægrorum ſaluti.

§. 2. Vir doctus 20. annis calculo veſicæ laborans, tandem omnino ſuppreſſa urina immani cruciatu vexatus vitam finivit: Inventus eſt in veſicæ capacitate lapis rotundus, duriſſimus, albicantis coloris, pendens 18. uncias.

§. 3. Alium è diſſecto corpore extractum mihi oſtendit D. A. Van der Linden, XXXII. unciarum pondere conſtantem, duriſſimum, compactum, ſilicis colore, triangularem, ex

quo cum ferro, ut ex ſilice eliciebatur ignis, Hic undecim annis ſupprimens urinam, ægrum tandem ea omnino retenta ad interitum perduxit. *Zacutus Prax. admir. libr. 2. Obſervatio* 70.

§. 4. Non ſecus atque de Renum lapillis dictum eſt, in veſica quæ urinam excipit, lapilli concreſcunt; nec minus varii forma, quantitate atque colore, niſi quod veſicæ calculi apud quoſdam præcipuæ cujuſdam magnitudinis & duritiei eſſe ſolent, vel tantæ, ut nec medicamentis atteri expellive, nec inſtrumentorum uſu frangi & eximi inciſis veſicis queant: ſed neceſſe ſit qui ſic infeſtantur mole dolorum ſuperatos oppreſſóſq; inter infandos cruciatus mortem oppetere, E quidem quæ mea eſt opinio, nullam acerbiorem homini mortem accidere poſſe puto ea ipſa quam calculi inferunt tormenta, ubi quis membris omnibus ſalvis, viribuſque integris, violento impetu adigitur ut animam indigne exhalet. Id quod *Friderico III. Saxoniæ Electori* evenit, cujus veſicam incidens Chirurgus, in ejus orificio lapidem offendit grandem, cuſpide in cervicem, qua urinæ meatus patet, porrectas, latiore parte in veſica hærente. Sed & idem fellis receptaculo alium exemit. Item & alium è renis dextri lacuna, duorum articulorum magnitudine, ſubrutilo colore. *Kentmannus lib. de calculis.*

§. 5. Chriſtophorus *Bunceius* cadaver aperuit G. *Engels* qui per aliquod tempus calculo laborans, tandem accedente urinæ ſuppreſſione interiit.

In hujus veſicæ orificio invenit calculum ingentem, figuræ amygdalinæ, qui ita obturaverat veſicæ orificium, ut nullus pateret urinæ exitus. *Th. Bartholinus Centur. 2. Epiſt.* 86.

§. 6. Senex quidam octogenarius annum integrum difficili admodum *ἰσχουρίᾳ*, interdum *στραγγουρίᾳ* affectus fuit, Vocati Medici in diverſas opiniones trahebantur, Exiſtimabant nonnulli latitare ulcus in veſica inveteratum: alii, in quibus ego, calculum prægrandem ibidem deliteſcere cenſebant.

Aperta fuit demortui veſica, lapis inventus ſilicis adæquans duritiem, & pendebat nummarii ponderis uncias ſex cum dimidia; rediiſſet hoc ad vulgaris Medicorum ponderis uncias fere octo: In raris hoc exemplum numero, etiamſi majores interdum & graviores viſi fuerint. *Ex Obſerv. Philiberti Saraceni Medici Genevenſis.*

§. 7. Quæ de adverſa Nobil. ægrotantis valetudine nobis relata ſunt, atque ea quæ nos potuimus explorare, non dubiam fidem faciunt membrum affectum eſſe veſicam, in qua lapis reperitur: muſculum cervicis veſicæ, & cruſtoſam tunicam quæ exulcerationem patiuntur, ex lapide ſalebroſo & lotio acri & ſalſuginoſo ad veſicam delabente. Actio vero læſa eſt mictio quæ depravate læditur. Eapropter duo affectus p. n. videntur Virum Rever. habere ſollicitum, lithiaſis ſcil. atque cervicis veſicæ, & cruſtoſæ tunicæ ulceratio, cætera vero ſunt accidentia hos morbos conſequentia, cum ardor urinæ & dolor, tum febris, quæ temporis diuturnitate in iis caſibus eſſentialis evadere conſuevit: Cum autem appropinquaret tempus veris, in quo ſancitum erat adhibendam eſſe ſectionem, decrevit ad patriam ſe recipere; In itinere omnino occluſum eſt collum veſicæ, unde Suppreſſione urinæ interiit.

Secto cadavere inventus eſt lapis mediocris collum veſicæ obturans. *Lælius à Fonte Conſult. ix.*

Observatio XI.

Iſchuria à topho in fiſtula Urinaria.

SAcerdos diu laboravit urinæ ardore, & à multis cum fruſtra curaretur, tophus ſeu callus in meatu urinario obortus eſt, qui adeo increvit ut lotium omnino ſuppreſſum fuerit, Tonſor quidam, pro Chirurgo ſeſe venditans, catheterem impoſuit in meatum urinarium, exiſtimans lapidem eſſe in veſica, impedientem lotii exitum: eóq; inſtrumento non tranſeunte ad veſicam, fortiter illud impellebat, unde ſuborto fluxu ſanguinis & dolore intolerabili, mox ſubſequuta eſt inflammatio & febris continua, deinde & ingens teſticulorum inflatio, urina in totum rurſus poſt ſanguinis rejectionem, cum quaſi guttatim urinam redderet primo, ſuppreſſa eſt: Nihil autem iuvantibus remediis, & cum animam agere videretur, ad eum accitus fui: Cum alvum duobus vel tribus diebus non repurgaſſet Tonſor, nec quicquam excreviſſet, ſtatim clyſterem emollientem & ſedantem

& ſedantem dolorem ac inflammationem injicere jubeo, quo quidem alvum depo- nihil tamen ex eo adjutus, nec topicis remediis pectini impoſiitis, & teſticulis ſupra dum inflatis, relaxantibus, emollientibus & inflammationem auferentibus, facto prog ſtico antequam medicamenta vix apponerentur, quod ſtatim æger moreretur, *neque culum in veſica eſſe*, ut Tonſor jactabat.

Eoque mortuo ac inciſo, cùm propinqui mortis cauſam explorari vellent, tophus fiſtula urinaria tantum inventus eſt, neque calculus in veſica repertus: ita ut ex viole illa pertuſione catheteris, febre & inflammatione obortis, & ingenti inflammatione te culorum, urina magis impedita & mors ipſa, Tonſoris inſcitia, ſubſequuta fuerit. *P. reſtus lib. 25. Obſervat. 16.*

SCHOLIA.

N*Eque calculum in veſica eſſe*] Non mirum Tonſorem in diagnoſi erraſſe, hinc in curatione, eo quod illa difficillima ſit, initio præſertim, cùm calculus exiguus eſt; grandior enim & adultus manifeſtas, etſi nec ſemper ſatis notas exhibet; Signa autem urinæ cohibitæ ob meatum urinarium occluſum hæc tradit *Foreſtus*, ſcholio in obſervat. præcedentem, Quod figurato ægro, adeo ut declivis ſit cervicis veſicæ poſitus, ac manibus tumore p. n. compreſſo, minime expellitur urina: occluditur autem vel ob inflammationem (cujus ſigna manifeſta) vel ſcirrhum, vel alium quemvis tumorem p. n. Si ob carunculam, præceſſere ulceris notæ; immiſſo cathet urina elicitur, & ſimul aliquando cruor & carnis menta, *Galen.* teſte 1. de loc. aff. Si fuerit tophus callus in cervice veſicæ innatus, præter id quod l go temporis ſpatio ex craſſo lentoque humore p. latim naſci poteſt, neque forte ulceris ſigna præ dent, neque ortæ carunculæ ſigna aderunt, Si à de obſtruatur, illius indicia ſe prodent: Quod ſi jus nullæ ſint notæ, ſanguis autem effluxerit, ve mile eſt à grumo ſanguinis fiſtulam obturari:
Craſſus lentuſque obſtruens humor
notas ſui dabit.

Observatio XII.

Iſchuria caſum ſequuta, hinc vulnus inſigne veſicæ. 1. Ob carunculas in veſica ſubſiſtente in quas reſoluta Renis ſubſtantia. 2. A calloſa appendicula veſicæ oſtio adnata. 3. Ob veſ cæ nimiam diſtentionem ab urinæ copia. 4. A nimis dilatata veſica & inflammata. 5. 6. debilitate fibrarum ejuſdem. 7. Ab ejus Abſceſſu & gangræna. 8. A Tuberculis ejus or ficio adnatis, cum partis inferioris gangræna. 9. Ab ejus partis anticæ ſummo madore cum multo phlegmate in fundo, & caruncula in ſphinctere meatum obturante. 10.

§. 1. SPectatiſſimus Dom. Nic. Biſchoff, Mercator ac civis Baſilienſis, εὔσαρκος opt meque temperatus, annos xxx. natus, cum paucis ante diebus hanc in urbem, ne gotiorum ergo ſe contuliſſet, cœna adventoria apud Ornatiſſ. Virum Dn. Freys hujus ur bis Mercatorem, una cum aliis quinque aut ſex amicis hominibus exceptus fuit, die Mar tis, quæ quarta fuit menſis ſextilis anni currentis 1648. Remotis menſis, cum homini pro pter inſignem veſicæ urinariæ à lotio diſtenſionem, ob prægreſſam πολυποσίαν micturitic quanta maxima ſuborta fuiſſet, veſicæ exonerandæ gratia in quoddam cubiculum illi triclinio proximum, in quo reliqui convivæ erant, jamjam domuitionem meditantes, clam omnibus ſe proripuit paulo ante mediam noctem, quo quidem in cubiculo accenſa candela noctis tenebras diſpellebat: Hic igitur oſtium quoddam peſſulo obſeratum conſpicatus, ad Auſtralem prædicti cubiculi cubiciangulum, ratus ædium latrinas heic ſitas eſſe, peſſulum ab oſtio removit, eo penetraturus ſine lumine: Verum cum oſtium illud, feneſtræ inſtar in aream ſubjectam ſaxis quadratis conſtratam proſpiceret, ſupra quam arcam prima contignatio (in qua oſtium) altitudine pedum xv. elevabatur, per apertum illud oſtium in aream ſubjectam peſſum cecidit: Cum autem in area, præter alia vaſa & inſtrumenta baphicis uſibus deſtinata, vaſtiſſima quædam cortina cuprea collocata eſſet, cujus ſummum ad labrum (ut probabile videtur) inter cadendum dextrum λαγόνα graviter alliſit, porroque in ſolum λιθόστρωτον haud mollius corruit: Ab amicis conſternatis, audito ruinæ ſtrepitu, illico concurſus eo factus eſt, homoque ſemianimis humi repertus in lectum prope ſubvectus eſt: Medicus, Chirurgus & Arthrembolus accerſiti, corpus ac ſingula membra diligenter pertractarunt ac explorarunt, num fractura, luxatio aut contuſio quæpiam ſubeſſet, quale nihil apparuit: Interim æger de inſigni ſolum dolore abdominis, præſertim circa hypochondrium dextrum, & cartilaginem xiphoidem conquerebatur, oblataque ita petenti matula, vix ac ſummo nixu guttam duntaxat unam & alteram non tam lotii quam ſanguinis emiſit: Extractus tunc fuit ſanguis è Baſilica dextra, clyſter blandus injectus eccoproticus; vivo etiamnum verveci detracta ex tempore pellis toti ventri inferiori admota fuit: qua remota tota illa regio oxyrrhodino pluries illita fuit: Poſtridie

iane cum nullo modo procederet lotium, immiſſo catherere ſatis abunde profluxit uri-a cruenta, ſed magna tenſio eáque dolorifica totius abdominis deprehenſa fuit, magna notus difficultas pectoriſque oppreſſio, una cum febre ac ſiti non exigua: Advocato Me-licorum celebrium conſilio, concluſum fuit vaſa aliqua majuſcula intus diſrupta, magno um vitæ periculo, præſertim circa organa ὀυρητικὰ, renes ſcil. & veſicam, quare victus ratione & præſidiis idoneis ſuccurrendum: Venæ ſectionem itaque ſemel iterumque pro nodulo virium celebrandam, enemaris frequentibus eluendam alvum nec-non quæcun-que præſtantiorum vulnerariorum in ſimilibus caſibus adhiberi ſolenr, tum intus porri-genda tum exterius adminiſtranda; cumque ueſica ſponte non excerneret, cathetere uvandam ex intervallis: Omnibus hiſce diligenter factitatis, nihilominus cum ſympto-nata omnia ingraveſcerent, nec quicquam præter pauculum cruorem ex veſica excerne-retur, inſuperque ſingultus accederet, ſitis, pectoris anguſtia, dyſpnœa, leviculæ ani-ni defectiones urgerent, decretum fuit paracenteſin adhibere, ad educendam ſenſibili-ter cruorem extravaſatum, & intra venttis inferni capacitatem effuſum, unde præſen-aneum viræ periculum intentari videbatur: Ita ergo factum die Jovis, vj. Auguſti, hora ertia pomeridiana, perfoſſo periti artificis manu abdomine, quaruor digitis ab umbili-:o, parte decliviore verſus dextrum latus, ſtatimque ex vulnuſculo proſiliit ſanguis ad ʒvj. Cannula vulneri impoſita, & obturaro foramine, æger quietior nonnihil videba-ur, cum paulo poſt exacerbata omnia, oculi caligare cœperunt, vires fatiſcere, ac tan-lem hora vj. pomerid. ſana ad exttemum uſque ſpiritum mente, pie ac placide fato con-ceſſit, ita ut horas non amplius 42. à lapſu ſupervixerit.

Ut ergo varia damna internis partibus ex graviſſimo caſu ab alto, & quaſſatione im-mani inflicta oculata fide noſcitarentur, iiſque quorum intereſt deſignarentur, ſectum fuit cadaver non ita multis poſt obitum horis à Chirurgo, coram Medicis: qua quidem in Ana-tome hæc fere oculis ſeſe oggeſſerunt notatu digniora φαινόμενα: Intra capacitatem abdo-minis magna ſanguinis exrravaſati copia paſſim fluitabat, ob complurium vaſorum ῥῆξιν, præſertim vero veſicæ urinariæ, quæ ipſa circa ſundum ſuum, qua rectum ſpectat in-teſtinum, viſa fuir plane diſploſa, ita ut vulnus ipſius hians ovum gallinaceum facile po-tuerit admittere, prætereaque pars hæc conceptæ inflammationis, nec-non ejus conſecta-riæ necroſeos, tam interna quam externa facie manifeſta præferebat veſtigia: Laceratio etiam deprehenſa fuit rami illius venæ adipoſæ dextræ, qui cum muſculi venæ ejuſdem lateris conjungitur. Sugillatio quoque ampliſſima ſpectabatur non tantum exterius in cu-te lumbaris ac iliacæ regionis, ſed etiam in ſubjecti peritonæi membranis, tota ea parte quæ portigitur à ſepro tranſverſo ad muſculum Iliacum internum juxta pſoa. Ren dex-ter cum appenſo uretere inflammatione inſigni affectus erat; quæ fortaſſis inflamma-rione inſignita affectus erat; quæ fortaſſis inflammario tam renis quam veſicæ, *ſingultum* iſtum quo vexabatur per xv. ante obitum horas excitavit: In medio corporis uentre, & quidem in pericardii tunicæ media parte ad lævam, ecchymoma apparuit effatu dignum, ex ruprura exilium aliquot ramulorum ejus venæ, quæ illam membranam ad nutricatio-nis officium perreptat: Mirum ergo non eſt, ſi tot corporis partibus ad vitam perneceſ-ſariis, qua contuſis, qua ruptis & inflammatis, cum acutiſſimæ *febris*, cæterorumque p.n. af-fectuum acceſſione, biduo nondum elapſo animam efflaverit ὁ μακαρίτης. Scriptum Lug-duni die ix. Auguſti 1648. *Obſervatio Excell. D.D. Caroli Sponis, Medici Regii, Vice-Decani Facultatis Medico Lugdunenſis Gallorum.*

§. 2. Univerſam renis dextri carnem ex propria membrana in veſicam ſeceſſiſſe ipſamet ſectio facta oſtendit: mihi autem (dum patiens in vivis eſſet) aſſerenti in urina fruſtula quædam rubra craſſiora, carneam eſſe renum ſubſtantiam, nulla fides data eſt, donec (ut dixi) ſectio ipſa veritatem oſtendit; Inventa renis membrana alba & illæſa, omni carne prorſus vacua, veſica vero ſanguine & carunculis referta, ex quibus urinæ ſuppreſſio facta vitam ſeni ſuſtulit. *Ex Obſervat. Herculis Saxoniæ.*

§. 3. Anno 1626. V.V. ſeptimo ſupra ſeptuageſimum ætatis anno, ſatis vegetus, refri-geratis pedibus, xi. hinc die urinæ ſuppreſſione cruciatus, oborta ſenſim febricula, om-nibus à Prevotio incaſſum tentatis exſpiravit, effluente poſt lotio.

Corpore à P. de Marchettis eviſcerato, Renes cæteræque generationis partes recte ſe habuerunt; Soli veſicæ orificio appendicula calloſa interius adnata, & verius interior ambitus orificii membranoſus, in articuli magnitudinem excreverat, quæ ante hac mictio-nem cætero quin difficilem, ſenſim producens, affluente poſt muco pituitoſo, ſic viam anguſtavit ut ne catheterem quid, in admiſerit: Veſica erat lotio repleta rites pariter præ-

cluſa

cluſa inferiore via : Veſica quinetiam, cum inteſtinis flatibus turgens, ab extenſione ade extenuata ut contactu fuerit diſrupta : Inflammatio nulla initio, nec febris notata, quan progreſſu morbi deptehendimus : *Rhodius Centur. 3. Obſervat. 16.*

§. 4. Acceſſit ad nos æger qui à ſeptem diebus nihil exereverat, & pariter ſex diebu urinam non reddiderat ; habitu corporis omnino cachectico & bilioſo, ætatis conſiſtentis Acciti ut certiores eſſemus de affectu, catheterem immitti juſſimus, exploraturi ſi quic eorum adeſſet quæ urinæ meatus obſtruere poſſent : Chirurgo autem nihil obſtaculi adeſſ affirmante, curavimus ad fæces emolliendas frequentes clyſteres injici (retentionem enim urinæ ab alvi duritie oriri ſuſpicabamur) à quibus nihil fuit adjutus : aderat ſemper maxi ma virium imbecillitas : Pectini fuit admotum emplaſtrum de parietaria cum oleo ſcorpio- num, per os diutetica, Obiit.

Diſſecto cadavere, quamvis viſcera eſſent male affecta, veſica tamen ita erat urina diſtenta, ut ex inciſa pluſquam libræ quatuor effluxerint : nullum aderat ulcus, non cal lus, non grumus ſanguinis, non calculus, non materia viſcida, quæ alias Iſchuriæ cauſa ſunt : ita ut tandem communi conſenſu judicaverimus *facultatis excreticis veſicæ imbecillita tem* in cauſa fuiſſe, cum reſolutione ſphincteris : Erat enim facultas ita ſopita, ut clyſteres quantumvis acres, ex hiera & oleo rutæ, ſtatim effluerent ægro non ſentiente. *Ieremias Martius Obſervat. 4*

S C H O L I A.

F*Acultatis extreticis veſicæ imbecillitatem*] Subſtantia veſicæ eſt partim membranoſa ad robur, extenſionem & corrugationem ; partim carnoſa ad motum, Nam duas habet membranas & unum muſculum circumvolventem totam veſicam, quem omnes alii Anatomici, excepto Aquapendente, tertiam ejus membranam faciunt non muſculum : At revera muſculum eſſe oſtendunt fibræ perſpicuè carnoſæ, ad veſicæ initium inſertæ : Ita ut quemadmodum muſculus circularis, Sphincter dictus, veſicam conſtringit ne involuntariè nobis veſica effluat, ita hic ad excretionem urinæ faciat, dum ſe contrahendo veſicam conſtringit : Atque, ut muſculis abdominis (qui quoque ad excretionem urinę conferunt) nimium extenſis, alvus adſtringitur nec ſecernit, ita hoc muſculo nimis extenſo, urina cohibetur.

§. 5. Quidam dilatationem veſicæ patiuntur, paulatimque minuitur urina & ſupprimitur, ut nequeant niſi immiſsâ fiſtulâ mingere : & pedetentim *poſt dilatationem imflammatur veſica*, corrumpitur & ſphacelatur, donec moriantur : Tres hoc morbo interemptos vidi, quibus veſica ad umbilicum uſque extenſa erat, ut maximam urinæ quantitatem, viginti circiter libras quandoque retineret : Morbus initio levis eſſe videtur momenti ; cum parvo tumore intra pecten & umbilicum elevato, qui dum æger per fiſtulam mingit, evaneſcit, & liberati cenſentur, cum melius ſe habeant, & ſint ſine febre, ſed omnes poſtea moriuntur. *Dom. Panarolus Pentecoſte* 1. *Obſerv.* 27.

S C H O L I A.

P*Oſt dilatationem inflammatur veſica*]Quo pacto interemptus Celeberrimus *Tycho de Brahe*, qui cùm Pragæ in ſolenni convivio ultra vires & conſuetudinem detineretur, diuque urinam cohiberet, poſtea liber urinam amplius excernere non potuit, ſed ſuccedente veſicæ inflammatione, paulo poſt interiit.

§. 6. Filius N. in febrem incidit intenſiſſimam cum urinæ ſuppreſſione : Secto illius cadavere veſica inventa maximæ molis, muſculis adnata, urina aliiſque excrementis plena una eum ureteribus, Renes in puero tantæ magnitudinis quanta vix eſſe poterant in adulto : Splenis quoque & dextri Hepatis lobi inflammatio aderat. *Io. Vdalricus Rumlerus Obſervat.* 40.

§. 7. Claudio Guyot, ſeptuagenario febricitanti, urina ſupprimitur, Ad calculum cauſam revocant falſo : Mortuo fibræ veſicæ vim paſſæ videbantur : Ureterum & vaſorum ſpermaticorum magna erat amplitudo. Quomodo ſuppreſſio urinæ contigerat ? Jam ſenex immoderatius coibat, Et forte ob inanem conatum vaſa vim paſſa effœminabantur: Sic non ſatis legitime ſerum prolectabant & minimo obice urina ſupprimebatur : An coitus immodicus ſupprimit urinam ? A. Paræus id annotavit, credo authorem & rationem ſubſidiariam habere. *Ballonius Epidem. & Ephemer. lib. 2. pag.* 156.

§. 8. Viro Nobili in pueritia ſecto aderant ſigna omnia calculi, niſi quod cathetere non inveniebatur : Mortuo, à male curata cicatrice, abſceſſus & gangræna in veſica, & vicinia inventa eſt. *Hollerius de morb. int. lib. 1. cap. 47. in Scholio.*

§. 9. Civis quidam Bergamus annorum 49. poſt equitationem, urinæ paſſus eſt ſuppreſſionem, cui mox febris, ſingultus continuus, tumor & dolor circa inguina ſucceſſerunt : Acceerſito Nurſino, immiſſaque in veſicam ſyringa, urina extrahitur : detumuit quidem

quidem venter dolorque remiſit, ſed in collo veſicæ occurrit quoddam obſtaculum: hinc divinabat Sala inflammationem ejus partis, ob quam & febris & ſingultus ortus, ob partium membranoſarum conſenſum: Auctis ſymptomatis, imprimis urinæ ſuppreſſione, nil juvantibus remediis, poſt quinque hebdomadas extinctus eſt.

Aperto cadavere, in veſica tubercula bina, utrinque orificio appoſita, invenimus, forma & magnitudine teſtium, æqualiter ſe ſupra foramen volventia, quæ cedebant ſyringæ immiſſæ, ſed ſtatim recidebant in priſtinum locum illa extracta: Diſciſſa illa nihil puris oſtendebant, ſed ſubſtantiam glanduloſam & candidam, quaſi huc teſtes eſſent tranſlati: Dextrum majus quam ſiniſtrum, hoc tamen ad nigrorem vergebat: Veſicæ inferiorem partem gangræna invaſerat: Tumor igitur ille in vivente apparens inflationi potius inteſtinorum adſcribendus quam veſicæ protuberanti: Pus copioſe in urina effluens, ex ejuſdem forſan corruptione, vel veſicæ inflammatione, vel denique ex renibus traxit originem. Inteſtinum colon dextro latere peritonæo firmiter adhærebat. *Thomas Bartholinus cent. ij. hiſtor.* 52.

§. 10. Vir Illuſtris *Nic. Claudius Peireskius* Senator Aquiſextienſis, die Junii x. 1637. cum inviſiſſet amicum in diverſorio decumbentem, ac in ædes ſuas transferri curaſſet, poſt illius convaleſcentiam, cœpit male habere, ac capite dolere cum febre: Die inſequenti totum diem decubuit, ac præter febrim, dolorem renum hæmorrhoidumque perſenſit: Die alio ſecta ipſi vena: Die 16. ad dorſum frequentiſſima exanthemata ſatis magna ac rubicunda: Subſequutum eſt febris incrementum & nox inſomnis penitus: hinc die alio ſub veſperam eductus eſt ſanguis ex interiore dextri pedis ſuffragine, ut averteretur delirium: Die xx, quo non tanta fuit quanta ſuperioribus ſtranguria, aliquanto ſe melius habuit: Die xxij. cum ille continenter ſellæ inſediſſet, cui imponi ſe juſſerat, ut facere poſſet urinæ dimanationem faciliorem, defeſſum nimis arbitrabamur, loco emoveri renuit, ſemoverique arbitros juſſit, ut capita quædam Teſtamenti dictaret, ſubſcribere autem præ debilitate non potuit, urina interim retenta, tumorque magnus ac intenſus ad ipſam veſicæ regionem ſubortus: Die xxiij. mane ſatis quiete ſe habuit, ægreque tulit fomenta quædam tumori illi applicari: Sub horam quartam educenda Chirurgi ope urina fuit: Is cum cetea candela uſus nihil proficeret catheterem uſurpavit, Et ſatis quidem tum derivatum, ſed immenſo viri labore, qui cum ſtare ipſe non poſſet, continendus erectus fuit: Cum nonnihil interquieviſſet, poſt horam nonam iterum Chirurgus urinam eduxit, verum parum abfuit quin deficeret, tanto dolore, tanta ſimul laſſitudine fuit affectus: Die xxiv. regio abdominis, quam prætumidam intenſamque diximus, emolliri nonnihil viſa, ita deinceps tenſa eſt, ut queſtus fuerit ſe ſuffocari: Abnuebat cataplaſmata, nec ad longum pertulit tempus; In remedium ergo ciendæ urinæ quæſitus Chirurgus, quo fruſtra adnitente, ob corrugatum præputium, catheterem inducere, eſt iterum plane collapſus: Reſumpſerat aliquid virium, cum Chirurgus alius organum vix tandem intruſit, urinamque fruſtra excire tentavit, ac ipſe defecit jam tertium: verbum certe nullum deinceps emiſit, tametſi creberrima difficillimaque reſpiratio viſa eſt interdum vocalis: Denique tot laboribus fractus animam Deo reddidit, paulo ante horam à meridie tertiam, cum vixiſſet annos 56. Medicis viſum eſt partes corporis internas ſpectare, ut mortis cauſam, licèt non foret prorſus obſcura, perſpicerent.

Itaque nocte conſequente in id incubuerunt, exectoque cadavere, deprehenderunt Cor, Jecur, cæteraque non male affecta: Veſicam vero parte anteriore id contraxiſſe vitium, ut madefactæ papyri inſtar, vel levi tactu diſcerperetur: Hinc creditum illam ab uno alterove die diſruptam, urinamque proinde effuſam in regionem abdominis, memoratum illum tumorem creaſſe: Poſtica pars ſana & integra magis: In fundo autem copioſum phlegma, cum arenulis non admodum multis: Ad ſphincterem caruncula, calloſave ſubſtantia fuit, quæ inſerne lunulata, & triente prope digiti denſa, meatus orificium obtruebat: In ſiniſtro rene nihil inſolitum, at in dextro fuere arenulæ multæ, cum pleriſque calculis, ex quibus tres majores viſi, unus quaſi amygdalum, cæteri duo quaſi lapilli: Ex hac ergo cauſa Nephritis ad dextrum latus fuerat: ut Stranguria ex obturato per carunculam orificio. *Petrus Gaſſendus in Ejus vita lib. 6. p. 574. uſque ad 584.*

Observatio VIII.

Iſchuria à carnibus ſpongioſis juxta veſicæ orificium internum adnatis.

§. 1. Refert *Lud. Duretus*, annotat. in *Hollerium*, quendam Iſchuria ex reſolutione veſicæ interiiſſe: Sæpiſſime apertis cadaveribus eorum qui Iſchuria interierant, inventæ

ventæ carnes ſpongioſæ, juxta orificium internum veſicæ adnatæ: Interdum Calculi i
hærentes: Quando igitur adeſt dolor cum meiendi deſiderio, ſuppreſſa tamen u
na, ſuſpicari licet iſtam excreſcentiam fungoſam: vel lapillum in orificio hære
tem: Vel orificium veſicæ calloſum, quod non poteſt dilatari: Vel glandulas proſtat
tumefactas, vel ſcirrhoſas; quæ omnia in variis corporibus obſervavi. *Riolanus Anthr
pogr. lib. 2. cap.* 28.

APPENDIX.

*Obſervatio non vulgaris, qua conſtat, non modo ſtabulante calculo, ſed etiam in urinæ ſup
preſſione, aut difficultate graviori, ſuperatis levioribus auxiliis, ſecari tuto veſicam.*

SCias me prope ſexagenarium, habitu tenui & macilento, ab immodico viſcerum ca
lore, totiuſque corporis ſqualllore perpetuo fere cauſarium, ſubſultoriam prætere
medicinam laborioſius agentem, nuper medio Aprili, incidiſſe derepente in moleſtiſſi
mam ſtranguriosamque veſicæ difficultatem, cum inſigni ponderis ſenſu in perinæo, ure
thram, ipſumque præſertim balanum, maximc dum ſe laxaret aut conſtringeret muſcu
lus ad excluſionem urinæ, quæ tum prodibat paulo craſſior cum ſedimento purulento
minus tamen exquiſite confecto: Interim mihi conſulo ſanguinis tum è manu, tum è pede
detractione, lenienti purgatione; frequentibus clyſinis refrigeranteque victu: Cumque
in levioribus hujus morbi proluſionibus integer fere menſis aſſumptus fuiſſet, tandem die
v. Maii in omnimodam veſicæ ſuppreſſionem noctu me ſenſim delapſum ſentio: Vix dici
poteſt quantos cruciatus brevi attulerit horrendum hoc ſymptoma, quantum fuerint inania
uſurpari ſolita artis præſidia, *quantum cura poteſt arſque doloris*: quibus cum nihil proficerem,
coactus ſum circa veſperam admittere catheterem, ſolerti *Iohannis Bugii* manu introdu-
ctum, ſed ſine ſucceſſu, revulſo propulſatoque toties à renitente ſphinctere inſtrumen-
to: Moneo intrepidus hærentem amicum ſatagat audentius penetrare, ſuperareque obſta-
culum: At vir prudens dum gravius quid metuit, majorem vim adhibere recuſat: unde
ſumma mihi & illi deſperatio, cum omne à longinquo quæſitum remedium, in tanta tor-
mentorum ſævitia nimis ſerum videretur: Venit in tanto agone nobis in mentem Domi-
nus *Fulvus*, magni nominis Medicus, & in morbis veſicæ per manus operam ſanandis
ſpectatiſſimus, Medicinam exercens in Maclovienſi emporio, novem leucis hinc diſſito:
Expeditus ſtatim curſor, at fruſtra hæc diligentia fuiſſet, niſi miro Dei beneficio contigiſ-
ſet tunc tot votis exoptatum virum in Pontorſunenſi diverſorio præſentem adfuiſſe; Is de
meo periculo eodem fere momento admonitus, advolat ſua ſponte, primoque ingreſſu
me prope exanimem ſpem jubet habere ratam, pollicetúrque ſe non prius diſceſſurum
quin me à morbo ſecurum reddidiſſet, ſtatimque veſicæ diſtenſionem, miramque ad ſupe-
riora exagitationem contemplatus omnia ex arte molitur: Ter etiam catheterem admo-
vet, & licet toties repulſam fuerit paſſus, non deſtitit tamen ab inſtituto, ſed remollitis
larga olei affuſione partibus, & iteratis enematis, fotibus, inſeſſibus, admiſſaque iterum
fiſtula, urinam tandem educit copioſiſſimam: Cumque hac ratione ſe pro tempore meæ ſa-
luti proſpexiſſe exiſtimaret, derelicta *Bugio* noſtro admovendi prædicti organi, quoties
neceſſarium videret, cura, intermiſſum iter perſequitur: data fide ſe poſt ſex dies reditu-
rum: Verum cum paulo poſt ejus diſceſſum, admiſſus denuo pro neceſſitate catheter ſuo
attritu perrupiſſet, detexiſſetque inſignem Abſceſſum circa veſicæ collum, copioſo pure
manantem, iterum urinam ſupprimi contigit, rarius laborioſiuſque proficiente catheteris
auxilio: Viſum interim *Andream Gaudinum* Celeberr. Medicum Academiæ Cadomenſis
inſtauratorem, de tam præcipiti periculo certiorem facere, ab eoque ſciſcitari, num
victis aliis remediis *Veſicæ ſectionem*, quam ſolidaria meditatione pro unica ſalutis anchora
animo concipiebam, approbaret: Hujus Doctriſſimi viri reſponſum, non alienum à vo-
tis, redditum mihi eodem fere momento quo rediit deſideratiſſimus *Fulvus* intra fatalia
tempora, quibus ob tormentorum auctam ſævitiam, citra moram de rerum ſumma de-
cernendum erat: Itaque cum tentato fruſtra cathetere, facile animadverteret Vir ſagaciſſi-
mus omne mihi præcluſum vulgare auxilium, fatetur unicam ſupereſſe ſalutem in *Veſicæ
ſectione*; circa quam me veluti geſtientem adeoque pronum videbat, ſuadet tamen in cra-
ſtinum differendam: At ego collabi interim vires advertens, exclamo minime procraſti-
nandum remedium, certæque deſperationi præferendum: Acquieſcit ſapientiſſimus ar-
tifex: Attamen ut palam faceret ſe nihil temere ſuſcipere, depromit è ſinu aureum En-
chitidium (*Riolani*) in mediumque profert ſententiam de veſica, in ſumma hac deſpera-
tione

rione ſecanda, affirmatque ſe hujus felicem ſucceſſum in pluribus alioqui deſperatis comprobaſſe, Quid plura? ſtatim ſuſcepra à ſtrenuo viro, ſtatim peracta Chirurgica operaćo, incredili celeritare feliciratеque : Educta inſignis cœnoſi craſſique puris, diu in roto ſphincteris ambiru ſuppreſſi copia : Habita deiode diligeos admodum vulneris cura, intra xx. dies inducta cicatrix ; Quam ramen omuino obfirmari & callo prorſus obduci veritus ſum &c. *Vir Nobilis Carolus Arturus Pleſſius Dom. Abrincenſis, in Encheiridio Riolani.*

Anno 1675. menſe Februario, *Nicolaus Mercier*, Mercaror Geoevenſis, vir craſſus & obæſus, annos narus lxiij. de ſtranguria conquerirur, quam iſchuria excipit : Utituropera periti Chirurgi *Lud. Bailly*, qui carherere calculum in urerhra ſubſiſtenrem deprehendit, hunc vero, præmiſſis fotibus malacticis & injectionibus ex oleo amygd. dulc. ope volſellæ arripit educitque : Accerſitus ego, lapillum examini ſubjicio, qui ruber, aſper & angulis donatus erat, piſi majoris magnirudine, fragmenti vero ootas gerebat, ideoque latitare in veſica aliam portionem aſſerui : biduo tamen integro libere effluit lorium, quo elapſo redir Iſchuria, cum teneſmo ingentique dolore : quare præmiſſo enemare, encathiſma præſcribo : patienti illi inſidenti julepus ſequens propiuatus fuit, ℞. ſyrup. de althæa Fern. ol. amygd. d. rec. āā. ℥j. ol. amygd. amar. ℥ß. aq. parietar. malvæ, vioi albi āā. ℥ij. ſucci cirri ℥ß. hinc dolor ingraveſcir, quem ſubſequitur leiporhymia, quamobrem vix ob graviratem eductus æger lecto imponirur : recreatis viribus, dolorum immunis eſt, calculumque ſe excluſiſſe aſſerir, quem fæcibus alvinis inquinatum & immixtum indagare non licuit : Triduanas inducias conceſſit dolor, ſuccedente irerum iſchuria, quæ catheteris opem exegir, paucam & ægre urinam elicientis : hic quo ſæpius introduceretur, eo gravior ſuccedebar dolor, præcunte urinam & ſubſequente pure, unde conjectura aſſequutus ſum, circa oſtium veſicæ adeſſe abſceſſum eo quod puris portio in fundum veſicæ ſecedetet, dum alia urinæ præiret : Ægro in eo in ſtatu conſtituto (qui & fatum ſibi brevi inſtare prævidebar) nuntiavi unicum in ſectione eſſe præſidium, nec aliam ſupereſſe ſalutis ſpem : à frequentiori catheteris inductione ulcus exaſperatum iri : carunculas, ſi quæ ſubeſſent, incrementum ſumpturas ; ſi quis laritaret adhuc calculus, eum ad oſtium appellentem, viam omnino intercluſurum : Præſto eſſe, nec è longinquo accerſendum peritum lithotomum, dictum mag. *Bailly*, cui ſe crederet : Anouit æger, peragiturque operario magno quem vocant apparatu : Protinus exiit urina, puri multo remixta, comitibus arenulis & calculis plurimis : Eductæ quinetiam qoatuor carunculæ, fabæ majoris magnitudinis, & poſtridie tres : Nulla vulneri ſuccedit inflammatio, nulla febris, intra quatuor hebdomadas cicatricem id conrrahit : Octavo poſt operarionem die ſolito rramite profluir lotium : Sed cum pertinaci anorexia, alrerius cauſæ ſobole, roto menſtruo ſpatio mihi dimicandum fuir.

§. 2. Vir ſexagenarius numeroſis carunculis calculoqne acerbius vexatus & ſubinde *ἰσχουρίαν* perpeticns, lithoromo ſe ſubjecir : Calculus ovi gallinacei figura & trium unciarum pondo fuir quidem extractus, at xxv. ab illius *λιθοτομίας* die exceſſit è vita.

In illius cadavere juveni novem corpora carnoſa conoidea ſive pyramidalia, pulli gallinacei cordis, reſpectu molis & figuræ (ventriculis unice exceptis) prorſus æmula, quæ in inrernam veſicæ tunicam radicibus penitius defixis : illi hederæ inſtar mero inhæreſcentis, inrime denſiuſque cohætebant : illorum quippe baſes, radicularum fibrillas quoquoverſum in veſicæ mulrum iocraſſatæ induratæque corpus jecerant : at illorum coni, uſque conferti & denſi circum circa veſicæ cervicem erant, ut hac ſua conferta denſaque ſerie & adunatione crebra, omne prorſus iter excludendo lotio, una cum calculo quem concludebaot, identidem interceperint. *Obſervatio Clar. D. D. Caroli Drelincurti Profeſſoris Pract. & Anatom. Lugd. Batavor.*

Observatio XIV.

Iſchuria ob lapidem urethræ impactum.

CHirurgus peritus impacto in medio virgæ lapide, xv. diebus habuit urinam ſuppreſſam, quæ nullis unquam auxiliis potuit effluere.

Poſt mortem ſecto pudendo, inventus eſt lapis magnus, rotundus, doriſſimus, rubri coloris, aculeis undique in orbem conſtans, pondere graoorum xlv. qui larga prius ſequuta hæmorrhagia hominem jugulavit. *Zacutus Praxis Adm. l. 2. Obſervat. 76.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

Clar. *Franc. de le Boe Sylvius* profeſſus eſt ſe Iſchuriam à calculis numeroſis urethram obſtruentibus obſervaſſe, quos ut educeret, cum juſſiſſet candelā introduci ceream, eget ait calculos copioſiſſimos, magnitudinis variè & perfectè rotundos, ac ſi arte tales fuiſſent facti, cum urina itidem copioſiſſima excrevit, & ſic liberatus fuit à moleſtiſſimo iſto morbo: Circa radicem penis ſubſiſtentis calculi educti, mediante inciſione, vide exemplum in Epiſtolis Clar. *Bartholini* Centur 4. Ep. 5. Atque anno 16.. iſchuria laborantem puerum, ob inhærentem & i.. pactum in virgæ medio calculum, feliciter liberav.. me præſente, peritiſſimus Chirurgus Genevenſis *F oubert*, inciſione facta eo loci ubi prominebat vulnere intra octo dies omnino conſolidato. Eximendi è cole calculi rationem vide apud *Tulpium* lib. 3. cap. 8. Et lib. 4. cap. 34.

OBSERVATIO XV.

Iſchuria à præputio foraminí glandis innato.

Infanti maſculo in lucem edito præputium omnino coaluerat, ita ut urinam redder.. non poſſet: Cum prior Chirurgo adveniſſem arrepta forfice præputium leviter ſcid.. effluxitque pauca urina quæ vix teſticulos illius madefaciebat.

Mortui præputio conſiderato & ſecto, deprehenſum fuit illud foramini glandis inna.. tum, id penitus obturaſſe atque occluſiſſe: *Platerus obſervat. lib. iij pag. 600.*

SCHOLIA.

A Membrana occludente urethræ orificium Iſchuriam ortam vidi in recens nato puello, Neocomi Helvetiorum, filio Magiſtri Guenaud Notarii. Me jubente à Chirurgo perito, *Simeone Puri*, lanceolæ cuſpide aperta fuit, mox profluente urina: Ne coaleſceret vulnus obſtitit cannula plumbea ſtatim impoſita. anno 1659.

Varios caſus ſæpe vidi, unicus nunc mihi occurrit numerandus, Præterito anno, horologiarii uxor Genevenſis peperit filiolum, cætera perfectè ſanum, præterquam quod à partu ſtragula non madefacta obſer.. varunt curam habentes, indeq; urinam non decente.. emitti cante judicantes: Reperi glande fuiſſe imper.. forata, quæ levicule perforata per phlebotomum copioſæ urinæ viam patefecit. *Ex communication.. Excellentiſſimi & Præclariſſimi Domini Ioh. Gaſpart Bauhini Archiatri. Baſileenſis, &c.*

OBSERVATIO XVI.

Iſchuria, Dyſuria, Stranguria Veſiculis, à corpore veſicæ in ſubſtantiam calloſam converſo, cum duobus corporibus juglandis magnitudine illi adnatis.

Cum profectus fuiſſem Carnutum, ut votum ſolverem Beatiſſimæ Mariæ Virgini, Sacelli ſacriſta ſexagenarius me conſuluit de inveterata Dyſuria, interdum ſtranguria. Iudicavi ſubeſſe calculum in veſica, Unicum ſalutis perfugium in ejus extractione: Maluit æger vivere in iſta miſeria quam periclitari vitam, Tandem Iſchuria veſicali interiit: *Medicus Carnutenſis Doctiſſimus, Dom. Ludov. Patin*, mihi reſcripſit quæ in ejus veſica rara fuere reperta, Referam ejus verba.

Cum venimus ad Renes, hos cernere erat dimidio majores ſolito, ſero refertos & turgentes, nullo modo obſtructos: aderant in ſiniſtri parenchymate minutiores aliquot arenulæ: Venimus ad uretes, quos invenimus ampliſſimos, & ita diſtenos ut minorem digitum facile poſſent admittere, ſed in iis nihil præter ſerum: Ut autem veſicam attigimus, ſenſimus in ea delitеſcere ſolidum quippiam & durum: Ea aperta, occurrunt nobis duo corpora, nucis juglandis magnitudine firmiter adhærentia, Unum denſum & undique ſibi ſimile, alterum ſanguine coagulato intus refertum: Iis avulſis cum aliud ſe offerret longe craſſius, totam veſicam exſecuimus, & pro corpore cavo membranoſo, extenſo, quale veſicæ eſſe debet, plenum, ſolidum contractum reperimus: certe fundo excepto, vix unciæ lotii continendæ capaci, reliquum omne moles occupabat glanduloſa, albicans, & quodammodo calloſa, ab ambiente membrana nulla arte ſeparabilis, & in quam ipſa veſicæ ſubſtantia omnis abiiſſe & verſa eſſe videbatur, Æquabat illa pugni unius majoris craſſitiem, in medio canaliculus urethræ continuus, ſed admodum exilis ad fundum tamen uſque pertinens, & totam ipſam maſſam permeans, quem unam ex ſuperioribus glandulis obturaſſe, & iſchuriam feciſſe par eſt ſuſpicari. *Riolanus Anthrophgr. fine.*

OBSERVATIO XVII.

Iſchuria ob tuberculum ſcirrhoſum inter collum veſicæ & inteſtinum Rectum. 1. In puero, ob penem abdomini connatum, & Pituitæ copiam in veſica, 2. Ob mucum in veſica & ureteribus. 3. Ob compreſſum veſicæ orificium à calculo in corpore glanduloſo genitum. 4. Ob corpus glanduloſum tumidum. 5. Ob Proſtetas pure tumentes & ulceratos. 6. Ob Steatoma prope veſicam. 7.

1. §. Amedeus inter collum veſicæ & inteſtinum rectum, turberculum ſcirrhoſum habuit, unde ſæpe dyſuria & iſchuria. *Vide tit. de Cachexia.*

§. 2. X.Decemb.1674. obvenit mihi puer v.ann.alias bene ſanus,In eujus veſica utinaria pituitæ inveniebatur inſignis eopia,unde Iſchuria laboraverat per aliquot dies ; Urethra valde hic anguſtata, ſie ur ne quidem ſtylo ſubtiliori daretur via : hæc ſe extendebat verſus umbilicalem regionem,ubi urina,quoties fortiter comprimebatur veſica,exſtillabat : Cauſa hujus rei erat firmior penis eum muſculis ventris externis cohærentia ; Similis omnino illi quæ in eanibus aliiſque beſtiis notatur : nulla hic membri mobilitas, qualis in homine naturalis ,eo quod libere à corpore dependeat. *G.Blaſius p.4.Obſerv.med.xxj.*

§.3.Ludov.Fredericus Nob.Brixianus dum puer à fratris tergo dicbus eanicularibus equitando iter ageret,incaleſcentibus à Solis feruore renibus ſanguinem minxit : A quo ſymptomate liberatus,poſtea anno æt.circirer 20.cœpit conflictari Iſchuria, qua tandem Patavij extinctus,intra duas horas ſcroto in magnitudinem capitis intumeſcente cum ſcirrho.

In defuncti corpore nihil vitii prætet mucum in veſica & ureteribus. *Th. Bartholinus in Actis med.ann.*1674.75.*&* 76.

§. 4. Paucis notatum quod *Fabr.Bartoletus* Piſis obſervavit,in corpore glanduloſo, à ſemine retento genitum fuiſſe calculum, quo veſiex orificium eomptimente, urina fluete deſiit.*Ioh.Rhodius centur.*3.*obſervat.*27.*Bartholinus cent.*4.*Epiſt.*6.

SCHOLIA.

P*Aucis notatum,&c.*] Æque rata eſt cauſa quam notat *Platerus* Prax.lib.2.cap. 8. ſcil. Inflexa ſeu contorta veſicæ cervice , ſicut in inteſtinorum convolvulo accidit, urinam penitus ſuppreſſam fuiſſe in piſcatore,cui veſica,facta ruptura in inguine,in ſcrotum deſcenderat,ubi admodum diſtenta latebat, nec urinam,vel cathetere immiſſo,reddere potuit, donec Chirurgus inſcius veſicam eſſe,dum ſectionem tentat,veſica vulnerata urinam profudit,ægroque ſtatim levamen,ſed ſummum periculum peperit, à qua tamen liberatur , fiſtula illic relicta, per quam urinam, quando volebat , reddebat , extracto petaceo, quo eam alioquin retinere & foramen obturabat, emittebat.

§. 5. Obſervavit *Ioh.Riolanus* lib.2.Anthropogr.cap.28. in ſuppreſſione urinæ glandulas Proſtatas tumcfactas vel ſcirrhoſas

§.6. Sæpe urinæ ſuppreſſio aceidit inflammatis tumefactiſque ſupra modum proſtatis & veſicæ cervice,quod in quodam vidi,cui veſica urina diſtenta erat,proſtatæ vero p.n.tumentes,&c. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 7. B. Olai Hafnienſis,auno ætatis 36.circa inguina in hypochondrio ſiniſtro tumorem geſtavit exiguum,qui ſenſim tractu temporis in magnam molem excrcuit, durus ad tactum & inæqualis,donec urinæ ſequeretur ſuppreſſio,maximo ægri incommodo , & dolore nonnunquam ad decem protracto dies : fruſtra variis adhibitis medicamentis, modo calculum pellentibus,modo ſerum educentibus,univerſum corpus extenuatum , præter ſiniſtrum pedem tumidum,tandemque cum urinæ incontinentia diem ſupremum miſerè clauſit: Tumoris in vivo varius perhibebatur ſtatus modo enim ſurſum vadere viſus modo deorſum,modo tribus locis diſperſus , unde ſuſpicabantur æger & aſſidentes viva animalcula intetius eondi.

Cadaver apetui,& primo in hypochondrio ſiniſtro verſus inguina , tumot palpantibus patebat ingens,ad umbilicum uſque protenſus & undique durus,niſi quod umbilicum verſus punctum molliuſculum ſuppurationis quandam ſpeciem præ ſe ferret : Pes ſiniſter cum crure tumidus , reliqua membra omnia extenuata.In aperto abdomine ſani muſculi, ſed peritonæum putridum,ſine ullo omenti veſtigio,His remotis,prope ſiniſtrum veſicæ latus tumor ipſe comparuit , eapitis virilis magnitudine,firmiter veſieæ adnatus, recto inteſtino & oſſi pubis,ut ſine læſione partium illarum ſeparare fuerit impoſſibile : Externa forma oblongior & ovalis,ſed inæqualis eryſtallorum inſtar vel matricis calcedoniorum , ſplendens velut glacies: interior faeies ſolida ſine eavitate erat, hinc inde tamen exilibus meatibus ſerum continentibus pertuſa , cavitaſque una ſuperiori parte ſanguine plena qua mollities externa fuerat, ſubſtantia ſteatomatis,mollis , butyro congelato æmula,ſed proſus ſingularis,non cartilaginea,non adipoſa,non glanduloſa , non earnoſa , vitreæ pituitæ concretæ haud abſimilis : Exiſtimabam primo intuitu veſicæ eſſe appendieem , qualem in Caſauboni cadavere Thorius deſcripſit , ſed cavitas deerat,nec ulla eum veſica illi intercedebat eommunio,præter adhæſionis,Veſica ad latus dextrum lotio turgida : ea diſſecta grumos quidē ſanguinis in fundo inuenimus , nullum autem ad ſteatoma communem ductum: Mirum autem non eſt quod ſuppreſſione urinæ miſer æger laboraverit , Ab incumbente enim gravi ſteatomate orificium veſicæ comprimebatur : Reliqua inteſtina ſurſum erant protruſa : Lien exilis ; cætera ſcrutari pet præficas non licuit *Bartholinus hiſtor. xxiij centur.*1.

SCHOLIA

SCHOLIA.

IN externis Steatomata deſcribit Severinus de abſceſſ.l.3.diuerſi ponderis: nulla ferenotat in internis,nec tantæ molis ſicut noſtrum: Fallopius non male originem horum refert ad ſiccam pituitam qualis hæc videbatur, & melancholiæ portionem, de quo videatur Severinus dictus Tit. 3. cap. 4: Idem Fallopius in ſteatomate à ſe aperto, in medio liquorem quendam cryſtallo & adamante lucidiorem reperit: In noſtro cryſtallus videbatur concreviſſe,ut *Tumor Cryſtallinus* appellari poſſit,referebatque exacte ſplendentem, vaſorum lymphaticorum à nobis inventorum faciem: Unde materia hæc ſit congeſta non æque manifeſtum: Non videtur per tranſſudationem à veſica aut meſenterio, quia cra ſiot eſt liquor hic,niſi à partium membranoſarum f gore ſit condenſatus: Forſan per arterias Iliacas d poſita fuere excrementa ſanguinis: corruptus eni ſanguis atrophiam induxit, hinc pes ejuſdem later intumuit, repletis venis aſcendentibus ſanguine p tuicoſo, & per ſteatoma retardata nonnihil ſangu nis circulatione. Ex meſenterii glandulis excretum i abdomine ſteatoma librar.18.obſervavit Tulpius lib 2.obſervat.c.32. An vicina vaſa ſymphatica noſtra co pioſè circa pelvim veſicæ ſparſa congeſſerint cryſta linum liquorem, vel rupta fuerint, Eruditis relinqu diiudicandum. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO XVIII.

Iſchuria ob callum collo veſicæ ſubſtratum, Meatus urinarios flatibus diſtentos. 1. Ob Abſceſſum inter Renes & Veſicam. 2. Ob Colon ſiniſtro reni alligatum, Inteſtini recti plenitudinem 3. Ob Rectum inteſtinum flatibus & fæcibus turgidum. 4. Ob Coli inſignem plenitudinem & Inteſtinorum phlegmonen. 5. Vrinæ paucitas ob Tumorem circa meſenterii exortum. 6 Iſchuria ob prolapſum meſenterii & inteſtinorum in ſcrotum. 7. Ob Tumorem inter alvum & vulvam. 8. Ob inflammationem gibbæ partis Hepatis. 9. Ob lapidem in uteri cavitate, veſicam prementem. 10. Ob corpus calloſum uteri vices ſupplens. 11. Ob ventriculum perforatum.

§.1. ANno 1624.interiit Franciſcanus quidam ex mictu abolito, cui diſſecto reperti ſunt inter cætera meatus urinarii flatu diſtenti: Renes interne puſtuloſi,lividiſque caraneulis obſiti: Callus enormis & inæqualis ſub collo veſicæ, quæ ipſa undecunque turpi ſanie defœdata, eademque toto habitu prætenſa tentabatur atque prædura. *M.Aurel.Severinus de Abſceſſibus pag m.276.*

§. 2. Dom.N. famulum habebat, qui ex contuſione lumborum in eorum internam inflammationem incidit, cum *vrinæ ſuppreſſione*: Eo vita defuncto animaduerti in internis, muſculis abſceſſum à renum regione ad fundum veſicæ exporrectum deliteſcere. *Obſerv. Iac. Oethei.*

§. 3. Puellus 8°.die obiit,perparum minxit: medium Coli inteſtini reni ſiniſtro alligatum erat & inflammatum: Rectum pugni inſtar amplum, flatibus & materia nigra refertum. *Vide tit.de alvo adſtricta.*

§. 4. Apetui puellum qui nec per alvum nec per ueſicam excrevit: Inteſtina omnia flatibus turgida admodum,præſertim rectum,quod præter flatus excrementis etiam liquidis plenum erat *Vide tit de alvo ad ſtricta.*

§. 5. Cuidam Colon,qua meſenterii complexus eſt,inflammatum totum; cætera parte cyaneum, & pene ad gangrænæ modum emortuum,diſtentum fœcibus & flatibus, quibus & omnes inteſtinorum ductus extumeſcebant, unde forte ſuppreſſa lotia poſtremis uitæ diebus. *Vide tit.de ventris tumore.*

§. 6. Benjamin N. ex lapſu ab equo circa regionem Lumborum contuſionem paſſus eſt: hinc urina pauca & ejuſdem aliquando ſuppreſſio,abſque arenulis: In defuncto, circa meſenterii exortum ingens apparuit tumor, involvens in ſua mole vaſa emulgentia &c. *Vide lib.2.Tit.de Phthiſi.*

§. 7. Vidit *Sala* meſentetium cum tenuibus omnibus inteſtinis in ſcrotum delapſum, qua mole compreſſo veſicæ collo orta Iſchuria. *Bartholinus hiſtor.95.cent.2.*

§.8. Vxori N. excreuit inter alvum ac vulvam ingens tumor, qui tandem ſuppreſſit alvum ac veſicam. *Vide tit.de alvo adſtricta.*

§. 9. Puellus dies 15. natus ventris torminuibus correptus eſt,ac poſt multam urinæ profuſionem, plane fuit retenta uſque ad obitum: In gibbo hepatis,ubi cava exoritur,inſignis inflammatio cum nigredine inventa eſt: nunquid hæc cauſa retentionis urinæ? Renes enim, veſica, &c. citra vitium. *Vide tit de ventris dolore.*

§. 10. Spectab. Dn. Krekeri Mercatoris Warſavienſis filiola annorum quinque, urinæ partim ſuppreſſione labefactata, partim omninoda veſicæ compreſſione, tandem cum gravi dolore & ſui & parentum moritur.

Facta poſt mortem per Lithotomum ſectione, in veſica præter ſpatium nihil inveniunt, ſed ipſam uteri cavitatem diſtentam, & in ea lapidem album oblongum, aliquomodo ſpongioſum, ſed tamen gravem, formam ovi columbini pauliſper excedentem, conſpiciunt, qui veſiculam compreſſit, ut nulla urina permeare potuerit: *Andreas Knoeffelius in Miſcell. Curioſis anni iv. Obſerv. 65.*

§. 11. Mulier gravidam ſe credens, de dolore & urinæ retentione conqueritur: In mortua nunquam comparuit uterus, ſed ejus loco calloſum quoddam corpus.

§. 12. M. Georgi Iuſti filiolus 9°. ætatis anno decumbit ex diarrhoea, cui difficultas mingendi primum, mox omnimoda urinæ ſuppreſſio ſuccedit: curarur ab aliis tanquam calculoſus: pridie quam moritur, vocor, ac quod convulſorii quidam motus ſeſe proderent, uterendum ne Epilepticus moreretur ex Coacis prædico, id quod & ſequente nocte ſtatim contigit: Petiit à me parens cadaver ut aperirem.

Secto ergo peritonæo, tota capacitas abdominis aqua repleta occurrit: rem admiratus, veſicam ſtatim exploro, quam integram invenio, Aſcendo per ureterem ſiniſtrum, atque eundem ſaluum una cum rene deprehendo: dum ergo ad renem dextrum progredior, & inteſtina revolvo, ventriculum reperio circa pyloron longitudine digiti articuli perforatum. *Ph. Salmuth Cent. 1. Obſerv. 1.*

SCHOLIA.

Cum ratione diarrhoeæ prægreſſæ vitium proſtatio adeſſet, potumque copioſiorem æger expeteret, hic dum ad inteſtina & epar tranſmittendus erat, prope pyloron ad abdominis cavitatem fuit delatus: De cauſis perforationis nō leviter dubitavi: hic quidem diebus aliquot ante lumbricum rotundum ejecerat, unde hærebamus an à verme forſan perforatum illum fuiſſe ſtatuendum eſſet? quemadmodum inteſtinis accidiſſe, imo abdomini legimus: ſin vero ab acri aliquo humore, qualis diarrhoeam excitavit? Lumbricus certe ſi ventriculum egreſſus eſt, quomodo per inteſtina rejectus, aut in ventriculum receptus fuit. *Idem*

OBSERVATIO XIX.

Iſchuria à cauſa abdita.

§. 1. Duo inſignes homines, Quæſtor le Veau, & D. Morletus Conſul Regius, à ſuppreſſione urinæ interierunt, Chirurgus, qui cadaver ſecuit, affirmat *nihil commemoratu dignum repertum* eſſe (niſi quod caruncula in D. de Veau adeſſet) quod urinam ſuppreſſiſſet, Et tamen Medici diureticis vehementiſſimis ægros valde exercuerunt: Imo D. Morleto datæ porui cantharides, hinc graviſſima & valde terrifica ſequuta ſunt ſymptomata, ideo nonniſi cum magna cautione id faciendum. *Iac. Thevart. Nota. 13. in Conſt. hyemalem anni* 1575. *Ballonii Epid. & Ephem. p.* 166.

SCHOLIA.

Iſta ſuppreſſio meo judicio, à quadam necroſi renum eſt, aut quia refunditur alio ſerum, aut quia facultatis naturalis caſus eſt quidam & imbecillitas: Et pace doctiorum dicam, in talibus ſuppreſſionibus venæ ſectioni locus non eſt niſi præparcè: At dicunt, febris eſt, unde ſuſpicantur inflammatoriam dipoſitionem cauſam iſtius ſuppreſſionis, Errant, nam ſuppreſſio ſeri, & refuſio in genus venoſum facile febrem advocat, & aliquantula eductio ſanguinis tolerari poteſt *Hippocr.* 3. aphor. dyſuriam & ſtranguriam valde ſenibus proprios morbos aſſerit, quod ad imbecillitatem referre oportet, & ad facilem obſtructionem in illis, quia vaſa facile collabuntur & conivent, Et ſi videmus quoſdam etiam juvenes, cum ægrotare incipiunt, ſtatim imbecilles eſſe valde & νωθρῶς, multo magis id ſenibus eveniet, quibus fortes non ſunt febres, quia paucus calor, & frigiditas & ſiccitas eſt magna, unde inepta ſunt inſtrumenta: Imo fieri poteſt ut in principiis morborum, ſine calculo, aut renum proprio vitio ſit urinæ ſuppreſſio, ab oppreſſione naturæ; Et quia cum multa ſit cruditas, dum ſeſe expedire vult, omnia confundit & perturbat: Urinæ ſuppreſſio contigit ſervo *Ioh. Patrovillart*, prout purgatus eſt ita facile minxit. *Idem ibidem.*

§. 2. Rara eſt Obſervatio Anatomica ſuper cadavere Reverendiſſimi Epiſcopi Ceſtrenſis, nuper facta, Cum Illuſtr. ille Dominus diu calculoſus, demum à ſuppreſſione urinæ diuturna fatum obierat, mox præſumebant omnes lethi cauſam fuiſſe Ureteres à lapide aut materia ſabuloſa penitus obſtructos: Nulla omnino in ductibus iſtis obſtructio aut loti impedimenta deprehendi poterant.

§. 3. Similem huic Obſervationem Anatomicam haud pridem à ſe factam retulit mihi Vir Doctiſſimus DD. Lovver, Ubi nimirum Iſchuria lethalis, nulla prorſus circa vias urinarias ſui veſtigia reliquerat, *Th. Willis Pharmacop. Ration. p. m.* 167.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

HInc conjicit Vir Excell. Si quidem Renes inſuper ſarti tecti erant, morbi cauſam omnino in ſanguinis concretione & compactione nimia conſtitiſſe: Ut enim præcipuam & maxime crebram Diabetis (affectus contrarii) cauſam in ſanguinis mixtione diſſoluta nimis & laxa conſiſtere oſtendit; Sic pari ratione ἰσχουρίαν minutam & debito pauciorem, ſæpenumero à ſanguinis compage nimis ſtricta & velut obſerata pendere: Quoad Caſus à *Riverio* allatos cent.1.obſer.1. aitiologiæ ab eo allatæ no[...]ritur, quia vaſorum emulgentium non illud [...] eſt quod Vir Clar. aſſignavit: Non venæ e[...] arteriæ ſerum una cum ſanguine, abſque ullo plenitudinis aut rigiditatis periculo conſtant[...]runt: Cur autem ſerum in vias patentes n[...] excurrat, ratio videtur eſſe quod cruoris ma[ſſa] [ſtri]cta nimis & compacta, laticem aquoſum inti[...] mixtum, è ſinu ſuo ægre dimittit.

§. 3. Puer ſeptennis (*de quo lib.1.ſect. 1. obſervatione 3.*) à ſupino caſu in occiput [...]riam decimo poſt die patitur, ad interitum uſque pertinacem, reſerato tamen poſt[...] veſicæ oſtio: Nulla labes in viſceribus imi & medii ventris animadverſa, at in occipit[...] cranium & pericranium, ſanguinis concreti copia congeſta: Anteriori capitis parte, in [cere]brum & meninges, ingens ſeri copia apparuit.

APPENDIX.

Iſchuria à ſcybalis duris inteſtinum rectum implentibus & collum veſicæ prementibus.

IAc Spoerlin (*Vide hiſtor.lib.1.Tit.de Paralyſi*) Iſchuria omnimoda cum alvi occluſion[e] integrum octiduum ægrotavit; utrumq; ſymptoma, imprimis alui conſtipationem oc[cul]tans: Eam Iſchuriam non renum infarctus, nec calculus veſicæ pepererunt, nam nequ[e ſa]bulum neque calculos, ſoluta iſchuria, neque poſtea unquam excreuit: neque hujuſ[...] quicquam ad urinam ſupprimendam ſufficiens in cadavere repertum fuit: Neque illa [pro]pter ſphincteris conſtrictionem, aut fibratum veſicæ tonum deperditum effecta fuit: [re]moto enim obſtaculo urinam naturali ſimilem libere & copioſe excrevit: Sola ſcy[bala] urina inteſtinum rectum implentia, & collum veſicæ in poſtica parte prementia, ant[e] oſſe pubis neutiquam cedente, culpanda erant: illis enim copioſe ſubductis clyſtere e[...]liente abſque impedimento minuit. *I.Iac Wepferus Diſert. de Apopl.p.391.*

APPENDIX.

Iſchuria ab utero cum aliis ſuis melancholico ſanguine turgente excitata.

ILluſtris Domina Angela Solida, quadrati & carnoſi habitus, lotii & fœcum reten[tio]ne 14. dierum ſpatio fuit divexata, idque poſt ingentia animi pathemata, tertia no[ctis] hora illi contigit: Medicus primo acceſſitus præcepit fotus ex meliloto, parietaria, [...] unctiones ex oleo de ſcorpionibus, clyſteres mollientes, quæ profuere nihil, Alter voca[tus] Medicus medelam præſcripſit ex melle roſ.ſolut.ad unc.iv.cum drachma dimidia diaph[...] & unc.iij ol.amygd.dulc.recentis, quæ nihil molita eſt per utramque ſemitam: Altera [...] fuit ſecta uena dextri tali ad unc. viij præmiſſo clyſtere, alvus depoſuit nihil: Cathere[...] ries fruſtra uſurpato, deventum ad hydræleum; Accepit bolum ex aloë ſocotrina, tro[ch.] alhandal, & diagryd. ana gr.viij, ſuperbita olei amiggdal.dulc.libra dimidia: Accepit Gial[...] drachmam unam & ſemis: nihil prorſus excretum: 8. die accepit grana ſex ſtibii in v[ino] albo, ſed incaſſum Die x. ſumpſit aquam Tectutianam, & per horam ante ʒß Tar[tari] præcipitati, cum gr. xvj. Diagr. abſque fructu: Fuere repetita Enemata ex oleo, butyro, b[...] laxat. Item propinatum ſerum caprillum, ad veſperam parum dejecit, Die xi. minxit uncias quinque: Immiſſum ſuppoſitorium palmaris longitudinis; factum linimentum per univerſum abdomen ex vng.de Arthanita mai.& propinato oleo amygd. dulc. ad [li]bram unam & ſemis, ſeceſſit alvus copioſe bis & minxit copioſiſſime ad libras iv. & ill[ico] detumuit abdomen, remiſit dolor, evanuit durities, præcipue circa hypochondrium ſi[ni]ſtrum, remanſit ſtupor ſiniſtri femoris.

SCHOLIA.

CIrca cauſas digladiati ſunt D.D. Phyſici & Chirurgi. Alii enim craſſæ lentæque pituitæ id mali adſcribebant: Alii altiori callo inteſtina conſtricta, adeoque inde iter anguſtum, ut dejectiones tranſmitti non poſſent, ut accidit moniali de [...] Benivenius, unde renum compreſſio urinæque [re]tentio, veſica intacta: Alii colon qua parte vicin[um] eſt reni ſiniſtro, ubi dolor vehementius urge[bat]

 colle

ducta veluti cartilagine dura in ſcirrhum induruiſ- : interiori cavitate, quod notavit Hollerius in *Zolin* ſedico : *Hactenus Preſſius* : Nos Vterum cum inteſtino colo, ureteres reneſque comprimentem hujus morbi autorem facimus per partium enumerationem : Quoniam eſſe non poterat calculus vel renulæ, quæ poſtmodum apparuiſſent : Mucus ſeu viſcida materia nullo modo inteſtina & ureteres claudere fortiter valebat, nam in aliqua parte inteſtina erupiſſent: Non à magnitudine renum morboſa, ſorumque debili attractrice proveniebat, quoniam dum renes tales ſunt redditi, mors in promptu eſt, nec redit ita facile natura ſed corruit: Non o expultrice venarum debili oriri id poterat, etenim venæ lotium expellere non poſſunt, corrumpitur & corrumpit maſſam ſanguineam & lethum in promptu ſt: Qua de cauſa per conjecturam aſſequi licet Vterum cum ſuis alis, melancholico ſanguine turgentem, propter animi pathemata, compreſſionem renum & ureterum, cum ſocietate tamen inteſtini Coli feciſſe, dum ipſum inteſtinum tam in dextra quam in ſiniſtra parte dura, ſeu gypſea materia refertum, morbum augebat.

Die undecima, *&c.*] Dubium quomodo abſque vitæ periculo tam diuturna urinæ & fæcum ſuppreſſio permanſerit, cum axioma Medicum vulgatum ſit Omnes qui ante ſeptimam non mingunt, mori? Sciendum ante alia ſuppreſſionem fæcum poſſe dari per longum tempus abſque vitæ periculo; paſſim enim videmus per x. xv. dies & amplius alvum exſiccatam, (Vide Obſerv. I. pentec. I. de adſtrictione alvi trimeſtri) Urina autem ſi longiori tempore ſuppreſſa permanet ægrum interficit, Mors autem non aliunde oritur quam ex corruptione maſſæ ſanguineæ, quæ à lotio in venis putreſcente inquinatur : quod lotium aliquando remeat ad thoracem & partes vitales obruendo occidit ; Sed fortior cauſa eſt ſanguinis corruptio, quoniam etiamſi poſtmodum mingant, tamen febre ſuperveniente ex dicta corruptione mors ſuccedit : Ad rem, ſi poſſet dari quod in hoc morbo ſerum retentum in venis non putreſceret, utique etiam ſalutis ſpes eluceſceret : Videamus modo quomodo hoc poſſit fieri ? Natura in individui conſervatione ſemper intenta, ſi ſerum extra venas in hoc morbo expellere nequit, per neceſſe corruit, ob ipſius cum ſanguine corruptionem, ex qua febris oritur & mors: Si autem valida & victrix ſeroſam humiditatem extra venas protrudat, ſalutis ſpes conſurgit, quoniam putredo tunc non eſt intra ſed extra vaſa : Exemplum habemus in febribus continuis & intermittentibus, quarum hæ tutæ ſunt, quia putredo eſt extra vaſa; Illæ periculoſæ, quia intra vaſa, Difficultas ſupereſt de loco expellendi hanc materiam: Tutiſſimus abdomen eſt, ibi enim videmus aquas in Aſcite per menſes integros ſtagnantes, & ſic venæ exonerant putreſcens ſerum in abdominis cavitatem, aut etiam in ſpatia carnium, ut ſit in aqua intercus; donec levata natura & morbo ſuperato, eaſdem aquas ſtagnantes, reſerato aditu ad renes expellat & inde per veſicam.

Domin. Panarolus Pentec. V. obſerv. xvij.

APPENDIX.

Iſchuria difficilem partum aliquando ſequitur.

SÆpe in laborioſo partu adeo diſtenditur veſica ex retentione lotii, dum fœtus in orificio uteri diutius hæret, ut poſt ejus egreſſum urina fluere nequeat ; & ea educta per catheterem, ſumma poſtea remaneat imbecillitas, Iſchuriæ lethalis cauſa. *Riolanus.*

Observatio XX.

Vrinæ paucitas, à ſero cruento thoracem replente.

CAchecticus paucas urinas reddebat: Thorax univerſus aqua cruenta repletus fuit: Hepat albicabat & duriuſculum erat, reliqua viſcera nihil vitii oſtendebant. *Vide tit. de Cachexia.*

ANATOM.

ANATOMIÆ PRACTIC

LIBRI TERTII.

SECTIO XXV.

De Vrinæ difficultate, Ardore.

OBSERVATIO I.

Mictio difficilis ob ulcus in collo veſicæ. 1. Ob carnem ad collum vecicæ concretam. 2. Ob ab ſum in collo veſicæ 3. Ob carunculam meatum urinarium occupantem. 4. Stranguri ab ulcere veſicæ inducta. 5. A proſtatis pure tumentibus, ulceratis. 6.

§. 1. BIs mihi contentio contigit eum aliis Medicis circa ulcus veſicæ; Calcu illis eſſe contendentibus, ae ſymptoma, *ſtranguriam* nimirum, & reli omnia co teferentibus: Et licet illis ſanioſum illum humorem, qui quot exſtillabat, objiccrem, ſemen tamen illud eſſe vel ejus ſaltem rudimen in paraſtatis extans contendebant: Obitus vero alterius litem diremit.

Cadaver enim ubi aperviſſem, Ulcus in eollo veſicæ inſtar nucis Ponticæ reperi: A autem eum vermibus caſeorum ad ingluviem veſceretur, idem malum incurrit: Obj ſymptomatis uleeris veſieæ pathognomonieis, immiſſo ad protrudendum calculum, qu ſubeſſe alter clamabat, tanta puris copia excreta fuit, ut tantum ibi vix cōtineri poſſe quis exiſtimet. *Phil. Salmuth. cent. 1. Obſerv.* 8.

SCHOLIA.

STranguriam] Stranguria eſt urinæ guttatim facta, cum vel ſine dolore, & continuo ad mingendum ſtimulo, excretio: Cauſa ſunt humores acres, calculus, inteſtini recti, uterique inflammatio, pus ex renibus ad veſicam tranſmiſſum: Quæ omnia expultricem veſicæ facultatem, propter affectum ſphinčterem, ſtimulando hunc introducunt affectum: *Dyſuria* autem eſt urinæ cum magno cruciatu & labore excretio: A Stranguria differt, quod in hac non expectat veſica ut urina tota colligatur, ſed ſtatim tanquam mordentem expellit: In Dyſuria vero expectat quidem, atque aliquando diutius quam oporteat, ſed cum excernenda eſt, percipit] æger dolorem, aut tantam difficultatem, ut ſæpe niſi locum veſicæ comprimat manu, aut diu & magno conatu enitatur, libere non profluat: Præterea in Stranguria nec libera eſt nec liberalis οὔρησις, guttatim enim redditur: In *Dyſuria* autem liberalis eſt, ſed non libera; aut ſi liberalis non eſt libera: Cauſa ejus, vel in urina conſiſtit, vel in veſicæ cervice: in urina, quod acrior evaſerit: In veſicæ cervice vel exulceratio eſt, vel inflammatio quam tranſitus urinæ actius terit: Dyſuriæ nomine aliquando indigitatur affectus qui Ardor urinæ dicitur, caſdem enim uterque agnoſcit cauſas. *Thomas Burnet Theſauri lib. 4. Sectio* 10. *Et lib. 16. ſectione.* 24.

Reliqua omnia eo referentibus] Inter ſigna diagnoſtica ulceris renum & veſicæ, primum ac præcipuum eſt Puris excretio cum urina, quæ diutius perſeverans, ulcus in partibus urinariis latens certiſſime oſtendit: Vtrum vero Renes an Veſica ulcere afficiantur, cognoſcitur ex ſitu doloris, prout vel in regione lumborum, vel in pube aut perinæo infe Præterea pus à renibus procedens, melius coc eſt, albúm ſcil. læve & minime fœtidum: quia par chyma renum carnoſum melius concoquit: T pus copioſius eſt, ac urinæ magis permixtum, c lacti ſimilis profunditur, donec longe poſt mix nē pus ab ea ſeparetur & in fundo reſideat: A Ve vero emanans purulenta materia, pauca eſt, nec adeo concocta ſed cruda, variegata & graveole pars enim exanguis & debili calore prædita, ma riam ſufficienter elaborare nequit: Ex *collo* aut *veſica*, aut meatu urinario, ſyncerum pus abſq; ur ſæpe excernitur: His adde quod in ulcere veſicæ illius cervicis, perpetua adeſt dyſuria, & cōtinuus c loris ſenſus partem iſtam infeſtans, quod in ulc Renum minime fieri ſolet, ſed dilucida ſunt dyſur & doloris intervalla. *Riverius Prax. lib. xiv. 5.*

Semen tamen illud eſſe, &c.] Semen, Pus, Pituit etſi ſæpe eodem candore in urina ſe exhibeant, f cile tamen a perito ſic diſcernuntur: Semen ab al ſeparatum circa ſumma nat conſtanter, nec ſic agitatum, ne quidem in gonorrhæa: Pus & pitui fundum petunt, ſed ad minimum motum pus omnin diſſilit, ut viſum pene effugiat; urinamque galacto dem exhibet: Pituita gyratur; puriformia partir diſſiliunt, partim rotantur: Cæterum utraque qu eſcente lotio, ſtatim ſubſident, ſemine ſemper nante niſi magnam à virulentia putredinem contraxerit Putredine enim ſubeunte, ab extraneo calore evapo rato, conſumpto aëre, gravius ipſum fieri neceſſ eſt, atque adeo fundum petere, eique dum moveatu hærere. *Hab. Heers obſeru.* 18. *lib.* 1.

§. 2. Mercatori Dyſuriam parienti ſigna omnia calculi; Secto non reperitur lapis. Ad collum veſicæ caro concreverat; Idoneis conſumpra remediis convaluit. *Ballonius Paradigmate lxj.*

SCHOLIA.

S*Igna omnia calculi*] Hic ut attentus ſit Medicus neceſſe eſt, aliquando enim ſigna adeo ſunt interſe ſimilia, ut caruncula vix à calculo diſcerni queat: ut plurimum tamen dolores & conatus, reliquaque ſymptomata inter mingendum aliquando ſunt mitiora in caruncula quam in calculo: niſi dum æger capite declivi, pedibus vero in altum elevatis ſupinus jacet; ſic enim calculus retro cedit verſus fundum veſicæ, & minori cum difficultate redditur lotium, præcipue ſi corpus prius aliquomodo concutiatur: In caruncula vero ex decubitu iſto, & agitatione corporis nullum levamen percipit æger: In Calculo veſicæ materia quædam lenta, maximeque viſcoſa, quæ matulæ veluti albumen ovi adhæret, cum lotio copioſe excernitur: In caruncula non item, ſæpiſſime enim, imo ut plurimum, in carunculoſis urinam veluti puram excerni obſervavi, niſi quod furfures in ipſa appareant, & ante emiſſionem urinæ guttula una aut altera puris ſenſim effluat: Quod ſi caruncula in ductu urinario tantum (inveni etiam in ipſa veſica verſus ſphincterem) adfuerit, urina ut plurimum erit tenuis, etiamſi furfures adſint: Superius dixi dolores & conatus inter mingendum, reliquaque ſymptomata in caruncula mitiora eſſe quam in calculo, quod quidem de recenti, & nondum invetetata ac indurata calcula intelligendum eſt, in invetetata enim aliquando lotium tanto cum dolore & conatu excernitur ut vix credibile ſit: Vidi quendam cui propter carunculam ita retenta fuit urina, ut tandem in ipſo perinæo erumperet: In inveterata quoque caruncula urina guttatim effluit, & quidem ſemper, In recenti vero non item, Caruncula enim cum adhuc ſit mollis, retrocedit cum urina profluit: In caruncula quoque urina non recta, ſed nunc in hanc nunc in illam partem profluit: Si enim in dextra parte penis fuerit caruncula, verſus ſiniſtram profluet urina, ſic & de aliis: Verum id præcipue in carunculis, quæ prope glandem, aut in ipſa glande ſunt ſitæ obſervari, Si enim verſus perinæum fuerint, urina aut guttatim aut recta effluet: Scribis quoque ægrum exonerando ventrem atrociſſimos pati dolores: aſt dolores iſti potius in calculoſis quam in carunculoſis obſervantur, & tales quidem ut propter maximum conatum inteſtinum rectum nonnunquam prominea & ſimul excrementa excernantur: Calculoſi quoque inter mingendum & paulo poſt acutiſſimos dolores in ipſo balano ſentiunt, ipſumque balanum mirum in modum trahunt mulctantque: Carunculoſi vero inter mingendum non tantos patiuntur dolores circa glandem: Unum quoque minime omittendum eſt, nimirum calculum in veſica raro inducias dare ægro; ſua enim aſperitate & pondere cum veſicam indeſinenter pungat, continuos quoque parit dolores, In carunculoſis vero aliquando contrarium obſervavi. *Fabritius Hildanus in Gr. Horſtii operibus Tomo 2. obſerv. 43. lib. 4.*

§. 3. Quidam hernia laborans incidit in urinæ difficultatem: Meſaræi partes cum inteſtinis prolapſæ erant in ſcrotum; Item in collo veſicæ erat abſceſſus quantitatis nucis avellanæ. *Vide tit. de Herniis.*

§. 4. *I. Burchardus Heiman* Vrinæ ſtillicidio diuturno permadebat, ob carunculam intra muſculum ſphincterem veſicæ, in ipſo nimirum meatu enatam: quæ ne exacte claudi poſſet prohibebat, ſicut prædixeram, & cadaveris apertio teſtabatur: Limpidiſſimam enim urinam, fontanæ colore & ſubſtantia ſimillimam, abſque ulla ſorde arenulis aut ſedimento guttatim colligebat: Sed miſer perſuaſus ab aliis eſſe calculum, ſe à lithotomo ſecari & interfici paſſus eſt, mihi non credens *Smetius miſcellan. lib. x. p. 561.*

APPENDIX.

Stranguria ab vlcere veſicæ inducta.

§. 5. Ut nimia diſtenſio veſicæ ſupprimit urinam, à nimia laxitate fibrarum & diſtenſione membranarum, unde ſe contrahere ad excernendam urinam nequit: Sic ejuſdem conſtricto ab ulcere, ſtranguriam immedicabilem affert, dum extendi & dilatari nequit. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 28.*

§. 6. Sæpe urinæ ſuppreſſio accidit inflammatis tumefactiſque ſupra modum proſtatis & veſicæ cervice: Ab ejuſmodi Iſchuria certa mors venit, ut in quodam animadverti qui decennium totum Stranguria virulenta vexatus, tandem ex ſuppreſſa urina interiit: Solebat ille Iſchuria prehendi quoties vehementius exercebatur, ſeque illa levare immiſſa argentea fiſtula, quam eo conſilio in omnem eventum ſecum ſemper circumferebat, Accidit die quadam ut eam in veſicam uſque intromittere non poſſet: me igitur accerſit, qui urinam ipſi cierem; in quam rem cum nihil non tentaſſem, fruſtranei fuerunt omnes mei conatus.

Mortuo & diſſecto, veſica urina referta & quam diſtentiſſima animadverſa eſt: Proſtatæ vero p.n. tumentes, vlcerati & pute differti. Ei ſimili quod ipſi ſtillare per urethram ſolebat. *Pareus lib. 18. Operum cap. 18.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

EX quo intelligere licet à Proſtatis manare id virus, quod per virulentam ſtranguriam ſtillat, non à renibus, ut pleriſque opinati ſunt. Certe ſtranguria virulenta, ſi inveteraverit, particularis lues venerea quædam cenſenda, adeo ut niſi frictione ex hydrargyro poſſit curari. *Idem.*

Proſtatæ tumentes] Ab iiſdem nimium reſiccatis urinæ difficultatem inductam notat Alex Benedictus lib.24.c.3. Quidam, *ait*, urinam difficulter mitteba exſiccatis adenibus quæ Paraſtatæ vocantur va formes, ſeu adeniformes, Et ſunt partes additæ i teſtes & ſeminaria vaſa: quales in tauribus repeu tur: nec niſi ingenti pondere exonerabatur ve Sicque perfundi eas partes unctionibus, atque u verſum corpus inſtaurare juſſi, & ita urinæ meatu beto ſanitati reſtitutus fuit.

Observatio II.

Micturitio frequens ob nativam veſicæ anguſtiam 1. Mictio tota vita difficilis ob veſicam v nariam deficientem 2. Ob ſcirrhum corpori veſicæ adhærentem. 3. Ob veſicæ diſlocatione 4. Stranguria ob calloſam veſicam; Puſtulis purulentis obſitam. 5. Dyſuria ob carnam n lem in veſica, Tumorem iuxta ejus collum, Calloſitatem veſicæ. 6.

STaniſlaus Iapovvizky Bohemus, &c. à primis incunabulis frequenti mictione urgebat adeo ut raro ultra horam unam, vel ad ſummum duas, ab urinæ excretione ſe contin ret, & hoc citra dolorem, quoad cætera ſanus & vegetus.

Hic cum in conflictu ſclopeto trajectus occubuiſſet, cadaver defuncti aperui, viſceribi omnibus, etiam renibus naturaliter conſtitutis, & ex omni parte ſalvis, ſola veſica ade parva, vt vix ovi anſerini magnitudinem adæquaret, & liquoris uncias tantummodo qu tuor cum dimidia contineret. *Timæus Obſervat.44.lib 3.*

SCHOLIA.

MIctio frequens & intempeſtiva plures habet cauſas, interdum enim à conſtitutione renum calida ſeroſum humorem avidius attrahente proficiſcitur, nonnunquam ob frigidam renum & veſicæ intemperiem facultas eorundem retentrix labefactatur: ſæpe urinarum acrimonia vel calculus excretacem ſtimulat: ſic & exquiſitior veſicæ ſenſus, vel imbecilla renum conſtitutio & laxitas: vel potatio frequens & larga, aut Venus immoderata has parte debilitans; vel conſuetudo, aut eſculenta vel poru lenta, aut medicamenta vim diureticam habenti occaſionem huic affectui præbent: In præſen caſu cum nihil ſimile deprehenderem, in eam deve ſententiam micturitionis hujus cauſam, citra dolo rem & urinæ ardorem contingentis, cauſam eſſe ar guſtiam dictam, quod docuit eventus. *Idem.*

§.2. In viro 35. annorum, alias bene ſe habente, Difficili urinæ excretione toto vitæ tem pore afflicto, ita tamen ut ſæpius die nocteque eam emittere coactus fuerit, veſicam nul lam reperire licebat, Renes bene conſtituti, inde deducti ureteres magni admodum, ter minabantur hi circa pubem uniti, hinc reflexi circa umbilicum, ubi aperiebantur fora mine exiguo. *G. Blaſius Obſerv. vj. Part. 4. Obſerv. med.*

§.3. Diſſecui cadaver hominis, cujus veſica ad magnitudinem capitis infanti ſcirrho extenſa fuit; laboraverat ille antea per aliquot annos difficultate mingendi cum maximis doloribus: adhæſit autem undique firmiſſime ſcirrhus corpus veſicæ: præterquam ea in parte qua ureteres in veſicam ingrediuntur, ubi natura ſibi ductus ad penem uſque excretioni urinæ reſervaverat. *Obſervatio Coſmi Slotani Iuliacenſium Ducis Medici.*

§. 4. In homine ob rectam corporis figuram ſublimis appenditur veſica, ne incumbentium inteſtinorum pondere comprimeretur, Ita fundum in cervicem devolutum Iſchuriam afferret: Sicque exponenda illa Dislocatio veſicæ, propoſita à Fr. *Pedemontano*: Talem vidi relaxationem Veſicæ in hominibus & mulieribus, qui non poterant mingere niſi manu relevato imo hypogaſtrio. *Riolanus Anthrop. lib. 2. cap. 24.*

§. 5. Si urina guttatim emittitur, affectus Stranguria dicitur, injuſſa ſcilicet ejus excretio exigua quantitate, aliquando dolorifica, aliquando doloris expers; Curandum olim habui cum doctiſſimo Hollerio, Dominum Goyet, Iuriſconſultum Regium, qui incontinentia urinæ, Stranguria dicta, laborabat, creberrimè tam noctu quam die ea laborioſſime emittens, & intenſum ardorem in veſica percipiens, ac in ſummo membro virili, lacteis urinis effuſis, & ſub mictionis finem, pure: Multa in id præſcripra remedia, & ad ſedationem doloris, jubente eodem Hollerio: per ſiphonem infuſæ aquæ plantaginis, centinodiæ, in quibus diſſolutæ creta & terra ſigillata: aliquando mucilagines ſeminum pſyllii & cydoniorum, extractæ cum aquis plantaginis & roſarum, ad mulcendam veſicæ calidam intemperiem & ulcus deſiccandum: Interrogatus *Hollerius* quænam eſſet ejuſmodi ſymptomatum origo? Reſpondit *Goyetum* ſcabie veſicæ laborare & ulcuſculis: illapſam in veſicam urinam ulcera irritare, unde expultrix ad illius excluſionem ſtatim inſurgeret: ſubſequens vero urinam pus, manare à ſcabie veſicæ, ſeſe ad excernendam urinam comprimente.

Mortuo

Mortuo Goyeto,præſente Hollerio cadaver diſſecui, repertaque eſt illius veſica omnino calloſa, puſtuliſque piſum æquantibus referta, qua compreſſa prodibat pus album, omnino illi ſimile quod cum urina emittebatur. *A. Pareus Operum lib.17.c.55.*

§. 6. Narrauit mihi per literas *D.Lud.Nonnius* in quodam Nob Luſitano, poſt graviſſimos urinæ cruciatus,quum omnes calculo eum laborare crederent, Diſſecto cadavere in veſica repertam fuiſſe duriſſimam carneam molem, quæ vix novacula diſſecari potuerit, ſimulque juxta veſicæ collum inventum ſuiſſe Tumorem,inſtar ovi anſerini,viſcida tenacique materia repletum,Totum vero veſicæ corpus erat adeo calloſa carne refertum, ut ſex uncias urinævix continere poſſet,unde aſſiduus mictus.*Zacutus Praxis Admir.l.2.Obſerv.71.*

SCHOLIA.

D*Vriſſimam carneam molem*] Multis quoque difficultas fuit urinæ, quod corpus veſicæ aut craſſius fuerit, aut quod multa pituita corpori veſicæ adhæſerit, unde aliqua ex parte occupata fuerit capacitas ipſius veſicæ, & ſic pauca urina contenta fuit: Id vero vitii maxime iis contingit quibus carnoſias aliqua in urethra fuerit: Nam tenujor & ſubtilior pars materiei excreta fuit per penem, craſſior vero remanſit, quæ obhæreſcens id ſymptoma attulerit: Et hujus dyſuriæ & brevis mictionis cauſa ignoratur,Id.D.N.contigit: Medici putabant eſſe calculum aut reſolutionem aliquam,Et id niſi diligenter animadvertitur, datur occaſio generationi lapidis utendo diureticis,& perperam falſa calculi opinione utimur iis quæ calculum frangunt,cum dyſuria à vetere carnoſitate fortaſſe fuerit. *Ball.[Epid.l.9.p.47.*

OBSERVATIO III.

Mictio difficilis ob adnatam urethræ Hyperſarcoſin, Proſtatarum tumorem, Veſicæ corpus contractum & varie læſum,Eius cavitatem ſordibus plenam,Renemdextrum purulentum, &c. Hiſtoria Veſicæ Monſtroſæ Magni Caſauboni *deſcripta ab Excell.* Th. de Mayerno. Broatio.

SVmmmus & Clariſſ. Vir *Iſaacus Caſaubonus* corpus gracile & ſiccum à natura ſortitus erat, temperamento ex billioſo in melancholicum plurimum declinante: Ignei vigoris & cœleſtis originis animam continebat fragile ergaſtulum, quod exili nec importuna mole haud grave hoſpitem ſui plane juris eſſe ſivit: hinc factum ut literis deditiſſima mens parvam admodum habuerit ſui domicilii rationem: Ita Vir magnus non impalluit modo,ſed pœne inaruit chartis:Paucis,vel fere nullis magnis morbis obnoxium tranſegit illud quod ipſi Deus indulſit ætatis curriculum,Et caſtigata corporis exſucci conformatio fecit ut ea non ſenſerit, vel leviter expertus fuerit incommoda quæ vitam ſedentariam conſequuntur: Arenoſam aliquando ſaburram depoſuere Renes, non ſine aliquo urethræ inter meiendum ardore: nihil tamen effatu dignum, vel quod ſedulam aut iteratam Medici poſtularet opem: Cœlum ſolumque mutavit ſæpius, ut pateat ipſum non uni aſſueviſſe victus legi: Quot horas in Muſæo epularum immemor trivit Vir Optimus? Quot inſomnes tranſegit noctes in polemico ſcribendi gènere occupatus? Hic paulatim vires imminui,corpus magis ac magis extenuari, diſsipari ſpiritus, & debilitari calor nativus functionum omnium opifex, quibus ceſſantibus vel ſaltem facultatum læſione depravatis, excrementorum quotidiana germinatione ſuccreſcentium proventu, partes obrui & tandem naturam ſatiſcere neceſſe eſt:Duodecimo circiter ante obitum menſe qui vel ante quieverant, vel fugaci præſentia obiter ſaltem moleſti fuerant inter mejendū punctori,idolores, & vrinæ ardores redivivi,cœpere Virū fatigare,primū longioribus intervallis, noctuque præſertim importuni, ita ut dulcem interrumperent ſomnum & experrectum adigerent ad matulam: Rubrarum arenularum profuſio cauſa iſtius irritationis ſtatuebatur, neque ullis poterat æger incommodis à ſtudiis avelli, urina tandem ardore difficultatem patiens, ſubinde ſiſtebat gradum, & non effundebatur niſi mediocri ſaltem niſu, idque incurvato corpore & facie prona: Tanta aliquando expultricis irritatio, ut qui parce olim vel ſemel tota nocte ſoleret urinam emittere, intra paucos mènſes bis,ter, quater, quinquies,ſexies, & tandem infinitis vicibus cogeretur in eum finem ſurgere: Pectinis dolor, grave ano incumbens pondus, inter meendum alvi exonerandæ cupiditas, Exeuntem urinam comitabatur dolor, cum per totum canalem urethræ, tum maxime in glande,cujus ſenſus erat quaſi multorum acuminum ſimul pungentium: Ingens in dorſo aliquando calor,ad quem levandum veſtem ſæpiſsime deponere cogebatur: Urinæ ut plurimum pallidæ cum mucoſo ſedimento poſt equitationem vel violentius exercitiū ambulationis, cum arenoſis granis craſsioribus, vel tenuioribus lapillis rotundis, præduris plurimis,quorum nonnulli granum tritici,plerique milii magnitudinem æquabant: Iſta ſymptomatum ſyndrome Medicis calculi in veſica latentis ſuſpicionem iniecit: Quem cum cathetere explorare libuiſſet,nullus inſtrumento in veſicam aditus,ſed ita præcluſa via ut non obſcura apparent ὑπερσαρκώσεως meatum obſidentis indicta: Inter numeroſum iſtum ſymptomatum concurſum, quæ vel athletico corpori peſſundando ſatis erant, ſexto ante fatalem

ſem diem menſe,in parte hypochondrii ſiniſtra, inter albam lineam (ſeu veſicæ regio
ſupra pubem) & ilia,efflorеſcere cœpit rumor, inſtar juglandis primum, qui paulatir
ctus ad pugni magnitudinem: vel potius latitudinem excrevit, deſinens in obtuſum
men: mollis erat,& qui fluctuatione, quæ contrectationem ſequebatur, aquam ſul
certe indicabat, Sicuti libet inter tuſſiendum, vel reſpirandum, muſculorum abdon
motus materiam ſub iiſdem contineri, tumoris circumſcriptio eandem non in ventri
vitate vagam ſed in quandam cyſti concludi arguebat: Si durius impreſſa manu tract
tur tumor,veſica in conſenſum tracta dolebat & micturiebat æger: Id quod à partium
cinia, & veſicæ,inter duas peritonei tunicas ſepultæ,cum tumore connexione fieri cre
batur; Subſidebat nonnunquam, & paucis poſt diebus ad priſtinam redibat dimenſion
In miſero iſto ſtatu vitam languidam menſibus aliquot traxit, donec inſtante ultima
fatali hora,ſic acceleratus fuit piiſſimi viri interitus, ut ſereno die,animi recreandi,&
poris exercendi gratia, rheda vectus decem Anglica milliaria percurrerit: Reverſus
mum noctu minxit frequentiſſime, aucti dolores,aucta δυσουρία cum στραγγουρία, ur
cruentæ cum ſedimento mucoſo, quod maxime tenacis & vitreæ pituitæ ſimile aliq
puris admixtum habebat: Invaluit inter meiendum deſidendi cupiditas, excluſi calc
exiles quamplurimi,aucta uno verbo omnia; Inuaſit febris,quæ antea per intervalla inæq
lia,licet levia, non tamen ſine aliquo horrore & inordinatis rigoribus occupaverat: Pug
tum iis quæ acrimoniam lotii demulcere,mucum incidere, eique facilem, lenitione
rum, exitum procurare valebant,: Vano ſane labore: Siquidem urinæ tunc olidæ t
bidæ inſtar lixivii, aut cereviſiæ profluxerunt ſine levamine, cum mictionem nov
exciperet illico meiendi deſiderium: Ardorem internum ſibi moleſtiſſimum dic
bat æger, & calidiſſimæ reddebantur urinæ: etiam ad tangentis manum: mucus erat
midia lotii pars, aliquando etiam quicquid reddebatur mucus erat, tam tenaci filo c
hærens,ut vix divelli poſſet, & ex matula in pavimentum lubrico & continuo contex
effluеret: Notatu autem dignum, quod poſt redditam ingentem iſtius albugineæ pitui
quantitatem,hoc ſymptoma per duos vel tres dies inducias dabat, nova aggeſtione fac
denuo ut ante recurrens: Tam diris cruciatibus excarnificatum tenue corpuſculum
dies xx.duravit,continua febri tabefactum,perpetua effluentis lotii & fuſæ alvi vacuation
pumice ſiccjus redditum, vrinæ fœtore,quem ipſe oris ſpiritus redolebat, infectum: D
nec tandē felix animula,ſui carceris impatiens,cui ab ipſis conformationis primordiis,in
quis conditionibus alligata fuerat, vocante Supremo rerum conditore, ad ſuam migra
originem,corpus humo,amicis lacrymas,literatis raram eruditionem, omnibus probis ex
miam pietatem imitandam reliquit,die veneris Kal.Iul.1614.ætatis anno 57.

Secto autem cadavere, poſt exquiſitam ſingularum partium perſcrutationem,ſequenti
fidelibus oculis objecta fuerunt: Vrethræ inditus catheter argenteus, nulla arte, null
vi valuit in veſicam adigi, ita ut ſecta per perinei longitudinem urethra, manifeſto appa
ruerit σαρκοειδὲς σῶμα meatum occupans,foris intra reſiſtens, ſed ab interna parte fora
obſequentius: collo veſicæ appoſitæ adſtites,glandulæ,proſtatæ dictæ, quadruplo majore
quam naturalis ferret conformatio: Veſicæ corpus contractum, craſſum & admodum
ſpiſſum interna ſui parte rugis quamplurimis & velut cuniculis exſculptum, quorum caver-
nulæ lapillis infinitis rotundis ſcatebant: Collum interius,quod declive levi canaliculo,ſine
ulla protuberantia naturaliter in urethram deſinit, introrſum tumens, elatum inſtar
podicis gallinæ, vel colli interioris uteri,ita ut in ambitu eſſet veluti ſulcus, ſeu
cavitas per quam circumduci poterat digitus, cujus magnitudinem facile admitte-
bat colli orificium, per urethræ retractionem ſurſum factam formatum, quæ virgæ in ar-
rigendo incurvationem inuehebat: Ad ſiniſtrum latus perforatum fuit veſicæ corpus,& per-
vium rotundo foramine,quatuor digitorum apices admittente,in ſaccum ſive ἔφυσιν veſicæ,
vel adſcititiam veſicam, quæ urina turgens, capacitatis erat ad veſicam ſextuplæ: Habuit
ſaccus iſte tunicas tres,ſeu membranas,cum veſicæ membranis continuas,ſpiſſas admodum,
(ne quis ἀπονευρώσεις comminiſcatur) cum inſignibus nervis, venis & arteriis: Situs talis ur
totam ὑπογαστρίου partem ſiniſtram occuparet,uſque ad oſſa ilium,inſtar veſicæ,in ipſa peri-
tonæi duplicatura latitans: Figura ejus inæqualis,ita ut infra foramen infima ſacci pars pro-
penderet plurimum: ſicuti ſuperior,peritonæo affixa firmiter,multum ſupereminebat,utra-
que veſica lotio turgens pleniſſime: Aſt in addititiæ fundo,infra foramen penſili, ingens ſa-
burra putris & olidi muci,ſive phlegmatis vitrei, quod cum tanto niſu & dolore à miſero
ægro profundebatur: Veſica ipſa neque ulcerata,neque inflammationis præſeferens veſti-
gium: Addititiæ interna membrana eroſa variis in locis, atque ob inflammationem rubra,
livida,nigra,gangrænæ proxima, quæ mortis certiſſima & inevitabilis cauſa fuiſſe videtur:
Vreteres lati,urina turgidi: Siniſter inter ſacci tunicas gliſcebat profundius, uterque autem
deſinebat

eſinebat inveſicam veram,paulo ſupra collum: Ren dexter totus purulentus,ſanus ſiniſter: artes cæteræ ſanæ,exceptis pulmonibus quos, corruperat & denigraverat ſerina & perenſ fluxio à capite, in ipſorum bronchia & ſubſtantiam continuo ſtillans , quam prodebat rdinaria tuſſicula,& in ultimo hoc morbo conſueta raucedo ingeminata, etiam uſque ad iquam difficultatem vocis edendæ.

SCHOLIA.

Vitioſæ iſtius conformationis in numero, ſitu & meatu monſtrum , quoniam doctorum animis ercendis ſatis eſt , atque amplum aperit campum iſquiſitioni Medicæ, in hac lubet exſpatiari planitie, um ut credant ἰητρῶν παῖδες quotidie nova occurrē: quæ ſub antiquorum ſpecie nobis imponere poſint,& conjecturæ acumen fallere , tum ut in obſerando ſeduli , io prædicendo & judicando cauti, in petando religioſi , atque à periculoſa feſtinatione lieniſſimi eſſe diſcant : Fatendum ignotam fuiſſe tot ialotum cauſam,& deceptos Medicos omnes, quoum alii calculum prægrandem adeſſe , alii ulcus in eſica,quidam tumorem aquoſum,partim inter muſulos & peritonæum exiſtentem occupare exiſtimaant : Rata non ſunt Artis,& in conjecturis , quanumvis artificialibus , parum eſt fiduciæ , Errorem uum confiteri ingenui eſt: In rebus inauditis & nulli iis decipi non turpe : Obſervata (licet prognoſi otius quam therapeiæ idonea)poſteris pandere non nglorium.

Equidem ab ipſis conceptionis primordiis vim πλαστικὴ in hoc ſubjecto,inſolenti uriq; & gravi erore luſiſſe arbitror,dum concurrente nimia ad veſiam fingendam à parentibus decidua materia , eam um ἐμφύσει & cum foramine in hoc additamentum ducente formavit: Eodem plane modo quo lienes & eſticulos duos vel tres,ſextum quoque digitum non ſemel vidimus.Ita ſeminum confuſorum & ſanguinis materni affluentis ſuperflua quantitas, una cum vegeto calore,formas è poteſtate oblatæ materiæ educente monſtra gignit : Porro credibile eſt iſtud additamentum,primis annis vel exile admodum fuiſſe,vel etiam ipſi veſicę ſic agglutinatum,ut vel nihil excipere,vel exceptum ſtatim refundere in natoralem alveum valeret : Incrementi autem ſeu dilatationis ipſius primordia tum cœpiſſe veriſimile eſt, cum Vir pius penſo graviſſimo nimium intentus,dies noctesq; libris aſſidens,permultos menſes tranſegit,tum ſi quidem lotii reddendi immemorem quotidie,imo quavis hora reddebat animi a naturalibus ad ſublimia avocatio: Ita ut à corpore veluti abſtracta mens,nec incōmoda ſentiret,neque muniis neceſſariis vacare,vel ad corporis vilia officia ſe demittere dignaretur : Si ii, quibus mens ægrotat, dolorem non ſentiunt, quidni veſicæ pondus negligeret? Quoties in ferventioribus ſtudiis calor & ſpiritus ad rationis arcem vi quadam rapti cerebrum totum ſibi vendicant , neglectis, niſi quantum ad vitam ſat eſt,ut ita dicam,ignobilioribus partibus:Id videre eſt non tantum in melancholicorum , ſed in pia religioſorum,nec non in amantium ἐκστάσει: Iam vero motus principium,quantumvis debile,ſat eſt ad incrementum : In dies aucta fuit iſta dilatatio,vireſq; acquiſivit eundo,& concavum iſtud corpus membranoſum ductile,& facilis extenſionis, repletione crevit,inter peritonæi tunicas deorſum verſus primo,ni fallor,ob contenti fæculenti pondus, deinde ſurſum ſuam nactum dimenſionem,ad lævam hypogaſtrii primo extuberavit levius , deinde inſigni erupit tumore,quod videlicet ad inferiora dilatatio obice oſſium ilium & pubis impediretur , quæ ad laterum mollitudinem erat facillima:

Neque vero impune tulit iſtam extenſionis libertatem ipſa naturalis veſica,cujus membranas,cum additamenti tunicis continuas,his licentioſius expanſis in ſe retrahi & tandem corrugari in ſe neceſſum fuit: ſed quod gravius eſt, cum fibrarum tranſverſarum & obliquarum beneficio ſuccedat quantitate gravis lotii expulſio; partis autem organicæ perfectio in legitima conformatione conſiſtat , ſolutionem illam continui,actionom læſio,quæ inutilem veſicam reddit , conſequuta eſt : Itaq; per ureteres à calidiſſimis renibus ex toto corpore emulctum ſerum deducebatur quidem in veſicam,ſed cum ea,niſi inæqualiter,in ſe comprimi non poſſet,ad expulſionem partim naturalem partim voluntariā,antequam meiendi inceſſerit voluntas , ſaccum ſeu ὄγκωσιν oportebat impleri, etiam uſque ad moleſtiæ importunum ſenſum,& conſequutione neceſſaria , indies paulatim magis ac magis dilatari : hinc factum eſt ut intra paucos menſes , à dilatationis principio in magnam excreverit amplitudinem,quum excrementi quantitas & facultatis imbecillitas æquali paſſu quotidie invaleſcant.

Interioris membranæ veſicæ corrugatio urethram intro traxit,& collum ipſum corrugatum in formam podicis gallinæ expulit,quæ cauſa una ex multis erat difficultatis in meiendo : unica autem ni fallor, incurvationis virgæ in arrigendo , cum urethræ membrana nimis ſequax cavernoſa corpora in arcum reflexa retineret:Idem ab inflammatione tumorem abbreviantē procurante in gonorrhæa contingere ſolet.

Calculos in veſicæ rugoſis cuniculis infinitos creavit urinæ tartareum ſedimentum , Ea ſiquidem & naturaliter in hoc ſubjecto plurimo turgebat ſale,& iſtius terreæ portionis ſeparatio , ſive tartari coagulatio,promovebatur , imo perficiebatur mora, quam excrementum præ languore , imo impotentia expultricis ob organi vitium , in cavitate facere cogebatur , proinde ac ſui ipſius inſpiſſationem, & homogeneorum ab heterogeneis ſeparationem , vi caloris nunquam feriantis experiri.

Cur vero in imo ſacci fundo nullus calculus,etiam prægrandis,cum ei generando nulla materia ſuppeteret,coagulationi etiam proxima ? Nempe quod in iſte Euripo,intus lævi nō cuniculoſo,perpetuus quaſi eſſet urinæ meantis & remeantis æſtus , cujus fluctibus pars eluebatur : At ut generetur per additionem calculus,quiete opus eſt:Adde quod defuit iſti concretioni tempus, ei ſiquidem mors exiſtentiam præripuit.

Ulcus Veſicæ qui ſtatuerunt , decepti fuerunt excreto purulento, confiſi quod a rene dextro putri inflammato , & calorem intolerabilem lumborum excitante profluebat : Ulceratus ſane erat ſaccus,ſalſuginoſi tartari & lotii putris & ſtatione fœtidi,emanæ acumine : Quæ materia cum in hujus additamenti declivi ,atque infra foramen multum propendente & demiſſo fundo diutius ſtagnans hæreret , eroſionem pariebat , à qua immunis erat Veſica,per quam momentaneus ſaltem dabatur , ob ejus anguſtiam tranſitus.

Mucum

Mucum autem, ſive muſilaginoſum phlegma, ſeu fæcem tartaream plurimam continebat ἔκφυσις veluti iners actioniſque omnis expers quoddam additamentum: Quod præter eam ſepatationem, quæ ab ipſa urinæ ſubſtantia fiebat, etiam corroditione ſuæ ſubſtantiæ membranoſæ fundebat viſcidum excrementum, non minus quam ipſa veſica vel calculo initam, vel urinæ mordaci ſale corroſa, eodem plane modo, quo puncti limaces ſalivam ex proprio corpore in ſe contracto, expreſſione reiiciunt, viſcida eſſe ſolent ſpermaticarum partium, inprimis vero membranorum excrementa; His poſitis, & diligenter perpenſis, haud obſcurum eſt quænam fuerint ſymptomatum cauſæ quibus Vir tantus ad acerbam & crudelem necem excarnificatus fuit.

Sed cur inter meiendum oleri faciendi cupiditas, quæ ut plurimum grandioris calculi veſicam occupantis eſt ſignum pathognomonicum? Cur anò incumbens pondus, quod fallaci conjectura vel oculatiſſimis Medicis impoſuit? Nempe ab ingenti προςατῶν tumore, quarum corpus inter meiendu inteſtinum rectum premebat, & gravitate moleſtu naturam ad exouerandam alvum ſolicitabat, idq eo violentius, quod pati niſu per muſculorum ab dominis introrſum factam contractionem compr mendo, urina & craſſiores fœces exprimantur: Tu mor autem iſtarum glandularum, an fuit natural in homine, cui vaſa ſpermatica ampla, & qui plu rimos ſuſcepit liberos? An potius eum fecit urethr contractio, colli veſicæ violenta ſurſum attractio quæ latitudini addit, quod demuit longitudini? A dolor calorve, quorum proprium eſt ad parter affectam trahere, multo magis ad glandulas, qu laxæ, molles, ſpongioſæ, ad recipiendum prona ad expellendum ſunt ineptiſſimæ? Tot tantorun malorum hydram non potuit non conſequi mors quæ multorum accidentium populoſa caterva ſti pata, lento pede Virum, felicius extingui digniſſi mum, tandem jugulavit.

Ejuſdem veſicæ affectus ſuccinctior deſcriptio à Raphaele Thorio.

VIr Ampliſſime, neſcio quo pacto ſenſim delabor in pigritiam, nec forſan adhuc arripuiſſem calamum, niſi dolor adegiſſet acerbiſſimus ab extincto magno literarun lumine *Caſaubono*, quem tabido morbo liquefactum rapuit prima dies Julii: Dyſuria diu turna confecit florem Doctorum, ex cauſa abdita vix antea viſa vel audita: Signa omnia calculum in veſica atteſtabantur & mentiebantur, nam Aperto abdomine pro calculo inventa eſt veſica monſtroſæ conformationis ab utero matris: In ſiniſtro latere veſicæ prominebat ἐκφυσις vaſtæ capacitatis, ſeſe attollens uſque ad ſiniſtrum os Ilii, ejuſdem ſubſtantia continuæ eum ipſa uſque veſica, ut videri poſſet altera veſica naturali adjuncta: In eoden ſiniſtro veræ veſicæ latere foramen erat, ejus magnitudinis, ut facile admitteret quatuor digitorum apices, pervium à vera veſica in adnatum ſaccum, quo refluebat lotium: ubi diutius retentum, putredinem, inflammationem; tabem & interitum tandem attulit: Acceſſit & renis dextri purulentia, unde aucta pernicies reſtagnante illis in locis fœdiſſima illuvie Hinc orificium veſicæ interius tumefactum ex aſſiduo conatu: hinc viæ anguſtiores hinc refluxus totidem fere in venas, hinc ſpirituum infectio, & poſtremo animæ puriſſimæ ab importunis fœtoribus profligatæ exitus placidiſſimus.

SCHOLIA.

QUæres, & bene, Qui potuit vivere ad eam ætatem cum organo neceſſario tam male conformato? Accipe reſponſum: Illa ἔκφυσις in primo ortu toto ambitu contingebat veſicam proxime, & foramen illud pervium occludebat, ut loco naturali moram faceret urina ad debitam emictionem: Progreſſu vero temporis, continuo urinæ appulſu, & forte longiore retentione (ut attentis ad ſeria quandoque contingit) membrana illa innata abſceſſit paulatim ab illo oſtio, inque diem magis ac magis in ventrem accrevit (ut videmus ſuperfluas partes incrementum facile ſuſcipere) donec ſex vel ſeptem poſttemis vitæ annis eſſet ſaccus ille pro urinæ alveo ſecundario: unde pars tantum urinæ aliqua regurgitabat in veſicam, & inde urerem, reſiduo ſemper aliquo fluctuante in illo marſupio; nam ab illo tempore conatu fuit opus ad exprimendum lotium: Ejus rei magnum argumentum eſt, quod corpus veræ veſicæ contractum erat; denſius quam pro naturæ modo; profundis rugis inæquale ex deſuetudine dilatationis: Ex ea partium ad excrementorum expulſionem perturbatione, omnis corporis œconomia collapſa eſt, & Vir magnus inter lethi cruciatus extinctus per dolores ad aſtra penetravit, ea conſtantia & alacritate, ut ſpectantibus omnem metum expectoraret: *Dab. Londini anno* 1614. *Idibus Iulii.*

Observatio IV.

Mictio dolorifica à calculo grandi ſubinde in cervicem veſicæ prolabente.

IN Soceri mei, felicis memoriæ, Joſuæ Merceri veſica, diſſecti poſt mortem, repertus eſt calculus grandis, ſolidus, magnitudine amygdalæ majoris, ſed rotundior, qui emotus ante annum illi fuerat ex vehementiore equitatione, & ſubinde in cervicem veſicæ prolabi exinde ſolebat, & meatum urinæ obſtruere cum ingenti conatu: Qua de cauſa in proximum ver, eam hyemem qua obiit ſequuturum, conſtituerat ſe ſectori Chirurgo permittere ad eum extrahendum: Priuſquam calculus ille loco ſuo, cui ante affixus in veſica inhæſerat, motu equitationis contentioris emotus fuiſſet, non putabat ſe eſſe calculoſum: Nullo indicio id unquam, nec ullo doloris ſenſu cognoverat: Nunquam aliquid ſabuloſi per urinas ejecerat, neque ante, cum quaſi radice nixus teneretur, neque poſtea quam loco ceſſit & inſtabilis cœpit exiſtere. *Cl. Salmaſius Tractatu de calculo p. 50.*

Observatio V.

Mictio dolorifica putris pituitæ, à calculo totam veſicam opplente, & appendice curva ejus cervicem obturante.

APerui ante annos circiter xij. Virginem, filiam Viri Ampliſſ. D. N. Narrottii, cui innatus erat maximus calculus, trium circiter unciarum pondere, in veſica, ita ut non ſolum totam veſicam, ſed & unco ſuo incurvato ipſius veſicæ cervicem oppleret, nec unquam ejus in urinis aliquod ſabuloſum indicium apparuerat, cum me & alios Medicos plus quam centies vocaſſent: Frequenter tamen diro cum cruciatu putris quædam pituita puri ſimillima per urinas prodibat. *Corn. à Someren in Spicilegio Beverovicii de calculo.*

SCHOLIA.

SI crebro æger cum ſumma difficultate, & quidem in fine mictionis, cogitur reddere urinas; urina vero hæc ubi lactea ſeu alba apparet, crebroque diverſis caloribus variegata: Sique accedant congeſtionis & conglutinationis cauſæ, partium circumvicinatum pondus, ſique in medio profluxu intercipiatur, ac mucus ſeu gluten orinis innatet, guttaque ſanguinis aliquando in fine mictionis profluat, Calculus veſicæ in vitio eſt.

Observatio VI.

Stranguria, Dyſuria, aliaque accidentia à veſicæ calculo occulto.

L*Eonh. Binningerius* Pater Venerabilis, Dyſuriæ & Stranguriæ obnoxius erat: Ingruebat autem paroxyſmus ita ter quaterve annuatim fere affligens, Præcedebat alvi exoneratio, urinæque copioſioris uno eodemque tempore redditio, dein momento temporis ad lapidis duritiem diſtendebatur abdomen, & utraque ſupprimebatur excretio, ita ut conatu licet maximo & frequentiſſimo nonniſi guttatim urina ſtillaret, cum dolore circa pubem & urethram acutiſſimo, citra ullum in perinæo vel pruritus vel ponderis unquam obſervatum ſenſum: Durabat acceſſio dies aliquot, à quibus convaleſcere incipiebat, donec nova rediret typo fere eodem: Varii olim in conſilium adhibiti Medici in diverſas opiniones ibant: Cl. Dom. *Sarazinus*, Neocomi Archiater D. *Konig* Bernenſis, Jac. à *Brunn* Baſileenſis, Renum infarctum videbantur accuſare, ideoque poſtremum præſcriptis ſpir. Terebint. gtt. vij. ſuppreſſionem illam mox depuliſſe memini: D. *Reybaldus* Montbelgardenſis frigidæ Renum intemperiei cauſam tribuebat, qua attractrix debilior facta, ſeroſum excrementum ad ſe non alliciebat, per ſudores ſæpe depellendum: Statuebat etiam imbecillem per conſenſum renum factam veſicæ excreticem, nec à frigida urina ſatis irritatam muneris proprii obliviſci: quod tum ex eventu pateret, tum lotii ſubſtantia tenui & colore albido: Conſultus D. *Lazarus Riverius* 13. Sept. 1651. caſum ſatis rarum infrequentem ſcribebat, neque ita proclive eſſe rationem reddere cur aquæ fluxus copioſus per intervalla rediens ſubito cohibeatur antequam ſeroſa materia ad vias urinæ confluens evacuata fuerit, illaque in veſica retineatur, eam ita diſtendens ut imus venter lapidis duritiem æmuletur: ſeque cum D. *Reybaud* conſentire, renum & veſicæ imbecillitatem, earumque partium attractricem & expultricem imminutam tantorum ſymptomatum cauſam eſſe &c, Conſilio D. *Riverii* porrectum ℥j. Jalappæ ex vino albo infuſum fere ſexagies, nec multo minus ſequenti die, ad animi deliquia deturbavit alvum; inde rariores & leviores acceſſiones annuæ factæ ſunt, donec ab hauſto 26. Decembr. 1654. in cœna uno aut altero vini cyatho frigidiuſculo, ſolita urinæ difficultate circa mediam noctem immanius laboravit, quæ nec purgante, nec ſpiritu ſalis Ammoniaci, etiam aliquoties ex juſculis exhibito (qui olim apprime conduxerat) nec v. s. mitigari ullo modo potuit: Die ſequenti, ex pulv. radicis Julap. ʒß. & diagr. iv. copioſe purgatus, iſchuria liberatus eſt, ut morbo levatus & ſibi & mihi videretur: Initio diei tertiæ ab inſultu crucians invaluit ægrido: acceſſit illa die faciei, brachiorum & manuum livor, cum horrore tanto ut lectus, ipſumque cubiculum contremiſcere deprehenderetur: Hinc cœpit venter dureſcere urinis, uti ab initio, ſubrubris, craſſis & turbidis: Die x. ſupervenit immanis in ſura ſiniſtra dolor, ſine rubore vel tumore: Die xiij. Guttæ Gamandræ gr. xI. in juſculo ſumptæ decies quater cumulatiſſime alvum ſubduxerunt, cum flatuum & lotii emiſſione affluentiſſima, ita ut relaxato & ſubſidente abdomine recreatur: Sed poſtquam Richoniſlano in cœna liberalius uſus eſſet, ſitim expleturus, denuo exaſperata ſunt ſymptomata ante dicta omnia cum febre, pulſu (7. 9. 11. quandoque pulſatione intermittente,) anorexia & inſomnia multo ac à morbi initio ſævioribus: Ad diem xxi.

Januar.

Januar. 1655. ſemper inſomnes duxit noctes, parum interdiu dormiens; lingua ſemper ſcab erat, nigris obrecta ſordibus, adeoque arida ut continuo de proluendo & humectanc ore ſollicitus eſſet; nulla ſolida etiam minutiſſime manducata, niſi vi maxima deglutier deficiente ſaliva: Coactus eſt injicere ſibi frequenrer decoctiones emollienres & an dynas in veſicam, ſemicupia ingredi, malleolorum phlebotomiam pati, julepos ſomr feros bibere, ſolutam ovi vitello terebinthinam & aquæ fragorum permixtam ſorber ſed levi ſucceſſu omnia: Urina, cujus fere ſingulis horæ quadrantibus, cum niſu & m leſtia initio, medio atque fine inexplicabili, drachmam unam nec pleno radio excern bat, albida & pallida evaſit, quæ tandem ſufficienter collecta craſſum & puriforme ſed mentum deponebat, permixtis nonnunquam & volitantibus corpuſculis, nunc lana carptam, nunc vermiculos referentibus: Tandem ſcripto conſulitur 7. Febr. 1655. V Celeb. D.D. *Bauhinus*, qui ex memoratis ſignis omnium doctiſſime, Iſchuriæ, Dyſuriæ & Stranguriæ cauſam, reſpondit veſicæ calculum, eumque quum nonnulla nec levia ej ſigna deeſſent, ſummæ veſicæ, *Fernelii* authoritate, adhæreſcentem, cujus certiſſimu argumentum eſſet exploratio (quam reſpuit Parens) per catheterem: Qui tandem, pr totali linguæ ſiccitate deficiente loquela, prægreſſa ingenti palpitatione cordis, tolera tiſque aliquot dum micturus in genua ſurgere conaretur, animi deliquiis, 13. Februar 1655. vitam finivit, annum agens lxij.

Defuncti diſſecatur abdomen, in veſica vacua ſolidus & integer ʒiij. cum ℈j. lapis ſca ber, fuſci coloris, figuræ ovalis, ſed ſuperne & inferne complanatæ repertus eſt: qui nu lomodo vel adhæſerat unquam vel adhærebat, ſed qui in mingendi appetitu in collum ve ſicæ decidens, illud plane occludebat, & aſperitate ſua diris perfricationibus lancinaba in quo, citra vulnus aut ulcus, cum rubore manifeſto, ſedem & molis veſtigium apertiſſi mum ſibi efformaverat; Renes explorari (in quibus proculdubio confirmatus calculus hæ rebat, urinæ ſanguineæ, per ſe ſine dolore fluentis quando equitaret, cauſa;) at cultrum ulterius immittere, ob filialis affectus teneritudinem, non licuit. *I. Nic. Binningerus cent.* I *Obſervat. xciij.*

Observatio VII.

Mictio dolorifica ob calculum occultum.

Cum quidam Eccleſiaſtes Ulmenſis ſexagenarius, corporis habitu melancholico præditus, aliquandiu Dyſuria & Stranguria graviſſima, ſæpius die noctuque lotium reddendo, in pauca quantitate, immenſo ſemper cum dolore, ſat diu poſt urinæ excretionem perdurante, eam dum per canalem commearet acerrimam ſentiens, inſtar aceti acutiſſimi, collum veſicæ lancinantem, ut corroſionis metus impenderet ob inſignem acrimoniam humorum, qualitatem vitriolatam prodeuntium: Urina alba, cruda, ſæpius turbida & graveolens reddita: Prima vice accerſitus, cum obſervarem redundantes humores corruptos, acorem præferentes, ordinavi Hydromel laxat. ℞. radic. enul. fœnic. polypod. rec. an, ʒij. herb. beton. hyſſop. cardui ben. adiant. utr. ãã. pug. j. fol. Senn. s. s. ℥j. agar. rec. trochiſc. ʒiij. rhej el. ʒijß. cremor. tart. ʒj. liquir ʒiß. dactyl. jujub. ãã. ʒij. galang. min. ℈ij. f. Saccul. pro menſura Hypromel. Singulis diebus quart. ß. interpolatis diebus hauſito, perationem cum *ἐυφορία* tulit: Corpore à ſpurcitie humorum probe evacuato, cum dyſuria non cederet, à meridie vocatus, audita magna querela de magno cruciatu in excendo lotio, illico curavi afferri oleum ſtillaticium carvi, cujus gtt. v. cum ij. cochl. juſculi macri calidi exhibui, & confeſtim levamen ſenſit: ſequenti nocte probe dormivit, bis tantum urina reddita, multo minori cum moleſtia, eo medio aliquoties reiterato, ab omni gravamine liber ac immunis evaſit: Sed vitrea ſanitas viſa, quin poſt octiduum dyſuria recrudeſceret, me inſcio, fœminæ cujuſdam ſuadela, uſus aqua diuretica, exin ſat copioſa materia ſabuloſa, commixtis interdum granis majuſculis, colore ruſa, per vias urinales citra ullum dolorem excreta, dum tranſiret per penem, ſed tum demum cruciatum percepit ubi urina reddita: Urgentibus doloribus me denuo accerſiri curavit, cum animadverterem querelam de cruciatu, circa finem excretionis urinæ tantum moleſtante, & ſabulum craſſiuſculum cernerem, artificioſa fretus conjectura, palam aſſerui id mali aliunde provenire non poſſe quam à calculo veſicæ, ejus collum, ſi commotus, vellicante ac lancinante, cum & ipſe *Hipp.* 4. aph. 79. adſtruat, Quibus ſabuloſa in urina ſubſident, calculo veſicæ laborare; Etſi aphoriſmus ille non ſemper congruat cum experientia, cum & arenoſa in urina ſint conſpicua ſæpius, abſque ullius calculi in renibus & veſica præſentia: Sed me imprimis impulit, & indubium argumentum ſubminiſtravit, in illius Ægri veſica calculum reſidere, dum dyſuria & ſtranguria, quoties lotium reddendum, multo intenſim &

 acerbior

acerbior, & quidem in fine excretionis urinæ dolore magis urgente, & aliquandiu perſeverante, Id indicio eam moleſtiam à calculo reſtitante, collum veſicæ ſtimulante, provenire: Cum alias ſi mere arenoſa in urina hæreant, & aliquam moleſtiam pariant, ab egeſtione ſymptomata miteſcant & evaneſcant: in illo autem ſubjecto exaſperata, luculento fuere teſtimonio à reſiduo calculo, ſua aſpredine percellente, tantum concitatum tormentum: Sed hac mea genuina, & rationis fulcris innixa criſi ſpreta ac neglecta, experiri contigit quoſdam refractarios, merum adeſſe ſabulum putantes: Quidam lithotomus jactitabat ſi calculus in veſica reſideret, & vel piſi magnitudinem vix excederet, ſe cathetere immiſſo deprehenſurum: Sed ille ſeipſum & alios Medicos feſellit: Cum enim juvenis &c. (*Vide obſervationem ſequentem*) Exin relucet quam incerta ſit calculi veſicæ probatio, cum & præſtantiſſimi Lithotomi non raro decepti: Cum porro ad hunc ægrum curandum alterius inſuper Medici opera requiſita, & hujus opinio in ὀξεγνώσει & θεραπεύσει à mea ſententia diſſentanea, dum ego propoſui medicamenta in noſtris officinis proſtantia, & ab antiquioribus Medicis per multa luſtra cum fructu uſurpata, illo autem renitente, & laudibus quaſi ad aſtra evehentei Aquam diureticam in quodam noſtrate cœnobio diſtillari ſolitam, illi ſoli curam reliqui, tacita mente præſumens illam jactantiam fore irritam: *Etſi mihi haud ignotum* aquam illam Monachalem, in ſabuloſa materia & exiguis lapillis propulſandis, ſat proficuam: at in calculo veſicæ abigendo, præſertim ſi major, infirmam imo noxiam æſtimo; cum plerique Practici diuretica, imprimis fortiora, in calculo veſicæ, ceu pernitioſa diſſuadeant; eo magis ſi corpus impurum, dum loco vehiculi inſerviunt, & excrementa per vias urinales deducunt ad renes & veſicam, fomentum & augmentum calculo ſubminiſtrantia: *Galenus* lib. 5. de ſimpl medic. fac. 13. Idem adſtruit, inſtituta comparatione cum iis, quæ lac coagulare ſolita, ſeparando ſeroſas partes reliquum indurant: Haud ſecus valde diuretica, excrementa attenuando, ſubtiliores eorum partes per vias urinales amandant, craſſiores autem inſpiſſant & coagulandi occaſionem præbent, præſertim in naturis melancholicis, quali æger ille præditus, quæ fæcibus tartareis ſcatent: Accedit quod diuretica lithontriptica ad veſicam pertingentia, abſterſa materia molliore, ceu ſabuloſa, eam cum lotio exterminant, calculum autem reſiduum aſperum & anguloſum reddunt, majorem dolorem concitantia.

Cum autem omnibus mediis fruſtraneis, ſeſquiannuo ſpatio poſt æger ille defunctus, ejus cadavere aperto, ipſa αὐτοψία demonſtravit, & in apricum protulit geminos calculos aſperos, quorum grandior ovigallinacei magnitudinem & formam, uncias tres ſemis pendens; minor drachmas ſex repreſentavit, Et ita tandem veritas, quæ temporis filia, victrix evaſit. *Auguſt. Thonerus Obſerv. 6. lib. 3.*

SCHOLIA.

Etſi mihi haud ignotum &c.] Haud levis altercatio inter Medicus, utrum calculus veſicæ per lithontriptica qualiacunque ſit curabilis? etſi proſtant quædam exempla reſtitutorum, tamen *Fabritius Hildanus*, propendens in partem negantem aſſeverare non dubitat, ſe neminem unquam vidiſſe per interna medicamenta ſanatum, quin tandem urgente neceſſitate lithotomiæ ſe commiſerit: Etſi in juvenibus interdum medela per lithontriptica ſuccedat ſi calculus friabilis, non compactus & ſolidus: at in corpore ſenili omnino ἀδύνατον ille cenſet: haud deſunt rationes, Ipſe *Hippocr.* lib. aph. 6. 26. aſſerit renum & veſicæ vitia ſeu dolores (ut calculus & ulcera) vix curari in ſenibus: Ratio eſt in promptu, ob defectum caloris nativi, qui alias omnium operationum naturalium ἐνεργὴς præcipuus, quo languente etiam vis expultrix in dimovenda materia morbifica torpida; & digeſtiva ad cuncoctionem promovendam, infirma: exin etiam viarum anguſtia prohibet tranſitum excrementitiis ſuperfluitatibus: Rem ita ſe habere æger documento eſt, etſi enim hactenus per plures menſes medicamentorum farragine exagitatus, & interdum ſpes affulgeret melioris ſtatus, dum quotidie ſabuloſa materia cum urina excreta, ægro id ſolatii ſuggeſtum calculum ſenſim attritum iri, ſed ſæpe inani: Aſt quid cauſæ cum ultra annum arenoſa materia in copia rejecta, à calculo per diuretica abraſa, ut conjectura rationi conſona, ipſum ſucceſſu temporis ſucceſſurum? At etſi à calculo pars mollior ac friabilior abſterſa proceſſerit, relicta autem ſolidior & aſperior reddita acerbiorem dolorem concitavit: Accedit cum annum ætatis lx. exceſſerit, ob defectum caloris, per indigeſtionem alia materia cruda, de novo accumulata, calculo priori adjuncta, coadjuvante prava veſicæ ad calculum generandum diſpoſitione, coaleſcat, & ita proceſſus quaſi in infinitum eſſet inſtituendus temere. *Idem ibidem.*

Geminos calculos aſperos] Obſervatum tamen à Lithotomis, ubi duo in veſica concurrunt calculi, eos à mutuo attritu & alliſione læves & politos evadere, adeo ut quidam lapidi bezoartico non abſimiles eruantur: At magnitudinis inæqualitas forte in cauſa fuit quod ſe invicem atterere & lævigare nun potuerint: Vel forte major præextitit: minor poſtea genitus: Familiare enim lithotomis, ut ſi calculum lævem eximant, alterius ſocii deliteſcentis ſuſpicio ingruat.

OBSERV.

Observatio VIII.

Mictio frequens ob calculos veſicæ, membranis incluſos 1. *Difficilis ob lapides quatuor in veſica.* 2. *Stranguria ob calculum ℥xv. in veſica.* 3. *Ob tres calculos incluſos, cum oſſis pubis fragmento.* 4. *Ob calculum totam veſicam adimplentem.* 5. *Ob calculos ſeptem* 6. *Ob calculum magnum in cavitate, minorem in ipſius veſicæ ſubſtantia.* 7. *Ob duos calculos muco & puri immerſos, cum ipſius veſicæ conſumptione.* 8. *Ob calculos veſicæ adnatos cum ulceribus & callis.* 9. *Ob lapidem ſolidiſſimum, ponderis ſeptem unciarum.* 10. *Ob xij. calculos in veſica & Renem ſiniſtrum purulentum.* 11. *Ob calculum cordi-formem veſicæ affixum, unciarum quinque & ſemis.* 12. *Ob calculum in veſica latentem, pituita involutum & propria quaſi veſica obvallatum.* 13. *Ob calculos peculiari-ſacculo incluſos.* 14. *Ob calculos veſica arcte circumdatos.* 15. *Ob quinque calculos* 16. *Ob lapidem ſeptem unciarum à renibus in veſicam devolutum.* 18. *Ob quatuor lapides in veſica cum abſceſſu juxta os ſacrum.* 19. *Ob læſas veſicæ tunicas à calculo.* 20. *A duobus lapidibus aculeatis cum veſicæ offenſione.* 21.

§. 1. NOb. N. dolorem diu in abdominis inferiore ſede paſſus; aliis calculum in veſica adeſſe aſſerentibus, aliis negantibus: Exempta mortui veſica lapides continuit 32. omnes propriis tunicis incluſos, totam veſicæ capacitatem replentes, exiguo tantum meatu urinæ retentioni, quæ perbrevis eſſe ſolebat, relicto. *Vide tit. de hypogaſtrii dolore.*

§. 2. Senex Colonienſis per aliquot annos dolore continuo circa regionem oſſis Sacri, præcipue autem cum excrementa indurata exonerabat: Tandem anno 1599. cum totus decrepitus è vita migraſſet, ego & D. *Quintenus* vocati ut cauſam doloris inveſtigaremus.

Invenimus in veſica lapides quatuor, prædurос ac aſperos, quorum unuſquiſque magnitudinem caſtaneæ adæquabat. *Fabritius Hildanus cent. iij. obſerv. 70.*

§. 3. Joh. Anton. Maginus à morte ſat magnum in veſica calculum oſtendit, qui uncias quindecim pependit; Integro octennio continuo urinæ ſtillicidio & acrimonia graviter vexatus fuit. *Vide tit. de Soporoſis affectibus lib.* 1.

§. 4. Miles plumbea glande ictus doluit impenſe in imo ventre, ob effractum pubis os, veſicamque ſummæ dilaceratam, cujus tamen vulnus, præter mentem aphor. 47. lib. 6. ad cicatricem cum foret perductum, non minxit propterea liberius, ſed reddidit nihilominus urinam cum ſumma difficultate, quam credidit à calculo originem trahere; uti etiam revera traxit, Sed præter tres quos in veſica habuit calculos, auxit haud parum ipſius cruciatum ingens fragmentum, à pubis oſſe illuc clanculum delatum, quod ab ipſo Medicoque prætermiſſum, ſolius Anatomes indicio poſt mortem in lucem prodiit: quocirca non immerito miſeret Artis noſtræ, quæ licet velit, nequit tamen veritatem ubique expiſcari, & ſemper id ſcire quod ſciri plurimum intereſt. *Tulpius c. 29. Obſerv. lib. iv.*

SCHOLIA.

VEre adſtruit *Cornelius Celſus* Artem Medicam eſſe conjecturalem, ejuſque conjecturæ rationem talem, ut cum ſæpius reſponderit, interdum tamen fallat nos: Vis ſciri hujus veritatem? Vide quod hic proponitur exemplum, in quo ne lynceis quidem oculis proſpexiſſes oſſis fragmentum in veſica deliteſcens: ut enim leporem non ſemper aſſequitur canis, ſic neque attingit ubique Medicus ad quem collineat ſcopum, remorantibus illum ſentibus ac virgultis: Hunc vero cum inperveſtigabili multijugarum cauſarum varietate, tum denſiſſimis veritatis, quæ non ubique obvia eſt involucris. *Idem.*

Cujus tamen vulnus &c.] Authore *Galeno* veſica ſimplici conſtat tunica nervoſa, ſed duas invenio, ait *Riolanus Anthropogr.* l. 2. c. 26. internam nervoſam, Externam carnoſam, cui circumjecta eſt duplicatura peritonæi, quæ pro tertia communi accipi debet; hujus tunicæ ratione poteſt coaleſcere, ejuſque vulnera ſanabilia ſunt: Ex illo ſitu, *addit*, cognoſces cyſtotomiam in imo hypogaſtrio ſecure perfici ad extrahendum calculum, cum vulnerari & incidi queat veſica, ventris illæſa & integra capacitate, ut pluribus docet *Rouſſetus* lib. de Partu cæſareo: Deinde hominis veſica extrinſecus adipe multo circumfuſa eſt, quo privata eſt brutorum veſica.

Vide Rouſſetum de Partu Cæſareo ſect. 3. cap. 6. 7. & 8.

§. 5. Anno 1653. puella ſeptennis, Filia Dom. Magnin Aromatopolæ Genevenſis, Dyſuria, Stranguria & tandem iſchuria graviſſime torquetur: præ doloris vehementia in terra volutabatur, & tandem interiit: In defunctæ veſica inventus lapis candicans, aſper, oviformis, depreſſior tamen, totam veſicam adimplens, quem penes me habeo.

§. 6. *Ioh. Heurnius*, Medicus celeberrimus, cum celebri convivio intereſſet, ibique Rhenanum muſtum biberet, repente percepit ſibi urinæ reddendæ facultatem inhibitam: domum igitur rediens ne urinæ quidem guttam excernere potuit, niſi poſt longa medicamentorum molimina, tum enematum tum fomentorum, urinam poſtea reddidit, ſed nonniſi cum cruciatu & ſtillatim: donec paulatina hac carnificina attritus, anno ætatis 58. Chriſti 1601. incidit in lethalem febrem, quæ cum ſubinde violentiam remitteret, mox & acrius inſurgeret, fomite mali perpetuo ſuperſtite, tandem lenta hac carnificina prorſus emaciatus, placide & tranquille obiit xi. Auguſti (initium febris fuit 29. Maii) eodem fere quo natus erat momento.

Poſt mortem ejus in veſica ſeptem reperti ſunt calculi, forma & magnitudine nucis juglandis majoris, omnes æqualis magnitudinis & ponderis, nam quilibet ponderis eſt ℥ij. ita ut ſeptem xiv. drachmas expleant. *In ejus vita operibus præfixa. P. Pawius Obſervat. xxx. qui diſſector fuit.*

§. 7. Stranguriam à calculo veſicæ magno, & minore inter ejus membranas deliteſcente, anno 1647. vidi cum peritiſſimo Lithotomo D. *Collo* In D. *Challier* Chirurgo, annos nato xl. ſtatura mediocri, corpore quodammodo craſſo, in quo urinam laborioſam & ſtrangurioſam admodum reperi, vireſque ex itineris labore fractas, adeo ut poſt ipſius calculi per catheterem explorationem, ingraveſcentibus ſymptomatibus, illas cyſtotomiæ, ferendæ pares non judicaverim: nec defuit eventus, cum enim in dies cruciatus illi ingraveſcerent, vireſque collaberentur, tandem fato functus eſt.

Aperto cadavere, renes urina diſtenti & turgidi reperti ſunt, quibus diſſectis copioſa effluxit: ureteres admodum lati: In veſica calculus inventus eſt ponderis unciarum iv. cum ſemiſſe, totam veſicæ cavitatem replens, una cum altero exiguo in ipſius veſicæ ſubſtantia deliteſcente: Hepar lividum & corruptum, ut & pulmones deprehendi, propter materiæ ſeroſæ, tam ad partes naturales quam vitales refluxum. *Cattierus Obſervat. iij.*

SCHOLIA.

Hic lapillus intra duplicem veſicæ membranam latens haud dubie in majorem molem excreviſſet ſi ulterius vita ægri prorogata fuiſſet, atque in hac veſicæ parte ſaccum quendam à priori veſicæ cavitate diſtinctum efformare potuiſſet: Hoc exemplum credo nobis veluti digito monſtrat quomodo in quibuſdam calculoſis veluti duplex veſica efformetur ſuo, enim pondere atq; mole calculus paulatim creſcens diſtendit & à ſe invicem veſicæ membranas ſejungit, ſibique amplum parat quo contineatur ſpatium, ſacci cujuſdam in modum à priori veſica dependentis effictum: atque rupta vel exeſa interiori ejus membrana pervium: Vide ſupra hiſtoriam *Caſauboni*: Ex hac autem obſervatione colligitur inſuper nullum locum inſuper extractioni calculi relictum eſſe ubi grandior factus eſt & ad extrema ventum eſt: Temeraria enim eſt tunc temporis veſicæ ſectio quæ alias multis profuit: cum extrahi non poſſit calculus ſive magno vulnere inflicto, quo veſicæ corpus integrum diſſecatur atque effringitur, vireſque dolorum & cruciatuum immanitate exhauſtæ ſunt.

§. 8. Juvenis quidam Harlemenſis miſerandum in modum excarnificatus fuit à duobus calculis in veſica urinaria clanculum latitantibus: quippe ita abſorpſerat illos frequens veſicæ mucus, ut nequiverint eos digitis explorare nedum ferro convenienter exſcindere lithotomi: unde factum ut continuo ſuo attritu non modo abraſerint, verum integre conſumpſerint membraneas veſicæ tunicas: illæſo ſolummodo, vel potius aliquatenus adhuc ſuperſtite muſculoſo ipſius collo: quod cum non foret continendo lotio, diffudit ſe illud neceſſario per vicina inteſtina, excitans illic ut dolorem acrem, ſic continuam meiendi difficultatem & exitialem nervorum contractionem: Sive ob exquiſitum inteſtinorum ſenſum, ſive inſignem retentæ urinæ acrimoniam, quæ certe tam acerbe pupugit laceras ulceratæ veſicæ oras, & accenſas vicinarum partium tunicas, uti quoque lumborum nervos, ut præ inſuperabili doloris cruciatu contraxerit non tantum extremam maciem, ſed oppetierit quoque miſerrimam mortem: qua tamen priuſquam defungeretur, coactus fuit integrum annum ſedendo tranſigere, & non heri atque hodie, ſed continenter caput ita ſublime habere, ut nunquam id licuerit ipſi in pulvinar inclinare, quin dictum ac factum diſtraherentur vel omnes, vel certe illi nervi qui, aut caput verſus ſcapulas trahunt, aut rectam & immobilem reddunt cervicem; quam priorem, ſpeciem ut ὀπισθοτόνον, ſic inſequentem τέτανον appellant Medici: Quorum ſane ſæviſſimorum tormentorum crudelitatem tam impenſe perhorruit hic juvenis, ut fugerit cane pejus & angue qualecunque decumbendi genus; malueritque perpetim confligere cum ineluctabili dormiendi neceſſitate quam tam acrem perpeti dolorem, & tantis moleſtiis redimere tam irrequietam fatiſcentium membrorum quietem, quorum tandem ſecuritati conſuluit mors:

In

cujus lucta contigit quidem ſuccumbre ſed non decumbere : quod tamen bis fuit cona
ſed bis utique repulſus, cum ob infatigabilem dolorem, tum ob atroces nervorum con
ctiones, quæ certe intervenere tam frequenter ut neceſſe habuerit parere inevitabili nec
ſitati, & invitam vitam finire, ſi non ſedendo ſaltem cedendo.

Inſpectis autem poſt obitum miſerrimi hujus cadaveris extis, vidimus duos inſignes
veſica calculos, ſed muco ac puri penitus immerſos, quam ut ipſorum durities potu
à lithotomi digitis attingi : in quo tamen maximum artis illius momentum : Ipſa vero v
ca adeo fuit à calculis attrita, & à pure tam fœde conſumpta, ut urina deſtituta proprio
ceptaculo fluctuaverit libere per univerſa inteſtina, quorum ſinuoſi anfractus acrius ubi v
licarentur communicabant illico malum ſuum nervis à ſpinali medulla oriundis, & illi
eiſſim cerebro ; cujus præternaturalis contractio incurvavit non ſemel tam vehemen
hujus Juvenis dorſi ſpinam, ut univerſum corpus videretur inſtar alicujus globi retrorſ
conglomerari. Deprimentibus interim duobus hiſce calculis uſque eo rectum inteſtinu
ut coarctatum produxerit plurima membranoſa filamenta, intertexte ntia tam arcte in
riorem ipſius fiſtulam ut nihil excretorum potuerit amplius tranſmitere : plane eadem r
tione qua ſimilia filamenta vidimus obſtruxiſſe gulam à carcinomate coarctatam. *Tulp.
Obſervat.lib.3.cap.2.*

§. 9. Nobilis mediæ ætatis anno 1608. menſe Junio, difficultatem aliquam inter mi
gendum, maximéque in fine mictionis ardorem ſummum ſenſit, urinámque turbulenta
purulentam & mucoſam ſquamuliſque refertam reddidit, quæ cum ſpatio xvi. dierum d
raſſent, tandem remiſerunt, ſed poſt ſemi annum redierunt, & ab eo tempore veluti p
paroxyſmos illum invaſerunt, & poſtquam illum miſere, nunc per ſeptimanas nunc p
menſes aliquot excruciarunt, iterum vel ex parte vel omnino remiſerunt : quibus induciis
morbo conceſſis, munia ſua obire, in loca etiam diſtantia equitando ſe conferre non de
ſtebat. Verum cum per biennium & ultra ſic certis temporibus cruciatus, variis uſus eſſ
remediis acrimoniam urinæ lenientibus, additis etiam narcoticis, neceſſitate urgente, ne
affectus inde tolleretur, conſilii cauſa ad nos venit, túncque conſultatione habita, exulc
rationem veſicæ eſſe judicavimus : de calculo dubitatum, & ut an adeſſet innoteſceret, c
thetere in veſicam intruſo nihil fuit deprehenſum : poſtea etiam ut melius exploraremu
digite in podicem immiſſo durities circa veſicæ regionem, ſcirrhi alicujus inſtar, deprehen
ſa fuit, quæ durities poſtea repetito cathetere quoque obſervabatur : Unde concluſum ca
lum veſicæ adnatum, qualis & alius in veſica, ea læſa vel ulcerata, poſt mortem ſectione f
cta deprehenditur. Cura itaque potiſſimum exulcerationi veſicæ fuit accommodata, ac v
riis ex conſilio noſtro uſus eſt. 1°. Lacteo diluto, xx. dierum ſpatio ſemel, unde multa r
menta mingendo excernebat, alvuſque aliquoties dejiciebat, nonnunquam & pituitar
vomebat, *℞. Terebinth. ʒvj. mel. ℥j vin.malvat. ℥iv. vitell. ovi j. diluantur & ſerventur a
uſum, ſumat ʒvj. pro vice.* Tabulis etiam ſequentibus utebatur, quarum uſu maximum ſen
ſit commodum, adeo ut ſævus ille cruciatus diu emanſerit, & quotieſcunque vel minimum
inter mejendum ſentiebat ardoris, horum uſu ſentiebat ſe mox liberari. *℞. Trochiſc. de
Alkekingi cum opio ℥j rad. conſol. terebinth. coctione indurata aa. ʒ ij ſach. ℥v. cum infuſ. gumm
tragac. f. trochiſc. ℈ ij ponderis.* Quadriennio ab invaſione hujus mali, anno 1612. cum recru
deſceret malum, denuo ad me venit, atque inter cætera narrabat ſobolem ſibi in
terea natam, mirabatúrque cum tam miſer eſſet, quomodo hoc fieri potuerit, cu
ſcrupulum hunc fieri poſſe demonſtrans exemi, Et licet ſuſpicaretur, cum tamdiu ma
lum perſeveravit, noxam gravem atque incurabilem in veſica eſſe, uti in ejuſmodi ca-
ſibus, in aliis quoque per ſectionem deprehendi, tamen doloris leniendi & ipſius curatio-
nem deſperantis erigendi cauſa, ad exulcerationem ſaltem palliandam, ſi non curari poſſet,
quædam ordinavi, 1°. Electuarium leniens, quia alvi frequens illi erat conſtipatio 2. Pulve-
rem hunc *℞. rad. liquir. conſolid. maj. althaa, aa. ʒ iij ſem. quatuor frig. ma. mundat. ſem. hyoſci.
aa. ʒj fol. equiſeti ſicci ʒß. g. Arabici, tragac. ſarcocoll. thur. aa. ℈i boli piag. ocul. cancr. an. ʒj ſucci
liquir. ʒij f. pulv. cujus media quant. adde ſacch. penid. part. dimidiam, reliqua excipiantur reſina
laricea & f. maſſa.* Utebatur hoc Pulvere alternis diebus ad ʒi cum lacte caprino : de maſſa
formabat pil. & ʒj pondere deglutiebat iij. quoque die. Sicque in horum uſu perſeverans
fere totius anni ſpatio, minus rariuſque afficiebatur, adeo ut ſpem aliquam ſanitatis conci-
peret : quæ tamen illúm fefellit, nam irruente gravi paroxyſmo anno ſequenti morte fuit
ſublatus.

Extinctus cum aperiretur, Veſica illius tota ſpiſſa, carnoſa nigráque & gangrænata in-
venta fuit, callique aliquot duri, illic ubi veſica ulcerata erat, ei adnati. Calculus rotundus,

 magnus,

ıgnus, ſimiliter in media ſua ſede veſicæ accreverat, Et foramine amplo veſica patebat,
r quod alius, ſed minor, elapſus veſicæ incumbebat: Illuvies quædam ad ſex circiter
:nſuras, extra veſicam, circa lumbos collecta erat, purulenta, alba, tenax & viſcoſa, cui
ıor aquoſus cæruleo colore præditus innatabat: cujuſmodi materiam aliquoties dixit æ-
r ſe certo ſcire ultra centum menſuras per annos illos quinque cum urina excreviſſe: Sic
n gravia veſicæ vitia longo tempore in corpore cum calculo gerens, & vivens nihilomi-
ıs, tandem hiſce victus occubuit. *Platerus obſ. lib. 3. p.*811.

§. 10. Eadem ratione qua pueri periclitantur, calculus in veſica gignitur, qui dyſuria aut
anguria laborant, quod ſcil. debilitet mingant: quod Ferdinando à Mena, Philippi ſecun-
Medico, contigit, cui poſt mortem exciſo ſolidiſſimus lapis: pluſquam ſeptem uncias pen-
:ns extractus è veſica eſt. Hic multos ante annos renum calculo laboraverat, ut ſit veri-
nile inde detruſum eſſe lapidem, qui veſicæ hærens ſtranguriam fecerit, ac per eam ſei-
ium in tantum auxerit incrementum quod & in ſenibus omnibus cenſeri debet, qui cum
ıtea laboraverint morbo renum, nunc laborant veſica. *Valleſius comm. ad ſect. 3. lib. 6.*
ıidem.

§. 11. Juriſperitus quidam ſupra 50. annos natus, diu moleſtiſſimo urinæ ſtillicidio, ac-
:dentibus plurimis calculi in veſica latentis indiciis laboraverat, cum ſe ad peritum ſe-
ionis vocar. Hic facto experimento nullum in veſica calculum eſſe judicavit: Profectus
ıitur ad fontem qui in agro Leodienſi eſt, illinc reverſus non melius ſed pejus habuit,
rina alba, fœtida ac purulenta facta.
In veſica hujus duodecim reperti ſunt calculi, quorum qui major nucis myriſticæ nu-
leum æquabat: ac ren ſiniſter purulentus ac fere conſumptus, exiguo admodum paren-
hymatis reliquo. *Dodonæus cap. 44. Obſerv. Med.*

§. 12. M. Hieremias Baur, per quinquenniam urinam minxit aquæ fontanæ in ſubſtan-
ia & colore ſimillimam, nullum tamen, niſi ſcalas aut montes deſcenderet, dolorem per-
ipiens: Conquerenti de continuo egerendi conatu, moleſtiſſimo quoque urinæ ſtillicidio,
onſilium dedi ut Lithotomum admitteret exercitatum, ad confirmandam, vel removen-
lam de calculo ſuſpicionem: quam habui ob ſigna fere omnia calculi, ab *Hildano* docte pro-
ıoſita: Conſulenti obediens, vocavit Lithotomum Menſingenſem, qui calculo per inſtru-
nentum invento, ſtatim ſectionem propoſuit, & ea conceſſa domum feſtinavit, proxima
ëptimana Ulmam rediturus, & magno apparatu calculum extracturus Tertio die poſt abi-
·um lithotomi, æger timorbus & dolore exhauſtus animam exſpiravit.
Conjux defuncti domini precibus ſatisfactura, à me petit ut aperto abdomine inquire-
rem an maritus pie defunctus calculo laboraſſet néc ne? Præſentibus viduæ conſanguineis,
infimum cadaveris ventrem cruciatim diſſecui & ab inteſtinis liberavi; ut præſentes Veſi-
cam adhuc integram, & ob calculum incluſum duriſſimum digitis tangere poſſent: Inciſo
veſicæ, (quæ calculo arctiſſime adhærens ne guttulam fere lotii continebat) fundo, unus ex
adſtantibus extraxit calculum ſatis magnum, qui figuram cordis humani repræſentans, un-
cias quinque & dimidiam ponderavit: Viſo calculo, vidua animo deliquit, & ad ſe rediens
Deo Ter Opt. Max. maximas egit gratias, quod chariſſimum maritum ante diem ſectioni
deſtinatum ad deſideratas Beatorum ſedes avocaverit,

SCHOLIA.

AN Calculus tam magnus in Viro parvæ & bre-
vis ſtaturæ, per veſicæ cervicem, inſtrumento
idoneo dilatatam, tenacula extrahi potuiſſet, valde
dubito: non ob ponderis, ut ſequens hiſtoria teſtatur,
ſed figurationis rationem; apex enim calculi veſicæ
cervicem, baſis vero fundum occupavit; Anno 1639.
Juvenis quidam receptus fuit in Noſodochium Ul-
menſe, laborans urinæ incontinentia, ob laceratam
veſicæ cervicem à calculo ovali, aſpero & uncias
ſex pendente, quem *Marianus Mariam*, inſignis
Auguſtanorum Oculiſta & Lithotomus forcipe ex-
traxit. Quoniam vero affectus videbatur incurabilis,
ſolis medicamentis æger, quæ urinæ acrimoniam
mulcerent, & intertriginem partium prohiberent,
inſtructus Ulma diſceſſit.

§. 13. Ampliſſ. & Prudentiſſimus Dn. *Iacobus Hummelius*, Tribunus Plebis, omnia calculi
ſigna exacte habuit, qui tamen per immiſſum catheterem explorari nequivit.
Poſt beatum obitum, juſſu familiæ Dn. *Platerus* abdomen aperuit; & in veſica calculum,
nuci juglandi non abſimilem, humoribus pituitoſis, & propria quaſi veſicula obvallatum in-
venit. *Bernardus Verzaſcha Obſerv. Medic.* 52.

SCHOLIA

SCHOLIA.

QUi tamen per immiſſum catheterem, &c.] An exploratio per catheterem certum & indubitatum calculi in veſica latentis nuntium afferat, diſquirit Vir Excell. Obſerv. citata. Recte mones, *ait*, V. Clar. ſumme neceſſarium eſſe ut noſtra ſententia firmis rationibus ſuffulciatur, & Nobil. D. ad oculum demonſtretur explorationem catheteris, indubitatum calculi abſentis ſignum nequaquam exhibere, quod certe erit facile, nam indicata per ſchedulam ſymptomata & ſigna, ſatis ſupérque declarant calculum in veſica hærere: Expertus N. in collo veſicæ manifeſtum dolorem, qui circa finem mictionis exaſperatur & ad glandis extremum exporrigitur: Adeſt mingendi difficultas cum micturiendi conatu, urinæ ſtillicidio & anireneſmo: Accedit inter mingendam ſuppreſſio urinæ, quæ in medio curſu intercipitur. Certe hæc omnia clare demonſtrant veſicam calculo laborare. Hoc unicum ſupereſt ut palmarium illud de catheteris exploratione argumentum, paulo latius examinem. Jam ulim in Riverio Contr. monui quod catether immiſſus ſæpe calculum indicet, quamvis illud ſemper præſtare non poſſit, præſertim quando calculus à collo veſicæ diſtat, vel glutinoſis humoribus involuitur, aut membrana propria iuclusus eſt: hinc ibidem illorum inſcitiam i ptobavi, qui ſtatim inflatis buccis proclamant n lum veſicæ calculum adeſſe ſi illum Lithotomus thetere non exploraverit. Monuit *Riolanus* qu interdum veſica intus ſaccum ſeu foveam inter protuberantem habeat, in qua ſæpe grandiores pides nidulentur, qui immiſſo cathetere inven non poſſint. Porro, juxta *Riolanum*, aliquando p va veſicæ ſtructura accidit, quæ in explorando p catheterem calculo diligenter notanda eſt, ſi pr ſentibus ſignis calculus cathetere non deprehend tur, nam in quibuſdam veſica duplex juventa, a ſaltem ſepto membraneo in duas cavitates diviſa, in Virgine de qua *Coiter*; & in Illuſtr. Princi Onolsbacenſi, de quo Clar. *Caſpar Bauhinus*: aurem hoc ſeptum veſicæ, quod in calculoſis depr hendirur, fiat à dilatato uretere intra duplicem tun cam veſicæ? An ex adnato & amplificato lapide i conſiſtente? An lapis ita concluſus extrahendus d lacerata veſicæ tunica? opus periculoſæ plenu aleæ: Multa exempla de fallace catheteris uſu in e plorandis Veſicæ calculis ſuppeditat *Schenkius* li 3. de calculo veſicæ, &c.

§. 14. Anno 1610. Baſileæ una cum Doctiſſ. ac celeberr. DD. Felice Platero & Caſ Bauhino, ad Nobilem quendam ex Alſatia vocatus fui, qui à multis annis Calculo atrocite vexabatur: nullus tamen Lithotomus unquam calculum in ipſo deprehendere potuit. Eg quoque ſumma adhibita diligentia ac ſtudio nunquam tantum efficere potui, ut digito ve inſtrumento calculum in veſica deprehendere potuerim.

In ipſo poſt obitum calculi aliquot ingentes, peculiari ſacculo, ſive veſicula, veſica innata & adnata, incluſi reperti ſunt. *Bauhinus theatri Anatom. lib. 1. cap. 26. Fabritius Hila de Lithotomia cap. 8.*

SCHOLIA.

ETiamſi certus eſſet Lithotomus (quod difficulter tamen agnoſci poteſt) calculum veſicæ adnatum eſſe, tunc Lithutomia non facile inſtituenda erit, quoniam in avulſione calculi ſimul etiam veſica dilaceraretur, unde nihil aliud quam mortis periculum expectandum foret. In prædicto caſu, ſi Lithotomus ſolummodo ad ſigna calculi attendere voluiſſet, ea quidem in hoc Nobili omnia (præterquam quod digito & inſtrumento nihil reperiri potuit) videre ac deprehendere potuiſſet: & ſi poſtmodum lithotomiam inſtituiſſet, forcipes immiſiſſet, ac calculum cum involucro ſuo, ut facile quidem fieri potuiſſet, prehendiſſet & extraxiſſet, quomodo cum ægro actum fuiſſet? certe cum ſummo dolore, veſica & omnium viſcerum interiorum inflammatione cum pluribus aliis occubuiſſet, cum tamen cum affectu ſuo familiæ ſuæ diu præeſſe potuerit. Nec audiendi caſtratores, aleam jaciendam eſſe ut æger à doloribus liberetur, ſive hoc ſive illo medio illud efficiatur. Minime vero id ſtatuendum, ſed Deus O. M. ſæpe corpora noſtra in hac vita, his & aliis morbis gravibus viſitare & caſtigare ſolet, &c. *Hildanus ibidem.*

§. 15. Vir maturæ ætatis aliquoties ſerio admonitus noluit ſibi exſecari calculum; quæ ſententia ubi ſtetit, increſcere interim malum, inſectari acerbius tormenta & vires indies ita fatiſcere, ut obſoleſcente corporis uſu cogeretur vitam cum morte commutare. Altero rene à putredine jam conſumpto, altero vero ab aqua ita diſtento, ut videretur ſupplere vicem veſicæ, quam vidimus etiam vacuam plane & omni liquore deſtitutam: at *ureteres tam amplos*, ob calculos illac crebrius tranſeuntes, ut in ſe haud gravatè admiſiſſent digitum humanum. Ipſa autem veſica continuit duos calculos, à corrugatis ipſius tunicis tam arcte circundatos, ut præter illos vix unciam recepiſſet liquoris: quæ inuſitata ipſius anguſtia peperit proculdubio ipſi, non modo crebram urinæ difficultatem, verum etiam continuum dolorem, ortum ex fervida præaſſatæ urinæ acrimonia, erodente aſſiduò intentas veſicæ membranas. *Nic. Tulpius Obſerv. lib. 3. c. 6.*

SCHOLIA.

U*Reteres tam amplos, &c.*] Eam ureterum ampliationem obſervarunt *Fernelius* pathol. lib. 6. c. 12. & *Platerus* tom. 3. c. 12. Unde ratio petitur cur quidam ſine magno dolore & conatu arenulas & calculos excernant, qui prius à minimo calculo, ante ſcilicet ejuſmodi dilatationem, diſtorquebantur.

§. 16. Anno

§. 16. Anno 1567. ſecui Illuſtr. *Ioann. Chaſtaigner*, & ſeptem calculos inveni, quinque ſcil. in veſica; craſſitie ovorum palumbarum: unum in fellis folliculo, & ſeptimum in rene dextro: verum non conqueſtus niſi circa ſuos ultimos dies ſuper ardore & difficultate urinæ. *Ferrandus libello de Nephritide*.

§. 17. Quam ob rationem pueri, ob eandem etiam qui Dyſuria aut Stranguria laborant periclitantur calculum in veſica gignere, quod ſcilicet debiliter mingant, quod Ferdinando à Mena, Præceptori meo, qui etiam ante me fuit Philippi ſecundi Medicus cubicularius, poſtquam & ipſe Compluti primariam cathedram multos annos fæliciſſime rexerat, contigit, Cui poſt mortem exſciſſo ſolidiſſimus lapis, pluſquam ſeptem uncias pendens, extractus à veſica eſt. Hic multos ante annos renum calculo laboraverat, ut ſit veriſimile inde detruſum eſſe lapidem, qui veſicæ hærens Stranguriam fecerit, ac per eam in tantam excreverit molem, quod & in ſenibus omnibus cenſeri debet, qui cum antea laboraverint morbo renum, nunc laborant veſica. *Valleſius comm. in 6. Epid. p. 637.*

SCHOLIA.

Q*Vi dyſuria aut ſtranguria laborant, &c.*] In quibus Stranguria eſt, etſi nullus morbus renum anteceſſerit, timeri etiam lapis veſicæ debet, non qui deſcéderit ex renibus, ſed illic ob languidum mictum congeſtione genitus ſit: Nam fit poſt mictum concretio in omnibus, qui quacumque cauſa languide mingunt: fit vero id in pueris, & in ſenibus quidem, quia naturale eſt his languide mingere. *Idem.*

Pueris, &c.] Calculorum in veſica generatio morbus pueris eſt familiaris, ut 3. aphor. dicitur: generantur enim lapilli, qui mictu rejiciuntur, partim in renibus, partim in veſica. Pueris quidem fiunt in veſica frequentius, adultis in renibus: Cauſam ob quam in pueris fiunt in veſica, dicunt Medici eſſe eorum voracitatem: Ob quam ſeniotibus generantur in renibus, eſſe duritiem renum, anguſtiam viarum, & expultricis debilitatem: Sed cur pueris non affert voracitas calculos etiam in renibus? an ob mollitiem laxitatémque viarum, & expultricis robur? Cur hæc eadem non etiam eoſdem liberat à caculis etiam veſicæ? Rurſum, cur ſtrictura viarum, & durities partium, & debilitas expultricis, non afferunt veſicæ calculos etiam ſenibus? *Hippocr.* videtur inſinuare cauſam eſſe in calore intenſiori, verum ſi hæc eſſet cauſa, videntur juvenes, qui non ſunt pueris minus calidi, Calculis veſicæ non minus laboraturi quam illi. Porro pueri laborarent calculis renum non minus quam veſicæ, non enim minus, ſed plus etiam illi concreſcunt calore: Non igitur hæc eſt cauſa, aut ſaltem non hæc ſola, ſed aliquod aliud oportet adjici dictis cauſis, quod ego addam: Utrobique, & in renibus, & in veſica, gignuntur lapides ex craſſis velut fæcibus quę cum urina deſcendunt, hærentque in via, velut ex craſſioribus aquis generantur tophi in aquæductibus; Materia itaq; eſt craſſum, crudum, aut fœculentum, Efficiens cauſa calor partium: cùm enim nulli tales lapides, calore liquentur, calore concretos eſſe omnes conſtat: non tamen proinde fit ut ſemper ſit calida intemperies in loco ubi generantur lapides, nam ubi magna eſt materiæ aptitudo, exigua efficientis cauſæ vis ſufficit, atque ita ubi craſſum & lentum eſt quod in urinæ viis congeritur, ſolus ille calor eſt ſatis ad concretionem, ſine quo non poſſunt viventium partes conſiſtere, velut aliquando etiam ob calidam intemperiem concreſcunt, quæ alioquin non concreſcerent, quod non adeo ac priora eſſent concretiooi idonea: Igitur gignendorum lapidum duplex eſt cauſa, calor major, & pluris materiæ craſſæ detentio: ut plus materiæ craſſæ detineatur, cauſa eſt quod plus deſcendat cum urinâ, aut quod viæ ſint anguſtiores, aut expulſio agatur debilius: Calor renum quam veſicæ major eſt, in omni & ætate & ſexu: puerorum vero & juvenum æqualis eſt calor, & utrorumque major quam ſenum: quare hac ratione pueri & juvenes æque eſſent calculoſi, & utrique magis renibus quam veſica: Verum ſenes colligunt majorem copiam ſuccorum crudorum ob impotentiam coquendi, qui deſcendunt, illis abundantius ob exiguam diſcuſſionem, quæ illis eſt omnibus, & ventris ſiccitatem, quæ adeſt eorum multis: vias etiam habent anguſtas & expultricem debilem: Ob quæ omnia neceſſe eſt magis calculoſi ſint quam illorum utrique, & in renibus magis, ob eorum anguſtiam naturalem: Puerorum urinam, etſi uideam Medicos omnes fere ita affirmare, ego non exiſtimo eſſe ſordidiorem & craſſis crudiſque magis abundare ſecundum naturam, quin potius minus perturbatam & limpidiorem; quia etſi ſint voraces, habent tamen alvos laxiores, & diſcuſſionem per corpus totum longe majorem: quorum illud facit ut maxima pars craſſorum & incoctilium per alvum anticipet deſcendere: hoc, ut reliquum inſenſibiliter diſcutiatur, cum urina vero deſcendat non adeo multum. Hoc vero ita ſe habere, præter dictam rationem, cognovit experimento vel vulgus hominum, qui puerorum urinam & tenuiorem, & limpidiorem ad innumera opera requirunt. Hac igitur cauſa multo minus calculoſos eſſe evenit pueros quam alios omnes, atque revera in renibus tales ſunt: Verum habent quandam inſignem occaſionem colligendi calculos in veſica, ob quam aliis omnibus plures colligunt, ea eſt in languida expulſione. Nam expulſio renum eſt mere naturalis, & ob id in pueris eſt non minus vehemens quam in aliis ullis, Veſicæ vero expulſio à facultate animali plurimum pendet, Utimur enim ad mingendum muſculis abdominis, & præterea quodam magno qui à veſicæ cervice producitur per totum colem, multis fibris velut digitis utens, quaſi mulgens, ut uno perpetuóque impetu exeat urina: pueris vis animalis eſt debiliſſima, atque ideo minori impetu mingunt quam viri, quo fit ut eorum veſica nunquam mingendo perpurgetur, ſed ſemper fiat illis poſt mictum concretio, hærentibus urinę fęcibus circa ejus oſculum: non aliter atque concreſcere ſolent ſordes & arenæ in matulis, ac multo magis in vaſis anguſti orificii, cum non effunditur liquor magno impetu, ſed paulatim aut languide. Ideo, etſi puerorum urina ſordidior non ſit, magis tamen illis fit concretio in veſica poſt mictum, quia quicquid ſordium adeſt, ob languidum urinæ morum hæret; neque cum illa exit, ſed congeritur. In renibus non ita, hi enim, ut qui naturali expultrice, quæ io pueris eſt fortiſſima, expurgantur, facile ſe ab omnibus expediunt: accedit mollities partium & amplitudo viarum, ut ad proprii corporis magnitudinem. *Idem.*

§. 18. J. B.

§. 18. J. B. ſeptimeſtris Nutrici conductitiæ commiſſus fuit, quæ in lactis penuria *rec caſeo cum ſaburrabit*: hinc à ſecundo anno ad ſextum gravi dyſuria afflictus fuit: Quod v cæ lapidis ſigna adeſſent certiſſima; periſſimo Lithotomo D. Covilliard Delphinati; ditus fuit, à quo parvo apparatu ſectus fuit feliciſſime, atque eductus lapis ovi columb forma & magnitudine: Anno elapſo iidem recrudeſcunt dolores, iteratæque ſectioni, eodem Covillard inſtitutæ, exponitur, qui novem lapillos educit, quoſdam fabæ, alios magnitudine, ſed dehinc nunquam occalluit vulnus, perpetua comite ad mortem uſq quæ anno poſt contigit, urinæ incontinentia & calculorum excluſione.

Diſſectum cadaver exhibuit renem utrumq; in parenchymate & pelvi calculis infinitis ſitum; gallinæ ovatium dixiſſes: hi per ductum ureterum intra membranas veſicæ illa veſiculas efformabant, quibus diſruptis in ejus cavitatem decumbebant, & augmentum poſſebant.

S C H O L I A.

R*Ecenti caſeo infantem ſaburrabat*] Eodem tempore, ab eodem artifice lithotomiam expertus eſt *Dominus Buiſſon* Mercator Genevenſis, annos lx. prætergreſſus, atque ad annum lxxx. ſupervixit; Eductus lapis ovi anſerini magnitudine: Cujus quoque generatio nimio caſei eſui adſcripta eſt, nunquam enim offam comedebat quin inſtratæ & ſuperſtr eſſent caſei laminę. A quo deinceps prorſus abſtin recidivam nunquam paſſus eſt: argumento certiſſi in prædicto infante lapidum generationem caſei i geſtioni ortum debere, cum ejuſmodi morbus nu in tota familia *ſuſpectus* fuerit.

§. 19. Senex diu doluit circa regionem oſſis ſacri, cum urinæ ardore & mingendi diffic tate. Inventi in veſica quatuor lapides: Et circa regionem oſſis ſacri, ubi cava bifurcat abſceſſus magnus, &c. *Vide lib. 4. tit. de Oſſium & Artuum affectibus.*

§. 20. Juvenis continuam mejendi difficultatem paſſus, habuit duos inſignes in veſica ca culos, muco immerſos, a quibus veſica fuit attrita. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 21. Doctor *Franc. de Figueroa*, Medicus Hiſpalenſis, ad annos lxx. urinam cœpit emi tere veluti fuligine obductam, parum & ſæpe; & cum irritatione, crudelius mictus tempo torquebatur, cum vehementi ſimul egerendi cupidine; cum ardore & dolore urinæ; qu poſtea per aliquot dies delituerunt, cum incepit urina ſabuloſa acrius ad mejendum irrit re: nec ideo deſtitit occupationibus Medicinæ incumbere, cum en ſubito lenta febricu ſuboritur, acrior urinæ irritatio, inter meiendum acerrimi dolores, ſanguine in urina pe mixto; & dum mejere cupiebat, ſimul excernere alvi excrementa contendebat, cum in portuno & irrito teneſmo: Febris creſcit, ſitis & linguæ ſcabrities, cum urina nigra & ſ buloſa, ſubito & ad tempus pellucida. Hæc omnia erant Lapidis ſigna, angulis eminenti & punctis figurati, qui ubicunque veſicæ cum urina illideret, acerrimos dolores concitare ſordidis & corrodentibus ulceribus inductis, interdum inflammatis, ex quo febris & cæter ſymptomata etiam perſiſtebant. Sanguis interim à ſociis, febris & veſicæ inflammatione r more, mittebatur ex brachio & poſtea è talo, & ſyrupo de mucilaginibus & aqua malvarun leniebatur urinæ acrimonia: ut etiam ad extra fotu lactis communis, aut oleo violarum & nenufaris: ſyringa etiam per pudendi canalem, ſerum aut lac, cum ſaccharo etiam mitteba tur, aut ex emulſione ſeminis malvarum, mucilagine pſyllii, aut hordei decocto, cum ſucc portulacæ & ſaccharo: ſed omnia in irritum cedebant, nam tabe brevi conſumptus periit.

Poſtea vero inter artifices Chirurgiæ decreverunt, ut Veſicæ locus inſpiceretur, & it factum eſt, Et in illius alveo inventi ſunt duo lapides, inæquales & horridi, acutis eminenti obducti, ſubſtantia & colore ſubrubri, ſanguine defœdati: Veſicæ corpus erat, & facies interna, aphtis nigris & lividis corrupta, ut & permultis albis in circulo corroſa. Hæc enim comitantur accidentia in hac calculi ſorte quem canalis non capit. *Caldera Tribunalis Medic pag. 223.*

Observatio IX.

Mictio difficilis ob Calculos renum & veſicæ. 1. Ob Renes ulceratos, calculoſos, veſicam putridam. 2. Ob Renes exiles, Veſicam parvam. 3. Ob Renum putredinem & Lapidem in veſica. 4. Ob plures lapillos in Renibus, Grandem pituita obſitum in veſica. 5. Ob abſceſſus in Rene dextro, vitium ſiniſtri, Veſicam muco repletam. 6. Ob Renis dextri apoſtema, Veſicæ inflammationem. 7. Ob calculos Renes & ureteres obſtruentes; phlegma & calculos in veſica. 8.

§. 1. VIr 60. annor. ante annos duos, alias bene ſe habens, ex curſu vehementiore urinam reddebat cruentam. Vitio hoc correcto Dyſuria corripiebatur, ſæpius valde gravi, quæ etiam lithotomiam permittere coëgit. Die 1. Dec. 1674. Calculus auferebatur ovi magnitudinem habens, licet dum extraheretur confractus magna parte fuerit. Operatione hac peracta dolor in emiſſione urinæ Stranguriáq; gravis miſere adhuc ægrum affligebant, ſic ut

ic ut dies noctéſq; inquietus valde, atq; ſine ſomno ullo traduceret xii. antequam moreretur.

In aperto corpore Veſica occurrebat juglandis magnitudine, omni fere urina deſtituta. Calculum continebat exiguum, aſperum, imo materiæ purulentæ ſabuloſæ ingentem copiam. Intus non ſolum variis locis inflammata, verum etiam excoriata, imo ulcerata, Nec tantum veſica ſcatebat calculis, Ren uterque etiam quamplurimos exhibebat, aſt exiles omnes, quorum plurimi tactuis potius quam viſui occurrebant, rubicundi omnes. *G. Blaſius Obſervat. mod. 21. parte 6.*

§. 2. Sereniſſ. N. nauſea laborabat, vomitu, dolore ad ureteres cum mictu laborioſo ac ſtrangurioſo, cum urinis albis perſpicuis, tenuiſſimis: Renum uterque magnus, durus, colore livido; in dextro puſtulæ; in ſiniſtro ulcus cavum. In cavitate fragmenta, calculi, veſica putrida, &c. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 3. Quidam diuturna Stranguria divexatus Renes habuit parvos pallidos, nulla pinguedine munitos, Veſicam anguſtam. *Vide tit. de Ventris tumore.*

§. 4. *Paulus Beham* dum laboraret hoc morbo, tandem periit, Urinæ ejus erant albæ & impuræ.

Secto corpore invenimus lapidem in veſica, pendentem uncias duas & ſemis, & magnam Renum putredinem, præſertim ſiniſtri: fuit admodum Venereus.

SCHOLIA.

Fuit admodum Venereus] *Sennertus* præter ſeri expurgationem, Renes conferre ad ſeminis præparationem exiſtimat: A nimio autem Venereorum uſu malignas ſuccorum & partium putreſcentias induci tradit *Valleſius* comment. in Ægrot. 12. ſect. 3. lib. 3. Epidem. uſque eo ut citra ullam contagionem ſuboriri poſſit lues venerea.

§. 5. Die ſecunda Junii 1567. in cadavere *Caroli Tiercelin, Domini à Rupe du Mayne*, repertus eſt in veſica ingens calculus, circumdatus ingenti humiditate putri, purum pus repræſentante. Plures lapilli in Renibus, unus niger in folliculo fellis, ovalis, ſubaſper & parvus. *Ferrandus lib. de Nephritide, fol. 34.*

§. 6. Nic. Wolfii, Pauperculi & valetudinarii ſtudioſi claſſici, corpuſculum aperui, in quo renem dextrum ſiniſtro majorem duplo, rugoſum, mollem, flaccidum, & parte anteriore ſubnigrum reperi; qua per longum ſciſſa, intus abſceſſum pure mucoſo cruentóque, in quod tota renis ſubſtantia converſa fuerat, plenùm, abſque tamen ullo calculo vidi. Parte vero ejuſdem poſteriore, qua dorſo jungitur, integrior paulo tam ſubſtantia quam colore quidem ſpectabatur, attamen intus abſceſſum alium, ſimili materia refertum, licet minorem quam anterius fovebat. Siniſter & ipſe flaccidus quidem, intuſque magis concavus æquo, ſine ſordibus tamen, colore & mole naturali prædìtus: veſica lotio mucoſo, purulento, ſubcruento oppleta nihil quoque lapidis habuit, præterquam in colli initio, lapillum nigrum, fabæ vulgaris agreſtis magnitudine impactum inveni, de quo queri ſolebat, etiam ante anni ſpatium, quod micturiens (micturiebat autem ſingulis horis tam noctu quam interdiu, multúmque & frequenter bibebat, ſed nihil præter fontanam) admota virilibus manu, retrorſum pellere illum cogebatur. *Smetius Miſcellam. lib. 10. pag. 557.*

§. 7. Nob. ardore urinæ & mingendi difficultate laborabat, A renum calculo id prodire indicatum: Renis dextri ſubſtantia tota in pus craſſum & fœtidum erat converſa: Veſica ob inſignem inflammationem & exulcerationem contracta. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 8. Ill. Matrona, Lepra infecta (*de qua lib. 4. tit. de Aff. Ext.*) urinam paucam, crebro & cum difficultate emittebat. Renes calculis minimis, inſtar ſeminis ſinapi, nec non ureteres obſtructi erant. Pelvis & carunculæ laceræ erant. In veſica plurimi calculi, lapilli tres cum phlegmate.

OBSERVATIO X.

Mictio dolorifica & intercepta, à Rene uno calculis obſeſſo, Lapide membrana involuto ureteris oſtio affixo, Rene altero incolumi.

DO Tibi hiſtoriam infantis tabidi & nephritici, in cujus rene altero inſignem deprehendi lapidem, ſeu calculum. Infans eſt trimulus, ortum ducens à Patre nephriticis doloribus multum obnoxio: In ipſo jam puerperio mater ſenſit magna infantem vexari ſiti, inprimis autem noctu: Tormina à partu paſſus eſt ingentia, cum ſubſequente magna virium imbecillitate & inſequente diarrhoea, quæ quamdiu in hac miſeriarū valle degebat nunquam ceſſavit: dejecit autem ab initio ſeroſa bile mixta, ſub finem mere ſeroſa & albicantia inſtar lactis coagulati, albumini ovorum ſimilia, appetitus tamen nunquam proſternebatur, Annum agens dimidium incepit ambulare, incuria autem ancillæ factum eſt aliquando ut eccideret in ſpinam dorſi, quem caſum ancilla, formidine pœnæ, celavit quandiu potuit: tandem

tamen

tamen factum in apertum prodiit; dum infans, qui prius incedere poterat jam idem obi
renuebat: Malum quod evenit ancilla confitente, de vertebrarum, quæ ſunt lumboru
luxatione metuerunt Parentes, remediiſque decentibus, ligatione præſertim, hunc in
nem uſi ſunt; nihilominus tractu temporis infans hic *pedum* quaſi *paralyſi* laborare videb
tur: Caſum hunc in miſello hoc excepit octo ſeptimanas poſt febris, ut videbatur, ma
gna, ex qua vires quidem recepit, perſiſtente tamen toto ætatis tempore Atrophia qu
dam totius corporis, pedum maxime, & quamvis ſæpius ad ſe redire videbatur, præt
inflationem cutis nihilominus, qualis in hepaticis conſpici ſolet, haud quidquam ſuperera
Die veneris ante feſtum nativitatis Chriſti, motus inordinatos in hoc infante anima
vertentes Parentes, meam implorarunt opem; Vocatus vidi miſellum convulſion
bus torqueri, unde antepilepticis, iiſque quæ nervoſum genus demulcent, ſpiritibusqu
blandiuntur agendum eſſe cenſui: præſcripſi hunc in finem ſequentia. ℞. *aqu. acetoſ. flo*
trinitat. aa. ℥j. *antepilept. Verzaſc.* ℥ß. *cinnam. ten.* ʒj. *ſpir. ſulph. gtt. viij. pulv. Marchion.* ʒ
julep. roſat. ʒvj. *miſc.* ſumatur ſæpius in die cochlear. Potui autem ordinario miſcere ju
ſeq. pulveris particulam. ℞. *pulv. rad. pæon.* ʒjß. *Marchion.* ℈j. *ſacch. roſar. tabul.* ʒij! H
convulſiones ceſſare videbantur, verum enimvero ſefellerunt, octiduatim fere recurrer
tes: Ab hoc tempore obſervarunt Parentes urinam parcius fluere, ſummumque, quei
geſtibus patefacit infans ab hoc in mingendo ſufferri dolorem, quatuor ſeptimanis ant
obitum hujus in corpore adhuc exanthemata eruperunt, quæ ſubſequuta ſunt ulcera &
puſtulæ plures; hinc ſenſim corpus magis emaciari, convulſiones ingraveſcere, infantu
lumque uſque ad horam mortis comitari cœperunt.

Cadaver, licentia mihi à Parentibus facta, præſentibus aliquot Viris Præſtantiſſimis
aperui, eaque qua licuit diligentia luſtravi: In infimo ventre ventriculum deprehendi in
flatum, una cum inteſtinis: Hepar naturalis magnitudinis & mollitiei, præterquam quo
color aliquantulum, ſed parum ad p. n. acceſſerit: Veſicula fellis erat maxima & copioſ
bile diſtenta, Lien vero naturalis coloris & magnitudinis, neque ullatenus durus: Epiploo
vidi conſumptum: Meſenterium glandulis præditum albicantibus, mollibus iiſque pluri
mis: placuit aliquot ex iis incidere, ad videndum num quid ſit effluxurum viſcidi, ſe
nihil effluxit: Ren dexter naturalis erat, nihil in ſe continens alieni: In Rene autem ſi-
niſtro deprehendi materiam ſabuloſam, carunculis papillaribus incluſam, unde levi com
preſſione à me facta animadverterunt omnes areoulas copioſas ex iis expreſſas fuiſſe
Ante autem ipſum oſtium, ſeu ureterem, ecce calculus oblongus, acuminatus, ſilicis du-
ritiei, membranis tenaciter involutus, adeo ut lancetta eas ſeparare neceſſe habuerim:
Calculum hunc adhuc, tanquam quid rari, in ſcatula reconditum teneo: In veſica nihi
p. n. obſervare licuit: In ventre vero medio Pulmones putridi fuerunt & corrupti, absque
tamen materia purulenta: *Ex amica & benevola communicatione Clar. Dom. D. I. I. Harderi*
Medicinæ Doct. Baſilienſis & Philoſophiæ Profeſſoris.

SCHOLIA.

SI jam αἰτιολογίαν horum quo quomodo delineare velim, videntur à prima hujus infantis nativitate laboraſſe viſcera quæ αἱμαλῶος dicata, ~~, quæ χυλώσ~~: hæc quidem, quatenus munere concoctionis alimenti aſſumpti minus probe functa ſunt, Illa autem, quatenus chylum per lacteas adventantem in ſanguinem minus laudabilem converterunt & quaſi aſſarunt: Quicquid ſit, concoctionibus deficientibus, ſanguis generatus fuit in quo particulæ ſalinæ, acres & fixæ, ex alkali & acido mixtæ, prædominium tenebant; quibus proinde tractu temporis augmentatis, ſeque mutuo inter pugnantibus & effeveſcentibus febris ſecuta eſt, eaque ſi quid maligni acceſſit maligna: Eadem ſalia aculeata, in maſſa ſanguinea ſtagnantia, perque arterias ad inteſtina delata, cauſa fuere torminum & diarrhœæ; quatenus fibras nervoſas vellicantes, convulſionum, Et ſubſtantiam pulmonum laxam & ſpongioſam corrodendo, Phthiſis: Quod autem infans hic febri curata, nihilominus continua atrophia laboraverit, ad id dico mihi vix videri febrim hanc penitus fuiſſe ſublatam, ſed apparuiſſe tantum, fermentatione medicamentorum tunc temporis uſurpatorum ope cohibita & infracta: qua tamen particulis hiſce ſalinis vires ſuas reaſſumentibus, facile turſum incruduit, tandemque in hecticam degeneravit: potuiſſe autem vires ſuas reaſſumere, vel bilis copioſa, in veſicula fellis redundans reſtabatur, Scatentibus in miſello hoc corpore ſalibus hiſce, quin eas natura, onus hocce moleſtum ſibi eſſe ſentiens, conatu fuerit per arterias emulgentes ad renes deponere, ut poſtmodum cum reliquo ſero in veſicam exantlatæ, per eandem excernerentur dubium nullum eſt: Cum autem renes; ſive hæreditaria imbecillitate prædiſpoſiti, ſive diuturno huic labori ſufferendo inaſſueti eſſent impares, tandem ſuccubuerint, contigit ut hiſce ſalinis partibus reſtitantibus, fermento renum deficiente, vel corrupto & aceſcente, eæ tandem in calculum concreverint: quibus ſuccus nervoſus aceſcens (ſi talis detur) adjumento fuit: Calculus hic renum membranis tenuiſſimis implicitus, ſummo dolori anſam præbuit, atque præ oſtiis jacens, in cauſa fuit ut urina parciori quantitate redderetur, Rene dextro nihilominus ſano & incolumi, & ipſa veſica nihil ſabuloſa continente, quod aliquibus abſurdum videtur: Sunt qui per συμπάθειαν explicant, quod rene uno adhuc ſalvo nihilominus Iſchuria oriatur; verum ſi quod uno nervo affecto,

lter ejus affinis etiam conſtringatur, & quaſi convulſivi quippiam patiatur, unde poſtmodum pelvis & ureteres corrugantur, conſideremus, ad συμπαθείας non tam celeri videtur pergendum eſſe pede; Uti Celeberr. *Wepferus* in ſuis hac de re ad me datis meminit: Non ita pridem dyſenteriæ vidi ſupervenientem Iſchuriam, quæ autem medicamentis nervos demulcentibus, & humorum irritantium acredini ſubvenientibus ſtatim ceſſavit:

Materiæ huic ſalinæ, cui via ſic eſſet præcluſa ad veſicam, quis non videt, & neceſſarium fuiſſe ut ea in totum corpus regurgitaret, En febris & diarrhœæ feroſæ fomentum: quin eadem materia etiam ad articulos potuerit deferri, ibique inſultus arthriticos parere, extra controverſiam eſt, horumque exempla videre eſt apud τὸν πάνυ *Williſium*, in ſuo de Anim. Brutor. Tractatu: Pedum paralyſin quin caſus in ſpinam dorſi, propter nervorum compreſſionem augere potuerit, vix dubito: eam tamen maxime nephritidis pediſſequam eſſe conſtat ex authoribus; καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα Tu Vir Excell: omnia pro meliori & æquiori Tuo diſpone judicio, Vale. *Idem.*

Summum ſufferri dolorem &c.] Nempe nephriticum; Pueros autem calculo renum eſſe obnoxios, oſtendit *Ballonius* Epid. & Ephemer. l. 2. p. 245. eorumque laborantium ſigna tradit, exemplo puellæ quæ 11. febris die interiit; Vomebat, *ait*, frequenter, repertusque illi lapis in renibus: Cum vomunt ſæpe & contorquent corpus pueri, loco non conſiſtentes, de nephritide conjectura eſſe debet, & fomenta ad renes admovenda: In ſupradicto autem infante firmior fuit conjectura, ob interceptam mictionem & ejulatum accedentem dum eam redderet: Pueri revera ob ἀδδηφαγίαν & ingluviem veſicæ calculo magis ſunt obnoxii, minus iis qui in renibus gignuntur, quia eorum parenchyma mollius & laxius craſſamenta non retinet, ſed trajicit & elabi ſinit, ut congeſtionis occaſio non detur tam ampla ac in adultis.

Observatio XI.

Mictio difficilis ob acres humores vitio hepatis genitos. 1. Ob aneuriſma arteriæ vaſis urinariis ſubjacentis. 2. Ob meſenterii inſigne incrementum. 3. Ob ſcirrhum in Ileo inteſtino 4. Ob ulcus inteſtini recti ad collum uſque veſicæ extenſum. 5.

§. 1. ANno 1561. Sexagenarius quidam obeſus multos annos difficili Dyſuria laboravit: Variæ fuerunt ſententiæ de cauſa morbi, quam alii in veſica, alii in renibus collocabant, ſed exitus tandem oſtendit omnes illos eſſe deceptos:

Cum enim apoplexia mortuus eſſet, ſecto corpore nihil invenimus vitii, nec in veſica nec in renibus, ſed hepar duriuſculum: Ita ut manifeſte conſtaret illam urinæ difficultatem tantum ortam eſſe ex nimia acredine humorum defluentium ad veſicam: Urinæ ejus erant ſatis tinctæ & puræ. *Obſervatio Ioh. Heſſi Medici Norici.*

§. 2. Coquus quidam difficultate meiendi tenebatur, aliquando ſuppreſſio erat urinæ, Calculum in veſica aut aliquid ſimile ſuſpicabantur: per quædam intervalla malum repetebat: derepente interiit; Subitæ cladis cauſa reperta eſt aneuryſma ruptum; valde enim erat dilatata arteria quæ vaſis urinariis ſubjacet: Ac credibile dilatationem iſtam arteriæ difficilis mictionis cauſam fuiſſe. *Ballonius paradigm.* 26.

§. 3. Iſabellæ Roland meſenterium in inſignem molem increverat, præ qua veſicam premens & coarctans difficilem mictionem faciebat: *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 4. Mulier nephritica ſcirrhum habebat in Ileo inteſtino, ſupra renis regionem: hinc difficultatem urinæ paſſa eſt per multos annos: *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 5. In cadavere Dom. Cellarii (*Vide lib. 4. tit. de Vlceribus*) apparuit in inteſtino recto apertio inſignis: Veſica illi adhærens collo ſuo gangrænæ principia contraxerat.

Observatio XII.

Vrinæ ardor & micturitio frequens, ob humorem virulentum in thorace & cordis ſinu ſiniſtro incluſum. 1. Ob connexionem p. n. pericardii cum diaphragmate. 2.

§. 1. CIvis N. per menſem bis in die ante obitum, levi animi deliquio corripiebatur, cum modico urinæ ardore & incredibili meiendi deſiderio: Illi tota fere thoracis cavitas tenui, prærubro & fœtidiſſimo humore, nec non cordis ſiniſter ſinus opplebantur: &c. *Vide tit. de Syncope lib. 2.*

§. 2. Johanna N. ab incunabilis lotium ſine conatu reddere non potuit, Hujus difficultatis cauſam, connexionem p. n. pericardii cum diaphragmate fuiſſe credo: ad faciliorem enim excretionem excrementorum facere diaphragma certum eſt, anhelitu enim retento, diaphragma viſcera ſubdita deprimit, excrementaque propellit. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

Observatio XIII.

Stranguria ob duos calculos in emulgentibus, prope Renes flaccidos. 1. Dyſuria ob calculum veſicæ & ureterum. 2. Ob calculum ureteris initio objectum. 3. Ob calculos in ureteribus & Renibus. 4. Ob renum & ureterum corruptionem. 5. Ob Renem materiam purulentam

conti-

continentem. 6. Ob calculos in utroque Rene. 7. Ob vitium Renum nigricantium. 8. Renes purulentos, carcinoma veſicæ. 9.

§. 1. FIlius D. N. Brixiani novem annorum, bonæ complexionis, 1654. ægrotavit d bus 33. febre ardentiſſima,quæ ſpatio paucorum dierum conſumpſit omnem c nem, reduxirque puerum ad ſceleti maciem: Extremis diebus de ardore urinæ conq rebatur, ejuſque difficultate quam ſanus nunquam paſſus fuerat,licet ſiti continua arid ſine modo & medio tam vinum quam aquam puram lutulentamque & ſapone inquinat avidius hauſerit.

Demortui cadaver parentes, de incantamento dubitantes, aperiri juſſerunt: Inven batur Hepar immenſæ magnitudinis, prorſus ſanum, niſi quod in extremis partibus ef toſtum, nigrum & durum: Renes flaccidi nulliusque conſiſtentiæ: In venis emulgentib prope renes, reperti ſunt duo calculi, unus utrinque, nec tamen unquam in juvenili co porc urinæ mictionem impedieverant: Primus calculus æquabat pondus duorum aure rum Hiſpanicorum, $1\frac{1}{2}$ ungaros & ſex grana, Alter duos aureos, medium ungarum, e ceptis ſeptem granis. *Th. Bartholinus cent. 3. hiſtor. 34.*

§. 2. Anno 1666. 1. Januar. diſſecui cadaver viri 36. annorum, qui per 24. annos ſu mis cruciatibus,quoties urina excernenda,tentatus fuerat,Reperiebatur calculus in veſi urinaria ovi anatini magnitudine & forma: Ureter ſiniſter aliquot lapillos continebat, d giti latitudinem habens: Ren ſacci inſtar triplo major ſero diſtentus erat: Aſt ren dext carnoſus magis pure ſcatebat. *G. Blaſius obſerv. med. 23. part. 6.*

§. 3. Margareta Nicola infeſtata aliquandiu à dolore lumborum, incidit in crude calculi renalis tormentum, cum urinæ difficultate,&c. Diſſecto cadavere apparuit ren ſi niſter aqua & pluribus calculis infarctus,quorum maximus inſinuaverat ſe ſuo apice in ur teris principium. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 4. Celeb. *Sperling* dolore lumborum, concurrente mingendi difficultate ac tardit te vexatus fuit. Uterque ren repletus erat calculis innumeris: Ureteres à ſuo exortu u que ad valvulam arenularum copia diſtenti erant: *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 5. Nob. fœmina urinas ardentes & purulentas habuit: Renes cum ureteribus, u quo ad veſicam putredine erant corrupti: *Vide tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 6. Nobilis N. frequenter Dyſuria renumque doloribus torquebatur, pro calculoſ habitus: Inventus in mortuo Renum ſiniſter albus, materiam purulentam continens *Vide Tit. de Lumborum dolore.*

§. 7. Generoſus N. nephriticus Dyſuria moleſtiſſima afficiebatur: Sub renis ſiniſtı membrana calculus æquans ovum gallinaceum latebat: In utroque plures minores. *Vi tit. de Lumborum dolore.*

§. 8. Vir Cælebs urinæ laborabat difficultate: Renes utrinque nigricantes, intus ni hil monſtri alebant,dexter hepati per peritonæum adnatus: In pelvi ſiniſtri parum hære bat puris. *Vide tit. de Hypochondr. dolore.*

§. 9. Mercator (*de quo tit. de urina alieno loco excreta.*) lumborum dolore, urinæ acri monia &c. laboravit: Dextrum latus renis erat expers: ſiniſter pure ac ſteatomate in fectus; Sordidum carcinoma ambiebat meatum veſicæ urinariæ.

Observatio XIV.

Vrinæ difficultas ſequuta Thoracis hydropem & concretum in corde lapidem.

VIdimus in Doctore Arelatenſi Urinæ difficultatem, cum maximo renum dolore & *arenulis rubentibus*, cujus diſſecto cadavere Renes integri reperti ſunt,ſed in thorac hydrops & concretus in corde lapis, qua parte materiam in ſiniſtrum cordis ventriculum & inde ad renes ferri ſoliram probabile eſt, quæ eo itinere præ calore in arenulas con creſcebat: Sed & ſeri ex pulmone ingens copia in abdominis capacitatem penetraverat haud ſecus atque ſæpe cœcis ductibus ex abdominis capacitate in hydropicis redundat i thoracem. *Iacotius comment. ad aphor. 4. ſect. 2. lib. 6. Coac. Hippocr.*

SCHOLIA.

ARenulis rubentibus] Arenulas nonnunquam citra lithiaſin excerni oſtendit *Hollerius* Scholio ad cap. 48. lib. 1. de morbis internis. Cur multi, *ais*, arenas mingunt neque calculoſi ſunt, cauſa in promptu eſt, non enim coguntur niſi viſcido aliquo & crudo humore tanquam glutino, opus eſt tempore: Ubi igitur obſtructio à craſſis & viſcidis humc ribus, & acrior urina ac magis fæculenta,anguſtio res meatus, calore ſuperveniente à quacunque par te, ut hepate, corde, renibus, quod diu impactur fuit in meatu,induratur & lapideſcit,figuramque ac cipit à ſinu in quo eſt: Neque impedimento e

 quo

quod nonnulli reſpondent, ex calculo arenulas fieri, non contra, Cur enim qui generantur in veſica, in arenulas raro diſſolvuntur? Neque etiam ob id neceſſe eſt in calculo renum ſemper excerni arenulas cum urina: nam in multis diſſectis probarum contratium, qui calculoſi ſunt inventi, cum neque arenas meierent, neque laborarent urinæ difficultate, infoſſo calculo in ſubſtantia renum: *Archigenes & Philagrius* arenas reddi volunt, cum jam calculus è rene in veſicam deſcendit: Ejuſmodi arenularum, citra lithiaſin, generationis modum oſtendit *Ioubertus in provocatione à ſententia Brunonis Seidelii parad 3. decade 2. lit. T.* Annotatione, *inquit*, hic dignum videtur abſumptionem quæ uſtione fit, non eo uſque duntaxat progredi ut craſſamentum relinquat, quin etiam non raro in cineres prorſus humoris magnam portionem quandam redigat: atque id ſunt arenulæ quæ à febricitantibus non paucis (maxime morbo jam defunctis) copioſe cum urina minguntur, nulla vel præſente vel præterita etiam nephritide: ſero à venis omnibus, aut certe majoribus (ubi exuſtio humorum viguit) tabulum hoc rapiente: quod minus mirum videbitur iis qui bilem totam intra veſiculam propriam in lapides, alias numero paucos, alias numeroſiſſimos induratam aliquando viderint, apertis eorum corporibus quos febris ardens aut etiam diuturna rapuerat: Ego pluries iſtud obſervavi: *Hactenus Ioubertus*; Quomodo autem arenulæ à renibus provenientes ab illis diſtinguantur, proponit *Riverius* pract. lib. 14. cap. 1. Plurimos videre eſt, *ait*, qui tota vita multas arenulas cum urinis profundunt, neque tamen calculo laborant, Non raro enim arenulæ proveniunt ab humorum aduſtione, quæ in venis ac hepate fit, Et illæ vitri parietibus adhærent, nec in fundo ſubſident, ut illæ quæ à renibus proveniunt; præterea digitis contritæ diſſolvuntur, & ſalinam ſubſtantiam referunt: cum aliæ digitis non cedant & diſſolvi nullo modo valeant, Ac denique cum hujuſmodi arenulæ ſalinam habeant ſubſtantiam, in calida urina diſſolvuntur, neque ullo modo in ea apparent dum adhuc calida eſt: poſtquam vero refrixerit, coaleſcunt & matulæ parietibus adhærent; non ſecus ac cryſtalli Tartari, qui in aqua calente diſſoluti, dum illa refrigeratur, concreſcunt & vaſis parietibus adhærent, ita ut valde ſimilis ſit hujuſmodi arenularum & cryſtalli Tartari natura.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII.

SECTIO XXVI.

De Diabete, ſeu Vrinæ Profluvio.

OBSERVATIO I.

Diabete extincti Renes flaccidi & decolores inventi.

ANNO 1590. Filia Præſidis Hollandiæ 18. annorum, aliquot ante obitum annis Diabete laborarat, adeoque ſitibunda extiterat, ut unico die non raro urnas duas tresvé potus aſſumeret, nec minore quantitate urinam in dies reddebat.

Renes huic non abſumpti, verum flaccidiores ſolito, figura cineritia non impenſe rubra. *Petrus Pawius obſervat. Anatom.* 2.

SCHOLIA.

R*Enes flaccidiores ſolito &c.*] Vulgata ſententia de Diabetes cauſa *Clariſſimo Williſio* minime arridet, quod ſanguis ad Renes non attrahatur ſed motu cordis pellatur: Porro nec ſerum è ſanguine eos perluente hauriri, aut emulgeri, ſed partim percolatione, & partim fuſione quadam, ſive præcipitatione ſecerni videatur: Quapropter Diabeten ſanguinis potius & immediatius quam Renum affectionem eſſe, & originem ſuam inde ſumere credit, quatenus cruoris maſſa velut deliqueſcit & in ſeroſitatem copioſe nimis funditur: Quod equidem ex urinæ quantitate ita in immenſum aucta, quæ nonniſi à ſanguinis deliquio & conſumptione procedat, facile conſtat: Propterea item cruor reſiduus, ſero ejus ita ubertim abſcedente, multo craſſior & ad coagulandum aptior evadit, uti ex pulſu celeri & laborioſo arguere licebit: nam idcirco cor rapidius movetur, ut ſanguinem plus ſolito dum exagitat, à coagulatione præſervet: Porro ut hujus fluiditas, ob nimia ſeroſi laticis diſpendia periclitari apta, continuari poſſit, materies potulenta ſiti immani urgente copioſiſſime ingeritur, ac inſuper humores ſolidis partibus impacti à ſanguine reſorbentur, qui nimo ipſarum farcimenta in hujus reparationem deliqueſcunt, hinc ut morbo iſto laborantes plurimum ſitiant & brevi emarceſcant: Itaque ut Diabetis conjunctam cauſam & rationem formalem deſignet *Vir Excell.* opinatur ſanguinis craſin ita laxari, & quadantenus diſſolvi, ut particulæ aquoſæ a craſſitieribus contineri nequeant, quin illæ harum amplexibus cito elapſæ, & ſalinis imbutæ, per vias renum maxime patentes excurrant: Interim vero ad ſanguinem diluendum, & à coagulatione vindicandum, humores alii tum ab extra, tum intus in eum corripiuntur, atque præcordia magno uſque molimine in motum rapidiorem urgentur: Præterea tamen in cauſæ conjunctæ partem aliquam Renes quandoq; accedere cenſet *Vir Præclariſſimus*, utpote quorum

fermentum

fermentum ita nonnunquam vitiari ſolet, ut ſanguinem non ſalis lixivialis influxu in debita mixtione atque fluiditate contineat, proinde ut ſerum mera percolatione ab eo ſeparetur, ſed interdum accidit à Sale acido in renibus depoſito cruorem, dum eos pertranſit, velut à coagulo quodam, in ſeroſitatem copioſam, quæ mox per ureteres amandatur, præcipitari: Hinc obſervare eſt in pleriſque nephritidi obnoxiis, paroxyſmo ingruente urinam limpidam & copioſam reddi: cujus cauſa eſt, quod humor acidus per ductus nerveos illuc delatus, & dolorem excitans, imprimis ſanguinem renibus illabentem fundit, ſerique uberioris ab eo deceſſum producit. Interea non eſt ut dubitet præcipuam & maxime crebram Diabetis cauſam in ſanguinis diſſoluta nimis miſtione conſiſtere & laxa, quin etiam pari ratione διύρησιν minutam & debito parciorem, ſæpenumero à ſanguinis compage nimis ſtricta & velut obſerata pendere; *vide tit. de Iſchuria.*

Si vero inquiritur unde ſanguinis compages ita laxa & diſſoluta, inque ſeroſitates deliqueſcere apta evadat? Dicit hujus, ſicuti & lactis, fuſionem ex eo procedere, quod cum in maſſa ejus Sales diverſæ indolis conveniunt & aſſociantur, reliquæ particulæ Salinis (quæ eas ab invicem ſejungunt & in mixtione continent) liberatæ ſtatim in partes ſecedunt: Quod ſi amplius inquiratur unde nam Sales iſti, quorum privata combinatione Sanguinis miſtione ſolvi, ejusque fuſionem introduci ſupponimus, a veniant? non eſt pro illis deſignandis ut longe di quiratur, Etenim plane conſtat maſſæ ſanguin particulas ſalino fixas & volatiles naturaliter ſemp ineſſe: quibus ſi quando ſal acidus, ſeu fluore p titus, ſatis ubertim accedat, prædictam affectione facile excitabit: Hinc eſt quod vinum Rhenanum Pomaceum & liquores acidi epoti διύρησιν copioſio rem provocant; Propterea item in quibuſdam v letudinariis, quorum ſanguis ſale acido abunda medicamenta ſale fixo aut volatili prædita urina movere ſolent: Novit quendam vino Rhenano pr potu ordinario per 20. dies uſum, Diabeten incura bilem contraxiſſe, ex qua non obſtantibus Medico rum plurium conſiliis & remediis, intra menſem ir teribat: Meminit duas mulieres pathematis ſpaſmo dicis & hypochondriacis obnoxias, quibus ſubind magna urinæ profluvia cum languore & carnium intabeſcentia accidebant. Excell. *Th. Bartholinus* obſerv. Anat. 68. cent. 1. De ſe, calculoſa veſicæ diſ poſitione laborante, narrat poſt potum vini Rhena ni, redditam eſſe urinam vino epoto tam ſimilem ut pro vino ipſo potuerit propinari, per dies pluſcu los ſine ſedimento incorruptam permanentem: Cauſam quærit in Glandulis lacteis renibus vicinis.

Observatio II.

Diabetes à vitio Renis ſiniſtri magnæ molis, lapide obſeſſi exiguo: Dextri minimi & fere conſumpti.

Vidua Barnabæ Panthou ſæpe nephritica erat: aliquando è veſica detractus lapis: Tandem poſt multos dolores nephriticos doluit inguen ſiniſtrum, febricitavit, mox in imo ventre dolor erat intolerabilis, jactatio, vomitiones aſſiduæ, imo dolor ad pectus, variæ admodum erant ſpecies doloris: In ſiniſtro hypochondrio tumor apparebat magnus & durus, Quidam vere ſplenem intumuiſſe dicebant: Alii Renem, Febris maraſmodes, convulſiunculæ, frequentes lipothymiæ, Involuntarie profluebat urina: Species quædam erat Diabetæ, urinæ tenuiſſimæ, aliquando cruentæ, poſt multos dolores mors.

Aperto cadavere Ren ſiniſter inventus eſt lapide obſeſſus exiguo: Ren in magnam molem undique increverat, Adæquabat Renem bubulum magnitudine: Paulum ſanici in eo erat: Dexter adeo parvus erat ut fere reperiri non potuerit; Macruerat multum: Nunquid verum illud à Renibus febres Maraſmodes contingere? *Ballonius Ephem. & Epid. lib. 2. p. 152.*

SCHOLIA.

EA in hiſtoria mentionem fecimus de Diabete: meminimus tumorum & dolorum ventris, inguinum: incredibile eſt quanta ſymptomata afferat Ren male affectus: Ad eam hiſtoriam valet id quod diligenter annotavit *Arculanus* in caput de fluxu urinæ, inter ſigna, præſertim ſi ingens adeſt ſitis, & aqua quæ bibitur cito egrediatur, viſcera uri videntur, lumbi intumeſcunt, teſtes & coxæ: Et ſi mordens caliditas in viſceribus augeatur, venter ſuperior corrugatur & venæ in ipſo elevantur, univerſus habitus gracileſcit, & tabes accidit gravis: Revera latens erat Diabetes: Et quia mulieres non facile ſua detegunt, conſumpta eſt vi febris lentæ & exhauſtus omnis humor: Admirabile habet aliquid hic morbus. *Idem ibidem.*

Alii Renem &c.] Non improbabile cenſet *Clar. Willis* διύρησιν copioſam aliquatenus à Renum mala conformatione procedere, in quantum ſcil. horum tubuli lymphatici nimis ampli & patentes, ſeroſum laticem nimis prompte excipiunt, & ſine remora quavis celeriter tranſmittunt, propterea ut major ejus quantitas in urinam excurrat: Verum enimvero, ut tubulos hos quandoque, & præſertim in calculoſis, nimis patere concedatur, attamen proinde lotium cruentum potius quam copioſum excernendum dicit: Et revera mictionem ſanguineam à tali potiſſimum cauſa exoriri putat: Porro cum urina copioſa & cruenta ſimul exiſtit, ſanguinis dyſcraſiam cum mala Renum conformatione concurrere cenſet: *Quo modo præterea concurrat Renum vitium vide Scholia ad obſerv. 1.*

Convulſiunculæ] Non tantum ab aſſumptis, ſed ab humoribus intus productis *Diabetes* paſſim evenit: Obſervare eſt plurimos pathematis ſpaſmodicis obnoxios, ante vel poſt paroxyſmos, urinæ limpidæ copiam ingentem reddere, cujus certe cauſa eſt, quod ſanguinis & ſucci nervei recrementa (*de ſanguinis vitio vide Scholia ad obſerv. 1.*) in partibus ſolidis aggeſta, ſi quando in acorem degenera turgeſcant, & in ſanguinem refluant, fuſionem ejus,

& proinde urinæ profluvium inducunt : Quapropter cum talis urinæ profuſio conſtans & habitualis exiſtit, nihil veriſimilius dici poteſt, quam quod humores excrementitii, in partes ſolidas ablegari, indeque poſtquam acorem illinc contraxerint, in ſanguinem reverſi, hujus liquorem in ſeroſitatem nimiam fundunt, proindeq; perennem adeo & immenſam excretionem cient : In præcipuam vero hujus noxæ partem *Succum nerveum* merito referri cenſet *Vir Excell.* quippe hunc ſi quando à recta craſi deſciſcat, admodum malignum, aliiſque tum humoribus, tum partibus ſolidis infeſtum evadere alibi oſtendit; quapropter ab eo depravato etiam ſanguinis miſtio perverti maxime periclitatur : Ipſum vero *ſuccum nerveum* depravari arguere licebit, quoniam in Diabete ſpiritus animales plurimum oblangueſcunt & *nutritio* ſtatim omnis fruſtratur;

Porro quod ſententiam iſtam egregie confirmat, obſervaſſe ſe ait *Vir Præclar.* in pluribus huic morbo per intervalla obnoxiis, quod paulo antequam in urinæ profluvium inciderint, in toto corpore partium nervearum dolores vagos & corrugationes, modo cum ſtupore aut formicationis ſenſu, modo cum crebris *Spaſmis* ac tendinum ſubſultibus, aliiſque ſpirituum perturbationibus & inquietudinibus paterentur : Indicio ſane manifeſto liquorem fibras nerveas irrigantem, à craſi degenerem, & fæculentiis refertum ſpiritus irritare inque ἀταξίαν cogere : Dein poſtea cum ſucci nervei recrementa & ſuperfluitates, fluere oborto in maſſam ſanguineam exundantia Diabetem inferrent, prædicta ſymptomata ceſſabant, ſuccedente vero ſpirituum languore & virium concidentia. *Pharmac. Ration. p. 167. &c.*

Febricitavit] Quod laborantes febricitant & valde ſitiunt, ratio partim eſt quoniam humores & ſucci, quibus tum ſanguis tum ſolidæ partes & humectantur & refrigerantur, continuo per diureſin impendio plus nimis exhauriuntur, quare fauces arent & præcordia inſigniter æſtuant : & partim quoniam urgente naturæ inſtinctu cor & pulmones in motus rapidiores urgentur, ut ſanguis ſero diluente privatus, a coagulatione ſive concretione vindicari, ac in circulatione debita continuari poſſit. *Idem ibidem p. 171.*

Urina tenuiſſima] Hoc affectu laborantes multò plus mingunt quam bibunt, aut alimenti liquidi aſſumunt : Quod autem Authores potum aut parum aut nihil immutatum reddi aſſerunt, a vero longiſſime diſtat, quoniam urina in omnibus (quos unquam me noviſſime contigit, & credo ita in univerſis habere) tum à potu ingeſto, tum à quovis humore in corpore noſtro gigni ſolito plurimum differens, quaſi melle aut ſaccharo imbuta mire dulceſcebat : Prædicti erroris occaſio, ut opinor, fuit urinæ color, qui ſemper crudus & aquoſus, velot pica aut hydrope laborantium apparet : Explicatu vero arduum videtur quare ægrotantium urinæ adeo mire dulceſcunt, ſive ſaporem mellitum referunt, cum potius è contra, ſi juxta hypotheſin noſtram ſanguinis fuſio & (quæ propterea ſuccedit) urinæ profuſio ob ſalium combinationes accidat, certe liquor hic impregnatus potius ſalſus eſſet quam dulcis : Verum huic referre obvium eſt dicendo imprimis urinam ſapore ſalſo privari, in quantum plures ſales, qui diverſę ſunt indolis in ea combinantur, Nam hoc multiplici in Chymicis experimento conſtat, quod cum ſales, qui diverſæ ſunt indolis, uti fixus aut volatilis cum acido miſcentur, utriuſque acrimonia obtunditur aut amittitur : quare quod urina Diabete laborantium minime ſalſa ſit, non eſt quod miremur : Cur autem inſtar ſacchari aut mellis ea mire dulceſcat, nodus vindice dignus eſt : Hunc effectum ex eo quiſpiam oriri putaret, quod una cum ſanguinis ſero per renes excurrente, tum liquor recens nutritius, tum ſolidarum partium liquamina amandarentur : quare non improbabile videtur dulcedinem iſtam ex ſuccis hiſce opimis lotio permixtis conciliari : Verum enimvero ex miſtione iſta ſapor tantum lenis, at inſtar lactis aut juſculi carnium blande demulcens, ſed non mellitus excitabitur : quinimo ad hunc, qui non ſolum gratus, ſed quodammodo pungens eſt, ſpicula ſalina, una ac mucimina ſulphurea (prout alibi oſtendimus) concurrere debent : Quare prout ſaccharum & mel merito ad concretiones ſalino ſulphureas referimus, ita ſuſpicari fas ſit urinam in Diabete adeo dulceſcere, eo quod ſalibus in ſero combinatis particulæ quædam ſulphureæ ex colliquatione partium ſolidarum delibatæ accreſcunt. *Willis l.c.*

Observatio III.

Diabetes à calculis occultis in Renibus & Pulmonum eryſipelate.

In Nob. N. à febre ardente extincto, Pulmo niger & admodum tumidus repertus eſt: In utroque Rene duo magni calculi, Hic copioſiores juſto fundebat urinas, aquæ ſimillimas, ſitimque intolerabilem patiebatur, ut quæ nullo potu ſedari poterat. *Vide tit. de Febribus.*

Observatio IV.

Diabetes vitio veſicæ tumore σφακελώδη affectæ excitatus.

Multis *ementitus Diabetes : cauſam ad Renum affectionem referebant :* Mortuis contracta plane veſica reperta eſt, cum gangræna & tumore σφακελώδη in capacitate ipſius veſicæ : Quod notandum ne quis decipiatur. *Ballonius Epid. lib. 2. p. 157.*

Scholia.

Ementitus Diabetes] Diabetes in Legitimum & Spurium dividitur Legimus Excretio eſt rei potulentæ prorſus non mutatæ, in odore, colore & ſapore per vias lotii; Spurius, quem Arabes multitudinem urinæ appellarunt, eſt Excretio urinæ in tanta copia, quæ longe ſuperat quantitatem rei aſſumptæ humidæ.

Cauſam ad Renum affectionem referebant] Ex *Galeno 6.* de loc. aff. cap. 3. cauſa proxima & immediata calida eſt renum intemperies, ſerum à venis copioſiſſime elicientium, & ad veſicam transfundentium : quo fit ut venæ inanitæ ſerum ab Hepate trahant, hoc ab inteſtinis & ventriculo; unde ſitis continua exoritur, potusque immanis appetitus, qui ingeſtus protinus a dictis partibus abripitur, à cujus copia expultrice irritata & retentrice gravata, ſubita

ejuſdem

eiuſdem oritur excluſio: At hæc cauſa inſufficiens quibuſdam videtur, quod calida renum intemperies frequenter occurrat, non item Diabetes; cauſam vero ſtarunnt humorem acrem, aut ſalſum, parenchymati alte inſinuatum, à quo facultatis expultricis perennis fiat irritatio: non ſecus ac in cauſo vehemens urget ſitis, nullo potu placabilis, ab humore bilioſo tunicis ventriculi impacto, aut vaporibus ſalſis aut bilioſis à partibus vicinis ſuſcitatis & ventriculum impetentibus: Porrò, cùm bilis aliorumque humorum aduſtorum generatio hepati adſcribatur, veriſimile eſſe aiunt id eadem quoque intemperie affici, à quo in renes ii decumbunt, vitiumque hauriunt: Firmatur ſententia obſervatione *Ballonii* lib. 2. Epid. & Ephem. p. 158. *Mulieres inquit, & homines vinoſos, & colore ἰκτερώδεις vidimus quadam ſpecie Diabetis affectos: attulerunt ad nos urinas ſtillatitiæ roſarum aquæ ſimillimas, Ad ſtomachi indigeſtionem revocant quidam: Nos contra ad caliditatem ſummam & ſiccitatem quandam extremam Hepatis & Renum: Uxor mercatoris D. P. ſatis decuit, & ea eſt vinoſiſſima.* Celeris autem potus tra[n]ſitus qua talis per veſicam excernitur qualis fuit ha[u]ſtus; brevi interpoſita mora, rationem vix redde[re] qui longam & vulgatam viam per hepar, cor, arte[rias], emulgentes, renes, ureteres, veſicam propo[nunt]: Et quanquam compendioſiorem quæſie[rit] *Aquapendens* per hepar ex ventriculi venis gaſtrici[s] Et Pito Conringiusque, per Lienem, tamen ille i[n]venta circulatione *ſanguinis fine* ſuo excidit: [Hi] verò, præconceptas vias aperte demonſtrare n[e]queunt: Glandularum lactearum detectio brevio[]rem oſtendit viam, quarum, inter cæteros, uſus e[ſt] ſerum à chylo ſeparatum in adjacentes vel renes e[x]primere, vel emulgentes arterias, quibus ramos mi[t]tunt: Vide Excell. *Bartholinum* Tract. de ductu chylifero cap. 7. 8. & 9.

Observatio V.

Diabetes à rene uno lapide obſeſſo, & in ureteris initium implantato: altero minore reddito & collapſo.

J*Oh. Chalumeau* annos natus circiter 50. corpore ſqualido & viſceribus pari modo affecti[s] nephriticis ſymptomatis conflictatus eſt: dolor fixus, excretio nonnullorum lapidu[m] ex intervallis: Ren ſiniſter lapide angulos obtuſos habenre obſeſſus eſt, In ureteris prin[]cipium implantatus deprehenſus eſt poſt anatomen: febris concluſa, plus in receſſu quan[m] in fronte habens, aduſtio & ſqualor; Extimus habitus alſioſus: lingua ſquallida & horri[]dula, æſtus & ſitis, meiebat plus juſto, urina aquea plane, ſenſim extabuit, Diabete interiit Ren alter lapide non obſeſſus, Juſto minor erat & pene collapſus: In altero lapis præ[]dictus deprehenſus eſt, *Nullum commemorabile vitium quod ſub obtutum caderet. Ballon[i]u[s] Epid. & Eph. lib. 2. p. 183.*

Scholia.

N*Ullum commemorabile vitium &c.*] Morbus partium ſæpe τ῀ ὅλης ἰδίας eſt, & ſæpe ſitis eſt renum irritata facultate attractrice, Et hic morbus inexplicabilis eſt fere: Imo hepatis δυσκρασία & venarum, cum diſpoſitione humorum nitroſa & ſalſugi[n]oſa, facile communicatur renibus: Accedit quod ad partes laborantes facile ſeroſa excrementa depelluntur & confluunt. Quæſtio eſſe poteſt, Quomodo ren tam male affectus ſerum à ſanguine ſecernit? cur non ſanguinem ſanioſum & ſeroſum, aut ſerum ſanguinolentum præterlabi ſinit? Id pluribus explicandum foret: nam cum quatuor ſint in parte facultates ab elementis profectæ, una poteſt laborare integra altera, prout qualitas quæ eam facultatem juvat & fovet potius laborarit quàm alia: accedi[t] quod Ren, tanquam officilialis pars, peccaverit, u[t] quæ plus attraxerit quam oportuerit: tanquam pars privata non deſierit nutriri, unde facile & belle ſecrevit ſerum à ſanguine, Et cum ſanguis multum habuerit ſeri, ejusque nitroſi & mali; paucum laudabilis ſucci, non mirum ſi malum malo fuerit cumulatum: Imo ſæpe ren auctior eſt & major, ſed non commodo ægrorum: Idem enim contingit quod & iis quibus Lien major eſt: *Hippocr.* autem ſcripſit, Quibus Lien eſſloreſcit, iis corpus minuitur. *Idem.*

APPENDIX.

De viis per quas Potus nequaquam immutatus in Diabete legitimo excernitur.

IN Diabcte legitimo potum, qualis fuit aſſumptus breviſſima interpoſita mora per Lacteas reddi ſuſpicatur Excell. *Bartholinus tractatu de Hepate exauthorato*, Optatque quo hæc firmiori ſtent talo, ut diſſectionis adminiculo Lactearum cum Emulgentibus manifeſta communio confirmaretur: Communionemque aliquam intercedere illis qui facile in Diabeten incidunt non audet dubitare, ſi quidem vicinitas ſufficere non poſſit, cujus beneficio in corpore multæ fiunt μυλασπάσιᾳ, viis nobis, non Naturæ nec viventi corpori ignotis: Votum adimplevit novum inventum, de quo *Acta Londinenſia* anni 1667. *p. m. 93. Aliud inventum ſe nobis obtulit, non minus in medicina utile atque proficuum, Eſt vero Ductus Lactei, qui jam Ductus Thoracicus appellatur, cum vena Emulgente communicatio: Ecce vero experimenta quæ in eam nobis viam fecere: Dom.* Gayant *detecto Ductu Thoracico calamum illi immiſit, eoque calamo alligato in calamum*, Ductus thoracicus à calamo uſque ad venam ſubclaviam vento quidem repletus eſt. *Vide obſervat. de urinis p. n.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXVII.

De Vrinæ Incontinentia, & Per locum indecentem Excretione.

Observatio I.

Vrinæ per anum effluxus ob veſicæ carcinoma rectum inteſtinum penetrans. 1. *Ob ſphincterem veſicæ callo occluſum.* 2. *Ob ulcus veſicæ ad rectum inteſtinum pertingens.* 3. *Exitus per fiſſuram (pene deficiente & veſica) in quam ureteres inſerebantur.* 4. *Per anum, ob obſtructos renes à calculis, & urinæ in meſenterium tranſitum.* 5.

§. 1. MEdici æque loquuntur de externo ac interno cancro, at quis eorum fecit mentionem carcinomatis veſicæ urinariæ? Cujus ramen nobis oblatum fuir exemplum, non quo remedium quis exſpiſcerut malo inſanabili, verum ut conſtet non quodcunque veſicæ tormentum protinus vel calculo vel ulceri, quin potius nonnunquam deſpetaro huic cancro acceptum ferendum. Mercator Brabantinus, poſt exectum in pueritia calculum, nunquam deinceps lorium per colem, verum ſempet per anum reddidit, relicto ibidem loci, à ſectione, hiatu non minus in anum quam veſicam pervio, qua inordinata urinæ excretione, cætera ſanus, ad 40. ætatis ubi perveniſſet annum, incœpere ipſum affligere lumborum dolor, urinæ actimonia, perpetuus dejiciendi conatus, ac perennis prutitus in cole, è quo tamen vix arque ne vix quidem vel minima deinceps prodiit guttula, quibus incommodis, præ verecundia, integrum decennium clam habitis, imploravit tandem opem medicam, & quidem ſerio ſed ſero; Ecquid enim agcres malo jam penitius inſidente, quam ur poſſet radicitus exſtirpari? Urinam nunquam reddebat ſine inſigni doloris ſenſu, & quicquid ejus ab ano effluerer, id aut arenuliſ, aut membranis calculoſis ſemper fuit permixtum: brachia continuo erant tremula & vigiliæ indefatigabiles, cum febre lenra, anorexia ventriculi, ac tam pertinaci alimenrorum faſtidio, ut vel ſola eorundem mentio ſæpenumero nauſeam ipſi moverit: In quorum tamen omnium ſymptomatum concurſu, nihil ipſi ſuppetias tulit præter laudanum opiatum, ex cujus duobus duntaxat granis integrum interdum vixit triduum, ſine evidenti moleſtia, donec proſtatis jam viribus, ac corpore fame doloreque quaſi enecto, ab ipſius uſu conſultum videretur abſtinere, in prociuctu jam morte quæ miſerrimæ ipſius vitæ finem imponeret:

Aperto autem cadavere, vidimus dextrum latus renis expers: in ſiniſtro vero, eundem pure ac ſteatomate infectum: At potiſſima ærumnoſi hujus mali cauſa fuit ſordidum ac inæquale carcinoma, quod quoquoverſum ambiebat meatum illum, qui digiti latitudine deſcendebar à veſica urinaria in rectum inteſtinum, per quod annis plus minus decem, cum intolerabili doloris cruciatu, lorium profluxerat miſerrimo huic ægro: Cujus fortunam ne deinceps & alii ſubire cogantur ægroti, obnixe rogatos volumus lithoromos, ut quantum in manu ipſorum fuerit, omnem impendant operam quo in poſterum firmiter glutinentur vulnera ab ipſis præciſa. *N. Tulpius obſerv. lib. 4. cap. 37.*

§. 2. Vidi ſenem urinam omnem per podicem ſine inſigni moleſtia excernentem: in quo poſt morrem ductum urinarium, circa ſphincterem, ſcirrho occluſum eſſe reperi. *Fabr. Hildanus centur. 5. obſerv. 47.*

§. 3. David N. urinam per ſeceſſum reddidit, corpus veſicæ, circa collum, ulcuſculo excavatum erat, uſque in inteſtinum rectum. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 4. Anno 1656. uxor N. peperit iuſantem monſtroſum: hic ſeptem dies à partu gemebundus vixit, ſeptimaque die obiit: Hujus corporis partes omnes decenti ſtructura & conformatione donatæ fuiſſent, niſi naturæ inſignis aberratio in partibus hypogaſtrii fuiſſet

fuiſſet conſpicua : Scrotum parum ab ano diſtabat, ipſique erat fere contiguum : Sup ſcrotum apparebat carnea quædam ſubſtantia, quæ quandam penis ſpeciem præ ſe fer bat : nullum urethræ huic inerat veſtigium : Paulo ſupra hoc penis fragmentum fiſſ quædam ſemicircularis ſecundum latitudinem imi ventris apparebat : Ureteres, non veſicam, quæ nulla erat, ſed in ſciſſuram illam terminabantur, atque utrinqae per eoru orificia urina continuo & guttatim ſtillabat atque effluebat &c. *Cattierus Obſervationum*

§. 5, Puellus (*de quo tit. de Iſchuria*) poſt eductum è veſica lapidem, & iſchuriam decc dictum, urinæ guttas aliquot per anum reddebat : Aperto cadavere Renes calculis o ſeſſi reperti &c. Veſica omnino vacua & ſicca, nequaquam perforata : unde indaganc vias pet quas evacuebatur urina, obſervatum ſerum in venis meſenterii, illud in inteſti deponentibus.

Observatio II.

Mictio involuntaria ob ſpinalem medullam ſero perfuſam. 1. Ob relaxationem nervoru oſſis ſacri. 2. Ob Renem ſiniſtrum calculo exiguo obſeſſum, Dextrum in magnitudine e cedentem. 3. Ob Renem ſiniſtrum calculis obſeſſum, cum parvo in veſica. 4. Ob veſi inflammationem, Colli ejuſdem dilatationem & muſculorum reſolutionem. 5. Ob veſi duritiem, ſphincteris extenuationem, Paraſtatarum vitium. 6. Ob ampliationem uni ureterum, vitioſam alterius in veſicam ſcirrhoſam &c. inſertionem &c. 7. Ob ſphi cterem veſicæ relaxatum, madorem ſpinalis medullæ. 8. Ob corporis veſicæ vitium l vore ſe prodens. 9. Ob pus in collo veſicæ deliteſcens. 10. Ob lapillos in veſica. 11. O grandem lapidem collum veſicæ opplentem, Vteri inſignem obſtructionem. 12.

§. 1. Jac. *Reutinger* 14. diebus ante fatalem diem lectum permingere cœpit : Abſciſ poſt obitum medulla oblongata, prope orificium magnum, plurimum ſeri ex oſti illo proſiliit; ut non dubitarim totam quoque ſacram fiſtulam eo quoque repletam fuiſſ (ac proin nervos ad ſphincterem veſicæ abeuntes madefactos.) *Ioh. Iacobus Wepferus Exer cit. de Apoplexia hiſtor.* 4.

SCHOLIA.

CAuſa involuntarii urinæ effluvii, quod & vigilantibus & dormientibus accidit, eſt vitium ſphincteris veſicæ, qui relaxatus & imbecillis redditus eſt, ut ſeſe contrahere nequeat, & orificium veſicæ claudere, unde urinæ exitus fere ſemper patet, & invitis etiam ac neſcientibus effluit : Neque enim aliam urinam retinendi facultatem habet veſica, quam hunc orificio præpoſitum muſculum; qui id claudit, & urinam retinet donec ex arbitrio hominis laxetur : Hæc vero ſphincteris actio interdum læditur, & interdum ſtupore & paralyſi afficitur ut ſtimulum illum non ſentiat, & urinam non recte contineaut ſed profluere ſinat : Id quod accidit nervis, qui partim à ſexta conjugatione, partim ab iis transmittuntur qui poſtremi a ſpinali medulla originem trahunt, affectis, iiſque vel refrigeratis, vel obſtructis aut compreſſis : Solet tamen etiam urina interdum præter voluntatem reddi, cum abdominis muſculi valde convelluntur, ut urina ob eorum conſtrictionem, ventriſque compreſſionem ex veſica quaſi propellatur : Ob eandem fere cauſam interdum gravidis in ultimis menſibus urinæ incontinentia accidit, ut & iis qui tumorem habent ſupra veſicam, idque ideo proculdubio, quia muſculus veſicæ ab utero fœtu diſtento, vel tumore comprimitur & vellicatur : Ubi hoc occurrit dubium, quomodo ex eadem cauſa, & urinæ incontinentia & ſuppreſſio fieri poſſit : Scribit enim *Hippocr.* in Coacis, *Ex refrigeratione urinæ interceptio* peſſima : Verum ſciendum dum urina ex refrigeratione ſupprimitur, ſolum facultatem ſentientem affici, ita ut urinæ ſtimulum non percipiat : Si vero ſenſus non ſolum afficitur, ſed & facultas motrix ita impeditur ut muſculum contrahere non poſſit, fit involuntarium urinæ profluvium : Si vero per ſomnum ſaltem hoc fiat, per vigilias vero nil tale obſervetur, equidem & tum in muſculo illo veſicæ orificium claudente aliqua eſt imbecillitas, à frigida & humida intemperie proveniens, ſed non tanta ut homo ſi velit, urinam continere non poſſit : ideoque ad imbecillitatem ſomnus profundior accedat neceſſe eſt, & quaſi quædam negligentia, & homo per ſomnum ab urina ſtimulatus non cogitet lectum urinæ reddendæ locum commodum non eſſe. Ubi enim urinæ ea copia in veſica collecta eſt, quæ hominem ſeu copia ſeu qualitate ſtimulare ad excernendum poſſit, ſi homo profundius dormiat, & ad imaginationem irritationis ſenſus perveniat, facultas expultrix, niſi á ratione expulſio impediatur, ad expellendum inſurgit, & præcipue ſi ſphincter ſit debilis, urina profluit : Quo multum etiam facit conſuetudo, ob quam cauſam infantes noctu ſæpius lectum commingendo, huic intempeſtivæ mictioni quaſi aſſueſcunt, ut poſtea etiam adultis familiaris maneat : Nonnulli non ſolum labefactatam facultatem cauſam incontinentiæ urinæ ponunt, ſed coactam, (*vide infra* §. 3. 4. 10. 11. 12.) dum ſcilicet urina ſui copia vel impetu in muſculum veſicæ agat, eumque comprimat ſui gravitate, & ad apertionem quaſi cogat, quamvis voluntas non vocet ad illam, verum hæc cauſa commodius refertur ad objectum & nimiam ſtimulationem : Urina enim copioſa ideo ſtatim excernitur, quia facultatem expultricem irritat, neque accidit hoc ſine voluntatis imperio.
Sennertus Pract. lib. 3. parte 8. ſect. 2. cap. 1. & 6.

§. 2. Puellæ

§. 2. Puellæ paulo ante obitum urina involuntarie effluxit, quod nervi oſſis ſacri adeo claxati eſſent, ut ſphincter veſicæ officio amplius non fungeretur: *Fabritius Hildanus cent. 6. obſervat. 74.*

SCHOLIA.

Sphincter veſicæ &c.] Unicum hunc muſculum veſicæ aſſignat *Galenus*, Sed quæ ſecunda ejus membrana dicitur, craſſa & fibris carnoſis donata, ab *Aquapendente*, *Bartholino*, *Walæo*, muſculus conſtituitur, quia fibras habet perſpicue carnoſas, ad veſicæ initium inſertas; Ita ut quemadmodum muſculus circularis ille ſphincter dictus, veſicam conſtringit, ne involuntarie nobis urina effluat, ita hic muſculus ad excretionem urinæ facit, dum ſe contrahendo veſicam conſtringit.

§. 3. Vidua N. ſæpe nephritica erat, aliquando è veſica lapis detractus, Involuntarie profluebat urina, &c. Ren ſiniſter inventus eſt lapide obſeſſus exiguo, Dexter in magnam molem undique increverat, paulum ſaniei in eo erat. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 4. Illuſtr. Comes Th. Arundelius urinæ ſuppreſſione primo afflictus, eam aliquot diebus poſt retinere non potuit, quin eam pene quot momentis reddere coactus fuerit. In rene ſiniſtro calculus ſat magnus cum aliis minoribus repertus: In veſica lapillus parvus, &c. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 5. Anno 1587. obiit vir 54. annorum, qui ex caſu decubuerat ſine ullo ſenſu & motu ſex diebus, &c. Secto ejus cadavere, veſicæ urinariæ tunicæ, ob venarum ſummam inflammationem ita à ſe invicem ſeparatæ apparebant, ut mirati ſimus: ipſa autem veſica ſolito duplo quaſi major inventa eſt, ad cujus internos parietes ex venarum orificiis, ſanguinis copia reſeraris, vera quædam puris generatio conſpiciebatur, collo ejuſdem ita aperto ut digitum facile immitteres, & veram muſculorum veſicæ reſolutionem videres, Urina enim ægroto non ſentiente ante obitum prodibat, veſica tamen nihilo ſecius tota repleta. *I. Vdalr. Rumlerus obſerv. 4.*

§. 6. Marcellus Sacchettus, (*de quo lib. 2. tit. de Phthiſi*) ſtranguria, veſicæque paralyſi affectus, & utrarumque ſuperfluirarum excretu inconſulro: Paralyſis veſicæ ac depravatus mictus multiplices agnoſcebat cauſas, Tum vaſis duritiem oſtracodem, tum ſphincteris emarceſcentis inſignem maciem, tum, ſi *Bauhini* obſervationi credimus, Adenum paraſtatarum vitium. Potuit & citra hæc pareſis à ſuperioris nervi unius ſextæ conjugationis, & per hunc ſpinalis alterius reſolutione propagari: hæc autem à communi nervorum moventium vitio, cujus radix prima cerebelli languor, facile promoveri. *Severinus de abſceſſibus p. m. 274.*

§. 7. Non ita pridem cadaver puellæ octo annorum diſſecui, in quo dexter ureter magnitudine auricularem digitum adæquabat; ſiniſter vero non ad veſicam deſcendebat, ſed paulo infra emulgentem dextram venam cavam ingrediebatur: A quatuor ab hinc annis urina involuntarie effluxerat, quapropter veſica, cum inutilis eſſet, in ſe contracta & veluti in ſcirthum concreta fuit. *Fabr. Hildanus Epiſt. ad Horſtium, Tomo 1. p. m. 141.*

§. 8. Johanna N. variis morbis obſeſſa, caput habebat naturali majus, adeo ut cranium p. n. extenſum eſſet: Spinam dorſi, & nervos inde prodeuntes, madidos adeo ut ipſa oſſa flexilia eſſent: hinc ſphincter veſicæ relaxatus, ut per 4. annos urinam continere non potuerit, unde veſica, à vacatione officii, inanis & contracta. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 9. David N. poſt urinæ ſuppreſſionem eam abſque difficultate, ſed involuntarie reddidit. Corpus veſicæ, circa ipſius collum, lividum erat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 10. Rever. N. poſt quartanam tumor circa umbilicum obortus: Ventre circa umbilicum mortui inciſo copia puris fœtidiſſimi effluxit: In veſicæ collo coctum deliteſcebat pus album, quare nec urinam continere potuit aliquandiu. *Vide l. 4. tit. de Tumoribus.*

§. 11. Illuſtris N. primo urinæ ſuppreſſione hinc incontinentia per aliquot dies afflictus fuit: In veſica lapillus parvus, rotundus, læviſſimus repertus fuit. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 12. Nob. fœmina gravitatem circa pubem aſſiduam, & ſæpius involuntariam mictionem paſſa eſt. In veſicæ collo magnus & durus lapis aderat: Uterus ſolito grandior, impletus erat alba, dura & compacta materia. *Vide tit. de Hypogaſtrii dolore.*

ANATO-

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO XXVIII.
DE URINIS NON NATURALIBUS.

Observatio I.

Vrinæ decolores, tenues ob ventriculi vitium, Hepatis &c. 1. Ob calculum inſignem in veſica. 2. Vrina tenuiſſima, aliquando cruenta ob vitium Renum. 3. Ob carunculam juxta ſphincterem veſicæ. 4.

§. 1. IMPERATOR FERDINANDUS urinas Tenues emittebat, omni ſalſedine feri carentes: Ventriculi tunicas inſtar chartæ tenues habuit: humor melancholicus & bilioſus in ejus cavitate repertus: Pancreas erat nigrum durum, ut & Hepar, &c. *Vide tit. de Vomitu.*

SCHOLIA.

VRina eſt aquea ſive limpida, quando ob ventriculi indigeſtionem ſalinæ & ſulphureæ eſculentorum particulæ non rite ſubiguntur, nec minutim confractæ adeo volatilizantur, ut ſero diſſolutæ ei tincturam imprimant, quam per ſingulos tranſitus ſui anfractus ſecum referre poſſit: Etenim latex in urinam mutandus, quia per ductus valde ſecretos, & minime patentes, velut deſtillatione quadam urgetur, ideo colore & conſiſtentia, quæ in liquidis aſſumptis fuerant, omnino ſpoliatur, nihilque penitus, nil volatile è chymo (cujus vehiculum eſt) imbibit: Quare ſi ob ſummam cruditatem Sal, Sulphur, & alia contenta haud primo volatiliſantur in viſceribus, nec poſtea diſſolvuntur in vaſis, ut cum ſeroſo latice una iter faciant, ipſe demum fere omnibus denudatus, velut aqua limpida foras excernitur: Quod principiis activis tales urinæ fere careant, ſignum eſt quia diutiſſime à putrefactione immunes ſervantur: Hujuſmodi urina in puellis χλώρωσιν pleruinque denuntiat, in pleriſque cachexiam aut hydropem, in quibusvis ἀπεψίας & cruditatis indicium eſt: Quandoque in nephritide obnoxiis paroxyſmum ingruentem prænuntiat, ſcil. dum ſerum à ſucco lapideſcente in renibus coagulatur, ejus diſſoluta & contenta in materiam tartaream congelantur, ſuperſtitite tantum latice aquoſo: Qui tenue & aquoſum aliquandiu mingunt, qualicunque ægritudini ſunt obnoxii, ſæpiſſime adjuncta habent *reſpirationem difficilem*, & à motu crebram, atque circa regionem ventriculi *diſtenſionem*, & à paſtu velut intumeſcentiam: Prioris ratio omnino dependet à defectu πνευματώσεως in ſanguine, etenim quia liquor ejus particulis activis, (ſpiritus, ſulphuris ac ſalis) haud rite exaltatis plene inquinatur, ideo à fermento cordis non ſatis accenditur, quo ſtatim totus exſiliat, & velut in flammam prorumpat: quin ægre fermenteſcens, & in corde ſtagnare, aut magna ex parte reſidere aptus ipſum valde aggravat: quare ſi cruor ita diſpoſitus à motu citatiori in cordis ſinus ſolito plus urgetur, quia non ſponte rarefactus ſtatim totus egreditur, ideo magno pulmonum nixu & crebriori agitatione opus eſt, quo foras exantletur: Hujuſmodi cruditatem in ſanguine urinæ aquoſæ propterea ſignificant, quia ſiquidem à ſale & ſulphure tincturam fere nullam receperunt, indicio eſt eorum particulas in cruoris maſſa minus diſſolvi aut volatiles reddi: Quod ad *ventriculi inflationem* attinet (cujus item urinæ limpidæ ſunt effectus & ſignum) dico quod propter debitæ ζυμώσεως defectum, chylus minime in cremorem volatilem, verum (inſtar panis non fermentati) in maſſam gravem & ponderoſam faceſſit: quæ quidem tarde, & non ſine reſidentia viſcoſi phlegmatis è ſtomacho eliminatur: hinc ejus reliquiæ plicis & membranis ventriculi impactæ, poros & meatus quosvis obſtruunt, ut nihil evaporet, nec quod tenuius & ſpirituoſum eſt, per ductus ſecretos (uti fieri oportuit) protinus ſanguini convehatur: hinc flatus copioſe gignuntur, qui ventriculum continuo diſtendunt, ac ſupra debitam molem inflant: Etiam cum fæculentiæ iſtæ diu in ſtomacho relictæ ſale fixo abundant, in materiam modo acidam, modo vitriolicam, aut alius naturæ degenerat: Unde cardialgia, abſurdorum appetitus, ſæpe ardor cum ſiti immani; interdum vomitus atroces, aliaque ſymptomata valde infeſta oriuntur, quorum nonnulla licet calorem ſatis acrem intus latitare arguunt, tamen ob coctioris privationem taliter affecti ſæpe urinam crudam & aquoſam reddunt. *Willis de Urinis c. 4.*

§. 2. M. Hieremias per quinquennium urinam minxit aquæ fontanæ in ſubſtantia & colore ſimillimam, nullum dolorem percipiens, ſed cum continuo egerendi conatu &c. E veſicæ fundo eductus lapis uncias quinque cum dimidia ponderans. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 3. Vidua N. nephritica affecta erat ſpecie Diabetæ, urinæ tenuiſſimæ, aliquando cruentæ: Ren ſiniſter, qui in magnam molem undiq; increverat, lapide obſeſſus erat exiguo: Dexter parvus adeo ut fere reperiri non potuerit. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

QUæſtio eſt magni ad praxim momenti, *Utrum obſtructione Renum, eorumque vaſorum, per quæ urina effluere debet, urinæ tenuiores reddantur?* quam quæſtionem *Sennertus* ita decidit, ut exiſtimet. Urinam quidem in propria ſubſtantia, propter obſtructionem non reddi tenuiorem, ſed ſaltem ratione craſſiorum humorum qui urinæ admixti ſunt, &, ut diſtincte *Saxonia* loquitur, qui *urina jam genita* in corpore permiſcentur: Verba autem *Sennerti* hæc ſunt; (de urinis cap. 4.) *Sciendum urinas duobus modis tenues dici poſſe, 1. cum illam quam naturaliter ex coctione & permiſtione humoris ſeroſi habere debent, craſſitiem non habent; deinde cum craſſos humores, à quibus craſſiores reddi ſolent, admiſtos non habent: Poſteriori autem ſolum modo, cum humores ſcil. craſſi permiſcentur, ex obſtructione poteſt fieri urina tenuior: Tales enim humores cum non ſint exacte liquori permiſti, ſed cum eo ſaltem confuſi, facile in anguſtis viis hærere poſſunt, ſicut videmus colatura lixivium impurum, aut vinum, aut alium liquorem reddi clariorem: Prior vero tenuitas, quæ ipſi ex propria ſubſtantia competit, colatura & obſtructione viarum illi accidere non poteſt, ſicut nec vino, nec lixivio, aut ulli liquori naturali craſſities colatura adimitur.* Ac huic ſententiæ experientiam refragari obſervavi: Nam in manifeſta renum obſtructione, nullo Jecoris vitio, cui urinæ tenuitas adſcribi poſſit, urinam tenuem prodire non ſemel vidi, & quin idem aliis medicinam facientibus accidat, nullus dubito: Quare ut pace tanti viri liceat nobis in hujus rei veritatem inquirere, illud primum conſtat: Colatione rebus non tam tenuitatem quam claritatem conciliari: Neque illud omnino negamus, quod pro ſententiæ ſuæ fundamento ponit *Sennertus, Res quæ exacte miſta ſunt, colatione* facile *tenues fieri non poſſe:* Hoc vero, quod Renes ſolam urinæ præſtent colaturam, & quidem talem qualis eſt in rebus externis, ne ipſe quidem *Sennertus* concedi ſibi poſtulabit: Nam ut ea non jam attingam quæ de ſeri in renibus coctione propoſuimus, id ſaltem nemo negaverit ſerum, dum ita renes translabitur, caloris in renibus actionem non poſſe non experiri; actio enim naturalis ceſſare non poteſt, ut colligitur ex *Averroë* 8. de Anim. comm. 5. Quod ſi ergo in decoctis pharmaceuticis experimur, quæ ſæpe multa coctione exacte ſatis miſta ſunt, ex iterata ſæpius colatura, non tantum clariora, ſed & vere tenuiora reddi, nec craſſiora tantum deponere, ſed & tenuiora, (ut vires eorum deperditæ manifeſte arguunt) quanto id magis fieri in ſero exiſtimandum eſt, quod per renes exactius ſæpe tranſcolatur quam per manicam *Hippocratis* fieri poſſit, calore interim renum jugiter cooperante, & dum ſerum ſecundum minima colando dividitur, craſſiora carpente, idque in obſtructione, in qua calor ille acrior exiſtit: Nam quemadmodum calor blandus omnes humidi partes quaſi & qualiter fovendo in ſe unit, atque ita incraſſat: ita calor acris, & tanquam cum aculeis augens, partes quaſi diſcerpit, ac craſſiora à tenuibus divellit, quæ obſtructione retentæ tenuiores effluere ſinunt: Neque id de iis tantum accipiendum eſt, quæ urinæ jam elaboratæ in corpore admixta ſunt, ut vult *Sennertus*, ſed & quæ in generatione ipſi incorporata fuere, etiam ſal ipſum, quod *Sennertus* ſero conſiſtentiam largiri ſtatuit: Cùm enim ex eo quoque Renes nutriantur, ut à nobis oſtenſum, quis non videt in obſtructione, in qua calor aſperior evadit, & inæqualis, naturam hoc condimento abuti ad cibum poſſe, unde deinde magni morbi oriantur, quorum male præſaga eſt ejuſmodi Urina Tenuis: Sed hæc ita manifeſta ſunt ut ſupervacaneum ſit plane ea quæ *Sennertus* pro ſententiæ ſuæ confirmatione adducit, convellere, Nam quod *vinum craſſum vel lixivium clarum & depuratum, ſed craſſum, decies vel ſæpius colatum nihil tenuius effici* ſcribit (quanquam hoc alii in dubium vocent) tamen nemo non agnoſcit quam hæc longo invicem diſtent intervallo: Nam neque ſerum tam exacte elaboratum eſt in venis, antequam ad renes effluat, ut non ex miſcella iſta adhuc rudi & male terminata natura nullo negotio multum decerpat, & calor etiam in renibus obſtructis prædatorius eſt valde: Imo lixivia quævis levi occaſione præcipitare ſalem, aut etiam coagulare, omnes novimus, & in lixivio tartari, cui ſpiritus vitrioli aſperſus fuerit, id valde conſpicuum eſt: an tale quid etiam in renibus à ſpiritu præcipitante, vel etiam coagulante fieri poteſt, unde ſerum ſale ſuo fraudatum, tenue deveniat & aqueum? Nemo opinor, temeritatem accuſabit noſtram, quod tanti viri opinionem in dubium vocare voluerimus, poſtquam de veritate conſtiterit: Vel ipſe propria experientia didici, quam ſit res ad errorem valida, Authoritas, quæ tanta eſt, ut ſublata omni ulteriore inquiſitione tanquam ſupervacua, rationem quaſi captivam ducat:

Atque ita a Renibus obſtructis. *urinæ Tenues,* ſive illa obſtructio ſit ab arenis & cineribus ſeri, ſive à viſcoſitate, ſive etiam quod ureteris caput calculo obſeratur: Minus *Tenuis* eſt illa quæ ab ureteribus à craſſa & glutinoſa pituita obſtructis oritur, ſi videlicet renes obſtructi non ſint, quia in his ſero ex propria ſubſtantia vix quicquam adimitur, ſed illud ſaltem, quicquid ſero ex humoribus admixtum, vel potius confuſum fuerit: In his enim demum illa, (quam *Sennertus* ita urget) colatura locum habere videtur: Ita etiam ſi in veſica ſit obſtructio, vel calculus cervici veſicæ impactus ſit, tum enim vel nihil exit, vel liquor ſolus & tenuior, abraſis videl. craſſioribus, quæ cum liquore præterlabi ſolent: Quanquam & alia cauſa urinæ Tenuis in veſica eſſe poſſit, quam *Sennertus* alibi ex *Hippocr.* adducit, *nimirum quia ſeroſum illud, ſalſum, & ut Hippocr. nominat θολωδέστατον, turbidiſſimum & tartareum, ut recentiores appellant, concreſcit, & in lapidem coagulatur, reliquum aquoſum, & quod coagulari & concreſcere non poteſt, effluit, unde urinæ fiunt aqueæ:* Ecce quomodo *Sennertus* nobis habemus ſuffragantem, contra *Sennertum.*

Hac ratione fit *Tenuis* ex obſtructione partium, in quibus ſerum magis colatur quam coquitur: In quibus autem magis coquitur quam colatur, etiam Tenuior, ut in jecore & meſenterio: Nam in Jecore, quod ex obſtructione plerumque indureſcit, & calorem acquirit ſiccum, ſerum non æqualiter incraſſatur, ſed extenuatur ob calorem aſperantem & divellentem, non unientem, ut diximus: In Meſenterio vero, quia oſtiola venarum meſaraicarum chylum ſugentium oppilata ſunt, jecur tenuiorem ſolum trahit inſufficientem nutritioni, & in flatus vertibilem, unde punctiones & extenuatio corporis: urina vero *Tenuiſſima*, ob primæ incraſſationis defectum: Et per hæc etiam tenuitas hujus urinæ accurate diſtinguitur ab illa quæ eſt à renibus: Nam ſi corpus bene nutriatur, urinæ tenuitas non erit ex obſtructione Jecoris, quia *cum corpus nutritur, Iecur bene habet,* inquit *Cardanus* in *Hippocr.* de Alimento

lect.

lect. 43. ſed vel renum vel ureterum: Sin male, ut in macie & habitu hectico, palam eſt à vitio Jecoris fieri, nam & in ſenibus, quod urinæ ſint tenuiores, id propter jecoris ſenilitatem potiſſimum evenit: quod ſi etiã punctiones adſint, meſenterii obſtructio in cauſa eſt. His non male addideris coloris differentias, Nam ita etiam *Ioh. Rhenanus* Ourocrit. c. 4. *Citrina diaphana pallida, ſignificat oppilationem ſtomachi, citrina diaphana, meſaraicarum, Rubea obſtructionem Hepatis, Crocea Renum*, quæ hypotheſi nostræ per omnia conſentiunt. *Henr. Martinius Anat. urina cap. 7.*

§. 4. Joh. N. Urinæ ſtillicidio diuturno permadebat, limpidiſſimam urinam, abſque ulla ſorde emittebat, ob carunculam intra muſculum ſphincterem Veſicæ enatam, ut cadaveris apertio teſtabatur. *Vide tit. de mictione difficili, &c.*

Observatio II.

Vrina rubra & ignea ab inflammatione Iecoris in ſphacelum abeunte. 1. Ab inflammatione cum ulcere. 2. 3.

§. 1. Famulus N. per annum dolore hypochondrii dextri conficiebatur, Urinam tenuem reddens, ſed ſupra modum tinctam & igneam, ut vinum rubrum ac diaphanum videretur; Hepar repertum durum, magnum, albicans circa ſtomachum: gibba parte prope coſtas nothas, nigrum, exuſtum ac plumbeum, in eſthiomenum mutatum. *Vide tit. de Febribus. lib. 4.*

Scholia.

Urinam tenuem & igneam] Ob ſpiritus præternaturales & igneos, qui à caloris febrilis in corpore dominantis incendio Urinæ permiſcentur, eámque inflammant, unde Urina fit *ardens & ſcintillans*, quæ tamen non multo poſt extinguitur, ſpiritibus videlicet evaneſcentibus, & reliqua urina turbata, idque nunc citius nunc tardius: Tardius quidem, quod in urina adhuc ſit aliquis fomes flammam alens, & hæc urina earenus caloris quidem in corpore dominium, ſed cum lucta, propter fomitem reſtibilem in venis indicat; Citius, quod deficiente in urina fomite, qui flammam ſuſtinebat, calor cum ſpiritu tenues vaneſcat in auras: & hæc fomitem etiam morbi jam conſumptum, adeóque plenam naturæ victoriam nuntiat, quæ etiam priori fere ardentior exiſtit, quod ſpiritus ignei & febriles ſoluti jam & hoſpitium cedentes, copioſe una cum urina exeant, quam tamen omnium citiſſime fugitivi deſerunt: Quod ſi vero non cito ejuſmodi urina turbetur, ſed diutius talis maneat, nunc Naturæ luctam, nunc prælium, ſubducta videlicet ratione: ſemper autem ambiguam victoriam, propter morbi copioſum fomitem deſignat. *Henr. Martinius Anat. on urina cap. v.* Urinam flammeam a flavæ bilis portione tenuiori deducit *Willis* Tract. de urinis cap. 4. Urina flammea, *ait*, instar ſpiritus nitri cum fulgore rutilat; hæc autem ſæpiſſime in febre tertiana intermittente reperitur. Oritur hic color à portione flavæ bilis tenuioris, ſero dum in motu eſt, commixtæ: quippe in hac febre adeſt ſanguinis acris & calida intemperies, quæ humores quoſvis adurit & torrefacit, ideóque bilem copioſe gignit. Hæc autem, licet maxima ex parte ductibus & vaſis bilariis à cruoris maſſa ſecernitur, cum tamen abundat particulæ quædam ſanguinis & humorum retorrida & aduſtæ, ſeroſo latici incoctę ei flavedinem ſaturatam impertiunt: Hęc urina tenuis eſt & coruſcans, eo quod in hoc morbo cõtinua fere diaphoreſis ſucci nutritii recrementa, & craſſiores qualvis ſeri partes ad circumferentiam corporis protrudat.

§. 2. Mulieri dolor in Hypochondrio dextro, cum febre, urina Rubicunda, &c. In Jecoris convexa parte magnum erat ulcus, ab inflammatione ſuperſtes. *Vide tit. de Hypochond. Tumore.*

§. 3. Vir melancholicus urinas mingebat bilioſas ſaturate, more febrientium. Jecur illius totum ſcirrboſum repertum ac tuberoſum. *Vide tit. de Scorbuto.*

Observatio III.

Vrina rubra & fœtens reddita, ob hydrope pectoris ſiniſtro latere, ſimili ſero referti.

Hydropem pectoris adeo familiarem eſſe, ac ſæpiſſime in defunctis cadaveribus reperiri, raro tamen à medicinam exercentibus deprehendi, mirum eſt; Cauſa eſt vel eorum incuria, vel morbi obſcuritas ob ſymptomatum varietatem & *ὁμοιοθυίαν* cum aliis affectibus, XXI. Auguſti anni 1678. oblatum eſt mihi cadaver viri cœlibis, ab incunabilis notiſſimi, cui nomen Joannes Meſtral, genio, tabaci fumo indulgentis, præſertim mero: Vox illi a natura rauca & clangoſa, exſpiratio tamen adeo valida ut foco aſſidens, follium defectum

fficaciſſime ſuppleret, ac ad quatuor, imo quinque pedum diſtantiam, flammam latentem xciraret: In ſuprema colli parte, ad laryngis latera, eminebat utrinque tumor, nucis myiſticæ magnitudine, qui neque ſtrumarum neque bronchoceles naturam ſapiebat: Sexaeſimum annum circiter prætergreſſus, poſt multas de inappetentia querelas, meraci z tabaci fumo adſcribendas, lecto ſe tradidit, omnem cibum reſpuens, imo juſcula, olo vino ſe ſuſtentans, quod ex arundine pitiſſavit per menſis ſpatium, hinc octiduo nte obitum, ex infundibulo (cujus uſus hic loci ad pavimentum irrorandum, quod fili inſtar quam tranſmittit) alias ſuffocatio impendebat ſi uberius influeret, hinc ad maraſmum corous deductum, ſceleton omnino referens: Dubius ideo an cadaver eſſet diſſecandum, quod nihil præter viſcerum marcorem deprehendi poſſe veriſimile eſſet: adde quod tanta :opia pediculorum univerſum caput imo & faciem obſediſſet, ut metus eſſet ne tranſilirent n adſtantes, Nihilominus inſignis illa deglutiendi difficultas, & vocis omnimoda ablatio octiduo ante obitum, impulit me ad cadaveris reſerationem, ratum me in œſophago vel circumſitis partibus aliquid deprehenſurum quod dictis affectibus occaſionem præbuiſſet, nec fefellit eventus.

Diſſecto abdomine, 1°. ſe obtulit Omentum bene conſtitutum & adipe mediocriter (quod mirum) obſitum, ad pubem uſque demiſſum, 2. Veſica urinaria maxima & tumida, regionis ſuæ prætergrediebatur limites, umbilicum pene attingens, quæ diſciſſa lotium copioſum, rubicundum & loturæ carnium aſſimile (quale menſis ſpatio ante obitum excluſit) & fortidiſſimum reddidit. 3. Jecur magditudinem naturalem excedebat. In concava parte, circa portas, lobus aderat, ovi gallinacei magnitudinem æquans, inſtar pomi protuberans; Ibidem, ubi craſſiſſimum eſt, lividum & nigricans exterius, quamvis diſciſſum nihil præter naturale exhibuerit: Veſica fellis magna erat, viridis coloris, quæ aperta non fuit: 4. Lien inveſtigandus fuit, qui in occulto jacebat inter inteſtinorum anfractus, tandem maſſa rotunda ſe obtulit, adipe ſuffuſa, intra ſinum ſuum Lienem, renis figuram referentem, conglobatum, magnum, farcimini ex ſanguine nigro intus perſimilem: Membranam adipoſam, renes abſcondentem, maſſa ea referebat. 5. Ren ſiniſter altero fere duplo major. 6. Ventriculus & inteſtina ob prægreſſam inediam inania. In Thorace. 7. Pulmones ampli, magni, magnis ſulcis exarati, quos à ſuperjacentibus coſtis impreſſos dixiſſes, ſi earum ductum ſequuti eſſent: maculis lividis, viridibus, variegati, circa dorſum nigri quaſi ab inflammatione prægreſſa; intus aridi, marcidi, exſucci ad lobum dextrum inferiore parte valida membrana pleura connexi. 8. In ſiniſtra thoracis parte *copioſum ſerum* cruentum, fœtidum, ab emiſſo lotio nihil diſcrepans fluitabat. 9. Pericardium adipe candido obvolutum. Vaſa coronaria cor (quod naturale ſed flaccidum) cingentia atro ſucco tumebant: Deglutitionis autem ablatæ cauſam inquirendo, eam in amygdalis ſeu tonſillis reperimus, quæ avulſæ ſiliceæ duritiei, cum inæqualitate inventæ ſunt, ſiniſtra præſertim; ea inciſa ſubſtantiam albidam oſſeam, membrana involutam, majoris fabæ magnitudine oſtendit: dextra minus dura erat.

SCHOLIA.

C*Opioſum ſerum cruentum, ab emiſſo lotio nihil diſcrepans*] De hydrope pectoris multa tit. de Reſpiratione læſa libr. 2. Hic vero mirari ſubit cur libera fuerit, cum pulmones naturalibus majores; ſiniſtra thoracis pars ſero occupata? An quia dextra libera, Pulmones exſucci, facultati motrici non renitentes? Id vero quoque mitum hydrope pectoris laborantes libere lotium effundere, contra ac aſciticos, quibus fere ſupprimitur: Lotium autem cruentum an à thorace prodiit, ea via ſe exonerante natura, interim dum novum in eam cavitatem influebat? An genuiti portio in id latus derivabatur, altera ad renes profluebat? Revera coloris identitas, & fœtor utrobique comes, id innuere videntur.

OBSERVATIO IV.

Vrinæ rubicundæ Scorbuticorum pendent à ſecretione bilis impedita, ob vitium Iecoris vel Cyſtis felleæ.

CUm plurium è Scorbuto defunctorum cadavera diſſecui, quibus urina rubicunda extiterat, obſervavi Hepar aut Cyſtim felleam in culpa fuiſſe. In nonnullis fuit Hepar omnino

omnino exſangue & exſuccum, inſtar uberis vaccini: In aliis veſica bilaria erat vacua inanis: In aliis lapidibus obſita, In aliis amurca minime amateſcente repleta, In omnil viſcera hæc taliter affecta ut ſecretio bilis impediretur. *Willis Tract. de Scorbuto cap.4.*

SCHOLIA.

IN Scorbuto diuturno Urinæ liquor ſæpe intenſe rubeſcit, ut non magis in febre ardente: Talis ſi evaporetur, aut deſtillationi ſubjiciatur, ſalis copiam ingentem cum fęce limoſa exhibet; quare ſaturatam hanc rubedinem à Sale potiſſimum oriri hoc experimento conſtare videtur, quippe in Scorbuticis particulæ ſalinæ, quæ volatili ſari, adeóq; conſtanti diapnoe foras exhalati debuerant, fixiores evadunt, atque ab effluxu cohibitæ uberius in corpore affecto congeruntur, ac deinde continuo reſolvitur, & ab hac diverſimoda coagulatione & reſolutione, admiranda hujus morbi ſymptomata excitantur: Etiam à corpuſculis ſalinis cum faculentiis tartareis ubertim reſolutis, & ſero dilutis, urinæ intenſa rubedine ſaturantur, cui ſæpiſſime accedunt in hoc affectu inveterato hepatis ac veſicæ felleæ vitia: cum enim hęc viſcera, aut obſtructa, aut aliter depravata, munere ſuo pro ſecernendis aduſtis ſanguinis particulis minus defunguntur, eędem in cruore plenius congeſtæ ſeroſo latice diſſolvuntur, ipſumque lixiviali tinctura adhuc magis inficiunt, Et ſi particulæ aduſti ſulphuris cæteris ſalis fixi & ſcorbutici præpollent, ſimul Icterus flavus Scorbuto accedit, & urina croceam tincturam linteis affigit. Sin iſtis minores ſunt & particulæ ſalinæ præcellunt, producitur affectus tantum Scorbuticus, in quo urina intenſe rubicunda eſt, nec tamen lintcamina tingit: Rem ita ſe habere perſuaſus ſum ex *cadaverum Scorbuto defunctorum diſſectione*, &c. *Vide ſupra hiſtoriam.*

Urina rubicunda] Urinæ rubicundæ ſunt diverſæ habitudinis, neque ſemper ab iiſdem dependent cauſis, nec plane idem denotant affectionum genus: præcipuas earum differentias percurremus, 1°. Urinæ liquor aut ex ſe rubeſcit, eodemque modo perſtat, nec partibus quarumvis ſubſidentia color alteratur: vel 2°. urinæ rubedo ſaturata ejus contentis præcipue debetur, quæ cum ad fundum ſubſiderunt, liquor flaveſcit, vel minus intenſe rubicundus exiſtit, Affectus quos hujuſmodi urinæ indicare ſolent, ſunt præcipue febres, ſcorbutus & phthiſis confirmata: Singulorum rationes perpendamus: 1°. Quando urina quæ mingitur rubicunda ita perſtat, primò vel eſt conſiſtentiæ mediocris & pellucidæ, atque tunc colorem ſuum debet ſali & ſulphuri plus ſolito aduſtis, ac proinde ſero copioſius incoctis: Vel 2°. talis urina rubicunda eſt, ſimulque turbida & opaca: hæc autem præter ſalis & ſulphuris contenta, etiam particulas quaſdam terreſtres ſibi incoctas habet: quæ quidem poris & meatibus ſeroſi laticis impactæ minime deſcendunt, quoniam urinæ liquor ſpiritibus idoneis deſtituitur, qui heterogenea quævis ſegregent & ad fundum compellant, veluti in vappa aut in cereviſia propter tonitru aceſcente uti venire ſolet, ubi liquor fæce turbida inficitur, & propter defectum ſpiritus non denuo clareſcit: quare hujuſmodi urina peſſimum in febribus ſignum eſt: quippe talem in ſanguine materiæ aduſtæ ac ſecernendæ confuſionem indicat, quali ſpiritus vitales ſubigendæ & perdomandæ non ſunt pares, ij. Urina interdum rubicunda mingitur propter ejus *contenta*, quibus ad fundum ſubſidentibus liquor alterius coloris evadit: Sunt autem iſta contenta duplicia, ſcil. modo tenuia, quæ ſunt materies ſive recreme aduſta à deflagratione cruoris reſidua: modo c ſiora, nimirum particulæ ſucci nutritiis degener Utraque hæc à ſanguine effervescente torrefacta ſecreta, partim ſudore excluduntur, partim ſeroſo tici commiſta ejus conſiſtentiam incraſſant ac co rem intendunt: ſcil: quamdiu hujuſmodi conter poris & meatibus liquoris incluſa ſuſtentantur, c lor urinæ ſaturatior, & conſiſtentia ſpiſſior appar hiſ vero ad fundum præcipitatis, & rubedo & cr ſities liquoris minuuntur: Inquirenda jam diſcri nis ratio, quod urinæ rubicundæ tum in febribu tum in ſcorbuto, phthiſi, ac forſan aliis affect bus, reddi ſolent. De *Scorbuto*, Vide ſupra Sch lion 1. In *Febribus* urinæ liquor rubore ſaturatu propter uberiorem *ſalis & ſulphuris diſſolutione* eorumque particulas ſero copioſius incoctas: du enim ſanguis & humores à cauſa febrili effervescun propter calorem plenius accenſum, ſalina & ſu phurea corpuſcula aduſta & torrefacta plus diſſo vuntur, ſeroſóque latici incocta ei tincturam altio rem affigunt, quemadmodum ſi lixivium è cineri bus ſuper ignem coquatur, intenſius rubeſcet quar ſi per infuſionem tantum procedat: Etiam in febri bus urinæ contenta ejus colorem ſæpiſſime adau gent, ſcil. ob ſanguinis intemperiem & deflagratio nem, tum ſucci nutritii particulæ degeneres, tun materies altera (velut cineres ab aduſtione cruori reſidui) in calcem rubicundum veluti comburuntur quæ poris urinæ incluſa, ejus colorem ſaturatum reddit, & poſtea ſubſidens, fit ſedimentum inſta ochræ rubrum. In *morbis arthriticis* urinæ interdum rubeſcunt: nam præter inſultus podragicos (in quibus tale lotium non raro excernitur) obſervavi in quibuſdam affectionem dolorificam, & velut febris æmulam, cum urina valde rubicunda excitatam, adſunt dolores vagi, modo in hac, modo in illa parte graviter infeſti, ut ægroti vix pedibus ſtare, aut membra movere poſſint: vigiliis & crebris ſudoribus ſunt obnoxii, etiam ſiti & faucium ardore valde moleſtantur; atque urina intenſe rubicunda cum ſedimento copioſo & ruſo exiſtit: interea tamen nec à pulſu, ſpirituum languore aut cephalalgia ſanguinem ſupra modum effervescere, aut febrem induxiſſe conſtat: quare hujuſmodi affectum præcipue à nervoſo genere conſiſtere, atque à principii ſalini potius quam ſulphurei exorbitantiis dependere ſuſpicor: Etiam in *Phthiſi* confirmata, præſertim ſi hectica adjungitur, urina rubicunda exiſtit: cujus ratio eſt, quod ſi quando ulcus ſit in pulmonibus, excitatur inde putrida ſanies, ſanguini præterlabenti confuſa effervescentiam ei fere concontinuam inducit, qua particulæ ſulphureæ & ſalinæ uberius diſſolutæ, ſeróque incoctæ, liquorem ejus rubedine afficiunt: Præterea ob ſanguinem hoc modo inquinatum, ſuccus nutritius fere totus in putrilaginem degenerat, Cujus recrementis urina ſaturata magis rubeſcit & contentis plurimum infercitur, Hujus indicium eſt quod tabidi à paſtu plerumque æſtuant, & calore per totum corpus ſuffunduntur, ſudore nocturno ſuccedente: Inſuper *Urinæ* eorum ſedimentum craſſum & copioſum deponunt, ſcilicet ſuccus alibilis cruori

onfuſus cum non aſſimilatur effervеſcentiam ı ipſo concitat, atque in materiam extraneam de- ,ener, partim ſudore per poros cutis exhalat; partim ad urinam tranſmiſſus, ejus colorem & conſiſtentiam valde intendit. *Willis de urinis cap. iv.*

Observatio V.

Vrinæ rubicundæ ab epate ad ſphacelum vergente.

NObilis quidam mœrore preſſus in melancholiam incidit, Nulla aderat febris, nulla ſitis, &c. Urinæ autem rubicundæ erant, veluti ſi febris ardens aut jecoris inflammatio præceſſiſſet, quæ quales reddebantur permanebant, &c. Hujus Epar colore undiquaque nigrius quam ſecundum naturam apparuit, impreſſorum digitorum veſtigia facile retinuit, & rimas, ſoluta parenchymatis unitate contrahebat. (*Vide l.1.Tit. de melancholia.*)

SCHOLIA.

URinas rubentes exuberantis caloris non ſemper indices eſſe oſtendit idem *Dodonæus* ca. 31. ubi refert hiſtoriã quinquagenarii, qui diuturnâ quartana defunctus, quam lienteria excepit, nullo ſuperſtite calore febrili, urinas admodum rubẽtes fundebat, quem dięta calefaciente & exſiccante, (ventriculo & jecori à quartana debilioribus redditis conſulens) ac medicamentis conſimilis facultatis ſanitati reſtituit, exhibito vino generoſiſſimo, imo Hiſpanio, El. diagal. diatrionpip. &c. quorum uſu ſanorum colorem urina recepit: Eum vero clam ingeſta cereviſia, mox urinas intenſioris rubedinis reddidiſſe: indicio ventriculi refrigerationem, & cruditatem inde natam, occaſionem dediſſe ejuſmodi urinarum rubori. Cauſam affert *Sennertus* in Inſtit.& Practic.lib.3. pag.8.ſ.2.cap.7. Nimirum non ſolum à bile tingi urinam colore aureo, ſed & à ſale ruſo, ſicut lixivium à ſale impuro tingi videmus, ut coloris rufi appareat. Et (ex Chymicorum mente & ſtylo) ſi ventriculus ipſe bene ſe habeat, nec error aliquis externus objecti ratione accidat, partes ſulphureæ & craſſiores tartareæ in ventriculo & inteſtinis ſeparantur, & per alvum excernuntur, unde chylus fit purior, ut poſtea in hepate partes ejuſmodi tartareas & ſulphureas, quæ urinam tingere poſſunt, ſeparari opus non ſit: Si vero ventriculus ſit debilis, & talis cibus offeratur quam ſatis coquere & elaborare non poſſit, non recte fit partium excrementitiarum in ventriculo ſeparatio, ſed chylus impurus & fæculentus generatur, qui ad hepar delatus, multa talia excrementa ſuppeditat, quæ ubi à ſanguine ſeparantur, & ad renes feruntur, urinam tali colore rufo tingunt. Sic in ſcorbuticis urina ſæpe non ſolum rubra eſt & ſplendet, verum & ubi turbatur, rubrum ſedimentum & pulveri laterum ſimile quid ſubſidet. Tale ergo ſi quid in urinis appareat, non ſtatim calor hepatis, vel febris aliqua accuſanda, ſed ad ventriculum quoque reſpiciendum, qui ſi debilis ſit, ejus ratio habenda per medicamenta & alimenta. *Vide Hœferum Herculis Medici lib.3.cap.4. Henr. Martinium de urinis cap.* 1.

Observatio VI.

Vrina Viridis reddita ob viſcera æruginoſa bile infecta, cum Abſceſſu in Iecoris cavo.

T*Ancredus Lælius* vidit olim Patavii Urinam viridem, qui etiam interiora denati æruginoſa bile infecta, cum Abſceſſu in Jecinoris cavo deprehendit: *Rhodius* Cant. 3. *Obſervat.*2.

SCHOLIA.

QUod ad urinam Viridem & Nigram ſpectat, colores ejuſmodi ſaturatos (quales ſcil. porrum & atramentum exacte referunt) etſi nunquam in lotio viderim, exiſtimo ex flava intenſiori viridiuſcula ex eadem cum miſtura opaca & nonnihil atrata Nigricantis urinæ apparentiam deſumi, indéque ab authoribus Lotium Viride & Nigrum appellari: Quę autem iſtis modis coloratæ habentur, vel ita conſtanter aliquo tempore perſtant, aut ſunt Ictéritiæ, aut etiam cruoris aliqua virulentia affecti ſigna, vel pro data occaſione tales urinæ varie immutantur, & modo hujus, modo illius, modo ſtatim alterius coloris exiſtunt. Ita novi hypochondriacos tales urinas quibuſdam temporibus velut critice excernere ſolitos, dein poſtea ſanorum ſimiles reddere: Quoad prius, cum Ictéritia plurimum ingraveſcit, ut in cruoris maſſa ſulphuris ac ſalis portiones aduſtæ diutius perſiſtant, eædem longa incoctione colorem flavo ſaturationem, ſcilicet 1°. viridem, & poſtea nigrum acquirant, ac eundem ſero impertiunt, etenim ſi bilis flava cyſti fellea exempta ac cucurbitæ indita, leni balnei calori exponatur, eadem brevi viriděſcet, ac poſtea inſtar atramenti nigerrima apparebit; quare in Ictero nigro, qui tantum eſt flavus diuturna mora in deterius evectus, nihil uſitatius eſt quam urinas atratas reddi: Præterea hujuſmodi urinæ in febre maligna ac peſte interdum apparent, etiam non rato ab epoto veneno: atque in hoc caſu ſignum lethale plerunque exiſtunt, quippe ſanguinem valde corruptum & profligatis ſpiritibus, ac ſoluto mixtionis vinculo, velut νεκρώς affectum arguunt: non ſecus ac cum pars aliqua in corpore noſtro ulcere affecta, poſtea gangræna aut ſpacelo corripitur, illico ſanies quæ prius aquoſa, alba aut flava effluxerat, nigra evadit, Quare in affectibus citatis cum urina nigricat, ſero & ſanguine per totum vitiatis, etiam cutis externa tali colore obfuſcatur. Quod ad urinas colore viridi, ac præſertim nigro, periodice tinctas attinet (quæ nimirum hypochondriacis frequenter accidunt) veriſimile eſt quod talis à fęculentiis atrabilariis in liene reconditis, & deinde præ congeſtione omnia aliquoties exundáritibus & ſanguini confuſis oriantur: etenim talis materia in quibuſdam hominibus ſæpe in ventriculum ſuffuſa, vomitus atratos ciet, adeo ut etiam in aliis, eadem à cruore per tranſeunte reſorpta, latici ſeroſo ejuſmodi colorum ſuffuſiones impertire poſſit. *Willis de Urinis cap.* 4.

Observ.

Observatio VII.

Vrina atramenti inſtar nigra & craſſa, ſalutariter ſæpe excreta à Liene, ea via ab humore melancholico ſeſe exonerante.

NObll. & Clar. Dom. *Alexander de Harſy*, (*Vide Titul. de Ventris Tumoribus*) ex inter lis fundebat urinas nigerrimas, atramento conſiſtentia & colore ſimillimas, præg ſis hypochondrii ſiniſtri doloribus. Cujus aperto cadavere, exhibuit ſe Lien ſtupendæ gnitudinis & formæ, totus humore nigerrimo infarctus, qui & inde ad totius corporis interna diffuſus fuit.

SCHOLIA.

HInc immerito quidam in dubium revocant, An in Lienis affectibus per urinas evacuandum ſit? moti authoritate *Galeni* 13.man. c. 17. ubi dicit Lienem eſſe purgandum per alvum & non per urinas: Verum Lienem ſeſe exonerare ſæpe & liberare a lixivioſis, ſalinis ſcoriis, & tartareis arenoſis cruditatibus, dum attenuantur, & per urinam excernuntur, certiſſimum eſt. Unde Medicus Liene laborantibus diuretica dandi occaſionem captare debet: *Hippocr.* l.de affect.curam afferens Lienoſurum, purgari eos datis diureticis jubet: Eodem teſte *Bion* 2.Epid.ſect. 2.emiſſo copioſo lotio curatus eſt. Expeditæ vero ſunt viæ: Lien enim non ſolum arteriis multis, & fere quintuplu pluribus quam venis donatus eſt, ab arteria cœliaca ortis, à qua facilis ad emulgentes tranſitus, ſed & vaſis lymphaticis, per illum diſperſis, ad renes tendentibus, hinc ad emulgentes: *Valetius* in *Hollerium* refert ſe noviſſe Religiuſum, cui ter aut quater in anno, maxime vere & autumno ineuntibus, Lien intumeſcebat, dolente hypochondrio, & ſublividus fiebat toto corpore, randem nigricantibus urinis atramento ſimillimis, per 5. aut 6. dies excretis, priſtinæ ſanitati reſtituebatur.

Vrinas nigerrimas] Urinæ virides aut nigræ, vel ita conſtanter aliquo tempore perdurant, aut ſunt icteritiæ, aut etiam cruoris virulentia quadam affecti ſigna: Vel pro data occaſione tales urinæ variæ immutantur, ut modo hujus aut illius, modo ſtatim alterius coloris exiſtant: Ita novi hypochondriacos tales urinas quibuſdam temporibus velut critice excernere ſolitos, dein poſtea ſanorum ſimiles reddere: Quoad prius, cum icteritia plurimum ingraveſcit, ut in cruoris maſſa *ſulphuris* ac *ſalis* portiones a ſtæ diutius perſiſtant, eædem longa incoctione c rem flavo ſaturatiorem, ſcil. primo viridem & po nigrum acquirēt, ac eundem ſero impertient. Ete ſi bilis flava, cyſti fellea exempta, ac cucurbitę in leni balnei calori exponatur, eadem brevi viride ac poſtea inſtar atramenti nigerrima apparebit: q re in ictero nigro, qui tantum eſt flavus diutu mora in deterius evectus, nihil uſitatius eſt qu urinas atratas reddi: Præterea hujuſmodi urinæ in febre maligna ac peſte interdum apparent, eti nun raro ab epoto veneno: atque in hoc caſu ſigni lethale plerumque exiſtunt: quippe ſanguinem v de corruptum, & profligatis ſpiritibus, ac ſoh mixtionis vinculo, velut νεκρώσ affectum argum non ſecus ac cum pars aliqua in corpore ulcere af cta, poſtea gangræna ac ſphacelo corripitur, illi ſanies, quæ prius aquoſa, alba aut flava effluxer nigra evadit: Quare in affectibus citatis, cum uri nigricat, ſero & ſanguine per totum vitiatis, etia cutis externa tali colore obfuſcatur; Quod ad u nas colore viridi, ac præſertim nigro periodice tu ctas attinet, quæ nimirum hypochondriacis (*inſign autem fuit in textu memoratus*) frequenter accidun veriſimile eſt quod tales à fæculentiis atrabilariis Liene reconditis, & deinde præ congeſtione nim aliquoties exundantibus, & ſanguini confuſis oria tur: Etenim talis materia quæ in quibuſdam hom nibus ſæpe in ventriculum ſuffuſa vomitus atrat ciet, etiam in aliis eadem à cruore pertranſeunte r ſorpta, latici ſeroſo ejuſmodi colorum ſuffuſion impertire poteſt. *Willis de vrinis cap.* 4.

Observatio VIII.

In cadavere virili diſſecto urinas turbidas, rubras fundente, ideoque calculoſo judicato, Ventriculi, Epatis, Lienis, Veſiculæ fellis, Cordis, &c. vitium repertum, ſalvis Renibus.

VIr quidam Illuſtris lx. ingreſſus ætatis annum, conqueri cœpit de inſigni totius corpor debilitate, appetitu penitus proſtrato, & nocturna turbata quiete: Pulſus erat durus, c ler, urina turbida, cruda cum ſabulo rubro. Hunc Medici quidam, quod habitus fuerat pi guioris, rubra facie & hypochondriacus, pro calculoſo & ſcorbutico curarunt. Tertia voc tus ſeptimana, Medicorum tam præſentis quam abſentis judicium, viſa prius urina, explor to pulſu cæteriſque, quæ Ill. affecere patientem accidentibus obſervatis, expende Sategi, nec propter rubram iſtam in urina arenam Calculoſum, nec propter ſequiore totius habitum, digeſtionémque vitiatam, Scorbuticum, quin Hypochondriacu potius & Hecticum eundem declaravi. Conſueta in eo potus glacie refrigera ratio, ventriculum non ſaltem debiliorem reddidit, omnemque appetitum abſt lit, ſed & propinque incumbentem in Veſicula fellis bilem, Lienem non pr cul diſſitum, Pancreas, cæteràque vicina viſcera mite labefactavit: hinc lic

exiguum ſaltem cibi aſſumeret, circa præcordia gravitatem, veſpere vitium imbecillitatem & calorem cum oris ſiccitate, noctu vero ſymptomaticum ſæpe ſudorem, de quibus frequenter conqueſtus fuit, expertus eſt: Squalebat præ ariditate inferius labium, ut tunicas inde frequenter detraxerit: Utrique igitur, tam hectico quam hypochondriaco malo ut commode ſubvenirem, una fidelia duos dealbaturus pedes, ſuaſu *Galeni*, balneum aquæ dulcis propoſui cum optato, qui inde ſequutus fuit, ſucceſſu. Quanquam enim tum in lecto vix ſe movere poterat, quarto poſt lotionem die iterum ſolus in hypocauſto obambulavit: me per aliquot dies abſente, neſcio cujus ſuaſu, Illuſtr. à Balueo faſtidio & ſatietate abalienari cœpit, & internis ſaltem uti medicamentis deinceps decrevit. Nihil ad votum fuit effectum, appetitus redite ſubinde ceſſavit, ſomni non caruere labore, decumbere gravius cœpit, nullo poſtquam ad reſurgendum niſu. Alvi excreta bilioſa, urina continuo cruda, craſſa, interdum albidior, abſque omni tinctura comparuit. Sic paulatim ad extremum ſe compoſuit diem.

Sectum per me cadaver in frequenti Illuſtrium virorum conſpectu, ſequentia notanda nobis obtulit, Abdomine aperto I. Lien prorſus marcidus fuit, unciarum xv. ij. Epat librarum civilium trium cum dimidia ſatis ſalvum, ſubtus livido colore apparuit. iij. Fellis veſicula omni exinanita bile fuit, lapillis ſiliceis diverſæ magnitudinis referta, quorum major ciceream exuperans poro cholidocho inhæſit. iv. Stomachus, qualem excreverat, materiam mucoſam, bilioſam fœtentem, in exigua ſaltem quantitate continuit: v. In Renibus arenulæ rubræ fuerunt repertæ. vj. Inteſtinum Cœcum, lumbricum non male referens, quartámque ulnæ partem longitudine ſua adæquans invenimus. vij. Cor unciarum novem ſub pinguedine ſatis copioſa, in ſicco prorſus & exſucco pericardio reperimus. viij. Pulmones parum livebant. ix. Coſtæ ſternum cinxere prorſus oſſeæ, nulláque cartilagine ſeptæ. x. Cranio diſſecto cerebrum trium librarum & ſeptem unciarum, bene alioquin conſtitutum vidimus. Proceſſus Falciformis antrorſum cranio arcte adhæſit, ad ſui dimidiam longitudinem penitus oſſeus.

SCHOLIA.

V*Rina cum ſabulo rubeo*] Quod contra aliorum de Urina mentem, cui rubrum inerat ſabulum, judicatum, illud mali eſſe hypochondriaci indicium eventus tandem docuit, dum Renes ab omni calculo liberi apparuere, & præter exiguas, quæ jam cum ſero renes intraverant, arenulas, nihil prorſus notare licuit: Et cum calculum in renibus illico morbum indigitemus, cum ſæpe citra omnem in ſuo moretur hoſpitio moleſtiam, tum demum ſe prodentem quando catarrhi delabuntur. Multos ſolis ad renes deſtillationibus miſere tortos vidi, ut nil niſi lapidem Renum accuſarent, dum vixerunt, quorum tandem demortuorum cadavera cum cultro examinerentur anatomico, ne veſtigium calculi oſtenderunt: E contra tot alios fuiſſe diſſectos experientia docuit, quibus & renes & veſica lapillis onerati fuere frequentibus, per omnem tamen vitam nunquam de nephritico dolore conqueſtis, quod ſi proinde levis infeſtat lumbos moleſtia, potior cura deſtillationum eo delabentium quam calculorum habenda erit, ut alíorſum raptu vi purgantis medicamenti defluvio, ab ejuſmodi æger ſublevetur torminibus: Quantum enim multis aggravatum humiditatibus valeat caput, ſi in primis excretiones per nares ſolitæ, aut circa os ſphænoideum impeditæ cohibentur, quæ deinceps per nucham deorſum affatim ruunt, pectus & dorſum, ſubjectáque viſcera diverſimode incommodant, & ad extremos uſque articulos decurrunt, cuivis facile conjicere licebit.

Fellis veſicula omni exinanita bile] Bilem antiqui excrementitiis accenſuere humoribus: hos ſequuta recentior ætas eandem ſæpe numero ex corpore, tanquam quid bonæ valetudini incongruum penitus ejicere tentavit, ac ſi pro diverſa coctione nunc vitellina aut porracea, glaſtea, nigra & æruginoſa efficeretur. Si vero ſanguis humorum nobiliſſimus vel tota peccat ſubſtantia, vel quantitate, vel qualitate, cur non ipſa quoque bilis quæ non minus neceſſarius in corpore noſtro humor eſt, iiſdem delinquere poterit conditionibus? Ejus enim ſi abundat, quantitatem nimiam adimere purgantibus, deficientem amarulentis juvare, vel aliquantum reſtituere poterimus. In qualitate nocet, ſi nimis tenuis aut calida, vel ſi frigidior juſto & vitelli inſtar condenſata, ſi acris nimium & ſiccior, aut in lapides coagulatur, ſuæque in urina coagulationis indicia cum ſabulo fecerit rubeſcente: vel ſi inſipida prorſus humidáque fuerit & putreſcens; quale quid in hydropicorum urinis obſervatur albicantibus: vel tandem ſi penitus corrupta & æruginoſa evadit, quam corrigere vix amplius medicamenta poſſint. Bilem qui in corpore dixerit correſpondere elemento ignis, quemadmodum calidum in corde nativum Soli, an ne is à veritate deviabit? Abſque bile neminem vivere poſſe vel ipſa dictat natura: Mori illum fuit neceſſe qui per crebras eam ex corpore ejecit vomitiones, adeóque illa omnino caruit; ut oſtenſum in Ephemer. Tit. 2. Obſerv. 124. Sic multos in hydropem incidiſſe notavimus, qui cholagogis imprudenter uſurpatis bilem nimis expurgarunt, adempto ſcil. elementari illo calido jecinori, quo ſine collabitur & flacceſcit viſcus hoc, atque induratur, nec vaſis amplius Lymphaticis, (quæ authorem ſuum, magnum ſine exemplo Bartholinum agnoſcunt, inibíque ſatis copioſe à diſſecantibus conſpiciuntur) tranſitus patet, unde ſcaturigo humidi primogenii obturatur, heparque penitus indureſcit.

Lapillus ſiliceus, &c.] Calculos in veſica fellis toties generari, generatóſque oculis anatomicorum fuiſſe obvios, infinita pene exempla docent. Si quis vero accuratius in eorundem ortum, cauſas atque ſymptomata inquireret, non parum lucis rei Medicæ afferret. Quid enim aëris, aquarum locorum-

que

que occaſio, quid frigidorum nimis aut calidorum aſſumptio, dum ueſiculæ bilis immediate ſtomacho incumbentis prope pylorum ſit legio: quid morus animi, qui banc concitare valent, ad generationem talium calculorum faciat, facile colligere licet: quos præſentes ſæpe obſcurus in dextro latere dolor ſub præcordiis, appetitus proſtratus, frequentes nonnunquam, ſtatis etiam temporibus, vomitiones craſſiores, & liquidiores felle permiſtæ dejectiones, urina male colorata, & alia haud levia produnt indicia: His aliiſque ad examen revocatis ſignis, tandem etiam de calculi hujus curatione foret cogitandum, quam aliis committo.

Scorbuticum] Ad diſpoſitionem quandam Scorbuticam, dum vir Ill. vixit, inclinaſſe eundem non negarim: hujus vero decubitus cauſam fuiſſe primariam admittere non potui: Candida majorum ſimplicitas multum ſolatii poſuit in obſtructione venarum meſaraïcarum, quæ toties, eum veram morbi cauſam indagare nequiere, ipſis pro clypeo inſervit: Noſtri ſeculi homines cum obſtructionem iſtam vidiſſent carere fundamento, quæ fere nunquam in diſſectis comparuit cadaveribus, nunc ad ſcorbutum, ſacram quaſi anchoram confugiunt, qui quoties ex voto non ſuccedit curatio, non ſaltem in abſtracto, ſed & in concreto morborum tinctura ſatis ſpecioſa exiſtit: Hinc illum ſcorbuto, hunc febre ſcorbutica, gangræna ſcorbutica & vel dentium ſcorbuto, podagram alius nuncupare maluit, extinctum vociferantur, ſeque ab ignorata morbi cauſa immunes reddere conantur, dubii rerum ſuarum, nec-non vitæ neciſque noſtri arbitri. Adeo etiamnum κεῖνι χαλεπὶ & Scorbuto plena ſunt omnia.

Hecticum eundem declaravi] Hecticæ quæ adfuit, indubium fuit argumentum, præter enum ea ſymptomata, conſumpta omnis in pericardio midiras, cujus in diſſectione nec unius guttulæ ve gium ſuperfuit: Hujus in febre hectica defun lymphæ abſentiam ſæpiſſime deprehendi, cum nitus abſumpti, antequam emigrarent, ſi qu doque plorare vellent, nullas amplius lacryn ceu rivulos fontis cor ambientis effundere pot rint, ſed ſiccis ſaltem genis & diductis labiis m rabilem efformarint faciem *Hippocraticam*. Lati hujus in pericardio exiſtentis ubertas, univerſo ſu cit corpori pro humido illo primogenio, calidi in corde nativum circumfluente; quod ſi defic inceperit, tabidum reddi hominem eſt neceſſe: H fine antiqui balneis aquæ dulcis tepidioribus, æſtu que cordis attemperantibus uſos fuiſſe credendū ut quod in centro præſtare nequivere, in circum rentia humectando univerſum corporis ambitu præſtarent. *Ioh. Georgius Volkamerus. in Miſcella curioſis annorum 1674. 75. & 76. p. 97.*

Licet exiguum cibi ſumeret, circa præcordia gr. vitatem &c.] Satietatem Hypochondriorum voc *Hippocr.* 4. de rat. victus in acut. pag. 400. lib. cod. *Fœſiani*: Affectionem ventriculo propriam h pochondrio tribuens, quoties ſcil. viſcera hæc pr. vis ſuccis repleta intumeſcunt, ab aſſumpto cib etiam leviſſimo, & in pauca quantitate, gravita tem maximam percipiunt ægri, ſimilem gravitati ec rum qui immodice cibis & potibus ſe impleveri Hunc affectum obſtructionem viſcerum vocar recentiores, quam adeo proprie & firmiter præſta tus ſatietatis ſenſus indicat, ut hoc ſolo ſigno inni xus *Pr. Martianus*, hujus morbi præſentiam ant hypochondriorum contrectationem affirmare no ſit veritus.

Observatio IX.

Vrina cruenta à Rene arenulis referto 1. A renibus ulceratis per aſperos lapides. 2. A ruptis Renum vaſis. 3. A maximis in Renibus calculis. 4.

§. 1. I*Saacus Heraus* Pharmacopola Hanovienſis, vidit puerum qui cætera ſanus, ab annis duobus ventrem, ut pueri raro partem affectam ſolent diſtinguere, doluit, & urinam emiſit totam cruentam, quæ aliquando retenta in vitro, per decem integras ſeptimanas colorem non mutavit, neque fœtorem aſſumpſit, qui tandem conſumptus anno vij. obiit.

Aperto cadavere, Renum ſiniſter totus arenulis albis refertus, limoſoque viſcoſo & calcario ſero impletus, cum calculis duobus, inſtar zingibetis majoris gravidus, pependit tres libræ quadrantes, cum uncia plus una. *Salomon Reiſel in Miſcellaneis cur. anni 1671. Obſervatione 178.*

S C H O L I A.

V*Rinam totam cruentam*] Ob ſolam Renum imbecillitatem Urinam Rubentem excerni obſervavit *Dodonæus* cap. 32. Obſerv. Medic. Nec rarum quoque, *ait*, ſanguine permixto urinam reddi rubicundam, ſed cum magna parte vel craſſus vel grumoſus ſit, facilis ejus dignotio: Sed adeo tenuem urinæ permiſceri, ut ſubſtantia ejus nullo modo permutata colorem tantummodo intendat, admodum rarum eſt: Sic autem Juvenis 28. annorum reddiderat urinam aliquot menſibus perpetuo rubentem, conſiſtentia ſatis tenuem, & fere perſimilem acute febrientium lotio: conſuluerat ſeniores Medicos qui remedia velut ſupercalefacto jecori adhibuerant: Tandem ad me venit; lotium inſpexi rubicundum quidem, cum autem non appareret juvenis febricitate, percontatus num aliquando febricitaret? negavit, ſed ſe continuo quaſi frigere jam ab aliquot menſibus reſpondit, corpuſque ſuum extenuari, ſenſimque macrius reddi, vireſque infirmiores & reſpirationem difficiliorem, & ea quibus eouſque uſus eſſet, nihil profuiſſe: Quibus intellectis placuit in alterum diem lotium relinqui, atque tunc ſedimentum ejus conſiderandum, quod quidem ſanguinis inſtar (ut quod nonniſi ſanguis eſſet) rubebat, reliqua ac ſuperiore urinæ parte exiguum colorata, & pallida lutea, nullam febris notam referente: Proinde nullum in jecore calorem ſubeſſe collegi, ſed renes debiliores factos, venarumque ora rariora ſanguinem tenuem dimittere; Idcirco mutata curandi ratione, iis uſus, quæ renes roborare, ve-

naſque adſtringere poterant, adhibita victus probatione & ſimul lacte caprino: ac ſic urina rubere deſiit, & corpus nutriri vireſque reparari contigit atque ita ſanitati tandem juvenis reſtitutus.

§. 2. Si ſanguinem aut pus mingat, aut Renum aut Veſicæ exulcerationem ſignificat. aph. 75. 4. *Galenus* in comm. *ait*, Exulceranrur autem Renes in parte his qui in renibus lapidem habent: meatus urinarii, quando à lapide aliquo acuto, aut admodum aſpero in ipſis inrerſepto excoriantur: P. *Ferrandus* (*lib. de Lithiaſi* 16.) quamplurimos tractavit qui talia pariebantur, inter quos chariſſimum habuit generum, Medicum meritiſſimum, quem, cum è vivis exceſſiſſet, ſecare fecit; lapideſque quamplurimos in cavitatibus Renum invenit, ſicuti etiam in ſubſtantia renum: plures enim reperti ſunt, longi, aſperi, cornuti, nigri, qui quoties laborabat, aut equitabat, vellicabant renum ſubſtantiam, unde ſanguinolenram meiebat urinam, & quando quietus manebat, puram & limpidam meiebat.

§. 3. Quidam vomitui & cruentæ mictioni obnoxius: In mortuo Ren dexter fere abſumprus erat: Siniſter intra caviratem & ductus ſabulum & calculos continebat. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 4. Puer Exanthematis laborans ſanguinem ſpuit, & meiit cruentum abunde. Rupta eranr vaſa ſanguinis, & in renum regione multus collectus erat. *Vide tit. de Febribus.*

§. 5. *Heurnius* refert ſe ſecuiſſe Illuſtrem quendam Dominum veneno ab Hiſpanis ſublatum, cui innati eranr maximi calculi renibus, nec unquam eorum indicium editum fuerat, niſi quod interdum ab equitatione ſanguineam redderet mictionem.

Observatio X.

Vrinarum Lactearum mictus ob Renum ulcus à calculo inductum.

VIr Rever. annorum 50. poſt dolores frequenres in Ilio ſiniſtro, cum excretione arenularum, duobus abhinc annis, ex quolibet corporis motu urinam cruentam meiere cœpit; dolore invaleſcente in parre affecta, & piruitæ vomitu à cibo, mox ab anno urinam reddidir craſſam & turbaram, quæ deinde inclareſcebat, cum hypoſtaſi materiæ albæ, fluidæ & veluti lacteæ, arque gravitate conrinua in parte affecta, cruris ſtupore, lenta febricula & inſigni corporis macie, abſque evidenti paroxyſmo febrili, &c.

Remedia quanquam uſurpata mors ægrum præripuit, cujus aperto cadavere, in conſpectum venit calculus longitudinis digiti pollicis, in quatuor ramos diremptus, papillis impactos, tota alioqui renis ſubſtantia abſumpta, ſuperſtitibus tantum membranis & calculo. *Ben. Silvaticus conſ. 54. cent. iij.*

SCHOLIA.

EX ſitu partis affectæ, gravitate affectus, anne-xiſque ſymptomatibus compertiſſimum eſt partem affectam eſſe renem ſiniſtrum, Affectumque eſſe calculum: prodidit enim *Hipp.* 1. 6. Epid. 5. Quod quando adeſt calculus in renibus, *In renem dolor eſt gravis, cum cibo replentur, evomuntque pituitam*: atque ex atemlis præteritis paret id luculentius, quas in patiente concreſcere potuiſſe in renibus, conjectare eſt expituitoſa materia vomitu ejecta, temperamento calido & ætate: In adultis namque & conſiſtentis ætatis, calculi concreſcunt in renibus, pueris autem in veſica, ex *Gal.* comm. 5. S. 1. 6. Epid. *In veſica lapis pueris magis fit, nephritis vero ætate declinantibus.* Qui renis calculus ſcabritie non vacat, cujus ratione à corporis motu fit abraſio ejus ſabſtantiæ, ac proinde mictio cruenta: Vomitus autem a cibo ſuccedit, ſive cibi nomine veniant aſſumpta; ſive excrementa craſſa inteſtinis concluſa, quo utroque ſenſu vocem eam uſurpari poſſe aſſerit *Galen.* ibidem: conſentiente enim peritonæo comprimitur pars affecta, doloreque & vomitus excitatur: Grandis vero calculus vaſa comprimit ſpinæ incumbentia, quæ ad crus repunt, venam ſcil. & arteriam magnam, quarum ope renibus conſenſus cum cruribus intercedit, ex *Galen.* in comm. citato, ſcribente quod qui cenſent conſenſum hunc fieri per nervos, ureteres & membranas, omnino ab experienta alienos, cum tunc ſtupor fiat: Cæterum materia quæ nunc ſubſidet poſtquam urina inclaruit, alia eſſe non poteſt quam purulenta: viſciditatis enim prorſus eſt expers, quam pituitoſa materia ſibi vindicat: quamobrem cum materia purulenta per urinam excerni poſſit, vel ex veſica, vel ex renibus, thorace, jecore aliiſque partibus ſupra renes, ad hos nempe per emulgentes tranſmiſſa; hæc ſane non ex veſica effluit, cum quia pus tunc fœtet ob debilem ipſius calorem, tum quia fluere poteſt ſeorſum ab urina: longe minus à partibus ſuperioribus affluit, cùm de ipſis nullæ ſint querelæ, atque pus ab urina ſecreta ſecernatur: ſtatuendum ideo eſt purulentam hanc materiam à renibus emanare, qua ratione in ſputo cruento id contingit ex pulmonibus: *A ſanguinis* enim *ſputo, puris ſputum*: Ac proinde in rene affecto ulcus eſſe ſubortum, quæ eſt etiam cauſa febris lentæ, ſyptomaticæ nuncupatæ, tabidæ non abſimili ex ulceribus Pulmonum, quam ob id totius corporis macies ſequitur.

Vomitu à cibo] In latere ſiniſtro ramus ſupremus meſentericus ſtatim bifidus, ad figuram literæ Y, in ſurculo ſuperiore plexum ſtomachicum, qui & lienaris eſt, ac in altero inferiori Plexum Renalem continet: Porro circa diviſionis modum propagines quaſdam ad maximum meſenterii plexum dimittit, fig. XI. F. G. Hinc ratio patet quare ventriculo

culo cum Liene, meſenterio, & cum Rene tanta affinitas intercedit: ita ut vomitus tum colicis tum nephriticis ſymptoma valde crebrum & familiare exiſtat: quippe cum ſpaſmus in parte quapiam aut viſcere, quod nervos meſentericus reſpicit, incipitur, mox alia partes, ad quas ejuſdem nervi plexus aut ſurculi pertingunt, in conſenſum trahuntur. *Th. Willis in Nervorum deſcriptione cap. 27. p. m. 276.* Obſervare eſt quod in dextro latere, inter plexum hepaticum & renalem, nervus amplus protendatur, *fig. 11.* Adeo ut inter hos plexus major & immediatior conſenſus quam inter iſtos alterius partis habetur: Cujus ratio non facile patet, niſi forſan in e finem ita conſtituitur, ut cum a renibus inter n gendum feroſæ excretionis niſus peragitur, una loto & vaſis cholidochis deorſum attractis, chyl fæcum alvi verſus inferiora protruſio irritetur: C hæc plexuum horum conexio potiſſimum in ca eſt, cur paroxyſmo nephritico vomitus ſæpe imn nis ſupervenire ſoleat; quodque à tali vomitic vaſa cholidocha, quaſi ab emerico aſſumpto ita plurimum inaniantur.

Observatio XI.

Cruentarum urinarum, Puris, Arenarum craſſiorum mictio, citra vitium Renum, à collo veſicæ leviter affecto.

Omnina *Sabina N.* (*lib. 3. tit. de Ventris tumoribus*) hydrope teſticulorum extinct cruentas urinas aliquando excrevit, Pus interdum & arenas craſſiores Aperto of pubis, Veſicam aperui, in qua nihil intus & exterius contra naturam reperi, præter ri borem circa orificium veſicæ, & in ea paucas arenas rubras craſſiores: Uterque ren cu ureteribus (Ego vero renem alterum corruptum cenſebam) optime habebant, ſine ull lapidibus, arenis aut corruptione. *Ex obſervationibus G. Bauhini.*

S C H O L I A.

A*Renas craſſiores*] *Hippocrates* 4. de morbis, inter ſigna veſicæ calculi deprehendi in pueris Arenoſarum mictionem urinarum reponit: Quam tamen non ſemper vult pro ſigno haberi, ſed tum demum cum arenoſus eſt calculus mollis, Aut cum plures calculi arenoſi in veſica inter ſe ex colliſione attriti arenas ex ſe emittunt abraſas, aut ſane tales qui aliquid de ſuperficie ſui à ſe auferri ſinant: Idem *Avicenna* l. 3. F. 19. tr. 1. c. 5. de lapide veſicæ & ſignis ejus, *Et accidit quandoque ut ſint in veſica una, duo lapides & plures illos excoriantes, & multiplicatur arenoſa comminutio ex illis: Et eſt quandoque cum arenoſitate fæx furfurea propter abraſiones ſuperficiei ejus à lapide aſpero:* Aut certe accidit arenarum mictio, cum in veſica eſt earum magna copia, ex qu nondum eſt concretus calculus, ſed periculum e ne tandem concreſcat, ut in prædicta muliere.

Cruentas urinas aliquando excrevit] Obſerv rione dignum eſt quod mictus cruenti in ple riſque reſpiciuntur, Non tamen magno terrori eſ debent: Nam annotat *Celſus* lib. 4. poſt vehemen exercitium ſanguinis mictum contingere, quod laſſi dinem à labore contractam levat: Hoc autem præ ſertim iis contingit quibus ſolemnis aliqua vacuatio ſuppreſſa eſt. *Hollerius* cap. de mictu cruento, refer moniali cuidam fuiſſe mictum cruentum: at & ol exercitationem potuit id contigere, & ob ſuppreſſo menſes, (ut huic contigit) & κενώσεις.

Observatio XII.

Puris & ſanguinis mictio à Corde abſceſſibus & calculis obſito. **1.** *Ab ulcuſculo in Rene cum calculo.* **2.** *A Rene abſceſſu affecto, hinc conſumpto.* **3.** *Cicatrix Reni inducta poſt ejuſmodi mictionem.* **4.** *Membranæ cum pure & ſanguine emictæ à Rene ſiniſtro.* **5.** *Puris & ſanguinis à Rene altero conſumpto.* **6.**

§. 1. Mulier diu minxit pus & urinam: Renes inventi integri & veſica integra, at in corde duo calculi & abſceſſus multi. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 2. Illuſtr. Duciſſa ſanguinis & urinarum purulentarum mictu laborauit, qui deſiit: In rene parvus calculus repertus fuit, circa quem cicatrix pulchra &c. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 3. Renem ipſum omni ſua ſubſtantia privari poſſe, in canibus non ſemel eſſe verum deprehendimus; in homine nonniſi una vice ſimile quid occurrit: Vir erat 25. annorum, per plures annos urinæ excretione putulenta ſanguinolentave miſere affectus.

Hujus Ren ſiniſter totus conſumptus erat, ſic ut, præter externum aliquod integumentum, craſſum admodum inſtar corii firmioris, nihil omnino ſe exhiberet: Nec vaſa emulgentia ſe conſpicienda offerebant, involucro dicto forſan inhærentia, ſicque ſuo uſu privata, ad pellis hujus conſtitutionem non parum conferentia: Plurimi ſæpius dies, quibus nihil puris urina exhibebat, naturali ſatis ſimilis, quod in dextro rene vitii nihil obſervaretur. *G. Blaſius Obſerv. Anat. p. 129.*

§. 4. Illuſtr. Duciſſa Ferrarienſis cum doloribus nephriticis per certa intervalla eſſet obnoxia, Graviſſimo item ſanguinis & urinarum purulentarum mictu, exercitii loco deambulationibus utebatur, à quo exercitio cum abſtinuiſſet, & corpus quieti dediſſet,

cura-

curationem malo contrariam quærens, & ſic aliquando levibus quibuſdam mediis contra calculum uſa eſſet, tandem excretiones deſiere.

Quare cum alio morbo interiiſſet; corpuſque ipſius fuiſſet apertum, in rene ipſius parvus calculus repertus fuit, circa quem cicatrix pulchra, ſana & munda, dimidii digiti longitudine erat: Quod fidem faciebat, cum tam excretiones, quæ per urinas fiebant, ceſſaſſent, quam quod conſueti dolores nephritici remiſiſſent, calculum hunc multo majorem fuiſſe, qui etiam ulcus cauſaſſet, ex quo prius ſanguis, dein & pus manarit, quod cicatrice erat conſolidatum: quod etiam Hepati, Pulmonibus aliiſque partibus principibus accidit. *Rouſſetus de Partu Cæſareo ſect. 3. cap. 7.*

§. 6. Novi Matronam, quæ primo ſanguinem & materiam purulentam cum membranis à longo tempore meiendo ejicere ſolebat: deinde mictione cruenta ceſſante, per plures annos aquoſum mingebat, cum ſedimento copioſo & albo inſtar puris, in matulæ fundo ſubſidente: poſtea cum ſedimentum illud deeſſe cœperat, intemperies febrilis cum doloribus hinc inde vagis, virium languore, aliiſque mali novis ſymptomatis ſucceſſit: cumque ægra in magnum vitæ periculum adduceretur, tumor in latere circa renis ſiniſtri ſitum ſubortus, & in abſceſſum mutatus, propter largam puris profuſionem ipſam liberavit, tamen ulcus cavum & ſinuoſum in iſto loco, ichorem tenuem exſudans, durante vita manebat, quod aliquoties perſanatum denuo erupit; Exinde biennio vix elapſo urinæ ſuppreſſionem per 14. dies paſſa, appoplectica interibat.

Cadavere aperto, Ren ſiniſter omnino defuerat, ejus loco ſubſtantia membranoſa lumbis adnata, vaſorum & ureteris extremitates complectens accreverat: ureteris veſtigia remanſerunt quædam, verum ſine apertura in ductus cavitatem, quinimo ichor, ſive ſeroſitas quædam arteriæ emulgentis oſculis exſudans in ulcus iſtud ſinuoſum exterius ferebatur: Ren alter fuit materia ſabuloſa & calculis minoribus valde oppletus: Inſuper juxta ſummitatem ureteris lapis circiter pollicis magnitudine defigebatur, cujus extremitas erat ductui ſeu cavitati ureteris adeo adapta & firmiter impacta ut velut epiſtomio aperturam ejus exacte clauderet, & ſeroſi latici tranſitum omnino inhiberet. *Thomas Willis tract. de Vrinis cap. 5.*

§. 7. Aprilis xv. 1670. In juvene annor. 24. Renem utrumque invenire haud concedebatur: deerat ſiniſter: aſt qui adfuerat prægreſſo tempore conſumptus: plures enim per annos urinæ excretione ſanguinea purulentave laboraverat: Ita tamen quod conſiderari meretur, ut plurimi ſæpe tranſierint dies quibus puris nihil urina exhiberet, eo quod integer exiſteret lateris oppoſiti Ren: Conſumptus autem dictus Ren haud adeo quoad tunicas quam ſubſtantiam veram: Nihil hic niſi membranoſa capſula, omni ſubſtantia privata, ex tunicis vaſiſque coalitis orta. *Gerardus Blaſius Obſerv. med. 4.*

Observatio XIII.

Vrina purulenta, remixto aliquando ſanguine, à corde duobus calculis obſeſſo cum multis parvis abſceſſibus prodiens.

Contigit ſemel mulieri noſtræ ætatis ut per quatuor menſes integros minxerit pus, & aliquando propter puris acrimoniam, ſanguinem puri commixtum: Medici conſulti adhibuerunt remedia ac ſi renes exulcerati fuiſſent, quod in eis per intervalla magnum dolorem ſentiret mulier.

Hæc moritur 4. menſe, diſſecta eſt, inventi Renes integri & veſica integra: at in corde inventi ſunt duo calculi & abſceſſus multi, qui expurgabantur per urinas, atque in tranſitu pus dolorem infligebat Renibus: *Hollerius comm. ad aphor. 75. ſect. quartæ. Et cap. 50. lib. 1. de morb. int.*

Scholia.

Ex hoc exemplo infert *Hollerius* aphoriſmum dicium, *Si quis ſanguinem aut pus meiat, Renum aut veſicæ exulceratio ſignificatur*, perpetuæ non eſſe veritatis, cum fieri poſſit ut ſanguis & pus ex aliis manent partibus: Sed diſtinctione à *Martiano* tradita firmatur aphoriſmi veritas, Non idem eſt, *aut*, ſanguinem aut pus mingere, Et urinam ſanguinolentam, aut purulentam reddere: Cum enim quis ſanguinem aut pus mingit, pus aut ſanguis in urinæ fundo ab eadem penitus ſegregata apparent: quæ quidem ſeparatio celerior fit, ſi à veſicæ partibus proveniat, diuturnior vero ſi à renibus, at urina ſanguinolenta & purulenta tota ſibi æqualis eſt, etiamſi ſanguinem aut pus habeat admixta: Cur autem hæc ab urina aliquando ſeparentur, aliquando non, id evenit à loco in quo mixtio celebratur: quæcunq; enim urinæ admiſcentur, dum jam exactam formam urinæ adepta eſt, ſi ſint diverſæ ſubſtantiæ, cujuſmodi eſt ſanguis & pus, non ita ſimul admiſceri poſſunt, quin temporis progreſſu ſeparentur ab invicem: E contra vero ſi ante urinæ generationem quippiam ſeroſæ materiæ admiſceatur, ſimulque permanent, dum per

coctio-

coctionem in renibus ultimam urinæ formam acquirit, vigore coctionis ad minima adeo miſcentur, ut una res tantum fiat, nec invicem amplius ſeparentur &c. Si vero urina mingatur purulenta aut ſanguinolenta, à partibus ſupra renes excerni dicendum eſt. Hæc *Martianus*, qui tamen difficultatem non ſolvit, Nec enim prædicta mulier purulenta minxiſſe dicitur, ſed pus, & aliquando ſanguinem puri commixium; Sed cùm via à corde à renes expedita ſit & brevis, per truncos cavæ & aortæ ad emulgentes, arterias & venas, potuit inde pus manare citra exactam eam permiſtionem, ſincerumque in urina apparere: Mirum verò quod nulla cordis affecti in prædicta muliere indicia extiterint, ac de ſolis renibus querela fuerit, quandoquidem cor graves noxas, cujuſmodi ſunt calculi & abſceſſus, diu non ſuſtinet.

Observatio XIV.

Vrina turbida cum hypoſtaſi lactea, ab abſceſſu renis ſiniſtri &c.

ILluſtr. Epiſcopus Vicentiæ poſt prægreſſum ſiniſtri renis dolorem gravativum, deinde ſubſequuta eſt mictio depravata turbidæ urinæ, *cujus ſubſidens inodorum lac ipſum refert*: ad quam mictionem conſequitur febris lenta, horis nocturnis increſcens, cum naſi & genarum rubore: Sententia fuit Medicorum, curæ adhibitorum, Depravatam eſſe mictionem, qua materia Podagram efficere conſueta, ad naturam veluti puris redacta excerneretur: mea autem, ipſum pus poſt diſruptum abſceſſum prodire: Prævaluit priorum ſententia, ut catharticis & alterantibus res perageretur, hinc res ſemper in deteriorem conditionem eſt delapſa, ut tandem die 40. ad ultimum vitæ exitum Vir Ill. perductus ſit.

Secto cadavere, fuit inventus abſceſſus in rene ſiniſtro, & tota renis ſubſtantia ita perforata ut pinguedo & humiditates per ipſam percolarent: Veſica etiam fellea reperta eſt lapidibus repleta, & tamen nunquam ictero fuit detentus, ſed frequentiori inflammatione podagrica, quæ vel ſpontanea diarrhœa bilioſæ, vel cholagogo educebatur. *L. à Fonte conſult.* 141

SCHOLIA.

CÆteri Medici hanc renum actionem depravatam referebant in materiam pituitoſam, quę dolores podagricos efficere conſuevit, ad naturam veluti puris redactam: neque poſſe eſſe purulentam dicebant, quia non præceſſerant aut inflammatio aut renum immanes dolores, qui ante renum abſceſſum antecedere ſolent: neque fieri poſſe ut ſit abſceſſus, quia ingentis molis exiſtere neceſſe eſſet, qualis in renibus fieri non poteſt: Verum eorum poſitio pluribus urgetur argumentis, 1. Si materia quæ per lotium excernitur, eſt pituita in declinatione podagræ ſuperata, ad renes transfuſa, à quibus ad veſicam & foras procedit, non autem materia purulenta, febris potius deberet imminui quam augeri, cum excernatur materia dolorem efficiens & febrem, ſed contrarium accidit. 2. Materia quæ in fundo matulæ reſidet eſt alba, ad minima redacta; quæ conditiones ſanici definitioni conveniunt; pituita autem viſcida eſt, Ergo. 3. Si hæc materia quam vocant veluti purulentam, eſſet pituitoſa, toto ſimul hanc conditionem non adipiſceretur, ſed ſucceſſive adeo ut hæc materia pituitoſa excerneretur, partim veluti purulenta, ex parte vero aliqua viſciditate & filamentis perfuſa, ſed talis non inſpicitur, Ergo. 4. Si pituita in venis acquireret per putredinem conditionem veluti puris, neceſſe eſſet ut febris intenſa & ſævis ſymptomatibus comitata conjungeretur, quod non animanvertitur in præſenti caſu, cum dicant Ill. ægrum matutinis horis non febricitare, veſperi vero mitem febrem accedere, ut certiſſimam ſalutem polliceantur. 5. Impoſſibile eſt in venis tantam putredinem contrahi, ut humor aliquis ad conditionem puris velut redigeretur, quia neceſſe eſſet ægrotantes brevi tempore mori. 6. Si hæc materia conditionem veluti puris nanciſceretur, neceſſe eſſet in aliqua parte determinata id contingeret, quemadmodum in pleuritide, lethargo &c. in quibus affectibus materia velut purulenta aliquando excernitur: ſed talium membrorum affectorum ſigna deſiderantur, Renis autem ſiniſtri dolor præceſſit, ac errata quæ talem affectionem excitare potuerunt, Ergo. 7. Si hæc materia, quæ in lotio jam per 17. dies excernitur, eſt pituitoſa, eſt neceſſe ut in venis in maxima copia reperiatur; cum renes à venis & arteriis expurgent: ſed ex ſecta vena ſanguis animadvertitur probus, pauca admodum pituita permixtus: reliquum eſt igitur ut hoc ſymptoma in renis ſiniſtri abſceſſum referatur: Rationibus contrariis ita reſpondendum, Ad 1. Dolores ingentes non præceſſiſſe, dicendum in Viro Illuſtr. lithiaſi obnoxio, utramque membranam redditam fuiſſe obtuſam; interiorem, ex tot lapidibus excretis; exteriorem autem, quæ velut faſcia ambit renes, ex nimio calore abſumptam & exſiccatam eſſe: Demum Renum nervi obtuſi ſunt, cum ſenſum tantum obtuſum præſtare oporteret, & proinde ſexti paris ramis, qui coſtarum exporriguntur radicibus, natura ad utrumque renem eos diffundit, in internam potius tunicam diſpergens. Ad 2. Reſp. 1. Renes p. n. affectos ad maximam magnitudinem immutari, nutrimento in excrementum commutato; & dum ad corruptionem deveniunt, maximos abſceſſus fieri. 2. Dicendum eſt poſſe plurimas humiditates & pinguedinem ad renum abſceſſus percolari, qualitatem in loco affecto puris acquirentes, præter aſſiduum nutrimentum & humores defluentes, qui in abſceſſu corrumpuntur.

Cujus ſubſidens inodorum lac refert] *Platerus* lib. 3. Obſervat. p. m. 836. *ait*, ſe longo tempore, ſine noxa ulla aut incommodo, urinam lacteam reddidiſſe, quæ ſubſidens nonnihil materiam albam, lactis craſſioris inſtar in fundo cochlearis unius vel duorum menſura deponebat: *G. Ballonius* conſ. 39. lib. 2. refert de uxore D. *Boulabe* eam cum urinis lacteum quid reddidiſſe, verum pus albedine, æqualitate & lævore, ſine nephritidis ſuſpicione referens: *P. Sphærerius* apud *Schenckium*, narrat Polonum quendam ſubinde urinam lactis inſtar albam & craſſam ſæpius à ſe viſam effudiſſe: His omnibus prior *Nic. Florentinus* ſerm. 5. tr. 10. c. 21. Vidit juvenem annorum 30. qui omni die meiebat urinam multam, in qua reſidebat lac coagulatum album, ad quanti-

tatem

tatem medii urinalis, præter urinæ ſubſtantiam ſupereminentem: Qualis ſit ea materia, pus, an alius humor varie diſceptatur: Chylum eſſe quidam non immerito exiſtmant, ob viæ commoditatem & compendium, lacteas ſcil. Thoracicas, eo corrivatum. Earum progreſſum & originem vide apud *Pecquetum & Bartholinum.*

Observatio XV.

Urina viſcida & craſſa materia referta, ob ulcus & inflammationem colli veſicæ.

VIr Ill. temperationis bilioſæ & melancholicæ, poſt melancholicas perturbationes, variis affectibus p. n. tentatur: Denique loria prius craſſiora cœperunt reddi, deinde *viſcida materia* referta, adeo *fundo matulæ hæreſcente*, ut vix diligenti ſtudio extergi poſſe videretur, interdum cum dolore in veſicæ collo, cruore & ſanguine grumoſo permiſta prodeunt: Ex purgatione univerſi corporis, & exhibitione Chinæ fere priſtinam valetudinem recuperavit, Sed ex male adminiſtrata ſeringa accerſita eſt inflammatio in collo veſicæ, deinde ſuppreſſio lotii & febris, quæ per quatriduum Virum Ill. necavit.

Secto cadavere inventum eſt ulcus & inflammatio in collo veſicæ. *L. à Fonte conſult.* 108.

Scholia.

V*Iſcida materia fundo matulæ hæreſcente*] Mucoſa ejuſmodi materia veſicæ male affectæ proprium eſt excrementum, eum ſcil. ſanguinem pro alimento tranſmiſſum conficere nequit, quod in materiam hanc mucilaginoſam abit: eaque prava veſicæ conſtitutio à calculo ut plurimum inducitur: Citra illius tamen præſentiam aliquando effundi oſtendit *Cardanus* comm. in aph. 79. ſ. 4. ubi hiſtoriam adducit Monachi, qui tantum pituitæ lentæ, in matula concretæ reddebat, ut ovum anſeris magnitudine ſuperaret, qui lapide nunquam afflictus eſt: Pituitam quoque à ventriculo, imo & cerebro, quanquam neget *Fernelius*, cum urinis reddi quibuſdam certum eſt, At materiam mucilaginoſam a veſica prodeuntem, ab ea quæ aliis ex partibus prodit, ſic diſtinguere jubet *Riverius* pract. lib. 14. c. 2. Quod quæ à veſica emittitur magis tenax & glutinoſa eſt, ita ut fundo matulæ tenaciter adhæreſcat, nec poſt urinæ effuſionem, vehementi concuſſione excuti valeat; quæ vero ab aliis manat partibus, fundo matulæ non adhæret, ſed ea inverſa ſtatim cum urina effluit; quod à ſe primum obſervatum *ait*; Inſignem autem illam viſciditatem à propria veſicæ natura deducit, quæ membranea cum ſit, ejuſmodi glutini producendo apta nata eſt; ſimilitudine à pellibus membraneis id oſtendens, ex quibus colla ſeu gluten conficitur; ad varios uſus mechanicos idonea.

Observatio XVI.

Urina craſſa & viſcida emiſſa à renibus lapideis. 1. Turbata à corruptione gangrænoſa renis. 2. Hypoſtaſis alba à renis abſceſſu. 3. Mucus tenax à ſingulari veſicæ vitio. 4. Mictio putris pituitæ à veſica calculo affecta. 5. Turbida cum craſſa hypoſtaſi ab hepate corrupto. 6. Fæculenta ab abſceſſu in apice gibbæ hepatis partis. 7.

§. 1. NOb. fœmina ſpiſſam urinam ſæpius minxerat: Inventi ambo renes obriguiſſe in alabaſtrinam duritiem. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 2. Juvenis in febre aſſidua habuit Loria turbata: Inventa eſt corruptio gangrænoſa in parte interna Renis dextri: ita ut gradum coctionis non oſtenderent, ſed dictam corruptionem. *Vide tit. de Febribus.*

§. 3. Ill. N. cum febre aſſidua & lumborum calore urinas copioſas reddidit, albo ſedimento refertas: Inventa eſt corruptio & abſeſſus in ſiniſtri Renis exteriore parte. *Vide tit. de Febribus.*

§. 4. Ill. Caſaubonus cum ſtranguria urinam cruentam, cui ſedimentum mucoſum, tenax & vitreæ pituitæ ſimile reddidit: Veſicæ corpus contractum erat, ſpiſſum: Veſicæ perforatæ addita erat ἐκφυσις veſica major, in qua ingens ſaburra putris & olidi muci, &c. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 5. Virgini innatus erat inſignis calculus in veſica, quæ frequenter & diro cum cruciatu putrem pituitam, puri ſimillimam emittebat, nunquam vero ſabuloſam quid. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 6. Puella cachectica urinam turbidam habuit, cum hypoſtaſi excremento gallinarum ſimili: Hepar valde magnum erat, ex parte corruptum. *Vide tit. de Cachexia.*

Scholia.

P*Utrem pituitam* §. 5.] Pituitam qui vel è cerebro, vel è crudiore ventriculo in veſicam permeare ſtatuunt, eos turpiter hallucinari, tanquam anatomes & operum naturæ ignaros ſcribit *Fernelius*: Quomodo nempe per venas, *inquit*, illa pura, nec ſanguine tincta, nec perfuſa defluat in renes, hoſque ſolos præterlabatur: Verum de ventriculo id concedamus, in quo niſi in magna viarum laritate

sate id fieri vix poſſit, de cerebro tamen *Fernelio* aſſentiri non poſſumus: non deeſſe hic viam demonſtravimus cum de pure egimus: Neque tincturas natura confundit. alias omnia, quæ ex venis deferunti ſanguine tincta conſpicerentur, & ſi quid etiam traheret, id tanquam ſuperficiale detereretur in viis quas transfluit: Pituita ergo ex capite, quin & ex pulmonibus ad veſicæ vias derivari poteſt, atque hæc tum ſpumoſa apparet: Quæ autem muco eſt ſimilis, & matulæ fundo increſcit: ſi nullo dolore fluat, è crudo renum aut circumpoſitarum partium ulcere aut abſceſſu illabi *Fernelius* author eſt: ſi cum dolore & cruciatu, veſicæ calculum aut cervicis ſordidum ulcus deſignare: Et de calculo quidem dubium non eſt, in quo veſica à tam crudeli hoſpite oblæſa alimentum ſuum indigeſtum & deturpatum continuo plorat, & ſubinde novum irritatione acceſſit: Unde & *Ioubertus* de differ. urinar. c. 1. recte veſicæ calculoſæ excrementum eſſe hanc mucum ſtatuit: *Henr. Martinius Anat. urinæ cap. x.*

Hypoſtaſi excremento gallinarum ſimili] De cauſis diverſæ ſubſtantiæ ſedimentorum, ſeu cur alia ſint farinacea, alia foliacea, ſeu ſquamoſa, alia furfuracea, alia orobea, alii aliter ſentiunt; *Galenus* has differentias ſedimentorum à calore adurente fieri ſ[illegible] tuit, & pro varia materiæ diſpoſitione in varias m[illegible] tari formas exiſtimat: A recentioribus vocantur h[illegible] in dubium; *Saxonia* de Urinis cap. 17. ſe non po[illegible] aſſequi ſcribit quomodo per colliquationem talia [illegible] dimenta generentur; Siquidem ex carne molli coll[illegible] quata tenuior humor exprimitur, qui urinæ perm[illegible] ſtus, poteſt quidem colorem & ſubſtantiam im mu[illegible] tare, ſed carnis formam & ſubſtantiam nunqua[illegible] æmulabitur, quia duritiem contrahere non poteſt, [illegible] capite xvj. ſcribit, in vivente animali tunicas ven[illegible] rum interiores nunquam & nuſquam poſſe eſſe ade[illegible] ſanguine vacuas, ut igneus calor præ nimia ſiccitat[illegible] poſſit eas ita exſiccare, ut quid decerpatur, & ſca[illegible] bies & lepra quaſi iis inducatur: Unde tandem ſta[illegible] tuit, ex carne duriore & vaſis, niſi ſeparetur per mo[illegible] dum ulceris, nihil poſſe colliquari quod ad urin[illegible] deſcendat: *Argenterius* de Urinis cap. 20. Sedimen[illegible] ta quæ farinæ formam referunt, fieri ſtatuit ab hu[illegible] more crudo vocato, qui in venis acervari ſolet: Oro[illegible] beum, ſi nigreſcat, docet habere materiam melan[illegible] cholicam: Furfuraceum vero, ſquamoſum & foliaceum, veſicam exulceratam ſequi putat.

§. 7. Adoleſcenti crus dextrum vehementer doluit cum acuta febre & urinis fæculentis. Abſceſſus aderat cum pure albo in apice gibbæ Hepatis partis. *Vide l. 4. tit. de Doloribu[s] Externis.*

Observatio XVII.

Subſidentia materiæ craſſæ, viſcidæ & tartareæ, à Veſicæ calculo occulto, & alio in Rene dextro.

Dignotio calculi veſicæ in dies mihi redditur magis recondita: Ante quatuor menſes conſului pro Nob. Veneto, Stranguria detento ab aliquot menſibus, poſtquam ceſſaverat dolor articularis, cum ſubſidentia materiæ craſſæ, viſcidæ & tartareæ in urinis, ideoque judicavi illum calculo veſicæ laborare, quanquam nullæ præceſſerint arenulæ: Rediit Venetus, curatus fuit diureticis refrigerantibus, lacteque caprillo, meliuſque habere viſus fuit, tuncque experimentum factum fuit cum cathetere, & cum candela cerea, neque calculus fuit inventus, ex quo deveneram in opinionem nullum adeſſe calculum: Iter habuit in curru & in equo, abſque ulla moleſtia majore, mox ante menſem ardentiſſima febre correptus fuit ex pituita ſalſa, cum maxima albedine & lentore linguæ, cum ſiti inextinguibili, vigiliis & extenuatione corporis. Ex qua pituita ſalſa judicavimus potuiſſe provenire etiam ſtranguriam: Obiit tabefactus.

Diſſecto cadavere, invenimus in veſica calculum magnitudinis ovi gallinacei: In Rene dextro alium calculum minorem triangularem: In Rene ſiniſtro abſceſſum jam ſuppuratum, Jecur, Veſicam, Inteſtina eryſipelate detenta, ex qua inflammatione eryſilacea obiit; cum præſentia tamen calculi, quanquam de ipſius præſentia dubitatum fuerit: neque tamen erat mucoſitate aut membrana aliqua involutus, ut hinc impediretur attactus ipſius: Hoc dixi & annotavi, ut hinc pateat calculi præſentiam in veſica non ſemper notis innoteſcere, licet ſit eximiæ magnitudinis. *Bened. Silvaticus Epiſtola ad Ioh. Beverovicium, in hujus Exercit. de calculo.*

SCHOLIA.

Cum ſubſidentia materiæ craſſæ, viſcidæ & tartareæ] In urinis ægrotantium ſæpenumero conſpiciuntur contenta alba & copioſa, è corpuſculis minutis conflata, quæ cum ſubſiderunt, ſupra medietatem liquoris implent, ipſumque albidum & opacum reddunt, reliquo in ſuperioris matracii regione tenui & claro permanente: Hujuſmodi ſedimentum *farinaceum* dicitur, quia ſcil. aquam farina imbutam refert; De hoc ambigitur utrum è tota cruoris maſſa, an tantum è viſceribus urinariis conferatur: Obſervatione conſtat in calculo veſicæ ejuſmodi lotium conſtanter reddi, etiam aliquando ob renem lapide grandiori obſitum; Abſque affectu nephritico talem ſubſidentiam in urinis nunquam vidi: Quare hoc fere indubitatum calculi ſignum ſemper reputavi: atque videtur quod à ſucco, ſive humore circa calculi molem congeſto omnino dependeat; namque ubi lapis in rene aut veſica defigitur, humor nutritius ibidem ab aſſimilatione pervertitur, & in mucum craſſiorem degenerat, qui valde copioſus coacervari ſolet, veluti ichor, qui propter globulum in fontanella poſitum ubertim exſudat: hic autem mucus cum ſero ablutus ſedimentum illud album conſtituit. *Willis.*

Observatio XVIII.

Mucoſa ſubſtantia cum urina diu excreta.

Diſſecui ſeptuagenarium qui ardente febre eadem die extinctus fuerat : Hic xx. amplius ante obitum annis de intolerabili laterum dolore conqueſtus fuerat, nimirum circa coſtas nothas: Mucoſam ſubſtantiam una cum urina diu excreverat, nunquam tamen aut arenulas aut calculos.

Huic ſiniſtri renis ſubſtantia carnea intus plane abſumpta erat, in eoque hærebat calculus, duas habens radices ſatis inſignes : dexter vero Ren à calculo quidem immunis erat, à conſtitutione tamen naturali abiens, dum ſubſtantiam flavidam magis obtineret, coloremque ſubfuſcum : Ureteres huic mirum in modum capaces apparebant : Veſica admodum diſtenta, extuſque in fundo aliquot apparebant veſiculæ ei adnatæ: In interna capacitate magnum reperi calculum, pendentem uncias duas & ℥ij. hic lævis, etſi æqualis ex parte exiſtebat, non aſper aut inæqualis, uti qui in vere extrahebatur: Ventriculus huic interius in fundo concreto ſanguine aſperſus apparebat : ſumpſerat enim non diu ante obitum, ab imperito Medico, pilulam ex præcipitato. *Pawius obſervation. Anatom. iij.*

APPENDIX.

Materia mucoſa, tenaciſſima, diu à Sene incolumi excreta, citra calculi præſentiam.

Ad calculi generationem, præter diſpoſitionem materiæ craſſæ, & efficaciam agentis, renum caliditatem, anguſtia vaſorum in ipſis & eorum imbecillitas accedat oportet, ex *Galeno* 5. de ſan. tu. 7. quod *qui latas habent venas à cibis craſſis non læduntur*; Quod mihi contigit obſervare in Illuſtr. & Rever. *Hercule de S. Bonifacio*, qui octogenario major, urinas ſemper profudit copioſæ pituitæ viſcidiſſimæ immixtas ad libram circiter, tenaciter adeo hærentes fundo matulæ, ut & ea inverſa, effuſa urina ab illius fundo penderet : cum tamen nullæ unquam fuerint de calculo querelæ toto decem annorum ſpatio, & quod excedit, quibus ad ipſum invitii. *Silvaticus conſil. 66. cent. 3.*

Observatio XIX.

Mucoſa pituita urinæ permixta, diu reddita ab iis qui calculo veſicæ laborarunt, excrementum eſt illius male affectæ, alimentum proprium ritè non conficientis.

Docuit autopſia in eorum cadaveribus qui ex calculo veſicæ obierant, & humorem illum mucoſum diu multumque cum urinis excreverant, veſicæ corpus carnoſum evaſiſſe, & digiti aut pollicis craſſitiem adeptum eſſe, ita ut totam illius cavitatem interdum impleat, & ipſum calculum proxime amplectatur, donec tandem urinam ſupprimens ægrum miſere juguler : In iis vero qui urinam tenuem, claram & aquoſam reddiderant, veſicæ ſubſtantia membranoſa & in ſtatu naturali conſtituta apparuit. *Riverius Pract. lib. 14. cap. 1.*

SCHOLIA.

Veſica corpus carnoſum &c. In iis qui urinam &c.] Horum eventuum ratio deſumitur ab ab *Hippocr.* aph. 66. 5. *Si in vulneribus pravis & magnis, tumor non apparet, ingens malum.* Ratio eſt *Galeno*, quia ſuſpicio oritur humores, qui ob dolorem ad vulnera defluunt, jam ad partes principes tranſineare : Præterea omnibus partibus inſitum eſt, ex eodem *Galeno*, de diff. febr. cap. 11. ut quæcunque robuſtior eſt, id quod noxium eſt aut ſuperfluum, ad debiliorem tranſmittat, nec ceſſet illa tranſmiſſio donec ad imbecillimam ventum ſit: Cum autem pars vulnerata admodum debilis ſit, ac proinde ad excipiendos humores maxime diſpoſita, ſi illi ad eam non deferantur, ſignum eſt alias partes admodum eſſe debiles, quæ talem tranſmiſſionem moliri nequeant, aut alias eſſe vulnerata debiliores, ad quas humores deferantur : Non ſolum autem humores vitioſi ad partem vulneratam deferuntur, ſed etiam ſanguis laudabilis, quem natura majori copia ad partem afflictam tranſmittit, ut illi ſuppetias ferat quantum poteſt : Hæc omnia locum habent in veſica à calculo oppreſſa : Calculus grandior, aut inæqualis, vel aculeis præditus, veſicæ tunicam interiorem vellicat, unde dolor & imbecillitas partis accedit : Natura vero illi ſoppetias ferens, ſolito copioſiorem ſanguinem ad eam mittit, tum reliquæ partes robuſtiores ſuperfluitates ſuas ad eam deponunt : Hoſce humores veſicæ ſubſtantia concoquit & aſſimilat quantum poteſt, ſicque ex copioſiori ſanguine copioſius ſumens alimentum accreſcit, & craſſior atq; carnoſior evadit: Cum autem totum ſanguinem affluentem, multò minus humores vitioſos ſibi aſſimilare nequeat ; inde multa exoritur excrementorum illuvies, quæ ex propria partis natura, pituitoſam illam ac mucilaginoſam formam inducere conſuevit : In iis autem calculoſis, qui urinam

nam, claram, tenuem & aquoſam reddunt, vel quieſcens calculus dolorem non parit, qui talis attractionis cauſa ſit: vel aliæ ſunt partes veſica debiliores, ad quas reliqua membra ſeſe exonerant: Hæc doctrina luculento uteri exemplo roboranda eſt; Uteri ſubſtantia, ſicut & veſicæ, membranea eſt; at in prægnantibus tota fere carnea evadit, atque ita craſſa ut poſtremis menſibus duorum digitorum craſſitiem æquet: quia natura toto geſtationis tempore multum ſanguinis ad uterum mittit, fœtus nutriendi gratia, qui cum ab eo totus non abſumatur, portio quædam illius utero apponitur, & inde cum fœtu ad partum uſque continuo augetur: Idem in veſica contingit, quamvis præternaturaliter, ut quando major ſanguinis quantitas ad eam confluit, portionem illius in propriam ſubſtantiam convertat, & illa inde majorem craſſitiem acquirat: Si vero contingat, extra graviditatem, uterum intemperie aliqua affici, aut alio quovis affectu laborantem, debiliorem reddi, tum humores ſuperflui ab aliis partibus ad eum multa inde emer- excrementorum illuvies, quæ per fluorem muli- brem expurgatur: Et ille fluxus albus mulierum proprium uteri excrementum, quemadmodum m- cilaginoſa urinæ portio eſt excrementum veſic. Idem in renibus contingit, etſi non ita frequente ut quando à calculo, eorum ſubſtantiæ impacto, do- lor atque imbecillitas iis inducitur, ad eos natu- multum ſanguinem, multoſque humores demitta qui cum aſſimilari nequeant parti, ſaltem majo parte, in excrementum craſſum ac mucilaginoſu convertuntur, quod magna copia cum urinis ex cernitur, idque adſtantes, ac Medici vulgares pu- rulentam materiam eſſe putant, quæ tamen mere pi- tuitoſa eſt, aut ſaltem exiguo puri permixta, c. r ſcil. à calculo per attritionem ulcus in renibus gen- tum eſt. *Idem.*

OBSERVATIO XX.

Vrina alba, purulenta, ob xij. in veſica calculos. 1. Ob veſicæ ulcus. 2. Ob ulcus coll veſicæ. 3. Ob calculos veſicæ ulceratæ, calloſæ adnatos. 4. A rene ſiniſtro pure referto. 5. Ob lapidem in ore vaſorum urinariorum. 6. Ab aſceſſu meſenterii. 7. A calculis renes atterentibus. 8. A veſica & renibus ulceratis. 9. A renibus ſuppuratis. 10.

§. 1. JUriſperitus diu moleſto urinæ ſtillicidio afflictus fuit: uſus aquis Spadanis urinam albam fœtidam ac purulentam reddidit, unde peius habuit: In veſica mortui duodecim reperti ſunt calculi. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 2. David N. urinam fœtidam ac purulentam excernebat: In cavitate veſicæ ulcuſculum conſpiciebatur rotundum. *Vide tit. de Iſchuria.*

§. 3. Quidam ſanioſum humorem quotidie reddebat, cum ſtranguria: Medici quidam contendebant adeſſe calculum in veſica: Ulcus in collo veſicæ, inſtar nucis vomicæ repertum eſt. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 4. Nob. mictionem difficilem habuit, urinamque turbulentam, purulentam, mucoſam: Veſica tota ſpiſſa, carnoſa, nigra, gangrænata cum aliquot callis duris, & adnato calculo &c. *Vide tit. de mictione difficili.*

§. 5. Gaſparus N. urinas reddidit purulentas, magnum inter emittendum ardorem emittentes: Ren dexter erat integer, ſed major, ſiniſter miræ magnitudinis ſevo ſimillimus, intus pure refertus. *Vide tit. de Hypochond. tumore.*

§. 6. Nephriticus purulentum minxerat: Repertus lapis in ore vaſorum urinariorum: Uterque ren tabuerat. *Vide tit. de Lumborum tumore.*

§. 7. Virgo dolores habuit Colicis ſimiles & maraſmo conſumpta interiit: In mortuæ Meſenterio ingens copia puris, quod natura per renes vacuare tentaverat, urinis valde purulentis profluentibus, Renes tamen erant integri. *Vide tit. de Ventris dolore.*

SCHOLIA.

PUs in urina ulcus in veſicæ cervice, aut in renibus antiquatum oſtendit, Et quod à veſica eſt gravitet olet: quanquam enim omne pus male olet, tamen quod ex veſica cæteris gravius: idque tum ob ſubſtantiæ veſicæ naturam, quæ quia carnea non eſt, adeoque longiore tempore, & violentiore cauſa indiget ad putrefactionem, magis putreſit, tum propter naturalem loci inquinationem: Quod à Renibus, aut etiam ſuperioribus partibus ad veſicam defluit, eo minus eſt malum, quo minus male olet, juxta *Hippocr.* in Prognoſt. *Pus optimum eſt quod minimum eſt graveolens:* Defluit autem ex jecore, *meſenterio*, pulmone, quin & cerebro ipſo, inflammatione hepatis, *meſenterii ejuſque abſceſſibus*, in pleuritide, phrenitide, angina, peripneumonia: Et in phthiſi memini me ex rupto ulcere ejuſmodi pus ſanioſum & admodum graveolens vidiſſe, idque copioſe nec una vice redditum, ſed per aliquot dies, donec tandem æger quarto die vitam cum morte commutaret; Via autem qua ad veſicam perveniat in peripneumonicis & pleuriticis, eſt per ſiniſtrum cordis ſinum in arteriam magnam, & hinc in emulgentes: Pleuritici tamen etiam per venam ἄζυγον expurgantur: In angina vero & phrenitide puris tranſitus fit à venis jugularibus in venam cavam, indeque emulgentes; Et per hanc viam ſæpe etiam catarrhi capitis expurgantur, qui ſi craſſiores ſunt, urinæ ſtillicidium inferunt; teſte *Galeno* in lib. de diæta idiotar. comm. 52. Diſcernitur autem à pituita pus, non tantum odore gravi, ſed etiam quod illa craſſa

atque renax cohęret, pus vero agitatum mox diſſolvitur ac diffluit, *Henricus Martinus Anat. urinæ cap.* 10. Pleuritidem quoque urinis purulentis, ribus ex ordine diebus profuſis, vidi ſolutam in Nob. matrona Neocomenſi, Anna Maria Horicea, anno 1659. ſed ſimul per latus ab effuſo pure admoto pyrotico, nulla comite anacatharſi.

§. 8. Ulcus Renis ex abſceſſu phlegmones inſolens admodum eſt : nec minus quoque inſolens id putandum quod vel à profluentis materiæ acrimonia renem exedente, vel ab ictu, vel à caſu ejus venas diſrumpente fieri tradunt : Crebro autem ac fere ſemper à calculo intus coërcito fit, qui vel pondere renem contundit, vel attritu comminuit exeditque ; Ita ſæpe vidimus tota renis carne ac ſubſtantia perėſa, ambiente tanquam marſupio, membrum, pus calculoſque multos obvolvi : Ulcus ab his cauſis ortum habuiſſe argumento eſt quod urina, antequam purulenta eſſet, ſæpe cruenta fuerit, præſertim ab exercitatione & labore, quod febris nulla aut perobſcura fatiget. *Fernelius lib. 6. cap. 12. Pathologiæ.*

§. 9. Londini in Anglia anno Dom. 1637. *Eduardus Maii*, vir in medicinæ arte undiquaque conſpicuus, *Ioh. Penant* vita functi, ætatis anno 21. cadaver aperiri juſſit à Chirurgo, qui ſectionem aggreſſus eſt à regione naturali, Ubi veſicam ulceribus plenam ac pure diffluentem juvenit, ſuperne etiam ruptam totamque corruptam : Hinc Renes occurrunt, nihilominus vitiati ac putres : dexter enim erat prorſus conſumptus, ſiniſter ad duplam magnitudinem tumefactus, vereque in ſaniem converſus : carnoſæ etiam partes interne uſque ad pellem eroſæ. *M. Aurelius Severinus de Abſceſſibus p. m.* 281.

§. 10. Puer xiij. annorum poſtquam per duos annos purulenta mictione laboraſſe, tandem obiit : Dextri Renis parenchyma plane conſumptum erat, ita ut nihil præter membranoſam ejus ſubſtantiam eſſet reliquum : Siniſter æquans magnitudinem duorum pugnorum, pure ſcatebat totus. *Vide tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 11. Puella xviij. annos nata purulentas urinas reddiderat per longum tempus, & febre diuturna, lenta hecticaque detinebatur, ac tandem interiit.

Aperto cadavere Renes inventi ſunt omnino in pus converſi, ita ut eorum tunica pure omnino referta fuerit, nullis apparentibus parenchymatis reliquiis. *Samuel Formius Obſervat. xxvij.*

Observatio XXI.

Urinæ mucoſæ & purulentæ à lapide in veſica & renibus purulentis. 1. Mucoſæ à rene intus conſumpto, calculo in veſica. 2.

§. 1. MEnſe Januario 1633. vocatus fui ad juvenculam mulierem, à biennio decumbentem, quæ paulo poſt occubuit, cui nulla præſcripſi remedia, mortem præ foribus prævidens : Illius aperto cadavere, inventus in veſica lapis nucis juglandis magnitudine cum ſuo putamine : Uterus lapide minor erat ; Renis ſiniſtri figura propemodum naturalis erat, ſed refertus materia purulenta, partim mucoſa, (*plurimi ad conſpectum ejus mucoris in urinæ fundo*, exiſtimant renes calculo laborare, qui cum dolore emictus, index quoque eſt ulceris ſordidi in veſicæ cervice, quod adnotat *Fernelius* de Urinis cap. xvj. lib. 3.) Ureter eadem materia infarctus : Ren dexter dilatatus, magnus, altero quarta parte longior, adeo ut Medici & Chirurgi fere non agnoſcerent ; interiore parte omnino conſumptus : materia mucoſa & pure ſcatens ejus membrana, quæ ſola ſuperſtes : tantus fœtor, ut nullus eſſet ferendo : ſimilem materiam cum urinis excernebat : Illius renis ureter adeo amplificatus erat, ut Chirurgo pollicem inſerere liceret à rene illo ad veſicam uſque. *David Laigneau de Sanguinis miſſione pag.* 585.

SCHOLIA.

PLurimi ad conſpectum ejus mucoris in urinæ fundo &c.] In urinis quorundam mucoſum quid, tenax & glutinoſum apparet, quod matulæ ſuo lentore ac tenacitate adhæreſcit ita pertinaciter & obſtinate ut inde avelli nequeat, deinde poſtquam in fundum matulæ propendet, & deorſum verſus inclinatur, ea materies cogitur in ſe & conglobatur, & affatim acervatimque velut provolvitur : De cauſa ejus materiæ, ſic p. n. genitæ plerique digladiantur : Alii ad cacochymiam corporis, vulgus ad catarrhum, alii ad pravam quandam diſpoſitionem partium omnium urinariarum, alii ad ulcus ſordidius ipſius veſicæ, alii ad morbum veſicæ, alii ad hyperſarcoſin urethræ, ut effluat id quod tenuius eſt, remaneat quod craſſius, præ anguſtia aquæductus : Alii calculum in veſica contentum : Imo cum calculus in veſica, & frequens micturiendi deſiderium, æger ſe comprimit ob dolorem, & ita emittit id quod tenuius eſt, quia compreſſio eſt, in conando remanet id craſſius, quod in dies lenteſcit : Et obſervarunt primarii Medici & lithotomi, lapide in veſica cōtento diutius, non initio cum dolores excitat, & ipſa veſica ægrotat

ægrotat & fœtet, mucum illum naturæ moleſtum excerni, tales urinas reddi donec excluſus ſit: Laborat enim & ægrotat veſica, & quia pars eſt membranoſa & habet aliquid νευρῶδες, tale in ea congeritur excrementum, tum à proprio ipſius excremento, tum ab externo: Ubi vero excluſo lapide veſica melius habet, tum nihil tale generatur: Quorum demonſtratio ex *Galeno* comm. ad partem 66. lib. 3. artic. peti poteſt, cum diſtinguit excrementa partium carnoſarum ab excrementis partium ſpermaticarum, maxime vero membranoſarum, ſunt enim μυξώδη, tenacia, lenta glutinis inſtar; & cum id quod in mucoſa urina apparet, non ſit diſſimile ei excremento quod decedit è partibus ſpermaticis, urinæ iſtius mucaginoſæ cauſa neceſſario adſcribetur morbo ipſius veſicæ, ægrotat autem quoties in ea lapis exiſtit, Simile quid à *Fernelio* obſervat cap.16.de Urinis, & *Galen*.ad aph. 3. lib. 5. cum detur definire excrementum ſuperfluum, ſimile c dem naturæ partis ut humor exiſtit, in oſſe med la,in hepate ſanguis, ſpumeus humor in carne p monum, in articulorum compagibus humor gl noſus, Et in cadaveribus eorum qui calculo in rierunt veſicæ, inventa eſt plena muco iſto, ſin mucilagini extractæ ex ſeminibus carnoſis & ſuc lentis: *Gul. Ballonius Annot.* 1. *in conſ.* 68. *lib.* 3. iſta muliere mucoſa ejuſmodi materia, & à veſi manabat, in qua lapis continebatur, & à rene, c jus, parenchymate abſumpto, ſola ſuperſtes e membrana, à qua, ut pote membranea, mucila noſa ea materia prodibat.

§. 2. Septuagenarius diu de laterum dolore conqueſtus eſt, & mucoſam ſubſtantia cum urina diu excreverat ſine calculis aut arena, ſiniſtri renis ſubſtantia carnea intus pla abſumpta erat, in quo hærebat calculus: In veſicæ capacitate magnus aderat. *Vide t. de Hypochond. dolore.*

Observatio XXII.

Mucoſum urinæ excrementum citra Renum aut Veſicæ ulcus.

§.1. MUcoſum urinæ contentum non ſoli, nec omni Renum aut veſicæ ulceri co venit, adeoque etiam ex ſuperioribus partibus derivatur, Experientia eni contrarium docet: Ita D. *Sennertus* vidit ejuſmodi ſedimentum tenax & mucoſum Ren bus & veſica illæſis: Idem bis obſervavit *Prævotius*, 1°. in *D. Petro Gennaro* Presbytero, q ante ſexennium ſuæ valetudinis cauſa *Patavium* acceſſit, poſtquam triennium Iſchur laboraſſet cum urinæ ardore & ſumma difficultate, ac gravitatis ſenſu in veſica, velu plumbei ponderis, ut nonniſi cruribus elatis meieret: Sedimenti mucoſi ea erat tenac tas, ut à feneſtris cubiculi in alto ſiti ad terram continue pertingeret: idque quotid ad ℔iij. prodiit; certo argumento non fuiſſe à renibus aut veſica: Cùm tandem ex parte à tanta excrementi copia colliquatæ fuiſſent.

Hic tandem urinæ ſuppreſſione Patavii ſublatus, in ejus cadavere nihil p. n. juventum præter mucum in renibus, ureteribus & veſica.

§. 2. Similis caſus erat tribus ab hinc annis Ludov. Federici Nob. Brixiani, qui dun puer à fratris tergo diebus canicularibus equitando iter ageret, incaleſcentibus à Soli fervore renibus, ſanguinem minxit: à quo ſymptomate liberatus, poſtea anno ætatis circiter 20. cœpit conflictari *iſchuria*, qua tandem *Patavii* extinctus, In defuncti corpor nihil vitii præter mucum in veſica & ureteribus. *Thomas Bartholinus in Actis Med. annor* 1674. 75. *&* 76.

Observatio XXIII.

Vrina purulenta, paſſea, cum ſedimento craſſiore nigro, in muliere cui Glandula Renalis arenoſa reperta eſt.

SEpt. x. 1658. in muliere 50. annorum Renem ſuccenturiatum invenimus inſignis valdè magnitudinis, adeo ut vel pugnum referret; mollis admodum erat, colore ſubruber, materia atra purulentaque, nec-non arenulis plurimis repleta: Cavitas hic, quæ alias etiam in adultis ſatis notabilis, ſic ut inflata hæc glandula veſicam referret, maxima; Plurimos per annos mulier hæc urinæ purulentia laboraverat; Non raro quoque non ſolum paſſeam eam emiſerat, ſed etiam ſedimento craſſiore nigro notabilem. *G. Blaſius Obſerv. Med.* 20. *part.* 6.

SCHOLIA.

INſignis magnitudinis] Renem ſuccenturiatum veſiculam quandam glanduloſam in abortu junioribuſque referre alias docuimus: In adultis fere conſiſtentis ſolidioriſque conſtitutionis eſt, haud adeo cavitate notabili prædita, licet omni deſtitui nolimus aſſerere. *Idem Obſervat. Anat. p.* 129.

Hæc Glandula &c.] Uſus harum Glandularum hactenus incognitus eſt: atque omnes de eo opiniones meæ ſunt conjecturales nec ullo nituntur fundamento: Ex hac obſcuritate fieri arbitror quod hactenus nulla fere harum glandularum apud Medicos fuerit conſideratio, cum tamen ex iis male habentibus varios morbos procedere credendum ſit: Sperandum igitur Medicos Practicos in poſterum

has partes diligentius obſervaturos, & quales morbi ex iis oriantur, per multiplices cadaverum apertiones indagaturos & annotaturos: *De Diemerbroeck Anatom. lib. 1. cap. 18.* Idem docet ex illis capſulis atrabilariis nullam quidem dari viam ad renes vel ureteres, (*Quod vult, Clemens Niloe Belgico de Fermentat. & Nutrit. c. 9.*) ſed illas ſe exonerare in venam emulgentem aut cavam, ex *Warthoni obſervatione.*

Observatio XXIV.

Vrinæ purulentæ Empyemati thoracis ſuccedaneæ.

ANno 1638. Mercatorem Noviomagenſem empyicum tractavi, qui tandem puris albi bene cocti, mediocriter craſſi duas matulas plenas è thorace per urinarias vias bidui ſpatio, cum aliquo in ureteribus dolore, excrevit ſine ullo ſanguine, & ſic ab empyemate feliciter liberatus fuit; cum antea pus (cujus fluctuatio ab ipſo difficulter reſpirante, non modo ſentiebatur, verum etiam per commmotionem corporis antrorſum ab adſtantibus magnifeſte obaudiebatur) phthiſeos & vitæ periculum ipſi minaretur: Tale quid etiam obſervavi in quodam Tielano, cui empyico tandem etiam pus totum per urinarias vias fuit evacuatum cum ſummo in lumbis & ureteribus dolore, à diſtenſione, tranſitu puris craſſi facta, inducto.

Similem hiſtoriam ſibi in ægro quodam viſam deſcribit *And. Laurentius* Anat. l. 9. quæſt. 12. In cujus cadavere invenit ſimilem fœtidam materiam copioſiſſimam in thoracis cavitate & ſiniſtro cordis ſinu, qualis cum urinis reddira erat; quod certum indicium exhibebat illam è thorace per cor ad renes veniſſe. *De Diemerbroeck Anat. lib. 1. cap. 17.*

SCHOLIA.

QUi promittunt ſe clariſſime hujus rei cauſas (*tranſitus puris è pectore in renes*) explicaturos, dicunt hoc fieri propter pororum in renibus ſpecialem aptitudinem ac figurationem (quam tamen deſcribere nequeunt) cujus ratione pus craſſum per illos dimitti, ſanguis vero tenuior tranſire non poteſt, Cum in cribrum ruſticum, *inquiunt*, rotundis foraminib.. præditum ſimul injiciuntur paleæ tenues, & piſa vel fabæ, tunc per ejus foramina craſſæ fabæ vel piſa facile dilabuntur, paleis tenuibus oblongis in cribro remanentibus: Verum etſi pororum aptitudo in rebus ſiccis talia præſtare poſſit, tamen valde dubitandum an etiam in liquidis & omnino fluidis corporibus ſimul mixtis hoc contingere queat, præcipue ubi neutrum pinguedine alterum ſuperat: ſcil. an pus, quadruplo craſſius ſanguine, propter ſolam dictam pororum figurationem tranſire poſſit per tam anguſtos poros, qui ſanguinem ei adniſtum, multoque tenuiorem non tranſmittunt, ſed ſiſtunt: an etiam ſanguis (qui adeo tenuis & fluidus eſt, ut interdum per poros cutis tranſſudare viſus ſit (ad poros renum deveniens, non æque facile, imo longe facilius poſſit figurari ad formam pororum renũ, quam pus, quod adeo craſſum eſt, ut vix per ureteres tranſire queat, eoſque diſtendendo multoties graviter excruciet: Sed quid dicemus de rebus ſolidis & duris, an illæ etiam taliter figuratæ ſunt, ut per poros renum dimitti poſſint, ſanguine non concomitante? atqui varia extant exempla rerum durarum ſine ſanguine cum urinis excretarum, quas anguſtiſſimos renum poros, quos ſanguis permeare nequeit, tranſire, hactenus à pleriſque & traditum & creditum eſt: An hic etiam illa pororum antedicta aptitudo & ſpecialis figuratio ſufficiet ac ſatisfaciet? Vix credo, nam tales res duras & majuſculas vaſa lactea tranſeuntes, primo per venam cavam & dextrum cordis ſinum, hinc per anguſtiſſimus pulmonum meatus ad ſiniſtrũ ſinum abſq; noxa & incommodo inſenſibiliter tranſire, indeque per aortam & arterias emulgentes ad renes demandari, ac per eorum fibrillas urinarias & papillarum poros ita tranſcolari poſſe, ut nullus ſanguis comitetur, omnem fidem & rationem ſuperat, neque ulla experientia probari poteſt, cum Medicus vel Anatomicus nullus unquam acus, ſemina, ramulos, aliaſve res ſimiles deglutitas in vena cava, cordis ventriculis, pulmonibus, aorta aut renibus invenerit.

Hæc dum mecum penſius ruminarem, dum etiam perpenderem, quod illi qui aquas Spadanas &c. copiolius bibunt, intra ſemihoræ ſpatium ſæpe tres, quatuor pluteſve ſeri libras emingunt, ſine ulla cordis alteratione, & vix veroſimile videatur, quod tanta ſeri crudi & non colorati copia tam cito per cor, pulmones & renes ſine incommodo tranſire poſſit, cœpi cogitare neceſſario præter renes, debere etiam dari quaſdam alias vias per quas copioſius ſerum, atque etiam res duriuſculæ modo commemoratæ ad veſicam devenire poſſint: Vias has ſuſpicatus ſum eſſe quædam vaſa lactea, quæ per occultos, & hactenus incognitos meatus ad veſicam feruntur, & non quidem in omnibus, ſed in paucis quibuſdam hominibus verſus veſicam adeo patula ſunt, ut non tantum ipſum chylum lacteum & ſerum copioſum, ſed res quoque ſolidas, duras & oblongas tranſmittere poſſint: Suſpicionem meam confirmare videntur obſervationes Medicorum qui interdum chyloſam lacteam materiam cum urinis excretam viderunt: Sic N. Florentinus novit Juvenem qui quotidie, præter urinam multam, ſine ullo incommodo emingebat lactis quantitatem medii urinalis: *Capellus* Medicus, teſte *Bauhino*, vidit mulierem quæ dimidium cyathum lactis è veſica excrevit: A *Laurentius* nonnullas puerperas plurimam lactis copiam per uterum & veſicam excreviſſe obſervavit: Ex quibus manifeſte apparere videtur Lactea quædam vaſa, non ſolum ad uterum, verum etiam ad veſicam excurrere, in eaſque partes ſe exonerare poſſe, ſi nihil obſtet, id eſt, ſi illa vaſcula non ſint obſtructa, compreſſa, vel aliter impedita, ut in pleriſque hominibus eſſe videntur, quam ob cauſam tam raro chylum lacteum ad veſicam defluere exiſtimandum eſt: Cum autem hæ viæ breves, & non adeo tortuoſæ ſint, ut multæ aliæ, facile contingere poteſt ut per eas, præter chylum interdum quoque res ſolidæ, ut ſemina, acus, ſurculi &c. tranſeant: Per eaſdem lacteas vias etiam ſuſpicatus ſum plerumque deferri liquores illos aſſumptos, quorum

colot

color & odor in urina ſuperſtes percipitur, nam ſi per cor tranſirent, neutrum integrum ſervare poſſent: Hæc autem vaſa etſi hactenus nec conſpicua viſui, nec ab ullo Anatomico demonſtrata fuerint, tamen neceſſario adeſſe modo dicta ſatis docent: Similia lactea vaſa verſus mammas protenſa etiam in conſpectum non veniunt, cum tamen illorum ſentiam ſatis oſtendant ſurculi pridie comeſti pe piiam excreti: Si hæc vaſa in mammis ſint ocui viſibilia, quid mirum quod etiam illa quæ ad ur & veſicam tendunt hactenus videri non potue *Idem.* Vide Appendicem ad Obſer.v. tit. de Diab

Observatio XXV.

Foliacea ſedimenta à veſicæ ulcere deducta.

NOn raro obſervavimus, præſertim in quodam idiota *Bertrando de Greus*, qui le febre detentus ob ulcus veſicæ, poſtquam nulla amplius profudit ſedimenta foliac quæ xii. fere annis, ut dicebat, multa excreverat, tandem ab inflammatione ſuborta ter die miſere periit: Tantæque rei triſte miniſterium ex diſſecta illius veſicæ inſpectione ſi re nobis poſtea licuit. *Ioh. à Belloforti comment. ad Galeni lib. de Vrinis pag.* 81.

SCHOLIA.

HIppocr. aphor. 77. ſect. 4. *Quibus cum urina craſſa furfuri ſimilia quædam ſimul exeunt, his veſica ſcabie laborat:* Ubi Galenus, *Quemadmodum cutis ſuperficies tenue quiddam per ſcabiem, lepram & lichenas abjicit ac deperdit; Sic cum pars quæpiam interna ſimili aliquo cutis vitio laborat, furfuroſas cuticulas una cum urinis emitit.* Atque ita à ſcabie *Furfures* diſtinguit, quod ſi hæc ſcabies in ulcus abeat, quemadmodum etiam in communi ſcabie perſæpe fit, tunc eroſa profundiore veſicæ ſubſtantia *ſquamulæ* exeunt. Hoc aphor. 18. ſ. 4. docuit Hippocr. *Si ſanguinem & pus minxerint, & ſquamulas, & gravis odor adſit, veſicæ ulcerationem ſignificat:* Squamulæ ergo è ſubſtantia profundius evelluntur *Hippocr.* non autem à ſuperficie abraduntur, ut communis habet opinio: Determinantur autem ad v cam per ſanguinem, & pus, & odorem grave hæc enim ſeſe in ulcere veſicæ conſequuntur: na ſanguine, rupto quomodocunque vaſe, ſeu per e ſionem ſeu aliter, ſequitur ſanies & ex ſanie erode ſquamulæ ex veſicæ ſubſtantia excidunt: demu profundo facto ulcere, fit odor ille teterrimus: q ſi abſint, aliunde has ſquamulas eſſe poſſe innuit videlicet ex venarum tunicis, ut *Galenus* tradi & tunc febris aderit, urina vero cruda, totius co ſumptionem & tabem ſignificans: hocque dilig ter inculcat *Galenus*, quando cruditatem urinæ t bidi corporis, concoctionem vero affectus vel notam eſſe non ſemel monet. *Henricus Martini Anatom, urinæ cap. x.*

Observatio XXVI.

Corpora cruenta, lata, per urinam excreta, à Renis dextri interiori ſubſtantia deraſa.

JOh. Groſſii Vidua, ſatis alia vegeta, corripitur menſe Febr. anni 1672. qui erat ætat illius 69. gravi capitis dolore, quo per aliquotidies durante à Pharmocopæo accipit pilulas capitales. Dejecit inde tricies, ſubſequente mox gravi Lumborum dolore: Et ab e quidem tempore dictus dolor ægram continuo afflixit, nec, licet iſta varia à veteris obt nuerit remedia, vel unius horæ conceſſit inducias: Ingraveſcente igitur malo, 4°. tanden poſt aſſumptas pilulas ſeptimana me ad ſe invitavit ægra, atque quæ facta ſunt comparent expoſuit, Examinatis omnibus, viſaque urina quæ ſanguinea erat & copioſo pure referta ulcus in dextro adeſſe rene edixi, atque varia interna & externa præſcripſi, à quorum tamen uſu vix quicquam ſenſit levaminis: Solum balneum aquæ dulcis tepidæ, non tantum quamdiu ægra ei inhærſit, dolores mitigavit, ſed & poſt egreſſum per duas, imo & plures horas, ei ſuavem induxit ſomnum, unde frequentem illius uſum ſibi habebat commendatiſſimum: Interim ſæpe in vrina obſervavi particulas quaſdam cruentas, quas tunc pro ſanguine concreto habui: Aſt cum die 31. Martii mane eam inviſerem, deprehendi in fundo vitri urinam continentis corpuſculum aliquod cruentum, teres & ſex pollices tranſverſos latum, quod exemptum lumbricum omni ex parte referebat, atque in nodos ſeu articulos diſtinctum erat. Mirabar rei novitatem, nec niſi vitæ carentia obſtare videbatur, quo minus cum adſtantibus corpuſculum illud pro vero lumbrico habere potuerim: Ægra autem de enormibus doloribus quos præcedenti nocte perpeſſa erat, miſerandum in modum conquerebatur. Adhibita rurſum ſunt varia, ſed omnia, excepto balneo, fruſtra: ſemper namque appropinquante nocte dolores augebantur, gravioreſque erant diurnis: unde interdiu quidem quievit, noctu vero nunquam, idque ad mortem uſque: Cæterum die 3. A ril. veſperi obtulerunt mihi domeſtici ſimile corpuſculum cruentum, ejuſdem cum priori longitudinis ac figuræ, & fruſtulum latum ac craſſum digiti unguem referens: Utrumque ferventi maceravi aqua, ubi tandem extracto ſanguineo colore renalis remanſit. Hæc fruſta ſequenti die per longitudinem diviſi, ſed nullam in eis cavitatem deprehendi: Die 7. April. mane duo rurſum corpora teretia in vitro obſervavi. Horum alterum octo,

lterum ſex pollices transverſos longitudine æquavit: Ea ſimiliter ferventi aqua aliquoties macerata, cruentum tandem depoſuere colorem, retento renali: Placuit & illa accuratius examinare, ſed in diciſſis, ne minima quidem obſervata cavitas, ipſa tantum renali ſubſtantia ubique apparente: corpuſcula igitur iſta, una cum præcedentibus, nil aliud eſſe niſi renis dextri particulas conſtanter pronuntiavimus. Videbatur quidem recenſita eorum longitudo, ſcrupulum aliquem injicere velle, cum naturalis humani renis longitudo quatuor, aut ad ſummum quinque transverſos digitos vix ſuperet, ipſa tamen ſubſtantia examinata eundem facile removit, atque de præternaturali renis magnitudine ſuſpicionem excitavit: Et ab eo quidem tempore amplius non ſunt viſa corpuſcula hujuſmodi teretia, ſemper tamen urina pure & ſanguine fuit referta: Ægra vero nullis proficientibus medicamentis tandem die 19. Maii veſperi circa horam 8. exſpiravit animam.

Ego cognita morte ſectionem à propinquis obtinui: Reſerato abdomine, ad dextrum renem properavimus, viſuri quid monſtri aleret: Et certe vix erat detectus, atque à tunica adipoſa, multo adipe referta, liberatus, cum monſtroſa ſua magnitudine omnium oculos in ſe converterit: magnitudinem namque naturalem, tam quoad longitudinem & latitudinem, quam quoad craſſitiem quater ſuperavit, rubicundo in exteriori ſuperficie exiſtens colore. Diſciſſus vero totus cancroſus erat & fœtido pure refertus, atque ſabulo hinc inde, parce tamen, conſperſus: Hic, ſeparatis omnibus involucris, æquabat pondus xvij. unciarum Medicarum: Monſtroſitate hujus renis animati ſiniſtrum quoque acceſſimus, qui naturalem ſervando magnitudinem juſto ſolum tenuior erat atque flaccidus: Hoc per longitudinem diviſo Calculus ingens apparuit, qui in parenchymate ſinum pro ſitu ſuo formaverat, & ita quidem ſubſtantiam derivetat, ut ei ſoli inhæreret, nec pelvim contingeret: Viſo iſto, magna me denuo cœpit admiratio, quod eum toties ægram interrogaverim, utrum non etiam in ſiniſtro latere aliquem ſentiret dolorem, illa aut ſimpliciter negaverit, aut nonniſi exiguum & vix perceptibilem ſe ſentire reſponderit. Lævis autem fere eſt hic calculus, nec niſi pauciſſimis in locis leviter exaſperatus, ob figuram partim & ob colorem. Corallium rubrum Microcoſmicum haud incommode vocari poſſet: Pondus renis fuerunt unciæ duæ & ſex drachmæ; Calculi vero quinque drachmæ Medicæ: Reliqua viſcera viſa ſunt ſana omnia, Excepta veſica fellea, quæ præter ſolitum turgida continebat liquorem ſubrubeum & piceum, maxima ſui parte in calculos unciales friabiles concrerum. Et hactenus quidem quę in abdomine notatu digna occurrere: Ad reliquos ventres tranſire prohibuit temporis anguſtia: Hoc coronidis loco addo retuliſſe mihi ægram, quod cum ante plures annos graviſſime quoque decubuiſſet, tandem aliquando vomitu rejecerit Gobium fluvatilem verum & vivum, minimi digiti longitudinem æquantem, atque eo rejecto priſtinam ſanitatem recuperaverit, unde ſæpe vomitum ſibi excitavit, ſimilem piſciculum in lumbis ſe habere pro certo credens. *Georgius Segerus in Miſcell. curioſi- anni 1673. Obſervat. 227.*

Observatio XXVII.

Mictio arenularum rubrarum, prodeuntium à vaſis quæ ab hepate ad renes tendunt.

HIpochondriacus arenulas intenſe rubras mingebat, ut calculoſus judicaretur: Nullus calculus in renibus aut veſica impactus compertus, ſed vaſa quæ ab hepate ad renes feruntur coagmento rubro tartareo ubique oblinita erant. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

S C H O L I A.

UT *calculoſus judicaretur*] Arenæ nihil videntur eſſe aliud quam cineres cocturæ ſanguinis, adeóque rudimentum accipere in Jecore, complementum in Renibus vel Veſica, quatenus vel à renum ſiccitate granulantur, vel veſicæ glutine coagmentantur: ibi rubrę ſunt, hic albæ, idque à genialis loci colore: Utratque calculi eſſe nuntias, rubras quidem renum, albas veſicę communis ſententia eſt: De veſica quidem indifferenter *Hippocr.* aphor. 79. 4. prounutiat, *Quibus in urinis arenoſa ſubſident, iis veſica calculo laborat*, ubi *Galenus* addit, id etiam de renibus accipiendum eſſe: Verum rubrę quidem proxime calculum non ſignificant, ſed intemperiem renum ſiccam, quæ quia etiam calculi cauſa eſt, ex *Plateri* ſententia, hinc fit quod tanquam effectus conjungantur, non tamen ſemper nec neceſſario, quia ſiccitas renum harum cauſa adæquata non eſt, ſed partialis tantum: Requiritur enim materię prędiſpoſitio, quę à jecoris intemperie dependere videtur, propter quam ſanguis terreſtrior generatur & ſiccus: Utraque cauſa quia in ſenibus locum habet, hinc fit quod ſenes plerumque renum calculo ſunt obnoxii, Pueri vero veſicę, ob gluten copioſum & expultricis debilitatem. Hunc autem Arenæ ſignificant non uno modo quandoque augeri, quandoque minui: Si enim prius non apparentes quotidie multiplicantur magis, quovſque tandem minus appareant, lapidem adminui ſignificant: quod ſi prius apparentibus multis quotidie diminuantur, ſignificant lapidem confirmandum: quando vero penitus non apparent, nec tamen purgatæ ſunt, confirmatum Ergo urina arenoſa calculum indicat, quantum ad tempus

tempus generationis & diſſolutionis ejus. Quantum autem ad tempus quo jam completam acquiſivit concretionem, non apparet ſedimentum arenoſum, ſed urina mingitur tenuis & clara, eo quod calculus in ureteris caput inſertus vias obſtruat;quam tamen, ut eleganter *Fernelius* monet, urina craſſa, turbida, rubra aut ſubnigra præceſſit, tunc videlicet cum calculus ex ſubſtantia tenuim in capacitatem eorum excuteretur,& craſſa quoque ac turbida,atque etiam vere cruenta ſequitur, ſi videlicet in tene coercitus labore aut exercitatione valida renem ureteréſque proterat, atque tum ſæpe concreti ſanguinis thrombus in urina ſubſidet.*Henricus Martinus Anat.urinæ cap. x.*

Vaſa coagmento rubro Tartareo oblinita] Uſitatum eſt Arenulas rubicundi coloris à quibuſdam in magna quantitate cum lotio excerni: horum nonnulli calculo tenum ſunt obnoxii, atque paroxyſmis nephriticis crebro tentari ſolent; Novi tamen ſine dolore,aut alio graviori ſymptomate longo tempore arenoſa minxiſſe: Urinæ quæcunque ſi in ſe plumbeo, aut terteo vitreato aliquandiu ſteterint, ejuſmodi ſabulum rubrum matulæ fundo & lateribus affigunt, nimirum ſal urinæ volatilis, cum fixo metalli coagulatur; Sic quando Sal armoniac limaturæ chalybis, ſali marino aut vitriolato commixtus ſublimatur, flores elevari inſigniter rubeſ... quare videtur quod ejuſmodi arenulæ rubræ in re... bus gignuntur, eo quod ſal urinæ cum fæculen... tartareis, circa anfractus renum depoſitis coag... tur, indéque materia ſabuloſa conſtat, quæ proti... à ſeroſo latice pertranſeunte abluitur. Itaque are... quæ ita crebro minguntur, non ſunt ramenta cal... majoris (uti vulgo creditur) verum ſanguinis, & tenuim anfractus perluentium,extem poraneum p... ductum. *Willis Tract.de urinis cap. v.*

Observatio XXVIII.

Arenularum mictio à renibus excretarum, in pelvi & prope carunculas, juxta lapidem, concretarum. 1. *A Renibus calculoſis.* 2.

§. 1. IN apertis exuviis *Illuſtris Vippachii* hærebat calculus in parĕchymate,ſeu carne renu... ſub membrana,habens apicem acutum incurvum,pluribus minutis lapillis in pelvi prope caruncuIas ſtipatum, qui modo integri modo reſoluti in arenulas excernebantu... *Guern.Rolfinkius in obſervat.Med.Bernardi Verzaſchæ pag.m.55.*

§. 2. Dom. de Abbenbrouk (*de quo Tit.de Phthiſi lib.2.*) longo tempore calculos per u... nam reddiderat. Mortui Renes inſpiciens, & per medium incidi jubens, inveni replet... fragmentis lapillorum, quos Chirurgus in copia extrahebat.

Observatio XXIX.

Vrinæ variæ à vitio veſicæ urinariæ. Calculis in rene dextro.

I. *Arminius* urinas fundebat nunc flavas, nunc nigras, modo cruentas, vel muco aut areni... lis perfuſas. Veſica urinaria erat admodum corrugata & nigra præ æſtu. In Rene dex... tro plures calculi,partim rubri partim nigri. *Vide lib.2.tit.de Palpit.cordis.*

Observatio XXX.

Membrana craſſa & lata;cum lotio à muliere excreta, pars tunicæ interioris veſicæ.

MAtrona longo ante obitum è meatu urinario rejecit membranam craſſam atque la... tam, materia ſabuloſa refertam, quæ (uti poſtea è cadaveris diſſectione conſtabat... fuit pars tunicæ interioris veſicæ, à calculis ibidem incluſis attritæ & diſruptæ.

SCHOLIA.

LOca in quibus uſitate gignuntur calculi, ſunt tenum ſinus anfractuoſi: exinde minores in veſicam delapſi, ſi non excernuntur, in lapides ingentes excreſcunt: Semel vidi plures calculos majores circa veſicæ latera, inter membranas ejus,velut in cyſti concluſos: Iſti proculdubio à renibus minores d... miſſi,in Ureterum ductibus,inter veſicæ tunicas per... reptantibus manabant,atque illic ſenſim mole auge... bantur: Matrona taliter affecta longe ante obitum... &c. *Th. Willis Tract.de urinis cap.v.*

Observatio XXXI.

Cibos aſſumptos per urinam reddens, quidam cui exulcerata veſica.

C. *Danſai*, Oratoris Regii, obſervatione retulit *Pet.Aſſelinaus*, quendam uvarum acinos & fruſtula lactucæ, aliorúmque ciborum excernere cum urina ſolitum, Cui diſſecto ... morte veſica tota exulcerata & pure repleta viſa ſit.

SCHOLIA.

ID cum narrantem audiviſſet *Petrus Servita*, Venetus Theologus, adjecit ſe, quotieſcunque aquas thermales biberet, cum ſolitus ſit ſemen melonum mandere,ejuſdem integras portiones per urinam emittere, nullo tamen veſicæ affectu, ſed ab aquæ jam dictæ potu: Sic etiam ſemen aniſi uſi... acidularum

acidulatum integrum emictum memotavit *Pygræus* lib. 10. Chiturg. cap. 22. & præter hoc pilos carbonéſque *Fabritius Hild.* cent. 5. obſ. 51. acinos quoque halicacabi cent. 3. Obſerv. 72. *G. Hier. Velſchius Epiſagm. obſerv.* 60. In veſicam autem ulceratam cauſa ejuſmodi mictus referri nequit, cujus effectus potius fuit, at tantum in libertatem & apertionem inſignem meatuum urinæ trajectioni dicatatum: Effectus tamen potuit eſſe, quod cum ore aſſumpta in illo homine facile permearent, ex his quædam, erodendi forte vi prædita, ut pote non ſatis à ventriculo, & primę concoctionis organis ſubacta, atque *ἀκρότητας* ſuas adhuc obtinentia, vim veſicæ intulerint.

Observatio XXXII.

Caruncularum & ſanguinis tum urina excretio, à Fungo in ſuppuratum abeunte veſicæ adnato. 1. A Renis ſubſtantia in eas reſoluta. 2.

§. 1. MEnſe Febru. anno 1669. Obiit vir mediæ ætatis, robuſtus, qui jam per multos annos mictu ſanguineo laboraverat: Ultimis autem menſibus carunculas quaſi cum urina excreverat.

In hoc venter apertus repletus fere inveniebatur ſeroſa humiditate, non tantú is qui infimus dicitur, ſed & qui medius. Ren ſiniſter exſanguis, colore pallidus; Veſica urinaria diſtenta ſanguine ſeroſo, præterquam quod *Fungus* ſe hic exhiberet inſignis, veſicæ interius adnatus, qui jam ſuppurari cœperat, cujus etiam particulæ in liquore dicto fluctuabant, & cum eo excernebantur. Ovum gallinaceum fungus hic excedebat, latus veſicæ dextrum occupans. *G. Blaſius Obſervationum Medic. xx.*

§. 2. Quidam fruſtula quædam rubra mejebat. Inventa Renis membrana illæſa, ſed carne vacua, veſica ſanguine & carunculis referta. *Vide tit. de Iſchuria.*

SCHOLIA.

C*Arunculis referta*] Carunculas exulceratorum Renum ſubſtantiæ particulas eſſe *Galenus* com. in aphor. 76. 4. author. eſt quanquam ſeipſum nunquam talem renum affectionem ſpectaſſe ibidem fatetur: Illis Pilos conjungit *Hippocr.* ibid. *Quibus cum urina craſſa caruncula parva, ac veluti capilli una exeunt, iis à renibus excernitur*; Galenus hæc diſtinguit, & Carunculas quidem Renum ſignificare exulcerationem, Pilos autem nequaquam.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXIX.

DE HERNIIS.

Observatio I.

Herniæ Rupturam Peritonæi raro ſequuntur, frequentiſſime Expanſionem.

HOc animadverſione non indignum videtur, Peritonæum rariſſime diſrumpi: In apertis cadaveribus aliquoties expertus ſum, & demonſtravi umbilicum cum ſubſequentibus inteſtinis inſtar capitis virilis protuberaſſe, adeo ut muſculi ventris ad latera impellerentur, & à ſe invicem ſepararentur, attamen Peritonæum expanſum erat, ſed nunquam diſruptum. *Barbette Chirurgiæ Parte 1. cap. 7.*

SCHOLIA.

P*Eritonæum rariſſime diſrumpi*] Ab apertione aliqua in Peritonæi membrana, quæ inteſtina & Omentum in ventre incluſa retinet, facta, ſi inteſtina vel Omentum ex abdomine per foramen elabantur, horum procidentia ſequitur, quæ tumorum, Celæ dictorum, varia genera producit: Hæc autem apertio Peritonæi, vel ab ipſius ruptura, vel dilatatione proficiſcitur, Ob rupturam peritonæi procedentia illa exoritur, inteſtinorum vel omenti, quæ tumorem illum, qui verius Hernia vel Ruptura dicitur, gignit, illiúſque ſpecies diverſas pro diverſitate loci ubi ruptum fit, & partis quæ procidit variantes: Si enim in Inguinis regione fiat ruptura, & in maſculis proceſſus peritonæi, qui teſtes cum ſeminariis vaſis ſuſpenſos retinet & includit, initium ſcindatur, inteſtinis tunc per hanc aperturá in inguina ſub cutem ſe inſinuantibus, fit Enterocele: & ſi illic ſubſiſtant, Tumor in inguine prodit: Si vero in ſaccum deorſum quoque prolabantur,

prolabantur, illic tumorem excitant, eúmq; ſæpe immenſum, ſi magna inteſtinorum portio deſcenderit, vel illa flatibus diſtenta, aut exctementis referta ſiot; quę ſi dura fuerint, tactu etiam deptehenduntur: Si vero flatus in illis contineantur, cum premuntur murmur edunt: & ſi illic hæreant inteſtina, nec reponi, quia diſtenta vel convoluta ſint, poſſunt, cum excrementorum ductus interclusus ſit, ut illa minime dejiciantur, cauſam prębent, unde fæcibus coacervatis, ſurſumque regurgitantibus, illę tandem evomuntur: Quod ſi vero *Omenti* portio, per enarratam rupturam in Inguen feratur, Epiplocele fit, tumore illic plerumque remanente, nec ulterius deſcendēte, cum Omentum ob brevitatem, longitudine ſua os pubis vix ſuperantem, tantopere deſcendere, uti inteſtina quæ longiſſima ſunt, non poſſit, niſi forte de illo portio abrupta, quod eadem vi qua peritonæum ſcinditur, fieri poteſt, eóque citius, ſi poſtquam egreſſum & retentum, attractum admodum & tenſum eſt, vi hac illi illata, ulterius feratur, & in ſcrotum tunc pars illius ſubſideat, quę tamen amplius reponi minime poſſet: Vidimus & in Inguine, immenſum in quodam tumorem, quem ex omento eo prolapſo proceſſiſſe, ex contactu adipis durluſculi inæqualiter, uti in Omento adnaſci ſolet, ſe offerentis, dijudicare potuimus, quod diſruptum fuiſſe, copia illius quæ huc prociderat, aliquo pacto innuere videbatur, Vel ma-

ximā fuiſſe hic, ſicut mox oſtendemus, relaxatior
cum dolorem alioqui nullum ſentiret, unde negl
cura non diu poſt ſupervixit: In Inguinis malie
regione, ſi peritonæum illic dirumpatur, ubi
quoddam ex utero per illud in inguina extrorſum
tur, tunc uti per proceſſum in viris, ſic in fœm
per hanc viam prolabentibus quoque inteſtinis,
terocele quędam prodibit, in qua immenſus tu
quandoque in inguinibus ſe offert, vel Epiplocel
Omentum procidat, quod cum longius in mulie
bus quam in viris exiſtat, tumorem quoque emin
tiorem in hiſce quam illis progignet. Quod ſi p
tonæum in alia abdominis regione rumpatur, ate
Inteſtina vel Omentum illic ſub cutem provolva
ſi in umbilici regione hoc fiat, Omphalocele dici
Si alibi circa eum, Herniæ ſeu Rupturę generale
men ſervat: In quibus Herniis tactus ſępe an in
ſtinum ſit, quod preſſum murmur, Vel omentu
quod nullum edit, & quod illud majorem, hoc mi
rem tumorem efficiat, diſcernat.

Ex Dilatatione, ſeu Relaxatione ſola proceſ
peritonæi, per quem vaſa ſeminaria ex abdomine
ſcrotum deſcendunt, citra rupturam, inteſtini vel
menti portio etiam prolabi, atque Enterocele
Epiplocele fieri poteſt: Quod ſic contingere oſtend
quia citra pręgreſſum dolorem ſenſim nec ſubito
ac prgterea ocularis inſpectio. *Platerus Prax. l. 3. c.*

Observatio II.

Vera Hernia non fit Sine peritonæi ruptura, Imperfecta per ſolam relaxationem fieri poteſt.

§. 1. Teſtis equidem tunica involvitur vaginali, at ea non extendit ſe ultra teſtem, ſe
circa vaſorum pyramidalium baſin deſinit, teſti unita, adeoq; tranſitus hic loci nu
lus verſus abdomen, Proceſſus adeoque peritonæi hic nullus, ac ſi vaſa ſpermatica vagina
quadam tunica, libera, tegerentur, quale quid in canibus notamus, ſed hic membranulæ da
tur plurimæ, coagmentatæ, vaſa hæc connectentes: Teſticulus tamen ipſe à tunica hac t
tus diſtat (ſolo eo loco excepto qui pyramidalis corporis baſis dicitur) ſic ut ſpatium aliquo
intercedat inter eam & teſtem. Hernia itaque, ſi quæ ex abdomine ipſo, non fit ſine perito
næi veri ruptura vera; nec tamen hic materia, quæcunque etiam fuerit, ſolida humoralíſve
intra teſtem & vaginalem tunicam colligitur, cum ex ventre ad hoc ſpatium nullus detu
tranſitus, ſed vero intra hanc & ſcrotum ipſum: Hæc dum proponimus, neutiquam flatulen
tam, ſeroſamve Herniam (ſic liceat loqui) produci poſſe negamus, à materia ſpatio inter re
ſtem & tunicam vaginalem congregata: hanc enim Obſervationes Medicorum frequen-
tiores ſatis probarunt: Aſt hic inter locum, quem materia hæc occupat, & ventrem infi-
mum, nullus datur nexus; poterit etenim vitioſa hæc affectio hic loci oriri, nil vitii in ventre
ipſo exiſtente.

§. 2. In inguine non raro Herniam ſe exhibere notamus, hanc quacunque etiam à cauſa
dependeat, ſolam fere extenſionem peritonæi ſequi æſtimamus, laxius enim hoc utroque
inguine notatur, ſic ut vel levi attactu ſacculum ſat notabilem verſus femora ſe extendentem
exhibeat. *G. Blaſius Obſerv. Anat. p. 20.*

Observatio III.

Hernia à ruptura Peritonæi.

ANno 1613. Septembris 24. aperui corpus cujuſdam decollati, in quo cum ruptura inteſtinali laboraret, affectum & peritonæum ruptum oſtendi, quomodo per eam rupturam inteſtina vel omentum decidunt. Modum etiam incidendi & ligandi demonſtravi. Plures idem in utroque latere habebat venas & arterias emulgentes. *Ioh. Rudolphus Saltzmannus Obſerv. Anat. p. 42.*

Observatio IV.

Enterocele à dilatatione ſola proceſſus peritonæi citra rupturam dependens.

IN Hernioſo hydropico ſecto poſt mortem, ejuſmodi foramen per quod inteſtinum in ſcrotum deſcendens tranſmittebatur, rotundo margine integrum, *nec dum* ſciſſum vel

ruptum

uptum ullo modo deprehendimus. Per quod inteſtini tenuioris portio illa, quæ ſupra cœcum eſt, in ſcroti, aqua pleni, infimam ſedem uſque ferebatur, totóque illo ductu huic proceſſui peritonæi hujus aquæ cauſa, quæ tunicas has erodendo ut conglutinentur facit, firmiter accreverat & adnatum erat, nihilominus ſine incommodo excrementa egerente, nec dum de dolore conquerente. *Platerus Practic. lib. 3. cap.* 2.

SCHOLIA.

HOc in caſu non ſubitanea vis, quæ diſrumpere potius ſolet, ſed conatus ſaltem frequens & validus egerendi ſæpe repetitus in natura. conſtipatis, in cauſa erit, unde & non ſubito ſed ſenſim naſcitur: cùm enim per eum inteſtina deorſum in inguina protruſa, ad hujus proceſſus initium propellantur, illius meatum ſæpe impellendo, illique ſe tandem inſinuando, eum ſenſim dilatant: Quod ſic fieri, illiuſq; proceſſus exordium eouſque dilatari, atque etiam citra rupturam admodum dilatari poſſe, præter allatum exemplum hæc etiam comprobant, quod & alii ductus anguſtiores & craſſiores ſic dilatari poſſint, veluti ureteres, per quos calculus aliquoties deſcendit. *Idem ibidem.*

OBSERVATIO V.

Vaſa Seminalia Peritonæo obvolui ex ſectione Anatomica Hernioſorum patet.

NOtandum quod quando muſculi oblique deſcendentis tendo modice relaxatur, fit Herniæ illa ſpecies quæ Bubonocele vocatur: Quando vero valde dilatatur, tunc fiunt Herniarum duæ ſpecies, Inteſtinalis & Omentalis: Valent namque corpora hæc in ſcrotum deſcendere, Neque ſi alicui ſit mirum ſi contra epinionem cujuſdam Excell. Medici ſententiam, qui cum Fernelio credebat vaſa ſeminalia à Peritonæo non eſſe inducta, neque ita de facili tendinem hujus muſculi perforari poſſe, cùm jam ſæpe, ut vidi, & celeberrimis Medicis oſtendi rem aliter ſe habere, non ſolum in cadaveribus, ſed in vivis, præſertim anno 1596. in quo vidi puerum qui Hernia inteſtinali afficiebatur, & cum à Chirurgo à Nurſia per inciſionem curaretur, Teſticulo cum ſuis vaſis avulſo manifeſte inſpexi, atque oſtendi vaginam, ut ita dicam, teſticulo à peritonæo factam, quæ ita erat dilatata in ſuo exortu, uſque ad finem & fundum, ut duo digiti manus meæ facile ingrederentur, quod credo omnibus facile eſſe viſu. *Hippolitus Baſcus de Facult. Anat. Lect. 1. p. 9.*

OBSERVATIO VI.

Mulieres Herniis eſſe obnoxias oſtendit diſſectio virginis, cui à relaxato Peritonæo Inguinalis accidit.

LIgamenta uteri Rotunda oriuntur à fundi uteri lateribus, iis præſertim in locis ubi Tubæ Fallopianæ utero committuntur, & inter duplicaturam Peritonæi verſus inguina utrinq; aſcendunt, & ut vaſa ſpermatica in maribus, ita hæc Ligamenta in mulieribus extra abdominis cavitatem prodeunt; hinc illæ eadem ratione ut viri Herniis ſunt obnoxiæ, quatenus ſcil. Peritonæum eo in loco, ubi ligamenta exeunt, præter modum dilatatur: Quemadmodum hiſce diebus obſervavimus, dum Filiam Hernia laborantem poſt mortem diſſecaremus, eo námque in loco, ubi rotunda uteri ligamenta abdomen deferunt, Peritonæum adeo relaxatum invenimus, ut integram foveam ſive burſam efformaret, perquam inteſtina in inguen deſcendendo herniam inteſtinalem producebant. *Regnerus de Graaf de mulier. organis cap.* 10.

SCHOLIA.

HErnioſos aliquot à morbo extinctos ſe vidiſſe ait *Hildanus* cent. 6. obſerv. 37. Unam vero tantum hernioſam, quæ maximis cum doloribus interiit, quod tumorem in inguine celaſſet: *Idem* obſerv. 70. notat herniam in muliere, gravibus doloribus uteri, ventris & ventriculi vexata (cui exortus tumor in inguine duorum pugnorum magnitudine, à ruptura peritonæi, à deſcenſu inteſtini fæcibus turgidi) ſed medicamentorum efficacia liberata. Lethalem quoque herniam in Furnatii uxore vidi anno 1667. cui Iliaca paſſio ſucceſſit, natam à tumore in inguine nucis iuglandis magnitudine, quam paucis ante interitum horis detectam voluit.

OBSERV.

Observatio VII.

Herniæ ope ſubligaculi ſolius curatæ, natura hiatum materia adipoſa oſſarciente.

Sacrificulus in ædibus S. Andreæ Arrium ſacris, nomine *Ioan. Moretus*, Hernia compl laborans me acceſſit, opem efflagitans, maximo enim ſe dolore affici dicens, præſer ubi officii cauſa eſſet canendum: Viſo loco laborante, à cantione abſtinendum dixi, nere alteri conceſſo; hinc plurimis morbo congruis præſcriptis, inter cætera ſubligac deſcenſum cohibere juſſi, quo & quinquennii vel ſexennii ſpatio uſus eſt; atque ex quærens qua valetudine frueretur, ſe ſanum eſſe aſſeruit: Quo de rei veritate conſtar in ædes meas eum deduxi, examinatiſque genitalibus, nullum Herniæ veſtigium co paruit:

Eo autem ſemeſtri poſt ex Pleuritide defuncto, cadaveris apertionis conceſſa, inquil ſedulus quibus repagulis natura deſcenſuris inteſtinis obviam iviſſet: Fidem teſtor me ci foramen productionis peritonæi, inveniſſe ſubſtantiam adipoſam, magnitudinis medioc globuli ſphæriſterii, tam arctè dicto proceſſui adnexã, ut vix ſine dilaceratione adjacentiu locorum divelli potuerit: Quæ ſanationis cauſa fuerat: Multos præterea novi qui à pe tinaci ſubligaculi geſtatione, eaque ſola citra aliud præſidium ſanitatem conſequuti ſun quibus, prius macilentis, poſt obeſis factis, circa inteſtina colligitur pinguedo, à qua int meſcunt, unde nullus in ſcrotum patet tranſitus, relicto poſtmodum ſine recidiva ſub gaculo: Ex quibus patet temere Inſtituendam non eſſe caſtrationem. Res certe adm ratione non caret, naturam morbos incurabiles creditos, ſuperare, levi auxilio adjutan *Pareus Operum lib. 8. cap. 15.*

Scholia.

A *Pertinaci ſubligaculi geſtatione*] Quotum inventio teſticulorum extirpationem, adeo familiarem, ita abolevit, ut jam vix aliquem reperias qui ſolum panem hominum caſtratione lucretur, inqu *Regn. de Gruuf de virorum organis pag. 7.*

Observatio VIII.

Extraordinariæ Herniarum ſpecies per Anatomen deprehenſæ.

Hæ ſunt ſimplices Herniæ & compoſitæ, prout vulgo diſcribuntur, ſed nobis plure alias praxis demonſtrat, & quæ apud Scriptores non reperiuntur: nam experienti me docuit Peritonæum etiam in parte poſteriori verſus *Dorſum* poſſe diſrumpi, & ib Herniam efficere: *Inguina* ſunt locus Herniis conſuetus, verum noli tibi perſuadere Pe ritonæum in aliis locis etiam non poſſe dilatari aut diſrumpi, & ibi Herniam efficere: *Su pra umbilicum contingit*, ſed rariſſime: Infra umbilicum, & ad ejus Latera, & longe ſupr Inguina, non duntaxat ego, juxta alios Hernias vidi, ſed cum illis tanquam cum abſceſſi agebatur, & Chirurgus non aliam ſui erroris rationem in medium producebat, quam quo ibi Herniis conſuetus locus non eſſet. *Barbette Chirurgiæ parte 1. cap. 7.*

Scholia.

S *Upra umbilicum*] Omphalocele, communi fœminarum parturientium damno ſatis innotuit: at ſupra umbilicum ita dilatari cutim ut viſcera interiora excipiat, ab uſu quotidiano eſt remotius: Mulier grandæva Hafnienſis, corpore quadrato & robuſto, multis laboribus defatigata, ſupra umbilici regionem, mox infra cartilaginem enſiformem tumore exorto, & rupto peritonæo, herniam patitur iſtius loci plane ſingularem, quæ quocunque labore incrementum capit: non tamen æqualis ubique tumor: In medio globulus eminet, quo omentum vel inteſtinorum particulam recipi ipſa credit. *Bartholinus cent. 2. Hiſt. 95.*

Supra Umbilicum contingit] Hippocr. ſect. 1. lib. 2. Epidem. non Inguina ſolum Herniarum ſedem ſtatuit, ſed & ſpatium abdominis: *Abdominis*, ait, *rupturæ* quæ quidem *circa pubem ſunt, plerumque ſunt ſtatim innoxiæ: quæ vero parum ſupra umbilicum in dextra parte, dolorem & corporis jactationem afferunt, & vomitum ſtercoris inducunt: ſiunt autem hæ aut plaga, aut diſtenſione, aut ulterius inſultu:* Rupturas quæ circa pubem ſunt plerumque ſtatim innoxias eſſe ait, comparative ſcil. ad alias, Omnes enim doloriſicæ ſunt, ac partibus ſubjectis debilitatem afferunt: Gravem tamen fieri aliquando contingit diſruptionem ſupra Inguina, ſi diſruptio eam partem attingat qua concreſcit cum tendinibus muſculorum: Rupturæ autem ſupra umbilicum excitatæ, maxime dextra parte, cæteris periculoſiores ſunt, quia hinc ægri parati ad volvulum.

Inguina ſunt locus &c.] Vidit Clar. *Th. Bartholinus* Neapoli corpulentum quendam genio deditum, cui in Inguine ramex carnoſus tuberoſus propendet, ut abdominis ſuperet amplitudinem, una parte varicoſus dorſuſque, ex quo puſtulæ enaſcuntur & ſuppurantur: Inferior pars mollior aquam continere videtur. *Cent. 2. Hiſtor. 95.*

Observatio IX.

Bubonocele à deſcenſu Coli in inguen. 1. *A Cœci deſcenſu.* 2. *A deſcenſu Omenti, cum utriusque teſticuli Hydrocele.* 3. *Ab Inteſtinis inter cutim & muſculos cohibitis.* 4. *Ab Omenti & Inteſtini prolapſu inſequuta inflammatio & gangræna.* 5.

§. 1. OCcurrit ante aliquot annos mulier 40. annor. quæ jam à ſex annis hernia gravi ex caſu laboraverat: ſic ut ſubligaculo forti propendentia, detinere coacta fuerit. Aperto in cadavere: Inteſtinum Colon, rupto peritonæo, dilaratis externis, cavitatem ventris magna parte reliquiſſe obſervabatur, loco eo ubi ad conſtituendum Rectum flexuoſum valde ſiniſtro in latere detinetur. *Ger. Blaſius obſervationum medic.* 8.

SCHOLIA.

[*INteſtinum colon rupto peritonæo*] Etſi omnium frequentiſſime & facillime deſcendit Ileum, reliquis inteſtinis magis liberum & lubricum, poſſe quoque prolabi *Colon* oſtendunt *Nic. Maſſa* p. 1. epiſt. 23. & *Fabritius Hildanus* cent. 6. obſerv. 71. Matronæ, *ais*, à multis annis Hernioſæ poſt delapſum inteſtinum, & in abdominis rupturam impulſum, gangræna cum ulcere ſordido in inguine ſupervenit, ex quo bimeſtri ſpatio fæces alvi emanarunt, quæ tamen annos aliquot à curatione ſupervixit, nulla ſuperſtite fiſtula: Colon autem fuiſſe affectum, non aliquod inteſtinorum tenuium, & dilatationi, ſive foramini peritonæi incluſum, idque ſine ulla reduplicatione inteſtini credidi, eo quod inteſtinorum colon ſit craſſiſſimum, unde facile fieri poteſt ut aliqua ipſius pars lateralis peritonæo dilatato, aut rupto includatur & putreſcat, reliquis ipſius partibus, remanentibus ſanis atque integris.

Mulier quæ Hernia gravi] In fœminis à relaxatione ſola peritonæi in inguine, illic ubi vas quoddam peculiare ex eo emergere diximus, facta, Enterocelen & Epiplocelen gigni, ille forte innuere voluit qui tendinem quendam ab inguine in peritonæum emitti, illiusque robore peritonæum, atque hinc omentum & inteſtina conſirmari ſcribit, eique relaxato Hernias illic fieri docuit: Verum cum vas illud non adeo, uti proceſſus peritonæi membranoſum, ſed nerveum & durum exiſtat, nec proin tam facile dilatetur, vix illius relaxationis cauſa, niſi peritonæum illic diſrumpatur, inteſtinum vel omentum in inguen poterit deſcendere. *F. Platerus Prax. lib.* 3. *cap.* 2.

§. 2. Cum Cœcum inteſtinum prope renem dextrum peritonæo contumaciter adhæreat, non poſſum adduci ut credam cum *Galeno* ſolum hoc inteſtinum omni vinculo ſolutum eſſe, ob idque facile in ſcrotum decidere: Experientia docet ſolum Ileum pubi proximum Enterocelen facere, Inveni tamen in puerulis, quibus tum oſſi ſacro incubat, in ſcrotum delapſum, Et nuper in Pharmacopœi cadavere juxta inguen provolutum obſervavi. *Riolanus Anthropogr. lib.* 2. *cap.* 12.

§. 3. In ſubjecto virili ob cuſam monetam ſtrangulato 1638. Paraſiis, Omentum in inguen dextrum producebatur: Deinde vero muſculo cremaſteri ita adnatum viſebatur ut naturalem nexum diceres: Epiplocele enim laboraverat: Uterque quoque Teſticulus Hydrocele infectus. *Bartholinus cent.* 2. *obſervat.* 85.

§. 4. Experimur etiam proceſſum peritonæi in Inguinibus ita poſſe diſrumpi, ut inteſtina non in ſcrotum, ſed inter cutim & muſculos verſus femur ſeſe urgeant. *Barbette l.c.*

SCHOLIA.

[*INter cutim & muſculos &c.*] Inteſtini prolapſi ſub cutem abdominis, ſectione facta repoſiti, exemplum affert *Platerus* obſervationum lib. 3. p. 758. Cuidam taurus impetu facto cornibus abdomen in latere circa umbilicum perfoderat: poſt convaleſcentiam exiguus tumor, rupto ſcil. illic peritonæo, remanſit; quem cùm negligeret, tandem ſenſim è peritonæi cavitate emergentibus inteſtinis, tumor in immenſum excrevit, ipſeque & febre acuta & ſtercoris evomitione extreme laboravit, ut de illius ſalute pene deſperantes, ad ſectionem reponendaque inteſtina, ut extremum remedium confugeremus: qua in cute illius loci tentata, licet difficulter foramen peritonæi rupti digito inveſtigaretur, eo tamen invento, ſenſimque intruſis inteſtinis, mox ſanitati reſtitutus, tumorem poſtea vinculis coercuit.

§. 5. Pagano cuidam viro robuſto cum duobus ligitanti, & in terram dejecto, adverſariorum alter pedem in inguinis dextri regionem adeo impetuoſe impegit, ut vehementem inde cruciatum mox ſentiens, vix iterum potuerit aſſurgere: Inde in lectum collocato, ſtatim tumor in eo loco amplus apparuit: Chirurgus & Lithoromus vocati, rupturam in peritonæo factam, atque procidentiam inteſtinorum ſequutam judicabant, aliquotque dies in reponendo inteſtino laborarunt, fomentis, inunctionibus & manuali operatione adhibitis: Quibus cum nihil proficeretur, dolorq; in dies augeretur, & tumor admodumruberet, ad nos advectus fuit: Cum vero cognoviſſem illum totos octo dies, ex quo læſus fuerat, nihil per alvum dejeciſſe, vomitumq; ea nocte excrementorum alvi ſequutum, & poſtmodum omnino inteſtina procidiſſe, uti & omenti portionem, tumore in inguine perſiſtente, nec in ſcrotum deſcendente, inteſtina ex læſione inflammata, uti & vicinas partes aſſeveravi: Et

quia

quia tumor mollis,plenus & lividus erat,ſanguinem quoque illic collectum ex læſione,cu
que ex diutina retentione corruptum eſſe judicavi. Quibus conſideratis,*cum nulla alia ſ*
ſalutis eſſet,& gangrænæ indicia,excitatis jam nigris in inguine puſtulis,exſudanteq; icho
apparerent, *per ſectionem cutis* viam patefaciendam, & per rupturam peritonæi tunc co
ſpiouam, inteſtina reponenda, Ægro etiam hoc unice rogante, neceſſarium fuit exiſtim
tum. Itaque Chirurgus, cutem tumori inſtratam attollens digitis, ne dum ſecaretur, int
ſtina forte læderet,eam novacula aliquouſq; diſcidit,ægro nullum inde dolorem ſentient
quod emortuæ carnis è gangræna ſignum erat,ſtatimque flatus fœtidiſſimi & corrupt
ſanguis lividus, cadaveroſi & abominandi odoris, per foramen peritonæi ſciſſum, è vuln
re erupit, tanta copia ut pelvim pene impleret: Inde ſectionem longo vulnere continuan
omentum, quod omnino corruptum erat & prociderat cum inteſtinis, ab his, amplitud
ne duarum palmarum abrupit, atque hæc eadem admodum rubentia cruentaque per r
pturam intrudere, ruſumque erumpentia retinere ſtuduit,quod dolorem ægro pariebat
ut omnino interdum deficeret: Poſtea pannis duplicatis & involutis, applicatiſque cu
emplaſtro, ne erumperent inteſtina cavit, mortem interim prædicens, uti & ego, cu
pulſus in eo deficeret, extremaque frigerent, quare tres tantum horas in agone verſat
exſpiravit.

Abdomine ſectione reſerato, inteſtina intrinſecus livida aliquouſque, uti & peritona
inferior ſedes, carnoſaque vicina loca contuſa apparuerunt,ex quibus ea inflammata gan
grænataque fuiſſe ſatis apparuit: *F. Platerus obſervat. lib. 3. pag. 756.*

SCHOLIA.

P*Er ſectionem cutis*] Peritonæi nimirum maguam illam ſectionem ab antiquis uſurpatam & nuper renovatam: in præſens vero ob Chirurgorum ignorantiam raram (quod multis exitio eſt) nimirum dum in Hernia inteſtinali,inteſtinum aliquod quaſi captivum detinetur,ita ut etiam volvulo laborent,& morti ſint proximi niſi cum ſubita dilatatione rupti peritonæi ſecentur. *Franc. Rouſſetus de Partu Cæſareo ſect. 3. cap. 3.* Videant tamen qui ſectione Hernia curare inſtituunt,& diligenter inquirant an inteſtin per proceſſus peritonæi in ſcrotum delapſa,vel dela bentia, viæ anguſtiis quaſi ſtrangulata gangrænam contraxerint: Tunc enim etſi rectiſſime ſecuerint poſtridie æger certiſſime morietur;Chirurgus autem cum neceſſe videbitur, cujus rei in Gallia exempla obſervata notavit *Slegelius: Velſchius obſ. 49.*

OBSERVATIO X.

Ob Herniam caſtrati plerique intereunt, vi illata peritonæi proceſſui, nervo ſexti paris & vaſis ſpermaticis.

ETſi ea curandarum Herniarum via, quæ aureo puncto fit,dolore ac periculo non vacet, tutior tamen eſt quàm illa quæ fit per caſtrationem, quæ ægros remedii crudelitate enectos manifeſto mortis periculo exponit: Caſtratores enim dum timent ne curatione abſoluta ſuperſtes ſit relaxatio, violento tractu peritonæi proceſſum à partibus quibus adhæret divellunt, unaque nervum à ſexta conjugatione, qui ad teſtem pergit: eandem vim ſpermaticis vaſis inferunt, quibus ex rebus dolor excitatur ingens, convulſio, hæmorrhagia, inflammatio, putredo,ac denique mors, ut ego in multis obſervavi, quos paucis poſt diebus quam execti fuerant, exſecui mortuos: Hæc pericula & damna, etſi nonnulli evadant, illi tamen generandi facultate per omnem dehinc vitam privantur. Quare nunquam exſectioni Teſtium ſubſcribam, niſi forte ſarcocele aut gangræna ipſos invaſerit. *Parcus lib. 7. cap. 16.*

OBSERVATIO XI.

Entero-Epiplocele lethalis ob ſequutam gangrænam. 1. Ob Ilei & Epiploi, cum aqua & flatibus. 2. Ob Epiploon maximam partem devolutum. 3. Ob inflammationem Epiploi & inteſtinorum. 4.

§. 1. ACcerſitus olim fui ad Senem quendam hernioſum, cui inteſtina in ſcrotum prolapſa erant,& qui variis iiſq; gravibus ob id moleſtabatur ſymptomatibus: Apud quem Chirurgum reperi illa in ſuum redigere locum annitentem,applicatione fotuum & unctionum,ex rebus magna ex parte adſtringentibus apparatarum: Ego animadvertens eorum uſu impediri potius quam promoveri curationem, confeſtim ex emollientibus & relaxantibus curavi concinnanda remedia, quorum uſu intra paucas horas ſuo loco fuerunt reſtituta inteſtina, & dolores quibus acriter infeſtabatur ſublati: Poſt aliquod autem temporis ſpatium, quia faſciæ uſum averſabatur, relapſa cum eſſent, denuo ad illum ſum vocatus, ac eadem quæ antea per aliquot dies uſurpans remedia, nihil profeci, nec ullo modo inteſtina potuerunt reſtitui, & ſic me præſente bonus ſenex exſpiravit.

Ego hærens qua ratione id potuerit accidere, quod uſu convenientium remediorum

 morbus,

morbus, quemadmodum antea, non ceſſerit, petii ex uxore defuncti ut liceret diſſecto cadavere ejus contumaciæ inveſtigare cauſam: Illa non refragante, Ego & Chirurgus opus anatomicum mox aggredimur, & reperimus inteſtina, una cum epiploo, admodum liventia in ſcrotum decubuiſſe, & eo inteſtina adeo intricata, ut ob id impoſſibilis omnino fuerit eorum reductio, Et ſic αὐτοψίᾳ in veram ejus contumaciæ pervenimus notitiam. *Ex obſervationibus Coſmæ Holzachii.*

§. 2. D. N. hernioſus erat; In ſcrotum pars Ilei devoluta erat cum Epiploo, præter aquæ copiam: Colon flatibus turgidum. *Vide lib. 2. tit. de palpit. cordis.*

§. 3. Dom. *du Lac*, annos circiter quinquaginta natus, ab incunabulis Enteroepiplocele vexatus, cùm Tumorem ad immenſam magnitudinem deveniſſe obſervaret, Tierrio Arvernorum, patria, Lugdunum medelam quærens conceſſit: Convocati in conſilium D.D. à *Clauſtro*, *Graſſius* Ego, Mag. *Panthotus & Benoiſt* Chirurgi, exitum lethalem & calamitatis plenum prædiximus, qui ſectioni ſoli cedere poſſit, evidenti periculo obnoxiæ, ob debilitatem partibus inductam, gangrænæ & ſphacelo expoſitarum: Objecit æger ſe ab anno bis vel ter volvuloſo affectu affectum fuiſſe, ob quem in exitium pene deductus eſſet: malle ſe remedii aleam ſubire, quum nihil morte funeſtius ipſi accidere poſſet, languoribus finem impoſitura: Maſculus ægri animus aſſenſum Medicorum & Chirurgorum obtinuit: præparato ergo corpore Celotomen peregi, atque Omenti uncias octodecim exſecui, membranis tenaciter annexi, immutato quadantenus illius colore: Operatione peracta curam juxta methodum inſtitui: ſed Anima ejuſmodi domicilii pertæſa, id atrophia conſumptum ſeptima die deſeruit:

Præſentibus dictis D. D. Medicis & M. Chirurgis cadaver aperui: Omenti vero tantum portiunculam, ovo columbino magnitudine parem inteſtino Ileo hærentis, reperi, cujus pars gangræna erat affecta, convulſionum & mortis cauſa:

SCHOLIA.

INde colligo in affectibus qui minus ſpei quam timoris præbent, non temere ad operationes accedendum eſſe, ſed demum habito conſilio, & petito à viris Artis peritis, quo præcedente matura deliberatione & prognoſtico, libera ſit erga Deum & homines conſcientia. *Joſephus Covillard Operationum Iatro Chirurgic. Gallice editarum 17.*

§. 4. Illuſt. J. H. Heslerus, ab octodecim annis Hernioſus, vehementi correptus tuſſi, inteſtinis vi deorſum pulſis & quaſi incuneatis, tandem inflammatione & ingentibus doloribus ſupervenientibus, bis vomuit nigra, cum præ anxietate non poſſet contineri lecto, & omnibus invitis ſæpe ſurgeret, à loci mutatione remedium dolorum ſibi promittens, tandem ſedili locatus, lethali animi deliquio correptus placide exſpirabat.

Aperto cadavere ſcrotum dextrum omento & aliquibus inteſtinis plenum inventum, ita erant impacta, ut quamvis corpus adhuc caleret, vix extrahi ſine ruptura potuerint: Inflammata erant, tenſa erant quaſi: inde biduo ante obitum è lecto ſurgens, erecto non poterat ambulare corpore: ventrem ſemper pronus curvare cogebatur. *Rolfinkius Epitomes meth. & cur. cap. 26. lib. 3.*

SCHOLIA.

IN Patavina urbe crebriores obſervavi Hernias inteſtinales incarceratas, vomitibus nigris ſubſequentibus cito curſu ad lethalem metam tendentes: Aperui defunctos tres, & prolapſum inteſtini Ilei intorti, ſæcumque in carcere incuneatarum rationem ſumma cum attentione examinavi: Inde audacior factus, rogatus ardentiſſimo ægri & aſtantium, ancipitem, dubiæ plenam aleæ ſectionem aggreſſus, benedictionem cœlicam expertus ſum: Liberavi inteſtinum inciſa cute, proceſſibus muſculorum & peritonæo: illo repoſito, ſuturis adhibitis, ſanatum vulnus nulla ſubſequente hernia: Studioſus de dolore & tumore inguinis dextri conqueſtus, in conſilium adhibuerat Practicum inſignem; Hujus rogatu ægrum inviſens, detecto tumore inguinis, ægro moriendum eſſe prædixi niſi ſectio adornaretur. Multa internis & externis medicamentis tentata ab aliis, ſed meum prognoſticum, cum 12. die efferretur funus tandem non inane fuiſſe animadverſum eſt: Quam operoſæ, imo nonnunquam impoſſibilis herniarum inteſtinalium ex ſcroto in abdominis cavitatem ſint repoſitiones in vivis, non ſolũ ipſa teſtatur experientia, ſed & in demortuis autopſia: Memini tamen & alias in juvenib⁹, pro deſperatis ſere habitas hernias, uſu clyſterium, balneorum emollientium humectantiumq; continuato, ſingulari Divina favente gratia, de ſubito cum impetu, ſponte ſua retracta. Non favere videtur rigidiori à *Platero* lib. 3. obſ. p. 708. prolatæ ſententiæ, qua in enterocele, in qua immenſus & tenſus ex prolapſu inteſtini in ſcroto prominebat tumor, uſus clyſterum ſuſpectus redditur: Quantumvis enim ex contactu apparuerit, non ab excrementis ſed flatibus inteſtinum adeo intumuiſſe, cum tenſus eſſet tumor, & compreſſus rugitum edere, & curatio bene ceſſerit, nihilominus periculoſæ plenum aleæ judico, his abſolute prolatis oraculis fidem adhibere: Non ſemper enim commeatus liber, ſed interdum interruptus, & tum purgantia magni nocumenti, clyſteres ſemper tuti. *Idem Diſſertat. Anatom. lib. 1. cap. 13.*

OBSERV.

Observatio XII.

Hernia à prolapſu partis meſaræi & inteſtinorum in ſcrotum, cum putredine. 1. 2.

§. 1. N. L. Hernia laborans ſuaſu amicorum agyrtam conducit, qui ad ſuppuratione illam perducere auſus eſt, (Exiſtimans, ut credo, eſſe ſarcocelem) itaque eam ſtercore utebatur caprillo deſtillato: circa 14. diem oborta febre, vocor & ego tu propter febrem, tum propter urinæ difficultatem: Adveniens igitur & omnia diligent perpendens, periculum exiſtimo agyrtæ cura ægro illi allatum: nimirum ob febrem ſyr ptomaticam, itemque dyſuriam ex conſenſu iſtarum partium ortam, & imprimis quc hernia eſſet inteſtinalis, quæ creſceret nonnihil & decreſceret: adde decubitum vel aſce ſum: præterea membranoſas illas partes ad ſuppurationem prorſus eſſe inhabiles, & re nonniſi graviſſimis intervenientibus ſymptomatibus in effectum poſſe deduci: Quin ut effectus reſponderet, tamen corruptis illis membris functiones naturales neceſſario al oleri: Æger contra malle ſe periclitari quam cœptam curam intermittere, meque rogar ut febris tantum curam habere non gravarer: Pergit itaque adhuc per tres ſeptimanas tunc redit agyrta iſte, ruſticus qui erat, & cum phlebotomo inciſuras inſtituit per fundu ſcroti ſatis altas, ad materiam exhauriendam, tertio vero die æger moritur.

Aperio cadaver, aſtante ipſius agnato, & meſaræi partes cum inteſtinis prolapſ putreſcentes jam & corruptas invenio, Itemque in collo veſicæ abſceſſum quantitat nucis avellanæ, ut non tantum ratione conſenſus, ſed & abſceſſus difficultas illa urin exorta fuerit. *Phil. Salmuth. centur. 1. obſervat. 11.*

§. 2. In conſultatione referebat nobis *I. Dom. Sala* vidiſſe ſe meſenterium cum inteſti nis tenuibus omnibus in ſcrotum delapſum, abdomenque alterum præ ſe tuliſſe, qua mo le compreſſo veſicæ collo, urinæque impedito tranſitu, neceſſitatem moriendi ægro eſſ accitam. *Th. Bartholinus cent. 2. hiſtor. 95.*

Observatio XIII.

Hernia vicennalis, ſolo pondere moleſta, ex decubitu Ilei & Epiploi in ſcrotum.

ANno 1678. 18. Januar. diſſectum eſt cadaver *Caroli Ludovici*, in Noſodochio Genevenſi, à *Mag. Bailly* Chirurgo, me præſente & Dom. D. *de Commun is*, Noſodochi Medico ac Mag. D. *Dentand* Chirurgo peritiſs. Septuagenarius erat dictus *Ludovicus*, Vi procerus, vino & veneri, dum juvenis, addictus, qui totam Perſiam peragraverat: Obiit autem ex Peripneumonia: Ante 20. annos Hernia laborabat; quam præ pondere & magnitudine ſubligaculis ſuſtentabat, cæterum immunis omnium affectuum quos hernia comites ſibi accerſit:

Diſſecto ſcroto, primo ſe obtulit Omentum eo devolutum, paucula pinguedine obductum, flaveſcente: hinc inteſtinum Ileum, cum annexo meſenterio, ad ulnæ noſtratis longitudinem devolutum, citra ullas læſionis notas: Peritonæi productio adeo expanſa & dilatata, ut nequaquam detractis inteſtinis & omento, quinque digitos conjunctos admitteret, manum integram, aliàs excepturum: Omentum autem peritonæo & inteſtina arcte invicem cohærebant, ut hinc conſpicuum ſit operationem ſine dilaceratione impoſſibilem futuram fuiſſe: Teſtes exigui, compreſſi, flaveſcentes, nucis moſchatæ magnitudinem vix æquantes: Srentorea voce erat præditus: Diverſorium, cui pro inſigni appendebat effigies viri ſylveſtris, in ſuburbio SanGervaſiano, ejus fuerat: Coma autem & barba hirta, effigiei prototypus videbatur.

Observatio XIV.

Enterocele nativa. 1. Incurabilis ob ſubſtratum ſcroto adipem, & Ileum vaginali tunicæ affixum. 2. Ob prolapſum Ilei intorti, cum dilatatione externæ tunicæ vaginæ, internæ ruptione. 3. 4. 5.

§. 1. J*Oh. le Charron* volvulo affectus evaſit, exactisque aliquot annis alio morbo interiit: Aperto cadavere, obſervatum eſt mediam quandam partem inteſtinorum & meſenterii rupto peritonæo in ſcrotum ampliſſimum, & omni fide majus prol. pſam, ut etiam inde retrahi nequiret: Et iſta prolapſio erat illi naturalis, inteſtinaq; tanquam in loco nativo & augebantur in ſcroto & nutriebantur: *Iac. Thevart Annot. 2. in conſ. 24. lib. 2. conſ. Ballonii.*

§. 2. Cuti ſcroti naturaliter nullus intervenit adeps, retulit tamen mihi *Chriſt. Riedinger* ſe illum obſervaſſe in Dom. *Martino Schatio*, qui cum inteſtinali Hernia laboraſſet, nullus Chirurgorum unquam ea, quæ in ſcrotum prolapſa videbantur, ita reducere potuit,

quin ſemper adhuc præter teſtem, tumor inſtar ovi gallinacei majoris remaneret:

Aperto mortui cadavere obſervarunt in ſcroti fundo multum pinguedinis excreviſſe, & inteſtinum Ileum vaginali tunicæ plurimarum fibrarum interventu firmiter accreviſſe: *Regnerus de Graaf. lib. de virorum organis pag.* 20.

§. 3. Anno 1664. Dn. Chriſtoph. Heidenius in Herniam inteſtinalem incarceratam in ſcroto, cum ſtercoris vomitibus, obſtructionibus alvinis, torminibus ventris, ſingultibus &c. incidit: Elapſo ſextiduo in conſilium vocor, examinatis ante à Dn. N. adhibitis clyſteribus emollientibus & humectantibus, inſeſſibus, inunctionibus & aliis remediis, teſtor nihil omiſſum fuiſſe quod ad reſtitutionem in integrum requireretur: Sed quam operoſæ, imo impoſſibiles herniarum iſtarum in abdominis cavitatem per hæc media, ut & manualem operationem, ſint repoſitiones, tot lugubria hactenus facta teſtantur exempla & in demortuis αὐτοψία: Quæ cauſa etiam eſt quod dicta præſidia ſuos ſæpe deſerant authores, ut ægros poſtmodum prognoſtico cogantur relinquere: Proximam curationis attingit metam qui dislocationem & prolapſum inteſtinorum in ſcrotum corrigere novit: Hoc me cum Deo meo & rei veritate gloriari poſſum me ope Emplaſtri mei magnetici (propria experientia à me inventi, inque pluribus diverſæ ætatis, conſtitutionis & ſexus ſubjectis, eodem etiam malo plures per vices ad deſperationem uſque aliorum recurrente, multoties non ſine fructu probati, quod ſatis dilaudare nequeo, Lumbis applicati, tormina juxta ſopiendo ventris atrociſſima, intorta, dislocata, & incarcerata in ſcroto inteſtina, quamprimum incaluerit, ad proximam abdominis transfert ſedem, ipſis etiam ægris, non quidem ſine moleſtia, vim ejus tractricem animadvertentibus.) dicti Domini inteſtina convoluta, & in ſcroto incarcerata, in priſtinum repoſuiſſe locum: Nam quamprimum die 2. Januar. 1665. hocce Emplaſtrum ipſius lumbis circa horam noctis nonam fuit applicatum, vix dimidio horulæ elapſo ſpatio tantum exercuit tractum, ut præ cordis angoribus & levibus leipothymiis, niſi adſtantes qui tum excubias agerent generoſam emplaſtri virtutem ipſis quaſi manibus palpaſſent, vi abrumpere tantum non commoveretur, donec ipſe ſalutarem extractione ἰυφορίαν tandem percepiſſet, eo quod inteſtina ſenſim ac ſenſim in abdominis cavitatem ſerpendo retrocedere ſentiret: Dum hæc ita peragerentur, loco vini meri, id quod Divinus Senex inculcat, internorum confortantium uſus internus & externus cordialium non fuit poſthabitus: hiſce per aliquot horas continuatis, optima recuperandæ valetudinis ſpes affulſit, dum boni volvuli hujus inſequuti fuere exitus, quos *Hippocr.* 2. Epid. ſ. 6. in comment. *Valleſius* recenſet, ſcil. ſomnus, laſſitudo & diarrhœa, quæ ex fæcibus conſtabat nigris, gangrænam minitantibus: Ad œſophagi tandem & faucium aſperitatem, & læſionem ex ſtercoris & aliorum acrium humorum tranſitu cauſatam, profuere lenientia mucilaginoſa & putredini reſiſtentia: Sterno dolenti Empl. Oxycroceum levamen attulit, Et ſic D. G. præter omnium expectationem rum temporis ex Acheruſia quaſi palude liberatus eſt æger: Sed quid fit? Ne de hujus Emplaſtri virtute ab aliis frivole ac temere impugnata, ullus dubitationis relinquatur locus, ecce Idem Hernioſus cum anno 1665. 19. Junii, herniam ſuam ſine ſubligaculo geſtaſſet, in idem malum, ſed aliis comitatum ſymptomatis incidit: Ille illico, idem etiam Emplaſtrum adferri è mea domo juſſit, Lumbis ut denuo imponeret: hoc quidem iterum ſuam exercuit vim attractivam, ſed irrito conatu: Ego elapſo jam dum biduo domum revertens, illico ad ægrum accerſitus, deveni, habito ultro citroque mentis diſcurſu, ad impediti effectus cauſam, quæ fuit 1°. vis emplaſtri veteris exantlata; 2. dozis ejus malo expugnando inæqualis, 3. nova ſymptomatum ſyndrome, qualia præter obſtructiones alvinas & urinarias, vomitus ſtercorum, ventris tormina, fuerunt ſumma virium diminutio, dyſpnœa, nephritis, emphyſema ventriculi, cum incipiente tympanitide &c. Ego vero ſepoſita omnium horum affectuum medela, iterum aggreſſus ſum dislocationem & prolapſum inteſtinorum in ſcrotum: ſine his enim reliqua non inſequuta eſſent ſymptomata: Emplaſtro meo renovato, & dozi ejuſdem aucta, priſtinam inſtitui curam ſemeſtrem, quæ licet lente procederet, levibus tamen aliis juxta adhibitis, inteſtinorum diſtorſio & dislocatio probe fuit correcta, ſubligaculis tamen ſemper coercenda: Sed tandem anno 1666. 4. Maji dictus D. æger lethalem metam attigit, ſuperveniente ex lapſu prono in terram vaſis cujuſdã ruptura in ſcroto eodem affectu defunctus.

Cùm corpus ad inſpectionem aperiretur, obſervavi prolapſum inteſtini Ilei intorti in ſcrotum cum dilatatione externæ tunicæ peritonæi, & internæ ruptæ & dilaceratæ: Inteſtina inflata cum peritonæo, omento & meſenterio erant inflammata, & tantum non gangrænoſa, *ob circulationem ſanguinis impeditam* & ſpiritus vitalis oppreſſionem: Veſicula fellis erat inſtar ovi anſerini in magnitudine: Ad ſcroti ſectionem menſura una & circiter ſeri cruenti effluxit: Conſtitutio Hepatis & Lienis mediocris: Ren dexter fuit minor ſiniſtro: Ulteriorem cultri progreſſum adſtantes prohibuerunt: Emplaſtri compoſitionem libens

commu-

communicarem, niſi retraxiſſet quorundam objurgandi audacia, fiet tamen ſi benevoli aliquem offendero. *Fridericus Hofmannus meth. med. lib. 2. cap. 2.*

SCHOLIA.

OB *circulationem ſanguinis impeditam*] Quomodo hinc generetur Inflammatio oſtendit Eruditis. *Franciſcus Sylvius* Pract. lib. 1. c. 40. Sanguine in vaſis valde diſtentis, partibusq; quibus aliis ſubſiſtente, h. e. ſtagnante, mox incipiunt evaneſcere partes ſpirituoſæ, magisque volatiles, acidas & ſalinas temperare ſolitæ: unde utræque acriores fa in ſe mutuo inſurgunt, Effervеſcentiamque, ob p tes ſanguinis oleoſas præſentes, calidam excita quin paulatim ſanguinem ita corrumpunt, ut io pus vertatur &c. Vide cap. dictum.

§. 4. Menſe Dec. 1676. obiit famulus Chirurgi Noſodochii Genevenſis, Enteroce obnoxius: Ea tum temporis prehenſus, præ vehementia doloris, accedente ſyncope, i tra horas 24. extinctus eſt: Ante apertionem loci affecti, perpendit *Mag. Bailly*, Chirurg petitiſſimus, vix trium digitorum ſpatium inter umbilicum & pubem interceſſiſſe; Scr tum vero mire tumebat à fæcibus in inteſtino concluſis; facta autem hypogaſtrii diſſecti ne, reperit Inteſtinum Ileum bis, in formam literæ s conduplicatum; adeo in via coarct tum ut neque hinc impellendo, neque inde trabendo, in ſedem naturalem compelli p tuerit, etiam ablatis in inteſtino contentis.

§. 5. Anno 1674. Apparitor Genevenſis, nomine *Dominicé*, ſeptuaginta quatuor nati annos, ab Enterocele extinctus eſt, poſt trium ſeptimanarum languorem: In quo etian num Ileum inteſtinum eodem modo conduplicatum deprehenſum, atque tam arctè i cuneatum ut nulla vi, etiam remotis impedimentis, in abdomen compelli potuerit.

OBSERVATIO XV.

Epiplocele lethalis ob corruptionem Omenti, Teſtium & vicinarum partium. 1. A maxim Omenti parte in ſcroto. 2. Epiplocele ab Omenti in Teſtis ſeminaliumque vaſorum tunica deſcenſu. 3.

§. 1. ANno 1585. robuſtiſſimus quidam Faber lignarius Genevenſis, quum elevaſſe pondus ingens, Omentum ei prolapſum eſt in ſcrotum, & quia reductum no fuit, intumuit, Inde dolor acutiſſimus, inflammatio, aliaque graviſſima ſymptomata, de nique mors ſequuta 7. die.

Ego ſcrotum incidi, & inveni Omentum, imo etiam Teſtes vicinasque partes plan corruptas & gangræna infectas: *Fabritius Hildanus cent. 1. obſervat. 72.*

§. 2. Conſpicatus ſum Omenti ſelibram extra umbilicum, Et in ſcroto Omenti li bram & amplius *Columbus de Re Anatom. lib. 15.*

SCHOLIA.

CUm Omentum in Scrotum delabitur, delapſum ventriculum aliquando trahit deorſum, & ſingultus aliorumque ſympromatum cauſa eſt. *Vid obſervat. ſeq.*

§. 3. Ego non ſemel ſane Omentum in eam teſtis ſeminaliumq; ipſius vaſorum tunicam (cui peritonæum originem præbet) devolutum, ac miris modis mediocrem omenti alias conſtitutionem adauctam deprehendi: Nam cum tota omenti pars alioquin inteſtinis incumbens in mediocriter pingui homine vix libræ aut ſeſquilibræ pondus excederet, Vidi tamen omentum ita p. n. in ea teſtis tunica auctum, ut quatuor aut quinque librarum pondus penderet, & ventriculum ex ſua ſede ita deorſum diſtraheret, ut ventriculi deficiente munere, variisque obortis ſingultibus, id pondus mortis occaſionem fuiſſe inter ſecandum collegerim, cum in morbo quodam laterali, qui alioquin bene expurgatus fuerat, ſcrotum ex more ab ægro adſtantibusque ſubligari neglectum fuiſſet: Quin etiam quo exactius ramicum herniarumque, uti vocamus, rationem perquiro, eo etiam magis omnes illos molles ramices, quos carnoſos vulgus appellitar, ac merito à varicoſis affectibus diſtinguit, ex omenti prolapſu incrementoque progigni mihi perſuadeo. *Veſalius Anat. lib. 5. cap. 4.*

OBSERVATIO XVI.

Hernia triplex lethalis, ob putrefactionem inteſtinorum in ſcroto incipientem,

IN quodam magni nominis Viro, vitam ſedentariam agente, temperie humida prædito, & diu in viduitate vitam tranſigente, hernia tum aquoſa, tum carnoſa ac inteſtinalis (de qua ultima tamen ſemper fuit dubium, cum nullos dolores ſentiret vehementes) excreverat in tantam magnitudinem ut ultra 40. libras penderet, & ipſe amplius hoc pondus propemodum

modum ferre non poſſet, propter difficultatem ſpirandi, cum omnia magna vi dcorſum traherentur, ſemperque lecto affixus decumbere coactus fuit: Tandem cum nulli amplius remedio locus eſſet relictus, & mors illi brevi immineret, de conſilio Medicorum & Chirurgorum, prius tamen prognoſtico indicato, cùm omnibus copia aquæ adeſſe videretur, ſectio fuit adhibita in loco inferiore, ubi undans aqua percipiebatur, Qua adhibita ſine magno dolore, effluxit cum impetu illius ad libram 1. ſed foramine obſtructo tunc, Medici noluerunt plus excerni: Sequentibus diebus tribus plus illius evacuatum eſt, & æger non male ſe habuit: Verum quarto die febris ſupervenit cum eryſipelate, quod alioqui illi fuit ſępe moleſtum, prçſertim in pede altero, qui ob ſcirrhum œdematoſum inſitatæ quoq; fuit magnitudinis, ac paulatim vires decreverunt: ut paucos poſt dies placidiſſime obierit.

Apertum ſcrotum, quod ex ſectione alioqui ſatis detumuerat, & ſpem aliquam convaleſcentiæ præbuerat, Reperta inteſtina putreſcentia, quæ proculdubio mortem accelerarunt. *Obſervatio Ioachimi Camerarii.*

Observatio XVII.

Hernia ex Aquoſa, Varicoſa & Carnoſa conflata.

NObil. Ramſæus accepit in ſiniſtræ natis partem ſuperiorem & externam introrſum & deorſum leviter rendens vulnus, ex quo ſtatim concidit: Huic acceſſit vulneri, inter alia ſymptomata, ſiniſtri teſticuli cum tumore & ſummo dolore inflammatio, quæ tamen poſt magnam partem ſublata, remanente ſolum levi duritie, tubore & dolore: Vocatus deprehendo Herniam, non Ventoſam, ob defectum flatuum; nec ſimplicem Aquoſam, quia ſcrotum nec lucidum, nec aqua turgidum: nec Carnoſam ſimplicem, ob dolorem: Sed Herniam ex Aquoſa, Carnoſa, & Varicoſa conflatam: Aquoſam quidem inculcat tumor inſtar ovi oblongus, cum teſticuli occultatione quoad tactum & viſum: Accedit & hoc qnod ſiniſtro lateri aquoſæ herniæ valde ſint familiares, quod nempe vena ſpermatica ſiniſtra oriatur ab emulgente: Carnoſæ vulnus ad ſiniſtræ natis partem ſuperiorem vergens anſam dare potuit & cauſam: generatur enim hæc hernia ex ſanguine teſtes & ſcrotum obruente, ibique in molem carneam mutato: cui affluxui vulnus potuit, ut dixi, anſam dare, ut non ſolum in principio ſtatim Teſticuli ſiniſtri inflammatio, ſed & dolor ſequutus fuerit: Suppetias fert ſanguis aduſtus melancholicus à vitio lienis oriundus, renisque ſiniſtri debilitas: Vaticoſam monſtrat dolor, qui exacerbatur in diſtenſione vaſorum ſpermaticorum, unde erectionem penis cruciarus intenſiſſimi comirantur: Omnia incaſſum remedia, nam ſequenti menſe moritur.

Aperto corpore, Renum loco portionem pinguem qnaſi, Lienis vero loco ovi gallinacei quantitate nigrum fruſtrum, ſanguinis coagulati facie, inveniebamus: Cavitas, (circa veſicam) abdominis, aqua erat repleta, ut & ſcrotum circa ſiniſtrum teſticulum potiſſimum, dextro longe minorem: Vaſa teſticulorum varicum modo conſiſtebant; Dextri teſticuli ſubſtantia ſpongioſa & putrida, tunicæque adnata erat, In dextra ſcrori parte caro adipoſa. *I. D. Horſtius obſerv. Anatom. 6.*

Observatio XVIII.

Hernioſi calculoſa veſica unam ſcroti partem implebat, Inteſtina tenuia alteram.

VEnetiis quendam Hernioſum novit *I. Dom. Sala*, cui omnia ſigna calculi veſicæ videbantur adeſſe, nec tamen catherere aut candela potuir deprehendi: In mortui cadavere calculus cum ipſa veſica unam ſcroti parrem impleverat, inteſtina omnia tenuia alteram: *Th. Bartholinus cap. 4. obſerv. 28.*

Observatio XIX.

Hernia à deſcenſu Ilei in ſcrotum, ſubſequente Iliaco affectu, irremeabilis ob excreſcentiam circa meatum enatam.

DOm. à Charancon, Senator Camberiacenſis, cum quodam die in Vinea aliquid magno cum niſu ageret, repente ſibi imum venrrem crepari ſenſit, atque inteſtina in ſcrotum prolabi, quæ cum reponere conaretur, nec poſſet, in Iliacam paſſionem incidit; ſecunda enim die ructibus & vomitibus aſſiduis vexatus, alvum habuit penitus ſuppreſſam; difficultas etiam urinæ illum comitabatur: Sub veſperam febris, ſitis, oris amaror ingens, vigiliæ, jactationes, ventriculi ſubverſiones, dolores, ſeu potius cruciatus, clamores continui illum torquebant, adeo ut nihil per os admittere & retinere poſſet. Ego accerſitus ſub veſperam ſecundæ diei, ex pulſus inæqualitate, inordinatione, parvitate & celeritate etiam ex

tot

tot ſymptomatum vehementia & ſubitanea virium dejectione, morbum acutiſſimun quartum diem non præteriturum pronuntiavi, Atque præſcriptis quibuſdam topicis, nihil feciſſe viderer, cardiacis, anodynis, ad diſceſſum me paravi: Sed victus precibus manſi, & protinus *enema emolliens* & anodynum parandum & injiciendum curavi, poſt horas iterandum: quæ ambo ante diluculum tertiæ diei *per os reddidit*: Tertium poſt ridiem injectum, ſub veſperam adhuc ſincerum evomuit, & ea nocte fæces ipſas fœtent & iterum bilis copiam cum violentia & cruciatu maximo per vomitum rejecit; ſicque ribus & ſpiritibus exhauſtis, corpore prorſus inanito, ſub veſperam quartæ diei defeci

Diſſecto cadavere, Ileum inteſtinum, quod in ſcrotum deſcenderat, livens invenim & ſupra os pubis, in meatus initio (quod notam dignum) ſpongioſam, ſeu potius fungoſ carnoſitatem reperimus, inteſtinum circa meatum involventem, membranisq; vicinis ad adhærentem, ut vix manibus & unguibus avelli poſſet: Eam excreſcentiam primo ſtat die enatam, & à ſanguine ob dolorem & *rupturam* in plagam confluxo, & ad locum lac ratum concurrente, genitum fuiſſe autumo, qua fungoſitate viam obſtruente, facta fuit i poſſibilis inteſtini delapſi reductio. *Abel Roſcius ad Fabritium Hildanum cent.6. obſerv.70.*

SCHOLIA.

E*Nema emolliens ejiciendum*] Prolapſio inteſtini in ſcrotum, vel eſt in fieri, vel jam facta & inveterata: In fieri illam eſſe dico quando ab initio inteſtinum deſcendit in ſcrotum, & ſymptomata nondum gravia adſunt, tunc enim clyſter non protinus infundendus eſt, ne forſan una cum inteſtino quoque ad ſcrotum deſcendat malumque adaugeat: Præſtat itaq; alvum, ſi conſtipata fuerit, ſuppoſitorio laxare, mox ſacculum ex radicibus, herbis, floribus & ſeminibus emollientibus, flatusque diſcutientibus, aqua coctum applicare: deinde in lecto collocato ægro & inclinato capite, in altum vero elevatis pedibus, reducere oportet inteſtinum in locum ſuum naturalem: repoſito inteſtino, protinus ſacculo adſtringente, aqua fabrorum cocto, locus affectus per dies aliquot fovendus eſt, ut partes relaxatæ conſtringantur & vagina aperta obturetur: interim colum abluendum atque expurgandum eſt, quo flatus qui inteſtina ad ſcrotum propellunt ſimul educantur, id autem enematibus perquam commode fiet: Si unum ex ſuperioribus inteſtinis in ſcrotum delapſum fuerit, præter enemata, lenitivo quoque medicamento corpus expurgare convenit, enema enim naturaliter ad ſuperiora inteſtina pervenire non poſſe notum eſt: Per Factum, ſive inveteratum prolapſum inteſtini in ſcrotum, intelligo quando inteſtinum jam per dies aliquot in ſcroto retentum fuerit, ita ut ſymptomata peſſima, durities ac tenſio ſcroti, dolor, vomitus, anxietates, febris & alia ægrum torquent: In his enemata non tantum conveniunt, ſed & neceſſaria ſunt, neque verendum ut facile in ſcrotum deſcendant, Inteſtinum enim, quia foramini peritonæi & vaginæ incluſum, & proinde compreſſum eſt, ut ad ſcrotum perfluat clyſter, vix fieri poteſt: Sed etſi portio illius illuc iret, quid inde mali ſequi poſſit non video, Enema enim inteſtinum emollit, lubricum reddit, dolorem lenit, & flatus educit, quæ omnia in deſcenſu inteſtini ſumme ſunt proficua. *Fabritius Hildanus cent.6. obſerv. 73. Rolfinckius* clyſteres ſemper tutos judicat: Revera ſi inteſtina tenuia tantum, (vel ſaltem ut plurimum) in ſcrotum prolabantur, nec clyſteres eo uſque pertingant, ex lenientibus ſaltem, lubricantibus & carminantibus compoſiti, (cathartici enim eo nomine eſſent ſuſpecti) Quid vetat eos præſcribere ad deoneranda craſſiora inteſtina & alliciendas fæces, flatusque diſcutiendos, qui ſurſum irrepere, malum augere, affectumque deteriorem reddere poſſent?

Enema per os reddidit] Mirum cum Ileum in ſcroto repertum fuerit, quomodo Enemata duplicationem compreſſionemque illam Ilei permeare & ad ventriculum regurgitare potuerint: verum enimv ro naturam plerumque hæc & multa alia, quæ ca tum hominis excedunt in morbis perficere, hiſce culis vidi: Hinc inteſtinorum vulnera coaluiſſe o ſervatum, vide cent.1. obſ.54. Matrona à multis a nis hernioſa, cui poſt delapſum inteſtinum in ipſa abdominis dilatationem, gangræna cum ulcere ſo dido in inguine ſupervenit, ex quo bimeſtri ſpatio f ces alvi emanarunt, feliciter tamen reſtituta fuit n la ſuperſtite fiſtula. *Fabr. Hildanus ibidem. obſ. 7*

Fungoſam carnoſitatem.] Annotatione digna e fungoſa illa ſive ſpongioſa caro, quæ ſupra os pub in meatus initio reperta fuit: quæ ſatis ſuperque in dicat herniam hanc non recentem ſed inveterata fuiſſe; talis enim ſubſtantia carnoſa, ex integra & i læſa aliqua parte corporis, præſertim membranoſa qualis eſt proceſſus peritonæi, ſive vagina, tam brev temporis ſpatio (quarto enim morbi die interiit) mi nime procreari potuiſſe, rationi conſentaneum eſt Quæ ego de excreſcentiis carnoſis & fungoſis, ex de tectis cerebri membranis, & magnis articulorum vulneribus prorumpentibus alias ſcripſi, hic locum non habent: in earum enim partium vulneribus, non tantum capillares venæ & arteriæ, verum & magna vaſa aperta fuiſſe notum eſt: At circa herniam D. de *Charnacon* ne minimam quidem venam aut arteriam diſruptam fuiſſe inde colligo, quod de reperto ſanguine extravaſato, & in vacuo abdominis collecto mentionem nullam feceris: Subſtantia ea carnea, circa meatum reperta, obſervatione digna eſt, quam neminem præter *Paræum* lib.8.cap,15. notaſſe puto: hujus ſubſtantiæ, ſive carnea ſive calloſa fuerit, interventu, foramen, per quod inteſtinum in ſcrotum deſcendit, in adultis obturari, & hernias curari, veriſimile eſſe mihi videtur, adeo provida & ſagax eſt natura: At hujuſmodi curationes tantummodo fiunt in iis qui beneficio perizomatis prohibent ne inteſtinum in ſcrotum deſcendat: diligenter itaque hernioſos moneo ne ſubligacula negligant. *Idem ibidem.*

Ob Rupturam] Herniæ duæ aſſignantur cauſæ, Ruptio & Dilatatio Peritonæi: Priorem vix admittit *Hildanus Epiſt. ad Doringium: Si ait*, diſrumpitur Peritonæum, id ut circa illa foramina abdominis (quæ tamen productiones potius dicendæ) fiat neceſſe eſt: alioquin nunquam neque omentum neque inteſtina in ſcrotum deſcenderent: At rupto ea in parte peritonæo, fruſtra fieret in ſectione herniarum ligatura atque conſtrictio vaginæ, ſimul & abſciſſio teſticuli: peritonæum enim cum ſit corpus membranoſum, nonne diſrupto illo partes diſruptas ita retrahi ut amplius conjungi & filo ligari minime poſſint, exiſtimas?

existimas? Deinde peritonæum dilatari, non autem diſrumpi ipſa ocularis inſpectio fidem facit; aliquoties enim in hernioſis poſt obitum, præcipue in ſene (de quo obſ. 65. cent. 2.) qui inſigni hernia inteſtinali per multos annos laboraverat, ea qua fieri potuit diligentia locum affectum perluſtravi, nunquam tamen quicquam aliud præter dilatationem peritonæi obſervare & reperire potui. Conſentit *Riolanus* Anthrop. lib. 2. 8. Si perſequaris, *inquit*, peritonæi productionem in ſcrotum delabentem, videbis ut in viris ſimplici conſtat tunica, quæ eſt externæ propago, interna finibus oſſium ilium & pubis coercetur, nec ultra pervadit: & ſi quando in oſcheocele magna inteſtinorum portio in ſcrotum delabatur, muſculorum abdominis tantum aponeuroſes effringuntur, raro tunicæ peritonæi lacerantur. Sæpius obſervavi in magnis herniis ſcroti, ruptis aponeuroſibus muſculorum, peritonæum ſupra ſuam relaxatum apophyſim, & inſtar ſaxi diſtentum ac protuberans: Idcirco ad curationem herniæ, reductis inteſtinis, appreſſum latum cauterium, modo ſubjecta vaſa non offendat, præſtantius eſſe puto remedium puncto illo aureo inutili & fallaci. *Rolfinkius Epitomes methodi cogn. & cur. morbor. cap. 26. lib. 3.* Peritonæi, in virili ſexu, ſtatuit productionis internæ rupturam, externæ vero relaxationem: In mulieribus vero utriuſque relaxationem. *Vide obſer. 1. 2. & 3.*

Observatio XX.

Hernia à vaſe deferente in ſcrotum delapſo.

PRætetea non ſemel tantum obſervavimus vas deferens corrugatum *in ſcrotum deſcendiſſe* & ibi Herniam effeciſſe, quæ manuum ope facillime reduci poterat: imo quæ, ſi corpus reſupinaveris, ſua ſponte intro recedit, à qua tamen nihil mali expectandum aut metuendum eſt. Talis Hernia *Spermatocele* impropriè à me vocatur. *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

SPermatocele] Ad Sarcocelē poteſt referri quia in eam abit, monente *Hildano* cent. 4. obſ. 64. ubi narrat hiſtoriam juvenis, qui in *ſcortatione* venerea deprehenſus, & à ſeminis ejaculatione prohibitus, ab ejus retroceſſu dolor illi in inguine exortus eſt, hinc teſticulorum tumor; poſt evaneſcente utroque, dexter teſticulus tumidus remanſit ob enatam ibi herniam carnoſam. *Ibidem*, hiſtor. 5. affert exemplum Presbyteri, cui non ſolum teſticulus dexter, verum etiam vaſa ſpermatica veluti in lapidem induruerant: Malum autem ad ipſam originem uſque vaſorum ſpermaticorum pertigiſſe cenſet, ex dolore quem è regione vaſorum ſpermaticorum ad renem uſque dextrum perſentiiſſe ait.

In Srotum deſcendiſſe] Impoſuit & Herniotomis magnitudo unius Teſticuli præter naturalis, quam pro Hernia habuerunt; Affert exemplum *Fabritius ab Aquapendente* operat. Chirurgic. pag. 1. cap. 73. ejuſmodi erroris, Cum adoleſcens, *inquit*, unum teſtem altero majorem in ſe obſervaret, oſtendens hunc teſtem Operario, ille dixit ſe habere Herniam, & brevi moriturum niſi extrahatur teſtis: Atque eo ligato, dum teſtem extracturus eſſet, accurrens pater adoleſcentis, videns horribile id ſpectaculum, retinuit operarium ab opere, dicens ſe velle ut prius ego viderem patientem, qui propterea ſolutus eſt, & cum me adiret, dixi ipſum nullo prorſus malo detineri, & ita fuit.

Observatio XXI.

Hydrocele *ab aquæ copia inter Teſtem & tunicam Elitroidem. 1. Ab aqua Teſticulum replente. 2. Ab aqua inter Elitroidem & Nerveam tunicam. 3. Scroti apertio in Hydrocele inutilis ob corruptum teſticulum è directo. 4.*

§. 1. SEctus eſt puer annorum 12. hydropicus: In ſcroto magna copia aquarum erat inter teſtem & tunicam elitroidem; pauca inter ſcrotum & dictam tunicam. *Vide tit. de ventris tumore.*

SCHOLIA.

A Vitio vaſorum Lymphaticorum Hydrocelen oriri veriſimile eſt, quæ Gliſſon in teſtibus tauri, equi, arietis & verris obſervavit: In homine detexit ſæculi noſtri curioſitas, quæ Clar. *Regnero de Graaf* provenire videntur à tunica albuginea, nec non ab interna teſticulorum ſubſtantia: *Vide ipſius Tract. de Virorum organis pag. 47. & ſeq.*

§. 2. Quidam ex phthiſi obiit: Illi Teſticulorum alter in magnam molem excreverat, durus, qui aquam fundebat citrinam, ut in hernia aquoſa: membrana, quæ aquam continebat, erat plane cartilaginea & quaſi cornea: ipſe enim teſticulus ſua propria ab hac diverſa cingebatur. *Rumlerus obſeav. medic. 52.*

§. 3. *Ego in teſticulo dextro* hydrocelem vidi: Aquoſus humor inter nerveam tunicam & elitroidem continebatur: Evidentes erant tres aut quatuor propagines vaſis deferentis intra teſtem vitiatum & ſanguine ſanioſo refertum diſperſæ. *Riolanus Anthropog. lib. 2. c. 29.*

SCHOLIA.

EGo in teſticulo dextro hydrocelem vidi] Hydrocele nunc totum ſcrotum obſidet, nunc alteram ejus partem: Cum uno ſaltem latere intumeſcit, citra externam cauſam, humor non eſt in ſcroto, ſed in membrana erythroide teſtem continente: Tunc nunquam dexter teſtis intumeſcit, ſed ſaltem ſiniſter, ratione renis ſiniſtri malè affecti, quia ſiniſtræ partis ſeminalis vena non ex cava, ut dextra, oritur, ſed ab emulgente ſiniſtri renis, hinc iſto male affecto, nec officio fungente, pars urinę per eum non permeans, per ſeminalem venam in tunicam erythroidem delabitur, tumoremque parit: Veriſimile ergo eſt cum hydrocele teſticulum dextrum occupaverit, externam aliquam cauſam præceſſiſſe, quæ imbecillitatem

afferendo

afferendo, aquoſi humoris collectioni anſam dederit; aut lymphatica illius teſticuli vaſa diſrupta fuiſſe.

Inter nerveam tunicam & elythroidem] *Riolanus*, *Rufum* ſequutus tunicam erythroidem pro pr[illegible] ma è propriis habet: Elythroidem ſecundam poni[illegible] quia hæc illi circumjecta.

§. 4. In Generoſo quodam viro, quam omnis periculi plena ſit ſcroti & erythroidi[illegible] membranæ in hydrocele per ſcalpellum apertio, teſte non ſublato, compertum eſt: A[illegible] aliquot annis ſiniſtra parte hydrocele huic moleſta fuerat; fruſtra cataplaſmatis ac al[illegible] remediis uſus crebro, tandem temerarii Chirurgi conſilio acquieſcens, aperiri ſibi ſcalpell[illegible] tumorem permiſit: Effluxit cito omnis humor, tumor quoque ſubſedit: ſed cum teſti[illegible] ipſe omnino eſſet corruptus, vicinas partes facile infecit: Subſequuta mox ſcroti univerſ[illegible] ac etiam penis, cum tumore & ingenti dolore gangræna: delirium cum vehementi febre propter doloris magnitudinem, ſupervenit, ac non ita multo poſt mors ſucceſſit.

Ren hujus ſiniſter corruptus fuit, & ſeminalis in erythroidem deſcendens; valde ampla & multum patens. *Dodonæus obſerv. medicin.* 40.

Observatio XXII.

Sarcocele *fit ſæpius à tumore Teſticulo innato quam adnato.* 1. *Veſiculæ intra membranam teſticuli.* 2. *Falſa, à particula ſteatomatici tumoris ex abdomine in ſcrotum delapſa.* 3. *Curatio Sarcoceles Chirurgica.* 4.

§. 1. MErcatori Samio ablatus ferro Chirurgi ramicoſus teſtis, pendebat ſemuncias 34. durus ille quidem toto corpore & maſſæ carneæ nervoſis hinc inde gyris diſtinctæ ſimilis, ſed neque ad latus, neq; in gremio ſuo ullum alium teſticulum naturalem complexus, Diſſecta enim quaquaverſum informi mole, ut teſticulus verus quem intus deliteſcere quidam ſuſpicabantur, in conſpectum veniret, deprehenſum clariſſime fuit, totum illud enorme corpus teſtem fuiſſe, ſed teſtem à ſanguine, ut conjicere licet, admiſſo, verum ob, vel contuſionem, vel frigus, vel pituitam nimiam ad ſuperiores partes non remiſſo, eoque in carnem degenerem coagulato diſtentum: *Olaus Borrichius obſervat.* 97. *Actorum Bartholini annor.* 1671. & 1672.

Scholia.

SArcocelen varie definiunt authores, *Celſus lib.* 7. *cap.* 18. *Raro*, inquit, *ſed aliquando caro quoque inter tunicas increſcit*, σαρκοκήλην *Græci vocant. Galenus* lib. de Tumor. p. m. *Teſticulos* vocat *induratos*, & lib. 14. meth. med. eundem ſcirrhis non improvidè comparat: Hodie tamen Medicorum plerique, ut clarius rem exprimant, Sarcocelen interpretantur quoties carnoſum quiddam in ſcroto teſtibus adnaſcitur: Atque id quidem nonnunquam contingere haud inficiandum, proſtantq; apud *Hildanum* & *Lotichium* exempla: frequenter tamen ſarcocele non tam adnaſcitur teſtibus quàm innaſcitur, h. e. totum teſtem, ejuſque vaſa omnia materiæ novæ acceſſu ita infarcit & porrigit, ut aliquando etiam vigecuplo ſe ipſo gravior ampliorque evadat; Hoc ut ſæpe alias, ita quoque in dicto mercatore mihi obſervatum: Proinde non ſatis providi rei æſtimatores mihi videntur, qui confirmatam σαρκοκήλην vel medicamentis diſcuſſiſſe ſe, vel diſcuti poſſe evulgant, quod nimium occalleat maſſa illa, & mille plexibus nervoſis iiſque ſolidis contrahat invictam duritiem: Crediderit *Matthiolus*, crediderit *Scultetus* in Armam. Chirurg. ſe ſarcocelen pulvere ononidis percuraſſe, nihil tamen mihi fit veriſimilius quàm fuiſſe hydrocelen duriore cortice circumdatam, atq; ideo ſarcocelen mentientem: Atque ut id credam, præter jam allata, perſuadent tum ſimilia paſſim exempla apud *Foreſtum*, *Sennertum* alios, docentia artifices ſæpe aqua profundius in teſticulorum ſinubus latente deceptos pro carnoſis herniis æſtimaſſe, quæ fuerint aquoſæ: Tum docet idem radix ononidis, quæ cum inter nobiliſſima diuretica ſit, aquas haud dubie in ſinu teſtium intimo occultatas paulatim eduxit, atq; ita concidentibus ſenſim in ſe involucris durioribus, ſarcocelen æſtimata fuit ſuſtuliſſe. *Idem ibidem.*

§. 2. Sectioni Sarcoceles in milite interfui feliciter & dextræ adminiſtratæ: Aperta cute inguinis dextri, teſticulus dexter, qui ad capitis puerilis magnitudinem excreverat, ſeparato κατ' ὀλίγον ſcroto, extractus & reſectis vaſis ſpermaticis, prorſus exemptus fuit, magno militis, alias cordatiſſimi ejulatu: ligatis vaſis, conſutum ſcrotum & cætera ut vulnus decet, curata.

Diſſectus hic dextri teſticuli tumor *glandulosam ſubſtantiam* oſtendit, ea magnitudine auctam, ut oneri eſſet militi ſatis valido: Infima vero parte *veſiculas intra membranam* continebat, ſanguine plenas, qua parte de maximo ſemper dolore, ob diſtenſionem tunicæ [illegible]enſilis conqueſtus fuerat: Tormentorum oblitus ad militares functiones poſtea rediit. *Th. Bartholinus ibidem obſerv.* 28.

Scholia.

GLandulosam ſubſtantiam] Tumoris cauſa in ſanguinem impurum refertur, ut ab optimo etiam produci poteſt: abundantia ſola accuſari nequit, cùm etiam in corporibus macilentis ſe exhibeat: Veram cauſam *P. Barbette* Chirurgiæ c. 25. l. 1. ait eſſe membranatum, quæ vaſorum capillarium oſcula, ne ſubito nimis nutritius ſanguis in parteni fluat, claudunt, eroſionem, rupturam aut dilatationem,

nem, unde plus ſanguinis in partem ruit quam ad nutritionem requiritur: natura interim ſanguinem, qui alias putreſceret, in carnem mutat:

Veſiculas intra membranam] Monet l. c. *Barbette* carnem hanc quoque adnaſci tunicarum ſcroti communium ſecundæ, non verò teſticulis, quo in caſu tolli ea poteſt, ſine horum læſione aut exciſione, Hinc monet cauſam debite cognoſci debere antequam ad operationem ipſam accedat Chirurgus: quod paraſtatæ adeo quandoque intumefactæ ſint, teſticulis imprimis ſcirrhoſis exiſtentibus, ut herniæ carnoſæ ſpecie illudant quandoque.

§. 3. Famulus N. duritie ſplenis affligi putabatur, & ſimul ramice carnoſo: vaſtus abſceſſus totam abdominis regionem ſiniſtram implebat, cujus portio per inguen in ſcrotum delapſa erat. *Vide tit. de Hypochondr. tumore.*

§. 4. Sanatam vidi Sarcocelem, ad medicamenta pertinacem, Si oblonga ea eſſet, inciſione facta ſecundum longitudinem teſticuli, hoc poſtea extracto cum carne adnata, ſectione circa vaſa inſtitura: Mihi enim aliquando contigit ut teſticulus ſanus externa facie appareret, qui interiore omnino erat putridus. *Aquapendens operationum Chirurgic. cap. 76.*

Observatio XXIII.

Epiploon aliquando in ſcrotum procumbit, Aliquando in Umbilicum procidit, unde Omphalocele.

ALiquando evenit ut Omentum de ſede ſua deturbetur, nimirum in ſcrotum deſcendit, ut in Epiplocele, vel per Umbilicum ruptum protuberet, ut in omphalocele De quibus *Columbus* lib. 15. ſic ſcribit, Conſpicatus ſum Omentum peritonæo, nec non abdominis muſculis annexum: Præterea Omenti ſelibram extra umbilicum, Et in ſcroto Omenti libram & amplius. *Warthon Adenographia cap. 13.*

Observatio XXIV.

Tumor, ſeu Hernia Umbilicalis, *lethalis ob Iecoris lobum alterum, extra Peritonæum prolapſum eidem accretum.*

BEaverat Deus Illuſt. *Mariam Henly* prole maſcula, In hoc infantulo fauſta Junone Lucina recens nato, obſervavit obſtetrix quendam Umbilici tumorem, nucis moſcharæ magnitudinem æquantem: Uterque Parens Medicum & Chirurgum in conſilium adhibent, & me quoque ad octo milliarium diſtantiam vocari curant: Convenimus omnes intra 30. horarum ſpatium, jamq; tumor ad pugni magnitudinem accreverat: Quo diligenter examinato, candela admota, conſpicienda ſe præbebant inteſtina verſicolora, in eum prolapſa, rupto peritonæo: deſuper vero, à dextra tumoris parte, quæ ſphacelo correpta erat, neſcio quam carneam ſubſtantiam, inteſtina deprimentem deprehendimus: Chirurgus cum altero Medico ſpem unam in tumoris inciſione collocatam eſſe affirmabant, fore ſic ut inteſtina in ſuum locum reponi queant: Ego contra diſſuadebá, quod inteſtina ſphacelo correpta viderentur, & infantulum, admodum debilem, moriturum dicebam, & præſtare eum intactum relinquere, quam artem apud plebem maleficam defamare: Parentes vero, Filioli vitæ deſideratiſſimi, iis auſcultantes, anceps potius remedium experiundum conſtituerunt, quam infantulum ſine auxilio, etſi dubio, Libitinæ abſorbendum relinquere: Facta ergo inciſione, cum Chirurgus immiſſo in vulnus digito, inteſtina in ſuum locum reponere annitteretur, renitente carnea ſubſtantia, ipſis incumbente, eademque deprimente fruſtra laborabat; infantulo mox vitalem auram, quam vix hauſerat, immature effundente:

Aperto à morte corpuſculo, ne veſtigium quidem Omenti conſpiciendum erat: Lien præterea exiguus admodum apparebat, Inteſtina tenuia, rupto peritonæo, in umbilicum prolapſa & ſphacelo emortua: Hepar vero, quod continuum eſſe ſolet, nec in lobos, ut in quadrupedibus, diviſum, in duos lobos profunde ſectum erat, quorum alter in proprio loco, dextro ſcil. hypochondrio, ſub diaphragmate & coſtis nothis conſpiciebatur: alter vero extra peritonæum prolapſus, eidem adeo firmiter accreverat, ut novacula ab eo ſeparari minime potuerit: Cætera ſana. *Fridericus Loſſius obſerv. 30. lib. 2.*

Observatio XXV.

Omphalocele ab ortu contracta.

PUella modo nata, tumorem immenſum in umbilico propendentem ſecum in lucem attulit. Quem cum vocatus inſpicerem, deprehendi tenuia eſſe inteſtina per umbilicum prolapſa, globi magni inſtar convoluta, tenui membrana pellucida, qualis amnion fœtum involvens exiſtit, inveſtita, in quam chorda umbilicalis deſinebat, & veſica ampla humore plena adhærebat: infans cætera bene habitus erat: Cùm autem inteſtina premendo reponere ſtuderemus, videbantur nonnihil in abdominis cavum ex parte remeare, mox tamen rurſum cum murmure egredi: Quæſtio erat an veſica aperienda, digitoq; immiſſo,

foramen

foramen per quod egrediebantur inveſtigandum eſſet, ut per illud inteſtina reponerentu Verum quia mox poſtea inteſtina inflammata eſſe conſpiciebantur, atque infans ſterco evomens, admodum debilis erat, nihil tentare voluimus.

Cum exſpiraſſet, atq; abdomen aperiretur, inteſtina quæ exciderant, membranæ amni qua ambiebantur, adeo connexa invenimus, ut nulla ratione ab ea avelli potuerint:

SCHOLIA.

AN hoc ſitu in utero fœtu exiſtente & creſcente inteſtina collocata ſemper fuerint, vel poſtea antequam naſceretur prociderint, vel in partu, in dubium vocabatur: Ego procidiſſe diu antequam in lucem ederetur ex eo collegi, quod dum eum mater utero geſtabat, ob excrementorum duritiem, conatibus magnis abdomen premere coacta fuit, & que amnios membrana illi fuerit adnata: Potuiſſe aute fœtum, dum utero incluſus calore matris fovetur, c tra incommoda hoc perferre, quę poſtea cum à ma ſepararetur, ſupervenerunt, cumque è medio ſuſtul runt, cenſui. *Platerus Obſerv. lib. 3. p. 75.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXX.

De Teſticulorum dolore.

Observatio I.

Dolor Teſticuli ſiniſtri à latente Hydrocele ortus, & vitio Renis ſiniſtri.

ANGLUS inciderat in graviſſimum ſiniſtri teſtis cum tenſione dolorem, qui nulli cataplaſmatis, fomentis, &c. placari aut leniri potuit: Unicum videbatur remedium ſectio & teſtis ablatio: Antuerpiæ illo tempore multi erant celebres & magni nominis Medici: pleriquc horum curationem tentarunt: Cum autem ſeſe nihil proficere experirentur, in eandem nobiſcum ſententiam devenere, in ſola ſectione unicam & ſolam ſpem reponentes: interim tamen nemine de hydrocele opinionem habente, ſed omnino alium circa teſtem affectum conſiſtere ſuſpicante: Sectus igitur tandem eſt æger & ſiniſter teſtis ademptus: In ipſa autem ſectione demum cognitum hydrocelen fuiſſe affectum, copioſa in ſecantis faciem aqua exiliente: Teſtis integer & haud quaquam corruptus extitit (nuper enim natus erat dolor) quem cum etiamnum calentem Chirurgus medium divideret, ex ipſius centro ſemen erupit, quod annotatione dignum: Curatus ac ſanatus à vulnere, paulo poſt de Lumborum dolore ac gravitate conquerebatur, apparebant in lotio arenulæ quædam: de latente aliquo in renibus Calculo ſuſpicio erat: In pube deinde, circa cicatricem dolor cum tumore ſucceſſit, accedentibus vero & aliis ſymptomatis, mors tandem ſubſequuta eſt.

Scarificato autem circa pubem ac cicatricem loco, aquoſus effluxit humor & quidem copioſus: Ren vero ſiniſter admodum durus erat, ac iuſta quantitate major, & ſubſtantia interiore haud parenchymatis colorem referens, ſed candidior, concreto ac indurato puri (quod ſubinde in affectibus varias formas ſuſcipit) ſimilis: *Dodoneus cap. xxxix. obſer. Medicin.*

SCHOLIA.

HYdrocele alias univerſum ſcrotum, modo unam ejus partem occupat: Impletur totum ſcrotum hydrope, vel etiam cachexia laborantibus: Quæ vero unam tantum partem afficit, aliam occaſionem habet, nec hydropicos comitatur, ſed omnino aliter affectos: Non colligitur quoque humor in ſcroto, ſed in membrana erythroide teſtem continente: Supervenit quandoque ex cauſa aliqua externa & manifeſta, ut à caſu aut percuſſione, crebro etiam ex latente & non manifeſta cauſa: Quæ autem ab externa cauſa acceſſit, aut dextrum aut ſiniſtrum teſtem indifferenter affligit, & in tumore ſanguis ſæpenumero concretus ac corruptus continetur, A latente vero ac non manifeſta cauſa originem ducens, nunquam alium quam ſiniſtrum teſtem occupaſſe diligenter nobis inquirentibus obſervatum: In hac humor influit tenuis & urinæ conſiſtentia ſimilis, ; erythroidem diſtendens membranam, qui ſubinde tam copioſus in hanc fertur, ut tumor quandoque ad humani capitis magnitudinem perveniat: Teſtis autem ſubſtantia ab acrimonia humoris ſucceſſu temporis, non tamen mox, corrumpitur: Veteres, inter quos apud Ætium Leonidas, Hydrocelen tumorem eſſe laxum & citra dolorem tradunt, & talem quidem ſępiſſime contingit reperiri, ſecus tamen in dicto Anglo evenit.

Ren ſiniſter durus,&c.]Hinc apparet & abunde manifeſtum eſt quamobrem hydrocele,haud ab externa ſed à latente cauſa procedens, nonniſi in ſiniſtram membranam incidat,atque hujus teſtem affligat:nam hujus partis ſeminalis vena,non ex cava,veluti dextra oritur,ſed ab emulgente ſiniſtri renis procedit ac originem ſumit:Rene vero hoc male affecto nec officio ſuo probe fungente,urinæ pars,quanquam emulgens hæc ad ſe pertraxit,cum ad veſicam per male affectum renem non poteſt deſcendere, per ſeminalem in erythroidem delabitur, hydrocelen eo modo ingenerans: Sublato autem Teſte una cum ſua membrana, non amplius illic decumbere humor poteſt: quod ſi aliquis eo poſtea deſcendat,hunc in pube hærere neceſſe eſt,veluti Anglo contigit, cui paulo ante mortem humor qui defluxerat hoc loco ſubſtiterat,tumoremque cum dolore excitaverat. *Idem ibidem.*

Mors ſucceſſit,&c.] Cauſa tumoris aquoſi teſticuli ſiniſtri fuit ren ſiniſter male affectus: Symptomatum vero ſupervenientium & mortis ſubſequentis,teſtis exſectio: Cum enim teſte ablato, ſeroſo illi humori ad ſolitum locum confluxus ſolitus denegaretur,in corpore retentus ſymptomatibus ſubſequentibus & morti anſam dedit.

Observatio. II.

Teſtis dolor cum Tumore,ab ulcere in peritonæo hinc puris in illum derivatione.

Vidimus aliquando adoleſcentem,cui *Teſtis cum vehementi dolore intumuerat*, is nullis auxiliis adiutus tandem occubuit,Inventum eſt ulcus exiguum circa peritonæum, è quo perennis ſanici defluxio in Teſtes cauſa tumoris & mortis fuit *Iacotius comm. ad Coacas Hippocr.pag*.826.

SCHOLIA.

V*lcus circa peritonæum*] Unde proclivis ſanici in Teſticulos deſcenſus;Hi enim communes & proprias tunicas habent, Communes dicuntur quæ utrumque Teſticulum involvunt, & duæ numerantur,quarum prima ſive externa Scrotum & Burſa appellatur: 2ª. Dartos dicitur, ex panniculo carnoſo conſtans: Propriæ ſingulos Teſticulos ſeorſim tegunt: atque in utroque duci numerantur, quarum prima Erythroides, originem habens à *Peritonæo*, Cujus pars progreſſuſque merito cenſetur, nam ita ab eo prodit,quemadmodum Scrotum à cute deducitur: Ob eundem conſenſum in hydrope aſcite Scrotum ab aquis intumeſcit: Propriarum altera Albuginea dicitur.

Teſtis cum vehementi dolore intumuerat] Hinc imperiti quidam Chirurgi Herniæ ſpecie deluſi ad Teſticuli extractionem properant, De ea Teſticulorum inæqualitate, quoad magnitudinem egregium extat exemplum, & in praxi utiliſſimum apud *H. Fabr.ab Aqua pendente in Operat. Chirurg.* part.1. cap.73.Vidi,inquit, plurimos ad me venientes, credentes ſe male habere quod unum Teſtem altero majorem in ſeipſis obſervarent, propter quam imaginationem videbatur illis Teſtem majorem dolere: ego autem certos reddidi id naturale eſſe neq; ullum malum inde eventurum: Cùm itaque adoleſcens ejuſmodi Teſtium inæqualitatem in ſe ipſo obſervaret,oſtendens hunc teſtem operario,ille dixit ſe habere Herniam & brevi moriturum niſi extrahatur teſtis: atque ut brevius perſtringam, eo ligato, dum Teſtem extracturus eſſet,accurrens pater adoleſcentis, & videns id horribile ſpectaculum,retinuit operarium ob opere,dicens ſe velle ut prius ego viderem patientem, qui propterea ſolutus eſt, & cùm me adiret,dixi ipſum nullo prorſus malo detineri, & ita fuit.

Observatio III.

Teſtis dolor ob compreſſionem factam ab infimis muſculis abdominis,ad quos compulſus.

§. 1. ANno 1562.cum Nobilis quidam magnis itineribus per diſpoſitos equos Auguſtam contenderet, in via, ut fit,ex duriore ſucceſſu, cum illideret in ephippii anteriorem partem, Teſticulorum alterum contorquens,ita preſſit,ut ſiniſtrum inter infimas abdominis muſculorum extremitates in inguen protruderet, quo poſtea reduci nullo modo poſſet, Tumore ibidem & Dolore excitato, affluente aliunde humore, graviter aliquot ſeptimanas generoſus Vir ita afflictus eſt: Delatus inde Francofurtum huic malo Medicum quæſivit.Inventus qui ſectione,ut in inguinis hernia Bubonocele adminiſtratur, ſanationem promitteret, verum augeſcente febre, priuſquam Chirurgus manum admoveret, extinctus eſt.

Cum Cadaver ſecaretur,jnventus eſt Teſticulus ſub peritonæum, inter abdominis muſculos extremos ita inhæreſcens, ut quaſi connatus iſtis videretur: neque (ut ego aperti abdominis obſervavi conſtitutionem) potuiſſet integra valetudine ſectione inde auferri. *Solenander Sect*.4.*Conſil*.18.Ubi conſilium pro quodam ſimili affectu laborante.

§. 2. Multis quidem naturæ ignavia ambo,vel alter ſaltem teſticulus non propellitur deorſum in ſcrotum, ut etiam illos teſtibus carere alii exiſtiment, cum tamen in inguinibus tantum latitare quandoque ſoleant,inde & modum eos protrudendi *Paræus* lib. 7. Chir. c. 16.docet: Bis vero teſticuli retractionem ex morbo videre mihi licuit, Semel in B. Ar. qui abſceſſu laborarat renis dextri,quem inflammatio hepatis ſubſequebatur, hinc varia ſymptomata, & inter alia tumor dextri teſticuli, poſt aliquot dies ejuſdem intra inguen retractio: Deinde in puero, qui ab alio calcibus circa teſticulum petitus, in febrem & ejuſdem teſticuli retractionem incidit,& poſtquam nulla methodica cura inſtituitur, moritur, Teſticulum intra inguen retractum dum aperio, ſubſtantiam ejus fere totam corruptam, & pus ad ponticæ nucis quantitatem in cavitate invenio. *Phil. Salmuth.cent.*1.*Obſerv*.19.

Observatio IV.

Teſtis dolor à copia ſeminis contenti.

HIſpanus quidam *Teſtis dolore intolerabili* diu vexatus,fruſtra tentatis omnibus , luit ſibi amputari Teſtem integrum & incorruptum quam diutius in tormentis vi trahere. Extractum Teſtem cum adhuc calentem per medium diſſecarem,in faciem ip erupit & proſiliit ſemen.*Dodonæus.*

SCHOLIA.

HInc colligit *Riolanus* Vas ſpermaticum deferens non tenero circumjectu lambere & perreptare Teſticulum,ſed intro ſubire ac penetrare, humoremque ſeminalem in ipſum demittere.

Teſtis dolore intolerabili] Teſticuli enim nervos habent numeroſos,partim à ſexto pari,partim à ſpina, mediante inferiore abdominis plexu , in quo illi mutuo implicantur & uniuntur,Nervi ab hoc plexu orti in deſcenſu ſubindeq; majores evadunt & numeroſiores,ſurculoſque impertiunt partibus involventibus, demumque ad ipſum teſtem producti, videntur quaſi in membranam expandi , tunicamque albugineam conſtituere , à cujus ſuperiore ſuperficie hinc illinc numeroſæ fibrillæ ſparguntur in ductum nervoſum, eundemque conficere videntur.*Warthon adenograph. cap.*28. Dubitat autem is,an ſanguis per arterias delatus,quæ in teſtium ſubſtantiam admittuntur , ſolus ſit materia ex qua ſemen conficiatur,quod non adeo copioſe ſanguinem diſtribuant ac arteriæ ejuſdem magnitudinis in aliis partibus ; recto enim ductu feruntur verſus canalem nervoſum, indeque iterum per ambages revertuntur prope modum ad teſticuli t cam propriam priuſquã ſe exonerant.Eæ pariter ad ipſam tunicam deferuntur,valde anfractuoſæ ita ut videantur ſoli caloris vitalis incremento d natæ:Ipſe vero cenſet, cum arteriarum venarum numerum quadruplo excedant,ac neq; ſenſus ne motus cauſa facti videantur , Eos ſuccum nobil mum,ſanguine longè nobiliorem deferre , ad ſe nis confectionem , Vide rationes quibus ſententi adſtruit ibidem cap.29

Proſiliit ſemen]Ea addemus quæ circa illam ma riam notatu digna obſervare nobis licuit : In ca (cujus vas ſemen deferens ante coitum firmiſſim alias enim ſemen facile effluit) ligaueramus, vidim patrato coitu Vaſcula ſeminaria teſtium , epididym dumque ita ſemine turgere,ut in magnam molem d ſtenderentur Teſticuli , Idem quin ab accurate a tendentibus in animalibus ſalacioribus obſerva poſſit,non eſt quod dubitemus, cum id aliquoties in Glirium teſticulis conſpexerimus. *Regn.* *Graaf de Virorum organis pag.*72.

Observatio V.

Teſtis dolor ob veſiculas ſanguine plenas,intra membranam illius contentas.

MIles ſarcocele labotabat : In diſſecti teſticuli infima parte veſiculæ intra membranan continebantur,ſanguine plenæ,qua parte de magno dolore conquerebatur. *Vide tit de Hernia.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXXI.

De Gonorrhæa.

Observatio I.

Gonorrhæa diuturna laborantis Glandoſum corpus Semine repletum inventum eſt, cum Teſtibus eodem refertis.

IN involuntario ſeminis fluxu laborante,quem Patavii diſſecuimus,*corpus Glan d ſum cum divideretur* , non minus quam Teſtes ipſos ſemine oppletum conſpe x mus : Et ſi verum fatendum eſt,inter diſſecandum nulla penitus corporis par tanta ſeminis vis uſquam atque in hoc glandoſo corpore invenitur , quantum vi id a teſtium ſubſtantia,mollitie, æquabilitate differat. *Veſalius de Hum. corp. Fabrica lib* 5 *cap.* 13.

SCHOLIA.

IN involuntario ſeminis fluxu] Gonorrhæa Seminis profluvium Latinis dici poteſt, ſed id de eo quod involuntarie & p.n. fluit, noctu potiſſimùm, citra pudendi tentiginem aut erectionem intelligendum venit: Fit potiſſimum ob vaſorum imbecillitatem, & flatuum copiam, vel ob compreſſionem, vel tenſionem, vel ſuccuſſionem membrorum, ut in convulſione & epilepſia: Profluit interdum ob ſeminis aquoſi & flatulenti copiam: Cum enim tenue & multum eſt, à vaſis contineri nequit, reiiciturque: Communis eſt hic affectus & viris & mulieribus: Qui eo laborant, decolores fiunt & imbecilles, ſenſim corpus contabeſcit, circa lumbos dolores ſentiunt, curantur difficulter niſi cauſa cognoſcatur. *Rondeletius pract. lib.* 1.57.

Seminis fluxu] Semen benignioris alimenti excrementum eſt, quod ad ſpeciei conſervationem ſervatur, cui natura difficiliorem exeundi viam inſtituit, ne ex ejus fluore immodico corpus cito contabeſceret: Seminis rejectio alia eſt ſecundum naturam, alia præter naturam: Illa ſecundum naturam dicitur eſſe quæ diſtento pene fit, & poſt confricationem in coitu factam: Præter naturam effluit ſemen, aut cum mentulæ erectione aut ſine erectione: Poſterioris tantum habenda ratio eſt, ut morborum & ſymptomatum quorum illa ſignificatio eſt, cauſas deprehendere poſſimus: Ut autem ad id ſine negotio perveniamus, primum ſcire oportet, an quod per penem rejectum eſt, album, vel viſcidum, vel ſpumoſum fuerit: ſub inde oportet ejus à quo fluit ætatem, corporis habitum, faciei colorem contemplari, à quibus tandem ad profuſionis ejus cauſam deducimur: Quod igitur ad ætatem pertinet, non omnis talem profuſionem fert: Pueritia enim ideo ſeminis excernendi impotens eſt, quod illius materia in corporis nutricationem & incrementum vertitur, Ultima vero ſenectus ob alimenti defectum: Ideo juvenibus, vel ætate conſiſtentibus, vel iis qui venerem nunquam experti ſunt, accidere poteſt ut ſemen ſponte effluat ob illius exuperantiam vel vaſorum relaxationem & imbecillitatem, in iis qui immodice Venerem exercuerunt: A corporis habitu etiam quædam indicia petuntur: quando enim in corpore quadrato fit, & ſucci pleno, ob ſeminis abundantiam extitiſſe credendum eſt: Contra quæ quandoque in macilento & extenuato, colorem quem pallidum habente corpore, ſeminis emiſſio, fit, conſumptionis, & hujus corporis emaciationis cauſa eſſe merito videtur: Et ut certius de hac re pronuntiare liceat, Dejectionis ſeminis modus, tempus & quantitas diligenter perpendenda ſunt: Ad *modum* refertur, diſtento pene, vel ſenſim ſeminis evacuatio facta, quæ indicio eſſe poteſt vim expultricem ab aliquo illarum partium ulcere irritatam, vel ob colloquia laſciva ſtimulatam, vel ob vaſorum plenitudinem commotam ad ejus rejectionem fuiſſe: *Tempus* vero profuſionis ſeminis etiam cum noctu vel interdiu fit: Noctu autem inter dormiendum per inſomnia libidinis, aut in attentiori venereæ cogitatione, ſemen affatim procedit: Effluentis autem hujus cauſa eſt ſeminis vel exuperantia, vel flatuum copia, aut acrimonia naturam provitans: Quod autem unaquæq; iſtarum cauſarum per ſe id efficerit, ſuis propriis ſignis deprehẽdemus: tum enim hujus effluvii cauſam in ſolam ſeminis redundantiam non inepte reiiciemus, cum qui illud patitur, in ætate florens vitam otioſam egiſſe videbitur, cui ciborum & alimentorum multum nutrientium adjunxerit uſum, vel ipſium veneris uſum, vel aliquantiſper intermiſerit exercitium, à quo tamen nihil periculi imminet: At ſi ille potius ex vitæ intemperantia cruditates multas collegiſſe, vel vigiliis intempeſtivis, & ex fructuum crudorum, & olerum, & ſimilium flatus generantium immoderato uſu collegiſſe videatur, ut ſi abſtemius ſit, jam non dubitandum quin propter flatuum copiam ſeminis profuſionem hanc patiatur: Qui ſi medicamentis ſemen extinguentibus frequenti aſſumptione, eam ſiſtere putamus, multo tamen vehementius provocaverimus, minus mirandum erit, cum omnium talium medicamentorum genus ſummæ frigiditatis ſit particeps, ratione cujus intemperiem, quæ illud profluvium excitabat, auxerimus: Si vero nihil eorum quæ dicta ſunt, adfuerint, quin potius in ſene eruperit illud ſeminis profluvium quod longo uſu acrium eduliorum, (cujuſmodi ſunt omnia piperata, ſinapi & legumina) veſci ſit conſuetus, non aliunde ſane quam ex ſeminis acrimonia & ſalſugine hujus affectus ſcaturiginem emanaſſe credendum eſt, licet rariſſime ab illa cauſa contingat: Aliam autem præter cauſas enumeratas, ſeminis immoderate & intempeſtive effluentis recentiores Practici conſtituerunt, ſpeciemque quandam reſolutionis partium ſpermaticarum fecerunt; quod quomodo rationi conſentaneum eſt non video: Nam cum beneficio muſculorum non retineatur ſemen, neque ſint huic uſui deputati aliqui nervi, reſolutio proprie vocanda non eſt: Sed quemadmodum ventriculi relaxatione vomitus provocatur, ſic etiam ex vaſis ſpermaticis ob imbecillitatem virtutis retentricis, aut propter expultricis irritationem, ſemen p. n. procidere aliquando poſſe non negandum eſt: Decidit autem ſemen è Paraſtatis, & Veſiculis illis appenſis, ſenſimque in pene colligitur, unde poſtea affatim proſilire neceſſe eſt, niſi ob ſectionem parvorum illorum muſculorum penis exitu arceatur, vel ob penis curvaturam in meatu retineatur, donec cum urina excludatur: *Tale ſeminis effluvium in quodam Nobili obſervare nobis aliquando licuit, qui illud patiebatur ob muſculorum illorum penis inciſionem: Nam cum antea laboraſſet ingentis magnitudinis in veſica calculo, qui ſua magnitudine vulnus ad podicem uſque extenderat, unde factum eſt ut ex tanta muſculorum laceratione, muſculi etiam orti ab oſſe coccygis una cum nervo cavo penem conſtituente per tranſverſum ſecti eſſent, unus autem parvorum penis muſculorum eandem etiam læſionem ſubiret altero ſano remanente, ex quo ſequuta eſt mentulæ contorſio. inde ſeminis retentio in pene, cujus reiiciendi nulla ratio alia erat, quam compreſſa digitis perinæi regione.* Malum quidem eſt ſeminis profuſio, mulieribus perinde atque viris commune: Cauſa eſt quod aliquando extra uterum, aliquando intra profunditur: Si extra, nullus periculi metus terret, niſi ſupra modum fluat, indeque ſequatur corporis conſumptio: Verum cum è vaſis ſpermaticis per cornua in ſinus uteri deſcendit, in eoque retinetur, multorum graviſſimorum morborum & ſymptomatum fit cauſa: Horrores enim, furores, manias, melancholias, convulſiones uteriq; præfocationes

præfocationes parit, eo quod in utero corrumpatur, & labem malignam contrahat: Quod ſi in copioſum flatulentumque ſpiritum reſolvatur, inflationem, quam vocant, uteri excitat: Effluvii autem iſtius cauſæ eędem ſunt quæ in viris, ſcil. exuperantia ſeminis, acrimonia, exulceratio & partium ſpermaticarum imbecillitas, & aliæ ſupra enumeratæ: Retineri autem potiſſimum ſolet ſemen in viduis virginibus, & veſtalibus: Quare de illis affectibus dum conqueretur mulier aliqua, ut in proprii morbi notionem deveniamus, de omnibus quæ antea dicta ſunt diligenter eſt inquirendum, nec prætermittenda victus ratio conſueta, ætas, vitæ conditio, ut vidua an nupta ſit: Quod autem è vaſis ſpermaticis ſemen profuſum, & in utero retentum iſta ſymptomata procreatit, oſtendunt iſtorum curationes, quieſcunt enim ſtatim, & prorſus deſinunt, ubi reſerato interiore ore uteri ſemen omnino effluxerit.

Invaſit hoc ſæculo ex lue venerea aliud quoddam vitium, ſeminis profuſioni, & Gonorrhææ finitimum; in quo humor qui redditur puris ſimilitudinem refert, quod cum à diverſis cauſis procreetur, diligenter inquirendæ ſunt, ut de affectu rectius ſtatuamus, Proinde videndum an illud puri ſimile cum urina effundatur, & exiliat aut non, an etiam cum ſenſu doloris: Si enim cum ſenſu doloris, & penis erectione fundatur, inflammationem in paraſtatis eſſe indicamus, quæ ea potiſſimum in parte excitatur iis qui rem veneream cum muliere infecta habuerint: poſtquam enim uſum venereum confecerunt, ejaculato jam in uterum ſemine, partes ſpermaticæ in eo opere calefactæ, & propter ſeminis profuſionem inanitæ, halitum quendam tetrum & fœdum ex utero elatum in ſe recipiunt, quo tempore in malignum virus faceſſit, quod deinde contagione alium quemvis contaminat, tandemque putredinem contrahit, & inflammationem excitat, ſed in paraſtatis potius, eo quod locus ille humidior ſit & magis fiſtuloſus: Fit autem inflammatio interdum in eadem parte, ſed alia de cauſa, quum in ipſo venereo opere multum ſeminis è veſiculis, poſt longam ſuccuſſionem attractum collegerunt, nec foras ejaculare potuerunt: Quare ſemen adhuc fervens, & nonnihil acrimoniæ retinens, inflammationem accendit, quæ ex continua puris effuſione internoſcitur, pudendique perpetuo madore & erectione, interdum etiam ex hæmorrhoidum inflatione, Solent enim hæc omnia inflammationem illarum partium comitari, propter conſenſum qui peni eſt cum recto inteſtino: Interdum autem ob inflammationem ulcus, vel ſciſſuræ ex eadem cauſa circa eaſdem partes proveniunt: Sed hæc ex propriis affectuum ſignis difficile fuerit internoſcere: In inflammatione etiam major urinæ ardor, major enim puris tenuitas: In ulcere vero major puris quantitas, minor ardor, ſenſus vero non minor: At in ſciſſuris ſolus eſt ardor vrinæ abſque ulla puris emiſſione. *Idem cap. 15. Tract. de dignoſcendis morbis.*

Corpus glandoſum cum divideretur] Quod corpus Glandoſum poſſit eſſe ſedes Gonorrhææ probabitur, & quidem hac ratione, Si corpus hoc ita afficia-

tur, ut in eo continuo materia ſui generis non ſ generetur, ſed & continuo externatur, voca ille fluxus Gonorrhæa, nam inter hanc & ſeminis xum non ſolent diſtinguere Medici aut Chirurg quod dicant unum altero magis virulentum eſſe lem humorum effluxum poſſe contingere proba ptyaliſmo, gravedine, &c. nam quemadmodum i iis continuo ſalivæ vel pituitoſæ materiæ copia rum glandularum vitio excernitur, ita & ha glandularum vitio major tam hujus quam alio humorum colluvies excerni poſſe nihil con rium ſuadet, Quod mirum vobis neutiquam mi videri debet, quandoquidem ſæpenumero in p contingere videmus, quod ægri medicamento ali aſſumpto, vel etiam ſponte, nunc per has, nunc alias vias pravorum humorum totius corporis c luviem deponant; quod etiam in hoc corpore gl doſo locum habere poteſt, præſertim ſi venere aliqua malignitate debilitatum exiſtat, nam ita ſe bent humores in corpore noſtro ut latrones in c cere, qui cum erumpere ſtudent, non fortiora, debiliora primum aggrediuntur loca; ſic etiam p vi humores ad evacuendum non robuſtas, ſed de litatas corporis partes primo afficiunt: Hanc n ſtram opinionem confirmant adhuc magis exem corum, quos per diuturnam equitationem, vel ſ cuſſationem ab equo, in Gonorrhæam virulen perſimilem incidiſſe ſcribunt: ſed talis Gonorrh non tam cito vires proſternet, nec erit tam peric loſa quam illa quæ a Teſtibus prodit, ſicut hoc m morabili exemplo probari poteſt ex *Bartholino*, q lib. 1. Anat. reform. cap. 23. refert de quodam Pata ſibi viſo, qui ultra annos xxx. eo fluxu laboravit cu nullo ſanitatis detrimento. Nec ſolum hac ration verum etiam experentia probatur corpus Gland ſum affici poſſe; experientia namque teſtatur plur ſeſe in cadaveribus eorum qui Gonorrhæa uſque mortem infeſtabantur, illud primario affectum o ſervaſſe, uti videre eſt in exemplo à *Veſalio* add cto. Teſtatur idem *Bartholinus* & alii Glandoſu corpus quandoque ſedem Gonorrhææ exiſtere: *Re nerus de Graaf de virorum organis pag.* 119.

Non minus quam Teſtes ipſos, &c.] Teſtes quo que ſedem Gonorrhææ eſſe adeo clarum eſt, ut qui in hoc morbo curando operam impendunt, nul probatione indigeant: Ne tamen iis defuiſſe videa mur, qui in hoc morbo curando minus ſunt exer citati, unum atque alterum argumentum in mediu proferemus: Frequenter accidit ex repentina au intempeſtiua Gonorrhææ ſuppreſſione, à potente adſtringentibus facta, ipſos Teſticulos in ingente magnitudinem, ut aliquando vidimus, excreſcere quod contingere neutiquam poſſet niſi ex parte ſe des Gonorrhęæ forent: Idem probatur ex eo quod fœminæ, quæ Proſtatibus deſtituuntur, aliquando licet rarius quamvis, Gonorrhæa laborent, quæ i illis proculdubio à Teſtibus (cum careant aliis organis ſemini conficiendo idoneis) provenit. *Idem pag.* 122.

Observatio II.

Gonorrhæa affecti cadaver vaſa ſemen deferentia in penem maxime dilatata exhibuit.

VAſis ſemen in penem deferentis inſertio conſpectum quodammodo fugit, Et coitus, aut alias excretionis ſeminis tantum tempore aperitur: Quod Paravii quidam diſſectus facile edocuit, qui ante ſuſpendium involuntario ſeminis fluxu laborans, hos meatus omnes apertos laxoſque habuit: eos potiſſimum qui ex teſtibus in Deferentis ſemen vaſis revolutiones gyroſve pertingunt; & quibus dextrum & ſiniſtrum deferentia ſemen vaſa in veſicæ cervicem terminantur. *Veſalius de humani Corp. fabrica lib. 5. cap. 13.*

S C H O L I A.

V*Aſis ſemen in penem deferentis*] Semen tam in Teſtibus quam in Epidydymidibus confectum ulterius excurrit per vaſa ſemen deferentia, quæ à teſtibus ſenſim aſcendunt in cavitatem abdominis, & intrant per idem foramen per quod vaſa præparantia exierant: Ubi verſus poſteriora veſicæ reflexa, veluti in quaſdam capſulas dilatantur, & poſtea rurſus coarctantur, atque anguſto exitu in principio veſicularum ſeminariarum terminantur, quorum finem haud difficilius ſubire quam per orificia in urethram exire ſemen poteſt: Hoc diſtincte cognoſcetis immiſſo tubulo in vas ſemen deferens, quod ſi liquore vel flatu per ſyringam diſtendatur, citius veſiculæ ſeminariæ diſtendentur quam quicquam per foramen in urethram erumpat. Hinc patet lapſus eorum qui dicunt vaſa ſemen deferentia nullam cum vaſis ſeminariis communem habere, ac per duo peculiaria foramina ſeſe exonerare in urethram, diſtincta ab iis per quæ materia ſeminalis ex veſiculis erumpit. Exeunt itaque cum veſiculis ſeminariis uno eodemque foramine vaſorum deferentium extremitates, in utroque latere ſita, ut nullum inter ſe mutuum commercium obtineant partes dextræ cum ſiniſtris, mediante quo ſimul communicare queant, nam quod à teſticulo veſiculaque dextra prodit ſemen, diverſo in loco exit ab eo quod à ſiniſtris affluit.

Quibus dextrum & ſiniſtrum deferentia vaſa, &c. Diximus diverſo in loco erumpere in urethram ſemen, quod à dextris quam quod à ſiniſtris affluit, quod contingere exiſtimamus ut hominis generatio eo exactius peragеretur: nam niſi quodam interſtitio à ſe invicem diviſæ eſſent partes dextræ à ſiniſtris, læſa una ex veſiculis (quemadmodum ex accurata partiũ inſpectione ſemper in lithotomia fieri neceſſe eſt) plerique ab ea ſteriles exiſterent, quamobrẽ ſapientiſſimus Conditor, voluit illas partes à ſe invicem ſeparare, ut una parte læſa altera ſuo munere fungeretur, quemadmodum in oculis, &c. contingere obſervamus. *Regn. de Graaf lib. de Virorum organis pag. 89.*

Observatio III.

Gonorrhæa excitata ab ulceribus orificii veſicæ vicinarumque partium.

MErcatore febre exigua laboraret, ut fere decumbendi neceſſitas non eſſet, & flueret Gonorrhæa, ut propterea ſectio venæ differretur, tertio poſt die exacerbatus eſt dolor, & continua febris renuit, &c. Nono mors.

Qui ſectioni cadaveris interfuit Chirurgus, retulit reperta eſſe ulcera in orificio veſiveſicæ & vicinis partibus, Et tamen de his non querebatur. *Ballonius Epid. lib. 2. pag. 16e.*

A P P E N D I X. I.

Seminis emiſſio citior ob ulcus Recti inteſtini.

D*E his non querebatur*) Artificioſo *ϛοχασμῷ H. ab Heers* Obſerv. Med. x. quendam de impotentia Venerca conquerentem, & celeriori ſeminis excretione, ulcere in inteſtino recto laborare pronuntiavit: Hiſtoria autem, quia *αἰτιολογίαν* hujus affectus continet, & methodum ejuſmodi ulcera curandi, huc afferenda eſt, Illuſtris, *ait*, Anglus Spadam venit, impotentiæ remedium quærens, ad vetulas, aut quæ alias peperiſſent, facile arrigebat eaſque inibat, ſed virgineo clauſtro perfringendo impar, quia ad primum labiorum contactum ſemen emittebat, ſed imbelle & prorſus aqueum & ſero ſimillimum: Uxorem duxerat annos natam xvj, ſed quam toto biennio, etiam ſe fatente, non devirginarat: optimi erat habitus, corpore procero, euſarcos, genis rubentiſſimis, equitatione, venatione, &c. nulli ſecundus: Cum ab invito extorſiſſem ut alios mecum in conſilium adhiberet, dixi quando in corpore tam ſano impotentiæ aliam cauſam non invenirem, videri mihi illum inteſtini recti ulcere laborare, indeque paraſtatas, aliaque ſemini præparando & ejaculando neceſſaria vaſa, putri aura in horas afflata ſemen generare, quod longæ tenſioni colis & florido coitui non ſufficeret: mirantibus illis hanc me afferre cauſam, dixi me olim in Italia caſum illum vidiſſe, & meminiſſe idem mihi lectum in M. Donato Hiſtor. mem. 1. c. Mox encolpiſmon ex ſolo melle concinnatum ipſis videntibus imponi curo, ſtatimque multo

multo pure craſſo oblitum reduci,Iniicio deinde per clyſteris ſyringam muriam,à qua c
poſt aliquot injectiones, mundato ſcil.ulcere,valde dolere ſe diceret, adſentientibus
legis, cenſui curato illo ulcere, ipſum ſanatum iri : Vocatus Chirurgus dixit ſe me
primum digito,deinde & indice nullo negotio ulcus & magnum & profundum ſentire
cum medicamenta adhiberentur manifeſto proficientia, fœlicemque ſucceſſum omn
pollicentia, ipſe ad Principis cujuſdam nuptias evocatus receſſit,neglecta cura ; Seque
anno Leodium ad me venit, ſed tum de ulcere dubitatio ceſſabat, tria enim fiſtuloſa
utraque nate unum, tertium in perinæo omnium oculis ſe obiiciebant: Dixi ſectione o
eſſe, cui faciendæ filo arſenico imbuto nihil convenientius ſcirem,eſſe hic Chirurgos
operi ſuffecturos: Dixit ſe nulli Chirurgo corpus ſuum crediturum niſi Pariſienſi,Luteti
enim totam Chironis familiam migraſſe putabat : ſequenti anno ex fratre intellexi ipſ
Lutetiam nihilo quam eo iverat,ſaniorem rediiſſe,Itaque ab vxore in jus vocatum cum
divortium facere coactum: hoc ille ulcus inunctione hydrargiri, & multarum pilar
mercurialium crebra ſumptione, ab inepto Chirurgo tractatus contraxerat: Balſamus, c
ulcus in Spa percurabatur,quando à me inventus,& ſemper cum optimo ſucceſſu vſurpat
reticendus mihi non videtur : Sumo florum rhapſi,hyperici,fol.prunell.ana. man. j. hos
coquo olei ex ſeminibus hypericonis, & vini rubri veteris pari quantitati, ad uini omnim
dam exhalationem, h. e. dum liquoris gutta igni injecta ſine ullo ſtridore flammam con
pit : coque ſolo,ſi præſens urgeat neceſſitas,utor: Alioqui eoſdem flores ſæpius immace
& poſt xl.dierum inſolationem,aut ignis calorem,iterum exprimo, quo ſæpius facio,effi
cius multo oleum comperio, cui remiſceo lapidem calaminarem ſepties, uino, demum
hoc oleo, poſt ignitionem extinctum.

APPENDIX. II.

Seminis emiſſio ab injectis calidioribus clyſteribus.

Veſiculæ ſeminariæ ſitum obtinent inter veſicam vrinariam & inteſtinum rectum, u
membranis quam plurimis ad collum veſicæ aliiſque partibus circum-jacentibus i
annectuntur, ut quaſi in æquilibrio pendere conſpiciantur: Mirum itaque non eſt, u
aliqui à ſe obſervatum reſtantur,ab enematum calidorum injectione,aliquando ſeminale
materiam per pudende effluxiſſe quia facile veſiculæ ſeminariæ ut pote inteſtino vicin
à calore vehementiore ita afficiuntur, ut ſemen ex cavitate ſue in urethtam propellan
Regnerus de Graaf De virorum organis pag.92.

APPENDIX. III.

Gonorrhæa ab obſceſſu frigido Renum producta.

§. 1. Ego novi Nobilem quendam qui ab abſceſſu frigido Renum diu hoc morbo labo
ravit, multo ſemper habuit deterius cum ſemen extinguentibus frigidis vel cal
dis uteretur: Inſtitui contrariam victus rationem,juſſique biberet vinum generoſum, ve
ceretur que alimentis optimis exſiccantibus,non flatulentis, & curatus eſt : Is partes illa
imbecilles habebat ex coitu frequentiore, Et ob tumorem renum frigidum humores fr
gidos colligebat, à quibus flatus multi generabantur: hi uero dilatabant meatus ſperma
ticos, diſtendebant,& irritabant ſemen quod ejaculabatur noctu,poſt quam ejacu lationer
tam imbecillis erat,ut ſeſe continere erectus non poſſet,ſed cogeretur in loco decumbere
vel in cathedra cruribus elevatis: Talibus qui ob flatus laborant, danda ſunt diſcutien
tia, ſiccantia, parum alentia, & quæ non multos flatus gignant, conuenit optima victu
ratio,& medicamenta probam concoctionem promoventia.*Rondeletius Pract. c. 57.*

SCHOLIA.

Seſe continere erectus non poſſet] Uti ſanguinis alicubi præpeditus, uaſa proxima pro expediendo ſibi tranſitu, brevi dilatat ita aliquando, ſive vaſorum debilitate,ſive quod ſanguis in partem aliquam juſto magis quam pro ejus vſu derivatur atque allicitur, vaſa quibus defertur copia ſua atque impetus incremento adeo diducit atque diſtendit, ut in proximas partes minus copioſe & debite influat: Atque hinc eſt quod Gonorrhæa ſimplici, aut fluore uterino nimio laborantium ſpina adeo debilitetur, ut vix erecti incedere,aut ſeſe quoquo modo flectere queant: Non quo ſpinalis medulla, aut nervi ind orti, ſuccum ſuum (ſiquis hujuſmodi ſit) nimis i teſtes aut uterum impendendo ſuo ſe ſtaudent genio quippe non adeo liberales ſunt, aut eſſe poſſunt prout quidam vane commenti ſunt : pauciſſimæ enim,& vix viſibiles nervorum fibræ in teſtes diſſeminantur: Ratio autem potius in hoc ſita eſt, quod arteriæ ſpermaticæ & uterinæ laxatæ, ſuccum ſanguinis nutritium nimia & plus ſolita copia in teſtes & vterum deponunt : Et proinde arterias vertebrales, è regione oppoſitas,ſuo ſe ſanguine, & ſpinalem

medullam ab iis irrigandam ſuo quoque alimento defraudent: Quod ex medela quoque magis patet, quicquod enim vaſa ſpermatica conſtipat & conſtringit, æqualem pariter ſanguinis diſtributionem, ſimul & debitum partium tonum reſtituit. *Richardus Lovver Tract. de Corde cap. 2. pag. 114.*

§. 2. Notabis materiam purulentam Renum, tam in muliere quam viro, per venas ſpermaticas expurgari: In muliere per uterum, In viro per renem, *dum lentum deſtillat ab Inguine virus*, more gonorrheæ uirulentæ *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 24*

Observatio IV.

Gonorrhæa diutius durans, à vaſis ſpermaticis ad renes uſque vitium transfundit, veſicam & ureteres.

Generoſus vir cum xviij. annis Gonorrhæa laboraſſet, graviſſimis renum & veſicæ doloribus enectus tandem occubuit Huic repertus eſt ren uterque major quam ſecundum naturam, dutus: Vreteres ambo intus exulcerati, &c. *Vide hiſtoriam Tit. de Hypogaſtrii doloribus.*

SCHOLIA.

Multum intereſt inter veram Gonorrhæam, i.e. ſeminis profluvium, & alteram impropriè dictam, ex concubitu cum lue venerea infectis contractam: hæc eſt purulenti, corrupti ac fœtidi humoris per pudenda effluxus, quem interni meatus ulceratio comitatur: carunculæ etiam quædam circum labia quandoque ſuboriuntur, quæ liberum urinę tranſitum ſubinde remorantur: Malum ſi diutius conſtiterit, ulterius ſerpit, veſicam, ureteras & tandem ipſos etiam renes inficit.

Tandem occubuit] Guenorius Gonorrhęam prodeplorata habuit, quę digito in anū immiſſo renitentiam habebat ad ſenſum, aut ſi catheter argenteus intruſus ſublividus extraheretur: renitentia enim tumoris indicium, ſive abceſſus ulcerati, Sublividus catheter ichoris gangrænoſi. Sic *Riolanus* Anthropogr. lib. 2. cap. 21. Notabis, *ait*, in veſiculis ſeminariis & proſtatis ſedem eſſe gonorrhęæ virulentæ, Et ratione ſitus earum partium quæ in perinæo conſiſtunt, equitatione longa vel ſuccuſſatione abſequo Gonorrhæam, virulentæ perſimilem, excitari, ſed quæ brevi perſanatur.

Observatio. V.

Glandoſum corpus (Proſtatæ,) Gonorrhææ virulentæ ſedes eſt.

§. 1. Gonorrhææ virulentæ prorrahuntur interdum ad decem annos, quale exemplum Patavii *videmus in viro* Bergomenſe, *cetera ſano ſed vix oſſibus hærente*: unde in Gonorrhæa hujuſcemodi non excernis ſemen, ſed pus ulceri, ex proſtatis vero videtur proximum: Certe *in omnibus Gonorrhæa laborantibus* in Noſodochio diſſectis, ulcera reperimus, ſeu callum, ulceris præteriti ſignum: Impoſſibile alioqui foret ranto tempore effluvium ſeminis vita ſuperſtite perſtitiſſe: *Severinus* Neapoli in diſſectis in venit inflammationem & abſceſſum in paraſtatis: *Bartholinus cent. ij. Obſerv. 36.*

SCHOLIA.

Quantum morborum curationi conferat locorum male affectorum accurata cognitio, jam olim *Galenus* demonſtravit, cum ſex libros de illis conſcriberet: Hęc autem eo magis neceſſaria videtur quo minus hactenus expedita fuit in Gonorrhæa illa virulenta, quę ſępius illicita vagaq; venere contrahitur: Cum enim vulgo ab omnibus profluvium ſeminis ſtatuatur vaſorum ſpermaticorum vitio excitatum, rem ipſam, uti eſt profecto non attingit: Veriori propterea ſententia *I. Georg. Virſungius* ulcus id potius proſtatarum exiſtimabat, non tam ſemen quam ſaniem & adfluentes humores corruptos eructans: hoc enim & copiam materię ſatis oſtendere aſſerebat, quæ ſæpe quartam congii partem excesserit, & odorem quoque cum colore non ſemen referentem, Imprimis cum diutiſſime haud raro perdurarit, virumque Patavii vixiſſe certum ſit, qui annis 30. continuis ejuſmodi proluvie laborarit: Ipſam præterea materiæ urinæ permixtæ ſubſtantiam, à ſemine diverſum quid repreſentare, cum fundum petere ſoleat, illius autem natura ſit in ſuperficie natare & confuſa urina, non tamen divelli: Imo cadaverum ſectionem frequenter id comprobaſſe, qua ulcera in proſtatis talia deprehenderit, ut hac de re vix ultra liceat dubitare: Sed & jam olim *Rondeletius* l. de dign. morb. c. 9. affectum vulgo Gallis Vrinæ Ardorem dictum, Paraſtatarum inflammationem à ſemine acri & putreſcente in paraſtatis derivabat: Quin etiam *Palmarius* 2. de lue c. 9. ſæpe ad multos annos materiam purulentam Proſtatas fundere, nullo valetudinis diſcrimine, nulloque penis ulcere animadvertit, multò tamen ſæpiùs utrumque vitium concurrere ſubmonens: Ex ulcere etiam cervicis veſicæ, à gonorrhæa curata reſiduo, tota vita materiam purulentam ſtillaſſe, non ſecus ac in diuturna gonorrhæa à proſtatis, & gonorrheam ementitam obſervavit idem loc. cit: Ardorem præterea urinæ excreatione humoris viſcoſi in urethra exiſtentis per nimiam venerem, à gonorrhea omnino diſtinguendum rectè monebat *H. Donipertius.* Fluxum autem menſes annoſque durantem, hoc corporis debilitate, in muliere non gonorrhęam ſed catarrhalem vocandum cenſebat *Cam. Thomajus* met. cur. c. 57. Nec multum diſſentiens *Veſlingius* unicum rite curandi ſcopum ſæpius nobis commendabat, extergere & ſiccare potius quam adſtringere: hinc ipſe plurimorum

morum commodo conſ. malvæ, decocto althęæ cum terebinthina & pulv. rhei feliciter utebatur: Quo fine etiam ejuſmodi gonorrheam curatam uidimus exhibitis bolis ex caſſia cum terebinth. & Mercur. dulci ex arte parato, necnon emulſionibus ex ſem. cannabino aliiſque refrigerantibus cum ſpir. terebinth. injectionibus mundificantibus ex ſero lactis cum Mercur. præcipit. albo quatriduum continuatis, & denique opiata ſiccante ex theriaca vet. extr. juniper. conſ. hyacith. & croco Martis parata. Nec alia magis prætetquam ſiccaodi intentione decoctum rad. ſtatices laudabat G. Harduynus, de S. Iacobo, M. Pariſienſis, Garyophilli eſt montani genus, cui ſiccandi faculta s eximia. *G.H. Velſchius Epiſagm. obſerv. 67.*

In omnibus Gonorrhea laborantibus] Proſtatas eſſe Gonorrheæ ſedem *Bartholino* non concedit *Wartbon*. Adenogr. cap. 31. Eò quod frequenter accidit ex repentina atque intempeſtiva gonorrheæ ſuppreſſiooe, à potenter adſtringentibus tacta, ipſos teſticulos intumeſcere: quod vix fieri poſſet niſi ipſi ex parte ſedes gonorrheæ forent: propterea enim intumeſcunt quod materia intempeſtive reſtricta in eos regurgitet: quare veriſimilius eſt gonorrheam non unam tantum partem generationi ſeminis dicatam affligere: quod apparet ex teſticulorum tumore & carunculis circa veſicæ collum excreſcentibus: Fieri porro poteſt ut tractu temporis vitioſa humorum colluvies ad partes debilitatas confluat, & per earum ductus evacuetur: utcunque enim hæ partes in ſtatu ſanitatis generationi ſeminis ex naturæ inſtituto inſerviunt, fieri tamen poteſt ut gravi hoc morbo diu afflictæ & debilitatæ haud amplius ſemen conficiant, ſed crudum quendam ſuccum, qui à colluvie dicta, cum toto corpore undique confluente permixtus, excludatur foras: quo caſu majus impendet periculum toti corpori ex reſtrictione talis fluxus quam ex ejuſdem continuatione: Neque mirandum ſi quis cætera ſanus ultra 30. annos tali fluxu laboraverit; quippe hæ partes hoc modo affectæ genium ſuum quaſi exuunt, & ſentinæ corporis loco ſunt: quis miretur ſi ope fonticulorum aliquot aut ulcerum ſaniem profundentium, aliquis diu vitam, cętera ſanus, protrahat? Hęc inde quoque luculentius confirmantur, quod fœminæ etiam quæ proſtatis deſtituuntur gonorrhæa laborare poſſint: quæ in illis proculdubio à teſticulis (cum careant aliis organis ſeminis confectioni idoneis) neceſſario provenit: Imo vero frequenter in iis quoque gonorrhoea hæc diu durat, tandemque in fluorem album, enervato teſticulorum robore degenerat: quod idem prope eſt quod viris accidiſſe diximus, ambo enim hac via corporis colluviem deponunt.

Vidimus in viro cetera ſano ſed vix oſſibus hærente] Phthiſeos ſeu Tabis cum plures ſint ſpecies & differentiæ, ita duæ præcipuæ & magis notabiles occurrunt, videlicet *Dorſalis* & *Pulmonalis*: Prior etſi noſtro hoc ſæculo nomen ſuum fere amiſit, aut forſan mutavit in Gonorrhæam, tamen *Hippocr.* mentionem ejus facit, & morbum hunc ex profeſſo tractans, duplicem ejus ſpeciem aſſignavit, ſcil. unam ex immodica Venere, & alteram ex Deſtillatione in ſpinam dorſi: Quod ad poſteriorem hanc ſpectat, de ea lib. ſecundo Tit. de Tabe actum.

Altera ſpecies longe frequentior, item duplex exiſtit: ea ſiquidem vel a magno, vel nimis crebro humoris genitalis diſpendio, Aut à continuo putrilaginis è partibus genitalibus profluvio exoritur.

1. Quoad prius, obſervatione ſatis vulgari c[onſ]tat immoderatum Veneris uſum, etiam involu[nta]rium (ſi magnus iſte vel continuus fuerit) ſem[inis] effluxum totius corporis languorem & demum c[on]tabeſcentiam producere, Hujus ratio non eſt q[uod] ſemen, juxta quorundam opinionem, à cerebro [per] nervos in corpora ſpermatica deſcendat pro[inde]que à magno ejus diſpendio imprimis ἐγκεφαλος, [con]ſequenter partes omnes à ſpirituum inde ſcaturi[en]tium influentia dependentes, infirmentur & co[nta]beſcant: At vero cum ſatis evicimus materiam ſe[mi]nalem è maſſa ſanguinea in partes genitales imm[e]diate ſuppeditari, eandemq; prorſus cum illa exiſte[re] è qua in cerebrum inſtilata ſpiritus animales p[ro]creantur, neceſſario ſequetur quo major ejus por[tio] pro reparando ſeminis diſpendio ad teſtes corripitu[r] eo cerebrum debito ipſius tributo defraudari, propterea tandem in toto corpore functionem tu[m] motivam tum nutritivam uacillare ac imminu[i]. Quod autem veſani ſcortatores majorem circa lu[m]bos debilitatem ſentiant, parteſque infra hos co[n]ſitæ, ſcil. femora & tibiæ maxime contabeſcant, r[a]tio eſt, tum quia ſpirituum animalium penu in p[ri]ma ſcaturigine vid. ἐγκεφάλῳ deficiente, rivi extre[mi] ſcil. ſpinalis medullæ fines, nervique ab ea oriun[di] defectum hunc primo ac potiſſimum luunt: tu[m] inſuper quia juxta lumbos ſanguis arterioſus p[ro] ſlamiores & maxime inſtauratives ſui particula[s] dorſo enutriendo deſtinatas, plus nimium teſtib[us] elargitur, ac interea ſanguis venoſus propterea effu[..]tus, quicquid opulenti poteſt à lumbis ſuffuratur.

Seminis diſpendia contabeſcentiam inducenti[a] modo ſunt voluntaria, cujuſmodi noxam patiunt[ur] ſ[..]ace[s] ac veneri deditt; modo ſunt involuntaria, cu[jus] [..] affectus variæ ſunt ſpecies: Nam in alioquibu[s] tantum propter inſomnia aut phantaſmata impudic[a] contingit: in aliis vero præter iſtas occaſiones nixus quilibet dorſi, ſive ob ponderis latiooem, ſiv[e] propter urinæ aut fæcum alvi excretionem, etia[m] humorem genitalem dimitti facit: cujus cauſa eſt & quia ſemen aquoſum & tenue, ſimulque acre a[c] irritativum exiſtit, & præterea quod partes ſunt debiles, proindeque ipſum nec rite concoquere ne[c] retinere valent.

In Tabe altera Dorſali, cujus meotiooem ſupr[a] fecimus, non ſemen ipſum, verum ichor, ſive putrilago quædam è partibus genitalibus profunditur cujus effluxus ſi quando ingens & continuus fuerit non raro totius corporis vires labefactat, & materiem nutritivam ſubtrahendo, & prodige ablegando, atrophiam ſive contabeſcentiam inducit: Enim vero juxta vaſa ſpermatica, aut in tranſitu ab iis, tum in viris tum in fœminis, Emunctoria quædam conſita ſunt, quorum munus eſt humorem à ſemine efformato ſuperfluum excipere, & quando exuberat per partes genitales foras amandare: Proinde quidem ut in utroque ſexu ductus iſti (ne exareſcant, ac rigidi aut minus ſenſibiles fiant) lubricentur ac irrigentur: Proſtatæ in viris, & Glandulæ circa uteri cornua in fœminis conſtituuntur, è quibus ſemper utriſque in actu coitus, & nonnunquam citra ipſum, quando corpora ſpermatica nimia humiditate ſcætent, latex quidam ſeroſus exudat: At in fœminis (quarum corpora humidiora ſunt, & in quibus has vias natura ad menſtruam excretionem fecit) hoc ſæpius ac multo uberius contingit quam in viris: Quod ſi emunctoria iſthæc debilitate magna, aut virulentia quadam afficiantur, ita ut laticem illuc miſſum aut

corrumpan-

-orrumpant, aut non ſatis contineant, non modo iſte perpetim amandatus copioſe per pudenda effluit, ſed & alii totius corporis humores ſuperflui, aut excrementitii, ad partes iſtas debiles affluentes una profunduntur, quinimo & ſuccus nutritius partibus quibuſque vicinis deſtinatus illuc confluit, & continenter abſcedit, ita demum ut propter ſucci nutritii (qui ibidem affluens corrumpitur & continuo amandatur) diſpendia non modo partium vicinarum, ſed totius corporis languores & emarceſcentia ſuccedant: Hæc ſatis vulgo innoteſcunt in Gonorrhæa, item in fluore muliebri, ſive affectus iſti per impurum concubitum, aut Veneris immoderationem, ſive ob plagam, contuſionem, nixum majorem aliamve noxam lumbris inflictam excitantur, *Willis operis poſthumi ſect. 1. cap. 5.*

§. *Wirſungius* tria cadavera Gonorrhæa extinctorum ſecuit, in quorum Proſtatis veſtigia ulcerum & cicatrices manifeſtas animadvertit.

SCHOLIA.

Gonorrhææ cauſam ſemen eſſe omnes fere conſentiunt, mihi autem veritati magis conſentaneum videtur initio quidem aliquid ſeminis, vel ob ejus, aut partium ſpermaticarum virium, vel facultatis retentricis imbecillitatem excerni, ſucceſſu vero temporis humores vitioſos à natura per factam hanc viam expelli: Impoſſibile enim eſſe per talem fluxum ſemen ſemper evacuari evincit, 1°. materiæ quantitas, nam id quod excernitur interdum aliquot libras excedere experientia docet: at tantum ſeminis profluere poſſe nemo ſanæ mentis ſtatuet. 2. Materiæ qualitas, odorem enim ac colorem ſeminis non ſemper refert, ſed odorem de ſe ſpirat gravem, colorem oſtendit varium, interdum nigricantem. 3. Fluxus ad aliquot etiam annos duratio, Novi Lipſiæ aliquem per ſexennium eum perpeſſum: Imo pro certo mihi relatum eſt Virum quendam Patavii ſupra 30. annos hoc laboraſſe affectu: Seminis autem profluvium ſine virium proſtratione, ac vitalis roboris extinctione tamdiu durare poſſe incredibile eſt, cum ex ſententia Avicennæ & plurium medicorum, uncia una ſeminis emiſſa plus debilitet quam ſanguinis unciæ xl. 4. Urinæ ſigna, nam materia quæ excernitur matulæ urinariæ ſupernatat: Nonnunquam etiam pus emitti obſervatum eſt, quod proculdubio ab ulcere ex affluxu vitioſorum humorum provenir, probat Wirſungii experientia: Sic dicta autem Gonorrhæa ſi diu duraverit, curatu admodum difficilis eſt: Ad evacuationem materiæ peccantis exhibeo has pilulas. ℞. Tereb. Cypr. ℈j. ſcamm. roſ. reſ. Gialapp. ana gr. v. m^e. f. Pil. xix. Ad fluxum inhibendum ℞. Croci Martis adſtring. ℈iv. oſſis ſepiæ, ſuccin. corall. utr. ebor. ſ. ∆. a. ℈ij. m^e. f. Pulv. doſis ad ʒß. Summo etiam cum fructu uſus ſum tinctura Vitrioli uſque ad 30. gutt. in convenienti vehiculo: Certiſſimum remedium ſunt Pilul. Riverii quæ me nunquam fefellerunt, Vide cent. 2. Obſ. 74. *Carolus Raygerus Obſ. xij. Anni iv. miſcell. curioſ.*

Observatio VI.

Gonorrhæa muliebris Glandoſo corpore affecto excitatur.

Fluor muliebris, ſi continuus, & Gonorrhæa, ita inter ſe conveniunt, ut niſi mentem adhibeat Medicus præ ſimilitudine facile in errorem abeat, quanquam à diverſis partibus procedant & per diſtinata loca excernantur, ſi quidem Fluor iiſdem quibus menſtrua fluunt, ductibus ejicitur, quod vel ideo judicamus, quia menſtruum cruorem ita ſubinde immutari cernimus, ut qui primo veluti à victima, referente *Hippocrate*, prodibat, nunc minus floridus, poſtea pallidus ac ſenſim albus appareat, Fluoremque muliebrem, Album dictum efficiat: *Gonorrhæam* vero ex Glandoſo corpore provenire, & per lacunas circum, & in meatus urinarii exitu collocatas erumpere, Cadaveris cujuſdam mulieris hoc vitio infectæ, diſſecti palam fecit, Nam utero ejuſque vagina innoxiis, corpus glandoſum ſive Proſtatas, urethræ circumpoſitas ſolum male affectas offendimus.

SCHOLIA.

Dicet aliquis, Quomodo illa Medicus internoſcere valebit, ſi mulier affecta ſe caſtam & ab omni virili conſortio alienam profiteatur? utcunque diiudicare poterit ſi ad prolabentem materiam, ægræque querelas diligenter attendat? materia namque Fluoris alteram in Gonorrhæa manantem longe quantitate ſuperat: Querelas ſi conſideret, Fluore fœdatas lumbari dolore cruciari, alias vero Gonorrhæa laborantes de oborta circa pudendas partes acerbitate lamentari audiet: Sin minus his contentus certior eſſe velit, genitalia inſpiciat, ſi quidem meatus urinarii exitum circumſiſtentes partes (in quibus lacunarum exitus terminantur) mucoſa quadam materia obſeſſas, ac interdum ulceratas reperiet, reliquis vaginæ partibus decenter ſeſe habentibus, cujus contrarium in Fluxu albo fieri aſſolet: Sed hæc vulvæ inſpectio non ſemper neceſſaria eſt, cum Medicus haud ſit culpandus ſi medicamenta ſecundum ægrotantis querimonias præſcribat: Si vero illum eludat, nec optatum præſcripto medicamine ſucceſſum contumax mulier conſequatur, id ſibi imputet: *Regn. Graaf. de mulierem organis cap. 9.* Nota Virum Clar. lib. de Virorum org. p. m. 123. mulieribus Proſtatas denegare.

De Gonorrhœa.

Observatio VI.

Gonorrhæa muliebris à vomica in uno Teſte genita.

FOemina ex aſſidua Gonorrhæa circa uteri regionem atrociſſimos cruciatus pati
tur. Mortua ſecta, Vomica in uno Teſte inventa fuit *Domin. Panarolus Pentec*
*Obſerv.*14.

APPENDIX.

De gonorrhea & Bubonum venereorum ortu. Et de uſu Ligamenti uteri Vermi-formi dicto.

ALterum Ligamentorum uteti par inferius teres inſtar lumbricorum , ſubrub
inſtar muſculorum , poroſum ac concavum præcipue in fine , à lateribus fu
utrinque prodit , atque in ſuo principio recipit ductum ſeminarium exilem , à teſtib
& tubis , ſicque ad inguina (in quibus ſuperne glandulis fulcitur) deſcendit per p
ritonæi productionem duplicatam (hac rupta aut duplicata fit hernia inguinal
tendineſque muſculorum obliquorum abdominis (ſicut vaſa deferentia in viris feruntu
tranſiens , ſtatim extra abdomen fibris carnoſis , ab oſſe ilio prodeuntibus : firmatu
& ſupra oſſa pubis reflexum , Clitoridem ingreditur , in eamque aperitur : Et licet
corporibus mortuis nulla apertio ibi manifeſte oculis conſpiciatur , certum tamen
in vivis poros ſatis late aperiri , eodem modo ſicut in viris clare patet vaſa deferenti
atque etiam inviſibiles alioqui ſeminales meatus , qui ſemen è veſiculis in urethra
tranſmittunt , apertos eſſe : Ab oſſibus pubis tradunt varii Anatomici reliquam huju
paris portionem, ulterius in adipoſam internam femoris membranam expandi , cum c
que uſque ad genu ; vel , ſecundum nonnullos , uſque ad pedem deſcendere , cuju
conſenſu putat Riolanus mulieres primis ingravidationis menſibus de femorum interio
rum doloribus conqueri : Verum decepit eos ignoratio hujus partis uſus , quippe cu
hoc lumbricale vulgo appellatum ligamentum habeat uſum nobiliorem quam aliquo
ligamentum (quo nomine per abuſum perperam fuit inſignitum) certiſſimum eſt dictan
membranam ad genu extenſam non procedere à lumbricali ligamento, nec ullam cum e
communionem habere, idque eo magis cum manifeſtum ſit illam ab oſſium pubis ligamen-
to cartilagineo oriri : *Hoc par lumbricale ab Anatomicis paſſim habetur pro tali liga-
mento , quod uteri fundum partibus anterioribus & inferioribus laxe devincit.* *Bauhinu*
laxos in eo poros, & inferiore parte aliqualem cavitatem humore mucido perfuſam ani-
madvertens , judicavit illud duobus uſibus inſervire , ac partim ligamenti munere fungi,
partim per ſuos poros genitalium partium ſuperfluos humores excernere : Verum nobi-
liori uſui deſtinatum eſſe oſtenſum nempe fungi munere vaſorum deferentium , imo eſſe
ipſa vaſa ſemen à tubis teſtibuſque ad pudendi anteriora in clitoridem deducentia ſeu
deferentia : Præter ſemen, putat Veslingius etiam aliam quamcunque ſaburram, circa ute-
rum collectam, per eandem viam expelli , at iſti in hæc vaſa nullus patet introitus : At
certiſſimum eſt ſolum ſemen per dictas vias effluere , omnem vero pravorum humorum
ſaburram, quæ ab utero evacuatur , expelli per vias menſtruorum profluxui deſtinatas,
ſcil. per uteri, & præcipue cervicis uteri cæcos poros , ut & per vaſa quædam lactea eo
extenſa, Item per arterias & venas, tam in uterum quam cervicem ejus deſinentes : Eo-
dem modo ſicut ſaburram excrementitiam per arterias gaſtricas & meſentericas in in-
teſtina deponi novimus, idque vel ſponte in diarrhoeis , vel arte ab exhibitis purgatio-
nibus, vel vi naturæ in criſibus febrium : Interim tamen hoc notandum, ſi ab impuro
coitu ſemen in teſtibus virulentiam contraxit , tunc illud per hanc viam defluens, modo
gonorrhœam modo in glandulas inguinales (per quas ductus hic tranſit,) depoſitum
bubones facere , neque unquam ullam ſaburram , quam à ſolis teſtibus & tubis , hac via
defluere poſſe : Errat quoque Laurentius , cenſens hæc rotunda ligamenta aliquando ita
dilatari ut Bubonocelen pariant , Nec enim poſſunt uſpiam aperiri ad recipiendum
inteſtinum vel omentum , atque ita dilatari ut aliquod ex illis excipere queant , Sed
fit Bubonocele in mulieribus ſicut in viris , cum inteſtinum vel omentum prolabitur in

productionem

ꝛductionem petitonæi vaſa hæc comitantis, & cum illud manu verſu interiora re- li nequit, ſectione peritonæi curatur ſicut in viris: *De Diemerbroecit Anatom. lib.* 1. . 24. .

APPENDIX altera.

De Gonorrheæ cauſis & differentiis.

Angius lib.2.epiſt.5.Gonorrhoeam triplicem facit,primam in renum, hepatis ac vaſo- rum feminalium calore,in iis quibus corpus hirſutum ac ſucci plenum, ſemen genitale pioſum ac calidum coacervatur,ac non raro per nocturna inſomnia,lumbis ſupino decu- u incaleſcentibus, *nocturnas veſtes maculant ventremque ſupinum*: Quæ vera eſt nomine re Gonorrhoea: 2.ſpeciem produci ſcribit ex purrilagine phlegmatis vel ſalſi,vel etiam udi copia, quæ non raro cum momento genituræ permiſceatur, ac præcipue à cerebro t ſpinam dorſi, lumbos,renes, etiam ab hepate per venas & nervos ad genitalia tenden- s deferatur,è quibus per penem,cum ejus excoriatione ſenſim exſtillet:Quod profluvium ulieribus etiam accidat,ſub menſtruorum pituitoſorum denominatione. *Tertiam ſpeciem* ›nir eam quæ venereæ luis eſt ſoles, virulenta dicta:At quartam ſpeciem omittere videtur, aſorum imbecillitate orram:Nec humorum ſeroſorum & vitioſorum cum ſemine permi- o neganda videtur, quod facit *Platerus* Etenim cum aliæ corporis partes imbecillæ non lum alimentum ſuum non bene concoquant,ſed etiam, ſi munus publicum habent, id on bene perficiant, ut in ventriculo & hepate videre eſt,cur idem etiam in Teſtibus ac- dere non poſſit? Deinde nec hoc negandum videtur, ſi ſanguis in corpore ſit impurus, iam ſemen impurum in corpore inde generari, Sic & videmus morboſas fœminas impu- um lac in mammis generare: Præterea natura ſæpe aſſueſcit humores vitioſos ad aliquam artem,præcipue debilem, mittere,idque etiam in Teſtibus fieri impoſſibile non eſt, imo eri experientia teſtatur: habent etiam humores vitioſi interdum ad peculiares partes iam inclinationem,quod & hic accidere poteſt,& præcipue in Gonorrhoea ex lue vene- ea, virus iſtud partibus genitalibus infeſtum eſt *Geometrus Pract. lib 3.parte.9.ſect.2.cap.4.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII.
SECTIO XXXII.
De Vteri Procidentia Deſcenſu.

OBSERVATIO I.

Vteri Procidentiam poßibilem eſſe oſtendit diſſectio cadaveris muliebris, in cujus uteri prolapſi vagina cereus globulus deprehenſus eſt.

MAGNA difficultas eſt An uterus ipſe inverti poſſit? quantum ad nos attinet, exiſtimamus in difficili partu dum placenta ei firmius adhæret,& ab imperitis ob- ſtetricibus nimium attrahitur, id aliquando contingere poſſe, rariſſime licet id eveniat: In virginibus (niſi quandoque incredibilia contingerent) impoſſibile ju- dicaremus,propterea quod craſſa ac membranoſa colli uterini ſubſtantia in illis tantum exiguo foramine pervia ſit.Ad cujus cōfirmationem ſequentem obſervationem communi- cabo: Anno 1671.in Noſocomio Delphenſi,diſſecuimus mulierem procidentia uteri labo- rantem,in cujus uteri vagina *nulla Sarcomata*, nullaſque alias excreſcentias, ſed tantum in- gentem cerem globum invenimus,cujus immiſſi beneficio Vagina (quæ alias ob vteri liga- menta nimium relaxata invertebatur ac foris propendebat) cum utero intus detinebatur, uteri cervix autem naturalem conſtitutionem retinebat,adeoque minime invertebatur.

SCHOLIA.

S C H O L I A.

N*Ulla Sarcomata, &c.*] Laxantur aliquando Ligamenta uteri, propter vim partus, nimiam corporis humiditatem &c. ut uteri oſculum in ſinum ſudoris decidat, & inverſa vagina extra propendeat, ut exemplis probant *Platerus* obſ. lib. 3. Th. *Bartholinus* c. 2. hiſt. 91. & c. 5. hiſt. 9. *Dom. de Marchettis* anat. c. 7. & alii. Reperiuntur tamen qui ob Sarcomata, aut alias vaginæ excreſcentias, aut protuberantias quandoque à ſe obſervatas, Uteri prolapſum omnino negant, aut adeo rarum pronunciant, ut vix aut ne vix quidem eum unquam contingere credant, quorum tamen opinioni calculum noſtrum non apponimus, quandoquidem ratio dictet humores à toto corpore defluentes Ligamenta uteri humectare ac relaxare poſſe, Et experientia confirmet in locis humidioribus hunc morbum ſatis familiarem eſſe. Meminimus námque nos uno tempore ad quatuor diverſas filias, quarum virginitas innoxia habebatur, fuiſſe vocatos, quæ uteri prolapſu laborabant, quibus partim fomentis adſtringentibus, partim annuli cerei in pudenda immiſſione non vulgare attulimus auxilium. Si nobis objiciant non Uteri ſed Vaginæ prolapſus fuiſſe quos ſtatim retulimus, petemus an utero in ſua ſede permanente, Vagina in tantum prolabi poſſit ut extra pudendum propendeat? Si vero uterus ſimul è naturali ſuo loco deſcendat, deſcenſum hunc Uteri Prolapſum vocamus, qui prout major vel minor eſt, ſic uterus aliquando ad mediam vaginam, interdum ad uſque vulvæ orificium, nonnunquam denique totus extra vulvam prolabitur, ac variis modis afficitur, ita ut aliquando eum extirpare coacti fuerint, cujus rei memorabilia exempla referunt *Æginета, Langius, Mercurialis, Duretus, Fernelius, Paræus, Licetus* & alii, Ex quibus conſtat fœminas abſq; utero (licet ejus ablatio ob multiplicem vaſorum perreptantium numerum periculoſiſſima ſit) vivere poſſe: Sed cur quæſo ligamentis, membranoſiſque partibus, quibus naturaliter detinetur, relaxatis, non tam facile deſcenderet, quam breviori Peni tempore coitus (ut in confeſſo eſt) obviam venit? *Regnerus Graaf de Mulierum organis cap.* 10.

Observatio II.

Vteri Procidentia vera in cadaveris apertione deprehenſa.

ANno 1670. menſe Januar. curæ meæ commiſſa mulier 28. annor. robuſta valde, in qua corpus teres, inſignis magnitudinis, ad pudendum ſe offerebat. In decumbente circa partem ſuperiorem, ubi pudendo proximum craſſitiei illius erat, quam duplici ſpithama comprehendere non licebat: inferiora verſus paulo contractius, longitudinem vero ſpithamæ habebat: Aſt quoties incedebat, elongabatur adeo ut etiam genua ipſa attingeret extremo ſuo: Durum omnino corpus hoc ac ſcirrhoſum obſervabatur: Difficile valde & hic, ut in caſu ſequenti, certi aliquid determinare, idque eo magis quod haud adeo firmæ mentis mulier hæc deprehenderetur, adeóque nec de cauſa mali, nec de tempore quo vel inceperit; vel augmentum ſumpſerit, vel ullo alio ad dignorionem curationémve ſcitu neceſſario nos informare apta: Rei gravitatem conſiderans, in Noſicomium publicum eam deferri curavi: Hic extirpationi quod multum à multis tribueretur (licet ſummopere eam mecum improbaret Clar. *Gerardus* de *Penijnc* Noſocomii Medicus ordinarius) ad eam deventum eſt, aſt minus fructuoſa fuit, tertio enim die ab eo quo ligatura prima injecta, obiit ægra, fuit hic 27. Januarii.

In aperti cadaveris ventre Uterus deſiderabatur, utpote qui totus, inverſus, extra corpus dependebat, intra ſui cavum teſticulos, uterináque ligamenta, (excepta ala dextra quæ adhuc in ventre detinebatur) continens: Prolapſus autem uteri fundus, cum teſticulis, partibúſque adhærentibus, non ad extremum hujus tumoris, genubus proximum, ac ſi fundi uterini ſupremum jam fuerit vicinum genubus, ſed detentæ partes dictæ in fundo, ad vaginam, aut potius ad orificium uteri internum prolapſo, vagina ipſa extenſa, miréque incraſſata: Incraſſata mire ſubſtantia hæc uteri, adeo ut etiam vel digitorum trium tranſverſorum craſſities hic notaretur cultro diſſecanda, antequam in cavitatem devenire liceret: Ureter uterque ad digiti minoris amplitudinem diſtentus erat, forſan quod faſcia ob viciniam via urinaria conſtricta: Fides ſi habenda rumori, ex partu laborioſo. Procidentia hæc deduci debet: Totum uterum ad exteriora non fuiſſe prolapſum, mihi ſaltem (præterquam quod in aperto teſticuli in ſummo hærerent tumoris) argumentum eſt quod in imo tumoris hujus apertio notabilis, impervia licet, quæ minime adfuiſſet, ſi quidem uterus inverſus in totum extra corpus fuiſſet prolapſus. *Gerardus Blaſius Obſerv. Med. 1. part. 3.*

TTttt Observ.

Observatio III.

Vteri Procidentia imperfecta.

EOdem menſe petitioni mariti ſuperſtitis, deſiderióque meo ſatisfacturus, aperui ventrem defunctæ puerperæ. Obierat hæc die præcedente, hora 5. poſt partum, ſana alias antea, edito fœtu optime valente.

Exhibuit hic ſe uteri fundus ad interiora illius converſus, ſicque ad pudendum uſque prolapſus, adeo ut vagina tota corpore hoc uteri inverſo repleretur, quod etiam arcte adeo à contracto utero detinebatur, ut nonniſi robore ſummo, atque violentia, ope per pudendum immiſſi inſtrumenti, ſurſum detrudi, ſic in naturalem locum reduci potuerit. Imprudentiæ obſtetricis, an vero nimis arcte cohærentiæ ſecundinarum cum uteri membrana interna, hoc malum adſcribi debeat, non meum determinare, hoc tamen addo, retuliſſe adſtantes mulieres, quæ in partu obſtetrici auxiliares fuerant, quam primum fœtus in lucem prodiiſſet exclamaſſe obſtetricem adhuc alium in utero hærere fœtum, ſicque extra pudendum protraxiſſe corpus aliquod rubrum, ad cujus aſpectum conſternatæ adſidentes imperitiæ illam accuſarant, ab opere deſiſteret ſerio admonentes, quod etiam fecit poſtquam in quantum, vel per uteri contractionem, vel per ignorantiam licuit, extra pudendum dependens introrſum iterum compulit: Vaſa omnia ſanguine hic adeo deſtituebantur, ut etiam quocunque loco cultro anatomico aperta nil ejus funderent, ſubſidentibus in totum tunicis: quem etiam ſanguinis defectum ex immoderato fluxu, ob ſecundinæ violentam ſeparationem extractionémque cauſatam, mortis ſubitaneæ cauſam judicamus. *Idem ibidem.*

Observatio IV.

Vteri procidentia, mola credita, lethalis.

FIlia hominis coqui, prægnans, ante partum mortem optabat & eventuram prædicebat: Pridie ajunt ingenti laboraſſe diarrhœa, noctu facile peperit. Inter pariendum uterus cum ſecundina prodiit, qui reſtitutus eſt, quamvis ignorarent uterum eſſe: Mane vocatus, quum omnibus viribus deſtitueretur & vix pulſus ſentiretur. Uterus extra propendebat, turgens admodum, quem cum attingerem, effluebat liquor ſanguineus & feroſus, ita ut exiſtimarem, quum nihil tale vidiſſem, eſſe molam aliquam quæ utero firmiter adhæreret: mecum idem ſentiebant obſtetrix & Chirurgus: Ego ob rei novitatem nihil tentare volui, curans vocari *Ioh. de Argent.* Eram ejus opinionis futurum ut præcideretur, id tamen noluerunt abſente illo Chirurgo tentare: Præſcripſi cataplaſma emolliens & ſuppurans, cujus præparationem non expetebant, ſtatim enim moriebatur.

Defuncta illa Tumore aperto, animadvertimus nihil aliud eſſe quam uterum everſum: mirabar non à me agnitum, licet id primo ſuſpicarer: Verum id effecit ignorantia obſtetricum: deinde quod dicerent nullam vim fuiſſe in pariendo & fluxu comprimendo, quum arteriis & venis alligaretur. *Ex obſervationibus Ioh. Bauhini.*

SCHOLIA.

M*Irabar non à me agnitum*] Uteri procidentiam, ab omnibus Medicis hactenus decantatam ſtrenue negat T. *Kerkringius*, falſèque invehitur in *Laurentium Veſlingium & Bartholinum*, quaſi illi inter alios hac de re admodum male judicaſſent; Dicitque laxitatem quandam colli, quæ extra pudendum prominet, hæc facere ludibria: Verum reſipiſcat, quæſo, vir Doctiſſimus, & palinodiam canat, nam quia nunquam vidit uterum prolapſum, ſatis temere irridet alios iſtius rei oculatos teſtes. Legat *Carpum* in Iſagoge Anatom. hiſtoriam mulieris, cui uterus non tantum foras prolapſus, verum etiam exſectus eſt. Legat *Hildani* cent. 4. Obſerv. 60. 61. 62. ubi à viro fide digno tria iſtius prolapſus exempla inveniet. Aliis addam meum teſtimonium, qui ipſemet vidi uterum ad duorum digitorum latitudinem à ſinu propendere, quem egomet ipſe tractavi manibus, & conveniente inſtrumento verſus anteriora in ſuum locum retruſi, & ægram porro ita perſanavi, ut poſtea illa pars nunquam amplius procideret. *De Diemerbroeck Anatom. lib. 1. cap. 24.*

Observatio V.

Vteri procidentia & ectomia, cui deficienti Calloſum corpus ſubſtituit natura.

MUlieri cuidam fere trigenariæ, ſanæ, menſtruali, conceptionis ſigna paulo poſt ſecundas nuptias, cum ex priore matrimonio prolem nullam ſuſcepiſſet, apparuerunt; Progreſſu temporis obortus eſt ad partes imas & pudenda ponderis ſenſus, dolore & urinæ

retentione

retentione adeo moleſtus ut Chirurgo patefacere ſe, infortuniúmque ſuum coacta fu
rit: Is viſo tumore in perinæo, fotu & cataplaſmatibus anodynis & emollientibus d
lorem ſedavit; Sed mox ad pudendi labrum interius vomica, velut ab abſceſſu r
pto apparuit, ſanie ſubrubra, citrina & pallida, multo tempore manans; Interi
haud evaneſcebat ponderis ille ſenſus, quin potius augebatur in dies, ita ut ab a
no 1573. ne ſe quidem in lecto, in hoc illudve latus convertere poſſet, niſi admo
manu hypogaſtrio ad oneris levamen; ſed & tum quidam veluti globus toto corpore
pondere ſuo ſibi provolvi videbatur, in quodcunque latus decumberet, nec ſtans nec ſ
dens alvi excrementa reddere valebat, niſi pondere illo ſurſum manibus ad diaphragm
ſublato: Inceſſura vis crura promovere poterat, quaſi ſibi ſemper ex interfemineo aliqui
penderet quod progreſſum remoraretur: Ex intervallis Vomica illa recludebatur ſanie ſo
ſolita manans, ſed tum capitis membrorúmque omnium dolor, animi deliquia, faſtidia, vo
mitus, ſuffocationes miſeram urgebant, adeo ut ab empirica muliere perſuaſa, facile addu
cta fuerit ut antimonium hauriret, cujus tanta fuit & tam effera vis, ut poſt multas cum mu
tis torminibus vomitiones & aquoſas per alvum dejectiones, viſus ſit ſibi anus procidere
ſed admonita à familiari quadam ſua, cui ſe videndam crederat, haud ab ano id procedere
ſed à vulva, Chirurgos vocavit qui ſibi auxilio afflictæ ſanitati eſſemus: Expenſa re tota &
diligenter animadverſa, communi conſilio cenſuimus id quod prociderat extirpandum eſſe
quod atro colore, fœtore & aliis ejuſmodi ſignis putridæ ac corruptæ rei argumenta mani
feſta præberet: Ergo per duos dies ſenſim, fruſtatim & ſine dolore corpus extraximus
quod nobis Uteri corpus eſſe viſum eſt: Cujus rei fidem fecere unus ex teſticulis, qui inte-
ger extractus eſt, craſſiorque item membrana, reliqua ex mola, quæ ſuppurata, rupto ab-
ſceſſu, ſenſim diffluxerat. Revulſo omni ejuſmodi corpore, melius ægra habere cœpit, &
tamen ante extirpationem novem totos dies urina ſuppreſſa fuerat, Dehinc omnia ſibi, na-
turæ ſuæ & ſtato curſui reddita ſunt, totúmque trimeſtre ſana & egregie incolumis ægra
ſupervixit, donea ſuborta repente pleuritide interiit.

Diſſecta à me, & ſedulo ſingula exquirenti, nuſquam comparuit uterus, ſed ejus loco cal-
loſum quoddam corpus, quod natura, quæ nunquam in nobis otiatur, jacturam ejus partis
quaſi reparatura, vel lacunam potius alvi repletura, ſubſtituerat. *Pareus lib. de Hom. gener.
lib. xlv.*

Observatio VI.

Vteri Procidentis exſectio lethalis, ob ſimul ſectum Coli inteſtini partem in illum delapſi.

ADſtiti agyrtæ qui Uterum ad magnitudinem ovi anſerini prolapſum cum ſectione cu-
raturum ſe diceret, nec ullis argumentis meis, qui aliam curandi viam proponebam, ce-
deret, Roganti etiam ut ſaltem in uterum prolapſa inteſtina, vel quicquid eſſet, dutiſſimum
enim ſe tactui offerebat, aliudque quam aquam aut flatum eſſe certo certius affirmanti, pri-
mum loco ſuo, ſupinata muliere, reponeret, nec quicquam ab eo præter mala verba refer-
rem, Fac inquam quod facis, mihi tyrannicam illam audaciam & imperitiam ſpectare nec
libet nec licet. Nondum domo pedem extuleram, cum immaui clamore & ejulatu intror-
ſum vocor: convellebatur vehementer à ſectione patiens, cúmque animam non dubie a-
gentem viderem, extremam unctionem afferri jubeo, ſed ſerius, exſpiravit enim in fine ſe-
ctionis, in qua adſtantibus omnibus, vel fuga ſibi conſulentibus, alvina enim copioſe pro-
dibant excrementa; Utero cum contentis in aquæ adſtantem ſitulam projectis & lotis,
Inteſtinum colon, ad cubiti fere longitudinem ſectum, omnibus viſendum præbui. *Henricus
ab Heer Obſerv. Med. xxii. p. m. 192.*

Observatio VII.

§. 1. *Excreſcentia fungoſa uterum prolapſum mentiens.*

MAtia N. vidua, temperamento melancholico prædlta anno 1666. ætatis circitet 47.
viduitatis 8. dum in nundinis rei ſuæ nimium dat operam, & poſt habito menſium
fluxu, quo tum ordinarie corripiebatur, merces ſuas emptoribus, ſe vero frigidiori aëri ex-
ponit, primum quidem in hypogaſtrio leves quoſdam ſentir dolores, quos tamen ab exter-
no frigore obortos eſſe ipſa ſuſpicabatur: dolores excepit exiguus in pudendo tumor, qui
quotidie creſcens ægram eò adegit, vt medicatricem in conſilium vocaverit: hæc ubi bal-
neis atque inunctionibus ſuis per aliquot ſeptimanas continuatis, fruſtra tractavit ægram,
deſperata tandam cauſa ut ſepoſito pudore Chirurgus conſulatur ſuaſit: Sic igitur die 13.

anu. 166- Vocatus Chirurgus Statlender, offendit extra pudoris ſinum propendentem
ıbſtantiam quandam ſphaceloſam, maxime fœtentem, & duos pugnos magnitudine ſupe-
antem: unde affectus raritate atque gravitate permotus, Medicum ſibi in ſubſidium dati
etiit. A...gitur ei DD. *Chriſt. Meiſnerus*, Quo cum ubi die XIV. Janu. viſitavit ægram,
braſit de prominente ſphaceloſa ſubſtantia ultra libram, reliquum vero defenſivis muni-
ir. Subſequenti die XV. Janu. D.D. *Simonem Schulzium* & me ad ſe invitavit D. *Meiſnerus*,
tque comparentibus nobis caſum in præſentia Chirurgi expoſuit: Et quandoquidem D.
Meiſnerus illud quod extra pudendum propendebat, nil niſi excreſcentiam fungoſam, Chi-
urgus vero uterum inverſum atque prolapſum eſſe contenderent, re pro & contra ventila-
a, ipſum placuit adire ægram, ipſumque affectum propriis luſtrare oculis: omnes igitur ad
egram nos contulimus, ubi mox ſub hypocauſti ingreſſum moleſtiſſimus nos excepit fœtor,
egram verò ipſam deprehendimus nimis debilem, attamen ſectionem omnino exoptan-
:em: detecta tandem parte affecta, *in diverſas* mox *ivimus partes*, ambigentes quid ſphacelo-
ſum illud eſſet quod extra pudoris ſinum conſpiciebatur. Nam D. *Meiſnerus* uterum, ob li-
gamenta imprimis latiora, ita excidere poſſe pernegans, illud pro fungoſa habuit excreſ-
centia. Nos vero uterum inverſum propendere arbitrati ſumus: neque nos ligamentorum
uterinorum uſus de opinione noſtra dimovere potuit, cum tantum valeat in eorum con-
ſtitutione naturali, non vero præter naturali, ubi aut rupta, aut ſaltem ob continuum hu-
morum affluxum nimis laxata ac reſoluta officium ſuum minime præſtare poſſunt. Prout
etiam in aliis procidentiis, & imprimis oculi, contingere ſolet: confirmarunt præterea
ſententiam noſtram exempla à *Rouſſeto*, *Bauhino* aliiſque citata. Et tandem ipſe Chirurgus
haud leve pondus addidit, ubi noſtro inſtinctu digitum intra ſinum immiſit, & undique ad
latera colli uterini cavitatem explorans ubique ſibi obſtare ſubſtantiam membranoſam
retulit, unde uteri fundum inſtar ſacci inverſum propendere collegimus. Quandoquidem
autem totum illud quod propendebat ſphacelo correptum erat, ſepoſita illa controverſia
in eo omnes conſenſimus ut ſubſtantia illa ſphaceloſa, ſive uterus ſit, ſive non, quantocyus &
antequam vires omnino proſternantur, reſcindatur, ne partes adhuc ſinceræ trahantur.
Inprimis cum ipſa ægra idem perpetuis efflagitaret precibus: quare facto ad ſectionem de-
bito apparatu, Chirurgus injecit vinculum parti ſanæ, non longe à veſicæ urinariæ orifi-
cio, per quod nullo negotio ſtylum in ipſam veſicam immiſit; vinculo colligato, dum æ-
græ poſitus ſectioni adaptatur, iſta manus anxie jactare, crebetrime expalleſcere & ſudo-
re circa frontem diffluere cœpit: unde leipothymiam inſtare colligentes mutuo conſilio
ſectionem diſtulimus, veriti ne una cum ſphaceloſa excreſcentia ipſam quoque auferamus
animam. Relicto igitur vinculo defenſivis partem affectam munivit Chirurgus, atque ex
ordinatione D. *Meiſneri* ægra diverſis uſa eſt corroborantibus: nox ſubſequuta inquieta
propter dolores ab injecto vinculo excitatos: Die 16. Janv. ob ægræ imbecillitatem nihil
tentatum: die 17. cum viribus magis magiſque decreſcentibus circa ligatam regionem ma-
gnos ſe pati dolores conquereretur ægra, & præterea prope vinculum macula appareret ni-
gra, ægra quoq; per tuſſim purulentam materiam ſatis copioſe rejiceret, ita ut eam phthiſi
ex ulcere pulmonum contracta laborare nemo ambigeret, & artis honori & noſtræ famæ
conſulentes, ſectionem omnino differendam eſſe uſque dum vitia pulmonum emenden-
tur & vires reſtaurentur decrevimus: vinculum igitur ſolvere juſſimus, atque ut locum
affectum debite tracter Chirurgus juſſimus, Remoto vinculo ſanguis undique ſtillabat, &
ſimul quoque dolores remittebant: ſubſequentibus autem diebus quotidie plures particu-
las corruptas abſtulit Chirurgus, ita ut excreſcentia jam vix unum pugnum æquaret & fœ-
tor in dies minueretur: unde & nos ipſi quoque cum abraſa tanta parte, nedum quidem
adhuc in medio illius cavitas aliqua appareret, qualem tamen adeſſe debere credidimus, ſi
de utero prolapſo tanta quantitas fuiſſet ablata, non jam pro corpore uterino, ſed pro ex-
creſcentia quadam fugoſa ac ſphaceloſa propendentem illam ſubſtantiam cum D. *Meiſnero*
habuimus.

Neque etiam aliud ipſe docuit eventus, cum enim ægra Phthiſi conſumpta die 24. Martii
objiſſet, abdomine reſerato, uterus illius omni ex parte ſanus in pelvi, ceu debito & natu-
li ſuo loco hæſit, nec, licet propendens ſubſtantia varie traheretur, quicquam movebatur,
Sphaceloſa autem illa ſubſtantia nil aliud fuit, niſi fungoſa excreſcentia ex uteri collo ma-
jori, & hujus antica parte, prope veſicæ orificium enata: Verbo, Ipſa uterini colli ſubſtantia
rugoſa, ſpongioſa & fungoſa, à menſium & corruptorum humorum affluxu ampliata & di-
latata, *G. Segerus Med. Thorunenſis Obſerv.* 121. *Miſcell. curioſ. anni* 1671.

SCHOLIA

SCHOLIA.

UTerum non tantum ad pudoris uſque ſinum de-ſcendere, ſed & plane extra rimam ejus prolabi, & ſic majore, modo modo minore magnitudine foris propendere, adeo jam commune atque receptum eſt Practicorum dogma, ut vix unum offendas qui de Mulierum morbis diſſerens prolapſus ſeu procidentiæ uteri nullam fecerit mentionem: Imo ſi *Hippoc.* evolvamus, in ſcriptis quoque illius affectus iſtius haud obſcura offendemus veſtigia, nam lib. de nat. mul. c.5. p.564. & c.75. p.582. editionis *Foeſ.* expreſſe uteri extra pudenda prorſus prolapſi atq; velut ſcrotum penduli, ſigna, cauſas atque curationem tradit, Quæ cuncta iiſdem verbis repetit lib.2. de morb. mul. & lib. de ſterilib. Item lib. de Superfœt. quomodo uterus crebro excidens reponendus & quaſi decocto prius abluendus ſit docet. Imo verba illa quæ lib. de loc. in hom. cap.59. p.423. de ſitu uteri vitiato, breviter, quidem attamē nervoſe ſatis profert, dum inquit, *Uteri quocunque è ſede naturali moti fuerint, morbos afferunt, ſive foras proceſſerint ſive intro ceſſerint.* De uteri cum prolapſu tum aſcenſu intelligenda eſſe cur dubitemus? Sic igitur *Hippocr.* uterum extra pudenda prolabi poſſe ſtatuentem, ſequuti ſunt hactenus innumeri Medici, Et merito quidem, ipſa namq; experientia aſſenſum urget, dum uterum p.n. extra abdomen penſilem apparuiſſe, diligentia atque intemerata fides obſervatorum annotavit; Certè *Rouſſetus* de partu Cæſareo ſect.4. c.5. & 6. & *Bauhinus* in appendice part. 4. plurima collegerunt exempla: quibus adjungenda quæ leguntur apud *Paræum, Guinterium* de vet. & nova med. com.1. dial.8. *Fernelium, Foreſtum, Panarolum, Th. Bartholinum* Hiſtor. anat. cent.4. hiſt.2. *Poterium*, P. *Barbette* Chirurg. part. 1. cap.8. *P. Eſtanove* apud *Riverium*, *Velſchium* Epiſagm. Obſ.77. alioſque. Cæterum licet uterum extra pudenda revera procidere poſſe ſtatuam, non tamen nego quod etiam ſæpe excreſcentiæ carneæ aliæque uteri prolapſum ita mentiantur ut & occulatiſſimis imponere poſſint. Talia namque exempla præter Clar. Th. *Bartholinum* hiſtor. anat. cent.2. hiſtor.58. referunt quoque peritiſſimi Chirurgi Belgæ *Henr. Van. Roonhuyſen* obſer. Chirur. p.1. obſerv.2. Et *Io* *Van Meeckeen* obſ. Chirurg. c.51. Quibus haud abſ-milis eſt præcedens hiſtor. 6. *Segerus ibidem.* I uteri Procidentia lege *Platerum* pr. l.3. c.2.

In diverſas ivimus partes, &c.] Molam quin-quennem prolapſum uteri mentitam eſſe refert *I* *Ioh. Taniſchius in Miſcell. curioſis anni* 1671. ut m rum non ſit ſi ambiguum fuerit & anceps de mor idea judicium: Uxor quædam, *ait*, 34. annor. decem liberorum totidemque fere abortuum, nec non plurium molarum fœcunda parens, ante anno XII. fœtus aliquot excluſit viralis, ob impurum au tem & ichoroſum, quò & parens ipſa & hinc enat ſoboles, ſanguinem plerique excoriata totius corpo tis cuticula, nondum abſoluto puerperio diem ſuun obierunt, ut ex novem duas ſaltem conſervare po tuerit ſoboles; poſtmodum natura & patiendi nego tio fatigata, nil niſi molas concipere, & ſingulis men ſibus per ſeſquiannum, etiam abſente longo tempo re marito, excernere molita eſt: Tandem opera D.D *Ioh. Agricolæ* effectum ut menſibus ordinatè effluen tibus denuo conciperet, Ex difficili autem ſequent X°. partu Prolapſu uteri ſatis periculoſo ſe laborare credidit, & obſtetrix confirmavit, ut abſq; ligamentis huic malo aptis, nec ſtare, nedum incedere valere per quinq; integros annos: Elapſo quinquennio natura in deterius ruit, noviſq; menſium obſtructionibus, paſſionibus hyſtericis & lipothymiis affligitur. Ipſam inviſens ſemianimem reperio, morbum cauſamq; indago, originémq; mali ex impuro utero provenire judico, cordialia hyſtericis nupta propino; ob adſtrictam alvum clyſterem applicandum ſuadebam, quem cum tenueret, fomentationes ex emollientibus & carminativis toti abdomini applicari; interne eſſentiam caſtorei & ſpiritum ſecundinæ (ob molę præſentis ſuſpicionem) in ſyrupo de artemiſia propinari juſſi, quibus præſtitis, elapſo bihorio, acerbiſſimi dolores & conatus parturientium oborti, breviquę poſt molam, capitis infantis ad inſtar peperit, abſque putredine, fœtore & ſanguinis veſtigio: Hoc facto Prolapſus uteri quinquennis evanuit, &c.

§. 2. Vidi in Noſocomio Patavino 1641. diſſectam mulierem, quæ prolapſum uteri à partu difficili ante decem annos paſſa credebatur: Narravit ſe in prato cubantem obſervaſſe deſcendere uterum gramenque venari, Ex illo tempore in dies crevit ob affluxum ſanguinis, ut diſtentus nigérque in putredinem degeneraverit: Judicabat Chirurgus operationes nobis demonſtrans, P. *Marchetus*, non eſſe uteri Procidentiam, ſed excreſcentiam aliquam in vagina uteri, adeoque abſcindendam: Alter, Noſodochii Chirurgus familiaris pro uteri ſtetit procidentia, quum excreſcentia ſubitum ortum incrementumque habere non poſſit: Mulier interim ſecari volens, inter ambigua conſilia, ad mortem properavit.

In aperto cadavere, ſatis in trunco obæſo, ſed artubus emaciatis, uterum ſuo loco ſanum beneque conſtitutum vidimus, Excreſcentiam vero ex uteri vagina dilacerata pendulam cum labiis pudendi, ex lue venerea forſan, inflammatis. *Th. Bartholinus contr. ij hiſtor. lviij.*

SCHOLIA.

E*Xcreſcentiam ex uteri vagina*] Herniam, vulgo vocatam uterinam, nihil aliud eſſe cenſet P. Barbette quam relaxationem anterioris vulvæ tunicæ, quæ rugoſa facta eſt ut penem amplectatur & melius ſemen deferat ad uterum, Atque ut partus tempore onere ſuo citus liberet infantem.

Observatio VIII.

Sarcoma totam uteri vaginam occupans, foraſque propendens, Uteri Procidentiam falſo exhibens.

EOrum ſententiam qui uterum foras prodire, & extra corpus ipſum propendere exiſtimant, cultro anatomico impugnabo: Coloniæ Agrippinæ mulier erat quæ hyſtericis paſſionibus mirum in modum cruciabatur, Procidentiam uteri earum miſeriarum cauſam eſſe & ſcire ſe, & manu tangere opinabantur: propendebat enim extra corpus quippiam, quod illi non aliud quam uterum eſſe, vel eſſe poſſe, exiſtimabant: hæc interim mulier omnia quæ menſes obſtructi & reliquus uteri furor excitare ſolet ſymptomata paſſa, tandem anno 1665. morte ab his liberata fuit.

Dum Chirurgis hoc cadaver ſecantibus adſum, cauſa apparuit tantorum malorum prorſus alia quam opinati fuerant: Non enim prociderat uterus, quod fieri non poſſe oſtendemus, ſed interno ejus orificio adnatum erat ſarcoma, quod diductum per totam vaginæ longitudinem extra corpus ſeſe oſtenderat.

Poſtea aliam ipſe ſecans puellam, inveni ſimilis ſarcomatis rudimentum inſtar dactyli orificio uteri interno adhæreſcens, quod ſi tempore adauctum fuiſſet, eadem ratione incautis impoſuiſſet, qui uterum ſemper immobiliter loco ſuo conſiſtentem, tanquam vagantem per omnes partes ventris, vel tanquam procidentem accuſaſſent. *Theodorus Kerckringius Obſervat. Anat.* 53. *Vide obſervat. ejuſdem* xx.

Scholia.

EJuſdem eſt ſententiæ P. *Barbette* Chirurgiæ lib. 1. cap.8. Uterum, *ait*, non facile laxitate, multo minus diruptione latorum ligamentorum prolabitur, uti maxima pars ſcriptorum ſibi imaginantur. Gravi fœminarum parturientium niſu, & incauta ſecundinæ extractione, alii nobiſcum fundum uteri in pube plane inverſum viderunt, adeo ut pars intima extrema eſſet. Etiam experti ſumus (præſertim in illis quæ alvi duritie & ventris dolore vexabantur) membranas pubis ſe eo uſque extendere, ut homines Chirurgiæ imperiti eas pro ipſo utero ſumpſerint, & etiamnum ſumant: Nam uterum ſine vitæ periculo poſſe exſcindi, quemadmodum multi ſcribere auſi fuerint, perito anatomico intolerabile cenſetur.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXXIII.

De Hyſtericis affectibus, Suffocatione, &c.

Observatio I.

Uteri aſcenſum, qui Suffocationem Hyſtericam dictam pariat, impoſſibilem eſſe Anatome oſtendit.

§. 1. CUm Uterus quatuor ligamentis aliis partibus firmiter alligetur, petet aliquis, Quomodo uterus in hyſtericis affectionibus ad hypochondria & fauces, uti apud plurimos in confeſſo eſt, aſcendere poſſit? Reſpondemus illud impoſſibile eſſe, licet *Hippocr.* id affirmet, Uterum aridum, ſiccum, ſuóque genio defraudatum ad hepar, gratioſi humoris fontem excurrere, ut humectetur: Cui ſuffragatur *Fernelius*, qui ſæpe tactu deprehendit illum inſtar globi cujuſdam in ventriculum efferri, eúmque graviter opprimere, & manu depreſſum in propriam ſedem propelli; nam Uterus in *cadaveribus*, ubi omnia ligamenta magis laxa ſunt, duabus manibus apprehenſus, licet magna vi ſurſum trahatur, ne quidem vix ſupra os ſacrum efferri poteſt, nam præter quatuor ligamenta illa, quibus partibus inferioribus annectitur, etiam veſicæ, recto inteſtino, & mediante vagina, pudendi partibus externis adnaſcitur: Neceſſarium itaque

foret,

foret, ut ſi uterus ad umbilicum tantum aſcenderet, pudendum cum podice, non i ſummis cruciatibus, mirum in modum retraheretur, de quibus nunquam hyſterica paſſ ne, etiam graviſſima affectas, conquerentes audivimus. *Regn. de Graaf de mulier. orga cap.* 10.

SCHOLIA.

GLobi ad fauces aſcendentes, de quibus quotidie conqueruntur mulierculæ, & quos *Fernelius* in ventriculum efferri manu deprehendit, nihil aliud quam flatus quidam auſteri ſunt, his enim eructatis diminuitur non tantum, ſed quandoque in totum ceſſat paroxyſmus: quod pluribus probare liceret, niſi curioſitati noſtræ frænum injicere ſatius eſſet. *Idem.* Non omnis tamen aſcenſus uteri negandus, præſertim fundi, qui ab omni connexione liber eſt: manifeſtus enim eſt in quibuſdam gravidis cum fœtus famelicus eſt, qui obviam alimento ire videtur: quod non ſemel ſed pluries; non in graviditate ſed multis, manifeſtiſſime obſervare cuit in Uxore mea, cui ſi paſtus tempus protrahe tur, uterus ultra regionem umbilici efferebatur, p tinus ab aſſumpto alimento reſidens: Id vero ma me illi contigit cum mares geſtavit, eoſque rob ſtos, quibus ubera ſingulis momentis pene por genda erant, adeo ut una nutrix ſæpe ſatis non fu rit: Sed in gravidis intumeſcere uterum certum e adeo ut ſuperiores illi partes atringere facilius ſit.

§. 2. In apertis cadaveribus earum quæ hyſterica paſſione extinctæ fuerunt (diſſec enim experiundi gratia varias) uterum nec intumuiſſe, nec ullo modo è loco ſuo dim tum fuiſſe (quamvis in vita, atque etiam inſtante jam morte, de ejus aſcenſu uſque a diaphragma & fauces magnæ ac continuæ fuiſſent querelæ) multoties vidi, imo in dict affectione raro vitium aliquid in utero, ſed plerumque in alterutro vel utroque teſte juve ni. *De Diemerbroeck Anat. lib.* 1. *cap.* 24.

SCHOLIA.

UTerum ſponte non aſcendere, nec errabundo motu per ventrem inferiorem moveri clariſſimis rationibus demonſtrari poteſt: 1. Illud impediunt ligamenta, non modo verniformia, quæ ſunt vaſa deferentia, ſed imprimis lateralia, alis veſpertilionum ſimilia, quæ adeo firma ſunt ut hujuſmodi ſubitam extenſionem nullomodo ferant 2. Uterus adeo parvus (quippe non excedit ovi gallinacei parvi magnitudinem) ut ſe eo uſque extendere nequeat, licet vel violenta manuum vi ad diaphragma protraheretur, vel in tenuiſſimam membranam per ſummam extenſionem attenuaretur: 3. In apertis cadaveribus, &c. (*Vide textum*) Globus autem qui in ventre inferiore ſentitur uſque ad ventriculum aſcendere, ille non eſt uterus, neque etiam (quod credit *Riolanus*) ſunt teſtes & tubæ uteri à putreſcente ſemine turgeſcentes & orgaſmo atque impetu huc illuc violenter agitatæ (hæ enim partes neque tantam laxitatem, neque tantam magnitudinem habent ut ſupra umbilicum aſcendere, & magnitudinis ovi gallinacei aut anſerini ibi ſentiri poſſint) ſed ſunt inteſtina, quæ à maligno & acri vapore ex utero vel teſtibus elevato (ſicut interdum in epilepſia acris malignus vapor è pollice pedis uſque ad caput aſcendit) feriuntur ac vellicantur; qua moleſtia cerebro communicata, ut ejus mali cauſam depellat & excludat, copioſos ſpiritus animales in eorum fibras emittit, & quibus inde intumeſcentibus con trahuntur inteſtina (quemadmodum ab ejuſdem va poris ulterius aſcendentis acrimonia vellicantur, & ſic contrahitur diaphragma, muſculi faucium aliæque partes) tuncque ſi forte aliqui flatus ſint in inteſtinis, ut plerumque ſunt, contrahuntur circa illos flatus, eoſque arcte cogendo & comprehendendo globum iſtum eſtingunt: Etiam arcta ligatura, quæ à mulieribus in tali caſu per latam faſciam ventri tranſverſim injicitur, eo nomine non prodeſt quod globi iſtius (quem ille uterum eſſe arbitrantur) aſcenſum cohibeat, ſed quia per illam maligni acris vaporis, ex utero vel teſtibus ſuſcitati (ſuſcitantur autem per aliquam fermentationem ſeu effervecentiam, copioſus aſcenſus verſus ſuperiora impeditur, qui vapor tunc infra ligaturam aliquandiu detentus, circumſtantium partium calore diſſipatur. *De Diemerbroeck Anat. lib.* 1. *cap.* 24.

Dubitari poteſt an uterus ſponte, aut vi ad Hepar aſſurgat? Si ſponte, non poteſt motu proprio eo ferri: ſi ſuperne vi quapiam rapiatur, neceſſe eſt partibus ſuperioribus adeſſe convulſionem, non utero, qui tum à ſupernis partibus attrahitur ratione nervorum: tumque cerebrum ipſum convulſionem patietur: Nam raro convulſiones adſunt in hyſtericis affectibus: *Riolanus Antroph. lib.* 2. *cap.* 33.

OBSERVATIO II.

Hyſterici affectus convulſivi in muliere, cui menſtrua ſuppreſſa.

ORificium uteri externum nonnunquam ob exulcerationem poſt partum penitus coaleſcit: quod ſemel in Nobili Matrona obſervavimus, in qua ne veſtigium quidem foraminis vel rimæ apparuit, quæ cum toto anno, ipſa malum celante, à menſtruis non fuiſſet purgata, variis hyſtericis convulſivis affectibus conflictata tandem interiit. *Caſpar Bauhinus Theatri Anatom. lib.* 1. *cap.* 39.

Observatio III.

In muliere à Suffocatione uterina extincta repertus Sanguis in cordis ventriculis coagulatus.

Filiam ſuffocatione uterina extinctam aperuimus, in cujus cadavere nihil prorſus invenimus cui mors imputari poſſet, præter ſanguinem in cordis ventriculis præter naturæ ordinem coagulatum. *Regn. de Graaf Tract. de Succo Pancreatico cap. 9. ex Elſnero.*

SCHOLIA.

IDeo ſucco Pancreatico, variis modis vitiato, præſertim tamen auſtero, Suffocationem uterinam adſcribit Vir Clariſſ. l. c. atque ad illuſtrationem ſententiæ dictam Obſervationem adducit, ac ſanguinis coagulationem nimiam, non aliunde quam a ſucco quodam acidiori deduci poſſe multis phænomenis probat: Cui itidem non abſurdum videtur viros aliquando ſuffocatione hyſtericæ conſimili laborare poſſe; præſertim cum ejus cauſa proxima non accedat immediate ab utero, ſed à tenui inteſtino, in quo ob vitioſam concurrentium humorum efferveſcentiam vitiatam, excitantur halitus atque flatus auſteri, qui quoties per œſophagum aſſurgunt, & ad aſperam arteriam perveniunt, partes illas ita conſtringunt, ut in ſtrangulationis periculo ſe verſati putent ægri.

Observatio IV.

Hyſterici affectus immanes à Semine retento. 1. Ob Teſtes & vaſa ſpermatica ſemine, per moram gypſeam duritiem adepto, referta. 2. Ob Teſtes atheromate & ſteatomate diſtentos. 3. Ob humorem æruginoſum, croceum in Teſtibus, cum alterutrius incremento. 4. Ob Teſticulum dextrum pure, pilis, &c. refertum cum tumore magno. 5. Ob croceum & fœtidum humorem in Teſticulis incluſum. 6. Ob Teſticulum ſiniſtrum tumidum, nigricantem, gangrænæ proximum. 7. Ob veſiculas atro humore plenas juxta Teſtes. 8. Ob Teſtes ſeroſo humore turgentes, & Tubam uteri dilatatam. 9. Ob ſemen in Tubis uteri corruptum. 10. A ſemine corrupto in Teſtibus Utero & vaſis ſpermaticis. 11.

§. 1. PUella quædam ante plures annos corrupta à veneris uſu forte diu abſtinuerat: Varia affectionis hyſtericæ ſymptomata ſenſim ſucceſſerunt: Tandem immanes in hypogaſtrio dolores, Tumores duri, vagi, nuces referentes, imprimis dextrorſum, nullis pacandi medelis pullularunt: Die 3. Octobris accerſitus, rabidam inveni decumbentem, tumidum oſtendebat crus dextrum, veſtigia comprimentis digiti circa malleolum retinens, ſiniſtro quod prius intumuerat, extreme emaciato: Inflatum etiam erat abdomen, obliteratis prioribus exuberantiis, Sceleton dixiſſes: Die 7. Octobris anni 1660. circa horam 4. matutinam, annos 49. nata obiit.

Aperto cadavere, Hepatis convexum, Inteſtina craſſa, livida & gangrænoſa apparuetunt, indurato ſtercore plena: Vaſa ſpermatica præparantia ſemine albugineo, viſcido, ſubcœruleo plena erant: Teſtes, uteri tubæ, vaſa deferentia, veſicæ ſeminales, omnes inquam illæ partes ſemine inflatæ mirum in modum turgebant, ita ut in quibuſdam incoctum, in aliis omnino excoctum, craſſum, album & naturale, in aliis ſitu ita induratum eſſet ut ſteatoma referret: Plus ſane ſemi-libra binis Chirurgis & mihi apparuit, pravi nullius odoris: Uterus parvus erat admodum, compactus, pyri inſtar ſuperne & inferne complanati, cujus orificium corruptela lividum erat, forte ob inteſtinorum inferiorum viciniam gangræna labefactatorum: Pulmo, ſiniſter imprimis, etiam vitiatus coſtis adhærebat.

SCHOLIA.

CAtharina Soror, honeſta virgo, forte quadragenaria, ab anno 1660. floribus albis laborans, magno cum hypogaſtrii & lumborum cruciatu, tandem exulcerato utero, & ſuppreſſi ſeminis virulentia, biennio poſt quaſi tabida exſpiravit: Inde facile conjecturis aſſequi licuit, plurimas mulieres, maxime corruptas, & viduas juniores, veneris uſu interdictas, à cumulato, vel peculiariter infeſto ſemine languere, tandem interire: Nec enim in illis non niſi coacervari & labefactari poteſt, infinitorum malorum prava & venenoſa qualitate contracta author, niſi excernatur, hinc illæ querelæ. *Ioh. Nic. Binningerus Obſervat. xc. centur. ij.*

§. 2. Vir Illuſtris, in vicinia degens, Uxorem ex Illuſtri familia ortam uxorem ducit, formoſam, pudicam, proceram, ingenio & corpore præſtantem; Hujus faſtidium obrepit, ac pediſſequæ ignobilis, pumilæ, deformis, ſuſpectæ caſtitatis amoribus irretitur.

titur: Injuriam mœſta & tacita Uxor concoquit, omni officiorum & cultus genere co jugis benevolentiam revocare annititur: Interea à non exculto naturæ fundo creb affectibus hyſtericis ac multiplicibus vexatur, quibus melancholicum ſuccedit deliriu erroris mariti ream ſe profeſſa, innocens; ab eo criminis veniam deprecatur, domeſ cos promiſcuè quoſvis admiſſarios ſuſtinuiſſe falſo enuntians: hinc diutino mœrore co fecta & inedia, à longo decubitu, interveniente morte mentis errore & corporis la guore exſolvitur.

Aperto cadavere, ſola generationis organa in vitio deprehenſa ſunt, nam Teſtes, V ſaque omnia tum præparantia, tum aſſervantia, tum deferentia, ſemine turgere ſunt d prehenſa, ſed indurato ac in gypſeam duritiem concreto.

§. 3. Nonnunquam in virginibus hyſtericis, & puerperis poſt obitum diſſectis, Teſt atheromate & ſteatomate magnitudine pugni diſtentos deprehendit *Ioh. Riolanus A throgr. lib. 5. cap. 1.*

§. 4. Teſticuli muliebres nonnunquam in morboſo ſtatu à naturali conſtitutione rec dunt, tum in magnitudine tum in contentis: Annis 1656. 1658. & 1663. tria ſecui cadav ra muliebria, in quibus unus teſtis excedebat magnitudinem pilæ palmariæ, humoren que viſcidum continebat, altero teſte ſe bene habente: In variis aliis, quæ in vita Suffo cationibus uterinis frequenter laboraverant, plerumque inveni aliquem quidem, ſed ta men prædicto longe minorem magnitudinis exceſſum, in eorumque modo uno, mod utroque, liquorem quendam aurigineſum vel croceum aut flaveſcentem, ſeminis in eo cor rupti indicem. *Diemerbroeck Anat. lib. 1. cap. 23.*

§. 5. Teſtes muliebres humore aqueo, inſtar craſſiuſculi lactis ſeri ſimilis in ſanis ple ni, in ægtis vero veluti veſiculæ humore aquoſo, alias limpido, alias croceo, luteo, tir gente & graveolenti, referti, unde uteri ſtrangulatus cauſatur. *Bauhinus Atom. l. 3. c. 35.*

§. 6. Lugduni anno 1578. quum ſubito mortua eſſet mulier quædam ſola, & ſuſpi cio eſſet de vi aliqua illata, Ego, imperante Magiſtratu, corpore externe & interne priu diligenter inſpecto, nullam cauſam ſubitaneæ mortis invenire potui, præter tumoren magnum teſticuli dextri, ob copiam pilorum & materiei ſimilis ſevo, cum pure, und matricis præfocationem violentiſſimam & lethalem excitatam fuiſſe veriſimile eſt. *Ex Obſervat. Ioh. Bauhini.*

§. 7. Habent mulierum teſtes intus, prætet vaſa, ſinus quoſdam tenui aqueoque hu more plenos, qui prius non læſo teſte, ſed vi compreſſo, ac inflatæ veſicæ modo cre pante, in mitam altitudinem inter diſſecandum, non ſecus quam ex ſcaturigine quadan exilire ſolet, ut vero is humor velut craſſiuſculum lactis ſerum in ſanis mulieribus albus eſt, ita quoque illum mire luteum croceumque, & paulo craſſiorem deprehendi in duabus Nob. puellis quæ ante mortem uteri ſtrangulatu vexabantur, quibuſque alterius teſtis ſinuum unus duntaxat, inſtar majuſculæ pilæ protuberabat croceo humore illo infarctus, & conterminas ſedes non ſecus tingens quam in hominibus colon inteſtinum, qua ſub jecore fertur, à bilis veſicula luteum fieri cernimus: Utque hujus humoris liquoriſve ratus occurrit color, ita quoque graviſſime olebat, venenoſumque quid & tetrum præ ſe ferebat odorem, illorum cerebri ſymptomatum indubie author quæ in uteri ſtrangulatu in dies oboriuntur.

Una virgo annos nata nondum xiv. *ex Pulmonum, ut videbatur, inflammatione* & frequenti in eo morbo uteri ſtrangulatu periit, qui non ita pridem moleſtus eſſe cœperat: Altera annos jam attingens duodeviginti, poſtquam uno aut altero anno inſigniter palluerat, illiſque ſymptomatibus ſubinde oppreſſa fuerat, quibus puellas modo fere teneri conſtat quæ perdite amantes menſtruas purgationes diu ſuppreſſas habent, aut quibus albus ille & crudus humor longo intervallo profluit, ſuffocatione ita interiit, ut cum porrecti veneni parentibus incideret ſuſpicio, ea mihi Mediciſque aliquot ad expetitam ſectionem obtigerit, in qua præter ingentem pulmonum albedinem mollitiemque, ac totius corporis exanguem habitum, nihil vitioſum vel circa uterum ipſum deprehendi, præter luteum illud miris modis olens alterius teſtis tuberculum. *Veſalius l. 5. c. 15. Anatom.*

SCHOLIA.

E*X pulmonum, ut videbatur inflammatione*] *Highmorus* Tractatu de Paſſione hyſterica, uterum ab omni culpa vindicat, atque pathemata quæ vulgo dicuntur hyſterica à ſanguine in pulmones impetuoſius irruente oriri credit; Supponitque ſanguinem, utpote tenuiorem & flatulentum, cum efferveſcentia quadam in vaſa pneumonica & cordis nimis confertim irruere, & in iis impetuoſe ebullire, adeoque pulmones infercire & plurimum aggravare, ut nec illi motum ineant, neque ſanguis è cordis ſinubus lacunari poſſit; hinc à ſanguine in præcordiis ſtagnante, magnam oppreſſionem, reſpirationem

tionem difficilem & ſæpe nullam, cum ſpirituum vitalium deliquio inferri ſolere: dein ſeptum tranſverſum ut pulmonibus magis magiſque diſtentis locum cedat, & reſpirationem aliquo ſaltem modo perficiat, cum diaſtole immani & diutius continuata deorſum ferri, adeoque inteſtina deprimendo, abdomen & hypocbondria diſtendere, & motum velut globi aſcendentis ſimulare, poſtea vero functione vitali ad bunc motum laborante, facultatem animalem in ſuppetias ejus inſurgere, quapropter urgente motuum in vatiis partibus neceſſitate, ſpiritus animales iu principia nervorum impetuoſe propulſos convulſiones diverſimodas hinc inde vagas edere: Hanc opinionem à magno juvamine in hoc affectu per ſanguinis miſſionem, nec-non ab inſigni læſione propter excretionis cujuſque ſanguineæ retentionem, tum à juvantibus tum a nocentibus in hac paſſione confirmare ſatagit: Aſſenſum tamen huic opinioni per omnia non dat *Cl. Willis pathol. cerebri cap. x.* 1°. Quod in quibuſdam hyſtericis, quæ ſcil. temperamenti frigidioris ſunt, ſæpe etiam pica & malacia afficiuntur, vix credibile ſit ſanguinem ita in pulmonibus immodice ebullire, ſine quibuſvis effervеſcentiæ ſuæ notis alibi conſpicuis, Novi, *ait*, puellas ob chlorofin quaſi exangues, quare nempe cruor, utpote effœtus, à quovis exercitio in corde ſtagnaret, & inde difficulter admodum in pulmones exantlaretur, quæ tamen paſſionibus dictis hyſtericis erant graviter obnoxiæ: Certè haud probabile eſt quod harum ſanguis immodice effervеſcens in vaſa pneumonica impetuoſe iruat, eorumque poros & meatus confertiſſime infarciat, cum interea tales anheloſæ fiunt ob ſanguinis à pulmonibus abſentiam aut admiſſionem difficilem. 2. Quo pacto evenit ut violentus iſte ſanguinis in pulmones incurſus, qui circa paroxyſmum fieri ſupponitur, haud inflammationem in iis pariat? quippe ſanguis parti cuipiam, rapide & nimis confertim impactus, facile extravaſatur, & φλόγωσιν ægre diſcutiendam excitare ſolet. 3. Obſervare licet quod Pulmones haud ſemper ante alias partes afficiuntur; ſæpe enim ſymptomata ſpaſmodica alibi incipiunt & non raro pectoris regionem omnino intactam dimittunt: quippe in aliquibus vertigo & oculorum coruſcationes paroxyſmum incboant, quibus fletus, aut riſus, aut artuum motus convulſivi, ſine tboracis anguſtiis aut cordis oppreſſione ſuccedunt: in aliis, antequam reſpiratio quovis modo laborat, infimi ventris intumeſcentia cum vomitu aut rugitu paroxyſmum ordiuntur & non raro finiunt: utcunque reſpirationis difficultas ſymptomata iſta ſæpe longo intervallo ſequitur, eamque faſciatum in hypochondriis arcta conſtrictio præcavere ſolet: Porro videtur quod iſte velut globi cujuſdam ab hypogaſtrio aſcenſus à ſepti depreſſione neutiquam procedat: quoniam ſcilicet in paroxyſmo hyſterico hæc pars haud ſemper verſus interiora deprimitur, at ſæpenumero ad ſuperiora contracta pulmones ſurſum propellit, adeoque ſpiritu fere præcluſo ſuffocationis periculum fere minatur.

§. 8. Vidua Dn. de Sejelori (*de qua lib.* 2. *tit. de Reſpiratione læſa*) affectibus hyſtericis valde obnoxia, ſubito in terram concidit exanimis: Aperto cadavere, Inventus eſt teſticulus ſiniſter exigui ovi magnitudinem æquans, colore nigricante, eoque aperto ſubſtantia illius ſpongioſa nigra & veluti gangræna affecta viſa eſt &c. *Riverius cent.* I. *Obſervat.* 60.

§. 9. M. Gerart Virginis annor. 25. miſere mortuæ ex labefactata hepatis hæmatoſi apertum eſt cadaver, in quo nullam aliam cauſam mortis quam hæmatoſeos corruptelam deprehendere potuimus: quippe inde ſanguis ad putredinem diſpoſitus procreatus cum eſſet, à maligna aëris conſtitutione, & hyemis præcedente, & veris præſente, febris putrida procreata inquinaverat uterum & pulmonem corruperat, unde Suffocationes uterinæ obortæ, anxietate & leipothymia per intervalla miſeram afflixerant, concurrente ſubinde delirio ex ſpirituum vitalium inquinatione à vaporibus, qui tum ab utero proveniebant, tum ex pulmone corrupto: Nam juxta uteri teſtes veſiculæ quædam deprehenſæ fuere *tetro atro humore repletæ*: Hepar flaccidum erat, & in thoracis cavitate multus humor aquoſus craſſus ſanguinolentus continebatur, qui proruperat ex ipſis pulmonibus nutrimentum ſuum non bene conficientibus: Cum itaque hoſtis perennis, febris putrida adeſſet, eique nullum auxilium boni nutrimenti opponeretur, tandem neceſſarie vivificus in corde calor reſiſtere non potuit febris perennitati, & ſuffocationum uterinarum pravitati: Dum ægrotaret, non deglutiebat niſi ſumma difficultate: Poſt mortem ex œſophago teterrimus corruptus chylus exibat, & multa ſpumans pituita aſperam arteriam implebat, ex pulmonibus exundans. *O. Heurnius hiſtor.* 16.

§. 10. In hyſtericis virginibus *deprehendi Teſtes* pugno grandiores, *ſeroſo ſemine turgentes*: quinetiam Tubam uteri amplificatam & valde dilatatam. *Riolanus Anthrogr. l.* 2. *c.* 32.

SCHOLIA.

CUm uterus ſit in ſuo ſitu firmiter alligatus, non eſt veroſimile in præfocationibus hyſtericis ad umbilicum aſcendere, crederem potius motum illum oberrantis & convoluti corporis, quod hyſtericæ mulieres ſentiunt circa umbilicalem regionem, proficiſci non ab utero ad eas partes elato, ſed à teſtibus & tuba uteri: Quum enim Teſtes ſint penduli, & corpus Tubæ fiſtuloſum, laxum & vagum, ſimul volutari poſſunt per hypogaſtrium, & tracta ad umbilicum uſque aſſurgere dum ſemine putri turgeſcunt: cujus orgaſmo & impetu huc & illuc violenter agitantur, nam uterus vi magna ſuperne tractatus, vix ſupra os ſacrum efferri poteſt: quippe præter quatuor ligamenta quibus firmiter adſtringitur, etiam recto inteſtino & pudendis partibus adnaſcitur & cohæret: quas quidem partes, nempe pudendum & podicem dolorifice retrahi & convelli oporteret, ſi ad umbilicum uſque uterus aſcenderet:

tet: Quod ſi objicias Teſtes & fiſtuloſum Tubæ corpus minota eſſe quam ut poſſint tumorem illum rotundum efficere, ſive corpus illud magnum conglobatum, quale tactu deprehenditur æquare? Oppono exemplum hyſtericarum virginum ſuperius allatum: Quare *Galeni* ſententiæ ſubſcribo uterum non per ſe moveri, ſed duntaxat ejus appendices plenitudine diſteotas huc & illuc circumferri. *Vide Sennertum pract. 4. part. 1. ſ. 2. c. 15. & p. 2. ſ. 2. c. 4.*

Deprehendi Teſtes, &c.] Quandoque & mineram ſuffocationis hyſtericæ eſſe uterum ipſum oſtendit *Hieron. Gabucinus*, Mulier, *ait*, quædam ſtrangulatui matricis erat obnoxia, ſæpe in comitiales convulſiones incidebat ac ſyncopas, hoc malum cum ſæpius tuliſſet, nec ullo remedio liberaretur, excreto tandem è vulva nigro quodam humore & craſſo miraculo evaſit.

Seroſo ſemine turgentes] Imo & à ſolo ſeto acti induci poſſe præfocationem uteri probat hiſtoria à *Ph. Salmuth* cent. ij. obſerv. 47. allata, de virgine multis annis præfocatione uteri laborante, ci admotione emplaſtri de galbano & ceronei, ol. *cheirino* ſubactis, primum puſtulæ mox ve excitantur, tandem excoriatio omnimoda loci q ſcutum tetigerat, unde tanta copia ſeri bilio actis vacuata ut aliquot lintea plane vacuarentu quo tempore immuuis à morbo vixit.

Seroſo ſemine] Quomodo ſemen cohibitum lores diſtenſionemque abdominis inferat, expl *Riolanus Encheir. Anat. lib. 2. cap. 37.* Quan (*inquit*) ſcriptum fuerit ab *Hippocr.* & à *Fern* confirmatum, uterum inſtar globi revolvi per pacitatem abdominis, ſunt potius cornua uteri, ceptacula ſeminis ſpirituoſi ferventis vel putrefa quæ tumefacta oberrant donec ſuum ſemen in pacitatem abdominis effuderint: quod quidem perſum dolores acerbiſſimos infert, diſtendit abdomen donec vis illa ſpirituum evanuerit: I illa diſtenſio abdominis & præfocatio diaph gmatis.

§. 11. In Tubis uteri ſemen muliebre nonnunquam corrumpitur, unde ſymptoma graviſſima eveniunt: *P. Barbette Anatom. Practica lib. iv.*

§. 12. D. *Mannagetta* cum cadaver fœmininum Hyſterica paſſione (ut ferebatur) é tinctum diſſecaret, reperit illius meſenterium infinitis fere glandulis ſcirrhoſis, va magnitudinis & figuræ refertum, tantæ duritiei ut omnem ferme cultri aciem illud rent: Uterus vero, una cum Teſtibus & vaſis Deferentibus, materia ſeminali corrup quæ caſeo recenter conglobato haud abſimilis erat, turgidus repertus fuit. *Ex Miſcellan curioſis anni 1674.*

OBSERVATIO V.

Affectus hyſterici crediti, Utero inſonte, orti à Meſenterii membranis ab invicem divulſis.

CUm fœminæ Illuſtris paulo ante obitum affectibus (quos dicunt) hyſtericis graviſſ me laborantis cadaver aperirem, *Uterum* quidem *prorſus inſontem* reperi, verum jux meſenterii plexus nerveos, uti videbatur, *in molem attolli* & elevari ſolitos, viſceris iſtiu membranas ab invicem divulſas & ſoluras, ut circumquaque tumidæ & laxæ, quaſi in bu lulas ſive veſiculas inflatæ apparerent. *Willis Patholog. cerebri cap. 6. Vide integre hiſtoria deſcriptam ſupra lib. 1. tit. de convulſione.*

SCHOLIA.

PAſſio hyſterica peſſimæ adeo famæ exiſtit, ut ſemi-damnati inſtar plurium aliorum affectuum cauſas gerat: ſi quando enim ægritudo inuſitati moris, aut occultioris originis in corpore fœmineo occurret, ita ut ejus cauſa lateat, & indicatio therapeutica ſit prorſus incerta, ſtatim uteri (qui plerunque inſons eſt) malam influentiam accuſamus, & in ſymptomare quovis inuſitato aliquid hyſterici ſubeſſe pronuntiamus, proindeque ad huoc ſcopum, qui ſæpe ignorantiæ rantum ſubterfugium eſt, intentiones Medicæ ac remediorum uſus diriguntur: Variorum autem ſymptomatum hyſtericorũ cauſas medici pleriq; ſolummodo in uteri aſcenſum & vapores ab eodem elevatos attulere: Prior opinio, licet antiquum obtinet, minus veriſimilis videtur, quippe in virginibus & viduis uteri corpus adeo exigua conſtat mole, & partibus circumquaque vicinis ita ſtrictim alligatur, ut nec ipſe loco moveri nec aſcendere, nec motus ejus, ſi quis fuerit perſentiri poterit: Quoad aitiologiam illam vulgatam à vaporibus deſumptam, eam uti prorſus vanam rejicimus. Credimus autem pathemata ejuſmodi ſæpiſſime à materia ſpaſmodica, intra plexus meſentericos aggeſta & per vices exploſa oriri: atque omnino à ſpirituum animalium exploſionibus oti Diſcriminis ratio qua tum morbi hujus ſpecies a invicem, tum ab aliis ſpaſmodicis differunt, à var cauſæ morbificæ origine & extenſione potiſſimu deſumitur; nam origo hujus, ſicut plurium aliuſm di ſpaſmorum, utero prorſus inſonte, ſæpenumer in capite conſiſtit: quandoque tamen hic affectus uteri culpa, & nonnunquam ab aliarum partium v tio dependet; Quoad morbi extenſionem, à quacu que origine procedit, ut plurimum nervos interio res, nempe ad viſcera & præcordia ſpectantes, e rumque appendices præcipue afficit, ſpirituſque iis ſcatentes potiſſimum exercet; interdum vero l cet rarius, etiam ſpiritus qui nervis exterioribu item qui cerebro & cerebello præſident, eode affectu involvuntur: Primo dicemus de morbi h jus origine: hanc autem ſæpiſſime περὶ τῶν ἐγκέφα conſiſtere, & ſymptomatum quæ in vivis accidu comparatio, & *Defunctorum obſervationes ana mica* aperte indicant: quippe obſervare licet hu affectum à ſubito terrore, ingenti triſtitia aut inc gnatione, aliave paſſione violenta, in qua ſpirit cerebri incolæ potiſſimum afficiuntur, crebro exc tum ducere: Porro nonnullis mala victus ratio, va

-atia accidentia, quibus humores vitioſi intra caput liberius coogeruntur, hoc malum primo intulerunt: quin & par[illegible] ſinorum ritus idem manifeſte evincit, in quantum [illegible] ſilicet capitis pleuitudo, vertigo, oculorum coru[illegible] aurium tinnitus, in multis paroxyſmum hyſtericum ordiuntur, cumque non raro concludunt; *Præterea mulieres quaſdam ab aliis morbis defunctas, paſſionibus interim hyſtericis dum ægrotarent valde obnoxias, aperui, in quibus, utero ſatis recte habente, in occipite nervorum* principia vero acri madida ac prorſus immerſa deprendi: Has aliaſque rationes perpendentes, noo dubitamus aſſerere paſſiones vulgo dictas hyſtericas, crebertime oriri, eo quod ſpiritus animales nervorum principia intra ἐγκέφαλον occupantes, labe quadam afficiuntur: Illi nimirum aut in confuſionem acti, aut humoribus vitioſi, perfuſis copulam heterogeneam & exploſivam ſibimet adſciſcunt, quam una ſecum in canales nerveos longe deducunt: cumq; iidem ſpiritus per totas eorum ſeries ſive ordines, copula iſta ad plenitudinem ſaturantur, aut ſponte ſua, aut occaſionaliter commori, exploſiones ineunt, adeoque motus convulſivos cient: Quod vero talis copula ſpiritibus adhærens, una cum iis in nervos interiores potiſſimum derivatur, ratio eſt, quoniam in hoc verſus præcordia & uiſcera commeatu, ſpiritus animales propter animi affectus plurimum perturbantur, quare noxias quaſvis aliunde allatas facilius admittunt & anomalias promptius concipiunt: Spiritus enim animales ob hanc præcipue occaſionem diatheſin ſpaſmodicam contrahunt, quatenus nimirum illi ab impreſſione violenta, extra orbitas ſuas ac ſolitum influentiæ & actus modum pervertuntur: hinc inordinationes ſuas non modo poſtea repetunt, quin & particulas heterogeneas in amplexus ſuos ſuſcipiunt, cumque iis facilius combinantur: quapropter in quantum ſpiritus animales nervos *Paris vagi & intercoſtalis* permeantes, appetitus tum concupiſcibilis tum iraſcibilis perturbationibus quibuſvis continuo implicantur, nihil mirum eſt ſi illi præ cæteris diſpoſitionem convulſivam acquirant: Suppoſito igitur (quod revera ſupponi debet) ſpiritus animales juxta origines nervoſas copulaю heterogeneam & exploſivam contraxiſſe, eamque in nervos interiores uoa ſecum vexiſſe, & per totos eorum ductus explicaſſe, non difficile erit paroxyſmi hyſterici omniumque ejus ſymptomatum rationes aſſignare: Imprimis enim morbo ingruente ſæpenumero vertigo, oculorum rotatio & cerebri velut inflatio quædam, quaſi velitationes præviæ excitantur, quia tota ſpirituum cohorte in exploſiones parata, leves eorum copiæ verſus cerebrum reſilientes primo eliduntur: Deinde ſtatim in imo ventre aut hypochondriis perturbatio ſuccedit, in quantum ſpiritus intra plexus hic aut illic conſitos proxime afficiuntur: nam alibi oſtendimus, ſi quando ſpiritus animales in tota quadam ſerie exploduntur, qui in extremis partibus reſident, affectionem iſtam primo inire: Quare morbi hujus initia in capite & viſceribus plerumque habentur: Quod autem convulſiones modo in imo ventre, ac modo in hypochondriis primo ſentiuntur, ratio eſt quia materies morbifica, interdum nervi intercoſtalis ductu in plexus ultimos meſentericos provehitur: quandoque tamen eadem noo ultra paris vagi fines delapſa, multo citerius, nempe circa plexus lienares aut ſtomachicos ſubſiſtit.

Cum itaque ſpiritus animales intra nervos paris vagi & intercoſtalis, ab eorum origine uſque ad fines ultimos copula heterogenea & exploſiva imbuuntur, illi tandem vel mera plenitudine, vel ab irritatione alicubi facta in exploſiones cientur; in qua affectione ſi qui ſpiritus verſus cerebri meditullium exiliant, vertiginem, capitis inflationem aliaque accidentia prævia inducunt; attamen ſpiritus nervoſi caudicis extremitatem alteram, ſc. plexus meſentericos incolentes, præcipue explodi incipiunt: qui ſtatim eliſione ſua imas hypogaſtrii partes attolli & ſurſum contrahi cogunt, adeoque *molis cujuſdam quaſi uteri aſcenſum* inducunt; Dein cum plexus meſenterii ſuperiores eodem affectu ſenſim implicantur, idcirco, in quantum tota meſenterii compages, viſceraque eadem annexa elevantur & verſus ſuperiora impetuoſe corripiuntur, *abdominis intumeſcentia violenta*, velut cum exilitione quadam ſuccedit: Porro ventriculus non tantùm ſitu ejus mutato elevatur, quin fibris ejus omnibus una ſpaſmo affectis, ſæpe tanquam veſica inflata oſtenditur: hinc non raro *vomitus*, aut ſaltem *rugitus & murmura hypochondriorum* excitantur: Quamprimum vero ſpiritibus ſerie quadam exploſis ad thoracis regionem pervenitur, diaphragma modo diaſtole immani convulſum deprimitur, adeoque viſcerum aſcenſioni accurrens, inflationem & ſummam intumeſcentiam cum ingenti lucta infert, ita ut in affectis illico ligamenta veſtium ſolvi debent, ſecus illæ in leipothymiam incidere periclitabuntur: Interim ſepto ita depreſſo, ejuſque diaſtole continuata, ſanguis fere immotus in præcordiis ſubſiſtit, adeoque ſtagnatione ſua magnam oppreſſionem, ac non raro functionis vitalis deliquium ciet: Porro *Septi convulſio* modo verſus ſuperiora contingit, adeoque illud pulmones ſurſum impellens, thoracis ſyſtolen violentam & diutius quam par ſit protractam inducit; cumque hac ratione ſanguis in vaſa pneumonica propellitur, nec denuo à cordis ſinu excipitur, ibidem ac in toto præterea corpore ſtagnat, inde cordis oppreſſio & ſæpe *leipothymia*, imo interdum ἄπνοια, ἀψυξία, modo cum *livore faciei*, modo cum *aſpectu cadaveroſo* inſequuntur: Poſtquam hæc in ima mediaque regione peraguntur, demum affectio ad *caput*, nervorum, quaſi funis igniarii ductu, pertingit, atque ſpiritus ibidem exploſi modo verſus cerebri meditullium reſilientes, *ſcotomiam*, & non raro ſymptomata Epilepſiæ quaſi æmula producunt: modo ſpiritus illic exploſi in nervorum aliorum principia irruunt, ibidemque pares exploſiones cient, quapropter hyſtericæ circa finem paroxyſmi ſæpe *ridens* aut *plorant*, aut *delire* fabulantur: nonnunquam *faciei* ac *oris* partes, quinimo interdum *brachia aliaque membra motibus convulſivis* afficiuntur: cumque adeo demum ſpiritus omnes, qui copulam heterogeneam contraxerant, exploduntur, paroxyſmus finitur, verum exinde ſtatim alterius paroxyſmi materies congeri incipit.

Quandoque accidit diſpoſitionem ſpaſmodicam non ita longe lateque protenſam eſſe, præterquam enim quod ſæpe nervi tantũ paris vagi & intercoſtales eadem plectuntur, ut neque cerebrum nec membra exteriora quicquam afficiantur, quinimo interdũ nec ipſi nervi interiores per totos eorum proceſſus cauſa morbifica occupantur; nam diatheſis convulſiva (prout modo innuimus) ſæpe non ultra plexus lienares aut ſtomachicos pertingit, & nunc paroxyſmus à ventriculi aut hypochondrii ſiniſtri inflatione incipiens, non *uteri* ſed *lienis* vitio oriri creditur: cujuſmodi affectio mox ad thoracem traducta, ibidem-

ibidemque ſeptum & pulmones ſpaſmo involvens, *reſpirationem & cordis motum* ſiſtit aut quodammodo pervertit: ſubinde vero paroxyſmus iſte modo *cum*, modo *ſine capitis perturbatione inſigni* pertranſit: Hæc quidem vario modo contingunt, juxta quod materiem morbificam, ſive copulam exploſivam à capite deſcendentem, velut pulveris pyrii acervos, modo in hac modo in illa parte plus aut minus congeri accidit: de qua tamen materia, quo ritu eadem in capite producta nervorum origines primo afficit, adeoque paſſionis dictæ hyſtericæ cauſam procatarcticam conſtituit, jam proxime inquirendum reſtat.

Quod itaque ſpectat ad materiam morbificam, ſive copulam exploſivam, quæ ſpiritibus intra ἐγκέφαλον ſcatentibus accreſcens, cumque iis in proceſſus nerveos derivata non raro affectuum qui vulgo perhibentur uterini, cauſa exiſti; dicimus hanc, ſicut in aliis convulſionum ſpeciebus, eſſe particulas heterogeneas è ſanguine ſuffuſas, quæ tamen ob duas potiſſimum [illegible] ſpiritibus in nervorum principia influxuris affigi ſolent: nempe aut ſpirituum ipſorum culpa, aut ipſius materiæ præpollentia: utriuſque generis inſtantiæ paſſim occurrunt: Interdum accidit ſpiritus animales intra cerebrum, inque commeatu ab ipſo ad præcordia ducente, conſitos, à ſubita paſſione, puta timoris, iræ, triſtitiæ, plurimum perturbari ac in ἀταξίας cogi: proindeq; illos extra ordines propulſos, particulas heterogeneas quaſcunque obvias ſibimet adſciſcere cumque ipſis combinari, ut propterea mox diatheſin exploſivam acquirant, eamque aliquandiu poſtea retineant: Inſuper ſecundo, ipſa materies morbifica interdum magis efferа & potentior facta, invitis œconomiæ animalis præſidiis, è maſſa ſanguinea in cerebrum ejuſque appendicem ſuffunditur, quæ ſpiritibus adhæreſcens, eos ſtatim in exploſiones diſponit: hoc paſſim cernitur in malis febrium criſibus, nec-non in affectibus quibuſvis malignis, etiam ſcorbuticis, aliiſque chronicis perperam judicatis: Has cauſas plurimum fovet ſuſcitatque mala aut debilis cerebri & nervoſi generis conſtitutio, ſive eadem hæreditaria, ſive ob malam victus rationem acquiſita fuerit: namque in corporibus ita diſpoſitis, & ſpiritus animales a levi quavis occaſione in confuſionem aguntur, atque cerebri & ſyſtematis nervoſi meatus, materiæ heterogeneç & exploſivç incurſibus facilius pateſcunt; Revera propter hanc rationem fœminæ præ viris, illarumque aliæ præ aliis affectibus convulſivis obnoxiæ fiunt.

Quanquam autem hujuſmodi mulierum paſſiones, dictæ hyſtericæ, ſæpiſſime à capitis vitio, ſive à cauſa morbifica intra ἐγκέφαλον oriunda procedant, attamen aliquando tales affectus propter cauſam alibi incipientem, ſc. modo in utero modo in aliis viſceribus ſuſcitantur, atque hujus pathologiæ ſpaſmodicæ duo ſunt præcipue capita, ſcil.

1°. Interdum accidit tumorem aut ulcus, aut humorum acrium congeſtiones, in partibus membranoſis circa uterum aut alia viſcera conſitis excitari, atque partes ita affectas, ob ſolutionem continui in ſpaſmos dolorificos crebro irritari: denique in quantum ſpiritus animales circumcirca diſpoſiti, influuntque in crebras ἀταξίας adiguntur, illi demum particulas heterogeneas, aut à parte affecta aut aliunde dimiſſas ſibimet aſciſcentes, ad impetus exploſivos diſponuntur; cumque imprimis motus convulſivi tantum in loci affecti vicinia contingunt, nempe ut moles in hypogaſtrio aſcendens, aut ventris intumeſcentia ſolummodo percipiantur, poſtea corporum nerveorum ductu & conſenſu, ſpaſmi ibidem cepti ſenſim in alia ventris imi viſcera, dein ad præcordia, ultimoque in ipſum caput propagantur, atq; affectu ita paulatim ad ſpiritus cerebri incolas d[…] to, illi inſuper in propria officina copulam hete[…] geneam nacti, eam in viſcera retorquent, adeo[…] cauſa morbifica reciproca facta ab utraque cau[…] nervoſi extremitate inchoatur. Vidi olim virgin[…] in qua tumor exiguus ſubter os pubis cum dol[…] atrociſſimo exortus, convulſiones immanes in ven[…] infimo primo, ac poſtea ad præcordia & caput aſc[…] dentes, ac demum in membra exteriora proten[…] ciebat: nam ſemel aut bis in die, poſtquam in pa[…] affecta cruciatus inſignes urgerent, abdomen & [...] hypochondria attolli ſolebant, dein reſpirationis d[…] ficultas, & ἀναισθησία ſuccedebant, atque ſtatim affe[…] exterius tranſlato, membrorum & artuum contracti[…] nes, convulſionesq; horrendç ſequutæ ſunt: Nonnu[…] quam etiam accidit puerperis, ob noxam utero il[…] tam ſymptomata ſpaſmodica induci: Refert *Harve[…]* ab injectione uterina acriori convulſiones mirand[…] excitatas fuiſſe: Ita interdum, licet rarius, accidit ſp[…] ritibus circa nervorum extremitates & prope ut[…] rum degentibus, materiem morbificam, ſive cop[…] lam exploſivam immediate à loco ibidem affectu[…] abſque cerebri culpa affigi.

2°. Reſtat adhuc alter caſus, ſive afficiendi mo[…] dus, quo diſpoſitio ſpaſmodica partium longe à ce[…] rebro diſſitarum vitio producitur (licet interim labe[…] quæ illius affectionis cauſa exiſtit non raro ipſi cerebro mediate communicetur) nimirum, ſi quando ſuc[…] cus nervoſus alicubi in motu ſuo, ſive circulation[…] impeditur exinde in partes nervoſas reſtagnans, eaſq[…] aggravans ſæpe diatheſin ſpaſmodicam infert: Ita cum evacuatio quædam ſolemnis, qua liquoris nervoſi ſuperfluitates excerni ſolebant, cohibetur, uti à fontanellis ſubito occluſis, aut ulceribus vetuſtis ſine catharſi exiccatis, plures in affectiones convulſivas incidunt: Quinimo aliquatenus hic locũ obtinet, quod vulgo in virginibus & viduis pro cauſa paſſionum hyſtericarum aſſignari ſolet, nempe humoris ſeminalis, quem περὶ τὰ ἀφροδίσια impendi oportuit, intempeſtiva cohibitio, ſaltem ſi quando iſtæ à conjugali vitæ ſtatu juvamen recipiunt, ideo accidit quoniam humoris nervoſi reſtagnationes, quæ cerebro & nervoſo generi ſæpe labem affigunt, hac ratione præcaventur: Porro ſuccus nervoſus verſus principium ſuum regurgitat, quia tranſitus ejus alicubi a tumore aut ſcirrhoſo aut cancroſo præcluditur: Nuper in hac urbe iſtiuſmodi affectus inſignis inſtantia contigit, ſcil. puella quædam 12. annos nata herniam contraxerat, hinc ex præſcripto matris faſciam male adaptatam cum fibula duriuſcula, glandulas inguinales valde comprimente, non ſine magno dolore & cruciatu per binas ſeptimanas geſtabat: intra hoc ſpatium (cum prius integre valebat) de vertigine & gravi capitis torpore queri cepit, ac paulo poſt affectiones convulſivas & quaſi hyſtericas crebro ingruentes paſſa erat, ſimulque ſcrophulæ ingentes pone aures ac in cervice ejuſdem lateris ſubnaſcebantur, quibus antehac in tota vita haud quaquam obnoxia fuerat: In hoc caſu minime eſt quod dubitem quin à glandulis iſtis, quæ ſunt liquoris nervoſi emunctoria, nimis compreſſis, humoris iſtius ſuperfluitates, inde per vaſa lymphatica amandari ſolitæ, in caput reſtagnantes mala iſta pepererint: quippe ſymptomatũ prædictorum à ſubligaculi iſtius inguinalis geſtatione ortus, ita ſubito & manifeſto ſucceſſit, ut in hanc occaſionem vel mater ejus morbi occaſionem retulerit: Inſuper etiam in aliis obſervavi humoris nervoſi alicubi in decurſu ſuo obſtructi, recrementa verſus caput reſtagnãtia, non modo ſymptomata ſpaſmodica, aſt deinde affectus ſtrumoſos intuliſſe.

Hæc de affectionis dictæ Hyſtericæ ratione for-

ali, diverſimoda origine, nec-non de ſymproma- m ejus cauſis genuinis: è quibus liquido conſtare vi- tur paſſiones iſtas non ſemper ab utero, quin lon- crebrius à cerebri aliarumque generis nervoſi par- um vitio pendere: At vero contra hæc multa obji- untur quæ juxta veterum opinionem culpam om- em in uterum rejiciunt: Nimirum ita fieri videtur, uoniam hujus morbi inſolrus fere rantùm fœminas vadit: quin & mulieres circa uterum male haben- s, puerperæ aut quibus catamenia ſiſtuntur, ei otiſſimum ſunt obnoxiæ: Porro ex juvantibus hoc guere licet, quia ſc. emplaſtra ſuper abdomen ge- ata; item arcta ventris & hypochondriorum con- rictio, quibus ſc. uteri aſcenſus inhibetur, paroxyſ- mum ingtuentem non raro arcent: Hoc etiam indicat uod ſuaveolentia naribus admota paroxyſmū indu- unt, atq; fœtida eundem abigunt; è contra accidere erhibetur ſi eadem ventri aut pudendo impununtur.

Ut has objectiones diluamus, dicimus imprimis ymptomata, quæ videntur hyſterica, haud tantum mulieres inceſſere, nam vicum quendam novimus juſmodi paroxyſmis, cum molis in imo ventre aſcen- u obnoxium fuiſſe: Quod autem fœminæ multo cre- brius quam viri affectibus iſtis convulſivis rentantur, duæ ratiunes proferri poſſunt, ſcil. primo quod illa- um conſtitutio animalis ſit longe debilior, nempe cerebrum & nervos molliores & minus firmæ textu- æ obtinent, ut nihil fortiter ſufferre, nec injuriæ cui- vis reſiſtere queant: quin & in illis ſpiritus animales magis in fugam & diſtractionem proclives, copulam heterogeneam & exploſivam facilius admittunt: hinc fœminæ a ſubito terrore, aut ingenti triſtitia maximas ſpitituum ordinationes ſubeunt, cum viri a tale oc- caſione vix omnino perturbentur: 2°. Fœminæ dia- theſin ſpaſmodicam promptius ſuſcipiunt, quia ma- teriæ morbificæ cupiam uberiorem cuncipiunt: quip- pe cum vitam ſedentariam plerumque degant, ſan- guis ob ventilationis defectum impurior evadit: in- ſuper in hoc ſexu iſte particulis heterogeneis & fer- mentativis originalitet ſcatet: quapropter cum ca- tameniorum fluxu ſæpius expurgari expedit, quo tamen haud ſemper quod extraneum & incongruum eſt è maſſa ſanguinea in tutum eliminatur, quin ſu- perſtes ſit quod pro data occaſione in cerebrum & appendicem ejus ſuffuſum, affectionum convul- ſivarum cauſa exiſtat: Porro cum fluxu menſtrua- li cohibito diatheſis ſpaſmodica acceſſitur, haud igitur putandum eſt rales affectus ab utero ſuſcita- ri, verum quod maſſa ſanguinea, particulis hete- rugeneis plus ſolito imbuta, eas una cum ſucco ner- voſo capiti ingerat; quinimo potiſſimum ob hanc ra- tionem etiam puerperæ paſſionibus quaſi hyſtericis obnoxiæ reperiuntor: præterquam enim quod læſis uteri membranis, ſpaſmus illic ob ſenſionem mole- ſtam inceprus ſurſum perreptat, ac denuo cerebro communicatur, ſæpiſſime accidit ſanguinem à lochiis retentis infectum febrili incēdio effervescere, ac dein cuiſcos loco miaſmata maligna cerebro ingerere, un- de affectus convulſivi & non raro ſuporoſi excitātur.

Quod vero arguitur morbum hunc videri hyſteri- cum, quia remedia circa abdomen applicata non ra- ru levamen conferunt, facile erit referre cauſam mur- bificam, in meſenterio ſæpius quam in utero conſi- tam, interdum hac ratione aut tolli aut ab influentia ſua cohiberi: Præterea ejuſmodi circa hypugaſtrium applicationes nihilominus prodeſſe, licet affectus origo ab ipſo capite derivetur, nam ſupra oſtendi- mus quod cum materies hetcrogenea & exploſiva ab ἐγκεφάλῳ deſcendens ſpiritibus intra totos nervo- rum interiorum proceſſus diſpoſitis diatheſin ſpaſmo- dicam intulit, motus convulſivi propterea excitari à nervorum extremitatibus incipiunt, & exinde ſurſum verſus illorum initia perreptant, adeo ut imprimis viſcera imi ventris, dein præcordia, ac ultimo cere- brum ipſum afficiantur: Sin vero ſpiritus extimi, ſc. in meſenterii plexibus degentes, ab exploſionibus in- eundis cohibentur, cæteri omnes in reliquo ductu nervuſo intra ordines ſuos permanent: hoc autem emplaſtra ſuper umbilicum geſtata non raro effi- ciunt: namque odore ſuo ſpiritus ab exilitione repri- munt, ac in ordines cogunt, quin etiam illis copu- lam accreſcentem non raro excutiunt abiguntque, quare cum exploſiones illic ineundæ inhibentur, pa- roxyſmus convulſivus omnino præcavetur: Quod ad- huc amplius conſtat in quantum ſc. ſpaſmus in imo ventre inceptos, indeque inſtar globi aſcendens ſta- tim ſupprimitur, ac iſtarum partium conſtrictione va- lida impeditur ne ſuperius perreptet, ſæpenumero paſſio convulſiva, præcordiis & cerebro intactis ab- rumpitur: quapropter vulgo in more eſt mulieres la- borantes faſciis, aut brachiis circa epigaſtrium com- plicatis arcte conſtringere, adeoque ſymptomatum verſus ſuperiora progreſſum ſiſtere: cum enim ſpiri- tus animales velut fumite ignario ſpaſmos ſucceſſive ineunt, ubicunque fomes abſcinditur aut intercipi- tur, affectio iſtæc prorſus inhibetor.

Quod ſpectar ad varios odoratorum effectus, nem- pe quod ſuavia paroxyſmum accerſunt, fœtida vero eundem abigunt, dicendum eſſe videtur priora ſpiri- tus animales demulcendo reſolvere, ac à ſolitis in- fluentiæ penſis nimis relaxare, adeoq; ipſos ad explo- dendum paratos in tales ordinationes provocare, quinimo velut flammula admota aliquatenus accen- dere: E contra autem graveolentia ſpiritus reprimūt, ab excurſibus & exorbitantiis retro cugunt, inq; ordi- nes compellunt; quin velut ſulphur auro fulminanti admixtum, virturem exploſivam iis adimunt. *Idem ib.*

Uterum prorſus inſontem] Affectionis hyſtericæ æmulæ, excretione per alvum materiæ cujuſdam pi- tuitoſæ ſedatæ, mentionem facit *Riverius* cent. 1. ob- ſerv. 69. ut hinc pateat utero ſalvo affectus quoſdam invadere, quorum tamen culpa in illum transferatur: Uxor *ait*, Mercatoris Monſpelienſis per multos dies conflictata eſt dolore circa regionem Hepatis gravi- ter infeſtante, cum levi leipothymia & faucium con- ſtrictione quadam, atque vomitibus pituitoſis: per in- tervalla recurrebat dolor, & interdum ad alias abdo- minis partes exporrigebatur: Tanta interdum animi defectio eam corripiebat, ut brevi moritura videretur: Cum affectio hyſterica putaretur, remedia congrua uſurpantur, a quibus aliquādu levabantur, ſed omnia ſymptomata poſtmodum recurrebant: Tandem bal- neis, fotibus & clyſteribus uſa, per alvū excrevit ma- teriam quādam pituitoſam cōpactam & latam, faſciæ inſtar, palmi magnitudine, poſtea vero per aliquot ſe- des materiā mucoſā, ac poſtmodū omnino ſanata eſt.

In molem attolli] Illud ſymptoma in paroxyſmis ejuſmodi valde frequens, nempe quo velut globus ab imo ventre efferri ac circa umbilicum impetuoſe exilire percipitur, ut periode uteri aſcenſus perhibea- tur, Dico nihil aliud eſſe quam immanes horum ple- xuum ſpaſmos: Sæpe quidem in fœminis, ac inter- dum etiam in viris, novi, cum affectio convulſiva in- vaderet, primu molem in hypogaſtrio aſſurgere vi- ſam, dein circa medium abdomen intumeſcentiam ita immanem ſucceſſiſſe, ut viri fortis manibus, utut validiſſime intentis, haud comprimi aut inhiberi po- tuerit: proculdubio admirandi hujus affectus cauſa eſt, quod intra paris intercoſtalis nervos ſpiritus ani- males influi, quoties ἀταξίας ſive motus convulſivos ineunt, primo (uti plerumque aſſolet) circa nervi extremitates, nempe in plexu abdominis infimo, ef- ferveſcere ac velut explodi incipiant; quæ illorum affectio cum ſurſum perreptans ad plexum meſente-

rii

rii maximum defetatur, adeo ut ſpiritus ejus incolæ pari inordinatione corripiantur, nihil mirum eſt ſi iſta medii abdominis intumeſcentia, ac velut materiæ cujuſdam nitroſulphureæ exploſio cietur: Enimvero haud probabile eſt ſymptoma iſtud ab utero aſcendente ac ſede ſua dimoto excitari poſſe, quia præterquam quod hæc pars in loco ſuo fixa & ligamentis firmiter ſtabilita eſt, etiam moles ejus in virginibus ita parva eſt, vix nuce juglande major, ut licet in ventrem elata, ejuſmodi intumeſcentiam minime producat: Nec magis veriſimile eſt ejuſmodi affectum à muſculis abdominis ſpaſmo correptis cieri: iſti enim utut convulſi, ſeſe ac partes ſubjectas ſurſum aut deorſum, aut ad latus contrahant, verum ſe eminus efferre, ac umbilici regionem cum impetu in altum attollere nullomodo poſſunt: Ut ſupponamus vero ſpiritus animales in plexu meſenterii maximo efferos, & ad explodendum aptos fieri, (quales revera ſunt ubicunque motus convulſivos ineunt) iſti ibidem denſius conglobati effervescentia ſua ac rarefactione inſigni plexum iſtum cum tota vicinia ejus immaniter inflent ac attollant, ſimulque viſcera impoſita cum vibratione quadam ſurſum propellant. *Idem Anat. Cerebri cap.* 28.

Observatio VI.

Affectus hyſteri judicati, orti à ſero acri, nervorum initia in Occipite afficiente, utero incolumi.

Mulieres quaſdam ab aliis morbis defunctas, *paſſionibus* interim *hyſtericis* dum ægrotarent valde obnoxias aperui, in quibus utero ſatis recte habente, in Occipite nervorum principia ſero acri madida, ac prorſus immerſa deprehendi: *Idem ibidem cap.* 10. *Vide Aitologiam in Scholiis præcedentibus.*

Observatio VII.

Paſſio Hyſterica credita, orta à Pancreatis vitio.

Nob. fœmina Convulſionibus & Paſſione Hyſterica laborabat, cujus ſolum Pancreas male affectum & ulceratum inveniebatur: *Highmorus in Diſquiſit. Anatom.*

SCHOLIA.

Regn. de Graaf Exercit. de Succo Pancreatico §. 89. & 199. ab hoc nimis auſtero deducit ſtrangulationis ſenſum ac metum, fœminis ficti uteri aſcenſus nomine paſſim notum: Cujus cauſa proxima non accedat immediate ab utero, ſed à tenui inteſtino, in quo excitati, ob vitioſam effervescentiam concurrentium humorum, halitus & flatus auſteri, quoties per œſophagum aſſurgunt, eundem ita angunt, ut in ſtrangulationis periculo ſe verſari putent ægræ: Convulſionum autem cauſam adſcribit *Franc. Sylvius* pract. lib. 1. cap. 42. §. 14. & 15. irritationi capitis ſpinalis medullæ, aut nervi particularis, à ſpiritu acido & acri factæ, halitus forma ex tenui inteſtino ut plurimum aſſurgentis.

Observatio VIII.

Suffocationis uterinæ cauſa in Pancreate non ſemper quærenda.

Notandum quod *Franc. de le Boë Sylvius* hyſtericæ ſuffocationis cauſam commentus eſt Succi Pancreatici peculiare vitium, uterum & partes ſpermaticas à ſymptomatum inductione excuſans; Verum etſi multoties ſymptomata quædam cum hyſtericis aliquibus ſymptomatibus, quaſi ſimilitudinem aliquam habentia vitio, quodam Succi Pancreatici induci poſſe negare nolim (quamvis attenta obſervatione ſatis ab his diſtingui queant) eaque ego ipſemet ſubinde in viris non minus quam in fœminis animadverterim, tamen ſuper hac re ſemper accuſare, nimis durum atque iniquum videtur, cum à me aliiſque *inſtituta cadaverum mulierum ſectio* multoties docuerit pancreas ab hyſtericis affectibus prorſus inſons extitiſſe, optimeque valuiſſe, atque interea in Teſtibus, modo valde tumidis (interdum alterutrum, raro utrumque, ad ſemiovi magnitudinem intumuiſſe demonſtravimus) modo male coloratis, virulentoque liquore repletis tantorum ſymptomatum cauſam latuiſſe, cum etiam in tali præfocatione uterina graviter laborantibus millies obſervatum ſit, per ſeminis ſive coitu; ſive obſtetricis digiti frictione provocati excretionem, mox omnia ſymptomata ceſſaſſe, eorumque reditum per licitæ veneris uſum fuiſſe præventum: quæ tamen dulcia ſubtus adhibita remedia nullum qualemcumque ſucci Pancreatici vitium tam facile, cito & bene tollere poſſent: *De Diemerbroeck Anat. lib.* 1. *cap.* 24.

Observatio IX.

Affectus hyſterici admirandi, à cauſa occulta excitati, quod nihil vitii in utero ſit deprehenſum.

Virgo annos nata 22. in otio magis quam laboribus educata, Ducis Albani Tyrannidem præveniens in voluntarium exilium menſe Aprili 1567. patria exceſſerat: Intérea

a ex calamitate patriæ ægritudinem animo concipit, quamobrem per æſtatem non ita
ommode degebat, quin cruditatibus ventriculi & viſcerum obſtructionibus ſubinde la-
oraret; menſes inordinate fluebant, ex utero aliquoties ſuffocabatur: ſub finem tamen
ſtatis, correcta uteri expurgatione meliuſcule habebat: Paulo poſt Sororium 22. Septemb;
x Buderitia Lemgovium comitabatur; Profectionis moleſtias utcunque ferebat, præter-
uam quod aberrans in Itinere ſerotino, præmetu tenebrarum, animo deficeret; Ultimo
juſdem menſis vacuatio menſtrua fiebat, ſed modica, inde corporis laſſitudo, dolor & gra-
itas capitis, hypochondriorum inflatio detinebat: Dejecto appetitu, cibo parciſſimo, eoque
ninimi ulimenti, in prandio tantum, à cœna abſtinens utebatur: Circa xij. Octobr. febris quo-
idie intermittens ſub veſperam invadebat, qua durante, ſingulis noctibus animi deliquium,
tetinæ ſuffocationi ſimile patiebatur, in quo extrema refrigeſcere, reſpiratio crebeſcere,
rorſus concidere, nonnunquam ad tempus etiam plane intermittere, ſine ullo ſpiritu, voce,
notu, ſenſu, moribundæ inſtat: Interea pulſus celer, creber, inordinatus, inæqualis & mi-
ninot quidem ſolito, nunquam tamen deficiens, multo minus ἀσφυγμὸς: durabat paroxyſ-
nus iſte alias dimidiam, alias integram, alias ſeſquihoram; quo finito ſemper ad mentem re-
libat: Paſſa fuerat hæc deliquia ter quaterque antequam febris naſceretur: Queti ſolebat id
naii à frigore quodam, ex inferiore abdominis parte ſurgente, inde thoracem & cor fe-
iente exoriri, videri enim cor congelaſcere: Increbeſcebat poſt dies paucos hæc leipothy-
nia, ut nonnunquam mane, etiam poſtquam ſurrexerat, fere tamen veſperi, vel ante vel
oſt febrilem acceſſionem, etiam ex leviſſima defatigatione obreperet: Animadverti ta-
men affectum hunc non ſolum ex laſſitudine, verum etiam ex vehementioribus animi per-
urbationibus, triſtitia, excandeſcentia, attentioribus cogitationibus, &c. recruduiſſe: Ter-
nos plerumque inſultus ſyncope iſta ad tempus aliquod obſervabat, mane videlicet ex cu-
bili deſcendendo, crepuſculo veſpertiuo, & circa noctem mediam: Afficiebatur interim
albo Fluore, ſervato tamen utcunque menſtrui ordine & tempore, præterquam quod dete-
rius fuerit, colore & quantitate mutata: Urina tenuis, vix ſpicea, ſedimento fere deſtituta:
Febri adhibita ſunt quæ cum moderato calore & partium tenuitate tergent, aperiunt &
robur conſerunt, ex quorum uſu mitior reddebat: Circa calendas Decembris, evolutariam
periodo menſtrua, frequentioribus jam factis lipopſichiis, ut intra xxiv. horas etiam quin-
ro repeterent, Quum jam non aliunde quam ex utero illas renaſci judicarem, tardiorem
ſoliro matricis excretionem in neomeniis provocandam duxi, ſperans inde commodi ali-
quid acceſſurum: Diſplicebat ad hanc rem etiam in malleolis venæ ſectio, propter hybet-
num tempus, exiguas & profundas venas, ſanguinem paucum, crudum, corpus ſobrium,
noctes inſomnes ex cœnæ abſtinentia, quam febris veſpertina & ἀνορεξία imperabat: Pur-
garam quoque ante & ſubinde, ſed clementius: Exhibui itaque Dauci pollinem ex aqua
artemiſiæ: faſtidienti obtuli ex aſa fœtida, dauco & caſtoreo pingui æqualiter miſtis ℈j. pi-
lulæ forma: Cum autem nondum obediret uterus, offerebam adventante veſpere rurſus ex
iiſdem catapotiis duplum; Quibus devoratis in ſomnolentiam novam incidit, in quam cùm
ſe vergere præſentiret; Quid nunc tandem fiet? aiebat, & paulo poſt ſoporatæ inſtar jace-
bat: quo ſopore diſcuſſo, obrepebat cum frigore conſueta & veſpertina oſcitatio, aſſilien-
tis febris prænuntia: Totum diem foco inhærebat, carens vaporario, & frigus premebat,
ea itaque nocte cum febre delirabat: durabat autem delirium iſtud biduum fere continuum;
& jam finito febrili paroxyſmo, nam interdiu nunquam febricitabat calore notabili: At
cum catapotiorum ſubſidio uterus reſponderet, poſtridie theriaces opt. ʒß. cum cinnam.
ana ex aq. artemiſiæ & ſaccharo propinabam, qua potiuncula eadem die menſes compare-
bant ferruginei, craſſi, putridi & copioſiores ſolito per totum fere quatriduum fluebant:
Nihil tamen profuit iſta excretio, imo ſymptoma acerbius & frequentius videbatur: quod
enim ultra quinos ad ſummum impetus uno die ex more non faciebat, jam deinceps nulla
nec temporis nec conſuetudinis ratione habita crebertime redibat, ut nonnunquam quater
duarum horarum ſpatio repeteret, imo unicus paroxyſmus ſeptenas horas & quandoque de-
nas expleret, neque is ejuſdem formæ cum præteritis, ſed reſpiratio ſtrangulationi ſimilli-
ma fiebat, una cum ſonitu & ſtridore magno, convulſioneque artuum tam violenta, ut
præ concuſſione fulcrum cum toto cubili tremerent & crepitarent, cum colli capitiſque
inordinato motu, imo extenſione velut tetano univerſi corporis, voce inarticulata, coacta,
ſtridula, abrupta, diſploſa, clamoſa, ſtentorea, ut præ violentia ſimul paroxyſmi plerumque
toto corpore ſudaret: Finitis uterinis hiſce etiam exacerbationibus, fere deſipiebat, abſur-
da loquebatur, caput huc illuc aſſidue agitans, & cantillanti voce idem perpetuo occinens,
neque ab hoc cocceyſmo deſiſtebat niſi ad mentem rediiſſet, neque id niſi probe & præter
ſolitum obdormiiſſet: Dum deliraret, imminentem ſymptomatis inſultum annuntiabat his
formulis,

fotmulis, Scamnum hoc aufer, nimia hic eſt anguſtia, trabs nimis imminet, ego aduro
delinquarnc animo? eſt mihi volandum pauliſper, & ſimul cum hac voce, pleruinque im
pctu quodam, cotpus erigere, tanquam jam volatura conabatur, verum in mcdiis conatibu
ægra deficiens menti eripirur: Durabat hæc amentia tres quaruorve dies continuos ſin
ulla reſtirutione mentis: Dum delirabar omnium, etiam minutiſſimorum quæ multo ant
acta eſſent rccordabatur, ſed quæ mutilatis verbis & obſcuris efferebat: Tantæ retum diff
culrati cum quid opponerem anxius delibero (nequc enim ex frictionibus, ligaturis, fomen
tis, vacuationibus, odoratis & fœtidis ſuſque deque admotis &c. utilitas ulla accebat) a
cataporia illa non purgantia revertor, addiroque mithridatio tali proportioni miſcui, ut a
caſtorei pinguis ſimplum, aſæ & dauci ſingulorum ſexcuplum, mithridatii duplum accede
ret: hujus medicamenti quotidie ʒj. in pilulas formatam exhibebam, cui cumini cochlea
parvum ex cetevifia ſaccharata ſorbere jubebatur: deprehendi antidotum expectationi u
cunque proſpetum, quare & inſtante veſpera offerre audebam: cujus uſus Dei beneficio
ita nobis ſuccedebat, ut affectus, cujus frequentiſſimi uno die inſultus, idemque pertinace
eſſe ſolebant, vix tandem bis, idque multo mitius infeſtarent, imo ita quotidie decreſce
rent ut infra nonum diem prorſus extinguerenrur: Totum itaque biduum & mente & cor
pore valebat, victa febri, jugulatoque hyſterico malo, cibos appetere cœpit &c. Die De
cembris XXI. falſo ſuſpicata eſt hominem in hypocauſto adeſſe, cujus vocem audiſſe ima
ginabatur: hinc furtim, vacillanti gradu ſponte in ſubucula è lecto per gradus 8. in arrium
uſque deſcendebat, etiam progreſſura ulterius niſi à ſorore ad eam redeunte deprehenſ
fuiſſet; quem adventantem ſentiens, magna cum celeritate ſcalam aſcendens rurſu
ſe in lectulum proripiebat: Subitum hoc illius robur ſatis mirari nequco, quæ vel pridie d
gtabatulo vix ulnis exportari ſe inoffenſc ſuſtinuiſſet: Ex hoc deſcenſu farigato corpore
variaque imaginatione animo turbato, illico in priſtinum affectum prolabirur, per biduun
delirans, 23. die iterum ad ſe redit: Iuterea 26. Dec. menſes refluebant, qui ut commodiu
manarent, pharmaco promovimus, nihilo tamen ſublevarunt ſymptoma: Alternis diebu
fere mentis compos fiebat, idque interdiu tantum uſque ad veſperam: Per hos dies defi
cientibus cataporiis, pulviſculum ex una zz. duabus dauci partibus, edulcata ccreviſia
inſperſum exhibebam; à quo mitius ſolito habebat per iv. dies continuos, lice
ſemper veſpertina acceſſione deſiperet. Tertia Januarii 1668. ob ægritudinem animi e
fratis diſceſſu, adeo rurſum morbus ſæviebat; ut intra bidui ſpatium plus minus 32. paroxyſ
mos prioribus ferociores pateretut: reverſi vero fratris præſentia malum denuo cieuraba
tur; quod poſtridie ex ejuſdem diſceſſu iretum ferocire cœpit; Ante quatriduum aliquan
do mane talis illam paroxyſmus invadebat qualem anre Calendas Dec. habere ſolebar, cum
denſiſſima reſpiratione & ſpiritus interceptione, ſuffocationis ſpecie: 7. Januar. *dolor qui-
dam punctorius* utrinque ab oſſe ſterno, inter geminas mamillas, affligebat, neque tuſſien
do neque ſuſpirando invalcſcens, imo ſine tuſſicula, hærens nihilominus loco, ad ſingula
fere momenta ſponte ſua ita pungebat ut ſubinde vocem attollere cogeretur, ſed ſequent
nocte mitigarus & fere ſublatus: 8. Recrudeſcebat cruciatus ille & vehementer laucinabat
fomentorum uſum non admittebat, quod illorum pondus pectori moleſtum eſſet: Potu
& cibus omnis oleoſum quid ſapere ægræ videbatur: Purgabam eo die catapotiis, medio-
cris excretio ſequebatur, nihil tamen remittebat dolor. 9. Cataplaſma pectori nihil con-
ducebat, imo profundius inde dolebat: Paroxyſmi uno die interdum plus minus XVI. 20
Utebatur tragemate ex diatrium piper. & caſtor. ana ʒß. ſacchar. duplo; Venæ ſectio, cu-
curbitularum uſus perparum conferebant: 15. Suſpiriis inctebeſcentibus, extorta vix tan-
dem cauſa, amotem erga juvenem, invita admodum fatebatur: Ex hoc animi affectu ap-
petentiam cibi, ſomnos ſanaſque cogitationes labefactatas: hinc illi 21. Decemb. ex cu-
bili deſcendendi impetum, ſuſpicione de dilecto illo proveniſſe; Ex eo tempore eaque
cauſa morbus illi cum exacerbationibus magis ſævire viſus, cumque delirio majori & diu-
turniori quam antea: 18. Mihi & uxori ſuſpiriorum cauſas pervicacius ſciſcitantibus,
etiam alios amores profirebatur, adcoque ſe amatoriis imaginationibus ab eo ipſo mo-
mento aſſidue perturbatam fuiſſe: 20. Hieram cum agarico mellitam hauſit & com-
mode purgabatur: eodem dic menſes appatebant nigricantes, putidi, qui poſtri-
die medicamento ptomoti laudabiliter fluxerunt: 22. Paroxyſmi uterini à purgatio-
ne & rareſcebant & mitigabantur: edulia adhuc oleoſum ſapiebant, ſed veſperti-
no inſultu rurſus de mente excidebat: 23. A prandio oſcitabat ſæpius, frigebat cru-
ribus & lumbis: novæ febris quoridianæ annotatio, priore, jam diutius menſe, diſ-
cuſſa: 25. A meridie ad mentem revertebatur: 27. Poſt meridiem oborta vertigine

uerebatur & ſe & omnia circumrotari ; Excipiebat hanc ſtatim quiddam convulſioni mile, oculorum depravatus motus apertis palpebris, & derepente brachiorum, maum crurumque denæ aut duodenæ violentæ extenſiones, diſtinctæ inter ſe mora peruam exigua, occupata menſe & ſenſibus, capite immoto : His finitis illico ſolitus paroyſmus, ſtrangulationi ſimilis, cum tremula totius corporis concuſſione, ſubſequebatur. A prandio, leviſſimo vomitorio exhibito multam viſcidamque pituitam rejiciebat ; 5. ebruar. inter multos paroxyſmos unus quinque horas continuabat, à quo deſipiebat uſque deo ut ne me quidem dignoſceret, in quo nunquam tamen errarat : 8. veſperi unicus paoxyſmus octo horas implebat ; Ante biduum dolere ſe ſub nothis coſtis ſupra lienem, idue ab anteriore parte in dorſum uſque, querebatur, ſed rarius, exaſperari tamen motu horacis vehementiori : Dolor pectoris punctorius prorſus evanuerat, qui per quatuor eptimanas duraverat ; dolebat & circa dextram umbilici partem profunde. 10. Unus aroxyſmus, res ſtupenda, per xij. horarum fere ſpatium totum perſeverabat : 17. Ceraum impoſitum parotidi, quæ in glandulis colli, ſub aure dextra, ſtrumæ non abſimilis, ane quinque hebdomadas enaſci cœperat, jam ad tactum dolebat : 23. toto die optime aluit, mentis compos ſine ullo paroxyſmo : 27. jam in ſextum diem ſine paroxyſmo llo perſiſtebat mentis compos, uſque in meridiem hujus diei, quo tempore in reparaum lectulum deportara, ex leviſſima hac defatigatione in paroxyſmum veterem recideat, ex paroxyſmo uero in dementiam, ſenſit autem ante mediam noctem paroxyſmos res : Notandum quod præ metu ſæviſſimi illius paroxyſmi plerumque vix ante quartum ut quintum diem lecto dimoveretur : A Calendis Martii totos dies 17. continuos animo intellectu pollebat, repetentibus tamen interim aliquando primis illis deliquiis levioibus, niſi quod bis, dum lectus reficiebatur, ex tranſportatione defatigata, ratione excideret. 13. Menſtruum, quod redire debuerat, intermiſit : 31. Tantæ vehementiæ paroxyſmus novus erat, caputque de latere in latus ſæpiſſime agitabat, ut ſanguinem ori exprimeret, qui ex capite manaſſe videbatur : Ad 20. diem Aprilis uſque eadem morbi conditio : Maii 4. paroxyſmus cum jactatione capitis totiuſque corporis, comitante ſtridore vocis acutiſſimo inexpectatus adveniebat : 5. ſanguinem ex baſilica ad ℥iij. detraxi; 16. Venam malleoli ſecui, fluxit ſanguis modice, forte ad ℥iij. 25. ſumpta cathol. ℥j. dejecit ſexies : Junio menſe graviora illa ſymptomata miteſcere, adeoque minui cœperunt: Tandem ſub finem menſis hujus nulli redierunt paroxyſmi, ne tunc quidem cum lecto moveretur : Sed toto hoc menſe catarrhus ad os fluens (quo jam à Januario fatigabatur) infeſtabat magis, ut quod afflueret cava manu abjiciendum excipere cogeretur : Julii 14. febri rurſus intermittente quotidie repetente, & quidem duplici, affligi cœpit ; hac febri plurimum emaciata imo exhauſta eſt: Auguſti 5. catarrhus deſinere cœpit ; febris intermittens in continuam converſa vires prorſus labefactabat : Poſt Idus Teneſmus ad frequentiſſimas ſedes, ſed irritas, cum ſummo dolore ſollicitabat : A calendis hujus menſis, fere non potuit, præ nimia macie conſumpto corpuſculo, in clunes amplius ſurrigi ut alvum aut veſicam exoneraret : Hoc menſe Tumores illi duri & ſcirrhoſi per ſe diminui cœperunt, ut mortuæ fere prorſus evanuiſſe viderentur. 18. Paulo poſt tertiam matutinam ſane mente, conſtanti fide in J. C. ex hujus vitæ miſeriis emigrabat anno 1568.

Corporis habitus, & quidem ſubpinguis, quo naturæ beneficio prædita erat, uſque ad ſolſtitium hybernum ſatis ſibi conſtabat quamvis ſemel tantùm quotidie cibaretur : Imo ab eo tempore incrementum adipemque contraxit majorem multo quam dum inculpatæ valetudinis eſſet : Nam à xxi. Decembr. meliori appetentia quam ante præſtabat, pluresque quam cum ſana eſſet, cibos ſumebat, durabat id per menſes fere duos : Ab idibus Febru. laudabilis illa corporis conſtitutio flaceſcere cœpit, faſtidio nempe ciborum oborto & febre quotidiana altera, quæ priori tamen mitior eſſet, per ingluviem ſuſcitata : Interim nec ab hectica febri ſymptomatica immunis fuit, quæ per menſes plus minus ſex ante obitum apparere cœperat, etiam ut ab aliis febribus putridis liberata eſſet. 4. Calendas Janu. ad multas hebdomadas, ſæpiſſime unico die, tres, & quidem ſpecie diverſiſſimas inter ſe ſyncopas patiebatur : nam non raro & illa tum leipothymia recurrebat, quæ ante Kalendas Dec. ſingulis noctibus etiam dormientem opprimere ſolebat, idque potiſſimum quoties ad mentem reditura eſſet.

Diſſecto corpuſculo, Pulmonis lobos undique thoracis membranæ firmiter annexos, ut ſine labore aut dilaceratione divelli nequirent, eoſque duris quibuſdam tuberculis ſcirrhoſis omni ex parte refertos deprehendi : Tenuia Inteſtina rubicunda, velut eryſipelate quodam affecta : Bilis folliculum felle quodam vireſcenti tumidum : Omentum fere corruptum & conſumptum ; Cætera viſcera belle habebant : Jecur colore ſubſtantiaque bona,

bona, communem tamen humani hepatis magnitudinem excedebat: Uterus quoque i[n]-teſtinum rectum, aut lien nihil præ ſe vitii ferebant.

SCHOLIA.

NUlli alteri corporis parti, præterquam Utero attribui debere immaniſſimos hos (quibus pia & pudiciſſima Virgo tanto tempore excruciata fuit) paroxyſmos apud Medicos in confeſſo eſt: *Galenus* certe atque Aëtius præter ſenſus, vocis, motus & ſpiritus interceptiones, etiam hyſtericis artuum contractionem aliquando accidere teſtantur; quod quo facilius credam facit ipſa ægræ adſtipulatio, quæ de frigiditate ex imo ventre ſurgente, & cor ipſum quodammodo congelante, acceſſionis initio queri ſolebat: Sed quid in cauſa ſit, fortaſſis controverſia non omnino caret: Statuitur autem ex probatiſſimorum veterum ſententia cauſa duplex, videlicet vel menſtrui vel ſeminis corrupti culpa. Semini major vis tribuitur quam menſtruo, ut toti corpori noxa afferatur. At ſi ſeminis corruptelæ tanta ſymptomatum diritas adſcribatur, unde tanta ejus copia ut ſedecim, ne dicam viginti paroxyſmos intra xxiv. horas ſuſcitet? præſertim cum id ipſum etiam ſanis exiguum exiſtat, neque tum ſæpe ut cætera excrementa expelli poſtulet, præcipue in virgine nunquam concubitum experta: adde quod tam longo morbo afflictæ in ſextum uſque menſem, priuſquam hyſtericæ exacerbationes finem facerent, tam ſobriæ ut unico paſtu, eóque valde modico, ad menſes aliquot, etiam ante decubitum acquieſceret, ut pote tota præcedente morbum æſtate in Clivia, propter exilium, patriæ calamitatem, parentum pericula mœrenti & valetudinariæ ſemen abundare nequiverit: De ſeminis acrimonia nulla eſt ſuſpicio ob habitum corporis pinguiuſculum, qualis illi à natura fuit, adeóque in otio molliter educatæ moribus, modeſtæ & pacificæ: At *Galenus* minimam corrupti ſpermatis particulam tantorum affectuum cauſam eſſe poſſe, a phalangii & ſcorpionis ictu, rabidíve canis ſaliva aſſerit. Quod ſi ita habet, unde tam crebra totieſque renata hujus genitalis ſucci putredo? unde tam aſſidua ejuſdem expulſio, quæ per ſex menſes, vix triduum fine ternis quaterniſque inſultibus ægram nunquam deſtituit? Sane tanta eſt febrilis paroxyſmi æqualitas quanta putrefacti humoris uniformitas, quo diſcuſſo etiam acceſſio diſſolvitur: Similem hyſterici paroxyſmi rationem eſſe ſtatuamus, ut donec humor venenatus ſubſiſtat tam diu affectus quoque ſæviat: ſed ſi cum ſingulis inſultibus finientibus ipſorum etiam materia abſumatur aut ejiciatur, unde tam ſubito nova colligetur? Quamdiu phalangii, aut ſcorpii & canis rabidi virus in corpore hæret atque agit, tamdiu quoque affectus ejuſdem ſine ulla intermiſſione perdurat continuo, neque novos facit paroxyſmos; In febri quia concoctio & nutritio corporis aſſiduo recrementa quædam ſeponit, fit ut pro partis morboſæ qualitate, ejuſdem nutrimentum atque excrementum vitietur; vitiatumque præ imbecillitate neque concoqui recte neque expelli commode queat, ſed inhærens putreſcat, & pro putredinis ſuæ natura hæc aut illa ſymptomata producat. At in ſeminis conſideratione, tametſi teſtes ex continuo ſeminis acceſſu, pro ſuo modo ſeſe alant, non tamen quicquid poſt ſui alimoniam ſuperfluum eſt id ſtatim omne à ſe propellunt, ſed tanquam in meliorem uſum utile excrementum propriis conceptaculis reponunt & conſervant, dum vel copia moleſtum turgeat vel procreandæ ſpeciei neceſſitas ut illud excutiatur ſollicitet. Quamobrem, qua ratione horu[m] frequentiſſimorum ſymptomatum cauſas in corru[-]pti ſeminis venenoſam ſubſtantiam rejicere debeam [a]ſſequi non commode poſſum: niſi lentam quanda[m] & continuam tanti temporis gonorrhœam facta[m] eſſe imaginemur, Neque enim alibi quam extra va[ſa] ſua ſemen putreſcere veriſimile eſt; Vaſis autem e[x]cidere poſſe, niſi cavitate matricis excipiatur ſtatim anatomici veteres negant: At ſi ita frequenter v[el] minima particula ſeminis in uterum illabatur, illap[ſa] putreſcat, ſane putrefactam tandem neceſſario ſem[en] utero excuti debere veriſimile quoque eſt ut ren[...] non tantum utero ſed & toti corpori adeo infeſta[m] & venenatam; Si excuſſa fuerit, alienam ſane quali[tatem] tatem facile ſenſibus proder, neque enim calore [...] in febre diſſipari poſſet: neque uterus tantum vene[-]num perpetuo fovere valet: ſed in hac ægra null[a] vel pauciſſima humiditas, nec illa quidem ingrat[a] qualitate prædita genitalibus (poſt finitos paroxyſ[-]mos) emanaſſe animadverti potuit, teſte Sorore aſſi[-]duo aſſidente. *H. Smetius miſcellan. lib. iv. Epiſtola vij.*

Nulli alteri corporis parti præterquam Vtero, &c. Quem tamen in diſſectione vitii expertem pronuntiat: Si cum annexis partibus, vaſis ſpermaticis, te[-]ſtibus, tuba, &c. ſalvus fuit, cur cauſam in ſemin[e] corrupto quærit, in ſanguinem potius menſtruum qui corruptus & putidus ſemper excluſus eſt, reji[-]ciendam? Si reſeratum caput, forte virium in eo de[-]prehenſum fuiſſet: catarrhus pertinax, ſuborta parotis & alia labis immune non fuiſſe oſtendunt: Aitiologiam ergo repete ex Scholiis in præcedentem hiſtoriam, à qua ſymptomatum omnium fere ſpaſmodicorum facilius eruetur.

Dolor quidam punctorius inter geminas mamillas &c.] An adhæſioni loborum pulmonis cum thoraci[s] membranis aſſignandus? At ſi ibi cauſa quærenda cur dolor ad interitum uſque non perrexit? Cur illæſa reſpiratio? Forte cauſa ſtatuenda fluxio in pulmones, cui & tuberculorum ſcirrhoſorum origo adſcribenda, quæ quamdiu fuit in fieri & ὀργώμενος humor, dolorem intulit; Ea facta, & poſtquam humor ſυνεπτώμενος, deſiit moleſtia.

Teneſmus, &c.] Teneſmus inteſtini recti eſt affectus, cum in ani rugis humor acris retinetur, qui vellicando aſſiduam egerendi cupiditatem excitat, at inanem: Sed hoc in caſu inteſtinum rectum ſine labe & vitio perhibetur. Ortus ergo illius fuit ab affectu ἐρυσιπελατώδη tenuium inteſtinorum, è quibus tenuis exſudans ſanies, eáque pauca, eo appellens frequens illud deſidendi deſiderium excitavit: Vel dic, Eodem modo progenitum quo in veſicæ calculo laborantibus, quibus glans extrema prurigine afficitur, etſi partes intermediæ à moleſtia ſint immunes, quanquam affecto loco viciniores.

Nec ab hectica febre ſymptomatica fuit immunis] Ad Hemitritæum forte, vel Semitertianam referenda: adfuit enim intermittens febris, &, ipſo confitente *Smetio*, continua lenta, cujus origo, ad *Adriani Spigelii* mentem, eſt à phlegmone partium imo ventre concluſarum, inteſtinorum præſertim & meſenterii, quod plurimis exemplis confirmat, (*Vide lib. 4. de Febribus*) Adfuit vero hic tenuium inteſtinorum inflammatio eryſipelatis naturam ſapiens.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO XXXIV.
De Salacitate, Venere Languida, Impedita, Fœcunditate, Sterilitate in utroque ſexu.

Observatio I.

alacitas & θηλυγονία in viro à peculiari vaſorum ſeminalium conformatione. 1. *Salacitas cujuſdam Teſticulis deſtituti.* 2. *Salaciſſimus in utroque Rene binos ureteres habuit, In dextro tres emulgentes, Ambas ſpermaticas ab emulgentibus productas.* 3. *Seni ſalaci & fœcundo unica arteria ſpermatica, venæ ſpermaticæ bifidæ ad initium.* 4. *Salacitas ab inſigni Renum magnitudine in viro.* 5. *In muliere.* 6. *Mulier ſalax ſpermaticam arteriam dextram bifidam habuit.* 7. *Vir Salaciſſimus tribus venis ſeminalibus dextris donatus fuit, unica arteria.* 8. *Alius duplici arteria ſpermatica dextra.* 9.

§. 1. INFIMA trium Emulgentium ad confinium cavæ, unde fuerat explantata, proferebat de ſe venam σπερματικὴν (quod alias tantum, & perpetuo quidem, in ſiniſtris uſu venire ſolet) cujus caput ſupra in modum infundibuli dilatabatur, partibus inferioribus ſeſe in canalem arctiorem coanguſtantibus, *quo ſeminis materia profundi affluentius*, ac ceu prodigi potuit: Jam vero etiam ſpermaticas arterias è caudice aortæ vidiſſes emergere, non ſimiliter aliis, ſed prægrandem ramum ac ſingularem recta aliquouſque inde progredi; poſtea infra exortum pollicis latitudine, in alios duos dirimi, directos in involucra teſtium, ad viralem iis ſpiritum afferendum. In corporibus animantium nuſquam perinde ludit Divina potentia & ſapientia ut in Renibus & ſtomachis eorum emulgentibus. *Salomon Albertus in ſtructura ureterum Renis dextri mirifica.*

SCHOLIA.

Quo *ſeminis materia profundi, &c.*] Non aliunde quam hinc peti poſſe cauſæ videntur non ſolum uberioris in iſto homine ſeminis proventus, & aviditatis exercendi Venerem prope inexhauſtæ, quæque vix ſatiari poſſet, ſuper qua paulo ante ſupplicium queſtus fuerat; ingenue pernegans ullo unquam præter hunc in vita ſeie morbo divexatum fuiſſe: Sed & θηλυγονίας perpetuæ, cui ſolum habilis à natura eſſet: nunquam enim marem procreavit, neque in conjugio, neque in adulterio, neque in ſtupris, quibus crebertimo ſe polluerat, ob aſſiduos ſtimulos impetuſque veneris, quos inhibere omnino ipſe nequiit: Eſt autem ſatis notum jam atque teſtatum, ductus, quibus in corpore provincia aliquo deferendi materiam data eſt, tanto promptius & liberalius ſibi concreditos humores diſtribuere quanto ſunt decliviores: Rurſum quo οὐγανς ſeminis liquidior eſt magiſque fluxa, hoc effœminatius ferè id eſſe, quippe quod negligentius elaboretur, & caloris, qui ejus quaſi anima eſt, minus poſſideat: Denique quanto ſemen de copioſioris ſeri admiſtione acrius redditur, tanto ad veneris uſum incitare ac laceſſere vehementius: hinc nimirum neque modum veneris ſibi facere, neque marem procreare potuit.

§. 2. Erat anno 1564. Monſpelii Dominus *Mommorantius*, Ex cuius ſtipatoribus cum unus cuidam Virgini vim faceret, *Mommorantius* ut forte illac iter faciebat; audito matris clamore, réque intellecta hominem ut erat, ipſo momento è feneſtra ſuſpendi jubet.

Cadaver ejus theatro anatomico illatum, Ecce cùm ad genitalia ventum, ſtupratorem illum *Plauti* joco inteſtatum, h.e. teſtibus carentem, tam interius quam exterius invenimus: cellulas tamen illas in eo, venereos in uſus arma prompturas, ut in aliis notavimus. *Barth. Cabrollius obſerv. Anat. iij.*

SCHOLIA.

PEnitius hominis membra dùm rimor, magnus mihi ſcrupulus aliquando injectus eſt de Teſtium natura & viribus: In iis enim ſemini ultimam imponi manum pleriſque certum, mihi non incertum modo ſed & falſiſſimum, cùm quod nulla ſpermaticorum vaſorum, ſeu præparantia ſen deferentia ſint, ullatenus Teſtes ſubeat, tum quod *Ariſtotelem* in ea videam eſſe ſententia, cui Teſtes nonniſi pro ponderibus

bus ſunt, ut epidymades in æquilibrio teneant, faciliorémque viſcoſo alias, nec facile fluxuro ſemini viam faciant, ut textorum in officinis appenſos videmus tegmini lapides, quò ſubtegmini faciliores ſint alterui recurſus: Addo ſeroſiorem ſeminis partem exſugere ut ei prolificam vim augeant: Neque negaverim in paraſtaribus vaſorúmque labyrinthcis antractibus, elaborationis ſeminis principia jaci, demúmque in proſtatis perfici, perfectum autem hinc inde cellulis octonis noveníſque, quarum ſingulæ venereum unum telum, ubi conflixeris, *emittant, contineri. Jam verò in teſtium ſubſtantia ſemen non perfici argumento eſt, quod nemo in iis cavitatem unquam inſignem, huic tamen rei pernеceſſariam obſervarit. Omnes eos fibris, pilorum inſtar, multóque ſero plenos videmus, omniáque vaſa ſpermatica integris viribus à corpore revellimus: Cùm ob hæc argumenta, omniúmque authoritatem fluctuarem, accidit quod me invado collocaret, Erat anno 1564. &c. (*vide hiſtoriam*) Hic omnibus rei novitate attonitis, quæſtio agitari cepta num teſtes generationi ſerviant, Negabam ego, cum *Saporta*, cedo mihi unum, qui genuerit, Eunuchum? Reſpondi Eunuchis vaſa præparantia deferentiáque exſecta, quo minus mirum ſi ſoluta cellularum continuitate nihil eis invehatur: Demum plane me confirmavit quod Bellicadri accidit, Oblatus mihi illic 22. annos natu adoleſcens, quem quia parentes inteſtabilem natura deprehenderant, matrimonióve an Eccleſiaſtico ſtatui addicerent, dubitabant, Adhibitus ego in conſilium, author ei fui in leges ut maritales deſcenderet; *dictum factum, Vivit etiamnum, jamque complures genuit filios, teſtaturus mihi ſine teſtibus ſe genitos. *Idem Ibidem.*

§.3. In Anatome hominis lue Venerea laborantis, qui infami ligno lignum S. ſive Guajacum redemerat, h. e. ad curationem infelicem arborem elegerat, dum diſſecaretur obſervavi in utroque rene binos ureteres, gemináſque cavitates, mediana membrana diſcretas Ureteres in veſicam diverſis locis inſerebantur, alter juxta cervicem, alter in fundum veſicæ deferebatur; omnes erant fiſtuloſi, æqualiter magni: Aliud præterea mirabile in partibus urinariis animadverti, Ren dexter tres recipiebat emulgentes venas, ren ſiniſter unicam habebat, quæ geminam adipoſam producebat; ambæ ſpermaticæ ab emulgentibus emanabant. Hic homo totus erat in Venerem putris, & ob trigamiam; quum tres viventes haberet uxores, ſtrangulatus fuit, *Ioh. Riolanus Anthrop. lib. 2. cap. 25.*

§.4. Habeo ex amicis D. *Petr. Pawium*, Anatomicum Batavum, ſecuiſſe anno 1598. cadaver ſenis ſuſpenſi, qui venas quidem ſpermaticas circa initium habebat bifidas: *arteriam* autem *ſpermaticam* nonniſi unam, ex medio trunco ortam, decuplo majorem vulgaribus duobus, recta in paraſtatas deſinentem: hic cum ageret annum ſexageſimum ſeptimum tam erat fœcundus ut uxorem relinqueret gravidam cum xij. liberis. *G. Hofmannus comm. in Galen. lib. xiv. de uſu part. cap. x. n.* 1013.

§.5. Duos ob rem veneream quaſi infames ſecare licuit, quorum uni *Renes erant maximi*, ut ternos imo quaternos alios humanos æquare affirmare poſſem: unde etiam unum exemptum quidam, alias non eruditus, ſuperveniens ventriculum putabat, & ob id ab aſtantibus ſuavi riſu excipiebatur. *Phil. Salmuth caut. 1. Obſerv. 35.*

SCHOLIA.

R*Enes maximi*] Hoc favere videtur Sennerti paradoxo, qui Pract. lib. 3. p. 7. ſect. 1. c. 1. Renibus alium adhuc præter ſeri confectionem uſum aſſignat, ſanguinis nimirum ad ſemen generandum, præparationem, probátque 1°. ex peculiari aſſignato illis parenchymate. 2. Ex venæ emulgentis magnitudine, quæ ſanguinis amplius quam ad eorum nutritionem neceſſe ſit, vehat. 3. ex Arteriæ quoque amplitudine. 4. quod in gonorrhœa medicamenta lumbis admota ſemen imminuant. 5. quod inter calidiorum Renum ſigna, propenſio ad libidinem recenſeatur. 6. Ex ſapore & odore Renum, qui alius eſt in caſtratis animalibus, alius in non caſtratis, alius in adultis, alius innovellis. Tandem ex præparantium vaſorum origine: Accedat his argumẽtum ab eorum magnitudine deſumtum, Quibus magni Renes conceſſi, in iis propenſio ad venerem adfuit. Quibus parvi, iis defuit libido, *Vide adducta ex Timeo.*

§.6 Renes ad aliquot librarum pondus excretos vidi in fœmina quadam Patavina, formoſiſſima quidem, ſed ob veneris flagitia, ut ſolent peruſtulata, quæ (quod rarum alias Italis) à marito ſuo adultera deprehenſa, fuſte ad nucham interficiebatur, Anno 1650. die 27. Januarii. *I. Sculterus Trichiaſi, admir. p.* 87.

§.7. Anno 1662. Lipſiæ mulier ob nimiam laſciviam & adulterium decollata, cultro anatomico expoſita fuit, Cui in dextro latere arteria ſpermatica bifida reperiebatur. *Vide infra.*

SCHOLIA.

A*Rteria ſpermatica bifida*] Diſcant hinc noſtri homines ne porro vim generatricem adſcribãt soli hepati, nam *Galen.* ipſo judice Semen plenum eſt vitale ſpiritu, Id autem è corde eſt: Et *Ariſtot.* 2. de genet. Semen. ait ex animali quidem prodit craſſum albumque, à calore cordis multu poſſidens calorem: fœcunditatis ſenis illius referebat cauſam *Pawius* ad arteriæ magnitudinem, Rectiſſime, nam & in vulgus fœminarum Belgicarum nota eſt obſervatio, eos qui latos habent humeros gignere fœtus grandes, ut *Foreſtus* ſcribit 28. Obſ. 70. Cur? quia iidem calidiſſimum habent Cor. *Idem ibidem.* J. quoque Van *Horne* ſalacitatis cauſam in cordis calore quærendam vult, à quo pectus, etiam in mulieribus, pilis hiſpidum redditur nonnunquam, teſte *Panarolo* p. 5. obſ. 37. præſertim ſi in corpore adfuerint humores ſalſi & mordaces

laces, ut egregiè cenſet *Lemnius* de occ.nat.mir.l.2. c.36.& 37. Ratio ergo ſalicitatis deſumpta à numero venarum ſeminalium inſufficiens videtur, ſi quidem ut ordinarie ſolet, unica tantum hic adfuerit arteria ſpermatica: *G. Hofmannus in Galen.lib.de uſu Parte num.*1013.

§. 8. Duos ob rem veneream quaſi infames ſecare licuit quorum priori tres erant venæ ſeminales dextræ ex trunco venæ cavæ, una ſub altera exorientes: quæ omnes poſtmodum circa teſticulum, una cum altera ſeminali jungebantur. *Phil.Salmuth cent.1.Obſerv.23.*

SCHOLIA.

T*Res venæ ſeminales*] Nugari nobis videntur omnes Anatomici (*inquit Regn. de Graaf de virorum org.pag.*40.) qui dicunt aliquando unam arteriam aliquando utramque deeſſe, quia ſi vas ſanguinem referens adſit, neceſſario adferens adeſſe debebit & contra, Ex quibus liquet neceſſario ſemper arteriam & venam adeſſe debere.

Tres venæ] Si venarum officium eſt referre ſanguinem ſuperfluum, ac plures fuerint quam arteriæ afferentes, videtur prædictus Venereis potius ineptus, nedum ſalaciſſimus eſſe debuiſſe, quia plus exportarent venæ, ob numerum majorem, quam inferrent arteriæ, ut paucior materia ſuppeteret materia generationi ſeminis.

§. 9. Anno Chriſti 1673. circa Chriſti natalitia, Lugduni ſuſpenſus fuit vir ſalaciſſimus & robuſtiſſimus, ob euſam monetam, In quo deprehenſa duplex arteria ſpermatica dextro latere.

Observatio II.

Venus extincta in Viro cui Renes admodum parvi & flaccidi. 1. Ob vaſorum ſemen generantium vel deferentium defectum ſitúmve præpoſterum. 2. A venere abſtinentis tota vita Teſtes & vaſa ſpermatica contabuerunt. 3.

§. 1. ILluſtris Steno Bielke per totam vitam à Veneris uſu, & omni fœminarum conſortio abſtinuit: Huic Renes flaccidi, & quod notabile, adeo parvi ut magnitudinem nucis juglandis vix æquarent. *Balthazar Timæus lib.3.Obſerv.2.* Vide Scholia ad obſervat.1.§.5.

§. 2. Veneris libido in quibuſdam nulla eſt à mala conformatione vaſorum horum ab ortu quibuſdam innata, quæ qualis ſit in vivis difficile eſt diſcernere, niſi ex eo quod perfectis alioquin membris genitalibus, & nulla prægreſſa cauſa, ad Venerem tamen minime apta ſunt: Et in mortuis ſectio, quandoque vaſorum ſemen deferentium, aut generantium abſentiam aut ductum perverſum, ſi in utroque præſertim hoc latere inveniatur, ſicut ipſe deprehendi, vel aliud quid in cauſa fuiſſe patefacit. *Platerus Prax.lib.1.cap.*17.

SCHOLIA.

V*Aſorum defectum*] Si venus extinguitur, conceptio quoque fieri non poſſe videtur: Obſervavit tamen *I.Rudolph. Saltzmannus* Obſerv.Anat. 1. Arteriarum ſpermaticarum defectum in muliere, quæ & conceperit & fœtum ediderit. Quod merito in dubium revocat *Regn.de Graaf*, quia ſi venæ efferentes adſint, arteriæ afferentes adeſſe debent.

§. 3. Nos in cadavere Monachi, cujus Teſtes in adoleſcentia moderatam magnitudinem à natura erant adepti, proceſſu temporis ob votum caſtitatis, inviolabiliter per multos annos obſervatum, fere penitus contabuere, vaſáque ſpermatica una cum ſemine ejus redundante adeo aruere, ut exſiccatorum nervorum, ſeu ligamentorum duriorum imaginem potius præ ſe ferrent. *Vidus Vidius, junior de curatione membratim lib.*11. *cap.*2.

Observatio III.

Fœmina fertilis cui arteriæ ſpermaticæ deerant.

NOn nugantur (quod alias accuratiſſimo Anatomico *R. de Graaf* videtur) omnes Anatomici, qui dicunt aliquando unam, aliquando utramque arteriam ſpermaticam deeſſe, Nam non neceſſe eſt ut vas aliquod ſanguinem afferens adeſſe debeat, ſi vas recipiens adſit & vice verſa: poſſunt enim adeſſe aliæ tum venæ tum arteriæ, quæ vices horum abſentium ſupplere poſſint, & afferre eum ſanguinem quem venæ revehunt & contra: Ne hæc gratis dixiſſe videar, aliquot jam recenſebo obſervationes mihi notatas. Canis maſculus à me diſſectus, nullas habebat arterias ſpermaticas, vena tamen in utroque latere optime erat conſtituta. In Lupo mare idem notavi, hacce tamen differentia, quod in hoc exiguus ramus, ex arteriæ magnæ ramo iliaco ſiniſtro ejuſdem lateris venæ ſpermaticæ insereretur. In cane tamen & hoc notabile erat, quod ſalaciſſimus & fæcundiſſimus exiſteret, quod ipſum contrariatur aſſerto *Riolani*, dum lib. 2. Anthropogr. cap. 25. aſſerit ſteriles eſſe quibus deſunt arteriæ ſpermaticæ, licet genitalia alias optime habeant conſtituta. In alia cane fœmina,

mina, ne veſtigium quidem arteriarum ſpermaticarum deprehendi, licet hæcce novem catellis gravida exiſteret: Idem in Lepore itidem prægnante notavi.

Ne tamen à bruto corpore me argumentari credas, accipe quod in humano corpore obſervavi anno 1664. *Jenæ* in theatro Anatomico diſſecabatur fœmina, ob parricidium cõmiſſum capitis ſupplicium paſſa, quæ Lucinam experta erat. In hujus cadavere arteria ſpermatica utriuſque lateris deficiebat; ramulus tamen exiguus ab arteria hypogaſtrica ad teſtes ferebatur: Hæc quæ de arteriis affero, de venis etiam probat *Kerckringius* in ſpicilegio Obſ obſerv.32. *Alardus Hemmannus Cumenus in miſcell.curioſis anni* 1673. *Obſerv*.113.

Observatio IV.

Sterilitas muliebris ob multiplex uteri vitium. 1. Ob uterum immenſe tumentem & ſcirrhoſum. 2. Ob ejus parvitatem & duritiem cartilagineam. 3. Ob uterum compreſſum à duritie inſigni Omenti. 4. Ob carnoſitatem exiguam intra canalem veræ cervicis. 5. Ob uteri defectum, vaſorum ſpermaticorum & Teſtium. 6. Ob obſtructum uteri collum à carnea excreſcentia. 7. Ob obſtructiones, tumores, &c. Tubarum uteri. 8. Ob callum in utero enatum. 9. Ob carneum tuberculum in collo interiore. 10 Ob Uterum ſpongioſum & mollem, ejus cervicem oſſeam. 11. Ob ſcirrhum circa orificium fundi uteri. 12. 13. Ob ſteatoma uteri fundo parte externa adnatum, Et cavitatem pinguedine denſa obſitam. 14. Ob tumorem uteri materiam ſebo ſimilem continentem. 15. Ob concretionem carnoſam in fundo. 16. Ob uterum exiguum, utriculum illi adnatum. 17.

§.1. HElena Lobin nunquam concepit, & hydrope uterino interiit; Uterus, qui circa fundum liber eſſe ſolet, peritonæo arcte coaluerat. Veſiculæ majores toto ambitu erant adnatæ. In membrana deſerviente, non procul à collo, erat glanduloſa quædam ſubſtantia, dura, magna. *Vide tit. de ventris tumore.*

§.2. Illuſtr. Baroniſſa *de Condrée* ætatis ann. 65. Sterilis fuit, Uterus immenſe tumens repertus & plane ſcirrhoſus, Proſtate ovi magnitudine, refertæ pure. *Ex Obſerv. Clar. D.D. Alex. Deodati Med. Genev. & Decani.*

§. 3. Vidi in Nobiliſſ. muliere Barone *Darvault*, quæ anno ætatis 55. deceſſit, exiguam matricem duriſſimam, ac ferme cartilagineam. Tres liberos tantùm ſuſceperat. *Ioh. Riolanus Anthropogr. lib. 2. c.32.*

§. 4. Multæ ſunt ſterilitatis cauſæ in muliere, de quibus fere omnes Medici tum antiqui tum recentiores ſcripſere: Unam tamen obſervavi à nullis editam in lucem, videlicet duritiem maximam Omenti, à quo uterus tactus diſtendi non poterat, & ſic genituram projiciebat. In reliquis verò iſta mulier bene colorata fuerat & optima fruens valetudine, hoc tamen habebatur omentum undique ſatis craſſum, durum ac fere lapidoſum uterum premeret, ut tangendo ipſius abdomen obſervavi, ex quo ſterilitas orta fuerat. *Domin. Panarolus Pentecoſte iij. Obſerv. x.*

Scholia.

AB omento craſſiori os uteri comprimente, conceptionis impeditæ cauſam deducit *Hippocr.* aphor. 46. ſect. 5. Quouſque vero Omentum naturaliter ſe extendat, *Vide Bartholinum Anat. lib. 1. cap. de Omento, & Blaſii notas in Veſlingium.*

§. 5. Vidi in Nobiliſſ. Muliere, quæ anno ætatis 55. deceſſit, exiguam matricem, duriſſimam, ac ferme cartilagineam; tres liberos tantum ſuſceperat; intra canalem veræ cervicis, carnoſitatem exiguam inveni, inferne poſitam, tanquam peſſulum oſtio obditum. *Riolanus Anthrop. lib. 2. cap. 35.*

§. 6. Fœmina erat cujus vulva ab aliarum fœminarum vulvis nihil peculiare & diverſum habebat, Et matricis colli portio prominebat, vel matricis collo ſimile, matrix autem nulla aderat in abdomine, neque teſtes: Et quoties cum viro coibat (coibat autem ſæpe) mirandum in modum conquerebatur. *Columbus Anatom. lib. xv.*

§. 7. Anno 1662. Lipſiæ ſubjectum fœmininum cultro Anatomico explorabatur, quod ob nimiam laſciviam & adulterium commiſſum decollabatur, Illius deſiderium neque à marito neque ab aliis ſatiari, vel ab ullo ingravidari poterat: In dextro latere arteria ſpermatica bifida reperiebatur, Extra collum uteri propendebat excreſcentia carnea, circa Interius colli orificium adnata, longitudine digitum minorem, craſſitie vero lumbricum ferme æquans, quæ uteri collum exacte claudebat, & loco obſtaculi erat ut nullum ſemen

uterum

erum ingredi potuerit. *Caſp. Theoph. Bierlingius Med. Magdeburgenſis in miſcellan. curioſis* *ni* 1671. *Obſerv.* 208.

§. 8. Frequentes ſunt in Tubis, haud ſecus atque in utero, obſtructiones, tumores, phly-ænæ amplæ, proculdubio abditæ ſterilitatis contumacéſque cauſæ: *Veſlingius Anat. cap.* 7. Novem circiter aquæ puríſque libras in unaquaque invenit *Tulpius* Obſerv. 43. lib. 4. Interum ita caviras p. n. dilatata fuit ut molam contineret, quod *Marquartus* in Empir. practica refert. *Blaſius ibidem.*

§. 9. Mulieris Claræ, nomine & genere, mortuæ corpore inciſo, Vulva à medio infra, erſus imam ejus partem junctis oris occaluiſſe reperta eſt. Quod ſterilitatis cauſam fuiſſe ognovimus. *Benivenius de Abd. cap.* 635.

§. 10. Sterilitatis Catharinæ Sandræ, uxoris ſororis Rondeletii, cauſam fuiſſe ſuſpicati ſuus carneum tuberculum piſi magnitudine quod in uteri collo interiore deprehenſum eſt: d enim fuiſſe potuit obſtaculum ſemini in fundum penetraturo. *Ioubertus in vita Rondeletii.*

§. 11. Cur non ſtupeant homines, ſi quemadmodum à nobis inter anatomes annotatum ſt, Uterum in fœminis inſtar ſpongiæ raræ & mollis, aliquando & pure oſſeam cervicem ideant? *Gemma lib.* 1. *cap.* 6.

§. 12. Sexagenariam matronam quæ binis nuptiis ſterilis fuerat diſſecui: perquiſita dilionter ſterilitatis cauſa, invenimus ſcirrhum circa orificium fundi uteri, qui inſtar annuli undum matricis circumdabat, adeóque uterum claudebat ut ſtyli acies vix immitti poſſet, nde nil mirum quod in coitu ſperma à matricis ingreſſu perpetuò arceretur. *Gul. Fabritius Hild cent.* 1. *obſ.* 65.

§. 13. Honeſta quædam matrona in primo puerperio inflammatione uteri laboraverat, urara tandem ſterilis manſit: Cum autem poſtea morbo acuto extincta eſſet, corpus ejus diſſecui, atque in cervice ante orificium fundi uteri ſcirrhum magnitudine ovi anſerini inveni, ipſi adeo adhærentem ut unum videretur corpus, nec ullo modo ab eo divelli potuerit. *dem ibid. obſerv.* 66.

SCHOLIA.

PRopter hunc ſcirrhum ſemen viri ad uterum pervenire non potuit: Nemini igitur mirum videri deber quod Medici aliquando in ſterilibus fruſtra ſibi multa negoria faceſſant. Hujuſmodi enim cauſæ Medicos latent; aut ſi non lateant, eæ tamen nonniſi ab ipſo Deo, qui vulvam claudere & aperire poteſt, (1. Sam. 1. 5. Gen. 26. 35.) auferri poſſunt.

§. 14. In cadavere muliebri à Cl. *Veſlingio Patavii* anno 1644. aperto, repertus uteri fundo, in parte exteriore, tumor adnatus magnirudine nucis juglandis, cujus interior facies albicans & pinguis ſteatoma referebat; Aperta uteri caviras ſimili pinguedine denſa omnino repleta viſebatur, parietibus ejus annexa: Hinc annorum induciis nunquam concepit. *Th. Bartholinus cent ij. hiſtor.* 60. *I. Rhodius cent.* 3. *Obſ.* 46.

§. 15. Mulierem, quæ nunquam conceperat, quamvis innumeris medicamentis eſſet uſa, J. *Veſlingius* à morte ſectam anno 1642. Vidit tumore uteri laboraſſe, membrana propria materiam ſebo ſimilem continente, quem ideo inter ſterilitatis cauſas merito referendum cenſebat, memoratum etiam *Io. Huchero lib.* 2. *de ſterilitate p.* 211. *Velſchius Epiſagm. obſerv.* 72.

§. 16. Vidimus in Nob. matronæ *Ant. le Fevre* corpore, concretionem ſimilem parenchymati Hepatis, cavóq; uteri adnatam, à partu poſtremi liberorum, & æqualem fabæ Ægyptiacæ, ſterilitatiſque reliqua ejus vita cauſam. *C. Piſo de morbis à ſero Sect.* 2. *p.* 2. *cap.* 7.

SCHOLIA.

CUm uterus præſtantiſſimo uteri natus, generationi ſcil. hominis, parum prudenter, ne dicam inique, male vulgo audit, tanquam ſentina ſanguinis in toto excrementitii, quod officium uni pudoris ſinui à natura eſt demandatum: nam experimento plurium Anatomicorum & noſtro, *In puellæ quo tempore menſes fluerent ſtrangulatæ cadavere, ſolus ſinus pudoris fuit ſanguine perfuſus, &c.* Et certe parum probabile per anguſtam admodum uteri cavitatem, continendæ fabæ Ægypriacæ imparem, à jacente & dormiente muliere tantam vim ſanguinis abſque evidente corruptela, aut nimiæ humectationis p.n. ſive uteri ſive orificii ejus interni, conceptui alias præjudicioſæ, periculo præterfluere, ſi modo tum aperitur orificium: aut periculo concretionis carnoſæ & informis cujuſdam ſubſtantiæ, quæ uteri cavum implendo obſtruendóque innumera mala afferret, qualem vidimus in matrona ſupradicta, Et qualem ſane puellæ reddunt ſæpe ſub finem menſtruæ purgationis, progenitam quippe ex ſanguinis menſtrui portione aliqua, quæ moram traxerit in externi ſinus pudoris cavitatibus, alioqui in colore, craſſitie, & ſoliditate carni Epatis prorſus exquiſitéque vel ſenſus viſus judicio ſimilem. *Idem ibidem.*

§. 17. Fœmina nupta virgo ſexennium integrum ventrem tumidum geſſit inſtar prægnantis abſq; impedimento in ullis functionibus: Non menſtruabat autem licet commode marito convixerit, corpore bene habita & muſculoſa. Obiit præfocata. Utriculus quidam præternaturalis ventris capacitatem explebat, exortum ab uteri fundo extimo ſumens. Uterus ipſe exiguus erat & arctus qualis puellæ 10. aut 12. annorum. *Vide obſ.* 55. §. 1. *ſect.* 21.

OBSERV

OBSERVATIO V.

Sterilitas in Iuvene ob malam conformationem vaſorum ſpermaticorum & teſticulorum retractionem. 1. In viro ob deficientes arterias ſpermaticas. 2. Ob vaſa ſpermatica utrinque ex emulgentibus orientia. 3. Ob lapidem meatum, qui à proſtatis in urethram tendit, occluſum. 4. In viro cui hepar ſedem lienis, & viciſſim obtinebat, citra vitium partium generationis. 5.

§. 1. ANno 1640. diſſectus eſt adoleſcens Epilepticus, cujus membra generationi inſervientia erant conformata p. n. nam vaſa ſemen deferentia vix conſpiciebantur, præparantia in uno latere deerant, Teſticuli intus fuere retracti. *S. Scholtzius in miſcell. curioſ. anni 1671. obſ. 62.*

§. 2. Interdum utraque arteria ſpermatica deficit, quod ſterilitatem affert in bene compoſitis corporibus, quę partes genitales optime conformatas habent, fortiter arrigunt ſemen excernunt, ſed infœcundum quia vitali ſpiritu deſtitutum. *Riolanus Anthropograph. lib. 2. cap. 23.*

§. 3. Mortuum ſecuimus qui ab utraque parte vaſa ſpermatica ex emulgentibus venis & arteriis orientia habebat: Hujus ſemen cum admodum aquoſum & frigidum eſſet, ob ſeroſi humoris copiam, generationi erat ſumme ineptum. *Dom. Panarolus Pentec. 2. obſ. 35*

§. 4. Retulit mihi Celeberrimus D. D. *Theodorus de Meyerne* &c. in ultima cadaveris humani diſſectione quam ſuis manibus fecerat Lutetiæ, inſolitam ſibi & inauditam oblatam fuiſſe ſterilitatis cauſam, Calculum videlicet, exactiſſime meatum illum claudentem, qui à Proſtatis in urethram dehiſcit; per quem è venis varicoſis ſemen vibrante ejaculatione expellitur: quem quidem calculum, nonniſi vi, cum partis aliqua laceratione extrahere potuerit. *Frid. Loſſius lib. 1. obſerv. 33.*

§. 5. Vir Nobilis 40. annos natus, ſupremæ unius ex duabus Britanniæ curiis Conſiliarius, die 28. Aprilis anni 1648. febre purpurata obiit: Aperto cadavere inventum eſt Hepar in ſiniſtro hypochondrio poſitum, amplum, & una ſui parte ad ſiniſtrum uſque hypochondrium protenſum, ſub cujus finem lien parte dextra hypochondrii latitabat, parvus admodum & rotundus, totus decolor, & in ſuperficie rugoſus, parvi caſei mollis figuram referens, ex quo, ſicut nec ex hepatis carne diſſectis, ſed nec ex reliquis partibus corporis inciſis, ne guttula quidem ſanguinis manavit; (forſan erat intra tubulos venoſos & arterioſos concretus (*Riolanus*) Sed quod magis animadvertendum, cordis vaſis ſub ſiniſtra mamma reperta, mucrone ſub dextra locato, quod laborans febre, pluribus annis ante obitum correptus, palpante regionem cordis Chirurgo, prophetice quaſi viſus eſt animadvertiſſe, quærenti prædicto Chirurgo palpitationem, de qua conquerebatur, ſub ſiniſtra mamma, quem ut ad dextram ſe converteret mammam monuit, dicens ſe non ut cæteros alios eſſe compoſitum, Sed & notandum maxime, illum nupſiſſe eleganti, & bene partibus omnibus compoſitæ uxori, cum qua per 12. circiter annos pacifice vixit ſine liberis: quamvis in genitalibus ejus partibus nihil deficiens fuerit repertum, nec in ſtructura tota reliqui corporis: Si accuratior fuiſſet inveſtigatio partium nutritiarum, haud dubie inveniſſent orificiorum ventriculi mutatum ſitum, pylorum in ſiniſtro latere, ob meatus cholidochi inſertionem ad duodenum, quod debuit eſſe locatum ſiniſtrorſum, ut vena Porta, & Cavæ origines & venæ ſpermaticæ origo in dextro latere ab emulgente. *Obſervatio D. Bedean Medici Nannetenſis apud Aremoricos.*

OBSERVATIO VI.

Excretio ſeminis læſa in viro, ob lapidem Glandoſo corpori innatum. 1. Concubitus impeditus ob coalitum cervicis uteri. 2. Ob magnum lapidem in collo veſicæ. Uteri vaginam concreto humore refertam. 3. Ob duas fiſtulas in collo matricis. 4. Ob Nattam ab uteri labio pendulam feliciter ſectam. 5. In fœmina ob nimium coitum mortuam ligamenta Uteri teretia ſemina repleta obſervata. 6. Ob lapidem in collo veſicæ, Cavitatem uteri & vaginam materia compacta occupatas. 7.

§. 1. NOs in *Friderico Triviolo* Mantuæ, in Glanduloſo corpore illo quod veſicæ collo adnaſcitur, & in quod Deferentia vaſa, poſtquam coiere inſeruntur, ſeminis elaborationi præter alios inſerviente, obſervavimus lapidem infixum: Non poterat ſemen hic vir, niſi paucum admodum aquoſumque valde in coitu excernere, Diſſectuſque pro

XXxxx lapidis

pidis veſicæ extractione occubuit. *Marc. Donatus hiſtor. mirabil. lib. 4. cap. 30.*

§. 2. Uteri Sinus, ſeu cervicis, vitio Venus deficit, ſi via ſeu introitus ad ipſum per vaginam non ſatis apertus ſit: Quod ab ortu vel poſt exulcerationes, coaleſcente ex parte hac ade, fieri poteſt, ſed rarum eſt; Uti & illud ut orificium ſinus uteri penitus coaleſcat: Quod tamen Mulieri cuidam, ex partus difficultate hac parte læſa, accidiſſe vidimus, ut cum curam illius pudore impedita, naturæ committeret, luxuriante carne, os illud cervicis uteri adeo occalluiſſe, ut ne menſtruis quidem pateret effluxus, Et cicatrice ſpiſſa, cuti poſtea ſectione poſt mortem illius, quam viva ferre nolebat, deprehendi, profunde admodum & penitus obliteratum fuiſſe. *Platerus Prax. lib. 1. cap. 17.*

§. 3. Nob. fœmina gravitatem circa pubem ſentiebat, nec mariti congreſſum admittere poterat. In collo veſicæ magnus & durus aderat lapis: Uterus alba, compacta materia erat impletus, nec non major pars vaginæ. *Vide tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 4. Uxor N. à venere multis annis abhorruit, & ob dolorem abſtinuit: Mortuæ aperto collo matricis, comperi fiſtulas duas, non calloſas ad anum vergentes. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 5. Fœminæ à labro uteri dextro caro mollis, flaccida, uberis inſtar, forma oblongæ cucurbitæ ad genu uſque pendebat, Nattam ſeu Naptam diceres, Apoſtema carnoſum vocant Latino Barbari: Tumor hic ſeptem annorum ſpatio increvit, colore naturali ſimilis, dolore nullo, at pediculo tenui uteri labio alligatus, uſque ad faſtigium in latitudinem mediocrem erat extenſus: Sed cum hac de cauſa concumbere non poſſet, quum inter inguina tumor hic penderet, auxilium, cum eſſet in ætate 28. annorum, petiit: E quatuor advocatis Chirurgis unus poſt providentiam totius ſectionem conſuluit; Alius in tumore inteſtina acervari ratus, reſolventibus tumorem tractandum dixit; Alter nihil agendum credidit, metuens ne ſectione inſtituta hæmorrhagia lethalis ſuccederet; Ultimus mecum impoſſibile eſſe prædixit carneam molem, licet pediculo tenui adhæreſceret, carminantibus abſumere.

Mulier intrepide ad ſectionem ſe parat: Expurgatur iterum corpus, Inciditur Tumor circa cutem, à quo maxima humoris copia vacuata: Caro præciſa erat alba, ſpongioſa, cum qua tophacea ſubſtantia erat commixta: pependit libras civiles 12. ablato Veneris impedimento concepit, peperit. *Zacutus Praxis Admir. lib. 3. obſervat. 78.*

§. 6. *Spigelius* in fœmina à nimio coitu mortua, hæc ligamenta, (teretia ſeu vermiformia) qua parte vicina ſunt utero, ſemine repleta obſervavit. *De Diemerbræck Anat. l. 1. c. 33.*

SCHOLIA.

Anatomici fere unanimiter ſtatuerunt totum ſemen è teſtibus per commemoratos ductus, ad teſtium protuberantiam extenſos, exonerari in uteri capacitatem: Verum præter hos utero annexos ductus, *Veſlingius* utrinque adhuc aliam viam ſatis conſpicuam invenit, oſtenditque etiam à teſtibus & tubis ductum quendam protendi in uteri ligamentum teres ſeu vermiforme, quod à lateribus fundi uteri utrinque verſus inferiora deſcendit, ac peritonæo cum teſtibus muſculorum obliquorum perforato ſupra pubis oſſa clitoridi jungitur, *addo*; in eumque aperitur: Quod ipſum etiam nos in noſtris ſectionibus tali modo invenimus: Hoc appellatum ligamentum intus poroſum, ſicut vaſa deferentia in viris (poti tamen ſunt multo laxiores & nonnunquam ſatis conſpicui) circaque finem evidentius concavum, & ſemine à teſtibus defluente in repentino fato ſublatis mulieribus madidum reperiri (quod ipſum etiam nos vidimus) tradit idem *Veſlingius*: Quæ omnia certo indicio ſunt ſemen non tantum per ſupra commemoratos ductus deferri in uteri cavitatem, verum etiam aliqua ſui parte per has vias defluere ad clitoridem; hæcque dicta ligamenta vermiformia non eſſe proprie uteri ligamenta, ſed vera vaſa deferentia; Illud etiam ex eo etiam innoteſcit quod partes ſeminales contagio venereo inquinatæ, per hæc vaſa deferentia virulentum ſemen in glandulas inguinum deponant, in iiſque Bubones venereos excitent.

Idem.

§. 7. Nobilis fœmina mariti congreſſum admittere non poterat: In veſicæ collo magnus aderat lapis & durus: Uterus ſolito grandior impletus alba & compacta materia, quæ vaginæ etiam majorem partem occupabat. *Vide obſerv. 5. ſect. 23.*

ANAT.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO XXXV.
De Menſtruo Fluxu, Suppreſſo, Imminuto, Inordinato.

Observatio I.

Menſtrua per collum potius quam per corpus Vteri ferri oſtendit Anatome.

§. 1. QUod mulieres purgentur ſuis menſtruis per collum potius quàm per uter corpus, probat *Columbus* 6. ſub finem ; Quia, *inquit*, multo plura & major vaſa ſunt in eo quam in ulla uteri parte alia : Præterea exemplo cujuſdan mulieris *Sanctæ* tantum nomine & non re, quæ laqueo ſuſpenſa jugulataque eſt quo tempore menſtrua patiebatur, cujus cadaver ſecavit, diligenterque obſervavit dicta menſtrua expurgari per collum tantum, & non per cavitatem aut corpus uteri : Ib enim copiam ſanguinis vidit, & vaſa ſuperius dicta pectinatim, ſeu digitatim inſita plena ſanguine fluente aut fluere parato, nec non collum ac ſinum pudoris madida cruore, & minime uteri cavitatem animadvertit.

§, 2. Similiter duarum mulierum cadavera ſecuimus quibus menſes fluebant ſuſpenſionis tempore : in quibus prædictas colli uteri venas ampliſſimas vidimus, ſanguinem menſtruum effundentes copioſum in colli & ſinum pudoris, & nullum in corporis uteri cavum. *Severinus Pinaus lib. 2. de Notis virginit. cap.* 1.

SCHOLIA.

HUic orificio colli aliquando cancri aut ſcirrhi ſuperveniunt, incurabiles, eoque magis ſi menſtrua deficiant, quia ſanguis qui expurgari ſolebat, ibi diutius cunctatur, remoratur & caleſit : Rarius in fundo, & cavitate ipſius uteri maligna iſta ulcera & tumores naſcuntur. *Idem.*

§. 3. In puellæ, quo tempore menſes fluerent, ſtrangulatæ cadavere, *ſolus ſinus pudoris* obſervatus *ſanguine perfuſus* tinctusque ſanguine menſtruo, uterus autem prorſus ſiccus & arcte connivens. *C. Piſo de morbis ab illuvie ſeroſa ſect. 2. p. 2. cap.* 7.

SCHOLIA.

PEr *collum potius quam per uteri corpus &c.*] Non aſſentitur *Regnerus de Graaf* lib. de mulierum organis cap. 9. Rationibusque & experimentis contrarium probat. Videmus, *ait*, fœtus nutrimentum quod toto geſtationis tempore à materno ſanguine ociumitur, per nullas alias vias quam per uterum tranſire : Item illum qui enixo jam fœtu Lochiorum nomine eliminatur, eadem via foras erumpere, uti id in *Puerperarum diſſectionibus* quandoque nobis obſervare licuit : Nec dubitamus quin idem quoque notabunt 2. qui, inflatis hypogaſtricis vaſis, vel præparantibus, ad oſcula in uteri fundo hiantia diligenter attendunt ; Quorſum igitur menſtruorum fluxus, qui ejuſdem plane naturæ exiſtit, per alias vias erumpere niteretur ? Hujus opinionis probatio à ſanguinis vaſis facile deſumitur, *quoniam longe plura ac majora ad uterum*, quam reliquas ejus loci partes excurrunt : Idem quoque confirmare videtur Lumborum dolor, quem inſtante menſtruorum fluxu, plerumque à vaſorum hypogaſtricorum diſtenſione mulieres perſentire ſolent : Atque tandem evincit ocularis inſpectio, refert enim *Highmorus* in menſtruatis *internam uteri membranam à prominentibus venarum orificiis aſperam eſſe* : Adſtipulatur à *Caſtro* lib. 2. de Nat. mulier cap. 2. qui teſtatur mulieres ſe vidiſſe uteri procidentia laborantes, quibus ex uteri oſculo ſanguis evidentiſſime promanabat ; Si enim menſtruorum fluxus naturaliter per uteri vaginam, & non per uterum erumperet, vanus eſſet abortionis metus, cum ille in gravidis ſanguineis ſponte excitaretur : ſiquidem natura faceret id quod ejus miniſter per venæ ſectionem aliquando præſtare tenetur, ne à redundanti ſanguine fœtus ſuffocari periclitetur : Quæres, Si per uterum in gravidis menſtrua expurgentur quare non ſemper abortiant hoc profluvio inveſtari ſolitæ ? Reſpondemus id fieri poſſe ſi menſtrua moderata ſint, & per illam uteri partem evacuetur quæ omnino à placenta libera eſt : non enim illa omnibus uteri partibus, ſed tantum alterutri ejus lateri adhæreſcit : Si vero fluxus immoderatus exiſtat, aut per placentæ locum erumpat, placenta in totum, aut euſque diſſolvetur ut fœtus ſuperſtes manere nequeat, Idem quoque continget in modica menſtrui purgatione, cum ſcilicet illa ob uteri oſculum pituita validiſſime obturatum expurgari non poſſit, Placentam uteri diſtenſione reſolvet, aut pravis quibuſdam qualitatibus à ſtagnante menſtruo provenientibus fœtum perimet:

n tamen hic vaginam ſic excludendam volumus, ſi nunquam per illam prodireot menſtrua, vides enim illa per vomitum, alvum, urinam, per ocu-, nares, aures, gingivas, mammas, umbilicum, minum manus digitum, ac alias inſuetas corporis tes interdum promanare: Quidni ſimiliter illa tra naturæ ordinem, per vaginam utero proximam, insuper vaſis locupletatam, prorumpere poſſent, minimo cenſemus naturam frequentius ſeſe per nc quam per alias corporis partes exonerare: un- contigere nonnunquam poteſt ut innoxie fluxum enſtruum expetiantur gravidæ.

Sinus ſolus pudoris ſanguine tinctus] Uteri collum *æmorrhoidibus* æque ac inteſtinum rectum obnoxium eſt; Hæ fluentes ſequentibus ſignis à menſtruis diſcerni poſſunt, menſes cum fluunt, vaſorum ramulos in collo uteri nullos notare poſſumus, ipſo ex utero proveniunt, & nullum dolorem niſi in hypogaſtrio excitant: Vaſa per quæ excretio hæc fit, arteriæ ſunt hypogaſtricæ & ſpermaticæ: *Hæmorrhoides* vero rami ſunt venæ pudendæ, viſu tactuque cognoſci poſſunt, & dolor nonniſi in pudendo movetur: Eodem modo uti aliæ tractari debent: Dolorem ſedat hoc Ungu. ℞. mucilag. ſem. cydonior. alth. aa. ℥ß. croci, ol. roſac. pingued. gallinæ aa. ʒj. vitell. ovi. n. 1. miſc. *Barbette Anat. Pract. cap. ult. part. 3. lib. 4.*

Observatio II.

Anatome Virginis nunquam menſtrualis, cujus uterus natura clauſus repertus, ſanguis in vaſis omnino putris.

TOt ſunt authorum *circa cauſas menſtrui fluxus* impediti opiniones, ut quamnam ex iis arripere velis pene hærere poſſis: Tantus quoque recentiorum in veritate hujus rei perveſtiganda labor, ut merito in admirationem rapiaris ipſiſſimam hujus mali cauſam nondum eſſe detectam: *Galenus* lib. 3. de cauſis ſymptomatum cap. 4. ſeptem recenſet, quæ hujus affectus cauſæ eſſe ſolent 1. τ̃ μήτρας τὸ στόμα πυκνὸν καὶ σκληρὸν 2. στενότης τῶν φλεβῶν 3. ἡ θλίψις ἐκ τῶν παρακειμένων ἀγγείων 4. ὅταν κεχυμένον τὸ αἷμα παχὺ καὶ γλισχρὸν γένηται. 5. ἔμφραξις. & 7. ad univerſum pertinent corpus, ſi hoc ita ſit comparatum, ut vel purgatione non egeat, vel adſit τοῦ αἵματος εἰς ἄλλα μόρια ῥοπὴ: Alii naturam menſtruorum & horum fluxus accuratius conſiderantes, inque hunc ſtudioſius indagantes, repererunt neceſſum eſſe ut ad ſanguinis fluxum menſtruatim concitandum aliqua fiat in corpore ſanguinis fermentatio: Etenim cum ſecundum ipſum *Galenum* in ſanguinis menſtrui vacuatione, ille vacuetur ſanguis qui in reſpectu ad laudabiliorem remanentem, crudior, & temporis tractu vitioſitatem acquirere potuit, hæc vacuatio per nudum ſanguinis impulſum, vel ſolam ejus copiam, vaſorumque ſpontaneam apertionem fieri difficulter concipi poteſt, niſi præviam aliquam ſanguinis in corpore efferveſcentiam ſtatueris, quam ſatis probant ſymptomata virginibus & mulierculis eo tempore infeſta: Undenam autem hæc fiat fermentatio, an à corde inſtigante, an ab utero irritante, horumque fermentis; an ab ipſo ſanguine hujusque partibus ſecum mutuo efferveſcentibus, haud facile eſt concludere: Uteri fermentum hactenus nullum fuit in controverſiam vocatum, eo quod locus huic aſſervando in utero non detur idoneus: Quicquid ſit uterum omni plane materia fermentiſcibili deſtituere huc uſque nolui: adde imprimis cum haud ita pridem in diſſectione puerperæ vita defunctæ, uteri ſubſtantiam præſentibus pluribus φιλιάτροις ſpongioſam totam & poroſam repererim, adeo ut his preſſis liquor manifeſte exſtillarit: Sanguinem per venam cavam in dextrum cordis ventriculum, & abhinc in ſiniſtrum per pulmones redeuntem, in hiſce de novo ſpirituaſcere, novasque ſibi acquirere vires certum eſt: qui actus ſive cordis calori intenſo, ſive fermento in eodem latitanti, particulasque ſanguinis fermentaceas noviter in actum educenti adſcribatur, non multum litigabo: Sanguinem ipſum præcipuam hujus fermentationis cauſam eſſe, & *naturæ ipſius* eſt conſentaneum & *rationi*: Illi quidem, quoniam ſanguis ex partibus fermentaceis conflatus eſt, quæ cum juſtam fermentationem ſubeunt, calorem noſtrum æqualem & naturalem conſervant: Cum vero partibus heterogeneis objectis fortius efferveſcunt, calorem adaugent, pulſumque celerem & etiam inæqualem efficiunt: *Huic* autem, quia ſanguis majori, quam natura diutius ſufferre poſſet, collectus copia, isque ſibi non per omnia ſimilis proprio inſtinctu (cui forte fermentum uteri, ſi illud ſtatuere volueris adjumentum affert) fermentare ſanguinemque crudiorem, & temporis tractu craſin mixti diſſolvendo naturæ noxam allaturum, expellere hoc modo poteſt: quæ omnia ex continua ſanguinis efferveſcentia, quæ ad corporis ſalutem fieri conſuevit, facile confirmantur: Cum itaque modo dicta ad ſanguinis menſtrui fluxum naturaliter concitandum præcipue conferant, iiſdem ſecus habentibus, concludo menſtrua plerumque ſupprimi, hancque frequentiſſimam eſſe cauſam, Etenim & obſtructio veterum ab humoribus viſcidis vaſa occupantibus, difficilis eſt conceptu: Uteri clauſura venarumq; anguſtia rariora eſſe ſolent: ſola ſanguinis dyſcraſia frequens eſt: quæ autem niſi per defectum fermentationis, vel male, vel

non

non fientis haud facile explicari poteſt: quamvis enim non negetur ſanguinem viſcidiorem & craſſiorem evadere, tamen hujus rei ipſius cauſa eſt legitima fermentatio deficiens, cujus ope alias homogenea congregari & heterogenea disgregari conſueverunt.

Veritati hæc conſentanea eſſe ſequens docet obſervatio Anatomica, ab Amico communicata: Obiit haud ita pridem in valetudinario virgo quædam ruſtica annorum 2[illegible] rubicunda, carnoſa, robuſta, cui menſes nunquam fluxerunt: Correpta fuit hæc *ſynocho putrida*, & die morbi quarta ex hac vita diſceſſit:

Poſt obitum cultro anatomico injecto, omnia viſcera ſana fuere reperta; ſanguis vero in vaſis putridus, & uterus natura clauſus: Firmo indicio labem hanc contractam; non tam vitio viſcerum quam vitio ſanguinis, qui debita fermentatione carens, ſubſtitit, hacque magis magisque deficiente, tandem putredinem ſibi acquiſivit ſummam: Uterus natura clauſus hic multum accuſari nequit, eo quod ſanguis nullus in uteri cavitate fuerit repertus, inque defunctis, vel iis quæ menſtruum fluxum paſſæ non ſunt, uterum ſubſidere nihil ſit novi. Hæc ſunt quæ hac vice communicanda habui: Baſileæ 28. Maji 1678. *Ex communicatione Excell. Clar. Dom. D. Harderi Medic. Doct. & Philoſophiæ Profeſſoris.*

SCHOLIA.

C*Irca cauſas menſtrui fluxus &c.*] Has tradit Excell. D. *De Diemerbræck* Anat. lib. 1. cap. 24. Arterias & venas habet uterus plurimas, illas tamen numeroſiores quam has, nam valde paucæ ſunt venæ reſpectu arteriarum, cæque per exteriora uteri maxime diſperſæ: Arteriæ ſuperiores cum venis inferioribus, & inferiores cum ſuperioribus, per varias anaſtomoſes coire vulgo traduntur: Verum ego iſtas anaſtomoſes hactenus animadvertere non potui, ſed hoc ſolummodo notavi, venulas ex uteri ſubſtantia emergentes inter ſeſe miſceri, & in ſe mutuo apetiri, verum nullas cum arteriis per anaſtomoſes conjungi: ſicque etiam arterias hic illic anaſtomoſibus inter ſe coire: Subeunt enim arteriæ finibus ſeu oſculis ſuis uteri cavitatem, in quam ſanguinem effundunt, qui in ea quaquaverſum diſtribuitur per anfractuoſos canales & tubulos (hos nonnulli acetabula & cotyledones eſſe putarunt) quibus in conceptione Hepar uterinum adhæret, in quod tunc temporis hiant, eique ſanguinem pro nutritione fœtus præparandum infundunt, atque ipſi etiam fungoſæ uteri ſubſtantiæ, inter utramque membranam ſitæ, ſanguinem alimentarem copioſiorem conferunt, à quo uterus tunc in majorem magnitudinem excreſcit, atque ſic dum creſcit fœtus, ſimul increſcit ejus domicilium uterus: Hunc in finem eo tempore vaſa admodum magna & turgida conſpiciuntur, à copia ſanguinis quam tunc deferunt & continent: Extra impregnationem vero qui ſingulis menſibus redundat ſanguis, ſtatis periodis cum fermentatione, ſeu effervescentia quadam copioſius per arterias ad uterum propellitur, cumque in ejus ſubſtantia interiore admodum paucæ ſint venæ, per quas tantæ copiæ circulatio commode fieri poſſit, & orificia modo dictorum tubulorum ſint laxa ac mollia, hinc fit quod redundans ſanguis qui ob copiam ſatis cito circulari nequit, per dehiſcentia & aperta tubulorum orificia, nec non per fines vaſorum in collo uteri deſinentium, ut ſupervacuus & Naturæ ſua copia moleſtus, foras effluat: In quibus vero dicti tubuli firmius occluſi ſunt (ut cum in gravidis anguſtantur ad adhærente placenta uterina, in quam nonniſi minimis oſculis hiant; aut cum poſt ſecundinam violentius cum hepate uterino avulſam obducuntur cicatrice, aut alia quacunque ſe cauſa obſtruuntur) in illis menſtrua ſolummodo profluunt per fines vaſorum in uteri collo ſeu vagina deſinentium, vel plane ſubſiſtunt, imprimis ſi etiam fermentifica illa qualitas ad tantam perfectionem nondum pervenit, ut talem effervescentiam in ſanguine ſuſcitare poſſit.

Uteri fermentum hactenus &c.] Quid ſit, & quonam loco generetur illud uterinum fermentum, quod ſtatis menſtruis periodis iſtam effervescentiam inducit in mulieribus vacuis, at non, aut rariſſime in gravidis, hactenus parum inquiſitum eſt: Nos, licet propter rei obſcuritatem, hac in parte judicium noſtrum adhuc pro tempore ſuſpendamus, tamen quibuslibet conſiderandum relinquimus, annon fermentacea materia in liene, hepate, pancreate, glandulis, aliiſve partibus genita, & cum ſanguine per arterias, aut per vaſa lymphatica ad uterum delata, atque ibi aliqua ſui parte depoſita, & paulatim coacervata (ſemper enim in diſſectis vacuarum uteris viſcoſum, ſeu mucoſum quendam humorem invenimus) à ſpecifica quadam uteri proprietate peculiarem quandam qualitatem nanciſcatur (ſicut eadem in ventriculo aliam peculiarem qualitatem adipiſcitur, qua chylus ex alimentis educitur) quæ (humore iſto, cui ut ſubjecto inhæret, in ſanis à calore loci menſis ſpatio ad iſtam volatilitatem perducto, ut ſponte ſua effervescat) talem ſpecifi[illegible]n fermentationem ſanguini introducat, qua totum mulieris corpus, imprimis partes utero circumſtantes (in aliis magis, in aliis minus) conturbantur, & ſanguis ſuperfluus inturgeſcentia ſua vaſorum orificia dilatans, foras protrudatur: eaque qualitate, aut dicti humoris fermentacei volatilitate juſta deficiente (ut fit in gravidis, in refrigeratis, in longo morbo detentis &c. item in brutis) iſta menſtrua evacuatio non procedat. *Diemerbræck ibidem.*

Virgo ruſtica, carnoſa, robuſta,] Menſtruorum ſuppreſſionis cauſa in dicta virgine referenda videtur ad ſextam vel ſeptimam ſupra in textu allatas ex *Galeno*, quæ ad univerſum corpus attinent, quod hoc ita comparatum ſit ut fluxu illo non indigeat; ſic in viraginibus, calido temperamento præditis, valido exercitio ſanguinem exhaurientibus, pauci aut nulli erumpunt menſes; vel ad ſanguinis ἀναῤῥοίαν: Porro ſi clauſuræ uteri ſuppreſſio adſcribenda foret, vel in cavitate comparuiſſet, qui vacuus deprehenſus; vel in ejus ſubſtantia & inter membranas cohibitus delituiſſet, ubi putredinem concepiſſet, phlegmonem induxiſſet: Inferius ſubdentur exempla affecti in propria ſubſtantia uteri, quia ſanguini denegatus exitus per aſſuetas vias.

Observatio III.

Menſtruorum fluxum non à ſola ſanguinis in Utero congeſtione, ſed à toto pendere oſtendit Anatome.

DE ratione ac modo quo menſtrua excitati ſolent Medici inrer ſe non conveniunt: Aliqui enim cum *Ariſtotele* 2. & 4. de generat. anim. periodicæ hujus excrerionis iuſam teferunt ad Lunæ motum: Alii ad ſolam plethoram: credentes tora menſis peodo citca uterum collectum ſanguinem vaſa tamdiu diſtendere, donec nimia diſtenſioe irritata ſarcinam ſuam in uteri capacitarem ſeſe contrahendo deponant: Sed illa ſpeulationibus innixa potius quam propagandæ veritati conſentanea videntur: Ad primum uod ſpectat, eunctis menſis temporibus hanc vel illam menſtruo expurgari videmus, ciius aut tardius pro temperamentorum varietate: Non eſt itaque hujus periodi cauſa in empiternos & immutabiles Lunæ curſus referenda: Alteram vero opinionem, menſtruæ urgationis motum à ſolo exuberanre ſanguine, qui in uteri vaſa perlabitur, eaque copia c calore diſtendir ac aperit, derivanrem, non ratio ſolum, ſed & *frequens cadaverum Diſectio* prorſus refellendam eſſe demonſtrat: ſi quidem nulla probabilirare nititur quod anguis (qui perenni circulationis lege continuo per omnes corporis partes movetur) anro remporis ſpario in uteri vaſis ſtagnaret; Quibus addendum uteri vaſa haudquaquam antam ſanguinis copiam continere poſſe, quanra una periodo evacuari ſolet: Prærerea n mulieribus inſtante menſtruorum fluxu ſubiranea morte extinctis ac *diſſectis*, Uteri vaa mirum in modum diſtenta inveniri debetent, at illud *nunquam inveniri potuimus*, nec ab iliis inventum legimus, & licet aliquantulum magis quandoque rurgerent, illud profecto parum facere poſſit ad quantitatem ſingulis menſibus expurgari ſoliram.

SCHOLIA.

QUibus recte conſideraris arbitramur menſtruorum colluviem ſtatis circuitibus per uterum excernendam à fermentatione potius quam Lunæ motu, aut ſola ſanguinis copia excirari: quandoquidem quotidiana experientia conſtet multis menſtrua fluere quæ jejuniis ſeſe macerant, magnas hæmorrhagias, aut diuturniorem morbum paſſæ ſunt: Neque exiſtimamus fermentationem illam in uteri vaſis rantum, ſed in rota maſſa ſanguinea contingere, quoniam videmus in mulieribus, quarum menſtrua fluunt, non uterum ſolum affici, ſed caput doloribus, pedes laſſitudine, ventriculum ac reliqua corporis membra his vel illis moleſtiis infeſtari: necnon ſanguinem illum per nares, pulmones, ac alias jam dictas corporis partes ſubinde manare: quæ neutiquam evenirent niſi inregra ſanguinis maſſa fermentationis motu exagiraretur: Ratio vero cur per inſuetas illas Naturæ vias quandoque menſes expurgentur, poriſſima nobis videtur obſtructio, quatenus ſcil. ſanguis menſtruali fermentatione agitatur, per uteri vaſa, propter polypos in illis quandoque à nobis obſervatos, aut aliam materiam pituitoſam, cicatricem, pravam conformationem, &c. erumpere non potens, per debiliora corporis loca prorumpit; eodem plane modo quo vinum vaſe firmiter incluſum, dum fermentatur, per debiliores dolii partes qua data porta ruit: Si petit aliquis, A qua cauſa fermentatio illa procedat? Et cur ſemel tantùm in menſe menſtruus ſanguis excernatur, cum reliqua excrementa ſingulis expurgentur diebus? Reſpondebimus illa ad definitos naturæ motus, & certas illius leges, nobis incognitas referenda: ſi enim quotidie expurgarentur menſtrua, nunquam, aut admodum raro mulieres conciperent, neque hominum quiſpiam in amplexum fœminæ ruetet ſi genitalia perpetuo cruore maderent. *R. de Graaf. de organis mult. cap. 9.*

Observatio IV.

Menſium ſuppreſſio ob Hymenem os uteri occludentem. 1. Ob coalitum cervicis uteri. 2. 3.

MOnialis virgo 55. annor. multo tempore circa inguina & pubem doluit, nullis interim ex urero prodeunribus excrementis: Supervenit tandem venrris tumor, quo in dies majore facto mors tandem ſupervenit &c. Hymen autem obſtitit qui natura virginibus concreſcit, Nam hoc integro nihil ex urero deſcendere aut deferri poſſe vel hinc apparere poteſt: *Dodonæus cap. 34. Vide tit. de ventris tumore lib. 3.*

SCHOLIA.

QUibus canalis verctrum excipientis clauſura obtigit, Atretas eas vocant, ſeu clauſas; quæ occluſio vel in orificio eſt pudendi, ſeu aliis; Vel in cervice uteri, vel in ipſo uteri orificio: Graviſſima aurem ubicunq; occurrat mala imminent, clauſo enim externo pudendi orificiu, fœminæ viris ineptæ fiunt, purgatio menſtrua non ſuccedir, conceptusque non fit: Si pateat pudendum, clauſura autem medium ſinum occupet, congreſſus & conceprus impediuntur: Sin orificium uteri claudatur, concipere quidem non poſſunt, at ſine congreſſus virilis impedimento, aut menſium effluxu cohibito, cum illis per venas in uteri collum deſinentes exitus pateat: Porto meatus ille aut omnino clauditur, aut in medio foramen adeſt anguſtum: Occluſionis ejuſmodi vide exempla apud *Wierum* de præſtig. Dæmonum lib. 2. cap. 38. *Benivenium* de abditis cap. 78. *Fabr. ab Aquapendente* de Operat. Chirurg. *Cabrollium* obſerv. 23. & alios.

§.2. Mulier

§. 2. Mulier poſt puerperium menſtrua amplius non habuit: Mortuæ cervix uteri ſpiſſiſſima eſt reperta, ac velut cartilaginoſa, quæ tranſverſi digiti ſpiſſitudine coaluerat. *Vide tit. de ventris dolore.*

§. 3. Mulieri ex partus difficultate os cervicis uteri adeo coaluit, ut nec menſtruis pateret effluxus. *Vide tit. de Partu non nat.*

Observatio V.

In juvencula ex ſuppreſſione primorum menſtruorum mortua, vena ab utero ad mammas tendens, & venæ ad uterum tendentes ſanguine diſtentæ & nigræ repertæ, uterusque quaſi gangrænoſus &c. cum ejus collo diſtorto.

JUvencula 14. annos nata, pulchra, cum primum erumpere deberent menſtrua, ſubito incidit in morbum graviſſimum, cum ſummo corporis ardore, *tremore*, *inquietudine*, *aphonia*, oris contorſione, rubore totius & ſuppreſſione profluvii: Nihil autem proficientibus medicamentis eo devenit morbus ut tertia die, nulla ſ. m. inſtituta, obierit:

Secto cadavere ſuperiorum conſtitutio bona reperta eſt, niſi quod *vena ſanguinem ex utero ad mammillas deferens*, tota illius copia denigrata eſſet, felle omni ex veſicula in inteſtina depulſo: Venæ omnes circa uterum diſtentæ & nigerrimæ: Uterus etiam nigrior, ut gangræna corruptum dixeris; Collum contortum craſſiſſimum habebat. *Ioh. Vdalr Rumlerus obſerv.* 55.

SCHOLIA.

Tremore, inquietudine, aphonia &c.] Συνδρομὴ ἀνθρώπου; Succeſſerunt autem hæc accidentia interrupto, ob nimiam copiam, ſanguinis ſolito in vaſis circuitu; quem optime expreſſit *Hippocr.* 4. de vict. acut. verſ. 43. *Fieri aliquem repente ſine voce venarum interceptiones faciunt, ſi bene valenti hoc accidat ſine occaſione aut alia forti cauſa: Venam igitur ſecare oportet in brachio dextro internam, & detrahere ſanguinem ſecundum habitum & ætatem, inita ratione plus aut minus: Contingunt autem plurimis ipſorum hæc, rubores faciei, oculorum immobilitates, manuum diſtenſiones, dentium ſtridores, pulſationes, maxillarum adductio, extremorum refrigeratio, ſpirituum per venas interceptiones &c.*

Vena ſanguinem ad mammillas deferens] Fruſtra hæc, poſtquam arteriis ſanguinem deferri, referri autem per venas *Harveii* invento cognitum: Imo in viris quoque venas iſtas ſemper conſpeximus, quibus tamen nec mammæ ſunt nec uterus. *Velſchius in Notis.*

Observatio VI.

Menſes ſuppreſſi aut diminuti ob Polypos, uteri aut cordis vaſa opplentes.

§. 1. IN uteri vaſis ſæpe reperiuntur Polypi, & quidem tanti ut vaſa adimpleant, nec non quandoque in calloſam quaſi ſubſtantiam degenerent. *Regn. Graaf de mulierum organis cap.* 8. Ratio cur per inſuetas naturæ vias quandoque menſes expurgentur, potiſſima nobis videtur obſtructio, quatenus ſcil. ſanguis menſtruali fermentatione agitatus per uteri vaſa propter Polypos, in illis quandoque à nobis obſervatos, erumpere non poteſt. *Idem ibidem.*

§. 2. In virginis, cui cum perpetuo defuiſſent menſtruæ purgationes, corde Polypi reperti ſunt; Quid ſimile in puella obſervavi, in qua ſub ventriculo ad pancreas, & in toto abdomine aderant glandularum racemi, nucis inſtar, & in corde globuli, velut avellanæ fructus gypſea quaſi materia excitati, In hujus etiam corde Polypi ſtagnabant. *Marc. Malpighius Tractatu de Polypo.*

§. 3. Sanguinis vitium menſtruorum ſuppreſſioni, uti & hæmorrhoidum ſæpe occaſionem præbet: Si tale ſit quod illum minus fluxilem reddat, uti fit ſi craſſior quam illius natura requirebat fiat: vel ciborum ingeſtorum craſſiorem ſuccum gignentium cauſa, vel quia ſero minus dilutus, vehiculo hoc ſuo deſtitutus, craſſeſcit: quæ & cauſa quod & cachecticis & hydropicis, ſero è venis exudante, menſtrua ſuppreſſa ſint: ſectaque vena craſſus ſanguis potius quam ſeroſus detrahatur: Sed & coralli alicujus rubri, vel etiam albi inſtar, ſi illum congelari contingit, qualem alii quoque ſe vidiſſe prodiderunt, & nos aliquando è venis extraximus, illud longe magis efficiet: *Platerus Praxeos lib.* 1. *cap.*14.

Observatio VII.

Menſium ſuppreſſio ob vitium hepatis, meſenterii, uteri multiplex. 1. *Ob uterum mola carnea repletum.* 2. *Ob inſignem lapidem in utero.* 3. *Ob vitium uteri, meſenterii.* 4. *Ob utriculum aqua plenum ſuperiori Vteri parti adnatum.* 5. *Ob vaſa ſpermatica, denſa, obſtructa.* 6.

Ob Teſtes tumidos, vitiatos. 7. *Ob hydropem cornuum uteri.* 8. *Ob vitium ſiniſtri ligamenti uteri.* 9. *Ob uterum exulceratum.* 10.

§. 1. **A**Ug. Imperatrix menſium ſuppreſſionem diu paſſa fuit: Hepar habuit male conſtitutum: E meſenterio putreſcente pendebat ſacculus utero incumbens, uterus valde magnus, plenus humore craſſiſſimo; Circa latera & corpus adhærebant quinque corpora ſatis magna: In capacitate innatabat quædam ſubſtantia alba. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 2. Anno 1642. in theatro uterus mole carnea oppletus veram perpetuæ ſuppreſſionis menſium cauſam detexit. *Rhodius cent. 3. obſerv. 47.*

§. 3. Matrona ſemper conqueſta de dyſpnea, abdominis mole, ſuppreſſis uteri purgamentis, ante decennium fit aſcitica &c. In utero lapidem quatuor librarum, multis eminentiis lapideis, coloris fuſci deprehendit diſſector. *Th. Bartholinus cent. 4. hiſt. 64.*

§. 4. Fœmina ab hydrope liberata eſt ſuperſtitie infimi ventris exigua duritie, hinc menſium ſuppreſſio &c. Spatium quod inter inteſtina & meſenterium interjacet, muco viſcido repletum ſcatebat &c. Uterus parvus erat ac flaccidus, craſſumque ſanguinem menſtruum in venis teſtitantem continebat &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 5. Fœmina per ſexennium ventrem tumidum geſſit inſtar prægnantis, non menſtruabat autem &c. Utriculus quidam ventris capacitatem explebat, exortum ab uteri fundo extimo ſumens, qui apertus effudit aquam copioſam, &c. Uterus ipſe exiguus erat & arctus, quaſi puellæ 10. annor. *Vide tit. de tumor ventris.*

§. 6. Anno 1637. J. Veslingius in cadavere fœminino deprehendit vaſa ſpermatica, teſtes verſus admodum denſa & dura, pituitæ plena, Ideoque huic mulieri in valetudinario D. Franc. denatæ menſes ultra bimeſtre tempus fuere ſuppreſſi. *I. Rhodius in Mantiſſa, obſerv. 35.*

§. 7. Virgini ob errores in diæta menſes ſuppreſſi, unde intumuit venter adeo ut male audiret: Teſtes ab utraque parte non ſolum tumidos & magnitudinis excedentis, ſed & lividos, quaſi fungoſos, plenos veſicis aquoſis, utero ejusque vaſis plane illæſis. *Vide tit. de ventris tumre.*

§. 8. Catharinæ N. adverſa valetudine ob ſuppreſſa menſtrua uſæ, intumuit abdomen: Præter jecur pallidum, lienem parvum &c. utrumque uteri cornu novem tum puris tum aquæ continebat libras. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 9. Ruſtica ingenti abdominis tumore corripitur, menſes triennii decurſu ſubſtiterant: Uterus erat exilis, ejus ligamentum ſiniſtrum ſuperius ſero tumidum totam occupabat abdominis cavitatem. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 10. Monialis multo tempore circa pubem & inguina doluit, nullis interim ex utero prodeuntibus excrementis: Uterus defunctæ omnino exulceratus fuit. *Vide tit. de ventris tumore.*

Observatio VIII.

Menſtruorum ſuppreſſio ob meſenterium ſteatomatis refertum &c.

VIrgo per multos annos laboraverat menſium ſuppreſſione & febre hectica, quæ illam extinxit: Reperimus in meſenterio ſteatomata varia à lympha craſſa oriunda: Et in ſiniſtro latere magnum veluti ſaccum, repletum materia turbida, pituitoſa, majori ex parte cruenta. *P. Barbette Prax. lib. 4. cap. 11.*

Observatio IX.

Menſtrua inordinata ob Tumorem vulvæ tunicis adnatum. 1. *Ob vitium hepatis, uteri ſcirrhoſi, venæ umbilicalis plenitudinem.* 2.

§. 1. **C**Arcinomatis ſpecimen memini me aliquando propalam oſtendiſſe Medicis ac Obſtetricibus, in Vulva cujuſdam mulieris à cancro uterino crudelem in modum occiſæ, quæ in vivis dum foret conquerebatur aſſidue, non modo de *Inordinatis menſtruis*, vago pruritu ac oberrante ardore, ſed potiſſimum de crebris animi deliquiis, quæ tam frequenter ipſam invaſere, ut tandem miſerrime ab illis obrueretur.

Facta Medicis cadaveris copia, in vulva vidimus delituiſſe tumorem, ut lividum & atrum ſic cruore ac ſanie undiquaque perfuſum: adhæreſcebat autem membraneis ſuis filamentis tam arcte tunicis vulvæ, ut non potuiſſet inde eximi ſine ſcalpelli auxilio. *N. Tulpius obſervat. lib. 3. cap. 34.*

SCHOLIA.

S C H O L I A.

Carcinomatis ſpecimen] Partes glandulis refertæ facile degenerant in fungos, proximum carcinomatis ſubjectum: Quod ſi fungus aliquis vulvam occupet, irritat illam continenter & effundit menſtrua ipſius non minus copioſe ac ſi inſtaret verus partus, à quo tamen fixus hic tumor minime quum expellatur, neceſſe eſt tandem confugere ad ſcalpellum, & ejus ope radicitus evellere quod nequit extirpare irritus ejuſmodi partus: Sed atti talem ſectionem vel audere vel rite perficere in obſcuris tenebris: In quibus tamen equidem il bis vidi non minus ſecure inſtitutam, & fung ejus loci à *Bernardo Ollulario* ſine ullius partis ſenſa, ac ſi ſub dio & in loco maxime obvio ſc pellum ſuum direxiſſet. *Idem, Vide hiſtor. ibid. c* 33. & 34.

§. 2. Virgo 35. annorum menſes habuit Inordinatos, aliquando penitus non fluent aliquando nimis copioſos: Mortuam ſecui, atque 1. occurrit vena umbilicalis, quæ omnibus adultis ligamenti vicem obtinet ſanguinis copia turgida, atque extenſa in q buſdam locis, ubi hæc vena contorquebatur, inſtar varicum tuberoſa: Hepar erat albu tuberoſum, durum, inæquale & exangue: Uteri corpus ſcirhoſum calloſumque. *Vide de Febribus lib.* 4.

S C H O L I A.

Uterus ſcirrhoſum] *Cælius Folium* apud *Bartholinum* Epiſt. 62. cent. 1. notat Menſtruorum retentiones non ab authoribus allatis tantum de cauſis exoriri, ſed ab apoſtematibus etiam nec non ſcirrhoſis uteri tumoribus, qui ad tantam quandoq duritiem deveniunt, ut oſſis naturam, colorem c terasque acquirant qualitates.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI TERTII

SECTIO XXXVI.

De Fluore Muliebri, & Excretis p. n. ab Utero, Mola.

Observatio I.

Fluor Uterinus ob uterum exulceratum, Glandulas Lumbares & utero vicinas humore purulento plenas, Teſticulos vitiatos. 1. Ob Glandulas totius induratas, flavum humorem craſſum continentes, Hydatides in Tubarum extremitate. 2. Ab utero purulento. 3. Al utero ulcerato, cum inſigni veſicæ dilatatione. 4. In Utero fluori obnoxiarum humor limpidiſſimus repertus 5. Fluor diutius perſeverans gangrænam tandem aut uteri corruptionem inducit. 6. 7. 8.

§. 1. Elizabethæ Anglæ quinquageſimum jam agenti ætatis annum menſtrua octennio ante fluere ceſſarunt, nunc Inde ab anno redeuntia, ſed inordinate: Per tres menſes eodem Fluore corripitur albo, copioſo, ſummaq; cum virium debilitate: ſenſim aucto, adeo ut ſtanti ambulantique ſemper invitæ quid deſtillet: Acrimonia humoris abditi naturæ loci multum erodebantur, urinaq; juxta ſupprimebatur: Inde grumi ſanguinis prodierunt, ingenti cum dolore, præſertim in *hypochondriis*: *Alvus* per dies quinque continuos *adſtricta* erat: Adhibita autem incaſſum fuerunt à Medicis excell. pharmaca, Tandem ſupervenientibus intolerabilibus *circa pubem* & anum *cruciatibus*, & vomitu materiæ bilioſæ, mortua eſt.

Diſſecto poſt mortem cadavere ſequentia notavimus, 1. Omentum tenue, ſine pinguedine. 2. Ventriculum magnum ac valde capacem, bilioſi humoris plenum, interne rubentem, & *multis* quoque *glandulis conſpicuum*. 3. Inteſtina tenuia in inguine ſiniſtro contracta penitus, & craſſa tum flatibus tum duris excrementis diſtenta, prætererea variis in locis veluti occluſa. 4. Pancreas cinerei coloris, durum tactu. 5. Lienem coloris nigricantis & 6. Hepar pallidum, ad flavedinem bilioſam vergens, nec ſanguineo rubore tinctum: 7. Hujus veſiculæ copioſa bilis inerat: 8. Glandulæ in regione lumborum plures, conglobatæ, atque aliæ prope uterum, valde duræ erant, humorem craſſum, ſebaceum, flaveſcentem

tem

n & puri analogum ex ſe fundentes quo & vaſa lymphatica diſtenta turgebant: 9. Vorum ſanguis tenuiſſimus fuit, ſero multo dilutus, 10. Cordi Polypus erat, 11. Pulmones ii; 12. Ren ſiniſter duplici cavitate, pelvim efformante, præditus. 13. Veſica urinaria tio adhuc turgebat: 14. Uterus arcte undique partibus vicinis adhæſit, fundo ejus cum cto inteſtino, veſicaque urinaria unito. 15. Circa Teſticulos, utroque in latere, hydatides t magnæ conſpiciebantur, lympha turgentes inſipida: Ipſi Teſticuli purulenti & ulcerafuerunt, nec Tubarum proceſſus rite apparuit: Liquor in arteriam ſpermaticam injeus, omnia uteri & vaginæ vaſa implevit, indeque levi compreſſione, cum ex utero, tum è igina manavit: Uterus magnus erat, intrinſecus rubeus, exulceratus, excoriatus, pure rctus, inque ſiniſtrum magis latus inclinans: Ulcus extra uteri pomœria, in vicinam quoue vaginam ſerpſit, Nam iſta, quaſi gangræna tacta, prorſus nigricare viſa eſt: Vaſa uteomnia cruore turgebant. *Ex literis à Clar. Ioh. de Muralto, Tigur. Medico & Chirurgo die 7. Auguſti 1677. ad Nobil. D. I. Conradum Peyer, Medicum Schafhuſ.*

SCHOLIA.

V*Entriculum glandulis conſpicuum*] De iis vide Anat. *Willis* Pharmac. Ration. ſect. prima c. 2. n inteſtinis Glandulas quoque detexit dictus accuratiſſimus *D. D. I. Conradus Peyer*, Medicus Schafuſianus, cujus Libellum Schafhuſæ anno 1677. ditum conſule.

Circa Teſticulos hydatides lympha turgentes &c.] Vidit *Excell. I. Iac. Wepferus* in brutis lymphatica aſa ab uteri cornibus renuibus exordiis in ductus nſignes excreſcentia, liquorem ſuum in venas majores hypogaſtricas, per ligamentum uteri membranoſum diffuſas aliquot in locis facile depoſuiſſe, quem fruſtra digitis verſus cornua repellere conabatur, obortis noduli's ob valvulas liquoris regreſſum remorantes:

Fluore corripitur albo] Notat Clar. *Rolfinckius* in Diſſert. Anatom. mulieris emunctæ naris ſe noviſſe, quibus perpetua humoris albi ex utero ſtiria manaret: eo quod arreſiæ ad nares perringentes ſanguinis impuritates eo delegatas foras non obſegarent: Hinc coryzam arte vel natura excitatam ſalutariter ad curationem ſuccurrere cenſet:

§. 2. In Angla muliere quæ Leucorrhæa per plures annos decubuit, & tandem corroſivis matricis ulceribus miſere obiit, una cum Clar. *Sylvio* 14. Maji 1668. Lugduni Batavorum, *Glandulas* totius corporis omnes Lymphaticas, ſeu *Conglobatas*, duriores flavasque extitiſſe, Et *humorem craſſum*, ſebaceum, luteum, puri analogum continuiſſe: *Vaſa vero lymphatica* valde repleta & diſtenta fuiſſe deprehendimus: Inſuper ad teſtes, in Tubarum extremitate, hydatides utrinq; magnæ aderant. *I. de Muralto Exercit. de Lympha & Saliva, in Annexis* §. 11.

SCHOLIA.

G*Landulas totius corporis &c.*] Clar. *Franc. de le Boë Sylvius* Glandulas in Conglobatas & conglomeratas diſtinxit; Conglobatæ illi ſunt, Quæ ex una quaſi continuata ſubſtantia, & æqualem ſubſtantiam habente, conſtituuntur, quales in meſenterio & lumbis plurimæ occurrunt, ut & aliis in locis v. g. inguinibus, collo &c. Conglomeratas vocat illas quæ ex pluribus glandulis minoribus ſimul junctis conflantur, quales ſunt quæ non tantum Pancreas, ſed etiam ſalivales glandulas & Thymum conſtituunt: Differunt quoad ſubſtantiam hę glandulę, quoniam ſæpiſſime in Conglobaratum medio cavitas reperitur, non autem in Conglomeratis, quod à *Stenone* notatum in obſervationib. Anat. Differunt præterea vaſis peculiaribus, nam Conglobatæ vaſis donatæ ſunt lymphaticis, quæ omnia verſus & ad communem ductum, Thoracicum dictum, propellunt liquorem in ſe præparatum vel aliunde acceptum: Conglomeratæ autem in peculiares cavitates ſuum liquorem immediate deponunt, & Salivales quidem in otis cavitatem, Pancreaticæ vero in tenue inteſtinum. 3°. differunt ſucci varietate, Conglomeratæ enim ſuccum non ſibi ſimilem continent, Pancreaticus enim aliquando acidus eſt, aliquando pene inſipidus, nonnunquam auſterus, ſæpius ſalſus, ſæpiſſime acido ſalſus, notante *Reg. de Graaf.* Tract. de ſucco Pancreatico; Saliua autem ut plurimum inſipida eſt: In Glandulis vero Conglobatis eundem ſibique ſimilem humorem ſecerni excernique probatur, non ſolum per glandularum illarum ſubſtantiam ubique conſimilem, ſed etiam per vias in quas idem exoneratur, deſinentes ſcil. in Ductum chyliferum thoracicum, dum ex glandulis conglomeratis effunditur liquor in peculiares cavitates.

Humorem craſſum &c.] Humor vaſorum lymphaticorum non ſemper tenuis eſt & fluidus, ſed interdum craſſitiem adipiſcitur; notante *P. Barbette in Praxi cap. 4. lib. 4.* qui in hydropicæ cadavere vidit abdominis lympham primo tenuem & fluidam, deinde gelatinam, tertio concretam, tandem duram & ſteatomaticam: Acrimoniæ autem & corroſionis participem fuiſſe oſtendunt matricis ulcera corroſiva fluorem comitantia.

§. 3. Mulier 40. ann. ex partu laborioſo Fluore albo ſe laborare conquerebatur: dolorificus valde hic fluxus, nec uniformis hic ſemper, cum tenuis modo, modo viſcida magis exiret materia, diverſi coloris odoriſvé: Injectiones hic adſtringentes variæ à Chirurgis variis adhibitæ, aſt ſine ullo ſucceſſu: poſtquam enim per 14. ſeptimanas miſere ſic vitam egit, obiit tandem, exhibuitque corpus diſſecanti *uterum omnimodo purulentum*, non uno loco materiam. etiam ex fundo ipſo, abdominis cavo communicantem: Diſſectio hæc inſtituta 22. Febr. 1675. *G. Blaſius P. 50. obſerv. med. 3.*

§. 4. Dec. 2. 1675. aperui cadaver mulieris 30. ann. Fluxu hæc laboraverat albo jam per 7. menſes, qui ultimis temporibus gravis admodum & dolorificus, materiæ fœtidiſſimæ:

mæ: Urinam parce admodum excernebar, nec unquam ſine dolore: Diſſectus venter veſicam urinariam offerebat mirum in modum diſtentam, urinæ inſigni quantitate repletam, capitis humani magnitudini fere accedebat, ad umbilicalem regionem ſe extendens: Oſſium pubis margini firmiter undique adnata, Incumbebat hæc Ureri non ſolum vaginæ, ſed & fundo, imo pondere ſuo partem utramque graviter adeo comprimebat, ut non rotunda; aut ſaltem leviter protuberans, ſed complanata, imo potius ſinuoſa obſervata fuerit: Fundus ipſe ſubſtantiæ licet debitæ, vix à ſtatu naturali recedentis, parte antica atque poſtica digiti tranſverſi, laterali utraque duplicis digiti craſſitiem habebat: hinc ampla valde quamvis ipſi incumbens veſica, extenſio ejus tanta ut utriusque manus digitis vix tegi valeret: vagina ab extremo pudendi uſque ad orificium internum ulcere ſordido affecta notabatur, ſcatebat hæc materia putulenta, ſumme fœtida, cujus etiam aliqua portio ipſo in ventris cavo, loco eo ubi vagina dicta inteſtino tecto cohærebat, reperiebatur, eo quod conſumpta ſubſtantiæ uteri particula materiæ illi conceſſus fuerit exitus, omnibus locis gravis æque hujus vaginæ exulceratio; levior quæ vicina magis orificio externo, gravis quæ interna: Nec tamen ab ulcere quamvis libera magis pars antica vaginæ dictæ, alienæ conſtitutionis omnino expers reperiebatur, duritiem enim inſignem hic reperiebamus, imo & craſſitiem; utraque tanta ut ſubſtantia vix minimi digiti craſſitiem habens naturaliter conſtituta, duorum pollicum craſſitiem ſuperaret, cartilaginoſæ fere conſtitutionis: Atque huic ſubſtantiæ hujus, cum craſſitie, conjunctæ duritiei excedenti, urinæ ſuppreſſionem, aut ſaltem parciorem excretionem, hinc veſicæ urinariæ extenſionem ſummam, unice adſcribendam ducebamus, anguſtato ſc. ab uteri ſubſtantia dicta meatu urinario eidem continuo. In latere dextro *Tuba uterina*, circa extremitatem eam quæ ab utero eſt remotior & amplior, inflammata valde, toto reliquo corpore purulenta omnino, omni cavitate deſtituta, purulentus itidem *Teſticulus*: In ſiniſtro utraque pars à ſtatu legitimo notabiliter haud recedebat: In utroque loco teſtibus vicino, cornubus uteri adhærebat veſica, quarum dextra ovi gallinacei magnitudinem habebat: liquore gelatinoſo, pellucido, ſubflavo, repleta; ſiniſtra vix juglandis, aquoſa magis: *Ren* uterque ſero mire extendebatur, forſan quod urinæ excretio aliquamdiu parcior fuerit: *Vreteres* ampli itidem, *veſica fellis* inſignis quoque magnitudinis, bile turgida; *Hepar* bonæ notæ, *Pancreas* quoque: *Lienis* mira ſtructura, numerum ſive ſpectes ſive figuram: *Ille* duos exhibebat Lienes intime connexos, ſic ut nonniſi ſingulari adhibita circumſpectione ſeparari potuerint: *Hac* locis variis inciſam ſubſtantiam, adeoque quaſi in lobos quoſdam parte ea quæ ventris anteriora reſpiciebat, diviſam: Imo in Liene hoc, duplici ex corpore dicto modo compoſito, appendicula ſingularis etiam obſervabatur, quam lobum ejus vere nominare licebat; Circa Renem ſiniſtrum nucis moſcharæ magnitudinem habens globoſa occurrebat ſubſtantia, vaſis mire irretita, diſſecta hæc Lienis ſubſtantiæ ſimilis obſervabatur. *Cordis* ventriculum dextrum inſignis admodum occupabat *Polypus*, tenax valde, albus, fibroſus, extendebat ſe ad plurium digitorum longitudinem in arteriæ pulmonalis interiora: *Mediaſtino* circa pericardium utroque latere, veſiculæ variæ flatu turgidæ adſtabant: In inguine ſiniſtro *Glandulæ* quæ aderant, naturali in ſtatu inveniebantur, quæ in dextro duplicis juglandis ſimilitudinem referebant externam faciem ſpectantibus, licet valde eſſent inæquales: diſſectæ plurimis ex particulis, albiſſimis, facile digitis reſolubilibus, ſingulari tunica inveſtitis compoſitæ videbantur: Cor, Renes, partesvé aliæ variæ maculas habebant, in tunicis ſe manifeſtantes, ſubnigras, linea albicante circumſcriptas.

SCHOLIA.

VLcus dictum uteri, hinc Fluor purulentus veſiculæ circa vaſa pampiniformia, glandularum in inguine intumeſcentia, quæque alia huc facientia adduximus, quam cauſam habuerint meum non eſt determinare, eo quod nonniſi viribus diuturnitate afflictionis omnino deſtructis, adeo ut etiam vix verbum proferre valeret, in Noſocomium delata fuerit defuncta noſtra, Lymphæ ſingulari vitio, ſimili omnino illi quale luis venereæ, præcipuam, ſi non unicam cauſam, variis rationibus moti habemus, plurimum hic tribuamus multa ex dictis ſuadent: Hac an correpta fuerit defuncta dicere non poſſumus, hoc hic monuiſſe ſatis ſit, vel ſanguinem luis à cauſis corruptum, (etiam non raro à malignis, quas inter ſeminium palmam ducit) Lymphæ diſpoſitioni pravæ, ac ſpeciatim magis coagulationi ſingulari, hinc circa glandulas, aliaque loca, ubi ductuum ejus motui deſtinatorum copia collectioni, aliisque inde productis vitiis occaſionem præbuiſſe; licet nec ipſe partibus aliis humoribusque pepercerit, ſic ut non ſolum vitia alia in muliere hac obſervata; verum & uteri ulcus ipſum ex ſanguinis Lymphævé conſtitutione præternat. originem duxerint, vel ex impuro congreſſu, ſeminisvé pravi in utero detenti corroſiva vi ulcus uteri primo, hinc ex hoc ſanguinis lymphævé vitia, quæque ab iis produci poſſe diximus, dependere. *Gerardus Blaſius Part. 5. Obſervation. medic. 5.*

§. 5. Sæpius

§. 5. Sæpius vidimus in diſſectis cadaveribus puellarum ſeu virginum,& aliarum mulierum profluvio uteri albo, dum viverent, labotantium, quæ ob alium aliquem morbum gravem exrinctæ fuerant, In utero enim earum humorem limpidiſſimum invenimus, qui è cavitate ejuſdem guttatim ſtillabat per verum collum in ſinum pudoris, in quo candorem tantum acquirebat, ut cretam aut calcem diſſolutam in aqua dixiſſes,& ejuſdem mixtionis craſſitiem quoque,in aliis majorem, in aliis minorem: An verò id fiat, i. e. iſta albedo & inſpiſſatio humoris antea tenuis & limpidiſſimi, acquiratur coctione aliqua,vel aëris externi appulſu, frigidi potius ut videtur, aliis judicandum proponimus. *Severinus Pinæus de Notis virginitatis lib. 1. problem. 3.*

S C H O L I A.

I*Sta albedo & inſpiſſatio humoris &c.* Lymphatica vaſa plurima ab utero oriuntur, quæ exteroam ejus ſubſtantiam perreptando, ſenſim coeuot, & rivulorum ad inſtar augeſcunt, donec ad magnum chyli lymphæque receptaculum, ubi terminantur pervenerint: *Regn. de Graaf. de mul. organis c. 9.* Humorem autem in illis contentum primo limpidiſſimum eſſe, poſt craſſitiem adipiſci oſtendit *P. Barbette* in Praxi cap. de hydrope.

In quo candorem tantum acquirebat &c.] Cum apud *Hippocr.* 1. de morb. mul. λευκὰ leguntur dubitari poteſt an intelligat fluorem muliebrem: nam & abſolute τὰ λευκὰ leguntur & τὰ καλαμένα λευκὰ: exiſtimamus autem per hæc vere fluorem uterinum intelligi,præſertim pituitoſum,ſed nomine τῶν λευκῶν aliud audiendum: *Hippocr.* enim primum ita ſcribit, Si mulieri à partu cum febre Alba retineantur, peſſimum: Et 5. Epidem. Mulier, *ait*, in Lariſſa prægnans erat, 10. menſe ſanguis malus fluxit, 14. excidit puer mortuus; tertia die noctu ſecunda excreta eſt & τὰ λευκὰ, i. e. purgamenta alba: *Ariſtot.* vero 2. c. l. 7. de hiſt. an. τὰ λευκὰ proprie in puellis conſiderat, quæ loco menſtruorum ipſis eveniunt, cum ſanguis incoctus & crudus eſt: Fieri autem poteſt ut in acetabulis, aut cornibus,aut vaſis uteri peculiari vitio accumuletur ſanies quædam & quoddam πυῶδες, quod menſes inficit, licet ſanguis qui affluit ad uterum,menſtruam purgationem facturus, floridus ſit & laudabilis: Etenim ſenſim ad partes uteri affluit, & hic moratur donec menſtrua periodus advenerit,& iſta quam fecit mora inficitur menſtruum & exalbeſcit: Imo *Duretus* annotavit evenire poſſe & ſine febre & cum febre, ſine ulcere ullo uteri, ut circum hujus venas,præſertim fundum,purulentum quid & album acervetur: Et forte iſta ſunt λευκὰ quæ à partu conſequuntur, diuturnitate temporis ſanguine alborem acquirente: *Galenus* enim 10. 4. de uſu part. *ait*, Si ſanguis tantam in venis & arteris moram traheret quantam ſemen in vaſis ſpermaticis, ſeminis more alberet; ut non amplius mirum ſit ſi in corpore ipſius uteri exalbeſcat humor,& præſertim ſanguis. *Ballonius conſ. lib. 2. hiſt. 2. p. 76.*

§. 6. Nob. mulierem affectus plures p. n. male habent, inter quos alii vetuſtiores ſunt, Muliebre Profluvium & Dolores vagi. Alii recentiores, ut Febris quæ horis veſpertinis vehementior fit,& jam plus 40. diebus torquet: Muliebre profluvium evidentiſſimum eſt, loci enim muliebres perpetuo ſunt humidiores, adeſt faſtidium ciborum, &c.

Ex aſſiua autem deſtillatione Uteri excitata fuerunt Ulcera, quæ in Gangrænam redacta, Nobilem mulierem ad mortem deduxerunt.

S C H O L I A.

PRofluvium muliebre ex *Galeno 3.* de ſympt. cauſis c. 4. & 6. de loc. c. 5. non aliud eſt quam diſtillatio uteri diuturna, per quam univerſum corpus expurgatur: Cujus generatio eſt à materia excrementitia, quæ in venis uteri exiſtens,facultatem uteri ita irritat, ut per uterum aſſidue egrediatur: De cauſa autem proxima hoc vitium producente, diſſidium eſt inter Scriptores; nam alii affectionem referunt in varios humores & ichores,partium principum vitio procreatos,ad uterum transfuſos,qui dum illius expultricem irritant,utero nequaquam affecto, tanquam rheumatiſmo per uterum excernuntur: Alii vero probare nituntur Utero affecto etiam procreari, cum morbi diuturnitate uteri calor redditus ſit imbecillior, ideoque plurimam partem alimenti in excrementum commutari, ut aliquando etiam ex excrementorum acrimonia, abraſiones & ulcera ſuboriantur: Sed hoc diſſidium ſic dirimendum eſt, Profluvium id ut plurimum accidere tranſmiſſis humoribus ad uterum à partibus principibus: Non negandum tamen quin & utero affecto id ſymptoma poſſit procreari, quemadmodum temporis diuturnitate in propoſito caſu factum eſt: Quare hujus ſymptomatis cauſam proximam (præter humores varios & ichores ob pugnantes ventriculi & jecoris intemperationes genitos) arbitrandum eſt ex intemperie frigidiori & humidiori uteri, morbi longitudine cumulari, plurima parte alimenti in excrementum cedente, quod putreſcens & abraſionē uteri efficiens, & expultricem irritans,hujus ſymptomatis eſt cauſa: Dolores autem vagi plurima ex parte ex vapore ortum ducunt, qui ex ventriculi & uteri imbecillitate procreantur, cum non admodum permaneant: Febris vero Lenta, quæ horis veſpertinis excandeſcit, absque ſiti & aliis ſymptomatibus,à materia pituitoſa dominante, cum bilis & building bilioſi humoris ſubdominio, venas meſenterii & uteri obſtruente exoritur. *Lalius à Fonte Conſultatione 119.*

Febris Lenta] *Hipp.* 1. de morb. mul. in morbo uteri per corruptionem πῦρ eſſe βληχρόν, i. e. mitem eſſe calorem: Ejuſmodi febris invadit cum partes principes διαφθορᾷ laborant, atq; Medicis incautis imponit

§. 7. Nobilis juvenis temperaturæ bilioſæ & ſanguineæ, poſt editum partum, cum intemperanti victus ratione uteretur, non ſolum in toto puerperio expurgata eſt, ſed etiam plures menſes poſt multa aquoſa excrementa interdum ovorum albuminis conditionem referentia, ſemper ſanguine perfuſa ſunt reddita: Totius etiam corporis marcor & febri

febris acceſſit,quæ horis veſpertinis magis amplificatur, quo tempore vehementi alter coxæ dolore tentatur,qui uſque ad extremum calcem exporrigitur.

Quamvis omni conatu actum ſit ut febris eliderctur, inhiberetur que ne in hectic tranſiret, neutrum potuit præcaveri,imo acceſſit etiam uteri gangræna, & ſic vitam e morte commutavit.

SCHOLIA.

Hic non alia cauſa eſt quam facultatis expultricis læſio,& excrementorum ſeroſorum copia,à qua irritatur: cum ex immoderata & diuturna ſanguinis profuſione, jecur atque ventriculus propriam temperiem amiſerint,ut non ſit mirum ſi plurima materia frigida,tenuis,ſeroſa in dies cumuletur,& quamvis interdum acris percipiatur,id ex aliqua abraſione cervicis provenire exiſtimandum, vel humoris ſeroſi putredine,ex qua cauſa etiam ſalſus fieri ſolet: Accedit quod morbi prolixitate utero imbecillo teddi plurima pars ipſius alimenti in excrementum ſe tum cedit, Macroris vero generatio in morbor diuturnitate & nutritionis inopia poſita eſt: Feb vero & dolor, putredinem cauſam habet, relic eandem materiam à calore febrili agitatam,atque vaporem tempore paroxyſmi agitatam, qui ad p tem affectum debilem propellitur. *Idem Conſultat. cxxj.*

§. 8. Domina de Bobigni laborarat ςῶ γωνάκτίω qui erat tetri odoris,.fere omni ſupreſſo: Vitium erat in pulmonibus & hepate,ſed uterus corruptus quaſi gangrena affect plenus tabo & ſanie. *Vide lib.4.tit.de Febribus.*

Observatio. II.

Carunculæ ab Vtero excretæ ob illius cancroſum ulcus. 1. Partes fœtus molliores excretæ pro ſ nie uteri habitæ. 2. Globuli Lympha gelatina,ab utero iis referto ejecti. 3. Effluxus ſan ob membranas uteri putrefactas. 4. Fœtus involucra cum utero putrefacta excreta. 5.

§. 1. Alias,cum eſſem junior,vidi carnem excretam à muliere ſeptnagenaria. Et cu eſſet aliqua inter Paternum & me altercatio, poſt obitum mulieris aperto cad vere, inventa eſt uteri portio ad magnitudinem ovi ſeparata ab utero reliquo, ſimul cu ſanguine grumoſo. *Saxonia Panthei lib. iv. cap. xix.*

SCHOLIA.

Cognoſcuntur uteri ulcera ex dolore punctorio cum excretione aut ichoris,aut puris,vel utriuſque, quandoque cum ſanguine,aliquando ſine hoc, cum fœtore: Et ſi ulcus ſit inflammatorium, dolor eſt ingens cum febre continua: Si ſit cancroſum; præter dolorem & febrem, adſunt vigiliæ perpetuæ, corpus evadit cachecticum, affectus eſt diuturnu excernuntur ſimul cum ichore & ſanguine,aliquand etiam carneæ portiones, id quod ego jam bis obſe vavi, ſemel anno elapſo in Nobiliſſ. matrona, cuju carunculas excretas plures viderunt, Iterum in mu liere ſupra dicta. *Idem ibidem.*

§. 2. Cath. de Fieſs,cum ſecundas contraxiſſet nuptias,eodem tempore in morbum inc dit & gravida facta, ſine ſuſpicione: Infinitis remediis uſa eſt, etſi obſtetrices quædam gra vidam pronuntiarent,quod pleraque ſymptomata adeſſent,quæ 9°.menſe omnia deſierun dein dolores partus irriti ſupervenere,& ſtatim poſt omnia ſigna fœtus emortui obſervar licuit,quorum tamen ratio non habita, Qare cum Lutetia domum rediiſſet, adhuc fœtun mortuum utero geſtavit, idque xv.menſium ſpatio à die interitus ipſius ſupputatione facta præter 9.menſes quibus in utero materno vixerat,Sic partes putrefactæ per inferiora eiicie bantur, quæ à Medico quodam pro ſanie ex ulcere uteri manante habebantur, ut oſſa qua remanſerant lienis eſſe cenſebat ſchirrum.

Tandem extincta aperta fuit,& copioſa adhuc ſanies in abdomine reperta abſque utero & fœtus oſſa aliqua jam putrida, aliqua vero integra erant, & inter hæc unum ex oſſibu claviculæ,jam lividum,peritonæum & abdominis muſculos perforarat,ut ſola cutis integra remanſerit,quod in ſiniſtro latere pro ſcirrho lienis imponebat. *Franciſcus Rouſſetus de Parte cæſareo ſcil.4.cap.12.*

§.3.In Nobilis matronæ utero poſt mortem aperto, Globuli connexi ſplendida lymphæ gelatina pleni inventi, quorum particulas etiam ante excrevit quam ſatis cederet. *Th Bartholinus Tract.de Bibliotheca incendio.§.6.& Tract.de vaſis Lymphaticis.*

SCHOLIA.

Per inferiora plurimum dierum ſpatio ejuſmodi globulos dejecit mercator noſtras *D.Savournin,* anno 1664.ſanitati tandem reſtitutus,quorum origo extra inteſtinorum capacitatem quærenda non fuit, lymphæ quoque ortum debentes: Hic vero luctui locus, ob concrematum opus omnibus medicis ſeriem affectuum qui à lymphæ vitio, vel deficientis, vel abundantis vel corruptæ dependent,vel alio modo peccantis,vel intra vaſa ſua,vel veſiculis concluſe,vel alieno loco effuſæ perſtringens: utinam prodeat qui vices Excell. Viri ſuppleat & jacturam reſarciat.

globuli ſplendida lympha gelatina pleni inventi] ...orum ſuccum à ſanguine diverſum, & vel Lacteum vel hymplaticum vehentium ordo an ad ...ſum perveniat difficile eſt indagatu & demonſtra... præter-quam in gravidis brutis poſt partum, juſto tempore apertis: Tendunt huc illuc lactei ductus, vel (ut alii volunt) lymphatici, etiam ad uterum eoque chylum deducunt. *Rolfincejus parte. 2. de organis Generat. cap. 26.*

§. 4. In Muliere quadam uteri membranas putredine penitus abſumptas fuiſſe, ſectio poſt ...rrem patefecit: diuque ante obitum hoc factum fuiſſe, effluxus præcedens ſaniei fœten- & putris comprobavit. *Platerus Prax. lib. 3. cap. 2.*

§. 5. Uxor N. fœtum mortuum quinque menſes retinuit: Quo partus promoveretur, ...lier ventrem variis modis compreſſit, unde fluor materiæ putris, fœtidæ: Univerſus ute- ...s, involucra, muſculi epigaſtrii, &c. deſiderabantur. *Vite tit. de Partu difficili.*

Observatio III.

Mola ex membrana grumum ſanguinis continente conſtans ab utero ejecta 1. Mola tota ſolida. 2. Mola parenchyma Lienis interius referens.

.1. MOlam ex ſanguine temporibus ſuperioribus vidi, compactam ſeu concretam ex grumis, incluſam membrana, qua diſſecta, & grumum dividi ſine ulla reſi- ...entia: Sanguis ſi quidem condenſatus quaſi infarctus fuit membranæ, ut in apex abine vi- ...emus: Adhærebat hæc moles alii, non carneæ ſed membraneæ per torum, ambæ pen- ...ebant plures libras: Aderat & tertia mola plane carnea, referens ſubſtantiam renis magna ...tis, cum quibus gemelli ſexu diverſi prodierunt non vivaces. *Hæchſtetterus decade viij. ...ſu viij.*

§. 2. Mulier quatet jam pepererat & poſt ſuppreſſa menſtrua quintum jam fœtum puta- ...at in utero habere: Cum vero in nono menſe ad pariendum ſe accingit, pro expectato ...œtu globulum ſeu ſphæram excernit albam, mucore reſperſam, caput humanum magnitu- ...line ſuperantem.

Cultro ſphæta diſſecta ſolida tota intus apparuit, cepæ inſtar membranullis craſſis & ...lbis fabrefacta, quibus ſectis nullus ichor, humor ſeroſave ſubſtantia emanavit: Hæc mulier ...um frigidi eſſet temperamenti attenuante victu eſt præſervata. *Zacutus Praxis admir. lib. 2. Obſerv. 155.* Vide Obſ. 153. ibid. de mola carnea vivente mirabili.

§. 3. Molam obſervari bulbum omnino referentem in parte exteriori, Diſſecta vero per medium, carnem quandam ſpongioſam, ſicut parenchyma Lienis habebat, exterius vero membrana forti & carnoſa cincta erat. *Dom. Panarolus Pentec. 4. Obſervat. 46.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI TERTII
SECTIO XXXVII.
De Graviditate falſa, Conceptione Tuburia, Gemellorum origine, Hermaphroditis Virginitatis notis.

Observatio I.

Mola ingens graviditatem mentiens. 1. Uterus ulceratus carnem ſpongioſam & putridam continens. 2. Molæ duæ extra matricem. 3. Membranea ſubſtantia rotunda, bullis referta utero incluſa. 4. Mola pulmentaria. 5. Molæ duæ in utero conceptæ. 6.

§. 1. MAtrona Mildunenſis, Debora Barel nomine, duorum fere annorum ſpatio graviſſime utero laboraverat: ab initio Gravidam ſe eſſe putabat, omnia enim ſigna prægnationis propomodum aderant: Elapſis tamen menſibus aliquot falſæ hujus prægnationis pejus ſe habere cœpit, mammæ flacceſcebant

baat, venter vero de die in diem accreſcebat ; appetitus item proſtratus erat, dolo quoque totius ventris continui, imprimis vero lateris dextri, atque è regione renis ſinil tam vehementes tamque maximi aderant, ut ſæpiſſime maritum & adſtantes implorave quo Chirurgum accerſerent qui aperto abdomine horrendas illas & crudeliſſimas beſt expelleret: plane enim ſibi perſuaſum habebat ſe geſtare beſtias. Tandem cum in hac n ſeria ultra duos annos langueſceret, aucta febricula, nauſea ac vigiliis, nullis item uſa ren diis, è vita diſceſſit.

1. Aſpecto defunctæ abdomine plurimum aquæ carnis loturæ ſimilis effluxit. 2. Urer in magnitudinem ingentem extenſus peritonæo à linea alba uſque ad coſtas ſpurias & r nem dextrum adeo tenaciter adhærebat ut vix avelli poſſet: hinc dolor ille maximus que in dextro latere paſſa erat. 3. Ren ſiniſter plane putrefactus conſpiciebatur. 4. Hepar unc que abſceſſibus putridis ſcatebat, hinc aqua quæ in vacuo ventris continebatur, ſanguin lenta facta fuerat. 5. Urero adaperto aquæ fœtidiſſimæ puri permixtæ ultra libras ſex c fluxerat. 6. Mola quoque in conſpectum ſeſe dabat, magnitudinem capitis longe exc dens, inæqualis, nonnullis quoque in locis dura, atque hinc inde putrida ac fœtida, il autem non ſolum vaſis cotyledonibus, verum etiam tota illa parte, quæ dorſum reſpici tam tenaciter adhæreſcebat, ut ſine dilaceratione uteri avelli atque ſeparari non potueri 7. Ambo quoque teſticuli præter naturam adeo excreverant ut magnitudinem pugni ex cederent, erantque inæquales, dari, & ad inſtar fere Vuæ. *G. Fabritius Hildanus cent. 2. Obſer. 5*

§. 2. Puella xlij. annorum ex ſcala in ſubterraneam cellam delapſa, nihil mali expert fuit præter dolorem colli, mox poſt ſedatum: emerſit tamen in dorſo dolor poſt aliqu hebdomadas, quem ſenſim in hypogaſtrio dolor inſequutus: Adhibita in conſilium obſte trix, inſpecto corpore puellæ, Gravidam pronuntiat: Morbo interim correpta, nihil pro ficientibus remediis, auctaque in dies ægritudine incognita, octava hebdomada ad melio rem vitam tranſiit.

Moeſtiſſimorum parentum rogatu cadaver apertum, ut mortis tumoriſque cauſa inne teſceret Starim diſſecto abdomine uterus prodiit, ovi gallinacei magnitudine, ulceribu plenus, ſed ſine pure aut fœtore: In ipſa autem uteri cavitate nihil inventum præter fru ſtulum carnis ſpongioſæ, & putridæ, libras quatuor cum media pendens, Hepar, Lien reliquaque viſcera nullum vitium viſa contraxiſſe. *Bartholinus cent. 1. Obſervat. 97.*

§. 3. Quædam civis Viennenſis habuit molam extra matricem: Erat illa albiſſima & mundiſſima, circa uaſa ſeminaria: Vivebat cum viro annos 16. quam Medicus (ut mu liet petebat ante mortem) diſſecuit, quo aliis mulieribus ſimili morbo laborantibus con ſuleretur: Invenit autem duas molas extra matricem, Vnam in quantitate fruſti carni ſupra matricem & ipſi fortiſſime adherentem: alteram in latere ſiniſtro circa vaſa ſemina ria, in quantitate capitis: Nupſit bona puella ſeni, & quum venerea eſſet, caſte & honeſte vixit, quum interim vir ſenex debitum præſtare non poſſet: caveant igitur puellæ venerea à ſenibus & nubant ſimilibus. *Iohannes Marquardus Practica. Theor. & Empiricæ cap. 5. de mola.*

§. 4. Compertum eſt Gravidationem aliquando degeneraſſe in membraneam ſubſtantiam globoſamque, totam aquoſis bullis rotundis, tumidis pellucidis & innumeris plenam, aliquando cum ſanie fœtida & diluta: quam ſane figuram jam comperimus in uxore Bibliopolæ cujuſdam. *Mercatus de mulier. affectibus lib. 3. cap. 8.*

§. 5. Vidi molam ab humore phlegmatico, groſſo, ad ſimilitudinem pultis factæ per ſuperfluam milii decoctionem in aqua, quæ tantum excrevit, ut poſt mortem patientis facta anatomia eſſet majoris quantitatis & ponderis quam reſiduum corporis ipſius, *Io. Arculanus comm. ad cap. de mola, lib. 9. ad Almanſorem.*

§. 6. Mulier fere quinquagenaria, quæ nunquam viro nupſerat, ex congreſſu cum adoleſcentulo concipit in utero, unde ſequuta eſt inappetentia, macies & pallor totius corporis, quorundam eduliorum deſiderium, cum aliis graviditatis ſignis: poſt xl. à conceptione diem percepit palpitationem quandam verſus hypochondrium dextrum, ab eoque tempore melius ſe habuit & appetitus reſtitutus eſt: Venter in dies augebatur, mammæ intumeſcebant 4°. menſe: in mamma ſiniſtra, rufum, poſtea album, in dextra lac apparuit: quarto mẽſe fluxus menſtruorum apparuit copioſus, triduo perſeverans, inde ventris tumor imminutus eſt, poſtea tamen ſenſim denuo augebatur, menſtruæ purgationes ſingulis menſibus

odibant quemadmodum ante graviditatem: motus in ventre ſentiebatur illi conſimilis
em fœtus in utero concluſus ſolet exercere: Nono menſe dolores parturientium paſ-
eſt, ita ut vocata obſtetrice omnes adſtantes partum expectarent: Illi tamen dolores poſt
iv horas quieverunt & nihil excluſum eſt: Ab eo tempore menſtruorum fluxus adhuc
dinatus fuit uſque ad xiij. menſem, in quo iterum parturientium dolores paſſa
: ſine effectu: poſtea vero nunquam menſtrua prodierunt, ventris tumor permanſit
m motu interpolato inſtar fœtus incluſi: Iamque elapſi ſunt lx. menſes à principio
avidiraris, neque tumor ventris eſt admodum inſignis, vixque enim æmulatur ſeme-
rem graviditatem: Duo tumores ſenſibiliter diſtincti, ut quoddam inteſtium appa-
nt medium: illi tumores ad hypochondtia vergunt decumbente muliere, ac eadem
recta veram graviditatem referunt, medium ventrem occupantes, compreſſi recedebant
: iterum accedebant, ſæpe motu proprio inſtar fœtus in utero incluſi: Mammarum tumor
m dudum evanuit, & illæ admodum molles & flaccidæ evaſerunt, à quibus exprimuntur
ctis viridis guttulæ perexiguæ: toto graviditatis tempote mœtore & jejuniis ſe confecit,
omi incluſa remanens, quod graviditas illa ſine conjuge contracta fuiſſet: denique anno
636. mortua eſt.

Aperto cadavere Molæ duæ diſtinctæ inventæ fuerunt, Guiganii degebat, vocabatur
Claudia Demarez: *Obſervatio D. Pollet. D. M. Matiſconenſis.*

SCHOLIA.

EX *congreſſu cum adoleſcentulo*]. Fieri molam non
à ſanguine ſolo ſed etiam a ſemine uirili, ope-
ante aliquantulum vi formatrice, indicio ſunt mem-
branæ quibus integitur, ligamenta, venæ quibus ute-
ro alligatur, ſuperfœtatio huic juncta, incrementum,
motus quidam tremulus, ita ut omnia habeat imper-
fecti conceptus ſigna, neque unquam abſque coitu
concipi quidquam obſervavit: Male *Mercurialis*
molam ex ſolo ſanguine menſtruo abſque ſemine ge-
nerari poſſe putavit: concreſcere quidem poteſt ſan-
guis in utero, quod pernitioſum, nam putreſcit, gru-
meſcit, & prava concitat ſymptomata, ſed tamen in
molam non faceſſit, nec utero adhæreſcit, nec poteſt
ſanguis ille in carnem verti, cum careat facultatibus
naturalibus, concoctrice & alteratrice: Recte *ait*
Saxonia. Si mola ſumatur pro qualibet hyperſarcoſi,
fieri poteſt ex ſanguine, ſicut in ulceribus ſæpe luxu-
riat caro: fiunt quoque interdum abſceſſus glandu-
loſi & carnei, qui augentur, nutriuntur, venas ha-
bent & arterias, quales in utero fieri non eſt impoſſi-
bile: Verum hæc non fiunt ad modum conceptus,
ſed ſunt tumores p. n. & ſanguis è vaſis in capacita-
tem partis non effluit, ſed fit per modum cujuſdam
nutritionis, quod in utero quidem contingere poteſt,
ſed non erit mola: Errant pariter qui contra *Hippocr.*
Ariſtot. & *Galeni* autboritatem ſtatuunt, molam fieri
poſſe abſque viri complexu, ex ſemine fœmineo cum
ſanguine menſtruo, quia, inquiunt, mulierum
ſemen quodammodo prolificum eſt, ſicut ova galli-
narum ſubventanea abſque galli congreſſu fiunt:
Contra *Hippocrates* cauſam facit copioſos menſes
cum modico & morboſo ſemine permiſtos, quod, ut
advertit Altimarus, de fœmineo ſemine non debet
intelligi, cum ſemper fœmineum ſemen modicum ſit,
frigidius, humidius & imbecillius virili, & ſolum ni-
hil poſſit, niſi virile acceſſerit, unde è vaſis ſpermati-
cis elapſum reiicitur ab utero, aut retentum putreſ-
cit pravaque inducit ſymptomata, ſicut ex ovis ſub-
ventaneis nil poteſt formari, Et reveta credo ſemen
fœmineæ eſſe merum commentum. Mola autem rudi-
mentum quoddam habet conformationis, ſicut ſupra
diximus. Idem ſentit *Ariſtoteles*, & *Galenus* 14. de uſu
Part. plane negat ullam unquam viſam mulierem abſ-
que viro molam aut aliquid ſimile concepiſſe, etſi
ſæpius in ſomnis mulier ſemen effundat in uteri ca-
pacitatem, quod etſi *Galenus* dixerit, non eſt tamen
verum: nec unquam fit in virginibus, aut aliis coitu
abſtinentibus, ſed ſæpe cum vero fœtu conjungitur,
unde in tempore partus computando errores con-
tingunt, partuſque ſequitur difficultas, aliàs ſuppreſ-
ſis menſtruis frequentiſſima foret molæ generatio:
Quam bene cum meretriculis ageretur, quæ ſe vir-
gines ſimulant, ſi hanc excuſationem violatæ pudici-
tiæ habere poſſent: Contrariam opinionem tuetus
Sennertus: *Primiroſius de morbis mul. lib.* 4. *cap.* 5.
qui Sennertum refellit.

Sequuta eſt inappetentia, &c.] A vero conceptu,
uteri hydrope, aliove tumore per initia mola non fa-
cilo diſcernitur, nam communia habet cum illis ſym-
ptomata, ſæpe etiam cum illis conjungitur: In prin-
cipio enim menſes ſupprimuntur, adſunt cibi faſtidia,
nauſeæ, coloris in facie mutatio, uterus & mammæ
intumeſcunt, lumbi gravantur, unde à fœtu vix diſ-
cerni poteſt: Verum ita diſtingitur, quia in progreſſu
mulier longe peius habet, ceſſant enim augeſcente
fœtu ſymptomata, ſed in mola ingraveſcunt, vires
magis languent, mulier ad inceſſum gravior evadit,
artus gracileſcunt, dolor ventrem, dorſum & ingui-
na ſæpe compungit, reſpiratio eſt difficilis, quorum
nihil adeſt in vero & legitimo fœtu, præſertim ſi ſana
eſt mulier, quæ omnia falſa ſunt, nam ſcio gravidas
pejus à fœtu quam alias à mola vexatas. 2°.

Quia fœtus poſt tertium vel quartum menſem
moveri incipit, mola autem per ſe non movetur, ſed
duntaxat cum in alterutrum latus revoluit ſe mulier,
tanquam pondus iners, aut lapidis inſtar convolui-
tur, cum ſenſu gravitatis ac interdum dolore: Aut ſi
quodam palpitante motu movetur, non tamen vo-
luntarius eſt hic motus, nec in omnem ſitum, ut ſo-
let fœtus, atque mulier, quæ antea uterum geſtavit,
facile horum motuum diverſitatem internoſcere po-
terit: Sed difficilius cognoſcitur ſi cum mola fœtus
conjungitur, niſi conjectura quadam, ut ex gravio-
ribus ſymptomatis, majori graviditate & ventris
mole, quæ tamen non ſunt neceſſaria: In mola cor-
pus in dies magis magiſq; debilitatur, contra in vero
fœtu, niſi mater aliunde ægrotet: Major & certior eſt
molę ſuſpicio cum pariendi tempus effluxit, interdum
enim mola per plures annos perſeverat, atque etiam
commoritur. 3°.

In

In mamma ſiniſtra rufum,&c.] 3°.in mola mammæ ſine lacte tument, nec verum eſt lac, ob caluris in mammis defectum, ex uteri ſympathia, ſed aquoſus quidam humor: Verum hoc ſignum non eſt admodum certum, plurimas enim vidi gravidas, in quibus aquoſus tantum erat humor in mammis, iſq; pauciſſimis ante partum. Tum ex ſententia *Hippocr.* ſi menſes deficiant, mulieri lac in mammis generari poteſt, etiamſi nec gravida ſit nec pepererit, Re bene penſitata, ſigna hæc ſunt tantum conjecturalia, ferme omnia falſa aut incerta: *Primiroſius ibidem.* In dicta muliere quæ annum quinquageſimum attigerat, ut vera conceptio, ratione ætatis, & quia cum adoleſcentulo rem habuit, cujus ſemen languidum & crudum, ita nec verum lac expectari debuit 4°.

Ventris tumor,&c.] 4°. Præſente mola venter omnem dimenſionem intumeſcit, ex fœtu vero potius verſus umbilicum, coactatis utrinque lateribus. Ab hydrope autem diſtingui vix poteſt: diſcernitur autem per ventris duritiem, & quod tumor ad digitorum compreſſionem & pulſationem non cedit, nec tympani ſonum reddit, nec manu fluctuatio illa percipitur, quamvis temporis progreſſu hydrops ſuccedere poſſit, Demum in hydrope ventre intumeſcente totum corpus minuitur, quod non accidit in mola, nam ſunt interdum probe coloratæ: Addunt etiam quidam in mola ſupprimi menſes, quod etiam non eſt neceſſarium & in hydrope contingit *Primiroſius ibidem.*

Observatio. II.

Graviditatis opinio ob uterum magnum, humore repletum, cum ſero multo in abdomine. 1. Ob Hydropem uterinum 2.3. Ob plures calculos in utero 4. Ob diſtentum, durum, maſſam carneam continentem 5. Ob uterum extenſum. 6. Ob excreſcentiam in uteri fundo. 7. Ob ſteatoma illi innatum. 8. Ob inſignem molem unius Teſticuli. 9.

§. 1. AVguſta Imperatrix omnia ſigna veræ geſtationis habuit, In cavitate abdominis erant tum ichoroſi humoris, tum phlegmatis libræ 24. Vterus erat valde magnus, plenus humore craſſiſſimo, albo. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 2. Fœminam recens enixam obſtetrices alterum adhuc geſtare fœtum credunt, quia inferior abdominis pars adhuc tumida erat. Vterus aqua cruenta repletus apparuit. *Vide tit de ventris tumore.*

§. 3. Vidimus vxorem ſericorum pannorum textoris, quæ *cum utero ſe gerere* exiſtimaret, intumeſcente quotidie ventre, prægreſſo ſtatuto tempore partus, malo corporis habitu, febriculâque lenta correpta extincta eſt.

Cum ægritudinis tempore diſpar ſententia inter Medicos prolata eſſet, quod nullus ipſorum animadverterat, Diſſecto ventre *uterum aqua plenum* invenere. *Marc. Donatus Hiſtor. mirab. l. 4. c. 25.*

SCHOLIA.

VTerum aqua plenum] Hydrops uteri eſt ejuſdem tumor p. n. ex collectione ſeri, pituitæ, aut flatus, intra illius cavitatem aut propriam ſubſtantiam & membranas, propter debilitatum calorem nativum & malam proprii alimenti coctionem: Una cauſa eſt uteri ipſius intemperies & debilitas, ex partu laborioſo, abortu frequenti, aut frigore externo contracta: alia vero eſt eadem quæ & Hydropem univerſalem producit: aqua autem ex abdominis capacitate cæcam & inuſitatam ſibi viam parat in uterum: Huc accerſendum vaſorum Lymphaticorum vitium, quæ Clariſſ. *Wepferus*, Exercit. de Apoplexia p. 383. vidit in brutis ab uteri cornibus, tenuibus exordiis in ductus inſignes excreſcentia, liquorem ſuum in venas majores hypogaſtricas, per ligamentum uteri membranoſum diffuſas, aliquot in locis facile depoſuiſſe, quem fruſtra digitis verſus cornua repellere conabatur, obortis nodulis ob valvulas liquoris regreſſum remorantes: Plurimum etiam facit ad Hydropem uteri accerſendum menſium retentio diuturna: Signa ſunt Tumor imi ventris laxus, & ſecundum uteri formam extenſus, in ambulando gravitas & ſpirandi difficultas, menſes inordinati, pauci, pravi aut eorum defectus, uteri oſculi gracilitas & humiditas, mammarum mollities & lactis carentia, dolor imi ventris & lumborum, rigor, ac ſæpe febris.

Cum utero ſe gerere,&c.] Diſtinguitur ab imprægnatione, quod uteri hydropi æqualiter juxta uteri amplitudinē extendatur: ſi ultra decimum extendatur menſem, quotidie & poſterioribus mēſibus ingraveſcit: In imprægnatione cōtra ſymptomata, quæ primis menſibus affligunt, poſterioribus remittunt, mammę, quę ſolidę ſunt, molles fiunt: In hydrope uteri ſanguis aliquis effluit: Diſtinguitur à Mola pondere: Ab uteri inflatione, pondere & ſonitu: Ab hydrope ventris, quod oriatur à partibus ſuperioribus & pergat ad inferiores: In hydrope uteri contra: Cum in cavitate hæret, os uteri clauſum eſt: Cum in cyſti, connivet, Si totum corpus bene ſe habeat, & præcellerit partus laborioſus, ab uteri vitio fit: Difficilior eſt dignotio ſi cum graviditate complicetur, quod accidit anno 1645. in uxore Nobil. & Clar. D. *Grenus*, Conſulis Genevenſis: Diſſentientibus Medicis, quorū alii pro hydrope uterino ſtabant, alii pro imprægnatione, neutri pro juncto utroque: Vicit tamen ſententia, qua hydrope uteri laborare judicata eſt; hinc valentiſſima exhibita & admota medicamenta ad aquas deturbandas: Nono menſe exacto diſſidium compoſitum eſt, affatim enim, reſerato uteri oſtio, aquarum congeries ex uteri capacitate excluſa eſt, ſubſequente partu puelli, optime conſtituti: Cum de nomine imponendo eſſet diſceptatio, Moſis illi convenire dixi, quia aquis eſſet ereptus.

§. 4. In Comitiſſæ à Gleichon viduæ demortuæ utero plures calculi reperti ſunt, Illaque prægnans credita *Mœbius Fundam, Med. Phyſiolog. cap.* 20.

§. 5. Mulier ſe utero geſtare opinabatur, exactis decem menſibus nil producitur, tumor perſeverat, alii eam hydropicam iudicant, alii adeſſe molam, annos xvj. has moleſtias tulit: mortuæ uterus apparuit undique diſtentus, durus, craſſitie quinque digitorum, pendens libras ıx. cum dimidio: In capacitate maſſa carnea concreverat. *Vide tit. de ventris tumore*

§. 6. Fœmina à partu retinuit ventris tumorem ita magnum ut putaretur alium adhuc fœtum geſtare. Vterus in tantam molem extenſus erat, ut totum inferiorem ventrem ſolus occuparet. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 7. Hydropica credebatur gravida, cujus utero exterius adnata cernebatur excreſcentia candida. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 8. Virgo abdomen gemino tumore diſtinctum gerebat, hinc accuſata impudicitiæ. In meſenterio duo aderant ſteatomata. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 9. Vidi in fœmina teſtem in dextro latere ad magnitudinem ovi gallinacei, ſeroſitate plenum, Et dum viveret mulier ſe eſſe gravidam ajebat: In altera muliere Teſtes cum ligamentis & tubis ita implicatos, ut velut ſine diſtinctione una maſſa carnea videretur *Dominicus de Marchettis Anatom. cap.* 7.

Observatio III.

Graviditatem ementita ſteatomata meſenterio innata. 1. *Ejus inſignis tumor.* 2. *Veſiculæ crebræ peritonæo incumbentes.* 3. *materia viſcoſa in abdomine* 4. *Aqua purulenta.* 5 *Ingens copia ſeroſi ſanguinis.* 6. *Ren maximus unicus.* 7, *Hepar ingentis molis.* 8. *Magnitudo inſignis Iecoris & Lienis.* 9. *Inſignis ventriculi tumor.* 10. *Ejus hydrops.* 11. *Veſiculæ infinitæ viſcera imi ventris obſidentia.* 12. *Hepatis Empyema abdominis tumorem efficiens, cum Lienis Inteſtinorumque flatulento tumore, motum fœtus exprimente.* 13. *Vide plura tit. de ventris Tumore ſectione. xxj.*

§. 1. ABdomen cujuſdam Virginis diſtentum gemino erat tumore: Obſtetrices gemellos ab ipſa geſtari crediderunt: Sed calumniam hanc diſſipavit Anatome, nam in meſenterio duo duntaxat inventa ſteatomata, &c. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

SCHOLIA.

MEſenterio innaſci tumoris quoddam genus, graviditatis ſpeciem præ ſe ferens, diotis terrificum, innoxium tamen refert *Cl. Velſchius* in Epiſagm. Obſervat. 4. &c. mulierem, *ait*, Pariſiis vidi *P. Marquardus Slegelius* ingenti totius abdominis tumore correptam, cum aliquo lumborum dolore, quam Medici quidam gravidam exiſtimantes, ad partum accingi jubebant, parum proficientes: Hanc poſtea accitus Dom. *Honoratus* bono animo eſſe jubebat, reique familiari operam dare, neque de onere illo die deponendo quicquam ultra cogitare: Nec enim prægnationem hanc eſſe, ſed morbum Gallica lingua *Champignon* dictum, Mirum in modum intumuiſſe meſenterii glandulas, & *συνάρμοσιν* quandam inſenſibilem acceſſiſſe: Tres jam eodem affectu laborantes fœminas ſibi obſervatas: Tumor hic totius abdominis capacitatem eam in magnitudinem elevabat, ut geminos utero ferre videretur: Tractanti enim ventrem non aquæ ſed carnis, præ tenſione, duræ conſiſtentiam præ ſe ferebat: Appetitus ciborum aderat, & alvi veſicæque beneficio libere fruebatur, de nulla alia conqueſta niſi de tumoris moleſtia quadam & indecentia: Habitu corporis cæteroquin erat macilento, nigro & melancholico: Sarcoma meſenterii, ni fallor, vocat *P. Pigræus* 1. de Tum. c. 23. idque fungoſum potius quam ſcirrhodes: Fungorum autem ſubita eſt generatio, unde adagium de ſubito & recens emergentibus *Champignon d'une nuit.*

§. 2. Filia N. diſſecta ob aquam intercutem, oſtendit in meſenterio ſuo inſignem tumorem ponderantem libras xx. intus refertum pluribus veſiculis, &c. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 3. Fœmina ventre tumore cœpit, ut Gravidam ſe crederet: Abdomen à cute ad peritonæum, nulla muſculorum carnea ſubſtantia interpoſita, veſiculis crebris, aqua limpida refertis ſcatebat. *Tit. de ventris tumore.*

§. 4. Vidua N. Gravidam ſe credidit: Ex abdomine materiæ viſcoſæ, craſſæ, quinque pottæ effluxere, & una cum hac fruſtum materiæ glutinoſæ, magnitudine & figura uvam racemiſeſtam referens. *Ibidem.*

§. 5. Mulier Gravidam ſe eſſe dicebat, At compuncto ventre mortuæ prodit aqua purulenta. *Ibidem.*

§. 6. Uxor

§. 6. Uxor N. prægnans iudicabatur ob ventris tumorem: Inteſtina tenuia admodu protuberabant: Vterus ſanus ſine conceptu: Ingens copia ſanguinis ſeroſi abdominis thoracis cavum replebat. *Ibidem.*

§. 7. Anno 1623. in cadavere muliebri *Franc Plazzonus* unum duntaxat Renem inver in medio ventre ſitum, tantæ molis ut initio fœminam prægnantem puraret *Rhodius Ma. tiſſæ Anatom. Obſerv.* 32.

§. 8. Mulier ob ſuppreſſionem menſium gravida fruſtra habita: Hepar habuit xl. libra pondere. *Tit. de ventris tumore.*

§. 9. Pagana credebat fœtum morruum in utero poſt partum remanſiſſe: quia erat i latere ſiniſtro durities, caput infantis referens: mortuæ tantæ magnitudinis Epar inven ut lobus ſiniſtrum prætergrederetur latus. Splen quoque immenſæ magnitudinis: *Vide ti de Hypochondr. tumore.*

§. 10. Fœmina pro gravida habita eſt ob tumidum abdomen: Lien inter hepat & ven triculum latitabat: Hic inſigni rumore diſtentus. *Vide tit. de ventris tumoro.*

§. 11. Mulier in utero ſe habere credidit intumeſcente ſenſim ventre: E ventriculi ca pacitate eductæ aquæ libræ xc. membrana eius interior multis hydatibus ſcatebat partin diſruptis. *Vide tit. de ventris.*

§. 12. Mulier novem menſes geſtare uterum putabatur, Nonnulla ex iis aderant qua impræguatis mulieribus adeſſe ſolent, inſtante partus tempore, præ dolore ob abdomi nis tumorem fatis concedit: Veriti parentes ne una extingueretur fœtus, ut adempta ma tre ſupereſſet, recens emortuæ cadaver pene ſpirans ſecatur.

Totum corpus internum, Epiploum, Meſaræum, Hepar, Lien, Pulmones, Cor quoque ipſum & Peritonæum erant obſita veſiculis aqua puriſſima plenis & limpidiſſima, nihilque graveolens habebat. Et quod magis mirandum, unicuique veſiculæ triplex erat tunica & incolumis, integraque à corpore, ſive eſſet ſuperficies ſive interior ſubſtantia, decidi detrahique poterat: *Hippocr.* aph. 55. lib. 7. hydatidas obſercavit in cerpore ipſius Hepatis, ſed nunquam quid tale in toto corpore deprehenſum eſt. *Ballonius parad.* 186.

§. 13. Lysbet Gillis ſibimet falſo ingravidationem imaginata erat, nam per ſex menſes maritata fuerat: Objit Decemb. 16. an. 1640. Et poſtridie cadaver apertum eſt, in quo viſcerum naturalium *κακοτεχνίαν* malignamque conſtitutionem deprehendimus: Hepar totum in empyema converſum erat, ſoris membrana integra exiſſente, hinc mortis cauſa, nam in pus album craſſum, fœtidum totum parenchyma mutatum erat, venæ tantum integræ reſtabant, adeoque inde Hepar tumebat ut variis in locis novacula conſciſſum, & obtuſo etiam inſtrumento leniter preſſum pus in aſtantes ſtudioſos proſiliret: Hepar ut triplo naturalem magnitudinem ſuperabat, lienemque in ſimilem molem excreſcere coëgerat, ſed is durus erat, non tamen ſcirrhoſus, & in uno ac altero loco, ad vaſorum ingreſſum parvum purulentum apoſtema habebat: Quippe cum Lien ſit primarium emunctorium Hepatis, omnes eius impuritates prolicit & in ſe attrahit inſtar ſpongiæ, unde in omnibus hydropicis vitia lienis ſe oſtentant priuſquam Hepatis appareant: Scribente ideo *Hippocr. Omnem hydropem generari præexiſtente prius vitio in Liene*; quod intelligendum de ſymptomate tumoris aquoſi, Nam quamdiu Lien in ſpongioſam ſuam ſubſtantiam aquam attrahere poteſt ex Hepate, tamdiu adhuc nondum Hepatis vis obruitur: ſed ceſſante ea tractione, cum aqua reſtagnat in Hepate, plane hæmatoſis obruitur & extinguitur, unde tunc in ſcirrhum aut tumorem aquoſum adducitur: cum adhuc robore aliquo pellet expellit in muſculos & partes externas, unde generatur anaſarca, aut diffluit ex hepate in abdominis cavitatem, & generatur Aſcitis, ſive illud fiat diſruptis veſiculis aquoſis, ſive per poros membranæ ſenſim emanat aquoſa materia, ſive per diapedeſin vaſorum tranſſudet, nimirum cum cauſa hydropis eſt frigus poſitivum: Sed cum eſt in cauſa frigus privativum, h. e. cum retorridus æſtus exurit parenchyma hepatis, tunc rimis finditur, ſicuti ſub canicula contingit in terra, ſed tunc aqua eſt citrina, ſitis major & ſitis implacabilis.

Uterus in hac muliere, quæ erat ann. 22. nec unquam pepererat, erat magnitudinis exilis ut in virginibus. Vnum autem eximium animadverſum fuit, nimirum *Plurimæ minimæ plicæ, quæ os uteri verum ſive internum corrugant & conſtringunt, quemadmodum conſpicue apparebant.* Miſera hæc ſibimet ſalſa ingravidationem imaginata erat: Qui autem tumor in ventre ingravidationem mentiebatur, à mole Hepatis & Lienis, & flatulento tumore inteſtinorum productus erat: Et cum motum à flatibus in ventre ſentiret, fœtum viventem ſe commovere opinabatur: Viſcera vitalia, ſicuti in hydropicis fieri conſuevit, erant flaccida, nam etiam bona copia aquæ abdomini innatabat, à labefactato tono & temperamento Hepatis,

ab eadem cauſa enata diarrhœa eam attriverat: In auricula dextra cordis,& in cavitate is ventriculi, reſidebat craſſa, viſcida, conglomerata pituita, ovi gallinæ magnitudine, æ digitis protracta in longum extendebatur, tenaciter cohærens. *Ottho Heurnius ſervat.* 24.

Observatio IV.

In mulieris quæ Gemellos pepererat, Teſticulis, & extra eos ova reperta ſunt.

Decimoquarto Maij examinare nobis conceſſum cadaver mulieris 27. annorum, quæ non ſemel gemellos pepererat, jam xı. liberorum mater: Hæc ante 27. ſeptimanas conqueri cœpit, octo menſium gravida, de laſſitudine totius corporis difficilique inceſſu, non fine moleſtia doloreve ſummo circa locum eum qui eſt articulationis femoris im oſſe Iſchio: Octavo à partu die dolor hic inſigniter exacerbatus, fœtu in partu bene excluſo: Tumor jam circa vaginæ uterinæ latus dextrum manifeſtius occurrebat, cum ritie notabili: Applicata ab obſtetricibus, aniculis, Chirurgiſvé variis varia, etiam talia iorum pudendis applicatorum opera, non ſolum ſuppuratio promota, ſed & abſceſſus tertio: Purulenta hinc copioſe effluxit materia, ſæpius ſatis fœtida, quam etiam in rina ſemper reperire licebat, Dolorifica valde hæc puris per pudendum excretio: Paucos oſt dies uſu eorum quæ mundificandi conſolidandive virtute pollent locus hic apertus lauſus eſt, brevi effluxo tempore circà natium partes inferiores, pudendo vicinas, viam ovam materia ſibi elegit, ubi etiam ulcus amplum, fœtidiſſimo pure ſordidum produit, incurabile omnino, Extabefacta enim xiij. maij obiit.

In diſſecto corpore vix aliquid occurrebat conſideratione dignum, uterus enim hic optime ſe habebat, nec ullum prioris apertionis veſtigium exhibebat, niſi quod loco eo qui udendo vicinus, aſperitas major in dextro quam ſiniſtro latere, majorque duities. Conſideratione dignum in hac muliere, non tantum extra teſticulum ſiniſtrum ovum aliquod ræſiſſe, membranis ſingularibus involutum, verum etiam ex ipſo teſticulo ovorum par non mum à nobis ſeparatum, quæ arcte ſibi cohærebant: Hinc an Gemellorum generatio deluci queat cogitent alii. *G. Blaſius obſerv. part.* 5.

S C H O L I A.

Ex *ipſo Teſticulo ovorum par, &c.*] Ova in omnium animalium genere reperiri confidenter aſſerimus, etiam quadrupedibus ac homine ipſo evidentiſſime conſpiciuntur. In cuniculis, leporibus, canibus, porcis vaccis, &c. à nobis diſſectis ea veſicularum ad inſtar, ut in avibus ovorum germina ſolent, ſeſe diſſecantium oculis exhibent, quæ in teſticulorum ſuperficie exiſtentia, communem tunicam hinc inde ſublevant, atque ita per eam aliquando tranſparent ac ſi brevi exitum minarentur. Ova hæc inteſtibus generantur ac perficiuntur, eodem plane modo quo vitelli in avium ovarijs ſolent: quatenus ſcil. per arterias præparantes ſanguis ad teſtes affluens, in membranoſa illorum ſubſtantia materiam ſis generandis ac nutriendis idoneam relinquit. hæc ubi naturalem magnitudinem acquiſiverunt, tunicis variis inveſtiuntur, inter quas immediate à maris congreſſu glandulоſa quædam materia excreſcit, ex qua globulorum dictorum ſubſtantia componitur, &c. *Regnerus de Graaf de mulierum organis c.* 11. & 12.

A P P E N D I X.

De Hominis Conceptione ex Ovario, Et Gemellorum generatione.

Juſſeras Ill. Dom. ut per compendium traderem Tibi rationem qua Conceptio Hominis admentem Recentiorum obſervatur, *Ioh. Hornii, Theod. Kerkringy, Regn. Graaf, Ioh. Suammerdam* & *Clar. Ruiſchii*: Accipeſis igitur modum quem quidem nos, partim ex lectione iſtorum ſcriptorum, partim propriis quoque obſervationibus animo concepimus. In Coitu nimirum prolifico Semen virile irrigat non tantum vteri fundum, ſed & pars ipſius ſpirituoſa, ſive aura ſeminalis per vas Deferens, ſive Ductum brevem, ad Ovarium uſque penetrat, adeoque ovum cæteris maturius, aut magis diſpoſitum ac poroſum vitruteſua, (ut loquuntur) fœcundat: Intumeſcit inde per modum velut inflammationis ovum, rubeſcit & diſtenditur Tuba, ſuamque Proboſcidem ad Ovarium digitis quaſi arctius amplectendo contorquet: *quemadmodum illam Tubarum rubeſcentiam, diſtenſionem ac contorſionem, in recens gravida Amſtelodami dictus modo Dom. Ruiſchius anno* 1673. *publice oſtendit*: Labentibus hinc tribus aut quatuor diebus, Ovum illud adeo creſcit ut Ovarium ſuum ad excluſionem ſtimulet: & quamvis in non gravidis ex ovario in tubas nullum foramen manifeſto compareat, *In recens gravida tamen idem Ruiſchius obſervavit aperturam, qua*

pſum

piſum majus admittebat; Quin imo vidit illum Ovarii locum, quo ovum olim ſederat, poſt excluſ
nem denſa ſpongioſitate, villiſque rubicundis obſeſſum, perinde ut in uteris recentium puerperar
conſpici etiam aſſolet. Atque hæc per abſceſſum quaſi facta excluſio, ſive tranſlatio ovi
ovario in tubam, & hinc in vterum, proculdubio genuina ratio eſt nauſeæ aut vomitus q
ſub initium conceptionis, & primis poſt fœcundum coitum diebus accidere fœmellis co
ſuevit: Porro vero ubi ovum à proboſcide tubæ exceptum eſt, facilior omnino & inn
cuus delapſus in uteri cavitatem ut plurimum datur: quod ſi forte tamen in medio tub
ovum hæreat, *Conceptio Tubalis* Sive *Tubaria*, (de qua alias ſcripſi) vide Obſerv. Præ
non ſine matris miſeræ exitio contingit: Cæterum ovo non hærenti, ſed rite in uteru
delato quæ evenient ulterius, & qui illud incrementa ſua capiat ibi, hic accenſere nih
attinet: neque enim à veterum doctrina hac parte multum recedit Neotericorum cura, n
quod exactius multa explicent, hi ipſi, quemadmodum quod ad officium formationem at
net, apud *Theod. Kerkringium* in oſteogenia ſua per ſingulos menſes videre licet.

Verum enim vero experitur hæc de Conceptione Hominis opinio idem cum aliis n
vis inventionibus fatum, formanturque à multis contra ipſam variæ objectiones, Et 1°. Cu
nihil à ſeipſo moveri conſtet, quidnam illud ſit quod ovum ex ovario in uterum propelli
♃. Ovum ſemel fœcundatum non moveri à ſeipſo, excludi ab ovario ſtimulato; ſicut ide
in gallinis accidit, dum oua grandeſcunt. 2. *Obi.* metus eſt ne ovum per tubæ anguſtia
penetrans rumpatur: Aſt Tubæ, etiam in non gravidis, tam ſunt perviæ ſemper ut flatu
& aquam per canaliculum admittant: In gravidis vero quantum diſtendantur (imman
vero quantum in conceptione Tubali) ſupra fuit relatum: Deinde, etiam ſi fortaſſis ovu
aliquod interdum frangi contingat, nihil inde damni, niſi quod conceptionis hac vic
ſpes pereat, alia vice adimplenda. 3. *Obiiciunt*, Quare, cum bina ſint ovaria non ſemp
Gemelli naſcantur? Ad hoc reponi poteſt rem ita ſe habere in Scotia & forte aliis nonnu
lis regionibus, ubi fœminæ uno partu ut plurimum binos, quandoque etiam plures fœt
edunt: Sub noſtro autem climate quod Gemelli rarius naſcantur, niſi ex cœlo atque aſtr
cauſam deducere placuerit, varia tamen impedimenta hujus rei, *alia ex vitio conformationi*
obſtructionis, compreſſionis, aut intemperiei dextra ſiniſtræve Tubæ intervenientia afferri poſſun
atteſtante hoc ſectione cadaverum fœmininorum, dum partes illæ generationi dicatæ in alterutro late
re non raro male affectæ conſpiciuntur. 4. Obiiciunt. Quare ab uno coitu, ſicut in gallinis fie
creditur, haud ſingula utriuſque ovarii ovula ſimul fœcundentur, ita enim ad ſubſequut
ras ſane generationes ajunt, iterato coitu nullatenus opus foret: *Reſponderi poteſt* quo minu
hoc fiat, diverſa partium obſtat conſtructio: Ovi ductus enim gallinarum rectus eſt & la
xior: in homine vero anguſtus, & adeo tortuoſus, ut aura ſeminalis nonniſi ovum prox
me adjacens ordinario attingere poſſit, haut vero juxta per univerſum penetrare ovarium
Quod ſi vero ad plura ovula quandoque auram illam penetrare contingat, plures etia
concipiuntur fœtus.

De Ovario Humano atque Tubis.

Pauci præteriere dies, cum ad Te *Vollgnadi* mitterem de Hominis ex Ovario concepti-
ne obſervationem, Nunc autem ad illuſtrandam illam noua mihi emerſit occaſio, dum mu-
lier xxx. annorum, & ſex jam tum liberorum mater homicidii convicta, die 14. Ianv. 1676
Berolini gladio percuſſa ad anatomen Curioſis deſtinata fuit: Cætera præterii, ad parte
autem genitales quod attinet, in Ovarium & Tubas accuratius porro inquirere mearu
tunc eſſe partium arbitratus ſum: *Tubas uteri* veterum plurimi aut plane ignorarunt au
aliud ipſis nomen forte tribuerunt, ſicut *Veſalius* ſub titulo vaſorum deferentium pinxiſſ
videtur, lib. V. Anat. c. 15. Alii pro cœcis habuere ductibus, ut *Spigelius* l. 8. cap. 22. &
Highmorus lib. 1. Anat. c. 4. contra Nos cum *Veſlingio* c. 7. atque aliis Noetericis, & *Tubas eſſ*
inſignia, admodumque conſpicua vaſa, & in uteri fundum manifeſto patere ſine haſitatione aſſerimus.
Aſſerto fides accedit ex inflatione per canaliculum facta, ſi is in Proboſcidem intrudatur
exit enim ore inſufflatus aer per extremum anguſtum in ipſam uteri cavitatem: Quod ſ
aquam, lac, aut ſimilem coloratum liquorem ore contentum, per canaliculum impellas pari-
ter is tranſit, & adeo quidem manifeſte ut dubitationi locus relinquatur nullus: *Hæc au-*
tem ſit organi deſcriptio. Extremum ejus eſt latum, quod magis rubet & laciniatum eſt, *Pro-*
boſcis non abſurde appellatum: Medium ejus capreolis criſpum eſt & ſenſim anguſtatum:
Extremum anguſtum, uteri fundum in ſummitate penetrans, atque in latere interno *Val-*
vula oblonga clauſum: Innoteſcit hinc Valvulam in uterum patere, ſed retrorſum neuti-
quam: admittit eaquidem tantiſper ſtylum, ſed non altius quam ipſa extendi retro poſſit:
accipiendum equidem hoc erit de liquoribus, quos fruſtra aliquis per valvulam ſurſum pel-
lere (niſi violentia interveniente) tentaret: & quamvis extremitas ſatis anguſta in cadauere

pareat, in vivente tamen magis patere prorſus vero ſimile eſt. De *Proboſcide* notandum, iceram illam & quaſi attritam à Fallopio primum in obſerv. Anat. p. 472. deinde ab aliis quoque & à nobis talem ſemper obſervatam, neque de laciniata illius figura amplius dubitandum: Scrupulum tamen iniicere poſſet, quod *laciniæ* ſoleant eſſe rupturæ indicium, quod ſi proboſcidi laciniæ illæ non ſint naturales, oportet ipſam teſtibus antea adhæſiſſe: bis autem per incuriam, dum inteſtina extrahuntur, communiter abrumpi ſolere: Nihil tamen hic determinatum eo, quin porius hoc ad indagandum propono dubium, num per circumſpectam magis diſſectionem connexio tubarum cum ovariis forte reperiri poſſit. In figuris *Iul. Caſſ. Placentini* l. 8. tit. 18. Tubæ ſua proboſcide teſtes attingunt: Concordat & *Thomas Bartholinus* in Anat. noviſſima p. 152.

Ovaria porro ſive Teſtes, obvelat membrana ſatis valida: Eam cum in dextro per longum ſcinderem, effluebat humor ex albo citrineſcens: ſiniſtrum ſervabam integrum, ſed utrumque in ferventem aquam per medium horæ quadrantem ſimul coniiciebam: Tunc extracta induruiſſe animadverti, conſpicuis per ſuperficiem ovorum eminentiis, quæ tamen Ova per diſſectionem magis in conſpectum ſe dabant, ſuis ſingulis cellulis albicantia, atque inde facile exemtilia, Speciatim in ſiniſtro, quo diviſo pluſcula quidem viſebantur ova, hic quidem per medium ſciſſa, in una vero ipſius cella, quæ cæteris major, nucleum ceraſi æquabat, haud ovum, ſed materia ſpongiæ obſcure rubenti prorſus ſimilis hærebat, imo qualis illa videtur fuiſſe quam *Ruiſchius* Amſtelodami vidit in recens Gravidæ ovario, nominando ipſam, *denſam ſpongioſitatem*, villiſque rubicundis obſeſſum locum, in quo ovum antea ſedem habuit, perinde ut uterus recentium Puerperarum: Profecto, ſi quod conjectura aſſequi licet, ex hac cella devolutum fuit ovum pro conceptione Gemellorum quos poſtremo partu fœmina iſta ediderat: Quod ſi itaque apparatu tam operoſo, & novis ſubinde per attenuatam Ovarii membranam foraminibus (quale quidem foramen à ſolerte natura in muliere recens gravida factum, & piſum majus æquans *Ruiſchius* die 15. Aprilis 1673. ſe vidiſſe teſtatur) ad ſingulas conceptiones opus eſt, tolerari nullo modo poterit opinio *Kerkringy*, qui Anthropog. c. 1. tam à conjugatis quam virginibus, talia ova ſæpiſſime, & ferme inſenſibiliter excerni aſſerit: Et quamvis ſibi ex relatione quorundam hoc conſtare addat, manet tamen incertum, cum aliæ hac de re interrogatæ contrarium affirment, quicquam ſcil. tale nec inſtante purgatione menſtrua, nec ſtimulante libidine, nec ullo alio tempore ſibi, etiam obſervantibus accidere.

Porro vero ad *ductum* illum *brevem* quod attinet, qui titulo *vaſis deferentis* communiter ab Ovario ad uterum, aut potius ab utero ad ovarium tendit, non penetrare is mihi hoc in cadavere in cavitatem viſus eſt: Cum tamen alii hunc ductum pervium invenerint, fides ipſorum nihil ibo derogatum, Veſlingius ſane ſyntagm. Anat. c. 7. nominat ductum Teſtium, & pingit ibidem titulo vaſis deferentis: Vaſa autem præſumuntur eſſe non prorſus ſolida, ſed quovis modo pervia. Quinimo præter hunc ductum ad fundum uteri porrectum, alterum adhuc ab eo exilientem, ſæpiuſque deliteſcentem, & ad uteri cervicem protenſum ſtatuit: Unde me arbitro, ductus prior *uterinus*, alter *cervicalis* dici non abſurde poſſet: Vterque autem eo fine, quo non tantum in cavitate uteri, ſed etiam in cervice, adeoque locis pluribus, pro excipienda aura ſeminali canales adeſſent, fabrefactus à natura videretur.

Denuo autem in mentem hic venit Epiſtola, quam de *Conceptione Tubaria* anno 1669. (vide obſervat.) cum hæc de ovario humano nova opinio adhuc ignota eſſet conſcripſimus, Icon ipſi inſerta, non duplicem uterum (quemadmodum *Ben. Vaſſalius* Chirurgus Pariſienſis, Programmatis impreſſi author, crediderat, ſed fœtum extra uterum in medio Tubæ conceptum oſtendit: Iam vero hic fœtus non poterat primum in uteri cavitate ampla concipi, & deinde per anguſtum tubæ extremum, præſertim renitente valvula ſæpius deſcripta, ſurſum in medium Tubæ trudi: contra autem vero magis conſonum videtur principium propagationis ſuæ deſuper accepiſſe hunc fœtum, & illud quidem (ſive ſemen matris, ſive ovum animatum fuerit) in media via, dum deſcendebat) hæſiſſe, atque ob impedimentum aliquod ibi ſubſtitiſſe: Singulari certe argumento, non fieri in utero conceptionem, niſi ex teſtibus aut ovario aliquid deſcendat: Deſcenſus autem ille non eſt momentaneus, & quia ipſo coitu neceſſario contingat, ſed poteſt ad aliquod forte tempus differri, donec nimirum natura foramen per ovarii membranam, quaſi quadam ſpecie apoſtematis paraverit: Unde ſi primis à coitu diebus vacuos Damarum cervarumque uteros invenit Harveius, mirum adeo poteſt eſſe nemini: quinimo perſpecta rei veritate ipſemet Harvejus, ſi hæc attigiſſet tempora, ſuos de *Generatione animalium* libros, hac fortaſſis parte, tantiſper fuiſſet immutaturus. *Ioh. Sigiſmundus Elsholtius in miſcell. curioſis annorum 6. & 7. obſerv. 197.*

De

De Gemellorum origine

Quantopére hactenus Gemellorum origo philoſophantium animos torſerit, in pr
tulo eſt; Qui in cellulas uteri cauſam retulere quondam, ſuam in rebus anaton
prodiderunt ignorantiam: Seminis copia, aut in partes diviſio, non explebat etiam n
tes acutius cernentes: multo minus uteri paulo major, quam fœminis communiter
conſuevit, amplitudo: Ita Problema hoc inter incerta ad noſtrum uſque ævum jacuit:
miniſti vero, mi *Wolgnadi* in obſervatione noſtra de *Ovario atque Tubis* ad Temiſſa, pingi
lam Ovarii unam grandiuſculam, materia rubenti ſpongiæ ſimili obductam, ex qua ſuſp
bar tunc devolutum fuiſſe ovum pro conceptione gemellorum, quos poſtremo partu
mina illa ediderat: Profecto hac in opinione ego roboror in dies, & naturæ ibi magn
myſterium videre mihi videor: Illius enim cellæ præ cæteris omnibus capacitas inſig
quid arguit, niſi in ipſa hæſiſſe, aut ovum ſimplex reliquis majus, aut Ova duo cæteris æc
lia? De priori, ſi unicum peperiſſet fœtum mater, nemo dubitaret: Iam vero, ubi de
mellis hoc ultimo partu editis conſtat, poſterius verum eſſe conjicio, nimirum iſtam
lam haud complexam eſſe ovum ſimplex, ſed bina ova, membrana tantum tenui interſ
ta: Cellæ enim ſuis ſingulæ ſeptis carneis ſat craſſis ab invicem diſtinguuntur, atque
ut plurimum ſimplicia complectuntur: quotieſcunque vero in cella una geminatum ov
hæret, iſtamque cellam aura ſeminalis in ecſtaſi venerea attingit, tunc ex ovo illo gem
in uterum devoluto, nonniſi Gemelli me judice naſci poterunt: Atque hanc eſſe ver
atque unicam Gemellorum originem, huc uſque incognitam arbitror: Ad Tergemi
quod attinet, cellam unam interdum trina (fortaſſis etiam pro pluribus plura) ova cor
nere probabile eſt; neque abſurde adeo hinc inferetur in *Fœminis Scoticis* eſſe ovaria
fœcunditate diſpoſita, ut cellæ pleræque pluſculis farciantur ovulis, cum gemellorum at
trigeminorum partus ibi ſit adeo frequens. *Idem ibidem Obſerv. 98.*

Conceptio Tubaria, h.e. Humani fœtus extra uteri cavitatem in Tubis conceptio.

Proxime elapſo menſe Nov. accipiebamus ab amico literas, Lutetiæ Pariſ. commoran
quibus is refert in aperto cadavere fœminæ Pariſinæ inventum fuiſſe duplicem uterum,
dendo etiam programma Gallicum typis impreſſum, atque iconem æri inciſam cum Le
mate hoc *Demonſtration d'une double matrice.* Argumentum autem programmatis Gallica
omiſſis ſuperfluis, Latine ſic ſonat.

Benedictus Vaſſalius, Chirurgus Pariſienſis, aperuit die 6. Ian. 1664. cadaver mulieris
annos natæ, temperamento ſanguineo, & habitu corporis ſatis maſculo præditæ: Reper
fuerunt duæ matrices ſingulari connexione à natura tam bene diſpoſitæ, ut vera jam
decies concepiſſet, ſeptem nimirum filios & quatuor filias, juſto omnes tempore, & debi
compoſitionis. Atqui habebant fraterculum embryonem, conceptum in Adjutorio ſive
miniculo genuini uteri, & quidem in loco ad diſtenſionem tam inepto, ut fœtus grand
cens decem ſeptimanas funeſtis ſymptomatis matrem exagitarit: Tandem trium aut qu
tuor menſium factus fœtus, carcere effracto tumulum ſibi paravit in ipſa matre, excitan
ingens ſanguinis profluvium in univerſam abdominis cavitatem, id quod tribus ultimis d
bus vehementiſſimi motus convulſivi, & denique mors ſubſequuta fuit.

S C H O L I A.

D*Væ matrices*) Vix credam gemino inſtructam fuiſſe utero Pariſienſem illam gravidam, niſi vocabulum uteri latiſſime accipere velimus pro quacunque capſula fœtum includente: Quotuſquiſque enim appictam embryi domunculam attentius conſiderat, dextram uteri genuini Tubam dilatatam, non autem accurate loquendo Uterum ſecundum eſſe confitebitur. Nimirum fundus uteri eſt locus in cujus rotunda cavitate humani fœtus ordinaria lege concipiuntur: At vero extra hunc aliquando contineri & generari hiſtoriæ aliquot convincunt: De modo tamen mens hæret quo conceptiones iſtæ Tubariæ contingunt: concedendum 1. ſemen virile non tantum in fundum pervenire, ſed in ipſas inde penetrare Tubas valere: 2. Tubas immane quantum dilatari poſſe veluti infelix Catharina Bonevallia teſtis apud Tulpium l.4. obſer. 44. 3. Maſculum ſemen in Tubas receptum ſemini fœminino commiſceri, ut conjunctim deinde in fundi cavitatem pro fœcunda-

tione & fœtus conformatione refluant: Denique
Tubis, haud ſecus atque utero, obſtructiones
frequentes, ut loquitur Veſlingius Syntagm. Anat
7. Suppoſitis his, ſequitur miſellam hanc Pariſinam
amplexibus veneres ſuſcepiſſe ſemen maris, quod
uteri fundum in dextram uſque tubam penetrans
muliebri copulatum, dum relabi in cavitatem nite
tur, interveniente notabili quadam obſtructione i
peditum ſubſtitit: Virtus interim plaſtica nunqu
otioſa, ex miſcella fœcundi ſeminis fabricari fœt
incepit, non refragante prorſus loci commoditat
quidem authore Riolano, Tubæ uteri ſunt ejuſc
naturæ & ſubſtantiæ cum utero, quia mediocr
carnoſæ: Porro creſcente fœtu magis magiſque d
tari tuba incepit, imo & membranæ ipſius ſpiſſ
ado ut ſua craſſitie genuinum uterum æmularetur

Tandem fœtus carcere effracto, &c.) Tuba
ejuſmodi conceptiones embryoni ſemper, matr
plurimum lethales eſſe arbitramur: Per anguſ

m tubæ ductum remeare in uteri cavum haud va- fœtus grandior, unde aut ſuffocatur in matrice illa ſa, ſi ea ſit ſpiſſior, aut ſi tenuior, vi perrumpit & in vum abdominis prolabitur, Eam rupturam inſignis morrhugia neceſſario comitatur, imo lethalis, niſi domine artificioſe diviſo ſanguis effuſus evacue- · , & embryo nova partus cæſarei methodo imatur: Hujus quidem operationis, qua exciſo fœ- in tuba concepto, parens ſervara ſit, etiam ſi exem- um nondum extat, fieri tamen eam poſſe non ma- s eſt negandum quam partum cæſareum hactenus cognitum: Arqui nec illud negandum, tum in tubis variorum morborum muliebrium cauſas latere hacte- nus incognitas, tum in ligamentis uteri teretibus, quippe quæ non ſimplicia ſed eſſe concava, & è duplici membrana haud ſecus atque uterum ipſum componi, imo per eandem ſeminalem materiam, nec non alia in utero coacervata excrementa ad inguina expelli, ex *Io. Veſlingio* Syntagm. Anat. c. 7. & aliis abunde conſtat, *Ioh. Sigiſm. Elsholſtius in miſc. cur. ann. 4. & 5. pag.* 77.

APPENDIX

Superfœtatonis extra ordinariæ hiſtoria, fœtui in utero corrupto & clam latenti ſuperveniens.

ANtonia Satton, Vxor Petri à Lavadout in pago Beus Sub parochia Chattezatenſi, annos nata circiter xxviij, gravi affectu detenta erat, ut vix deambulare vix reſpirare ceret, omnibus tentatis D. à Doricux Medicum in auxilium vocat qui me ſibi adjunxit, uo cum ipſam viſitavi anno 1613. menſe Iulio: Intetrogata de ægritudinis initio, & dolorum atura, reſpondit à biennio fœtum ſe excluſiſſe uno tantum die vitalem: Puerperiorum ve- o tempore contigiſſe ut domo incendio conflagrante præcipitem ſe è lecto in vicum onjecerit, hinc præ metu & mentis conſtetnatione aucta ſit debilitas, acnocte ſe- uenti venttem ſolito tumidiorem & tenitentiorem redditus, ac tumor in dies au- tior factus ſit, Ex relatione autem conjugis, inſignis anhelitus fœtor ad fuit, atroceſque & mplacabiles imi venttis dolores lumborum & iliorum: Hinc prædictus medicus Lorieux, ec non ex concavis oculis, labiorum motticino colore ac vultus, conjecit ſuperſtitem eſſe n utero fœtum à præcedente partu: Nec enim ratam eſſe ſuper fœtationem, Aut ſaltem re- ictam eſſe molam, quorum excluſioni incumbens, id præſtitit, ut excluſa materiâ ſumme œtida & livida, mulier multo melius ſe habete cœperit, munia ſolita obite, ſanitatis inte- græ ſecura, neminem prætetea in ſubſidium tevocans: Prædicto vero Medico à Lorieux xtra regionem advocato, tandem dicta muliet, ſub initium anni 1614. iterum concepit: Cujus conceptionis cauſa uterus clauſus, ac ſolita humorum excluſione ſtato tempore de- ſtitutus, atque impatiens rei omnino heterogeneæ, in propriam petnitiem cohibitæ, viam ſtiuſmodi matetiæ molita eſt, excitato ulcere paulo infra umbilicum, latera ſiniſtro, è quo anies tanto fœtore abominabilis prodibat ut nullus eſſet ferendo, idque toto trimeſtri antequam auxilium malo quætetet: Ulceris autem apertionem prægteſſus eſt tenſivus & pungitivus dolor diu moleſtus, à materia exitum affectante & partes ſucceſſive per conta- gium afficiente & inficiente: Accerſitus tandem, comite dicto D. à Lorieux, in urbem reduce, explotatum volui ulcus quod ſuperficiarium videbatur, ſtylo introitum rantum inter cutem & muſculos inveniente à latere in latus, in quo inſignis durities à me animad- verſa, quæ tamen ad ſupputationem vergere videretur: Sed cum inde ſtabile indicium ad- ſtruere non liceret, in ſubſidium quoque matticis ſpeculum advocate licuit, ut ejus ope certius quid elicere poſſemus: Id enim animo firmiter impreſſum hætebat, malum præſens à priore, quod anno præterito curandum habueramus, non diſcrepare: ſpeculi ergo benefi- cio, oſtium uteri internum adeo diſſitum erat, ut in conſpectum non veniret, nullo forin- ſecus ſe prodente malo præter ulcus nominatum: Graviditatem autem, quæ revera inerat, ſuſpicati, nihil ulterius tentate viſum eſt, ne famæ æque ac ægræ male conſuleremus: Ideo- que præſcripto regimine convenienti, iiſque quæ mundum ſervarent ulcus, illi valedixi- mus, partus tempus præſtolantes, qui non procul abfuit, matem enim paucis poſt diebus enixa eſt, ſacro fonte ablutum, ſed quinta poſt nativitatum hota denatum: Hæc quanquam itteprehenſibilia, declinate tamen calumniam non licuit: Ulceri tandem, quod in dies pe- jorem induebat conditionem (ac fœtore & dolore augeſcentibus) aliud in vicinia acceſ- ſit, duotum digitotum diſtantia ſed in eadem altitudine, & minus: exactiſq; diebus circiter xv. durum, quid eminuit, quod adſtantes agnoſcere non potuete, Ego autem à matito ac- cercitus tum ut quid rei eſſet innoteſceret, tum auxilii gratia, Explorata autem re, ſola manus, citra aliud auxilium, oſſa iſchii fœtus eduxi, quæ prima ſe obtulerunt, reliqua autem exttahere annixus, & reſiſtentiam nactus, nihil ulterius tentare volui, ſed eadem die re communicata D. D. ab Aurieux, nec non Domino De Benoiſt ſub præteri.

Sub

Sub-Prætori in Præfectuta. N. aliiſque : nullus non optavit illi operationi intereſſe, qua poſtridie xxij. Junii à me peracta eſt circa 3. aur 4. horam veſpertinam, atque iis præſentibus fœtus oſſa eduxi, inter quæ ſacrum exitum affectare videbatur per foramen majoris ulceris, quod cum admittere non poſſet, quia reliqua oſſa cohærentia alteri foramini ſe offerebant, ſola cute à priore diſtincto, eam incidi, hinc demum ſpinæ oſſa omnia colligata eduxi, humerorum & capiris : quæ poſteriora ob inſignem magnitudinem, omnium judicio naturalem multo excedentia, ab invicem abſceſſerunt, integumentis omnino exuta & cerebro deſtituta; pauxilla tantum cute, in occipite & cervice, pilis veſtita ſuperſtite, qui denſi & duorum digirorum tranſverſorum longitudinem æquabant : Cætera oſſa, præter unum brachii, adhuc integri, quippe quæ cutis adhuc tegebat, ac ſimul partem thoracis patte dextra (in qua cernere adbuc erar reliquias aliquas diaphragmaris & pulmonum) disjuncta erant & ſeparata, ab ulceris fundo à me extracta, una cum lumbrico vivo, pedalis ferme longitudinis. Veritus autem ne tum ratione doloris, tum debilitatis, ſiniſtri quid contingeret, ab operatione deſtiti, appoſitis prius quæ è re erant.

Rem autem ad examen revocantes, 1°. magnitudo & craſſities oſſium, inter quæ oſſa femorum, quibus etiamnum deerant epiphyſes, quatuor digitorum longitudinem æquabant. Et brachium integrum adhuc aſſervatum, quod ulnæ ſextam partem coæquat. 2°. tempus à quo uicus effundere cœpit ſaniem, luculentur cauſam demonſtrant, atque maxime imperitis clare oſtendunt fœrum hunc non fuiſſe gemellum poſtremi quinto menſe editi, quod quidam, ſed imperite & malevole aſſerere non erubuerunt. Demum quæ cauſa tam atrocium dolorum, quæ rumoris illius, quæ duritiei, quæ fœtoris? certe alia non ſtatuenda quam cadaver illud in utero matris relictum. An veriſimile eſt tantillo poſt partum tempore potuiſſe corrumpi & erumpere, etiam abſque auxilio, ut ne veſtigium carnis ſuperſtes fuerit, viſcerum, cerebri, nervorum, tendinum & curis; quam ſolam nominavimus. Adverſarii nobis forte objicient, impoſſibilem eſſe novam conceptionem præſente ſceleto in utero, at ignotus illis *Albucaſis*, Medicus Arabs inſignis, qui ſimile quid adnoravit, de muliere, quæ quanquam utero geſtaret fœtum mortuum, concepit tamen, mortui, per putredinem in tabum reſoluti, particulis verſus umbilicum rendentibus, è quo, facto abſceſſu, attrahentium medicamentorum ope aperto, oſſa integra prodiere : Hæc à Guidone diſcere potuiſſent : Prædicta autem mulier obiit anno 1653. menſe Septembri. In præcedentium fidem ſubſcripſi *Ioh. Mingaultius Chirurgus Aqueperſienſis.*

Observatio VII.

Hermaphroditorum aliquot anatome.

§. 1. SUperioribus annis fœminam mihi videre contigit, quæ præter vulvam, membro quoque virili prædira erat, quod tamen non erat admodum craſſum, quamobrem in ejus anatome generationis vaſa admodum accurate perveſtigavi : Vaſa ſeminaria teſtéſque conſiderans, nunquid ulla inter hæc communio & conſenſus adeſſet, Tandem hoc comperi vaſa quidem præparanria ab aliarum fœminarum præparantibus vaſis non differre, ſed deferentia, nam biparrita erant, & ex binis quaterna natura genuerat; ex quibus duo, quæ etiam majora erant, ad matricis concavum deſtinabantur, reliqua duo ad penis radicem, qui glandularum paraſtatum expers erat : Hoc ram admirabile viſu & ſpeculatu erat quam quod maxime, quo pacto natura prudens ſagaxque locum ſatis tutum ſelegerat, per quod vaſa hæc ad penem deferri poſſent, & quemadmodum meatum, qui in ipſo eſt pene, perforarent : qui meatus in aliis rum ſemini tum lotio communis exiſtit, hic vero urinæ nihil quicquam opis afferebat, nam inſtar aliarum mulierum urina exibat : uterus autem, necnon uteri cervix à cæterarum fœminarum matrice collóque nihil diſtabat, ſed in teſtibus diſcrimen erat, nam teſtes in hac craſſiores erant quam in reliquis mulieribus, ſed quoad ſitum ipſorum nullum diſcrimen deprehendi. Peni ſcrotum contiguum non erat, imo vero ſcroro prorſus carebat, & duobus muſculis prædítus erat hujus fœminæ penis, non quatuor ut in maribus perfectis : Præterea penis hujus hermaphroditi tenui pelle integebatur, nullum aderat præputium, ſed duo ſpongioſa corpora, per quæ duæ arteriæ ferebantur, ab illis ortæ quæ ad veſicam rendebant : *Columbus de re Anatom. lib. xv.*

§. 2. Anno 1615. In oppido Sreinio, milliari ultra urbem Sancti Dionyſii, Hermaphroditam puellulam multis præſentibus diſſecui : penis parvus prominebat abſque ſcroto & teſticulis : ſed ad orificio duplici exremo, uſque ad fundum ureri, duplex erat matrix, mediano pariere ſecreta : reliquæ partes genitales ſimplices erant ac ſi fuiſſet unicus uterus. *Riolanus Anthropograph. lib. 2. cap. 35.*

§. 3. Ante biennium mihi puellula hermaphroditica inſpicienda & poſt mortem examinanda oblata fuit: Infanrem illum cum vivum inſpiceremus, dijudicare non potuimus quiſnam ſexus in eo prævaleret, habebat enim penem pro ætatis ratione longiuſculum, ſimul quoque externam pudendi muliebris imaginem. Poſt aperturam cadaveris, inventus eſt uterus cum teſticulis, tubis aliſque veſpertilionum, tum & ſinu pudoris, in cujus ſuperiore parte meatus urinarius quoque aderat, adeo occultus, ut in viva eundem animadvertere non potuerimus. Cæterum penis nullum habebat commercium cum veſica, eóque tranſverſim ſecto, nulla ſpectabatur urethra, ſed tantum duo corpora nervoſa, quæ ſuis cruſculis adhærebant oſſibus pubis, ut clitoris mulierum. Potuiſſet hic ſine dubio curari ſi longius habuiſſet vitæ ſpatium, è medio ſublato pene tanquam ſupervacuo, poſtea ulcere debite tractato, ut habet *Ægineta* lib.6.cap.69. *I.Van Horne microtechn.parte* 2. §. 25. Qui plura de talibus deſidetat adeat *Caſp.Bauhini* tractatum abſolutiſſimum. Mulieris bene mentulatæ vide exemplum apud *Bartholinum* cent.2.hiſtor.57.

Observatio VII.

Pudendi orificii anguſtia pro Virginitatis nota haberi non debet.

NUper cum ex Toupinamboutiorum regione fœmina, annos 25. nata, valde impudica, quæ viros ad coitum invitaret, in hanc urbem Pariſiorum adducta fuiſſet, poſt ejus obitum pudendi orificium admodum anguſtum deprehendi, & oſſa pubis valde depreſſa: Cunnus glaber erat, pilis ſpoliatus, quos ſibi radices evellunt ejuſmodi regionis mulieres. *Riolanus Anthropogr. lib.2. cap.31.*

Observatio VIII.

Hymen, Virginitatis nota membrana, in aliquibus reperta, ab aliis non.

§. 1. DE membrana Hymene quid obſervaverim dicam, Licet vulgus hominum putet nullam eſſe virginem quæ Hymen non habeat, Ter duntaxat illam inveni, bis in duabus parvulis puellis, ſemel in natu majore, quam cum diſſecarem intererat Excellent. N. Eſt hymen membrana quædam ſub nymphis ante cervicem uteri, unico foramine prædita ſuperiore parte, ut menſes effluere poſſint, ingreſſum penis prohibens. *Columbus Anatom. lib. xv.*

§. 2. Diſſecta virgo hydropica anno 1673. atque obſervavi decantatum illud Hymen (quod quidam mambranam eſſe fingunt, aut ſi quidem mambrana eſt, p. n. quid eſt) eſſe quatuot carunculas myrtifotmes in virginibus adeo ſtrictas, ut foramen in medio relinquant vix piſum recipiens. In coitu enim ſi fricentur, magno conaru ſanguinem fundunt, unde nota virginitatis. *Ex obſervat. D. D. Glaſeri Anatomes Profeſſoris publici Baſileenſis.*

Scholia.

DE Hymene extat controverſia, 1°. quid ſit, 2. an in omnibus reperiatur? Circa primum, rejicitur Arabum opinio qui ex venulis in colli medio hymen conſtruunt, falſum etenim eſt. *Fernelius* & *Ulmus* audiendi non ſunt, qui latera colli adhærere ſtatuunt. Illos vero audire debemus, qui aut membranam, aut carunculas, aut utramq; ſimul ſtatuunt, ut *Pineus, Spigelius, Riolanus, Veſalius, Fallopius, Aquapendens, Caſſerius, Veſlingius* & alii plurimi: *Spigelius* de Hum.corp. fabrica c.18. hanc in omnibus quas ſecuit Virginibus ſe deprehendiſſe teſtatur, nec defuiſſe unam notavit. *Bartholinus* Anat. reformatæ l.1.c.31. Reſpondet hoc modo, Quod *Columbus* & *Pareus* negant ſemper inveniri, *Laurentius* nunquam ſe inveniſſe aſſerit, imputandum eſt inopiæ cadaverum, aut negligentiæ in diſſectionibus, Aut ſi putarunt ſe virgines ſecuiſſe, deſloratæ forte fueret aut ſi virgunculas, illæ quoque digitis nonnunquam & petulentia eam rumpere poſſunt. At dicent ſe ſecuiſſe abortus puellas bimas, trimas, &c. Reſpondemus non credi facile poſſe in illis deeſſe, cum authoritates & experientiæ peritorum Anatomicorum citatorum adverſentur: Deinde ſi in iſtiuſmodi aliquando deeſſe deprehenſum eſt, de quo dubitatur, eodem jure quo illi dicunt p.n. adeſſe hanc membranam, nos dicemus p. n. abeſſe, &c. *Panarolus* obſervat.ult. pentec. v. in omnibus dari aſſerit, figuram & deſcriptionem proponens.

De virginitatis notis vide plurima apud *Riolanum* Anthropogr. lib. 2. cap. 35. *Severinum Pinaum Capivacoium*, &c.

ANATOM.

ANATOMIÆ PRACTICÆ LIBRI TERTII.

Sectio XXXVIII.

De Abortu, Partu impedito, Fœtu mortuo, Puerperiis.

Observatio I.

Abortus frequens excitatus ob calculum in Rene dextro. 1. Ob vaginam uteri menſtroſæ conformationis. 2. Abortus gemellorum ob vitioſum alterius fœtus conſtitutionem & matris. 3. Quinto menſe factus ob fœtum ſuffocatum à tumore, aſperæ illius arteriæ inhærente. 4. Ob exiguitatem & tenuitatem vaſorum umbilicalium. 5.6. Ob eorundem brevitatem. 7.8. Ob eorum excedentem longitudinem fœtum ſtrangulantem. 9. Ob eadem diſrupta. 10. Ob fœtum ægrum, Tumorem in jecore, &c. 11. Ob Placentam in utero derelictam. 12. Ob ſpaſmodicos affectus à ſero acri è medulla ſpinali effluente, excitatos, Uteropartibuſque vicinis & annexis plane inſonte. 13. Ob fœtum injuriæ matri illatæ notas gerentem. 14.

§. 1. NOB. Matrona multis annis graviſſimis Renum doloribus, ſiniſtro præſertim in latere ab initio divexabatur, & quatuordecies uterum geſtans, toties octavo vel nono ſemper menſe abortivit, &c.

Eam mortuam cum ſecarem, renem ſiniſtrum penitus conſumptum deprehendi. Dextrum vero tumidum in immenſum excreviſſe, in quo per medium diſſecto calculus juſtæ magnitudinis excreverat, &c. *Vide Tit. de Lumborum dolore.*

§. 2. Mulier Bergenſis nunquam ad legitimam poſituram, conſuerúmque egreſſum infantes edere potuit; Ex utero enim omni labore protracti, omnes dudum fuere mortui & putredine correpti: Hujus vaginæ propendentis deformitatem obſtetrix primum mihi adaperuit; cum quærerem ex illa, cur mulier pariens aliarum mulicrcularum manus ad corpus admittere non vellet? reſpondit hanc vaginam eſſe in cauſa, & quamvis digitus ſemper intrudi poſſit, & ad latera vulvæ interna apte collocari, tamen ſi cuiquam innoteſceret forte, miſeram illam vulgi vereri cavillationes; Cùm autem vita diſceſſiſſet, obſtetrix rem inviſam plutibus monſtravit mulicrculis. *I. Frid. Treublerus ad Bartholinum, cent. 2. Epiſt. 91.*

§. 3. Anno 1605. matrona cacochymica circa quintum menſem imprægnationis parturientium doloribus correpta, poſt maximos ac diuturnos conatus gemellos cum multa aqua enixa eſt, fœmellam ſc. ac maſculum. In hoc diſſecando ſequentia annotavi, 1. abdomen non ſecus ac hydropicorum, aqua plenum erat: 2. Teſtes extra abdomen non propendebant ſed in ventris capacitate reſidebant, & quidem eo loci in quo vaſa ſpermatica ad ſcrotum deſcendunt: vaſa ſpermatica tam brevia erant, ut extra ventrem propendere non potuerint. 3. Hepar ſupra modum magnum, inflatum, & aliquomodo lividum. 4. Meſenterium & renes inflammata. 5. Urachus ſine cavitate ulla, neque ſtylo reperiri potuit: imo nec ipſa veſica apparebat inflata. 6. Veſica rugoſa plane & vacua, præterquam quod humor viſcidus ei ad latera, non ſecus ac in inteſtinis videre licet, adhærebat. 7. Cutis undiquaque maculis, ut in febribus peſtilentialibus conſperſa. *Fabritius Hild. cent. 2. hiſtor. 59.*

§. 4. Mulierem ſatis laudatæ ſanitatis quinto menſe abortientem vidi: cúmque fœtus fere nullam in morte mutationem perſenſiſſet, ipſum ſecui, deſiderio impulſus an aliqua necis cauſa in tam robuſto fœtu innoteſceret; cum ipſius mater valida hujuſmodi abortus nullam afferet cauſam.

Secto corpore, In cavitate thoracis ſub jugulo dextro lucidam veſicam, aqua plenam, arteriæ aſperæ adhærentem inveni, quæ copioſa humoris inundatione, quam recipiebat à capite, in pueris valde humido, eventilationem cordis prohibuerat ipſum ſuffocando. *Dom. Panarolus Pentec. 1. obſerv. 5.*

§. 5. Anno 1644. Nob. matrona quinto menſe gravida, poſt fluxum triduanum uteri

cruentum, abortum patitur atque fœtum rejicit maſculum, quoad omnes partes perfectum quidem, quantitate tamen deplumatum turdum vix æquantem, exſuccumque & aridum. Vaſa umbilicalia erant inſtar filorum communium uſualium, collo circumvoluta & quaſi alligata, non tamen brevia, uti duplici exemplo exponit *Hildanus:* nec diſrupta, uti alias *Bauhinus* notavit. In diſſectione notabantur partes ſingulæ diſcretæ, hepat albicans & exſuccum, cor pallidum, vaſa umbilicalia ſicca: Sub noctem ſecundina prodit putrida & fœtida. *I. Dan.* Horſtius *obſerv. Anat.* 5.

§. 6. Fœmina quædam honeſta temperamento ſanguineo & corpore *εὐσάρκῳ*, primum filium grandiuſculum laborioſe enixa eſt, poſtea vero ſepties abortiit, & quod mirum, etſi diverſis temporibus, & nunc breviore nunc longiore à conceptu temporis ſpatio, nimirum nunc menſe 1. nunc 2. nunc 3. imo etiam 4. & 5. abortiret, tamen omnes abortivi ejuſdem magnitudinis fuerunt, pollicis articulum ferè æquantes, membrorum tamen delineationem exhibentes, & vaſa umbilicalia inſtar fili ſubtilis albi. Poſt ſingulos vero abortus ſanguis laudabilis & copioſus effluxit: dum vero gravida eſſet, vomitionibus enormibus ſemper infeſtata fuit. *Sennertus Pract. lib. 4. p. 2. ſ. 6. cap. 2.*

SCHOLIA.

PRobabile eſt cauſam primariam tot abortuum eſſe ſanguinis materni, à quo ut altero generationis principio, per venam umbilicalem, poſt primam ex ſemine factam conformationem, affluente, perfectionem & augmentum fœtus ſumit, inopiam & defectum: cauſam autem cur ſanguis iſte in formatione fœtus defuerit, reddere difficile eſt, Etenim ſanguis in corpore non defuit, quod matris conſtitutio ſanguinea, & copioſus ſanguis laudabilis poſt partum effluens docent; Ego in ipſis vaſis umbilicalibus quærendam cenſeo, cùm ea plus juſto exilia & tenuia fuerint, ſecundina contra aliquod incrementum ſumpſerit. *Idem.*

§. 7. *Torentina Mayer*, æſtatis tempore anno 1605. ad quinti menſis finem fere ſignis omnibus fœtus vivi apparentibus, gravida fuit: circa finem vero quinti menſis fœtus primo imbecilliter movebatur, ita ut vix perſentiri potuerit: deinde paulatim & intra paucos dies omnino ceſſabat moveri: mammæ quoque, quæ ante lacte turgebant, tunc ſubſidebant, flacceſcebant & exſiccabantur, aliáque ſigna aderant ex quibus fœtum in utero mortuum eſſe facillime conjicere licuit: Tandem circa finem octavi menſis, parturientium doloribus correpta, enixa eſt maſculum, quem per tres menſes fere mortuum geſtaverat. Longitudinem ſpithamæ cum dimidia non excedebat, Oculi ex ſuis orbitis ſeu capſulis propendebant: os item apertum, caput nigrum & flaccidum erat, interim tamen fœtor nullus aderat: Hepar Uterinum integrum, ſed flaccidum pallidúmque conſpiciebatur. Chorda, ut vocant, umbilicalis, quæ communiter & in omnibus ulnarum aliquot longitudine eſſe ſolet, *vix ſpithamæ* erat longitudinis. *Fabritius* Hildanus *cent. 2. obſerv.* 50. *&* 51.

SCHOLIA.

HUjus abortus cauſam nullam aliam invenire potuimus quam malam ac ineptam conformationem vaſorum umbilicalium: Hinc peſpicuum fit creſcentem fœtum in utero materno paulatim placentam ab acetabulis ſive cotyledonibus abſtraxiſſe & ſeparaſſe: abſtracto autem Hepate uterino neceſſatio moritur fœtus. *Idem.*

§. 8. Ob vaſa umbilicalia, longiora nimium, collum infantis ambientia ſtrangulari novi. *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

OMnes propemodum fœtus, quos edidit uxor chariſſima, prolifica, ſic in lucem prodiiſſe vidi, ut vaſa umbilicalia duplici convolutione collum conſtringerent, Obſtetricum autem ſagacitate, ſalvi evaſere, quamvis vultu plumbeo, toto corpore lividi & fere exanimes prodirent, paulo poſt vino in os, ex ore obſtetricis infuſo refocillari; Hæc vero è difficilis partus cauſis una eſt, cum enim tria, ut ſit naturalis, concurrere debeant, matris enixus, Pueri robur & conatus, obſtetricíſque manus, ſi fœtus exitum affectans, ob colli conſtrictionem retrocedat, quanquam enitatur mater, & obſtetrix officio fungatur, tertiæ conditionis defectu partum protrahi neceſſe eſt.

§. 9. Conjux *Ioh. Cornu* Paterniacenſis, dum in matrimonio vixit, ad minimum octies Abortum edidit. Cauſam fuiſſe brevitatem vaſorum umbilicalium, ſeu chordæ umbilicalis quæ ultra ſeſqui ſpithamam longior non erat, certo ſcio. *Idem.*

SCHOLIA.

Q*Uæ ultra ſemi ſpithamam*] In adulto fœtu longitudo eſt ulnæ unius cum dimidia, ſive ſpithamarum trium, ob motum faciliorem embryonis, craſſities eſt digiti, quia ad ſuſtinenda vaſa robur requiritur & juſta capacitas; Illa ſi minor ſit, Abortus duplici nomine poteſt contingere, vel ob fragilitatem comitem; vel quia vaſa anguſtiora ſufficien non convehunt alimentum.

§. 10. O

§.10. Ob vaſa Umbilicalia aliquando diſrupta, ubi mater brachiis ſurſum elevatis nimium ſe extendit. Abortum fieri notavi: *Gaſpar Bauhinus Epiſt. ad Hildanum cent. 2. obſerv. 50. Vid. Illus: Theatrum Anatom. Tab. 31. Fig. 2.*

§ 11. xxiv. Maii 1593. fœtum abortivum ſex menſium aperui, cujus motum mater paulo poſt ſextam hebdomadam animadvertit; At à quarto geſtationis menſe non amplius: Longus erat pollices ſeptem, Incluſus ſecundina nondum rupta, in quantitate ovi olorini naſcitur, ſed mortuus. Aperta ſecundina olidus erat, & à plantis pedum cuticula abſceſſerat. Situ ſupino, in dextri lateris abdomine, è regione umbilici, tumor inæqualis ad phaſeoli molem, tactu aſper, viſuque manifeſtus per cutem ſpectabatur. Abdomine ſecto jecur magnum, ſed exterior gibbáque ejus ſuperficies tota colore flava: Inferior & ſima haud male colorata: at infimus ejus lobus tumorem inæqualem, aſperum, tophorum particulis; tanquam confractis ceraſorum nucleis, abſque pure tamen, plenum continens, viſu tactúque durus repertus eſt; Exſecto Jecore nullus cruor effluebat; quin nec vena umbilicalis quicquam ſanguinis continebat, totúſque fœtus gracilis erat & macilentus, Cætera viſcera nihil vitii habebant. H. *Smetius miſcellaneorum lib. x. p. 571.*

§.12. Mulieri venter in immenſum molem excreverat ob uteri ingens incrementum, qui ad minimum libras 40. pendebat: Cujus cavitatem internam materia quædam inſtar pugni majoris craſſa, putrida & nigricans adimplebat, quam ſtatim à fœtu, mola, aut placenta non edita, ſed in utero putrefacta originem ſumpſiſſe judicabam: Quod ultimum confirmabatur, ex eo quod ante xxv. annos, 2°. vel 3°. ingravidationis menſe, veſiculam quandam aqua repletam, per muliebria abſque placenta excreverat; ſubſequente maximo lochiorum fluxu per 6. vel 7. menſes; quo ceſſante venter ſenſim magis magiſque intumuit: Hanc obſervationem maxime utilem eſſe cognovi, qui ab illo tempore quartam vel quintam abortionem patientes, per placentarum expulſionem felici cum ſucceſſu, duorum vel trium dierum ſpatio priſtinæ ſanitati reſtitui. *Obſerv. Regn. de Graaf.*

SCHOLIA.

L*Ochiorum fluxu per 6. vel 7. menſes, &c.*] Irritata ſcil. continuo expultrice ute.i ad extranei excluſionem, quæ non deſinit quoutque illud totas eliminetur. Eadem eſt ratio fluoris ſanguinis quibuſdam gravidis ſupervenientis, qui non alia ope ſiſti poteſt quam fœtus eductione, quocunque tempore graviditatis advenerit: ſtatim enim ac ille excluſus eſt, fluor deſinit; quod niſi fiat fœtus & materna pereunt. *Vide Obſtetricem Gallicam.*

§.13. Domina Ill. per multos annos affectibus ſpaſmodicis obnoxia, potiſſimum vero quoties utero conceperat pathematis convulſivis, quaſi hyſtericis ſupra modum tentari ſolebat; ſub finem tertii menſis *gravida*, quo tempore conſtanter *Abortire* ſolebat, menſtrua erumperunt, quibus per duos aut tres dies, una cum membranarum lacetatarum fruſtulis deſcendentibus *abortum* expectabat: Tandem uteri ſarcinam depoſuit, &c. Demum apoplectica interiit.

Quoniam Uteri principaliter affecti ſuſpicio ferebatur, quantum hoc viſcus meruerat proxime inquirebam: quod in debito ſitu, & quoad omnia ſartum & tectum reperi. Circa uterum, aut appendicem ejus, nihil extabat cui tanquam cauſæ morbificæ imputari poruerit: At vero præcipuam & originalem morbi cauſam in capite quæſivimus, haud fruſtra: Nam omnes cerebri cavitates & amfractus aqua implens, ejuſque totam compagem quaſi inundans cernebatur: Juxta nervorum ſplachnicorum origines aqua ſe plurimum inſinuans piam matrem à medullæ oblongatæ caudice, per duos digitos latos ſeparaverat, proculdubio horum nervorum ductu materies morbifica à capite in meſenterii plexus deſcendens & dolorum & ſpaſmorum, *& hos conſequuti Abortus*, cauſa extiterat. *Vide lib. 1. ſect. 13. obſervat. 7.*

§.14. Cum in oppido Reinheimb, Phil. Rheimichii uxor concivis, conjugem ultimo menſe gravidam, non tantum jurgiis proſequeretur, ſed & dextræ parti capitis, ipſo tum ardente Syrro impingeret, editus paulo poſt infans, in ea ipſa, qua mater concuſſa fuerat parte, continui ſolutionem paſſus eſt: Re ad me delata, miſertus paupeculæ ocyus illuc conceſſi, atq; deprehendi continui ſolutionem ad ipſum cerebrum penetrare, portionémque ipſius cranii fractam jam putredinem concepiſſe. Licet autem externa & interna roborantia fuerint exhibita, putrida etiam porrio cranii execta, multáque fœtida purulente materia exſtracta, brevi tamen infans de mortuus ſequentia notanda dedit: Venulæ fuerunt turgidæ, ventriculi cerebri aqua repleti, cerebri ſubſtantia flaccida. Inter cerebrum & meninges aderat collectio materiæ purulentæ & fœtidæ. *Ioh. Daniel Horſtius obſerv. Med. ij.*

SCHOLIA.

QUæſitum an verberans fuerit cauſa hujus mali? Reſpondi quod ſic, cum etiam à minis partium conformatio vitiari poſſit in fœtu: Sic narrat *Gemma* Coſmocr. lib. 1. c. 6. infanti eadem calvariæ parte, cui in matre acies minitabatur, magnum continuitatis divortium apparuiſſe: Facile enim imaginationi formationem mutare, etiam in ultimis geſtationis menſibus, teſte *Sennerto* l.4. p. 2. ſect. 4. cap. 7. Quomodo vero hoc fiat, id citato loco oſtendit, Parenſque noſter de cauſis ſimilitud. & diſſimil. in fœtu, &c.

Idem ibidem.

OBSERVATIO II.

Partus difficultas ob corpus uteri in ſcirrhum concretum & vitioſum fœtus ſitum. 1. Ob ſcirrhum & perforationem uteri. 2. Ob Abſceſſum 3. Ob Tumorem durum cum ulcere & uteri diſruptione. 4. Ob orificium arcte clauſum, compreſſum à recto inteſtino fæcibus oppleto. 5. Ob uteri craſſitiem extraordinariam. 6. Ob omenti craſſitiem. 7.

§. 1. ANno 1611. 24. Maii Uxor D.A. Morge, 30. annos nata, cum quinto utero geſtaret & finem noni menſis attigiſſet, *doloribus parturientium* correpta fuit circa horam x. matutinam, cum pro more pranſa eſſet, dolores tam acerbos & motum fœtus tam vehementem ſuſtinuit, ut vix unquam ſimiles viſos aſtantes retulerint quate vires protinus proſtratæ fuerunt: circa 3. pomeridianam leipothymia & horrores maximi ſupervenerunt, quo tempore infantem in utero obiiſſe credo: dolores enim atque conarus ad parturiendum ab eo tempore ceſſarunt, nec fœtus percipi potuit: Accerſitus circa xi. noctis pulſum vix percipere potui, extremitates frigidæ erant & ſudor frigidiſſimus in roto; brachium dexrrum extra vulvam propendebat: ideo mortem proximam prædixi: Ne itaque inventionem meam, quæ hactenus in multis feliciter mihi ſucceſſit, apud vulgus odioſam redderem, manum adhibere nolui: Adſtanrium tamen & ægræ precibus commotus, aliquid confectionis alkermes ex aqua cinnam. propinavi: poſtea, quia genitalia veluti arida erant (quandoquidem ne guttula ſanguinis profluebat) ſacculum ex relaxantibus, emollientibus, anodynis applicui, unguento emolliente imum ventris, coxas, os ſacrum & genitalia inunxi, tandem eodem unguento inuncta manu ſitum infantis exſpiſcari cœpi, qui etſi monſtroſus eſſet, & brachium dextrum extra collum matricis propenderet, caput tamen, quod pectori incumbebat (prius tamen inuncto & clementer intruſo brachio) verſus collum matricis manu reduxi: verum cum uterum & ipſius collum ob virium & expultricis ſummam imbecillitatem ſupra modum claudererur, adeóque conſtringererur ut manus mea ſufferre non poſſet ab opere deſiſtere coactus fui, brachium mox iterum egreſſum eſt, Et circa decimam matutinam ſequenti die obiit.

Miratus quod fœmina illa, alioqui ſana, tam ſubito extincta fuiſſet, ſuaſi ut cadaver incideretur: Aperto iraque ventre, vacuum ſanguine ſeroſo repletum reperi: ob ingentes enim dolores & violentum motum infantis, venæ nonnullæ in ipſo parenchymate Hepatis & circa os ſacrum ruptæ fuerant: inde profuſionem ſanguinis & mortem ſequutam eſſe nullum eſt dubium: Situs autem fœtus talis erat, caput collo matticis ptoxime adhærebat, brachium dextrum, quod lividum, extra collum matricis propendebat: Crura verſus pectus & caput ita reflectebantur, ut pedes in vertice conjungerentur, manus ſiniſtra hypochondrio dextro ita erat impoſita ut brachium crura verſus poplitem amplectetetur: Exempto fœtu ſcirrhum duriſſimum qui magnitudinem capitis infantis fere adæquabat, inveni. Ille autem uteto non ſimplicitet adhærebat, ſed ipſum corpus ureri in ſcirrhum concretum atque induratum fuerat.

Scirrhum hunc cauſam fuiſſe mortis nemo negare poterit, cum uterus ratione hujus ſcirrhi ita anguſtus factus fuerit, ut cum mulieri adeſſet partus, ſeſe extendere non poſſet, & quia fœtus maturus & vegetus Impetum talem fecerat ut venæ rumperentut, necnon hæmorrhagia & mors ſequeretur. *G. Fabritius Hildanus cent. 3. obſerv. 57. & Epiſt. ad M. Doringium.*

SCHOLIA.

D*Oloribus parturientium*] *Rondeletius* doloris pariendique difficultatis cauſam refert in violentam ſecundinæ à matrice avulſionem. Sed cum ſeparatio hæc, ſi juſto tempore fiat, ſæpe citra moleſtiam accidat; fœtuſque ſæpe exeat ſecundinis adhuc arcte adhærentibus, diúque poſt excluſis, dolore nihilominus graviter urgente, veriſimilius referendus in violentam dilatationem ductus qui ab utero ad pudendum uſque progreditur, cervix nominati qui quanquam amplitudine donatus ſit inſigni, quia tamen fœtum, niſi admodum quoque diſtenderetur, tranſmittere nequiret, fit ut & ex hac diſtenſione, una cum eâ quæ in aliis orificiis accidit, dolor pariendique labor augeatur.

§. 2. Ho-

§. 2. Honeſta quædam matrona juuencula bis fœtum mortuum, opportuno tamen tempore enixa, tertium gravida, tempore partus inſtante, doloribuſque urgentibus fœtur fruſtra excludere allaborat: Ego prima Julii 1670. veſperi ad eam vocatus inveni ſatis ad huc vegetam: quærens de ſtatu ipſius, ab obſtetricibus reſponſum tale retuli, os utei apertum eſſe, reliquaque bene conſtituta, ſitum autem infantis malum, manu tantur dextra extra vergente, capite vero & reliquis membris imperveſtigabilibus: cùm ita pe totam noctem una cum tribus obſtetricibus adeſſem, nonnullaque corroborantia & fœtu expulſionem promoventia præſciberem, ægraque ſine faſtidio libenter aſſumeret, omni tamen in eodem ſtatu permanſerunt, manu infantis uſque ad ſcapulam fere exerta, & jan emortua immobili permanente, puerperaque ſumme debili, donec natura tandem in totum deficiente, die xxij. Julii paulo ante primam pomeridianam obiit.

Cadavere ipſius ſtatim poſt mortem aperto, inferius uterum invenimus laceratum & quaſi ex ulcere perforatum, fœtu maſculino perfecto cum ſecundinis extra uterum inte inteſtina latitante, manu tantum dextra partim in vagina uteri, partim extra uterum prominente: præterea quoque uterus in fundo diſſectus, ad palmæ craſſitiem ſcirrhoſa duritie tumidus apparuit. *Obſervat. Simonis Scholzi in miſcell. curioſis anni* 1671. *Obſervat.* 86.

§. 3. Anno 1670. menſe Auguſto uxor militis laborabat 5. aut 6. diebus doloribus partus: infans primis diebus vivus perſentiebatur, tandem nulla ſigna vitæ edens & matrem jam doloribus fractam è vivis ſubſequi fecit.

Aperto utero, tantus fœtor emanavit, ut etſi in atrio domus res facta fuerit, præ abſurdiſſimo tamen fœtore nemo ſat longo tempore accedere potuerit: tandem exempto jam mortuo infante, collum uteri abſceſſu turgidum reperi, ſaniemque inde emanantem teterrimo fœtore nares percellentem: Hoc autem obſervatu dignum circa fœtum reperi: Infantem bene formatum, & ut judicare licuit, alias ſanum fuiſſe, Et dum inſtabat hora exitus, ipſummet conatum fuiſſe viam quærere per quam exiret: cumque eadem ob tumores eidem non patuiſſet, tamen tantos impetus fortitudinis proprie exeruiſſe, ut magnam partem cranii in parte dextra ad intra ſibi compreſſerit: Ex quo clare eluceſcit non ſolum vim expultricem uteri facere ad protrudendum fœtum, ſed & ipſum infantem allaborare ad ſui è carcere liberationem. *Ioh. Iacobus Venceſl. Dobrzensky. à Negroponte, in miſcellan. curioſis anni* 1670. *Obſervat.* 18.

§. 4. Anno 1670. Aug. 23. Pragæ Catharina Wolrahin, temperamenti frigidi & hum. ætatis 35. ann. quatuor jam antea proles robuſtas feliciter peperit, tandem de dolore uteri ſubinde querebatur, colore pallida, macies in dies incrementum ſumpſit, tuſſis ſicca moleſtabat, cum quinta prole ad nonum menſem, naturale pariendi tempus pervenit: quatuor diebus laborioſo partu miſere torquebatur, fœtus dextram manum exporrectam habuit, nec ultra ab obſtetrice adjuvari, nec à conatu matris protrudi potuit; quinta tandem die fœtu jam extincto & illa exſpiravit.

Aperto leniter abdomine, puer robuſtus extra uterum, omnis involucris ſolutus, pedibus in ſiniſtrum hypochondrium extenſis Lienem contingens, capite cum manu exporrecta, intra oſſa pubis & cervicem uteri hærebat: Chirurgo adſtanti ut fœtum ſuaviter eximat dico, quo exempto manus livida una cum parte capitis, quæ exitum tentabat, ob vehementem facultatis expellentis conatum, in acutum redacta, deprehenſa; Uterus in parte ſiniſtra, una cum ſecundinis à conatu pueri pedibus diſruptus: In parte vero dextra, tumor quidam durus in convexum uſque ad cervicem uteri inſtar globi ſe extendebat: in concavo hujus, ulcus nigrum gangrænoſum illum tumorem cauſans, qui fœtui vitam præcluſit, repertum eſt: Sectus per medium tumor, craſſitiem quatuor transverſorum digitorum ſuperabat: hæc cauſa detenti fœtus. *Simon Aloyſius Tudecis in Miſcellan. curioſis anni* 1671. *Obſev.* 254.

§. 5. Gravida 5. menſe paralyſi totius corporis inferioris à coxis ad extremos pedes tentatur: Ob longam in decubitu moram gangræna nates derepente occupat, qua generoſioribus remediis ablata, quum nulla vitæ ſpes ſupereſſet, calore nativo à fœdis evapotationibus infecto, prorſus deficiente, ad extrahendum fœtum quinqnemeſtrem, cujus nuper motum ægra mater ſenſerat, operas ſuas manuſque certatim conferunt Medici pariter & obſtetrices: Hæ igitur manu immiſſa nullum fœtum in utero adeſſe clamant, niſi molam fortaſſis; At peritior Medicus tumorem ſtarim deprehendit ex inteſtino recto fæcibus induratis repleto: ad uterum vero progrediens, nulla vi manum intrudere poteſt.

Mortuæ cadaver apertum, viſumque os uteri arctiſſime clauſum, fœtuſque optimi coloris & habitus in utero mortuus, nec vicinarum partium fœditate ulla putridus, membranatumque uteri denſitate inter tot moleſtias tutus. *Bartholinus cent.* 4. *hiſtor.* 27.

§. 6. Lapidicidæ uxor maxima cum difficultate fœtum edit, qui paulo poſt extinguitur: Eo excluſo tumidus nihilominus remanet venter, unde molæ ſuſpicio; nihil tamen manum intrudens obſtetrix præter anguſtiam deprehendit, Die ſequenti à partu interiit.

Recluſo ventre inſignis uteri craſſities, per totum ambitum ſcirrhoſi, tres digitos ſpiſſitudine æquantis deprehenditur. Mirum fuit quomodo & concipere, & fœtum geſtare, multoque magis quomodo eniti valuerit, ac fœtus intra eas anguſtias, præ duritie renitentes, componere ſe ad exitum potuerit. *Obſervatio M. Benjamin Noel Chirurgi Genevenſis.*

§. 7. Mulier aliquando parit difficulter ob Omenti & vicinarum partium nimiam ſpiſſitudinem & obeſitatem: Nam *Hippocrates* ſcripſit Omenti magnitudinem impedire conceptum os uteri comprimendo, ſic & facile partum moleſtat: In quibuſdam enim Omentum deſcendit inter veſicam & uterum, ibique ſpiſſius fit. *Rondeletius pract. cap.* 64.

Observatio III.

Partus impeditus ob oſſis Pectinis malam conformationem, quam uteri diſruptio ſequuta. 1. In Partus difficultate uterus laceratus, impediente ſcirrho uteri fœtus excluſionem. 2. 10. Fœtus extra uterum diſruptum repertus. 3. 4. Impeditus ob adnatum uteri orificio ſarcoma. 5. Ob uteri orificium caput fœtus conſtringens, Hydropem abdominis in matre. 6. Ob apophyſin non naturalem in interna oſſium pubis facie aut iſchii. 7. 8. Uterus diſruptus prope cervicem, in cujus foramen fœtus brachium intruſerat. 9. Partus impeditus ob anguſtiam oris matricis, hujuſque lacerationem. 11. Ob vitioſam oſſium coccygis & pelvis conformationem. 12.

§. 1. ANno 1594. Haganoæ Alſatiæ mulier 40. annor. cum jam ſepties fœtus alioquin integre efformatos, ſed mortuos peperiſſet, ultimo partu, 8. ſcil. ipſa quoque una cum fœtu, non tamen edito ſuccubuit, poſtridie nimirum quam fœtus in alvo materna extinctus animadverteretur: Inſtantibus autem partus doloribus, iiſque vehementiſſimis (valide quippe puer movebatur) atque ſæpius toto triduo recurrentibus, quibus prægnans miſere ſed fruſtra excruciabatur: dolorum tandem ſævitia, potiſſimum tamen ultima nocte illis exaſperatis, vitiumque reſolutione proſtrata, interiit: Multa quidem à mulieribus aſtantibus tentata fuere, aſt ſine ullo parturientis juvamine.

Demortuæ cadaver aperiendo, vix leviter impreſſa novacula, muſculos epigaſtrii cum peritonæo dividere voluimus, quo uteri ſitum prius cum fœtu contemplaremur: At vix inquam immiſſa acie, & abdomine parum diſſecto, dorſum pueri vulneratur: Nos nil tale ſuſpicantes primo uterum tactum fuiſſe credidimus: ideoque cautius ſectionem abdominis inſtituendam putamus, qua peracta integer ſtatim fœtus, omnibus numeris abſolutus (licet jam inflatus & cuticula abſcedente ob incipientem putredinem) occurrit, atque immediate peritonæum superne contingens; inferne inteſtino recto incumbens, liber in ventris capacitate inferioris, nullo neque velamine aut membrana, neque utero cinctus; ſitu alioquin ad partum faciliorem accommodato, capite deorſum facie ad poſteriora reclinata, corporis trunco in longitudinem extenſo, omnibus reliquis partibus, tam earum quæ ab utero, quam quæ ad uterum, ut & quæ in utero, (una ruptione excepta) nihil præternaturale oſtendentibus: nullibi apparente neque contuſione, neque vulneratione, ulcere, aut apoſtemate conſpiciendus offertur: Ubi etſi nos ob rei novitatem admiraremur, non tam fœtus ſitum & figuram rectam, licet extra uterum in abdominis capacitate factam, quam fœtum ipſum integrum & juſtæ magnitudinis ac conformationis citra uterum atque extra matricem viſus objectum, tamen lacero, rupto, ſeu potius abrupto utero conſpecto, mirari aliqua ex parte deſiimus: Cauſas vero hujus ruptionis indagandi haud ſine majore admiratione anſam datam animadvertimus: Porro alligatus adhuc fœtus erat vaſis umbilicalibus ſuis ſecundinis, quæ ſurſum ad ſiniſtram, lienem verſus, ad inteſtina & lumbos retractæ, & tanquam per convulſionem & abbreviationem vinculorum firmiter connexæ iſtis partibus cernebantur, ut eaſdem inde abſtrahere difficile fuerit: De *uteri* vero *ſubſtantia*, quæ quidem *tenuior ſolito* apparebat, quantum equidem conſpici potuit, illud ſecundinis, ac potiſſimum placentæ, ſeu chorio aut uterino jecori tanquam concretum, rurſuſque in minorem magnitudinem (ut alias poſt naturalem partum contingere ſolet, contractum fuerat, atque adeo ſecundinas nequaquam amplitudine

excel

excedere videbatur, uterus ut propterea eundem, quia conciderat, ratione potius qua ſenſibus agnoſcere neceſſe habuerimus: Cæterum juxta cervicem uteri, ad os pectin intrinſecus ſub veſica, membranæ portio, uſitati cultri craſſitiem non excedens, latit dinem dimidiæ palmæ propendebat, quæ uteri abrupti particula fuit: reliquum autem una cum proprio uteri orificio, ipſiſque ſecundinis omne ad inteſtina, ut dictum eſt, ſu ſum raptum, alieno loco detinebatur: unde penitus à cervice, ſeu ſinu muliebri omn buſque vicinis partibus, quibus adnaſci ſolet, avulſum, atque ex parte dilaceratum fuit uterum patuit. Ex his illud maxime ſuſpiciendum & quærendum videtur, cujus vi uteri abruptus fuerit? Nos tot fœtuum in partu interemptorum cauſam deprehendimus *Oſ pectinis malam conformationem*, nimis ſcil. Depreſſi, quod in gibbum ſuperne, inferne a tem in arcum excavatum eſſe oportuiſſet. *Leonardus Doldius Noribergenſis Medicus.*

SCHOLIA.

NOn aliam cauſam, præter dictam oſſis depreſſionem, ſtatuendam eſſe exiſtimo, cùm neque in fœtum imbellem & debilem, organis ad tantam vehementiam nondum præditum, (qui ſolum pondere & motu locali, cum levi calcitratione exitum quærit) Neque in parientem referre liceat; mulier enim non confert plus ad partum quam ut muſculos abdominis comprimendo actionem uteri juvet: Opus namque ipſum, quod à ſeipſis parturientes præſtant, non uteri eſt, ſed muſculorum abdominis, ut *Gal. 3. facult. nat.* aſſerit; nulla enim vi alia ad partum excitare mulieres uterum poſſunt; multo minus in uterum, quia etſi partus proprie eſt uteri paientis & expellentis, tamen is conſtrictione, atque fibrarum contractione non dilatatione operatur, ut hic minus rupturæ metus ſit: An vero vi alicui externæ, maxime jam ob hæmorrhagias & dolores extenuato utero (qui quo vicinior partui eſt, eo tenuior evadere ſolet, teſte *Gal. lib. de Diſſ. uteri*) idque obſtetricis manui acceptum ferendum ſit, aliis affirmandum relinquo: Non minus tamen ſitus pueri, alioquin optimus, admirationem augere videtur, an ſcil. manu obſtetricis perfracto jam utero, an vero integro adhuc utero intus figuratus puer fuerit: ſive ante ruptionem ſtatuatur ſitus factus ſive poſt, difficultas ruptionis oſtenditur: Neque etiam tutum, fuerit affirmare fœtum, quia inflatus & ſatis tumidus repetiebatur, poſt mortem utriuſque incipiente putredine ob inflationem & magnitudinem auctam, utero dudum attenuato abrupiſſe, velut à muſto ebulliente dolii fundum, cúm id fiſſuram potius intuliſſet quam abruptionem: Depreſſio autem dicta oſſis pectinis frequentiſſima eſt, juxta *Arantii* obſervationem, & quidem incurabilis partus difficultatis cauſa eſſe ſolet, ob quam infantes juſtam magnitudinem adepti, ſine principum partium conquaſſatione hanc lucem aſpicere nequeunt: Hæc quidem locorum anguſtia, non concurrentibus cauſis ſuperius attactis aliquid etiam, ad ruptionem contulerit, ego ut neque infirmare, nec tamen ex his unam aliquam hujus affectus principaliorem cauſam producere queo: qui potius hoc (una cum *Galeno 15. de uſu part. 7.* dum de naturali partu ſcribit, mirari nos poſſe, intelligere autem non poſſe) inter naturæ rara miranda repono: Hinc tamen confi matur aliquando neceſſitas partus cæſarei, niſi t miditas mulierculanum hoc opus abhorreret. *Ide ibidem.*

Uteri ſubſtantia tenuior ſolito apparebat] Craſſ ties uteri variat, Nam in virginibus tenuis eſt ſub ſtantia, in adultis craſſior; & quo ſæpius mulier ute rum geſſit, eo craſſior eſt: menſibus fluentibus craſ ſeſcit uterus, & quamdiu inſtat menſium excre tio, tumida & craſſa apparet: In gravidis *Galenu Veſalius*, aliique Anatomici putant uterum quo ma gis extenditur eo magis attenuari, craſſitudinem i longitudinem abſumi; ſed ocularis experientia re fragatur, & authoritates *Sylvii*, *Arantii* & aliorum nam à primo conceptu uſque ad partum augetur ſe cundum omnes dimenſiones, & uti amplior, ſi craſſior paulatim redditur & mollior, ita ut poſtremis menſibus duos digitos craſſa ſit uteri ſubſtantia adeo tum uterus à membranea ſubſtantia abit, & ru bra fit, fungoſa, ſpongioſa, moreque pumicis fora minibus pervia, in multos quaſi cortices diviſibilis quod fit ob affluxum ſanguinis & ſpirituum pro fœtu copioſum: De utraque opinione ita cenſet *Falcoburgius*: Tenuiorem revera fieri uteri ſubſtantiam, u in diſſectis gravidis obſervavit, ſed eam videri craſſiorem, quod Hepar uterinum illi arctiſſime connaſcatur, & hoc potuiſſe pluribus imponere: *Nic.* vero *Fontanus* dicit in utero gravidæ ſe ſeparaſſe hepar uterinum à membrana, & membranam admodum craſſam inveniſſe: Rectè id quidem, imbibit enim membrana, veluti ſpongia, affluentem uteri humiditatem, & craſſiorem ſubſtantiæ conditionem induit; Si tenuior aliquando p. n. reddatur, ſive humoris defectu, ſive nimia diſtenſione, rumpitur de facili, à fortioribus pellentibus: idem in puerpera obſervavit *Salmuth*: Craſſiſſima vero eſt uteri ſubſtantia circa orificium internum, quod anguſtum, unde admiranda illa in partu dilatatio & poſtea coarctatio. *Bartholinus Anat. reformata l. 1. c. 28.* A partu autem uterum ſpiſſum & craſſum per octiduum manere, atque inde ad priſtinam rurſum redire formam, in quinque mulieribus, quas mox poſt partum ſupplicio affectas, vel in partu mortuas diſſecuit, obſervavit. *F. Platerus.*

§. 2. Matrona quædam Luſtriæ, ad marginem Lacus Lemanni, totos ſex dies parturiens fuerat: Ego tandem aduocatus, ipſam in agone mortis reperio, eaque ipſa nocte obiit.

Corpore aperto uterum laceratum, & caput infantuli in ventris capacitatem dimiſſum inveni: Hujus autem difficultatis cauſa fuerat ſcirrhus, qui magnitudinem capitis infantuli propemodum adæquabat, matrici tamen non uſque adeo adhærebat: Hic obſtitit quominus uterus tempore prægnationis ſeſe ſatis extendere, & parturientis violentum motum fœtus ſuſtinere potuerit. *Fabritius Hildanus cent. 1. Obſervat. 67.*

§. 3. Anno

§. 3. Anno 1607. D. *Binet* Chirurgus Pariſienſis, diſſecuit cadavet *Ianæ du Bois*: Aperto domine fœtus inteſtinis incumbens repertus, lacerata enim & rupta matrice eam omni- s egreſſus erat, ſimul effuſa magna ſanguinis copia in ventris capacitatem: *Iac. Guilleau cap. 13. lib. 2. de facili partu.*

§. 4. Teſtes adduco D. *Pineau*, *Guerin*, *Lanay* Chirurgos Juratos Pariſienſes, me diſſe- iſſe cadaver pauperculæ mulieris in Noſodochio mortuæ: in cujus ventte repertus in- ns aquis innatans, utero circa fundum diſrupto. *Idem.*

SCHOLIA.

NE fœtus calcitrans exitumque affectans, enormi facta uterri diſtenſione (ad quam ſæpe con- lſiones ſequuntur) illum diſrumpat & laceret, ex- edit illico partum promovere: quod nuperrime æſtitit dictus *Binet*, imperante D. D. *Bonvart* in ypographi uxore, quæ partus labores ab octava matutina ad nonam veſpertinam experta erat, cui cum exilis & debilis eſſet pulſus, omni motu & ſenſu privatæ, metu imminentium convulſionum, immiſſa in uterum manu, occurrente fœtus capite, membranas aquas continentes laceravit, iiſque effuſis felicem promovit partum. *Idem.*

§. 5. Expleto geſtationis tempore fœmina Hafnienſis, fœtum eniti nullo conatu po- it: Extinctus embryo miſeræ quoque matri acceleravit interitum.

In aperto cadavere inventus quidem embryo, ſed adnata uteri orificio carnea excre- entia viam occluſit, omnemque egreſſuro exitum intercepit: hinc ſuffocatus embryo, enegato ad vitam meatu fruſtra laborantem matrem aura maligna inſecit. *Th. Bartholinus ent. 1. hiſt. 94.*

§. 6. Fuit apud nos Nettix 24. annor. ætatis, quæ à quodam vitiata gemellos conce- it; fœmellam, cujus ſitus in dextro latere, & maſculum cujus ſub hypochondrio ſiniſtro: lla minor, viva edita eſt, quanquam in tergum prodiret; hic major intra matrem eſt uffocatus: cùm enim maſculus aquis emiſſis ſequi vellet, ab orificio matricis conſtricto trangulatus hæſit: mater paulo poſt exſpiravit.

Cùm juſſu Magiſtratus aperiretur, Omentum deerat; ruptum credo in latera ad in- eſtina conceſſiſſe; Viva mater ſæpe conqueſta eſt ventrem ſibi divulſum iri: Statim in onſpectum prodiit uterus, alicubi ruber, alicubi nigro ſanguine infectus, alicubi livi- dus occupabat totam capacitatem uſque ad foveam pectoris ferè? modico enim inter- vallo aberat ſternum, ſeu malum punicum: Ventriculum compulerat verſus diaphragma, ta ut à lateribus uteri in ſummo appareret: Hepar intra dextrum hypochondrium la- ebat: Utero aperto ſecundæ in conſpectum veniebant: Hic quærebant geminæ ne eſſent, an una tantum? Vocabatur una in medio diviſa in duo domicilia, interventu mnii: Secundis diſſectis infans apparebat albis ſordibus obductus: Caput merſum erat n collum matricis, & ab uteri orificio ſic tenebatur, ut vi eſſet revellendum: Dorſum pectabat ventrem, alvus ad ſpinam matris verſa erat, nates & pedes complicatis genubus n ventriculum matris tendebant: brachia adjacebant lateribus & genibus occurrebant: Omnino ſitus erat naturalis & ad exitum diſpoſitus, ſi vires pariendi non defeciſſent rodiiſſet ita ut occiput anteriora, frons poſteriora matris reſpiceret, qui eſt alter ex na- uralibus ſitus: Viſa deinde ſunt membra cætera propter hydropem matris: Pulmo livi- dus, atro ſanguine refertus, Cor flaccidum, Hepar & Renes boni, Lien in ſiniſtro la- ere adhærebat ventriculo orbicularis circumferentia & nonnihil tumidus, palmæ ma- nus inſtar habens, ſanguis intus ex puniceo niger: Judicatum eſt vitio Pulmonis hydro- em eſſe ortum, cùm Hepar rectè ſe haberet, & ex thoracis capacitate aqua ichoroſa efflueret: laboraverat autem Aſthmate: In ventriculo nihil cibi erat, ſed bilioſa quæ- dam ſuperfluitas, quæ orificium acrimonia vellicaverat, unde querelæ de roſione cor- dis: Inteſtina inflata nihil ferè excrementorum continebant, ob jejunia & ciborum faſti- dia: Mammæ in rugas contractæ papillis nigreſcentibus conſpiciebantur: Foris à ven- ris tumore verſus latera & dorſum ſuffuſus, ſanguis lividus, niger, puniceus, pedes œde- natoſi: Periiſſe judicatum eſt defectu virium in duplici partu: Vires autem proſtratæ fue- ant, hydrope, aſthmate, curis, doloribus dorſi validis: Spina enim intus elevata quaſi n arcum erat, haud ſcio an convulſa, an pondere uteri & inteſtinorum tracta. *A. Libavius in ciſta med. Hornungi Epiſt. 76.*

§. 7. Ex parte matris nihil præter naturam eſſe debet, ut eſt *συλοειδὴς ἐξέφυσις*, vel *ἀγκυροειδὴς* in interna oſſium pubis aut iſchii facie, quæ obſunt fœtibus, ita ut nonniſi mor- tui emitti poſſint: Quod à nobis, pluribuſque aliis Medicis ac Chirurgis Lutetiæ viſum in cadavere honeſtiſſimæ mulieris, in difficili eam ob cauſam puerperio functæ, quæ dictam apophyſin prælongam præter naturam habebat, oſſi pubis ſiniſtro innatam, intus

prope

prope ſynchondroſeos infernum finem : Os pubis tali præditum apophyſi alias dedi D *Barco* Regis Chirurgo. *Severinus Pinaus lib. 2. de Not. viginitatis cap. 5.*

§. 8. Nullus aliquando fit Partus ob minus miniméve explicata pubis oſſa, Tum ob aliquas excreſcentias oſſeas in prædictis viis exiſtentes exitumque fœtui præcludentes. *Sylvius de le Boë Practica lib. 3. cap. viij. §. viij.*

§. 9. Inter pariendum moritur fœmina quædam Lipſiæ : Maritus certior de matre & fœtu eſſe cupiens, rogat ſectioni ut præeſſe velim : Secto itaque abdomine, infans extra uterum ſupra inteſtina reperitur : Rem mitati, Uterum inquirimus & ruptum illum ad Ilion dextrum prope cervicem, ad dimidiæ ſpithamæ longitudinem offendimus : Fœtus quoque brachium dextrum, quod pridie ejus diei exeruerat & retraxerat, corruptum erat & fœtens : *Phil. Salmuth centur. 1. Obſerv. 16.*

SCHOLIA.

HOc loco monendæ ſunt mulierculæ ne vel intempeſtivis vel fortioribus, vel nimiis utantur pellentibus : Maritus quidam horum nimium uſum cum lacrymis accuſabat. *Idem.*

§. 10. Uxor cujuſdam militis gravida, pallida & melancholica, eum circa feſtum Paſchatos anno 1624. ultra triduum parere non poſſet, vocatus, omnibuſque quæ cum ipſa acta fuiſſent intellectis, ventremque ipſius ubi tetigiſſem, obſervavi tumorem durum magnum (quem obſtetrix, nec-non mulierculæ adſtantes caput infantis eſſe putabant) in ſiniſtro latere è regione umbilici tactui renitentem, quo obſervato, ſtatim de felici partu cœpi dubitare : Erat enim hic tumor ſcirrhoſus, melancholicus, ex humore terreno melancholico abſque inflammatione præcedente genitus : Tempore geſtationis nullum calorem, è contra ſegnitiem haud exiguam ad omnes vitæ actiones ſenſit : Et quia varia tam interna quam externa medicamenta mulierculæ adhibuerunt, uterique os cervicis arcte clauſum, ſpeculum matricis uteri collo admovendum, ad partum promovendum (quod tamen ob ſcirrhi duritiem abſque omni fructu fuit intromiſſum) curavi : hinc quia fœtus aliter excludi non potuit, ſectione cæſarea patientem liberandam duxi, quam tamen ſuſtinere non potuit : hinc ſymptomatibus creſcentibus, altero die circa veſperam è vita diſceſſit.

Hujus corpus per me apertum fuit, uterumque in dextra, (ſana nimirum parte) diſruptum & infantem extra uterum poſitum : ſcirrhumque inſignis magnitudinis, à fundo uteri incipientem & ad os uteri deſinentem inveni : Ob quam cauſam parrere non potuit, Diſruptionem autem puto dolores partus acutos & vehementes peperiſſe. *Ex obſervationibus Tobiæ Knoblochii Archiatri Onolsbacenſis.*

§. 11. Anno 1593. Coloniæ diſſecui aurificis uxorem ex partu mortuam : comperta eſt matrix erumpente infante lacerata, ejuſque caput in lævam ventris capacitatem dimiſſum, eademque matrix, pars nervoſa, circa infantis collum contracta, quæ ipſum fœtum ſuffocarat : Mater totos XI. dies parturiens fuerat, obſtetricibus, meque tandem ipſo pridie ante obitum, fruſtra adhibitis, quum multo ante mortuus fuiſſet infans, in utero ſolo extante lævo brachio quod propendebat : Ab obſtetrice præterea, aliiſque matronis, quæ in parturientis agone adfuerant, didici *anguſtiſſimi* oris matricem fœminæ iſtius fuiſſe, unde magnus extans fœtus, per viam anguſtam erumpere nequierit, robuſtus quantumvis fuerit : *Fabritius Hild. cent. 1. Obſerv. 64.*

SCHOLIA.

A*Nguſtiſſimi oris matricem fuiſſe*] Anguſtiam illam partim naturalem fuiſſe, partim quoque ab ætate (agebat enim tum trigeſimum ſeptimum aut circiter anum, neque unquam antea uterum geſtaverat :) fuiſſe arbitror : Exhibita præterea ipſi fuit à matrona quadam potio validiſſima ad fœtum expellendum, ex qua parturientis dolores & conatus adeo exacerbati ſunt, adeoque fœtus commotus eſt, ut petens cum impetu exitum, ſed viam nimis ſtrictam inveniens, uterum dilacerarit : Ex quibus perſpicuum fit, hoc genus remedii nonniſi conſilio magno adhibendum : Ante omnia autem inſpiciendum an membrum genitale ſatis aptum ſit? an etiam fœtus ſitus talis ſit ut naturæ & medicamenti beneficio expelli poſſit : alioqui ſi arcta nimis invenitur via, antequam exhibeatur potio, erit telaxanda, emollienda, & lubric a facienda : Si vero fœtus ſitus eſt vel tranſverſim, vel oblique, vel alio quovis modo præternaturali, tunc reducendus eſt manu inuncta oleo lilior. alb. vel amygdal. dulc. antequam exhibeantur potiones illæ violentæ.

§. 12. In viis cauſa difficilis partus eſt, *aliquando* dum oſſa coccygis à prima conformatione non ſolum firmiorem compagem & articulationem habent, ſed &, ac quidem præcipue, ſi juſto latiora ſunt, & extra ita compreſſa, ut intus gibba potius quam cava ſint, & ab oſſe ſacro & coccygis non ſatis diſtent, & ita fœtui exitum quærenti viam præcludant, eamque nonniſi anguſtam concedant, ut ita vel occipite vel ſincipite infans in iſtis anguſtiis

cruentum, abottum patitur atque fœtum rejicit maſculum, quoad omnes partes perfectum quidem, quantitate tamen deplumatum turdum vix æquantem, exſuccumque & aridum. Vaſa umbilicalia erant inſtar filorum communium uſualium, collo circumvoluta & quaſi alligata, non tamen brevia, uti duplici exemplo exponit *Hildanus*: nec diſrupta, uti alias *Bauhinus* notavit. In diſſectione notabantur partes ſingulæ diſcretæ, hepar albicans & exſuccum, cor pallidum, vaſa umbilicalia ſicca: Sub noctem ſecuudina prodit putrida & fœtida. *I. Dan.* Horſtius *obſerv. Anat.* 5.

§. 6. Fœmina quædam honeſta temperamento ſanguineo & corpore *εὐσάρκῳ*, primum filium grandiuſculum laborioſe enixa eſt, poſtea veto ſepties abortiit, & quod mirum, etſi diverſis temporibus, & nunc breviore nunc longiore à conceptu temporis ſpatio, nimirum nunc menſe 1. nunc 2. nunc 3. imo etiam 4. & 5. abortiret, tamen omnes abortivi ejuſdem magnitudinis fuerunt, pollicis articulum ferè æquantes, membrorum tamen delineationem exhibentes, & vaſa umbilicalia inſtar fili ſubtilis albi. Poſt ſingulos vero abortus ſanguis laudabilis & copioſus effluxit: dum veto gravida eſſet, vomitionibus enormibus ſemper infeſtata fuit. *Sennertus Pract. lib. 4. p. 2. ſ. 6. cap. 2.*

SCHOLIA.

PRobabile eſt cauſam primariam tot abortuum eſſe ſanguinis materni, à quo ut altero generationis principio, pet venam umbilicalem, poſt primam ex ſemine factam conformationem, affluente, perfectionem & augmentum fœtus ſumit, inopiam & defectum: cauſam autem cur ſanguis iſte in formatione fœtus defuerit, reddere difficile eſt, Etenim ſanguis in corpore non defuit, quod matris conſtitutio ſanguinea, & copioſus ſanguis laudabilis poſt partum effluens docent; Ego in ipſis vaſis umbilicalibus quærendam cenſeo, cùm ea plus juſto exilia & tenuia fuerint, ſecundina contra aliquod incrementum ſumpſerit. *Idem.*

§. 7. *Torentina Mayer*, æſtatis tempore anno 1605. ad quinti menſis finem fere ſignis omnibus fœtus vivi apparentibus, gravida fuit: circa finem veto quinti menſis fœtus primo imbecilliter movebatur, ita ut vix perſentiri potuerit: deinde paulatim & intra paucos dies omnino ceſſabat moveri: mammæ quoque, quæ ante lacte turgebant, tunc ſubſidebant, flacceſcebant & exſiccabantur, aliáque ſigna aderant ex quibus fœtum in utero mortuum eſſe facillime conjicere licuit: Tandem circa finem octavi menſis, parturientium doloribus correpta, enixa eſt maſculum, quem per tres menſes fere mortuum geſtaverat. Longitudinem ſpithamæ cum dimidia non excedebat, Oculi ex ſuis orbitis ſeu capſulis propendebant; os item apertum, caput nigrum & flaccidum erat, interim tamen fœtor nullus aderat: Hepar Uterinum integrum, ſed flaccidum pallidúmque conſpiciebatur. Chorda, ut vocant, umbilicalis, quæ communiter & in omnibus ulnarum aliquot longitudine eſſe ſolet, *vix ſpithamæ* erat longitudinis. *Fabritius* Hildanus *cent. 2. obſerv.* 50. *&* 51.

SCHOLIA.

HUjus abortus cauſam nullam aliam invenite potuimus quam malam ac ineptam conformationem vaſorum umbilicalium: Hinc peſpicuum fit creſcentem fœtum in utero materno paulatim placentam ab acetabulis ſive cotyledonibus abſtraxiſſe & ſeparaſſe: abſtracto autem Hepate uterino neceſſario moritur fœtus. *Idem.*

§. 8. Ob vaſa umbilicalia, longiora nimium, collum infantis ambientia ſtrangulari novi. *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

OMnes propemodum fœtus, quos edidit uxor chariſſima, prolifica, ſic in lucem prodiiſſe vidi, ut vaſa umbilicalia duplici convolutione collum conſtringerent, Obſtreticum autem ſagacitate, ſalvi evaſere, quamvis vultu plumbeo, toto corpore lividi & fere exanimes prodirent, paulo poſt vino in os, ex ore obſtetricis infuſo refocillati; Hæc vero è difficilis partus cauſis una eſt, cum enim tria, ut ſit naturalis, concurrere debeant, matris enixus, Pueri tobur & conatus, obſtetricíſque manus, ſi fœtus exitum affectans, ob colli conſtrictionem retrocedat quanquam enitatur mater, & obſtetrix officio fungatur, tertiæ conditionis defectu partum protrahi neceſſe eſt.

§. 9. Conjux *Ioh. Cornu* Paterniacenſis, dum in matrimonio vixit, ad minimum octies Abortum edidit. Cauſam fuiſſe brevitatem vaſorum umbilicalium, ſeu chordæ umbilicalis quæ ultra ſeſqui ſpithamam longior non erat, certo ſcio. *Idem.*

SCHOLIA.

Q*Uæ ultra ſemi ſpithamam*] In adulto fœtu longitudo eſt ulnæ unius cum dimidia, ſive ſpithamarum trium, ob motum faciliorem embryonis, craſſities eſt digiti, quia ad ſuſtinenda vaſa robur requiritur & juſta capacitas; Illa ſi minor ſit, Abortus duplici nomine poteſt contingere, vel ob fragilitatem comitem; vel quia vaſa anguſtiora ſufficiens non convehunt alimentum.

§. 10. O

§.10. Ob vaſa Umbilicalia aliquando diſrupta, ubi mater brachiis ſurſum elevatis nimium ſe extendit. Abortum fieri notavi: *Gaſpar Bauhinus Epiſt. ad Hildanum cent. 2. obſerv. 50. Vid. Illius Theatrum Anatom. Tab. 31. Fig. 2.*

§.11. XXIV. Maii 1593. fœtum abortivum ſex menſium aperui, cujus motum mater paulo poſt ſextam hebdomadam animadvertit; At à quarto geſtationis menſe non amplius: Longus erat pollices ſeptem, Incluſus ſecundina nondum rupta, in quantitate ovi olorini naſcitur, ſed mortuus. Aperta ſecundina olidus erat, & à plantis pedum cuticula abſceſſerat. Situ ſupino, in dextri lateris abdomine, è regione umbilici, tumor inæqualis ad phaſeoli molem tactu aſper, viſuque manifeſtus per cutem ſpectabatur. Abdomine ſecto jecur magnum ſed exterior gibbáque ejus ſuperficies tota colore flava: Inferior & ſima haud male colorata: at infimus ejus lobus tumorem inæqualem, aſperum, tophorum particulis, tanquam confractis ceraſorum nucleis, abſque pure tamen, plenum continens, viſu tactúque durus repertus eſt; Exſecto Jecore nullus cruor effluebat; quin nec vena umbilicalis quicquam ſanguinis continebat, totúſque fœtus gracilis erat & macilentus, Cætera viſcera nihil viti habebant. *H. Smetius miſcellaneorum lib. x. p.* 571.

§.12. Mulieri venter in immenſam molem excreverat ob uteri ingens incrementum, qui ad minimum libras 40. pendebat: Cujus cavitatem internam materia quædam inſtar pugni majoris craſſa, putrida & nigricans adimplebat, quam ſtatim à fœtu, mola, aut placenta non edita, ſed in utero putrefacta originem ſumpſiſſe judicabam: Quod ultimum confirmabatur, ex eo quod ante XXV. annos, 2°. vel 3°. ingravidationis menſe, veſiculam quandam aqua repletam, per muliebria abſque placenta excreverat; ſubſequente maximo lochiorum fluxu per 6. vel 7. menſes; quo ceſſante venter ſenſim magis magiſque intumuit: Hanc obſervationem maxime utilem eſſe cognovi, qui ab illo tempore quattam vel quintam abortionem patientes, per placentarum expulſionem felici cum ſucceſſu, duorum vel trium dierum ſpatio priſtinæ ſanitati reſtitui. *Obſerv. Regn. de Graaf.*

SCHOLIA.

LOchiorum fluxu per 6. vel 7. menſes, &c.] Indicatur ſcil. continuo expulſtrice uteri ad extranei exclusionem, quæ non deſinit quouſque illud totas eliminetur. Eadem eſt ratio fluoris ſanguinis quibuſdam gravidis ſupervenientis, qui non alia ope ſiſti poteſt quam fœtus eductione, quocunque tempore graviditatis adveuerit: ſtatim enim ac ille excluſus eſt, fluor deſinit; quod niſi fiat fœtus & mater unà pereunt. *Vide Obſtetricem Gallicam.*

§.13. Domina Ill. per multos annos affectibus ſpaſmodicis obnoxia, potiſſimum vero quoties utero conceperat pathematis convulſivis, quaſi hyſtericis ſupra modum tentari ſolebat; ſub finem tertii menſis *gravida*, quo tempore conſtanter *Abortire* ſolebat, menſtrua eruperunt, quibus per duos aut tres dies, una cum membranarum laceratarum fruſtulis deſcendentibus *abortum* expectabat: Tandem uteri ſarcinam depoſuit, &c. Demum apoplectica interiit.

Quoniam Uteri principaliter affecti ſuſpicio ferebatur, quantum hoc viſcus meruerat proxime inquirebam: quod in debito ſitu, & quoad omnia ſartum & tectum reperi. Circa uterum, aut appendicem ejus, nihil extabat cui tanquam cauſæ morbificæ imputari potuerit: At vero præcipuam & originalem morbi cauſam in capite quæſivimus, haud fruſtra: Nam omnes cerebri cavitates & amfractus aqua implens, ejuſque totam compagem quaſi inundans cernebatur: Juxta nervorum ſplachnicorum origines aqua ſe plurimum inſinuans piam matrem à medullæ oblongatæ caudice, per duos digitos latos ſeparaverat, proculdubio horum nervorum ductu materies morbifica à capite in meſenterii plexus deſcendens & dolorum & ſpaſmorum, *& hos conſequuti Abortus*, cauſa extiterat. *Vide lib. 1. ſect. 13. obſervat. 7.*

§.14. Cum in oppido Reinheimb, Phil. Rheimichii uxor concivis, conjugem ultimo menſe gravidam, non tantum jurgiis proſequeretur, ſed & dextræ parti capitis, ipſo tum ardente Syrro impingeret, editus paulo poſt infans, in ea ipſa, qua mater concuſſa fuerat parte, continui ſolutionem paſſus eſt: Re ad me delata, miſertus pauperculæ ocyus illuc conceſſi, atq; deprehendi continui ſolutionem ad ipſum cerebrum penetrare, portionémque ipſius cranii fractam jam putredinem concepiſſe. Licet autem externa & interna roborantia fuerint exhibita, putrida etiam portio cranii execta, multáque fœtida purulente materia exſtracta, brevi tamen infans demortuus ſequentia notanda dedir: Venulæ fuerunt turgidæ, ventriculi cerebri aqua repleti, cerebri ſubſtantia flaccida. Inter cerebrum & meninges aderat collectio materiæ purulentæ & fœtidæ. *Ioh. Daniel Horſtius obſerv. Med. ij.*

SCHOLIA.

QUæſitum an verberans fuerit cauſa hujus mali? Reſpondi quod ſic, cum etiam à minis partium conformatio vitiari poſſit in fœtu: Sic narrat *Gemma* Coſmocr. lib. 1. c. 6. infanti eadem calvariæ parte, cui in matre acies minitabatur, magnum continuitatis divortium apparuiſſe: Facile enim imaginationi formationem mutare, etiam in ultimis geſtationis menſibus, teſte *Sennerto* l. 4. p. 2. ſect. 4. cap. 7. Quomodo vero hoc fiat, id citato loco oſtendit, Parenſque noſter de cauſis ſimilitud. & diſſimil. in fœtu, &c.

Idem ibidem.

Observatio II.

Partus difficultas ob corpus uteri in ſcirrhum concretum & vitioſum fœtus ſitum. 1. Ob ſcirrhum & perforationem uteri. 2. Ob Abſceſſum 3. Ob Tumorem durum cum ulcere & uteri diſruptione. 4. Ob orificium arcte clauſum, compreſſum à recto inteſtino fæcibus oppleto. 5. Ob uteri craſſitiem extraordinariam. 6. Ob omenti craſſitiem. 7.

§. 1. ANno 1611. 24. Maii Uxor D. A. Morge, 30. annos nata, cum quinto utero geſtaret & finem noni menſis attigiſſet, *doloribus parturientium* correpta fuit circa horam x. matutinam, cum pro more pranſa eſſet, dolores tam acerbos & motum fœtus tam vehementem ſuſtinuit, ut vix unquam ſimiles viſos aſtantes retulerint quare vires protinus proſtratæ fuerunt: circa 3. pomeridianam leipothymia & horrores maximi ſupervenerunt, quo tempore infantem in utero obiiſſe credo: dolores enim atque conatus ad parturiendum ab eo tempore ceſſarunt, nec fœtus percipi potuit: Accerſitus circa xi. noctis pulſum vix percipere potui, extremitates frigidæ erant & ſudor frigidiſſimus in toto; brachium dextrum extra vulvam propendebat: ideo mortem proximam prædixi: Ne itaque inventionem meam, quæ hactenus in multis feliciter mihi ſucceſſit, apud vulgus odioſam redderem, manum adhibere nolui: Adſtantium tamen & ægræ precibus commotus, aliquid confectionis alkermes ex aqua cinnam. propinavi: poſtea, quia genitalia veluti arida erant (quandoquidem ne guttula ſanguinis profluebat) ſacculum ex relaxantibus, emollientibus, anodynis applicui, unguento emolliente imum ventris, coxas, os ſacrum & genitalia inunxi, tandem eodem unguento inuncta manu ſitum infantis exſpiſcari cœpi, qui etſi monſtroſus eſſet, & brachium dextrum extra collum matricis propenderet, caput tamen, quod pectori incumbebat (prius tamen inuncto & clementer intruſo brachio) verſus collum matricis manu reduxi: verum cum uterum & ipſius collum ob virium & expultricis ſummam imbecillitatem ſupra modum clauderetur, adeóque conſtringeretur ut manus mea ſufferre non poſſet ab opere deſiſtere coactus fui, brachium mox iterum egreſſum eſt, Et circa decimam matutinam ſequenti die obiit.

Miratus quod fœmina illa, alioqui ſana, tam ſubito extincta fuiſſet, ſuaſi ut cadaver incideretur: Aperto itaque ventre, vacuum ſanguine ſeroſo repletum reperi: ob ingentes enim dolores & violentum motum infantis, venæ nonnullæ in ipſo parenchymate Hepatis & circa os ſacrum ruptæ fuerant: inde profuſionem ſanguinis & mortem ſecutam eſſe nullum eſt dubium: Situs autem fœtus talis erat, caput collo matricis proxime adhærebat, brachium dextrum, quod lividum, extra collum matricis propendebat: Crura verſus pectus & caput ita reflectebantur, ut pedes in vertice conjungerentur, manus ſiniſtra hypochondrio dextro ita erat impoſita ut brachium crura verſus poplitem amplecteretur: Exempto fœtu ſcirrhum duriſſimum qui magnitudinem capitis infantis fere adæquabat, inveni. Ille autem utero non ſimpliciter adhærebat, ſed ipſum corpus uteri in ſcirrhum concretum atque induratum fuerat.

Scirrhum hunc cauſam fuiſſe mortis nemo negare poterit, cum uterus ratione hujus ſcirrhi ita anguſtus factus fuerit, ut cum mulieri adeſſet partus, ſeſe extendere non poſſet, & quia fœtus maturus & vegetus Impetum talem fecerat ut venæ rumperentur, necnon hæmorrhagia & mors ſequeretur. *G. Fabritius Hildanus cent. 3. obſerv. 57. & Epiſt. ad M. Doringium.*

SCHOLIA.

D*Oloribus parturientium*] *Rondeletius* doloris pariendique difficultatis cauſam refert in violentam ſecundinæ à matrice avulſionem. Sed cum ſeparatio hæc, ſi juſto tempore fiat, ſæpe citra moleſtiam accidat; fœtuſque ſæpe exeat ſecundinis adhuc arcte adhærentibus, diúque poſt excluſis, dolore nihilominus graviter urgente, veriſimilius referendus in violentam dilatationem ductus qui ab utero ad pudendum uſque progreditur, cervix nominati qui quanquam amplitudine donatus ſit inſigni, quia tamen fœtum, niſi admodum quoque diſtenderetur, tranſmittere nequiret, fit ut & ex hac diſtenſione, una cum ea quæ in aliis orificiis accidit, dolor pariendique labor augeatur.

§. 2. Ho-

§. 2. Honeſta quædam matrona juuencula bis fœtum mortuum, opportuno tamen tem pore enixa, tertium gravida, tempore partus inſtante, doloribuſque urgentibus fœtun fruſtra excludere allaborat: Ego prima Julii 1670. veſperi ad eam vocatus inveni ſatis ad huc vegetam: quærens de ſtatu ipſius, ab obſtetricibus reſponſum tale retuli, os uter apertum eſſe, reliquaque bene conſtituta, ſitum autem infantis malum, manu tantun dextra extra vergente, capite vero & reliquis membris impervestigabilibus: cùm ita pe totam noctem una cum tribus obſtetricibus adeſſem, nonnullaque corroborantia & fœtu. expulſionem promoventia præſcriberem, ægraque ſine faſtidio libenter aſſumeret, omni: tamen in eodem ſtatu permanſerunt, manu infantis uſque ad ſcapulam fere exerta, & jam emortua immobili permanente, puerperaque ſumme debili, donec natura tandem in totum deficiente, die xxij. Julii paulo ante primam pomeridianam obiit.

Cadavere ipſius ſtatim poſt mortem aperto, inferius uterum invenimus laceratum & quaſi ex ulcere perforatum, fœtu maſculino perfecto cum ſecundinis extra uterum inter inteſtina latitante, manu tantum dextra partim in vagina uteri, partim extra uterum prominente: præterea quoque uterus in fundo diſſectus, ad palmæ craſſitiem ſcirrhoſa duritie tumidus apparuit. *Obſervat. Simonis Scholzi in miſcell. curioſis anni* 1671. *Obſervat.* 86.

§. 3. Anno 1670. menſe Auguſto uxor militis laborabat 5. aut 6. diebus doloribus partus: infans primis diebus vivus perſentiebatur, tandem nulla ſigna vitæ edens & matrem jam doloribus fractam è vivis ſubſequi fecit.

Aperto utero, tantus fœtor emanavit, ut etſi in atrio domus res facta fuerit, præ abſurdiſſimo tamen fœtore nemo ſat longo tempore accedere potuerit: tandem exempto jam mortuo infante, collum uteri abſceſſu turgidum reperi, ſaniemque inde emanantem teterrimo fœtore nares percellentem: Hoc autem obſervatu dignum circa fœtum reperi: Infantem bene formatum, & ut judicare licuit, alias ſanum fuiſſe, Et dum inſtabat hora exitus, ipſummet conatum fuiſſe viam quærere per quam exiret: cumque eadem ob tumores eidem non patuiſſet, tamen tantos impetus fortitudinis proprie exeruiſſe, ut magnam partem cranii in parte dextra ad intra ſibi compreſſerit: Ex quo clare eluceſcit non ſolum vim expultricem uteri facere ad protrudendum fœtum, ſed & ipſum infantem allaborare ad ſui è carcere liberationem. *Ioh. Iacobus Venceſl. Dobrzensky. à Negroponte, in miſcellan. curioſis anni* 1670. *Obſervat.* 18.

§. 4. Anno 1670. Aug. 23. Pragæ Catharina Wolrahin, temperamenti frigidi & hum. ætatis 35. ann. quatuor jam antea proles robuſtas feliciter peperit, tandem de dolore uteri ſubinde querebatur, colore pallida, macies in dies incrementum ſumpſit, tuſſis ſicca moleſtabat, cum quinta prole ad nonum menſem, naturale pariendi tempus pervenit: quatuor diebus laborioſo partu miſere torquebatur, fœtus dextram manum exporrectam habuit, nec ultra ab obſtetrice adjuvati, nec à conatu matris protrudi potuit, quinta tandem die fœtu jam extincto & illa exſpiravit.

Aperto leniter abdomine, puer robuſtus extra uterum, omnis involucris ſolutus, pedibus in ſiniſtrum hypochondrium extenſis Lienem contingens, capite cum manu exporrecta, intra oſſa pubis & cervicem uteri hærebat: Chirurgo adſtanti ut fœtum ſuaviter eximat dico, quo exempto manus livida una cum parte capitis, quæ exitum tentabat, ob vehementem facultatis expellentis conatum, in acutum redacta, deprehenſa; Uterus in parte ſiniſtra, una cum ſecundinis à conatu pueri pedibus diſruptus: In parte vero dextra, tumor quidam durus in convexum uſque ad cervicem uteri inſtar globi ſe extendebat: in concavo hujus, ulcus nigrum gangrænoſum illum tumorem cauſans, qui fœtui vitam præcluſit, repertum eſt: Sectus per medium tumor, craſſitiem quatuor tranſverſorum digitorum ſuperabat: hæc cauſa detenti fœtus. *Simon Aloyſius Tudecis in Miſcellan. curioſis anni* 1671. *Obſev.* 254.

§. 5. Gravida 5. menſe paralyſi totius corporis inferioris à coxis ad extremos pedes tentatur: Ob longam in decubitu moram gangræna nares derepente occupat, qua generoſioribus remediis ablata, quum nulla vitæ ſpes ſupereſſet, calore nativo à fœdis evaporationibus infecto, prorſus deficiente, ad extrahendum fœtum quinquemeſtrem, cujus nuper morum ægra mater ſenſerat, operas ſuas manuſque certatim conferunt Medici pariter & obſtetrices: Hæ igitur manu immiſſa nullum fœtum in utero adeſſe clamant, niſi molam fortaſſis; At peritior Medicus tumorem ſtatim deprehendit ex inteſtino recto fæcibus induratis repleto: ad uterum vero progrediens, nulla vi manum intrudere poteſt.

Mortuæ cadaver apertum, viſumque os uteri arctiſſime clauſum, fœtuſque optimi coloris & habitus in utero mortuus, nec vicinarum partium fœditate ulla putridus, membranarumque uteri denſitate intertot moleſtias tutus. *Bartholinus cent.* 4. *hiſtor.* 27.

§. 6. Lapidicidæ uxor maxima cum difficultate fœtum edit, qui paulo poſt extingui-ır: Eo excluſo tumidus nihilominus remanet venter, unde molæ ſuſpicio; nihil tamen ıanum intrudens obſtetrix præter anguſtiam deprehendit, Die ſequenti à partu in-eriit.

Recluſo ventre inſignis uteri craſſities, per totum ambitum ſcirrhoſi, tres digitos ɔiſſitudine æquantis deprehenditur. Mirum fuit quomodo & concipere, & fœtum geſta-e, multoque magis quomodo eniti valuerit, ac fœtus intra eas anguſtias, præ duritie re-irentes, componere ſe ad exitum potuerit. *Obſervatio M. Benjamin Noel Chirurgi Ge-evenſis.*

§. 7. Mulier aliquando parit difficulter ob Omenti & vicinarum partium nimiam ɔiſſitudinem & obeſitatem: Nam *Hippocrates* ſcripſit Omenti magnitudinem impedire :onceptum os uteri comprimendo, ſic & facile partum moleſtat: In quibuſdam enim Ɔmentum deſcendit inter veſicam & uterum, ibique ſpiſſius fit. *Rondeletius pract. cap.* 64.

Observatio III.

Partus impeditus ob oſſis Pectinis malam conformationem, quam uteri diſruptio ſequuta.

1. *In Partus difficultate uterus laceratus, impediente ſcirrho uteri fœtus excluſionem.* 2. 10. *Fœtus extra uterum diſruptum repertus.* 3. 4. *Impeditus ob adnatum uteri orificio ſarcoma.* 5. *Ob uteri orificium caput fœtus conſtringens, Hydropem abdominis in matre.* 6. *Ob apophyſin non naturalem in interna oſſium pubis facie aut iſchii.* 7. 8. *Uterus diſruptus prope cervicem, in cujus foramen fœtus brachium intruſerat.* 9. *Partus impeditus ob anguſtiam oris matricis, hujuſque lacerationem.* 11. *Ob vitioſam oſſium coccygis & pelvis conformationem.* 12.

§. 1. ANno 1594. Haganoæ Alſatiæ mulier 40. annor. cum jam ſepties fœtus alioquin integre efformatos, ſed mortuos peperiſſet, ultimo partu, 8. ſcil. ipſa quoque una cum fœtu, non tamen edito ſuccubuit, poſtridie nimirum quam fœtus in alvo materna extinctus animadverteretur: Inſtantibus autem partus doloribus, iiſque vehementiſſimis (valide quippe puer movebatur) atque ſæpius toto triduo recurrentibus, quibus prægnans miſere ſed fruſtra excruciabatur: dolorum tandem ſævitia, poriſſimum tamen ultima nocte illis exaſperatis, viriumque reſolutione proſtrata, interiit: Multa quidem à mulieribus aſtantibus tentata fuere, aſt ſine ullo parturientis juvamine.

Demortuæ cadaver aperiendo, vix leviter impreſſa novacula, muſculos epigaſtrii cum peritonæo dividere voluimus, quo uteri ſitum prius cum fœtu contemplaremur: At vix inquam immiſſa acie, & abdomine parum diſſecto, dorſum pueri vulneratur: Nos nil tale ſuſpicantes primo uterum tactum fuiſſe credidimus: ideoque cautius ſectionem abdominis inſtituendam putamus, qua peracta integer ſtatim fœtus, omnibus numeris abſolutus (licet jam inflatus & cuticula abſcedente ob incipientem putredinem) occurrit, atque immediate peritonæum ſuperne contingens; inferne inteſtino recto incumbens, liber in ventris capacitate inferioris, nullo neque velamine aut membrana, neque utero cinctus; ſitu alioquin ad partum faciliorem accommodato, capite deorſum facie ad poſteriora reclinata, corporis trunco in longitudinem extenſo, omnibus reliquis partibus, tam earum quæ ab utero, quam quæ ad uterum, ut & quæ in utero, (una ruptione excepta) nihil præternaturale oſtendentibus: nullibi apparente neque contuſione, neque vulneratione, ulcere, aut apoſtemate conſpiciendus offertur: Ubi etſi nos ob rei novitatem admiratemur, non tam fœtus ſitum & figuram rectam, licet extra uterum in abdominis capacitate factam, quam fœtum ipſum integrum & juſtæ magnitudinis ac conformationis citra uterum atque extra matricem viſus objectum, tamen lacero, rupto, ſeu potius abrupto utero conſpecto, mirati aliqua ex parte deſiimus: Cauſas vero hujus ruptionis indagandi haud ſine majore admiratione anſam datam animadvertimus: Porro alligatus adhuc fœtus erat vaſis umbilicalibus ſuis ſecundinis, quæ ſurſum ad ſiniſtram, lienem verſus, ad inteſtina & lumbos retractæ, & tanquam per convulſionem & abbreviationem vinculorum firmiter connexæ iſtis partibus cernebantur, ut eaſdem inde abſtrahere difficile fuerit: De *uteri* vero *ſubſtantia*, quæ quidem *tenuior ſolito* apparebat, quantum equidem conſpici potuit, illud ſecundinis, ac poriſſimum placentæ, ſeu chorio aut uterino jecori tanquam concretum, rurſuſque in minorem magnitudinem (ut alias poſt naturalem partum contingere ſolet, contractum fuerat, atque adeo ſecundinas nequaquam amplitudine exce-

excedere videbatur, uterus ut propterea eundem, quia conciderat, ratione potius qu ſenſibus agnoſcere neceſſe habuerimus: Cæterum juxta cervicem uteri, ad os pectin intrinſecus ſub veſica, membranæ portio, uſitati cultri craſſitiem non excedens, lati dinem dimidiæ palmæ propendebat, quæ uteri abrupti particula fuit: reliquum aute una cum proprio uteri orificio, ipſiſque ſecundinis omne ad inteſtina, ut dictum eſt, ſ ſum raptum, alieno loco detinebatur: unde penitus à cervice, ſeu ſinu muliebri om buſque vicinis partibus, quibus adnaſci ſolet, avulſum, atque ex parte dilaceratum fui uterum patuit. Ex his illud maxime ſuſpiciendum & quærendum videtur, cujus vi uter abruptus fuerit? Nos tot fœtuum in partu interemptorum cauſam deprehendimus *O pectinis malam conformationem*, nimis ſcil. Depreſſi, quod in gibbum ſuperne, inferne a tem in arcum excavatum eſſe oportuiſſet. *Leonardus Doldius Noribergenſis Medicus.*

SCHOLIA.

Non aliam cauſam, præter dictam oſſis depreſſionem, ſtatuendam eſſe exiſtimo, cùm neque in fœtum imbellem & debilem, organis ad tantam vehementiam nondum præditum, (qui ſolum pondere & motu locali, cum levi calcitratiunc exitum quærit) Neque in parientem referre liceat; mulier enim non confert plus ad partum quam ut muſculos abdominis comprimendo actionem uteri juvet: Opus namque ipſum, quod à ſeipſis parturientes præſtant, non uteri eſt, ſed muſculorum abdominis, ut *Gal. 3. facult. nat.* aſſerit; nulla enim vi alia ad partum excitare mulieres uterum poſſunt; multo minus in uterum, quia etſi partus proprie eſt uteri paientis & expellentis, tamen is conſtrictione, atque fibrarum contractione non dilatatione operatur, ut hic minus rupturæ metus ſit: An vero vi alicui externæ, maxime jam ob hæmorrhagias & dolores extenuato utero (qui quo vicinior partui eſt, eo tenuior evadere ſolet, teſte *Gal. lib. de Diſſ. uteri*) idque obſtetricis manui acceptum ferendum ſit, aliis affirmandum relinquo: Non minus tamen ſitus pueri, alioquin optimus, admirationem augere videtur, an ſcil. manu obſtetricis perfracto jam utero, an vero integro adhuc utero intus figuratus puer fuerit: ſive ante ruptionem ſtatuatur ſitus factus ſive poſt, difficultas ruptionis oſtenditur: Neque etiam tutum, fuerit affirmare fœtum, quia inflatus & ſatis tumidus repetiebatur, poſt mortem utriuſque incipiente putredine ob inflationem & magnitudinem auctam, utero dudum attenuato abrupiſſe, velut à muſto ebulliente dolii fundum, cúm id fiſſuram potius intuliſſet quam abruptionem: Depreſſio autem dicta oſſis pectinis frequentiſſima eſt, juxta *Arantii* obſervationem, & quidem incurabilis partus difficultatis cauſa eſſe ſolet, ob quam infantes juſtam magnitudinem adepti, ſine principum partium conquaſſatione hanc lucem aſpicere nequeunt: Hæc quidem locorum anguſtia, non concurrentibus cauſis ſuperius attactis aliquid etiam, ad ruptionem contulerit, ego ut neque infirmare, nec tamen ex his unam aliquam hujus affectus principaliorem cauſam producere queo: qui potius hoc (una cum *Galeno 15. de uſu part. 7.* dum de naturali partu ſcribit, mirari nos poſſe, intelligere autem non poſſe) inter naturæ rata miranda repono: Hinc tamen conf matur aliquando neceſſitas partus cæſarei, niſi miditas muliercularum hoc opus abhorreret. *Ide ibidem.*

Uteri ſubſtantia tenuior ſolito apparebat] Craſ ties uteri variat, Nam in virginibus tenuis eſt ſu ſtantia, in adultis craſſior; & quo ſæpius mulier ut rum geſſit, eo craſſior eſt: menſibus fluentibus cra ſeſcit uterus, & quamdiu inſtat menſium excre tio, tumida & craſſa apparet: In gravidis *Galenu Veſalius*, aliique Anatomici putant uterum quo magis extenditur eo magis attenuari, craſſitudinem i longitudinem abſumi; ſed ocularis experientia r fragatur, & authoritates *Sylvii*, *Arantii* & alioru nam à primu conceptu uſque ad partum augetur ſ cundum omnes dimenſiones, & uti amplior, craſſior paulatim redditur & mollior, ita ut poſtre mis menſibus duos digitos craſſa ſit uteri ſubſtantia adeo tum uterus à membranea ſubſtantia abit, & ru bra fit, fungoſa, ſpongioſa, moreque pumicis fora minibus pervia, in multos quaſi cortices diviſibilis quod fit ob affluxum ſanguinis & ſpirituum pro fœ tu copioſum: De utraque opinione ita cenſet *Falco burgius*: Tenuiorem revera fieri uteri ſubſtantiam, u in diſſectis gravidis obſervavit, ſed eam videri craſſio rem, quod Hepar uterinum illi arctiſſime connaſca tur, & hoc potuiſſe pluribus imponere: *Nic.* vere *Fontanus* dicit in utero gravidæ ſe ſeparaſſe hepa uterinum à membrana, & membranam admodum craſſam inveniſſe: Rectè id quidem, imbibit enim membrana, veluti ſpongia, affluentem uteri humiditatem, & craſſiorem ſubſtantiæ conditionem induit; Si tenuior aliquando p. n. reddatur, ſive humoris defectu, ſive nimia diſtenſione, rumpitur de facili, à fortioribus pellentibus: idem in puerpera obſervavit *Salmuth*: Craſſiſſima vero eſt uteri ſubſtantia circa orificium internum, quod anguſtum, unde admiranda illa in partu dilatatio & poſtea coarctatio. *Bartholinus Anat. reformata l. 1. c. 28.* A partu autem uterum ſpiſſum & craſſum per octiduum manere, atque inde ad priſtinam rurſum redire formam, in quinque mulieribus, quas mox poſt partum ſupplicio affectas, vel in partu mortuas diſſecuit, obſervavit. *F. Platerus.*

§. 2. Matrona quædam Luſtriæ, ad marginem Lacus Lemanni, totos ſex dies parturiens fuerat: Ego tandem aduocatus, ipſam in agone mortis reperio, eaque ipſa nocte obiit.

Corpore aperto uterum laceratum, & caput infantuli in ventris capacitatem dimiſſum inveni: Hujus autem difficultatis cauſa fuerat ſcirrhus, qui magnitudinem capitis infantuli propemodum adæquabat, matrici tamen non uſque adeo adhærebat: Hic obſtitit quominus uterus tempore prægnationis ſeſe ſatis extendere, & parturientis violentum motum fœtus ſuſtinere potuerit. *Fabritius Hildanus cent. 1. Obſervat. 67.*

§. 3. Anno

prope ſynchondroſeos infernum finem : Os pubis tali præditum apophyſi alias dedi D *Barco* Regis Chirurgo. *Severinus Pinaus lib. 2. de Not. viginitatis cap. 5.*

§. 8. Nullus aliquando fit Partus ob minus miniméve explicata pubis oſſa, Tum ob aliquas excreſcentias oſſeas in prædictis viis exiſtentes exitumque fœtui præcludentes. *Sylvius de le Boë Practicæ lib. 3. cap. viij. §. viij.*

§. 9. Inter pariendum moritur fœmina quædam Lipſiæ : Maritus certior de matre & fœtu eſſe cupiens, rogat ſectioni ut præeſſe velim : Secto itaque abdomine, infans extra uterum ſupra inteſtina reperitur : Rem mirati, Uterum inquirimus & ruptum illum ad Ilion dextrum prope cervicem, ad dimidiæ ſpithamæ longitudinem offendimus : Fœtus quoque brachium dextrum, quod pridie ejus diei exeruerat & retraxerat, corruptum erat & fœtens : *Phil. Salmuth centur. 1. Obſerv. 16.*

SCHOLIA.

HOc loco monendæ ſunt mulierculæ ne vel intempeſtivis vel fortioribus, vel nimiis utantur pellentibus : Maritus quidam horum nimium uſum cum lacrymis accuſabat. *Idem.*

§. 10. Uxor cujuſdam militis gravida, pallida & melancholica ; cum circa feſtum Paſchatos anno 1624. ultra triduum parere non poſſet, vocatus, omnibuſque quæ cum ipſa acta fuiſſent intellectis, ventremque ipſius ubi tetigiſſem, obſervavi tumorem durum magnum (quem obſtetrix, nec-non mulierculæ adſtantes caput infantis eſſe putabant) in ſiniſtro latere è regione umbilici tactui renitentem, quo obſervato, ſtatim de felici partu cœpi dubitare : Erat enim hic tumor ſcirrhoſus, melancholicus, ex humore terreno melancholico abſque inflammatione præcedente genitus : Tempore geſtationis nullum calorem, è contra ſegniriem haud exiguam ad omnes vitæ actiones ſenſit : Et quia varia tam interna quam externa medicamenta mulierculæ adhibuerunt, uterique os cervicis arcte clauſum, ſpeculum matricis uteri collo admovendum, ad partum promovendum (quod tamen ob ſcirrhi duritiem abſque omni fructu fuit intromiſſum) curavi : hinc quia fœtus aliter excludi non potuit, ſectione cæſarea patientem liberandam duxi, quam tamen ſuſtinere non potuit : hinc ſymptomatibus creſcentibus, altero die circa veſperam è vita diſceſſit.

Hujus corpus per me apertum fuit, uterumque in dextra; (ſana nimirum parte) diſruptum & infantem extra uterum poſitum : ſcirrhumque inſignis magnitudinis, à fundo uteri incipientem & ad os uteri deſinentem inveni : Ob quam cauſam parrere non potuit, Diſruptionem autem puto dolores partus acutos & vehementes peperiſſe. *Ex obſervationibus Tobiæ Knoblochii Archiatri Onolsbacenſis.*

§. 11. Anno 1593. Coloniæ diſſecui aurificis uxorem ex partu mortuam : comperta eſt matrix erumpente infante lacerata, ejuſque caput in lævam ventris capacitatem dimiſſum, eademque matrix, pars nervoſa, circa infantis collum contracta, quæ ipſum fœtum ſuffocarat : Mater totos XI. dies parturiens fuerat, obſtetricibus, meque tandem ipſo pridie ante obitum, fruſtra adhibitis, quum multo ante mortuus fuiſſet infans, in utero ſolo extante lævo brachio quod propendebat : Ab obſtetrice præterea, aliiſque matronis, quæ in parturientis agone adfuerant, didici *anguſtiſſimi* oris matricem fœminæ iſtius fuiſſe, unde magnus extans fœtus, per viam anguſtam erumpere nequierit, robuſtus quantumvis fuerit : *Fabritius Hild. cent. 1. Obſerv. 64.*

SCHOLIA.

A*Nguſtiſſimi oris matricem fuiſſe*] Anguſtiam illam partim naturalem fuiſſe, partim quoque ab ætate (agebat enim tum trigeſimum ſeptimum aut circiter anum, neque unquam antea uterum geſtaverat :) fuiſſe arbitror : Exhibita præterea ipſi fuit à matrona quadam potio validiſſima ad fœtum expellendum, ex qua parturientis dolores & conatus adeo exacerbati ſunt, adeoque fœtus commotus eſt, ut petens cum impetu exitum, ſed viam nimis ſtrictam inveniens, uterum dilacerarit : Ex quibus perſpicuum fit, hoc genus remedii nonniſi conſilio magno adhibendum : Ante omnia autem inſpiciendum an membrum genitale ſatis aptum ſit ? an etiam fœtus ſitus talis ſit ut naturæ & medicamenti beneficio expelli poſſit : alioqui ſi arcta nimis invenitur via, antequam exhibeatur potio, erit relaxanda, emollienda, & lubrica facienda : Si vero fœtus ſitus eſt vel tranſverſim, vel oblique, vel alio quovis modo præternaturali, tunc reducendus eſt manu inuncta oleo lilior. alb. vel amygdal. dulc. antequam exhibeantur potiones illæ violentæ.

§. 12. In viis cauſa difficilis partus eſt, *aliquando* dum oſſa coccygis à prima conformatione non ſolum firmiorem compagem & articulationem habent, ſed &, ac quidem præpue, ſi juſto latiora ſunt, & extra ita compreſſa, ut intus gibba potius quam cava ſint, & ab oſſe ſacro & coccygis non ſatis diſtent, & ita fœtui exitum quærenti viam præcludant, eamque nonniſi anguſtam concedant, ut ita vel occipite vel ſincipite infans in iſtis an-

guſtiis

ſtiis neceſſario hæreat, quæ maxima Partus difficilis cauſa eſt, ob quam & fœtus & mater interdum periclitantur, imo pereunt: Quod etiam fit ob oſſa coxendicis male formata & ſita in claudicantibus. *Sennertus lib. de morb. mulierum p. 2. ſect. 6. c. 4.*

Observatio IV.

Partus impeditus ob fœtum mortuum, putrefactum. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Ob Fœtum extra uterum conceptum.* 8.

Mulier Senonenſis, (Columba Chatry) quæ Ludovico Carita homuncioni, quadrato tamen & bene habito, nupſerat ab annis 48. fracta ætate & valetudine hic occubuit agens annum 68. Hæc ante annos 28. quæ nunquam antea uterum geſtarat, licet, jampridem nupſiſſet (nihil de ſanitate prius admodum conqueſta, certiſſima habuit inchoati hominis indicia: nam qui ſtatis periodis erumpere ſolebant menſes, illi ſtatim ſubſtiterunt: Pica primis menſibus laboravit, tempeſtivum embryonis motum & frequentem perſenſit, tumore lumborum & abdominis paulatim ſubcreſcente mammiſque turgentibus: Tandem autem decurſo pene veræ geſtationis curriculo labores puerperii graves & alvi tormina experiri incepit, urina ad aliquot dies ſuppreſſa (Medicis tunc varia & dubia de illa *ἰσχουρίᾳ* ſentientibus) quæ poſtea currente veluti alveo & magna vi erupit, profuſo illo ichore non ram ex veſicæ meatu, ut credibile eſt, ſcaturiente, quam ex loculis: Amnio tunica diſrupta, quæ ſudorem fœtus & urinam continet, cum una cum iſtis ſeroſis recrementis (quas mulierculæ aquas vocant) aliquis coacti ſanguinis thrombus emerſerit: Inde autem & mammæ concidere viſæ ſunt, motus infantis aut ignavus aut nullus, labores mulieris tolerabiliores: quibus omnibus attonitæ fuerunt obſtetrices, quæ antea certiſſimum puerperium expectaſſent: A ludibrio autem iſtius fœturæ totum triennium lectulo illa decubuit, ad extremam vitæ calcem de valetudine conqueſta, de tumore, de duritie, de torminibus alvi (quam obviis quibuſque tractandam exhibebat) de inutili & gravi illo pondere, quod pro vario geſtantis motu modo in hanc modo in illam partem procumbebat: denique de languente & depravata appetentia, quam ſubinde acetariis & abſorpto omphacio ſollicitabat, alioqui perpetuo *ἄσιτος* i. e. ſine cibo.

Poſtquam autem fato eſſet functa, ejus vir officioſus in uxoris manes acceſſivit Chirurgos, ambos valentes arte & artis uſu, quibus (licet de ſcirrhoſo rantum tumore cogitarent) diſſecto mulieris abdomine, & rejecto infra peritonæo tunica, quæ inteſtina viſcera, uterum & veſicam contingit, uterus ſeſe offert aſpectu quidem rugoſus & verſicolor, ut criſta illa pendula quæ *Gallis* Indicis ex ſummo capite prolabitur, vel potius ut operimentum illud cutaneum quod illotum collum ambit: tactu autem, durus teſtaceus & craſſus inſtar *τῶν ὀστρακοδέρμων*, i. e. eorum quæ teſta teguntur: Tum novaculam in portentoſam illam molem & gypſeam injiciunt, qua ad aciem cultelli renitente, ſcalprum altius adigunt: Eotum autem alter inflicto caſu in cranium vulnere, & in aliquot coſtas, tandem humerum dextrum impetit, à quo erumpens oſſis caput certiſſimam fecit fidem oſſium illic latitantium: Ex quo ſcalpellum alio transferunt, & magna vi, ſenſim tamen & recta, uterum ſecant, diductiſque duriſſimis vulneris labris, infantem in orbem implicitum, & ex tranſverſo in utero poſitum introſpiciunt in peniriſſimo ſinu & altiſſimis latebris ſtabulantem, in ſuamque velut cyſtin, quam allantoidem tunicam, quæ in utero totum fœtum ambit, fuiſſe puto, calloſiſſimam reconditum: Quo ſpectaculo inexpectato obſtupefacti Medicos convocant, quos in re inaudita conſulant, adhibeantque in teſtimonium & judicium rei hujus quæ pene fidem omnem ſuperet: Interea multis ad novum prodigium accurrentibus, & opus Chirurgorum interturbantibus, venit iſtis in mentem totam iſtam molem ex illo veluti antro & manibus & uncis Chirurgicis, qua valerent vi, abſtrahere, ut arborem ex ſuo caudice, domumque comportare, ut privatim & apud ſe accuratius corpuſculi anatomen ſectarentur, & cum peritis de novo portento & inaudito conſilia conferrent: In præcipiti autem & violenta illa laniena, non licuit opus feſtinantibus introſpicere quod ſubſtratum eſſet infantulo chorion, quæ uteri acetabula, quæ umbilici vaſa, quis eſſet allantoidis cum utero & cum fœtu nexus, cum uterus ipſe, præcipue ad coxam dextram, ad nares, & ad partem ſpinæ dorſi cum cute infantuli omnino coaluiſſet: ſitus infantis erat pene ſphæricus, facie ad thoracem affixa, ſublatis ad nates genibus, unde poſtea eæ patulæ, retuſæ & reſimæ ſunt conſpectæ: Oſſa capitis tenuia quidem, ſed firma & inſtar cornu nitentia, cute capitis multis in locis piloſa; Caput in ſiniſtrum brachium iraprocumbebat, ut à protuberante humero auris & os occipitis impellerentur, quod incavatum ex parte introceſſiſſe conſpiceretur: Cubitus ad ſummum humerum

humorum reflectebatur, porrecta ſola manu, quæ in pugnum adeo firmiter erat contra cta, & ſummi digiti ita palmæ inhærebant, ut licet apparerent ſeriatim inter ſe diſtinct re ipſa tamen in unum idemque vere lapideum corpus concreviſſent.: Dextrum autem brachium ad umbilicum manum extendebat, quæ ad carpum inadvertenter exciſa fu & in alvo matris relicta, Femur, genu, tibia ſiniſtra dextris incumbebant, quibus tame ita erant implicita, ut talus ſiniſter, pediſque planta in dextrum pedion (eſt pars pedis ſu perior) implantarentur, quibus excavatum cederet & pene indiſſolubili nexu colligare tur: Utrumque crus in ventrem & pectus reflectebatur, certiſſimamque ſexus fœmine notulam tegebat: Tibia utraque ad nares intorquebatur, pedibus & pedum digitis ita in ter ſe compactis & lapidefactis, ut facto ex oculis & tactu judicio, totum iſtud opus Phi diæ alicujus eſſe dixiſſes, qui vel ex ebore, vel ex marmore maturæ ætatis embryi abſo lutiſſimam iconem expreſſiſſet, maxime cum in ea duritie corpuſculi moles cum conci diſſet, imo cum cute nitida integram ſuam & ſymmetriam & polyſarciam retinuiſſet Partes autem internæ, viſcera nempe omnia, cor & cerebrum, habebant naturaliter, ex dempto quod ultra modum induruerant (minus tamen quam externæ) Ita ut hodie ex ternum iſtud corpuſculum neque putredinem minetur neque teredinem: *Iohan. Alboſius*

SCHOLIA.

De hujuſce hiſtoriæ fide teſtantur *Thuanus* lib. 17. hiſtor. *Paræus* l.25. de monſtris, cap. 18. *Licetus* lib. 2. de monſtris, cap. 45. *L. Borgeſia* obſtetrix in obſervat. p. 102. *Simone Provancherio* cum dicto *Alboſio*, Medicis Senonenſibus, in ſectione præſentibus qui in cauſas inquiſiverunt, quorum Diatribas vide apud *Schenckium* p. m. 587. Si indurationis hujus cauſas quæramus, varias invenicmus ſed incertas: Difficile enim dictu quid in utero materno à putredine conſueta puellulam hanc vindicaverit & ſaxeam rigiditatem induxerit; Sunt qui ſiccitatem nimiam incuſent, ortam à doloribus geſtationis aſſiduis & ichoris effluxi defectu: Alii frigiditate obriguiſſe ſuſpicantur, quemadmodum teſta in ovis induratur: Calorem plures advocant, quo velut febre hectica colliquata fuerit illa & contabuerit: Nonnulli has cauſas conjungunt. cum maſſa craſſa, denſa, terrenarumque partium ubertate affluente: Propius accedunt illi qui interna indurationis ſeminaria propugnant, inſitamque vim quandam abditam ab externis cauſis excitatam: Denique à ſpiritu lapidifico omnia hæc alii deducunt, eandem fœtus hujus petrificati eſſe rationem magna veri ſpecie perſuadent quæ aliorum calculorum, ſcirrhorum & tophorum in variis corporis partibus genitorum: Vide *Decesingium* Tractatu de Fœtu extra uterum genito, ſectione ultima, *Sennertum* lib. 4. Prax. p. 2. ſ. 4. c. 7. & alios.

§. 2. Dom. *H. Biſaccionus* Patritius Aeſinas, uxorem duxit Ferrariæ anno 1571. hanc ille poſt menſem compreſſit, tum decimo incipiente doloribus partus advenientibus, & aqua plurimum fluente, deluſæ fuerunt obſterrices ac matronæ: dolores illico ceſſarunt ventre adhuc tumido manente, atque ipſa magnam gravitatem ſentiente: Nullum remedium non tentatum fuit à Medicis Ferrarienſibus ut fœtum educerent ſive vivum ſive mortuum, Tandem cum incaſſum laboraſſent, & pondus utero incumberet, movereturque ad corporis motum, anno jam præterito, putarunt unanimi conſenſu mulierem pati molam, pro qua educenda remedia nihil profecerunt, ſic miſera annis duobus eum geſtavit uterum: Ejus vir duxit ex voto conjugem ad ſacram ædem D. Virginis Lauretanæ, ac in patriam reverſus vocat ad conſultationem Medicos, quo tempore levi febre & continua tenebatur cum eiſdem circa uterum ſymptomatibus: Hæſitabamus omnes, alius aliam rem dicebat imaginabaturque, ac poſt diſcurſus multos in eam ſententiam venimus Tumorem adeſſe in utero p. n. vel ſcirrhoſum vel oëdematoſum, aut molam. Dum ita ambigimus, ac ab omni genere medicamentorum abſtinemus, ſolo victu accommodato contenti, mulieri fluor alvi ſupervenit fœtidiſſimus, erant excrementa flava, ac ut plurimum alba & livida & copioſa; ſingula quaque hora decies fere egerebat, En, mirum dictu, nondum viſum, nondum imaginatum, cum ipſis excrementis duæ effluunt coſtæ parvæ: quæ indicabant nobis ob parvitatem eſſe coſtas pueri in utero exiſtentis, rurſus die ſequenti duas alias emiſit & exſpiravit:

Exenterato cadavere, inventus eſt uterus putrefactus, qua parte rectum inteſtinum tangit, hocque ipſum totum corruptum: Inventus eſt fœtus ſine involucris, ſine ſecundis, cujus caput non aderat: hoc putamus ex putredine diſſolutum: erant integra reliqua coſtis quatuor exceptis, atque viſceribus quæ putredine tabuerant, Quis hunc non admirabitur caſum? *Horatius Augenius lib. 2. de Hom. partu cap. 23.*

§. 3. Catharina de Ficſs cum ſecundas contraxiſſet nuptias, eodem tempore in morbum incidit, & gravida eſt facta: Cum vero ſe utero geſtare non ſuſpicaretur, Luteriæ

finitis remediis, & quidem diæta ſudorifica (auxilium adverſus morbum quærens) uſa t, etſi non deeſſent ex obſtetricibus quæ gravidam ipſam pronuntiarent, eo quod ſymptomata ea quæ utero gerentibus accidere ſolent, in ipſa obſervarent, idque à tempore ppreſſorum menſtruorum, donec etiam lac in mammis obſervabatur, & uſque ad nonum menſem quo tempore omnia illa ſymptomata deſiere, una cum motu ipſius fœtus: :in dolores partus irritum ſupervenere, & ſtatim poſt omnia ſigna fœtus emortui obrvare licuit, attamen horum omnium ſignorum ratio non habebatur: Quare cum Lutia domum rediiſſet, adhuc fœtum mortuum utero geſtavit, idque menſium quindecim atio à die ipſius interitus ſupputatione facta, præter anteactos novem menſes quibus in :ero materno vixerat: ſic partes molliores putrefactæ per inferiora ejiciebantur, quæ on abſque ratione aliqua per D. *Ponetum* medicum pro ſanie ex uteri ulcere manante abebatur, quemadmodum oſſa quæ remanſerant ſcirrhum lienis eſſe cenſebat.

Tandem extincta 5. Nonis Octobr. anni 1570. aperta fuit, Quare copioſa adhuc ſanies abdomine reperta abſque utero, & fœtus oſſa aliqua jam putrida, aliqua vero integra rant: & inter hæc unum ex oſſibus claviculæ jam lividum, peritonæum & abdominis muculos jam perforarat, ita ut ſola cutis integra remanſerit, qui in latere ſiniſtro forinſecus onſpiciebatur, quod jam pridem pro ſplenis ſcirrho habebatur. *Franc. Rouſſetus de Partu Cæſareo ſect. 4. cap. 2.*

§. 4. Vidimus puerum putrefactum & fruſtulatim rejectum, relictis magnis oſſibus in tero per longum tempus, quæ poſt in utero matris mortuæ ſunt reperta, Uxor fuit Chirurgi Monſpelienſis, qui poſt mortem, ut cauſam alicujus affectus interni cognoſceret, paſſus eſt illam diſſecari. *Rondeletius lib. 1. Pract. c. 65.*

§. 5. Fit etiam ut conatus pariendi eo tempore ſeſe manifeſtent, mulierque paritura videatur, & ad partum ab obſtetrice diſponatur, aquaque jam, ſicuti ante partum fieri ſolet, effluxerit, ſed his omnibus rurſum ceſſantibus, atque evaneſcentibus, nullus partus ſequatur, & niſi denuo hæc redeant, uti aliquando fit, fœtus extinctus nunc in utero, nunc extra hunc hæreat, qui tandem cum involucris putreſcens, febres animique defectus, & ſi nihilominus retineatur, uterum parteſque vicinas ſimul inficiendo, matri exitium parit, ſicut in quibuſdam accidiſſe (Inter quas una quinque, ſupra decimum menſes, fœtum mortuum antequam ipſa exſpiraret, profluente fœda interim eluvie, & vena umbicali propendente, utero incluſum geſtavit) aliquoties vidimus, tanta corruptione intrinſecus facta, ut & uterus ſimul cum fœtu, & abdominis muſculis illius loci ex putredine nigricantibus, ſumme fœtentia, *poſt mortem ſectione facta*, deprehenſa fuerint: priuſque vivente matre, interdum tumor pellucidus veſicæ inſtar, circa umbilicum elevatus, ſubjectæ putredinis character, per quem fœtus vertebræ cernebantur, eoque rupto eximebantur, ſeſe obtulerit. *Platerus Pract. lib. 1. c. 9. p. 440.*

§. 6. Matrona Londinenſis gravida, ad nonum uſque menſem fœtum utero geſtavit, quo tempore dolores quaſi parturionis acciduut, qui ingentes & diuturni fuere; primipara enim erat, quod aſſiſtentes mulierculas non terruit, etſi proxima partus alia ſigna non accederent, ut dilatatio oris exterioris matricis: Dolores ii duos integros dies, totidemque noctes afflixere: ideo convocati Medici, qui tardantis partus cauſam exiſtimarunt, quod Lucinæ nondum eſſet experta labores: Multa ideo præſcripta quo is facilis redderetur, deſieruntque tormina eo non ſuccedente. Ab eo tempore fœtum moveri nunquam obſervavit, ac conſultatione inter Medicos & Chirurgos inſtituta, ſtatutum fœtum exitum affectaſſe, jamque defatigatum à motu ceſſare matremque, quæ nunquam alias pepererat, erraſſe circa tempus conceptionis: Tertio vel quarto ab hinc de reſtitutæ, ac moræ in urbe pertæſa, villam equo tolutario pro more patrio. vecta conceſſit, nulla hinc ſequuta noxa; ſed menſe exacto priſtini dolores repetunt, tota die & nocte, moleſti, poſtea, ut prius ceſſantes: Medici & Chirurgi convocati ejuſmodi dolores colicos cenſent, priorēſque dolores ſeptimo menſe contigiſſe aſſerunt, quo tempore, teſte *Hippocrate*, exitum affectat fœtus, qui defatigatus, jam quieſcat; Addebant veriſimile non eſſe eum mortuum, quod mater vividi eſſet coloris, vegeta & appetitu polleret; abſentibus etiam omnibus ſignis, ex quibus *Hippocrates*, *Galenus* aliiſque Medici mortuum eſſe fœtum colligunt: In ſtatu ergo præcedenti menſem integrum perſtitit, undecimum explentem: quo exeunte, ſeves invadunt dolores, illico ſuccedente cardialgia; ideo lecto ſe tradidit, exhibitumque vinum, morte ſubito invadente, antequam auxilium implorare licuerit: In demortuæ latere dextro macula nigra in ventre comparuit, Daleri magnitudine: Cadavere aperto, fœtus putridus inventus, cujus caro in pus converſa ab oſſibus abſcedebat; Leipothymia non ante prehendente matrem quàm gangræna panniculum carnoſum attigerit: *Lodoica Borgeſia obſervat. lib. 2. p. m. 20.*

SCHO

SCHOLIA.

MEa ſententia dolores hi fuere colici: Fœtus iſte maturus erat, qui ſtato tempore non excluſus in putredinem abiit; neglecta enim medela ejus doloris, cauſa fuit quod ille in lucem non exierit: Quare ſi gravidam dolores crebro non invadant, ſi nihil ſe obſtetrici offerat; ſi uteri os conſtringatur, nedum hiet, ſive pariendi tempus inſtet ſive non, Colici illi judicandi ſunt, qui per clyſteres carminantes ſedandi ſunt: Id ſi in hac ægra fuiſſet actum, ea & fœtus ſuperſtites forte fuiſſent. *Eadem ibidem.*

§. 7. In quatuor puerperiis difficillimis adhibitus fui anno 1605. primo Lauſannæ 6. Septembris, Sed parturientem in morbis agone inveni, atque in illa ipſa hora, in qua ad ipſam acceſſi, è vita diſceſſit: Poſt mortem aperto ventre, fœtus ſemiputridus, Uterus vero dilaceratus conſpectus eſt. *Fabritius Hildanus Epiſt.* 12.

SCHOLIA.

V*Terus dilaceratus*] Rumpitur de facili uterus ſi p. n. tenuior reddatur, ſive humoris defectu ſive dilatatione nimia, vel ob putrentem fœtum, &c. A fortioribus pellentibus id contigiſſe obſervavit *Salmuth.* Vide obſervat. Id autem contingit procul ab orificio interno, ubi uteri ſubſtantia craſſiſſima, unde admiranda illa in partu explicatio & contractio.

§. 8. Mihi ex Gallia reduci narrarunt D. D. Colet & Raiſin anno 1665. ſe menſe Aprili anni 1662. D. *de la Foreſt*, Chirurgum Aurelianenſem, cum D. D. *Balduino* Medico Pariſienſi, in Noſodochio fœminam diſſecuiſſe, quæ diuturnos partus dolores irritosque conatus experta tandem obiit:

In cujus ventre inventus ſit puellus egregius & optime formatus, extra uterum locatus, nempe in ſpatio quod uterum & rectum inteſtinum interjacet; utero inſonte & illæſo, nequaquam rupto aut pervio verſus inteſtinum; matri autem puellus exiguo ſupervixit intervallo. *Monconis Tomo* 2. *Itiner. Italici p.* 456.

OBSERVATIO V.

In mulieris decima à partu hora mortuæ cadavere Uterus, Hepar & Pulmones in vitio deprehenſa.

MUlier honeſta, mollis & rara, annorum 30. febre, deſtillatione veteri in pulmones laborabat, fœtum geſtans octimeſtrem: imperatæ aliquot purgationes, phlebotomia iterata: ratio vitæ ex expreſſis carnium ſuccis: contra exulceratum guttur pugnatum, In difficultate partus decoctum veteris galli cum modico caſſiæ ligneæ, croci & tantillo vini odoriferi, unctio pubis &c. Peperit die 7. levata febris, & omnia imperata quæ inſtaurant &c. prohibetur ſomnus in horam unam aut duas propter multas vacuationes &c. Mortua eſt decima hora à partu.

Apertæ uterus grumis plenus inventus eſt, totus venter flatibus tumens, Ren dexter purulentus, Hepar quantitate peccans, lobo uno nothis coſtis hærens, colore totum vitiatum, aridum ac veluti frixum, aliis partibus quaſi putredine mucoſum, Similiter & Pulmones, in quorum ſummo ad arteriam vomica pure plena erupit. *Hollerius lib. obſervat. propr. n.* 8.

OBSERVATIO VI.

Partus ad 16. menſem prorogatus, ob vitioſam capitis fœtus conformationem, & illi accretum tumorem.

DE ſtupro conqueritur juvencula; Illa in dies tumidior ad partus terminum viſa eſt acceſſiſſe, nec tamen fœtum ullum enitebatur, Hinc molam ſuſpicatus Medicus expellentia præſcripſit, & tumido ventri cataplaſma ex ſemine lini &c. applicuit, quibus aliquandiu uſa, 16. menſe feliciter pepetir fœtum, ſed debilem, nec ultra unum alterumve diem ſuperſtitem: Caput infantis nucem juglandem vix ſuperabat, tumor vero capiti ſuperna parte adnatus erat, univerſo capite major, qui quoties manu contrectabatur, toties infans convulſionibus corripiebatur:

Mortuo infante caput apertum, inventaque in ipſo cranio exigua cerebri portio, quam pro cerebello habuit Chirurgus, In tumore vero ſubſtantia cerebro valde ſimilis: Hinc diuturnam illam in utero materno moram, ex vitioſa cerebri conſtitutione derivavit, qua impeditus fœtus & fractus, ſubſidiariam operam matri parturienti ferre non potuit. *Th. Bartholinus cent.* 3. *hiſtor.* 51.

OBSERVATIO VII.

Partus impeditus ob Fœtum in Utero incuneatum. 1. Ob Fœtus tranſverſum ſitum. 2. Ob vitioſum ſitum, Uteri diſruptionem, vaſorum umbilicalium convolutionem. 3. Ob Fœtus magnitudinem, ſitumque tranſverſum. 4.

§. 1. INſpectio aliquot honeſtatum fœminarum, quibus difficilis reſtitans fœtus vitæ ſilum abruperat, feneſtram aperuit meditandi de captivitate hac exterminanda: Intuitus etiam ſæpe cum ſtupore ſitum fœtus in alvo matris incuneati mortui, meorum præceptorum nullus aggredi arduum opus: commendabatur Deo & naturæ: confiſis ego judicii maturitati, manuum dexteritati, neglectum opus aggreſſus ſum. Glorietur *Rouſſetus* ſuo pro arbitratu in ſectione Cæſarea, & ſecuram periculi proclamet, Ego ſemel aggreſſus infauſto eventu ita territus fui, moriebatur enim poſt quatriduum puerpera, epilepticis convulſionibus tentata, vulnere inflicto multa ſalutaria promittente: ut nunquam hanc operationem in viva ſuaderem, veritus ne quam ſors perimere decrevit, Medici manu ſublatam rumor increbeſceb at: At extractionem per uncos & forcipes affabre adornatos felici cum ſucceſſu molitus, nunquam niſi voti compos cum aſtantium admiratione diſceſſi. *Rolfinckius Diſſert. Anatom. lib.* 1. *cap.* 13.

§. 2. Sartoris cujuſdam uxor, poſtquam triduum parturiendo conſumpſiſſet, nulliſque medicamentis fœtus jamjam mortuus exturbari potuiſſet, ſupervenientibus leipothymiis moritur.

Petitu mariti & obſtetricis apertum fuit corpus, exemptuſque infans jacens, ſupino quaſi corpore per tranſverſum uteri, capite ſiniſtrum, pedibus dextrum attingens os Ilion, brachio vero ſiniſtro extra uterum pendulo: Scrutando reliqua viſcera, ex veſica fellea præter morem magna, bile lenta & ex viridi nigricante repleta, extraxi calculum olivæ majoris (quas regias vel Hiſpanicas appellant) magnitudine, nec colore & figura ibi abſimilem, cæterum æqualem, & drachmam unam civilis ponderis pendentem, quem adhuc ob formæ raritatem integrum ſervo. *Carolus Raygerus in miſcellan. curioſis anni* 1673. *obſerv.* 283.

§. 3. Matrona Bernenſis adhuc juvenis, cum tertio uterum gereret, & juſtum geſtationis tempus abſolviſſet, doloribus parturientium tam acerbis ac vehementibus correpta fuit ut vix unquam ſimiles obſervati fuerint: aqua quin etiam quæ fœtum comitari ſolet, uti quoque ſanguis copioſe profluxere, brachiumque dextrum fœtus primo quoque inſultu erupit: Poſt horam tamen dolores omnes & conatus parturientium ceſſarunt nec deinceps redierunt, Quarto poſt die videns obſtetrix rem in anguſto poſitam, ſuaſit ut uxor mea advocaretur: Illa cum ad parturientem perveniſſet, brachium dextrum ex utero propendens reperit, febris quoque, leipothymiæ & vomitus aderant: Exhibita confectione alkermes, inuncto ventre oleo lil. alb. & amygd. d. brachio ex orificio matricis remoto, dolores hypochondriorum, qui antea ob tenſionem peritonæi acerbi fuerant, ceſſarunt, verum dolores & conatus parturientium (etſi dolores reliquarum partium continuo vexarent) nunquam leniri potuerunt nec medicamentis neque manu Chirurgi: Variis præſtitis cæteri dolores remiſerunt, ita ut cibum libenter aſſumeret, ſomnum caperet, & ita quidem ut nihil præter excluſionem fœtus deſideraretur: Cum vero motum aliquem naturæ, qui nobis viam modumque procedendi oſtenderet, ex conſilio adſtantium, in ſeptimum uſque expectaremus, ecce cardialgia, cum rigore quodam & leipothymia accedente, protinus placideque exſpiravit.

Corpore aperto, cauſa deprehenſa eſt ſitus fœtus præternaturalis; in tranſverſum enim ſitus erat, & ita quidem ut caput ſiniſtro, pedes vero dextro hypochondrio ita inſiſterent, ut in utroque latere prominentia non obſcura obſervari poſſet: ſpina dorſi autem fœtus verſus orificium uteri vergebat: brachium dextrum extra orificium propendebat, ſiniſtrum vero, uti quoque crus dextrum (quod verſus caput reflexum) mediantibus vaſis umbilicalibus (qui truncum corporis bis circumdederunt) trunco corporis ita alligabantur, ut ab initio fœtus ad exitum minus commode ſeſe parare poſſet, ſed omnia inverſo ordine acciderent: Præterea, ab initio cum fœtus, qui & maturus & robuſtus erat, maximo impetu ſe moveret, & ad exitum præpararet, ſiniſtro pede corpus ipſum uteri verſus dextrum latus dilaceraverat: *Fabritius Hildan. cent.* 4. *obſervat.* 57.

SCHOLIA.

ETſi difficilis partus cauſæ multiplices ſint, omnes temen ad tria reduci poſſunt, Aut enim nimis anguſtum eſt os uteri, ut in illis quæ nunquam pepererunt, aut ulcere aliquo in partibus illis laborarunt,

rerunt, aut quibus conſtitutio corporis ſicciſſima eſt: At hæc antea uterum bis geſtaverat, & feliciter pepererat, nec conſtitutione corporis admodum erat ſicca; Altera cauſa eſt ſitus fœtus præternaturalis, quod in hac matrona accidit: Tertia eſt expultricis facultatis labefactatio aut proſtratio, quæ fit aut ob virium cordis abolitionem, aut ex ſolo vitio uteri: at in hac matrona vires vitales ad finem fere vitæ integræ permanſerunt: Cauſa itaque ex utero ipſo petenda eſt, à forti fœtu calcitrante diſrupto, unde ejus facultas expultrix & protinus & omnino abolita fuit, hinc parturientis dolores & conatus ceſſarunt: Ruptionem autem illam uteri in aliis quoq; obſervavi: Cujus diſruptionis ſubita illa abolitio facultatis expultricis & parturientium conatus ceſſantes (ſi vires vitales integræ permanſerint) certiſſima ſemper mihi fuere indicia, idque quoties accidit, de vita parturientis actum eſt niſi ſectio Cæſareæ adminiſtretur: Diſrupto enim inſtrumento, i utero, ceſſat quoque actio, h. e. facultas expultrix & parturientium conatus, qui cum neque medicamentis neque manu excitari poſſint, putreſcit tandem fœtus, ſimul & ſecundina, hinc mors: Occurrit & alia cauſa propter quam dolores & conatus parturientium protinus ceſſant, Medicis ut plurimum incognita, nimirum cum ex motu iſto vehementiſſimo fœtus, vas aliquod internum diſrumpitur, quod vid in matrona quadam de qua §. infra: In his autem facultates omnes ob deperditionem ſanguinis protinus proſternuntur: *Idem ibidem.*

§. 4. Sartoris uxor annorum circiter 30. quæ quater prius pepererat, quinto gravida facta, exactis decem menſibus, cum jam pariendi tempus inſtaret, atque in ipſo labore fœtus quandam convolutionem, levesque aliquot pariendi conatus ſentiret, tandem iis omnibus ceſſantibus, fœtum mortuum, uti poſtea apparuit, antequam exſpiraret, adhuc quinque menſes retinuit: Quo tempore cum an gravida eſſet, ex eo quod ſupra geſtationis tempus tamdiu ſuperſtes maneret mulier, nec graviora pateretur accidentia, in quæſtionem veniret, & de mola aliove aliquo tumore inter obſtetrices conſultaretur tandem conſilio meo habito (licet eam vivam non viderim) de fœtu mortuo pronuntiavi, & ad fœtum mortuum propellendum medicamenta præſcripſi, pilulas & peſſarium quod cum unam ſaltem noctem retinuiſſet, mox chorda umbilicalis propendere cœpit quæ tandem, cum putris eſſet, amiſſa fuit: verum cum nullus ſequeretur abortus, nulluſque eſſet omnino fœtum excludendi conatus, ut is promoveretur, mulier quædam ventrem illi variis modis aliquoties compreſſit, deorſumque impulit, unde fluor uterinus, per quem putris, alba, fœtidiſſimaque materia ex utero profluebat, exortus eſt: Quo octo ſeptimanarum ſpatio perſeverante, accedente interim febre, corpus adeo contabuit, ut nihil in ea carnoſi fere amplius præter ventrem, tranſverſum admodum tumentem & durum appareret: donec viginti ſeptimanarum ſpatio, ſupra decimum menſem, quo uterum geſtavit, tempore exacto exſpiraret.

Rogatus ut corpus aperirem, primo ventris intuitu veſicas geminas, lividas, in latere umbilici, ubi tumor durus inæqualis adhuc tranſverſim eminebat, deprehendi, Quibus levi negotio, cum tenuiſſimæ eſſent, diſruptis, ſtatim vertebræ ipſius fœtus, una cum ſcapulis & coſtis obvia erant; tranſverſim enim collocatus & ſupinus dorſo inflexo, & in orbem convolutus jacebat & verſus exteriora prominebat: qui exemptus diductuſque adeo putris erat, ut præter cutem & oſſa, quæ tamen levi negotio diſſolvebantur, & quod fœmella erat, nihil alias liceret, vel fœtor immenſus fineret cognoſcere: hoc ſaltem manifeſtum erat tranſverſum illum ſitum, atque eximiam magnitudinem, quam longitudo illius & capitis amplitudo, prolixis admodum capillis conſtans declarabant, impedimento fuiſſe quo minus in partu prodire potuerit, ſicque retentum 20. ſeptimanarum ſpatio, computruiſſe, & ſimul vicinas partes undique infeciſſe, cum univerſus uterus, una cum involucris & omenti portione aliqua, muſculiſque epigaſtrii illius loci deſiderarentur, totaque illa regio pure, fœtore & nigredine infecta eſſet, & ad extremam uſque cutem, ubi veſicæ apparuerant liveſcentes, corrupta: Quo in loco *ſi forte ſectio*, ante extremam illam viſcerum corruptionem *facta fuiſſet*, fœtum eximi; matre ſuperſtite manente credibile eſt. *Platerus obſ. lib. 2. p. 228. & Pract. lib. 1. cap. 9.*

SCHOLIA.

S*I forte ſectio facta fuiſſet*] De partu *Cæſareo*, aut, ut *Riolanus* mavult, *Cæſonio*, tractatum ampliſſimum edidit *Franc. Rouſſetus.* Tres autem ſciendum eſt caſus eſſe quibus extantibus cogitari poteſt de hac Chirurgia 1. Cum fœtus mortuus eſt & mater vivit: 2. Cum mater mortua eſt & fœtus vivit 3. Cum ambo, & mater & fœtus vivunt: In primo caſu non eſt neceſſe ægre parturientem manifeſto periculo exponere, quia ſi per Chirurgiam non extrahatur, natura vias invenit alias, per anum, umbilicum, inguen &c. ut teſtantur hiſtoriæ, Secundus caſus frequenter accidit, ita ut (quod deplorandum) damnetur tenebris embryo antequam lucem videat, atque ſpes animantis cum gravida pereat, ut loquitur Imperator lib. 11. Digeſtor. tit. 8. Cujus culpa? an Magiſtratus, utpote ſine cujus conſenſu non licet ejuſmodi operationes aggredi? quem antequam impetremus, jam periit occaſio: an Chirurgorum? qui metuunt ne eos idem maneat fatum cum Veſalio: hic enim cum diſſecaret thoracem cujuſdam quam

iſſe exiſtimabat (alii referunt pro partu cæſareo tecendo) hyſtericæ ventrem aperuiſſe, reperit cor nuc palpitans: Etenim oportet ut ſectio fiat in o fere puncto quo mater exſpirat, aut quamdiu ans adhuc movetur & ſubſultat: Nec juvat os vidæ apertum tenere impoſita clavi: hic enim error vulgi, credentis fœtum reſpiratione matris vere: Tertius caſus eſt cum fœtus vivus è viva tre ſectione extrahitur: hic verus eſt partus Cæreus; ſed quam periculoſæ plena ſit aleæ hæc opeſo quilibet per ſe videt: Et quamvis fatendum ſit uſmodi ſectionis adminiſtrandæ ſæpe neceſſitatem ſidete, tameo circumſtantiæ tot tantæque ſunt obvandæ, ut interim in ancipiti caſu nullus audeat anum operi admovere metuens calumniam: Quod im notatu dignum eſt nullus poſt *Roſſetum* invens eſt oculatus teſtis, omnes auriti tantum, uno expto *Doringio*, qui in epiſt. ad *Hildan.* teſtatur ſe eſente uterum in inguen dilapſum, diſſectum fuiſſe, tractumque infantem ſatis vegetum, matrem tertio ſectione die ad plures abiiſſe: quod ſibi etiam eveſſe ſcribit Clar. *Rolfinckius* p. 182. Diſſert. Anatom. ui proinde omni conamine diſſuadet hanc operaonem in viva muliere: Ego vero impenſius ſuadem ſectionem Cæſaream, ſi ſciri poſſet per ſigna inntem diſruptis clauſtris egreſſum fuiſſe io ipſam bdominis capacitatem: Imo ſuſpicor non ſolum oſſe intra Tubam uteri fœtum concipi, quod exemlis confirmat *Riolan.* Anthrop. cap. 35. ſed potiſſimum ex eadem rupta (cum alias in uterum regreſſus non detur) fœtum erupiſſe, & ſectione in inguine inſtituta (quod vidit Doringius) emiſſum fuiſſe. *J. van Horne microtechn.* §. 30. Poſſe tamen fœtum mortuum, matre ſuperſtite eximi, luculento exemplo oſtendit *Platerus obſervat. lib. 1. p. 22.*

Tranſverſim collocatus &c.] Ad vitioſum infantis ſitum huc referendus ille cujus meminit *P. Barbette* Chirurgiæ Parte 1. cap. 23. Cùm illius caput, matre jam parturiente, ſupra oſſa pubis anteriora prolabitur, quod nullus ſcriptorum obſervavit: Hæc res, *ait*, animadverſione non eſt indigna, Nam quanto fortiores ſunt parturieodi conatus, & quanto magis allaborat, tanto minus partum eſt producura, niſi infantis caput ſurſum verſus, atque ad matris dorſum, & tandem ad inferiora, vel ad latus oſſis pubis obſtetricis manu dirigatur: Noxia ſunt fœtum pellentia priuſquam id obtineris.

Muſculiſque epigaſtrii] Quorum opera ad fœtus excluſionem neceſſaria eſt: hinc gravidæ plerumque ſunt pigrioris alvi, quia hos muſculos, ob uteri diſtenſionem, vix ad compreſſionem commovent: Medicus quidam, referente *Hoeſero* in Hercule Medicô, ad pellendas ſecundinas reſtitantes admovebat emplaſtrum ex ovi albumine & rubrica, ad conſtringeodos muſculos ventris, qui à parturiendi conaru & extenſione uteri relaxati, & in opere ſuo debilitati ſunt; iis enim ſic conſtrictis, & inſe redeuntibus, uterus ad ſeas pellendas aptior redditur.

Observatio VIII.

Oſſa pubis & coxendicis in partu diſtrahuntur. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

§. 1. Quanquam miraculo diſtractio oſſium in partu carere non videatur, tamen quia in Anatomicis ratio prius audienda non eſt quam ſenſus conſulendus, inique faciunt qui quod ipſi non viderunt aliorum experientiæ credere negant: Nec facile hic à communi errore abſceſſiſſem, niſi Genevæ, cum Illuſtris Senatus nobis meretricem juvenculam, ſexto poſt partum die in lacu Lemano ſuffocatam, quæ adeo facilem partum ediderat ut & heram falleret, ad ſectionem offerret, contrarium me ſenſus docuiſſent. Difficile eſt hoc apud nos deprehendere, ubi nefas putatur ex partu mulierem mortuam ſecare: & quæ ſuppliciis afficiuntur, non prius ad mortem ducuntur quam disjunctâ oſſa longo temporis intervallo viciſſim coierint. *Henningus Arniſæus obſervat. Anat. 6. Idem in Hildani Operibus, Epiſt. 45.*

SCHOLIA.

Oſſa hæc an in partu à ſe invicem diducantur varie agitatum inter Anatomicos; Quidam diductionem omnino leviſſimam negant; alii in omni, etiam facillimo eam concedunt: Utraque ſententia ſuas habet rationes: Media incedunt via *Valeus, Bartholinus* &c. qui in parto facili, ubi fœtus parvus, via lubrica, oſſa late ab invicem diſtant, ipſaque cartilago oſſibus interjecta mollis adhuc eſt, diductionem non omnino neceſſariam judicant, ſola cartilaginis laxatione ſufficiente: In difficili autem partu, ubi fœtus grandior, viarum anguſtia, ſiccior cartilago, nunc oſſa pubis, nunc ilium & ſacrum, nunc utraque magis vel minus divelli cenſent. Opinioni poſteriorum favet obſervatio *Arniſæi*, qui facilem adeo partum fuiſſe refert ut inſcia hera contigerit.

§. 2. Hi qui mulierum & virginum plura cadavera ſecuerunt, videre potuerunt illas quæ nunquam conceperunt, eſſe longe anguſtiſſimas, eaſdemque habuiſſe cartilagines inter hæc oſſa ſitas, quibus mediis uniuntur, admodum tenues, ſiccas & fere nullas aliarum reſpectu: Sed quibus in utero ſæpius habere, pluriesque parere contigit, etiamſi longo tempore poſt ultimum partum obierint, in his interjectas cartilagines craſſas reperiri certum eſſo, In iiſdemque ilia & oſſis ſacri latera ampla, atque oſſa pubis ubique, præſertim inter ſpinas anticas oſſium pubis latitudine inſigni ab invicem diſſidere. Quæ vero aliquoties tantùm, ut ſemel aut bis, pepererant, medio quodam modo habere: Quod etiam ex inſpectione matricis probatur, Nam ut in his quæ nunquam conceperunt matricis corpus tenue eſt & parvum, ſic in his quæ pluries ſunt enixæ, craſſius ſemper remanet ad extremum uſque vitæ diem: & in his quæ raro aut ſemel, mediocris eſt; hæcque perpetuo vera ſunt, dummodo his partibus nihil præter aut contra naturam acciderit: *Hæc autem ſententia*

ſententia ulterius confirmatur hiſtoria anatomica ſequenti, Anno 1579. Menſe Febr. in Regi Chirurgorum Pariſienſium Collegio, cadaver muliebre diſſectum, Quæſitumque an i partu mulierum oſſa pubis & ilium, hæc ſcilicet ab oſſe ſacro, & Ilia ab invicem diſtra hantur necne? major pars adſtantium negabant, Alii affirmabant, Alii dubii omnino ta cebant, Dubium autem iſtud ſtatim ſolutum fuit, veritasque ex tempore eluxit, Accept enim altero cadaveris femore ſeu crure integro, ſublevatoque eo, cute minime ſecta, ſe integre ſervata, cæterisque ſymphiſi ſuperpoſitis parribus, os pubis ejuſdem lateris attollc batur, ſupraque alterum latitudine ſaltem medii pollicis eminebat: Quod oculis digitis que ab omnibus veriſſimum judicabatur; Ut facilius meliusque videretur, crus alterun ſupini cadaveris ſupra menſa locati ſumme extendebatur, nulloque modo iſchii flexo ar ticulo, ambabus alteri natium ſubductis & ſubſtractis manibus, ſurſum os pubis cum mi nimo conatu attollebatur, & cum eo os innominatum totum, quod, ut dictum eſt ſæpe componitur ex tribus, Iſchii, Pubis & Ilii oſſibus, quæ in ea ætate penitus coaluerant pe ſymphyſin, quæ eo loci ſit ſine medio, unde poſticas duas ſynchondroſes multo laxiore fuiſſe ſolito neceſſario concludimus: Eo enim quo diximus modo, elato crure, innomi natisque oſſibus reſupinati cadaveris, os pubis lateris ejuſdem ſua ſpina latitudine medi tranſverſi digiti à ſuo congenere diſtabat, atque ei ſuperveniebat: contra vero ſublati manibus, & æqualiter poſitis manibus æqualis oppoſito apparebat: altero vero crure ela to, illud quod prius eminebat, inferius conſpiciebatur, unde plures non abs re mirati ſunt *Severinus Pinæus de Notis virginitatis lib. 2. cap. 6. & 8. Vide Bauhinum Anatom. lib. 1. cap. 49*

§. 3. A plurimis agitata hæc quæſtio, ac noſtro ſæculo à D. D. Laurentio & Pinæo hic diſſentientibus: Ego vero experientiæ credo, adſtiti quippe ab annis 40. partui plusquam quingentarum mulierum, in quibus manifeſte deprehendi crepitationem & diductionem ab invicem dictorum uſſium, inſerto inter utrumque os pectinis digito, ubi manifeſtam ſeparationem animadverti: quinimo mulieres omnes, quibus ægrior partus, tunc temporis accuſant dolorem eo in loco: Imo infra coccygem impoſita manu, prædictam ſeparationem licuit mihi percipere, Nec non in quibuſdam ab inani nixu extinctis facta Cæſonia ſectione, reperi oſſa prædicta ſeparata & relaxata, necnon ligamenta ea colligantia, mollia facta & dilatata; eo quippe loco maxima matricis portio incumbit, *Iac. Guillemeau de facili partu lib. 2. cap. 1.*

§. 4. Vivit adhuc honeſta fœmina, cui primiparæ, ſub difficiliori fœtus exitu, oſſium pubis commiſſuræ (ætate ſatis tum matura) non ſolum divulſæ ſunt, verum etiam uti infelicioribus nonnunquam in fracturis accidit, utrinque ſeorſim occalluerunt, invicem ſeparatæ, ut in ſcalarum aſcenſu ac deſcenſu, conſueta, ſanis validisque pedum alternatione uti nequeat, ſed alterum ſemper (poſito prius altero pro fundamento) quaſi poſt ſe trahat; digito eandem alternationem circa dictas oſſium extremitates eodem tempore aperte ſentiente, Aliquoties poſtmodum, at æque difficulter peperit, anguſtia forte colli nimia. *Daniel Ludovici in miſcell. curioſis anni 1673. obſerv. 255.*

§. 5. *Fernelius* lib.6. Pathol. *inter cauſas difficilis Partus* recenſet oſſium Pubis firmiorem compagem: Sed quid opus teſtibus in re ram manifeſta? ſola experientia fidem faciet, cui Medicus plus debet tribuere quam rationibus: Sæpius, atque plusquam trigeſies, in mulieribus mox à partu extinctis, vel paulo ante enixum, vidi præſentibus Medicis & Chirurgis, cartilaginem quæ oſſa Pubis colligat, minimi digiti latitudine diductam, ita ut hiulca pubis oſſa apparent ſi digito intus attrectarentur: Quod etiam ante cadaveris diſſectionem innoteſcebat, uno crure ſublato, ſic enim oſſa Pubis mobilia deprehendes, unumque alteri ſupereminete: Atque anno 1631. cum publicam Anatomen inſtituerem mulieris, quatto die à partu ſuſpendio ſtrangulatæ, præſentibus trecentis Auditoribus, demonſtravi commiſſuræ oſſium pubis interjectam cartilaginem, digiti latitudine laxatam; quin etiam oſſis ſacri cum oſſibus Ilium commiſſuras mobiles admodum ſcalpello tenuiſſimo facillime ſeparavi: Oſſibus Ilium oſſis ſacri, loco cartilaginis, interjecta erant ligamenta craſſa, rubicunda, quæ cavitatibus utriuſque oſſis inculcata erant; oſſibus pubis cartilago craſſa interpoſita erat: Poteſt & controverſia etiam ipſo ſenſu componi, Accipe perfectæ mulieris oſſa ilium, ante inter ſe per ſymphiſin, & recto oſſi ſacro juncta: ſi per hoc foramen ampliſſimum, caput infantis recens nati libere traducatur, fatebor oſſa Pubis non diduci; alioquin ſuſtinebo, non ſine maxima oſſium pubis dilatatione fœtum egredi, quia ſpatium illud anguſtius reddit caro intus circumjecta. *Riolanus Anthropogr. lib. 6. cap. penult.*

SCHOLIA.

Dem animadverſionſbus in *Veſlingium* ſcribit iſtam diductionem oſſium ilii, ſacri & pubis non ıtum in difficili, verum etiam in omni, etſi facilli-
ɔ partu fieri: Qua de re magnopere dubitandum nīco: quippe non ſemel vidi mulieres parvos, & men maturos fœtus facillimo negotio, ac ſine do-
te effatu digno citiſſime peperiſſe, idque vel in le-
o, vel in communi ſedili, & ſine obſtetrice, quod .m vocandi tempus non daretur, in quibus dicto-
m oſſium nulla divulſio facta videtur, utpote per ıam à vicinarum membranarum diſtenſione non ɔſſent non magni dolores induci: Adhæc, veroſi-
ile eſt nonniſi per violentiam, & validam à magni etus tranſeuntis preſſionem hæc oſſa à ſe invicem iduci poſſe, nam cartilaginoſa illa connexio nimis ema eſt quam ut in facili partu à parvo fœtu, tam vi negotio diſtendi queat: *De Diemerbræck Anat. b. 9. cap. 16.*

Inter cauſas difficilis Partus] Mulier ob multas auſas pariæ difficultet: Cauſæ vero referuntur vel d Fœtum, vel ad Uterum, vel ad Tempus, vel ad Si-
am mulieris, vel aliqua Accidentia, vel ad Inteſtino-
um & Veſicæ plenitudinem, vel ad mulieris Imbe-
illitatem ac ſpirandi difficultatem: Rurſus Fœtus ıajor craſſiorq; Partus difficultatem facit, & multo ıagis ſi duplicatus egrediatur, ſi pedem unum pro-
erat altero replicato, vel ſi in brachium exeat: hæc nim difficillimum partum faciunt: Præterea uteri ꝁ mulieris conſtitutio, vel aliarum vicinarum par-
ium, ut uteri magna diſtenſio, Oris ſtrictura, Colli ıteri longitudo: Hæc enim facit, ſaltem, ut longio-
i tempore exeat fœtus: Item nimia Omenti & vi-
:inarum partium ſpiſſitudo & obeſitas: Nam *Hip-
ocr.* ſcripſit Omenti magnitudinem impedire con-
ceptum, os uteri comprimendo; ſic & facile par-
um moleſtat: *In quibuſdam enim Omentum de-
ſcendit inter veſicam & uterum; ibique ſpiſſius fit. Stercus induratum* in inteſtinis retentum idem facit, tum etiam *urina* ſed minus: *Aëris* præſens conſti-
tutio etiam obeſt vel conducit partui, ſi quidem aquilonia difficilem facit, auſtrina facilem: Sicca, fœtum & mulieris corpus exſiccando, difficilem fa-
cit partum: nimis calida, vires reſolvendo; frigida, partes contrahendo: Humida omnium aptiſſima eſt: Quæ modice calida eſt, ut veris (quod cum au-
tumno faciliores partus concedat) laudatur: De *Situ* parturientis vide ſcholia ad §. 10. *Imbecillitas* quæ ab ætate juvenili, vel ratione morbi eſt, partum facit difficilem, quia robore opus eſt ad fœtum de-
jiciendum: *Morbus pectoris* aut ejus mala confor-
matio, quæ facit ut diutius ſpiritum non poſſint con-
tinere, hic maxime nocet, quoniam omnis expulſio fit retento ſpiritu, at aſthmatici ex diu retento ſpiritu ſuffocantur: Pectus depreſſum non multum aëris recipit, qui eſt neceſſarius ut tendatur diaphragma: ipſum enim tenſione ſua ventriculum & partes vici-
nas ſibi comprimit, & conſequutione quadam infe-
riores ad expellenda excrementa & Fœtum cum mu-
ſculis ventris: Hæ ſunt cauſæ quas in parituris con-
templari oportet, In aliis quippe *Obeſitas* nocet, in aliis *membrorum durities* ſiccitaſque, ut in mulieri-
bus quæ jam feneſcentes incipiunt parere: tales enim difficile pariunt, quia jam obduruit & quaſi in aſperam arteriam rugatum eſt collum uteri: Cau-
ſarum aliæ ſunt in noſtra poteſtate, aliæ non; In no-
bis non eſt ut quæ parit autumno, aut vere, aut flan-
te auſtro pariat: Sed quod nulla ſint excrementa in inteſtinis aut veſica retenta: quod corpus ſit craſ-
ſum, infans minus obeſus, uterus ſit humidus cum puer deſcendit, & cauda libera ſine compreſſione aliqua, & alia multa, Medicus prudens, & in rerum cognitione verſatus exequi poterit, ſi mulier ſit au-
diens dicto, qui iſtis cauſis cauſas poterit invenire contrarias: Incipiamus à Fœtus magnitudine, Ea à multis cauſis provenit, à magnitudine parentum, vel à copia ſeminis & uteri amplitudine: Nam quæ mu-
lier parva eſt utero, parum ſeminis accipit, & ali-
quando non generabit ob parvitatem, & quod faci-
le non dilatatur uterus, cum creſcit infans, cogetur abortire: Sed quæ amplo ſunt utero, & facile dila-
tabili, magnos infantes procreant, ſi ſanæ ſint: Ma-
gnum uterum habent ut plurimum quæ magnæ ſunt, & quæ jam frequenter pepererunt, vel quibus à par-
tu venter non fuit conſtrictus faſciis: In talibus im-
pediatur fœtus augmentum tempore impregnatio-
nis, poſt quartum menſem: Si plethora adſit, per epicraſin & ex intervallis mittatur ſanguis parum trahendo, & cibi copiam minuendo, vel dando im-
becilliora alimenta quæ ſatiant & parum nutriunt: Cum appetit partus, aſſumant prima menſa quæ la-
xant, fructus, olera; Regantur hoc modo, Quie-
ſcant in lecto, donec certiſſimum erit infantem in lucem prodire; Duo enim commoda hinc ſequuntur 1. vires conſervantur pro tempore emiſſionis: 2. Ab aëre vel frigido vel ſicco partes non conſtringuntur. *Rondeletius* Pract. cap. 74.

§. 6. Quomodo poſſibile eſt ut maturus & magnus fœtus per pelvis anguſtias, muſculis aliiſque partibus undequaque obſitas & infarctas, in partu tranſire poſſit? Dico, ſi parvus fuerit fœtus, eum per dictas anguſtias ſine magna moleſtia tranſire poſſe, docente id ex-
perientia quotidiana; nam partus tempore, ab humorum copioſo affluxu, adeo læve & laxæ fient partes genitales, ut exigente neceſſitate, etiam obſtetricis vel Chirurgi totam manum facile admittant: Verum ſi magnus fuerit fœtus, vel partes per ſe ſint anguſtio-
res, tunc gravem & laborioſum fieri partum, atque pubis oſſa, laxatis ligamentis & carti-
laginibus, aliquantum dehiſcere, imo cartilaginoſam quoque connexionem oſſis ſacri cum ilii oſſibus adeo laxari, ut manifeſte à ſe mutuo recedant: Hanc dehiſcentiam harum par-
tium primi notarunt, *Hippocr.* lib. de nat. Pueri, *Avicenna* lib. 3. fen. 12. tract. 1. cap. 2. *Ae-
tius* tetrabil. 4. ſermone 4. cap. 22. quam acriter quoque defendit *Sever. Pinæus* operis phy-
ſiolog. lib. 2. cap. 5. 6. & 7. Contrarium ſentientes evincit certiſſima rerum magiſtra expe-
rientia (hac docente omnes qualeſcunque rationes concidunt) qua non ſemel illud fieri compertum ac clariſſime demonſtratum eſt. Nos quoque anno 1654. menſe Martio, puerperam ſequenti poſt partum die mortuam, in publico theatro ſecuimus, in qua pubis oſſa à ſe invicem adeo divulſa erant, ut minimus digitus facile interponi poſſet. *De Die-
merbræck Anatom. lib. 6.*

SCHOLIA.

HÆc oſſium divulſio cauſa eſt quod puerperæ, quibus gravis & laborioſus fuit partus, & fœtus magnus, frequenter de doloribus circa os ſacrum & pubem conquerantur: quod etiam fœminæ quæ ſæpius pepererunt, dictas cartilagines habeant craſſiores: item quod virgines ſeniores, his cartilaginibus magis reſiccatis, viro locatæ difficili pariant quam juniores: quod denique, cum reliqu corporis cartilagines ætatis progreſſu ſicceſcant oſſeæ fiant, hæ tamen in mulieribus nunquam ſiccentur, ac nunquam oſſeæ evadant. *Idem.*

§. 7. *Paræus* lib. de genet. cap. 13. ſcribit ſe olim fuiſſe in illa opinione, oſſa ilium & pi bis in partu non poſſe divelli, ſed tandem tamen contrarium ipſi apparuiſſe in ſectior cujuſdam mulieris, 15. die poſt partum ſuſpenſæ; cujus oſſa ilium ab oſſe ſacro diſtrac erant, & oſſa pubis à ſe invicem diſtabant latitudine dimidii digiti.

§. 8. Idem obſervavimus hic Baſileæ ante annos duodecim, cum Nobilis matron Gallæ ventrem, quæ ob ſecundinas retentas interierat, pluribus adſtantibus aperiremu *Bauhinus Theatri Anatom. lib. 1. cap. 43.*

§. 9. Experientia edoctus aſſero oſſa pubis ſæpe ab invicem in partu laxari, emollit eorum cartilagineo connexu, totamque hypogaſtrii regionem ad miraculum uſque am pliari: Non quidem ab aquoſæ ſubſtantiæ profuſione, ſed ſua ſponte, ut fructus maturi ex cludendis ſuis ſeminibus ſolent hiſcere. *Harveus de Generat. animal. Exerc. 57.*

§. 10. In publicis fœminarum, ex difficili partu mortuarum ſectionibus, conjunctionl oſſium pubis, ut & *ilii ac ſacri dehiſcentiam* ſpectatoribus multoties conſpiciendum exhi bui. *Spigelius lib. 2. de Humani corpor. fabrica cap. 24.*

SCHOLIA.

I*Lii ac ſacri dehiſcentiam*] Hinc multum referre didicimus experientia quo ſitu donetur paritura: Nam ſi ſedeat, impeditur dilatatio caudæ: cum enim mulier parere vult, neceſſe eſt amplietur vulvæ foramen, non à parte anteriore, (ut aliqui falſo exiſtimant, putantes oſſa pubis, quæ cartilagine media conjunguntur, & tranſverſum ligamentum acceperunt, aperiri) ſed ad oſſis ſacri cum cauda articulationem: Nam cum os ſacrum in caudam deſinat, ita cum eo articulantur ſua ipſius oſſa inter ſe, ut reflecti poſſit cauda in partem exteriorem, & foramen ſic reddatur latius multo; Hæc cauda ita erigitu in exteriora, ut viſu id diſcerni poſſit, ſi quæ parturi mulier emaciata ſit: Itaque ſi naribus innitantur cum non poſſit retrocedere cauda, partus impeditur: Si ſtent, non ſatis viribus pollent, quanquan is ſitus convenientior ſit, modo in anteriora ſe flectant: Quare manibus contra lectum, aut menſam, aut aliud innitatur, ita ut ſit ſufficiens ſpatium pro obſtetrice ſuſceptura puerum, & ſuſtineatur à viris fortibus: Sin minus, decumbat, ſed dorſo tantum innitatur. *Rondeletius Pract. cap. 64. p. m. 573.*

OBSERVATIO IX.

Os Uteri in prægnantibus arctiſſime clauſum repertum. 1. 2. *Uteri ſtatus à Partu ſecundo die.* 2. 3. 6. *De craſſitie uteri in Gravidis.* 4. *Uteri ſtatus ſexta poſt partum hebdomada.* 5. *Uteri conſtitutio in Graviditate & à Partu.* 7. *Uterus hypogaſtrio adſtrictus poſt maris partum.* 8.

§. 1. OS Uteri, teſtibus *Hippocr.* & *Galeno*, in prægnantibus tam arcte clauditur, ut ne quidem ſpecilli aciem, nec ullius aëris aut aquæ (in balneo) introitum admittat; quod licet nonnulli in dubium vocent, & ſolummodo de levi aliqua conniventia explicent, tamen à nobis veriſſime viſum eſt anno 1649. quo aperuimus & examinavimus ancillæ veneno interemptæ cadaver; in quo, inter alia, invenimus uterum à longitudinis manus fœtu tumidum, ejuſque oſculum non modo arctiſſime contractum, ſed *tam glutinoſo* ac tenaci *humore* pituitoſo obſeratum, ut nuſquam tenuis ſtylus immitti poſſet, niſi majore vi per gluten illud adigeretur.

§. 2. Illud etiam vidimus in alia muliere circa 7. menſem gravida, repentino fato extincta menſe Decembri 1665. *De Diemerbræck Anatom. lib. 1. cap. 33.*

SCHOLIA.

T*Am glutinoſo humore*] *Sanctorius* meth. vit. Error. lib. 1. cap. 30. ait orificium uteri non poſſe claudi, ſed ita apertum conſervari ſicuti erat in muliere antequam utero gereret: at in prægnantibus ſolum in parte intima eſſe obſtructum à quodam mucilaginoſo infarctu, qui adeo conglobatur, & uteri foramen intimum operit; Atque in brutis, captis præſertim, manifeſtum eſſe aſſerit; gravidæ enim ſi diſſecentur, in parte uteri interna, juxta orificium, obſervari floccum quendam mucilaginoſum cooperientem & velantem totum uteri orificium, ſine aliqua orificii clauſura, quod in interna parte ſemper maneat apertum etiam in mulieribus.

§. 3. Excluſo in lucem fœtu redit uterus ad priorem conſuetudinem ſenſim & ſenſim:

Aperto

perto cadavere altero à partu die, uterus conglobatus apparebat ad capitis infantis biſuli magnitudinem, albicans, in tubulis nullo ſanguinis apparente veſtigio. *Rolfinckius arte 2. de Organis generat. cap. 21.*

§. 3. Os uteri ita extenſum & lacerum erat ut vix appareret, Uterus magnitudine capitis erat adhuc & craſſitie pollicari: Intus ſanguinis reliquiæ & ora vaſorum craſſo & nigro ſanguine adhuc ſudantia: Vincula uteri cum oſſibus Ilium, ſacro & lumborum, & inteſtino recto firmiſſima, parte anteriore nulla, præterquam cum veſica admodum exigua. *Iac. Sylvius in appendice Iſagoges anat. de variorum corporum ſectione.*

§. 4. Falcoburgius teſtatur in diſſectis ſe obſervaſſe gravidis, craſſiorem videri tum temporis uterum, ſed falli oculos ab hepate uterino arctiſſime connexo, quod ſeparatum demum detegit; Sed contrarium docet experientia: Nempe craſſities illa in utero, fœtu jam abſoluto oculis conſpicua, duorum pene digitorum craſſitiem æquat, præcipue circa fundi illam partem qua ſecundina adhæret: adeſt etiam adſtipulante Harvæo, in ea parte qua placenta utero non adnaſcitur: Conflatur hæc craſſities à ſanguine in tubulis uteri ſtabulante. *Rolfinckius cap. 21. de organis generationis parte 2.*

§. 5. Infanticida fœmina ſexta poſt partum hebdomada capite patratum ſcelus expiat, Juvencula parvæ ſtaturæ, obeſa & ſana: Peritonæo aperto non comparebat uterus prima fronte, ſed veſica lotio tumida conſpectum illius adimebat, ſub qua delituit uterus, durus ſatis & conſtrictus, ut mirari ſatis nequiverim tam brevi poſt partum tempore contractum: Magnitudine vix pugnum æquabat. Nymphæ contractæ, carunculæ quoque obliteratæ, niſi orificio veſicæ appoſita: Vagina diſſecta ad uteri orificium ſine rugis ſolitis: Externa pudendi labra ſatis hiabant: Uteri orificium arctiſſimum durumque: Uterus ipſe craſſus & fungoſus, vix pomo excipiendo capax: In ipſis parietibus craſſis foraminula utrinque patebant, ſeu acetabula, quibus per fiſtulam inflatis, elevabantur vaſa teſtibus ſubjecta, ſeu alter Tubæ inferior ramus ex vaſis deferentibus ortus. *Th. Bartholinus hiſtor. 92. cent. 1.*

§. 6. Nuper diſſecui Nob. mulierem, quæ 24 horis à partu deceſſit è vivis, aquarum copia, quibus abundabat thorax, corde ſuffocato: Inveni uterum fere ad naturalem magnitudinem contractum, vix enim manus complicatæ amplitudinem æquabat, Diſſecti uteri cavitas exigua erat, & adhuc cotyledones, ſive tubercula, granis milii ſimillima apparebant: Parietes uteri duorum digitorum craſſitiem æquabant. *Riolanus Anthrop. l. 5. c. 1.*

§. 7. Membranas Uterus obtinet duas, Exteriorem duplicatam validam à peritonæo: Interiorem propriam, fibroſam magiſque poroſam: Inter has carnoſus & fibroſus contextus quidam reperitur, qui in mulieribus gravidis ab affluentium humorum nutritiorum ubertate admodum una cum dictis membranis increſcit, ita ut quo magis augetur & increſcit fœtus, eo carnoſior, fibroſior & craſſior evadat uterus, qui poſtremis geſtationis menſibus pollicis, & nonnunquam circiter duorum digitorum craſſitiem adæquat: Hæc craſſities non eſt ex ſolis humoribus in poroſitates uteri ſe inſinuantibus, ut multi exiſtimant, ſed eſt vera & ſatis denſa caro, quæ poſtea muſculorum inſtar inſervit ad fœtus expulſionem: Qualem carnoſam uteri ſubſtantiam anno 1655 menſe Novembri, in theatro Anatomico publice demonſtravi, in cadavere puerperæ, duodecim horis poſt partum mortuæ, Et non ita dudum privatim in muliere in partu una cum fœtu mortua: Hoc tamen carnoſum incrementum poſt partum, humoribus & ſanguine maxima copia ab utero effluentibus, denuo emaciatur & exareſcit, atque ſic ad priſtinam formam ac magnitudinem uterus redit & contrahitur. *De Diemerbrœck Anatom. lib. 1. cap. 24.*

§. 8. Nuper vidi in muliere 15. diebus à partu ſtrangulata, uterum in dextrum latus inclinatum, & firmiter adſtrictum: Ligamentum latum dextri lateris brevius erat ſiniſtro; marem enixa fuerat: An eo modo conſtitutus iis, quæ mares potius quàm fœminas generant? *Riolanus Anthrop. lib. 2. cap. 33.*

Observatio X.

Secundinarum retentio ob arctam cum Utero adhæſionem. 1. 2. 3. *Ob eandem cohæſionem cum carne Utero adnata.* 4.

§. 1. IN Noſodochio noſtro aperui corpus puerperæ, ſtatim poſt puerperium defunctæ; cauſam indagans mortis, Inveni *ſecundinam* undiquaque ipſi *utero* tam *firmiter adhærentem*, ut vix & nonniſi labore ſeparari potuerit, eratque omnino exſanguis, ut & reliquum corpus parum admodum ſanguinis habebat, reſpectu ejus qui alias eſſe ſolet. Uteri ſubſtantia admodum craſſa erat & fere duorum digitorum craſſitiem adæquabat, multis tamen iiſque conſpicuis foraminibus inſtar ſpongiæ pervia, inter ſcil. duas tunicas

proprias

proptias: orificium ob recentem partum cum cervice maxime hiabat: oſſa pubis nul modo ſejuncta,ſed arctiſſime, & ut naturaliter fieri ſolet, firmiſſime connivebant: Ven ſpermaticæ ampliſſimæ erant, ita ut infantis cujuſdam minimum digirum adæquarer ſanguine refertiſſimæ, in exortu naturaliter ſe habebant, dextra tamen paulo infra exo tum, alium adhuc ramum, & eum quidem inſignem ab ipſo trunco aſſumebat, eumque mc ſibi conjungebat, ut ex duobus vaſis unum fieret. *I. R. Saltzmannus obſerv. p. 43.*

§. 2. Uxor D. Morel Laniſtæ, præpinguis & vorax, eximiæ fœcunditatis, 12. partu f lium enititur Junii 13. 1673. hora ſecunda pomeridiana; Partum magnus ſequitur lochic rum effluxus, ea quantitate ut jugulatum bovem dixiſſes, hinc leipothymiæ, ſubſiſtunt ſe cundinæ: Educere tentantem obſtetricem conatu adhibito, prohibeo, quod arctius adhæ rere judicarem; perſeverant leipothymiæ, jectigatio accedit; Puerperiorum eductioner urgent iterum aſſidentes mulierculæ, & enixa obnixe poſtulat; advocantur Chirurgi, qu manum admovere ob virium debilitatem recuſant, veriti ne in ipſa operatione expiraret Accedens alter Medicus omnia ſymptomata in reſtitantem ſecundinam rejicit, tetro vapores emittentem: Repugno quod ante tres demum horas ſatis felix partus præceſſiſ ſet, nec eſſet veroſimile tantillo ſpatio eas computruiſſe; ſeptem horis à partu occubuit.

Reſerato poſtridie hypogaſtrio, adeps ad trium digitorum ſpiſſitudinem ſe offert, Ute rus bene conſtitutus, quo inciſo ne gutta ſanguinis per ejus ſubſtantiam diffuſa cernitur In cavitatis parte ſiniſtra cotyledones manifeſti erant: Parte dextra ſecundina utero ar ctiſſimo nexu utero adhærebat, Ita ut judicatum ſit ab imperitia obſtetricis partum in tempeſtive promoventis, mortem contigiſſe: Aderat porro grumus ſanguinis, ovi parv gallinacei magnitudine, ad uteri oſtium, à quo tetra illa accidentia proveniſſe veriſimile eſt potius quàm à ſubſiſtentæ ſecundina, quæ illacera & incorrupta apparuit; Mortis au tem cauſam ſanguinis profuſionem magnam credo, quamvis plethorica eſſet mulier, hæ morrhagiis obnoxia, quæ quater vel quinquies per graviditatem ſanguinem ſibi mitti cu rabat.

§. 3. Mulier Nobilis Galla, quæ jam multoties pepererat, cum ante annum in partu, ob ſecundinam retentam, ab hora quarta matutina, ad 8. veſpertinam, qua demum, uſa prius injectionibus, ſternutatoriis, ſuffitibus ſecundinam ejecit, vix evaſiſſet, anno 1588. Martii 25. denuo cum mane fœtum excluderet, ob ſecundinam ſubſiſtentem in periculum venit, propendente interim chorda umbilicali: Fruſtra autem variis remediis tentatis, magnaque ſanguinis grumoſi continuo effluente copia, vires adeo collapſæ ſunt ut ſe quenti die circa horam 4. veſpertinam extingueretur:

Sectione facta uterus ſpiſſus & amplus (qualem puerperis per octiduum permanere, indeque ſenſim ſe recolligere, & ad priſtinam parvitatem redire aliquoties obſervavi) in hac quoque inventus eſt: Quo in longum ipſiusque cervice diſſectis, ſecundinam, tum circa uteri orificium, quod amplum admodum erat, initium adhæſiſſe, tum per carneam placentam uteri interiori ſubſtantiæ adeo accreviſſe, ut ægre manibus avelleretur & tra cta laceraretur, viſa fuit; cui adhuc amnios tunica, chordaque umbilicalis adhærebant: Præterquam & corpus quoddam, parenchymate craſſo & ſublivido conſtans, hepatis ſub ſtantiæ coctæ ſimillimum, propria involutum tunica, illic quoque citra connexum jacuiſſe obſervavimus: *Platerus obſervat. lib. 1. p. 231.*

SCHOLIA.

Ex quibus, quod nondum perfecte maturo fœtu mater ad partum edendum ab obſtetrice ſollicitata fuerit, cauſam fuiſſe ut ſecundina hæſerit conjecimus: Cùm niſi maturo penitus fœtu oſculis vaſorum tunc ſponte, citra laborem ſecedentibus ab invicem, ſi fœtus vi majore propellatur, oſcula modo dicta citra dilacerationem divelli vix queant: unde poſtea tanta ſanguinis profuſio, quæ matrem è medio tollit, ſequitur: Cauſamque hanc potius quam ſecundinæ retentionem, accedente nonnunquam inflammatione uteri, ob dolores illos in ſolutione illa violenta ſuccedentes, quare puerpera tam cito extinguatur exiſtimamus eſſe: cum illa retenta, ut nec fœtus mortuus tam diu matre ſuperſtite, ſubſiſtentis, demonſtratur exemplis, hoc tam cito minime poſſet efficere: In quo quam ſæpe peccetur ab obſtetricibus, ut ſe expediant cititius quam neceſſe erat, gravidam, poſtquam aliqua tantum præludia partus ſenſerit, ad laborandum (ut vocant) per conatus impellentibus, in opere noſtro Practico expoſuimus.

§. 4. Mulieri poſt 15. annos à connubio parere contigit, Secundæ ſubſtiterunt, evulſæ fruſtulatim: Obſtetrix aſſerebat ſupereſſe aliquid; *febris nata*, hinc lingua nigra, dentium intervalla ſcabritie nigricantia, facies νεκρώδης: ſeptimo die mortua: Secta; Inventa caro oblonga adnata utero, membranarum pars quæ computruerat. *Hollerius libello obſ. §. 10.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Vpereſſe aliquid] Inter ſigna ſecundinarum por-tionis reſtitantis hoc certiſſimum eſt, ſi uteri pur-nenta fœtorem cadaveroſum referant; quod obus exemplis probat *Riverius* obſervation. 61. ıtur. 1. Id quoque obſervavi in uxore Reverendi i D. *Oſtervvald*, Paſtoris Necomenſis, cujus cu-biculum vix quiſquam præ fœtore adire audebat: hinc conjectura facta non integre excluſas ſecun-dinas, exhibito pulvere ſuccini cum ſyr. cortic. citr. conf. hyacinth. & aq. puleg. & lilior. alb. quod re-liquum erat feliciter eductum, ſanitasque brevi ſe-quuta,

Observatio XI.

Lochiorum retentio ob rupta Vteri ligamenta.

COmitis de Mauleurier uxor cum uterum gereret caſu eſt læſa ad regionem lumbo-rum: ferunt non attigiſſe partus tempus legitimum: peperit, omnia ſatis ex voto: leuritis, ſecatur vena ſæpius, lochia ſupprimuntur, ἀπόπληκτ@, mors:

Aperto cadavere ligamenta uteri rupta inveniuntur, mirum hoc, Et forte ruptura hæc ırgationis non legitime factæ cauſa fuit:

SCHOLIA.

ANnon oborta pleuritide in muliere nuper enixa audacius mittendus ſanguis? Uxor Domini *Bo-ian* Mercatoris non alia ratione videtur interiiſſe. quam quia ſæpius ſanguis miſſus fluentibus lochiis: hæc enim ſtatim ſuppreſſa ſunt. *Ballonius Para-digm.* 133.

Observatio XII.

In muliere à nimio fluxu extincta uterus valde contractus, vaginaque ampla reperiuntur. 1. Ab Vteri ruptura nimius Fluor. 2.

. 1. IN Nobili muliere immodico lochiorum à partu effluvio extincta, vidi uterum val-de contractum, qui vix pugnum excipere potuiſſet, ipſiusque vaginæ capacitas ma-or erat quam uteri amplitudo. *Riolanus Antropogr. lib. 5. cap.* 1.

§. 2. Domina de Mommor annum agens 25. partui proxima, circa 4. aut 5. horam ma-tutinam male habere cœpit, ſacras tamen ædes proximam adivit; tormina ex intervallis urgebant, comite ſanguinis fluore continuo: triduo poſt feliciter peperit, imo ſine obſte-tricis adminiculo, ſecundinisque paulo poſt excluſis circa noctem tamen eadem die obiit; aſſervatum ad aliquod tempus cadaver, de morte dubitantibus conſanguineis.

Aperto corpore à *Pinæo* Chirurgo, præſentibus D. *Fabro* & *Ballonio*, Medicis Pariſienſi-bus, uterus ruptus, lacer & fiſſus parte ſiniſtra inventus eſt, qua vena & arteria hypogaſtrica circa medium uteri corpus ſcandunt, quæ quoque ruptæ, è quibus magna ſanguinis copia effuſa eſt. *Guillemeau de Partu felici lib. 2. cap.* 13.

Observatio XIII.

Tormina partum ſequuta, ob uterum grumis plenum, flatus in ventre inferiore, cum Iecoris & Renis dextri vitiis.

MUlier honeſta mollis & rara, annorum 30. febre, deſtillatione veteri in pulmones la-borabat, fœtum geſtans octimeſtrem: In difficultate partus, decoctum veteris Galli, cum modico caſſiæ ligneæ, croci & tantillo vini odoriferi præſcriptum: Peperit die 7. contra Tormina decoctum ſemin. fœnugr. bene loti in aqua cal. colatum per manicam Hippocr. cum ſaccho & modico cinnam. Syrup. capilli ven. cum ſucco amygd. Inunctio ex oleis, Sacculi è milio: mortua eſt 10. hora à partu.

Apertæ uterus grumis plenus inventus, Totus venter flatibus tumens: Ren dexter puru-lentus: Hepar vitiatum & quaſi putredine mucoſum: Similiter & pulmones. *Hollerus in obſervat. ad conſilia curandi* §. 8.

Pars hæc tertia Obſervationis 57. Section. 21. per incuriam omiſſa, huc translata eſt, pag. 1142. collocanda.

§. 3. Mulier poſt tertium graviditatis menſem abortum edidit facili partu: Tertio poſt abortum die, quum toto triduo alvus eſſet ſuppreſſa, à ſuppoſitorio ſoluta eſt, eodemque conatu fruſtulum carnis ſolidæ per uterum excrevit, quod Hepar uterinum credidi: re ve-ro accuratius perpenſa molam eſſe deprehendi: Prima fronte cordis figuram exacte refe-rebat, ſuo pericardio incluſi, baſi & cono conſpicuam: duplici involvebatur triplicique membrana tenui: Inter intimam tunicam & extimam cavitas in altero latere erat, ventri-culi inſtar, quam efformabat tunica à baſi latiore molæ producta, ubi quoque craſſior, ſicuti tota baſis ſolidior duriorque veluti adipe infarcta: Ipſam ſubſtantiam quum cultro divi-derem, conſtare eam vidi ex fibrillis infinitis, varie invicem connexis & ſanguine inter fi-brillas concreto: Subtraxerat hæc mola fœtus nutrimenti partem magnam, unde ante præfinitum tempus excluſus fœtus. *Th. Bartholinus cent. 3. hiſtor.* 1.

Finis Libri Tertii.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
SIVE
DE ABDITIS MORBORVM CAVSIS
Per anatomen Cadaverum revelatis.

LIBER QVARTVS ET VLTIMVS.

De Febribus, Affectibus Externis, Artuum, &c.

SECTIO I.
DE FEBRIBVS.

OBSERVATIO I.

Febris excitata à ſanguine vaſa meningum replente & diſtendente, cum earum tumore phlegmŏnode. 1. *A tenui meninge leviter inflammata, Sinu tertio ſanguine referto, Superficie ventriculorum cerebri exulcerata.* 2. *A venis cerebri ſanguine diſtentis.* 3. 4. *Ab inflammatione meningum, poſt vulnus capitis, ſero & pure inter utramque concluſo.* 5. *A phlegmone intra calvariam excitata.* 6. *Ab abſceſſu ſub calvaria.* 7. *Ob cerebrum cancro affectum.* 8. *Ob pus ſupra membranas.* 9. *Ob duræ meningis phlegmonen.* 10. *Ob ulcus in cerebro.* 11. *Ob abſceſſum in cerebro.* 12.

§. 1. IUVENIS cum per duas ſeptimanas de graviſſimo capitis dolore conqueſtus eſſet, tandem Febris aucta, vigiliæ &c. Calvaria mortui ablata, vaſa meningas obducentia ſanguine diſtenta erant: Ipſæ membranæ tumore phlegmone per totum affectæ apparebant. *Vide libro primo, ſect. 1. Obſervat.* 8. & 14.

SCHOLIA.

F*Ebris aucta*] Febtis deſcribi poteſt in hunc modum, quod ſit *motus inordinatus ſanguinis, ejuſque nimia effervescentia, cum calore & ſiti, aliiſque præterea ſymptomatis quibus œconomia naturalis varie perturbatur.* Pendet autem à præternaturali ſeu effervescentia nimia ſanguinis; Fermentationem nimiam, ſeu præternaturalem dico, quando ſanguis, (inſtar ollæ ſuper ignem ebullientis) ultra modum effervescit, & turgeſcentia ſpumoſa rarefactus vaſa diſtendit: Pulſum celeriorem excitat, & velut liquor ſulphureus incendio concepto calorem adurentem quaquaverſus diffundit: Hujuſmodi motus, ſeu fermentatio ſanguinis optime illuſtratur exemplo vinorum effervescentium: Etenim vina, præter lenem & æquabilem fermentationem, qua primo depurantur, quibuſdam temporibus adeo inſigniter ebulliunt ut vaſis ora excedant, & ſi ſtrictim occludantur, in partes diſſilire faciant: Ad hunc modum velut orgaſmo percita, ni ſtatim à tartaro, ſeu fæce ſua in vas aliud deplentur, effervescere non ceſſant, donec ſpiritu plurimum exſoluto, atque ſulphure vel ſale nimium exaltatis, aut raucida fiunt vel in acetum degenerant: Talis effervescentia ob duas potiſſimum cauſas ſolet excitari, 1°. quando aliquid extraneum & non miſcibile dolio infunditur (ita guttæ quædam ſevi, aut pinguedinis dolio inſtillatæ hunc motum producunt:) Vel 2°. quando vina fæce, ſeu Tartaro nimis opulento ditata, (propter partes ſulphureas ſupra modum exaltatas) ſponte fervores concipiunt & immaniter ebulliunt: Etenim in quacunque ſubſtantia ſulphur luxuriat, ejuſque particulæ à mixtione ſolutæ invicem conſociantur, & una coërcentur, ibidem tales effervescentiæ immodicæ conciliantur. Conſimili (licet non eodem prorſus) modo quo vina effervescunt, ebullitio ſanguinis inducitur, nimirum vel quid extraneum & minime congener cruori commiſcetur, quod

n non aſſimilatur, perturbationem & efferve-ntiam inferre ſolet donec heterogeneum illud ſubigatur aut foras eliminetur, & particulæ guinis confuſæ & perturbatæ denuo extricen-:, ac priorem in mixtione repetant poſitionem & m: Vel 2°. ſanguis præter modum effervelcit, ia principium quoddam, ſeu elementum ejus con-tutivum (ſcil. *ſpiritus* aut *ſulphur*) ultra tempe-m naturalem evehitur, atque efferatum evadit: o nimirum hujus aut illius particulæ non conge-tes cæteris, à mixtione ſolvuntur: ſolutæ plus bito impetum faciunt, ſanguinis liquorem exagi-nt & effervefcentiam pariunt, quæ minime ſeda-r, donec ſanguis velut inflammatus, diuturno fe-is incendio deflagraverit: Utroque modo ſive uor, ob *rei non miſcibilis* confuſionem, ſeu ob *irstus*, ſeu etiam *ſulphuris* evecti efferationem, in iſis efferbuerit, quoniam hinc compages ejus plus xatur, ideo magis in corde accenditur & particulæ tivę prius ſolutę à fermento illic conſito plurimum candeſcunt, & à mixtione exiliunt, & motu ſuo lorem intenſum ac velut igneum quaquaverſus iſpergunt; Sub hoc tamen diſcrimine, quod effer-eſcentia quæ ab extranei cum ſanguine confuſione ependet, ſit plerumque brevior aut interpolata, uæ cum heterogeneum quodvis ſecernitur aut ſub-igitur, ſponte ſedatur: parteſque ſanguinis con-quaſſatæ, & extra ordinem poſitæ facile ad ſitum & craſin naturalem redeunt: Quæ vero à ſpiritus aut ſulphuris efferati inordinatio ebullitione ex-oritur, ut continua: nimirum hoc tota cruoris maſ-ſa ita laxatur, & ſtricto mixtionis vinculo exſulvi-tur, ut tanquam liquor oleoſus incendio correptus, effervefcere ſeu inflammari non deſinat, donec ſpi-ritus, aut ſulphuris ſeu materiæ combuſtibilis parti-culæ maxima ex parte deflagraverint: Reſtat adhuc tertius præternaturalis effervefcentiæ modus, in quo ſanguis alterationem ſubit, quæ minime vino, ſæpiſſime autem lacti contingit, nimirum aliquan-do à cauſa morbifica ejus liquoris coagulatio indu-citur, ita ut ſubſtantia illius fundatur, ac in partes ſecedat, fiatque craſſi & terreſtris à tenui ſecre-tio: Cujus ratione cruor minus idoneæ in vaſis circulatur, quin portiones ejus gelatæ in extremis defigi, aut in corde ſtagnare aptæ, motum æqua-bilem interrumpunt, aut graviter impediunt, cu-jus reſtaurandæ gratia effervefcentiæ ſolito majo-res in ſanguine concitantur, quales nimirum in phrenitide, pleuritide, peſte, variolis & morbis venenatis paſſim occurrunt. *Willis de Febribus cap.* 2.

§. 2. Barthol. Feer (*de quo lib.* 1. *tit. de affectibus Soporoſis.*) Circa principium Novembris 656. capite doluit: circa xj. febricitare mediocriter videbatur, die xix. lethargicus obiit, perto medio ventre, nihil in corde p. n. animadverſum quod manifeſte febrilem fomi-em ſanguini ineſſe proderet: Intra cranium, per duram meningem, tenuls quaſi inflam-nata apparuit: verum illa diſciſſa, vaſa tenuis meningis, ad ſinum tertium tendentia, tri-lo ampliora, citra inflammationem, ipſeque ſinus tertius ſanguine pleniſſimus appa-uerunt, quod evenit à ſanguinis circulatione impedita, vel prorſus intercepta: Su-perficies utriuſque ventriculi aſpera & inæqualis ac flaccida, humore purulento viſcido mbuta, à quo inquinamenta putreſcentia, maſſæ ſanguineæ intra cerebrum admixta, fe-oris lentæ cauſa evaſerunt.

§. 3. Filius Dom. *Pouvart* Regii in camera computorum Auditoris, cum bimeſtri Ter-tiana laboraſſet, nec ad medicamentum adduci potuiſſet, cùm cœlum incanduiſſet pau-lum, datur medicamentum cui indormiendum imprudens Pharmacopæus cenſuit, me-dicamentum inane fuit, movit, nihil excluſit: Ab eo tempore vix febris expers: De Do-lore capitis, de quo prius non conquerebatur, queritur: dum paroxyſmus repetit, re-pente ἄφωνος fit, elatis in cerebrum vaporibus, imo & *febre* ipſa jam *cerebrum occupante* (un-de caloris acerrimi ſenſus apparebat) ac ſi febris eſſet Capitalis, ut ſic loquar: per xxiv. horas ἄφωνος fuit & κάτοχος eum prehenderat: virtus erat debilis, nil natura præſtitit quam-vis irritata, *Convulſus interiit.*

In cerebro nihil deprehenſum, venæ intumuerant parum: vi febris interiit, obſeſſo cere-bro quoque, ut interea non eſſet flabellatio cordis ob reſpirationem non liberam. *Iac. Thevart Annot.* 3. *in conſ.* 58. *Ballonii lib.* 1.

SCHOLIA.

Convulſus interiit] De cauſis convulſionis fe-bribus ſupervenientis, aliiſque morbis chroni-dis, vide Scholia ad obſervationem 3. ſect. 13. l. 1.

Febre cerebrum occupante] Anno noviſſimo 1678. cujus æſtas ſqualida & calida, febres vagatæ ſunt quæ cerebro omnes bellum indixerunt, ſymptomata enim aderant aut cataphorica, aut paraphorica, aut cephalalgica, ex pathognomonicis: Inter συνδρόμω-ν in quibuſdam obſervavi raucedinem & συναγχικ-ῶν, etſi fauces vitii nihil proderent, cum deglutiendi difficultate; quorum ſymptomatum cauſa, me judi-ce, non alia fuit quam ſumma plenitudo & turgor vaſorum colli, tum majorum tum capillarium, ca-rotidum ſcil. arteriarum & jugularium venarum, hinc compreſſio & anguſtia ac depravatio functio-nis partium voci & ſermoni deſtinatarum: ἄλλος δ' ἄλλως, nam ſuperveniente hæmorrhagia narium, aut inciſa altera è jugularibus, protinus illa acciden-tia remittebant: Inde audacior factus quotquot curæ meæ demandatos habui omnes ad unum aper-ta vena jugulari ſalvos & incolumes reddidi: Ex illorum ſerie prior exeat Nobilis puella, Filia Excell. & Nobiliſſ. *Michaelis Tremulci*, Conſulis Geneven-ſis, annos xiv. nata, cui cephalæa ab anno indeſinens moleſta erat: febre vero (menſe Julio) accedente du-plici tertiana, paroxyſmorum tempore adeo inten-debatur dolor, ut ſui impotens quid ageret neſci-ret; perſpecta ejus temperie bilioſo-ſanguineæ; quod jam ab anno decimo tertio catamenia pro-dirent; nec ad iteratas ſanguinis miſſiones tum è pede tum brachio dolor quicquam concederet, hæ-morrhagiæ præterea narium eſſet obnuxia, Nobil.

Parenti

Parenti ſignificavi, ſi penes me poteſtas eſſet jugularium alteram reſeraturum, quo è proximo fonte ſanguis eliceretur : Conſenſit ille protinus, advocatoque perito veniſeca, ſcalpellus venæ, ad minimi digiti craſſitiem profunde adigitur, hinc rivuloſe & affatim erumpit ſanguis, cujus maxima pars mera putrilago erat, ad purulentiam accedens : Ea ipſa die ſolatium nullum ſequutum eſt, adeo ut auxilium irritum viſum fuerit ; at poſtridie tanta fuit levatio, ut ſe doloris prorſus immunem aſſeruerit Nobl. puella, menti reſtitutus ſit nitor, & ſomnus, qui prius nullus, acceſſerit, quanquam febris ad aliquot dies curſum ſuum tenuerit : Eodem tempore ſub cura mea habui juvenem Pharmacopæum miniſtrum, patria Lauſannenſem, apud Dom. Revilliod, Comate vigili, Lethargicæ febris ſpecie imponente, affectum, ſtatim enim vocatus, ſed delirans, excitabatur, Qui & ejuſdem venæ ſectione cito convaluit, & à ſymptomatis cephalicis liberatus : Huic accenſeo Piſtorem phrenitide occupatum, ejuſdem ſectionis ope reſtitutum ; Et Uxorem Tinctoris Serici, vocati *Iaillet*, mulierem robuſtam, proceram, craſſam, viraginem, quippe quæ virilia officia in officina ſtr... nue obit ; Hæc menſe Septembri ultimo, febre c... matoſa affecta, cum inſigni capitis gravitate, ape... ta quoque jugulari liberationem accepit : Proce... adhuc Nobiliſſ. puer XI. annos natus, cui nom... *Ovvald* natione Boruſſus, Nepos Nob. Domi... *Neubavvr*, Equitum Magiſtri, qui una cum feb... cephalalgia graviſſima afflictus, quanquam mor... ſus & remedia omnia reſpuens, admiſſa illa aperti... ne, affectus ſpecie lethalis periculum evaſit : Ea... dem ſectionem deſtinaveram Theologiæ candidat... Pedemontano, cui cum febre raucedo inſignis & d... glutitionis impedimentum aderant, ſed indicta a... ſanguinis miſſionem hora, hæmorrhagia larga inc... dit, quæ raucedinis, febris & deglutitionis liberta... tem attulit : Ab hoc præſidio prætermiſſo, viri du... Clar. conſiſtentis ætatis, plethorici, eadem tem... peſtate, ut veriſimile eſt, interiere, quibus ab obit... largus cruor & aduſtus è naribus emanavit : De h... jus venæ ſectionis efficacia actum lib. 1. ſect. 1. ob... ſervat. 1. in ſcholiis, & ſect. 23. Obſervat. 1.

§. 4. Audimus D. Cardinalis Lotareni, qui *febre velut capitali* interiit, aperto capit... repertas venas omnes aduſto plenas ſanguine, & meninges veluti tactas de cœlo & ſide... ratas. *Ballonius Epidem. & Ephemer. lib. 2. pag.* 129.

SCHOLIA.

QUibus in capite focus eſt, ut jam doctrinæ gratia Febris capitalis dicatur, oculi rubent, dolorque pulſatilis percipitur : eſt velut ἐμφύσημα venarum capitis, ut prisco quidem verbo, ſed non inepto explicat *Hippocr.* initio lib. 2. de morbis, Annon arteriotomia confert ? *Ibidem.* Anno 1575. capitis dolores viguere tanti tamque longi ut Medicorum opera eluderetur, &c. Unde cum ſine febre ægri viderentur, tamen erat neſcio quæ oris ſiccitas, oculorum rubedo, pulſus in temporibus manifeſtus : Ac valde notandum quod *Galen.* ſcribit, comm. in aph. 3. lib. 7. *Rubor oculorum cum ſequi poſſit ob ventriculi inflammationem, maxime vero exiſtit ob diſpoſitionem in cerebro inflammationi ſimilem* : atque tunc dolor eſt quidam perſeverans, & habet aliquid puerorum τῶν σειρίασιν referens : Eſt porro quædam inflammatio partium cerebri & membranarum, adeo ut oculorum & ſincipitis conſequatur cavitas quædam, cum σιρός ſignificet foſſam & cavitatem in qua ſemina aſſervantur : *Langius* σειρίασιν vult ſcribi, ut dicatur ἀπὸ τοῦ σειριᾶσθαι i. e. inflammati & exſiccari, quod pallor, cavitas & ariditas corporis conſequatur, cum inſomniis & vigilia & vocatur alio modo, Febrilis capitis infantium dolor (proprie enim ad pueros refertur, quanquam cur non idem in viris ?) Ac propriè πυρετὸς κεφαλικὸς dici poterit : Quod valde notandum eſt, nam ſi exquiſita eſſet inflammatio, Phrenitis foret, Sed varietas humorum, ſi quidem humor eſt quidam pituitoſus cum bilioſo, efficit ut non ſit phrenitis, ſed quippiam analogon nec magna febris inſequatur : *Idem ibid. pag.* 114.

Febre velut capitali] Dicimus paulum diſcedentes à doctrina *Galeni* febrem aliquam eſſe *cephalicam*, aliam, *Lienoſam*, *Ventriculi* aliam, *Hepaticam* ; aut cum partibus ipſis inſita obſtructio, aut impactus mordicus humor, aut corruptio contracta eſt : Ut ii erroris convincendi ſint qui & febrium continuarum, & intermittentium & hecticarum, & maraſmodeon ſedem perpetuò in ventre inferiore conſtituant : Contra enim ſentiendum, imò, quod no... tandum eſt, febrium ardentium focum *Hippocr.* i... capite videtur conſtituere, & *Galenus* Pulmonis ve... nas : *Si in ardente febre aurium ſonitus cum calig... ne, provenitque in naribus gravitas, mente ex me... lancholia aberrant*, parte 73. ſect. 2. lib. 1. Epid... *Galenus* hunc locum explicat de febre ardente cuju... focus eſt in cerebro, propter collectum in eo bilem... quæ inflammationem excitat : Eaque febris diſtin... guitur ab altera, quæ fit non coacervata in cere... bro materia ſed in venis inferioribus reſide, à qu... flatuoſa expiratio ſuſcitatur delirium excitans : nar... cujus febris ardentis materia in cerebro manſionem... habet, ea continuam habet deſipientiam, & ſym... ptomata non ita ſunt fugacia : atque materia dum ib... effervescit, flatulentam naturam acquirit, cujus ſign... in variis corporis partibus apparent, prout illa i... varias cerebri partes irrepſerit, parque hoc vel illu... nervorum obſederit : At quæ ardens febris materiam... habet in aliis partibus, non habet deſipientiam aſſiduam : prior febris phrenitidi ſimillima eſt, ob ſymptomatum cognationem : ſic in phrenitide ſymptomatica ea eſt febris quæ adeſt : præterea ardens feb... primario cerebri affectu contracta, fere ſtatim apparet, phrenitis non tam cito, ſi tempore acquiritur imò ne in declinatione quidem feb. deliria quieſcunt quod aliter contingit in iis febribus quarum deliria ſunt ſymptomata tantum, prout enim manſueſcit febris ita & deliria : Niſi quis forte objiciat duo adverſum ea quæ dicuntur, 1. quod nota hæc phrenitidis, & febris ardentis primario cerebrum impetentis malè aſſignetur, nimirum phrenitin non ſubito naſci, contra febrem ardentem cephalicam ſtatim adoriri ? contra *Hippocr.* in Epidem. animadvertit quendam phreniticum primo die factum, Sed hoc ex iis eſt quæ raro eveniunt ; quanquam, ut *Galen.* in com. non ita fuit ſubita cauſæ generatio ut morbi ipſius : Si quidem primus *Hippocr.* ſcripſit, Non derepente morbi hominibus accidunt, ſed paulatim collecti confeſtim apparent. 2. Quod in

§.8. Vidua D. N. ſubito aſthmate prehenditur;die 4.acce lit Febris cum tuſſi & ſputo ſanineo &c. Inventum eſt mediaſtinum plenum ſero ſanguineo: Pulmonis univerſa ſubſtana materia purulenta erat refetta. &c. *Vide lib. 2. Tit. de Pectoris dolore.*

§. 9. Duo ſunt quæ inter accidentia ſymptomataque in febres, quæ hac tempeſtate raſſantur, incidentia numerantur, quibus plurimum ægri torquebantur, Singultus ac Tuſs: Nec ita quidem moleſta eſſe cœperunt, vel quod totum febris tempus occuparent, vel uod breviſſimo tempore divexarent: Vidimus enim ineunte ſtatim acceſſione ira ſuffoationis periculum oboriri & tuſſis moleſtias, ac ſi nulla vitæ ſpes relinqueretur, deſinene acceſſione placide ac ſedate habebant: Singultus autem in nonnullis ita moleſtus fuit, ui febre nocturna, mox diuturna, cum deſtillatione in pulmones laborarent, ut omnia ræter Singultum moleſte ferrent: *In his fuit Dominus de Bures*, cui antequam ceſſaret ſinultus, totum corpus intumuit: Detumeſcente corpore reperiit ſingultus, afferens ei liquid permoleſtius quam ante: nam & ulcuſculum excitavit in partibus ad orificium entriculi attinentibus, nam cum quid degluticbatur aut calidiuſculum, aut manifeſta jualitate præditum, percipiebatur in imo œſophagi dolor: Illi autem à Singultu, cum ibdomen inflatum fuiſſet, alvus bilioſa reddidit, poſt excretionem bilioſorum ſequuta ſunt ourulenta, quod mirum eſt, Nec credidimus hæc à pulmonibus emanaſſe, quamvis hos aborare ſuſpicaremur: cum enim à partibus ſuperis tale quid contingit, id ſimul & ſemel ieri ſolet: at hic æger ſæpe eam excrevit materiam.

Hic æger *Singultiens, tuſſiens, febriens*, ad tabem vergens, interiit; Aperto cadavere nventus eſt hydrops aſcites in abdomine: Inventi ſunt pulmones purulenti, corrupti, Inteſtina liveſcebant, quaſi ſiderata ſuperna parte: unde credibile tum ſingultus magnam occaſionem illinc natam, tum ſyncopes qua prehenſus eſt: Lien plane putris: Denique nulla in toto corpore pars inventa eſt integritatem ſuam ſervans: Dejectiones purulentæ, nobis admirationi fuerunt, à putri meſaræo manabant; Dejectiones antequam diem ſuum obiret, præceſſerunt nigræ, pici liquidæ ſimiles. *Ballonius conſil. 25. lib. 1.*

SCHOLIA.

S*Ingultiens, Tuſſiens, Febriens*] Ecquid cauſæ fuit tum Singultus illius tum Tuſſis in acceſſionis tempora incidentis? Ac Tuſſim quidem eo ſævire tempore quo paroxyſmus repeteret ex eo conjicimus, quod febris à catarrho maxime eſſet, Et quæ materia ſubtilis acriſque, quæ rigorem ſenſionemque frigoris afferre ſolet, quieſcebat aliquo loci concluſa, dum ruptis veluti repagulis deſævit decurritque in extima corporis, feriendo ſuperiores membranas, pulmones vel veſtientes, vel illis proximas, triſtis ille ſenſus Tuſſim afferebat: Præterea in catarrhoſis febribus, quid impedit moveri quoque materiam in pulmonibus & capite ipſo, quæ dum cietur, ſuſcitatur, impelliturque, hoc moleſtiarum afferre ſolet? accedebat & nocturni temporis occaſio, qua pituitæ ſalſæ ſeroſæque impulſiones & moleſtiæ ſeſe produnt: ut enim univerſalium temporum aliqua eſt obſervatio in motu humorum, ita & particularium. Sic aſcarides moveri autumno ſcripſit *Hipp.* ſic in veſpertinum tempus earum aſcaridum motus incidit; quod & defluxionum incurſionibus verum eſſe mulierculis compertum eſt. *De Tuſſi quædam huc pertinentia Vide lib. 2.*

Singultiens] Singultus majorem difficultatem afferebat, nam xii. aut xvi. fere noctes affligebat: at leviuſculis remediis ſuperatus, relabitur recurritque cum moleſtiſſimo ulcerationis ſenſu circa orificium ventriculi. Quæri poteſt an hic æger ſingultiente febre laboraret. An quicunque febre detinetur, cui tanquam ἐπιγινόμενον ſymptoma adjungatur Singultus, febre ſingultuoſa laborabit? Nequaquam vero, Nam & qui ſub finem febrium, aut principio illarum male judicari ſanguinem multum profundunt, unde ratione inanitionis & exhauſti ſingultus oboriatur, ob id Singultiente febre teneri dicentur? Nequam. Ergo in omni *Hipp.* doctrina una Singultiens febris dicitur, ut inquit *Galenus* comm. in l. 4. Acut. cùm vel toto febris tempore Singultus moleſtus eſt, vel maxima ſaltem febris parte, illum generet viſcidus lentúsque humor, impactus orificio ventriculi: Unde *Hipp.* negat ejuſmodi febres ſolutum iri, niſi aut diebus judicibus, aut urinę profluvio acris, aut abſceſſu: Sed in hoc ægro detumeſcente corpore repetit Singultus, afferens aliquid per moleſtius quam ante, nam & ulcuſculum excitavit in partibus ad orificium ventriculi attinentibus. Ad genus febrium Singultientium fortaſſe referri dicet quis febres acutas ab inflammatione aut hepatis, aut ventriculi natas, aut partium vicinarum: quæ inflammatio, ut narrat *Aëtius* cap. de Singultu, ſingultiendi moleſtias affert, quod & *Hippocr.* primus annotavit: Item referri videbitur, ſed minus apte, Febris ſingultiens ſenum hernia laborantium, & ſupinatione ventriculi: nam dum inteſtinum prolapſum eſt, præſertim Jejunum, Singultiendi finem non faciunt, & hoc in mortem præcipitare ſolet.

§.10. Rariſſimus affectus eſt quo obiit Sereniſſ. Venetorum Dux, *Franc. Contarenus*; cujus ægritudinis cauſa ter Venetias vocatus fuit *Ioh. Prevotius*, variiſque nominibus cum aliis Medicis diſſentientibus diſceptavit: Die ipſo Solſtitii æſtivi inciderat in acutiſſimos dolores colicos, quibus erat obnoxius, iiſque vix altero die liberatus ope remediorum præcalidorum, incidit in Febrem quæ typum duplicis tertianæ ſervabat, redibatque modo anticipando per aliquot dies, modo per totidem & plures poſtponendo proportionaliter: Vigilia & ſitis moleſta fuit uſque ad ſeptimam, quo tempore, occaſione levis medicamenti oborta eſt diarrhœa bilioſa, quæ ad 40. uſq; diem perſeveravit: Urinæ ab xi. die ſemper apparuere mediocris

diocris conſiſtentiæ, ut plurimum rufæ, copioſæ, modo cum ſedimento albo & lævi, mo cum ſuſpenſo boni coloris, levi & ſatis cohærente, aderat quoq; levis tuſſicula qua è faucib videbatur aliquid pituitæ craſſę reddi, reſpiratio ſatis erat libera, difficilis tamen ad latera c cubitus: ad oblata ſemper bene ſe habuit: Pulſus erant magni & fortiores quàm ætati conv nitent. Ad 40. diem febris viſa fuit remittere, neque ulla manifeſta aderat exarcerbatio: A recrementa cœperunt conſiſtentia fieri & fœces bene coloratas præ ſe ferre: pulſus perſev rarunt robuſti, retinebant aliquam non naturalem celeritatem, neque unquam recuperav appetitum: Singulis autem 8. vel 10. diebus revertebatur manifeſte febris, quæ duabus a tribus acceſſionibus manifeſte finiebatur poſt levem alvi evacuationem, vel ſpontanean vel clyſtere aut leviſſimo pharmaco procuraram, perſeverabat tuſſicula & dificilis decub tus: Sub æquinoctium increvit tuſſis & catarrhus ipſis alias familiaris; cætera perſeverav in ſtatu propoſito uſque ad Octobris initium, valde emaciatus: Eo tempore rediit febr bis, alternis ſcil. diebus, ſed cum ſpirandi difficultate & anxietate tam inſigni in principi acceſſionis, ut vix duos illos inſultus ſuperarit, reddita autem copioſa bile per alvum benef cio clyſteris, febris illa manifeſto ceſſavit. Inde traduxit fere menſem integrum quiete, & ſi tuſſiculam exciperes, difficilem ad latera decubitum & inappetentiam, quæ nunquar ceſſarunt, videbatur Sereniſſ. ad convaleſcentiam perveniſſe: dormiebat enim, comedeba ſine nauſea, aliquando ſurgebat è lecto, ſolus etiam abſque innixu parum perambulabat pulſum ſervans conſtantem & robuſtum, qualem ab initio morbi habuerat: Ecce auten circa Decembr. initium ſpirandi repentinam difficultatem, cum anxietate & febricula, cu jus obſcura erat acceſſio alternis diebus, pulſuum mira inæqualitate & parvitate: decum bere cogebatur pene rectus, neque poterat ad latera: Sentiebantur ingentia murmura ven tris, & ob flatus copiam ſubinde cibi & potus deglutitio impediebatur, ſpuebat difficulte craſſa, cinerea, ſubflava, coruptum quid redolentia: urinæ erant craſſæ cum ſedimento copioſo & craſſo. Die 6. Decembr. in principio acceſſionis, dictorum ſympromarum vehementia obiit, cùm ex pulſu ante explorato in ſequentem diem vivere poſſe crederetur Medici Veneti malum ſemper retulerunt in inſignem jecoris æſtum & ſiccitatem pulmonis quem conſumptum & areſactum credebant: ideo mellita, ſaccharata, aliáque aperientia detergentia, & mediocriter catarrhum abſumentia, necnon ventriculum, & pulmones roborantia nunquam uſurpare voluerant:

Die 7. apertum fuit cadaver: Inteſtina omnia, craſſa & tenuia, flatibus diſtenta erant: Jecur tumidum & ſpongiæ inſtar plenum materia alba, quæ omnem partis rubedinem abſtulerar, adeo ut parenchyma varie diſſectum, ubíque album appareret. Cor prægrande, nulla tamen materia intus aut extra contaminatum. Cavitas pectoris ℔v. circiter aquoſæ materiæ continebat; dextra pulmonis pars flaccida videbatur, craſſo & mucoſo humore opplera: ſiniſtra ptorſus reſoluta erat in ſaniem albicantem, quæ tunica pulmonis ut in ſacco continebatur: Ea diſſecta effluxit in cavitatem thoracis ſanies ad ℥xvj. circiter: Plane nullum pulmonis veſtigium ſiniſtro latere, prærer membranæ, quæ coſtis adhærebat, indicium relictum erat. *G. Hieronymus Velſchius ex I. Prævotii obſervat.*

§. 11. Vocatus fui ad Comitem L. *Gonzachæ* quarta die, qui obiit ſexta: Inveni omnia vaſa Pulmonis plena ſanie ſimili lacti: Diſſecui etiam puellam xiij. annorum, Et cognovi illam ex ſimili defluxione obiiſſe; erat enim puellæ morbus jam diu in capite, ex ſuppreſſa purgatione per ulcera, nec adventantibus menſibus correpta Febri, &c. *Vide lib. 1. Sect. de catarrho.*

§. 12. Piſcaror in cereviiſiaria taberna cum ſociis potans, poculo lapideo in capite feritur: Solutio continui nulla, tumor cutis exiguus, quo litu oleorum à Chirurgo breui diſcuſſo, Piſcator ad ſcapham ſuam, & poſt ad compotationem rediens, non multo poſt Febre correptus ſatis conceſſit: Qui percuſſerat cædis male inſimulatus, capitur, carceri mandatur, ſupra extincti ſarcophagum ex more patriæ decollandus,

Venitur ad apertionem cadaveris, In capite cis & citra calvariam omnia ſaniſſima, nec ullum læſionis veſtigium: Aperto thorace Pulmonis lobum dextrum pure refertiſſimum, quantus erat, deprehendimus: In ſiniſtro quindecim abſceſſus, unguem pollicis æquantes obſervamus, Cum ab illis abſceſſibus, quos à capitis contuſione proceſſiſſe, ſi quæ fuiſſet, impoſſibile erat, enecatum Piſcatorem jurejurando affirmaremus, compotorem carnificis manibus ereptum libertati reſtituimus. *H. ab Heers Obſervat. Spadan. cap. 2.*

SCHOLIA.

OB capitis vulnera in Jecore abſceſſus ſæpe fieri, experientia compertum eſt; quos ibi localem habuiſſe generationem, à cerebro non ducto exordio quidam falſo exiſtimant. Id ſi in Jecore contingat, quidni & in pulmonibus vicinioribus capiti? Quanquam citra hujus læſionem in Piſcatore, quod

[c]erto cadavere altero à partu die, uterus conglobatus apparebat ad capitis infantis bi[m]i magnitudinem, albicans, in tubulis nullo ſanguinis apparente veſtigio. *Rolfinckius [par]te 2. de Organis generat. cap. 21.*

§. 3. Os uteri ita extenſum & lacerum erat ut vix appareret, Uterus magnitudine ca[pit]is erat adhuc & craſſitie pollicari: Intus ſanguinis reliquiæ & ora vaſorum craſſo & ni[gr]o ſanguine adhuc ſudantia: Vincula uteri cum oſſibus Ilium, ſacro & lumborum, & [in]teſtino recto firmiſſima, parte anteriore nulla, præterquam cum veſica admodum exi[gu]a. *Iac. Sylvius in appendice Iſagoges anat. de variorum corporum ſectione.*

§. 4. Falcoburgius teſtatur in diſſectis ſe obſervaſſe gravidis, craſſiorem videri tum [te]mporis uterum, ſed falli oculos ab hepate uterino arctiſſime connexo, quod ſeparatum [cum] detegit; Sed contrarium docet experientia: Nempe craſſities illa in utero, fœtu [ja]m abſoluto oculis conſpicua, duorum pene digitorum craſſitiem æquat, præcipue circa [fu]ndi illam partem qua ſecundina adhæret: adeſt etiam adſtipulante Harvæo, in ea par[te] qua placenta utero non adnaſcitur: Conflatur hæc craſſities à ſanguine in tubulis uteri [st]abulante. *Rolfinckius cap. 21. de organis generationis parte 2.*

§. 5. Infanticida fœmina ſexta poſt partum hebdomada capite patratum ſcelus expiat, [a]vencula parvæ ſtaturæ, obeſa & ſana: Peritonæo aperto non comparebat uterus pri[m]a fronte, ſed veſica lotio tumida conſpectum illius adimebat, ſub qua delituit uterus, du[r]us ſatis & conſtrictus, ut mirari ſatis nequiverim tam brevi poſt partum tempore con[tr]actum: Magnitudine vix pugnum æquabat. Nymphæ contractæ, carunculæ quoque ob[l]iteratæ, niſi orificio veſicæ appoſita: Vagina diſſecta ad uteri orificium ſine rugis ſolitis: [E]xterna pudendi labra ſatis hiabant: Uteri orificium arctiſſimum durumque: Uterus [i]pſe craſſus & fungoſus, vix pomo excipiendo capax: In ipſis parietibus craſſis foraminu[l]a utrinque patebant, ſeu acetabula, quibus per fiſtulam inflatis, elevabantur vaſa teſtibus [s]ubjecta, ſeu alter Tubæ inferior ramus ex vaſis deferentibus ortus. *Th. Bartholinus hiſtor. 92. cent. 1.*

§. 6. Nuper diſſecui Nob. mulierem, quæ 24 horis à partu deceſſit è vivis, aquarum copia, quibus abundabat thorax, corde ſuffocato: Inveni uterum fere ad naturalem magnitudinem contractum, vix enim manus complicatæ amplitudinem æquabat, Diſſecti uteri cavitas exigua erat, & adhuc cotyledones, ſive tubercula, granis milii ſimillima apparebant: Parietes uteri duorum digitorum craſſitiem æquabant. *Riolanus Anthrop. l. 5. c. 1.*

§. 7. Membranas Uterus obtinet duas, Exteriorem duplicatam validam à peritonæo: Interiorem propriam, fibroſam magiſque poroſam: Inter has carnoſus & fibroſus contextus quidam reperitur, qui in mulieribus gravidis ab affluentium humorum nutritiorum ubertate admodum una cum dictis membranis increſcit, ita ut quo magis augetur & increſcit fœtus, eo carnoſior, fibroſior & craſſior evadat uterus, qui poſtremis geſtationis menſibus pollicis, & nonnunquam circiter duorum digitorum craſſitiem adæquat: Hæc craſſities non eſt ex ſolis humoribus in poroſitates uteri ſe inſinuantibus, ut multi exiſtimant, ſed eſt vera & ſatis denſa caro, quæ poſtea muſculorum inſtar inſervit ad fœtus expulſionem: Qualem carnoſam uteri ſubſtantiam anno 1655 menſe Novembri, in theatro Anatomico publice demonſtravi, in cadavere puerperæ, duodecim horis poſt partum mortuæ, Et non ita dudum privatim in muliere in partu una cum fœtu mortua: Hoc tamen carnoſum incrementum poſt partum, humoribus & ſanguine maxima copia ab utero effluentibus, denuo emaciatur & exareſcit, atque ſic ad priſtinam formam ac magnitudinem uterus redit & contrahitur. *De Diemerbræck Anatom. lib. 1. cap. 24.*

§. 8. Nuper vidi in muliere 15. diebus à partu ſtrangulata, uterum in dextram latus inclinatum, & firmiter adſtrictum: Ligamentum latum dextri lateris brevius erat ſiniſtro; matrem enixa fuerat: An eo modo conſtitutus iis, quæ mares potius quàm fœminas generant? *Riolanus Anthrop. lib. 2. cap. 35.*

Observatio X.

Secundinarum retentio ob arctam cum Utero adhæſionem. 1. 2. 3. Ob eandem cohæſionem cum carne Utero adnata. 4.

§. 1. IN Noſodochio noſtro aperui corpus puerperæ, ſtatim poſt puerperium defunctæ; cauſam indagans mortis, Inveni *ſecundinam* undiquaque ipſi *utero* tam *firmiter adhærentem*, ut vix & nonniſi labore ſeparari potuerit, eratque omnino exſanguis, ut & reliquum corpus parum admodum ſanguinis habebat, reſpectu ejus qui alias eſſe ſolet. 2. [U]teri ſubſtantia admodum craſſa erat & fere duorum digitorum craſſitiem adæquabat, [mu]ltis tamen iiſque conſpicuis foraminibus inſtar ſpongiæ pervia, inter ſcil. duas tunicas

propriás

proprias: orificium ob recentem partum cum cervice maxime hiabat: oſſa pubis null modo ſejuncta,ſed arctiſſime, & ut naturaliter fieri ſolet, firmiſſime connivebant: Ven. ſpermaticæ ampliſſimæ erant, ita ut infantis cujuſdam minimum digitum adæquaten ſanguine refertiſſimæ, in exortu naturaliter ſe habebant, dextra tamen paulo infra exoi tum,alium adhuc ramum,& eum quidem inſignem ab ipſo trunco aſſumebat,eumque mo ſibi conjungebat, ut ex duobus vaſis unum fieret. *I. R. Saltzmannus obſerv. p. 43.*

§. 2. Uxor D. Morel Laniſtæ, præpinguis & vorax, eximiæ fœcunditatis, 12. partu fi lium enititur Junii 13. 1673. hora ſecunda pomeridiana; Partum magnus ſequitur lochio rum effluxus, ea quantitate ut jugulatum bovem dixiſſes, hinc leipothymiæ, ſubſiſtunt ſe cundinæ: Educere tentantem obſtetricem conatu adhibito, prohibeo, quod arctius adhæ rere judicatem; perſeverant leipothymiæ, jectigatio accedit, Puerperiorum eductionen urgent iterum aſſidentes mulierculæ; & enixa obnixe poſtulat; advocantur Chirurgi, qu manum admovere ob virium debilitatem recuſant, veriti ne in ipſa operatione expiraret Accedens alter Medicus omnia ſymptomata in reſtitantem ſecundinam rejicit, tetro vapores emittentem: Repugno quod ante tres demum horas ſatis felix partus præceſſiſ ſet, nec eſſet veroſimile tantillo ſpatio eas computruiſſe; ſeptem horis à partu occubuit.

Reſerato poſtridie hypogaſtrio, adeps ad trium digitorum ſpiſſitudinem ſe offert, Uterus bene conſtitutus, quo inciſo ne gutta ſanguinis per ejus ſubſtantiam diffuſa cernitur; In cavitatis parte ſiniſtra cotyledones manifeſti erant: Parte dextra ſecundina utero arctiſſimo nexu utero adhærebat, Ita ut judicatum ſit ab imperitia obſtetricis partum intempeſtive promoventis, mortem contigiſſe: Aderat porro grumus ſanguinis, ovi pavi gallinacei magnitudine, ad uteri oſtium, à quo tetra illa accidentia proveniſſe veriſimile eſt potius quàm à ſubſiſtentæ ſecundina, quæ illacera & incorrupta apparuit; Mortis autem cauſam ſanguinis profuſionem magnam credo, quamvis plethorica eſſet mulier, hæmorrlagiis obnoxia, quæ quater vel quinquies per graviditatem ſanguinem ſibi mitti curabat.

§. 3. Mulier Nobilis Galla, quæ jam multoties pepererat, cum ante annum in partu, ob ſecundinam retentam, ab hora quarta matutina, ad 8. veſpertinam, qua demum, uſa prius injectionibus, ſternutatoriis, ſuffitibus ſecundinam ejecit, vix evaſiſſet, anno 1588. Martii 25. denuo cum mane fœtum excluderet, ob ſecundinam ſubſiſtentem in periculum venit, propendente interim chorda umbilicali: Fruſtra autem variis remediis tentatis; magnaque ſanguinis grumoſi continuo effluente copia, vires adeo collapſæ ſunt ut ſequenti die circa horam 4. veſpertinam extingueretur:

Sectione facta uterus ſpiſſus & amplus (qualem puerperis per octiduum permanere, indeque ſenſim ſe recolligere, & ad priſtinam parvitatem redire aliquoties obſervavi) in hac quoque inventus eſt: Quo in longum ipſiuſque cervice diſſectis, ſecundinam, tum circa uteri orificium, quod amplum admodum erat, initium adhæſiſſe, tum per carneam placentam uteri interiori ſubſtantiæ adeo accreviſſe, ut ægre manibus avelleretur & tracta laceraretur, viſa fuit; cui adhuc amnios tunica, chordaque umbilicalis adhærebant: Præterquam & corpus quoddam, parenchymate craſſo & ſublivido conſtans, hepatis ſubſtantiæ coctæ ſimillimum, propria involutum tunica, illic quoque citra connexum jacuiſſe obſervavimus: *Platerus obſervat. lib. 1. p. 231.*

SCHOLIA.

Ex quibus, quod nondum perfecte maturo fœtu mater ad partum edendum ab obſtetrice ſollicitata fuerit, cauſam fuiſſe ut ſecundina hæſerit conjecimus: Cùm niſi maturo penitus fœtu oſculis vaſorum tunc ſponte, citra laborem ſecedentibus ab invicem, ſi fœtus vi majore propellatur, oſcula modo dicta citra dilacerationem divelli vix queant: unde poſtea tanta ſanguinis profuſio, quæ matrem è medio tollit, ſequitur: Cauſamque hanc potius quam ſecundinæ retentionem, accedente nonnunquam inflammatione uteri, ob dolores illos in ſolutione illa violenta ſuccedentes, quare puerpera tam cito extinguatur exiſtimamus eſſe: cum illa retenta, ut nec fœtus mortuus tam diu matre ſuperſtite, ſubſiſtentis, demonſtratur exemplis, hoc tam cito minime poſſet efficere: In quo quam ſæpe peccetur ab obſtetricibus, ut ſe expediant citius quam neceſſe erat, gravidam, poſtquam aliqua tantum præludia partus ſenſerit, ad laborandum (ut vocant) per conatus impellentibus, in opere noſtro Practico expoſuimus.

§. 4. Mulieri poſt 15. annos à connubio parete contigit, Secundæ ſubſtiterunt, evulſæ fruſtulatim: Obſterix aſſerebat ſupereſſe aliquid; *febris nata*, hinc lingua nigra, dentium intervalla ſcabritie nigricantia, facies νεκρώδης: ſeptimo die mortua: Secta; Inventa caro oblonga adnata utero, membranarum pars quæ computruerat *Hollerius libello obſ.* §.10.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Vpereſſe aliquid] Inter ſigna ſecundinarum portionis reſtitantis hoc certiſſimum eſt, ſi uteri purnenta fœtorem cadaverosum referant; quod ɔbus exemplis probat *Riverius* obſervation. 61. ıtur. 1. Id quoque obſervavi in uxore Reverendi i D. *Oſtervvald*, Paſtoris Necomenſis, cujus cubiculum vix quiſquam præ fœtore adire audebat: hinc conjectura facta non integre excluſas ſecundinas, exhibito pulvere ſuccini cum ſyr. cortic. citr. conſ. hyacinth. & aq. puleg. & lilior. alb. quod reliquum erat feliciter eductum, ſanitasque brevi ſequuta,

OBSERVATIO XI.

Lochiorum retentio ob rupta Vteri ligamenta.

Omitis de Mauleutier uxor cum uterum gereret caſu eſt læſa ad regionem lumbotum: ferunt non attigiſſe partus tempus legitimum: peperit, omnia ſatis ex voto: euritis, ſecatur vena ſæpius, lochia ſupprimuntur, ἀποπληξία, mors:

Aperto cadavere ligamenta uteri rupta inveniuntur, mirum hoc, Et forte ruptura hæc ırgationis non legitime factæ cauſa fuit:

SCHOLIA.

Annon oborta pleuritide in muliere nuper enixa audacius mittendus ſanguis? Uxor Domini *Boan* Mercatoris non alia ratione videtur interiiſſe quam quia ſæpius ſanguis miſſus fluentibus lochiis: hæc enim ſtatim ſuppreſſa ſunt. *Ballonius Paradigm.* 133.

OBSERVATIO XII.

In muliere à nimio fluxu extincta uterus valde contractus, vaginaque ampla reperiuntur. 1. Ab Vteri ruptura nimius Fluor. 2.

. 1. IN Nobili muliere immodico lochiorum à partu effluvio extincta, vidi uterum valde contractum, qui vix pugnum excipere potuiſſet, ipſiusque vaginæ capacitas maor erat quam uteri amplitudo. *Riolanus Antropogr. lib.* 5. *cap.* 1.

§. 2. Domina de Mommor annum agens 25. partui proxima, circa 4. aut 5. horam matutinam male habere cœpit, ſacras tamen ædes proximam adivit; tormina ex intervallis urgebant, comite ſanguinis fluore continuo: triduo poſt feliciter peperit, imo ſine obſtetricis adminiculo, ſecundinisque paulo poſt excluſis circa noctem tamen eadem die obiit; aſſervatum ad aliquod tempus cadaver, de morte dubitantibus conſanguineis.

Aperto corpore à *Pinæo* Chirurgo, præſentibus D. *Fabro* & *Ballonio*, Medicis Pariſienſibus, uterus ruptus, lacer & fiſſus parte ſiniſtra inventus eſt, qua vena & arteria hypogaſtrica circa medium uteri corpus ſcandunt, quæ quoque ruptæ, è quibus magna ſanguinis copia effuſa eſt. *Guillemeau de Partu felici lib.* 2. *cap.* 13.

OBSERVATIO XIII.

Tormina partum ſequuta, ob uterum grumis plenum, flatus in ventre inferiore, cum Iecoris & Renis dextri vitiis.

MUlier honeſta mollis & rara, annorum 30. febre, deſtillatione veteri in pulmones laborabat, fœtum geſtans octimeſtrem: In difficultate partus, decoctum veteris Galli, cum modico caſſiæ ligneæ, croci & tantillo vini odoriferi præſcriptum: Peperit die 7. contra Tormina decoctum ſemin. fœnugr. bene loti in aqua cal. colatum per manicam Hippocr. cum ſaccho & modico cinnam. Syrup. capilli ven. cum ſucco amygd. Inunctio ex oleis, Sacculi è milio: mortua eſt 10. hora à partu.

Apertæ uterus grumis plenus inventus, Totus venter flatibus tumens: Ren dexter purulentus: Hepar vitiatum & quaſi putredine mucoſum: Similiter & pulmones. *Hollerus in obſervat. ad conſilia curandi* §. 8.

Pars hæc tertia Obſervationis 57. Section. 21. per incuriam omiſſa, huc translata eſt, pag. 1142. collocanda.

§. 3. Mulier poſt tertium graviditatis menſem abortum edidit facili partu: Tertio poſt abortum die, quum toto triduo alvus eſſet ſuppreſſa, à ſuppoſitorio ſoluta eſt, eodemque conatu fruſtulum carnis ſolidæ per uterum excrevit, quod Hepar uterinum credidi: re vero accuratius perpenſa molam eſſe deprehendi: Prima fronte cordis figuram exacte referebat, ſuo pericardio incluſi, baſi & cono conſpicuam: duplici involvebatur triplicique membrana tenui: Inter intimam tunicam & extimam cavitas in altero latere erat, ventriculi inſtar, quam efformabat tunica à baſi latiore molæ producta, ubi quoque craſſior, ſicuti tota baſis ſolidior duriorque veluti adipe infarcta: Ipſam ſubſtantiam quum cultro dividerem, conſtare eam vidi ex fibrillis infinitis, varie invicem connexis & ſanguine inter fibrillas concreto: Subtraxerat hæc mola fœtus nutrimenti partem magnam, unde ante præfinitum tempus excluſus fœtus. *Th. Bartholinus cent.* 3. *hiſtor.* 1.

Finis Libri Tertii.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
SIVE
DE ABDITIS MORBORVM CAVSIS
Per anatomen Cadaverum revelatis.

LIBER QVARTVS ET VLTIMVS.

De Febribus, Affectibus Externis, Artuum, &c.

SECTIO I.
DE FEBRIBVS.

OBSERVATIO I.

Febris excitata à ſanguine vaſa meningum replente & diſtendente, cum earum tumor phlegmônode. 1. *A tenui meninge leviter inflammata, Sinu tertio ſanguine referto Superficie ventriculorum cerebri exulcerata.* 2. *A venis cerebri ſanguine diſtentis.* 3 4. *Ab inflammatione meningum, poſt vulnus capitis, ſero & pure inter utramqu concluſo.* 5. *A phlegmone intra calvariam excitata.* 6. *Ab abſceſſu ſub calvaria.* 7. *O cerebrum cancro affectum.* 8. *Ob pus ſupra membranas.* 9. *Ob duræ meningis phlegmonen* 10. *Ob ulcus in cerebro.* 11. *Ob abſceſſum in cerebro.* 12.

§. 1. JUVENIS cum per duas ſeptimanas de graviſſimo capitis dolore conqueſtus eſſet, tandem Febris aucta, vigiliæ &c. Calvaria mortui abla ta, vaſa meningas obducentia ſanguine diſtenta erant: Ipſæ membra næ tumore phlegmone per totum affectæ apparebant. *Vide libro primo ſect. 1. Obſervat.* 8. & 14.

SCHOLIA.

FEbris aucta] Febris deſcribi poteſt in hunc modum, quod ſit *motus inordinatus ſanguinis, ejuſque nimia efferveſcentia, cum calore & ſiti, aliiſque præterea ſymptomatis quibus œconomia naturalis varie perturbatur.* Pendet autem à præternaturali ſeu efferveſcentia nimia ſanguinis; Fermentationem nimiam, ſeu præternaturalem dico, quando ſanguis, (inſtar ollæ ſuper ignem ebullientis) ultra modum efferveſcit, & turgeſcentia ſpumoſa rarefactus vaſa diſtendit: Pulſum celeriorem excitat, & velut liquor ſulphureus incendio concepto calorem adurentem quaquaverſus diffundit: Hujuſmodi motus, ſeu fermentatio ſanguinis optime illuſtratur exemplo vinorum efferveſcentium: Etenim vina, præter lenem & æquabilem fermentationem, qua primo depurantur, quibuſdam temporibus adeo inſigniter ebulliunt ut vaſis ora excedant, & ſi ſtrictim occludantur, in partes diſſilire faciant: Ad hunc modum velut orgaſmo percita, ni ſtatim à tartaro, ſeu fæce ſua in vas aliud deplentur, efferveſcere non ceſſant, donec ſpiritu plurimum exſoluto, atque ſulphure vel ſale nimium exaltatis, aut rancida fiunt vel in acetum degenerant: Talis efferveſcentia ob duas potiſſimum cauſas ſolet excitari, 1°. quando aliquid extraneum & non miſcibile dolio infunditur (ita guttæ quædam ſevi, aut pinguedinis dolio inſtillatæ hunc motum producunt:) Vel 2°. quando vina fæce, ſeu Tartaro nimis opulento ditata, (propter partes ſulphureas ſupra modum exaltatas) ſponte fervores concipiunt & immaniter ebulliunt: Etenim in quacunque ſubſtantia ſulphur luxuriat, ejuſque particulæ à mixtione ſolutæ invicem conſociantur, & una coërcentur, ibidem tales efferveſcentiæ immodicæ conciliantur. Conſimili (licet non eodem prorſus) modo quo vina efferveſcunt, ebullitio ſanguinis inducitur, nimirum vel quid extraneum & minime congener cruori commiſcetur, quod

u non aſſimilatur, perturbationem & efferve- ntiam inferre ſolet donec heterogeneum illud ſubigatur aut foras eliminetur, & particulæ guinis confuſæ & perturbatæ denuo extricen- , ac priorem in mixtione repetant poſitionem & im: Vel 2°. ſanguis præter modum efferveſcit, ia principium quoddam, ſeu elementum ejus con- urivum (ſcil. *ſpiritus* aut *ſulphur*) ultra tempe- m naturalem evehitur, atque efferatum evadit: o nimirum hujus aut illius particulæ non conge- res cæteris, à mixtione ſolvuntur: ſolutæ plus bito impetum faciunt, ſanguinis liquorem exagi- ır & efferveſcentiam pariunt, quæ minime ſeda- r, donec ſanguis velut inflammatus, diuturno ſe- is incendio deflagraverit: Utroque modo ſive uor, ob *rei non miſcibilis* confuſionem, ſeu ob *ritus*, ſeu etiam *ſulphuris* evecti efferationem, in ſis efferbuerit, quoniam hinc compages ejus plus xatur, ideo magis in corde accenditur & particulæ ſive prius ſolutę a fermento illic conſito plurimum candeſcunt, & à mixtione exiliunt, & motu ſuo ılorem intenſum ac velut igneum quaquaverſus iſpergunt; Sub hoc tamen diſcrimine, quod effer- ſcentia quæ ab extranei cum ſanguine confuſione ependet, ſit plerumque brevior aut interpolata, ux cum heterogeneum quodvis ſecernitur aut ſub- igitur, ſponte ſedatur: parteſque ſanguinis con- quaſſatæ, & extra ordinem politæ facile ad ſitum & craſin naturalem redeunt: Quæ vero à ſpiritus aut ſulphuris efferati inordinario ebullitione ex- oritur, ut continua: nimirum hoc tota cruoris maſ- ſa ita laxatur, & ſtricto mixtionis vinculo exſolvi- tur, ut tanquam liquor oleoſus incendio correptus, efferveſcere ſeu inflammari non deſinat, donec ſpi- ritus, aut ſulphuris ſeu materiæ combuſtibilis parti- culæ maxima ex parte deflagraverint: Reſtat adhuc tertius præternaturalis efferveſcentiæ modus, in quo ſanguis alterationem ſubit, quæ minime vino, ſæpiſſime autem lacti contingit, nimirum aliquan- do à cauſa morbifica ejus liquoris coagulatio indu- citur, ita ut ſubſtantia illius fundatur, ac in partes ſecedat, fiatque craſſi & terreſtris à tenui ſecre- tio: Cujus ratione cruor minus idoneæ in vaſis circulatur, quin portiones ejus gelatæ in extremis defigi, aut in corde ſtagnare aptæ, motum æqua- bilem interrumpunt, aut graviter impediunt, cu- jus reſtaurandæ gratia efferveſcentiæ ſolito majo- res in ſanguine concitantur, quales nimirum in phrenitide, pleuritide, peſte, variolis & morbis venenatis paſſim occurrunt. *Willis de Febribus cap. 2.*

§. 2. Barthol. Feer (*de quo lib. 1. tit. de affectibus Soporoſis.*) Circa principium Novembris 556. capite doluit: circa xj. febricitare mediocriter videbatur, die xix. lethargicus obiit, aperto medio ventre, nihil in corde p. n. animadverſum quod manifeſte febrilem fomi- em ſanguini ineſſe proderet: Intra cranium, per duram meningem, tenuis quaſi inflam- nata apparuit: verum illa diſciſſa, vaſa tenuis meningis, ad ſinum tertium tendentia, tri- lo ampliora, citra inflammationem, ipſeque ſinus tertius ſanguine pleniſſimus appa- uerunt, quod evenit à ſanguinis circulatione impedita, vel prorſus intercepta: Su- erficies utriuſque ventriculi aſpera & inæqualis ac flaccida, humore purulento viſcido mbuta, à quo inquinamenta putreſcentia, maſſæ ſanguineæ intra cerebrum admixta, fe- oris lentæ cauſa evaſerunt.

§. 3. Filius Dom. *Pouvart* Regii in camera computorum Auditoris, cum bimeſtri Ter- iana laboraſſet, nec ad medicamentum adduci potuiſſet, cùm cœlum incanduiſſet pau- um, datur medicamentum cui indormiendum imprudens Pharmacopæus cenſuit, me- dicamentum inane fuit, movit, nihil excluſit: Ab eo tempore vix febris expers: De Do- lore capitis, de quo prius non conquerebatur, queritur: dum paroxyſmus repetit, re- pente ἄφωνος fit, elatis in cerebrum vaporibus, imo & *febre* ipſa jam *cerebrum occupante* (un- de caloris acerrimi ſenſus apparebat) ac ſi febris eſſet Capitalis, ut ſic loquar: per xxiv. horas ἄφωνος fuit & κάτοχος cum prehenderat: virtus erat debilis, nil natura præſtitit quam- vis irritata, *Convulſus interiit.*

In cerebro nihil deprehenſum, venæ intumuerant parum: vi febris interiit, obſeſſo cere- bro quoque, ut interea non eſſet flabellario cordis ob reſpirationem non liberam. *Iac. Thevart Annot. 3. in conſ. 58. Ballonii lib. 1.*

SCHOLIA.

C*Onvulſus interiit*] De cauſis convulſionis fe- bribus ſupervenientis, aliiſque morbis chroni- dis, vide Scholia ad obſervationem 3. ſect. 13. l. 1.

Febre cerebrum occupante] Anno noviſſimo 1678. cujus æſtas ſqualida & calida, febres vagatæ ſunt quæ cerebro omnes bellum indixerunt, ſymptomata enim aderant aut cataphorica, aut paraphorica, aut cephalalgica, ex pathognomonicis: Inter συνδρόμο- τα in quibuſdam obſervavi raucedinem & συναγχικόν, etſi fauces vitii nihil proderent, cum deglutiendi difficultate; quorum ſymptomatum cauſa, me judi- ce, non alia fuit quam ſumma plenitudo & turgor vaſorum colli, tum majorum tum capillarium, ca- rotidum ſcil. arteriarum & jugularium venarum, hinc compreſſio & anguſtia ac depravatio functio- nis partium voci & ſermoni deſtinatarum: Ἀλλ' ὅμως, nam ſuperveniente hæmorrhagia narium, aut inciſa altera è jugularibus, protinus illa acciden- tia remittebant: Inde audacior factus quotquot curæ meæ demandatos habui omnes ad unum aper- ta vena jugulari ſalvos & incolumes reddidi: Ex illorum ſerie prior exeat Nobilis puella, Filia Excell. & Nobiliſſ. *Michaelis Tremulei*, Conſulis Geneven- ſis, annos xiv. nata, cui cephalæa ab anno indeſinens moleſta erat: febre vero (menſe Julio) accedente du- plici tertiana, paroxyſmorum tempore adeo inten- debatur dolor, ut ſui impotens quid ageret neſci- ret; perſpecta ejus temperie bilioſo-ſanguinea; quod jam ab anno decimo tertio catamenia pro- dirent; nec ad iteratas ſanguinis miſſiones tum è pede tum brachio dolor quicquam concederet, hæ- morrhagiæ præterea narium eſſet obnoxia, Nobil.

Parenti

Parenti ſignificavi, ſi penes me poteſtas eſſet jugularium alteram reſeraturum, quo è proximo fonte ſanguis eliceretur : Conſenſit ille protinus, advocatoque perito veniſeca, ſcalpellus venæ, ad minimi digiti craſſitiem profunde adigitur, hinc rivuloſe & affatim erumpit ſanguis, cujus maxima pars mera purtilago erat, ad purulentiam accedens : Ea ipſa die ſolatium nullum ſequutum eſt, adeo ut auxilium irritum viſum fuerit; at poſtridie tanta fuit levatio, ut ſe doloris prorſus immunem aſſeruerit Nobl. puella, menti reſtitutus ſit nitor, & ſomnus, qui prius nullus, acceſſerit, quanquam febris ad aliquot dies curſum ſuum tenuerit : Eodem tempore ſub cura mea habui juvenem Pharmacopæum miniſtrum, patria Lauſannenſem, apud Dom. Revilliod, Comate vigili, Lethargicæ febris ſpecie imponente, affectum, ſtatim enim vocatus, ſed delirans, excitabatur, Qui & ejuſdem venæ ſectione cito convaluit, & à ſymptomatis cephalicis liberatus : Huic accenſeo Piſtorem phrenitide occupatum, ejuſdem ſectionis ope reſtitutum; Et Uxorem Tinctoris Serici, vocati *Jaillet*, mulierem robuſtam, proceram, craſſam, viraginem, quippe quæ virilia officia in officina th
nuc obit; Hæc mente Septembri ultimo, febre c
matoſa affecta, cum inſigni capitis gravitate, ap
ta quoque jugulari liberationem accepit : Proc
adhuc Nobiliſſ. puer XI. annos natus, cui nom
Ovvald natione Boruſſus, Nepos Nob. Dom
Neubavvr, Equitum Magiſtri, qui una cum feb
cephalalgia graviſſima afflictus, quanquam mor
ſus & remedia omnia reſpuens, admiſſa illa aperti
ne, affectus ſpecie lethalis periculum evaſit : Ea
dem ſectionem deſtinaveram Theologiæ candidat
Pedemontano, cui cum febre raucedo inſignis & c
glutitionis impedimentum aderant, ſed indicta
ſanguinis miſſionem hora, hæmorrhagia larga in
dit, quæ raucedinis, febris & deglutitionis liber
rem attulit : Ab hoc præſidio prætermiſſo, viri d
Clar. conſiſtentis ætatis, plethorici, eadem te
peſtate, ut veriſimile eſt, interiere, quibus ab obi
largus cruor & aduſtus è naribus emanavit : De b
jus venæ ſectionis efficacia actum lib. 1. ſect. 1. o
ſervar. 1. in ſcholiis, & ſect. 23. Obſervat. 1.

§. 4. Audimus D. Cardinalis Lotareni, qui *febre velut capitali* interiit, aperto capi
repertas venas omnes aduſto plenas ſanguine, & meninges veluti tactas de cœlo & ſid
ratas. *Ballonius Epidem. & Ephemer. lib. 2. pag.* 129.

SCHOLIA.

Quibus in capite focus eſt, ut jam doctrinæ gratia Febris capitalis dicatur, oculi rubent, dolorque pulſatilis percipitur : eſt velut [illegible] venarum capitis, ut priſco quidem verbo, ſed non inepto explicat *Hippocr.* initio lib. 2. de morbis, Annon arteriotomia confert? *Ibidem.* Anno 1575. capitis dolores viguere tanti tamque longi ut Medicorum opera eluderetur, &c. Unde cum ſine febre ægri viderentur, tamen erat neſcio quæ oris ſiccitas, oculorum rubedo, pulſus in temporibus manifeſtus : Ac valde notandum quod *Galen.* ſcribit, comm. in aph. 3. lib. 7. *Rubor oculorum cum ſequi poſſit ob ventriculi inflammationem, maximè vero exiſtit ob diſpoſitionem in cerebro inflammationi ſimilem* : atque tunc dolor eſt quidam perſeverans, & habet aliquid puerorum τὴν σειρίασιν referens : Eſt porro quædam inflammatio partium cerebri & membranarum, adeo ut oculorum & ſincipitis conſequatur cavitas quædam, cum σιρὸς ſignificet foſſam & cavitatem in qua ſemina aſſervantur : *Langius* σειρίασιν vult ſcribi, ut dicatur ἀπὸ τοῦ σειριᾶσθαι i. e. inflammari & exſiccari, quod pallor, cavitas & ariditas corporis conſequatur, cum inſomniis & vigilia & vocatur alio modo, Febrilis capitis infantium dolor (propriè enim ad pueros refertur, quanquam cur non idem in viris?) Ac propriè πυρετὸς κεφαλικὸς dici poterit : Quod valde notandum eſt, nam ſi exquiſita eſſet inflammatio, Phrenitis foret, Sed varietas humorum, ſi quidem humor eſt quidam pituitoſus cum bilioſo, efficit ut non ſit phrenitis, ſed quippiam analogon nec magna febris inſequatur : *Idem ibid. pag.* 114.

Febre velut capitali] Dicimus paulum diſcedentes à doctrina *Galeni* febrem aliquam eſſe *cephalicam*, aliam, *Lienoſam*, *Ventriculi* aliam, *Hepaticam*; aut cum partibus ipſis inuſta obſtructio, aut impactus mordicus humor, aut corruptio contracta eſt : Ut ii erroris convincendi ſint qui & febrium continuatum, & intermittentium & hecticarum, & maraſmodeon ſedem perpetuò in ventre inferiore conſtituant : Contra enim ſentiendum, imò, quod no
tandum eſt, febrium ardentium focum *Hippocr.*
capite videtur conſtituere, & *Galenus* Pulmonis v
nas : *Si in ardente febre aurium ſonitus cum calig*
ne, proveniatque in naribus gravitas, mente ex m
lancholia aberrant, parte 73. ſect. 2. lib. 1. Epi
Galenus hunc locum explicat de febre ardente cuj
focus eſt in cerebro, propter collectum in eo bile
quæ inflammationem excitat : Eaque febris diſti
guitur ab altera, quæ fit non coacervata in cere
bro materia ſed in venis inferioribus reſide, à qu
flatuoſa expiratio ſuſcitatur delirium excitans : na
cujus febris ardentis materia in cerebro manſione
habet, ea continuam habet deſipientiam, & ſym
ptomata non ita ſunt fugacia : atque materia dum il
effervescit, flatulentam naturam acquirit, cujus ſig
in variis corporis partibus apparent, prout illa
varias cerebri partes irrepſerit, parque hoc vel illu
nervorum obſederit : At quæ ardens febris materiam
habet in aliis partibus, non habet deſipientiam aſſi
duam : prior febris phrenitidi ſimillima eſt, ob ſym
ptomatum cognationem : ſic in phrenitide ſympto
matica ea eſt febris quæ adeſt : præterea ardens feb
primario cerebri affectu contracta, fere ſtatim appa
ret, phrenitis non tam cito, ſi tempore acquiritur
imò ne in declinatione quidem feb. deliria quieſcunt
quod aliter contingit in iis febribus quarum deliri
ſunt ſymptomata tantum, prout enim manſueſci
febris ita & deliria : Niſi quis forte objiciat duo ad
verſum ea quæ dicuntur, 1. quod nota hæc phreni
tidis, & febris ardentis primario cerebrum impe
tentis malè aſſignetur, nimirum phrenitin non ſubi
to naſci, contra febrem ardentem cephalicam ſta
tim adoriri? contra *Hippocr.* in Epidem. animad
vertit quendam phreniticum primo die factum, Se
hoc ex iis eſt quæ raro eveniunt; quanquam, ut *Ga*
len. in com. non ita fuit ſubita cauſæ generatio u
morbi ipſius : Si quidem primus *Hippocr.* ſcripſit
Non derepente morbi hominibus accidunt, ſed
paulatim collecti confeſtim apparent. 2. Quod in

declinatione febris cum phrenitide conjunctæ delitia non quieſcant, quod alienum videtur, nam ſi febris ſymptoma eſt phrenitidis (quæ eſt inflammatio in cerebro & ejus meningibus impacta, ut *Gal.* in Epid. explicat) & mutuo fere ſeſe conſequuntur, non poteſt ea febris declinare quin & morbus ipſe deſæviat: Sed id dictum per comparationem, nam quæ delitia ſunt febrium ardentium ſymptomata, ideoque excitata quod venulas in cerebro membranuliſque ſitas humores tantum præterfluant, non autem impingantur, ut annotavit doctè *Galenus*, neceſſe eſt in earum declinatione paraphroſynem iſtam quieſcere, Sed quæ delirationes in phrenitide ſunt, ejus naturam neceſſario conſequentes, & tanquam de eſſentia exiſtentes, tametſi febris ſymptomatica declinet, non quieſcunt tamen, non quod non remittantur, ſed non tanta tranquillitas adeſt quanta in febribus eſſentialibus, quarum delitia ſymptomata ſunt tantum: Quemadmodum itaque caput febris cujuſdam focus eſſe poteſt, ita & partes reliquæ, ut magni interſit ſcire cujuſmodi ſit febris, ut illius ſedes animo luſtretur, tandemque parti quæ in vitio erit legitima cura adhibentur. *Idem l. de virginum & mul. morbis c.7. p. 10. Vide l. 2. p. 5.*

§. 5. Miles in tempore dextro vulneratus fuit: ſeptimo die febrire incepit; paulo poſt ceu apoplecticus mortuus eſt.

Illi dura meninx inflammata & ſtupendæ craſſitiei fuerat; trans illam multum ichoris cruenti cum portione puris ſtagnavit: Tenuis meninx itidem inflammata & pure conſperſa inventa fuit, ac ſub illa ichor fluctuabat: *Ex Ephemeridibus Excell. I. Dom. Iohannis Burgoveri Poliatri quondam Schapphuſiani, in Diſſertat. de Apopl. I. I. Wepferi hiſtor. v. Vide hiſtor. Tit. de Vulnerib. capitis.*

SCHOLIA.

Vix vulnus inſignius eſt, maxime ſi partes nervoſas attigerit, cui non protinus febricula jungatur, quæ quando pus generatur, augetur: Unde prudentes Chirurgi, niſi largiſſime ſanguinem vulnerati profuderint, tempeſtive plethoricis venam ſecant, victum tenuem & refrigerantem imperant, vinum denegant aliaque, quæ ad febrim ejuſque fomitem ſubmovendum pertinent, inſtituunt: In omnibus enim vulneribus, in primis partium nervoſarum, labia vicinæque partes intumeſcunt aliquantulum & aliquomodo inflammantur; nam ſanguinis, ſucci nervoſi, & lymphæ motus perturbatur & impeditur, canaliculis per quos meant remeantque ſauciis, contuſis, compreſſis atque conſtipatis ab extravaſato liquore: ſtagnantes incendium concipiunt, quod incrementa ſumit, quando in pus mutantur, eorumque particulæ incenſæ ſanguini reduci magis admixtæ calorem p. n. in tota maſſa ſanguinea accendunt, nunc majorem nunc minorem, prout ſcilicet inflammatio circa vulnus levior aut gravior fuerit, quem merito Febrim nuncupamus, non ſecus ac continuas, quæ plerumque ab inſigni & profunda inflammatione partis principis pendent & foventur: Febricula hæc plerunque periculo caret, nec moleſtiam aliquam parit, quæ alicujus momenti eſſet ſi ægri recte tractentur & ſanguinis circulatio reliquorumque humorum motus reparetur: ſi vero error committatur, tato impune illam ferunt: Apud militem iſtum indubie inflammationum reliquiæ partium vulneratarum apparuerunt in cadavere, ſc. dura meninx ſtupendæ craſſitiei, & tenuis meninx manifeſte inflammata, à quibus febris excitata fuit; fovebatur autem ab ichore ſubcruento copioſo cum pure intra ſpatium utriuſque meningû, & ſub tenui quoque fluctuante: poſtea à venæ ſectione, & aëris frigidi admiſſione, particulis putridis profundius adactis & repercuſſis augebatur: A vini ingurgitatione, Venere & excandeſcentia prorſus efferа reddita ægrum ad incitas redegit. *Idem ibidem.*

§. 6. Mulier leviter in capite percutitur: Tertio die Febris ingens ſequitur cum rubore faciei: 5. die mors. Ingens phlegmone intra calvariam inventa; dura meninx tumens, dura, livida, copia puris ſuffuſa. *Vide tit. de Vulneribus.*

§. 7. Miles in occipitio vulneratur & moritur: Aderat rima & depreſſio ſolius cranii laminæ internæ, quæ cerebrum continuo compreſſit: hinc ortus abſceſſus ſub calvaria, qui introduxit Febrem & phrenitidem. *Vide ibidem.*

§. 8. Puer vulnere in oſſe frontis accepto in febrem incidit, xl. poſt die: Alienatum & cancro affectum cerebrum in occipite inventum eſt. *Vide ibid.*

§. 9. Quidam percuſſus in capite cum maxima contuſione: poſt quinque menſes Febris oboritur cum rigore: Copia puris inventa fuit ſupra membrana, & intra cerebri ſubſtantiam. *Vide lib. 4. tit. de Vulneribus.*

§. 10. Studioſus vulneratur in occipite: Die nono Febris oboritur, 40. die mors: Dura mater circa tertium ſuum ſinum, ubi torculare aſcendit, prorſus livida erat. *Vide ibidem.*

§. 11. Puer glaciem tranſmittens in caput cecidit, unde paulo poſt Febris: Ulcus cerebri ovi magnitudine deprehenſum eſt, quo diſſecto aqua fœtida promanavit. *Vide tit. de Vulnerib.*

§. 12. Ruſticus aliquot vulnera in capite accepit, nono die Febris ſequitur, xvj. mors. Sanies inventa eſt purulenta in ipſa cerebri ſubſtantia: abſceſſus in dextra occipitis parte, &c. *Vide tit. de Vulneribus l. 4.*

Observatio II.

Febris ab Abſceſſu in Corde deſinente in ulcus. 1. A concretione pituitoſa in ventriculis. 2. A polypis in ſinubus cordis, &c. 3. Mucoſa pituitoſa in corde, &c. 4.

Filia D. N. 14. annos nata correpta eſt febre cum cardialgia per intervalla recurrente: Pulſus fere ſemper erat intermittens, cum dolore in ſumma ſcapula ſiniſtra, Decubitu

bitu in ſiniſtrum latus moleſto, Tuſſi ſicca, Dyſpnœa, &c. Cor mortuæ albicans viſum e[illegible] media ſui parte fere exeſum atq; ulceratum: In capſula cordis nullus humor repertus, &[illegible] *Vide Tit. de* Hæmoptyſi.

§. 2. In corde Comitis reperta eſt concretio quædam humoris pituitoſi, flaveſcenti Febre laboraverat. *Lib. 2. tit. de Pulſu p. n.*

§. 3. Emin. *Cardinalis* de dolore in Thorace conqueſtus (*vide lib. 2. tit. de Pectoris dolore*) febri quoque prehenditur, 14. ab invaſione die eum è medio tollens. In thorace, ſub inte gumentis communibus, abſceſſus erat. Pulmonum ſubſtantia pure referta, In dextro ven triculo cordis Polypi duo. Semiputris erat Lien.

§. 4. Adoleſcenti crus dextrum vehementer doluit cum acuta Febre. Abſceſſus adfui cum pure albo in apice gibbæ Hepatis partis, Diſſectione cruris facta, in mediis muſculi pus album inventum: In corde ſanguis veluti mucoſa pituita, Alius abſceſſus purulentu ſub ala dextra. *Vide tit. de Doloribus Externis.*

Observatio III.

Febris Pulmonum inflammationis comes. 1. A Pulmone dextro inflammato & tabeſcente. 2 Semi-putri ab inflammatione. 3. Pulmonibus retorridis & purulentis, cum hydrope thoracis dextri. 4. Ab Empyemate univerſali pulmonum. 5. A Pulmonum parte fere tabida pure in thorace. 6. Ob lapides plurimos lateribus aſperæ arteriæ incumbentes. 7. Ob Pulmonis ſubſtantiam pure refertam, & Serum Mediaſtinum replens. 8. Ob Pulmones purulentos, corruptos, Inteſtinorum phlegmonem, & aliarum partium vitium. 9. Ab Apoſtemate & hydrope Pulmonum. 10. Ab omnibus Pulmonum vaſis ſanguine plenis. 11. A Pulmonis dextri purulentia. 12.

ILluſtr. Baroniſſa de Coudrée, ætatis ann. 65. ſterilis, poſt caſum ex theda in partem capitis lævam, defluxum perſenſit in maxillam diuturnum & dolorificum, unde Febris, ſudores nocturni, melancholica phantaſmata; Vario ſucceſſu dimicatum eſt, tandem Febris invaluit, & mortalitatem exuit.

In aperto cadavere Pulmo repertus eſt inflammatus & lividus, cum maculis nigris: Ventriculus amplus, cor flaccidum; hepar extremo lobo lieni adhærens, Uterus immenſe tumens & plane ſcirrhoſus, Proſtratæ ovi magnitudine refertæ pure: Cyſtis fellea referta lapillis & ſcirrhoſa. *Ex ſchedis Clar. Dom. D. Alexandri Deodati Medici Genev. & Decani.*

§. 2. Uxori N. à partu ſubſiſterunt lochia, hinc febris, dolor lateris ſiniſtri: circa veſperam illa recrudeſcebat, mane remittebatur. Pars ſiniſtra pulmonis fere magna ſui parte tabuerat & tabo infecta erat, ſana reliqua ſubſtantia. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 3. Joh. le Mire febre ingenti prehenſus eſt cum dolore pungente ac fixo ad nothas coſtas, &c. Semiputris erat Pulmo ab inflammatione mediæ ejus partis. *Vide lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

Scholia.

S*Emiputris ab inflammatione*] Sanguis & quivis humor alius, in parte animalis aliqua copioſior, & ſupra vires collectus & infarctus, quia bifariam non difflatur, nec à partis natura vincitur, putreſcit: Unde tanta tumorum p. n. & utriuſque generis abſceſſuum colluvies, quibus Febres ſuperveniunt, nunc acutæ, nunc lentæ, nunc ſtatim ab initio, nunc ſolum, aut magis dum pus conficitur: Phlegmonis namque internis, ut phrenitidi, cynanche, peripneumoniæ, pleuritidi, & quæ diaphragma, ventriculum, hepar, lienem, inteſtina, renes, veſicam, uterum exercent febris acuta, (præſertim cum ſunt magnæ) una cum ipſis invadit: cum vero parvæ ſunt, aut externæ, mitior & ſimplicior, & diariæ affixis, poſt apparet, præſertim dum pus generatur: Quin & partium quarundam, tum internarum tum externarum putredo quædam paulatim lenta morte ipſas partes corrumpit. Id quod externæ ante mortem, internæ poſt mortem, ſecto corpore, palam oſtendunt, cum antea nemo horum quicquam corruptum vel ſuſpicaretur: Ob id quod harum partium alterationes, & ſolutiones continui, dum paulatim fiunt, raro ſentiantur ab ægris, etiamſi in parte ſint ſentiente. *Iac. Sylvius comment. de Febribus p. m.* 108.

§. 4. Uxori N. ſpirandi difficultas accidit; acceſſit febris, etſi levis admodum. Illi thoracis dextri ſpatium aquæ magna vi erat diſtentum: Pulmones retorridi & multo purulento tabo prægnantes. *Vide tit. de Dyſpnoea lib. 2.*

§. 6. Uxor D. N. nata patre pulmonico, concepit, peperit, à partu ſubſiſtunt lochia, Febris, dolor lateris ſiniſtri: Pars ſiniſtra pulmonis magna parte tabuerat: purulenta materia ea thoracis parte continebatur. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 7. Quidam laborabat magna dyſpnoea, tandem Febre ſuperveniente obiit. Lapides varii aſperæ arteriæ incumbentes immediate eam comprimebant. *Lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§.8. Vidua D. N. ſubito aſthmate prehenditur;die 4. accedit Febris cum tuſſi & ſputo ſanguineo &c. Inventum eſt mediaſtinum plenum ſero ſanguineo: Pulmonis univerſa ſubſtantia materia purulenta erat referta. &c. *Vide lib. 2. Tit. de Pectoris dolore.*

§. 9. Duo ſunt quæ inter accidentia ſymptomataque in febres, quæ hac tempeſtate graſſantur, incidentia numerantur, quibus plurimum ægri torquebantur, Singultus ac Tuſſis: Nec ita quidem moleſta eſſe cœperunt, vel quod totum febris tempus occuparent, vel quod breviſſimo tempore divexarent: Vidimus enim ineunte ſtatim acceſſione ita ſuffocationis periculum oboriri & tuſſis moleſtias, ac ſi nulla vitæ ſpes relinqueretur, deſinente acceſſione placide ac ſedate habebant: Singultus autem in nonnullis ita moleſtus fuit, qui febre nocturna, mox diuturna, cum deſtillatione in pulmones laborarent, ut omnia præter Singultum moleſte ferrent: *In his fuit Dominus de Bures*, cui antequam ceſſaret ſingultus, totum corpus intumuit: Detumeſcente corpore repetiit ſingultus, afferens ei aliquid permoleſtius quam ante: nam & ulcuſculum excitavit in partibus ad orificium ventriculi attinentibus, nam cum quid deglutiebatur aut calidiuſculum, aut manifeſta qualitate præditum, percipiebatur in imo œſophagi dolor: Illi autem à Singultu, cum abdomen inflatum fuiſſet, alvus bilioſa reddidit, poſt excretionem bilioſorum ſequuta ſunt purulenta, quod mirum eſt, Nec credidimus hæc à pulmonibus emanaſſe, quamvis hos laborare ſuſpicaremur: cum enim à partibus ſuperis tale quid contingit, id ſimul & ſemel ejici ſolet: at hic æger ſæpe eam excrevit materiam.

Hic æger *Singultiens, tuſſiens, febriens*, ad tabem vergens, interiit; Aperto cadavere inventus eſt hydrops aſcites in abdomine: Inventi ſunt pulmones purulenti, corrupti, inteſtina liveſcebant, quaſi ſiderata ſuperna parte: unde credibile tum ſingultus magnam occaſionem illinc natam, tum ſyncopes qua prehenſus eſt: Lien plane putris: Denique nulla in toto corpore pars inventa eſt integritatem ſuam ſervans: Dejectiones purulentæ, nobis admirationi fuerunt, à putri meſaræo manabant; Dejectiones antequam diem ſuum obiret, præceſſerunt nigræ, pici liquidæ ſimiles. *Ballonius conſil. 25. lib. 1.*

SCHOLIA.

S*Ingultiens, Tuſſiens, Febriens*] Ecquid cauſæ fuit tum Singultus illius tum Tuſſis in acceſſionis tempora incidentis? Ac Tuſſim quidem eo ſævire tempore quo paroxyſmus repeteret ex eo conjicimus, quod febris à catarrho maxime eſſet, Et quæ materia ſubtilis acriſque, quæ rigorem ſenſionemque frigoris afferre ſolet, quieſcebat aliquo loci concluſa, dum ruptis veluti repagulis deſævit decurritque in extima corporis, feriendo ſuperiores membranas, pulmones vel veſtientes, vel illis proximas, triſtis ille ſenſus Tuſſim afferebat: Præterea in catarrhoſis febribus, quid impedit moveri quoque materiam in pulmonibus & capite ipſo, quæ dum cietur, ſuſcitatur, impelliturque, hoc moleſtiarum afferre ſolet? accedebat & nocturni temporis occaſio, qua pituitæ ſalſæ ſeroſæque impulſiones & moleſtiæ ſeſe produnt: ut enim univerſalium temporum aliqua eſt obſervatio in motu humorum, ita & particularium. Sic aſcarides moveri autumno ſcripſit *Hipp.* ſic in veſpertinum tempus earum aſcaridum motus incidit; quod & defluxionum incurſionibus verum eſſe mulierculis compertum eſt. *De Tuſſi quædam huc pertinentia Vide lib. 2.*

Singultiens] Singultus majorem difficultatem afferebat, nam xii. aut xvi. fere noctes affligebat: at leviuſculis remediis ſuperatus, relabitur recurritque cum moleſtiſſimo ulcerationis ſenſu circa orificium ventriculi. Quæri poteſt an hic æger ſingultiente febre laboraret. An quicunque febre detinetur, cui tanquam ἐπιγινόμενον ſymptoma adjungatur Singultus, febre ſingultuoſa laborabit? Nequaquam verò, Nam & qui ſub finem febrium, aut principio illarum male judicati ſanguinem multum profundunt, unde ratione inanitionis & exhauſti ſingultus oboriatur, ob id Singultiente febre teneri dicentur: Nequam. Ergo in omni *Hipp.* doctrina una Singultiens febris dicitur, ut inquit *Galenus* comm. in l. 4. Acut. cùm vel toto febris tempore Singultus moleſtus eſt, vel maxima ſaltem febris parte, illum generet viſcidus lentúſque humor, impactus orificio ventriculi: Unde *Hipp.* negat ejuſmodi febres ſolutum iri, niſi aut diebus judicibus, aut urinæ profluvio acris, aut abſceſſu: Sed in hoc ægro detumeſcente corpore repetit Singultus, afferens aliquid per moleſtius quam ante, nam & ulcuſculum excitavit in partibus ad orificium ventriculi attinentibus. Ad genus febrium Singultientium fortaſſe referri dicet quis febres acutas ab inflammatione aut hepatis, aut ventriculi natas, aut partium vicinarum: quæ inflammatio, ut narrat *Aëtius* cap. de Singultu, ſingultiendi moleſtias affert, quod & *Hippocr.* primus annotavit: Item referri videbitur, ſed minus apte, Febris ſingultiens ſenum hernia laborantium, & ſupinatione ventriculi: nam dum inteſtinum prolapſum eſt, præſertim Jejunum, Singultiendi finem non faciunt, & hoc in mortem præcipitare ſolet.

§.10. Rariſſimus affectus eſt quo obiit Sereniſſ. Venetorum Dux, *Franc. Contarenus*; cujus ægritudinis cauſa ter Venetias vocatus fuit *Ioh. Prevotius*, variiſque nominibus cum aliis Medicis diſſentientibus diſceptavit: Die ipſo Solſtitii æſtivi inciderat in acutiſſimos dolores colicos, quibus erat obnoxius, iiſque vix altero die liberatus ope remediorum præcalidorum, incidit in Febrem quæ typum duplicis tertianæ ſervabat, redibatque modo anticipando per aliquot dies, modo per totidem & plures poſtponendo proportionaliter: Vigilia & ſitis moleſta fuit uſque ad ſeptimam, quo tempore, occaſione levis medicamenti oborta eſt diarrhœa bilioſa, quæ ad 40. uſq; diem perſeveravit: Urinæ ab xi. die ſemper apparuere mediocris

diocris conſiſtentiæ, ut plurimum rufæ, copioſæ, modo cum ſedimento albo & lævi, mod cum ſuſpenſo boni coloris, levi & ſatis cohærente, aderat quoq; levis tuſſicula qua è faucibu videbatur aliquid piruitæ craſſę reddi, reſpiratio ſatis erat libera, difficilis tamen ad latera de cubitus: ad oblata ſemper bene ſe habuit: Pulſus eranr magni & fortiores quàm ætati conve nirent. Ad 40. diem ſebris viſa fuit remittere, neque ulla manifeſta aderat exarcerbatio: Alv recrementa cœperunr conſiſtentia fieri & fœces bene coloratas præ ſe ferre: pulſus perſeve rarunt robuſti, retinebant aliquam non naturalem celetiratem, neque unquam recuperavi appetitum: Singulis autem 8. vel 10. diebus revertebatur manifeſte febris, quæ duabus au tribus acceſſionibus manifeſte finiebatur poſt levem alvi evacuationem, vel ſpontaneam vel clyſtere aut leviſſimo pharmaco procuratam, perſeverabat tuſſicula & dificilis decubitus: Sub æquinoctium increvit tuſſis & catarrhus ipſis alias familiaris; cætera perſeveravit in ſtatu propoſito uſque ad Octobris initium, valde emaciatus: Ep tempore rediit febris bis, alternis ſcil. diebus, ſed cum ſpirandi difficulrate & anxietate tam inſigni in principio acceſſionis, ut vix duos illos inſultus ſuperarit, reddira autem còpioſa bile per alvum beneficio clyſteris, febris illa manifeſto ceſſavit. Inde traduxit ſere menſem integrum quiete, & ſi tuſſiculam exciperes, difficilem ad latera decubitum & inappetentiam, quæ nunquam ceſſarunr, videbatur Sereniſſ. ad convaleſcentiam perveniſſe: dormiebat enim, comedebat ſine nauſea, aliquando ſurgebat è lecto, ſolus etiam abſque innixu parum perambulabat, pulſum ſervans conſtantem & robuſtum, qualem ab inirio morbi habuerat: Ecce autem circa Decembr. initium ſpirandi repentinam difficultatem, cum anxietare & febricula, cujus obſcura erat acceſſio alternis diebus, pulſuum mira inæqualitate & parvirate: decumbere cogebatur pene rectus, neque poterar ad latera: Senriebantur ingentia murmura ventris, & ob flatus copiam ſubinde cibi & porus deglutirio impediebatur, ſpuebat difficulter craſſa, cinerea, ſubflava, coruptum quid redolentia: urinæ erant craſſæ cum ſedimento copioſo & craſſo. Die 6. Decembr. in principio acceſſionis, dictorum ſymptomatum vehementia obiit, cùm ex pulſu ante explorato in ſequentem diem vivere poſſe crederetur: Medici Veneti malum ſemper retulerunr in inſignem jecoris æſtum & ſiccitatem pulmonis, quem conſumptum & areſactum credebant: ideo mellira, ſaccharata, aliáque aperientia, detergentia, & mediocriter cararrhum abſumentia, necnon ventriculum, & pulmones roborantia nunquam uſurpare voluerunt:

Die 7. apertum fuit cadaver: Inteſtina omnia, craſſa & tenuia, flatibus diſtenta erant: Jecur tumidum & ſpongiæ inſtar plenum materia alba, quæ omnem partis rubedinem abſtulerat, adeo ut parenchyma varie diſſectum, ubíque album appareret. Cor prægrande, nulla tamen materia intus aut extra contaminatum. Cavitas pectoris ℔v. circiter aquoſæ materiæ continebat; dexrra pulmonis pars flaccida videbatur, craſſo & mucoſo humore oppleta: ſiniſtra prorſus reſoluta erat in ſaniem albicantem, quæ tunica pulmonis ut in ſacco contrinebatur: Ea diſſecta effluxit in cavirarem thoracis ſanies ad ℥xvj. circiter: Plane nullum pulmonis veſtigium ſiniſtro larere, præter membranæ, quæ coſtis adhærebat, indicium relictum erat. *G. Hieronymus Velſchius ex I. Prævotii obſervat.*

§. 11. Vocatus fui ad Comitem L. *Gonzachæ* quarta die, qui obiit ſexta: Inveni omnia vaſa Pulmonis plena ſanie ſimili lacti: Diſſecui etiam puellam xiij. annorum, Et cognovi illam ex ſimili defluxione obiiſſe; erat enim puellæ morbus jam diu in capite, ex ſuppreſſa purgatione per ulcera, nec adventantibus menſibus correpta Febri, &c. *Vide lib. 1. Sect. de catarrho.*

§. 12. Piſcaror in cereviiſiaria taberna cum ſociis potans, poculo lapideo in capite feritur: Solutio contrinui nulla, tumor curis exiguus, quo liru oleorum à Chirurgo breui diſcuſſo, Piſcator ad ſcapham ſuam, & poſt ad comporationem rediens, non multo poſt Febre correptus ſatis conceſſit: Qui percuſſerat cædis male inſimulatus, capitur, carceri mandatur, ſupra exrincti ſarcophagum ex more patriæ decollandus,

Venitur ad apertionem cadavetis, In capite cis & citra calvariam omnia ſaniſſima, nec ullum læſionis veſtigium: Aperto thorace Pulmonis lobum dextrum pure referriſſimum, quantus erar, deprehendimus: In ſiniſtro quindecim abſceſſus, unguem pollicis æquantes obſervamus, Cum ab illis abſceſſibus, quos à capitis contuſione proceſſiſſe, ſi quæ fuiſſet, impoſſibile erat, enecatum Piſcatorem jurejurando affirmaremus, compotorem carnificis manibus ereprum libertati reſtituimus. *H. ab Heers Obſervat. Spadan. cap. 2.*

SCHOLIA.

OB capitis vulnera in Jecore abſceſſus ſæpe fieri, experientia compertum eſt, quos ibi localem habuiſſe generationem, à cerebro non ducto exordio quidam falſo exiſtimant. Id ſi in Jecore contingat, quidni & in pulmonibus vicinioribus capiti? Quanquam citra hujus læſionem in Piſcatore, quod

ſionis expers apparuit) Pulmones vitium contra-re potuerunt. Poſſibile tamen fuit ut primigeniæ pitis affectionis veſtigium nullum ſe exhibuerit, perſtite ea quam per ſympathiam conceperant Pulmones, quorum vitia, ſi ſubſtantiam attigerunt, pene ſunt indelebilia: Vide tit. de Uulneribus, exempla abſceſſum in Jecore ſequutorum capitis vulnera.

Observatio IV.

ebris ob affectum Oeſophagum ad os ventriculi uſque. 1. *Ob apoſtema in Ventriculo.* 2. *Ob ventriculum inflammatum, hinc perforatum.* 3. *Ob Ilei inteſtini inflammationem.* 4. *Ob abſceſſum Meſenterii.* 5.

.1. ADoleſcens dyſenteria cum febre correptus eſt: Aperti œſophagus interior, ad os ventriculi ſuperius, & ad medium rhoracem niget, corruptus, Pulmones al-erati, &c. *Vide lib.2.tit.de Dyſenteria.*

§. 2. Uxor N. dolore ingenti circa ventriculi regionem cum Febre afficiebatur. Apoſte-na in orificio ventriculi inferiori &duodeno invenrum: In cavo venrriculi multum erat ſan-uinis: Cyſtis fellis maxima & turgens. *Vide lib.3.tit. de ventriculi dolore.*

§. 3. Uxor N. Febricitabat, vomituriebat, &c. Deprehenſus ventriculus ad fundum erforatus. à prægteſſa inflammatione. *Lib.3.tit. de ventris tumore.*

§. 4. D. N. laborare cœpit colico dolore vehementi: tertio die ſupervenit Febris: In-eſtinum Ileon erat convolutum, Ea portio gangræna affecta cum pȏrtione meſenterii ſibi djuncta. *Vide tit.de ventris dolore lib.* 3.

§. 5. Virgo in dolores pro colicis habitos incidit, remediis inſuperabiles: ſuccedit febris quotidie cum rigore inſigni repetens,& tandem maraſmus. Meſenterium pure repertum & turgidum erat. *Vide lib.3.tit.de ventris dolore.*

SCHOLIA.

IN *dolores pro colicis habitos,&c.*] Sicut dolotibus his febris ſucceſſit, ita viciſſim febris intermittens in dolores hos tranſmutantur, monente Ballonio ex Fernelio, paradigmate 82. In colicis *ait* doloribus cavendum ne decipiamur; nam ſæpe in fine febrium contingit à centro mareriam regeri in abdomen, ibique dolotes excitati colicis ſimiles, cum in illis nulli aut exigui flatus contineantur. Sæpe humor bilioſus ferit & diſtendit, dolorémque excitat, qui colicum mentiatur; Interdum continentur abſceſſus, à quibus dolores colicis non abſimiles excitantur.

Observatio V.

Febris ab Hepatis inflammatione. 1. *Ab ejus vomica* 2. *Ab ejus tuberculis & abſceſſibus* 3. *A lapidibus in veſica fellea.* 4. 5. *A bile multa in cyſti.* 6. *A Iecoris incendio.* 7.

§.1. REver. N. inſignis in hypochondrio utroque tumor cum febre vehementi, Hepar tumidum, induratum retorridúmque,& pumicis inſtar hiulcum repertum. *Vide lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

§.2. Cuidam aderat Febris, dyſpnoea,&c. Vomica in Hepate cum maxima puris coacervatione reperta. *Lib.2.tit.de Lateris dolore.*

§. 3. Sæpe Jecur animadverſum tuberculis & abſceſſibus inſtar furunculorum obſideri, quorum non aliud ſignum fuit quam febris mediocris, cum ſiti, &c. *Fernelius path. lib.6.cap.* 4.

§. 4. Inveni in veſica fellea famulæ duos inſigues lapides cœruleos: laborarat diu regio morbo, ac ultimo febre correpta occubuit. *Vide lib.3.tit.de Ictero.*

§. 5. Nob. Ictericus tandem obiit ex febre. In veſica fellis inventus lapis duriſſimus. *Idem ibidem.*

§. 6. Sectus à D.D. *Sylvio* Febricitans & ictericus, in quo folliculus fellis grandis, diſtentus bile. *Vide lib.3.tit.de Ictero.*

§. 7. Filiola Dom. N. duos menſes febricitaverat. In mortua inventum Hepar incanduiſſe præ calore, ut eſſet friabile. *Lib.3.tit. de Diarrhœa.*

Observatio VI.

Febris ob Renes lapidibus obſeſſos. 1. 2. 3. *Ob eorum inflammationem, hinc conſumptionem.* 4. *Ob inflammationem eorum figuram depravantem.* 5. *Ob ſiniſtri corruptelam, cum ſcirrho Pancreatis.* 6. *Ob eorum corruptionem cum lapide in cyſti.* 7. *Ob Veſicæ urinariæ inflammationem.* 8. *Ob inflammationem ejus colli.* 9.

§.1. Jog

§. 1. JOh. N. ren ſiniſter lapide angulos obtuſos habente obſtructus erat; febris concluſ plus in receſſu quam in fonte habens.

Viduæ N. ren ſiniſter lapide obſeſſus erat exiguo: in magnam molem undique increve verat: Febricitavit, tabida facta eſt. An verum illud à renibus febres maraſmodes contin gere? *Vide lib. 3. tit. de Diabete.*

§. 2. Filii N. aperto cadavere, nephriticus deprehenſus eſt, Febris perſeverat. *Lib. 3. tit. d Lumborum dolore.*

§. 3. Nicolæ nephriticæ Febris acceſſit cum lumborum dolore, &c. Ren ſiniſter extrin ſecus lividus ac tumidus; intus aqua & calculis infarctus, &c. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 4. Magnificus Vir nephriticus, rigoribus & Febre inordinata prehenſus eſt. Fuerun juventi renes conſumpti, ut portio, quæ reliqua fuit, frangeretur. *Vide lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 5. Cl. Joh. *Sperling* diu nephritica ſupervenit Febris cum lumborum doloribus, Renes apparuere penitus inflammati, Tumor vero adeo increverat ut eorum figura externa mutata eſſet. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 6. Matrona (*Vide tit. de ventriculi dolore*) dolore ventriculi correpta eſt cum conatibus ad vomitum, ſuccedente Febre inſigni. Pancreas maximum erat & ſcirrhoſum. Ren ſiniſter colloquatus omnino erat.

§. 7. Nob. dyſuriæ renumque doloribus obnoxius, ſitiebat, Febriebat, &c. Ren ſiniſter erat albus, ſemiputridus intus, materiam purulentam continens. In veſica fellis lapis durus, &c. *Vide lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 8. Quidam poſt equitationem urinæ paſſus eſt ſuppreſſionem, cui mox Febris ſucceſſit. Veſicæ partem inferiorem gangræna invaſerat: Pus copioſe cum urina effluebat, à veſicæ inflammatione. *Lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 9. Vir lotia cum viſcida materia reddens, cum Febre & Iſchuria periit. Inventum eſt ulcus & inflammatio in collo veſicæ. *Vide lib. 3. tit. de urinis p. n.*

Observatio VII.

Febris à collo Matricis *cancroſo & ulcerato.* 1. *A ſecundinarum putredine.* 2. *A corruptione uteri, fœtus, ſecundinæ.* 3.

§. 1. NOb. Matrona ſuppreſſione menſium bimeſtri ſpatio cum laboraſſet, tandem exortus eſt dolor & inflammatio partium genitalium: Ab adhibitis medicamentis acribus auctus eſt dolor, aucta & Febris. Aperto mortuæ corpore totum collum matricis plane cancroſum & exulceratum repertum eſt. *Tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 2. Mulieri poſt xv. annos à connubio parere contigit, laboravit multum à partu: Secundinæ ſubſtiterunt, avulſæ fruſtillatim: Obſtetrix aſſerebat ſupereſſe aliquid: Febris nata, hinc nigra lingua, Dentium intervalla ſcabritie nigricantia, facies πυρώδης, ſeptimo die mortua.

Secta, inventa caro oblonga adnata utero, & membranarum pars quæ computruerat. Hollerius *lib. obſervat. propr.*

§. 3. Uxor N. fœtum mortuum quinque menſes retinuit, acceſſit interim Febris. Fœtus computruerat cum utero, involucris, &c. *Vide tit. de Partu difficili lib. 3.*

Observatio VIII.

Febris ab abſceſſu intra muſculos abdominis & peritonæum, poſt conquaſſatum corpus à pertranſeunte rheda.

QUidam à rotis rhedæ circumrotatis ſuper hypochondrio dextro fuit conquaſſatus, hinc Febris ſymptomatica, &c. Inciſis muſculis abdominis effluxit materia purulenta copioſa, ab apoſtemate intra abdominis muſculos & peritonæum genito. *Vide lib. 3. tit. de Hipoch. dolore.*

Observatio IX.

Febris ictum lateri inflictum ſequuta, à contuſione facta in ſubditis partibus.

JUvenis (*de quo tit. de* Hypochandr. *dolore*) ictus in hypochondrii dextri lateris infima ſede, unde Febris, &c. mors: Inteſtina ſubdita maculis lividis obſita. Septi tranſverſi ſedes dextra, livida. Meſenterii vaſa circa originem penitus cruenta & velut contuſa.

…nis expers apparuit) Pulmones vitium contra-
potuerunt. Poſſibile tamen fuit ut primigeniæ
…tis affectionis veſtigium nullum ſe exhibuerit,
…ſtire ea quam per ſympathiam conceperant
Pulmones, quorum vitia, ſi ſubſtantiam attigerunt,
pene ſunt indelebilia: Vide tit. de Uulneribus,
exempla abſceſſum in Jecore ſequutorum capitis
vulnera.

Observatio IV.

…bris ob affectum Oeſophagum ad os ventriculi uſque. 1. Ob apoſtema in Ventriculo. 2. Ob ventriculum inflammatum, hinc perforatum. 3. Ob Ilei inteſtini inflammationem. 4. Ob abſceſſum Meſenterii. 5.

ADoleſcens dyſenteria cum febre correptus eſt: Aperti œſophagus interior, ad os ventriculi ſuperius, & ad medium thoracem niger, corruptus, Pulmones al…ati, &c. *Vide lib. 2. tit. de Dyſenteria.*

§. 2. Uxor N. dolore ingenti circa ventriculi regionem cum Febre afficiebatur. Apoſte…in orificio venrriculi inferiori & duodeno inventum: In cavo ventriculi multum erat ſan…inis: Cyſtis fellis maxima & turgens. *Vide lib. 3. tit. de ventriculi dolore.*

§. 3. Uxor N. Febricitabat, vomituriebat, &c. Deprehenſus ventriculus ad fundum …rforatus. à prægreſſa inflammatione. *Lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 4. D. N. laborare cœpit colico dolore vehemenri: rertio die ſupervenit Febris: In…tinum Ileon erat convolurum, Ea portio gangræna affecta cum portione meſenrerii ſibi juncta. *Vide tit. de ventris dolore lib. 3.*

§. 5. Virgo in dolores pro colicis habitos incidit, remediis inſuperabiles: ſuccedit febris …otidie cum rigore inſigni repetens, & tandem maraſmus. Meſenterium pure repertum & …rgidum erar. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

SCHOLIA.

…N *dolores pro colicis habitos, &c.*] Sicut doloribus his febris ſucceſſit, ita viciſſim febris intermittens dolores hos tranſmutantur, monente Ballonio Fernelio, paradigmate 82. In colicis *ait* dolori…is cavendum ne decipiamur; nam ſæpe in fine fe…ium contingit à centro materiam regeri in abdomen, ibíque dolores excitari colicis ſimiles, cum in illis nulli aut exigui flatus contineantur. Sæpe humor bilioſus ferit & diſtendit, dolorémque excitat, qui colicum mentiatur; Interdum continentur abſceſſus, à quibus dolores colicis non abſimiles excitantur.

Observatio V.

…ebris ab Hepatis inflammatione. 1. Ab ejus vomica 2. Ab ejus tuberculis & abſceſſibus 3. A lapidibus in veſica fellea. 4. 5. A bile multa in cyſti. 6. A Iecoris incendio. 7.

…1. REver. N. inſignis in hypochondrio utroque tumor cum febre vehementi, Hepar tumidum, induratum retorridúmque, & pumicis inſtar hiulcum repertum. *Vide …b. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 2. Cuidam aderat Febris, dyſpnoea, &c. Vomica in Hepate cum maxima puris coa…ervatione reperta. *Lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

§. 3. Sæpe Jecur animadverſum ruberculis & abſceſſibus inſtar furunculorum obſideri, …uorum non aliud ſignum fuit quam febris mediocris, cum ſiti, &c. *Fernelius path. …ib. 6. cap. 4.*

§. 4. Inveni in veſica fellea famulæ duos inſignes lapides cœruleos: laborarat diu regio …norbo, ac ulrimo febre correpra occubuit. *Vide lib. 3. tit. de Ictero.*

§. 5. Nob. Ictericus tandem obiit ex febre. In veſica fellis inventus lapis duriſſimus. *…dem ibidem.*

§. 6. Sectus à D. D. *Sylvio* Febricirans & ictericus, in quo folliculus fellis grandis, diſten…us bile. *Vide lib. 3. tit. de Ictero.*

§. 7. Filiola Dom. N. duos menſes febricitaverat. In mortua inventum Hepar incan…duiſſe præ calore, ut eſſet friabile. *Lib. 3. tit. de Diarrhœa.*

Observatio VI.

Febris ob Renes lapidibus obſeſſos. 1. 2. 3. Ob eorum inflammationem, hinc conſumptionem. 4. Ob inflammationem eorum figuram depravantem. 5. Ob ſiniſtri corruptelam, cum ſcirrho Pancreatis. 6. Ob eorum corruptionem cum lapide in cyſti. 7. Ob Veſicæ urinariæ inflammationem. 8. Ob inflammationem ejus colli. 9.

§. 1. Jog.

§. 1. **J**Oh. N. ren ſiniſter lapide angulos obtuſos habente obſtructus erat; febris conclu plus in receſſu quam in fonte habens.

Viduæ N. ren ſiniſter lapide obſeſſus erat exiguo: in magnam molem undique increverat: Febricitavit, tabida facta eſt. An verum illud à renibus febres maraſmodes contingere? *Vide lib. 3. tit. de Diabete.*

§. 2. Filii N. aperto cadavere, nephriticus deprehenſus eſt, Febris perſeverat. *Lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 3. Nicolæ nephriticæ Febris acceſſit cum lumborum dolore, &c. Ren ſiniſter extrinſecus lividus ac tumidus; intus aqua & calculis infarctus, &c. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 4. Magnificus Vir nephriticus, rigoribus & Febre inordinata prehenſus eſt. Fuerunt juventi renes conſumpti, ut portio, quæ reliqua fuit, frangeretur. *Vide lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 5. Cl. Joh. *Sperling* diu nephritica ſupervenit Febris cum lumborum doloribus, Renes apparuere penitus inflammati, Tumor vero adeo increverat ut eorum figura externa mutata eſſet. *Vide tit. de Lumborum dolore.*

§. 6. Matrona (*Vide tit. de ventriculi dolore*) dolore ventriculi correpta eſt cum conatibus ad vomitum, ſuccedente Febre inſigni. Pancreas maximum erat & ſcirrhoſum. Ren ſiniſter colloquatus omnino erat.

§. 7. Nob. dyſuriæ tenumque doloribus obnoxius, ſitiebat, Febriebat, &c. Ren ſiniſter erat albus, ſemiputridus intus, materiam purulentam continens. In veſica fellis lapis durus &c. *Vide lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 8. Quidam poſt equitationem urinæ paſſus eſt ſuppreſſionem, cui mox Febris ſucceſſit. Veſicæ partem inferiorem gangræna invaſerat: Pus copioſe cum urina effluebat, à veſicæ inflammatione. *Lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 9. Vir lotia cum viſcida materia reddens, cum Febre & Iſchuria periit. Inventum eſt ulcus & inflammatio in collo veſicæ. *Vide lib. 3. tit. de urinis p. n.*

Observatio VII.

Febris à collo Matricis *cancroſo & ulcerato. 1. A ſecundinarum putredine. 2. A corruptione uteri, fœtus, ſecundinæ. 3.*

§. 1. **N**Ob. Matrona ſuppreſſione menſium bimeſtri ſpatio cum laboraſſet, tandem exortus eſt dolor & inflammatio partium genitalium: Ab adhibitis medicamentis acribus auctus eſt dolor, aucta & Febris. Aperto mortuæ corpore totum collum matricis plane cancroſum & exulceratum repertum eſt. *Tit. de Hypogaſtrii dolore.*

§. 2. Mulieri poſt x v. annos à connubio parere contigit, laboravit multum à partu: Secundinæ ſubſtiterunt, avulſæ fruſtillatim: Obſtetrix aſſerebat ſupereſſe aliquid: Febris nata, hinc nigra lingua, Dentium intervalla ſcabritie nigricantia, facies *νεκρώδης*, ſeptimo die mortua.

Secta, inventa caro oblonga adnata utero, & membranarum pars quæ computruerat. *Hollerius lib. Obſervat. propr.*

§. 3. Uxor N. fœtum mortuum quinque menſes retinuit, acceſſit interim Febris. Fœtus computruerat cum utero, involucris, &c. *Vide tit. de Partu difficili lib. 3.*

Observatio VIII.

Febris ab abſceſſu intra muſculos abdominis & peritonæum, poſt conquaſſatum corpus à pertranſeunte rheda.

QUidam à rotis rhedæ circumrotatis ſuper hypochondrio dextro fuit conquaſſatus, hinc Febris ſymptomatica, &c. Inciſis muſculis abdominis effluxit materia purulenta copioſa, ab apoſtemate intra abdominis muſculos & peritonæum genito. *Vide lib. 3. tit. de Hipoch. dolore.*

Observatio IX.

Febris ictum lateri inflictum ſequuta, à contuſione facta in ſubditis partibus.

IUvenis (*de quo tit. de Hypochondr. dolore*) ictus in hypochondrii dextri lateris infima ſede, unde Febris, &c. mors: Inteſtina ſubdita maculis lividis obſita. Septi tranſverſi ſedes dextra, livida. Meſenterii vaſa circa originem penitus cruenta & velut contuſa.

Observ.

Observatio X.

In mulieris apoplecticæ cum Febre morientis cadavere, vix unciæ quatuor ſanguinis reſiduæ repertæ ſunt.

OLim inviſi Dominam Illuſtrem, quæ dudum colica & affectibus convulſivis miſerrime afflicta & plane attrita, demum in apoplexiam cito lethalem incidit. Huic cum pulſus fortiſſime vibraret, ſanguinem è vena jugulari ad ℥ iv. detrahendum præſcripſi, qui mox à vaſe pertuſo tanto cum impetu exiliit, ut crederem illinc totam ſanguinis maſſam, modo ſineretur, effluxuram fuiſſe.

Nam poſtridie cadavere aperto, ſanguinis vix alias unciæ quatuor in toto corpore reſiduas inveni, & tamen hic Febricitans moriebatur. *Willis.*

SCHOLIA.

FEbricitans moriebatur] Non minus uſitatum eſt cum Lethargus affectio principalis fuerit, Febrem ſuccedere, eique tam originem ſuam quam ſolutionem debere, quippe febris poſt veternum incipiens, eo diſcuſſo mox ſponte ceſſat, Talem itaque non à ſanguine, ob particularum inteſtinarum diſſidia effervefcente, ſed propter corporum continentium & vicinorum impulſus, curſum ejus varie alterantes ac interturbantes putamus exoriri. Enimvero recta ſanguinis temperies, non tantum à particulis ejus rite commiſtis & ſubactis, ſed inſuper à motu cordi & vaſis impreſſo, ſive circulatione organica plurimum dependet: nempe ut liquor ejus pari & æquabili fluxus & refluxus modo ubique diffluat, qui ſicubi remoram, ſive obicem offendens retardatur, in toto præterea alveo motus ejus impetuoſius & cũ tumultu febrili peragitur: Hoc manifeſto liquet in paſſionibus violentis, doloribus acutis, ſolutione continui, in quibus ſingulis cruor uno loco obſtructus, aut coarctatus, in aliis vero vehementius correptus, effervefcentiam febrilem concipit: cum nempe ob finem ne circulationis filum, à quo vita neceſſario dependet, abrumpatur, quare, ut in proverbio dicitur, *Nemo ſine febre moritur.* Nam utcunque deficiat aut depauperetur ſanguis, atque partium omnium motricium vires fatiſcant, tamen in agone febris inſtantis, aut inſtare viſæ, metu naturæ impulſu fibræ ubique nerveæ ſeſe erigunt, ac ultimos conatus exerunt ut ſanguinem interfluum propellant & motu rapidiſſimo circumagant: Par omnino ratio eſt febris lethargicæ, quæ tantum organis vitalibus à natura laborante plurimum incitatis, & propterea ſanguinem vehementer circumpellentibus exoriri videtur. *Idem ibidem.*

Ut crederem totam ſanguinis maſſam, &c.] Nob. puer Betnas, Genevæ degens, annos natus x, anno 1674. ex terrore in vehementiſſimam convulſionem Epilepticam incidit, quæ cum omnibus remediis reſiſteret, quia tumebat & rubebat vultus, ex meo & D. D. Crameri conſilio miſſus è cephalica ſanguis, qui tanto impetu proſiliebat, ut totam ſanguinis maſſam, intereadum ℔j ſanguinis alteri demeretur, exhaurire licuiſſet: paulo poſt admoto Inio cauſtico actuali citra recidivam ſanatus eſt: paroxyſmus quatuor horas exceſſit.

APPENDIX.

Febris brachii dextri particularis Quotidiana.

IN inſula noſtra Marienburgenſi Majori, quidam nomine *Martin Genger*, in dextro brachio certe admirandum Febris monſtrabat ludibrium: Totum brachium dextrum circa horam ſeptimam maturinam primum frigore maximo corripiebatur, ad tactum etiam perceptibili, reliqua corporis parte naturali calore participante: Circa horam circiter octavam rigor & tremor quaſi digitorum & manus conſpiciebatur; tandem tribus horis elapſis calor præternaturalis ingens totum brachium quaſi excandefactum reliquit: Durabat febris uſque ad duodecimam, continuabat jam ſexta ſeptimana: Notabile hoc erat, Vomitus ſæpius comitabatur febrem, aliquando anteibat, Poſt remiſſionem febris, præcordiorum dolores & punctiones circa mammillam dextram ſentiebat, qui tamen emplaſtro de ſantalo cedebant: Curata iſta febris æque tali methodo & via ſicut alii febricantes, auxiliante Deo, parvulo ſuo ſervo communicatis medicamentis, ſunt reſtituti. *Andreas Cnoffelius in Miſcell. curioſis anni* 1673. *Obſ.* 205.

Observatio XI.

Febris Hectica Phlegmonarum internarum fere comes eſt.

VIdi inflammationi laxioris Inteſtini diutinæ ſuccedere Marcorem, ac ſtomachi, ac veſicæ, ac renum: Fuerunt autem nonnulli qui affecti erant difficultate inteſtinorum, Et ut in ſumma dicatur, quoties præ exſiccatum cordis ipſius corpus febrilem calorem ſuſceperit, ſolutu difficilem. *Hector Gibaltus comm. ad cap. xii. lib. I. de differ. febrium Gal.*

SCHOLIA.

FEbris Hectica eſt calor p.n. in ſubſtantia cordis, primum & per ſe inhærens & infixus: Solus calor elementaris ſupra modum auctus febris Hecticæ eſt eſſentia. Hecticę febris pathognomonicum ſignum conſtituunt hęc tria, 1°. quod ſit Continens, 2°. quod Exacerbatur duas fere horas poſt ſumptum cibum; 3°. quod corpus vehementer *Conſumatur:* Continentia naſcitur quod cordi continenter aliquid moleſtum ſit, ideo Cor continenter celeriorem pulſum facit. Id autem vel eſt in materia ſanguinea, vel in loco extravaſato. In maſſam venit quod paulatim pravo victus genere ſit contractum, vel quod reliquiæ ſint alicujus ardentis febris nondum evictæ, quæ ſenſim reliquum corrumpunt, & cor moleſtant. *In loco extravaſa*, ut cum humor aliquis putreſcit in parte ubi colligitur, ut crudum tuberculum in pulmones vel quando ipſa pars putreſcit, ut pulmo, veſica, renes, meſenterium, &c. ſed hæ partes præcipuæ: *Exacerbationis* poſt cibum cauſa eſt, vel quia cibus malam largitur qualitatem (quod potiſſimum in fine hecticæ accidit, cum ventriculus incipit non bene coquere) vel quia cibus & potus particulas calidas exiſtentes diſſolvit, quæ diſſolutę magis ſunt cordi moleſtæ: Partes autem hæ ſunt humor acidus & ſal. Si enim oleum vitrioli in manu contineas & parum aquæ affundas, non poteris præ ardore continere, & videmus eos qui ſalſo catarrho laborant, ſi bibant, febrim incurrere, quia materia motu diſſolvitur. Si non bibant, imminues illam, quare & recte *Galenus* calcem vivam pro exemplo adduxit, in qua partes calidæ ſunt ſal. *Conſumptionis* denique cauſa eſt continentia febris, unde humores inepti redduntur ad nutritionem, & ardor aſſiduus omnia intus depopulatur. Huc etiam facit coarctatio partium motum ſanguinis ad ſe non admittentium. *Signa cauſarum.* Si humor in maſſa ſanguinea corruptus ſit, fere æqualiter affligit, niſi quod poſt cibum exacerbetur, & urina exhibeat interdum ſedimentum (quod ſæpe in ſanis naſcitur, ideo quod ventriculus male ſeſe habeat) Interdum vero non præceſſerunt cauſę ante dictæ, æger ſe febricitare non putat, etſi materia extravaſata in cauſa ſit, ac proinde cor continenter afficiatur, tamen multę contingunt exacerbationes, ob pus nunc confertim, nunc parce, nunc raro, nunc frequenter ad cor à foco veniens, unde interdum ægri ſubito extinguuntur.

Succedere marcorem] Tres gradus Hecticæ dantur, *Primi* gradus ſigna dedimus, communia reliquis; *Secundi* gradus ſigna ſunt pinguedo in urina, & manifeſta conſumptio: conſumptio autem omnium partium ſimul à principio fit, non ſeorſim hujus aut illius: Tertii gradus ſigna ſunt ardor in gutture, proſtratus appetitus, frequens lipothymia & facies hippocratica, conſumptio totius jam fere peracta. Pinguedo in urina fit conſumpta membrana interpoſita pinguedine, & hoc modo circulatio ſanguinis prohibetur, & conſequenter nutritio, unde partes concidunt. *Walaus Practica cap. xi.*

Præexſiccatum cordis corpus] Unica quidem eſt Hecticæ ſpecies, ſed gradibus differens, nam primum humores alibiles ſive ſecundarii effervefcunt, poſt exſiccantur, demum in carnem & ſolidas partes calor graſſatur, atque cum extrema macies eſt, Vocatur Maraſmodes, ſicut Maraſmus in ſenio ſine febre contingit. Humores autem ſecundarii ſunt Ros, Gluten, Cambium: humorem Innominatum non agnoſcit laudatus *Walæus*, *Ros* Illi eſt quod diluitur quando lavamus carnem. *Gluten* illud quod diſtillat cum lente aſſatur caro, *Cambium* eſt aliquid mucoſum quod carni adhæret.

Observatio XII.

Hectica maraſmode affecti Cor ex toto exſuccum. 1. Materia craſſa ſiniſtro ventriculo impacta reperta. 2. Cor flaccidum, aqua pericardii multa, Pulmones vitiati, cordi accreti. 3. Auricula ſiniſtra ulcerata. 4. Tumor duriuſculus in pericardio. 5. Cor durum, minus. Pericardium laxe ambiens, vaſa cordis ampla, Pulmonum vitium. 6. In Hecticorum pericardio & ventriculis cerebri ut plurimum aqua exuperat. 7.

§. 1. D. *Sagittarii* (Sereniſſimi Ducis Bavariæ Maximiliani Conſiliarii) cor tabidum ex toto apparuit, ita quidem exſuccum & parvum, ut quod *Thonerus* de ejus cerebro ab aliis illuſus recenſet, id nigredinem ex uſu Tabacci frequenti contraxiſſe, hoc ego de corde veriſſime affirmare poſſum: Sane aliquot ſeptimanas antequam occumberet Vir Clariſſ. conſumptis magna ex parte ſpiritibus vitalibus & animalibus in utroque oculo viſum perdidit: Mortuus tandem eſt anno hujus ſæculi 47. non præciſe ex vomitu, ut Hœferus narrat, ſed ex tabe & febri Hectica conſumptus interiit: febri inquam Hectica quartum magnitudinis gradum adepta. *Franc. Ignatius Thiermair. conſ. 5. lib. 1. p. 75.*

SCHOLIA.

SCio quidem tres ſolummodo gradus febris Hecticæ à Medicis conſtitui. Primum, cum rorida humiditas abſumitur: Secundum cum carnoſa & adipoſa ſubſtantia jam perit: tertium, cum etiam fibroſæ partes colliquantur & exſiccantur; Addere tamen quartum liceat, quando ipſam Animam (ſi ita loqui conceſſum eſt) vel certe ipſum mentis Archæū, intimóſque vitalitatis receſſus hæc Tabes afflat; Afflat autem viros in Republica meliores: Graviſſimas, *inquit Petrarcha de Sanitatis reſtit.* Dial. 4. Febres Medici dicunt quæ ipſis in oſſibus & medullis æſtuant: Quanto illæ ſunt graviores quæ in anima intus latent? *Idem.*

§. 2. Filius

§. 2. Filius N. eum dyſpnœa, leiporhymia, &c. febricula quoque laboravit: Siniſtra cor-
auricula ſolito amplior referra erat materia craſſa & compacta, quæ ventilationem ca-
is impediebat. *Vide lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

§. 3. Juvenem poſt lateris dolorem, cordis palpitationem eorripuit Febris Hectica &
drops: Cor fuit flaccidum: aqua pericardii exuberans, Pulmones vitiati & eordi accreti.
.2.*tit. de cordis palpit.*

§. 4. Puerum rrimum vexabat tuſſis, febricula, &c. Reperta eſt ſiniſtra cordis auricula
eribus exeſa, &c. *Vide tit.de Sincope.lib.2.*

§. 5. Quidam animi deliquio, &c. obnoxius, accidente Febricula conſumptus eſt. Eo
ſecto apparuit in pericardio dutiuſeulus tumor, nucis avellanæ magnitudine. *Lib. 2. tit.
Phthiſi.*

§. 6. *Puerum novem annos* natum XIX. Martii 1669. ſecui: laboraverat is Febre Hectica
r quinque fere annos. Cor autem nobis mortuus oſtendit durum, longe infra ſuæ ætatis
agnitudinem, vaſis ramen præditum tam amplis, ut viri perfectæ ætaris capacitatem æ-
arent. Pericardium laxe illi circumdatum, ſalſo liquore repletum. Pulmones indurati
ſtis adhæſerant, omni ſui parte purulenta mareria expleri. Follieulus fellis tunica virilis
agnitudinis, nigricantem quandam ſubſtantiam imbiberat.

SCHOLIA.

Ta in lentis iſtis morbis unus naturæ error, erro-
res multos, & multas mortis unius cauſas indu-
:Sed quæ cauſa cordis vaſa ira dilataverat? Annon
r febres ira diuturnas circulatio & fluxus ſangui-
s vehementior?

Puerum ix. annos natum] Ad hecticam inducen-
m, præter cauſam efficientem plurimum facit cor-
s diſpoſitio, ſi illud natura temperamentum cali-
dius adeptum ſit; quod facilius, ſi præceſſerint aliæ
febres, ulteriuſque incaleſcit & exſiccatur, uti &
Cor tenerius adhuc, in quo calor ille extraneus fa-
cile imprimitur, illiuſque nativum temperamentum
deſtruit, occaſionem præbet, Ob quam cauſam in-
fantibus junioribus febres hecticæ tam ſunt conſue-
tæ ut non ſolum prægreſſa febre diuturna, ſed & dia-
ria in hecticas labantur.

§. 7. Probabilirer magis quam vere ſcribit *Veſalius* in Viris minus aquæ, in fœmellis
lus inveniri: Seduxit eriam plures, ut *Bauhinum*, *Iul. Caſſerium*, *Claudinum* & alios, qui
adem tenui conjectura moti tradunt in *Hecticorum*, *Phthiſicorúmque & maraſmo* laboran-
ium Pericardiis nihil aut minus aquæ reperiri: Ego autem in iis ſemper plus humoris quam
ı aliis offendi: Rem eam pluribus experimentis veram hucuſque cognovi, & mecum alii,
Excell.Chr.Majus, & I.D. Horſtius *Anatom.Obſerv.7.*

Ego ubi hoc loco (*pericardio*) nonnunquam tres, quatuor, quinque aut ſex uncias, ali-
quando libram illius humoris inveni, randem eorum cerebra, opera adminiſtri inſpicere
non ſuperſedi: profecto in ventriculis hanc aquam quoque multo cumulatiorem ſæpius
deprehendi: In iis pedes aqua erant tumidi, in abdomine minus, plus aquæ in thoracis ca-
vitate erat, ac in cerebri ventriculis aqua erat ſane quam notabilis. Horum quidam ante
mortem amiſerat *memoriam*, quidam *mente non ſatis conſtabat*, Quidam, inquit Dn.D. *Wepfe-
rus* phthiſi obiit, ac remoto cranio plurimum ſeri ſubpallidi in omnibus ventriculis & ſpa-
tio inter meningas reperii, *C.V.Schneiderus l.2.de Catarrhis c.9.*

SCHOLIA.

C*Laudinum*] Hic ſtatuit aquam illā pericardii in
viventibus omnibus, tum ſanis, tū ægris reperiri,
ſed ita quod parcius in ſanis, copioſius in ægris colli-
gitur. Sed loquitur hic Author in univerſum de omni-
bus morbis, ita tamen ut Phthiſin excipiat & maraſ-
mom: nam credit hanc aquam aliis morbis augeri
poſſe, phthiſi autem & maraſmo non poſſe: Et hæc
eſt ratio, *addit*, propter quam inter cæteras maraſ-
mi cauſas ego defectum hujus aquæ reponam: Ego
ubi hoc loco, &c. (*Vide textum*) Idem ſupponit
Vaſcus Caſtellus, diſputat vero tantum quomodo na-
turalis bonúſque humor in corpore phthiſici conſi-
ciatur, & excrementitius, ira loquitur, augeatur:
Dein authores ipſi, ut *Piſinus*, vident interdum ob
vim illius aquę palpitationem cordis fieri, & mox
corpus tabeſcere ac febrem hecticam conſequi: cur
ergo ille calor, qui corpus conficit, non hanc aquam
quoque conſumere poteſt? De generatione hujus
aquę ſic *Ioh.Anton.Van der Linden*, Ego plane *ait*,
facio cum iis qui vaporibus illam attribuunt, quos
Cor exſpirat: pericardii autem denſitas cogit rurſus
in aquam, non ſecus ac in ollis ad ignem poſitis vi-
demus coire guttas in operculis: argumento mihi
eſt vapor concreſcens ad digitos rangentis arterias
in his quos ſynochus habet, & quidem tunc cum in
vigore eſt febris & cutis ſicca. *Et paulo poſt*, Qui
norit quomodo ab arteriis ram copioſus ſæpe vapor
exeat, ut tangentis digitos quodammodo humectet,
facile noverit quomodo ab arteriis cordis is vapor
vel exprimatur vel expellatur, qui præbet materiam
aquę hujus in pericardio. *Item*, Ego hoc velim in diſ-
quiſitionē mitti, annó poſſit eſſe à ſudore quem inter
moriendum ſudent cordis partes exteriores, perinde
ac reliquo cum corpore manare videmus: *Hæc Lin-
denus.* Eadem ratione humor ventriculorum cerebri
in mortuis magis eſt conſpicuus: Eorum tunica ſem-
per madida eſt in viventibus, inſtante jam morte
plus vaporis vaſis exit, qui his cavitatibus capitur, &
tandem in aquam convertitur: Et ut ſummatim lo-
quar, In ventriculis cerebri & in Pericardio paucæ
aquę guttæ in homine qui ſanus ſubito interfectus
eſt, ut 4. 5. 6. & aut 7. inveniuntur; Si viva animalia
inciduntur,

ſinciduntur, minus aquæ repetitur; ſi corpus iam refrigeſcit & iacet exanime, aqua illa nonnihil augetur: quare perite *Veſalius* ait univerſam ventriculorum ſuperficiem eſſe lubricam & aqueo humore oblitam, atque eam inter diſſecandum ſubinde eodem humore oppletam conſpici: Nimirum ſi aquam ſpongia aufers, mox aqua iterum affluit, quia cerebrum manibus preſſius contrectatur, *Nunc loquamur de aqua Pericardij.* Vivi canes involucri cavitatem & cordis ſuperficiem humectam habent, in hiſque nulla diffluentis aquæ obſervatur quantitas, cum tamen notatu digna (etiam ſi ſemper mediocris) in aliquandiu mortuis canibus ſemper occurrat: In porcis vero viventibus plus aquæ quam in canibus ſpectatur, uti etiam porci iamdiu mortui, illam utcunque copioſam proponunt: Hinc *Lindenus*, Certum eſt minore copia in vivis ſubito apertis, copioſiore autem hunc humorem in mortuis reperiri, Vtraque autem eſt ſimilis illi aquæ que in vaporariis ad feneſtram guttatim adhæret, & jamjam in ſe coit: membranæ intus naturaliter madent, atque plus va-

poris adventante morte amittitur, quare illæ in
mortuis humectiores ſunt, ac ubi cavitas eſt, a
ex illis vaporibus conflata in fundo ſubſidet, u
pericardio & in ventriculis cerebri eſt ſecluſa,
denique aqua in pericardiis magis quam oportet
geſcit & varii coloris eſt, ſi corpus ægrum eſt, Ita
ventriculis cerebri nunc copioſior, nunc impur
invenitur, ſi homo non integra fruitur valetudi
Vtriuſque aqua eſt duplex generatio, alia natural
qua humor ex vaporibus oritur, altera p.n. qua h
mor ipſe inſtar roris de vaſis manar, & is in peric
dium, ſi ſereſcit ſanguis; & in hos ventriculos co
vt in hydrocephalo: Valde plauſibile eſt quod *He*
mannus ait, cordi ſæſtum exprimere & exudare face
humorem per vaſorum tunicas, non aliter quam cu
ex ligno viridi incenſo exſtillat aqua: Intellexe
autem vaſa, non coronaria, ſed quibus append
cor, quia enim fervidiſſimus & vaporoſiſſimus
ſanguis cum primum à corde exit, incredibile n
videtur aliquid tranſſudare per arteriarum tunica
Schneiderus ibidem.

Observatio XIII.

Febris Lenta à Pulmonibus aridis, cretacea materia ubique obſitis. 1. A Pulmone ſiniſtro &
thorace plane purulentis. 2. Ab humore lutulento intra Pulmones concluſo. 3. A pulmonib
intus & extra purulentis, corruptis 4. Ab iiſdem putredine fere abſumptis, vaſiſque cor
adſitis. 5. A pulmone veſicis ſemipleno, aquam flavam continentibus. 6. A pulmonibus putridis
ulceratis, coſtis ad hærentibus. 7. A Pulmonibus lateribus per pituitam viſcidam an
nexis. 8. Hæctica a pulmone plane putrefacto. 9. A Pulmone dextro admodum tumido, cu
materia purulenta in bronchiis. 10. A Pulmone in unicam vomicam converſo 11. Ab ala ſupe
riore & inferiore dextri empyemate infecta; Vomica in ſuperiore &c. 12. Ob Pulmone
ſuperna parte adhærentes, ſemiputridos &c. 13. Ab ingenti ſcirrho in dextro lobo. 14. A tho
racis capacitate ſanguine putrido plena, pure in pericardio, cordis ſuperficie eroſa 15. A viti
pulmoneum, Ea defluxione acri à capite 16.

§. 1. I*Nter febres ſymptomaticas refertur quæ vulgo Lenta* appellatur: qui hac laborant plu
debito incaleſcunt præſertim à paſtu, motu quovis aut exercitio: vrina plerumque
rubicunda eſt, ſpiritus ſunt debiles & vires deiectæ, circa appetitum & ſomnum ſe mediocriter habent, Tuſſi aut ſputo copioſo carent, verum in dies, (tabidorum inſtar) &
ſine cauſa manifeſta marceſcunt.

Quendam tali morbo defunctum aperui, in quo viſcera coctioni dicata ſatis recte ſe habuerunt, Pulmones vero erant exſucci & aridi, necnon materia ſabuloſa inſtar creta
per totum obſiti: Non raro in hoc affectu meſenterium glandulis tali materia argillacea
repletis obſidetur. *Fernelius.*

SCHOLIA.

Videtur mihi quod hujuſmodi affectio immediate fundatur in mala ſanguinis diatheſi, qua in temperiem nimis ſalſam & acrem vergit, ideòque nutritioni & æquali circulationi minus aptus redditur: Etenim ſanguis in corde, non ſecus ac oleum in lampade, ſi particulis ſalinis nimium redundet, non placide & æquabiliter, ſed cum crepitu & magna partium evaporatione accenditur, quo quidem citius diſpenditur, & flammam non niſi languidam & imbecillam exhibet, utrum vero ſanguis ſalſior factus ejuſmodi viſcerum affectiones primo intulerit, vel an viſcerum dyſcraſia ſanguinem prius infecerit, incertum eſt? Probabile videtur quod alterutra affectio ab altera dependeat, & mali utriuſque cauſæ reciprocæ fuerint. *Willis Tract. de Febribus Cap. X I.*

Inter febres Symptomaticas refertur quæ vulgo lenta.] Symptomatica febris omnis in continuarum e
genere, neque ulla unquam viſa eſt intermittens
Hujus proxima materia continenſque cauſa non i
venis eſt majoribus, ſed in parte aliquapiam, e qu
aut putredinis quiddam, aut teter putriduſque va
por in cor obrepit: Eius quidem genera multa, unum
inflammationes ſequitur, quod & ipſum eſt multi
plex: Quum enim aut externa aut diſtans eſt inflammatio nonniſi Ephemera febris accenditur, quo
ſolus calor partium continuatione in cor evadat: A
ſi partium interiorum, maximeque principum &
cordi vicinarum, vel phlegmone vel eryſipelas eſt
ſanguis biliſve putreſcens, aut illinc in cor ſubi
aut tetrum putremque de ſe vaporem in ipſu

tir, a quo per arterias fuſo Putrida fit febris: à phrenitide, ab angina, peripneumonia, phthi-, pleuritide, hepatitide, ſplenitide & à nephritide is fit Phlegmonodes: ab eryſipelate Typhodes; quæque gravior quo pars affecta nobilior cordi-vicinior fuerit: Nonnunquam inflammatiu, quæ ris hujus eſt origo, per initia quaſi involuta latet, :bris eius ſymptomatica admodum conſpicua eſt, : hoc modo à continua primaria diſcernitur. Vtra-acuta eſt & putredinis notas exhibet, ſed ſymp-natica nullis ſtatis periodis exacuitur: vrinæ nul- putredinis indicium habent, niſi ex affecta ſede cedo obrepat forte in venas: Si non ſtatim initio, x tamen inflammatæ ſedis indicia ſe proferunt, :o vel vij vel xiv die aliiſvè decretoriis iudicio ſol-it: In primaria febre continua hice contraria ap-ent umnia.

alterum febris ſymptomaticæ genus multo obſcu-s eſt, eam febrem continens quam *Lentam* appel-i, Oritur non e viſceris partiſve cujuſdam inflam-tione, ſed à *latente obſtructione & putredine*, e viſceri contumaciter adhæreſcit impactaque eſt, :o vt & ipſa viſceris ſubſtantia plerumque labefa-tur: Putredinis portiu nonnunquam in venas effu-anguini permiſcetur: Hæc notas præſe fert ſymp-naticæ ejus quæ aut phlegmonodes aut typhodes pellatur: diſtinguitur autem quod omnium eſt pu-larum mitiſſima; æger nullo gravi ſymptomate mitur, ſæpe neceſe ægrotare putat; Putredinis nen notæ interdum elucent in vrinis: Pulſus fre-ens, celer & inæqualis, non tamen magnus aut nemens: vires imbecillæ & languidæ collabuntur, ne progredi quidem poſſit æger; Corporis moles amſi alimentum ſumitur, ſenſim liqueſcit; Diu-na etiam hæc febris eſt, quæ reliquarum conti-arum terminos prætergreditur, nec xx. nec in-dum x l. ſulura.

Hujus quum ſuſpicio eſt, fomes quærendus om-neſque corporis partes animo ſenſuque luſtrandæ ſunt, dum ſignis conſpicuum ſit in qua is parte con-ſiſtat; Sæpe in ventriculo, aut in jecore, interdum in liene aut in meſenterio, nonnunquam in pulmoni-bus, cujuſmodi humoris ſeminala putredo cumulata hanc excitat: Sedulo igitur obſervanda ſunt hypo-chondria & hypogaſtrium, num in his tumoris cu-juſdam ſenſus inſit: Sæpe etiam vel in cachexia, vel in fœdis virginum coloribus, ſeroſæ pituitæ in cor-pus effuſæ levis putredo illam protulit, Et hæc qui-dem *Lenta ſimplex* appellatur.

Altera eſt *Lenta* periculoſior, quæ non ſolum ex impacti humoris, verum etiam ex viſceris, cui inſi-det, corruptione putredineque emergit, Iecoris, Pulmonis, Cerebri ac Lienis, interdum etiam Re-nis diſtantiorumque partium corruptela, ſimplex que putredo, tametſi nullo putri humore comitatur, quoniam tamen exſpiratione gravi cor aſſiduo laceſ-ſit, continuam febrem non aliter quam putridus hu-mor ſuſcitat. eamque ſymptomaticam ac omnino Lentam: hanc plerique rerum affinitate ducti He-cticam dixerunt: Iiſdem notis ſe prodit atque nunc expoſita: Internoſcitur autem quod ſenſim editur, multoque tempore procedit: aliis fere mor-bis ſuccedit; nihil vel minimum vacuatione miteſcit, nullis cedit remediis ſed iis ſæpe exaſperatur, vires plurimum offendit ac debilitat, levique occaſione syncopen accerſit: ſenſim ac plerumque ſine ſenſu hominem extenuat & marcore conficit: Hoc genus eſt febris quæ Phthiſin comitatur: Hectica quippe non eſt, ſed putrida, ex putreſcente pulmo-num ſubſtantia, nec enim eſt neceſſe putridam omnem in humore conſtitui. *Fernelius lib. de Fe-bribus cap. 8.* Vide *Encheiridium medico practi-cum*, ubi curatio harum febrium traditur, *Et Willis* loco citato.

§. 2. Filiolæ Dom. de la Vau mirum quid contigit, Febris continua, dolor lateris ſini-ſtri, is fugax fuit nec perſeveravit: inde dilata eſt phlebotomia, bene habere viſa eſt, febris recruduit, difficultas ſpirandi, mors.

Aperto corpore, *Epiploon pure perſperſum* erat, à thorace fluxerat: nam totus ſiniſter pulmo, & thoracis pars ſiniſtra pure plena erat: Catarrhoſa erat nec expectoraverat quic-quam unquam. *Gul. Ballonius Epid. lib. 2. pag. 262.*

S C H O L I A.

[E]*piploon pure perſperſum*] Epiploon venis amplis & evidentibus conſperſum eſt, ad excipiendam impuritatem & illuviem Lienis, ut notat Hippocr. lib. de locis: *Vbi vaſa*, ait, *pinguadine vacua erint, & à ſplene floreſcente ac augeſcente in omentum defluxerit, ut pote vicinum valde exiſtens, & vaſa habens eaque vacua*: Et aphor 57. ſect. 7. Ab hepate aquam in illud erumpere dicit, unde Hydrops: Nec vero ſolius imi ventris eluviem excipit, ſed & medii & ſupremi, quod ne cui mirum videatur vide lib. 4. tit. de vulneribus obſervat. de Hepate abſceſſu tentato ob vulnus cerebri.

§. 3. Illuſtr. N. diu languidus cum febre Lenta, tuſſi, pectoris oppreſſione: Mortui imi ventris viſcera integra quidem, ſed ſicciora: Pulmones autem ſine vlcere, humore lutu-lento unciarum l x x x. ponderis erant. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 4. Puellula cachectica pulmones habuit intus & extra corruptos, fætidos, puru-lentos, unde Febricula Hectica: abdomen etiam ſcatebat ſero multo cœruleo, viridi, pallido, *Lib. 3. tit. de Cachexia.*

§. 5. Puer à caſu & hæmoptyſi ſenſim cœpit contabeſcere: In pulſu Febris deprehende-batur Hectica: Pulmones erant fere putredine abſumpti: vaſaque cordi inſerta ſimul de-perdita. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 6. Ill. Cardinalis cum dyſpnoea, Febre lenta extinctus eſt: Pulmo veſicis erat ple-nus, aquam flavam continentibus. *Lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 7.

§. 7. Dom. de l'Aubeſpine cum febre Lenta extincta eſt, &c. Diſſecto cadavere juven pulmones putres, & coſtis adhærentes, cum ulceribus variis. *Vide lib. 2. tit. de phthiſi.*

§. 8. Puellæ, tuſſi, dyſpnoea affectæ, tandem febris lenta & marcor acceſſit: Vtrique pul mones tenacis & ſpumoſæ pituitæ glutine coſtis coaliti inventi ſunt. *Vide lib 2. tit. de Tuſſi.*

§: 9. Dom. de Abbenbrouk (*de quo Tit. de Phthiſi*) cum longo tempore catarrho acri in pulmonem illapſo Tabe conſumptus decubuiſſet, tandem & Hectica febre conſumptus Pulmo illi plane ſuppuratus & putrefactus, membrana integra exiſtente, repertus eſt, &c

§. 10. In φθινώδ corpore aderant indicia Hecticæ non levia putridæ intermiſta: Excreabatur alba materia, tenax, &c. Suffocatus obiit. Dexter pulmo tumidus apparbit, adeo ut totam illam impleret cavitatem. Diviſis bronchiis, alba materia fere tota referta erant. *Vide lib. 2. Tit. de Tabe.*

§. 11. N. Hectica febre conſumptus obiit: Mortui invenimus pulmonem nihil aliud quam vomicam eſſe. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 12. Hermann Stas diu aſthmaticus, tandem Febre Tabifica confectus fuit: Lateris dextri ala ſuperior & inferior empyemate infectæ erant. Iu ſuperiore ingens vomica, parenchyma pure obſitum, In ſiniſtro exiguæ vomicæ diſperſæ: Cordis auricula dextra ſanguine oppleta nigro: Lien, Hepar flaccidu. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 13. Iuvenis ex dyſpnoea maraſmode extinctus eſt: Siniſter pulmonis lobus ſuccingenti membranæ, cum dextro tenaciter adhærebat, ad medias putrefactus, pure refertus; &c. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 14. Unum admiratione dignum placet obſervare, quod Ego cum Illuſtr. I. Fr. Seraleô anno 1593. in cadavere cujuſdam mulieris reperi in lobo dextro pulmonum, Scirrhum ovi gallinacei magnitudine, Et mulier hæc Febricula laboravit per multos menſes, nec non Tuſſicula, ita ut Hectica videretur eſſe. *Hippol. Boſcus de Facult. Anat. lect.* 4. *p.* 40. 23.

§. 15. Cadaver ſecuimus in quo repertus pulmo conſumptus, Thoracis cavitas plena ſanguine putrido & concreto: In pericardio pus album copioſum, Tota cordis ſuperficies abſumpta: Aderat tuſſis, Febricula, &c. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 16 Pulmonis vitium ex tenui, acri multaque diſtillatione è capite in hunc ipſum illapſa, cum Lenta febre notavit *Iodocus Lommius* Obſervat. med. lib. 2. Tale quid anno 1624. in *Olao Slangeldorpio* obſervare licuit Paravii, qui à Febre continua in itinere Neapolitano contracta Romæ vix ſanatus, extenuato corpore quum ſuperatis Hetruriæ montibus Paravium rediiſſet, intra paucos dies ultam cum morte commutavit: Viri eximii *Guerneri Rolfinkii* opera thorace aperto cauſa mali patuit. *Ioh. Rhodius cent. 1. obſervat.* 4.

SCHOLIA.

L*ommius* Obſervat. pag. 47. Non omittendum vitium pulmonis eſt, quod ex tenui, acri multaque deſtillatione è capite profectum in hunc ipſum illabitur: ſcilicet hinc multus ardor & febris excitatur, quæ febris, quia Lenta eſt, paulatim hominem conſumit: Ad hanc & tuſſis, & ſpiritus difficilis accedunt, ſed ut nullum tamen vel vlcus pulmonis, vel ſputum cruentum adſit: *Hæc Lommius* Quoad vitium autem in Pulmonibus à Clar. Rhodio deprehenſum, an habuerit in cerebro originem non probat, quæ in maſſa ſanguinea potius delituit, acri & ſalina. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

OBSERVATIO XIV.

Febris Tabifica à vomicis in mediaſtino, ſterno, pure in abdomine. 1. *A puris copia intra thoracem, poſt abſceſſum lateris:* 2. *Ab aqua cruenta thoracem replente.* 3. *Ab hydrope thoracis.* 4. *A pure ex pleuræ abſceſſu in diaphragma decumbente.* 5. *A vomica purulenta in ſiniſtro pulmone & ſiniſtra pleura. &c.* 6.

I. Haxius ex gravi percuſſione lateris dextri verſus dorſum in tribus primis coſtis ſpuriis; à qua flatulentus œdematoſus tumor procreatus, per gangrænam & cariem 1638. extinctus eſt: *In cadavere aperto pleraque* ſana, niſi quod in mediaſtini intercapedine vomica exiſteret craſſo pure repleta: ſimiliſque ſterno ſub pleura incideret, eo loco ubi mediaſtinum connexum erat, vomica affectum, ita ut inter ſeſe duæ hæ vomicæ communi aditu paterent: In abdomine magna puris copia innatabat, præcipue ad aqualiculum collecta, quæ ex pinguedine omenti & inteſtinis adnata, per Tabificam febrem eliquata fuerat: Quam ſuſpicionem O. Heurnio auxit reſidua omenti & inteſtinorum pinguedo, quæ diffluens ſimilem, dæam purulentæ materiæ repræſentabat. *Bartholinus cent. 2. Obſerv.* 59.

SCHOLIA.

N mediaſtini intercapedine) Obſervavit *Adr. Falcoburgius* membranas mediaſtini antici, evi-nti intervallo naturaliter non diſtare, nec cavita-n conſtituere tam late patentem quam eſt ipſum ſternum: cum arctiſſime hæ duæ membranæ connectantur, nec niſi vi accedente ſeparabiles ſint, quod in præcedenti caſu a vomica incluſa contigit.

§. 2. Cadaver aperui cujuſdam qui lateris apertionem admittere noluerat: In latere materia purulenta nidum habuerat, unde in thoracis cavitatem decidens, ibidemque in copia genti aggeſta, & Pulmones continue immerſos polluens, Febrem Lentam, & quaſi Hecticam, à qua æger valde ſenex interiit, excitabat. *Willis Pharmac. rat. p. 2. ſect. 1. cap. 9.*

§. 3. Cachectici pulſus, preſertim veſperi, lentam quandam febriculam prodebat: Thorax univerſus aqua cruenta refertus erat. *Vide lib. 3. tit. de Cachexia.*

§. 4. Multoties deprehendi integris Pulmonibus, vel utramq; pectoris cavitatem, vel alteram aqua plenã: Interim pulmones corruptos in aqua natantes vidi: unde cum *Hipp.* aſſerere licet in Pectore hydropem fieri: hujus rei inſignia duo afferam exempla: anno 1666. in ſchola Bononienſi, Medicinæ Theoricæ Profeſſor *I. Peregrinus* quinquagenarius, corporis conſtitutione ad phthiſin proclivis, hydrope correptus fuit, à qua multo ac diuturno piperis uſu ſeipſum liberavit, tandem in hecticam maraſinodem incidit & animam dedit.

Aperto cadavere inveni dextram thoracis capacitatẽ aqua pleniſſimam ac turgidam, Pulmonem illæſum, &c. In Virgine quadam, præter alia animadverſione digniſſima & rariſſima, deprehendi thoracis partem dextram aqua ſubnigra & putrida plenam, continebatque ejus aquæ cantharum & dimidium: Pulmonis etiam dextram partem, quæ in ea cavitate collocata erat, cum pleura corruptam & nigram. *Coiter in Obſeruation. Chirurg. & Anatom.*

§. 5. Empyematicus paracenteſin recuſavit: Huic pus ab apoſtemate in pleura diaphragma corroſit, ac totum ductum ventriculi & inteſtinorum tunicas exteriores: Hic Febricula, ſiti & tenebatur *lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 6. Illuſtr. Comites Itali, Alexander & Octauius Blandiadi, alter xij circiter, alter x. annorum, cum ultra annum Monachii ſatis commoda uſi eſſent valetudine, alacres & prompti corpore animoque, niſi quod Octavius ſemeſtri ante mortem ex febre continua, ſed lenta, aliquot dies decubuit, ex ea tamen belle reſtitutus menſe Iunio 1588. Octavius puer, qui prior rurſus incidit in febrem continuam, lentam tamen & mitem, cum calore & dolore prope nullo, neque aliis malis accidentibus, pro ratione tanti affectus tunc adhuc latentis, ſtipatam, junctus tantum erat febri difficilis ſpiritus, ſublimior quàm pro febris ratione, citra tuſſim, cum lateris dolore ad tactum, quem ferre non poterat, alias fere nullo: ventris quoque aderat aliqua inflatio cum torminibus, urinæ turbidæ, Cum quotidie in peius omnia laberentur, decimo die obiit.

Diſſecto cadavere, vitium incurabile, & forte à primordiis generationis illi, ut fratri, congenitum apparuit; cum enim abdominis viſcera ſana inventa eſſent, reſerato thorace reperta vomica in dextro pulmone, univerſam ſimul dextræ partis thoracis pleuram occupans: erat enim *ſub tunica pulmonis* dextri, & pleura ejuſdem lateris coſtas integente plurimum ac craſſum pus: In cavitate vero thoracis dextri plurima aqua citrina, altero pulmone illæſo exiſtente.

Alter vero frater, *Alexander*, paucis poſt diebus eodem prope morbo decumbere cœpit, ex febre miti, continua, nullis comitata ſymptomatis pravis præterquam vigiliis, ſiti *aliquali, tuſſiebat* interdum, dolorem nullum quam *ſub axilla dextra* indicabat, ſed *vinum deſiderabat valde*, ut & frater, urinæ tamen ſatis accenſæ erant, cum enæoremate nigricante, quæ ſtatim turbabantur: noctu magis incaleſcebat, ſine tamen manifeſta epiſemaſia, qui calor neque ita mordax fuit, ut in febribus eſſentialibus, ex materia in venis putreſcente, & lentius illum conficiebat, paulatim enim vires concidebant, ut neque ſedere poſſet, extra lectum ſublimis fiebat ſpiratio, narium pinnæ movebantur, dolebat in affecto latere ad levem attactum: In ſomno conniventibus erat oculis, capite *ad pedes cœpit devolvi:* Tuſſis erat irrita cum qua nihil extundebatur: dolor ſub axilla & appetitus vini augebantur: In 7°. tuſſis crebior, cum qua aliquid purulenti excernebat, ſed hærebat major pars in larynge & ſtertorem inducebat: ea nocte lumbricum rotundum alvo egeſſit, reſpiratio tandem, cum nihil effatu dignum educeretur, cœpit valde coanguſtari, ut eſſet plane orthopnoicus puer: alvus fuſa fœda excernebat liquamina, omnibus denique viribus intermorientibus ceſſit & ipſe fato 10. morbi die.

Aperto cadavere abſceſſus, ſeu vomica purulenta reperta in ſiniſtro pulmone & ſiniſtra pleura, eratque pulmo ille intermedio pure coſtis & pleuræ agglutinatus, flaccidæ alias ſubſtantiæ & repletus veſicis quibuſdam aqua viſcida plenis. Reliqua thoracis cavitas in eo

latere

latere aqua ſimiliter ſubviridi plena erat : Hepat etiam durum habuit cum felle mag
Ex Obſervationibus Hieron. Fabri Medici Bavari.

SCHOLIA.

S*Ub tunica pulmonis dextri pus, &c.*] Quia abſceſſus ille erat in loco liberu , laxe & libere, jamque paulatim familiaris illis partibus redditus pus ſub tunica externa contentum arterias Pulmunis non irritavit ad tuſſim : neque ob interjectam aquam ex thorace per poros pulmunis, quum craſſius etiam tranſſumi potuit: ſed febre tandem accenſa, à colore putredinali viribus cordis obtritis mors ſequuta. *Idem.*

Dolorem ſub axilla dextra) Cur doluerit ſub axilla dextra, cum vitium in ſiniſtro pulmone fuerit, cauſam arbitror , quod maxima puris & vomicæ collectio erat retro juxta ſpinam, ubi affixi ſunt pulmones, unde facile affectus verſus dextram axillam communicari dolorque advehi potuit. *Idem.*

Vinum deſiderabat valde) Illud in uſu practico obſervare eſt, eos quos peripneumonia occupat ingenti vini deſiderio, quantumvis nocentiſſimi teneri, quod ſæpe animi deliquia eo in morbo accida Imo eus quibus pulmones natura impenſius cale mero præ cæteris delectari.

Ad pedes cœpit devolvi) Ἐῤῥῖφθαι vocat *Hippo* cum quis modo hominis viventis decumbere no teſt ſed tanquam mortuum inanimumque cor deorſum fertur : ſignum virium ad extremam deb tatem perductarum, cum robur univerſum ex ſiuri eſt. Hæc enim jacendi ratio nullam profecto faci tatis actionē oſtendit , ſed potius afflictionem ext mam : Hac *Hippocr.* coac. 11. lib. 3. *Si protinus de batur æger ad pedes, pejus eſt illi* , Pereunte, *ait Du tus*, omni facultatis officio quod lucet in decumbe do, adhuc exiguum manet in ſupino corpore artub que extentis ob facultatis infirmitatem , quæ ipſu tamen continet dum indecore jacet : omnino aute deficit ac miſero valedicit ἐν τῷ ἐῤῥῖφθαι [illegible]. In propinquo mors eſt.

OBSERVATIO XV.

Febris Hectica vitio Pulmonum inducta, diaphragmatis, & plerarumq; partium naturalium. 1. A vario Pulmonum vitio, meſenterio ſcirrhoſo, Compreſſione aortæ & cavæ. 2. A Pulmo nū & Iecoris vitio 4. A Pulmone ſiniſtro purulento, Glandulis Meſenterii, & adſitis Port trunco tumidis, Sero in utroque ventre. 5. A Pulmonum inflammatione, meſenterio ſcirrhoſ ventriculi corroſione. 6. Ab Abſceſſu in Pulmonibus, & juxta Hepar. 7. A Pulmonum viti & partibus ſpirabilibus in anguſtum coactis ab hepatis & ventriculi mole. 8. A Pulmonu vitio, Lienis, Veſicæ & Inteſtinorum inflammatione. 9. Ab Abſceſſu putrido in Pulmone cum ſcirrhis, meſenterii tumoribus ſcirrhoſis, &c. 10. A Pulmone dextro inflammato , Gan græna in fundo ventriculi, colo 11. A Pulmone toto putri, Liene, thorace ſero pleno. 12. A mul tiplici partium thoracicarum vitio. 13.

§. 1. ILl. Domina Sporckia, Nobil. Baronis Sporck conjux, Hectica laborabat , atque un Aſcite graviſſime : præceſſerant multis ab hinc annis lienis uterique obſtructione una cum continuis ventriculi doloribus : Primo ad eam ingreſſus, adeo eam vigiliis, dolori bus, imprimis ventriculi, immenſa ſiti confectam reperi, ut non tantum non animam traher videretur , Eapropter nihil minus quam afflictiſſimi hujus corporis curam cogitabam : Vi ctus tamen precibus , ratus quoque melius eſſe , Celſi noſtri indicio , anceps quam nullun experiri remedium, primo omnium , præmiſſo tamen leni clyſtere , confugi ad *laudanum* noſtrum perlatum, tanquam ad ſacram poſt Deum anchoram : Dedi & vidi his oculis feli ciſſimum effectum : namque poſt horam placidiſſimus eam excepit ſomnus, quo , licet di non duraret, mire tamen ſe refocillatam ajebat , adeoque petebat ut uſum eius continua rem : morem geſſi, etiamſi multa adeſſent quæ crebriorem opiatorum uſum diſſuaderent confiſus in eo præparandi modo, qui uſum Laudani mei tutiſſimum mihi polliceri poterat perrexi itaq; & exhibui cū neceſſitas ita flagitaret, ſingulis ferme diebus, nunquā nō feliciſſimo cū ſucceſſu : Interdiu contra Hecticam pugnatū liquore cornu cervi , ſale eſſentiali Saturni, uti & antihectico Poterii, modo in juſculis alterantibus, modo in Iulapiis appropriatis utque vires adhuc majus augmentum ſumerent, gelatinam Zuvelſerianam parandam curavi, additis quibuſdam pretioſis pro virium majori reparatione: Atque his, Deo benedicente in tantum profecimus ut ad majora progredi nobis licuerit: Aquarum moles magnis Illuſtrem Dominam patientem moleſtiis premebat, atque qua antehac movenda non erat, nunc de ea, quantum fieri poſſet removenda conſilium ceptum , & propinatum primo apozema digerens, aperiens, ex iis potiſſimū herbis confectum quæ ſale eſſentiali turgent: ſubjunxi hydragogum lene ex magiſterio gummi Gotte, Sale Martis ſubduci & ſale Tartari volatili conſtans quibus effectum ut pars aquarum verſus umbilicum ſecederet, pars quoque, licet exigua admodum, per alvum eiiceretur, non ſine tamen inſigni Dominæ Patientis allevatione, quæ ut eo citius deſiderato fine potiretur, fortiora ſibi expetebat, imo jā ſe in portu ſanitatis navigare firmiter perſuaſum habebat : Verum longè alia mihi mens erat , quam R. P. Confeſſionario ejus clare ſatis expoſui, prædixiq; hunc eſſe extremum naturæ conatum, quando quidem præter alia cadaveroſus odor cubiculum ſatis amplum implens moneret, interiora

-tupta omnia eſſe, Illuſtremque Dominam non procul ab ultima rerum linea conſiſte-
Itaque dum diſcedendum mihi eſſet, confortantium præcipue uſum commendavi, te-
vatis reliquis ad reditum uſque meum, quo tamen opus haud fuit: paulo enim poſt, cum
nil minus quam mortem cogitaret, ſubita lipothymia correpta obiit.
Cadavere me abſente, quod valde doleo, aperto, oppido appatuit quæ ſubitæ mortis, quæ
aliorum ſimptomatum, quibuſcum per tot annorum decurſum conflictata, cauſa fuerit:
itto à Chirurgo obſervata, & lapidis in ventriculo reperti formam, &c. Cerebrū, quia ple-
umium inſtabat, plenum erat & ſanum: Pulmones velut areſacta ſpongia deformes, inter
amque alam putulenti, undique adnati: Cor valde parvum ſed ſanum: Ventriculus con-
ctiot ſiccitate, magnitudine ovi anſerini, plenus materia cruda, quaſi ovi puttidi: Interius
ntriculo accreverat lapis durus, griſeus, quem abrumpere coacti fuimus, craſſus pollicem,
ngus articulum: Diaphtagma areſactum, Abdomen plenum aqua, circiter quatuor can-
arorum: Hepar magnum, durum, denſum & colore præternaturali: Lien parvus valde
contractus, ſicut & Renes, omnia informia, Meſentericæ Venæ obſtructæ omnes: In-
ſtina flatu plena & aqua, Summa omnes muſculi tabe flaccidi, uterus & veſica tam parva,
puerilia, ſed inania: Sleſvvici 26. Iulii 1659. *Ioel Langelot Epiſtol. ad Thomam Bartholinum*
itur.3.Epiſt.49. & 50.

SCHOLIA.

Andanum) *Walæus* Meth.med.p.153. *ait* Hydro-
picos unius grani Opii exhibitione moti: Id
oque à me obſervatum anno 1659. in virgine 35.
not. quæ hydrope abdominis & pectoris, phthiſi-
que ſimul interiit, cui cum ob pertinaces vigilias
idani opiati optime præparati gr. ij. fuiſſent exhi-
ta, placidiſſimus quidem ſomnus obrepſit, ſed po-
ſtridie mors ſucceſſit quæ nondum inſtare videbatur.
Et paucos ante menſes anno 1672. Vir Reverendus,
Aſthmate cum pertinacibus vigiliis laborans, ac
hydropis initio, apoplecticus repente con-
cidit ab aſſumpto pridie laudano, etſi
de reſtitutione valetudinis pauci
deſperarent.

§. 2. Puella XI. ann. ab ephemera in hecticam incidit, Meſenretium illi ſcirrhoſum, in
epate ſteatomata: circa cavam multa materia gypſea: Lien eadem ſcatens, Thorax aqua
npida plenus: Pulmones materia purulenta imbuti: Aſpera arteria à ſteatomate com-
eſſa, &c. *Vide lib.2.Tit. de Phthiſi.*

§. 3. N. Cachecticus, cacochymus, febre continua ac tuſſi moleſta prehenſus, hinc ſequuta
emoptyſis & putulentorum rejectio, & tandem Hectica maraſmodes: Pulmones erant
cte adnati pleuræ, Intus purulenti membrana integra, Cor flaccidius, Hepar magnum, pal-
lum, exangue, ut & Lien, &c. *Vide lib.2.Tit. de Phthiſi.*

§. 4. Puer ictericus factus cum febricula: Pulmo vitium inſigne contraxerat vitioſius
rat, Hepar velut ὑπόχλωρον, *Vide lib.3.tit.de Ictero.*

§. 5. X. Martii 1676. in Puella octo annorum, quæ Febre Hectica interjerat, obſervavi-
mus ventrem inſimum mediumque fœto valde lento repletum: Pericardium quoque ejus
otabilem continebat copiam: Pulmo ſiniſter totus putulentus pleuræ firmiter agglutina-
us: Glandulæ meſenterii omnes, ſimiliter ac illæ quæ venæ Portæ trunco circa Hepar
ditæ ſunt, inſigniter tumefactæ, materiam continebant pinguem, albiſſimam. Hujus etiam
otabantur aliæ conglobatæ glandulæ: Pancreas cum conglomeratis aliis, integre ſatis ſe
abebat. *Gerardus Blaſius Obſervat. Medic. xiij.*

§. 6. Celſiſſimæ N. Febricula cum aliis ſymptomatis: Meſenterium erat ſcirrhoſum
um glandulоſis tumoribus: Pulmones inflammati, in Ventriculo corroſionis & inflamma-
ionis notæ. *Lib.3.tit.de ventris dolore.*

§. 7. Nob. cui tumor juxta cartilaginem enſiformem (*Vide tit. de Tumoribus*) incidit in
ebrem Lentam & maraſmo obiit. In ſuperiore parte Hepatis aderat abſceſſus veſicis ple-
us, qui id corrupit, Alius major in pulmonibus: Tertius ad inteſtinum colon. &c. *Vide tit.
de Febribus.*

§. 8. Seten. N. arthritico acceſſit deſtillatio in pectus, Febricula, &c. Cor. pleura, pulmo,
eptum vi erant retracta, ac in anguſtum hepatis mole & ventriculi: Pulmones cum tabo, ſed
ine ulcere erant. *Vide lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

§. 9. Monachus Franciſcanus ex Febre Lenta, dyſpnoea poſt menſes aliquot, cum
delirio ad plures abiit.
In cadavere aperto viſi ſunt nobis pulmones lividi & exſucci: Lien cæruleus & exilis,
nteſtina hinc inde inflammata, ſicut & interior Veſicæ facies: Nihil tamen in urina viventis
vitii comparuerat: Cætera ſana videbantur, niſi quod totius corporis habitus fuerat exte-
nuatus. *Bartholinus cent.ij.hiſtor.x.*

§. 10.

§. 10. Puella 14. annorum in Tabem incidit, Febricula continuo vexata: Reperi meſ-terium refertum rumoribus duris, ſcirrhoſis, circa venam portam tumores ſcirrhoſi: in de-tro lobo Pulmonis abſceſſus erat putridus & fœtidus cum pure, &c. *Vide lib. 2. Tit. Phthiſi.*

§. 11. Nob. N. diarrhœa affectus (*Vide lib. 3. tit. de Diarrhœa*) tandem etiam febre lenta, continua corripitur: In fundo venrriculi aderat gangræna, ur & in fine coli, ubi latue-ulcus: In dextro latere inflammati erant Pulmones.

§. 12. Thomas N. laborat tuſſicula & Febricula: Totus thorax plenus ſeroſo humor-Pulmo totus putrilaginoſus, nec non Lien. *Lib 2. tit. de Tuſſi.*

§. 13. Apertum eſt cadaver *Cathar. Mathyloo Leodienſis*, quæ nata erat annos xv. cauſa mortis in nullo viſcere eximiam deprehendimus, nam animi anxietate ex ærumnoſæ vit-afflictionibus contracta in Tabificam Hecticam miſeriam inciderat: quippe in prava diæ-cum haberetur, & peſſime tractaretur ab iis apud quos victum laborando conquireba-nullo commodo nutrimento partes ſuſtentatæ, & ad incrementum naturale acquirendu-fultæ fuere: Unde enata Diarrhœa, ex humorum corruptela & intemperie, viſcerum natu-rallum & vitalium omnes vires devaſtaverat, cujus manifeſta ſpectabantur indicia in viſce-ribus omnibus valde flaccidis, præcipue autem Corde & Pulmone: Vomica etiam in dex-tro pulmonis lobo aderat: & ſupra pericardium, ubi membranæ mediaſtini ei connectur-tur: ad cordis apicem glandula nucis juglandis magnitudine ſolida, valdeque denſa exiſte-ſtebat: Thymus etiam glandula in jugulo eandem conſtitutionem obtinebat, Sicuti etiam in Meſecolo, eæque majores, & in meſenterio, ſed minores, inter quas erant variæ athero-maris materiam obtinentes: Plurima aqua pericardio inerat, cordi autem ſanguis paucus: Sed Pancreas à magnitudine & conſiſtentia naturali non variabat, ſicuti nec Lien: Rene-flaccidi erant & lucidi, præcipue in parte ſima, ſed ureteris utriuſque extra renem i-exordio progreſſus valde amplus: nihil tamen calculoſi aut ſabuloſi in renibus aut veſica deprehendebatur: Omentum omni pinguedine exſpoliatum erat: Hepar flaccidius & colore fuſco ad luridum vergente, cæterum naturaliter comparatum: Uterus minimu-erat & duriſſimus: Teſtis uterque gracilis & longior naturali figura: Tuba non apparebat, ſed vas deferens à teſte ad uterum aliquatenus conſpicuum erat: Vaſa ad fundum & col-lum uteri prorenſa tenuia erant, quoniam nondum menſtrualis fuerat: Totius corporis ha-bitus gracilis & exſuccus erat. *Ottho Heurnius Hiſtor. xv.*

SCHOLIA.

P*Lurima aqua pericardio inerat:*) *M. Curtius* & alii, tum viventibus, tum confeſtim ab obitu diſſectis animantibus nullam à natura inditã aquam inanitati pericardii contendunt, Spirituum concretorum in aqueam ſubſtantiam converſionẽ à ſuccedaneo mortis frigore cogente, profectam hanc adſtruunt: *Veſalius* contra aſſerit nunquam à ſe diſſectum cadaver & pericardium, in quo non is humor extiterit: Ratus plus in dilatæ quam feſtinatæ ſectionis cadaverum animadverſam aquam: Vide Iaſolini librum de equa in pericardio.

Cordi ſanguis paucus) Ob pravam diætam præcedentem & morbi diuturnitatem. Car. Piſo de morbis à ſeroſa illuvie ſ. 2. p. 2. cap. 4. notat in cadavere cujuſdam febre extincti vix ſanguinis libram ſuperſtitem fuiſſe.

Observatio XVI.

Febris Hectica à Glandulis Pyloro accumbentibus tumidis, eumque prementibus. 1. A Glandulis lumbaribus magnis, meſenterij vitio, &c. 2. A vitio ventriculi materia vitioſa referti 3. A corruptione craſſorum inteſtinorum, &c. 4. Aſyderatione & corruptela ventriculi.

§. 1. FEbre Hectica Lutetiæ quidam cum periiſſet, in corpore nihil obſervatum, quam quod Glandulæ illæ duæ, quæ Pyloro à natura appoſitæ (vel potius circulus qui eſt in pyloro) duritiem & ſcirrhum contraxerant, ratione cujus proculdubio alimentis non patebat tranſitus. *Ex Obſervat. G. Bauhini.*

§. 2. Glandulæ Lumbares conſpicuuæ magnitudinis erant in corpore Hectico, quarum cum Lymphaticis commercium manifeſte videbatur: Hectici hujus Meſenterium computruerat, Omento penitus abſumpto, Ingentique aquæ ad viridem vergentis quantitate in abdomine collecta. *Th. Bartholinus Epiſt. 70. cent. 2.*

§. 3. D. N. dolebat circa ſtomachi regionem cum Febre lenta, In ventriculo reperta materia nigra, lutulenta, copioſa. *Lib. 3. tit. de ventriculi dolore.*

§. 4. Petrum N. tenſio dolorifica in abdomine cum Febre valde afflixit: Inventa ſunt inteſtina craſſa livida & ſemicorrupta, In abdomine multi humores fœtidiſſimi. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

§. 5. Cuidam ponderis ſenſus in ventriculo, cum Febre lenta, &c. Gibbus ventriculi liveat, fundus & pylorus ſyderati: Totus erat puttis & lacerus. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

Observatio XVII.

Febre Lenta extincti Omentum corruptum repertum eſt, Ren dexter gangræna affectus, Hepar grande & durum ac tuberculoſum, Inteſtina & meſenterium male affecta, &c.

Cadavet *D. Miron* Regii conſiliarii, febte Lenta mottui, & adeo exſucci ut nec carnem nec pinguedinem habuctit, ſed loco muſculotum fibræ rubentes remanſerint, & oſſa ute ſicca & arida ſuetint veſtita, Patiſiis 18. Iunii 1639. apettum fuit, plurimis præſentibus, imprimis Guidone Patino, viſu digna hæc notabat vir doctiſſimus, 1. *Omentum corruptum, gangrænatum & totum fere conſumptum.* 2. Ren dextet gangræna correptus, putridus & nigro colote tinctus, cui impactus calculus in medio, craſſus & longus minimi digiti magnitudine, cujux apex uteteres ingrediebatur, quos ramo bifurcato obſtruxerat: hic ren adeo cotruptus fuit, ut niſi aliunde mors obveniſſet, mottis potuerit ſola eſſe cauſa, ex ſuppreſſione urinæ brevi ſine dubio ſequutura: Altet Ren neque putridus etat, neque ulcerosus, ſed lividus totus ptopter ſympathiam cum dextro, qui præter figutam nihil teni habebat ſimile. 3. Hepar grande ſed dutum multis in locis, plenum putridis tuberculis de foris, & parvis abſceſſibus interius, ex quibus prodiit materia alba & craſſa ſmegmatis instar: ſed magis puttida inſetior pars quæ tenem tangit, ſupetior coſtis adnata, color lividus, Sanguis contentus craſſus, lividus & putridus: 4. Lien non valde vitioſus, ſolo colore livebat, quod fotſan vitium ab hepate illuc amplitudine ſua protenſo contraxit: 5. Inteſtina decolorata, imprimis jejunum nigriuſculum, & nonnihil ſiccum durumque. 6. meſenterium conſumptum nihil ſpectatoribus reliquerat præter glandulas nonnullas virides & pure ſœtido tectas: ſubſtantia ipſa meſentetii videbatur in pus reſoluta, quod tribus ultimis motbi menſibus pet ventris fluxum evacuaverat: diſtincta tamen etant vaſa, venæ & atteriæ, ob copiam ſanguinis ſtagnantis. 7. Pancreas durum, ſcirrhoſum & exile. 8. Ventriculo natutalis erat conſtitutio, & veſica lotio plena. 9. Pulmones duo plane putulenti, pleni tubetculis nigris & cœruleis, quibus apertis efluxit pus album & ſpumoſum cum ſanguine livido & nigricante, ptætet partem inſetiotem ſiniſtri, quæ tota rubebat, dura & ſicca, cum aquæ rubræ claræ pinta unica in cavitate. 10. Cot exile & aridum, quale illorum eſſe ſolet qui ſebte lenta moriuntut. *Th. Bartholinus cent. ij. Obſerv. xix.*

Scholia.

Omentum curruptum, &c.] Id in pleriſque à tabe, aliiſque morbis chronicis interemptis putridum & fere conſumptum invenitur, adnotante *Willis* Pathol. cetebri cap. 9. atque ſparſim toto hoc in opere colligere eſt. Hydropicis plane computruiſſe obſervavit. *Clar. T. Bartholinus Anat. refor. cap.* 8. quod contingit ob membranæ tenuitatem & vaſorum multitudinem, eluviem excrementorum excipientium, quæ inibi puttedinem facile concipiunt.

Observatio XVIII.

Febris Hectica Putridæ iuncta, cujus focus in venis meſaraicis atro ſanguine tumentibus, Liene putrido, ſanguine nigro oblito, Veſicula fellis atra bile referta, &c.

Nob. muliet adoleſcens nupta vito Illuſt. provectæ jam ætatis filium illi peperit: Marito è vivis ſublato, viduæ in mammilla ſiniſtra tumot prodiit durus, &c. mox poſtquam ſanata fuit in graviſſimos dolotes incidit circa oſſium nudam, præcipueque atticulorum tegionem, cum capitis intolerabilibus cruciatibus erumpentes. *Medici ſuſpicati à lue venerea* eos procedere, curationem eo ditigebant, atque ſuffitibus ex cinnabati medebantut: Accerſitus ego, eam ſub ſtrato decumbentem ſuffumigiiſque utentem, ſummeque ob lectum carbonibus accenſis caleſactum, calentem ſudantemque deprehendi, & de doloribus circa oſſa atque calvariam conquerentem, Febreque ſimul laborantem, quæ ſuas habebat cetto tempore exacerbationes, caſque præſertim poſt cibum ſumptum: Cum & Medici & Chirurgi eam lue infectam mihi narrarent, Ego ſingulis exactè perpenſis, oſtendi arthritidem eſſe hunc affectum, neque dolorem illum, circa oſſa ſe offerentem, quæ quartam luis ſpeciem conſtituit, multis rationibus probavi, Quare à ſuffitibus illis, quibus jam diu uſa fuerat, & qui Febrem Hecticam in ea pepererant, abſtinere inſſimus, & pro doloribus

arthriticis

arthriticis remedia convenientia adhibuimus, verum cum præter hunc affectum, cir coxas, humeros caputque eum affligentem, febremque Hecticam eam conſumentem, f bris Puttida ſimul acceſſiſſet, unde cardialgiæ, vomitio poſt cibum ſumptum fere continu ac menſes aliquot ſupervixerit, tamen ſenſim tot morbis labefactata, tandem è viv exceſsit.

Corpus demortuæ à medicis ſectione diviſum, atque undique diligenter inſpectum hc pacto conſtructum deprehenſum fuit: Capitis cranium craſſum atque integrum ſine ſut ris, Ventriculi in cerebro aqua limpida pleni: Mamma ſiniſtra, qua dum viueret ſcirrh laboraret, circa radicem ſcirrhoſa, ut & circa papillæ radicem ſcirrhus erat candidus, glan dulam repræſentans. In coſtis vena lata nigricans latebat: Hepar ſanum nec vitiatum Veſicula fellis exterius nigra, intrinſecus ulcerata, & bile atra, quæ picis inſtar ſplendeba repleta: Lien totus putris ſanguine nigerrimo oblitus: Venæ meſaraicæ tumentes & ſan guine atro turgentes, eoque craſſo & veluti concreto, qui è majoribus venis, coralli inſti nigri, invicem cohærens extrahebatur, venæque ex illis ventriculum implicantes latæ & varicoſæ erant: In rene dextro calculus triangularis, albus, muco obvolutus inuentus fuit in ſiniſtro tantum arenulæ: In reliquo corpore ſanguis, in vena cava paucus, uti & co quod parvum erat, exangue cernebatur: Ex quibus præcipue his vitiis ſatis conjicere potui mus in venis cauſas & putridæ & hecticæ febris, atrophiæ, aliorumque partium naturalium ſymptomatum fuiſſe, quæ mortem illi potius quam arthritis, quippe quæ curari potuiſſet, pe petunt. *Platerus Obſervat. lib. 2. p. 504.*

SCHOLIA.

M*Edici ſuſpicati à lue venerea, &c.*) In judicio ferendo num quis Lue venerea ſit infectus, ad Momi lucernam obſervare operæ pretium eſt, maximeque ad Medici & authoritatem & judicium examen hoc & cenſura pertinet, ut ne quid præcipitanter pronuntiet, nil ſtatuat de quo jam exploratum diligenterque quæſitum non ſit. maxime vero id difficile eſt, quoniam hinc & illinc multum adeſt difficultatis: illinc quidem, quoniam parvi non refert in æſtimandis rebus iſtis præjudicata uti ſententia: unde ſi in ejus ſuſpicionem alterum conjugum vocaveris, veritatis odio aut tibi confles inimicitias: aut ſi non rectè penſitatis rebus quicquam abſolute pronunties, quetelis, criminationibus ac jurgiis domu impleas: Aut ſi ſecurus nimiū morbū minuas, opinioneque minorem dicas, dum blandiri morbo volumus, ægrorumque levando opinionem tacitæ exiſti mationi ſpecioſum aliquid prætexere, periculum vita creemus, aut vitam infelicem reddamus, tanden coacti uſurpare illud, quod jam judicio & veritatl ſtudio anticipandum & antevertendum erat: *Ballonius Hiſtor. 2. lib. 2. Conſil.* adde his diſcrimen in quod conjicis ægrum ex falſo præjudicio, cum errorem in diagnoſi error in therapeuſi quoque ſequatur in quod infortunium adducta hæc matrona.

De doloribus conquerentem, &c.) In Hecticis ſi coxa doleat & intumeſcat, mortem inſtare obſervatum eſt, quod etiam fit ſi vermes excernere incipiant. *Velſchius in miſcelomim.*

OBSERVATIO XIX.

Febris Hectica ab inſigni meſenterij abſceſſu genita 1. *A Meſenterio nigris varicibus obſito Pancreate obſtructo,* 2. *Ab inflammatione Epiploi meſenterio communicata.* 3. *A meſenteri ſteatomatis referto.* 5. *A meſenterio calculoſo.* 6. *A callo inter venas meſentericas.* 7. *A ſanguine concreto in vaſis meſentericis tumidis.* 8. *A meſenterii glandulis materia argillacea infarctis.* 9. *A vitio Pancreatis tumidi, Iecori annexi.* 10.

IN meſenterio Medici merito ſentinam colluviei humorum collocarunt, ideoque eo rum nutricula vocatur, nam ab eo fonte omnes morbi alvinæ regionis erumpunt, eorum que inde contumacia repetenda eſt: Cum enim cum hepare mediante Porta vena com municet, Cum liene per atterias cœliacus & ſplenicam venam, Cum inteſtinis per propria connexiones, conſtetque ex ſubſtantia adipoſa & glanduloſa, exceptioni humorum ido nea, ſi accedat inidonea victus ratio, mirum non eſſe ſi inde graves & lethales exorianti affectus: Exemplum inſigne præbuit vxor Dom. D. *Crameri* Medici Clariſſimi, Collega Præſtantiſſimi, quæ circa conjugem febre graviſſima afflictum, mæſque curæ commiſſum dum ſollicita occupatur, pede titubans ſubluxationem malleoli paritur, inceſſuque incpt decumbere cogitur, Interim morbus, cujus ſeminaria latebant erumpit: Nata erat anno xxv. puſillæ ſtaturæ, delicatiſſima & molliter educata, vivaciſſimi & ſagaciſſimi ingen phiſicum habitum, anguſto pectore & depreſſo præ ſe ferens: Tota vita à carne & aliment

:mentis probi ſucci aliena,eſui lactis indulgens & caſei caprini recentis, quo ſolo per
tatem vitam ſuſtentabat : Bimeſtri ante obitum, qui xx. die menſis Maii, anno
76.contingit, de *nauſea* conqueritur, accedente alimentorum omnium faſtidio, imo
edicamentorum etiam gratiſſimorum, Interim *intumuit* aqualiculus cum inflamma-
onis notis, *leviſſimamcontactum non ferens*: *Febris ſe ſociam lenis* adjunxit, faciliſque in
nui corpore & exſucco marcoris ſucceſſio : Cauſa adſcripta eſt pertinaci viſcerum &
eſenterii infarctui, naſcentique abſceſſui*: Conjecturam firmavit *vomitus* mareriæ pituito-
: puri remixtæ, ſuppurato in expuratum abeunte : Ab injectis clyſteribus, leniendi
:ntris doloris cauſa, ſimilis & copioſa, ſed fœtidiſſima educebatur colluuies : triduo
ıte obitum deſiit vomitus, nulla toto morbi decurſu adfuit tuſſis neque dyſpnoea,
uanquam vitium pulmonum in ſuſpicionem veniret.

Aperto Defunctæ cadavere 1°. Pulmones occurrunt corruptionis notas præ ſe fe-
:ntes, exterius variegati, maculis nigris conſperſi, intus corrupti, ſterno co-
ærentes, parte dextra liberi, ſiniſtra coſtis & dorſo annexi,2. diſciſſum Pericardium
:ri vncias viginti circiter effudit, qui affectus *Hydrocardia* potuit dici, vel cordis aut Peri-
ardii Hydrops 3. Cor maximum erat, pallidum, exiguum cruorem in auriculis &
nubus continens : 4. Diaphragma ſine labe fuit : 5 Abdominis muſculi in Iecoris vici-
ia', & inferius, corrupti, lividi, gangrænæ proximi. 6. Nulla neque peritonæi omenti
eſtigia. 7. Hepar prodigioſæ erat magnitudinis, naturalem duplo excedens, uni-
:erſum ventriculum cooperiens, flavedine intus & extra ſuffuſum, ubique ſcirrhoſum,
oſtis nothis adnatum : 8.*Cavum abdominis implebat amurea*, ſeu humor fæci vini albi non
b ſimilis, commixto pure multo & pituira viſcida, unde *Hydropis* ſpecies conſtitueba-
ur : Abdomen enim ea fæculentia educta concidit & reſedit : Atque is fuit humor qui
vomitui cauſam dedit, qualem etiamnum alvo excluſit : 9.ventriculus admodum expan-
ius erat, flaccidus, rugis omnino carens : 10. Inteſtina craſſa nigra erant & ſphacelo affe-
cta, 11.Nec non abdominis muſculi, à prægreſſa ſcil. inflammatione, quanquam febris me-
diocris fuerit, à penuria nempe ſanguinis. 12. *Meſenterii nullæ reliquiæ, quod univerſam in*
putrilaginem abierat. 13. Ingens vermis & vivus purulentiæ illi innatabat, qui an ab exeſo
vel perforato aliquo inteſtino prodierit dubium fuit, nam fœtor ſummus ulteriorem
diſquiſitionem prohibuit. 14. Uterus admodum parvus, apparuit, vix fabæ capax, quan-
quam prolem reliquerit, ſcirrhoſus : Renes fere inculpati, etſi color ad cinereum vergeret.
16. Splen integer.

SCHOLIA.

A *Carne, &c. abhorrens, &c.*) Inter notas corruptæ Iecoris ſubſtantiæ ingens carnis faſtidium ponit Author *Enchiridii Med. Practici*, cum virium imbecillitate, febre lenta & totius corporis extenuatione, ac ſummo vini optimi & meraci deſiderio : Cauſas externas, vitium alimentorum corruptorum & putridorum, ex quibus pro laudabili ſanguine generatur putris quædam & maligna ſanies, quæ jecur contaminat ac tandem corrumpit. Vini quoque generoſi longus & liberalior uſus, à quo aliena fuit Ægra : Sed caſei diuturna ingeſtio, qui δ ἀτεραμον edulium : & abſtinentia alimentorum probi ſucci, ſatis fuit ad illius peroiciem & congeſtionem pravæ ſaburræ : De nequitia caſei vide elegantem Excell. *Lotichii* libellum.

Meſenterii infarctui] Obſtructiones in meſenterio, viciniſque partibus glanduloſi, ſæpe ſequitur inflammatio, quam excipit abſceſſus : Cum enim natura varios ſæpenumero in meſenterium deponat humores, ita ut quibuſdam, citra noxam, multorum annorum decurſu, vel ſingulis menſibus ſemel atque iterum aut citius, pituitæ acidæ aut putris, vel bilis utriuſque æruginoſæ, porraceæ aut vitreæ, inſignis vomitu, aut per ſeceſſum reiiciatur copia, Nihil equidem obſtare poteſt quin diutius coërciti, vel in glandulis ac venis iſtis perplexis altius impacti, in, imbibitique, calore accedente extraneo, putredinem concipiant, & inflammationi febribuſque variis, nec non abſceſſibus materiam ſuppeditent : Quin & eo malignitatis corruptioniſque partes iſtæ viſe ſunt deveniſſe, ut & gangrænam, malum omnium corruptelarum peſſimum, conceperint. Cauſæ obſtructionis hæ ſunt, Venarum meſenterii nimia adſtrictio, de qua Galenus lib. de diff. & cauſis morborum cap. 7. (quam ſuſpicari in corpore ſtrigoſo & macilento licuit) Suppreſſa menſium aut hæmorrhoidum evacuatio : Sanguinis abundantia, aut ejuſdem ob morbum præcedentem, exuſtio nimia : Iecoris & vicinarum partium robur, copiam humorum inſtar moleſti oneris, in hanc ſentinam excutientium. Humor craſſus, lentus, plurimus, crudus, vel à cerebro in ventriculum copioſe procumbens, atque in tenues venas cum alimento penetrans, eaſque obturans, vel cum ſpiritu flatulento intra tubulos meſaræi contentus : Bilis flava diutius p. n. coercita craſſeſcenſque, Humor atrabilarius ab imbecilli Liene non attractus, Callus inter meſaraicas (quod obſervavit Benivenius) excreſcens & anadoſin chyli prohibens, Vel Tophi in eodem & pancreate reſidentes : Febres diuturnæ, epidemiæ præ cæteris, & quartanæ magnam vitioſorum humorum ſaburram ſecum trahentes : Frigus intenſum quo humores concentrati in corpore figuntur, diutius perpeſſum : Alimenta quinetiam viſcida craſſa,

craſſa, motu vehementiori, aut balneis intempeſtive uſurpatis, in venas rapta: Saccharata vel melle delibuta atque condita, copioſius à picrocholis ingeſta, aut qualitate minus laudabili prædita, *Caſeus* vetuſtus, exſuccus aut putredine ſqualens, &c. His addere licet variorum ciborum ingluviem, totius corporis impuritatem prava viſcerum conſtitutione proficiſcentem & poſt crapulam: Laboris & exercitiorum rationem neglectam: Potum vini craſſi, dulcis, auſteri, cereviſiæ non defecatæ: frigidæ uſum liberaliorem, maxime poſt balneum ac tempore intenſius æſtuante: medicamentorum frigidorum & narcoticorum uſum frequentem: Violentum ab aſſumpto cibo motum: Somnum diuturnum, Alvi ſuppreſſiones validas: & inter coenandum Affectus animi concitatiores.

Inflammatio cauſas eaſdem quas obſtructio agnoſcit. Quibus addere licet & ſanguinem è vena quapiam, ſenſim quidem, ſed per æſtus vehementes que corporis & animi contentiones excidentem, qui caloris regimine deſtitutus certoque loco coercitus & concreſcens, cum amplius libere eventari nequeat, putredine concepta exardeſcit. *Matt. Martini de morbis meſenterii.*

Leviſſimum contactum non ferens) Ab inflammatis muſculis abdominis, couſque propagata, quæ meſenterium obſidebat, phlegmone inſigni tamen haud caret admiratione ſenſum Meſenterii adeo obtuſum atque hebetem eſſe, cum ex ipſius conformatione certum ſit plurimis illud cunſtare atque reſperſum eſſe nervis: Ex Fallopii namque in obſervat. Anatom. teſtimonio elucet, quamvis meſenterii pars ſuperior, circa primam lumborum vertebram occaſione membranæ, ejuſdem cum peritonæo ſubſtantia, cum primis vero arteriarum geminarum, quæ ab Aorta ſupra regionem emulgentium progerminant exoriatur: Ejuſdem tamen arterias nervorum quorundam complexu, & illo quidem robuſtiſſimo, illico circumdari, ita ut originem progreſſumque illarum inſigniter occultet, infinitiſque propaginibus, aduſque viſcera pene omnia eorundem ductum concomitetur: Pari ratione in exortu inferioris principii, ſub finem tertiæ lumborum vertebræ, nervorum abunde eſt: eo quod arteria iſta unica, ceu dictæ originis fundamentum, ſimul ac ab aorta procedit novo alio nervoſo complexu manifeſte comprehendatur, illique variis anfractibus donec in recto inteſtino, ad ſedem uſque & in parte coli obliteratur, aſſocietur. *Idem ibidem.*

Febris lenis] Inflammationis in meſenterio γνωρίσματα ſunt febris languida, occulta & lenta, abſque tamen ſiti & gravioribus ſymptomatibus, functiones ægri quotidianas haud quaquam interpellans, anorexia, tenſionis ac gravitatis ſenſus ſubter ventriculum, citra vehementem, & quæ nonniſi preſſu animadvertitur, duritiem: Egeſtiones chyloſæ, haud quaquam tamen ob digeſtionis vitium in ventriculo concitatæ, quas ut plurimum ichor tenuis inſequitur, nullo doloris ſenſu, modo ſeorſim ac ſincerus, modo fæcibus permixtus defluens: abſunt inflammationis hepatis ſigna, atque prout inflammatio inteſtinis vel tenuibus aut craſſis, ſupernis vel inferis, aut umbilico vicinior eſt, moleſta: Impenſius tamen ac fortius hæc accidentia ſuam exercere ferociam ſolent, partibus inflammatione obſeſſis, ſecus vicinum in conſortium trahentibus,

quo quidem in caſu febris ardens magna ex [...]
procedit: malo deinde ad ſuppurationem verge[...]
lenta atque tædioſa nimis inſequitur. *I*[...]
ibidem.

Naſcentique Abſceſſui] Evenit quandoque ut [...]
ſenterii inflammatio in Abſceſſum vergat, [...]
ex humoribus acervatim à natura ibi depo[...]
coercitiſque, vel tumores aut tophi conte[...]
exurgant.

Meſenterii nullæ reliquiæ, &c.) Licet au[...]
Meſenterii viſcus integrum inflammatione ſimul [...]
ſideri & ſuppuratione reſolui poſſit, citra ſubi[...]
deſtructionem, rationi minus ſit conſonum (n[...]
namque eo vehementiæ promoto ſubeſt metus [...]
vel eruptione puris, aut vitioſis ejuſdem exha[...]
tionibus, præter antea labefactatam chyli elab[...]
rationem, jecoris ſubſtantia corrumpatur vel e[...]
datur, quæ reparari ullis ingeniis cum neque[...]
vitiari hæmatoſin ac nutritionem totius, una c[...]
viſcerum omnium facultatibus everti, unive[...]
habitum plane reſiccari & maraſmo conſumi, [...]
tandem ex corrupto ſanguine, ac facultate hepa[...]
reſoluta, ſubſtantiam viſceris putridam, ſanioſa[...]
cruentam vel nigram deiici opus eſt) Quia tam[...]
non raro monſtra quædam in morbis & curatio[...]
bus, juxta Averroem, obſervare licet, idcirc[...]
admirationem hic ſuſpendere non alienum abs [...]
fuerit. *Idem.*

Meſenterii quod univerſum] Summa autem cu[...]
ratione *Hippocrates* in Coacis prædictionib[...]
triplicem notavit ventris regionem, exindeq[...]
totidem tumorum ac apoſtematum diſcrimina ta[...]
ctus miniſterio elicit, Conjecturæ enim teſte *Merca*[...]
l. de morbis int. 4. cap. 2. haud fallaces de ſalute [...]
& interitu, & num ad ſuppurationem perventura ſ[...]
affectio iſta inflammatoria, vel in abſceſſum migra[...]
tura, capi poſſunt: Primam regionem utroque hy[...]
pochondrio, ſupra umbilicum in latera deducto d[...]
finivit: Alteram inferiori ſubter umbilicum ſede[...]
hypogaſtrii nomine complexus eſt, Tertiam deni[...]
que in medio circa umbilicum ventre notavit: Singulis autem in locis tumorum omnium oboriri poſſe genera docet, qui tactus miniſterio ubi diſpeſcuntur, triplici continentur ſerie, ceu *Durus dolens*, & *mollis indolens*: Ex dictis locorum aut tumorum differentiis ſuppurationem concipere poſſunt, Durus indolens, & mollis indolens, & hoc ipſum ve[...]
citius modo tardius, frequentius aut rarius, qui hypochondriis aut umbilico viciniores ſunt, idque ob caloris interni remiſſionem vel intenſionem, eo quod tumores univerſi, quo longius ad inferas recedunt partes, tanto ſerius mitiuſque ſuppurantur: Quo fit ut qui ſub umbilico exoriuntur ſuppurationi raro ſint obnoxii: Ideoque non injuria *Hippocrates* 6. Epid. p. 2. Umbilicum harum ſuppurationum terminum conſtituit: Tumorum iſtorum varias obſervare licuit differentias, &c. *Idem.*

Suppurato in expuratum abeunte] Hinc ulceris meſenterii ortus: Frequenter ulcera ſordida, multorum malorum fomites, aut collectio materiæ purulentæ ac fœtidæ intra binas meſenterii tunicas, majorem ventris inferioris partem occupantes, heparque ſua putredine inficientes, viſuntur: Quæ tamen ſignorum adminiculo à Renum ſuppuratione diligenter internoſcenda ſunt, eo quod Renum ſubſtantia putredine conſumpta, eximiam puris copiam inter peritonæi membranas ſubinde fluctuare illaque

: toram ventris lumborumque regionem diſtendi,
andoque etiam cum dejectione, tum vomitu ſin-
am reddi uſus docuit, referente *Fernelio* lib. 6.
thol, cap. 12. Abſceſſuum autem nonnulli, vel indu-
tur: materia in iiſdem ſiccеſcente, vel ſuppuran-
: In excludenda autem inde nata congerie mi-
ıda Naturæ molimina advertere licet: Quando-
e enim morbus hic ſponte exolvitur, erumpente
alvum hac ſaburra, recludente ſibi natura cœca
delitеſceotia ſpiracula, & abſconditas ad hanc ex-
etionem vias: Non raro etiam rumoris rudimenta,
nel diſcuſſa, poſthac quaſi facto circuitu reuertun-
r, *Fernelio* in conſ. 68. authore: *Idem.*

Cavum abdominis implebat amurca &c.] Simul
: vero alicujus abſceſſus eruprio contingerit, tunc
ro oatura inflammationis, & bumoris heterogenei,
:c oon loci affecti conditione, & viſcerum vicino-
ım, quæ putridis vaporibus aur fatigantur, aur pla-
e inficiuntur, diverſitate ac nobilitare varia obo-
untur ſymptomara, ac mirifici Naturæ in eiiciendo
ouatus adveruntur: Hinc modo pus ſincerum &
lbicans magna copia, nulloque doloris ſenſu, per
enam proximam in recti aut coli inteſtini cavita-
em defluens, profunditur: modo inflammatione
d inteſtina poſtrema vergente, fæcibus alvi permix-
ım redditur: (*modo eadem ſuperiora afficiente, per
omitum: Aut ſi eadem late diffuſa ſit per vomitum
& alvum ſimul, ut in caſu præcedenti, excernitur*)
Aut, quod à nobis ſemel atque iterum eſt viſum,
factis cuniculis magna vi per umbilicum ſanies co-
piosa erumpit: aut per renes Naturæ ductu exclu-
ditur: Quin & *Dodonæo* innotuit, inflammatione ſe-
mel in abſceſſum deſineote, nulliſque ſordibus alvi
polluta, ſingulis diebus bis terve per inferiora vltra
quadriennium, modico ſalutis diſpendio ejeciſſe:
*Annuam deiectionem materiæ purulentæ, cruentæ,
fæcibus permixta, copioſiſſima, e menſenterio prodeun-
tis vidimus anno* 1658 *Neocomi Helvetiorum, pro
Dyſenteria à Theologo medicaſtro habitam, in viro
Nobili quinquagenario, nomine Petit-Pierre, cui* pro-
tenſo ſeſquipede extabat aqualiculus, *A nobis fre-
quenti uſu Rhei & decocti traumatici, concurrentibus
aliis præſidiis, ſanatam, quanquam ad marcorem de-
ductus fuiſſet: biennio tamen exacto, ob intempera-
tam & intemperantem ſed vita legem, recurren-
tem lethalem:* Majori tamen ex parte materia,
tribus ſupra umbilicum digitis, loco fundo ven-
triculi vicino, & juxta hepatis regiooem colle-
cta purreſcenſque; varias & diſſenſionum & dolo-
rum ſpecies excitat: quæ poſt diverſos & chro-
nicos ſibi invicem ſuccedentes morbos, inter
peritonæum & abdominis muſculos copioſe pro-
fuſa, vel in cavitatem ventris, rupto peritonæo,
defluit, aur per abſceſſum exterius erumpit:
Idem.

*Febris, marcoris ſucceſſio, vomitus, ventris do-
lores, &c.*] Abceſſus iſti multorum graviſſi-
morum ſymptomatum, & ipſius denique
mortis cauſa fuere: Obſervatum namque ex
hoc fonte febres erraticas, haud tamen uni-
formes, cum vomitu & nauſea, nec non hypo-
chondrii utriuſque tumore, *Holerius in obſervat.*
ad conſilia curandi fol. 678. Alvi cruentas deje-
ctiones, ita ut ſanguinem copioſum, nigerri-
mum, ſæpius tamen corruptum, fœtidiſſimum,
multarum librarum pondere excreverint, vel
materiam multam nigram fœtentemque, encau-
ſto ſutorio non ab ſimilem (*qualem, dum hæc ſcri-
bo, anno 1677. menſe Octobri, copioſe excretam
vidi à Piſtore quodam Genevenſi cui nomen* Ro-
viere, *qui primo conqueſtus de præcordiorum
anxietate & æſtus cum intenſo capitis dolore, ſiti
& urinis tenuibus, obſtructionum partium imi
ventris indicibus, Paulo poſt ab uſu remediorum de-
obſtruentium (Carnm incurrit & Pulmonum in-
farctum, cum febre continua, ut Lethargo à Pul-
monibus inducto*, de quo lib. 1. ſect. 3. Obſervat.
39.) *affectus ſimillimus videretur, à quo expecto-
rantium & cephalicorum uſu reſurrexit. Tandem
ſoluta alvo, eiuſmodi materiam, primigenii morbi re-
liquias, pici nigræ fuſa ſimillimam & glutinoſiſſi-
mam deiicit per plures dies: Euaſit tamen nativi
caloris & ætatis beneficio, quamvis triplex corporis
œconomia inſigni vitio laboraret, ut ejus ſalvi miracu-
lo proxima cunctis viſa ſit*) excluſerint: leipopſychias,
vigilias perpetuas, ob terros malignoſque vapores,
cor ac cerebrum indidem ferientes, ſudores faciei
frigidos: Virium debilitatem inſignem, cum ſiti
clamoſa, linguæ ariditate, triſti ventriculi ſenſatione
& alvi torminibus fortiſſimis promanaſſe: Vide
Marcellum Donatum Hiſt. mir. l. 4. c. 7. *Benivenium*
de abditis cap. 33 *Idem.*

Abdominis muſculi corrupti, lividi, &c.)
Per cooſenſum affecti à vitio meſenterii, ut &
Iecur. Ex jam relatis autem operis erit exigui
cognoſcere qua via Inflammationes, Tumores &
Abſceſſus iſtos à vicinarum partium affectibus
dignoſcere liceat: *Muſculorum* enim in abdomine
inflammatio, ac dolores ſecundum eorum ductum,
figuram ac ſitum protenduntur, plerumque ta-
men ſunt oblongi ac per totum ventrem extendi vi-
dentur, cutis externa condenſatur, dolor vehemen-
tiſſime urget, adeſt denique vomitus, nauſea ac ſitis
intenſa. Iecoris autem inflammatio comites habet
febrem acutam, ſingultum, deliria, hypochondrii
dextri gravitatem, dolorem acutum, hypochon-
drium totum retrahentem, ſeſe ad jugulum exten-
dentem, tuſſim ſiccam; ingens cibi faſtidium, lin-
guæ colorem primo rubentem, mox nigricantem,
ſitim inexhauſtam, bilis ſinceræ, vitellinæ aut ærugi-
noſæ vomitum, alvi adſtrictionem, tumorem in mo-
dum viſceris rotundum, ac decubitum in latere affe-
cto moleſtum, Prædictos æmulantur & *Diaphrag-
matis* tumores, de quibus conſule *P. Salium Diver-
ſum* lib. de affect. parte. cap. 8. At *Meſenterii* in-
flammatio dolorem effatu dignum non concitat, ac
niſi vehementius comprimatur, ſolo gravitatis ſen-
ſu moleſta eſt, febris denique lenta, ac ſymptoma-
tum omnium graviorum exors, affligit: Rupto dein
abſceſſu, pus vel ſincerum, aut fæcibus permixtum,
citra dolorem tamen enormem, excluditur: Id quod
in inteſtinorum, ventriculi, jecoris aut lienis inflam-
matione (in quibus univerſis dolor vehementius
affligit, ſymptomata graviſſime vrgent, neque tam
ſincera ſanies deorſum, ob longiorem viæ tractum
prodire conſuevit) fieri haud quaquam poſſe vero
non eſt abſimile: Tactus præterea judicio facile
licet internoſcere utrum metaræum ex toto, vel ex
parte, intumuerit: Sanies denique meſenterii
diſcernitur ab illa quæ ab hepate defluit, eo quod
hanc ad rubedinem vergere, ſanguinemque corru-
ptum indidem admixtum habere conſtat. Illam au-
tem ad albedinem, vel citrinum inclinare colorem
ſenſus arguat.

Febris

Febris lenis, marcoris ſucceſſio, &c.] De ſuppurationum internarum notis egregie *Valleſius* comm. in lib. 5. Epid. p. m. 461. Suppurationes, *ait*, quum à cute non abiunt plurimum, facile deprehenduntur vel ipſo Chirurgi tactu: Quum vero in alto latitant majori arte opus eſt ad cognoſcendum: Ea quę in thorace, aut magno alio ventre fiunt ſuppurationes, aut parte cordi vicina, neceſſario Febres antecedunt, eæque quum pus conficitur creſcunt, fiuntque horridæ, Et quum rumpuntur novos rigores cient, & jam inde faciunt pro dolore pondus, atque adeo fluctuationes in converſionibus, durántque deinde febriculæ remiſſiores, ſed ex quibus, niſi cito liberentur, tabeſcunt homines: Verum accedunt Suppurationes quibuſdam in locis in quibus non potes hæc expectare: nam in brachio, aut parte alia longe ſita à corde, poteſt adeſſe pus in alto latens, juxta ipſum os citra febrem: non quidem erit multum, neque ex inflammatione magna, ſed exiguum & ex corroſione particularem juxta os, aut etiam oſſis tunicam factum: Sed & quibuſdam in partibus, inter inguina & alas, fieri poteſt ut pus lateat, cum neque febris maxima anteceſſerit, neque ſenſus ponderis, neque fluctuatio ſubſequuta ſit: Febris quidem magna, quod longe etiam ſit pars à corde, & non ex magna aliqua inflammatione, in ſuppurationem affatim abeunte proceſſerit malum, ſed ex fluxion aliqua paulatim putreſcente & corrodente: Fluctuatio, aut pondus, quod non habeat pars ventrem au vomicam inſignem, ſed inter muſculos & perioſtium aut hoc & oſſa interfluat, velut imbibitum partibus pus: Quæ ergo ſigna in talibus expectand ſunt? certe febricula non poteſt abeſſe ubicunqu pus notatu dignum collectum ſit inter inguina & alas, non ſub cute, ſed in interioribus moram faciens nam ubicunque ita ſit, aut tenet arterias aliquas magnas, aut illis proximum eſt pus; per eas autem neceſſe eſt fuligines putridas in cor tranſmitti: Que ſivut quibus incautis interna aliqua ſuppuratio eſt lente, ignarique quid patiantur, tabeſcant cum quibuſdam febriculis, quas neque an febres vocent ſatis ſciunt vulgares Medici. Et hoc quidem commune eſt omnibus internis ſuppurationibus; magis vero iis accidit quę ſunt in ventribus, in quibus quidem dolor tunc ceſſat quum pus erupit, & pro eo fit ſolum pondus. In iis vero quæ juxta oſſa, aut inter ipſa carnéſque proximas factæ ſunt, febris non adeo apparet, ſed quanto puris generatio magis procedit tanto magis dolores ipſi ingraveſcunt, quia tanto magis procedit perioſtri, & partium aliarum ſentientium corruptio & exeſio.

§.2. Celiſſ. Princeps (*Lib.1.tit.de melancholia*) Scorbuticus, octo diebus ante mortem correptus fuit febricula Lenta. Aperto abdomine primo ſeſe obtulit omentum fœtidiſſimum atque putridum: Deinde meſenterium nigris varicibus undique circumſeptum, cum Pancreate indutatis multis magníſque glandulis impervio: Pulmonum tam ſecundum ſubſtantiam quam vaſa inſignis erat corruptela, &c.

§.3. Vir ann.32. occubuit epilepſia terminata in apoplexiam; anno ante febre Lenta, dein intermittente, laboraverat: Epiploon putre repertum eſt, à quo meſenterium infectum, inflammatione tentatum. (*Vide lib.1.tit.de Epilepſia.*)

§.4. Virgini menſes ſuppreſſi cum febre Hectica. In meſenterio erant ſteatomata varia In ſiniſtro latere velut ſaccus plenus materia turbida. *Vide tit.de menſium ſuppreſſione lib.3.*

§.5. Catharina N. hectica obiit: Viſcera omnia flaccida, Vomica erat in pulmone: Meſenterii glandulæ ſolito majores, Hepar tabidum, &c. *Vide lib.3.tit.de Diarrhoea.*

§.6. Duo fratres contabuere: In ſectione reperti ſunt lapilli parvi in venis meſaraicis: tertius ſimili morbo mortuus eſt, ſed initio Febre laborabat. *Roeſlerus in miſcell.cur.ann.*1670.

§.7. Filius N. viii. anno incidit in corruptum appetitum, hinc in Febriculam. Repertus eſt callus inter venas meſaraicas. *Lib.3.tit.de Diarrhoea.*

§.8. *Platerus* lib. 2. Obſervat. pag. 505. ex relatione *Chifletii* habuit, venas meſaraicas in Hectico ſanguine craſſo & concreto tumuiſſe, qui è majoribus venis coralli inſtar nigri cohærens extrahebatur.

§.9. Non raro in iis quos Febris Lenta conficit Meſenterium glandulis, materia quaſi argillacea repletum reperitur. *Willis Tract.de Febribus cap.*11.

§.10. Anno 1595. puellam annorum XII. aperui, Incantata quæ credebatur, adeo miris ſymptomatibus per octennium correpta fuerat: Huic cor intra pericardium aquæ virulentæ innatabat, cui color viridis ac ſi marinam vidiſſes aquam: Cauſa mortis Pancreas erat, quod mirum in modum intumuerat, Jecoris cavæ parti arctiſſime adnatum, ita ſcirrhoſum ut lapidem tangere te exiſtimares. Diſſectum candido plane intus conſpiciebatur colore, haud aliter ac ſi albam piruitam, admodum induratam tractaſſes. Extenuata omnino erat, extincta Febre Hectica. *P. Pawius Obſervat.*14.

Observatio XX.

Febris Hectica, Lenta à corruptione Hepatis. 1. *Ab ejus putrilagine.* 2. *Ab ejus ingenti Abſceſſu.* 3. *Ab ejus parenchymate in pus converſo.* 4. *A graveolente pure ſub ejus lobo minimo.* 5. *Ab ejus duritie & vitio cyſtis felleæ.* 6. *Ab eo putri & Renum vitio.* 7. *A* Liene *poſt caſum indurato.*

§.1. FAmula quædam cum longo tempore non ſine febre decubuiſſet, per me tandem utcunque reſtituta fuit ſanitati, ita ut aliquot menſibus foras prodiret, Verum poſtea

facta recidiva, rurſus aliquot menſibus decubuit, neque tunc ulla medicamenta adhibuit, niſi cum jam macie exhauſta jaceret, cum *Febre Lenta*, Sitique continua & fluxu colliquante: Atque cum tunc ad illam accitus eſſem, tumor circa ſtomachum apparuit rotundus, ita ut tunc apoſtema eſſe videretur, atque inſtante jam quaſi morte, & remediis aptis adhibitis nihil juvantibus, & cum ex tactu pus ſentiretur, conſtabat intus latere abſceſſum jam maturum, Chirurgus accitus inciſionem in moribunda tentare non fuit auſus, nam die uno vel altero ſequente obiit.

Facta poſt mortem inciſione, inventus eſt lobus hepatis ſupra ſtomachum aſcendiſſe, totius hepatis membrana illæſa quæ hepar continebat; ſed ea inciſa tota hepatis ſubſtantia corrupta & purulenta, vomicæ inſtar undique effluxit in capacitatem ventris cum putore intolerabili. *Foreſtus lib. 19. Obſervat. 20.*

SCHOLIA.

CUm hic lobus hepatis ſupra ſtomachum aſcendiſſet, & tumorem exterius rotundum effeciſſet, aliquis judicaſſet ex rotuoditate affectum in ventriculo extitiſſe, nullo apparente tumore in hypochondrio dextro: attamen hepate toto ſuppurato, ob magnitudinem abſceſſus lobus ventriculum comprehēdens conſcenderat: Ideo hæc conſideranda, ne in conſimili caſu quis fallatur, etſi inflammatio hepatis & ventriculi eodem fere modo curentur, propria tamen remedia, ſibique familiaria eorum quodque requirit. Notas quibus ab invicem diſtinguantur vide apud practicos. *Idem.* Sunt qui pro nota inflammationis, & potiſſimum gibbæ, addunt quod dolor eſt in dextra parte, ſed illam notam falſam experientia agnovi: nam ſi hepar inflammetur in utraque parte, gravitas circa mendoſas coſtas percipitur, ſed in clavicula ſiniſtra potius quàm in contraria, quod diſſectio docet, Hepatis enim extremitas ad ſiniſtram venit, quare ſi inflammatio fiat in extremitate hepatis, dolor in ea parte ſentitur. *Rondeletius Practic. lib. 2. cap. 32.*

§. 2. Ego Ictericum cum *lenta febre*, atrophia &c. conſpiciens, & regionem jecoris tractans, ibi cauſam mali latere dixi: Hepatis ſubſtantia fere tota abſumpta erat, &c. *Vide lib. 3. tit. de Hipochond. dolore.*

§. 3. Conquerebatur quidam de *Febricula nullis remediis cedente*; dolor tandem ſucceſſit in hypochondrio dextro, tumórque Jecoris cum dyſpnoea: paulo poſt morti ceſſit. In aperto cadavere ingens abſceſſus in Jecore inventus eſt. *Vide lib. 3. tit. de Hypochondriorum dolore.*

SCHOLIA.

F*Ebricula nullis remediis cedente*] Plurimi lentis febribus ſymptomaticis laborant, quas vulgus febres non putat eſſe; eo quod nullus rigor comes ſit, frigus aut horror, vel anguſtia, unde ſine judicio cibus ægris porrigitur, nec ullius acceſſionis & ἐπισημασίας latentis ratio habetur: Nam cum lateat putredo, & humor concluſus ſit, non ſparſus per partes ſenſiles (à quo rigoris ſenſus) latens eſt & obſcura ἐπισημασία, maxime vero id contingit ſi febri lentę periodica annexa ſit, quod ſæpe maximo ægrotum damno contingit.

§. 4. Vidi cui Hepatis parenchyma, illæſa ſola ſuperficie, in pus verſum fuerat ſub languida Febre ac frequenti lcipothymia. *Heurnius aph. 41. 6.*

§. 5. Lictor ictus fuit bipenni in infima Jecoris fibra, quam Lenta accedens Febricula confecit. Inveni ſub vulnerata fibra plurimum graveolentis puris. *Tit. de vulneribus.*

§. 6. Fœmina per VII. vel VIII. annos vix unquam ſine medicamentis dejecit: Tabes cum Hectica eam confecit: Hepar repertum durum, & folliculus fellis in ſeſe collapſus ac fere totus conſumptus. *Vide lib. 3. tit. de Alvo adſtricta.*

§. 7. Civis N. in cachexiam incidit cum nauſea, vomitu & Febricula continua. Hepar fere totum erat putre: veſica fellis vacua, Inteſtina croceo colore tincta, Renes ſic colorati. Eorum parenchyma lividum. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

§. 8. Latus ſiniſtrum decidui ex loco ſuperiore afflictum fuit Fabri lignarii, hinc febris Hectica: Cujus cauſa fuit læſus lapſu iſto Lien, qui præter modum induruit. *Vide lib. 3. de Hypochondr. tumore.*

OBSERVATIO XXI.

Febris Lenta ſymptomatica à Renis dextri putredine. 1. A Rene dextro purulento. 2. Ab utroque in pus converſo. 3. A ſiniſtro toto abſumpto cum vomicis. 4. Ab utroque purulento cum carcinomate juxta veſicam. 5. A vermibus in utroque. 6. Ab ureteribus à calculo obſtructis. 7. A Rene putri calculum continente. 8.

§. 1. Vir

§. 1. VIr Nobil. Jacobus Myro, Senator Pariſienſis, cum eſſet raræ texturæ & infirm
valetudinis, circa initium Februarii 1640. incidit in Febrim continuam, quæ
prægrandi abſceſſu rupto in Meſenterio, cum pravis aliquot ſymptomatis; præſertim ve
diarrhœa biliosa & ſeroſa, jugibus vigiliis, hæmorrhoidibus, & univerſi corporis coliqu
tione, verſa eſt in Lentam ſymptomaticam, qualem graphice deſcripſit Scholæ noſtræ l
men *Fernelius* 4. path. cap. 16. Ex hoc affectu poſtquam decubuiſſet Nob. Senator, per qui
que fere menſes, quibus in dies pugnatum eſt *arte medendi*, tandem *exitium ſuperavit ope*
quæ victa jacebat, fatiſque ceſſit morte leniſſima, ſine ulla vi, ullâque torſione, quâque plac
diorem nullam potuiſſet unquam ſperare aut optare Auguſtus ipſe, ſine ullo cruciatu & ro
mento, quam εὐθανασίας nomine indigitare ſolebat. Tranſactis ab exceſſu horis xii. diſſ
ctum fuit cadaver.

Inter cætera obſervatu digniſſima quæ conſulto annotavi & hoc unum fuit, Ren dexte
ex cujus vitio ſupra annos x. ſæviſſimis doloribus nephriticis multoties fuerat divexatus) to
tus putris & in tabum redactus deprehenſus: In cujus media ſubſtantia & cavitate oblon
gum & obliquum calculum comperi, anguloſum, & ut ita dicam, cornicularem. Jam mu
tum temporis erat ex quo haud dubie Ren ille non ſolum putris & ſanioſus, verum etiam
totus gangrænoſi affectus & corruptiſſimus, ſui muneris nihil quicquam edebat, & propri
ſecernendi ſanguinis & ſeri excernendi facultate deſtitutus erat. Qui enim potuiſſet ob
ſtructo meatu à grandiore calculo, & corrupta ad eum putredinis gradum propria ſubſtan
tia, ut ipſius renis nihil aliud quicquam haberet præter figuram & tunicam, quæ pro reni
ſubſtantia merum tabum, idque nigerrimum continebat. Et tamen nulla unquam labora
vir per totum morbum urinæ ſuppreſſione: Quod ſane ſæpius quoque à xv. annis in hac po
puloſiſſima urbe, calculoſorum feraciſſima, obſervavi. Ergo non eſt ſemper verum un
Rene obſtructo alterum ſtarim ceſſare ab officio, cum ægrorum plurimi urinam profundan
alterius Renis beneficio ad ultimum uſque vitæ momentum: *Ex Obſervationibus Excell. Gui*
donis Patini Doct. Med. Pariſienſis & Facult. Decani.

SCHOLIA.

L*Entam ſymptomaticam qualem deſcribit Fernelius, &c.*] *His verbis*, Traditur tertia Hecticæ differentia ex partis cujuſpiam affectione, præſertim ex Jecoris, Lienis, ventriculi, Pulmonum, Thoracis Renum, vel Inteſtinorum inflammatione haud recte curata, maxime verò ſi purulenta evadat; Quum enim febrilis calor diutius in his perſiſtat córque obſideat, ſolutu certe quidem difficilis evadit, ac tum cordi cæteriſque partibus ſummam ſiccitatem ingenerat. Cæterum hæc proprie Hectica cenſeri non
poteſt, ſed ſymptomatica febris, eáque plerúmqu
Lenta, id enim genus ex putredine natum eſt, quar
etiamnum diu redolet, ejus quippe indicia in pulſu
in urinis, in ſiti, in aliiſque ſymptomatis permanent
Quin & crebræ in his excandeſcentiæ etiam ſine ci
bo fiunt, & inæqualitates & crebri horrores, quur
præſertim purulenta eſt collectio: Itaque omni
quæ Hectica appellatur, ex putrida febre profecta, putredinis etiamnum particeps eſt.

§. 2. Nicolæa N. poſt Febrem Lentam Orthopnoica obiit: Repertus eſt ren dexter pu
rulentus. *Lib. 2. de Dyſpnœa.*

§. 3. Puella purulentas urinas reddebat cum Febre Lenta: Renes inventi ſunt omnino
in pus converſi. *Lib. 3. tit. de urinis p. n.*

§. 4. D. N. cum ante de Renibus non conquereretur, Febricula obtigit, iſchuria, &c
Ren ſiniſter totus abſumptus, vomicis plenus repertus. *Lib. 3. tit. de ventris Tumore.*

§. 5. Mercator *(de quo tit. de Vrina per alienum locum excreta)* Cum lumbotum dolore, urina
ardore Febrem lentam habuit. Dexter latus renis erat expers. Siniſter pure ac ſteatoma
re infectus. Sordidum carcinoma ambiebat meatum qui à veſica in rectum inteſtinum ill
deſcendebat.

§. 6. Juvenis dolore renum oppreſſus Febre jugi extenuatus eſt. In utroque Renum ca
vo vermes craſſi, albi, vivi inventi. *Lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 7. Magdalena N. poſt omnimodum lotii impedimentum Febre Lenta prehenſa eſt
Calculus acuta apice obturabat Ureteris principium, ut omnem tranſituræ urinæ interclu
deret aditum: Oppoſiti renis ureter ſimiliter obſtruebatur. *Lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 8. Nob. N. incidit in Febram continuam, quæ in Lentam ſymptomaticam abiit; Ren
dexter, ex cujus vitio ſupra x. decem annos laboraverat, totus putris, calculum in ſe conti
nens. *Lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

OBSERVATIO XXII.

Lenta febricula ab ulceribus veſicæ inducta. 1. A Calculo in veſica citra ſigna. 2.

§. 1. DOctor. *Franc. de Figueroa*, Medicus Hiſpalenſis ad ann. lxx. urinam cœpit emitte
re velut fuligine tinctam, parum & ſæpe, cum teneſmo, hinc arenæ ſabuloſa

 excretione

:xcretione: poſt Lenta febricula ſuboritur, quæ increſcit cum ſiti, linguæ ſcabitie: Tabe :andem brevi conſumptus periit: Veſicæ locus inſpectus docta diſſecatione, Et in illius ılveo inventi ſunt duo lapides inæquales, & horridi, ſubſtantia & colore ſubrubri, ſangui- ıe defœdati: Veſicæ corpus erat, & facies interna aphthis nigris & lividis corrupta, ut & ɔermultis albis in circulo corroſa. *Vide lib.3.tit.de Dyſuria.*

SCHOLIA.

Illud eſt animadverſione dignum quod febris illa quæ ab ejuſmodi ulceribus fovetur, aut incipit, ıut deſinit in hecticam, licet à puttida incipiat, ut ebris quæ fovetur ab ulcere pulmonis, quo fit ut omnes fere tabidi moriuntur: quod cum in hoc ægroto etiam ignoreſceret, poſt alia auxilia imperavimus ut de lacte aſinæ juveoculæ parum ſumeret, à tribus unciis incipiendo, ut paulatim aſcenderet ad octo: Et licet his auxiliis profuturum ſpes eſſet (erat enim adæquatum auxilium lapidis è veſica extractio) libenter conſuluimus auxilium, hoc enim maxime urinæ acrimonia temperatur & abſtergitur ulcus: quoniam eſt lac aſinæ, ſi quod aliud, tenum & veſicæ ulceratæ, ſeu ab acri humore laceſſitis potiſſimum & efficax auxilium: iis tamen nihil proficientibus Tabe conſumptus periit: Eadem ſymptomatum gentilitas, idem fere morbi progreſſus à nobis obſervatus in quodam Religioſo; qui etiam cum dolore in fine mictus, & urina primo nigra, poſtea ſanguinolenta, ultimo ſabuloſa, lente cum febre oborta ac ultimo tertiana continua, de genere ardentium, Tabe conſumptus obiit: Eſt enim illud peculiare Tabis genus quod ſequitur putridū aut corroſivum ulcus in veſica. *Caldera Tribunalis Medici pag.225.*

§. 3. Quidam Lenta Febre detentus, foliacea ſedimenta cùm urina emittens. Diſſecta veſica ulcus in ea repertum. *Lib.3.tit.de Vrinis p.n.*

§. 3. Laborabat vir Nobiliſſ. D. *Gul.Poole*, ultra ſexageſimum aliquot annos progreſſus, habitu pleno, *febre quadam lenta*, ut plerumque ſolent ſenes, cum apepſia, virium languore, aliiſque ſymptomatibus, qui tandem jugulatus mortalitatem exuit.

Aperto poſt mortem corpore, inventus in veſica urinaria calculus, duriſſimus, pytiſormis, in medio ſecundum longitudinem pervius: urina ex eo tanquam canali quodam ſine omni impedimento profluente, xiv. unciarum pondere conſtans: In hoc Nob. Viro nulla apparebant calculi ſigna, quæ quidem fuerint obſervata; nullus ponderis ſenſus, nulla unquam calculi in veſica coagulati ſuſpicio: ut miretur quis non ſine cauſa, quomodo fieri potuerit, ut tantæ molis & ponderis lapis ab ægro non diſcerneretur. *Fridericus Loſſius Obſerv.53.lib.3.*

OBSERVATIO XXIII.

Febris Hectica ab uteri corruptione. 1. Ab eius affectu in gangrænam deſinente. 2.

§. 1. HAc noſtra memoria à corruptione uteri obſervatum eſt primates mulieres interiiſſe, febre latente & blande ægras tractante, quod expectationem ſpémque Medicorum non ſine infamiæ nota & ignorationis ſuſpicione decepit. *Ballonius Hiſtor.1. lib.2.conſil.*

SCHOLIA.

Ex morbis quidam ſunt Febres ipſæ, quidam febres comites habent: atque eæ comites febres aliquando nihil habent ἀξιόλογον, ut dicatur æger febrire néçne vix interſit, aliquando ſunt magni momenti: Alias mites ſunt admodum, aut ſaltem tales apparent, cum in receſſu pernitiem moliantur, ut partes hæ quæ partis alicujus principis ϑηριωδεῖς ſequuntur, ægri enim ſine ſenſu, & nil tale cogitantibus Medicis moriuntur: Et hoc *Hippocr.* 1.de m. m. obſervat, qui dum loquitur de febre quæ vitium in utero, & pernitiem jam perfectam conſequitur, ait πῦρ eſſe βληχρὸν, i. e. febrem eſſe mitem & manſuetam, ut videtur. *Idem.*

§. 2. Mulier poſt partum fluore muliebri tentatur; accedit febris hoties veſpertinis ingraveſcens; quæ in hecticam abiit, ſubſequente uteri gangræna. *Vide tit. de Fluore muliebri lib.3.*

OBSERVATIO XXIV.

Febricula aſſidua in quodam cui corroſæ duæ lumborum vertebræ repertæ ſunt. 1. A Glandulis in toto corpore diſperſis.

§. 1. QUidam in Lumborum dolores incidit, comite Febricula & urinis admodum flammeis. Illæſis renibus duæ Lumborum vertebræ corroſæ ſunt repertæ, una cum aortæ & venæ cavæ ruptura. *Vide lib.3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 2. Virgo ſcrofulis multiplicibus vexata ex Febre hectica moritur. Reperimus mille ultra glandulas, majores, minores, à faucibus ad os pubis. *Vide tit.de Tumoribus.*

OBSERV.

Observatio XXV.

Intermittentium Febrium cauſa deducta ab obſtructione partiali ductuum Pancreatis lateralium.

§.1. ALiquoties publice quibuſvis præſentibus, in Noſocomio Academico ægrotum præter alios graves affectus, Intermittentibus quoque Febribus, & quidem non raro multi fariis diutine laborâtium, & tandem mortuorum cadavera diſſecantes, per ſytingam huic rei aptam, infudimus ſalem volatilem liquidum, & tinctura cœrulea refectum in ductum Pancteaticum ubi in tenue hiat inteſtinum, qui ſal quoniam nunc in plures, nunc in pauciores glandulas non penetrabat, dum in cæteras tum viciniores tum remotiores, & quidem non coloratas, tam ulteriores quam citeriores admitteretur, ipſaſque colore ſuo inficeret, obſtaculum aliquod hinc inde latitaſſe, propter quod ne per laterales Pancreatis ductus omnes in connexas ipſis glandulas mearet, Liquor infuſus impediretur, Spectatorum nemo non videbat, & procul omni dubitatione agnoſcebat. *Fr. Sylvius Praxeos l.1.c.30*

§.2. Obſtructionem in Pancreatis ductibus obſervavimus in fœmina febrem Intermittentem paſſa: In cujus diſſectione per ſytingam infudimus liquorem volatilem ac cœruleum in ductum Pancteatis majorem, ex quo in pleroſque ductus laterales penetrabat dum in perpaucis propter obſtructionem ſiſtebatur, unde dicto colore inficiebatur ipſa Pancreatis ſubſtantia in uno loco & non in alio. *Regnerus de Graaf Tractatu de ſucco Pancreatico cap.2. Theſi 175.*

§.3. Recordor egregiam & Nob. Domicellam *Annam* de Gatinois, uxorem N. xx. ante annos Tertiana autumnali laboraſſe, quæ in continuam & modicam tamen mutata, totam hyemem viguit, ſed inſignita ſæviſſimis ſtomachi doloribus, duas treſve horas ſtatim ab aſſumpto cibo juvenculam graviter exercentibus, Veroſimile ſane fuit focum Febris cauſamque doloris adeo acerbi in Pancreate latuiſſe. Nam hujuſmodi dolores deinceps obſervavi à Scirthoſo Pancteate, gaaviter premente ventriculum, cibo diſtentum excitari, aut potius tecrudeſcere & exacerbari à compreſſu ventriculi cibo pleni: Et nominatim in Reverendo Canonico Qui quatuor ante mortem annis de his doloribus fuit apud me ſemper conqueſtus, id enim conſtitit ſatis ex diſſectione corporis. *Car. Piſo Sect. 6. de morbis ab Illuvie ſeroſa pag. 594.*

§.4. Vir quidam Nobilis Campânus Sanguineo & melancholico temperamento, incidit in Febrem cum quodam dolore ad Dorſum & Lumbos, & totius corporis tremore inſolito, qui poſt paucos dies feliciter deſiit fluxu hæmorthoidali, lento quidem & pauço, ſed dolorifico, poſt aliquot dies utroque ſymptomate adaucto. Is auxilium Medici recuſat, nullam à Medicorum præceptis opem ſperans, incurabili quodam, ut ajebat affectu laborans: Morbum enim magicum eſſe; Ingraveſcente affectu & Febre incandeſcente, accitus *D. Guido Patinus* Medicinam illi fecit, venæ ſectione iterata & purgatione blanda ex caſſiæ medulla, foliis ſennæ & ſyrupo diarthodon ægri ſtatum perduxit vt in convaleſcentiæ ſpem lubens devenerit: Tandem quum vino multo, eoque meraciore uſus eſſet inſcio Medico, invaluit Febris, proſtratæ vires, fœtor corporis nulli ferendus: tandem cum ἀναισθησίᾳ & fugaci delirio extinctus eſt.

In diſſecto cadavere apparuerunt omnia viſcera nutritia ſupra modum pallida, à veteri intemperie bilioſa, quæ toto vitæ decurſu dominatum obtinuerat, ſed abſque ullo eorum ſubſtantiæ vitio: Ex utroque Pulmone leviter compreſſo ſerum putre & fœtidum defluebat; Subſtantiæ cerebri ſerum multum inſtar ſeri lactis ſubvireſcens innatabat, cujus portio in ſpinam dorſi decidua, Tremorem illum initio morbi concitaverat. Mortis autem cauſa fuit ingens abſceſſus in toto Pancreate latitans, cum multo pure & fœtore intolerabili; pure inquam valde putrido & ſubviridi, cujus acrimonia glanduloſum corpus pene univerſum exederat atque diſcerpſerat. *Thomas Bartholinus cent.ij. hiſtor. xxxix. & Epiſt. 23. cent. ij.*

SCHOLIA.

AD febrem intermittentem producendam requiritur aliquid, quod in ſanguine non exiſtens, alias Synocha excitaretur, ſed ipſi admiſtum una cum ipſo ad dextrum cordis ventriculum deferatur, & quidem 1. A parte corporis tali, quæ per vaſa ſua, aut immediate aut mediate communicet cum corde: Fundamenti námque, poſtularíque loco hic ſupponimus *Circularem ſanguinis motum*, abunde probatum. 2. A parte tali, perque vaſa talia, in qua, vel in quibus poſſit ipſum, ob cauſam externam, in rebus non natur. fere conſiſtentem, ita infici & affici, ut ſubito, ſecundum aliquam ſaltem ſui partem, in motu ſuo ſiſtatur, atque ad tempus aliquod, idque nunc longius nunc brevius, impediatur ne hactenus continuo ad cor deveniat. 3. Illud idem tale ſit oportet, quod aut propter ſolam ſui moram ſtagnationem in foco ſuo vel vaſis, ſua ſponte, aut ob quamcunque aliam

cauſam internam, à quovis ejus Aſſertore nominandam demonſtrandámque ac concurrentem, tale vitium acquiṛat, ex quo (ubi denique ipſi quocunque modo ac medio reſtitutus eſt parens ad cor aditus) vel ſolo vel aliis pariter determinandis juncto, cuncta ſymptomata, etiam diverſiſſima & in multifariis febrium intermitentium ſpeciebus obſervabilia tum commode poſſint deduci, tum rationali certáque curatione confirmari. 4. Impedimentum tale ſit oportet, quod ad tempus humorem prius ſtagnantem cogere poſſit, poſtquam vero eidem tranſitum quacunque demum de cauſa conceſſit, mox ad priſtinam revertatur naturam novam, & proinde ſimilem priori humorem tamdiu eodem in loco ſimiliter ſiſtat, donec idem, uti prior, per paratam quovis modo viam effuſus paroxyſmum novum producat, ídque tamdiu alternatim continuetur, donec tandem (ni prius perierit æger) aut ſponte, aut caſu, aut arte, notatum corrigatur tollaturve impedimentum, atque eo ipſo intermittens ceſſet Febris: Si proinde omnes corporis humani humores ſuis in locis parari, aut etiam coacervari, poſteáque per vaſa ſua ad dextrum cordis ventriculum deferri ſolitos excutiamus & attente conſideremus, obſervabimus præter ſanguinem à partibus continentibus omnibus ac ſingulis ad cor per venas refluentem, obſervabimus inquã 1. Bilem tã immediatè quam mediatè ſanguini. 2. Lympham immediatè ſanguini per vaſa ſua lymphatica. 3. Succum Pancreaticum mediate duntaxat eidem deſcendenti per ductum proprium, inteſtinalem fiſtulam, lacteas venas & Ductum thoracicum. 4. Denique Salivam mediate tantum ſanguini per ſuos ductus admiſceri, atque una cum ipſo ad dextrum cordis ventriculum propelli. Præter quos humores quatuor cum hactenus innotuerit nulli ad dextram cordis ventriculum delati, merito ab illorum uno vel pluribus febrium intermittentium, qua intermittentium, cauſam deducendam judicamus, poſtquam ab ipſo ſanguine male affectu Synocham non intermittentem futuram febrem, ob ipſius motum ad cor perpetuum nemo non videt. Sanguine ergo relicto, 1. a Bile febres intermitt. deducendas nemo cenſebit, qui attenta mente conſideraverit, nec in ſua veſicula, nec in ſui ductibus poſſe illam ſubito ab ulla cauſa externa ita infici & afficitur ibidem aut ſecundum aliquam ſui partem in motu ſuo ad tempus ſiſtatur, atque iterum vel ſponte ſua, vel ob quamcunque aliam demonſtrabilem cauſam internam inveniat viam, perquam quocunque modo feratur ad cor, ac vel ſola vel alii juncta producat ſymptomata ſuperius notata: Concreſcit aliquando bilis, nec diffiteor, in cyſti ſua in calculos, tum in hepaticis ſuis ductibus in calculoſam cruſtam, at ut neutrum fit ſubito, ita nunquam obſervatum alterutrum ab interna cauſa, quin externa duntaxat iterum ſolutum, nec tamen ita ut aliquid Febribus intermitt. ſimile poſſit inde deduci: Judicatur itidem aliquaodo fateor, ex albicantibus & viſcidioribus alvi fœcibus, in Ictero, bilem ad tenue inteſtinum quacunque demum de cauſa non deferri: Attamen non ſemper, ſubinde licet, obſervatur Ictero intermittens conjuncta febris, quæ proinde ab illo bilis impedimento deduci nequit. A Lympha ſimiliter, febres intermittentes, quà intermittentes haud videntur deducendæ, &c. ut nec 3. à Saliva, &c. 4. vero à Succo Pancreatico, Febres Intermitt, quivis merito cenſebit deducendas, qui omnia & ſingula ad ipſas producendas Requiſita notata hic concurrere animo obſervaverit attento: Nam 1. laudatus ille ſuccus defertur ab ipſo Pancreate, Parte tali, quæ per vaſa ſua & Ductus proprios mediate, ſupra notatos, communicat cum dextro cordis ventriculo. 2. Defertur idem ſuccus per vaſa talia, Ductus nempe Laterales, in quorum uno vel pluribus poteſt ipſe ob cauſam externam ita infici & affici, ut ſubito, ſecundum aliquam ſui partem, in motu ſuo ſiſtatur, atque ad tempus aliquod impediatur ne hactenus continuo ad cor deveniat. Evenit autem illud quoties nunc ab æſtu aëris, nunc à vehementiore corporis motu, nunc à vigiliis protractis, nunc ab animi ſolicitudine, aut ita durante, nunc ab alimentis, condimentis medicamentiſve acrioribus, vel quacunque demum cauſa alia, Pituita in tenui inteſtino plurimum colligi & acervari ſolita, ſolvitur, mox & ſanguini admiſta una cum ipſo quaquaverſum ad omnes corporis partes propellitur, quin humoribus ſingulis, ubivis præparatis arctius vel laxius conjuncta cum iiſdem per ipſorum vaſa devehitur: unde ſuperveniente ſubito cauſa externa, pituitam coagulare apta (aere frigido, ventis algidioribus, potu gelido, animi terrore aut mærore ſummo, repentino præſertim, &c.) quemadmodum alibi, ita & in ductibus Pancreatis lateralibus, anguſtioribus ſcil. concreſcit eadem pituita, ductus eoſdem obſtruit, ac ne per illos ſuccus ibidem idcirco ſtagnans, in Ductum medium, ampliorem, & ſic ulterius pergat, impedit. Illud autem in Pancreate, quàm cæteris forſan corporis partibus omnibus, accidit facilius ſæpiúſque, quoniam cum Succi Pancreatici, cæteros humores omnes aciditate ſuperantis, materia acidiore jungitur, tranſportatúrque facilius & copioſius pituita, quin ab eadem ſecedit rurſus non ita difficulter, accedente cauſa ipſam coagulante, à qua promovetur ille ſeceſſus inter Succum acidiuſculum quidem, non tamen valde acrem, atque pituitam, ſed viſcidiorem ſimul confuſos tantum, neutiquam intime miſtos, Nec tantum obſtructionem in Ductibus Pancreatis Lateralibus ex modo enumeratis cauſis ex parte ſibi contrariis, ſeſéque mutuo excipientibus fieri poſſe probabiliter concludimus, verum ipſam non ſemel actu factam evidenter in cadaverum ſectionibus per autopſiam evicimus. Aliquoties námque publice, &c. (*vide Textum.*)

Obſtaculum illud obſtructionem fuiſſe ab humore craſſo viſcidóque laterales ductus infarciente, vel idcirco aſſevero, quoniam (præterquam quod nullum vel minimum, cui hoc adſcriberetur occurrebat vel compreſſionis vel aliùs anguſtiæ ſpeciei ſignum cauſæ antecedentes omnes, quoties innoteſcunt, ſymptomata febres intermittentes comitari ſolita, ipſaque adeo eaſdem curandi ratio maxime rationalis ac certiſſima cum obſtructione plane convenire & amuſſatim quadrare deprehenduntur. 3. Talis eſt Succus Pancreaticus, qui ob ſolam ſui moram & ſtagnationem in Ductibus ſuis Lateralibus ſponte ſua vitium tale poſſit acquirere, adeo tunc ex ipſo partim ſolo, partim aliis poſtea determinandis juncto, cuncta ſymptomata febrium intermittentium etiam diverſiſſima commode, nec ita difficulter poſſunt deduci, atq; rationali certáque curatione deduci: Eſt enim ſuccus Pancreaticus ſua natura Subacidus, quod evincunt non tantum argumenta plura à me in Diſquiſitione mea de Febribus 2. §. 32. & ſequ. propoſita, ſed ipſa experientia ab Ingenioſiſſimo *Regn. de Graef*, tum ſæpius alibi & hic in canibus, rum etiam ſemel in homine infœliciter ſub trabe oppreſſo ac extincto inſtituta; Hic ſuccus quoniam Subacidus eſt, idcirco ſimul talis eſt, qui ob ſolam ſui

moram

moram & ſtagnationem in Ductibus ſuis quibuſvis ſponte ſua vitietur, & quidem ita ut reddatur primum ſolito acidior, hinc obſtruentē ſuos ductos pituitam, ſi non in totum ſolvat & ſecum educat, perforet ſaltem ac permeet, atque tandem tum ſolus, tum aliis humoribus, poſtea explicandis, junctus, ſymptomata in febribus intermittentibus omnibus occurrentia omnia, non tantum producere poſſit, aſt revera producat: Teſtatur enim experientia quotidiana quævis acida ſponte ſua reddi continuo acidiora: Sic acetum quo ſervatur diutius eo aceſcit magis: Cujus eventus ego ſequentem puto rationem; acrimoniam nempe Acidorum augeri nunc, quoniam evaneſcunt ex parte ſaltem ſpiritus volatiles aciditatem illam temperantes, unde non mirum ſi conſervatus liquor quivis acidus reddatur ſenſim acidior: Eandem ob cauſam, multis licet ignotam, promovetur aceti confectio in loco igne vulgari calefacto, vel ſub ædium tecto ſummo radiis Solis expoſito: horum enim ope via paratur Spiritibus volatilibus citius & facilius ſic ex parte paulatim effluxuris: Quemadmodum autem extra corpus noſtrum Acida quævis aceſcunt ſponte magis magiſque, ita in eodem ipſa, & nominatim Succum Pancreaticum ſtagnantem amplius aceſcere probant ſymptomata, tum in melancholicis affectibus dictis pleriſq; tum, quod hic magis urget, in febrium intermittentium initiis obſervabilia, & ſicut abſque ullius acidi abuſu ſæpe oborta, ita uni acido accepta referenda: Aceſcit vero Succus Pancreaticus in Ductibus ſuis ſtagnans, quoniam ſecedit tunc ab ipſo ſenſim magis magiſque ſpiritus volatilis ei ſecundum naturam conjunctus, ipſumque blande temperans: Hic ſuccus Pancreaticus ſtagnatione, ſicut dictum eſt, Acidior & acrior factus, in obſtruentem ductus ſuos pituitam vim ſuam exerere; ipſamque incidere incipit: quæ ſi tenacitate ac viſciditate tanta prævaleat, ut in totum ab ipſo abſtergeri, ſolvi, atque inde removeri nequeat, eandem ſaltem perterebrat, ſibique per ipſam vi viam aperit quam pervadat: Symptomatum omnium in Febr. Intermitt. obſervabilium exortum a Succo Pancreatico acidiore, aliiſque humoribus ipſi junctis deducemus, poſtquam verbo præmiſerimus quartum Requiſitum notatum hic quoq; concurrere: Pituitam nempe viſcidam, Ductus Pancreatis laterales obſtruentem, talem eſſe, quæ non tantum in ipſis ſuccum laudatum ad tempus cogere poſſit, ut ibi ſtagnet, ſed inſuper poſtquam eidem, acrimonia ſua viam ſibi paranti, tranſitum conceſſit, mox iterum coeat, concreſcat, ſolutamque ex parte obſtructionem reparet ac redintegret, hinc & ſimilem priori ſuccum tamdiu eodem in loco ſimiliter ſiſtat, donec idem uti prior, per apertam ſimiliter viam effuſus paroxyſmum novum producat, idq; tamdiu alternatim continuetur, donec quocunque modo tollatur in totum obſtructio ac febris, aut ipſus Æger: Pituitæ viſcidæ naturam eſſe ut perforata licet, ſponte coeat iterum & coaleſcat, evincunt non tantum viſcida omnia eandem mutationem ſpontaneam ſubire ſolita, verum inſuper pleraque febres intermitt. eradicantia, vel etiam ingulantia dicta medicamenta, ſive ſint ea incidentia & diuretica ſudoriferave, ſive vomitoria purgantiave per alvum: Illa enim omnia videntur mihi febres intermitt. quaſvis curare, quatenus pituitam viſcidam in ductibus Pancreaticis hærentem incidunt, ſolvunt, abſtergunt atque ſecum ad inteſtina deducunt, quin aliquando, diverſa licet via, è corpore in totum educunt: Quod agnoſcet facile quivis medicamenta Febribus intermittentibus feliciter tollendis ſpecia vulgo ſpecifica dicta, ſerio expendens trutinanſq

Poſtquam pluribus deduximus Febrium intermittentum exortum à Succo Pancreatico in lateralib ſuis ductibus obſtructis ſtagnante, proximum j eſt ut ſymptomata omnia, eademque diverſiſſima febribus iiſdem notabilia, tum ab eodem, tum humoribus aliis cum ipſo junctis deducamus: Succus ergo Pancreaticus, ſtagnatione notata, red tus naturali acidior, atque poſt perterebratam o ſtruentem pituitam; in tenuis inteſtini cavitatem fuſus, mox in confluentem bilem qualemcunque i ſurgit, atque cum ipſa efferveſcentiam ſolito acri rem parit, & quidem pro pituitæ occurrentis vari tate variantem: Quamdiu enim ſuccus ille acidic pituita adjutus, oppreſſam tenet bilem, tamdiu *Fr gus* in multis circumſtantiis differens plurimum pr fert: Nam 1°. frequentiſſime in *lumborum region* ubi confluxus eſt trium modo memoratorum in te nui inteſtino humorum, *Frigus* angit vehemen quando ſuccus prædictus eſt acidior pituita non va de viſcida, per quam penetrans inteſtinorum tun cam frigoris ſenſu afficit: 2. In eadem Lumboru regione paucum vel nullum ſentitur *Frigus*, quand valde viſcida exiſtit pituita ſalivaris, ſucci pancrea ci penetrationem ad inteſtini tunicam impedien unde tunc, aut ventris medio, tenuis nempe Inteſti ni parte ulteriore, aut in extremis duntaxat corpor partibus frigus urget. 3. In *capitis partibus interior bus frigus* maxime moleſtare videtur, quando ide humore ſcatet pituitoſo, cui ſe jungens ſuccus ac dus, ejuſve halitus, ibidem magis quam ſe alibi manifeſtat, ægrumque torquet. 4. Ab iiſdem halit bus lenioribus, & ob admiſſam pituitam inteſtina lem magis flatulentis ad Pulmones tendentibus, ex citantur in paroxyſmorum initiis *Oſcitationes*, uti al iiſdem per corporis habitum diſperſis, *Pandicula tiones, Inquietudines, Artuumque laſſitudines*: 5. Al iiſdem halitibus acrioribus, minuſque pituitæ ad miſtæ habentibus, ſed gradibus acrimoniæ differentibus, producitur alias *Horror* alias *Rigor*. 6. Al iiſdem halitibus majorem acrimoniam obtinentibus *Dolores rodentes lancinantes*, *ventriſque* adeo *tormina* gignuntur: ſicut ab admiſta multa pituita *Dolores gravantes* magis ac *contundentes*: 7. *Pulſus* mox cum acceſſu *frequentior* exiſtit, ob irritationem cordis ab halitibus tum flatulentis tum acribus eo tendentibus. Idem aucto frigore paulatim redditur *minor*, ratione aciditatis auctæ in halitibus aſſurgentibus, ſanguiniſque magis coagulati, adeoque ad ſui rarefactionem minus apti: Unde non mirum ſi præterea una cum *Animali motu* univerſo *Debilior* fiat *Pulſus*, qui proinde urgente valde frigore vix, aut ne vix quidem obſervari poteſt. Ubi autem omnis Succus Pancreaticus ſtagnatione acrior factus effuſus eſt in tenue inteſtinum, atque Bilis aut per ſe acrior exiſtens, aut ob vitioſam cum dicto ſucco factam efferveſcentiam acrior facta viciſſim dominium nanciſcitur, qui tunc fere plures attolluntur Halitus magis bilioſi. 1. *Anxietatem circa præcordia* ſolent parere, quin nonunquam *nauſeam*, *vomitum*, aut ſubinde *alvi fluxum*. 2. Ab iiſdem halitibus magis bilioſis partim ad ventriculum, hinc & fauces aſſurgentibus, partim ad Cor & Pulmones tranſeuntibus *Sitis* excitatur. 3. Bile dominium in corde quoque recuperante, Sanguis paulatim magis rareſit, *Pulſuſque major* fit *& robuſtior*, permanente tamen priore *frequentia*, ob irritationem non minus à bilis acrimonia & ſanguinis rarefactione aucta cord

ontingentem : Sed imprimis 4°. *calor & ardor* in :orde, hinc & *univerſo* augetur corpore, ob impetantem ſucceſſive bilem : Nec mirum proinde ſi tunc °. ardori tali copuletur *Lingua ariditas* ; cùm halius è ſanguine in pulmones delato per aſperam art. :ffuſi eandem exſiccent. Nec mirum ſi 6°. rarefacto ʼalde ſanguine *difficilius* procedat & *augeatur Reſpi-ʼatio*. Nec mirum ſi 7. *capitis* præſertim *æſtus*, Door, pulſatioque angat ægros, poſtquam nulla corporis pars tot habet arterias, tantum accipit ſanguinis : in cujus temporali regione cum ſint anfractuoſæ illæ notabiles cerebri fiſſuræ, per quas grandes feruntur arteriæ, ibidem *Pulſatio* quam alibi ſentitur moleſtior. Nec mirum quoque ſi 8. tum *Vigiliæ* tam frequenter urgeant, tum non raro *Delirium:* vitioſi namque producuntur tunc neceſſario ſpiritus animales, moventur iidem turbulente, quin à quiete, tranquillitate ſaltem naturali impediuntur, quare mens illius egens turbatur, quin ſæpenumero Amens fit æger. Poſtquam vero bilis à Succo Pancreatico, ob ſtagnationem ſuam acriore facto, ſimiliter factæ acrioris æſtus præternaturalis ac furor paulatim remittere incipit, jamque ad ſerenitatem tranquillitatemque priſtinam univerſi corporis humores diſponuntur, qui durante paroxyſmo turbulento penitus erant confuſi, jam ſenſim ab invicem rurſum ſecernì ac ſecedere, quin eorum aliqui, una cum potu liberalius fere aſſumpto, per Sudorem aut urinam excerni ſolent.

Jam Febrium earundem ſecundum acceſſuum & paroxyſmorum, intervallis nunc brevioribus nunc longioribus redeuntium, diverſitatem, in Quotidianas, Tertianas, Quartanas, Quintanas, cæteraſque diſtinctarum rationem cauſaſque, quas puto diverſiſſimas, profertam, explicataſque opinioni meæ applicabo. Quamvis autem Typorum humorumve variationem diverſam humoribus diverſis vulgo adſcriptam in totum haud ſequar, non tamen puto humores illam diverſitatem producant, faciant tamen multum, aſt mediate tantum ad illius productionem. Quemadmodum ergo cujuſvis Febris Intermittentis Paroxyſmus novus, ſecundum ea quæ docui, excitatur toties quoties à Succo Pancreatico ob ſtagnationem ſuam acriore facto perforatur pituita, ductum ejus lateralem obſtruens, tranſitque nominatus ſuccus ad tenue inteſtinum ; hic poſt qualitercumque vitiatam cum bile effervescentiam, & alia ſymptomata ibidem, ac in vicinia producta, per lacteas venas, ductumque thoracicum, ac venam cavam ſuperiorem, in dextrum cordis ventriculum, & ſic porro, ita citius tardiusve penetratur perforaturque a memorato Succo Pancreatico pituita ipſius lateralem ductum obſtruens : Hæc autem Pituitæ obſtruentis penetratio ac perforatio citius vel tardius contingit, tum ratione ipſius pituitæ ductum obſtruentis, tum ratione Succi Pancreatici eam perforantis : Quò namque viſcidior & copioſior exiſtet illa pituita, eo difficilius, adeoque tardius eadem perforabitur : & contra, quò eadem minus exiſtet glutinoſa & paucior, eo perforabitur facilius adeoque citius ; Quo rurſus exiſtet Succus Pancreaticus per ſe acidior, ſimulque copioſior, eo citius acquiret ſtagnatione ſua majorem, atque pituitæ obſtruenti facilius citiuſque perforandæ ſufficientem acrimoniam : Et contra quo ſuccus idem magis exiſtet obtuſus, vel auſterus & paucus, eo difficilius & tardius eidem pituitæ perforandæ ſufficientem acquiret acrimoniam : Quo igitur pituita obſtruens paucior erit & minus glutinoſa, ſuccus vero Pancreaticus acidior & copioſior, eo citius continget novus Intermittentis Febris paroxyſmus, adeoque *Quotidianus*, h. e. intra horas circiter 24. recurrens : Quo vero pituita obſtruens viſcidior erit & copioſior, ſuccuſque Pancreaticus obtuſior vel auſterior & paucior, eo tardius obveniet novus intermitt. Febris paroxyſmus, adeoque *Quartanus* vel *Quintanus*, & ſic porro. Quoties autem 1°. medio modo ſe habebunt Pituita obſtruens, ſuccuſque Pancreaticus vel 2°. cum pituita obſtruente viſcidiore aut copioſiore concurret Succus Pancreaticus per ſe acidior aut copioſior ; Vel 3°. cum pituita minùs glutinoſa paucave, Succus Pancreaticus exiſtet itidem minus acidus paucuſve, toties alternis fere diebus recurrent novi febrium paroxyſmi, producenturque *Tertianæ*, ſupra cæteras febres intermittentes omnes multum in ſuis ſymptomatibus differentes, & quidem ob triplicem modo memoratum pituitæ obſtruentis, ſuccique pancreatici eam perforantis reſpectum poſſibilem : Ex iis non ita difficulter Intermittentium febr. & multiplicium, & ex variis compoſitarum cauſæ poterunt inveniri : obſtructiones putatum variæ tum in variis Pancreatis ductibus lacteralibus ſimul productæ : Difficultas vero ſupereſt magis urgens in explicanda cujuſvis febris intermittentis ſimplicis, *Quartanæ* ſcil. aut *Tertianæ* multiplicatione, h. e. in duplicem triplicemve mutatione, Quam Ego arbitror accidere quoties ob erratum in Diæta, medicamentiſve, aut venenis potius, perperam uſurpatis paratum, pituita nova in corpore ac inteſtino tenui præſertim colligitur, hinc & una cum ſanguine quaquaverſum, ergo ad Pancreas quoque propellitur: quæ in uno pluribusve ipſius ductibus, prius non affectis, quacunque de cauſa iterum coagulata, obſt uctionem à priore magis vel minus differentem producens, febrem quoque producet priore magis vel minus gravem : Atque hoc ita fieri quotidiana, ſi non evincit, ſaltem abunde confirmat experientia &c. *De curatione juxta eandem doctrinam, variaſque Intermitt. febrium, quoad ſymptomata comitantia differentias, vide ibidem.*

Thomas Willis effervescentiam ſanguinis quæ *Febrem Intermittentem* conſtituit, unice dependere ſtatuit à Succi nutritii aſſimilatione, ipſius ſanguinis vitio præpedita : Dum enim ſuccus nutritius cum ſanguine non aſſimilatur, licet ejus particulæ velut heterogeneum quoddam, & non exactè congener in ſanguinis maſſa perſiſtant, adhuc tamen cum eo ſine tumultu aut perturbatione circulantur, donec iis ad turgeſcentiam cruoris maſſa ſaturatur : tum protinus ebullit illa, & effervescentiam febrilem concitat (non minus intenſam & violentam, durante ſcil. paroxyſmo, quam in continua) qua vel ſubigitur, vel foras protruditur quod heterogeneum eſt: cujus conſortio cum ſanguis liberatur, ſequitur acceſſionis febrilis intermiſſio, poſtea demum à novo hujus ſucci ſupplemento novus inducitur paroxyſmus : Quapropter intermittenti præ continua hoc peculiare eſt, quod quædam ἀπυρεξίας ſeu intermiſſionis habeat tempus : Cauſam vero *Rigoris & Frigoris* quæ in paroxyſmo Intermittentis excitantur, hanc ſtatuit, nimirum Succi nutritii in materiam nitroſam & acetoſam degeneris fluorem & turgeſcentiam, quo ſpiritus & calor ſuffuſi obtunduntur (unde in toto corpore frigoris ſenſus percipitur, & corpora nervoſa irritata in tremores cientur : Poſtea autem cum particulis hiſce nitroſis aliqua ex parte in ſuperficiem corporis protruſis, earum gravamine & op-

& oppreſſione ſanguis nonnihil liberatur, ſpiritus vitales ſe recolligunt & emicare incipiunt, & ſic calor ſuccedit intenſiſſimus, qui uſque perſiſtit donec materia iſta fermentativa penitus combuſta, ſubacta & ſubtiliata, ſudore aut tranſpiratione inſenſili evaporet: Quod vero ſtatis temporum intervallis Acceſſione-plerumque redeant, ut non ſit automatum horologicum exactius: Rationem talem reddit, quod nimirum æqualis ſucci nutritii portio, ſanguini in vaſis confluo continuo ut plurimum ſuppeditat. Cauſam vero Periodorum, Quotidianam, Tertianam, Quartanam conſtituentium, adſcribit diverſæ ſanguinis conſtitutioni, qua nimirum à debita temperie in diatheſin modo acrem, modo acidam aut auſteram pervertitur: Pro diverſa enim hujus dyſcraſia, ſuccus alibilis recens advectus plus aut minus à mutatione deſciſcit, & in materiam citius aut tardius fermenteſcere aptam degenerat.

Observatio XXVI.

Febris Tertiana in ſene lethalis ob vitium peritonæi, meſenterii & pancreatis.

CUm anno C. 1668. Illuſtr. & Rever. Dn. *Ioh. Rozycki* Epiſcopus Chelmenſis &c. ſeptuagenario major Thorunii ut Commiſſarius Regis Poloniæ degens, 11. Aug. in Febrim Tertianam exquiſitam incidiſſet, ab eaque adhuc in iſto menſe per medicamenta opportune eidem à Nobis exhibita, fortunante Deo, ſcil. purgationem levem, venæ ſectionem, & pulverem noſtrum antifebrilem ab eadem liberatus eſſet: accidit ut ex pravo victu, nempe fructuum horariorum atque vini ceraſitis nimio uſu, die 2. Sept. *recidivam paſſus ſit:* qua iterum benedicente ſummo Archiatro, *beneficio pilularum noſtrarum antifebrilium feliciter profligata*, hinc ſanus uſque ad Abbatiam Mogilnenſem novem miliaribus Thorunio diſtantem profectus ſit, ibidemque uſque ad anni 1669. ultimos dies menſis April. ſatis vegetus, in iſta præſertim ætate permanſit: ubi tum ex nimio eſu lactis coagulati & cremoris ejuſdem, ſecunda vice in Febrim Tertianam recidit, ad quem ego 2. Maii veniens, poſt ſecundum paroxyſmum lene evacuans porrexi: ſubſequuto autem 3. paroxyſmo uenam dextri brachii medianam incidere juſſi, tum ventriculo corroborantibus proſpiciens febrem denuo, Deo propitio, abegi: Sed cum ille ex lacticiniis, quibus admodum delectabatur, accedente ita, tertia vice in fine Junii, recidivam incurriſſet tertia Julii viribus proſtatis vitam cum morte commutavit; ad quem 4. Julii ejuſdem menſis vocatus accedens, cadaver cum permiſſione domeſticorum aperire juſſi.

In quo omnia ſecundum naturam, inventa fuere, præter peritonæum & meſenterium atque pancreas, quæ ſingula nonnihil corrupta & ſænioſa deprehendebantur: Hepar etiam durius ſecundum naturam eſſe conſuevit, erat.

SCHOLIA.

APparet inde quam vera fuerit in hoc caſu Clar. *Hollerii* annotatio, comm. in aph, 12, ſ. 2. Poſt criſin tum relicta materia, tum diſpoſitio morboſa recidivas facere conſueverunt, niſi antevertamus purgatione vel alteratione: Accidit tamen aliquando citra hæc ut fiat recidiva ob intemperantem victum ægri, ſi plura ſumpſit quam conficere poſſit; Recidit etiam in morbum ſæpe convaleſcens propter externas injurias, id quod præſens caſus confirmat: Huc refer aphor. citatum. *Simon Sculizius in miſcell. cur. ann. 1674. 75. & 76. p. 226.*

Septuagenario major] Qui debili calore ſunt, ut *Senes*, exiguis febribus tentantur, Et quædam corpora præ debilitate caloris naturalis febricitant interius, exterius refrigerata, atque adeo non ſolum ſecundum caput, manus ac pedes, ſed & ſecundum aſperam arteriam, pulmonem & thoracem, & internumos, ut hanc ob cauſam exſpirent frigidum, exiguum & raro, & habeant frigidas linguas: Iiſdem contingunt caloris & frigoris viciſſitudines, ut præ caloris naturalis extinctione admodum frigeant, denuo intenſę recaleſcere, hinc frigere rurſum, arduri iterum non ſemel: Certe cum naturalis calor eſt exiguus, & is qui præter naturam magnus, accidunt hæ viciſſitudines, excitata nunc flamma ingenti, à putreſcentibus ſuccis, & eorum fuliginious, ut vel in cadaveribus aliquando nunc, ipſiusmet caloris ignei vi conſumptis quibuſdam, & diſſipatis, apparente interno frigore: accedente enim igne caleſcunt, cum recedit, refrigerantur: Corpus ergo ægroti, in quo frigus internum jam vincit, accedente cauſa calorifica inflammatur, & recedente frigeſcit: accedit vero & recedit per viciſſitudines, ut in aliis cum facit exacerbationes: Nam exigua illa febricula, quæ per remiſſiones ſupereſt in aliis continuis febribus non poteſt, cum calor eſt exiguus, totum corpus calefacere, ſed eam ſolum particulam in qua putreſcens ſuccus bæret: Quia niſi calor naturalis calorem, à quacunque cauſa excitetur, in corpus deferat, non poteſt is in totum corpus ſe effundere, niſi omnino ſit maximus: Si enim cadaveri una in parte ignem admoveris, eam ſolam partem urens, reliquum corpus frigidum eſſe ſenties, neque certe totum calefacies, niſi totum occupet flamma; ſcil. non adſunt ſpiritus & arterialis ſanguis, qui calorem p. n. concipientes, in totum deferant: *Valleſius lib. 3. Epid. ſect. 3. Ægro 3.* Viciſſitudo illa caloris & frigoris in ſenibus febricitantibus, & caloris reſurrectiones, qui ad extinctionem properat, ob ſanguinis penuriam contingunt, calorem in totum corpus tranſmittentis & ſucci nutritii, ex alimento dato, appulſum negatum, qui ex contactu reſiduorum cinerum incaleſcit flammamque reaccendit; hoc abſumpto refrigeratio ſuccedit, donec ex iterato alimento recentis flammæ ſuſcitabulum accedat.

Vitam cum morte commutavit] In ſenibus Febres intermittentes, etiam non gravibus ſtipatas ſymptomatis, ut plurimum lethales eſſe experientia fidem facit:

icit : E plurimis exemplis unicum hoc ſufficiat Nobilis matrona, ex Illuſtri *Durantiorum* familia, Uxor *Viri* Excell. & Generoſiſſ. D. *Gallatin* Conſulis Genevenſis, robuſtiſſima, quæ octogeſimum annum pene attigerat, anno 1672. menſe Maio Febre Tertiana prehenditur, qua intra ſeptem circuitus mea opera liberatur : Naturæ robori confiſa, dimiſſis domeſticis & è cubiculo faceſſere juſſis, vitium periculum factura, è lecto exilit, atque ad feneſtras leviſſime contecta, flante Borea properat : Ab incaute ſuſcepto frigidiori aëre, quinta poſt ſolutionem die redit Tertiana, quarto paroxyſmo lethalis.

Beneficio pilularum antifebrilium profligata] Poſterioribus annis, Summi-Dei clementia, innotuit cortex ille Peruvianus, cujus dextro uſu febrium curſus ſæpe omnino intercipitur, & ſine recidiva : non quartanarum ſolum, quibus deſtinatus cenſetur, ſed & omnium intermittentium, imo ad ἀπυρεξίαν non omnino devenientium: Nec juvenum ſolum, ſed & ſenum, quinimo decrepitorum : Exemplum præbeat vicinus meus, vir octogenario major, Urbis Portitor, *Gedeon Chauſardus*, Illius ope, à me ipſi exhibiti quater intra biennium, Febre Tertiana defunctus eſt : Tandem anno poſtremo Quartana quoque correptus, poſt alterum paroxyſmum adeo illi attritæ fuerunt vires, ut tertio ferendo omnium judicio impar eſſet : facies enim jam *Hippocratica*, cum terrore & mortis imminentis omnibus indiciis, Cardiacorum ope reſuſcitatus, opem meam implorat, éque certo exitio deſtinatum aſſerit : Auxilium polliceor & ſalutem, ſi modo Pulverem illum, ingratum alias, aſſumere non renuat, annuit, & in primo paroxyſmi præludio, illius ℥ß. theriaca remixtum cum vino haurit; Illico, quaſi incantamento, paroxyſmus, qui præ foribus erat, retrocedit ; & paucis poſt diebus, ſumpto levi purgante, à febre omnino liber evaſit, Nunc ſalvus & incolumis, quanquam poſtmodum leves aliquot paroxyſmos tertianarios paſſus ſit, & ante trimeſtre Ophthalmiam, cui per me ſanatæ ſucceſſit menſe ſequenti eryſipelas cruris phlegmonodes, à quo pleniſſime liberatus eſt, jam faciliſſime deambulat & officio cum aſſiduitate fungitur: Pulvis autem dictus non ex vino ſolum exhibetur, aut Potionis forma, ſed ex aquis ſtillatitiis, ubi à calore vini metus eſt, Et in bolos reformatus cum aliquo ſyrupo, conſerva, &c. in iis qui potiones reſpuunt; atque eo modo datum obſervavi dimidiata dozi certe operari.

Recidivam paſſus ſit] Recidivæ nihil aliud ſunt quam ejuſdem morbi, qui paulo ante quievit, reiteratio, ex eadem cauſa intrinſeca, modo & ratione quo prior, actiones affligens : Sic conſtat quod nihil inter ipſum morbum & factam recidivam interſit, ſed unicum eſſe revera affectum, idque in eſſentia propria, cum inter recidivam & morbum primum ſolum remiſſio, non autem omnimoda intermiſſio fiat : Species, ſeu differentiæ, ſunt variæ, prout variæ differentiæ morborum reperiuntur : Ex harum natura aliæ ſunt impropriæ, vel propriæ : Impropriæ Recidivæ fiunt duplici modo 1. Cum quidem ad curationem morbus videtur remiſiſſe, qui tamen ob pertinacem cauſam viſceribus penitus infixam gravior recurrit : Sic opere Medico tritiſſimum eſt, ſponte vel arte materiam in hydrope evacuare, qua de cauſa quamvis detumeſcat tumor, tamen malum repetit, & id fit ob rationem auditam : 2. Cum humor à parte una in alteram transfertur, qui tamen ejuſdem ideæ morbum parit : Propriæ Recidiva eſt, cum humor ad ſuum fontem revertitur, & ex eadem cauſa eandem morbi ideam exprimit, læſis iiſdem actionibus, ob paroxyſmos & ſymptomata eadem, ſive illud deterioribus accidentibus, dum periclitatur æger; ſive levioribus, quod reliquiæ morbi à refocillatis viribus foras exagitantur. Alia etiam eſt perfecta Reverſio morbi, ſi revertitur is qui plane remiſit : Alia imperfecta eſt, quando ſymptomata & paroxyſmi quidem remittunt, morbus tamen non intermittit : *Hippocrates* etiam Reditus morborum, alios κτ̓ λόγον ὑποστροφὰς vocat; alios οὐ κτ̓ λόγον lib. 1, Epid. ſ. 3. p. 954. κτ̓ λόγον ſalutares appellat, ſcil. quod ritè fiant poſt diminutas & inſidas criſes, nihilque mali incutiant: Οὐδὲ κτ̓ λόγον ſunt eæ quæ temerariæ ſunt, & præter rationem regrediuntur cum vitæ periculo. Porro Recidiva alia eſt Legitima, alia Illegitima, Legitima eſt quando recidiva cum radice, h. e. priori morbo plane convenit : Illegitima vero, ſi ex eadem cauſa novus morbus oritur, vel tamen aliquantulum diverſus à priori.

Omnes autem Recidivæ fiunt à reliquiis humorum, qui concoctione à natura ſeparari nequeunt, quas *Hippocr.* τὰ ἐγκαταλειπόμενα μετὰ κρίσιν appellat. 2. Epid. ſ. 3. & lib. 6. Epid, ſ. 2. v. 21. & ſunt τὰ τῶν μοχθηρῶν χυμῶν λείμματα : hæc *Hippocr.* affirmat de his quæ infra modum & ex parte vacuantur : Hoc ideo fit quod morborum cauſæ non ſint ejuſdem conditionis, ſed pars alia tenuior, alia vero craſſior ſit : Craſſi humores difficilius & tardius ſunt cocti ac tenues ; unde fit ut tenuiores facilius & citius ſive copia ſive qualitate advertantur, excernantur: quamvis craſſi nondum concocti, vel putrefacti ſint : Hi aliquandiu in corpore ſine febre poſſunt eſſe, & demum ex ſuapte natura putreſcere, aut intemperie partis, quæ contrahitur aut vi morbi, aut irrita agitatione, quæ contingit quando materia agitatur & mutatur : Quid mirum itaque eſt ſi putreſcentibus reliquiis materiæ prioris morbi, idem morbus reviviſcat, & cum priore jungatur, cum ex eadem radice proveniat. Sic colligitur propriè in iis morbis, qui per criſin ſolent finiri, & in vigore ſenſibili judicari vacuatione, recidivas eſſe timendum : non vero in iis qui vigore exacto, per tempus declinationis paulatim decreſcunt, quod à caloris nativi virtute ipſorum cruditas emendetur.

Etſi ad utramque morbi ſolutionem coctione humorum opus eſt, tamen illa plane eſt diverſa : Equidem ad criticam evacuationem ſatis eſt humores à natura devictos eſſe, ut ſponte, vel artis ſubſidio ex corpore diſcedant : hoc ſi non contigerit quocunque modo morbus mitificatis humoribus terminat, ex ipſis tamen recidiva metuenda eſt: Humores enim calidi & ſicci, qui acutorum & morborum & ciſium ſunt alimentum, ſunt hujus indolis, ut licet ex parte corrigantur, tamen ad eam benignitatem non perveniunt, ut ſine ſeditione in corpore poſſint noſtro eſſe : contra quando morbi per λύσιν, abſque evacuatione ceſſant, non ſolum crudi humores, qui morborum talium cauſæ ſunt, à natura ſubiguntur, ſed etiam adeo benigni evadunt, ut in poſterum naturam non laceſſant, verum etiam ut nutrimentum in corporis ſubſtantiam concedant: Hujuſmodi enim morbi cum à ſuccis crudis & frigidis oriuntur, utique natura ſibi eos concoctione familiares reddit : Ex eo præclare dixit *Hippocrat.* *Quod in pus vertitur, id morbi reverſionem non facit*; ipſa namque maturatio, & judicationis & excretionis rationem habet.

Ita

Ita deprehendimus ex quibus morbis Recidivæ incidere ſolent, ſcil. ex iis quos acres & calidi humores procrearunt. Hi utcunque ſedati fuerint tamen revertuntur, ſi non eſt facta copioſa evacuatio, Non fit ſufficienter evacuatio, ſive eam Natura molitur, ſive ars, quod humores ad expulſionem inepti ſunt ob quantitatem vel qualitatem: Sub horum alterutro vitio calor nativus fatiſcit, præſertim ſi viæ fuerint impeditæ: Etiam Recidivæ cauſa eſt materiæ morbificæ violentia, quæ præmaturam judicationem accelerat, ſcil. cum adhuc omnia cruda ſunt, ex quo neceſſario morborum recidivæ ſubſequuntur: *Hippocr.* 2. Epid. ſect. 1. Et fit id ratione materiæ diverſæ, uti dictum. Medici errore recidiva ſæpe repetit, ſi is contra præceptum *Hippocr.* 20. aph. 1. integre judicata novaţ & movet medicamentis, vel aliis irritamentis, cum hoc tempore convaleſcentem pleniore potius victu reficere debeat: Idem Medicus ſi juſta dozi remedia non adhibet, etiam Recidivas accelerat: Ea tantum, ſi infra modum ſunt, humores agitant & corpus calefaciunt; ex quo aquoſum (id eſt ſerum tanquam bilis frænum) quod bili infenſiſſimum eſt abſumitur, & bilis relinquitur præcipuum febris alimentum, ut id fuſius docet *Hippocr.* 4. de morbis p. 507. Etiam morbi Recidiva contingit, ſi idem Medicus intemperiem in aliquo viſcere relictam negligit, ob quam iſtius alimentum facile in fomitem morbi concedit; vel quando etiam impuris corporibus victum concedit.

Signa Recidivarum diagnoſtica compendioſe r cenſentur ab *Hippocr.* lib. Judicat. p. 54. *Morborn reverſionibus tentantur, quibus citra febrem vel mentes vigilia, aut turbulenti ſomni accidunt, a corporis robur ſolvitur, aut ſingulorum morboru dolores adſunt, & quibus febres non accedentib ſolutionis ſignis, neque diebus judicatoriis quieſcun. Quod ſi deficiente febre, & accedente ſudore ur rinam fulvam, albam ſubſidentiam continente reddiderunt, his eodem die febrium reverſiones ſp rato: Veluti etiam ſi judicatione facta urina rubr ſubſidentiam rubram continens reddita fuerit, h quoque febris reverſio eodem die contingit, ex e que pauci ſervantur: Tertio etiam febris reverſi nem facit, niſi poſt reverſionem die impari dimiſ rit, & plerumque ſi non cocta fuerint urine, neq alia ſigna ſecundum rationem proceſſerint, morb judicatorio die revertitur: Quibus etiam judica tionis tempore exorta ad aures tubercula non ſup purantur his ſolutis morbi reverſio pro recidivarn ratione ſimili circuitu contingit.* Nullius autem Re cidivæ ſuſpicio incidit quando concoctionis ſign adſunt. 1. Epid. ſect. 2. Hujuſmodi petuntur ex ur narum colore in melius mutato, aut levi quadar craſſitie, quæ refrigerata parum ſubſidet, vel etiar quaſi nubes elevatur. *Martinus Bogdanus in Theſ bus Inauguralibus.*

Observatio XXVII.

Febris Tertiana vitio Iecoris tumidi, retorridi, nec-non Lienis inducta. 1. Ab Hepati immani tumore. 2. Ab Eodem ſcirrhoſo & glandulis meſenterii tumidis. 3. A bil æruginoſa circa ejus cava collecta. 4. A bile ſincera intra ejus membranas collecta. 5 A Iecore duro exangui, ventriculi tunica exteriore eroſa. 6. Ab obſtructa cyſti & meatibus per Iecoris ſubſtantiam decurrentibus. 7.

§. 1. MEmini Febrem Tertianam, quæ tenuit Ampl. Preſidem ante quinque anno focum habuiſſe in Hepate, cujus indicium Tumor inflammatorius viſceris e ſuperites, qui in ſuppuratum abiit, ut conſtitit ex ſero purulento, commixto ſanguini maſſæ, vena ſecta conſpicuo, & lingua ſemper albeſcente, vapore ſcil. purulento tincta quique acceſſu *febris quartanæ* exacto tandem anno mortem intulit.

Ejus in cadavere Hepar inſigniter tumefactum & quaſi retorridum, ſed adhuc aſperſum pure fuit repertum: Lien totus ambuſtus & carnis inſtar niget. *Car. Piſo de morbis à Seroſa colluvie, ſect. 6.*

§. 2. Recordor etiam Nob. adoleſcentem, *Ioh. de Poully*, Tertiana laboraſſe gravi admodum & producta, cujus paroxyſmi circa meridiem à mediocri Rigore cum inciperent, ſudore largo ſequenti ſolvebantur, Febre autem ingraveſcente, derepente & in continuam mutata, ſubito me abſente ſuffocatus interiit.

Diſſecto cadavere Hepar immani tumore, & jam ſcirrhoſo diſtentum inventum, & vomica pure prægnas in pulmone, nam biduo ante peripneumonia oppreſſus fuerat. *Idem ibidem.*

§. 3. Non ita pridem exceſſit è vivis Rever. N. à Tertiana febre comitata magno admodum tumore Hepatis, eoque duro, nec-non abdominis dextri, & eo etiam infra umbilicum porrecto confectus,

In hujus cadavere, præter Hepar ſcirrhoſum & oppido grande, obſervatæ glandulæ omnes dextri lateris, una cum pancreate, tumore ſupra admirationem magno & duro diſtentæ retorridæque, ut vere lapideas diceres: Hic autem, ut accepi, ante Tertianam Lenta febre hybernaque detentus extabuerat. *Idem.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

GLandulæ omnes una cum Pancreate] Scilicer Omenti, meſenterii, hujuſque glandula majore, Pancreas *Aſellii* dicta, in quibus *Fernelius* ſe lentarum febrium, errantium, ac latentium morborum cauſas ut plurimum ſe deprehendiſſe ſcribit: Revera partes hæ errorum diætæ ac intemperantiæ depoſitariæ ſunt, vaſorum meſaraicorum, lymphaticorum &, juxta nonnullos, nervorum impuritatis excipiunt.

Ex ſero commixto ſanguinis maſſa, &c. §. 1.] Febrium intermittentium materiam ſupponit minime eſſe triplicem illam cacochymiam famoſam, Si quidem, *ait*, bilis, pituita aut melancholia excrementitii humores ſeorſum haud quaquam reperiuntur ea copia cum qua febrem in toto excitent; ſed potius eſſe ſanguinem, impurum illum quidem ſive ſemi-ſanguinem, quanquam crudum, temperatum vel etiam bilioſum aut atrabilarem, qui in portis hepatis & lienis earumque cum radicibus per duplex viſcus propagatis, tum ramis & propaginibus per meſereum & epiploum glandulaſque varias perreptantibus; tandemque ventriculo & inteſtinis implantatis contentus putreſcat, vratuive aut ſimpliciter ebulliat: ſed ſub ea conditione ut quævis alteratio minime ſit continuata, ſed interpolata, quacunque ratione interrumpatur: Hæc enim eſt jam pervagata opinio de loco & de foco putredinis intermittentium febrium a Divino primum *Fernelio* meditata, explicataque ab Excell. *Mercato* & *Rudio* aliiſque luculentiſſimis rationibus, denique experimentis confirmata. *Idem ibidem.*

Hepar quaſi retorridum §. 1.] Cauſa Febris Tertianæ eſt bilis putrefacta; pendet autem hæc ex cauſis ſuperius à nobis enarratis, Potiſſimum ex Jecore retorrido, unde ſcribit *Galenus* Tertianas ſemper fieri Jecore laborante. *Primiroſius lib. 2. de Febribus cap. 2.*

§. 4. Affligebat Nob. Scotum, & quidem juvenem Tertiana duplex, jamque xxij. diem perſequebatur, comitante uſque & uſque diarrhœa biliosa: Utrique malo obviam ibat Medicus peregrinus venæ ſectione decies repetita, Ptiſana, confectione dialyacinthi, aliis Quibus minime reſpondentibus expectationi, æger allatum Londino ſpiritum Tartari, neſcio quo popularium ſuadente, per intervalla ad guttas plures hauriebat, unde viribus quidem ſibi auctior videbatur febre tamen nequaquam immutata: Succeſſere tandem fæces alvi nigricantes, quas poſt aliquot dies mors ſequuta,

Aperto cadavere hæc patuere, 1. Pulmo exterius atris ſparſus maculis, interius pure hinc inde reſtagnans. 2. Pars Hepatis gibba, ſanæ ſimillima, ſed coloris obſoleti & inalbum tendentis: Sima, quæ felleæ veſicæ propior, cœrulea plane: neque lambebat duntaxat ſuperficiem inviſus ille color, ſed in ipſam jecoris ſubſtantiam altè penetraverat: Ut conjicere hinc liceat bilem initio morbi hujus fuiſſe valde æruginoſam, adeoque vicina omnia fœdo colore tinxiſſe: qua per continuam diarrhœam tandem deficiente, non ideo à morte vacua fuit veſicula fellis, ſed alia ſane bile, & quidem ſubflava, eaque dilutiſſima jam diſtendebatur, quæ perpetuò in inteſtina, ut erat texturæ nimis fluidæ excurrens, non poterat non alvum identidem ad excretiones frequentes ſollicitare: Sed cur æruginoſa ante bilis? laboraverat ante annum quartana in qua cum præcipue triumphet ſuccus acidus, credibile aliquid ejus in veſiculam quoque fellis ſeſe inſinuaſſe, & colorem natura flavum convertiſſe ſenſim in viridiuſculum. 3. Lien triplo major naturali, & intus nigra quadam amurca hinc inde ſqualens. 4. Renes magni ſed flaccidi. 5. In dextro cordis ventriculo dimidium cochleare ſanguinis, ſed lenti & pituitoſi: In ſiniſtro ne gutta quidem ſanguinis reperta, adeo frequentes v. s. omnia exhauſerant: Quod ſi in ſimili poſthac caſu ſanguis mittatur parcius, Et uſurpentur liberalius, non ea quibus attenuetur bilis, ſed quibus nonnihil craſſeſcat, rectius haud dubie ægro conſuletur. *Olaus Borrichius Obſerv. 91. In actis Th. Bartholini ann.* 1671. *&* 1672.

SCHOLIA.

PArs Hepatis ſima &c.] Opinio eſt *Fernelii* Intermittentis Febris materiam, non è venis in corporis habitum propelli, ſed hanc penitus immergi, & circum præcordia adhæreſcere: Eamque non eſſe venarum ſuccum alendo corpori deſtinatum, ſed humorem ſupervacaneum, qui è jecoris ſanguine profectus in propria conditur receptacula antequam is Jecur tranſcendat: Omniumque propriam ſedem & originem in prima eſſe corporis regione, circum præcordia ventriculum, diaphragma, *Iecoris cava*, lienem, pancreas, Omentum aut Meſenterium, Quod hæ partes ſint quaſi publica corporis ſentina, in quam omnis confluit cumulaturque humorum colluvies.

§. 5. Vir ætate florente, epulans liberaliter, quotidianæ vomitioni bilioſæ jamdudum fuerat obnoxius, hac repente ſuppreſſa, ventriculi vehemens dolor prehendit, cum nauſea & tuſſi inani: Huic mox cœpit corpus citra febrem ullam vehementi rigore, tanquam invadente exquiſita Tertiana, ex intervallis quotidie ſupra vicies concuti: Exactis diebus circiter xv. putreſcente jam bile, Tertiana febre corripitur, qua multis poſt diebus ſoluta, reſolutio inſequitur omnium corporis partium quæ ſunt ſub capite, nec multò poſt interitus.

Corpore

Corpore diſſecto, tam multorum affectuum cauſam deprehendimus bilem ſinceram, eamque praſſinam, circum jecoris cava libræ pondo membranis coërcitam, & cujus jam portio in ſpinæ nervos obrepſerat. *Fernelius Pathol. lib. 4. de febr. cap.* 10.

SCHOLIA.

NOn paucos dein non admodum diſſimiliter affici notavimus, quorum exemplo intelligi poteſt rigorem, modo ſine febre modo cum febre, interdum ex præcordiis ſuſcitari: Intermittentis quoque febris fomitem in iiſdem locis contineri: Id ex his quoque conficitur, quæ ſæpe fieri obſervavimus, Tertianam diuturnam atque quartanam, in atrocem cruciatum, colico immaniorem deſinere, qui nonnunquam & in artuum dolores & in paralyſin faceſſit: Hic dolor ſine febre eſt, fere tamen conſueto acceſſionis tempore exacuitur & excandeſcit, priſtinumque circuitum retinet: vix niſi vacuatione bilis miteſcit, quam conſtat ut doloris, ita & febris cauſam fuiſſe; depellitur enim è præcordiis & viſceribus in peritonæi inteſtinorumque membranas, eo argumento, quod & febris & ſitis, & inappetentia miteſcunt ſuborto dolore: Itaque ut doloris circa peritonæum & inteſtina, ita intermittentis febris ſedes eſt circa viſcera & præcordia. *Idem.*

§. 6. Anno 1580. obiit Sereniſs. Princeps, Magnus Dux Etruriæ, inexpectato caſu, ex febri Tertiana, quam Medici ipſi ſimplicem fatebantur: Quæ cauſa erat ut varia deinde vulgi & eruditorum judicia hinc inde audirentur, præſertim cum primo pharmaco aſſumpto ſtatim melius habere incipiens, ex voto, quod fecerat, 12. ſupplicium meritos è carcere liberari juſſerit: Erant qui *fungorum eſui* repentinam mortem adſcriberent, quo cibo ipſum maxime delectatum certum eſt, cum ſanus viveret; Alii medicamenta non rectè exhibita incuſabant, quæ ſane omnia nive & glacie refrigerata gelidiſſime aſſumpſerat:

In cadavere ejus Jecur durum & exſangue repertum, ut cui ℥xxj. ſanguinis paucis interpoſitis diebus extractæ erant, ſubſequente ſiti intolerabili: *ventriculi interiorem tunicam* marcor quidam ſanioſus arroſerat, reliquis viſceribus bene conſtitutis & integris omnino. *I. Vdalricus Rumlerus obſerv.* 94.

SCHOLIA.

S*Implicem*] Etſi Tertiana intermittens omnium putridarum ſecuriſſima habeatur, obſervatum tamen nonnunquam periculi expertem non eſſe, ægrosque inopinato perdidiſſe: *Mercatus* lib. de Febribus pluribus modis lethalem fieri poſſe cenſet, 1. ſi humor quem natura è vaſis extra vaſa mittit, in membrum aliquod princeps feratur. 2. cum humor, qui è venis ejicitur, tenuis admodum eſt & ſumme putridus, qualis eſt bilis copioſo ichore plena: 3. ob humorum pravitatem ex pravis alimentis contractam: Quæ ratio hic locum habere poteſt, ob fungorum eſum præcedentem; 4. ex miſtione craſſorum humorum cum tenuibus: 5. ex aliquo accidente ſuperveniente: Adde his malignam humorum qualitatem, & Errata commiſſa, velut aphor. 1. ſect. 1. quale fuit uſus medicamentorum nive & glacie refrigeratorum, à quibus humores ἄπεπτοι & ἀκίνητοι redduntur:

Ventriculi interiorem tunicam] Eroſio illius fungorum eſui crebro non immerito adſcribenda videtur: Nam inter ſymptomata ſupervenire ſolita, inteſtinorum exulceratio, ac ventris tormina recenſentur: Si in inteſtinis vim exſerant, quidni & in ventriculo primo pravum illud edulium excipiente?

§. 7. Bilem ejuſque acrimoniam incuſandam, ex anatome famuli Helvetici, duplici Tertiana & ſimplici. Patavii defuncti videor mihi divinare: Veſica enim fellea, quia ubique obſtructa obſervabatur, imprimis obſtructis meatibus, qui per ſubſtantiam jecoris diſperſi bilem ad veſicam deducunt, bilem calidum ſuccum in corpore reſtitantem, & febris & rigoris cauſam fuiſſe vero ſit ſimile: videatur *Spigelius* lib. 1. de Semitertiana cap. 15. qui venas portæ pro fomite hic agnoſcit. *Th. Bartholinus cent. 4. Epiſt.* 47.

OBSERVATIO XXVIII.

Febres Tertianæ naturam referentes à Seroſitateellioſa in carnibus putrente ortæ.

ANno 1648. menſe Auguſto in Nob. urbe Lucenſi, ipſiusque agro, morbi graſſantes inter Epidemios ſunt reponendi, non ratione eſſentiæ, cum plures afficiant ſub diverſa forma, ſynochi ſcil. hemitritæi, ardentis, tertianæ, ephemeræ: ſed ratione cauſæ, utpote qui à cauſa communi ortum duxerunt, aëre ſcil. valde humido & in activis inæquali, modo calido modo frigido: Et quia hic affectus magis viguit in planitie quàm in montibus, ubi magis ventilatur aër, hinc factum eſt quod in montibus degentes non ægrotaverunt, ægritudineſque variæ extiterunt pro diverſa patientum temperatura & varia victus ratione: Sicut enim excedens aëris humiditas corpora afficiens, ea diſpoſuit ad putredinem, cum humiditas ſit putredinis ſubjectum, putredoque hæc ſeſe inſinuarit in humores in corporibus prædominantes, eoſque vel ſanguineos, hinc ſynochi putridæ: vel bilioſos, hinc ardentes & tritæophies: vel cum pituitoſis putreſcens, hinc heymitritæi: Nec ſolum variæ fuerunt febres pro diverſitate humorum, ſed etiam pro diverſitate loci in quo putreſcunt: Hanc ob cauſam bile prædominante, modo fuit ardens, dum putruit in venis: modo Tertianæ naturam referens, *dum putruit in parte determinata; Vel in carnibus ipſis, circa quas ſeroſitas bilioſa inventa fuit in copia dum facta fuit cadaverum diſſectio. Ben. Silvaticus conſ.* 15. *cent.* 1.

SCHOLIA.

El in carnibus ipſis] Quas Galenus ſedem putredinis in intermittentibus febribus ſtatuit: Quæ (*inquit 2. de criſib. c. 6.*) ob flavam bilem febris accenditur, ſine aliquo viſceris affectu, ſiquidem manente adhuc intra vaſa bile, accendatur, Exquiſita bilis, ardens nuncupatur: Si vero per totum corpus deferatur, Tertiana: Sic ſi ab atra bile fit febris, cum per totum corpus delata fuerit, Quartana efficitur &c. Idem aſſerit 4. aphor. 59. Et profeſſo 2. de differ. febr. cap. ultimo, ubi rem ita concludit, Quicunque circuitibus quibuſdam accidunt morbi, partium ſupervenient diſpoſitionibus, vel mittentium, vel ſuſcipientium, vel gignentium, vel attrahentium excrementa: Quæ vero nullum circuitum habent, in his nulla eſt pars corporis quæ præcipue ſit offenſa, ſed humores in venis & arteriis omnibus, maximeque maximis & calidiſſimis conſiſtunt. *Idem.*

OBSERVATIO XXIX.

Eorum quæ in paroxyſmi Febris Tertianæ initio extincti fuere, Cor & Pulmones ſanguine aggravata reperta ſunt.

IN Tertianæ Febris principio morbifica cauſa cor petens, circa Cor & Pulmones, quando immoratur, anhelosos, ſuſpirioſos & ignavos facit, quia principium aggravatur vitale, & ſanguis in Pulmones impingitur, incraſſatur, non tranſit; Hoc ego ex diſſectione illorum qui in principio acceſſionis mortui ſunt, expertus loquor. *Harveus de motu cordis c. 16.*

SCHOLIA.

Principium vitale aggravatur] Ideoque Pulſus ingruente frigoris paroxyſmo admodum rarus eſt & depreſſus, qui plane arguit calorem & ſpiritus vitales in ſanguine à materia quadam cruda & non facile combuſtili velut obrui, non ſecus ac ignis in foco accenſus, ac dein lignis viridibus obrectus lente admodum gliſcit & parum deflagrat: qui poſtea diſſlato humore crudo in flammam apertam & valde intenſam erumpit, Sic etiam ſanguis, materia cruda, quæ in fluore eſt aliquatenus ſubacta aut diſperſa, plurimum accenditur, & quod in cruore reſiduum eſt, cum ipſius particulis fermenteſcens exurit, & calorem cum ſiti inteſtinum inducit: quare ſanguis impetuoſe efferveſcens pulſu vehementi & velociſſimo urgetur: Secus in corde nimium congeſtus ſuffocationis periculum induceret. *Willis lib. de Febribus cap. 3.*

Qui in principio acceſſionis mortui ſunt] Galenus cap. 9. l. 3. de criſibus docet multis de cauſis contingere, ut in principiis acceſſionum ſuffocentur ægri, ſtrangulentur, ægre ſpirent, imo & moriantur aliquando: Et *Hippoc.* de iis ſcripſit, In principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſideratio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non optimum aliquod ſignum apparuerit: Id ſit propter aliquam ſeparationem & ſecretionem materiei, quæ non per venas, ſed per arterias aut nervos, aut inanes quoſdam mæandros irrepens, inſolentia quædam ſymptomata procreat ac progignit, contingit enim ſæpe, ut moveatur materia, tum ſuo ipſius nutu ac ſponte, utpote animata & excitata ſuo ſpiritu & ichore (nullus enim humor ſine aut flatu aut ichore cito impellitur) tum naturæ vi pellente, & tum in partem aliquam vis atque impetus iſte & impreſſio redundat. *Ballonius conſ. lib. 2. hiſt. 1. p. 6.*

APPENDIX.

Febris Duplex Tertiana, Epileptica dicta, à Symptomate Epileptico in ſingulis paroxyſmis periodice recurrente.

FEbris Epilepticæ meminit *G. Caldera* Tribunalis med. p. 225. novæ & à nullo Medicorum obſervatæ: Puellam, *ait*, vidi decem annorum motibus convulſivis irritatam, cum moderata febre, ſed alvſmo implacido, ut nullibi quieſceret, & maxime cardiaca ventriculi laceſſita: mox intra breve ſpatium accidens Epilepticum vidimus incepiſſe, contortis oculis & membris corporis univerſi convulſis, cerebri potentiis oblæſis, & omnino abolita pene ſenſatione, à quo valde delaſſata quievit, ſed non à dolore ventriculi: mox illi vomitorium imperavimus, ex borraginis aqua repida, ſolo admixto ſaccharo, illud enim ſeſe noſtro judicio primo obrulir, an bilis æruginoſa, aut aliter deterrima os ventriculi pungeret, ut cerebrum, nervorum conſenſu coafficeret, & Epilepſiam per conſenſum ventriculi concitaret: Placidam egit noctem, neque de dolore ullo querebatur, præter morſum ventriculi, utina ad flavam declinabat, craſſa, moderate confuſa: Et licet de febre putrida ſatis moderata eſſent indicia, non ob hoc tantum, ſed ob accidentis immanitatem, quod maximam intulit vim naturæ, ſanguinem mitti juſſimus die ſequenti, ſed ex talo, non tantum quod valentior eſſet revulſio, ſed quia in hypochondriis pravorum ſuccorum ſentinam & fluxionis originem conjecimus (quod attendere certe eſt maximi momenti, nam hoc ſolo auxilio phrenitides, lethargos & alia ſymptomata præcaventur, quæ ex impio conſenſu oriuntur, vaporibus illis inſuperatis) & cum aqua ceraſorum & ſcorzoneræ, parum aquæ tiliæ admiſcere, tum offerre ipſi cibum juſſimus, horis aliquot ante acceſſionem: attamen paucis exactis horis, irruit fraudulenter acceſſio, dolores ventriculi incipiunt clamoſi, Epileptica accidentia revertuntur, ut puella à Demone obſeſſa videretur, præ doloris ſævitia nullibi quieſcebat, & ſic deinceps hora 10. ſequentium dierum incepe-

runt reliquæ omnes acceſſiones, intermittenti Tertianæ periodo, ut merito illam dixcris duplicem Tertianam, cum vomitu pituitæ & bilis in principio, exurenti ardore, linguæ ſiccitate, oris amaritudine.

Hanc in principio febrem diximus Epilepticam: Aliud enim eſt febris cum Epilepſia, & Epileptica Febris, talis ab accidenti dicta: In hoc quippe differentiæ ratio conſtituitur, quod dum accidens cum febre complicatur, ab alio quam à febris principio, aut à foco diverſo oriatur, licet illius occaſione concitetur: hæc eſt certe Febris cum Epilepſia, ut quando ab apparatu epileptico, ſeu à cibo, ventriculo corrupto, febris occaſione commovetur, ſeu ab affectione cerebri primigenia, ſeu vaporibus redditis acrioribus, veluti in variolis: ſed hoc in eo differt à febre epileptica, quod nec determinato tempore concitetur, nec aliquem ordinem determinatum ſervet, ſed prout ſors tulerit, ille commovetur apparatus: At vero in febre Epileptica, quia certum ordinem ſervat, determinato & tempore & loco, eandem febris cauſam, ejuſdemque mineram & putredinis focum: ideo illud accidens peculiare & gentilitium hujus febris videtur, ut merito hæc febris dicatur Epileptica, & non ut ſopor, lethargus & phrenitis, ex frigido aut calido humoris apparatu: hoc enim peculiare habet in hoc caſu accidens epilepticum, nam præter cauſam fixam, focum determinatum habet, in loco, quo quadam velut neceſſitate cum cerebro conſentit; in venis nempe quæ os ventriculi circumdant; ibi enim ramus nervi inſignis à ſexto cerebri paris ſuperiori orificio implantatur, & in reliquum ventriculi corpus poſtea diſtribuitur: nec parum ad os facit qui os ventriculi ipſum amplo foramine ſepto tranſverſo adhæret, quo doloris & humoris appulſu, mox cum cerebri ſubſtantia & nervorum principio conſentit, ut in ſepti tranſverſi inflammatione apparet.

Quo ſuppoſito, conſenſum epileptici accidentis in hac febre, non tantum fuiſſe os ventriculi cauſam exiſtimamus, ſed ſingularem humoris apparatum, acerrimi nempe & mordacis, cujus appulſu cerebri & membranarum ſubſtantia vellicetur; & nedum illa tantum, ſed focum peculiarem febris in venis quæ os ventriculi coronant; quo certe vidimus in hac duplici tertiana epilepticum accidens per acceſſiones incrementa adveniſſe, in declinatione evaneſcere, & in ſingulis poſtea reverti tam ſtatuto ordine, ut ita proprium videretur acceſſionis accidens, quaſi tertianæ intermittentis rigor: Nec ſit mirum hanc febrem ita denominari, ſi ob ſimilem cauſam, & conſimile accidens, nominare placuit *Galeno*, ob ſingultum ſingultuoſam febrem, quia in illa eſt etiam focus intra venas ventriculi, & acertimus humor, qui determinato & tempore & loco tale concitat accidens, præfixo nempe acceſſionis tempore; aliter ac ubi eſt febris cum ſingultu, ex alio quam à febris principio ac foco; ideo non ſtatuto ordine, ſed quando caſu incidit irritatio, quæ eſt illis differentiæ ratio.

Hanc febrem ex talo ſanguinis miſſione repetita curavimus, hirudinibus poſtea hemorrhoidalibus venis adaptatis, qua mitiora vidimus accidentia: poſtea jam capite receptam (non parum enim occaſione accidentis confluxit) vena in carpo ſecta derivari curavimus, frænatis intus humoribus cordialibus aquis, cum pulvere cryſtalli præparati interdum ℥i. ex confect. byacinth. quibus febre reddita mitiori, protinus demiſit epilepticum accidens: Ideo ſyrupo regio & perſico repurgata, divino auxilio convaluit ex atroci & ſingulari morbo.

Observatio XXX.

Febris Quartana focum ut plurimum habet in Liene *atro ſanguine turgente & aduſto, Cujus parenchyma in ſubſtantiam pici ſimilem ſæpe reſolvitur.* 1. *A Liene majori, putri & corrupto.* 2. *A Lienis non naturali conſtitutione, ac Portæ, hujuſque ramorum à Glandulis vicinis tumidis compreſſione.* 3. *In Quartanarii cadaveri exhibuit in corde & vaſis fruſta magna pituitoſa.* 4. *Quartana affectus, neglecto remediorum uſu, lethalem muſculorum abdominis abſceſſum incurrit.* 5. *Quartana à* Iecore *inflammato, cum vitio Lienis, Pancreatis, ventriculi, inteſtinorum.* 6. *Quartana ab* Hepate *ſcirrhoſo, cui ſucceſſit hydrops &c.* 7. *Inducta à vitio Iecoris & cyſtis felleæ.* 8.

§. 1. Lienis viſcus, eſt focus frequentiſſimus plerarumque febrium ſive continuarum ſive intermittentium, quæ *ex inflammatione maxime ſanguinis fervidi*, tenuis & attabilaris ſuccenduntur: quæq; febres aduſtionem ſanguinis, partim linguæ nigrore, partim urina fulgorem quendam emicantem præ ſe ferente demonſtrant, ut ex diſſectione cadaverum eorum, qui ab ejuſmodi febrium violentia perierunt, nec non ex excrementis, atq; etiam ex ſolutione ejuſmodi febriū deprehendere eſt: In diſſectis namq; cadaveribus, aut Lien totus *ſanguine atrorem fulgentem* præ aduſtione retinente carbonis inſtar turgere

nſpicitur(ut ſæpe alias & nuper à me animadverſum in Ampl.Præſide Michaele Bouve-
extincto à quartana continua) Aut vero ejuſdem Lienis parenchyma in ſuccum quen-
im piceum ac fulgentem diſſolutum cernitur : cujus particulæ quandoque per alvum re-
ci ſolent, *picem fuſam* ſubſtantia ſua & nigrore fulgente *referentes*, ut animadverti quoque
 mulieribus præſertim melancholicis à natura, poſt diuturnas febres : *C. Piſo de morbis à*
ro ſectione 1. *Theorem.* 3.*p.m.* 40.

S C H O L I A.

E *X inflammatione ſanguinis fervidi*] Cum duplex
ſit melancholicus humor,alius veluti ſanguinis
inus, fæci vinorum craſſorum proportione reſpon-
lens , temperamento frigidus , qui proprie melan-
cholicus humor dicitur , Alter vero multo tenuior,
temperamento calidus , genitus vel ex ſanguinis fæ-
ce,vel ex flava bile, vel ex pituita ſalſa multam bilem
flavam admixtam habente, qui propriè atra bilis di-
citur , Ideoque duplex Quartana ſtatuenda eſt , una
genita ab humore melancholico frigido,vi ignei ca-
loris torrefacto,quæ vera ſeu legitima, ſeu exquiſita
Quartana vocatur , Altera ab humore attabilario,
quæ notha ſeu illegitima,ſeu ſpuria Quartana appel-
latur ; In magoo igitur errore verſantur qui unam
ejus cauſam agnoſcunt, nempe melancholicum hu-
morem frigidum & ſiccum,adeoq; quamlibet Quar-
tanam nonniſi calidiſſimis medicamentis curant &c.
*Author Enchiridii med.Practici p.m.*364.

Picem fuſam referentes &c.] Triplices ſunt nigræ
dejectiones ,1. ex ſanguine , qui è venis excidens in
grumos concreſcit, 2. ex humore melanch. natura-
li, ſeu fæce illa ſanguinis quæ circa lienem colligi-
tur & fuſa manet nec concreſcit : 3. eſt ex bile atra,
nigra, ſplendente, acri ; 1. non adeo periculoſa niſi
forte putreſcat,venenique naturam induat , aut cau-
ſa unde provenit , ſit magna : 2. aliquando fit cum
ægri commodo, etſi lienis debilitatem arguat , ideo
videndum criticè an ſymptomaticè fiat ; 3. peſſima
eſt , utpote quæ fit ab humore peſſimo. *Sennertus*
lib. 3. *Pract.p.*2.*ſ.*2.*cap.*7.

Sanguine atrorem fulgentem] Sanguinei, & qui-
bus faciei color floridus facile in Quartanas inci-
dunt : Eorum autem notat duo genera *Ballonius*
conſ. 64. lib. 1. ex quibus duæ quartanæ differentiæ
exurgant , variam medendi rationem expoſcentes
Τῶν ἐξερύθρων , αἲ, duo ſunt genera,alii calidi & hu-
midi ſunt, hepaticique dicuntur, & multum ſangui-
nis generant, pulſus habent plenos,elatos,magnos,
febribus continuis,ſynochis putridisque ſunt obno-
xii; & cum perſpiratione careant,fiunt melancholi-
ci, non atrabilari, ſed melancholici à fæce ſanguinis
& craſſitie, & veras legitimasque quartanas habent,
cum ſanguis non bene repurgatus , aut cum plus
æquo ſuccreſcit in corpore , Et tales quartanæ ſunt
longæ quidem ſed securæ ; De iis dixit *Hippoc. Præ-*
rubri melancholici fiunt : Alii colorem habent ru-
beum,& hepar præcalidum habent ; ſed calor in hu-
miditate, poſitus non eſt,ſed in neſcio quo ſqualore,
ſiccitate , humiditatis inopia : Et hi tametſi rubore
alias fugaci, alias non fugaci perfundantur ſuffun-
danturque, tamen hoc non eſt indicium abundantis
ſanguinis ſed calidioris Hepatis , ſanguinem acrem,
ſubtilem ſeroſumque generantis : Sic ſunt pauci
ſanguinis,pulſu ſatis celeri,non elato,non pleno &c.
qui in atrabilariam naturam immutatur : Priores
ἐξέρυθροι facile ferunt venæ ſectiones : Poſteriores
nonniſi ſumma cum difficultate , vix enim ſeſe reci-
piunt recolligunt , hypochondriacis morbis
laborant & obſtructionibus
meſenterii &c.

§. 2. Joh. Formageus dum juvenis eſſet valde famelicus erat & ciborum appetens: vix
famem ſatiabat : Obſervarunt primarii Medici eos, quibus aut imbecillis eſt Lien, utpote
non ſatis officioſe expurgans Hepar, aut putris,voraces eſſe,ac velut voulimo quodam ge-
neraliter dicto occupari : Ac revera hic de quo nunc agimus , *Splenicus erat*, *corpore & ha-*
bitu melancholicus per aduſtionem, ſed tamen moribus & animo ſatis feſtivus & hilaris : Sed
literæ illæ interiores,quibus vitioſiſſima etiam natura poteſt emendari (exemplo *Socratis*)
illum ad iſtam æquitatem & hilaritatem traducere potuerant : At febre *Quartana longa*,
qua detentus fuerat , & dolor fixus ad hypochondrium ſiniſtrum , & apertio cadaveris ſatis
teſtantur *quale vitium in Liene fuerit:*Et cum *cibum ingeſſerat conquieſcebat dolor.* Præter au-
tem naturale & inſitum ipſi Lieni vitium , quod corpuſculum iſtud in tantam corruptio-
nem adducere non poterat, ſed juvare tantum , cauſa erat προκαταρκτικὴ, quæ noxam ma-
gnam intulerat ipſi Lieni : Nam cùm forte in equum conſcendiſſet,artis equeſtris parum
peritus,tanta vi ab equo depreſſus ac decuſſus eſt in ſolum, ut mirum fuerit cur repente
oppreſſus non fuerit : inciderat in latus ſiniſtrum, & Pulmo & Lien vitium ceperant: Ad
medium menſis Martii dolore cœpit pedem dextrum , revera arthritis erat , eaque reſi-
dua ex febre illa quartana de qua dictum , nam narrabat ſe diuturnitatis tædio affectum
omnia remedia undique quæſiviſſe quibus poſſet cito febre iſta defungi : Conſultum eſt
ut hauriret cyathum aceti deſtillati aqua diluti : Revera febris viſa eſt extingui : Sed vi-
ce illius totum *corpus ſcabie eſt infectum* , nec non ab eo tempore in magnis temporum
mutationibus articularibus doloribus eſt impeditus : Cum ergo duos integros dies ma-
gno pedis articulo laboraſſet , & ad anodyna more ſolito confugiſſet , dum ceſſat dolor
iſte , paulò poſt doloribus hypochondriorum , & præſertim ſiniſtri conqueritur, in neu-
trum decumbere poterat ; Erecta cervice ſpirare cogebatur : Murmur erat magnum
& flatuum ilias , dolores iſtos à flatibus eſſe putabamus : alii vero ab illius refluxu mate-
riæ, & orgaſmo materiæ antecedentis , quæ ejuſdem erat naturæ *cum ea quæ dolores ar-*
ticulares committebat ; Mors , quæ repente ingruit non fuit (ut putabamus) recurſus illius
materiæ

materiæ quæ in pede dolores excitaverat, aut ſuppreſſæ materiei vitulentæ & antec dentis commotio, ſed rupta velut vomica interiit, Etenim *in hypochondrio ſiniſtro* adc potens erat *pulſatio* ut quæcunque ei hypochondrio ſupereſſent ea ſubſultarent; & pu ſatio talis percipiebatur qualis in abſceſſibus ad ſuppuratum tendentibus: Nunquam m moria noſtra tam alte palpitans pulſanſque hypochondrium contigeramus; ut miru non fuerit *ſi et pars hæc doluerit ſemper*, & ſi ita repentinæ cladis interitusque cauſam intu foverit: Ac initio quidem tanti momenti rem eſſe non putabamus: ac nos fateri opo tet mali eſſentiam ignoraſſe deceptoſque ſimilitudine tantum: Nec illud eveniſſet, ma gna artis noſtræ, quæ multis eſt auxilio, calumnia, quod contigit, Nam tribus à venæ ſe ctione horis, derepente arteria vaſiſque aliis, ut credibile eſt, in Lienis regione ruptis i tetiit: Sed mirum quod contigit, *natura conabatur per vas venoſum in capacitatem* rejectar eum ſanguinem, qui ſua copia & quantitate moleſtus erat, unde adeo intumuit induruit que ventriculus, ut ſaxeus lapideuſque eſſe videretur: Sed credo libera non erat via qu id præſtaretur.

Aperto autem cadavere, putris & ſemilacer inventus lien, & in magnam molem excre verat, ſed corruptione propriæ ſubſtantiæ in partes veluti minimas conciſus & ſemeroſu videbatur, Lobi pulmonis ſiniſtri adhæſerant coſtis, & in *Liene ſanguis concretus erat*, qui propriis vaſis effuſus, tandem ruptis tunicis quibus concludebatur, inopinatam morten intulit. *Ballonius conſ.* 107. *lib.* 1.

SCHOLIA.

Q*Uartana longa qua detenens fuerat &c.*] Vix quis diuturna febre quartana, & nulla arte medica curabili detinetur, quin vitium ſit in liene & antecedens & conſequens: antecedens, infirmitatem aut in ſubſtantia ipſa aliquid latens & contra naturam, quod congenerem aſſiduumque morbum accerſat, pariat, alat, foveat, & in multos dies ac annos etiam deducat: Si enim quandam congeſtionem humoris melancholici ſuſtuleris, quæ autumnalis aut hyemalis quartanæ febris author eſſe poteſt, fere fit ut diuturnæ quartanæ focum habeant in liene; ſed tanto diuturniores fiant, quanto vitium eſt interius, ut totius ſubſtantiæ eſſe dicatur morbus, & κακοπραγία contingat in parte ipſa. Conſequens autem vitium voco, illud quod ſequitur ex longa obſidione & occupatione ipſius partis, nam non poteſt fieri ut morbus aliquis in parte diutius ſtabuletur, quin partem ipſam, in qua reſidet, infirmet officiatque, imo deteriorem faciat quam antequam morbus ipſe eam occuparit: Dolor autem qui illum ſæpe affligebat in ſiniſtro hypochondrio, ſatis indicabat ſubeſſe quippiam contra naturam, ſi verum illud quod ſcribit *Hippocr.* Ubi dolor & calor ibi morbus.

Quale in Liene vitium fuerat] Pleriſque viſum tantæ in ea febre diuturnitatis cauſam non aliunde petendam, quam ex cancroſa diſpoſitione in corpore lienis: nam quas Quartanas ſolus humor melancholicus accendit, eæ non ſunt ita diuturnæ: Sed cum lienis ipſius temperies eſt immutata, citra inflammationem aut ſcirrhum, aut obſtructionem (quod de Hepatis κακοπραγία docet *Galen.* cap. 8. l. 5. de loc. aff.) mirum quam protrahantur affectus ipſi: At cùm non ſit in manu Medici ſitum iſtam aut partis διαφθορὰ, aut διάθεσις, aut notam quæ elui non poteſt, & quæ lanis Aſſyrio colore tinctis ſimilis eſt, tollere, non eſt quoque in poteſtate illius ut morbos inde natos & altos tollat: Ea diſpoſitio quo magis medicamentis irritatur, magis ægreſcit medendo.

Cum cibum ingeſſerat conquieſcebat dolor] Sic credebatur eſſe ab inanitione, at palliativa erat iſta doloris ceſſatio: atque eo modo multa fiunt & adhibentur quæ dolorem leniunt, cum tamen ea non ſint legitima doloris ſedandi remedia, ſed id fit per accidens.

Totum corpus eſt infectum] Notat *Rhodius* cent. 1. obſerv. 12. quoſdam ſe noviſſe Patavii qui ſcabi fœdarentur niſi Quartana quotannis correpti: atqu *B. Silvaticam* Cucullatum noviſſe Quartana corre ptum quæ ſcabie ſolvebatur.

Quæ articulares dolores committebat &c.] Revera ut multis colligebatur argumentis, contra paradoxon *Fernelii*, dolores iſti articulares non à capite erant ſed ab interno corpore: Credibile eſſe putabamus quod *Hippocr.* in Epid. ſcripſit part. 3. ſect. 4. lib. 6. Cui inteſtinum in dextra parte dolebat, & articulorum morbo laborabat, erat quietior; poſtquam hic curatus fuit, erat dolentior: In comm. duas cauſas reddit *Galen.* 1. Quod duobus doloribus una non eundem locum infeſtantibus, major obſcurat minorem: 2. Quod humorum in artus currentium impetus ad colon inteſtinum converſus eſt.

Natura conabatur per vas venoſum in capacitatem rejectare] Plerique eructatione viſcerum in ventriculum aut ſanguinis aut humoris, à ſubita repentinaque morte ſunt vindicati: Atque eum in ſenſum *Galen.* cap. 1. lib. 6. de loc. Lien, *ait*, Hepatis exemplo excrementa ex ſe rejicit, ita ut & vomitione melancholicum ſanguinem aliquando excernat, qui interdum per inferiora quoque decedit: Et cap. 6. lib. 5. Sunt, *inquit*, qui putent nequaquam fieri poſſe ut ſanguis vel ab hepate vel à liene effluens per ipſum evacuetur: verum per artis exercitationem utramque opinionem contemplanti mihi, viſa eſt per ipſum ventriculum fieri evacuatio ex dictis viſceribus: Juvantur verò ægri tali excretione, ſi modo ſint ferendo, Item ſi non ſit perennis generatio ſed tantum congeſtio.

In hypochondrio ſiniſtro palſatio] Παλμὸς iſte & pulſatio aneuryſma ſubeſſe declarabat; Nec enim de vera palpitatione hoc poteſt audiri, quæ à ſpiritu craſſo & flatulento fit: Sed pulſus & palpitationis nomine audienda vehemens & perceptibilis quædam motio arteriarum, aut magnæ arteriæ dorſo incumbentis, eo modo quo in magnis inflammationibus ac præcipue cum ad ſuppurationem tendunt, contingit: Nec enim omni inflammationi pulſus adeſt, ſed ſi ea ſit ingens & ſuppurato proxima, ut ait *Gal.* cap. 1. l. 3. meth.

Si ei pars hæc doluerit ſemper] Quoties apud *Hipp:*

ppoc. legitur Hypochondrium hoc vel illo modo pꝛentum eſſe, in eo febrilis affectionis ſedem eſſe oꝛtet, ait *Gal.* comm. io hiſt. 2. ſect. 1. lib. 1. Epid. que ad perpetuam memoriam hoc eſt menti infiadum, quoties quis etiam dum rectus agit de do- te hypochondriorum, præſertim profundo con- eritur, oporter non temere ſecurum eſſe, ſed ve- ndum eſt de re aliqua latente: Declarat hic no- ꝛ æger, & *Apollonius* ſect. 3. lib. 3. Epid. hiſt. 13. cui nſuetus dolor erat ad dextrum hypochondrium, hic mortis tandem cauſa fuit, cum levi alia de uſa laboraſſet: nam mirantur aliqui ſæpe nos levi cauſa in morbos incidere, at hæc per ſe non eſt uſa ſufficiens, Etenim, ait *Galen.* comm. in part. ſect. 1. lib. 3. Epid. Sunt quædam quæ per ſeipſa oꝛbum committere nequeunt, quæ ſi ad corpus oꝛbo opportunum acceſſerint, totius cauſam morbi teduntur ſuſtinere.

In Liene ſanguis concretus erat] *Hippocr.* aph. o. lib. 6. ait, Si in ventrem ſanguis p. n. effunditur, eceſſe eſt ſoppurari, Græce ἐκπυηθῆναι i. e. φθαρῆναι, corrumpi & in pus verti, Ac primum noſſe oportet id quod placet *Hippocr.* Si unquam ſanguis a propria cavitate in aliam quamcunque pervenerit, omnino eſt impoſſibile ut ſanguis permaneat: Sed an neceſſe ſupputari? Noo placet *Galen.* cum ſuppurari ſit nomen mutationis unius in ſanguine factæ: itaque generalius refertur ad τὸ φθαρῆναι, i. e. vitiari: Nam tribus modis vitiatur ſanguis, aut enim in pus vertitur, aut liveſcit, aut grumeſcit: grumeſcit autem præſertim ſi in maguam cavitatcio ceciderit: atque noo mirum ſi in ægro ooſtro non ſupputatus fuerit ſed nigrefactus & in grumos verſus, erat enim magna pars ejus in amplam cavitatem delapſa: deinde aneuryſmatis ruptio repentinam mortem attulit: Sic iſte magnus & apparens pulſus ſignificabat contineri aliquid cootra naturam in capacitate iſta & arteriam dilatatam valde: Atque huc pertinere poteſt aph. 23. lib. 4. Quibuſcunque ex morbis acutis, aut diuturnis, ſive quovis alio modo extenuatis, nigra bilis, ſive uti ſanguis niger deſupter exierit, poſtridie moriuntur.

§. 3. Michael Tedler ann. 25. anno 1640. cum per 16. circiter menſes Quartana laboraſſet, non obſtante eo quod diverſis accommodatis remediis uſus eſſet, ad ſuperandam quam ex victu pravo contraxerat cacochymiam, tandem morbo medelam ſuperante noctu inter 23. & 24. Martii deceſſit: fuitque hic ejus vitæ exitus: aliquot diebus ante mortem à corrupto viſcerum tono pedes & crura tumeſcere cœperunt, Viresque & appetitus paulatim dejiciebantur, manebat tamen idem febris circuitus, cujus paroxyſmum etiam nocte, quæ ipſi penultima fuerat, paſſus eſt, ſed & die ſubſequente ante veſperam, novo eoque vehementiori paroxyſmo correptus fuit, qui ipſum mane ante tertiam abſtulit.

Aperto in defuncto abdomine, hæc præcipue p. n. deprehenſa fuerunt: Lien præter ſolitum, triplo major erat, flaccidus tamen & ſanguine nigro ultra quam decet inſuccatus: circa autem ejus arterias, earumque ramos, ad ventriculum & ad Portæ venam tendentes, glandulæ erant multæ, quæ comprimendo ductus anguſtabant, & viſceris hujus (ut facile colligere eſt) obſtructionem faciebant, ſimulque febri huic dum viveret occaſionem præbebant, & omnium medicaminum vires eludebant: Sed & hujuſmodi aliquot glandulæ erant circa veſicæ felleæ ductum ad inteſtina tendentem, eumque ita comprimebant, ut vix aliquo conatu inſtrumentis tenuiſſimis eſſet tranſitus: Et harum glandularum omnium maxima firmiter etiam Portæ trunco ad finem Pancreatis nectebatur: adeo ut mirum non fuerit nutritionem ipſi defeciſſe, & Icteritiæ paulo ante mortem ſigna ſe in mutato corporis habitu obtuliſſe, & alvum (de qua tandem etiam querulus fuerat,) ſegniorem redditam: In Thoracis dextra parte etiam modica aquæ quantitas colligi cœperat, Pulmo tamen mediocriter habitus & liber: ſiniſter autem Pulmo paſſim partibus continentibus erat adnatus, non corruptus quidem, ſed flaccidior tamen & aquea ſpuma impletus: Reliqua à naturali conſtitutione non multum aliena erant. *O. Heurnius obſervat.22.*

§. 4. *Helidæus* ſecuit aliquando in Hoſpitali Bononienſi virum quendam, qui febre Quartana, qua diu detentus fuerat, tandem mortuus eſt: Poſteaquam autem cadaver iſtud aperuit, reperit in corde, venis, & quaſi omnibus membris, fruſtra magna, longa, alba, pituitoſa: Hoc eſt proculdubio id quod in venis cruditatem appellere ſolemus: *Ex obſervationibus Laurentii Scholtzii.*

SCHOLIA.

De iis corporibus pituitoſis mentio ſæpe facta lib. 1. pluribus in locis: Pituitam autem Quartanæ originem aliquando dare aſſerit *Hollerius*, quæ tam craſſa eſt ac contumax quam ipſa atra bilis: Neque id, *ait*, repugnat Græcis aut Arabibus, nam pituita conſiſtentia craſſa, quantitate pauca, quartanos aut etiam rariores circuitus facere poteſt: Sic Rhazes docet Quartanam fieri ſucceſſione Quotidianæ & Tertianæ, aduſtis ſcil. aut incraſſatis humoribus.

§. 5. Quartana affectus neglecto remediorum uſu abſceſſum muſculorum ventris incurrit. *Vide lib. 3. tit. de ventris Tumoribus.*

SCHOLIA.

N*Eglecto remediorum uſu*] Intermittentes febres per ſe minime lethales ſunt, etſi exquiſitæ admodum acutæ exiſtant, cùm ipſarum cauſa procul à corde in ventre inferiore exiſtat, circa excrementorum

rum ſentinam, à quo loco melius quoque expurgari poteſt: Fit tamen quoque ſi diutius perſeverent, aut frequentius infeſtent, ut viſceribus vicinis læſis, Hepate, Liene, Ventriculo, Inteſtinis, novi inde morbi & graviora periculoſioraque ſequantur ſymptomata, ut colicus dolor, uterious, hydrops, ſimiliaq; quæ ob errorem ægri, nonnunquam & Medici, poſſunt accidere. *Platerus Prax. lib. 2. cap. 2.*

§. 6. Juvenem, cui perperam fuerat exſectus teſtis, *febris quartana* prehendit, ac in ea redegit anguſtias, ut nequiverit unquam in cubili quieſcere; nedum urgente etiam ve maxima dormiendi neceſſitate, ſive nocte ſive die, ſomnum capere, niſi vel pronus conſideret in ſedili, vel caput in lecto haberet ſublime, interdicta ipſi quaſi omni decumbend copia: corpore enim vel minimum, ſive retrorſum, ſive in alterutrum latus inclinato, dici vix poteſt quam acerbos illico perſentiſcetet dolores cum in lumbis tum inventre, quorum cruciatibus, qualibet febris acceſſione tam miſerandum in modum excarnificatus fuit, ut oppreſſus miſeriis, non invitus è vita diſceſſerit.

Invenit autem Anatome Jecur inflammatum; Inteſtina vitellina; ventriculum vero atra bile perfuſum, eandemque in turgidis omenti, ac multijugis Lienis venis (quarum congeriem perperam vas breve vocant) adeo copioſam ut coram omnibus digito inde exprimeretur: In varicoſis vaſorum ſpermaticorum anfractibus, veſiculiſque ſub veſica poſitis, ob exectum alterutrum reſtem, plurimum ſtabulabatur ſeminis: Sed admirationem movit Pancreas, ſupra infraque ut turgidum & extuberans, ſic intus ſordido pure, ac viſcida pituita impendio nimis infarctum: cujus pondere depreſſis occluſiſque venæ cavæ, ac arteriæ magnæ tunicis, viſceri huic ſuppoſitis, ut juvenile hoc corpus emarcuit, genio ſuo defraudarum, ſic excitavit contumax ipſius obſtructio ſummas illas præcordiorum anguſtias, quæ comitabantur quaſcunque febris acceſſiones: incaleſcente proculdubio putrida hujus viſceris proluvie, ſive ab incendio febrili, ſive à pulvinorum calore: cujus vapores deinde in ventrem, ſpinalem medullam cerebrumque delatos, ecquis non videt excitaſſe dira illa ſymptomata quibus corpus hoc quotidie fuit exagitatum. *Tulpius obſerv. med. lib. 4. cap. 32.*

SCHOLIA.

D*E vero Pancreatis uſu &c.*] Quamvis inter medicos necdum convenit de vero Pancreatis uſu, certo tamen certius eſt inibi locorum inveniri diutinos ac inextricabiles morbos, veluti tabem dorſalem, febres productas, ſcirrhos, abſceſſus, ſteatomata, vomitum, inquietudines, vigilias, aliosque peroirioſiſſimos affectus, qui ex hoc fonte, quaſi ex Pandoræ pyxide non infrequenter erumpunt, ad pernitiem humani generis, teſtibus *Fernelio*, l. 6. c. 7. *Riolano Anthrop.* l. 2. cap. 6. & *Hildano* cent. 1. obſerv. 71. *Huc refer quæ ſupra adducta ſunt de febrium intermitt. origine ex Pancreate.*

§. 7. Quinquagenarius, aut circiter, è febre *Tertiana æſtiva* Autumno *in Quartanam* ſimplicem, hinc in triplicem degeneravit, atque ad Novembrem in hydropem: Deſperatus eſt à Medicis, quia Practici confirmatum hydropem dicunt poſt ſecundum menſem: Relata cauſa ad Hepar refrigeratum, partim morbo, partim uſu aqua deſtillatarum, acetoſæ & cichorii, quibus plurimum uſus fuerat.

Mortuo Febr. initio inventa ſunt ſyderata inteſtina, ſimilia aquatilibus colubris: Omentum corruptum: Hepar multis occupatum ſcirrhis. *Hollerius obſerv.* 20.

SCHOLIA.

E *Tertiana æſtiva in quartanam &c:*] Quartana vel primo incipit, vel aliis febribus ſuccedit, præſertim Erraticis; Cum primo incipit, ab humore ſit frigido ſiccoque: cùm aliis febribus ſuccedit, ſit ab humore aduſto; Et hujus origo poteſt eſſe Hepar fervidios atram bilem generans: *Hollerius* docet Quartanas fieri vel vitio Hepatis ſanguinem adurentis; Vel vitio Lienis melancholiam non expurgantis; vel *vitio ventriculo* crudum humorem generantis.

§. 8. Dom. *Magnus* ait in vulgari Quartanarum fœtura, obſervaſſe ſe pleroſque toto autumno & hyeme quartanarios decubuiſſe, ac tandem interiiſſe, in quorum mortuorum cyſti lapis loco fellis concreverat, His Quartanis *Iecur author fuit. Ballonius Parad.* 135.

SCHOLIA.

I*Ecur author fuit*] Bilem generans nimioque calore adurens; quippe à bile aſſata vel exſiccata plerumque originem ducunt calculi veſicæ felleæ: Hinc narrant *Huitfeldius* & *Suaningius* in hiſtoria *Chriſtiani Secundi* Daoorum Regis inventos plurimos lapillos parvos in ejus cyſti fellea, quia vinis generoſis frequentius circa vitæ finem utebatur. *T. Bartholinus.*

OBSERVATIO XXXI.

Febris Semitertiana ortum habet plerumque ab inflammatione meſenterii, Omenti, Inteſtinorum vicinarumque partium. 1. 2. 3. 4. *Peſtilens ab Hepatis, Pulmonum, imo Cordis inflam-*

inflammatione, hinc ſideratione. 5. Extinctæ mulieris Hepar exſiccatum repertum, cum lapillis in cyſti, Pulmones ſuppurati. 6.

1. QUidam ex gravi dyſenreria in Semitertianam ſpuriam incidit, quæ poſtea febris
inrermittens facta fuir: Ægro 40. die mortuo, & corpore aperto, inventa eſt in-
erna veitriculi runica levi eryſipelare inflammarorio affecta: Venæ meſaraicæ, & quæ
d ventriculum tendebanr, atque omentum, craſſo nigroque ſanguine refertæ erant, imo
Omentum ſemiputrefactum ab inflammatione Eryſipelarode, quæ in omnibus venæ por-
æ ramis minoribus inerat. *Adrianus Spigelius lib. 1. de Semitertiana cap. 15.*

§, 2. Ego plures qui febre quotidie ſeſe exacerbanre, præcipue circa veſperam, aut ſta-
im poſt meridiem, in modum duplicls Tertianæ conrinuæ, vel Semitertianæ, perierunt,
ecui, & in his putredinem non in vena cava, ſed inflammaro alicujus primæ regimis vi-
cere, vel alia aliqua recondita parte, inflammationem paulò minorem quàm ur dolore
b ægro, vel *tactu hypochondriorum* à Medico & ægroto cogneſceretur, deprehendi: *Idem
bidem cap.16.*

§. 3. In diſſectis Semitertiana mortuotum cadaveribus, reperi inflammationes ex ſan-
guine bilioſo & pituitoſo factas circa jecoris cavam partem, in venrriculo, inteſtinis tam
raſſis quàm tenuibus, Meſenterio, Omento, Liene, & ſæpius in una parrium commemo-
atarum, aut pluribus; aliquando etiam in omnibus, quæ celeris mortis cauſa erant, ſu-
perveniente gangræna vel ſphacelo: Præterea in plurimis dolores in ventre immanes
vel continuos, qui certis horis plerumque exacerbabantur, vel intermittentes eos affige-
bant, orti fuerunt, ex facto abſceſſu, ſanie ac pure, aut bile ſanioſa & concocta per ſeceſ-
ſum vel vomitum redditis. *Idem cap. 14.*

§. 4. Rariſſime Semitertiana laborant, qui firmis ſunt viſceribus, ſed ii qui diſtillatio-
nibus laborant, Jecur habenr obſtructum, aut Lienem, aur meſenterium, Pulmones ma-
le affectos, per longa intervalla colicis doloribus infeſtantur: Nullius eorum, qui à Semi-
tertiana perierant, cadaver inſpexi, in quo Pulmones & Jecur non male haberent: vel una
cum his Caput, Lien, Renes, meſenrerium, Inreſtina magna ex parte inflammata, & in ali-
qua parre gangræna correpra erant, præſertim quo loco Ileon colo jungitur. *Idem l.2.c.11.*
In quodam juvene Belga, qui poſt Dyſenteriam in Semiterrianam incidit, & die 20. mor-
tuus eſt, reperi inteſtina tenuia inflammata; Ileum, qua parte colo & cœco adhærebat,
ſphacelatum. *Idem ibid. c.16.* Adoleſcens quidam Gallus Semitertiana correptus 27. die
mortuus eſt: in cujus cadavere diſſecto tenuia inteſtina inflammata fuerunt deprehenſa,
& Ilei portio magna verſus colon ſphacelata; Jecoris etiam cavæ partis portio inflam-
mata fuit, *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

EX vulgata ſententia, Semitertiana febris ex con-
tinua Quotidiana & Tertiana Intermittente eſt
compoſita: At cum non ſolùm antiqui & recentio-
res de febris hujus natura non plane conſentiant, ve-
rum etiam mixtura illa febris Tertianæ & Quotidia-
næ, bilisque ac pituitæ non ſemper locum habere
videatur, multoque graviora in hac febre adſint ſym-
ptomata, majusque periculum quàm quod ſolum ex
pituitæ ac bilis mixtione provenire poſſit, Ego meam
hic ſententiam propono: Equidem non negaverim
febres tales ex continuis & intermittentibus com-
plicatas dari poſſe, libenterque concedo cum *Plate-
ro* ſimul & eodem tempore in venis meſaraicis & ve-
na cava humores putreſcere poſſe, ac quidem vario
modo, ex diverſitate materiæ vel tertianas vel quar-
tanas ſimplices aut duplices; nothas aut legitimas,
cum continua complicari: febresq; quæ varias exa-
cerbationes & mutationes in ſymptomatibus ha-
bent, excitari poſſe; Modo hoc obſervetur non ne-
ceſſarium eſſe ut una harum febrium ſemper ſit quo-
tidiana: ſunt enim quotidianæ febres raræ omnino
& ſemper longæ, cùm Semitertianæ ſæpe ſint ſatis
frequentes, imo interdum epidemiæ & non ſemper
diuturnæ: Ideo ſufficit ut una ſit Intermittens, altera
continua cujuſcunque etiam generis: quomodo illæ
de variis differentiis & gradibus controverſiæ tol-
luntur: Verum his omnibus conceſſis, ſum in ea
ſententia, etiam febres natura ſua intermittentes,
Tertianas præcipue, ſeu ſimplices, ſeu duplices, ſeu
triplices, vel etiam, ſi cui ita libet, quotidianas, Se-
mitertianas dici poſſe, Eas ſcilicet, in quibus cauſæ
morbificæ pars aliqua & ventriculum, inteſtina ac
vicina loca detruſa, inflammationem, atque inde fe-
brem ſymptomaticam excitat, ut ita hæc febris, ra-
tione intermittentis ſit horrida; ratione ſymptoma-
ticæ, continua: ut enim natura in continuis febri-
bus interdum partem materiæ ad partes aliquas pri-
vatas, ut pleuram, pulmonem, fauces deponit, ita
non eſt impoſſibile eandem etiam in intermittenti-
bus partem materiæ cum ſanguine ad inteſtina &
ventriculum ac vicina loca depellere, quæ ibi hæ-
rens inflammationem excitet, unde etiam febres hæ
tam periculoſæ ſunt: Atque ita rem ſe habere ob-
ſervationes allatæ ex *Spigelio* docent: Perſuadet
iſtud & hoc quod febres hæ ſint frequentiores quan-
do dyſenteriæ contagioſæ graſſantur, ut idem docet
lib. 2. cap. 10. Materiæ enim ad inteſtina impetus eſt
in utroque malo: Accedit his & illud quod febres
hæ ſolvuntur doloribus colicis, alvi fluxu, dyſenteria,
quæ omnia humorem ad inteſtina impetum habere
indicant; & ut idem lib. 2. cap. 14. docet, Aliquando
in momentaneam apoplexiam & paralyſin mutan-
tur, quæ proculdubio ex primis viis ortum habet, eſt-
que talis qualis colicam quandoq; ſequi ſolet, quod
vel ex eo patet, quod febris hæc ex paralyſi, ſuper-
veniente dolore colico, quandoq; ſolvi ſolet: Scribit-
que

que, Idem, ſe longo uſu edoctum dolores hoſce colicos, poſt duplices tertianas & tales febres ſequi, quod ortum habeant tales febres ab abſceſſu plerumque conſiſtente in pancreate, meſenterio vel cavo jecoris, è quibus materia ad inteſtina depellatur.

Ex quibus omnibus apparet materiam Semitertianæ non ſemper in vena cava, quod *Spigelius* concedit, ſed in venis meſaraicis etiam contineri, & proinde ex febre primaria & ſymptomatica componi: Et primò quidem natura ſua febrem intermittentem eſſe, cui poſtea continuus calor accedit ex inflammatione ventriculi, inteſtinorum & vicinarum partium, ex ſanguine ac humoribus vitioſis in ea loca & extremitates vicinorum vaſorum meſaraicorum eo defluentium confluentibus excitata: Unde ipſe *Galenus* lib. de Typis ſcribit, non ſemper continuas, ſed etiam intermittentes repetiri ſemitertianas, i. e. ut *Spigelius* explicat, non omnibus morbi totius temporibus: nam primo poteſt intermittens eſſe tertiana ſola, huic poſtea accedit alicujus viſceris inflammatio, qua ſedata nihil hominus poteſt febris intermittens remanere: Imo fieri poteſt ut ſæpius hoc modo febris mutetur, prout ſæpius nova alicujus partis inflammatio accedit.

Atque ex his cauſis horroris & rigoris, Et cur in febre hac continua toto morbi decurſu horrores & rigores toties accedant, febresque hæ φρικώδεις appellentur, reddi poteſt: Fit hoc primo ordinate, & nunc ſæpius nunc rarius pro febris intermittentis natura, quæ poteſt eſſe tertiana ſimplex, duplex, triplex, vel etiam quotidiana forſan: deinde inordinate, cùm inflammatio novam partem occupat, vel dum pus fit, ſecundum *Hippocr.* 2. aph. 47. Sunt enim hæ partes, quas inflammari diximus, membranoſæ, & proinde iis affectis facile rigor vel horror excitari poteſt: Neque ex rigore vel horrore ſemper initium novæ febris colligere licet, ſed ſunt rigores & horrores etiam inflammationibus proprii, ut modo ex *Hipp.* 2. aph. 47. dictum, qui etiam in coacis ſcribit, Qui ſubinde exudant, rigentque, lethale, ac ſub finem morbi ſuppurationem habere deprehenduntur, alvosque perturbari: Ita ibidem, *Rigor in phreniticis accidit*, Et habentur in coacis plures aphoriſmi, qui docent Rigores non ſolum in initiis febrium accidere, ſed alias etiam ex materiæ commotione: Et experientia id confirmat; refert enim M. *Donatus* hiſt. mirab. l.5. cap. 5. cuidam in muſculo temporali vulnerato ſeptima die ſuperveniſſe rigorem, eumq; ad 45. diem riguiſſe, & quotidie fere ſemper ſudaſſe, alternatim rigoribus ſuccedentibus ſudoribus: Et ipſe ægrum vidi inflammatione auris, quæ tandem ad ſuppurationem pervenit, laborantem, eodem die ter riguiſſe, idque aliquoties accidiſſe etſi per intervalla longiora: Et omnino facilius ex hiſce quæ diximus, omnium qui in Semitertiana accidunt cauſam reddere licet, quam ex difficili illa & non ſemper probabili febris intermittentis & continuæ mixtione, præcipue ſi hoc præſupponamus, quod à doctiſſimis Medicis approbatur, nimirum eundem hominem poſſe pluribus tertianis laborare, ſi in diverſis & pluribus ramis meſaraicis cauſa febris contineatur: hinc enim fieri poteſt, ut non ſolum antequam una febris ſolvatur, alius paroxyſmus invadat, ſed & accedei inflammatio calorem præcipue continuat, unde f bris eſt continua: Toties vero rigor & horror inv dit quot numero ſunt Tertianæ: neque enim dupl ci vel triplici ſaltem Tertiana, ſed quatuor vel quin que Tertianis homo laborare poteſt, prout febril materiæ ſedes in tot locis conſiſtit.

Ex his facile etiam paret quænam ſint Semiterti næ cauſæ; Nam ſi ea ex continua quotidiana terti næ intermittenti, vel aliomodo complicata conti nua & intermittente conſtet, etiam cauſæ utriuſqu febris adſint neceſſe eſt: Si vero ſit Tertiana cum i flammatione alicujus partis, cauſæ illæ omnes qu Tertia nam conſtituere poſſunt, locum habent: Si n mirum materia in pluribus venarum meſaraicaru ramis colligatur, & putreſcat, parsque ejus effuſa a inteſtina, vel ventriculum, vel alia loca vicina, ea i flammet: Habet tamen humor hic proculdubio pe culiarem qualitatem, ob quam ad hæc loca fertur ſicut & in dyſenteria humor peculiarem qualitatem qua inteſtinis infeſtus eſt, obtinet: Unde & epide miæ ſæpe ac contagioſæ ſunt ſemitertianæ, imo non nullis locis familiares ſunt hæmitritæi, ſicut *Galenu* Romæ & in Æthiopia, totoque littore, tractuqu terræ ubi cœlum eſt calidius cum adventitia humidi tate, frequentem eſſe ſcribit:

Signa hujus Semitertianæ quod attinet, quam eſſ Tertianam intermittentem ſimplicem, vel duplicem cum inflammatione alicujus viſceris diximus, Febri ipſa quidem intermittens ſuum typum obſervat, ſiv ſit ſimplex, ſive compoſita; calor tamen ob inflammationem eſt continuus, eaque etiam ſuis ſignis prodit; adſuntque vomitus, dolores ventris, alvi fluxus: clyſteres injecti nihil fæcis educunt, ſed mer clyſteris materia ſine excrementis, prout erat injecta, ſtatim, vel modico poſt injectionem tempore exit, quod ſignum inflammationis inteſtinorum i ejuſmodi febribus frequentiſſimum eſſe ſolet: *Sennertus lib. 2. de Febribus cap.* 21.

Vel tactu hypochondriorum &c.] Plerique ex iis quib⁹ præcipua cura eſt de contrectandis hypochondriis, cùm nec inæqualitatem, nec tumorem, nec renitens quod tactu deprehendunt; propterea juben ſecutos eſſe ægros: Tametſi autem *Hipp.* in *coacis*, it omni morbo hypochondrii qualitatem inæqualitat & ſubſtantia, in eoq; doloris vacuitatem laudarit, nor præterea latere nos debet ſubeſſe ſubſtantiæ totiu vitium in viſcere contento in hypochondriis: nan *Gal.* cap.7.l.5. de loc. declarat quomodo ſuperficie corporis ſæpe colore auriginoſo infecta deturpataque ſit, cum nulla exiſtat obſtructio aut inflammatic aut ſcirrhus in Hepate, Sed, *ait*, ſecundum ſubſtantiam temperiei ipſius partis mutatur: ut ſit temperamenti quædam alienatio: Sed ſit ita, inquam, aliqua obſtructione aut tumore laboret Hepar, an propterea tactus fidem faciet? Audiatur *Galenus* c. l. Conſtat, *inquit*, Hepar intra muſculos locatum eſſe quod cum tribus contegatur muſculis, fieri non poteſt u tactus aliquam illius notitiam præſtet, niſi vel magna in eo oriatur inflammatio, vel incumbentes ei muſculi valde extenuati ſint: At affectus Hepatis cognitionem alia arte venandam eſſe tradit. *Ballon.*

§. 5. Novi mulierem (eo morbo detentam) cui cum urina fluebant primo furfurea quædam, inde & pelliculæ magnæ, & poſtremo pus manifeſtum villis, feſtucis & tunicis variis intertextum: Profecto ea membranarum defluxio, pro quantitate ſui, certum moritutis prænuntium miſit, nam ex hepatis, aut pulmonis, aut cordis ſideratione contigerant, ut etiam per anatomen deprehenſum eſt: Pleriſque diſſecto corpore univerſa hæc viſcera, aut major illorum portio, nunc nigra ut carbo quiſpiam viſa eſt, nunc ſuppuratis puſtulis plena:

na: fit enim facillime ut per conſenſus tunicarum pituita concreſcens jugiter adhære-t, eademque ſalſior aut virulentior, ſubjectam œſophagi linguæque ſubſtantiam depa-itur. Poſſem plurimos recenſere, ut mulierem Æthiopis ſymbolo, & ſub inſigni Hie-ſol &c. *Corn. Gemma de febre peſtilenti Hemitritæo.*

§. 6. In Ill. Domina à *Calmontio* febris erat aſſidua, *alias interdiu, alias noctu exacerba-nes habens*: una dies levior, altera acerbior, in morem τριταιοφυοῦς, aut ἡμιτριταίου: Si for-remiſſio aliqua erat, minima occaſione prehendebar Horror; cum perfrictione qua-im, ita ut *ad hemitritæon accedere videretur*: *Anxietas erat ſumma*, quæ à calore acri om-a confundente & os ſuperius ventriculi moleſtante contingebat: Implacabiles erant do-res renum, urinæ fere crudæ: conjiciebamus circum ventriculum collectam eſſe humo-m copiam, unde *defectiones animi* excitato vapore ſequetentur: Sed mirum quod ap-aruit, nam cùm habitum corporis haberet tumidiuſculum, pituitoſum, minime difflabi-m, corpus internum æſtuabat, omnia quæ excernebantur erant bilioſa, tota maſſa ſan-uinis erat corrupta, Et quod mirum, pulſus erat vibrans, qualis in ingentibus inflamma-onibus apparere ſolet: Cumque eſſet annoſa, mirabantur Medici, quomodo in febris ſſiduitate iſta Pulſus vibratio, elatio, magnitudoq; tamdiu perſtitiſſet: at animoſa erat mu-er, nullis aut corporis aut animi laboribus defatigari ſolita, nulli pene celeritate cedens, aſci celeris, ad omnes actiones expedita: cor compactum habebat, & facultatem vita-em omnium validiſſimam (nec enim tamdiu, tam violentæ diræque febris moleſtias tu-iſſet) Itaque pulſus erat validus cum facultas vitalis eſſet valida, auctus erat uſus, inſtru-nentum cedebar, ut mirum non fuerit, ſi talis pulſus extiterit: Sed quod magis mirum uit, eſt quod uno die quinquies aut ſexies rigeret, ac ſi nova acceſſio foret: Statim *ab iſto orrore*, calor adurens ſurgebat, manum tangentis feriens, adeoque vola manus & planta edum incaluerat ut nullus ferè eum calorem ferret, obiit die 27. totius morbi.

Aperto cadavere: *ſiniſtra pars Pulmonis erat purulenta*, Et cùm *iræ eſſet præcipitis*, in cyſti choiidocho novem lapilli, ciceribus rubris duplo majores inventi ſunt: Hepar incendio ncanduerat, totus *ſanguis putris erat & lacteus*. *Ballonius lib. 1. conſil. 77.*

SCHOLIA.

S*iniſtra pars Pulmonis erat purulenta*] Non alienum erit monere *Galeno*, comm. in p. 5. ſect. 3. l. 1. Epid. placuiſſe cum veteribus febres iſtas τριταιοφυεῖς inflammationem ſequi partium internarum: quod & in hac muliere obſervatum eſt, totum enim corpus internum incendio conflagrabat. *Ballonius*, Ibidem: vide ſupra quæ de Pulmonibus, aliiſque partibus male affectis, afferuntur ex *Spigelio*; Et lib. 1. Epid. p. 35. Febres quæ toto menſe Junio, Julio & Auguſto anni 1573. vagatæ ſunt, ad hemitritæos & τριταιοφυεῖς acceſſiſſe, à phlogoſi viſcerum natas fuiſſe, ac inflammationis fuiſſe ſoboles.

Defectiones animi, Anxietas &c.] Ab obſeſſo ore ventriculi, huic enim vicinæ partes, hac in febre, maxime patiuntur: Sic apud *Hippocr.* 5. Epidem. Diopithis ſorori in febre ſemitertiana circa acceſſionem os ventriculi graviter dolebat: taliſque oris ventriculi dolor aliis ſimiliter contingebat.

Anxietas erat ſumma &c.] Apud *Galenum* duplex eſt ἀλυσμὸς unus νωθρώδης, alter ἀσώδης: Ita enim ad part. 43. lib. 2. prorrher. Bifariam ægri ſunt ἀλυώδεις, uno modo cum virtus à corpore gravatur, nullamque figuram retinent ægri: alio modo, cùm os ventriculi à pravis mordetur humoribus; Priores pernitioſe afficiuntur, poſteriores ſunt nauſeabundi: Ad duas illas cauſas, malignam qualitatem accenſebis: Imo virium infirmitas non videtur cauſa, cùm ſæpe poſt magnas vacuationes multos videas valde imbecillos, qui quieſcant nec ſubinde mutentur: itaque aliqua latens cauſa, ut venenata qualitas eſſe videtur, quæ homines, jactari faciat, 1. quæ in ſemitertiana febre ſæpe concurrit, accedente moleſtia ori ventriculi inflammato.

Ira præcipitis &c.] Sic apud *Fernelium* lib. 6. c. 5. Decrepitus ſenex in iram mire propenſus, poſt deceſſum ſine cyſti & ſine felle inventus eſt, in cujus ſede calculus ingens concreverat.

Totus ſanguis putris erat & lacteus] In venæ ſectione nonnunquam lac loco ſeri prodiit: Lac autem iſtud ſecta vena in pelvi conſpicuum à putridis humoribus diligenter eſt diſtinguendum, qui ſæpe ſæpius lactis ſpeciem referunt & calidi nativi extinctionem notant: Nollem diſſentire, accedere tamen non poſſum *Riolan.* qui pag. 188. contra *Pecquetum* ſcribit, *Dum in educto ſanguine per phlebotomiam & vaſculis excepto, ſuperficies digiti minimi craſſitie albicans apparet, non tam à putredine ſanguinis naſci, quam ab iſta chyli portione profluente cum ſanguine quæ ſupernat*: Enimvero ſuperficies illa candicans gelatinæ ſimilis in emiſſo ſanguine, plerumq; in morboſis condenſata conſpicitur, & vidi corii inſtar craſſam lentamque, ſæpe in febribus acutis hoc anno obſervatam: Quis in chylo concretionem talem animadvertit? Expoſitus aëri demptus ex lacteis chylus, permanet liquidus: In quibus ſuperficies ſanguinis durior eſt & candicans, ſubjectus ſanguis in pelvi ſine fibri plane eſt putridus, imò vidi in hujuſmodi ne guttulam coloris rubri: Noſtri contra quibus lacteus fuit ſanguis, ſani erant: A pituita igitur lenta oritur ſuperficies alba, craſſa, quam à chylo credimus diverſam. Conſiderata autem inſertione & progreſſu lactearum thoracicarum, viſi ſumus nobis inveniſſe viam qua lac cum ſanguine aliquando emittitur. *Bartholinus in Dubiis de Lacteis cap.* 1.

Alias interdiu, alias noctu exacerbationes habens &c.] Similem paroxyſmorum anomaliam vidi in Nob. Matrona, Uxore Nob. & Clar. Dom. Conſulis *A Domonova*: Unde veriſimilem credidi de Semitertianæ origine *Spigelii* ſententiam: Dicta Matrona anno 1674. menſe Januario 60. ætatis anno, de dolore ad nothas coſtas ſiniſtro latere conquerebatur, qui ſtatim enemate & fotu ſedatus: Poſtridie trium horarum rigor ſuccedit, & poſtmodum calor: deſinente paroxyſmo, ob lumborum dolorem, cum urinarum

narum paucitate, conſentiente complexione ſanguinea, rubore vultus ſe prodente, Saphena tunditur: Die ſequenti terno febris inſultu corripitur, horrore prægreſſo; ac circa noctem alius paroxyſmus cum rigore & nauſea adoritur: præſentibus plurimæ cacochymiæ indiciis, porrigitur Sennæ & rhei infuſio, cum ſyr. Emetici *Sala* ℥iij. quia in vomitum erat prona, ante nephritidi obnoxia, unde infra quater copioſe bilem, ſupra plurimum phlegmatis, cum manifeſto levamine excluſit: Die ſequenti unicus paroxyſmus, iſque levis advenit, cum reſtitutione libertatis lotii, plurima hypoſtaſi craſſa onuſti, ſed livorem manifeſtum præ ſe ferentis: Porro cum Matrona virilis eſſet animi νοϑρώνα acceſſit; quæ deinceps urinæ fluxerunt, oleum colore & conſiſtentia referebant, ſed paucæ erant: Linguam ad radicem nigra, quaſi à cauſtico appreſſo, cum ſingultu & deglutiendi difficultate; hinc phlegmones internę opinio enata: Morbi die 10. infida levatio, nec diuturna, ingruente enim catarrho ſuffocativo extinguitur Poſt obitum pars ſumma anterioris thoracis livida & ſiderata fuit, à phlegmone partes ſummas pulmonis cum œſophago obſidente: Negata cadaveris apertio, aſſertionem confirmare non potuit: Ingruente catarrho ab incauto Pharmacopœo unciæ tres vini Emetici dantur; cui quia inefficax, ſubjunctæ unciæ duæ oxymelitis ſcyllitici, inani tamen effectu, ob necroſin partium dictarum: Et quia præcipites illi catarrhi per venas jugulares feruntur in partes ſpiritales: Annotatum enim à Clar. *Segero* quotquot ab iis extincti fuerunt, in corde Polypos exhibuiſſe, ob concretionem ſcil. ſubitam ſanguinis in illis: Unde Cl. *Kerkringii* opinio eſt eos non præexiſtere, ſed momentaneam habere generationem.

Observatio XXXII.

Febris Erratica à Iecore orta, in cujus ſima vomica. 1. Vitio Lienis inducta. 2. vitio meſenterii glanduloſi. 3. A meſenterio glanduloſo, Pancreate ſcirrhoſo, Pulmonum labe. 4. Ab obſtructionibus vaſorum. 5.

§. 1. Quidam natus anno 42. totus cholericus, (*vide hiſtor. lib. 3. ſect. 17. obſerv. 2. §. 6.*) febrem habuit quandam Erraticam, atque tumorem durum tenſivumque in hepatis regione: Febris minime erat intenſa & periodica, ſed hecticæ ſimilis, quæ incerto tempore ſubinde per totum corpus diffundebat æſtum ſolito majorem, qui interim prius, interdum tardius remiſit.

Aperto cadavere invenimus vomicam ſimæ partis hepatis, cujus non parum putreſcerat innatam. Reliqua bene conſtituta erant. *Coſter libello obſerv. Anatom. & Chirurg.*

Scholia.

Erratica Febris neque facile à quovis dignoſcitur, neque curatur, omnis enim cognitio certa à quodam firmo & fixo capienda eſt, cùm in his febribus nil certi & ordinati ſit, niſi quod inordinatæ ſint, & ſubinde moveantur, de una natura in aliam, (quod erraticas & mutabiles facit) ab omnibus ordinatis diſtinguuntur: Hæ omnino typorum expertes ſunt, id eſt, neque quotidianæ, neque tertianæ; ſed præter modos enumeratos, adhuc citra dierum ordinem fiunt, i. e. quæ tertianæ paroxyſmum, deinde quotidianæ, vel tertianæ, vel quartanæ, & tunc tardant, nunc accelerantur; Tales vero Inordinatæ dicuntur: & ſunt, quarum multæ particulares differentiæ ſunt, quas difficile eſt enumerare; Hæ ſolent autumno fieri, ob diverſitatem humorum in corpore congregatorum: æſtatis tempore & autumni, temporis inordinatione ſolent fieri, poſt longas febres & ſpurias in corporibus debilioribus: Non enim poſſunt iſtam diverſorum humorum naturam vincere, & derivare, qui multi ſunt, & ſi ad vires referantur, multi ſimul: Sed ſi particulatim & ſeorſim ſumantur, pauca eſt humorum quantitas, quæ eſt in cauſa, quod ex eadem materia duæ vel tres acceſſiones fiant conſequenter, vel quod bona fiat expurgatio: Plato illa recrementa vult ſubinde ab intemperatura viſceris alicujus generari: pauca retineri in corpore, & cito putreſcere ob caloris imbecillitatem: Ad earum curationem neceſſe eſt diligenter inſpicere cujus viſceris vitio id fiat, ventriculi, hepatis, vel lienis: Si tumor aliquis in parte interna, aut gravitas ſentiatur: Talis pars in cauſa eſt, vel intemperies: Quare indicatione ſumpta à parte affecta, intemperaturæ remedia inſtituere oportet: In hiſce febribus liberare ægrum obſtructionibus, bonam procurare actionem & lubricam alvum habere potiſſimum eſt. *Rondeletius Pract. p. m. 812.*

§. 2. Æger febre primo quidem Tertiana per annum afflictus fuit, modo ſimplici; modo duplici: poſtmodum quartana & erratica: Totus Lien durus erat, plumbei coloris, magnus, craſſus, in quo materia fæci vini rubri ſimilis continèbatur. *Vide l. 3. tit. de Hypoch. tum.*

§. 3. Filiolus N. Febre inordinata prehenditur: Glandulæ per totum meſenterium ſcirrhoſæ deprehenſæ: Lien & Hepar puncticulis tartareis, perduris undique erant referta. *lib. 3. tit. de Diarrhœa.*

§. 4. Puella annos 13. nata, nomine *Dentand*, macilenta, ſed vivida, morbis crebro tentabatur, palpitationi cordis crebro obnoxia: Appetitu omnino carebat, imo ad capeſcendum cibum; per 6. vel 7. annos adigenda erat: Libera erat reſpiratio, præterquam in ſcalarum aſcenſu, quas ubi ſuperaverat, anhela erat: Ingeſtus cibus ſtatim in os recurrebat, nec tamen excludebatur: Sub medium Maji menſis, anni 1676. febre Erratica prehenditur, ab initio & in progreſſu lumbricos aliquot excludens, unde morbi origo crediti: Capitis dolore vehementi afficiebatur, cum vigiliis, qui quanquam remitteret, nunquam ex toto deſinebat: Abdomen nec tumidum erat, nec depreſſum; Nulla tuſſis fatigabat; ſexto à decubitu die cordis palpitatio vehemens urget, accedunt convulſiones, die 8. mors,

Aperto cadaveris pectore, Pulmonis lobus dexter intus & foris omnino putris apparuit,

undique

ique coſtis & dorſo cohærens, cujus portio cum ſterno adempta, diaphragmati etiam-
n adnatus : Lobus ſiniſter à connexione liber erat ; ſed in corruptelam vergens, varie-
us, ſcirrhis parvis per totum obſeſſus , cum abſceſſu purulento in declivi parte : Cor
ximum fuit ſed flaccidum, in conſpectum omnino veniens ſtatim remoto ſterno, quia
ɔbo ſiniſtro pulmonis neutiquam anterius cooperiebatur, illum ad latus ſiniſtrum pro-
lens : Vaſa coronaria, id cingentia, nigra erant & ſanguine turgida : Jecur ſanum ſed
ximum : Ventriculus mollis, ſed flaccidus, exolutus & ultra modum expanſus, qualis in
viſitur qui crebra cibi & potus ingurgitatione ejus tonum viriarunt : Meſenterium ma-
nis glandulis, & ſteatomaticis erat refertum , ſiniſtra præſertim parte : Pancreas du-
n & ſcirrhoſum, cujus ductus Wirſungianus atro ſanguine turgebat :

S C H O L I A.

N cauſas vehementiæ capitis doloris inquirere non licuit, prohibente ejus apertionem matre : lpitationis autem cordis obſcura fuit cauſa , An ntingebat, quia Pulmones vitiati ſanguinem ab eo unſmiſſum non excipiebant ? Aut potius hic conta-onis labe inquinatus, ad cor refluus, illi incongru-, moleſtiam pariebat ? An ab hypochondriis, me-nterio ſcirrhoſo, maxime pancreate, atro ſanguine ıgido , quo etiamnum vaſa cordis coronaria mire ſtendebantur, cauſa repetenda ? An cordis inſignis a magnitudo nativa fuit ; aut palpitationis diutur-næ effectus fuit? Mirum vero fuit quod in tanta Pulmonum corruptela , major reſpirationis difficultas non fuerit, ſed tantum in aſcenſu, maxime quod undique, ante & retro, ipſi etiamnum diaphragmati cohærerent : Tuſſim vero perpetuam non fatigaſſe adhuc magis mirum ; An ideo quia Pulmonum parenchyma omnino viriatum puris ſtimulum & acrium humorum non perſenſit ? Febris autem lentæ & putridæ cauſa referenda videtur tum in obſtructionem ductus Pancreatici & meſenterii, tum in Pulmonum gravem corruptionem.

§. 5. E ſucco mordaciori deprædante, & viſcoſiori vaſcula infarciente, adeo contabuit
orpus ægrotantis quadragenarii, ut Tabem exquiſitiſſimam configurabant , Ex denegata
amque debita nutritiorum ἀναδόσει ſuperficies & extrema non ſolum contabuere, ſed in-
revit Febris Larica, vaga & incerta, obrurationum ſoboles, quæ hecticam ita mentiebatur,
r ipſam adeſſe Medici alioqui peritiſſimi pronuntiabant : Cui ut occurrerent γαλακτοποσίαν
mperant , proſiliunt ſympromata graviora , quibus magis ingemiſcens exſpiravit ;
Diſſecti cadaveris ventriculus & duodenum lactis coagulo infarciebantur. *Bennetius Theatri Tabid. Exercitat. 26.*

S C H O L I A.

Λ*λακτοποσία*] Lac aſſuetis, optime conſtitutis, avideque petentibus exhibere vice carnium, dum ſanguis turgidior & calidior ſcaturierit , ſubſtituiſſe accommodatum arbitror ; & quibus acer aut bilis inter fluida exuberavere, modo vaſculorum confiniis adhuc concluſa retinentur ; eminus ſcil. pateſcente prima ſymptomatum phthiſis dicatorum *εἰσβολῇ* : Ejus tamen uſum vero phthiſicis prorſus interdixiſſe ob cauſas inſequentes neceſſe duxi : Qui etenim per acrioris ſucci extravaſati deprædationem emarcuere, caſeoſam ejus partem in ipſiſſamentum cogunt , unde vaſcula pertinaciter obturantur : Qui à ſuccis purrentibus incaluere , butyroſam in bilem tabumque demutant , citiuſque ſi mellita aut ſaccharata admiſcueris, quibus dein aquoſa ſtagnatio ſpiritalia ſuffercit , iis pectus magis infrigidatur, unde anacatharſis vel remoratur vel reprimitur, pleriſque deniq; capitis dolorem intulit. *Hactenus Bennetius :* Et nos infelicem *γαλακτοποσίας* uſum in quatuor viris eodem anno vidimus , ad profligationem Podagræ à Medicis quibuſdam Pariſienſibus præſcriptæ : Priori, inſultus podagricus , qui menſtruus fere erat, conſtitit, per ſeptem menſes, ſed nonus lethifer fuit, à ſuppreſſione humoris anthritidem committentis , ejuſque in partes nobiles *μετάστασιν* : Secundo Iſchuria lethalis 17. die inducta : Tertio ad tempus ferocia podagræ mitigata , ſed paulo poſt calculus renum ſucceſſit, hinc in veſicam devolutus: Quarto venter hydropici in morem intumuit , menſtruumque ſpatium in ſaburra deplenda (quæ tota erat lac coagulatum) inſumptum.

Observatio XXXIII.

Febris acuta ab inteſtinorum inflammatione, ſubſequente vicinarum partium putredine &c. 1. 2.

§. 1. FEbre acuta correptus Fridericus filius Celſiſs. Principis Norvvegię &c. 1657. ſexto
die Pariſiis extinguitur : Aperto defuncti corpore, viſa eſt cerebri partium inte-
gritas ſumma, cor ipſum quale in ſanis : Pulmones per febrile incendium à conſtitutione
naturali aliquantum degeneres : Hepar parte ſui cava & majore lobo , à calore febrili ex
ſuccum & ſubnigricans : Lienis color immuratus, vergens in coeruleum, Omentum exa-
ruerat : Renum parenchyma parte ſui interiore ſubanguſtum & ſubdurum : Meſenterium
magna ſui parte putrilagine & ſanie velut quadam conſperſum : Inteſtina ſubtumida &
ſubnigricantia , Inteſtinum Ileum duobus in locis exeſum & perforatum : In veſicæ cavo
glanduloſa quædam ſubſtantia ad nucis avellanæ magnitudinem non adhæreſcens ſed
mobilis : Denique per totas alvinas regiones prorupta & effuſa tam ingens vitioſorum &
ſceroſorum humorum ſaburra ut æquare videretur pondus librarum duarum & trium.

SCHO.

S C H O L I A.

PRobabile videbatur Medicis Pariſienſibus| morrem contigiſſe ex inteſtinorum inflammatione ob aurem illam & corruptam bilioſorum humorum illuviem, qui cum exitu ſuo prohiberentur propter conſtricta & coanguſtata inteſtina, inuſitatam ſibi viam in abdominis ſpatia patefecerunt, pereſo & perforato Ileo inteſtino, unde vel modica compreſſione excidentes rotum abdominis capacitatem abunde replebant. Hinc acerbiſſimi illi in alvinis partibus dolorum morſus: hine hypochondriorum obſtinata & pervicax diſtenſio, hinc febris, animi defectiones, obortoque tandem fœdo vomitu, mors brevi conſequuta. Obſervandum monent jidem medici decubuiſſe & occubuiſſe Principem men Auguſto, canicula regnante fervida, jiſque tempor bus quibus apud Pariſienſes viſi ſunt morbi compli res quos cumulatior bilis eaque maligna & effera e: citavit, cum plurimorum interitu. Notant prætere quum in morbum illum incideret tentatum fuiſſe Br bonocele inquam ajunt ab annis tenerioribus fuiſ pronum; Inde ſuſpicabantur nonnulli hinc repeten dam primam labem & originem mali, quanqua inteſtinum tum perfectiſſime in proprium locum f reductum, aperto tamen corpore, inſpectiſque ſing lis particulis deſiit illa ſuſpicio. *Th. Bartholinus cen V. hiſtor. IV.*

§. 2. Homo tres ſeptimanas afflictus fuit complicatis morbis, Epatici fluxus, lienteri diarrhœæ cum acutiſſima Febre: Infra Ileon inteſtina omnia erant livida, gangræna cor repta, cor quaſi toſtum. *vide lib. 3. tit. de Diarrhœa.*

Observatio XXXIV.

Febris Ardens *ab inflammatione meningum, quam ſequuta ſideratio cerebri.* 1. *Ardens ab Ab ſceſſu ſub cranio, putredine meningum & particulæ cerebri.* 2. *Ardens ab abſceſſu in cerebr ſubſtantia, Inflammatione meningum.* 3. *A ſanguine pituitoſo & ſeroſo in vaſis cerebri.* 4.

§. 1. QVidam ſæpius in dies ebrius, poſt compotationem ſæviſſima cephalalgia corri pitur cum omnium ſenſuum dejectione: Acutiſſime febriebat, rubebat facie cum tumore, pedes manuſque jactabat, nec verbulum proferebat: Dixi cerebri ſphacel correptum eſſe: die 3. obiit: Inveni meningas valde lividas omninoque ſideratas &c (*vide Tit. de cap. dolore lib.* 1.

§. 2. Agricola cujus caput diu Solis radii verberaverant, in dolorem capitis gravativun illico incidit, *Febrem ardentem*, ſuccedente die v. phrenitide & 9. morte. Dempto crani viſus tumor avellanæ magnitudine; pus fœtidiſſimum coloris viridantis continens: me ninges putredine tactæ erant & portio cerebri ſubdita. *Lib.* 1. *de capitis dolore.*

S C H O L I A.

F*Ebrem Ardentem.*] Febris Ardens (ſeu Cauſus) eſt de genere *Continuarum*, quarum acceſſio ad plures dies ſine ἀπυρεξία protenditur; Harum differentias & generationem ſic explicat Eruditiſſimus *Willis* lib. de Febr. cap. 7.

Febris *continua* eſt, cujus acceſſio ad plures dies ſine ἀπυρεξία protenditur; ſua habet remiſſionis & exacerbationis tempora, Intermiſſionis vero nequaquam; Exardeſcentia modo eſt remiſſior, modo intenſior; uſque tamen febricitant ægroti, donec à criſi, aut inſenſibili convaleſcentia morbus in totum ſolvitur.

Plures autem ſunt modi, quibus ſanguis effervescens febrem *continuam* inducit, quorum præcipui ad hæc capita revocari poſſunt; 1. eſt cum *Spirituoſior* Et ſubtilis ſanguinis portio nimis incaleſcit, & excandeſcentia quadam afficitur, quæ idcirco reliquas cruoris partes exagitat, & in orgaſmum quendam incitat, adeo ut Sulphur, ſeu oleoſa ſanguinis pars plus diſſolvatur, & magis in corde accendatur: etiam propterea adeſt inter omnes cruoris particulas σύγχυσις quædam ſeu perturbatio, qua nimium confuſæ & extra ordinem poſitæ denuo ſtatim extricari, atque in priorem ſitum redigi nequeunt, quare in toto corpore fervor & incandeſcentia ſolito major excitatur: cum vero Spiritus ſolummodo in culpa ſint, eorum æſtus & inordinatio intra breve tempus ſolent ſponte ſedari: idcirco hæc febris ſæpe intra diem terminatur, raro extra triduum extenditur: ad eoque febris *Ephemera*, aut *Synochus plurium die rum* appellatur.

Secundus Effervеſcentiæ modus, ſive gradus eſt quando pars *Sulphurea* ſive oleoſa ſanguinis nimi excalefacta fervorem concipit: tunc enim & immo dice in vaſis effervеſcit, & plurimum in corde ac cenſa deflagratione ſua calorem valde intenſum i toto corpore producit, Equidem ſanguis, quoa temperiem ſuam, à conditione ſulphuris maxim dependet; Quando ob cruditatem ſulphur minu diſſolvitur, fit cruor aquoſus & frigidus, ac i vaſis pigre movetur, ſin ultra craſin naturalem par ſanguinis ſulphurea, ſeu oleoſa incaleſcat, ſtatin effera, & cum cæteris improportionata eondit, it ut fere tota à cordis fermento velut in flammam act ſanguinis maſſam immodice effervеſcere & ebullir cogar, Quemadmodum enim cum vina fæce opu lentia prædita, a ſulphure nimis rancido in fervoren concitantur, aut veluti fœnum nimis madide repoſitum, ob ventilationis defectum particulis ſulphureis à mixtione ſolutis, ſponte incendium concipit pariter cum ſanguis non rite ventilatur, quin ab evacuatione cohibita, propter rei calidæ ad mixtionem, vel διαπνοὴν uberiorem, aut ob alian cauſam, ſulphuris particulæ denſius agglomerar incipiant, ſtatim, totus ejus liquor à ſulphure ſoluto & in corde inflammato immodice ebullit, & hu

FFffff jusmod

Digitized by Google

juſmodi febris inducitur, quæ *Synochus putrida* vulgo nominatur: quæ tamen appellatio, licet à pluribus rejicitur, eo quod ſanguis quamdiu in motu eſt, minime putreſcat, quatenus tamen in hac febre, ſulphure oimis exaltato, ſanguinis mixtio nonnihil ſolvatur, ejuſque loquoris maſſa a craſi naturali immutata verſus putredinem tendat, ideo *Febris putrida* vocabulum, prout antiquitus inolevit, adhuc bona cum ratione retineri poterit.

Dividi ſolet *Synochus Pudrida* in *Symptomaticam* & *Eſſentialem*, Symptomatica dicitur quæ ab alio quodam affectu, ſive morbo in corpore prius excitato originem ducit, ita vt febris ſit tantum ſymptoma iſti alteri morbo ſuperveniens, cujuſmodi habetur quæ ab angina, pleuritide, peripneumonia, à vulnere, ulcere, aut abſceſſu, quopiam in parte principe, aut ejus vicinia dependet, de quibus nos paulo aliter ſentimus. Quod ſcilicet revera nulla febris Putrida ſit mere ſymptomatica, niſi occaſionaliter forſan oriatur ab alio qnodam affectu, Fundatur vero immediatè in ſulphurea ſanguinis parte, nimis effervefacta, & velut accenſa: etenim ſine προκάταρξιν, ſeu præcedente ſanguinis in diſpoſitione, prædictæ affectiones raro, aut vix omnino febrem putridam accerſunt.

Quod vero ſpectat ad Anginam, Pleuritidem, Peripneumoniam ac ſimilia, dico, quod iſta ſint Febris producta ſeu affectus ipſam conſeqoentes, minime vero ejuſdem cauſæ: Sepiſſime enim cauſa evidens præceſſit, quæ ſanguinis effervеſcentiam febrilem produxerit, ut pote frigoris ſuſceptio, evacnatio cohibita. Dein licet non aperte ſtatim febricitent ægri, tamen ſanguinis ebullitio ſolito major concitatur, prout ex vrina, pulſus inquietudine totius corporis licet conjicere: Poſt aliquos dies (modo citius, modo tardius inflammatio in hac vel illa parte producitur, Cujus ratio ſatis probabilis hujuſmodi aſſignatur: Sanguis propter effluvia retenta quæ ſe inſtar fermenti habent) mole augetur, & in vaſis plus ſolito turgeſcit, cumque ob ventilationis defectum, circulationis ſuæ ſpatio anguſtatur, facile qua data porta arteriis exſilit, & circulationis filo interrupto extravaſatus in tumorem aggeritur. Et quoniam ab ejuſmodi tumore calor & dolor in parte intenduntur, ſanguis in motu ſuo magis perturbatur, adeoque febris primo accenſu plus aggravatur: Præterea in hujuſmodi febribus advertere licet ſanguinis, aptitudinem quandam ad coagulandum [*de quo vide Scholia ad obſervat. 31. ſect. 4. lib. 2.*

Inquirendum vero hoc, Utrum febris, quæ hos affectus comitatur, habenda ſit ex earum cenſu, quæ Putridæ dicuntur necne? Cui reſcrimus quod ſæpiſſime ſunt ſynochi ſimplices, in quibus rantum ſubtilis & ſpirituoſior ſanguinis portio inflammatur: ideoque ſi a copioſa ſanguinis detractione, aut vaſis a ſudore depletis cruor extravaſatus circulationi reddatur, ſtatim effervеſcentia compeſcitur, & febris brevi ſedatur: Quandoque tameo, cum præ diſpoſitio, velut in plethora, aut inſigni cacochymia, acceſſerit, ſimul cum hujuſmodi affectibus, ab eadem prorſus occaſione Febris Putrida accenditur.

Inter Febres *Symptomaticas* refertur, quæ vulgo *Lenta* appellatur, *de qua vide ſupra obſervat. §.*]

Febris autem quæ Symptomatica dici maxime meretur, ea eſt quæ in Phthiſicis a Pulmonis ulcere, aut contabeſcentia excitatur; Etenim ſanguis dum pulmones in circulatione ſua totus pervadit, huic viſceri plurium morborum ideas ſæpe imprimit; & vice verſa ab eodem male affecto eaſdem recipit: Quicquid impurum in cruoris maſſa continetur, arteriarum extremitatibus, velut muſti efflorеſcentia ejicitur: quare cum natura debilior facta in ſuperficiem corporis excrementa ſua nequit tranſferre, propiore luſtratione eadem in pulmones deponit: Hinc inſignis cacochymia, & morbi pleraque chronici frequenter in phthiſin deſinunt: Pariter cum pulmonum caro contabeſcit, aut ichore ulceroſo ſcatens ſemiputrida evaſerit, ſanguis pertranſiens materia purulenta, aut tabido inquinamento inficitur, & proinde continua effervеſcentia, ob rei non miſcibilis confuſionem concitatur, quare & febrem Aſſiduam inducit, & ſuccum alibilem omnino pervertit: Par ratio eſt de Febribus ab ulcere, aut abſceſſu ſæpe in aliis partibus concitato; hæc enim non ſecus ac tabida Pulmonum conſtitutio ſæpe Phthiſin & febrem Hecticam inducunt. *De Febre Lenta ex mente Fernelii vide ſupra obſervat. §.*

Synochus Putrida Eſſentialis dividi ſolet in putridam (qualis ſupra deſcribitur) in *Cauſum*, & præterea in *Quotidianam*, *Tertianam & Quartanam*, Synochus putrida modo delineata, cæterarum regula ſive norma eſſe debet, ad cujus typum pleturnque Febres quæ ſuot generis hujus componuntur, reliquas breviter ſubjiciam.

Cauſus, ſeu Febris ardens, ea eſt quæ cum majori æſtu, ſiti fere intolerabili, aliiſque ſymptomatis inſigniorem ſanguinis phlogoſin arguentibus, curſum ſuum peragit. Ejus ratio formalis, qua à cæteris diſcriminatur, in hoc conſiſtit, quod temperies ſanguinis, ea affectis ſit calidior: h.e. ſulphure concremali magis abundat: ideo cum effervеſcit majori copia incenditur, & deflagratione ſua caloris intenſiſſimi effluvia per totum corpus diffundit, Ejus motus eſt acutus, & cito ad ſtatum pervenit: Symptomatibus magis horrendis ſtipatur, criſin habet difficilem, & eventum periculoſæ aleæ plenum.

Quod vero ſpectat ad periodos iſtas: ſive paroxyſmos quibus febris putrida ſtato tempore interdum exacerbari ſolet, & (veluti intermittens) diebus modo ſingulis, modo tertio quovis aut quarto febrilem quaſi acceſſionem repetit, Hujus ratio non facile explicabilis videtur, præſertim ſi *quatuor humores*, quorum ſpontaneo motui hic effectus vulgo adſcribitur, ab hoc cenſu rejiciamus: Super hac re quod mihi veriſimilius videtur proponam: In Febre Continua duo ſunt præcipua quæ ſanguinis effervеſcentiam vt plurimum inducunt, nimirum in cruore partis ſulphureæ exaltatio & accenſio; deinde conſequenter materiæ aduſtæ, & a deflagratione ſanguinis reſiduæ, ad turgeſcentiam congeſtio: A priori febris continuitas, Ab altero ejus ſtatus & perturbationes criticæ dependent: his aliquando tertium quoddam accedit, nimirum ſucci crudi ab alimentis ingeſtis recens plenitudo & turgeſcentia: quæ ſtatis temporum intervallis in febre continua, (prout in paroxyſmis intermittentium) majorem effervеſcentiam inducit: Cur autem non ſemper, nec eodem prorſus modo hoc contingit, ratio hæc eſt, Quando Synochus putrida eſt.

eſt valde acuta, & ſanguis fere totus cito inflammatur, & ſumme æſtuat, quicquid ſucci nutritii cruori affunditur, ſtatim aduritur & incendio abſumitur: quarum putum aut nihil ejus in paroxyſmi materiem in maſſa ſanguinea continetur: Sin vero hæc febris ſit minus acuta, & ſanguis modice & per partes ſolummodo deflagrat, ſucci crudi ſupplementum non prorſus aduſtione abſumitur, ſed mitiori incendio in materiam fermentativam pervertitur: quæ cum ad turgeſcentiæ plenitudinem in vaſis aſſurgit, fluorem concipit, & effervеſcentia ſua calorem febrilem, prius in ſanguine gliſcentem, velut novi pabuli acceſſu intendit: Hujus materiæ efflореſcentia non raro cum levi rigore aut frigore incipit, & aliquando in madorem deſinit: plerumque vero tranſpiratione inſenſili exhalatur: In ſingulis paroxyſmis; præter ſucci nutritii degeneris penum, aliquid e materia ſanguinis aduſta & concremata evaporat: quare morbi criſis diu protrahitur, ut raro intra dies XI. aut XIV. judicetur; quin ut plurimum, in febre hujuſmodi, paroxyſmis & remiſſionibus intercalata, vix intra dies XX perfecta morbi ſolutio contingit; atque aliquando ſine manifeſta diacriſi ſenſim remittit, & de inlonga declinatione in mortem aut ſalutem terminatur: Quod vero hujuſmodi remiſſio & exacerbatio juxta typos febris intermittentis varientur, ut diebus modo ſingulis, modo alternis, & interdum nonniſi intra quatriduum vices ſuas repetant, hujus ratio à doctrina febrium intermittentium petenda, nimirum juxta quod ſanguinis dyſcraſia diverſimode ſe habeat, ſucci nutritii degeneris ſupplementum citius aut tardius ad turgeſcentiæ plenitudinem aſſurgit, & proinde effervеſcentia ſua modo crebtiores: modo rariores in hac febre paroxyſmos efficit.

Tertius Effervеſcentiæ gradus, (qui & diſtinctam Febris continuæ ſpeciem conſtituit) à *fermento* quodam *maligno* & venenato inducitur, quo cum ſanguinis maſſa imbuitur, & *Spiritus*, & pars ſulphurea una fervorem concipiunt: eorumque excandeſcentia non prius ſedatur, quam aut materia iſta maligna abſumpta ſit, & foras eliminetur, aut etiam à veneno ejus corruptivo ſanguinis coagulatio, & veluti putrefactio quædam inducatur, qua & circulatio impeditur, & ſpiritus vitalis extinguitur: oriri ſolet hæc malignitas, vel à contagio quodam ab extra ſuſcepto, vel à miaſmate quodam intus in nobis genito: Juxta hoſce modos *Febris maligna*, *Variolæ*, *morbilli*, etiam *peſtis* origines ſuas deducunt, & contagio ſuo late in plures graſſantur.

Sunt itaque tres Effervеſcentiæ gradus, ſive modi, e quibus febrium continuarum ſpecies determinantur: A ſubtili ſanguinis effervеfacti portione, ſeu *Spirituum ebullitione* oritur *Ephemera*, necnon *Synochus* unius aut plurium dierum: A *ſulphurea*, ſeu *oleoſa* ſanguinis parte nimis excalefacta, accenſa, *febris putrida* concitatur: dein. 3 *miaſmate venenato*, ſanguinem inficiente, ejuſ liquorem congelante, *febres malignæ* depende In ſingulis horum à ſucci alibilis recens in ſang nem congeſti depravatione, ſeu potius corruptio varii paroxyſmi, inæqualitates & motus critici untur: Videndum porro quo pacto effervеſcen ſanguinis in febre continua differt ab altera illa, q intermittentes conſtituit.

Dico igitur quod effervеſcentia ſanguinis in *fe intermittente* Unice dependet à materiæ cujuſd fermentativæ, & cum cruore non rite miſcib commixtione, ejuſque ad turgeſcentiæ plenitu nem congeſtione: Propter unius effervеſcentia cum ſanguine in vaſis, & deflagrationem in cor paroxyſmus inducitur: ejus diſſlationem ἀπυρε ſequitur, ut paroxyſmorum interſtitio, neque Sp ritus, neque Sulphur impetum faciant: verum tegre ſervato mixtionis vinculo, liquor æquabili & ſine tumultu in vaſis circulatur: E contra febre continua Spiritus aut ſulphuris, aut ſim utriuſque inordinationes propria ἐνθυμώσει, etia ſine alterius miſcela, ſanguinis ebullitionem co citant: quare ad ἀπυρεξίαν, præter materiæ excr mentitiæ diſſlationem, ſanguinis accenſi defl gratio, ejuſque ad debitam craſin reductio requ runtur.

Conſtitutio ſanguinis in febre continua eſt eju modi ac vinorum, cum nimis à fæce opulen efferveſcunt, nimirum & ſpiritu pollent, & Su phure exaltato turgeſcunt, ideoque ſua ſpont ſine alterius mixtione fervorem concipiunt v immaniter ebulliunt: In febre *Intermittente* co movetur ſanguis eo ritu, ac vina, cum propt aliquod non miſcibile jis confuſum, efferveſcenti concipiunt: Inſuper in hac febre cruoris diathe ejuſmodi eſt ac vinorum, cum in caſu & declin tione ſua, mucilaginoſa, rancida, aut etiam aci fiunt in quibus nimirum ſpiritus deprimitur, interi ut ſal, aut Sulphur aut utrumque ſimul cæte emineat, & inordinatione ſua totum liquorem a ficiat: Febris Intermittens periculo ut plurimu vacat, quoniam partes ſanguinis conſtitutivæ, lic craſin paululum mutarint, utcunque mixtionis vi culum ſervant; & dum ſui juris ſunt, æquabilit in vaſis circulantur, quin & ſuccum nutritium materiam non omnino præter naturam, ſed plen tudine & turgeſcentia ſua magis infeſtam perve tunt: In *Continua* febre, præter intemperie ſanguinis mixtio & liquoris compages nonni ſolvuntur, ut corruptio ejus facile ſolvatur: qua hic morbus ſæpe in mortem terminatur; Inſuper ſuccus alibilis in materiam penitus vitioſam & omnino naturæ infeſtam depravatur. *Willis de Febribus cap. viij & x I.*

§. 3. Fœminæ graviter caput contuſum: acceſſit Febris acuta: Inventus fuit abſceſſ in cerebri ſubſtantia, Membranæ ipſum inveſtientes lividæ. *lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 4. Mulier ex ingenti animi moerore: Febre ardenti cum capitis dolore &c. corrip tur: Sanguis eductus majori ex parte pituitoſus, crudus & ſeroſus fuit, Dum mortuæ ſer cranium removetur, effluxit aqua loturæ carnium ſimilis: Tenuis membranæ & plex choroidis vaſa aquoſo & pituitoſo ſanguine turgebant. *Vide lib. I. ſect. 7. obſervat.* 16.

SCHOLIA.

Carolus Piſo febres continuas ſeroſum humorem, pro partiali ſubjecto agnoſcere ſtatuit. ſect. 6. lib. de morbis à ſero.

inflammatione, hinc ſideratione. 5. Extinctæ mulieris Hepar exſiccatum repertum, cum lapillis in cyſti, Pulmones ſuppurati. 6.

1. QUidam ex gravi dyſenteria in Semitertianam ſpuriam incidit, quæ poſtea febris intermittens facta fuit: Ægro 40. die mortuo, & corpore aperto, inventa eſt interna ventriculi tunica levi eryſipelate inflammatorio affecta: Venæ meſaraicæ, & quæ ad ventriculum tendebant, atque omentum, craſſo nigroque ſanguine refertæ erant, imo Omentum ſemiputrefactum ab inflammatione Eryſipelatode, quæ in omnibus venæ portæ ramis minoribus inerat. *Adrianus Spigelius lib. 1. de Semitertiana cap. 15.*

§. 2. Ego plures qui febre quotidie ſeſe exacerbante, præcipue circa veſperam, aut ſtatim poſt meridiem, in modum duplicis Tertianæ continuæ, vel Semitertianæ, perierunt, ſecui, & in his putredinem non in vena cava, ſed inflammato alicujus primæ regionis viſcere, vel alia aliqua recondita parte, inflammationem paulò minorem quàm ut dolore ab ægro, vel *tactu hypochondriorum* à Medico & ægroto cogneſceretur, deprehendi: *Idem ibidem cap.16.*

§. 3. In diſſectis Semitertiana mortuorum cadaveribus, reperi inflammationes ex ſanguine bilioſo & pituitoſo factas circa jecoris cavam partem, in ventriculo, inteſtinis tam craſſis quàm tenuibus, Meſenterio, Omento, Liene, & ſæpius in una partium commemoratarum, aut pluribus; aliquando etiam in omnibus, quæ celeris mortis cauſa erant, ſuperveniente gangræna vel ſphacelo: Præterea in plurimis dolores in ventre immanes vel continuos, qui certis horis plerumque exacerbabantur, vel intermittentes eos affligebant, orti fuerunt, ex facto abſceſſu, ſanie ac pure, aut bile ſanioſa & concocta per ſeceſſum vel vomitum redditis. *Idem cap.14.*

§. 4. Rariſſime Semitertiana laborant, qui firmis ſunt viſceribus, ſed ii qui diſtillationibus laborant, Jecur habent obſtructum, aut Lienem, aut meſenterium, Pulmones male affectos, per longa intervalla colicis doloribus infeſtantur: Nullius eorum, qui à Semitertiana perierant, cadaver inſpexi, in quo Pulmones & Jecur non male haberent: vel una cum his Caput, Lien, Renes, meſenterium, Inteſtina magna ex parte inflammata, & in aliqua parte gangræna correpta erant, præſertim quo loco Ileon colo jungitur. *Idem l.2.c.11.* In quodam juvene Belga, qui poſt Dyſenteriam in Semitertianam incidit, & die 20. mortuus eſt, reperi inteſtina tenuia inflammata; Ileum, qua parte colo & cœco adhærebat, ſphacelatum. *Idem ibid. c.16.* Adoleſcens quidam Gallus Semitertiana correptus 27. die mortuus eſt: in cujus cadavere diſſecto tenuia inteſtina inflammata fuerunt deprehenſa, & Ilei portio magna verſus colon ſphacelata; Jecoris etiam cavæ partis portio inflammata fuit, *Idem ibidem.*

SCHOLIA.

EX vulgata ſententia, Semitertiana febris ex continua Quotidiana & Tertiana Intermittente eſt compoſita: At cum non ſolùm antiqui & recentiores de febris hujus natura non plane conſentiant, verum etiam mixtura illa febris Tertianæ & Quotidianæ, bilisque ac pituitæ non ſemper locum habere videatur, multoque graviora in hac febre adſint ſymptomata, majusque periculum quàm quod ſolum ex pituitæ ac bilis mixtione provenire poſſit, Ego meam hîc ſententiam propono: Equidem non negaverim febres tales ex continuis & intermittentibus complicatas dari poſſe, libenterque concedo cum *Platero* ſimul & eodem tempore in venis meſaraicis & vena cava humores putreſcere poſſe, ac quidem vario modo, ex diverſitate materiæ vel tertianas vel quartanas ſimplices aut duplices; nothas aut legitimas, cum continua complicari: febresq; quæ varias exacerbationes & mutationes in ſymptomatibus habent, excitari poſſe; Modo hoc obſervetur non neceſſarium eſſe ut una harum febrium ſemper ſit quotidiana: ſunt enim quotidianæ febres raræ omnino & ſemper longæ, cùm Semitertianæ ſæpe ſint ſatis frequentes, imo interdum epidemiæ & non ſemper diuturnæ: Ideo ſufficit ut una ſit Intermittens, altera continua cujuſcunque etiam generis: quomodo illæ de variis differentiis & gradibus controverſiæ tolluntur: Verum his omnibus conceſſis, ſum in ea ſententia, etiam febres natura ſua intermittentes, Tertianas præcipue, ſeu ſimplices, ſeu duplices, ſeu triplices, vel etiam, ſi cui ita libet, quotidianas, Semitertianas dici poſſe, Eas ſcilicet, in quibus cauſæ morbificæ pars aliqua & ventriculum, inteſtina ac vicina loca detruſa, inflammationem, atque inde febrem ſymptomaticam excitat, ut ita hæc febris, ratione intermittentis ſit notha; ratione ſymptomaticæ, continua: ut enim natura in continuis febribus interdum partem materiæ ad partes aliquas privatas, ut pleuram, pulmonem, fauces deponit, ita non eſt impoſſibile eandem etiam in intermittentibus partem materiæ cum ſanguine ad inteſtina & ventriculum ac vicina loca depellere, quæ ibi hærens inflammationem excitet, unde etiam febres hæ tam periculoſæ ſunt: Atque ita rem ſe habere obſervationes allatæ ex *Spigelio* docent: Perſuadet iſtud & hoc quod febres hę ſint frequentiores quando dyſenteriæ contagioſæ graſſantur, ut idem docet lib.2. cap. 10. Materiæ enim ad inteſtina impetus eſt in utroque malo: Accedit his & illud quod febres hę ſolvuntur doloribus colicis, alvi fluxu, dyſenteria, quæ omnia humorem ad inteſtina impetum habere indicant; & ut idem lib.2.cap.14. docet, Aliquando in momentaneam apoplexiam & paralyſin mutantur, quæ proculdubio ex primis viis ortum habet, eſtque talis qualis colicam quandoq; ſequi ſolet, quod vel ex eo patet, quod febris hæc ex paralyſi, ſuperveniente dolore colico, quandoq; ſolvi ſolet: Scribitque

que, Idem, ſe longo uſu edoctum dolores hoſce cnlicos, poſt duplices tertianas & tales febres ſequi, quod ortum habeant tales febres ab abſceſſu plerumque conſiſtente in pancreate, meſenterio vel cavo jecoris, è quibus materia ad inteſtina depellatur.

Ex quibus omnibus apparet materiam Semitertianæ non ſemper in vena cava, quod *Spigelius* concedit, ſed in venis meſaraicis etiam contineri, & proinde ex febre primaria & ſymptomatica componi: Et primò quidem natura ſua febrem intermittentem eſſe, cui poſtea continuus calor accedit ex inflammatione ventriculi, inteſtinorum & vicinarum partium, ex ſanguine ac humoribus vitioſis in ea loca & extremitates vicinorum vaſorum meſaraicorum eo deſinentium confluentibus excitata: Unde ipſe *Galenus* lib. de Typis ſcribit, non ſemper continuas, ſed etiam intermittentes repetiri ſemitertianas, i. e. ut *Spigelius* explicat, non omnibus morbi totius temporibus: nam primo poteſt intermittens eſſe tertiana ſola, huic poſtea accedit alicujus viſceris inflammatio, qua ſedata nihil hominus poteſt febris intermittens remanere: Imo fieri poteſt ut ſæpius hoc modo febris mutetur, prout ſæpius nova alicujus partis inflammatio accedit.

Atque ex his cauſis horroris & rigoris, Et cur in febre hac continua toto morbi decurſu horrores & rigores toties accedant, febresque hæ *φρικώδεις* appellentur, reddi poteſt: Fit hoc primo ordinate, & nunc ſæpius nunc rarius pro febris intermittentis natura, quæ poteſt eſſe tertiana ſimplex, duplex, triplex, vel etiam quotidiana forſan: deinde inordinate, cùm inflammatio novam partem occupat, vel dum pus fit, ſecundum *Hippocr.* 2. aph. 47. Sunt enim hæ partes, quas inflammari diximus, membranoſæ, & proinde iis affectis facile rigor vel horror excitari poteſt: Neqoe ex rigore vel horrore ſemper initium novæ febris colligere licet, ſed ſunt rigores & horrores etiam inflammationibus proprii, ut modo ex *Hipp.* 2. aph. 47. dictum, qui etiam in coacis ſcribit, Qui ſubinde exudant, rigentque, lethale, ac ſub finem morbi ſuppurationem habere deprehenduntur, alvosqoe perturbari: Ita ibidem, *Rigor in phreniticis accidit*, Et habentur in coacis plures aphoriſmi, qui docent Rigores non ſolum in initiis febrium accidere, ſed alias etiam ex materiæ commotione: Et experientia id confirmat; refert enim M. *Donatus* hiſt. mirab. l.5. cap. 5. cuidam in muſculo temporali vulnerato ſeptima die ſupervenisse rigorem, eumq; ad 45. diem riguiſſe, & quotidie fere ſemper ſudaſſe, alternatim rigoribus ſuccedentibus ſudoribus: Et ipſe ægrum vidi inflammatione auris, quæ tandem ad ſuppurationem pervenit, laborantem, eodem die ter riguiſſe, idque aliquoties accidiſſe etſi per intervalla longiora: Et omnino facilius ex hiſce quæ diximus, omnium qui in Semitertiana accidunt cauſam reddere licet, quam ex difficili illa & non ſemper probabili febris intermittentis & continuæ mixtione, præcipue ſi hoc præſupponamus, quod à doctiſſimis Medicis approbatur, nimirum eundem hominem poſſe pluribus tertianis laborare, ſi in diverſis & pluribus ramis meſaraicis cauſa febris contineatur: hinc enim fieri poteſt, ut non ſolum antequam una febris ſolvatur, alius paroxyſmus invadat, ſed & accede[...] inflammatio calorem præcipue continuat, unde f[...] bris eſt continua: Toties vero rigor & horror inv[...] dit quot numero ſunt Tertianæ: neque enim dupl[...] ci vel triplici ſaltem Tertiana, ſed quatuor vel qui[...] que Tertianis homo laborare poteſt, prout febri[...] materiæ ſedes in tot locis conſiſtit.

Ex his facile etiam patet quæ nam ſint Semiterti[...] næ cauſæ; Nam ſi ea ex continua quotidiana terti[...] næ intermittenti, vel aliomodo complicata conti[...] nua & intermittente conſtet, etiam cauſæ utriuſqu[...] febris adſint neceſſe eſt: Si vero ſit Tertiana cum i[...] flammatione alicujus partis, cauſæ illæ omnes qu[...] Tertianam conſtituere poſſunt, locum habent: Si n[...] mitum materia in pluribus venarum meſaraicaru[...] ramis colligatur, & putreſcat, parsque ejus effuſa a[...] inteſtina, vel ventriculum, vel alia loca vicina, ea i[...] flammet: Habet tamen humor hic proculdubio pe[...] culiarem qualitatem, ob quam ad hæc loca fertur ſicut & in dyſenteria humor peculiarem qualitatem qua inteſtinis infeſtus eſt, obtinet: Unde & epide[...] miæ ſæpe ac contagioſæ ſunt ſemitertianæ, imo non[...] nullis locis familiares ſunt hæmitritæi, ſicut *Galenu[...]* Romæ & in Æthiopia, totoque littore, tractuqu[...] tertæ ubi cœlum eſt calidius cum adventitia humidi[...] tate, frequentem eſſe ſcribit:

Signa hujus Semitertianæ quod attinet, quam eſſ[...] Tertianam intermittentem ſimplicem, vel duplicem cum ioflamnatiooe alicujus viſceris diximus, Febri[...] ipſa quidem intermittens ſuum typum obſervat, ſiv[...] ſit ſimplex, ſive compoſita; calor tamen ob inflammationem eſt continuus, eaque etiam ſuis ſignis [...] prodit; adſuntque vomitus, dolores ventris, alvi fluxus: clyſteres injecti nihil fæcis educunt, ſed mer[...] clyſteris materia ſine excrementis, prout erat injecta, ſtatim, vel modico poſt injectiooem tempore exit, quod ſignum inflammationis inteſtinorum i[...] ejuſmodi febribus frequentiſſimum eſſe ſolet: *Sennertus lib.* 2. *de Febribus cap.* 21.

Vel tactu hypochondriorum &c.] Plerique ex ii[...] quib[9] præcipua cura eſt de contrectandis hypochondriis, cùm nec inæqualitatem, nec tumorem, nec renitens quod tactu deprehendunt; propterea juben[...] ſecuros eſſe ægros: Tametſi autem *Hipp.* in *coacis*, i[...] omni morbo hypochondrii qualitatem in æqualitat[...] & ſubſtantia, io eoq; doloris vacuitatem laudarit, no[...] præterea latere nos debet ſubeſſe ſubſtantiæ totiu[...] vitium in viſcere contento in hypochondriis: nam *Gal.* cap.7.l.5. de loc. declarat quomodo ſuperficie[...] corporis ſæpe colore auriginoſo infecta deturpataque ſit, cum nulla exiſtat obſtructio aut inflammatio[...] aut ſcirrhus io Hepate, Sed, *ait*, ſecundum ſubſtantiam temperiei ipſius partis mutatur: ut ſit temperamenti quædam alienatio: Sed ſit ita, inquam, aliqu[...] obſtructione aut tumore laboret Hepar, an propterea tactus fidem faciet? Audiatur *Galenus* c.l. Conſtat, *inquit*, Hepar intra muſculos locatum eſſe quo[...] cum tribus contegatur muſculis, fieri non poteſt u[...] tactus aliquam illius notitiam præſtet, niſi vel magna in eo oriatur inflammatio, vel incumbentes e[...] muſculi valde extenuati ſint: At affectus Hepati[...] cogoitionem alia arte veoandam eſſe tradit. *Ballon[...]*

§. 5. Novi mulierem (eo morbo detentam) cui cum urina fluebant primo furfurea quædam, inde & pelliculæ magnæ, & poſtremo pus manifeſtum villis, feſtucis & tunicis variis intertextum: Profecto ea membranarum defluxio, pro quantitate ſui, certum morituris prænuntium miſit, nam ex hepatis, aut pulmonis, aut cordis ſideratione contigerant ut etiam per anatomen deprehenſum eſt: Pleriſque diſſecto corpore univerſa hæc viſcera, aut major illorum portio, nunc nigra ut carbo quiſpiam viſa eſt, nunc ſuppuratis puſtulis plena.

ena: fit enim facillime ut per conſenſus tunicarum pituita concreſcens jugiter adhære-at, eademque ſalſior aut virulentior, ſubjectam œſophagi linguæque ſubſtantiam depa-atur. Poſſem plurimos recenſere, ut mulierem Æthiopis ſymbolo, & ſub inſigni Hie-ſol &c. *Corn. Gemma de febre peſtilenti Hemitritæo.*

§. 6. In Ill. Domina à *Calmontio* febris erat aſſidua, *alias interdiu, alias noctu exacerba-ones habens*: una dies levior, altera acerbior, in morem τριταιοφυοῦς, aut ἡμιτριταίων: Si for-remiſſio aliqua erat, minima occaſione prehendebat Horror; cum perfrictione qua-am, ita ut *ad hemitritæon accedere videretur*: *Anxietas erat ſumma*, quæ à calore acri om-a confundente & os ſuperius ventriculi moleſtante contingebat: Implacabiles erant do-ores renum, urinæ fere crudæ: conjiciebamus circum ventriculum collectam eſſe humo-um copiam, unde *defectiones animi* excitato vapore ſequerentur: Sed mirum quod ap-aruit, nam cùm habitum corporis haberet tumidiuſculum, pituitoſum, minime difflabi-em, corpus internum æſtuabat, omnia quæ excernebantur erant bilioſa, tota maſſa ſan-uinis erat corrupta, Et quod mirum, pulſus erat vibrans, qualis in ingentibus inflamma-ionibus apparere ſolet: Cumque eſſet annoſa, mirabantur Medici, quomodo in febris ſſiduitate iſta Pulſus vibratio, elatio, magnitudoq; tamdiu perſtitiſſet: at animoſa erat mu-ier, nullis aut corporis aut animi laboribus defatigari ſolita, nulli pene celeritate cedens, raſci celeris, ad omnes actiones expedita: cor compactum habebat, & facultatem vita-em omnium validiſſimam (nec enim tamdiu, tam violentæ diræque febris moleſtias tu-iſſet) Itaque pulſus erat validus cum facultas vitalis eſſet valida, auctus erat uſus, inſtru-nentum cedebat, ut mirum non fuerit, ſi talis pulſus extiterit: Sed quod magis mirum uit, eſt quod uno die quinquies aut ſexies rigeret, ac ſi nova acceſſio foret: Statim *ab iſto orrore*, calor adurens ſurgebat, manum tangentis feriens, adeoque vola manus & planta edum incaluerat ut nullus ferè eum calorem ferret, obiit die 27. totius morbi.

Aperto cadavere: *ſiniſtra pars Pulmonis erat purulenta*, Et cùm *iræ eſſet præcipitis*, in cyſti cholidocho novem lapilli, ciceribus rubris duplo majores inventi ſunt: Hepar incendio ncanduerat, totus *ſanguis putris erat & lacteus. Ballonius lib. 1. conſil. 77.*

SCHOLIA.

S*iniſtra pars Pulmonis erat purulenta*] Non alienum erit monere *Galeno*, comm. in p. 5. ſect. 3. l. 1. Epid. placuiſſe cum veteribus febres iſtas τριταιοφυεῖς inflammationem ſequi partium internarum: quod & in hac muliere obſervatum eſt, totum enim corpus internum incendio conflagrabat. *Ballonius*, Ibidem: vide ſupra quæ de Pulmonibus, aliisque partibus male affectis, afferuntur ex *Spigelio*; Et lib. 1. Epid. p. 35. Febres quæ toto menſe Junio, Julio & Auguſto anni 1573. vagatæ ſunt, ad hemitritæos & τριταιοφυεῖς acceſſiſſe, à phlogoſi viſcerum natas fuiſſe, ac inflammationis fuiſſe ſoboles.

Defectiones animi, Anxietas &c.] Ab obſeſſo ore ventriculi, huic enim vicinæ partes, hac in febre, maxime patiuntur: Sic apud *Hippocr.* 5. Epidem. Diopithis ſorori in febre ſemitertiana circa acceſſionem os ventriculi graviter dolebat: talisque oris ventriculi dolor aliis ſimiliter contingebat.

Anxietas erat ſumma &c.] Apud *Galenum* duplex eſt ἀλυσμὸς unus πνιγώδης, alter ἀσώματος: Ita enim ad part. 43. lib. 2. prorrhet. Bifariam ægri ſunt ἀσώδεις, uno modo cum virtus à corpore gravatur, nullamque figuram retinent ægri: alio modo, cùm os ventriculi à pravis mordetur humoribus; Priores perniti oſe afficiuntur, poſteriores ſunt nauſeabundi: Ad duas illas cauſas, malignam qualitatem accenſeris: Imo virium infirmitas non videtur cauſa, cùm ſæpe poſt magnas vacuationes multos videas valde imbecillos, qui quieſcant nec ſubinde mutentur: Itaque aliqua latens cauſa, ut venenata qualitas eſſe videtur, quæ homines, jactari faciat, 1. quæ in ſemitertiana febre ſæpe concurrit, accedente moleſtia ori ventriculi inflammato.

Iræ præcipitis &c.] Sic apud *Fernelium* lib. 6. c. 5. Decrepitus ſenex in iram mire propenſus, poſt deceſſum ſine cyſti & ſine felle inventus eſt, in cujus ſede calculus ingens concreverat.

Totus ſanguis putris erat & lacteus] In venæ ſectione nonnunquam lac loco ſeri prodiit: Lac autem iſtud ſecta vena in pelvi conſpicuum à putridis humoribus diligenter eſt diſtinguendum, qui ſæpe ſæpius lactis ſpeciem referunt & calidi nativi extinctionem notant: Nollem diſſentire, accedere tamen non poſſum *Riolan.* qui pag. 188. contra *Pecquetum* ſcribit, *Dum in educto ſanguine per phlebotomiam & vaſculis excepto, ſuperficies digiti minimi craſſitie albicans appares, non tam à putredine ſanguinis naſci, quam ab iſta chyli portione profluente cum ſanguine qua ſupernat*: Enimvero ſuperficies illa candicans gelatinæ ſimilis in emiſſo ſanguine, plerumq; in morboſis condecoſara conſpicitur, & vidi corii inſtar craſſam lentamque, ſæpe in febribus acutis hoc anno obſervatam: Quis in chylo concretionem talem animadvertit? Expoſitus aeri demptus ex lacteis chylus, permanet liquidus: In quibus ſuperficies ſanguinis durior eſt & candicans, ſubjectus ſanguis in pelvi ſine fibri plane eſt putridus, imò vidi in hujuſmodi ne guttulam coloris rubri: Noſtri contra quibus lacteus fuit ſanguis, ſani erant: A pituita igitur lenta oritur ſuperficies alba, craſſa, quam à chylo credimus diverſam. Conſiderata autem inſertione & progreſſu lactearum thoracicarum, viſi ſumus nobis inveniſſe viam qua lac cum ſanguine aliquando emittitur. *Bartholinus in Dubiis de Lacteis cap. 1.*

Alias interdiu, alias noctu ex acerbationes habens &c.] Similem paroxyſmorum anomaliam vidi in Nob. Matrona, Uxore Nob. & Clar. Dom. Conſulis *A Domonova*: Unde veriſimileor credidi de Semitertianæ origine *Spigelii* ſententiam: Dicta Matrona anno 1674. menſe Januario 60. ætatis anno, de dolore ad nothas coſtas ſiniſtro latere conqueritur, qui ſtatim enemate & fotu ſedatus: Poſtridie trium horarum rigor ſuccedit, & poſtmodum calor: deſinente paroxyſmo, ob lumborum dolorem, cum urinarum

natum paucitate, conſentiente complexione ſanguinea, rubore vultus ſe prodente, Saphena tunditur: Die ſequenti tetno febris inſultu corripitur, horrore prægreſſo; ac circa noctem alius paroxyſmus cum rigore & nauſea adoritur: præſentibus plurimæ cacochymiæ indiciis, porrigitur Sennæ & rhei infuſio, cum ſyr. Emetici *Sala* ℥iij. quia in vomitum erat prona, ante nephritidi obnoxia, unde infra quater copioſe bilem, ſupra plurimum phlegmatis, cum manifeſto levamine excluſit: Die ſequenti unicus paroxyſmus, iſque levis advenit, cum reſtitutione liberratis lotii, plurima hypoſtaſi craſſa onuſti, ſed livorem manifeſtum præ ſe ferentis: Porro cum Matrona virilis eſſet animi νωθρώτης acceſſit; quæ deinceps urinæ fluxerunt, oleum colore & conſiſtentia referebant, ſed paucæ erant: Linguam ad radicem nigra, quaſi à cauſtico appreſſo, cum ſingultu & deglutiendi difficultate; hinc phlegmones internę opinio enata: Morbi die 10. infida levatio, nec diuturna, ingruente enim catarrho ſuffocativo extinguitur Poſt obitum pars ſumma anterioris thoracis livid & ſideratа fuit, à phlegmone partes ſummas pulmonis cum œſophago obſidente: Negata cadaveri apertio, aſſertionem confirmare non potuit: Ingruente catarrho ab incauto Pharmacopœo uncia tres vini Emetici dantur; cui quia ineficax, ſubjunctæ unciæ duæ oxymelitis ſcyllitici, inani tamen effectu, ob necroſin partium dictarum: Et quia præcipites illi catarrhi per venas jugulares feruntur in partes ſpiritales: Annotatum enim à Clar. *Segere* quotquot ab iis extincti fuerunt, in corde Polypos exhibuiſſe, ob concretionem ſcil. ſubitam ſanguinis in illis: Unde Cl. *Kerkringii* opinio eſt eos non præexiſtere, ſed momentaneam habere generationem.

Observatio XXXII.

Febris Erratica à Iecore orta, in cujus ſima vomica. 1. Vitio Lienis inducta. 2. vitio meſenterii glanduloſi. 3. A meſenterio glanduloſo, Pancreate ſcirrhoſo, Pulmonum labe. 4. Ab obſtructionibus vaſorum. 5.

§. 1. QUidam natus anno 42. totus cholericus, (*vide hiſtor. lib. 3. ſect. 17. obſerv. 2. §. 6.*) febrem habuit quandam Erraticam, atque tumorem durum tenſivumque in hepatis regione: Febris minime erat intenſa & periodica, ſed hecticæ ſimilis, quæ incerto tempore ſubinde per totum corpus diffundebat æſtum ſolito majorem, qui interim prius, interdum tardius remiſit.

Aperto cadavere invenimus vomicam ſimæ partis hepatis, cujus non parum putreſcerat innatam. Reliqua bene conſtituta erant. *Coſter libello obſerv. Anatom. & Chirurg.*

Scholia.

ERratica Febris neque facile à quovis dignoſcitur, neque curatur, omnis enim cognitio certa à quodam firmo & fixo capienda eſt, cùm in his febribus nil certi & ordinati ſit, niſi quod inordinatæ ſint, & ſubinde moveantur, de una natura in aliam, (quod erraticas & mutabiles facit) ab omnibus ordinatis diſtinguuntur: Hæ omnino typorum expertes ſunt, id eſt, neque quotidianæ, neque tertianæ; ſed præter modos enumeratos, adhuc citra dictum ordinem fiunt, i. e. quæ tertianæ paroxyſmum, deinde quotidianæ, vel tertianæ, vel quartanæ, & tunc tardant, nunc accelerantur; Tales vero Inordinatæ dicuntur: & ſunt, quarum multæ particulares differentiæ ſunt, quas difficile eſt enumerare; Hæ ſolent autumno fieri, ob diverſitatem humorum in corpore congregatorum: æſtatis tempore & autumni, temporis inordinatione ſolent fieri, poſt longas febres & ſpurias in corporibus debilioribus: Non enim poſſunt iſtam diverſorum humorum naturam vincere, & derivare, qui multi ſunt, & ſi ad vires referantur, multi ſimul: Sed ſi particulatim & ſeorſim ſumantur, pauca eſt humorum quantitas, quæ eſt in cauſa, quod ex eadem materia duæ vel tres acceſſiones fiant conſequenter, vel quod bona fiat expurgatio: Plato illa recrementa vult ſubinde ab intemperatura viſceris alicujus generari: pauca retineri in corpore, & cito putreſcere ob caloris imbecillitatem: Ad earum curationem neceſſe eſt diligenter inſpicere cujus viſceris vitio id fiat, ventriculi, hepatis, vel lienis: Si tumor aliquis in parte interna, aut gravitas ſentiatur: Talis pars in cauſa eſt, vel intemperies: Quare indicatione ſumpta à parte affecta, intemperaturæ remedia inſtituere oportet: In hiſce febribus liberare ægrum obſtructionibus, bonam procurare actionem & lubricam alvum habere potiſſimum eſt. *Rondeletius Pract. p. m. 812.*

§. 2. Æger febre primo quidem Tertiana per annum afflictus fuit, modo ſimplici, modo duplici: poſtmodum quartana & erratica: Totus Lien durus erat, plumbei coloris, magnus, craſſus, in quo materia fæci vini rubri ſimilis continebatur. *Vide l. 3. tit. de Hypoch. tum.*

§. 3. Filiolus N. Febre inordinata prehenditur: Glandulæ per totum meſenterium ſcirrhoſæ deprehenſæ: Lien & Hepar puncticulis tartareis, perduris undique erant referta. *lib. 3. tit. de Diarrhæa.*

§. 4. Puella annos 13. nata, nomine *Dentand*, macilenta, ſed vivida, morbis crebro tentabatur, palpitationi cordis crebro obnoxia: Apperitu omnino carebat, imo ad capeſcendum cibum; per 6. vel 7. annos adigenda erat: Libera erat reſpiratio, præterquam in ſcalarum aſcenſu, quas ubi ſuperaverat, anhela erat: Ingeſtus cibus ſtatim in os recurrebat, nec tamen excludebatur: Sub medium Maji menſis, anni 1676. febre Erratica prehenditur, ab initio & in progreſſu lumbricos aliquot excludens, unde morbi origo crediti: Capitis dolore vehementi afficiebatur, cum vigiliis, qui quanquam remitteret, nunquam ex toto deſinebat: Abdomen nec tumidum erat, nec depreſſum; Nulla tuſſis fatigabat; ſexto à decubitu die cordis palpitatio vehemens urget, accedunt convulſiones, die 8. mors,

Aperto cadaveris pectore, Pulmonis lobus dexter intus & foris omnino putris apparuit,

ıdique coſtis & dorſo cohærens, cujus portio cum ſterno adempta, diaphragmati etiam ım adnatus: Lobus ſiniſter à connexione liber erat; ſed in corruptelam vergens, variatus, ſcirrhis parvis per totum obſeſſus, cum abſceſſu purulento in declivi parte: Cor aximum fuit ſed flaccidum, in conſpectum omnino veniens ſtatim remoto ſterno, quia lobo ſiniſtro pulmonis neutiquam anterius cooperiebatur, illum ad latus ſiniſtrum propellens: Vaſa coronaria, id cingentia, nigra erant & ſanguine turgida: Jecur ſanum ſed aximum: Ventriculus mollis, ſed flaccidus, exolutus & ultra modum expanſus, qualis in viſitur qui crebra cibi & potus ingurgitatione ejus tonum vitiarunt: Meſenterium maimis glandulis, & ſteatómaticis erat refertum, ſiniſtra præſertim parte: Pancreas dum & ſcirrhoſum, cujus ductus Wirſungianus atro ſanguine turgebat:

SCHOLIA.

IN cauſas vehementiæ capitis doloris inquirere non licuit, prohibente ejus aperitionem matre: alpitationis autem cordis obſcura fuit cauſa, An ontingebat, quia Pulmones vitiati ſanguinem ab eo tanſmiſſum non excipiebant? Aut potius hic contaionis labe inquinatus, ad cor refluus, illi incongrus, moleſtiam pariebat? An ab hypochondriis, inenterio ſcirrboſo, maxime pancreate, atro ſanguine ırgido, quo etiamnum vaſa cordis coronaria mire iſtendebantur, cauſa repetenda? An cordis inſignis lla magnitudo nativa fuit; aut palpitationis diuturnæ effectus fuit? Mirum vero fuit quod in tanta Pulmonum corruptela, major reſpirationis difficultas non fuerit, ſed tantum in aſcenſu, maxime quod undique, ante & retro, ipſi etiamnum diaphragmati cohærerent: Tuſſim vero perpetuam non fatigaſſe adhuc magis mirum; An ideo quia Pulmonum parenchyma omnino viriatum puris ſtimulum & acrium humorum non perſenſit? Febris autem lentæ & putridæ cauſa referenda videtur tum in obſtructionem ductus Pancreatici & meſenterii, tum in Pulmonum gravem corruptionem.

§. 5. E ſucco mordaciori deprædante, & viſcoſiori vaſcula infarciente, adeo contabuit corpus ægrotantis quadragenarii, ut Tabem exquiſitiſſimam configurabant, Ex denegata namque debita nutritiorum αἰαδόσεᾳ ſuperficies & extrema non ſolum contabuere, ſed increvit Febris Latica, vaga & incerta, obturationum ſoboles, quæ hecticam ita mentiebatur, ut ipſam adeſſe Medici alioqui peritiſſimi pronuntiabant: Cui ut occurrerent γαλακτοποσίαν imperant, proſiliunt ſymptomata graviora, quibus magis ingemiſcens exſpiravit;

Diſſecti cadaveris ventriculus & duodenum lactis coagulo infarciebantur. *Bennetus Theatri Tabid. Exercitat. 26.*

SCHOLIA.

ΓΑλακτοποσία] Lac aſſuetis, optime conſtitutis, videque petentibus exhibere vice carnium, dum ſanguis turgidior & calidior ſcaturierit, ſubſtituiſſe accommodatum arbitror; & quibus acer aut bilis inter fluida exuberavete, modo vaſculorum confiniis adhuc concluſa retinentur; eminus ſcil. patefcente prima ſymptomatum phthiſis dicatorum ϕάσει: Ejus tamen uſum vero phthiſicis prorſus interdixiſſe ob cauſas inſequentes neceſſe duxi: Qui etenim per acrioris ſucci extravaſati deprædationem emarcuere, caſeoſam ejus partem in ſpiſſamentum cogunt, unde vaſcula pertinaciter obturantur: Qui à ſuccis putrentibus incaluere, butyroſam in bilem tabumque demutant, citiuſque ſi mellita aut ſaccharata admiſcuetis, quibus dein aquoſa ſtagnatio ſpiritalia ſuffercit, iis pectus magis infrigidatur, unde anacathårſis vel temoratur vel reprimitur, pleriſque deniq; capitis dolorem intulit. *Hactenus Bennetus:* Et nos infelicem γαλακτοποσίας uſum in quatuor viris eodem anno vidimus, ad profligationem Podagræ à Medicis quibuſdam Pariſienſibus præſcriptæ: Priori, inſultus podagricus, qui menſtruus fere erat, conſtitit, per ſeptem menſes, ſed nonus lethifer fuit, à ſuppreſſione humoris authritidem committentis, ejuſque in partes nobiles μεταστάσει: Secundo Iſchuria lethalis 17. die inducta: Tertio ad tempus ferocia podagræ mitigata, ſed paulo poſt calculus renum ſucceſſit, hinc in veſicam devolutus: Quarto venter hydropici in morem intumuit, menſtruumque ſpatium in ſaburra deplenda (quæ tota erat lac coagulatum) inſumptum.

OBSERVATIO XXXIII.

Febris acuta ab inteſtinorum inflammatione, ſubſequente vicinarum partium putredine &c. 1. 2.

§. 1. FEbre acuta correptus Fridericus filius Celſiſs. Principis Norvvegiæ &c. 1657. ſexto die Pariſiis extinguitur: Aperto defuncti corpore, viſa eſt cerebri partium integritas ſumma, cor ipſum qualc in ſanis: Pulmones per febrile incendium à conſtitutione naturali aliquantum degeneres: Hepar parte ſui cava & majore lobo, à calore febrili ex ſuccum & ſubnigricans: Lienis color immutatus, vergens in coeruleum, Omentum exaruerat: Renum parenchyma parte ſui interiore ſubanguſtum & ſubdurum: Meſenterium magna ſui parte putrilagine & ſanie velut quadam conſperſum: Inteſtina ſubtumida & ſubnigricantia, Inteſtinum Ileum duobus in locis exeſum & perforatum: In veſicæ cavo glanduloſa quædam ſubſtantia ad nucis avellanæ magnitudinem non adhæreſcens ſed nobilis: Denique per totas alvinas regiones prorupta & effuſa tam ingens vitioſorum & eroſorum humorum ſaburra ut æquare videretur pondus libratum duarum & trium.

SCHO-

SCHOLIA.

PRobabile videbatur Medicis Pariſienſibus mortem contigiſſe ex inteſtinorum inflammatione ob autem illam & corruptam bilioſorum humorum illuviem, qui cum exitu ſuo prohiberentur propter conſtricta & coanguſtata inteſtina, inuſitatam ſibi viam in abdominis ſpatia patefecerunt, pereſo & perforato Ileo inteſtino, unde vel modica compreſſione excidentes totum abdominis capacitatem abunde replebant. Hinc acerbiſſimi illi in alvinis partibus dolorum morſus: hinc hypochondriorum obſtinata & pervicax diſtenſio, hinc febris, animi defectiunes, obortoque tandem fœdo vomitu, mors brevi conſequuta. Obſervandum monent iidem medici decubuiſſe & occubuiſſe Principem men Auguſto, canicula regnante fervida, iiſque tempo bus quibus apud Pariſienſes viſi ſunt morbi compl res quos cumulatior bilis eaque maligna & efferа c citavit, cum plurimorum interitu. Notant præter quum in morbum illum incideret tentatum fuiſſe B bonocele inquam ajunt ab annis tenerioribus fuiſ pronum; Inde ſuſpicabantur nonnulli hinc repete dam primam labem & originem mali, quanqua inteſtinum tum perfectiſſime in proprium locum reductum, aperto tamen corpore, inſpectiſque fing lis particulis deſiit illa ſuſpicio. *Th. Bartholinus cen V. hiſtor. IV.*

§. 2. Homo tres ſeptimanas afflictus fuit complicatis morbis, Epatici fluxus, lienteri diarrhœæ cum acutiſſima Febre: Infra Ileon inteſtina omnia erant livida, gangræna co repta, cor quaſi toſtum. *vide lib. 3. tit. de Diarrhœa.*

OBSERVATIO XXXIV.

Febris Ardens *ab inflammatione meningum, quam ſequuta ſideratio cerebri.* 1. *Ardens ab Ab ſceſſu ſub cranio, putredine meningum & particulæ cerebri.* 2. *Ardens ab abſceſſu in cereb ſubſtantia, Inflammatione meningum.* 3. *A ſanguine pituitoſo & ſeroſo in vaſis cerebri.* 4.

§. 1. QVidam ſæpius in dies ebrius, poſt comporationem ſæviſſima cephalalgia corr pitur cum omnium ſenſuum dejectione: Acutiſſime febricbat, rubebat facie cum tumore, pedes manuſque jactabat, nec verbulum proferebat: Dixi cerebri ſphacel correptum eſſe: die 3. obiit: Inveni meningas valde lividas omninoque ſideratas &c (*vide Tit. de cap. dolore lib.* 1.

§. 2. Agricola cujus caput diu Solis radii verberaverant, in dolorem capitis gravativu illico incidit, *Febrem ardentem*, ſuccedente die v. phreniride & 9. morte. Dempto crani viſus tumor avellanæ magnitudine, pus fœtidiſſimum coloris viridantis continens: me ninges putredine tactæ erant & portio cerebri ſubdita. *Lib.* 1. *de capitis dolore.*

SCHOLIA.

FEbrem Ardentem.*] Febris Ardens (ſeu Cauſus) eſt de genere *Continuarum*, quarum acceſſio ad plures dies ſine ἀπυρεξία protenditur; Harum differentias & generationem ſic explicat Eruditiſſimus *Willis* lib. de Febr. cap. 7.

Febris *continua* eſt, cujus acceſſio ad plures dies ſine ἀπυρεξία protenditur; ſua habet remiſſionis & exacerbationis tempora, Intermiſſionis vero nequaquam; Exardeſcentia modo eſt remiſſior, modo intenſior; uſque tamen febricitant ægroti, donec à criſi, aut inſenſibili convaleſcentia morbus in totum ſolvitur.

Plures autem ſunt modi, quibus ſanguis effervеſceos febrem *continuam* inducit, quorum præcipui ad hæc capita revocari poſſunt; 1. eſt cum *Spirituoſior* Et ſubtilis ſanguinis portio nimis incaleſcit, & excandeſcentia quadam afficitur, quæ idcirco reliquas cruoris partes exagitat, & in orgaſmum quendam incitat, adeo ut Sulphur, ſeu oleoſa ſanguinis pars plus diſſolvatur, & magis in corde accendatur: etiam propterea adeſt inter omnes cruoris particulas ἀγῶνες quædam ſeu perturbatio, qua nimium confuſæ & extra ordinem poſitæ denuo ſtatim extricari, atque in priorem ſitum redigi nequeunt, quare in toto corpore fervor & incandeſcentia ſolito major excitatur: cum vero Spiritus ſolummodo in culpa ſint, eorum æſtus & inordinatio intra breve tempus ſolent ſponte ſedari: idcirco hæc febris ſæpe intra diem terminatur, raro extra triduum extenditur: a coque febris *Ephemera*, aut *Synochus plurium di rum* appellatur.

Secundus Effervеſcentiæ modus, ſive gradus e quando pars *Sulphurea* ſive oleoſa ſanguinis nim excalefacta fervorem concipit: tunc enim & imme dice in vaſis effervеſcit, & plurimum in corde a cenſa deflagratione ſua calorem valde intenſum toto corpore producit, Equidem ſanguis, quoa temperiem ſuam, à conditione ſulphuris maxim dependet; Quando ob cruditatem ſulphur minu diſſolvitur, fit cruor aquoſus & frigidus, ac vaſis pigre movetur, ſin ultra craſin naturalem pa ſanguinis ſulphurea, ſeu oleoſa incaleſcat, ſtati effera, & cum cæteris improportionata condit, ut fere tota à cordis fermento velut in flammam a ſanguinis maſſam immodice effervеſcere & ebulli cogat, Quemadmodum enim cum vina fæce opu lentia prædita, a ſulphure nimis rancido in fervore concitantur, aut veluti fœnum nimis madide repo ſitum, ob ventilationis defectum particulis ſulphu reis à mixtione ſolutis, ſponte incendium concipi pariter cum ſanguis non rite ventilatur, quin a evacuatione cohibita, propter rei calidæ ad mix tionem, vel διαπνοήν uberiorem, aut ob alia cauſam, ſulphuris particulæ denſius agglomera incipiant, ſtatim, totus ejus liquor à ſulphure ſol.to & in corde inflammato immodice ebullit, & hu

eſt valde acuta, & ſanguis fere totus cito inflammatur, & ſumme æſtuat, quicquid ſucci nutritii cruori affunditur, ſtatim aduritur & incendio abſumitur: quatum purum aut nihil ejus in paroxyſmi materiem in maſſa ſanguinea continetur: Sin vero hæc febris ſit minus acuta, & ſanguis modice & per partes ſolummodo deflagrat, ſucci crudi ſupplementum non prorſus adultione abſumitur, ſed mitiori incendio in materiam fermentativam pervertitur: quæ cum ad turgeſcentiæ plenitudinem in vaſis aſſurgit, fluorem concipit, & effervеſcentia ſua calorem febrilem, prius in ſanguine gliſcentem, velut novi pabuli acceſſu intendit: Hujus materiæ effloreſcentia non raro cum levi rigore aut frigore incipit, & aliquando in madorem deſinit: plerumque vero tranſpiratione inſenſili exhalatur: In ſingulis paroxyſmis; præter ſucci nutritii degeneris penum, aliquid e materia ſanguinis aduſta & concremata evaporat: quare morbi criſis diu protrahitur, ut raro intra dies XI. aut XIV. judicetur; quin ut plurimum, in febre hujuſmodi, paroxyſmis & remiſſionibus intercalata, vix iutta dies XX perfecta morbi ſolutio contingit; atque aliquando ſine manifeſta diacriſi ſenſim remittit, & de inlonga declinatione in mortem aut ſalutem terminatur: Quod vero hujuſmodi remiſſio & exacerbatio juxta typos febris intermittentis varientur, ut diebus modo ſingulis, modo alternis, & interdum nonnili intra quatriduum vices ſuas repetant, hujus ratio à doctrina febrium intermittentium peteoda, nimitum juxta quod ſanguinis dyſcraſia diverſimode ſe habeat, ſucci nutritii degeneris ſupplementum citius aut tardius ad turgeſcentiæ plenitudinem aſſurgit, & proinde effervеſcentia ſua modo crebriores: modo rariores in hac febre paroxyſmos efficit.

Tertius Effervеſcentiæ gradus, (qui & diſtinctam Febris continuæ ſpeciem conſtituit) à *fermento* quodam *maligno* & venenato inducitur, quo cum ſanguinis maſſa imbuitur, & *Spiritus*, & pars ſulphurea una fervorem concipiunt: eorumque excandeſcentia non prius ſedatur, quam aut materia iſta maligna abſumpta ſit, & foras eliminetur, aut etiam à veneno ejus corruptivo ſanguinis coagulatio, & veluti putrefacti quædam inducatur, qua & circulatio impeditur, & ſpiritus vitalis extinguitur: oriri ſolet hæc malignitas, vel à contagio quodam ab extra ſuſcepto, vel à miaſmate quodam intus in nobis genito: Iuxta hoſce modos *Febris maligna*, *Variolæ*, *morbilli*, etiam *peſtis* origines ſuas deducunt, & contagio ſuo late in plures graſſantur.

Sunt itaque tres Effervеſcentiæ gradus, ſive modi, e quibus febrium continuarum ſpecies determinantur: A ſubtili ſanguinis effervefacti portione, ſeu *Spirituum ebullitione* oritur *Ephemera*, necnon *Synochus* unius aut plurium dierum: A *ſulphurea*, ſeu *oleoſa* ſanguinis parte nimis excalefacta, accenſa, *febris putrida* concitatur: dein. 3 *miaſmate venenato*, ſanguinem inficiente, ejuſ liquorem congelante, *febres malignæ* dependc In ſingulis horum à ſucci alibilis recens in ſan nem congeſti depravatione, ſeu potius corruptic varii paroxyſmi, inæqualitates & motus critici untur: Videndum porro quo pacto effervеſce ſanguinis in febre continua differt ab altera illa, c intermittentes conſtituit.

Dico igitur quod effervеſcentia ſanguinis in *fe intermittente* Unice dependet à materiæ cujuſd fermentativæ, & cum cruore non rite miſcib commixtione, ejuſque ad turgeſcentiæ plenitu nem congeſtione: Propter unius effervеſcenti cum ſanguine in vaſis, & deflagrationem in cor paroxyſmus inducitur: ejus diſſlationem ἀπυρ ſequitur, ut paroxyſmorum interſtitio, neque S ritus, neque Sulphur impetum faciant: verum regre ſervato mixtionis vinculo, liquor æquabili & ſine tumultu in vaſis circulatur: E contra febre continua Spiritus aut ſulphuris, aut ſin utriuſque inordinationes propria ἐνθυμέναι, eti ſine alterius miſcela, ſanguinis ebullitionem cc citant: quare ad ἀπυρεξίαν, præter materiæ exc mentitiæ diſſlationem, ſanguinis accenſi def grario, ejuſque ad debitam craſin reductio req ruutur.

Conſtitutio ſanguinis in febre continua eſt ej modi ac vinorum, cum nimis à fæce opule effervеſcunt, nimirum & ſpiritu pollent, & S phure exaltato turgeſcunt, ideoque ſua ſpon ſine alterius mixtione fervorem concipiunt v immaniter ebulliunt: In febre *Intermittente* co movetur ſanguis eo ritu, ac vina, cum prop aliquod non miſcibile jis confuſum, effervеſcent concipiunt: Inſuper in hac febre cruoris diathe ejuſmodi eſt ac vinorum, cum in caſu & decli tione ſua, mucilaginoſa, rancida, aut etiam aci fiunt in quibus nimirum ſpiritus deprimitur, inter ut ſal, aut Sulphur aut utrumque ſimul cæte emineat, & inordinatione ſua totum liquorem ficiat: Febris Intermittens periculo ut plurimu vacat, quoniam partes ſanguinis conſtitutivæ, li craſin paululum mutarint, utcunque mixtionis v culum ſervant; & dum ſui juris ſunt, æquabili in vaſis circulantur, quin & ſuccum nutritium materiam non omnino præter naturam, ſed ple tudine & turgeſcentia ſua magis infeſtam perv tunt: In *Continua* febre, præter intemperie ſanguinis mixtio & liquoris compages nonni ſolvuntur, ut corruptio ejus facile ſolvatur: qu hic morbus ſæpe in mortem terminatur; Inſupe ſuccus alibilis in materiam penitus vitioſam & omnino naturæ infeſtam depravatur. *Willis de Febribus cap. viij & xI.*

§. 3. Fœminæ graviter caput contuſum: acceſſit Febris acuta: Inventus fuit abſceſ in cerebri ſubſtantia, Membranæ ipſum inveſtientes lividæ. *lib. 4. tit. de vulneribus.*

§. 4. Mulier ex ingenti animi moerore: Febre ardenti cum capitis dolore &c. corri tur: Sanguis eductus majori ex parte pituitoſus, crudus & ſeroſus fuit, Dum mortuæ ſe cranium removetur, effluxit aqua loturæ carnium ſimilis: Tenuis membranæ & ple choroidis vaſa aquoſo & pituitoſo ſanguine turgebant. *Vide lib. 1. ſect. 7. obſervat. 16.*

SCHOLIA.

Carolus Piſo febres continuas ſeroſum humorem, pro partiali ſubjecto agnoſcere ſtatuit. ſect. 6. lib. de morbis à ſero.

Observatio XXXV.

ebris Acuta *à Pericardii inflammatione* 1. *Ardens à Pericardii & Pulmonum phlegmone ſuppurata.* 2. *Acuta ob fœtidum humorem ſiniſtrum Cordis ſinum replentem & totum fere thoracem.* 3. *Acuta à Mediaſtini tumore inflammatorio.* 4. *Pericardium eorum quos* Cauſus *extinxit exhauſtum repertum, Cor marcidum.* 5. 6. 7. *Iuvenis ab Ardente extincti cordis ventriculi ſanguine flaveſcente, illis affixo, pleni reperti.* 8. *A Cordis phlegoſi & vaſorum ejus tumore.* 9.

. 1. CVidam cum Acuta febre erat ſitis ingens, anxietas, dyſpnoea, tuſſis ſicca &c. Sectio palam fecit fuiſſe pericardii inflammationem &c. *Vide lib. 2. tit. de ateris dolore.*

§. 2. Agricola plauſtri fœno onuſti everſionem in ſe ſuſtinens, de dolore pectoris con-ueritur, Et diebus aliquot elapſis Ardente febre conflictari cœpit. Pericardium ſcatebat ure copioſo cui velut immerſum cor &c. Pulmo ejuſdem labis particeps. *Vide lib. 2. Tit. le Pectoris dolore.*

§. 3. Civis M. poſt melancholiam Acuta febre lethali prehenditur: Tota fere cavitas horacis tenui, prærubro & fœtidiſſimo humore oppleta erat, nec non ſiniſter cordis inus eodem humore plenus erat &c. *Vide Tit. de Syncope.*

§. 4. Nobilis Febre Acuta detinebatur, cum ſpiratione frequenti, tuſſi, anguſtia ad ſternum, ſyncope. Inventus in Membranis interſepientibus tumor inflammatorius, quiex parte communicabatur pericardio. *Lib. 2. tit. de Pectoris dolore.*

§. 5. Patavii puer quidam frequenti ficuum cibo ſcirrhum contraxit Iecoris, nec longe poſt in Febrem incidens Ardentiſſimam, die periit critico.

Eius diſſecandi cadaveris facta copia, aperto abdomine, exta in fœtida natare aqua, ſiccus thorax, pericardium expers aquæ, maximo & continuo cordis æſtu depaſtæ, corrugatum conſpiciebatur. *Obſervatio Ieſſenni à Ieſſen.*

§. 6. Invenis quidam intra triduum Febre Ardentiſſima, maximiſque ſymptomatibus correptus mortuus eſt: Secto corpore Cor torrefactum pyri toſti imaginem repræſentans, abſque ulla pericardii aqua inventum fuit. *Dominicus Panarolus Pentec.* 1. *obſervat.* 31.

§. 7. Ardente Sirio juvenis in Cauſum incurrit, cum lingua nigra, Siti clamoſa, viſcerum ardore & nimio viſcerum caumate preſſus, applicitis remediis convaluit: Poſt duos menſes debilis factus iterum incidit in Ignem; curatio non potuit efficere quin macie tabefactus e vita migraret.

In ejus ſectione inventum eſt cordis involucrum rugoſum, & cordis ipſa ſubſtantia marcida; Nec mirum, quum omnis fere humor qui in pericardio natura ſua continetur, ab aſſante calore fuerit exhauſtus. *Zacutus Pr. Adm. lib.* 1. *Obſervat.* 142.

S C H O L I A.

P*Ericardium expers aqua &c.*]Exhauſta ab ardore febrili lympha: Vaſorum lymph. inter cęteros uſus hic eſt, ut aquam quibuſdam partibus certos in fines apportent, imprimis cordi, ſive ad ſanguinem alioquin craſſiorem nonnihil diluendum, ſive calidiorem temperandum: hinc in inflammationibus, calida totius temperie, aſſantur facile & exſiccantur, unde æſtuat ob humiditatis hujus defectum ebulliens ſanguis, & ad *febres ardentes producendas operam* confert infelicem. Th. Bartholinus cap. 7. de vaſis lymphaticis.

§. 8. Sanguinem grumoſum in ſiniſtro & dextro ventriculo cordis interne affixum ſemel tantum obſervavimus, in tòt quos ſecavimus, In quodam iuvene Febre ardentiſſima mortuo, non concretum, nigricantem & ſtagnantem, ut in aliis, ſed maxime rubrum, aliquantum flaveſcentem, in cordis ventriculis maxime *adhærentem, ut ſecar non poſſet* citra laccrationem. *Panarolus Pentec.* 2. *obſervat.* 29.

S C H O L I A.

EXperientia, ut ait Gal. de ſanit. tu. fidem inventorum comprobat, ſed non nimis curioſe experiri aliquid debemus, ſed ſolum ad indagandam veritatem; alioqui, aut negligentia talpas nos reddit, aut noſtræ opinionis amor vitrum luſorium oculis noſtris imponit, vnde confundimur & fallimur. Hoc dixi, nam aliquando ſecando corpora, dum aſpiciunt, aut in aliquo magno vaſe ſanguinem concretum, ſicuti in omnibus cadaveribus apparet, ſtatim aut ſanguinem grumoſum, aut cornua cervorum,

vorum, aut vermes lethales in corde reperiſſe aſſerunt cum revera nihil horum ſit, ſed ſanguis frigiditate cadaveris concretus cum adipe; qui ſecundum vaſa volubilia & tortuoſa ita diverſas figuras oſtendit.

§. 9. Lictori cuidam Febre Acuta prehenſo ſtatim livere cœpit ſupercilium ſiniſtrum, antequam viginti duæ elapſæ eſſent horæ, totum corpus *Sphacelo* fuit tentatum, ipſeq exſpiravit.

Ego gravem ſubeſſe aliquam cordis affectionem ſuſpicatus, curavi ut diſſecaretur cadaver: Quo facto cor invenimus duplo majus quam in ſanis eſſe ſolet, cum venis tumentibus & inflatis ad digiti craſſitiem. *Hercules Saxonia Prælectim. Practic. Parte* 1. *cap.* 1. §. 5.

Observatio XXXVI.

Febris Ardens *à Pulmonibus inflammatis, qui nigri & corrupti reperti.* 1. *A Pulmonum Eryſipelate.* 2. *Acuta à Pulmonum inflammatione in ſphacelum deſinente.* 3. *Acuta epidemica ſuppurato ſiniſtro pulmonis lobo, Et puris collectione infra diaphragma* 4. *Acuta ab inflammato pulmonis lobo ſiniſtro & latere ſiniſtro vicino.* 5. *A puris copia in thorace.* 6.

§. 1. QVadragenarius *febre ardentiſſima* correptus *doluit* etiam *à latere*: detractus mediocriter ſanguis ad vaſcula duo: perſeverant omnia neque cedit dolor remediis: Sexto die detractus iterum *ſanguis* ad duo vaſcula *putris & corruptus*: Sudor 7°. levis tenuis & tantum in capite & thorace: nihilo melius habet: deliria nocturna, æſtus & inquietudo magna, *vrinæ turbidæ*; ſudavit; 9°. & 11°. nihilo levata febre, 10. levius habet viſus, nocte eadem patitur: 11°. vrinæ ſubſident, ſed divulſo & nigró ſedimento, ſudat uberius: pulſus perpetuo frequens & magnus cum pauca inæqualitate: Iam tendines manuum ſine manifeſto membri motu revelli ſentiuntur: vrinæ bene coloratæ & corporatæ cum ſedimento nigro: 13°. floccos colligit, manibus revelluntur digiti, delirium fere perpetuum: 14°. media nocte mortuus eſt: *Pulmonibus corruptis nigricantibus* inventus eſt. *Hollerius libello obſervat.* §. XIII.

Scholia.

F*Ebre ardentiſſima correptus, doluit etiam à latere: Sanguis eductus putris, urina turbida &c.*] Advertendum eſt diligenter (quod maximi eſt in praxi momenti & à paucis animadverſum) non omnes perpetuo febres quæ cum partium inflammationibus conjunguntur eſſe ſymptomaticas, ſed quaſdam etiam eſſe Eſſentiales, quibus inflammationes prædictæ ſuccedere ſoleant: Fit enim plerumque ut ſanguis corruptus, aut pravis humoribus refertus, poſtquam febrem excitavit, exagitetur à natura, & tanquam ſibi noxius expellatur ad partes debiliores, aut humori recipiendo magis idoneas, unde in iis inflammatio producitur, quę febrem iſtam non efficit, ſed illi potius ſuccedanea eſt. Sic nobis frequenter in uſu practico videre eſt ægros, ab initio febre continua laborantes per unam aut alteram diem antequam dolor lateris & alia pleuritidis ſigna appareant: ſic multi 30. vel 40. die febris in phreniticen incidunt: Sic arthritici fere omnes, antequam dolore, tumore, Inflammatione articulorum afficiantur, febre continua per unam aut alteram diem laborare ſolent: Sic qui eryſipelate tentantur, febre aliquandiu afficiuntur antequam eryſipelas appareat: Id ipſum oſtendit *Vrinarum* diſpoſitio, quæ in hujuſmodi inflammationibus notas putredinis in venis contentæ manifeſte produnt, initio enim crudæ apparent, in progreſſu vero ſigna concoctionis in dies increſcentis oſtendunt: Tum *Sanguis* e vena admodum *corruptus* apparet interdum, quæ non fierent ſi febres ejuſmodi eſſent tantum ſymptomaticę, aut ab illis inflammationibus ſimpliciter dependentes. *Riverius Pract. lib.* 17. *cap.* 1. Vide *Platerum* e quo hac doctrina deſumpta.

§. 2. Intimus Sac. Cæſ. Majeſtatis conſiliarius, à parente podagrico ortus, circa annum 35. doloribus arthriticis infeſtari cœpit, à quibus ut liberaretur emplaſtris quibuſdam à Chirurgo oblatis eſt abuſus: Sed incidit in ſcyllam volens vitare charybdin, nam poſt unum vel alterum annum correptus Ardente febre, cum eryſipelate Pulmonum ſuffocatus interiit.

Cum autem mors ſemper fere imputaretur Medicis, quaſi terminum accidentalem potis eſſent devincere ideo hanc ut calumniam fugerent, ad corporis diſſectionem confugiunt, in qua Pulmo, poſt remotum ſternum, niger adeoque tumidus ſeſe obtulit, ut naturali ſuo reddi non potuerit hoſpitio: Epar magnum plurimo nigroque ſanguine conſperſum, cum cyſti fellea omni bile deſtituta examinanda ſe obtulerunt, Cum autem ſufficiens mortis cauſa in Pulmone inventa fuiſſet, dubii fuimus an aliæ inveſtigandæ forent particulæ: Ultro ergo progreſſi, in utroque rene duo magni calculi inventi fuerunt ponderis ℥vj. nullo ſigno præcedente, ſive arenulas, ſive pedum torporem, ſive lumborum gravitatem ſive urinæ indigentiam conſideres: Nam copioſiores juſto fundebat urinas, ſed aquæ

millimas, Sitimque adeo intolerabilem patiebatut,ut nullo potu ea ſedari potuetit. *Antonius de Pozzis Obſerv.32.Miſcell.curioſ.anni.iv.*

§.3. Genet.Viri D.Thomæ Ttenchard,Equitis autati,famulus à pedibus, annos circiter xv. numetans,ptocetæ ſtaturæ,tempetamento bilioſo,cum ex officio multum incaluiſſet, auſto cereviſiæ,fotſan ſrigidiotis poculo,incidit in tuſſim, cum pectotis anguſtia & ſpirandi ımma difficultate,accedente Febti Acuta,cum intenſa ſiti,& malarum rubore,pulmonibus ıborantibus & inflammatis ſamiliari : Hic ut etat robuſtus initio hunc affectum parum cuans de vocando Medico patum erat lollicitus : Eo vero indies ingraveſcente,Herus, ſervi mantiſſimus,me accerſiri cutaviti,Ad quem ingreſſus,pulſum inveni tangendo magnum,unloſum quodammodo & languidum : conſidetatiſque ſymptomatis, hominem peripneunonia laborate affirmavi,dato ſimul *Hippocr.*oraculo,Quod pauci cam evadant:Ego tamen ıne cunctatione,cum tettius eſſet à ptima invaſione dies,baſilicæ dextræ inciſionem iuſtiui,& detraxi circitet ſeptem ſanguinis uncias, *cum virium imbecillitas largiorem profuſionem ıon admitteret*,etſi ſanguinis plenitudo adeſſe videretut : Sequenti die ad materiæ impetum ı pectore avertendum,& humotes vitioſos evacuandos,*exhibui mannam*,decocto pectorali ıilutam,adjecto ſyr.toſat.ſol.cum agarico:Leniter inde purgatus fuit,ſed ſymptomata omnia ngraveſcebant,ut de ſalute ejus omnino deſperatem,maxime cum ſputum non procederet, & febtis *excandeſceret:His vt* ſubvenirem, *præſcripſi Eclegma*,♃.conſerv.viol. & borrag.mucil. ſem.pſyll.& cydon.cum aq.decoct.malv.violat. & lactucæ extr.ana ℥j.tab.dialth.℥iß.emulſ. iv.frig.ſemin.& papar.alb.℥ij.ſyt.violat.& juiub.ana.q.ſ.m^t.ſ.Eclegma. Pectus unguento pectotali & reſumptivo mixtis inungi cutaui,&c.Cum vero in lipothymiam crebettime pronus eſſet,& refici neceſſe habetet uſus ſum,ex imitatione Valletiolæ,ſucco ex verveců cornibus expreſſo,addito tantillo conſectionis Alkermes : Sed ſicuti exitiale ſignum eſt, ubi nunquam ullis auxiliis,ratione recta adminiſttatis tectcatut natura,ita & in hoc ægro contigit ftuſtra adhibitis ptæſidiis,7°. tandem die,motbi magnitudine ſuperatus, naturæ ceſſit.

Hujus corpore, Nobil.Heti luſſu à me diſſecto,omnes in infimo ventre contentæ partes appatebant bene conſtitutæ : Pulmones veto membranæ coſtas ſuccingenti in utroque latere per plures fibras etant connexæ,unde difficultas ſpitandi ex patte proculdubio proceſſit,forſan etiam inflammationi anſam præbuit, Subſtantia eotum erat nigricans & ſphacelo correpta, Et hic ſuit morbi exitus, ut vetum ſit quod Celſus *ait*, Peripneumoniam ſcil.eſſe vehemens & acutum malum,quod plus periculi quam doloris habeat, paucique ea cotrepti evadant.*Fridericus Loſſius obſer.iv.libr.2.*

S C H O L I A.

C*Vm virium imbecillitas largiorem, &c.*] Peripneamonici ſæpe imbecilli ſunt & delinquunt animo, ob incendium & obſidionem partis principis,& tamen non opottet eſſe valde timidos in ſecanda vena,imo audacter mittendus ſanguis:Nobili mulieri *ait, Balonius Epid.lib.*1.poſt horrotes acuta febris orta eſt,cum liogua aſpera, dolore lateris acuto, dyſpnoea, ſecatut vena, oon quievit,deinde repente ſedatus eſt,evanuit potius: 4°.rubent inſigniter genæ,delitia, mentis alienationes,frequentes ſurrectiones,jactationes,nullus lateris dolor, caput dolebat, febris duplo major, lingua torrefacta apptarebat,& mucore plena: Peripneumonica facta eſt per tranſlationem,alvus liquidis ducitur exctementis, viceſimo interiit : Debueramis ullam pluribus venæ ſectionibus exercere pręſertim cum Peripoeumoniæ adeſſent atgumenta,nam motbus iſte maxime phlebotomiam poſtulat.

Baſilica dextra inciſionem &c.) Si ut volunt Medici,vera Peripneumonia oritur excuſſo tenui & bilioſo ſanguine,è dextro cordis ſinu io venam atterialem,unde totum Pulmonis corpus inflammatur, ſectio venæ videtur potius celebranda ex interiore dextra : Tamen Fernelius ex ſententia quorundam,in inflammatione Pulmonum,ſecati vult intetnam cubiti ſiniſtri : ratio ejus hæc eſt,quia Pulmonum venæ ex dextro cordis ſinu prodeunt, hic autem in ſiniſtrum parietem veoæ cauæ inſeritur,qui per alam ſiniſtram in cubitum excurrit.*Ballonius conſ.27.lib.1.*

Exhibui mannam,&c.] Peripneumoniæ & Pleuritidis,quoad cutationem,& maxime circa purgationem,eadem eſt ratio ; Imo quibuſdam Pleuritis legitima non datur citra coaffectos pulmones : Quantum vero in hac (*inquit author Encheiridii med. Pract.*) prodeſt venæ ſectio,tantum nocet purgatio, quantumlibet blanda & leniens : ea enim commotis humoribus fluxionem auget, Aut ſi jam fluxio conſtiterat,eam renovat, magno ægri damno : Huc accedit quod in malis thoracis alvi fluor noxius eſt:ideo toto curationis decurſu à catharticis abſtinendum, alternis tantum diebus alvus dura clyſtere emollienda : Adde quod cathatica ex affecta parte nihil evacuant. *Riverius cent.1.obſ.98.* Purgationem in peripneumonia interdum ante ſeptimum convenire *ait*, in pituitoſa ſcil. & ubi æger multa pituita refertus videtur : quod in quodam ſimili laborante feliciter præſtitit, qui ejus etiamnum magnam quantitatem evomuerat ; Alias pernitioſa, *ait*, cenſetur : In dicto autem juvene bilioſa erat Peripneumonia.

*Eclegma,&c.*Quod tenuitatem & mobilitatem humorū infringere valebat; alias ad craſſos & obſtruentes humores valent quæ moderate humida, Si viſcoſi,non ſolum opus humiditate, ſed & deterſione ex aridis, ſic melicratum ad craſſa, oxymel ad viſcoſa conducit.

Pectus innungi curavi) Litus ad thoracem an pulmonicis confert ? videtur quod non, nec enim attingit corpus Pulmonis : Primarius Medicus duas

ob cauſas

ob cauſas linit thoracem , tum ut per diaphoreſin thorax evacuetur , hæc autem in pellendis morbis primas tenet: Si enim æger calido eſt, acri & mordaci ſanguine ſitus iſte eſt bonus : Si cruditas eſt , valet ad mitificandum,& aliqua ratione coquendum , tun pituita,quæ præ colore & ſiccitate membranis hæreſcit,difficultatem ſpirandi & dolorem infert; citius eluatur. *Ballonius Epid. lib.2.*

§. 4. Illuſtr.eujuſdam Comitis Filiolus trimus,vigoris ſupra ætatem ſolidi 1. Dec. an
1653.tumorem pòne aurem ſiniſtram,ad juncturam maxillæ inferioris radicatum,ſed tam
uſque in collum protenſum,cum dolore ardente monſtrabat : qui indolem ſuam provi
Medico mox ſequenti die cum Febri Acuta Epidemica,gravi anhelitu & tuſſi ſicca,conſta
ter in mortem uſque tenentibus hunc Puſionem,loquebatur : Die 5°. hujus virulentiæ E
demiæ ſobole,ſucceſſit alvi profluvium atro carbone nigrius & effuſiſſimum cum dyſph
tia potius quam allevatione patientis perſtante tuſſi illa ſicca & præcordiorum quaſi præf
cata ſpirandi difficultate,nuncio hujus veneni in ſpiritu vitali & liquoribus naturalibus ja
habituati & tyrannidem ſuam exercentis : Cimmeriis pluſquam ignorantiæ tenebris occ
cati duorum medentum oculi, hanc cataſtrophen e ſumma virulentia non advertente
catarrhi figmento,quo totus orbis eluditur,afflictis parentibus & adſtantibus ſingulis imp
fuerunt : Poſt 4. ſeptimanam per alui recrementa rejecto vermiculo, totus in eorum e
pulſionem incubuit Medicus : etiam mercurium vomitivum exhibere paratus : Interea cu
indies magis atjetaret pro ſuo mercurio , Tumor oedematoſus albus, nitens , circa Puc
hujus medicamentis inundati malle olos, in utroque pede exortus, ſupra ſuras, ſubit
perreptat abdomen , & prima vice manum & faciem dextram occupat, ultima, & mo
tis, ſiniſtram quoque,cum ſumma palpitatione illius lateris dextri : Die xi. Ianvarii exh
bitus mercurius dulcis ad tria grana in pulte : Ex hoc dejecit hic æger octo ſedes fœtida
mucoſas (vermem vero nullum) liquidas , colore fere gryſeo , cum allevatione reſpirii &
tuſſis illius continuæ , remiſſiore etiam palpitatione dexrri lateris,adeo ut cum hactenus n
manum quidem ferre poſſet,hic dextro lateri (quod pluribus ſeptimanis non factum) in
cumberet,& indormiret ſatis placide, Die 12. inſequente propinatæ quinque guttæ tinctu
ræ martis in cereviſia : hora octava inſequente ægrum ſat bene comedentem & avide , &
ſolito pauciores urinas vidimus: Die 10.alternata vice uſu tincturæ Martis ſepoſito,ſuttoga
tus eſt mercurius dulcis,dozi trium granorum, vermium & incipientis hydropis cauſa : qu
tota die nil niſi duas ante mediam noctem dejectiones coctas,naturales, compactas habuit
& melius illa nocte quievit : mirabantur nobiſcum aſtantes effectum & notabilem meliora
tionem , ſed tamen perfidam ex hujus medicamenti uſu bis repetito , Nam continua tuſſi
& pleuram dextram circumſiliens palpitatio , remiſſior in tantum obſervata , ut pluribus
ac nunquam hactenus, horis æger huic lateri incubuerit,hodie de nullo querulus : Secund
tumor,tempore veſpertino,in pedibus & ſuris prominentior ſemper , ſolita menſura circ
ſuram utramque, ad duos tranſverſos digitos monſtratus , ſpem Illuſtr. parentibus facieba
meliorem,quam tamen minus tutam ſatis ſemper prædixi : Die xiv.eadem euphoria perſe-
veranti ægro,poſt ſomnum prætetita nocte ſatis commodum , denuo mane expergefact
exhibitæ ſunt guttæ 4.vel 5. die de tinctura Martis : ſatis tota die commode valuit ; Die xv
ſpes hæc meliorationis,prout prædixeram, concepta fruſtrari coepit penitus, etſi domeſtic
lætius ſperarent : mihi unico nomine ſuſpectus fieri coepit , quod cum febris æſtu imma-
nius recidivante,præteritam noctem duxerit totam inſomnem , mox omnem cibum ta
ſubito reſpuebat , vix reſpirium ducens & quaſi ſuffocandus : Die xvi.ubi ex enemate ægr
euphoria ſperabatur , præcedens nox inſomnis & inquieta hujus injectioni ſucceſſit : ma-
nus facieſque ſiniſtra , itemque latus ad oculum intumuere : Abdomen menſuram ſolitam
qua in dies tumor explorabatur vel vel diminutus,in ſex tranſverſorum digitorũ incremen-
tum per horas notabile elongavit : pedum itidem tumor albus,oedematoſus,nitens , circa
ſuram ad duos tranſverſos digitos adauctus, & ad genua extenſus cũ reſpirio anxio & ago-
niſante:Ideo ſepoſito uſu tincturæ Martis,de ſpiritus alis cereviſiæ uſuali commixto , propi-
natum eſt ægro , ut urinæ,quæ deficere ſenſim cœpere, liberius ſuccederent : Die xvij. in-
crementum ſumente tumore & dyſpnoea,mane æger ſumpſit medullæ ſeminis ebuli curio-
ſe excorticati grana vij,cum gr.iij. Mercurii dulcis in pultè è contuſis amygdalis facta : in-
terdiu bis dejecit liquamina mucoſa recrementis alui commixta : circa veſperam ſatis vege-
tus: Ex quo poſt mediam noctem præfocationis ſibi imminentis quaſi præſagio excitus
puerulus, hora ſecunda antelucana cum morbo vitam quaſi præfocatus & anxius finivit.

Die ſequenti apertum & exenteratum eſt corpuſculum puelli : Antequam Chirurgus novaculam admoveret, invitavi Medicum Cortade & D. Daviſſonium , curationis comites,velint diſpicere an putatitii & toties incuſati vermes tantorum facinorum & mortis

.tus poſtulandi fuerint, An potius, quod fieri amat in febrium harum Epidemiarum,
ximc caſtrenſium procraſtinata curatione, viſcus aliquod naturale, etiam Hepar ipſum
:hara vel lethali characteriſatum: vel hoſpite malignitate habituatâ exſolutum occaſio-
lis cauſa fuerit illius hydropis, ad prædictas menſuras, duabus ante mortem, hedomadi-
s ſubito tumefacientis, ſub cujus adauctu præſocatus videbatur hic puerulus: Aperto
nen abdomine, vermis nullus inventus: Sed ecce poſt hanc exenterationem, quod pro-
oſi Medica nullus noſtratium augurari potuit, in ſiniſtra parte obviabat magna diaphrag-
atis propendentia inſtar ſacci, purulentia ex albo vireſcente, è totali ſuppuratione ſiniſtri
bi Pulmonis, ſalvis corde & pericardio, adeo infarcta ut liquamen illud purulentum,
ſtquam ſcalpellum à Chirurgo per muſculos intercoſtales in cavum thoracis penitius in-
uderetur, inſtar fontanæ proſiliret, & è cavo thoracis, poſtmodum aperti, ſupra menſuram
midiæ ollæ effunderetur, de parenchymate vero pulmonis ne veſtigium quidem compa-
ret reliquum: In abdominis cavo vero aqua inventa nulla. *Andreas Cnoſelius in methodo ed. feb. Epidemias.*

§. 4. Filiola N. Febre prehenditur acuta cum tuſſi, &c. Latus ſiniſtrum purulentum erat
: pars Pulmoni, quæ illud contingeret. *Vide lib. 2. tit. de Tuſſi.*

§. 5. Iuvenis inter 6. & 7. coſtas vulneratur. Sequitur Febris acuta, anxietas, gravitas in par-
:, &c. Ingens inventa inter thoracem & Pulmones copia puris. *Vide tit. de Vulner.*

Observatio XXXVII.

Febris Ardens *à Iecore retorrido, in quo ſanguis ater & corruptus. 1. A Iecore extremis partibus inflammato 2. A Iecore maximo inflammato. 3. Febre Acuta extincti Iecur diſruptum inventum eſt & combuſtum. 4. Ardens vulnus Hepatis ſequuta. 5. Ab Hepate bile undique ſuffuſo, flaviſſimo, &c. 6. A portione Hepatis inflammata. 7. Ab immani Ejus tumore, intus duri, retorridi. 8. A bile acerrima è cyſti emanante, aduſto ſanguine in corde, &c. 9. A dextri* Hepatis *lobi &* Splenis *inflammatione.* 10. A Liene *phlogoſi laborante.*

§. 1. PAtritius Venetus (*de quo Tit. de Narium aff. lib. 1.*) ad olfactus privationem uſus cali-
dis medicamentis, in febrem continuam incidit, quæ intra nonam eum jugulauit.
Repertum illi Iecur valde obſtructum, durum, & quaſi lapideum nigri coloris, carbonum in-
ſtar, ſanguiniſq; in eo contentus perinde erat atq; atramentum valde ater & corruptus.

§. 2. Filius D. N. IX. annorum febre eipyrica correptus eſt: Hepar erat conſuetæ magni-
tudinis, in extremis partibus toſtum, nigrum, durum. *Vide lib. 3. tit. de Mixtione difficili.*

§. 3. Filius Dom. N. novem annorum, bonæ complexionis ægrotavit diebus xxxiij. *febre Ardentiſſima*, quæ ſpatio paucorum dierum conſumpſit puerum. Mortui inveniebatur He-
par immenſæ magnitudinis protſus ſanum, niſi quod iu extremis partibus eſſet toſtum, ni-
grum & dutum. *Bartholinus cent. 3. hiſt. 34.*

§. 4. Aurifaber habebat miniſtrum macilentum & longæ ſtaturæ, qui incidit in febrem ſa-
tis acutam: Monitus à ſodalibus, accepit vinum malvaticum cum zinzibere & aliis aromati-
bus ad provocandum ſudorem: ſed cum ex hoc levi ſudore parum iuvaretur, monitus ac-
cepit ab eiſdem Theriacam & intravit balneum, ut magis poſtea provocaret ſudorem, quod
& ſecundo fecit, ſed res ſemper ceſſit in deterius: Vocatus, adhubui refrigerantia & omnia
quæ poſſunt moderare illum æſtum ſed fruſtra, & intra paucos dies exhalavit animam.

Secui corpus, Hepar ex nimia illa caliditate combuſtum fere inventum, ita ut haberet
quatuor rimas in gibbo. *Ex obſervation. D. Ioh. Heſſi med. Norici.*

§. 5. Duobus Iecur vnlneratum fuit, ut poſt mortem videre licuit, qui quotidie bilem
evomebant & intenſiſſima Febre ardebant, &c. *Vide tit. de vulneribus.*

§. 6. Filia Viduæ N. 14. annos nata laboravit febre *Aſſidua* cum ventris tumore, in quo per
vices dolor quidam punctorius: Aperto cadavere inventi ſunt muſculi abdominis in loco
tumoris, putredine affecti: Hepar colore flaviſſimo adhærebat peritonæo undique dia-
phragmati, & mole ſua mediam thoracis partem replebat, ut ipſi cordi omnino eſſet vici-
num. *Vide lib. 3. tit de ventris tumore.*

§. 7. Scotus Febre prehenditur Aſſidua, &c. Aperto mortui abdomine primo ſe obtulit
Hepatis lobus orificio ventriculi poſteriori affixus diaphragmati nothiſque coſtis, ut non-
niſi fruſtillatim avelli potuerit, Portio hæc Illius nigricans ex inflammarione quæ præceſ-
ſerat, reliquum hepatis recte ſe habebat. *Platerus Obſerv. p. 471.*

§. 8. Ill.N.inflammatorio Hepatis affectu, Febreque *Continua* prehenſus fuit: Id illius immani tumore extubcrans repertum, interius ligni inſtar durum & retortidu *Vide l.3.tit.de Diarrhoea.*

§. 9. Anno 1670.Auriga ex Febre continua ardente quaſi furibundus, in via Regia mortuus,juſſu Sereniſſ.Electoris Saxoniæ ſecabatur: In exenterato cadavere inter cæte obſervavi viſcera omnia bene conſtituta, excepto quod in ventriculo neque cibus neq chymus ſeſe offerret: Erat autem repletus materia viſcoſa fluidiore,ex viridi nigricant gelatinæ ſpiſſiori, adhuc tamen fluidæ ſimilis, quoad menſuram canthatum Miſnicum fe me excedente: E cyſtide fellea adhuc integra & illæſa, ovo columbino majore, exſudai vidi tenuiorem bilis portiunculam,duorum vel trium digitorum tranſverſorum ſpatio, ci cum circa ſuperas inferaſque & adjacentes partes undiquaque croceo colore tingentem irrigantem, itaque corrodentem ut partes ea illinitas & attactas puttedinem acquiſivi manifeſte non ſolum apparuerit,verum & præter hepatis ſubſtantiam magnam partem h pochondrii dextri tingendo rodendoque putridam reddiderit, illæſa plane veſicula bilar Unde facile colligendum erodentem vim bilis ſimul genus nervoſum tetigiſſe & ægrotu furioſum reddidiſſe: Venulæ inſuper & arteriæ in cerebro turgebant ſanguine nigricanti Eque corde diſſecto ſanguis nigerrimus, picis ad inſtar liquidæ dimanabat. *Melchior Fri in miſcell.carioſis anni 1673.obſervat.C.*

§. 10. V.Veinmanni filius,cum Patavii diu miſere affligeretur,tandem in Febrem incid vehementiſſimam,cum urinæ ſuppteſſione,cui poſtea ſtilicidium advenit, cum fæcum re tentione & maxima hypochondriorum tenſione,ita ut ſumme imbecillis evaderet: verme quidam ſubeſſe ſuppicabantur,cum *nares ſemper vellicaret*,atq; ideo miſerum clyſteribus pe petuo ſollicitabant:Ego inflammationem & fæcum retentionem ſolam cauſam divinaban quare adhibito fomento ex abſynthio, agrimon.cuſcuta & carduo melius habere cœpit,ex pulſo etiam ſudore, urina reddita & fæcibus excretis: cum vero naturæ debilitas nullis me dicamentis tolli poſſet,obiit.

Secto cadavere, veſicam invenimus maximæ molis, muſculis adnatam, urina aliiſqu excrementis plenam una cum ureteribus: Renes in puero tantæ magnitudinis quanta vi eſſe poterant in adulto: Splenis quoque & dextri Hepatis lobi inflammatio aderat, verme nulli. *I.Udalr. Rumlerus obſerv.*40.

SCHOLIA.

N*Ares ſemper vellicaret*) Incertum id vermium indicium. Vapores enim ichoriſque acriores quicumq; id facere ſolent, propter tunicam ventriculoori & naribus communem: Hunc vero affectum tenſio hypochondriorum ſatis indicabat, Neque inepta erat inflammationis ſuſpicio, cui plerumque alvus contumacior obſtat. *Veſchius.*

§. 11. Obſervavi Lienem rubentem & acidum in quodam Duce militum: hic quamvis eſſet Hepate beneſe habente, nihilo tamen minus & ſiti immoderata angebatur,& ardente Febre cruciabatur,Fuitque hoc viſum anno 1563. *Hippol.Boſcus de Facultate Anat.Lect.2.p.*14.

OBSERVATIO XXXVII.

Febris Ardens, cum lumborum dolore ab inflammatione Renis ſiniſtri in corruptionem abeuntis. 1.1.

§. 1. SEreniſſ.& Potentiſſimus quidam Princeps,annos 53.natus,natura plethoricus & corpulentus,cum quodam tempore æſtuante Sole inter venatorum turmas ſummo mane campos ingreſſus eſſet,non prius venati deſiit quam ſol ad occaſum inclinans eundem abſtinere cogeret: Ibi vehemens ac violenta corporis,ſub pondere gravis, & nedum optime poſt tot morbos compoſiti, agitatio,occaſionem & cauſam fatalis morbi certo provocabat: Ibatur enim venatico curru per invia tanto animi æſtu,vt eum auriga non ſatis auderet pro reverentia Majeſtatis,Regem ſaxis,ſulcis ſtipitibuſque ſuperveheret, Dux ipſe, excuſſo à curru homine,habenas raperet, & animo alacriter indulgens, curſumque nulla lege temperans,nec currui parceret nec ipſe ſibi: Altera poſt mediam noctem hora triſtem effectum exercere cœpit violentæ voluptas,ac primum quidem nephriticis correptus cruciatibus præter morem doluit: Repetitum ea die bis terve balneum, neque calculum neque dolorem loco movit: altera tamen dies benignior viſa eſt,jamque cum venatoribus nova expeditio deſignabatur,quamvis interim ſitis faucium moleſta & quædam inappetentiæ faſtidia non deſiſterent: Quarta morbi die vehementius exarſit renum viſcerumque vicinorum dolor,quem excepit ingens ventriculi & præcordiorum, atque totius corporis concuſſio,cum vehementiſſimo ad vomitum conatu, & omnium,ut videbatur,vitalium immiti conflictatione: Apparebat ex illa naturæ violentia omnes quicunque in tanta corpori

tis mole deliteſcebāt humores ad tumultū excitos turbare,& omnia miſcere,præcipuamq; pellionis ſedem iam tunc in ſtomacho refigere,Febris certe manifeſtis ſeſe prodidit argumentis,dolore capitis,æſtu,ſiti,tædiis & aliis ejus generis:quare quæcunq; cōtra nephriticos lores ſunt adhibita remedia, ita temperabantur,ut ſimul calorem expugnarent: Quinta orbi die cum malum creſceret,aperta vena emiſſus copioſe eſt ſanguis,uſque adeo floridus nunquam hactenus ab annis plurimis obſervare licuerit meliotem,nam etſi primo vaſculo n-nihil putridioris admixtum innataret,tribus tamen aliis adeo purus exceptus fuit,ut vel de perquam facile fuerit Medicis concludere febrem illam non ipſa in ſanguinis maſſa arſiſſe intra venas, ſed extra vaſa ab æſtuante alicubi pravo quoppiam, aut etiam maligno umore, & præcipue ab illa intra ventriculum ſtabulante flamma concepiſſe: Firmabatur ec opinio ab incrementis deteriorum ſymptomatum: nam quamvis ſanguinis illa miſſio in orpore plethorico opportuna fuerit & laudabilis, poſt illam tamen non immunita ſunt ala, ſed advecta aliunde, inter quæ primas vendicare viſus eſt gravis, & in omni febre ericuloſus Singultus: Hiç cum in horas creſceret,nihil quod ad eundem compeſcendum onducibile videbatur, intermiſſum eſt,continuo enim biduo aptiſſima & præſtantiſſima edicamenta propinata ſunt,nihilominus febris reſtincta non eſt: Singultus autem vehementia augebatur in momenta; Hinc demum Medici cum ex aliis ſignis, tum præſertim x illis atrocibus ſingultuum incrementis, præſentiſſimum & plane extremum periculum deſſe præſagiebant, credebantque fieri vix poſſe ut Rex,quantumquoque viribus polleat, iem unam aut alteram inter ſingultus illos ſupervivat: quare in eam partem omnes converterunt curas,ut ſtomachum ab illa labe, ſeu æſtuante bile, fundo ventriculi innatante, artimque ejus lateribus impacta liberum facerent: euidenter enim inde apparuit ab illa ola aſſurgere habitum venenatum, qui ſuperius orificium ventriculi ſuffumigans, acrimonia ſua Singultus illos excitet,totumque corpus concuteret: Quia vero præviis purgantium culis nihil fuit effectum, concluſum eſt communi conſilio,vomitorium porrigendum eſſe: dhibitus in eam crocus metallorum, ſed beneficio naturæ factum ut medicamentum liam aperiret viam,omnis enim ille pravæ bilis apparatus, qui ſane magnus fuit, non vomitu,ſed faciliore per alvum dejectione copioſe, ad admirationem uſque,& quandam formidinem deturbatus eſt, nec ſine manifeſto emolumento, mox enim poſt unam aut alteram horam omnis illa Singultuum tempeſtas ad malaciam compoſita eſt, & tandem deſiit, cunctoſque in ſpem erexit integræ ac perfectæ ſanitatis: Sed quamvis tanta aduſtæ bilis copia intra paucas horas educta ſit,& major deinceps continuatis purgationibus copioſius educeretur, ceſſantibus tamen ſingultibus adhuc ardor febrilis ab incendio ſtomachi prorumpens, cor ipſum vehementer affligere, patientem ad extremas adigere anguſtias non deſiit: Demum integro poſt ſacram ſynaxin triduo, alternis eventibus cum morbo & doloribus luctabatur, victor interdum,& quaſi periculum prætergreſſus morbo ſuperior, interdum uſque ad deſperationem adſtantium morbo ſuccumbens,poſtquam ex diuturniore lucta inſignis tum corporis,tum animi mutatio, vix aliquid boni promitteret: alternabant tamen ſpes & metus,donec ex multa conflictatione vires collapſæ penituſq; reſolutæ nihil medicis in naturæ vel artis ſubſidiis bonæ ſpei relinquerent: Tandem peracta extrema unctione, circa horam undecimam nocturnam manifeſta deficientis vitæ ſigna ſe prodiderunt, ita ut ante ſecundam,poſt mediam noctem horam,iſtis verbis prolatis, Domine Ieſu in manus tuas commendo ſpiritnum meum,exſpirarit ſuaviſſime.

Poſt meridiem ſectione corporis facta,videre licuit manifeſtam morbi mortiſq; cauſam, partim in Rene ſiniſtro, qui quantus fuit, fœde computruerat, nihilque aliud fuit quam meriſſimus mucus & putrilago, partim in ventriculo, cujus fundo & inferiori orificio innatabat pars non minima bilis aduſtæ: cætera quoque viſcera haud leviter inflammata conſpiciebantur. Cujus morbi hiſtoriam tibi B.L.candide exhibeo, ceu eandem oculatus & veriſſimus quidam teſtis,propria manu conſcripſit: eamque mihi fideliter communicavit: Sed D.Andreas Cnofelius Aachiater olim Regius, in Exercit: Epid.febr.contra D. Auguſtinum Cotrade Exerc.4.tragici hujus caſus cauſam in crocum metallorum, quem unus medicus inſciis reliquis à balneatore quodam mutuatum,temere ad xiij.grana in ſubſtantia propinavit, loco citato plane reiicit. De Abſceſſu renum vide *Ballonium conſ.41.lib.1. Simon Schultzius in Miſcellan.cur.anni 4.Obſerv.114.*

§.2. Septuagenarius ardente febre eadem die fuit extinctus: diu ante de laterum dolore conqueſtus fuerat: ſiniſtri renis ſubſtantia carnea plane fuit conſumpta, & in eo calculus: Dexter in colore vitiatus erat,coloris flavi ſubfuſci. *Vide tit.de Hypoch.dolore.*

OBSERV.

Observatio XXXIX.

Febris Ardens vitio Pulmonum & Renis dextri. 1. *A Pulmone veſicis obſito, Hepa[tis] tumore inflammatorio, &c.* 2. *A Iecoris, Veſicæ, Inteſtinorum, inflammatione Eryſipelatode* 3. *A viſcerum omnium putredine &c.* 4.

§. 1. NOb N. Vulneratus fuit ſelopeto in brachio ſiniſtro, & xxx. die a vulnere mor[i]tur: Pulmones deprehenſi ſunt omnino purulenti ac ſcirrhoſis tumoribus r[e]ferti: Ren dexter putris, cum puris copia in veſica. *Vide lib.4.tit.de Vulneribus.*

§. 2. Adoleſcens orthopnæa inveterata laborans, Febre funeſta jugulatus eſt: Invent[us] hepatis inflammatorius tumor: Thoracis hydrops in uno latere: Pulmo veſicis, in qu[i]bus viſcidus humor refertus. *lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

§. 3. Nob. Venetus ardentiſſima febre correptus fuit ex pituita ſalſa, cum maxima albe[]dine & lentore linguæ, cum ſiti inextinguibili, vigiliis & extenuatione corporis: Obi[it] Tabefectus.

Diſſecto cadavere, invenimus in rene ſiniſtro abſceſſum iam ſuppuratum, Iecur, veſicam inteſtina, eryſipelate detenta, ex qua inflammatione eryſipelacea obiit. *Bened. Silvatic[us] Epiſt.ad Beverovicium, in hujus Exercit. de calculo.*

§. 4. Vidi qui in Acuta Febre, utroque contento hypochondrio plurima per alvum deiiceret, nigra porracea, cruenta, flava, graveolentia: Ei brevis interdum cataphora, levis ſurditas: temporarium delirium, à quibus parotides expectabantur: Ad xxvij dolor ſub auribus, unde magis illæ ſperabantur: Verum præ imbecillitate naturæ, recurrente materia, orta gravi dyſpnoea, mortuus eſt.xxx°.

In altero quoque eadem omnia & graviora quoque, ſingultus, animi deliquium, frequens mutitas, pulſus deficiens, Sub xxx^um. levi parotidum ſignificatione edita & orta dyſpnoea, alteri ſimiliter obiit.

Utroque diſſecto omnia viſcera marcore confecta & abſceſſu putria inventa ſunt. *Hollerius commit aphor.17.ſect.2.Coacar.Hipocr.*

Observatio XL.

In veſica fellea eorum quos Febris ardens aut diuturna rapuit, ſæpe lapides deprehenſi.

ARenulæ febricitantibus non paucis (maxime morbo jam defunctis) copioſe cum urina minguntur, nulla vel præſente vel præterita etiam nephritide, ſero à venis omnibus aut certe majoribus) *ubi exuſtio humorum. viguit*) ſabulum hoc rapiente: Quod minus mirum videbitur iis, qui bilem totam intra propriam veſiculam in Lapides, alias numero paucos, alias numeroſiſſimos induratam aliquando viderint, apertis eorum corporibus, quos febris ardens aut etiam diuturna rapuerat. *C. V. Schneiderus l.de catarrhis ſpecialiſſ.Cap.de Arthride.*

SCHOLIA.

VBi *exuſtio humorum viguit*) *L.Ioubertus* cap. de Vrinis non in ſolis renibus aut veſica, *ait*, gignuntur arenulæ, ſed ſi bene judico, plurimum intra vaſa, venas inquam & arterias, idque per febres aut diuturnas. quæ humores accendendo, horum craſſiores partes ſic adaſſant, ut tandem, in arenulas redigantur: Atque id eſt quod noſtri dicunt humores uſque ad incinerationem corrumpi, ſeu putredine ſeu uſtione, quo fit ut nephritidi nequaquam obnoxii, febrem ſolummodo paſſi, cum urina plurimum arenularum excernant.

Sero à venis omnibus, &c.) In maſſa ſanguinea, tanquam in oceano & communi fonte Corporis humani ineſt materia ſabuloſa, de qua lapilli gignuntur: Cùm enim materia lapidum; inquit Zacutus, in corpore noſtro, ſit mucus, ſeu humor viſcoſus, lentus & craſſus, ut paſſim *Galenus* edocuit, ſi adſit torridus calor, quis dubitat in quovis loco, ubi hæc reperiantur, gigni poſſe? Sic in podagricis, tophi, gypſeique lapilli inveniuntur: Quin & in abſceſſibus arenas lapilloſque generari teſtatur *Marcellus*, qui à femoris notabili tumore diſſecto extractum fuiſſe lapidem album, ovi gallinacei magnitudine proximum aſſeverat: quid plura, non ne in venis & arteriis generantur lapides prout nor ant *Gemma*, Feroelius 5.par. c.ult? In vena Portæ oriri author eſt *Columbus* Anat. l.15. In venis heparis, in parte cava repertos *ait* Iac. *Camenicenus* in Epi.*matth.*l.5.Epi. *Matthæus Gradius* confirmat arenas exuſtione ſanguinis in venis gigni, Quoniam; *ait*; in urinis emittitur interdum materia arenoſa ſubtilis, cum urinæ ſubſtantia multū permixta, & non eſt reſidens, imo ſæpe adhærens ſuperficiei urinæ, & de hac non poſſumus prognoſticare ſupra futurum lapidem, quoniam ejus materia magis pendet ex aduſtione materiæ in determinatis membris ut renibus & veſica; & hæ arenulæ contingunt in multis cholericis, etiam in pueritia, ut contingit in me *Ioh.Matthæo.*

Etiam

Etiam apparentia in declinatione febrium,& poſt igas febres , Et diſtinguantur etiam tales Arenæ eis quæ ſignificant ſuper lapidem , quoniam ſi centet digitis comprimendo , facile diſſoluuntur, :.Hæc eſt docta hujus viri ſententia , ex qua cau- n & differentiam arenularum *in venis* orrarum,ab quæ in renibus & veſica generantur , colligere li- t : Nam ut *ait Ludov.Mercatus* 4.de morb.int. c. . Arenæ quæ generantur in venis Subtiliores ſunt toque aut nunquam ſubſident,ſed cum urina inna- nt ſedimento immerſæ : In renibus vero,aut veſica bortæ ſubſident,Cujus rei cauſam uterque Author on expreſſit , ſed ea eſt , Nam in determinatis locis mucoſus humor retentus , in anguſtiori loco per moram ab aſſante calore diutius torretur , & ab humiditate ſpoliatus in graviores vertitur arenas, quæ ſubſident : In vaſis verò è contra , ab uno enim loco ad alium cum remeet humor , non ita aduri poteſt & exſiccari : quare vaſorum arenæ non abſumpta ex toto humiditate innatant. *C.V. Schneiderus l.3.de catarr.c.7.* Arenulas calculi renum indices , ab iis quæ ab aduſtione humorum fiunt,diſtinguit *Riverius* Pract.l.14.c.1. has naturæ ſalinæ eſſe dicens,atque in calida urina diſſolvi, neque ullo modo apparere : illas nequaquam.

Observatio XLI.

Febris acuta ab inflammatione iuxta muſculos lumbares internos, in abſceſſum definente.

DOm.N. famulum habebat,qui ex contuſione lumborum in eorundem internam inflammationem vehementem,febrem acutam excitantem inciderat : Quo vita defunto,cum venter aperiretur,ac inteſtina removerentur,animadverti in internis muſculis abceſſum à renum regione ad fundum veſicæ exporrectum deliteſcere, ex quo aperto magna uris copia exiliit. *Obſervatio Iac.Oethæi Præſulis Aiſchtettenſi Medici.*

Observatio. XLII.

Gravida Acute, febriens infantem enititur cujus oſſa vi æſtus febrilis friabilia reddita ſunt.

GRavida febre acuta & inflammatione circa umbilicum ſubito,correpta , opinione citius & ἀλόγως liberata fuit : Æſtum vero,febrilem in fœtum tranſiiſſe eventus docuit, iam mortuus ex utero extractus oſſa habuit in pulverem rubicundiſſimum redacta, tanta is ignis febrilis fuit: *Matthias Iacobæus obſerv.*116.*in Actis Bartholini ann.* 167.

Observatio XLIII.

Febris Ardens à ſanguine intra vaſa æſtuante, citra labem inter iorum viſcerum.

FEbris Ardens confecit intra IX.dies puellum quinquennem , optimi habitus & formoſiſſimum,filium Nobil.Domini *Theodori Burlamachii* Genevenſis Aderat , præter ſignâ pathognominica palpitatio cordis,æſtus inſignis circa hypochondrium ſiniſtrum & ultimis diebus ſpaſmodici motus.

Diſſectum eſt cadaver 1. Aprilis 1677.in quo viſcera omnia rite conſtituta apparuere, Iecur tamen naturali majus , Cyſtis fellea parva & inanis : Cordis ſiniſter ventriculus continebat corpus concretum liberum,candicans fabæ magnitudine , longiuſculum,ſebo concreto ſimile palpitationis cordis cauſa : Inteſtina vacua , flatibus diſtenta , à crebrius exhibitis purgantibus : Pulmones ad aliqualem livorem vergebant : Sedulitas mulierculatum fatum acceleravit , vel forte promovit , quæ malignitatis ſuſpicione , pipiones ſingulis momentis cordis regionis admovebant,unde auctus fervor ſanguinis,circulatio ſanguinis, irritata , adeo ut pulmones flabellando cordi impares fuerint , atque ab extraneo calore nativus proſtratus ſit.

Observatio XLIV.

Febris Continua, Tertianaria, à ſeroſo humore in vaſis cerebri accenſo & totius 1. *A pure intra cranium & membranam ſubſiſtente.* 2. *A Plenitudine vaſorum tenuis meningis , cum apoſtemate in proxima cerebri parte.* 3. *Ob partem cerebri cum membrani , putrefactam.*

ILluſtr. virum rempetamento cal. & humidum annum ſupra 63. agentem , circa ſolſtitium hybernum anni 1606.Borea de repente ſæviente,de mane horripilatio cum ingenti laſſitudine invadit , unaque ſiti vehementi & oculorum caligine : facies inſolito rubore ſaturato ac livori propiore ſuffunditur : urinæ copioſæ,tenues & aqueæ , inſtar pellucidæ: hiſce ſymptomatis totum diem vrgentibus appetente nocte ſomnolentia graviſque torpor ac ſtupor

ac ſtupor & in motu atonia : taciturnitas denique, oblivio & deſipientia quædam c
repunt : Atqui cum non ſine ſtupore omnium inſolentem animi ſtuporem ac deſipi
riam in Heroë mirantium, quid rerum ageret prorſus inſcius & multum ab illo Heć
re mutatus tranſegiſſet duas horas, ecce derepente evigilat atque ad ſe redit, ſed
tonitus & immemor eorum quæ ſibi eveniſſent : tum vero primum è pulſu majore
velociore, nec-non crebro & inæquali, ſimulque igneo in toto habitu calore Feb
emicat eaque acri comitata ſiti, & quæ plurimam noctis partem inquietam traduce
cogeret : Sequenti die aſſidua quidem & vehemens ſternutatio, una cum tuſſi & rauc
dine exercuit, indeque febris deferbuit paulatim, ſed ea ſequenti luce denuo ingi
veſcere cœpit : Atque hunc curſum tenuit febris in xv. uſque diem, niſi quod à ſecu
do paroxyſmo in dies lenteſcens magis magiſque tandem prorſus elanguit : Secund
morbi recurſus à priore nihil omnino diſcrepavit, niſi quod nulla ſternutatio excreti
ve ſubſequuta, ſed alterius brachii, in quod caput repandum inclinabat, torpor & ta
ta imbecillitas ut illud attollere per aliquot menſes ei non fuerit integrum. Tertio f
bris repetiit ſub novilunio in Februario incidente, flante deſubito Borea, ſed & 4.
6. & 7. 1010 quoties conſtitutio aëris mutaretur uſque ad annum 1608. recurrit inqua
febris ſed longè levioribus ſymptomatis : Circa deliquium Lunæ quintæ anni 1608. pr
greſſis per unum & alterum diem coryza multaque ſpuitione, & inſigni colli gravit
te febris recruduit terrificis, magis quàm unquam comitata ſymptomatis, 2°. ſcilicet d
liquii die Borea ſæviente, cum ab hac cauſa ſeroſa colluvie introrſum vi frigoris coi
pulſa, plurima mictione urgente & ſopore jam ſenſim premente ſeſe æger commi
xiſſet, ecce ſubito horrore inſolitaque rigeſcit gravitate & pandiculatione, oſcitati
neque & ſopore opprimitur atque mentis quadam hallucinatione : Ea porro gravit
brevi adeo concrevit, ut ſponte conciderit genibus labantibus : reducto autem in l
ctum Sopor ſenſim, unaque oblivio ac veluti deſipientia obrepunt, quorum ille qu
dem circa primam noctis vigiliam ſolutus eſt, hæc contra evidentius auxere, ita t
quanquam ad interrogata non abſurde reſponderet, tamen garriret & nugaretur pra
rer conſuetudinem : Ab eo tempore urens calor per univerſum corpus paulatim ſe pro
dere, ſitiſque urgere totam noctem una cum ſequenti luce, urinis tenuibus alioqui u
ante, & inſtar aquæ perſpicuis, copioſe fluentibus : eam diem excepit nox ſopore ir
turbido & inquieto traducta : à quo evigilantem gravitas ſtatim opprimit pariter cur
oblivione & deſipientia, ut vel lectum commingeret, moxque ſopor horrorque, &
tanta in motu atonia, ut ſtatuam vel catalepticum in lecto diceres : ſub veſperam ta
men primum evigilare, nugari, æſtuare, ſitire ; reliquam noctem ſopor ſed turbidu
interruptuſque tenuit, febris ardor inde remiſſior : Quinto morbi die, ecce paroxyſmu
hora conſueta, ſed longe graviſſimus repetit, cum ingenti extremorum refrigeratio
ne, oblivione, deſipientia, commictione lecti, comate vigili, aphonia, ſenſu ſepulto
motuque abolito, & tanta corporis gravitate ut plumbeum crederetur : neque vero
quicquam deglutire, vel ad oblata generoſa quæ ſomnum excuterent ſenſus alicuju
ſuperſtitis ſignum ullum dare, reſpiratio crebra difficiliſque admodum & parva ; pulſu
è magno & renitente, parvus, creber & mire inæqualis, vultus magis quàm ante flam
mans, ſed oculi lacrymis prægnantes : à meridie ad nonam largus ſudor ſeſe adjunxit
tandem circam ix. noctis æger ſenſim ſomnum excutere, ad ſe redire, ſed inde æſtu
vehementior, qui tamen lenteſcere cœpit declinante die : *Hoc die de mane de na*
tium dolore querelæ, nam cum corpus illi à natura vaſtioris molis à ſopore illo graviſſi-
mum redditum, durante per 15. horas veterno, totum in nates procumberet gangræ-
na ſucceſſit, cujus cacoëthia adjuncta vehementiæ paroxyſmi quarti anticipantis, ſi-
ve rigori, qui ex *Hippocr.* in continua febre, corpore jam debili lethalis eſt, oppreſſus
naturæ ceſſit.

Aperto cadavere, Aqueam in capite impuritatem confirmavit reperta aqua plurima in toto capite ſtagnans, & adhuc in cadavere reſes, nec ab ardore febrili reſiccata: Febrem autem in ſanguine inflammato hæſiſſe argumentum eſt, quod ſanguinis maſſa ardore febris pene exſiccata exhauſtaque eſt, ut diſſectio docuit, cum in vaſis vix libra ſanguinis reſtitiſſet in demortuo. *C. Piſo de morbis à ſero ſect. 2. p. 2. cap. 4.*

SCHOLIA.

HÆc eſt morbi hiſtoria & diuturnitate, & gravitate ſymptomatum, præſertim cephalico- n magni & inſignis: de cujus ſpecie ſic ſta- , ut ſi parapoplexiam, vel apoplexiam levem, febrem τριταιοφυῆ, eamque Comatoſam indi- emus, parum à vero aberrare credam, Si attente ppocr. orationem qua breviter & graphice Apo- xiam levem circumſcribit, *Qui illi & ſiderati untur, cum cerebrum multa immunditie vitioſo- m humorum repletum fuerit, anterior pars capi- primo dolorem ipſis infert, & ſuſpicere non poſ- it aliqui ambobus oculis, aliqui altero, & ſopor os tenet, & deſipiunt, & tempora ſaliunt, & fe- is tenuis habet, & corporis impotentia.* Si hanc *Hippocraticam* Apoplexiæ circumſcriptionem conſideremus, nullus dubitationi locus relinquitur, Febrem hanc omnino eſſe eandem cum *Hipp.* levi Apoplexia: atque ſi circumlocutione uti placet, & latius definire, eſſe eam Febrem continuam naturæ Tertianarum, ſed cum comate pervigili complicatam, Nam immunditiæ multæ cerebri mucoſis excrementis conſpurcatæ clara fuerunt indicia; 1. Sternutatio aſſidua plurium dierum. 2. Tuſſis cum cantu. 3. Oculi ſine cauſa manifeſta collacrymantes. 4. Sopor ſingulis epiſemaſiis exacerbationum periodicarum conjunctus & adeo contumax, ut niſi xv. horis exacte ſolveretur. 5. Aqua reperta plurima ſtagnans in toto capite. *Vide plura l.c.*

§. 1. Huic febri comatoſæ ſimilem & germanam omnino vidimus in Nob. matrona . annorum, habitus euſarci: Similis inquam fuit in omnibus, ſive idæam febris, ſive ndromen ſymptomatum ſpectes: in his tamen duobus diſcrepans, quod & epiſema- as tempus ac initium exacerbationum non adeo pertinax, cum horas duntaxat no- em deſipientiaque premeret, & calor citius emicaret, Et vero non fuit producta, aut curſibus diſtincta; ſed in quinti paroxyſmi initio fatalis extitit.

Vaſa ſimiliter ſanguine exhauſta in cadavere reperta, & caput plurima ſcatens aqua: d ſpeciatim veſica cholidochos diſtenta prægnauſque pluribus calculis fabæ molem ex- edentibus, iiſque viridantibus. *Idem ibidem.*

§. 2. Adoleſcens in ſiniſtro bregmate lapillo percutitur: Circa diem xx. febris aſſidua um corripit,: Non parva puris copia inter cranium & membranam reperitur. *Vide lib. 4. it. de Vulneribus.*

§. 3. Melancholicus juvenis (*de quo lib. 1. tit. de Paralyſi.*) laborabat Paralyſi & convul- ione cum Febre inſigni; paroxyſmi erant admodum frequentes, ita ut multoties qua- eretur. Eo mortuo, in latere dextro admodum turgebant venæ tenuis meningis mul- o ſanguine nigro & concreto. Ea pars nigricabat, & apoſtema continebat, in proxima erebri parte.

§. 4. Mulier Tinea tentata, crebris lotionibus ſanata, in capitis dolorem ac febrem continuam lethalem incidit: Media pars totius cerebri, cum membranis (erat dextra) putrida inventa eſt, ichore citrino referta. *Saxonia Prælect. Pract. p. 1. cap. 1.*

OBSERVATIO XLV.

Febris Continua *focum in Pulmonibus inflammatis habens.* 1. *Ab inflammatione Pulmonum in abſceſſum deſinente.* 2. 8. *Ab Eryſipelate Pulmonis.* 3. 4. *Ab inflammatione partis ſiniſtræ Pulmonis poſticæ, in corruptionem deſinente.* 5. *A Pulmonibus Tumentibus, ex parte duris, aqua fœtida plenis.* 6. *Ab eorum inflammaeione circa partes extremas, Sanguine craſſiori in eorum ſubſtantiam effuſo.* 7. *A dextræ partis cum pleura corruptione.* 9. *A tumentibus Pulmonibus & Abſceſſu tentatis.* 10. *Peripneumonicorum quorumdam Pulmones ſanguine putrido turgidi, indurati.* 11. *Pulmones cum corde ſanguine turgidi.* 12. *A Pulmonibus ſyderatis, Aqua viroſa in thorace.* 13. *Continua à Pulmone & Pleura uno latere corruptis.* 14. *Ab inflammatis Pulmonibus & Iecore.* 15. *A ſiniſtra parte inflammata.* 16. *Ab humorum in eos influxu, unde tumentes reperti.* 17. *Ob fluxionem è cerebro in Pulmones; unde peripneumonia mendoſa.* 18.

§. 1. VEntriculo nimis incaleſcente Pulmonis inflammatio pernitioſa, decreto *Hippocr.* de morbis lib. 2. Quali *Ovenus Lunge* ſuæ familiæ poſtremus, Cimbricæ nobilitatis decus *Patavii* anno 1617. abripitur; qui juvenis ſanguineus vehementi in gymnaſticis exercitio febrem continuam ſibi attraxit, inflammatis Pulmonibus; quos corpori exemptos, ita deprehendimus affectos, antequam ad ſuos in patriam tranſportaretur. *Ioh. Rhodius cent. ij. Obſervat. 1.*

SCHOLIA.

I*Nflammatis pulmonibus , &c.*] Peripneumonia definiri ſolet Inflammatio pulmonum cum febre acuta, tuſſi & reſpiratione difficili: Hoc affectu laborantes in pectore phlogoſin inſignem, cum pulmonum intumeſcentia, & dolore interdum pungitivo perſentiunt: anhelitum laborioſum & brevem, ſive, ut *Hippocr. ait*, ſublimem ducunt; Febris cum ſiti immani, vigiliis & tuſſi moleſta urget, cui etiam ſputum ſanguineum, aut ſanguine interſperſum ſuccedit: E quibus ſignis manifeſto liquet morbum hunc oriri, in quantum ſanguis febriliter efferveſcens vaſa pneumonica minora non facile trajicit, ſed intra ductus eorum hærens primo obſtructionem, dein plus aggeſtus & extravaſatus, phlegmonen cum calore, tuſſi & ſputo diſcolori parit: Porro quatenus ſanguis ita coacervatus & ſtagnans ductus pulmonares hos inflat, & illos comprimit, reſpirationis difficultas & anguſtia: & quatenus iſte fibras nerveas vellicat aut diſtendit, ſæpe dolore excitatur. Quod ſi inquiritur, quomodo phlegmone in pulmonis compage, mere veſiculoſa & excarni concreſcere poſſit; & qua ratione ab affectu iſto in carne muſculoſa, aut viſceris parenchymate excitari ſolito, differat? Dicendum erit, quamvis prædictæ partes quoad texturam varient, tamen affectus rationem in iis ſingulis prorſus eandem eſſe: Nam vaſa ſanguifera perexilia, tum in pulmonibus ductus omnes trachæales, tum in muſculis fibras carneas, tum denique in parenchymatis fibrillas & ſtamina nervea, cum plexibus denſiſſimis; velut corymbis, ubique pariter amplexant, vinciunt & varie circumligant: Quod autem phlegmonen parit, ipſe eſt ſanguis, qui dum valde efferveſcit, ſimulque in tranſitu ſuo impeditur, ubique locis ac præſertim in pulmone, cujus vaſa in plexus minutiſſimos ramificantur, primo obſtructionem, & conſequenter inflammationem ciet. Itaque peripneumoniæ ratio formalis, & cauſa conjuncta in hiſce duobus conſiſtunt, videl. quod ſanguis febriliter efferveſcit, ſimulque quod intra pulmonum ductus anguſtiores hærens, obſtructionem ibi inflammatoriam creat: Niſi bina hæc concurrant, à morbo iſto immunitas eſt; nam in febribus pleriſque aliis, ac imprimis in cauſone, ſanguis utut vehementiſſime æſtuans, & tota præcordia inflammans; quin etiam in pica, malacia & hydrope pectoris, iſte lentus admodum, & intra ductus pulmonares plurimum hærens, peripneumoniam haud concitat: Ad hanc producendam opus eſt ut utrique affectus conveniant & vires jungant: Attamen cum utriuſque diatheſis jacta eſt, modo hæc, modo iſta prior, in actu eſt, & quodammodo alterius cauſa, aut ſaltem occaſio exiſtit: Nam interdum ſanguis in febrem concitus, obſtructionem pulmonarem facit: quandoque item iſte in pulmone moram offendens, à propria obſtructione efferveſcentiam febrilem concipit: Attamen ad morbi hujus procatarxin conſtituendam, ſanguis una ad efferveſcendum, ſimulque ad vaſa pulmonaria obſtruenda, aptus eſſe debet.

Cujuſmodi hæc liquoris ſanguinei diatheſis ad peripneumoniam inclinans fuerit, etſi non facile deſignatu fuerit, ejus tamen ratio ex phlebotomi in hoc morbo, ſemper cum ſucceſſu optimo celebrata, nonnihil eluceſcit: Enimvero ſanguis è quibuſque hoc morbo, prout etiam pleuritide laborantibus, detractus, poſtquam refrixit in ſuperfici ſua, loco cremoris coccinei pelliculam ſubalbidam aut alias diſcolorem, quæ item tenax admodum & viſcida eſt, ſuccreſcentem habet; unde conjicere licebit maſſam ſanguineam in compage ſua nimi ſtrictam, dum inter circulandum recrementa ſu dimittit, nimis incraſſari & quaſi lenteſcere, proindeque tum ad efferveſcendum, tum intra vias anguſtiores, & præſertim pulmonares hærere nimis proclivem fieri: Quod amplius inquiritur, unde nam hæc ſanguinis diſpoſitio, quaſi inſtar vini penduli, fit tenax & viſcoſus, procedat: hujus ratio generalis hæc eſt, vid. quod cruoris partes craſſiores à ſubtilioribus non ſatis comminuuntur, ita ut omnibus æqualiter mixtis & mutuo ſubactis, demum humores utiles in munia quibuſque appropriata ſecedant, atque inutiles per cloacas idoneas continue amandentur: Verum è contra, in quantum ſanguinis particulæ ſulphureæ, una cum ſalinis & terreſtribus nimis evectis combinatæ; cæteras quaſque irretiunt & inviſcant, proinde liquor ejus recrementa quæque & impuritates intra ſe continens, inſtar glutinis lenteſcit, & propterea diatheſin peripneumonicam concipit: Enimvero unicuique obvium eſt, ſanguinem quatenus ita lenteſcit, ad vaſorum ductus anguſtiores (qui certe in pulmone perquam anguſti ſunt) obturandos aptum reddi: inſuper ob eandem rationem, etiam ad efferveſcentias febriles ineundas inclinari: videl. in quantum iſte fæculentias quaſque & recrementa ſua intra proprium ſinum pertinaciter retinens, ab iiſdem ſubinde in plenitudinem aggeſtis; in turgeſcentiam immanem (à qua neceſſe eſt pulmonis inflammatoriam obſtructionem incipi vel augeri) cogitur. Inſuper ad morbi hujus procatarxin, non raro pulmonum vitioſitas accedit, atque ad hanc partem afficiendam generalem iſtam ſanguinis dyſcraſiam determinat: Nam ut cruor lenteſcens efferveſcat, præcordia firmiora & robuſta ſæpe noxam ab illo intectam evadunt, atque labe in pleura, aut circa habitum corporis defixa pleuritis, aut rheumatiſmus potius quam peripneumonia excitatur: Attamen pulmones teneri, tuſſi obnoxii, aut propter hæmoptoen, aut alios pectoris affectus in conformatione prius læſi, à ſanguine (dum in compage ſua nimis ſtrictus & tenax eſt) ebulliente, oppilationem φλεγμονώδη facillime concipiunt.

Hæc de peripneumoniæ cauſis conjunctis & procatarcticis; ad evidentes quod ſpectat, huc referri debent quæcunque ſanguinis craſin ſubito pervertunt, aut diapnœam liberiorem cohibent: uti imprimis ſunt caloris & frigoris exceſſus: vini aut aquarum ardentium potus immodicus, vehemens exercitium, aquarum quarundam & præcipue glaciatarum potus: Porro nonnunquam maligna aeris temperies hunc morbum pluribus acceſſit, & epidemicum facit. *Willis Pharm. rat. p. 2. ſ. 1. c. 8.*

§. 2. 1601. in Ducatu Urbini, totaque Piceni regione *hyems frigidior*, æſtas humidior

it ; autumnus frigidus & humidus; hyems denuo borealis, deinde placidior circa ſolſti-
a atque vernalis, etenim Auſtri Favonii, boreales alternatim viguere, bis terve tantum
luviæ : quare Martio & Aprili, rota in regione Piſauri, atque Urbini, graſſabantur tu-
iores circa fauces, ſrequenres pleuritides, tuſſes, difficultates anhelitus, Thoracis dolo-
es, frequenter lethales Peripneumoniæ excruciabant, quarum aliæ primo inſultu fatiga-
ant, plurimæ *ab angina & pleuritide ortum ducebant*, & in ſeptima ſæpe, rarò xi. interfi-
iebant, neque hominum majorem partem occupabant, ſed ſenes deſtillarioni obnoxios,
nmoderationi victus deditos atque exercitiis violentis : plures ruris incolas quam urba-
os, eoſque calidos atque craſſos : febre prima die cum rigore, deinde continua corri-
iebantur, cum ſiti magna & lingua excrementoſa humida, modo aſpera & rubra, gra-
itate thoracis premebantur, levi dolore ad claviculam, coſtas, ſpinam, humeros vagante;
enſa & calida reſpiratione, ruſſi tum ſicca tum humida, *cum ſputo viſcido, ſpumoſo*, craſſo
aro, ſubflavo, ſubcruento, ſubnigro, rariſſime purulento : ægre ſputa dejiciebantur,
ut nihil ; floccos aut palcas à parietibus carpentes, 4. & 5. delirii peribant : Hanc febrem
ion admodum magnus calor, nec tactu inſigniter mordax concomitabatur : urinæ craſſæ
& confuſæ inter initia apparebant, quæ ſi ſtatim attenuarentur, moriebantur, Si vero pau-
atim clareſcebant, ſanabantur : eorum color eſt ſubrufus, pulſus magnus & mollis, aliquan-
do intercurrens erat, in ſalvandis validus in morituris languidus, frequentiſſimus : Efflo-
eſcebat malarum rubor & oculorum : facilius ſupini & in latus decumbebant; alii recta
cervice ſpirare cogebantur.

Quamvis auxilia neceſſaria adhibita fuerint, maxima ex parte tamen plurima pars ægro-
rum interibat : Sectis cadaveribus, *reperti ſunt pulmonum* abſceſſus, ex quibus multa mate-
ria fœtens prodibat. *Lelius à Fonte conſult. iij.*

SCHOLIA.

TRiplici affectuum genere homines conflictari
latis conſtat, Angina, pleuritide, atque potiſſi-
mum peripneumonia cujus maxime notæ traduntur:
Eſt autem inflammatio pulmonis cum febre acuta:
Locus affectus cenſendi ſunt parietes vaſorum &
partium magis nervoſarum Pulmonis: communicatur
autem affectus toti pulmoni, præſertim partibus pro-
ximis illi quæ inflammata eſt: Quam quidem affectio-
nem interdum in ſanguinem pituitoſum atque bilio-
ſum referendam cenſeo, nullo alio affectu præce-
dente, ex dextro cordis ſinu in pulmones vehemen-
tius excuſſum, qui non modo pulmonis venas & ar-
terias, verùm etiam totum ipſius corpus præter mo-
dum implens atque diſtendens, etiam totum ipſius
corpus præter modum implens atque diſtendens,
coarctatur ac putreſcit, ac pulmonis inflammatio-
nem accendit ; non eam quidem aliarum more col-
lectam, ſed toto viſcere diffuſam : Quamvis *Gale-
nus* dicat. de c. Pulſ. c. 12. non accerſiri à bile pul-
monis phlegmonem, cum humor bilioſus ſit ſubti-
lis & facile elabatur, Reſpondeo 1°. vel bili per-
miſceri pituitam, quemadmodum in hoc tempore: vel
colligi humores paulatim, vel aliunde cortivare: San-
guis bilioſus, cùm eo nutriantur pulmones, Paulatim
colligitur & peripneumoniā poteſt conſtituere : In id
vitii plurimos præcipitat angina & pleuritis antece-
dens, cum humor heterogeneus ex ſanguine, bile, &
catarrhali excremento perfuſus in pulmones irruit
per ora venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ, ex parte
vero à cerebro prolabitur : Phyſicis cauſis accedant
Aſtrologicæ, Eclypſis ſcil. præterita, atque Saturnus
in mundi themate in ſexto domicilio, in domo Martis
repertus, ex oppoſito horoſcopum reſpiciens; quæ
præſertim ſenibus in hac tempeſtate morbos acu-
tos minantur, ut ex iis peripneumoniis, ſi earum
cauſas perpendamus, aliæ ex ſanguine pituitoſo,
excremento catarrhali permiſto, atque bile oriundæ
ſint aliæ vero ex bile melancholiæ portione permiſta
& ex iis aliæ acutiores & interficientes 4. die, vel 7.
aliæ mitiores : Præterea aliæ incipientes & eſſentia-
les ; ſed raro plurimæ ex anginæ, pleuritidis vel
catarrhalis excrementi ſucceſſione. Inter ſigna à po-
ſteriori deſumpta, enumeratur febris aſſidua & acu-
ta ; difficultas ſpirandi vehementiſſima, & major
quam in pleuritide, ſiquidem, ut ſcribit *Galen.* 2. de
luc. aff. 8. tanta inducitur difficultas, tanta anguſtia,
ut ægri videantur ſuffocari Perterea dolor gravativus,
ut ægri ſenſum cujuſdam gravitatis thoraci incum-
bentis potius quam dolorem ſentiant, cum pulmo-
nes tenui admodum ſenſu præditi ſint ; Pulſus molles
obſervantur, languidi, inæquales, ut refert *Gal.* 4. de
cauſ. Pulſ. 12. Tuſſis interdum ſicca, in principio præ-
ſertim, poſtea temporis progreſſione multa & varia
apparent, modo alba & craſſa, modo flava, aliquando
nigrore aliquo perfuſa; adeſt etiam rubedo maxillaris;
Inter ſigna quæ ab antecedentibus deſumuntur,
præter aëris præcedentis inæqualitatem; hujuſmodi
affectus producendi accomodatam, non præter-
eunda eſt cibi potioniſque immoderatio & labores
nimii ; Signa cauſarum ita perpenduntur, dum eſt à
bile, quod raro accidere intelligo, ægri calidiſſimum
aërem reſpirant, aquæ frigidiſſimæ, tum aëris cupi-
ditatem habent ; Dum eſt ab aliis humoribus, ſum-
mus ille æſtus non ita apparet, neque cætera ſympto-
mata ſunt ita gravia & periculoſa; Signa lethalis pe-
ripneumoniæ deſcribuntur ab *Aëtio*, quod die quar-
ta aut ſeptima interficit : vigiliæ aut ſomni bre-
ves, ſtuporem aut delirium inducentes : Quorum
ſignorum omnium facile eſt rationem reddere, ſi
quis voluerit naturam hujus morbi & partis memo-
ria tenere. Spirandi namque difficultas & angu-
ſtia premit, ex inflammatione in pulmone bron-
chia anguſtius cogente, quæ aëris attractionem im-
pedit ; Nullus eſt doloris ſenſus, niſi gravitatis,
quia pulmo ſenſus eſt expers : membranæ autem in-
terſepientes, à pleniore pulmone depreſſæ, dolo-
rem gravantem producunt, extremis potiſſimum
partibus quibus alligantur, quia major ibi extenſio,
ut ad os pectorale & ſpinam exporrigatur; Exſpuunt
ſemper aliquid, ob laxitatem partis affectæ, a qua
ſemper

ſemper aliquid reſudat, ſentiuntque calidam reſpirationem qua partim plurimum efflando, partim plurimum aerem frigidum attrahendo, allevari queant: Acuta comitatur febris, cum rubore inſigni maxillarum, ex fuligine ſanguinis putrentis, ex qua cauſa delirium concitatur, &c.

Urina craſſa & confuſa] Propoſitis affectibus præter accidentalem febrem, etiam eſſentialem & malignam accedere duo ſunt quæ ſuadeant, cum delirium ſuperveniens, tum urinæ confuſæ, Nam peripneumonia pectoris & aliarum partium contenſione, ex heterogeneo excremento ut plurimum genita, & in ſene, non deberet in ſeptima die interiec-re: cui potius deberet accidere coma quàm delirium, cum hoc à vaporibus ferventibus & bilioſis contingere ſoleat, unde *Hippocr.* 7. aph. 12. In peripneumonia phrenitis malum: qui affectus non ſolent eſſe ita lethales, cùm à materia pituitoſa ut plurimum pendeant, & multi ex his evadere deberent, unde *Hipp.* in propoſita conſtitutione, dum has peripneumonias proponit, dicit fere omnes evaſiſſe Lotia etiam confuſa poſſunt eſſe à calore febrili materia morbificam agitante, à qua vapores ad caput exhalantes delirium accerſunt: hæc enim confuſio & craſſities non ſemper oſtendit coctionis gradum cum in principio in ſenibus pituita ſcatentibus id non facile contingat, ut ob id non ſine ratione colligendum ſit, his febrem Eſſentialem malignam ſæpe conjungi. *Idem.*

Ab angina & pleuritide ortum ducebaat] Quandoquidem diſſectis cadaveribus, ſoli pulmones affecti apparebant, quanquam varia ſymptomata fatigarent, tumores circa fauces, lateris & pectoris dolores &c. Inde confirmari poſſe videtur opinio eorum qui Anginam exquiſitam ſedem in pulmonibus habere ſtatuunt: vide c. de Suffocatione §. 12.

Frequentes Pleuritides, &c.] Inde quoque veriſimilis redditur eorum ſententia pleuritidem ab inflammatione pulmonis deducunt. *Vide lib. 2. cap. de lateris dolore* §.

§. 3. Melchior de Freſnoy annos 4. natus febre corripitur continua, ſed quæ exaſperationes haberet: catarrhus erat, *tuſſis ſicca, nec præ tenella ætate quicquam excernere poterat:* tamen inanis ſemper erat tuſſis & tenuis humor eludebat ſpiritum: Vomitiones frequentes, alvus albicantia dejecit, deinde ſubſtitit: urinæ tenues crudæ, decolores pro febris vehementia: medicamentulo alvus ſollicitata reddidit multa bilioſa: tuſſis perſeverabat: dolores ad ſiniſtrum hypochondrium ſed vagi nec eodem modo perſeverantes, deinde ſiniſtram lateris partem occupabant: alvus ſoluta eſt, viridia excreta, chyloſa, *ſitis quæ expleri non poterat:* magnum in pulmonibus conceptum incendium conjectum eſt: hinc dolores ad ſternum & latus ſiniſtrum, ſed qui ad latus ſiniſtrum non perſeverabant: Medici putabant vomitiones ad imbecillitate ventriculi oriri: Quod in eam ſuſpicionem eos adduxit, eſt frequens dejectio, multaque rerum variarum, putridarum, viridantium: aliquando animus paulum deficiebat: & nos animi defectiones & frequentes vomitiones in alio obſervavimus, cui inflammatio pulmonis à pleuritide aut fugaci dolore lateris oborta fuerat. Febris non erat admodum vehemens, deſtillatio erat magna, eludebat ſpiritum: ſenſim conficiebatur; & incautis nobis cum cibum appeteret, biberet avidiſſime, 20. die, item cum de purgando eo cogitarent Medici, ſublatus eſt: *debuerat mitti ſanguis.*

Aperto cadavere nihil p. n. in pulmone contentum inventum eſt: una pars pulmonis veluti ſtipula ardente deflagraverat, lobus unius pulmonis livebat, Hepar quoque veluti deflagraverat *Ballonius conſil. lib. 1. conſ.* 27.

SCHOLIA.

D*Efectus animi, frequentes vomitiones, &c.*] Quæſtio hoc loco moveri poteſt, An inflammatio Pulmonis, ſive ea ſit phlegmonodis ſive eryſipelatodis, habeat hæc ſibi conjuncta, *Defectum animi, Vomitiones, Tuſſim ſiccam, Alvi fluores*, ac ſi per ſe primoque alvus inferior laboraret, *Fugacem genarum ruborem, Sitim inextinguibilem, Febrem non ita magnam omni tempore*, ſed ex intervallis ferocientem & prodentem ſeſe? Hoc fortaſſe pauci ante nos animadvertunt, & ſic alium morbum pro alio curamus: aut falſo vomitiones & alia accidentia quæ narravimus, ad alias partes referimus; rati hoc non ad pulmones, quæ tamen præcipuè affecta pars eſt, pertinere: Et ut quod ſentio obiter dicam, cùm ad puellum aſciti eſſent tres celebres Medici, unus ſolum affectum pulmonem intellexit, & quandam ſpeciem peripneumoniæ ſuſpicatus eſt, unde ſectionem venæ ſuaſit; Sed falſo ſubeſſe ulcus cogitavit, neſciens inanem hanc tuſſim eryſipelatis pulmonis pathognomonicum eſſe: Omnes ignorarunt vomitiones illas, frequentes, dejectiones frequentes, ingentem admodum ſitim & opinione majorem, in inflammatione pulmonis apparere ſolere: quorum ignorantiam ut detegam, ne forte ſeſe excuſent quod nullo loco legiſſent, aut animadvertiſſent talia ſymptomata contingere inflammato pulmone, citabo *Hippocr.* qui illum puelli morbum mihi vere expreſſiſſe videtur: Ita lib. 2. de morb. in omnibus ſuis obſervationibus ex monumentis admirandus, *Eryſipelas in pulmone fit cum Pulmo nimium fuerit reſiccatus, quod contingit ab ardore, febribus, labore, intemperie: Et cum perreſiccatus fuerit, plurimum ſanguinis ad ſe trahit, maxime ex magnis venis tenuiſſimum ac debiliſſimum: Poſtquam traxit, febris ex ipſo fit acuta, tuſſis ſicca, repletio in pectore, dolor acutus in anterioribus ac poſterioribus partibus, maxime circa ſpinam magnis venis calefactis vomunt ſubcruentum, aliquando lividum, vomunt pituitam & bilem animo linquuntur ob ſanguinis tranſmutationem derepente contingentem: atque hoc maximum ſignum eſt ia pulmone genitι eryſpelatis & ſi aſſidua febris invaſio perſeveraverit.* Itaque ex contextu *Hippocr.* apparet hæc maxime ſymptomata eryſipelate tentato pulmone contingere ſolere, dolorem ſterni, vomitiones, tuſſim ſiccam, deliquium animi; quod mirum eſſe poteſt; Sed hæc contin-

ontingunt majora vel minora, plura vel pauciora co humorum varietate : Nos autem obſervatione ium hoc affectu laborantium, certo ſcimus febrem licet ſit ocupatus Pulmo) non eodem perpetuo more affligere ac ſævire, nam quia eryſipelatoſæ ffectionis comes eſt, & præſertim à tenui ſero, fit t flammeus ſit calor, cujuſmodi in palea accendi olet & evolare ſtatim : ſi autem putris, ſolida ſitaque eſſet materia, & pars quæ inflammatur ſolia, ut hepar, perſeveraret febris & calor eodem modo quo in candente ferro : Deliquia animi quæ ic contingunt, nos admodum perturbarunt, ignorantes tale aliquid contingere poſſe inflammato pulmone, & triviales Medicos ſecuti, ad malignam qualitatem jactationes iſtas, deliquia animi & virium jacturam referabamus, non autem ad propriam affectionem pulmonis, ut *Hipp.* fecit loco citato: Morit quoq; alvi fluor, ſed duabus de cauſis contingere poteſt, tum quia ventriculus ipſe afficitur, & quemadmodum leipothymia cùm prehendit per conſenſum pulmonis, ratione ichoris à pulmone reſudantis, & ratione attractionis ab ingente calore pulmonis, ut *Hipp.* annotavit, Ita quoque debilitas aliqua in ventriculum cadere poteſt, a qua leinteriæ aliquid ſimile contingit : Ac revera in puello noſtro chyloſa nonnulla prodiere : Secunda cauſa hæc eſſe poteſt, quod ichor à pulmone refluens ferire poſſit ventriculi & inteſtina, hinc alvi inferioris fibræ laxantur, hinc fluores : *Fernelius* ut in multis accuratus fuit, ita in pulmonum affectibus obſervavit cap. de Pulmonum morbis, quandam notham peripneumoniam, cujus idea apparet in ægro à nobis propoſito, *Tenuis, acris, multaque deſtillatio* (inquit) *è cerebro confertim illapſa in pulmones interdum ardore p. n. incenditur, æſtum ac febrem inferens : plerique eam affectionem peripneumoniæ nomine deſignant, in qua & tuſſi, & ſpirandi difficultate, & lenta febri ſenſim conficitur æger, ſine ulcere, ſine ſputitione cruenta :* In puello noſtro vere exprimitur morbus, Et cum diſtillatio eſt, tuſſis ſicca, Febris non ita ad manum mordax, *rubor genarum*, dolor ſterni (quod notandum) vitium dejectio, ſitis ingens, perceptio ſumma caloris in pectore, non eſt dubium quin *inflammatio Pulmo* ſit : Ac notari debet ex locis citatis, aliquid eryſipelatodes in pulmonibus concipi bifariam, aut cum tuſſi, aut ſine tuſſi, ſaltem quæ magnam afferat moleſtiam(nam ſubeſt tantula:) Si cum Tuſſi, diſtillatio eſt ſerina, diluens calorem, unde febris non ita ferox apparet, illi incauti moriuntur, nihil extundunt memotabile : à capite præſertim manat cauſa fovens morbum : Si ſine Tuſſi, à venis parvis & magnis reſugitur ſanguis, qui in pulmonem illabens & incurrens, potius attractus, fovet incendium : Et illud eſt quod volunt Medici memotandum, veram Peripneumoniam oriri excuſſo tenui & bilioſo ſanguine é cordis dextro ſinu in venam arterialem, hinc totum Pulmonis occupatur, hinc inflammatio : Quod ſi verum eſt, in inflammatione pulmonis ſectio venæ potius videtur celebranda ex interiore dextra : Tamen *Fernelius* ex ſententia quorundam, in inflamm. pulmonis ſecari vult internam cubiti ſiniſtri : Ratio ejus hæc eſt, Quoniam pulmonum venæ ex dextro cordis ſinu prodeunt : hic autem in ſiniſtrum parietem venæ cavæ inſeritur qui per alam ſiniſtram in cubitum excurrit : *Inter morbos qui occurunt Pulmonum affectus cognitu ſunt difficiles, nec enim ſigna univoca ſunt, ſed maxima ex parte æquivoca.* Ballonius.

Tuſſis ſicca, &c. Tenuis humor eludebat ſpiritum] *Hippocr.* 1. de morbis, Peripneumoniam quandam & pleuritidem deſcribit, quam ſine ſputo & ſiccam vocat, quæ huc quadrant : Ea , inquit. *Ballonius* lib. 1. Epid. non tam in humore & tumore phlegmonode conſiſtunt quam in phlogoſi & vagabunda aſſatione aut aduſtione : jugulant homines incautos, & minimè cogitantibus Medicis : Harum author eſt ſerum acre, ſubtile, malignum, efferum, eludens exclusionis anſam & pepaſmi occaſionem à quo ſiderantur pulmones repente : Signa ſunt rubores genarum fugaces, tuſſis inanis, indolentia fere, jactationes, aridites linguæ & extenuatio præter rationem, dolores pungentes & fugaces.

Sitis quæ expleri non poterat] *Galenus* febris Ardentis ſedem inquirens, de ſiti, quæ ejus pathognomonicum eſt, ita ſcripſit, In una corporis parte, quæcunque illa ſit, interdum cauſus gignitur, interdum in toto corpore : Si in toto corpore, Sitis adeſt neceſſariò : cùm verò in una parte, non de neceſſitate Sitim infert, niſi pars ipſa ſuim pariat ; Omnium primum id facit os ventriculi, deinde ventriculus, poſt ſtomachus, poſt Pulmo, & ſubinde Jejunum inteſtinum : Hic Pulmonem quarto loco ſtatuit *Galenus*, ratum tamen à pulmonibus æſtu incandeſcentibus inexplebilem ſitim excitari: Simili exemplo id firmat *Ballonius* in Paradigm. §. 8. N. *inquit*, intolerabili Siti cruciabatur, male affectos pulmones & jecur facies demonſtrabat ; in gargareone quoddam ὑπερ... ac ſi angina eſſet ..., loquendi magna difficultas, non febricitabat multùm, inopinato 7. die natura irritata moliri vult aliquid, neſcio quæ materies in pulmone concluſa movetur, ac ſi abſceſſus aliquis eſſet, jactatur, reſurgit ſæpe, ſtertor, mors : Illa ſitis ingens à pulmone calfacto ob pituitam putrem nata erat ; Erat vel eryſipelas in pulmone, impropriè dictum ab *Hipp.* 2. de morbis : denique hoc fuit pleuripneumonicum : Simile paſſus eſt *Therſophus Galterus*, cùm enim inextinguibilem unius menſis ſitim ſuſtinuiſſet, oborto levi dolore lateris, intra quatriduum interiit.

Debuerat mitti ſanguis] In ejuſmodi peripneumonia & pleuritide ſine ſputo, An vena ſecanda? *Hippocr.* lib. 1. de morbis ita ſcribit, Fit Peripneumonia & Pleuritis ſine ſputo, ambæ ex eadem cauſa, & ſiccitate, Siccant autem & calida cùm nimium calefecerint, & frigida, ubi nimium frigefaciunt congelatur autem latus, & quæ in ipſo ſunt venæ, & convellitur : quantùm in ipſo eſt bilis & pituitæ, id à caliditate reſiccatur, & dolorem inducit & febrem, Hinc venam ſecare convenit in manu ſpleniridem aut hepatidem, juxta utram fuerit morbus ;) Tamen lib. 3. de morbis dum de pleuritide ſicca & ſine ſputo loquitur, humectationis quidem multæ comminit, at nunquam phlebotomiæ, Sic hic accuratos & ſagaces eſſe Medicos oportet : Cùm autem meminit pleuritidis ſiccæ a frigore , à quo congelatur in pleuritide latus, videtur explicare ideam earum pleuritidum quas 3. aphor. per hyemem graſſari ſcribit, Nam in his fruſtra tentatam ſectionem venæ ſæpe vidimus ; cùm potius conſilio *Hippocr.* ſit veniendum ad repefacientia & paregorica medicamenta : Quod prudentiores Medici, & qui non tam ſolent id remedii acco... lerate, nec ex vulgi opinione pen... ...dere, id faciunt.

§.4. Multi

§. 4. Multi incauti eripiuntur ob inflammationem Pulmonis, quorum in Pulmonibi nihil reperitur aperto cadavere, niſi quod *veſtigium aliquod flammæ* apparet, Et hoc idior non animadvertunt, Quod accidere veriſimile eſt cùm Eryſipelas Pulmones obſidit. *Ba lonius Epid.& Ephem. lib.1.p.23,*

SCHOLIA.

ERyſipelas Pulmonis aliud à priori deſcribit *Hippocr.* l.de morb.int.text.8. Cùm pulmo, *ait*, ab igne ſacro tumet (...) hęc inflammatio præcipue fit a ſanguine, cùm in ſeipſum pulmo attrahit ſanguinem & continet, hic autem morbus æſtate ſub caniculam pręcipue fit, Sic igitur ęger ab hoc afficitur, Tuſſis incidat ſicca, & rigor, & febris, & recta cervicis ſpiratio, & labor vehemens in pectore, (*ob tuſſim*) & nares dilatat & aperit, ut equus currens, & linguam exerit, ut canis æſtate ab aura, qu eſt in æſtu ſummo, uſtus, & tumor habet pectus, & paucis atque longo intervallo lingua hęſitat, & rubor in oculis, & pruritum ſentit in toto corpore, & prę labore decumbere non poteſt, ſed ipſe ſe ipſum pręcipitem jacit ac devoluit ſuquietudine laborans, &c.

§. 5. Vir Rever. bilioſus & melancholicus, *poſt multos animi corporiſve labores* multam ſanguinis rubicundi cum tuſſi copiam rejecit, qui auxiliorum ope viſus eſt melius ſe habere, quamvis febris Aſſidua reliqua fuerit, quæ bis ſeptem diebus tranſactis aucta eſt, poſt cibum & nocturnis horis magis increſceos: conqueſtus etiam eſt per biduum de ſiniſtri lateris dolore, eóque non admodum intenſo, cui per hoc tempus aliqua tuſſis, ſomni breves, difficilis ſpiratio conjunguntur, nihilominus deſiſtente dolore; febris in dies magis augeſcit, & præter ſomni brevitatem, in hoc tempore adeſt ſiccitas & ariditas linguæ ſine ſiti, dolor univerſi corporis, dorſi præſertim, mingendi difficultas, lotia clara & fæces duriores: Egò ſuppoſito ſanguinis profuſionem præcedentem à Pulmone fuiſſe, & cum non præceſſerit dolor, potius per anaſtamoſin factam eſſe quam per diæreſin, exiſtimo in ſubſtantia Pulmonis laxiori relictum, illius partis inflammationem concitaviſſe, deinde corruptionem & gangrænam; & ob id non eſſe mirum ſi in primis diebus adfuerit tuſſis & dolor, deinde parte affecta cancroſa reddita, omnia deſiuerint. Febris aſſidua à cibo & horis nocturnis ingraveſcens ex affectione propoſita proficiſcitur: An vero etiam febris fixa conjungatur; in dubio relinquo. Mingendi actio fere ablata, & ſiccitas linguæ ſine ſiti, proveniunt ex facultatis harum partium deficientibus; cum non reperiantur aliæ cauſæ in quas poſſint referri, quia ratione ſiccitatis cum non percipiatur ſitis ob delirium, ſequitur ex defectu facultatis ſitiferæ ſymptoma procedat; Idem dic de mictione fere ablata.

Alii Medici putabant morbum futurum diuturnum, cum ſymptomatibus augeſcentibus ſpatio duorum dierum ſuffocatus obierit. Antequam ſecaretur cadaver, ſciſcitatus quæ mea eſſet opinio? reſpondi corruptionem Pulmonis in parte ſiniſtra verſus dorſum vergenre, quemadmodum in conſultatione dixeram, Et ſecto cadavere ita inventum eſt. *Lælius à Fonte conſult. xlix.*

SCHOLIA.

P*Arte ſiniſtra*] Adnotavit *Ioubertus* cap.7. de affect. Thoracis in Pulmonia non eſſe neceſſe totum Pulmonem inflammari non ſæpiſſime unum aut alterum lobum tantum id pati, quod infinitorum cadaverum apertio ipſum docuit.

De ſiniſtri lateris dolore] Vide quæ dicta ſunt de Pleuroperipneumonia lib.2. Ut hinc conſtet ſæpius affici Pulmones cum ſola pleura in vitio eſſe credatur.

§.6. Rev.Pater poſt multos labores & in aëre pernitioſe moram, ut & ſub radiis ſolaribus, febre Aſſidua cum deſtillatione ad partes ſpiritales, tertianæ duplicis formam referente fuit conflictatus, à qua tranſacta x1. die viſus eſt evaſiſſe: Deinceps dum in novis erroribus verſatur, in febrem Aſſiduam delapſus eſt, quæ à longo rigore exordium ſumens, cum dolore ſiniſtri lateris, cujuſdam gravitatis thoraci incumbentis, cum tuſſi initio ſicca, *deinde progreſſione humida*, in qua pituitoſa flavitie & cruore perfuſa apparent; ſpirandi difficultate vehementi, cum pulſibus mollioribus, languidis & inæqualibus, malis rubentibus. Hic 14. die recidivæ ſuffocatus obiit.

Viſum eſt ſecare cadaver, cum omnino ego præſagirem in pulmonibus offenſionem eſſe: Secto cadavere, inventa eſt altera pulmonum pars aucta in magnitudine, ut quadruplo major eſſet quam altera, & durior: qua ſecta multa aqua fœtida fuit expurgata, & caro inventa denſa, dura & rubra, quemadmodum eſſe ſolet Hepatis caro, & ab eodem latere etiam muſculi intercoſtales non ſine læſione inventi ſunt. *Lælius à Fonte conſult. c.*

SCHOLIA.

T*Uſſi humida, &c.*] Notandum in febribus continuis aliquando accidere excreationes cruentas aut ſubcruentas, unde non illico colligendum adeſſe Pleuritidem aut Peripneumoniam. Hinc *Hippocr.* aph.47.4. *In febribus non intermittentibus excreationes ſanguinolentæ liventes, graveolentes bilioſæ*

n apparentia in declinatione febrium,& poſt febres , Et diſtinguantur etiam tales Arenæ quæ ſignificant ſuper lapidem , quoniam ſi er digitis comprimendo , facile diſſoluuntur, :c eſt docta hujus viri ſententia , ex qua cau- differentiam arenularum *in venis* ortarum,ab · in renibus & veſica generantur , colligere li- am ut *ait Ludov. Mercatus* 4. de morb. int. c. enæ quæ generantur in venis Subriliores ſunt e aut nunquam ſubſident, ſed cum urina inna- dimento immerſæ : In renibus vero, aut veſica æ ſubſident, Cujus rei cauſam uterque Author preſſit , ſed ea eſt , Nam in determinatis locis mucoſus humor retentus , in anguſtiori loco per moram ab aſſante calore diutius torretur , & ab humiditate ſpoliatus in graviores vertitur arenas, quæ ſubſident : In vaſis verò è contra , ab uno enim loco ad alium cum remeet humor , non ita aduri po- reſt & exſiccari : quare vaſorum arenæ non ab- ſumpta ex toto humiditate innatant. *C. V. Schnei- derus l. 3. de catarr. c. 7.* Arenulas calculi renum indi- ces , ab iis quæ ab aduſtione humorum fiunt, diſtin- guit *Riverius* Pract. l. 14. c. 1. has naturæ ſalinæ eſſe dicens, atque in calida urina diſſolvi, neque ullo modo apparere : Illas nequaquam.

Observatio XLI.

ebris acuta ab inflammatione iuxta muſculos lumbares internos, in abſceſſum deſinente.

Om. N. famulum habebat, qui ex contuſione lumborum in eorundem internam in- flammationem vehemenrem, febrem acutam excitantem inciderat : Quo vita defun- um venrer aperiretur, ac inreſtina removerentur, animadverti in internis muſculis ab- m à renum regione ad fundum veſicæ exporrectum deliteſcere, ex quo aperto magna copia exiliit. *Obſervatio Iac. Oethæi Præſulis Aiſchtettenſi Medici.*

Observatio. XLII.

ravida Acute, febriens infantem enititur cujus oſſa vi æſtus febrilis friabilia reddita ſunt.

Ravida febre acuta & inflammatione circa umbilicum ſubito, correpta , opinione ci- tius & ἀλόγως liberata fuit : Æſtum vero, febrilem in fœtum tranſiiſſe eventus docuit, mortuus ex urero extractus oſſa habuit in pulverem rubicundiſſimum redacta, tanta gnis febrilis fuit: *Matthias Iacobæus obſerv. 116. in Actis Bartholini ann.* 167.

Observatio XLIII.

Febris Ardens à ſanguine intra vaſa æſtuante, citra labem inter iorum viſcerum.

Ebris Ardens confecit intra IX. dies puellum quinquennem , optimi habitus & formo- ſiſſimum, filium Nobil. Domini *Theodori Burlamachii* Genevenſis Aderat , præter ſignà iognominica palpitario cordis, æſtus inſignis circa hypochondrium ſiniſtrum & ultimis ous ſpaſmodici motus.

Diſſectum eſt cadaver 1. Aprilis 1677. in quo viſcera omnia rite conſtituta apparuere, ar tamen naturali majus , Cyſtis fellea parva & inanis : Cordis ſiniſter ventriculus con- ebat corpus concrerum liberum, candicans fabæ magnirudine , longiuſculum, ſebo con- to ſimile palpitationis cordis cauſa : Inteſtina vacua, flatibus diſtenta , à crebrius exhi- s purganribus : Pulmones ad aliqualem livorem vergebant : Sedulitas muliercularum m acceleravit , vel forre promovit , quæ malignitatis ſuſpicione, pipiones ſingulis mo- ntis cordis regionis admovebanr, unde auctus feruor ſanguinis, circulatio ſanguinis, irri- a, adeo ut pulmones flabellando cordi impares fuerinr , atque ab extraneo calore na- as proſtratus ſit.

Observatio XLIV.

bris Continua, Tertianaria, à ſeroſo humore in vaſis cerebri accenſo & totius 1. A pure intra cranium & membranam ſubſiſtente. 2. A Plenitudine vaſorum tenuis meningis , cum apoſtemate in proxima cerebri parte. 3. Ob partem cerebri cum membrani , putre- factam.

Lluſtr. virum temperamento cal. & humidum annum ſupra 63. agentem , circa ſolſti- tium hybernum anni 1606. Borea de repente ſæviente, de mane horripilatio cum ingen- laſſirudine invadit, unaque ſiti vehementi & oculorum caligine : facies inſolito rubore turato ac livori propiore ſuffunditur : urinæ copioſæ, renues & aqueæ , inſtar pellucidæ: ſce ſymptomatis totum diem vrgentibus appetente nocte ſomnolentia graviſque torpor ac ſtupor

ac ſtupor & in motu atonia : taciturnitas denique, oblivio & deſipientia quædam c
repunt : Atqui cum non ſine ſtupore omnium inſolentem animi ſtuporem ac deſipie
tiam in Heroë mirantium, quid rerum ageret prorſus inſcius & multum ab illo Hec
re mutatus tranſegiſſet duas horas, ecce derepente evigilat atque ad ſe redit, ſed
tonitus & immemor eorum quæ ſibi eveniſſent : tum vero primum è pulſu majore
velociore, nec-non crebro & inæquali, ſimulque igneo in toto habitu calore Feb
emicat eaque acri comitata ſiti, & quæ plurimam noctis partem inquietam traduce
cogeret : Sequenti die aſſidua quidem & vehemens ſternutatio, una cum tuſſi & rauc
dine exercuit, indeque febris deferbuit paulatim, ſed ea ſequenti luce denuo ingr
veſcere cœpit : Atque hunc curſum tenuit febris in xv. uſque diem, niſi quod à ſecu
do paroxyſmo in dies lenteſcens magis magiſque tandem prorſus elanguit : Secund
morbi recurſus à priore nihil omnino diſcrepavit, niſi quod nulla ſternutatio excreti
ve ſubſequuta, ſed alterius brachii, in quod caput repandum inclinabat, torpor & ta
ta imbecillitas ut illud attollere per aliquot menſes ei non fuerit integrum. Tertio f
bris repetiit ſub novilunio in Februario incidente, ſtante deſubito Borea, ſed & 4.
6. & 7. imo quoties conſtitutio aëris mutaretur uſque ad annum 1608. recurrit inqua
febris ſed longè leviotibus ſymptomatis : Circa deliquium Lunæ quintæ anni 1608. pra
greſſis per unum & alterum diem coryza multaque ſpuitione, & inſigni colli gravit
te febris recruduit terrificis, magis quàm unquam comitata ſymptomatis, 2°. ſcilicet de
liquii die Borea ſæviente, cum ab hac cauſa ſeroſa colluvie introrſum vi frigoris con
pulſa, plurima mictione urgente & ſopore jam ſenſim premente ſeſe æger commi
xiſſet, ecce ſubito horrore inſolitaque rigeſcit gravitate & pandiculatione, oſcitatio
neque & ſopore opprimitur atque mentis quadam hallucinatione : Ea porro gravita
brevi adeo concrevit, ut ſponte conciderit genibus labantibus : reducto autem in le
ctum Sopor ſenſim, unaque oblivio ac veluti deſipientia obrepunt, quorum ille qu
dem circa primam noctis vigiliam ſolutus eſt, hæc contra evidentius auxere, ita u
quanquam ad interrogata non abſurde reſponderet, tamen garriret & nugaretur præ
ter conſuetudinem : Ab eo tempore urens calor per univerſum corpus paulatim ſe pro
dere, ſitiſque urgere totam noctem una cum ſequenti luce, urinis tenuibus alioqui u
ante, & inſtar aquæ perſpicuis, copioſe fluentibus : eam diem excepit nox ſopore in
turbido & inquieto traducta : à quo evigilantem gravitas ſtatim opprimit pariter cun
oblivione & deſipientia, ut vel lectum comningeret, moxque ſopor horrorque, &
tanta in motu atonia, ut ſtatuam vel catalepticum in lecto diceres : ſub veſperam ta
men primum evigilare, nugari, æſtuare, ſitire ; reliquam noctem ſopor ſed turbidu
interruptuſque tenuit, febris ardor inde remiſſior : Quinto morbi die, ecce paroxyſmu
hora conſueta, ſed longe graviſſimus repetit, cum ingenti extremorum refrigeratio
ne, oblivione, deſipientia, commictione lecti, comate vigili, aphonia, ſenſu ſepulto
motuque abolito, & tanta corporis gravitate ut plumbeum crederetur : neque vero
quicquam deglutire, vel ad oblata generoſa quæ ſomnum excuterent ſenſus alicuju
ſuperſtitis ſignum ullum dare, reſpiratio crebra difficiliſque admodum & parva ; pulſu
è magno & renitente, parvus, creber & mire inæqualis, vultus magis quàm ante flam-
mans, ſed oculi lacrymes prægnantes : à meridie ad nonam largus ſudor ſeſe adjunxit,
tandem circam x. noctis æger ſenſim ſomnum excutere, ad ſe redire, ſed inde æſtus
vehementior, qui tamen lenteſcere cœpit declinante die : Hoc die de mane de na-
tium dolore querelæ, nam cum corpus illi à natura vaſtioris molis à ſopore illo graviſſi-
mum redditum, durante per 15. horas veterno, totum in nates procumberet gangræ-
na ſucceſſit, cujus cacoëthia adjuncta vehementiæ paroxyſmi quarti anticipantis, ſi-
ve rigori, qui ex *Hippocr.* in continua febre, corpore jam debili lethalis eſt, oppreſſus
naturæ ceſſit.

Aperto cadavere, Aqueam in capite impuritatem confirmavit reperta aqua plurima in toto capite ſtagnans, & adhuc in cadavere reſes, nec ab ardore febrili reſiccata: Febrem autem in ſanguine inflammato hæſiſſe argumentum eſt, quod ſanguinis maſſa ardore febris pene exſiccata exhauſtaque eſt, ut diſſectio docuit, cum in vaſis vix libra ſanguinis reſtitiſſet in demortuo. *C. Piſo de morbis à ſero ſect. 2. p. 2. cap. 4.*

SCHOLIA.

e eſt morbi hiſtoria & diuturnitate, & gra-
tate ſymptomatum, præſertim cephalico-
agni & inſignis: de cujus ſpecie ſic ſta-
t ſi parapoplexiam, vel apoplexiam levem,
rem τεταρτοφύια, eamque Comatoſam indi-
s, parum à vero aberrare credam, Si attente
r. orationem qua breviter & graphice Apo-
n levem circumſcribit, *Qui icti & ſiderati
ur, cum cerebrum multa immunditie vitioſo-
umorum repletum fuerit, anterior pars capi-
no dolorem ipſis infert, & ſuſpicare non poſ-
liqui ambobus oculis, aliqui altero, & ſopor
inet, & deſipiunt, & tempora ſaliunt, & fe-
nuis habet, & corporis impotentia.* Si hanc
Hippocraticam Apoplexiæ circumſcriptionem conſideremus, nullus dubitationi locus relinquitur, Febrem banc omnino eſſe eandem cum *Hipp.* levi Apoplexia: atque ſi circumlocutione uti placet, & latius definire, eſſe eam Febrem continuam naturæ Tertianarum, ſed cum comate pervigili complicatam, Nam immunditiæ multæ cerebri mucoſis excrementis conſpurcatæ clara fuerunt indicia, 1. Sternutario aſſidua plurium dierum. 2. Tuſſis cum cantu. 3. Oculi ſine cauſa manifeſta collacrymantes. 4. Sopor ſingulis epiſemaſiis exacerbationum periodicarum conjunctus & adeo contumax, ut niſi xv. horis exacte ſolveretur. 5. Aqua reperta plurima ſtagnans in toto capite. *Vide plura l.c.*

t. Huic febri comatoſæ ſimilem & germanam omnino vidimus in Nob. matrona inorum, habitus cuſarci: Similis inquam fuit in omnibus, ſive idæam febris, ſive omen ſymptomatum ſpectes: in his tamen duobus diſcrepans, quod & epiſema-empus ac initium exacerbationum non adeo pertinax, cum horas duntaxat no-deſipientiaque premeret, & calor citius emicaret, Et vero non fuit producta, aut ſibus diſtincta; ſed in quinti paroxyſmi initio fatalis extitit.
aſa ſimiliter ſanguine exhauſta in cadavere reperta, & caput plurima ſcatens aquæ peciatim veſica cholidochos diſtenta prægnanſque pluribus calculis fabæ molem ex-ntibus, iiſque viridantibus. *Idem ibidem.*

2. Adoleſcens in ſiniſtro bregmate lapillo percutitur: Circa diem xx. febris aſſidua corripit,: Non parva puris copia inter cranium & membranam repetitur. *Vide lib. 4. e Vulneribus.*

3. Melancholicus juvenis (*de quo lib. 1. tit. de Paralyſi.*) laborabat Paralyſi & convul-e cum Febre inſigni; paroxyſmi erant admodum frequentes, ita ut multoties qua-tur. Eo mortuo, in latere dextro admodum turgebant venæ tenuis meningis mul-nguine nigro & concreto. Ea pars nigricabat, & apoſtema continebat, in proxima bri parte.

4. Mulier Tinea tentata, crebris lotionibus ſanata, in capitis dolorem ac febrem tinuam lethalem incidit: Media pars totius cerebri, cum membranis (erat dextra) ida inventa eſt, ichore citrino referta. *Saxonia Prælect. Pract. p. 1. cap. 1.*

Observatio XLV.

ris Continua *focum in Pulmonibus inflammatis habens.* 1. *Ab inflammatione Pul-monum in abſceſſum deſinente.* 2. 8. *Ab Eryſipelate Pulmonis.* 3. 4. *Ab inflamma-tione partis ſiniſtræ Pulmonis poſticæ, in corruptionem deſinente.* 5. *A Pulmonibus Tumentibus, ex parte duris, aqua fœtida plenis.* 6. *Ab eorum inflammatione circa partes extremas, Sanguine craſſiori in eorum ſubſtantiam effuſo.* 7. *A dextræ partis cum pleura corruptione.* 9. *A tumentibus Pulmonibus & Abſceſſu tentatis.* 10. *Peripneu-monicorum quorumdam Pulmones ſanguine putrido turgidi, indurati.* 11. *Pulmones cum corde ſanguine turgidi.* 12. *A Pulmonibus ſyderatis, Aqua viroſa in thorace.* 13. *Con-tinua à Pulmone & Pleura uno latere corruptis.* 14. *Ab inflammatis Pulmonibus & Iecore.* 15. *A ſiniſtra parte inflammata.* 16. *Ab humorum in eos influxu, unde tumen-tes reperti.* 17. *Ob fluxionem è cerebro in Pulmones; unde peripneumonia mendoſa.* 18.

VEntriculo nimis incaleſcente Pulmonis inflammatio pernitioſa, decreto *Hip-pocr.* de morbis lib. 2. Quali *Ovenus Lunge* ſuæ familiæ poſtremus, Cimbricæ no-tatis decus *Patavii* anno 1617. abripitur; qui juvenis ſanguineus vehementi in gym-icis exercitio febrem continuam ſibi attraxit, inflammatis Pulmonibus; quos corpori mptos, ita deprehendimus affectos, antequam ad ſuos in patriam tranſportaretur. *Rhodius cent. ij. Obſervat. 1.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

INflammatis pulmonibus, &c.] Peripneumonia definiri ſolet Inflammatio pulmonum cum febre acuta, tuſſi & reſpiratione difficili: Hoc affectu laborantes in pectote phlogoſin inſignem, cum pulmonum intumeſcentia, & dolore interdum pungitivo perſentiunt: anhelitum laborioſum & brevem, ſive, ut *Hippocr. ait*, ſublimem ducunt; Febris cum ſiti immani, vigiliis & tuſſi moleſta urget, cui etiam ſputum ſanguineum, aut ſanguine interſperſum ſuccedit: E quibus ſignis manifeſto liquet morbum hunc oriri, in quantum ſanguis febriliter efferveſcens vaſa pneumonica minora non facile trajicit, ſed intra ductus eorum hærens primo obſtructionem, dein plus aggeſtus & extravaſatus, phlegmonen cum calore, tuſſi & ſputo diſcolori parit: Porro quatenus ſanguis ita coacervatus & ſtagnans ductus pulmonares hos inflat, & illos comprimit, reſpitationis difficultas & anguſtia: & quatenus iſte fibras nerveas vellicat aut diſtendit, ſæpe dolore excitatur. Quod ſi inquiritur, quomodo phlegmone in pulmonis compage, mere veſiculoſa & excarni concreſcere poſſit; & qua ratione ab affectu iſto in carne muſculoſa, aut viſceris parenchymate excitari ſolito, differat? Dicendum erit, quamvis prædictæ partes quoad texturam varient, tamen affectus rationem in iis ſingulis prorſus eandem eſſe: Nam vaſa ſanguifera perexilia, tum in pulmonibus ductus omnes trachæales, tum in muſculis fibras carneas, tum denique in parenchymatis fibrillas & ſtamina nervea, cum plexibus denſiſſimis, velut corymbis, ubique pariter amplexant, vinciunt & varie circumligant: Quod autem phlegmonen parit, ipſe eſt ſanguis, qui dum valde efferveſcit, ſimulque in tranſitu ſuo impeditur, ubique locis ac præſertim in pulmone, cujus vaſa in plexus minutiſſimos ramificantur, primo obſtructionem, & conſequenter inflammationem ciet. Itaque peripneumoniæ ratio formalis, & cauſa conjuncta in hiſce duobus conſiſtunt, videl. quod ſanguis febriliter efferveſcit, ſimulque quod intra pulmonum ductus anguſtiores hærens, obſtructionem ibi inflammatoriam creat: Niſi bina hæc concurrant, à morbo iſto immunitas eſt; nam in febribus pleriſque aliis, ac imprimis in cauſone, ſanguis utut vehementiſſime æſtuans, & tota præcordia inflammans; quin etiam in pica, malacia & hydrope pectoris, iſte lentus admodum, & intra ductus pulmonares plurimum hærens, peripneumoniam haud concitat: Ad hanc producendam opus eſt ut utrique affectus conveniant & vires jungant: Attamen cum utriuſque diatheſis jacta eſt, modo hæc, modo iſta prior, in actu eſt, & quodammodo alterius cauſa, aut ſaltem occaſio exiſtit: Nam interdum ſanguis in febrem concitus, oſtructionem pulmonarem facit: quandoque item iſte in pulmone remoram offendens, à propria obſtructione efferveſcentiam febrilem concipit: Attamen ad morbi hujus procatarxin conſtituendam, ſanguis una ad efferveſcendum, ſimulque ad vaſa pulmonaria obſtruenda, aptus eſſe debet.

Cujuſmodi hæc liquoris ſanguinei diatheſis ad peripneumoniam inclinans fuerit, etſi non facile deſignatu fuerit, ejus tamen ratio ex phlebotomia in hoc morbo, ſemper cum ſucceſſu optimo celebrata, nonnihil eluceſcit: Enimvero ſanguis è quibuſque hoc morbo, prout etiam pleuritide laborantibus, detractus, poſtquam refrixit in ſuperficie ſua, loco cremoris coccinei pelliculam ſubalbidam, aut alias diſcolorem, quæ item tenax admodum & viſcida eſt, ſuccreſcentem habet; unde conjicere licebit maſſam ſanguineam in compage ſua nimis ſtrictam, dum inter circulandum recrementa ſua dimittit, nimis incraſſari & quaſi lenteſcere, proindeque tum ad efferveſcendum, tum intra vias anguſtiores, & præſertim pulmonares hærere nimis proclivem fieri: Quod amplius inquiritur, unde nam hæc ſanguinis diſpoſitio, quaſi inſtar vini penduli, fit tenax & viſcoſus, procedat: hujus ratio generalis hæc eſt, vid. quod cruoris partes craſſiores à ſubtilioribus non ſatis comminuuntur, ita ut omnibus æqualiter mixtis & mutuo ſubactis, demum humores utiles in munia quibuſque appropriata ſecedant, atque inutiles per cloacas idoneas continue amandentur: Verum è contra, in quantum ſanguinis particulæ ſulphureæ, una cum ſalinis & terreſtribus nimis evectis combinatæ; cæteras quaſque irretiunt & inviſcant, proinde liquor ejus recrementa quæque & impuritates intra ſe continens, inſtar glutinis lenteſcit, & propterea diatheſin peripneumonicam concipit: Enimvero unicuique obvium eſt, ſanguinem quatenus ita lenteſcit, ad vaſorum ductus anguſtiores (qui certe in pulmone perquam anguſti ſunt) obturantos aptum reddi: inſuper ob eandem rationem, etiam ad efferveſcentias febriles ineundas inclinari: videl. in quantum iſte fæculentias quaſque & recrementa ſua intra proprium ſinum pertinaciter retinens, ab iiſdem ſubinde in plenitudinem aggeſtis; in turgeſcentiam immanem (à qua neceſſe eſt pulmonis inflammatoriam obſtructionem incipi vel augeri) cogitur. Inſuper ad morbi hujus procatarxin, non raro pulmonum vitioſitas accedit, atque ad hanc partem afficiendam generalem iſtam ſanguinis dyſcraſiam determinat: Nam ut cruor lenteſcens efferveſcat, præcordia firmiora & robuſta ſæpe noxam ab illo intentam evadunt, atque labe in pleura, aut circa habitum corporis defixa pleuritis, aut rheumatiſmus potius quam peripneumonia excitatur: Attamen pulmones teneri, tuſſi obnoxii, aut propter hæmoptoen, aut alios pectoris affectus in conformatione prius læſi, à ſanguine (dum in compage ſua nimis ſtrictus & tenax eſt) ebulliente, oppilationem φλεγμονώδην facillime concipiunt.

Hæc de peripneumoniæ cauſis conjunctis & procatarcticis; ad evidentes quod ſpectat, huc referri debent quæcunque ſanguinis craſin ſubito pervertunt, aut diapnœam liberiorem cohibent: uti imprimis ſunt caloris & frigoris exceſſus: vini aut aquarum ardentium potus immodicus, vehemens exercitium, aquarum quarundum & præcipue glaciatarum potus: Porro nonnunquam maligna aeris temperies hunc morbum pluribus acceſſit, & epidemicum facit. *Willis Pharm. rat. p. 2. ſ. 1. c. 8.*

§. 2. 1601. in Ducatu Urbini, totaque Piceni regione *hyems frigidior*, æſtas humidior fuit;

autumnus frigidus & humidus; hyems denuo borealis, deinde placidior circa ſolſti-
que vernalis, etenim Auſtri Favonii, boreales alternatim viguere, bis terve tantum
æ: quare Martio & Aprili, tota in regione Piſauri, atque Urbini, graſſabantur tu-
:s circa fauces, frequentes pleuritides, tuſſes, difficultates anhelitus, Thoracis dolo-
frequenter lethales Peripneumoniæ excruciabant, quarum aliæ primo inſultu fatiga-
, plurimæ *ab angina & pleuritide ortum ducebant*, & in ſeptima ſæpe, rarò xi. interfi-
ınt, neque hominum majorem partem occupabant, ſed ſenes deſtillationi obnoxios,
oderationi victus deditos atque exercitiis violentis: plures ruris incolas quam urba-
eoſque calidos atque craſſos: febre prima die cum rigore, deinde continua corri-
antur, cum ſiti magna & lingua excrementoſa humida, modo aſpera & rubra, gra-
e thoracis premebantur, levi dolore ad claviculam, coſtas, ſpinam, humeros vagante;
'a & calida reſpiratione, tuſſi tum ſicca tum humida, *cum ſputo viſcido, ſpumoſo*, craſſo
, ſubflavo, ſubcruento, ſubnigro, rariſſime purulento: ægre ſputa dejiciebantur,
ıihil; floccos aut paleas à parietibus carpentes, 4. & 5. delirii peribant: Hanc febrem
admodum magnus calor, nec tactu inſigniter mordax concomitabatur: urinæ craſſæ
onfuſæ inter initia apparebant, quæ ſi ſtarim attenuarentur, moriebantur, Si vero pau-
n clareſcebant, ſanabantur: eorum color eſt ſubrufus, pulſus magnus & mollis, aliquan-
ntercurrens erat, in ſalvandis validus in morituris languidus, frequentiſſimus: Efflo-
ebat malarum rubor & oculorum: facilius ſupini & in latus decumbebant; alii recta
vice ſpirare cogebantùr.
Quamvis auxilia neceſſaria adhibita fuerint, maxima ex parte tamen plurima pars ægro-
ı interibat: Sectis cadaveribus, *reperti ſunt pulmonum* abſceſſus, ex quibus multa mate-
fœtens prodibat. *Lælius à Fonte conſult. iij.*

SCHOLIA.

Riplici affectuum genere homines conflictari
ſatis conſtat, Angina, pleuritide, atque poriſſi-
n peripneumonia cujus maxime notæ traduntur:
autem inflammatio pulmonis cum febre acuta:
:us affectus cenſendi ſunt parietes vaſorum &
ium magis nervoſarum Pulmonis: communicatur
em affectus toti pulmoni, præſertim partibus pro-
is illi quæ inflammata eſt: Quam quidem affectio-
n interdum in ſanguinem pituitoſum atque bilio-
ı referendam cenſeo, nullo alio affectu præce-
ite, ex dextro cordis ſinu in pulmones vehemen-
excuſſum, qui non modo pulmonis venas & ar-
as, verùm etiam totum ipſius corpus præter mo-
n implens atque diſtendens, etiam totum ipſius
pus præter modum implens atque diſtendens,
uctatur ac putreſcit, ac pulmonis inflammatio-
n accendit; non eam quidem aliarum more col-
tam, ſed toto viſcere diffuſam: Quamvis *Gale-*
s dicat. de c. Pulſ. c. 12. non accerſiri à bile pul-
onis phlegmonem, cum humor bilioſus ſit ſubti-
& facile elabatur, Reſpondeo 1°. vel bili per-
ſceri pituitam, quemadmodum in hoc tempore: vel
lligi humores paulatim, vel aliunde corrivare: San-
is bilioſus, cùm eo nutriantur pulmones, Paulatim
lligitur & peripneumoniā poteſt conſtituere: Io id
ii plurimos præcipitat angina & pleuritis antece-
ns, cum humor heterogeneus ex ſanguine, bile, &
atarrhali excremento perfuſus in pulmones irruit
ı ora venæ arterioſæ & arteriæ venoſæ, ex parte
to à cerebro prolabitur: Phyſicis cauſis accedant
ſtrologicæ, Eclypſis ſcil. præterita, atque Saturnus
mundi themate in ſexto domicilio, in domo Martis
pertus, ex oppoſito horoſcopum reſpiciens; quæ
ræſertim ſenibus in hac tempeſtate morbos acu-
os minantur, ut ex iis peripneumoniis, ſi earum
auſas perpendamus, aliæ ex ſanguine pituitoſo,
xcremento catarrhali permiſto, atque bile oriundæ
int aliæ vero ex bile melancholiæ portione permiſta
c ex iis aliæ acutiores & interficientes 4. die, vel 7.
liæ mitiores: Præterea aliæ incipientes & eſſentia-
les; ſed raro plurimæ ex anginæ, pleuritidis vel
catarrhalis excrementi ſucceſſione. Inter ſigna à po-
ſteriori deſumpta, enumerarut febris aſſidua & acu-
ra; difficultas ſpirandi vehementiſſima, & major
quam in pleuritide, ſi quidem, ut ſcribit *Galen.* 2. de
loc. aff. 8. tanta inducitur difficultas, tanta anguſtia,
ut ægri videantur ſuffocari Pertetea dolor gravativus,
ut ægri ſenſum cujuſdam gravitatis thoraci incum-
bentis potius quam dolorem ſentiant, cum pulmo-
nes tenui admodum ſenſu præditi ſint; Pulſus molles
obſervantur, languidi, inæquales, ut refert *Gal.* 4. de
cauſ. Pulſ. 12. Tuſſis interdum ſicca, in principio præ-
ſertim, poſtea temporis progreſſione multa & varia
apparent, modo alba & craſſa, modo flava, aliquando
nigrore aliquo perfuſa; adeſt etiam rubedo maxillarū;
Inter ſigna quæ ab antecedentibus deſumuntur,
præter aëris præcedentis inæqualitatem; hujuſmodi
affectus producendi accomodatam, non præter-
eunda eſt cibi potioniſque immoderatio & labores
nimii; Signa cauſarum ita perpenduntur, dum eſt à
bile, quod raro accidere intelligo, ægri calidiſſimum
aërem reſpirant, aquæ frigidiſſimæ, tum aëris cupi-
ditatem habent; Dum eſt ab aliis humoribus, ſum-
mus ille æſtus non ita apparet, neque cætera ſympto-
mata ſunt ita gravia & periculoſa; Signa lethalis pe-
ripneumoniæ deſcribuntur ab *Aëtio*, quod die quar-
ta aut ſeptima interficit: vigiliæ aut ſomni bre-
ves, ſtuporem aut delirium inducentes: Quorum
ſignorum omnium facile eſt rationem reddere, ſi
quis voluerit naturam hujus morbi & partis memo-
ria renere. Spirandi namque difficultas & angu-
ſtia premit, ex inflammatione in pulmone bron-
chia anguſtius cogente, quæ aëris attractionem im-
pedit; Nullus eſt doloris ſenſus, niſi gravitatis,
quia pulmo ſenſus eſt expers: membranæ autem in-
terſepientes, à pleniore pulmone depreſſæ, dolo-
rem gravantem producunt, extremis potiſſimum
partibus quibus alligantur, quia major ibi extenſio,
ut ad os pectorale & ſpinam exporrigatur; Exſpuunt
ſemper aliquid, ob laxitatem partis affectæ, à qua

ſemper aliquid reſudat, ſentiuntque calidam reſpirationem qua partim plurimum efflando, partim plurimum aerem frigidum attrahendo, allevari queant: Acuta comitatur febris, cum rubore inſigni maxillarum, ex fuligine ſanguinis putrentis, ex qua cauſa delirium concitatur, &c.

Urinæ craſſæ & confuſæ] Propoſitis affectibus præter accidentalem febrem, etiam eſſentialem & malignam accedere duo ſunt quæ ſuadeant, cum delirium ſuperveniens, tum urinæ confuſæ, Nam peripneumonia pectoris & aliarum partium contenſione, ex heterogeneo excremento ut plurimum genita, & in ſene, non deberet in ſeptima die interficere: cui potius deberet accidere coma quam delirium, cum hoc à vaporibus ferventibus & bilioſis contingere ſoleat, unde *Hippocr.* 7. aph. 12. In peripneumonia phrenitis malum: qui affectus non ſolent eſſe ita lethales, cùm à materia pituitoſa ut plurimum pendeant, & multi ex his evadere deberent, unde *Hipp.* in propoſita conſtitutione, dum has peripneumonias proponit, dicit fere omnes evaſiſ Lotia etiam confuſa poſſunt eſſe a calore febrili materia morbificam agitante, a qua vapores ad capi exhalantes delirium accerſunt: hæc enim confuſi & craſſities non ſemper oſtendit coctionis gradun cum in principio in ſenibus pituita ſcatentibus i non facile contingat, ut ob id non ſine ratione col ligendum ſit, iis febrem Eſſentialem malignam ſæp conjungi. *Idem.*

Ab angina & pleuritide ortum ducebant] Quandoquidem diſſectis cadaveribus, ſoli pulmones affecti apparebant, quanquam varia ſymptomata fati garent, tumores circa fauces, lateris & pectori dolores &c. Inde confirmari poſſe videtur opini eorum qui Anginam exquiſitam ſedem in pulmonibus habere ſtatuunt: vide c. de Suffocatione §. 1.2

Frequentes Pleuritides, &c.] Inde quoque veri ſimilis redditur eorum ſententia pleuritidem ab inflammatione pulmonis deducunt. *Vide lib. 2. cap de lateris dolore* §.

§. 3. Melchior de Freſnoy annos 4. natus febre corripitur continua, ſed quæ exaſperationes haberet: catarrhus erat, *tuſſis ſicca, nec præ tenella ætate quicquam excernere poterat:* tamen inanis ſemper erat tuſſis & tenuis humor eludebat ſpiritum: Vomitiones frequentes, alvus albicantia dejecit, deinde ſubſtitit: urinæ tenues crudæ, decolores pro febris vehementia: medicamentulo alvus ſollicitata reddidit multa bilioſa: tuſſis perſeverabat: dolores ad ſiniſtrum hypochondrium ſed vagi nec eodem modo perſeverantes, deinde ſiniſtram lateris partem occupabant: alvus ſoluta eſt, viridia excreta, chyloſa. *ſitis quæ expleri non poterat:* magnum in pulmonibus conceptum incendium conjectum eſt: hinc dolores ad ſternum & latus ſiniſtrum, ſed qui ad latus ſiniſtrum non perſeverabant: Medici putabant vomitiones ad imbecillitate ventriculi oriri: Quod in eam ſuſpicionem eos adduxit, eſt frequens dejectio, multaque rerum variarum, putridarum, viridantium: aliquando animus paulum deficiebat: & nos animi defectiones & frequentes vomitiones in alio obſervavimus, cui inflammatio pulmonis à pleuritide aut fugaci dolore lateris oborta fuerat. Febris non erat admodum vehemens, deſtillatio erat magna, eludebat ſpiritum: ſenſim conficiebatur; & incautis nobis cum cibum appeteret, biberet avidiſſime, 20. die, item cum de purgando eo cogitarent Medici, ſublatus eſt: *debuerat mitti ſanguis.*

Aperto cadavere nihil p. n. in pulmone contentum inventum eſt: una pars pulmonis veluti ſtipula ardente deflagraverat, lobus unius pulmonis livebat, Hepar quoque veluti deflagraverat *Ballonius conſil. lib. 1. conſ.* 27.

SCHOLIA.

D*Efectus animi, frequentes vomitiones, &c.*] Quæſtio hoc loco moveri poteſt, An inflammatio Pulmonis, ſive ea ſit phlegmonodis ſive eryſipelatodis, habeat hæc ſibi conjuncta, *Defectus animi, Vomitiones, Tuſſim ſiccam, Alvi fluores*, ac ſi per ſe primoque alvus inferior laboraret, *Fugacem genarum ruborem, Sitim inextinguibilem, Febrem non ita magnam omni tempore*, ſed ex intervallis ferocientem & prodentem ſeſe? Hoc fortaſſe pauci ante nos animadvertunt, & ſic alium morbum pro alio curamus: aut falſo vomitiones & alia accidentia quæ narravimus, ad alias partes referimus; rati hoc non ad pulmones, quæ tamen præcipuè affecta pars eſt, pertineret: Et ut quod ſentio obiter dicam, cùm ad puellum aſciti eſſent tres celebres Medici, unus ſolum affectum pulmonem intellexit, & quandam ſpeciem peripneumoniæ ſuſpicatus eſt, unde ſectionem venæ ſuaſit; Sed falſo ſubeſſe ulcus cogitavit, neſciens inanem hans tuſſim eryſipelatis pulmonis pathognomonicum eſſe: Omnes ignorarunt vomitiones illas, frequentes, dejectiones frequentes, ingentem admodum ſitim & opinione majorem, in inflammatione pulmonis apparere ſolere: quorum ignorantiam ut detegam; ne forte ſeſe excuſent quod nullo loco legiſſent, aut animadvertiſſent talia ſymptomata contingere inflammato pulmone, citabo *Hippocr.* qui illum puelli morbum mihi vere expreſſiſſe videtur: Ita lib. 2. de morb. in omnibus ſuis obſervationibus ex monumentis admirandus, *Eryſipelas in pulmone ſit cum Pulmo nimium fuerit reſiccatus, quod contingit ab ardore, febribus, labore, intemperie: Et cum perreſiccatus fuerit, plurimum ſanguinis ad ſe trahit, maxime ex magnis venis tenuiſſimum ac debiliſſimum: Poſtquam traxit, febris ex ipſo ſit acuta, tuſſis ſicca, repletio in pectore, dolor acutus in anterioribus ac poſterioribus partibus, maxime circa ſpinam magnis venis calefactis vomnus ſuboruentum, aliquando lividum, vomnus pituitam & bilem animo linquuntur ob ſanguinis transſmutationẽ derepente contingentem: atque hoc maximum ſignum eſt in pulmone geniti eryſipelatis & ſi aſſidua febris invaſio perſeveraverit.* Itaque ex contextu *Hippocr.* apparet hæc maxime ſymptomata eryſipelate tentato pulmone contingere ſolere, dolorem ſterni, vomitiones, tuſſim ſiccam, deliquium animi; quod mirum eſſe poteſt; Sed hæc

§. 4. Multi Incauti eripiuntur ob inflammationem Pulmonis, quorum in Pulmonibu nihil reperitur aperto cadavere, niſi quod *veſtigium aliquod flammæ* apparet, Et hoc idior non animadvertunt, Quod accidere veriſimile eſt cùm Eryſipelas Pulmones obſidit. *Ba lonius Epid.& Ephem. lib.1.p.23,*

SCHOLIA.

ERyſipelas Pulmonis aliud à priori deſcribit *Hippocr.* l.de morb.int.text.8. Cùm pulmo,*ait*, ab igne ſacro tumet (*ὑδέρη*) hęc inflammatio præcipue fit à ſanguine, cùm in ſeipſum pulmo attrahit ſanguinem & continet, hic autem morbus æſtate ſub caniculam pręcipue fit, Sic igitur ęger ab hoc afficitur, Tuſſis incidat ſicca,& rigor,& febris,& rectę cervicis ſpiratio, & labor vehemens in pectore, (*ob tuſſim*) & nares dilatat & aperit, ut equus currens, & linguam exerit, ut canis æſtate ab aura, qu eſt in æſtu ſummo, uſtus, & tumor habet pectus, & paucis atque longo intervallo lingua hęſitat, & rubor in oculis, & pruritum ſentit in toto corpore, & prę labore decumbere non poteſt, ſed ipſe ſe ipſum pręcipitem jacit ac devoluit inquietudine labotans, &c.

§. 5. Vir Rever. bilioſus & melancholicus, *poſt multos animi corporiſve labores* multam ſanguinis rubicundi cum tuſſi copiam rejecit, qui auxiliorum ope viſus eſt melius ſe habere, quamvis febris Aſſidua reliqua fuerit,quæ bis ſeptem diebus tranſactis aucta eſt, poſt cibum & nocturnis horis magis increſcens: conqueſtus etiam eſt per biduum de ſiniſtri lateris dolore, eóque non admodum intenſo, cui per hoc tempus aliqua tuſſis, ſomni breves, difficilis ſpiratio conjunguntur, nihilominus deſiſtente dolore; febris in dies magis augeſcit, & præter ſomni bręvitatem, in hoc tempore adeſt ſiccitas & ariditas linguæ ſine ſiti, dolor univerſi corporis, dorſi præſertim, mingendi difficultas, loria clara & fæces duriores: Ego ſuppoſito ſanguinis profuſionem præcedentem à Pulmone fuiſſe, & cum non præceſſerit dolor, potius per anaſtamoſin factam eſſe quam per diæreſin, exiſtimo in ſubſtantia Pulmonis laxiori relictum, illius partis inflammationem concitaviſſe, deinde corruptionem & gangrænam; & ob id non eſſe mirum ſi in primis diebus adfuerit tuſſis & dolor, deinde parte affecta cancroſa reddita, omnia delituerint. Febris aſſidua à cibo & horis nocturnis ingraveſcens ex affectione propoſita proficiſcitur: An vero etiam febris fixa conjungatur, in dubio relinquo. Mingendi actio fere ablata, & ſiccitas linguæ ſine ſiti, proveniunt ex facultatis harum partium deficientibus; cum non reperiantur aliæ cauſæ in quas poſſint referri, quia ratione ſiccitatis cum non percipiatur ſitis ob delirium, ſequitur ex defectu facultatis ſitiferæ ſymptoma procedat; Idem dic de mictione fere ablata.

Alii Medici putabant morbum futurum diuturnum, cum ſymptomatibus augeſcentibus ſpatio duorum dierum ſuffocatus obierit. Antequam ſecaretur cadaver, ſciſcitatus quæ mea eſſet opinio? reſpondi corruptionem Pulmonis in parte ſiniſtra verſus dorſum vergente, quemadmodum in conſultatione dixeram, Et ſecto cadavere ita inventum eſt. *Lælius à Fonte conſult. xlix.*

SCHOLIA.

P*Arte ſiniſtra*] Adnotavit *Ioubertus* cap.7. de affect. Thoracis in Pulmonia non eſſe neceſſe totum Pulmonem inflammari non ſæpiſſime unum aut alterum lobum tantum id pati, quod infinitorum cadaverum apertio ipſum docuit.

De ſiniſtri lateris dolore] Vide quæ dicta ſunt de Pleuroperipneumonia lib.2. Ut hinc conſtet ſæpius affici Pulmones cum ſola pleura in vitio eſſe credatur.

§.6. Rev.Pater poſt multos labores & in aëre pernitioſe moram, ut & ſub radiis ſolaribus, febre Aſſidua cum deſtillatione ad partes ſpiritales, tertianæ duplicis formam referente fuit conflictatus, à qua tranſacta x1. die viſus eſt evaſiſſe: Deinceps dum in novis erroribus verſatur, in febrem Aſſiduam delapſus eſt, quæ à longo rigore exordium ſumens, cum dolore ſiniſtri lateris, cujuſdam gravitatis thoraci incumbentis, cum tuſſi initio ſicca, *deinde progreſſione humida*, in qua pituitoſa flavitie & cruore perfuſa apparent; ſpirandi difficultate vehementi, cum pulſibus mollioribus, languidis & inæqualibus, malis rubentibus. Hic 14. die recidivæ ſuffocatus obiit.

Viſum eſt ſecare cadaver, cum omnino ego præſagirem in pulmonibus offenſionem eſſe: Secto cadavere, inventa eſt altera pulmonum pars aucta in magnitudine, ut quadruplo major eſſet quam altera, & durior: qua ſecta multa aqua fœtida fuit expurgata, & caro inventa denſa, dura & rubra, quemadmodum eſſe ſolet Hepatis caro, & ab eodem latere etiam muſculi intercoſtales non ſine læſione inventi ſunt. *Lælius à Fonte conſult.c.*

SCHOLIA.

T*Uſſi humida, &c.*] Notandum in febribus continuis aliquando accidere excreationes cruentas aut ſubcruentas, unde non illico colligendum adeſſe Pleuritidem aut Peripneumoniam. Hinc *Hippocr.* aph.47.4. *In febribus non intermittentibus excreationes ſanguinolentæ liventes, graveolentes*

 biliosæ

eſſent querelæ ac libere permearent urinæ,quæ ſubjugales ſemper fuerunt) ac febris extri
ctioni : Urgebant aſſidentes mulierculæ obortivi exibitionem , quo diſpendio fœt
ſalvaretur mater. Ea XIII. morbi die extincta , Magiſtratus cadaver aperiri juſſit , quia m
ritus pridie obierat; quanquam morbo omnino diſſimili , convulſus & catalepticus : Suſp
cio enim fuerat aſſumptæ in cibo cicutæ.

Aperto cadaveris abdomine,in cõſpectum venit uterus,cui fœtus firmiſſime annecteb
tur,& non ita pridem extinctus,inteſtina,tum tenuia,tum craſſa; flatibus mirum in modu
turgebant hinc illa anxietas & orthopnoea toto morbi decurſu urgens. Accedente extr
ordinaria heparis,etſi ſaniſſimi,magnitudine & vitio pulmonum:Cyſtis fellea 44.lapillos c
tinebat, quorum major fabam æquabat ſplen integererat ; Renes flaccidi, male colorat
omniqúe pinguedine deſtituti : ureteres ſumme dilatati , in longitudinem producti , cor
torti flaccidi. Reſerato thorace , prodiderunt ſe in pulmonibus veſtigia inflammationi
qui tumentes, lividi, male colorati , tabóque & pure undique diſtenri, in conſpectum vene
re: Edacem fuiſſe poſtea didici , etſi inter diſſecandum aſſidentes, percuntanti mihi &ma
gnitudinem jecoris admiranti, negaverint.

SCHOLIA.

G*Ravativo pectoris dolore, tuſſi, robore, &c.*]Sicut phlegmone pulmonum manifeſtis aliquando ſe prodit indiciis , ſic ſæpe latet etiam exercitatos illius cognitio adeo ut variè illudat peripneumonia. Id quod accidit non tantum ratione humoris illam committentis, qui varias affectus ideas expromit, ſed præſertim partis affectę : Prout enim Pulmo partibus ſummis vel imis; anticis, poſticis aut lateralibus , laborat; profundis & intimis aut ſuperficiariis ac éxternis,ita hac vel illa ſpecie affectus ſe prodit : His adde varias illos conſtituentes partes, parenchyma ex veſiculis innumeris conflatum vaſa arterioſa & venoſa, ac tracheæ arteriæ truncum & ramos, connexionem item & cum variis partibus cohærentiam , à quibus ſingulis ſingulare quid exſurgit : Summę Pulmonum partes inflammatione ſi tentantur , quia his appenditur trachęa arteria , anginoſum quod exoritur, affectione ſummam guttur pertingente, adeo ut quidam eam anginę ſpeciem (cynanchen vocant) in qua nihil neque foris neque intus apparet, meram ſobolem peripneumonię eſſe arbitrentur , ſi ſupremas pulmonum partes invaſit affectio , Non ſecus ac urinaria veſica calculò laborans , ſui affectus in ſummo cole indicium exhibet.Imorum pulmonis loborum phlegmone obſeſſorum paulo difficilior eſt dignotio, quod hi fere liberi , nulliqúe parti adſtricti , niſi forte aliquando diaphragmati (quo in caſu cum hoc ſurſum retrahatur , difficilior evadit reſpiratio) cohæreant. Vaſa prętereа tantum minima, eáque fere capillaria, eos perreptent , unde parcior inflammationis materia, hinc noxa gravis emergere nequit. Sin laterales pulmonum partes phlegmone habet , pleuritis fere ejus comes eſt, quia exſudans per poroſam & meabilem eorum tunicam ſanies pleuræ affigitur , à qua eroditur unde affectus prius ſymphaticus idiopathicus evadit , hinc peripneumonia pleuritis ſpecie pri
mo imponit, ac in progreſſu uterque affectus conſ
ciatur. Poſticam in pulmonum partem ſi fluxio i
ruat, dorſalem pleuritidem invehit , de qua *Hippocr*
lib. 3. de morb. tit. 40. Practicis fere intactę , cuju
aſſidens ſignum eſt mictio rubra , incaleſcente ſci
ſanguine in majoribus vaſis pulmonum illi region
ſubſtraris. Obſcurior eſt hic affectus in infantibus
qui quæ lędunt effari nequeunt. Anno 1669. obii
mihi puella duos annos nata , quæ citra tuſſim &
dyſpnoeam intra quindecim dies cum miti febre ta
bida interiit ; Dorſum illi totum ſtatim poſt obitum intenſe livebat, ab inflammatione proculdubio vicinæ pulmonum partis. Antici pulmones inflammat
fere vultu rubore ſuffuſo , præſertim malis , ſe produnt : Sed maxima & præcipua exſurgit differentia
pulmonis inflammationis , prout partes intimæ aut
ſuperficiariæ obſidentur , ratione vaſorum quæ in
partibus profundis inſigniora ſunt , minora in extimis, unde gravior aut mitior, affectus. Hinc de affectu ſede olim plurimum fuit digladiatum , teſte *Aureliano* , alii ſi quidem venas Pulmonis tantum eo malo teneri volebant, ut *Diocles* , *Eraſiſtratus* vero arterias, *Apollonius Herophilus* utraque vaſa. *Aſclepiades* autem bronchia ipſa : *Praxagoras* partes pulmonis quæ ſunt ſpinæ conjunctę : *Demetrius Herophilus* cum *Celſo* voluit Pulmonem totum affici, Ex parte enim ſi fuerit tumor ille pleuritim eſſe dicebat. *Soranus* totum corpus hac paſſione vexati dicit, ſed vehementius Pulmonem, atque inde nomen deſumptum Peripneumoniæ , Differentias ab humoris incumbentis diverſitate miſſas facio , quas repere ex *Hippocr.* lib.2. de morbis , De Victu acut. & lib. de morbis internis.

§. 9. Quidam in Febrem Aſſiduam lapſus eſt cum tuſſi , dyſpnoea, dolore ad dextram thoracis partem. Pars dextra pulmonis fuit inventa corrupta, Et ejuſdem lateris pleura male affecta. *Lib.2.tit.de Lateris dolore.*

§. 10. Circa novilunium menſis Novemb. anni 1607. cum Virum Illuſtriſſimum jam quindecim dies febris, arthritis, ſopor aliáque ſymptomata crudeliter exercuiſſent , ecce derepente inſolita acceſſit reſpirandi difficultas, ad ſublimem accedens & recti ſpira, eáque dolore univerſi thoracis ſuperioris comitata, atque gravi illo quidem magis quam puregente, & una tuſſicula, ſed rara. Eo dolore quarto die evaneſcente, ſupervenere ſopor *generúmque rubor*, febre interea ſpirandíque difficultate in crebreſcentibus. Quem morbi progreſſum tametſi ipſe non viderim , ſed ex relatu tantum ægri & domeſticorum , atque triduo duntaxat ante obitum vocatus fuerim, Illico Peripneumoniam urgere & jam ad ſuppuratum & brevi ad mortem tendere ſignificavi , cum tamen pro febre ſimplici catarrho conjuncta

duntaxat

tatione & convictu refercireiur, quanta enim vis potulenta materia in ramis aſperæ arteriæ cumularetur? non ne ea hic ſtagnabit? nam non poteſt decurrere: Nec Pulmonum vaſa illam imbibere poſſe videntur, cum ſit tam cruda: Ac rami aſperæ arteriæ ſunt itinera animæ, ſi illa materiã potulentam conciperent, nonne ſpiritum omnino intercluderent? Si gutta ex potu in laryngis ſicutam in bibendo aliquando deerrat, quam vehementer homo torquetur? Hoc quoque eorum exinde evadit, quod dum aliquid cibi vel potu's deglutitur, neceſſe eſt gulam dehiſcere, hinc per naturæ ſolertiam factum eſt, ut verſus guttur diducta anteriore gulæ parte, tunc fiat ipſius gutturis depreſſio, ob quam prohibetur reſpiratio, cùm enim cibum deglutimus, clauditur epiglottis arctiſſime: quare ſi quando fit deglutitio, omnino ſpiritui negatur via, quanto magis cibo atque potui intercluderur ingreſſus? Autopſia quoque oſtendit gutturis cartilagini Arytaiooidi operculum quoddam cartilagineum à natura eſſe ſuperimpoſitum, quod lingulam vocant, cujus magnitudo æquipollet cartilaginis hiatui, quo exacte claudatur, at id fruſtra à natura conditum eſſe credendum, ſi uſui dicto non inſerviret: Quoad experimentum per coloratas potiones factum, id in canibus tentatum non ſucceſſit. Si quicquam repertum in bronchis, illud *Baronius* fuiſſe ait vel humoris bilioſi, vel porracei vel crocei aliquid: aut ſi fides danda, authori libell. de corde, id potius per quandam tranſcolationem aut reſudationem per poros ignotos factum, credendum. Ex his conſtat, ſi nihil quicquam tenuioris ſubſtantiæ per hauſtum aut linctum in aſperam arteriam deſcendat, nihil quoque pituitæ aut humoris potu craſſioris lenti ſimul ac viſcidi, in pulmonem deſcendere poſſe: Demum, conceſſo portionem aliquam per dictam viam in pulmones prolabi, an inde argues totam illam illuviem, quæ per anacatharſin extunditur, è capite in aſperam arteriam exſtillaſſe? ſi ipſa in egreſſu tuſſim excitat, cur non itidem in ingreſſu? At vero peripneumonia, ſi ejuſmodi humoris in pulmones illapſum cauſam agnoſcit, cur eadem non omnibus æque contingit, quibus catarrhus familiaris eſt?

Ephidroſis] Mali ſunt *ait, Hippocr. 4. acut.* Sudores circa caput & claviculam apparentes, fiunt enim vincente ægritudine ob æſtum, impetum & violentiam; iique ſudores omnino ſunt ſymptomatici, à quibus ægri imbecilles facile exolvuntur.

Sudor toto corpore diaphoreticus] Sudorem ubertius manentem, etſi criticum ægris, pernitioſum eſſe, proſtant exempla. Unum afferam inſigne quod anno 1674. accidit: Uxor Mercatoris Genevenſis, exeunte Julio febre prehenditur intermittente, cujus paroxyſmi inæquali admodum paſſu incedebant; aliquando XXIV. horarum ſpatium explentes aliquando quinta aut ſexta deſinentes, nullo invaſionis obſervato tempore aut ordine, alias alternis diebus, alias bis unica adorientes: Comes fuit capitis dolor, quem mulcebat epithema ex nucleis perſicorum aquis verbenæ, ſambuc, ol. roſat, &c. comparatum, Fatigavit ab initio nauſea & vomiturito, ſedata ab exhibito ſale vitrioli, cujus ope pituita multa & bilis excluſa: Cardialgia biduo poſt exſurgens, deſiit uſu Emulſionis ſeminum citri. Sudores multi ab initio morbi, humorum exſuperantiæ argumenta. Sanguis tum è brachiis, tum ex venis ani elicitus, ſero diffluebat; hinc criſin per ſudores adfuturam prædixi: Die morbi XIII. manu pulſui admota, leves συνολκαὶ percipiuntur, cum in cataphoram inclinatione, quæ exuperantis cacochymiæ ſeroſæ indicia; Cucurbitulas ſiccas à cervice ai imos lumbos admoveri curo, quarum ſubſidio deſierunt contractiunculæ, & excuſſus ſopor: Ingruente XIV. die univerſalis convulſio, ſed nec vehemens nec diuturna corpus concutit, criſis proximæ prodromus, Sudor enim ubertim manat, quem ultra bihorii ſpatium protrahi prohibeo, exolutionis virium metu; Ægram tamen adſtantes ſudoribus diffluere ad plures horas concedunt, unde leipothymia ingruit. Straguloris partem ideo detrahi jubeo & induſium, non ſecus madidum quam ſi aquæ immerſum fuiſſet, cardiaciſque recreate; Statim reſurgunt vires, recolligitque ſe natura, pugnam inſtauratura; Redit ſudor, ſed cum contractiunculis, quæ metum incutiunt aſſidentibus, non item Medico, qui perſpecto virium tenore, & criſium indole, quas ſemper prægrediuntur ſymptomata, formidanda quidem ſi die non critico, & ſi natura certamini impar ſit; nequaquam ubi virium robur conſtat, & dies legitimæ pugnæ indicta adeſt. Terror tamen mulierculatium animo impreſſus, conſilio meo prævalet, qui rem naturæ committendam ſuadeo, nihil moliendum ea die quod naturæ vim inferat, ſatis eſſe illi auxiliatrices porrigere manus, Si quod aliud urgeat, eam jam fræno potius quam ſtimulo indigere. Alii tamen advocantur Medici, qui mulierculis, de hyſtericis ſymptomaticis ſollicitis, credulas aures præbent; quanquam toto morbi decurſu, ne minima uteri affecti indicia ſe exhibuerint: Internis femoribus veſicatoria affigi imperant, quorum vis ab inexhauſto madore eluta, etſi toto quadrihorio hæſerint. Spe fruſtrati, porro ferrum ignitum ibidem admovendum convolant, quod prudens Chirurgus affigere recuſat: (mihi vero obſtanti febrem à ſeri orgaſmo ortam eſſe, cujus portio ad cerebrum delata initium nervorum vellicet; Diem eſſe criticam, cum expulſione critica, quæ naturæ regimine concedenda ſit, præſente virium teoore; accidentia terrifica, cum ſudoribus finem habitura; Medicum eo in caſu ſpectatorem eſſe debere, non actorem; Ex conſilio Galeni, ea die ne clyſteri quidem locum eſſe, Cucurbitulas ſcarificatas pridie, occurrentibus iiſdem ſymptomatibus, proficuas, ere potius futuras ſi quod moliendum, quod naturæ motus non adverſarentur; interim cerebrum degravare valerent; & liberare tum à levibus ſpaſmis, tum à cataphora:) Reponunt cuncta hæc eſſe hyſterica, cavendum eſſe ne vapores gravius caput occupent, lethaleſque accerſant ſpaſmos; qua de cauſa præſcriptis ante veſicatoriis validiora imperant, atque ſequentem viſitationem ad horam VIII. veſpertinam indicunt: Sed ut ante, irritus fit cataplaſmatum effectus, à ſudorum copia, qui adeo ubertim manarunt, ut ſimul cum iis anima evolarit ſeptima hora, circa ſextam adveniens non madidam modo ægram, ſed aquis innatantem invenio; Pulſus plenus adhuc, ſed undoſus & obrutus, cujus nec ſyſtole nec diaſtole diſcerni poterat: Ut non modo, veriſimile ſit, ſed etiamnum certum, ſi coercitus fuiſſet ſudorum impetus, protractúmque eruptionis criticæ tempus, ægram morbo defungi ſalutariter potuiſſe.

§. II. Anno

SCHOLIA.

D*iarrhoea*] Sive bile ex choledochis, ſive recrementis ſanguinis ſuccique nervoſi ex arteriis & ductu Pancreatis in inteſtina effuſis, *Hippocr.* mala 6. aph. 16. *Velſchius.*

Diarrhœa ſuperveniente] Cur peripneumoniæ & pleuritidi fatalis pleurumque ſit ſuperveniens diarrhoea, cauſa refertur in propagationem inflammationis quæ à partibus ſpiritalibus ad naturales tranſierit. Inflammatum Jecur fuit per conſenſum à Pulmonibus, cujus inflammationis diarrhœa ſoboles fuit.

§. 16. Illuſtr. & Reverend. Matthæus Zane Patriarcha Venetiarum, ſanguineæ & bilioſæ temperationis, qui aliquibus abhinc annis difficultate excretionis *fæcum* laborabat, quæ *duriores & Ictericorum ſimiles* dejiciebantur, vigiliis obnoxius, menſe Julii, poſt multos animi corporiſque labores, præcipue *ad iram concitationem*, in Febrem Aſſiduam delapſus eſt; quæ in principio acceſſionalis videbatur, cum longo rigore invadens: ſecunda autem major acceſſio primæ correſpondens per decem horas anticipavit, in cujus remiſſione ſudor copioſus inſequutus eſt; deinde febris continens fuit animadverſa, aliquot horis nocturnis augmentum capiens. Lotia erat ſanotum ſimilia & fæces, aderat maxima ſpirandi difficultas cum tuſſi, & albæ pituitæ exſpuitio, interdum etiam putridæ: *rubor maximus in genis*, non poterat in ſiniſtrum latus niſi cum difficultate decumbere: aderant vigiliæ & ſomni breves, cum ſudatiunculis circa pectus & collum; ſiccitas linguæ & labiorum albedo: pulſus magni, interdum molles, qui in ſexta die in quarta pulſatione facti ſunt intercepti, quo tempore etiam bilioſa dejectio ſucceſſit. Adhibitis remediis res tamen ſemper in pejus delapſa eſt, ex quo factum eſt ut alter ex Medicis pronuntiaret febrem eſſe redditam malignam, de inflammatione Pulmonis ne verbum quidem, 14. die vitam cum morte commutavit.

Secto cadavere, fuit inventus tumor in parte ſiniſtra pulmonis, ex cujus ſectione materia fœtida fuit educta: quæ mea duntaxat fuit ſententia, atque *lapis in veſica fellea ingens*, totam veſicam replens. *Lælius à Fonte Conſultat.* 32.

SCHOLIA.

F*Æces Ictericorum ſimiles dejiciebantur*] Albicantes ſcil. & paucæ, non ſollicitata earum excretione ſtimuli defectu, à bile alio delata ob negatum exitum à calculo veſicam felleam replente.

Poſt multos animi corporiſque labores] *Hipp.* 2. de morbis. *Eryſipelas in pulmone fieri* ait, *tum nimium fuerit reſiccatus, quod contingit ab ardore, febribus, labore, intemperie, Et cùm perreſiccatus fuerit, plurimum ſanguinis ad ſe trahit.* Inflammatio autem hic potuit facile contingere ſanguine bilioſo reddito, à bile non excluſa, ſed illi commixta, impedita illius excluſione ob calculum in veſica: Anno 1672. curanda mihi obtigit mulier inflammatione pulmonum laborans, cujus cyſtim felleam replebant 44. calculi.

Ad iram concitationem] *Fernelius* lib. 6. cap. 5. pathol. annotat decrepitum quendam ſenem in iram mire propenſum, poſt deceſſum ſine felle ac ſine cyſti inventum eſſe, in cujus ſede calculus ingens concreverat.

Rubor maximus in genis] *Hippocr.* 2. prognoſt. meminit ruboris genarum in purulentis, ob calorem pulmonum & ob aſſiduam tuſſiculam, ait *Galen.* in comm. part. 60. In Coacis peripneumoniæ ſignum ἐυχροιαν dicit, politico dicendi modo, i. e. ruborem genarum.

§. 17. Illuſtriſſ. & Rever. Offredus de Offredis, ſanguineæ & bilioſæ temperaturæ in æſtatis initio, poſt uſum glaciei luculentum, ac labores corporis vehementes, *in febrem aſſiduam eſt delapſus*, quæ cum ventriculi offenſione & alvo liquidiore, in principio per circuitus ſuccendi viſa eſt, cum immenſa reſpirandi difficultate, ut decumbere non poſſet & ſuffocari videretur, cum rubore genarum ac linguæ & labiorum ſiccitate & albedine cum tuſſi & pectoris gravitate quadam, cui in fine tertiæ diei ſudor copioſus ſucceſſit: in toto tempore vigiliæ, circa frontem & collum ſudiatunculæ, lotia alba craſſiora, fæces vero ſanitatis ſimiles: Pulſus magni, molles urinæ quales ſexta die (dum per tres horas ſomnum eapit) præter ſudorem univerſalem dejiciunt, bilioſa, lotia turbulenta prodeunt, maculæ magnæ, cineritiæ per cutim erumpunt, pulſus magni, molles, ſed in quinta pulſatione intercurrentes percipiuntur: In fine ſextæ diei ſuccrevit delirium, pulſus redditi ſunt in horas languidiores, in fine ſeptimæ ad meliorem vitam fuit perductus.

Secto cadavere, *Pulmones fuerunt inventi tumentes* & pravi coloris, ſed non fuerint ſecti, cum operatio fuerit facta ab ignaro barbitonſore. *Lælius à Fonte conſultat.* 112.

SCHOLIA.

I*N febrem aſſiduam eſt delapſus*] Hinc ſtabiliri poteſt Plateri opinio, ſtatuentis pleraſque febres, quæ vulgo pro ſymptomaticis habentur, primarias eſſe, quibus ceu comites, inflammationes ſuccedant; cum ſæpe contingat ut ſanguis præ copia, fervore, tenuitate aut impuritate naturæ gravis, in venis ſub-

HHhhhh ſiſtere

ſtere nequeat, & vel ſtatim in prima febris invaſio-
e, vel in progreſſu vi naturæ propulſus, è venis vel
rteriis) in partem aliquam decumbat, hinc in par-
, in quam decubuit, novum morbum pariat, fe-
rem ſcil. comitatam non ſymptomaticam, ut ha-
tenus creditum, cum morbum non ſequatur ſed il-
um præcedat illiuſque cauſa ſit: Indicio eſt ſic con-
ingere, quod hæ febres, antequam doloris aut in-
lammationis alicujus partis indicia ſe proferant,
um horrore & ſubſequente calore prehendant &
uandoque horis aliquot præveniant. Tales febres
æpe oriuntur, cum in viſcera aliqua interna, præ-
ertim carnoſa & ſanguinea, veniſque copioſis referta & cordi vicina, tales influxus fiunt, quod ob ſitum & conſtitutionem ad influxum humorum recipiendum frequentiſſime fit in pulmonibus. *Vide Riverii Pr.*

Pulmones fuerunt inventi tumentes] *Hippoc.* 3. *de morb.* tit. 14. morbum affinem deſcribit. *Quum pulmo tumuerit præ nimio calore repletus, tuſſis tenet fortis & dura, & erecta cervicis ſpiratio, & acervatum reſpirat, & frequenter anhelat, & intumeſcit, & nares expandit velut equus ex curſu, & linguam frequenter exerit, & pectus ſemper ipſi ligari videtur & gravitas in ipſo eſſe*, &c. *Salius* de Eryſipelate Pulmonis interpretatur.

§. 18. Diſſecui comirem A. Gonzaghæ, & inveni omnia vaſa Pulmonis, ex triplici genere, magis tamen aſperæ arteriæ ramos, plenos ſanie ſimili lacti, adeo ut nullus prorſus adeſſet ſanguis. Erátque Pulmonia mendoſa: Diſſecui etiam puellam 13. annorum, cujus morbus jam diu erat in capite, à ſuppreſſa purgatione per ulcera, nec adventantibus menſibus correpta febri. Omnes hujuſmodi fluxiones neceſſario adducunt febrem æſtuoſam, non tamen ardentem, quoniam materia putret prope cor, & implet vacuum pectoris, & eſt humida & crudiratibus permiſta. *Vide ſect.* 17. *Obſerv.* 2. *lib.* 1.

Observatio XLVI.

Febris Lethargica à Pulmonibus putredine affectis.

VIdua Domini Garnier annos 45. nata *in morbum incidit*: habiru erat ſatis ſucculento, alba, genis rubentibus: Ægritudine aliqua animi detinebatur qua ſeſe eximere non poterat facile: *Circa æquinoctium autumnale*, cum præceſſiſſet temporis conſtitutio inæqualis (qualem pauci admodum animadverterant) putredinis parens, in morbum incidit. Primum totum corpus maculis rubris, ac ſi morbillis laboraret, aut ſi ingens æſtus foret, erat defœdatum, nonnullus corporis torpor, appetentia dejecta, ignavia, rerum omnium contemptus, cum alioqui prudenter rerum omnium ſatageret & ad omnia munera obeunda eſſet alacris, quod magnam morum diſſimilitudinem ſignificabat, & ad judicandum de dubio ancipitíque exitu occaſionem porrigebat, Febris continua fuit, de nocte maxime exacerbabatur, nec exacerbationis ullum erat ſignum quod anteiret, Sed confuſa erant omnia: magna non ita febris apparebat ut ea nos moveret: Febres eo tempore graſſabantur mali ingenii, *Vrinæ fallaces* erant, nam nec incendii indices erant magni, & ſedimentum laudabile ſatis, & enæorema continebant: *Comatoſa erat*, nec niſi interrogata reſpondebat, alieni tamen judicii nullum erat ſignum: capiebat ſatis belle cibum oblatum: Diebus judicibus nihil natura movit, nihílque exerevit niſi arte ſollicitata: Dejectiones variæ, putres admodum, Sanguis bis miſſus plane putris: *Vires plurimum dejectæ* apparebant, præſertim animales, quarum etſi non magna neceſſitas eſt in morbis, tamen ad judicandum nobis magnam præbent occaſionem: Primis decem diebus exactis omnia ſatis moderata pacatâque fuerunt, ſed ab XI. aut XII. die magnum apparuit incendium; Ex intervallis *graveolentiſſimæ dejectiones*, levia deliria, oculorum lacrymæ involuntariæ, *genarum*, ac præſertim ſiniſtrarum, *rubor ſatur* admodum. Tandem cum urinam redderet involuntariam, aut retineret ac ſi ſuppreſſa eſſet, *involuntarie quoque alvus deſcenderet*, XIV. morbi die ab illa exacerbatione manifeſta, XX. *autem totius hiſtoriæ morbi*, cum *ſudore magno* (nullus autem toto tempore febris apparuerat) deliria, riſus, taciturnitas magna, tremores & quaſi ſubſultationes manuum aderant: Potus omnes ſine diſcrimine admittebat, non ſitiebat graviter febriens; potus veluti in profundum deſcendere videbatur: Cum colluere os aqua juberetur, non poterat ore rejicere, bene ratiocinabatur, Interiit.

Aperto cadavere reperti ſunt pulmones veluti putres, coſtis adhærentes, Inteſtina plena fugaci terróque flatu, cum *ſeroſis humoribus* in ſpatiis & inanibus foraminibus abdominis, *qui meteoriſmum inferebant. Ballonius conſ.* 45. *lib.* 1.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

IN *morbum incidit, &c.*] Hæc hiſtoria intelligi volumus ſæpe morbum ſatis ſecurum apparere, cum tamen per ſe funeſtus ſit, nec ſatis pravæ diatheſeos argumenta appareant; In pleriſque initio morbi obſervamus totam corporis cutim maculis rubris ſuffuſam, quibus tamen nihil præterea alienum contigit, ſæpe enim, aut ſanguinis æſtus, aut cum fervore quodam juncta malitia aliquid tale promittit, ſed illud periculi nihil junctum habet, ſola aut ſectione venæ, aut blando cathartico quicquid eſt prævenitur: Tamen tribus quatuórve argumentis malignitas & cacoethia morbi deprehendi poterat, 1. in eruptione illorum exanthematum poſitum erat, nam niſi ingentis incendii, tanquam manifeſtæ occaſionis excuſatio ſubſit, quoties apparent, aliquid maligni ſubeſſe demonſtrant. 2. In dejectione virium ſubita, quoties enim virtus non conſtat, nulla præſertim præeunte evacuatione manifeſta, aut ſimili aliqua re quæ jacturam faciat virium, aut cum febris vehemens non adeſt, malum illud eſt ut ſignum, Arguit enim aliquid aliud ſubeſſe latens, quod minimo momento magnam in viribus ac œconomię naturalis mutationem affetat, & quod notandum eſt, quodque Medicis fraudi fuit, facies non concidebat ullo modo, at ex *Hippocr.* Febricitantium non omnino leviter, corpus idem permanere & nihil minui, vel etiam pluſquam poſtulet contabeſcere, malum, Nam illud morbum fore longum ſignificat, hoc autem imbecillitatem: Ubi *Galenus* notandum vult hyeme, & cum plenitudo magna eſt, non collabi habitum corporis, & tamen malum non eſſe ſignum: Sed cum mediocris febris eſt, & tamen non mutatur corpus, nec in colore, nec mole, nec characthere, aut cum in his immutatur plus juſto, Dubium non eſt quin hoc malum non ſit; Nam non concidere nec collabi, & meatuum denſitatem ſignificat & contumaciam materiæ: Concidere autem plus quam ratio poſtulet, imbecillitatem magnam ſignificat, ita tamen ut collapſus illius non ſit cauſa aliqua externa, At in muliere propoſita febris erat ὁ καυσώδης ἐπιπολάσιος, & tamen non concidebat, nec moles, nec color mutabatur, nec character, quod nec ad ſecuritatem, nec ad diuturnitatem apparebat, cum xxiv. die interierit.

Viceſimo totius morbi hiſtoriæ die, &c.] xxiv. die interiit, qui xiv. erat exacerbatione, Nam per x i. dies ſatis alacriter habebat, & in actionibus naturalibus & animalibus, ac omnia pene ſecuritatem pollicebantur. Sed quod intus venenum latebat, cum natura nihil moviſſet, ſigna ſuæ malignitatis cœpit edere, hinc febris continua, acerrimi caloris perfuſio, mox ejuſdem contemperati ſignificatio, Atque ita morbus fuit acutus, ſi ratio habeatur exaſperationis morbi, non totius hiſtoriæ Dicendum ergo veriſimile fuiſſe morbi quidem ratione citius quidem illam interire, ſed ætatis ratione, quæ adhuc conſtabat, factum ut qui morbus ante perimere deberet, prorogaretur: Ita *Silenus* (hiſt. 2. ſect. 3. lib. 1. Epid.) cum à cauſis procatarcticis in morbum incidiſſet, non tam lethali morbo eſt implicitus ob cauſas procatarcticas, quam quia occaſiones aliæ eſſent quæ corpus morbo opportunum reddebant, alioqui ratione cauſarum externarum in levem febriculam lapſus fuiſſet, ſed lethalia ſymptomata quæ primum atque ſtatim apparuerunt, indicio fuere reſtagnare materiam malam, quæ à cauſis illis externis excitata lethali morbo ægrum implicuit, Ergo cum funeſtiſſimo morbo detineretur, ejus tamen vim ſuſtinuit propter ætatem ad x. diem.

Genarum rubor ſatur admodum] Sæpe & optimus color & characther in ægris apparet, cum tamen morbus ad interitum tendat, tribus de cauſis 1. ratione aliquando ipſius febris, quæ ſurſum multum tenuem vaporem effert, qui viriditatem aliquam faciei, fallacem tamen, afferre ſolet. 2. S[illegible] febris ea non ſit ingens aut colliquans: Obſervavimus enim aliquando febres colliquantes & peſtillentiales (quas peſtilentiales hecticas vocat *Galenus*) primo quoque tempore in ſpeciem quandam maraſmi ægros conjeciſſe. 3. Si qui ægrotat Pulmonum uitio ſit obnoxius: qui enim ita affecti ſunt, rubore ſæpe ſuffunduntur, qui Medicis minime advertentibus imponit maxime; quod in hac muliere apparuit; Accedit quod qui præpingues ſunt, ac optime habiti, non ita facile collabuntur, aut ſi extenuentur, illius extenuationis magna non ſeſe produnt argumenta.

Vires plurimum dejecta apparebant] Tribus de cauſis paruit, ſed non manifeſto, malignitas morbi, 1°. ob eruptionem Papularum, quæ malignum quid ſubeſſe declarabat: inquit enim *Galenus* hiſt. 4. ſect. 3. 3. Epid. Initio ſæpe morborum lethalia ſymptomata apparere, non quidem ratione ipſius morbi qui clemens & mitis apparet, ſed ob latentes pravos humores, qui virulentiæ ſuæ ſemine excitato, in lethalibus ſymptomatis eluceſcunt. 2. Ob tam brevem virium caſum, nam cum alacris, expedita robuſtáque foret, brevi attonita, ſtupida, comatoſa, omnium oblivioſa reddita eſt & delira. 3. Quia in diebus criticis nihil natura movit, nullus ſudor, ſola ἐφίδρωσις, quæ in morbis iſtis ſuſpecta eſſe ſolet. Coma quodammodo vigilans, non tam ab oppreſſione fuit, tametſi multa in cerebro humiditas contineretur, quam in infirmitate facultatis animalis in cerebro ſedem habentis, Teſtis involuntaria excretio ſtercoris, Teſtis quoque eſſe poteſt quod medicamentis & ſectionibus venæ ex arte & recte præſcriptis nil allevatum ſit cerebrum, quod contingere non ſolet cum ab oppreſſione tantum laborat, Nulla enim tam valida cerebri eſt oppreſſio quam medicamenta & ſectio venæ commode præſcripta non minuant, 5. Obſervavi ſæpe eos aut extreme laborare, aut interire, quibus acris caloris & ejuſdem temperati ex intervallis viciſſitudo eſt: Nec enim viciſſitudo ſolum caloris & frigoris mala eſt, ut in Coacis & Prorrhet. voluit *Hippocr.* ſed viciſſitudo acris caloris & remiſſi mala quoque, quod vocat ἀναθερμαίνεσθαι, De priori viciſſitudine quod mala ſit, non dubium, præſertim in acutis, nam ſignificat hoc extinctionem caloris naturalis, qui uniuſmodi cum ſit, partibus omnibus blande aſpirat, & dominium febrilis caloris, qui cum expanditur ad partes eas calefacit, cum ad centrum revocatur per modum inflammationis, eaſdem deſerens, ex eventu refrigeret: In acutis itaque malum hoc, ſed & in mitioribus morbis longum fore morbum ſignificat, nam & focum multiplicem ſignificat, & materiam ἑτερογενῆ.

Comatoſa erat, &c.] Aderat comatoſa affectio cum vigiliis, & cum dormiret, quamvis comatoſa,

HHhhhh a facile

tamen excitabatur, Coma autem aliud ſimplex ſiud Vigilans : hoc ab uno humore non fit, ſum judicio, ſed à mixtione humoris tenuis ca- & craſſi frigidi : Tamen apud *Galenum* in part. orth. Comatis vigilis duplex eſt cauſa, una ſan- is copia, qui ratione copiæ comatoſam affectio- invehit , ratione autem tenuioris ſubſtantiæ, in illo eſt , vigiliæ quoque accidunt. Altera bilis mixta eſt pituitæ , Utrum deterius? poſte-

His autem ſignis deprehendes à ſanguine eſſe, et ea quæ dominatum ejus denotant , nimi- ſi primis diebus celebrata ex arte ſectione ve- aut uſurpato alio remedio , & copiam ſangui- vacuare ſolito , & acrimoniam tenuioris ejus is temperare conſueto, non ceſſet coma vigilans, ſymptomatis cauſam ſtatuere oportet bilem pi- e commiſtam , cujuſmodi affectio fuit mulieris ræ.

'um ſeroſis humoribus qui meteoriſmum infere- t] Cur venter non detumeſcebat quamvis abun- lvus ferretur ? An iſta ventris elevatio confere- ? In quovis morbo (aph. 35. 2.) partes quæ ad m ventrem & umbilicum attinent, habere craſſi- nem bonum eſt , extenuari vero ac collabi ma- . Collapſus ille malus , & ut ſignum , quoniam cat ea extenuatio naturæ imbecillitatem , Et ut ſa , quoniam cum partes ſubjectæ à ſucculento dtatoque aqualiculo cum juventur , caſu illo ac nuatione deterius habeant , ac proptetea nec a in ventriculo χύλωσις , nec in hepate αἱμάτωσις . Itaque ab æquali hypochondrio juvatur & co- & excrementorum expulſio , At in iſta muliere laudabile ? nequaquam. Nam cum è natura ha- , molle , æquale eſſe debet , nec depreſſum , nec tum, nec calidum, nec frigidum, non durum, non teorum, nec cum borborygmis , qui aut hume- ta alvo , aut urinæ profluvio , aut flatu ceſſant in ibus eſſentialibus (nam tum motu naturæ fit) n autem in ſymptomaticis , cum aut pulmo , aut ur, aut lien laborat (nam tum ſymptomatis ratio- n habet & inani conatu id fit) *Hippocr.* ſententia phot. At contigit in iſta muliere ut alvus flueret, nen falſam ſpeciem æqualitatis hypochondrio- n referebat , & murmura obaudiebantur , quæ n ceſſabant ulla excretionis ratione , Sic ſuſpecta t illa hypochondrii elatio , nam inventa inteſtina na flatu cum ſeroſis humoribus in ſpatiis abdo- nis , qui meteoriſmum inferebant , Sic elatio, ductioque alvi non quicquam de meteoriſmo de- hebat : Ac primus *Hippocr.* in Coacis obſerva- meteoriſmum in morbis, alvo & ſuppreſſa & ſub- cta; utrumque malum. Verba ejus ſunt , *Quibus æcordia elevantur alvo ſuppreſſa , malum , maxi- autem in morbis tabidis longis, & quibus alvi hu- ctantur* , ſupple, quibus præcordia etiamnum ele- ntur, *malum* , Elevatur enim raro à maligno , ſive flatus, ſive humor tenuis, ſeroſus, putris, Ideoque illa Parotides expectabamus : Ad tale expectan- m invitabat alia *Hippocr.* ſententia in Coacis, *ypochondriorum diſtenſio cum Sopore anxioſo in ite dolente, parotidem excitat.* Sed quia graveo- tiſſima excernebantur, elato manente hypochon- o comate perſeverante, ſi parotis contigiſſet, ma- n ut ſignum , apparituram credebamus , Verum m quod ſcribit Hippocr. *Ex hypochondrio diu ‑ cto, & alvo graveolenti , abſceſſus circa aurem idit.*

Pulmones veluti putres] Unde conjecimus hanc Pulmone Lethargicam fuiſſe. Vide lib. 1. Tit. de Soporoſis affectibus in hiſt. Dom. le Boindre.

Urinæ fallaces erant] Non ſatis laudabile ſedi- mentum habebant , hinc mirum cur interierit, Nam *Galenus* c. 3. lib. 3. de Criſibus, ait obſervaſſe ſe nun- quam quemquam interiiſſe qui judicaretur cum urinis coctis , Et hinc colligunt quidam neminem inte- rire poſſe apparentibus ſignis coctionis in urina: aliter tamen res habet , nam *Galenus* non ſolum vult requiri coctionem ſed & excretionem : tametſi enim ſit & cocta & ſecreta materia , tamen niſi ex- cernendo natura ſit ſatis , interibit etiamnum æger *Ballonius*. Adde hic Pulmones præſertim fuiſ- ſe affectos , at ex *Galeni* præcepto , In morbis eorum ad ſputa potius quam ad urinas attenden- dum eſſe.

Cum ſudore magno] Verum illud comperi , Qui à levi ſudore ſomni ſunt expertes , & rurium ardore febrili conflagrant, malum : Nam qui bene judican- tur, ſuaviter dormiunt : Et quòd levis ſudor inanem conatum naturę ſignificat , quum melius eſſet pepaſ- mo incumbere quam fruſtra excretionem moliri, quod in hac ægra maxime apparuit.

Graveolentiſſimæ dejectiones , Involuntarie alvus deſcenderet] Quę excernebantur erant graveolen- tiſſima, proptereaque non poterant non ſollicitare facultatem expultricem inteſtinorum , & tamen non meminerat quærere matulam. Quod arguebat im- potentiam judicii, & rationis everſionem, involunta- ria enim erat excretio. Hujus duas cauſas reddit *Galen.* 2. Prorrh. Aut cum mens ægrotat , aut cum partes per quas excretio fit non ſentiunt : adde cùm humor per ſe mordax non eſt, ita ut ſponte feratur; quanquam vix fieri poteſt quin ſentiatur ſi inteſtina valent : Textus Hippocr. eſt , *Si ex ventre tenuia æ- gro non ſentiente exeant, ſi extra ſe non ſit, malum, ut Hepatico*, i. e. Excretio illa tenuis materiæ, non ſen- tiente ægro facta, declarat vel non generari bilioſum humorem ob imbecillitatem Heparis : Vel ſi genere- tur, non excernitur (quanquam hepatica excremen- ta maxima ex parte acria ſunt) ſic declarat propriam affectionem Hepatis : Non abs re autem adjectum eſt , *Si æger apud ſe ſit* , ne quis putet iſtam invo- luntariam excretionem læſa ratione fieri , ita enim ſignum imbecilli Hepatis non ita eſſet manifeſtum, ſed præterea denotaret affectum cerebrum. Item non declaratur ulla offenſa nervoſi generis , pro- pterea quod integra ſunt inteſtina. Si ergo involun- taria ſit illa excretio ſtante ratione, non læſis inteſti- nis, ſignum eſt imbecilli omnino Hepatis. *Ballonius lib. 1. conſ. xlv.*

Circa æquinoctium Autumnale] Autumnales morbi , & præſertim febres peſſimę ſunt , Et levi de cauſa febris repetit ob humorum aduſtionem & pe- nitiorem vim putredinis : nam cum humores per æ- ſtatem aduſti ſint , imo & partes internæ quadante- nus ſiccatæ ſint , & ſqualidæ factæ , maxima eſt in febrem aptitudo & proclivitas : nec facile morbi tales depelluntur , quia habituales ſunt : Ac præ- clarum eſſet philoſophari de humorum & morbo- rum autumnalium proprietate , Nec enim inæqua- litas temporis horum malorum author eſſe videtur, ut placet veteribus , Eſt alia quædam abditior & ſe- cretior cauſa , An quod eo tempore ſerum domi- natur , ut placet *Hippocrati* ? An quod ubi eſt in- firmitas , ibi eſt morborum proventus & contu- macia , At autumnus peculiarem hominibus conci- liat imbecillitatem , Nec vis elucet & apparet ut aliis in temporibus : Quod declarant ipſæ arbo- res quæ folia relinquentes , omnes ſeneſcunt.

Si id

Si id quercubus evenit, cur non homini quercubus imbecilliori? *Ballonius Ephemer. & Epid. l.2, p.176*, Quod ſuſpicio eſſe debeat venenatæ vis in omnibus fere morbis autumnalibus, id patet maxime, Ægri facile emaciantur, liqueſcunt ac extabeſcunt, cum tamen videantur ſat belle habere, & nullum aut exiguum dolorem ſe ſentire fateantur: Febres lentæ ſunt, continuæ ſymptomaticæ, nam in diatheſi conſiſtunt & contumaci quadam obſtructione & vitio partium; declarant dolores qui paroxyſmis & exacerbationibus redeuntibus ſentiuntur, &c. Nullus credat quæ ſit fœtura ſymptomatum illos morbos comitantium, ut Medici circa ea debeant potius eſſe ſpectatores quam actores: Idem ingenium videntur habere quod & carcinomata, ac non mirum ſi ægreſcant medendo. *Idem ibidem pag.*181.

Deliria &c. bene ratiocinabatur] Qui fieri potuit ut male affecti cerebri tot eſſent argumenta, nempe coma quodammodo ἄγρυπνον, tremores nonnulli, riſus, deliria, excretiones involuntariæ, oblivio & deſpectio omnium rerum, diſſimilitudo morum omnium, ἀδυναμία; (quam καταψύξιος μὴ ἐούσης malam eſſe ait *Hippocr.* in Coacis) Si inquam tot tantaque fuerint male affecti cerebri argumenta, qui fieri poteſt ut tamen ratiocinatio integra fuerit?

Reſpondet *Galenus* l. 3. de ſympt. cauſis cap.3. Ex actionibus quæ ab uno principio manare cernuntur, quaſdam magis una qualitate gaudere quam altera, ut coctio, quia ſine motu aliquot fit, in calido & hu[-] mido conſiſtit potius: attractio expulſióque, quo[-] niam cum motu aliquo impetuque fiunt, in ſicco po[-] tius conſiſtunt: *Ballonius* ait aliud eſſe lædi offendiv[e] cerebrum in eis functionibus quæ animales eſſe di[-] cuntur, & ad ipſius κρᾶσιν pertinent, Aliud lædi in ii[s] quæ ad eam partem pertinent quæ mentis & conſili[i] eſt: priori modo dicitur læſum in animalitate, poſteriore in ratiocinio. *Vide Conſilium ſupra citatum pag.*207. Excell. *Willis* ſolutionem ex partium cerebri diſtinctione quærit, Delirium excitatur, *ait parte 2. lib. de Anima Brutor. c.* 10. in quantum ſpiritus animales, aut nimis irritati, aut in confuſionem acti, huc illuc intra globoſam cerebri compagem (ubi phantaſia & memoria ſedes habent) ἀτάκτως & tumultuoſe moventur, Ejuſdem partis aut regionis incolæ ſpiritus, ſomno primum occupari, & ante alios quoſvis otio indulgere incipiunt, qui phantaſiæ & memoriæ actus creant, hi nempe à cerebri exterioris poris in quibus exſpatiari ſolent, decedentes, in penitiora ejus meditullia ſe recipiunt, ubi tanquam otioſi decumbentes, ſpiritus ibidem conſitos in parem deſidiam allectant, alioſque inde in nervoſum genus emanantes, ab effluxu revocant, ac ad otium ſollicitant. Ob ſpiritus autem animales intra cerebri meditullium, ſive corpus calloſum, irregulariter commotos, Animæ rationali conceptus incongrui & noemata confuſa objiciuntur.

Observatio XLVII.

Febris aſſidua à Pulmonibus purulentis, duris, cum vitio Cordis, Pericardii. 1. Ab Aneuryſmate cœliacæ arteriæ, obturatæ à pituita concreta. 2. A maſſa pingui libera, in ſiniſtro cordis ſinu, cum vomicis pulmonis. 3. In mulieris peripneumonicæ vena cava reperta ſubſtantia carnea è corde exorta. 4. Febris aſſidua ab abſceſſu ſub ala ſiniſtra, & ſuppuratione ſepti tranſverſi. 5.

§.1. Quatuor annorum puella febre Continua extincta erat: hæc curioſitati noſtræ anatomicæ immolata poſt mortem, *Pulmones exhibuit coſtis & ſterno firmiſſime adhærentes*, multis locis duros, multo pure fluentes, & utraque parte, quod rarius occurrit, pure repletos: Pericardium, panni lanei craſſitie, nigricantem cordis circumdabat ſubſtantiam: Interim neque dyſpnoea, neque tuſſicula ulla, neque phthiſeos ſpecie laboraverat: reliquo enim corporis habitu bene conſtituta, carne ſolida & pingui erat. Addo verò plurimos me in hacce noſtra Hollandia ſecuiſſe, qui Pulmones altera parte habebant exulceratos: raros qui utraque, qui tuſſi aut dyſpnoea laborabant non adeo multos. *Theod. Kerckringius Obſerv. Anat.* 72.

SCHOLIA.

Pulmones coſtis adhærentes] *Riolanus* Anthrop. lib. 3. cap. 11. de Pulmonis ad coſtas adhæſione diſputans, Hæc colligatio, *inquit*, ſi ampla & arcta fuerit, ita ut pulmo coſtis immediate adhæreat, moleſtam dyſpnoeam, etiam in ſanis hominibus, affert. Huic ex adverſo occurrit *Maſſa*, & affirmat iſtam cohærentiam Pulmonum cum Pleura cordi utilem eſſe, ne Pulmonum mole prematur, nec ullam ſpirandi difficultatem afferre: Conciliatio difficilis, ni dicas cohæſionem nativam dyſpnoeam non inferre: Revera anno 1671. circa Chriſti natalitia, cùm diſſecandum curarem quadragenarium ruſticum, ex caſu in dorſum mortuum, (de quo lib. 2. tit. de Reſpir. difficil.) Pulmones undique in illo per breves fibras pleuræ annexos deprehendi, quem nulla unquam dyſpnoea vexaverat. Eam autem quæ vi morbi prægreſſi aut comitis accidit, anhelitus difficultatem parere, ut quibus pulmones tumentes ſunt, aut parenchyma craſſum, vel vitium adeſt ſimul in vaſis pneumaticis, aut diaphragmate, &c. quorum læſiones illi Pulmonum cohærentiæ imputantur.

Qui tuſſi aut dyſpnoea laborant non adeo multos] Niſi exempla occurrerent quorundam quos exulceratio Pulmonum male habuit, hectica febre non accedente, imo præſente habitu corporis euſarco cum libertate actionum omnium vitialium & naturalium, vix fidem obtineret allatum exemplum. Veriſimile eſt vitium in ſolis conſtitiſſe Pulmonibus, procul à corde; cætera hæmatoſio rectè proceſſiſſe, Cùm accedit Phthiſis, totam cruoris maſſam ſalſugine, aut alia quadam diatheſi vitioſa infici, ob quam alendo corpori ineptus fiat, ſimúlque labem Pulmonibus inurat. Vide *Bennetti* Theat. Tabidorum Exerc. xxii. & alias.

2. Anna Burgunda, 33. annum nata, ſanguinea, potatrix meri nulli ſecunda, ingluviei ta, Febrem incurrerat ſtipatam ſiti, cibi faſtidio, vigiliis, orthopnoea, corporis jacta-e, aliiſque ſymptomatis: Inter quæ non obſcurum locum habebat Pulſatio vehe-s ſupra venrriculum: quem pulſum ergo arreriæ cœliacæ multis animo meo ver-, conjeceram, quibus elevandis malis nulla præſidia profuere: verum indies augeſ-e pulſatione, diutinos labores & extrema virium detrimenta jam paſſam mors oc-ivit.

:adaver diſſecando, compertum eſt Meſenterii membranam, quæ à peritonæo deduci-multo circum cruore ſuffuſam atque intentam, nihil inrerim mali meſaræi. vaſibus ex-is: quoniam autem nobis opinio fuerar male patientis arteriæ cœliacæ, ad hanc nos uſtrandam noſtrum ſtudium appulimus, eandem ab omni proximo corporum objectu edientes. Exorti igitur ab inferioribus, poſtquam ad arterias emulgentes pervenimus, :rata jam parte quæ magnæ arteriæ primos divaricatus ſentir, corpuſcula offendimus ex pituita concreta (hujus eſt uber modus arreriæ longéque amplior quam venæ) vi oris opinor ſibimet incumbenria, quæ obturabili cujuſdam modo arreriæ ductui ſic of-ta tranſverſim erant, ur ſpiritui ſe transfundenti præcluderent viam: Continuo autem uperiora facto tranſgreſſu, randem cœliaca ſeſe obtulit, ita dilatata ut compreſſum num admitteret, quæ naturæ ſuæ modo vix annularis digiri craſſitudinem æquar, in quo i ſanguis abunde ſtagnabat arer, grumoſus, in putredinem abeuntis imaginem præ ſe ens: à quo uno arteriæ ſic depravaro ſtatu profectam interitus cauſam nemo eſt qui du-et. *Ex obſervat. Nicolai Larchei Medici Rom. apud Severinum lib. de Abſceſſibus p.m.*280.

§. 3. Cum Myrtilleri ſtudio Medico vacarem, & inopinato quidam è Sereniſſ. Electoris :rapis octiduo ſpatio à Febre quadam ſymptomatica jugularetur, exenteratio demanda-eſt Archiatro, & ſequentia noratu digna memoriæ infixi.

Abdomine ſecto, omnia ſalva & juſto loco poſira invenimus: Ubi vero ſternum à coſtis ›ararum, & pleura diſſecta, ſtatim animadvertere licuit urrumque lobum Pulmonum lde flaccidum, dorſo cum pleura firmiter adnatum. Lobis in ſuperiore parte diſſectis & nibus compreſſis, nihil erat conſpicuum niſi ſpuma; ſed circa medium alia ſectione per nſverſum adminiſtrata, irerum lobis compreſſis, ſubito multæ parvæ vomicæ, inſtar api-m digitorum eruperunt, quibus uterque lobus ad infimam uſque partem, qua diaphrag-a appropinquat, refertiſſimus erat. Corde aperto, in ſiniſtro ejus ventriculo, invenimus aſſam quandam fibroſam, pinguedinem referentem, nulla parte adnatam, ſed liberam vi columbini magnitudine.

SCHOLIA.

M*Aſſam quandam*, *&c.*] Hujus materiæ facit mentionem *Clar.* D. D. *Wepferus* Diſſert. de poplexia p. 124. Sed nullus dubito quin eandem ateriam in atteriis inveniſſemus ſi modo inquiſitio ebita facta fuiſſet: Interim hoc miratu dignum, Nobilem illum nunquam de ulla pectoris anguſtia conqueſtum, ſive tuſſi, ſed exercitio equeſtri & chorearum quotidie vacabat, cum tamen pulmonum minima ſaltem pars in ſuperiore parte ſana eſſet. *D. Gothof. Chriſtianus Wincklerus in Miſcell. cur. anni 1671. Obſerv.* 133.

§. 4. Vidi ego in dexrro cordis ventriculo mulieris, quam Peripneumonia ſuſtulerat, adicem enatam, carnoſam, albidam, flaccidam, quæ prodiens ex corde, & cavam venam ubiens, propagabarur uſque ad caput & os ſacrum: Eadem carnea ſubſtantia ex ſiniſtro ventriculo prodibar: Quod in quatuor cadaveribus Peripneumonicis ſubinde obſervavi-nus. *Obſervatio Nereti Neretii Medici Florentini.*

§. 5. Virgo dolebat ſub ala ſiniſtra cum tuſſi, Febre aſſidua. Inventum ſeptum tranſver-ſum in interiori parte ſuppuratum, cum abſceſſu ſub ala ſiniſtra. *Lib. 2. tit. de Lateris dolore.*

Observatio XLVIII.

Febris Continua à Iecore *inflammato*, *& corde hinc marcido.* 1. *Ab Abſceſſu in concava* Iecoris *parte.* Spigelii obitus 2. *Ab inflammatione extremi lobi* Iecoris *dextri, cum Meſenterii parte colo alligata.* 3. *Ab inſigni Iecoris tumore.* 4. *A vitio Iecoris, cum lapillis in cyſti.* 5. *Ab* Hepatis *tumore cancroſo.* 6. *Ab inflammatione* Lienis, *Hepati communicata.* 7. *A Liene inflammato.* Fernelii obitus. 8 *A phlegmone Hepatis partim ſuppurata, partim in ſcirrhum deſinente.* 9. *A Tuberculis & furunculis id obſidentibus.* 10.

§. 1. Anno

§.1. ANno 1596. Virum quinquagenarium diſſecui: hic inflammatione Jecoris labor ab
quod viſui torrido ac aduſto conſpiciebatur colore: pertuſa autem ejus me
branula, parenchyma univerſum in putrilaginem abierat, maximamque puris copi
effundebat, potiſſimum ea ſui parte gibba quæ diaphragmati adhæret: Adfuerat Con
nua febris, quæ cordis ſucculentiam nativam ita conſumpſerat pyri in modum uti c
tractum conſpiceretur, flaccidum plane, haud aliter ac ſi pulmonem tetigiſſes: Hi
pulmo variis locis coſtis adnatus conſpiciebatur. *Pet. Pawius obſervat.* 19.

§. 2. Expendenti mihi aphoriſticam Div. *Hipp.* ſentent. quod ſc. *Ex bubone febres om*
mala præter diarias, Cùm inviſerem præcl. Virum Adrianum Spigelium, Celeberr. Anaton
cum, è vivis ſublatum, cum bubone ſub axilla ſiniſtra anno 1625. annot. 47. non le
mihi ſcrupulus occurrit, nunquid ex bubonibus fiant ſolæ Ephemeræ, vel putridæ etia
Ex *Hipp.* enim ſententia in aph. propoſita: expreſſa luce clarius ſtatui videtur, ex Bubo
febres putridas quin etiam fieri poſſe: Non enim dixiſſet, *Ex Bubone febres omnes ma*
præter Ephemeras, ſi ex bubone fierent ſolæ febres ephemeræ: Cui ſubſcribentes omn
fere Medicinæ ſcriptores aſſerunt, fieri poſſe ex Bubonibus, non ſolum febres Ephemer
ſed etiam putridas. Atque de putridis id palam fit ex præſenti *Spigelii* morbo, à q
extinctus eſt, quem ferè continuè obſervavi 63. dierum ſpatio quibus decubuit. Hic eteni
Vir Præclar. ex indicis digiti punctura, dolorem & tumorem inſignem in ſiniſtro brachi
paſſus eſt, cui ſucceſſit abſceſſus ſeu bubo ſub axilla, cum dolore adeo gravi, ut non ſ
lum brachium, ſed & totum corpus immobile factum ſit, cum Febre acuta ſine annot
tionibus manifeſtis, inappetentia, vigiliis & gravi virium languore: vigeſima ſponte er
pit abſceſſus & multam ſaniei copiam triduo effudit, ſubcruentam, fœtidam, liquidan
à qua remiſit dolor, adeo ut in latus affectum decumbere potuerit, quod antea fieri no
potuerat: Perſtitit tamen Febris vehementia, cum tenſione & dolore dextri hypochon
drii ad claviculam uſque; cui ſucceſſit diarrhœa, primo bilioſa, mox & ſanioſa, non diſſi
milis materiæ ex abſceſſu emanantis, quod anſam præbuit dubitandi nunquid eſſet dy
ſenteria vel abſceſſus Jecoris: cum vero nulla præceſſiſſent tormina, non ramenta, au
inteſtinorum eroſiones, in Jecoris abſceſſum conſpirarunt ſententiæ, cum præſertin
præteritis annis abſceſſus ventriculi per vomitum expurgatus fuerit: Interim plurima in
terna & externa fuere præſcripta, cum durante febricula, cum dejectione materiæ ſa
nioſæ 63. die extinctus eſt.

Diſſecto cadavere, occurrit abſceſſus in concava Jecoris, juxta prognoſticum. *Ben*
Silvaticus cent. iij. conſil. 18.

SCHOLIA.

EX his patet Putridas quin etiam febres ex Bubonibus fieri poſſe, quod præteritis annis à me fuit obſervatum in Nob. matrona, undecima extincta febre peſtilentiali, cum bubone in inguine dextro ſuppurato & aperto: Quod ſi *Galen.* conſulamus, 1. de differ. febr. ubi de Ephem. ex bubone, adſtruit expreſſiſſimis verbis ſolas Ephemeras ex Bubonibus fieri: Quæ ex Bubonibus, *inquit*, febres fiunt, calefaciunt ſemper partes continuas, donec ad cor uſque calor febrilis propagatur, Non pervenit autem ad ipſum putrida fuligo, ſed ibi permanet, loco bubonis circumſcripta, ſola alteratione per continuum facta, uſque ad cor perveniente calore, eo prope modo quo in iis qui Solis calore deuruntur: E quibus verbis compertiſſimum redditur ex bubonibus putridas fuligines ad cor non elevari; atque ideo neque febrem putridam fieri: Pro ſolutione contradictionis qua diſſentire videtur *Hipp.* à *Galeno*, ſtatuendum Bubones factos à cauſa occulta non inferre putridas, ſed ſignificare noxam viſcerum principum, ac propterea malas eſſe ratione ſigni, non ratione cauſæ: Non enim excitant febrem putridam, quoniam putredo illa cor non ſubit per vapores putridos; ideoque ubi legitur in aphor. *Ex bubone febres*, legendum, *cum bubone febres omnes malæ præter ephemeras*: aliæ enim omnes poſſunt eſſe cum bubone, & non ex bubone: dein probatur, Putridus vapor in cor exhalans, & ab eo remota parte ignobili, non inducit febres malas: ſed emunctoria ſunt partes ignobiles & inguinum partes diſtant à corde, Ergo ex ſe non poſſunt facere febres malas, ſed ſolum eas ſignificant, putridis etiam fuligibus ad illud pertingentibus, ex *Hipp.* 2.6. Epid. 10. quod *Abſceſſus veluti glandularum ſignum quidem ſunt germina habentium, cum aliorum tum præcipue viſcerum, maligni autem ſunt*: Ubi intelligit per *germina habentium*, affectionem earum partium cum quibus habent rectitudinem, Atque ideo ſi bubones appareant retro aures, ſignificant affectionem cerebri, Si ſub axillis, cordis, ſi in inguinibus hepatis: Subjungit tamen, *tum aliorum*, quia non ſemper ſervatur hæc rectitudo, ut in caſu noſtro, in quo jecur erat affectum, & nihilominus bubo factus fuit ſub axilla ſiniſtra, non ſervata rectitudine & convenientia: neque ratione ſitus, quia fuiſſet in parte dextra: neque ratione loci, quia fuiſſet in inguine, & non ſub axilla ſiniſtra: Cujus tamen diverſitatis cauſa provenit à punctura digiti valde dolorifica, Semper enim natura adfuit, medio ſanguine & ſpiritu, in ſubſidium partis doloris, ideo confluxit ad brachium ſiniſtrum hæſitque materia in glandula, & non ad manum & digitum decubuit, duplicem ob cauſam, vaſorum ſc. copiam in glandulas diffuſorum, per quæ fluit materia 2. Ob laxitatem dictatum partium, cujus ratione expultrix materiam quæ confluxit, inde repellere non potuit.

Ex indicis punctura] Non ſecus atque in nobis viſcere aliquo male affecto aliud eodem modo afficitur

e digiti etiam morbus in Inguen decumbit, quæ interjecta ſunt multa nihil mali ſentiant: ſim unius animalis partes, ineſtque in his potius quam aliis quædam ad ſe invicem affectio. *Syneſius lib. de Inſomniis.*

no 1677. 18. Julii diſſectum eſt Genevæ cadaver Juvenis Francofurtenſis annos 20. qui ſubita morte abreptus eſt: boni erat habitus & robuſtus, à vino abſtinens apud tem, ſolam ingerens aquam: Inrer ſodales mero indulgens: Dicto anno à vere ad fi-eſtatis Epidemicæ fuerunt febres Terrianæ ſimplices & duplices, pauciſſimis, imo ni, quod ſciam lethales: Febre aurem prehenſus hic quoque Juvenis continua, ſed non te, accedente primis diebus diarrhœa copioſiſſima, bilioſa; cum quadam catapho- & carnis rerumque omnium faſtidio: Toro morbi decurſu; qui trium ſeptimana-ſiticuloſus admodum fuir, ptiſanam officinalem tamen faſtidiens, frigidam anxie ſcens: Pridie ante fatalem diem gravis leipothymia, comite totius convulſione pre-it: Poſtridie frigidam perens, his vocibus Gallicis, *le boirois bien de l'eau du Rhoſne.* libenter aquam Rhodani biberem, dum vocem ulrimam proferr, intercepta ultima ba, & in faucibus hærente, exanimis concidit.

oſtridie cadaveris anatome inſtitura: In medio ventre nnllum inſigne vitium de-enſum eſt, forre quia à minus accurata manu ſectio peracta eſt, Cor intus & extra m apparuit, Pulmones dexrra parte coſtis annexi, coloris eranr variegati, In imo re ſat norabilis aquæ cruentæ copia reperta eſt 2. Jecur immenſæ magnitudinis & itiei, (qua de cauſa vorax erat juvenis) ima parte livens & niger, prægreſſæ inflamma-is noras gerens 3. Cyſtis fellea omnino exhauſta 4. Inteſtina & ventriculus immenſæ litudinis, flatu admodum turgida: 5. Meſenterium ad ortum, circa lumbos manifeſte s & rubens, cum annexa coli parte: 6. Ren dexrer inſignis magnitudinis, ſed integer. ien formæ rotundæ ſed citra aliud uitium: Fœtor inſignis ex eo ventre nares feriebat: is cauſa morbi non ſubitæ mortis apparuit, niſi ad tetrum halitum cor ferientem & ebrum, ſyncopen & convulſionem inducentem. Mirum vero Lumborum abfuiſſe orem aur æſtum.

. 4. Illuſtr. N. Febre continua prehenſus: Jecur immani tumore extabuerat, victum uperficie, interius durum. *Lib. 3. tit. de Diarrhœa.*

. 5. Socrus N. colico dolori obnoxia in Febrem aſſiduam iucidit: Cyſtis fellis lapillis plena: Hepar albicans. *Lib. 3. tit. de ventris dolore.*

. 6. Vidua N. per multos menſes decubuit Aſſidua febre affecta: præterea percipie-ur tumor in abdomine verſus umbilicum, ad dextram partem inclinans, iſque durus, non erat dolorificus niſi cum premererur, Aliquando dolores acres humerum dex-n occupabanr, & latus ipſum ut pleuritidem mentirentur: Aperto cadavere inventum Hepar *tumoribus ſcirrhoſis, & magna ex parte ſuppuratis* referrum: in cujus extremo ad-i erant duo tumores cancroſi, uſque ad umbilicum prominentes, qui in Hepate eſſe n putabantur, quia non eranr in loco heparis naturali. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

SCHOLIA.

Dolores acres occupabant humerum dextrum] Unum animadvertere oportet quod ad thera-n & diagnoſin imprimis facit: Omnes Jecora-, i. e. quibus grandius Jecur, amplius, tumenti- & calidius, cum febribus magnis prehendun-, maxima ex parte tempore urgentis febris do-es in claviculis & ſecundum omoplatas ſentire ſa-vehementes: In pleuritide quidem, cum uno lo-inflammatio aut phlegmone conſiſtat, tamen in te longe remota, ob communicationem & conti-tatem membranarum, dolor intolerabilis ſæpe ſen-it, qui majores ſæpe moleſtias exhibet quam ipſa uritis: Et ſigna diagnoſtica pleuritidis, aut ſuperio- aut inferiores partes occupantis *Hipp.* 2. Acut. umit ex dolore aut claviculas aut ileos regionem cupante: Hepate accenſo aut inflammato, aut per ignem febrem æſtuante admodum, dolor poteſt ad gulum pervenire: Reperio enim bifariam dolorem ſivum ratione ipſius jecoris ſurgere, Aut enim epar nothis coſtis alligatur, & tunc dolor ad clavi-la percipitur ratione diſtentæ membranæ: Quibus n alligatur, à vaſorum ipſorum potius quam mem-branatum diſtenſione dolor ſurgit, Et, *ait Galen.* 2. de loc. proprius venæ arteriæque dolor veluti in longitudinem extenſæ chordæ ſpeciem refert: Quod notandum, ne cùm hos dolores in febribus aut in-flammationibus Hepatis ortos videris, fruſtra de ca-tarrho comminiſcatis: probabile enim eſt dolores pro partium affectarum ſitu eſſe aut ἀναῤῥόους aut καταῤῥόους: *Ballonius conſil. 77. lib.* 1.

Neque in Hepate eſſe putabantur &c.) Notat Cl. *Gliſſon* Anat. Hepat. cap. 2. non eundem eſſe in vivis & mortuis Hepatis ſitum, cùm altius poſitum in his reperiatur: Nempe fato functis ventriculus, hepar & diaphragma ſurſum, quantum eorum connexio-nes ſinunt, propelluntur; partim ut hoc pacto pecto-ris inane impleatur; quod alias, recedente è pulmo-nibus ſpiritu, cótingeret, partim etiam quod muſculis abdominis poſt obitum frigeſcentes ſimul rigidiores magiſq; tenſi evadant; unde fit ut viſcera inferiora ve-hementiore niſu ſurſum agantur quam ut diaphrag-ma ei motui reſiſtendo ſit, parteſque iſtas ſupe-riora verſus impellant.

Hepar tumoribus ſcirrhoſis & magna ex parte ſuppuratis, &c.] Hepar Tumoribus & frigidis & calidis obnoxium eſt; imo hi aliquando ab impor-tuno

tuno remediorum uſu, in illos deſinunt: Calidi tumores, inflammationes dictæ, oriuntur ab affatim facta humorum calidiorum affluxu, accedente aliquali partis obſtructione: In abſceſſum facile illi abeunt, plerumque lethalem, quare Medico curæ ſit ne eo affectus vergat: Nec minus cauto opus eſt ne duri & ſcirrhoſi tandem evadant nimio refrigerantium uſu dum ſuppurationem arcere ſatagimus: Frigidi autem Hepatis tumores, vel ejus parenchyma obſident, vel vaſa, vel tunicas; horum unum, vel duo, vel plura; Qui totum ſimul parenchyma occupant, œdematoſi fere ſunt, quorum ſoboles eſt aut hydrops aut cachexia; ſicut horum quandoque cauſa ſunt: Hoc in affectu totum viſcus ſpongiæ ad inſtar æqualiter totum intumeſcit, humores ſeroſos undiquaque abſorbens; à quibus vaſa & tunicæ flacceſcunt, humectantur, craſſitiemque non natura-

lem adipiſcuntur: Hinc interdum in immeoſam n
lem excreſcit, ſolitumque pondus duplo aut trip
ſuperat, Tumores Hepatis peculiares triplicem
bent originem, impedito nempe ſanguinis è finib
vatorum Capillarium Portæ tranſitu, in ultima ve
cavæ capillamenta per ipſius Hepatis ſubſtantia
vel ob ſtagnantem humorem bilioſum; quia i
Portæ finibus in pori bilarii oſcula minus expedi
pertranſeat; vel ob utriuſque hujus tranſitus co
mune aliquod impedimentum: A primo illorum t
morum imminet atrophia aut ſaltem diminuta n
tritio: A ſecundo, Icterus flavus vel niger, conſpu
cato ſanguine, unde variæ ægritudines: Terti
utrumque malum invehere aptus eſt: Sunt præt
hos alii quidam tumores, ad hepatis parenchym
potius referendi, videlicet ſtruma, ſteatoma, athero
ma, meliceris.

§. 7. Vir Illuſtr. Dominus Thomas Trenchard, ætatis conſiſtentis, temperamenti me
lancholici, habitus gracilis & rari, ſpleneticus, hæreditario quodam jure à parentibus de
rivato, acutiſſimis ventris doloribus, colicæ æmulis, crebro moleſtatus; Hic Nobil. affi
nem in Comitatu Hamptoninſi viſurus, eo loci profectus incidit in *febrim continuam*
ſaris acutam, cum vigiliis, & ſiniſtri hypochondrii dolore, ad humerum uſque tendente
in quo acerbos admodum dolores paſſus eſt, ut de nullis aliis eſſet querulus: Adhibito i
conſilium Medico, Venæ ſectio inſtituta baſilicæ dextræ, neglecta rectitudine, quam ob
ſervare ſolent Practici, præmiſſo tamen pro more clyſtere: Julapia quoque & alia exhibita
quibus nihil proficientibus, ſed malo in peius ruente me quoque Dorcheſtria accerſiri curat
Conſcenſo equo, quinque milliaria progreſſus, ab alio ſervo in via obviam facto, ite
differre juſſus, quod Herus melius haberet, Domum revertor, hyeme validiſſima ſolſti-
tio proxima, nive omnibus candeſcentibus: Quid fit elapſo ſolum die iterum vocor
quod eſſem ei ordinarius; ſed antequam ad eum pervenire poteram, morbo ſuperatus
naturæ ſatisfecit.

Diſſecto à morte corpore, Omentum in ſe circumvolutum, & umbilicum verſus ad
formam orbiculi conglobatum invenimus: Lienem vero totum putrefactum, & parte in-
terna pene abſumptum, mala adeo materia, picis inſtar liquida, nigra, fœtente, ut minime
eſſemus ferendo; Hepar etiam, ſima ſui parte, in conſortium malignitatis raptum erat, ubi
putredine corripi incipiebat; Reliqua ſalva conſpiciebantur. *Fridericus Loſſius, Obſerv. 45. l. 1.*

S C H O L I A.

O*Mentum in ſe circumvolutum, &c.*] Proculdubio in hoc ſubjecto Omentum vitioſos à liene humores in ſe ſuſcepit, cum iis tantum partibus adhæreſcat ad quas rami ſplenici ſurculi perveniunt, unde toties acutiſſimos dolores, colicæ æmulos, perpeſſus eſt in ſiniſtro hypochondrio, & præſertim in cavitate illa omenti, ſub diaphragmate, ex ventriculi, Omenti, coli & viſcerum contextu nata, & vix exitum habente.

§. 8. *Ioh. Fernelius* uxoris morte ita repente perculſus ac proſtratus eſt, ut ante xij. ab ejus funere diem, ex ſummo animi mœrore ac anguſtia in febrem inciderit Continuam: Ad ſeptimum hujus morbi diem cum urinæ inclareſcerent, & febris ſymptomata omnia multò leviora facta eſſent, qui illi opem ferebant Medici felicem exitum una cum ægro expectabant: Verum ad x I. mirum in modum exaſperata ſunt omnia, ideóque æger urinarum cruditate, atque aliorum ſymptomatum ſævitia permotus, ac mortis metu perculſus Doctiſſimos Regis & urbis Medicos aliquot in conſilium adhibuit. Hic febre Quartana aliquando conflictatus fuerat, & toto vitæ curriculo non ſolum vino oligophoro aqua abunde diluto uſus eſt, ſed etiam extra paſtus æſtate, frigidæ potu ſitim explere ſolitus erat, *unde Lien non parvum læſus* videbatur: Inde enim acoris cujuſdam ſenſus ori ac faucibus integrum jam biennium inerat qui nullis remediis diſcuti potuerat: Quum ergo cauſæ quædam externæ, hæque graves admodum, acerbiſſimum mœrorem attuliſſent, ſuperveniente uxoris obitu, quo omnia exaſperata ſunt, humor in Liene collectus tandem incaleſcens atque putreſcens, inflammationem ejus viſceris peperit, unde & febris accenſa eſt continua, quæ ſenſim increſcens, ita naturæ vires omnes attrivit, ut eum xviij. die nobis mors immatura eripuerit, anno ætatis lxxij. Chriſti 1557.

Cauſam interitus ex anatome perveſtigantes, è lienis inflammatione perniciem manaſſe judicavimus; quum & valde tumidum & prorſus lividũ ac vireſcens id viſcus eſſet; & ſcalpello diſſectum magnam ſaniei inſtar picis nigerrimæ copiam profuderit. *Gul. Plantius in ejus vita.*

S C H O L I A.

A*Cris cujuſdam ſenſus, &c.*] Ob ſuccum Pancreaticum acidiorem redditum, juxta *Franc. Sylvium*: Clar. *Willis* quartanæ originem non humori melancholico adſcribit, ſed ſanguinis liquori, à

natura

pituoſa & balſamica, in acidam & nonnihil m, inſtar vini aceſcentis, degenerante; ob im penuriam, atque ſanguinis partem terre- eu tartaream (quæ conſtat imprimis ſale & terra) nimiam exaltationem, unde in fluorem eve- cta acorem ſanguinis maſſæ inducit; Vide plura apud eundem lib. de Febrib. cap. 4.

6. Ampliſſimus Præſes M. *Bouvetus* extinctus à Quartana continua, eaque conjuncta hlegmone Hepatis, ex parte ſuppurata, & ex parte in ſcirrhum degenerante: Cu- legmones Hepatis initium Quartanam præceſſerat vel annum integrum ante. *Car. morbis à ſero ſect.* 1. *p. m.* 40.

o. Sæpe Jecur animadvertimus Tuberculis & Abſceſſibus inſtar furunculorum ob-, nullo hypochondrii dolore, nullo tumore, nullo decubitu difficili: *Febris* ſolum t non admodum ardens, cum ſiti, cum ſibi faſtidio, cumque alvi profluvio interdum inſes multos perſeverante: ut idcirco difficile malum, quemadmodum & ſubſtantiæ ptela, ab intemperie calida, aut ab obſtructione internoſceretur. *Fernelius Pathol. lib.* 6.

Observatio XLIX.

is Continua à corruptione gangrænoſa in parte Renis *interna.* 1. *Ob Apoſtema in fine vreteris.* 2. *Ab Abſceſſu in ſiniſtri* Renis *parte exteriore.* 3. *Ab inflammatione Teſticulorum & meatus urinarii.* 4.

Juvenis poſt diuturnam gonorrhæam, cibi potionisque immoderationem febre Aſſidua affligatur, quæ horis veſpertinis magis augetur & amplificatur cum lotiis craſſ- bus & pituitoſis: xi. die diarrhœa varia ſubſequuta eſt, quæ uſque ad xix. permanens, s maxime dejecit, unde ſiccitas linguæ, faciei rubor, inquietudo & totius macror ceſſit, xx. lotia uberiora prodeunt & turbulenta, quæ tamen clareſcunt: Quamvis a adhibita ſint, ſemper adaucta ſit febris & ſymptomata ſucceverunt, adeo ut xxx. eſſerit rigor, cui ſucceſſit febris vehementiſſima cum rubore genarum & pulſuum ma- a frequentia & celeritate, quare die xxxiv. in plenilunio interiit.

Secto cadavere, inventa eſt corruptio gangrænoſa in parte interna Renis dextri, ut a turbata gradum coctionis, quemadmodum erat opinio alterius Medici, non ſigni- arent, ſed ex mea ſententia alterius Renis corruptionem: Adeo ut etſi *Galenus* non nminiſcatur niſi de lotiis turbidis quæ ex gradu coctionis ſuboriuntur, Medicus, ſi ſit iloſophus, debeat etiam alias cauſas indagare. *Lælius à Fonte Conſult.* 133.

§. 2. Matrona nephritica, febre continua laboravit, quæ ad maraſmum lethalem ipſam luxit, genita quo tempore pus conficiebatur in apoſtemate, quod calculus à rene in teris finem delatus, excitaverat. *Vide lib.* 3. *tit. de Hypogaſtrii doloribus.*

§. 3. Illuſtr. Abbas à 14. diebus, temperaturæ ſanguineæ, poſt cibi potioniſque immo- ationem, duobus affectibus potiſſimum detinetur, ſc. diſtillatione à capite in ſubditas tes, Alter eſt Febris aſſidua ſine certo ordine tenens, poſt cibum & horis veſpertinis re duarum tertianarum increſcens; in quibus ita ſe habet ut ſe vix morbum perſentire veret, cum dormiat plus conſueto, nulla caloris mordacitas perſentiatur, urinæ tamen oſæ prodeunt albo ſedimento refertæ, hæque multo uberiores quam ingeſtis reſpon- nt optime: optime ſe habet ad ea quæ offeruntur: horis veſpertinis facies rubicundior picitur, præſertim circa genas, nates & aures, quam aliis temporibus: adeſt tuſſis a, aſſidua; pulſus humiliores & frequentiores percipiuntur: ea quæ excernuntur ſunt ilia ſanorum: In regione Renum non mediocrem fervorem experitur, neque ſine ad- niculo incedere poteſt: xx. die facta minoratione ex flore caſſiæ, præter excrementa alia multus ſanguis corruptus fœtens fuit excretus, tandem die 40. interiit.

Secto cadavere inventa eſt corruptio & abſceſſus in ſiniſtri Renis exteriore carne, me prædicente antequam cadaver ſecaretur. *Lælius à Fonte Conſult.* 68.

SCHOLIA.

Lter ex Medicis in principio pronuntiavit ægrum ex duplici Tertiana aſſidua laborare, ac greſſu temporis redditam eſſe malignam decre-: verum talis opinio ſine examine non eſt præ- eunda, Nam febris Tertiana ſpuria cum ſit mor- s calidus totius, ex bile prædominante, eaque renis putrente proveniens, indicatur ex pulſu ma- o, frequenti & celerrimo, non ita tamen ac ſi a bilis febrem incenderet: ex excrementis bilio- , tum dejectionibus, tum urinis: ex calore acri, rdaci, ſiti, ex cauſis præcedentibus, quæ bilem au- gere potuerint: ex febre quæ ordinate augeſcit ac etiam inclinat: Talia autem in propoſito caſu non in- veniuntur: neque oris amaror & inappetentia, quæ ſunt bilioſarum propria: præterea ex hac poſitione ſymptomata in hiſtoria propoſita in ſuas cauſas non poſſunt referri: Nam quod ad cauſas externas ſpe- ctat præceſſerunt quæ ſanguinem cumulare potue- runt: Febris vix ab ægroto perſentitur, quod in bi- lioſis febribus accidere non conſuevit, ob vapores acres qui ad ſuperficiem tranſmiſſi, dolorem laſſi- tudinalem efficiunt: Deinceps in febribus bilioſis

conjunguntur vigiliæ, non ſomnus plus conſueto diuturnus, ut in præſenti caſu: Calor percipitur acris, in hoc tempore fere nullus; lotia ſunt ſubrufa, neque ita copioſa & alba, ut videre eſt in hoc tempore, ut uberrime reddantur: Neque in febre bilioſa ægri bene ſe habent ad ea quæ offeruntur, ut in viro Illuſtr. contingit: Deinceps febres bilioſæ habent ordinatum auctionis & remiſſionis ordinem, qui non obſervatur in præſentia, quamvis ſemper poſt cibum & horis nocturnis magis increſcat, nam aſſidue ſine certo ordine increſcit & minuitur: Neque in bilioſa febre facies inflammata horis veſpertinis rubicundior circa genas & naſum, & tuſſis aſſidua ſicca percipitur, & Excreta ſanorum ſimilia, aut difficultas incedendi, aut ſtandi ſine adminiculo reperiuntur, quæ omnia in præſenti caſu ſunt manifeſtiora quam ulteriori demonſtratione egeant. Reliquum eſt propoſitam Febrem in alias & veriores cauſas referamus, in ſanguinis ſcil. ad Renis ſiniſtri carnem defluxionem, inflammationem & corruptionem efficientis: Neque mirum ſi dolorem non perſentit in renis regione, cum viſcera non ſentiant, ſed ſenſus ſolum in pellicula cooperiente reperiatur, quæ aliquando renum fervore aut inflammatione præcedente abſumitur: quemadmodum fortaſſe Viro Illuſtr. contigit, qui alias dolore vehementi in dorſo coſtis nothis altiore, uſque ad lienem ſe extendente, fuit correptus, cui mingendi difficultas conju batur, & febris aſſidua, qui Colicus fuit judic cum fortaſſe renis ſiniſtri inflammatio fuerit: Q *per aliud tempus accidit in caſu Illuſtr. P l Epiſcopo Aquini, in quorum altero in Rene ab ſus, In altero vero corruptio fuit inventa & ta de regione renum nunquam fuere conqueſti*: Qu non erit difficile ſymptomata propoſita in ſuas c ſas reducere: Quare fæces ſanorum ſimiles eger tur? quia partes naturales non laborant: calor tem & rubor in genis & naſo ex vaporibus fit à lo affecto ad caput exhalantibus, & ſimiliter ſomn conſueto diuturnior: Tuſſis autem ſicca conjun tur, quia Renes ſpiritualibus conſentiunt: Lo admodum copioſa redduntur, læſa facultate ren retentrice & eorum calore nimio ſeroſam ſangui humiditatem attrahente: Pulſus parvi & angu fiunt ex caloris ad locum affectum contractio cùm in ea parte aut inflammatio vel magis cor ptio reperiatur: Quod vero febris ſine certo ordi increſcat & minuatur, manifeſte autem poſt cibu increſcat, & horis nocturnis, hos eſt internaru inflammationum aut corruptionum ſignum evide tiſſimum: Perſentitur maximus renum fervor, neq facile ſine adminiculo Patiens ſtare aut incedere p teſt, quia Renes morbo calido afficiuntur, & eoru cōſenſu etiam inſtrumenta motui deſtinata lęduntu

§. 4. Sacerdoti tophus in meatu urinario obortus eſt urinam ſupprimens: Tonſor ca theterem impoſuit, hinc dolor, inflammatio, Febris Continua, &c. In mortuo rophus reper tus eſt, ac ex violenta pertuſione catheteris ingens inflammatio teſticulorum. *Vide lib. 3. ti de Iſchuria.*

Observatio L.

In quodam à febre duplici Tertiana Continua extincto, vermium in ventriculo & inteſtinis quantitas ingens deprehenſa.

FEbre duplici in Tertiana Continua correptum mortuum ſecui, in quo quanta eſſe vermium copia dictu incredibile eſt; ipſi enim in ventriculo & inteſtinis conglo merati atque coacervati per œſophagum ad os uſque aſcenderant, abſque eo quod alexi teriis remediis copioſe ægro adminiſtraris enecati fuiſſent, Vermes porro ex materia heterogenea genitos, aliquos albos, aliquos rubros & alios nigricantes aſpeximus. *Dom Panarolus Pentec. 1. Obſev. xli.*

Observatio LI.

Febris continua à Meſenterio *pure referto. 1. Ab ejuſdem abſceſſu. 2. Ab ejus tumore & abſceſſibus. 3. Ab ejus & coli inflammatione in abſceſſum deſinente. 4.*

§. 1. VIrgo in dolores colicis ſimiles incidit; contra quos *cum nullum remedii genus valeret*, miſella *febre quotidie cum rigore inſigni repente*, doloribus jam dictis aſſociata poſt paucos menſes maraſmo conſumpta eſt.

Diſſecto ventre, ingens copia puris, quo tum meſenterium refertum, ac quaſi turgidum erat erupit. *Ex obſervation. Th. Mermanni Archiatri Bavàrici.*

Scholia.

C*Um nullum remedii genus valeret*] Ignoto ſcil. morbo: Diagnoſis autem abſceſſuum meſenterii, ait *Riverius pract. lib. 13. cap. 3.* interdum facilis eſt, interdum difficillima: Si ab inflammatione ejus partis fiat, ea ante percepta & diutius perſeverante, indicium eſt inflammationem diſcuti non potuiſſe, ſed fuiſſe ſuppuratam atque in abſceſſum converſam: At verò, quando abſceſſus ab humoribus pravis, in meſenterio diu commorantibus, ac tandem putreſcentibus exoritur, difficillima eſt illius diagnoſis; ita ut plurimi authores, qui talium abſceſſuum obſervationes ſcripſerunt, eos non niſi poſt mortem & diſſecta cadavera innotuiſſe referant: Licet enim utplurimum tactu dignoſci valeant, aliquando tamen tam alte ſepulti ſunt ut neq; tactu ipſo deprebendi poſſint; & partis ſenſus adeo eſt obtuſus ut nullo dolore interdũ ſeſe prodant: Quomodo autem hæc (quæ variis modis contingunt) diſtinguenda ſint; vide loco citato.

Febre quotidie cum rigore inſigni repetente] *Spigelius* lib. 1. de Semitertiana febrem hanc, crebris horroribus inſignem, plerumque ab inteſtinorum & meſenterii inflammatione oriri obſervavit. *Iacotius* comm. ad aph. 9. lib. 3. ſect. 2. Coac. *Hipp.* meminit puellæ quæ in levem quandam febrem incidit tertianæ intermittenti haud diſſimilem, ſine dolore in ventre, in cujus corpore diſſecto magna puris quantitas circa uterum inventa eſt, cum inteſtinorum colore ſubnigro: *Idem* comm. aph. 76. l. 5. ſ. 2.

obſer-

ſervavit in febre Tertiana cum rigore non ita or-
iato exortam ſuppurationem in uno ventre, cujus
llum ſignum memoratu dignum præceſſerat, unde
oit effuſo pure ſupra inteſtina, aut inteſtinis ipſis ad
acelliſinum perductis improviſa mors ſequuta eſt.
Febre aſſociata] Abſque febre genitum meſente-
abſceſſum memorat *Rhodius* centur. 2. obſerv. 95.
quodam Chirurgo *Patavino*, qui initio ſanioſa,

deinde billioſa & pituitoſa cum dolore & debilita-
re virium reddidit: fæces, præter eas quæ clyſte-
ribus evocatæ, nihil puris habebant: Prevorius cre-
didit meſenterii abſceſſum adeſſe; Nec abſonum eo
rupto, loco nempe interiore, nullam perſenſiſſe fe-
brem, à qua, ut & torminibus plane immunis erat:
Recte divinaſſe docuit eventus, quum paulo poſt ii
mundo exceſſiſſet.

§. 2. Illuſtr. N. Febre valida correptus cum vomitu, 14. tranſacta, in alvi cruentam de-
ctionem devenit, ita ut ſanguinem nigerrimum, corruptum, peſſime olentem, ad 15. libr.
ondus excreverit, unde animi deliquio correptus, omnes eum proxime moriturum credi-
mus: nihilominus cibis per intervalla optimis refectus, vires reſumpſit, ita ut, etſi Febri
continua, licet non ita intenſa & uniformi continuo vexaretur, nihilominus ſalutis ſpem
ræberet: ſed tamen cum quotidie fæces conſperſas ſanguinolenta ſanioſaque materia ex-
etneret, in dieſque magis, ac magis emaciaretur, infinitis prope remediis adhibitis, 63. à
ecubitus die occubuit, cum tamen poſtremis diebus *ingens urinæ profluvium* ſuperveniſſet,
a ut quinque libras & amplius quotidie per plures dies emitteret.

Cadaver diſſectum fuit, atque in meſenterio ea in parte ſuperiori, qua inteſtino recto
nnectitur, ulcus ſordidum, ad ſpithamæ longitudinem adinventum: unde ea in parte
ollectum abſceſſum conjecimus, illoque diſrupto, putridum ſanguinem ea in copia pro-
luxiſſe non dubitavimus: Sed quod mirum eſt, *nunquam* per totum ægritudinis tractum,
præterquam extrema die, qua illi venter intumuit, *de illius partis dolore conqueſtus eſt: Marc.
Donatus hiſtor. mir. lib. 4. cap. 7.*

S C H O L I A.

N*Unquam de illius partis dolore conqueſtus eſt*]
Fernelius meſenterium ſine dolore inflammari
ſolumque gravitatis habere ſenſum docuit: At *Rio-
lanus* exquiſito præditum obſervavit: Admodum
ſenſibile eſſe arguit dolor Colicus nothus, & origo
ejus à peritonæo cujus dolor acer: Multitudo ner-
vulorum, à plexu meſenterii maximo oriundorum,
oculis obvia, dubitare non ſinit de ejus ſenſu: facit
eorum exiguitas ut hic ipſe multiplicior ſit quàm
exactior, niſi cum plurimi ſimul dolent: Clar. *Wil-
lis* in Nervorum deſcriptione cap. 27. exiſtimat acer-
rimos cruciatus qui in colico dolore notho excitari
ſolent, non à materia excrementitia inteſtinorum
cavitatibus incluſa, neque ſemper ab humore acri
eorum tunicis impacto; at ſæpius à ſucco nervoſo
acrimonia quadam imbuto, atque intra hunc ple-
xum ſtagnante provenire. *Marc. Donatus* ait me-
ſenterium eſſe partem inſtrumentalem ex ſimilari-
bus conſtructam, venis, ſcilicet arteriis, mem-
branis, glandulis & adipe: quæ omnes partes
(membranis duntaxat exceptis) ſenſu carent: quæ
etiam membranæ cum plurima pinguedine cir-
cumveſtiantur, rationi haud diſſonum eſt nullo, vel
ſaltem hebeti ſenſu donari, & per conſequens dolo-
re nullo effatu digno meſenterium ipſum: Objici-

tur hiſtoria à *Benivenio* allata cap. 33. de quodam
Iuliano, alvi torminibus diu vexato, in cujus meſen-
terio abſceſſus repertus; Difficultati ſatisfacit, di-
cens, dolorem illum non in meſenterio, ſed in inte-
ſtinis per conſenſum excitatum, ea potiſſimum in
parte, cui meſenterii pars abſceſſu laborans junge-
batur, qui quidem cum multa materia repletus ex-
ſteret, ſuo pondere inteſtina comprimendo, vel
deorſum trahendo dolorem in illis excitare potuit:
quinimo & ab atrabilari materia contenta, acri &
mordaci, potuerunt extolli vapores eadem qualita-
te præditi, qui inteſtinorum tunicas, inſigni ſenſa
donatas vellicando dolorem generare potuit.

Ingens urinæ profluvium] *Warthon* adenogr. cap.
xi. à lubricitate nimia vaſorum meſenterii urinæ
copioſiſſimam profuſionem (qualis in diabete con-
tingit) oriri cenſet; Ut ejus retentionem diuturnam,
magnæque ſimul quantitatis excretionem, aſperita-
tis certum indicium eſſe *ait*, quippe quod aſperitas
retentioni, lævitas autem excretioni perpetuo fa-
veant. M. *Donatus* cauſam deducit à facultatum na-
tur. debilitate, inducta à ſanguinis effuſione, unde
ſeroſus & aquoſus ſanguis genitus ſit, quod in ca-
checticis evenire conſuevit: hinc ſero venis opple-
tis, id per conſuetas vias tandem excerni contingit.

§. 3. Iſabellæ N. venter intumuit, acceſſit Febris Continua ad extremum durans: Me-
ſenterium tumore miro turgebat: In eo infiniti abſceſſus. *Lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 4. Juveni dolor fixus in hypochondrio ſiniſtro, in regione coli cum ardore, ſiti, Fe-
bricula Aſſidua &c. Inventus eſt abſceſſus in meſenterio & colo, ea potiſſimum parte quæ
fundo ventriculi ſubſternitur. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

O B S E R V A T I O LII.

Febris Continua à Pulmonum putredine, Renis dextri, Duodeni, Omenti, colli veſicæ, &c.
Obitus Franciſci primi Galliarum Regis. 1. *A vitio Hepatis purulenti, Coli nigre-
facti, Epiploi putris.* 2. *Hepatis ſphacelati, Pylori, Epiploi inflammatione, ac tenuium in-
teſtinorum inflammatione.* 3. *A lobo Hepatis inflammato, Pyloro, Pancreate, Meſenterio in-
duratis, Pulmonibus purulentis.* 4. *Ab humore putrido in capſula cordis, calculo circa val-
vulas dextri ventriculi, cum vitiis pulmonum, hepatis, lienis.* 5. *A corruptione inducta
Iecori, Lieni, Inteſtinis, veneno adſcripta.* 6.

§. 1. *Fran-*

§. 1. **F**Rancifcus primus Galliarum Rex Febribus Intermittentibus poſtea Continua occubuit, referente *Thuano* tomo xv. hiſtoriar. lib. 3. calendis Aprilis anno 1546. Manfacta eſt diſſectio corporis Secto abdomine, omentum ruptum ad pubem & ad ventriculum ſeſe exhibuit, ſic ut inteſtina, ſuo veluti velamine ablato nuda ſpectarentur: Sed qua parte duodeno & pyloro incumbebat nigredinis ſpeciem & corruptelam referebat, Duodenum putre, putulentum: Ventriculus inferiore tunica ruborem cum nigrore mixtum repræſentans, humorem atrum, majorem etiam quam pro ratione aſſumptorum copia, continebat: Gula ulcerata ſaniem ſubruffam eructans: Putris pulmo, dextra parte coſtis ac ſpinam ſic pertinaciter hærebat, ut inde ſine dilaceratione divelli non potuerit: qua parte ſectione facta viroſa ſanies effluxit: Cor & Iecur, Ren ſiniſter plane illæſa, Lien non admodum inſigniter affectus: Ren dexter ultima parte pure ſcatens, à quo exortum vas ſeminarium exemptum, colluviem in partes adjacentes effuderat, ſic ut in illis omnibus inſignes corruptelæ apparerent: In collo veſicæ, ulcus latum pur[illegible] refertum: Sub pube dextra omnia purulenta, & ipſa ſubſtantia gangrænoſa Scrotum, paraſtatæ & parte omnes teſtes ambientes ſimile vitium contraxerant: Animæ rationalis ſedes integerrima Tam variorum affectuum, tam diverſos focos obſidentium certæ cum ſint cauſæ, nullum tamen ad generationis primordia referendum eſſe, aut in poſteros tranſire poſſe affirmare non dubitamus. *I. Coſmæ Holtzachii. Obſervatio.*

§. 2. Dyſentericus Febre continua affectus interiit: Hepar erat ſphacelatum & Epiploon eum Pylori inflammatione & tenuium inteſtinorum *Lib. 3. tit. de Dyſenteria.*

§. 3. Scoto dolor erat ventris, lumborum, cum Febre aſſidua, ſiti, &c. Hepatis lobus orificio ventriculi poſteriori erat affixus, qui nigribabat ab inflammatione: Cum Pyloro induruerant pancreas, meſenterium: Pulmones purulento ichore erant pleni. *Vide lib. 3 tit. de ventris dolore.*

§. 4. Mercatoris filia, antea frequenter hæmorrhagiæ obnoxia, ac proinde cachexia fere conſumpta, in febrem bilioſam Continuam incidit: Ordinatum vinum laxativum (cum ab aliis omnibus abhorreret) inde pejus habet: Enema præſcribo, leniendi ventris gratia, ſimul non neglectis alterantibus & corroborantibus: Succedit autem pervigilia, dolor capitis, intumeſcentia ventris, cardialgia frequens, ſit pulſus intermiſſus, convulſiones prehendunt, ἀσφυξία randem toralis adeſt, fluxu alvi ſymptomatico ſuccedente: Prognoſtico facto, roborantibus tantum naturæ ſuppetias ferre conati ſumus, imprimis tunc temporis ubi exacerbatio καρδιαλγίας vehementiſſima affligebar, quam admodum leniebat roborans iſtud cujus uſum mihi commendaveras in palpitatione cordis dolorifica, Chryſolithus videlicet præparatus cum lapide bezoar, margar, magiſterio, &c. Hoc ſæpius adhibito, non tantum ad miraculum vehemens cordis dolor remiſit, ſed rediit etiam appetitus cum ſomno moderato: vires viciſſim colliguntur quadantenus: pulſus, qui per octiduum fere nullus, jam vermiculans, poſt intermiſſus redditur: Sed plenaria reſtitutione gravius erat malum, ob incipientem hydropem: qua de cauſa virium recollectio diuturnior eſſe non potuit, ideoque paulo poſt naturæ debitum ſoluit.

Poſt mortem aperitur: abdomen ichore fœrido plenum, Omentum putrefactum, Lien atque Hepar ſcirrho laborabant: Pulmones pleuræ adnati, cum capſula cordis, in qua humor putridus: cor duplo majus, bubulum referens, inveniuntur: quodque notatu dignum, circa valvulas dextri ventriculi calculus ex Tartaro concretus, inſtar minoris caſtaneæ, nucis compre[illegible], membranoſæ valvularum ſubſtantiæ adnatus conſpicitur, vehementioris καρδιαλγίας proculdubio cauſa proxima *Greg. Horſtius obſervat. lib. 4. obſ. 47.*

SCHOLIA.

CAlculus καρδιαλγίας cauſa] Et proculdubio vaſa ordinarium circuitum, qui hinc incaluit, putrefebris continuæ ob interruptum ſanguinis per dinem contraxit, &c.

§. 5. Curæ meæ commiſſus eſt Dominus *Contant*, febre Continua laborans, cujus primis diebus comites fuere vigiliæ, capitis dolor: præſertim occipitis, durities & contenſio utriuſque hypochondrii ſine dolore, cum mœſtitia ſumma, quam pariebat metus ne ſimili morbo, qui fratrem extinxerat, detineretur: Robur nihilominus aderat virium, ὀρθοστάδην erat, per cubiculum, imo aream deambulans, appetitu non carens, maxime vini, quanquam ſolis iuſculis ex Medicorum præſcripto uteretur & ptiſana officinali: Ter illi miſſus fuit ſanguis ante diem ſeptimam, bis in brachio, ſemel in pede, quæ venæ ſectio eum immunem omnino reddidit à capitis dolore: enematis alvus quotidie ſubluebatur, exhibebantur Iulepi hepatici, fotus hypochondriorũ adhibebantur à quorum uſu remittebat eorũ durities manifeſte:

Tandem ſymptomatis omnibus remitrentibus aur miteſcentibus, cum evidenribus coctionis in urinis noris, octava die lenis pugatio & epicraſtica exhibira eſt, cui non defuit optatus ſucceſſus: Toto eo tempore, quanquam non remitterer febris, ſublevatum ſe teſtabatur, ſolitis deambularionibus inſiſtens: Res eo in ſtatu ad xi. uſq; qua ſe lecto rradere coactus fuit: xii. incanduit febris, dejectiones aliquot bilioſæ ſuperveniunt, ſitiſque intenditur quæ parva hactenus fuerat: *Buyatius* Medicus vacuationes ſymptomaticas aliquando dari pronuntiauit quæ periculum denuntiant, hanc vero ejuſmodi eſſe non credere, qua de cauſa venæ malleoli ſectionem ad diem ſequenrem præſcripſir, dummodo levis illa diarrhoea conſiſteret; At vero cum die xiii. auctior foret, ſanguinis miſſio facta non eſt: quamobrem injecto, juxta dicti Medici præſcriptum, clyſtere, xiv. fluor ille venrris multo liberalior fuit, vireſque ægri deiiciebat, qui tamen circa veſperam ſubſtitit pæne, ſed ſuccedentibus atrocibus hypochondrii dexrri doloribus & totius venrris: Accercitus D.D. *Mouton*, dolorem illum adſcripſir humorum meta[illegible] factæ à parre ignobili ad nobiliorem, periculumque denuntiauit Dom. D. *Mouſnerius* xvj. die morbi ſuperveniens, rite exploraro morbi & ægritatu, in hepar factam eſſe humorum depoſitionem aſſeruir, nec procul abfuturam mortem, quæ die ſequenti adfuir circa noctem & morbi 17. Seprembris. 27.

Poſtridie cadaveris diſſecandi gratia cum locum dictum adiiſſem, rem peractam reperi: avidus ramen cognoſcendi hypochondriorum & inreſtinorum ſtatum, ob ſummos dolores quos ea in regione perpeſſus erat æger, qui paulo anre obitum toxico ſe infectum fuiſſe credere mihi dixerar, laxaris ſuturis coram Dom. Garnier, deprehendi ventriculum ſanum & integrum, at hepar & lienem omnino purrefacta, præſertim hepar quod lividum erat & lactis coagulati inſtar friabile: Inreſtinorum unnicam exteriorem corroſam & laceram diverſis in locis, cum vlcere, cujus oræ calloſæ erant, è quo materia purulenta prodibar, tanræ amplirudinis ut apicem auricularis digſti poſſet admitrere, ac ſubſtantiam inteſtini cujuſpiam omnino pervaſerat, quod quale fuerit deſignare non potuit, quia in abdomen confuſa conjecta eſſenr: cujus capacitate ſeroſitas bilioſa exundabat, abominando & horribili fœrore prædita, cujus libræ circiter ſex eductæ fuerant ab eo qui diſſectionem ſuſceperat: Neque cor neque pulmones vidi, graveolentiam veritus, quæ referenre Dom. *Garnier*, in ſtatu erant naturali, ſi Pulmones aridiores non fuiſſent. Dabam Villettæ Antoniæ anno 1662. Octobris 2. *Iulien.*

SCHOLIA.

NOs infra ſignati, examinatis interioribus partibus cadaveris Dom. A Contant: inteſtinis pluribus in locis exulceratis, è quibus unum perforatum: Hepate & Liene corruptis intra bidui ſpatium, per quod doluerunt, Aquis & ſeroſitatibus intra abdominis capacitatem, extraordinarie fœtidis collectam, aliiſq; ſymptomatis funeſtis, concludimus dictum Dominum morte violenra occubuiſſe, inducta à cauſa maligna & veneno lente actionem exerente, quod ſubſtantia ſe non prodidit, ſed tantum effectibus: Quod aſſerimus 2. Octobris 1662. *Mouton D. M. Garnier, Iulien.*

Dominus *Corbet*, Procurator Regius Viennæ Delphinatus, relationem præcedentem, quia res eſt momenti, communicatam mihi voluit; Ea præſertim de cauſa quia rumor erat defunctum à veneno exhibito interiiſſe, quamobrem ſententiam meam quoq; ut proferrem voluit.

Ego D. Medicus Facultatis Monſpelienſis, Lugdunenſi Aggregatus, infra ſignatus, certum facio me legiſſe, & ad amuſſim examinaſſe relationes factas à Dom. *Mouton* Doctore Medico, ac magiſtris *Garnier* & *Iulien* Chirurgis Delphinatibus, morbi & eorum quæ adnotata ſunt in cadavere adaperto Domini A *Contant*: Qua de cauſa cenſeo morbi & mortis cauſam adſcribendam eſſe inſigni cacochymiæ & corruptelæ humorum, cujus malignitas proles eſt & alumna: nec non vermium copiæ febris comitū, quandoquidem æger morbi initio famelicus fuit: Inteſtinorum unum perruſum fuir, è quo materia exiens, univerſum abdomen implens, purrida, abominando fœtore donata fuit (proculdubio ob lumbricorum ingentem copiam mortuorum & in inteſtinis corruptorum; quos proculdubio videre licuiſſet iis apertis) & inteſtinorum exteriorem tunicam exulceravit: meſenterium & epiplooo corrupit, nec non hepar & lienem, ante inremperie affecta & impuritatibus infarcta: quandoquidem ab initio morbi obſervata fuerar inſignis in utroque hypochondrio tenſio, iis familiaris qui prava utuntur diæta: Neque enim locus eſt conſtituendæ legitimæ exhibiti veneni ſuſpicioni, cujus nullum ſignum univocum extat, cum ventriculus (qui primam veneni impreſſionem, ore dati, ſemper excipit) integer & ſine labe repertus ſit: Adde his memorata ſymptomata febribus à vermibus inductis ferè familiaria eſſe, quod hoc tempore præſertim innoteſcit, quæ Delphinatum finitimaſque regiones peragrarunt, (Gratianopolim præſertim anno 1650) plurimis funeſtæ: Atque hæc eſt mea ſententia quam propria manu firmavi: Lugduni x. Octobris 1662. *Gras.*

Observatio LIII.

Febres continuæ lethales, exuſtis viſceribus ob denegatum potum.

SUnt quidam qui eandem fere legem in omnibus febricitantibus ſervant, nimirum ut caveant maximopere à frigidæ potu: quam ob cauſam anno 1649. infinitus propemodum ægrorum numerus è vivis ſublatus eſt, cum tamen febres eſſent continuæ, cum mixtione diverſorum humorum, & præcipue bilis, non tamen ſolæ; qui cum Siti maxima torquerentur exuſti obibant.

Sectis cadaveribus ventriculus, cor, pulmones & reliqua viſcera tanquam exuſta apparebant. *Domin. Panarolus Pentec. iv. Obſerv. viij.*

SCHOLIA.

FRigidæ potus ſicut in febribus ardentibus, æſtate media, in juvenibus optima temperie præditis, furentibus, optimus, communi Medicorum conſilio approbatur, ita etiam in febribus, ubi humores ſunt mixti, tanquam inutilis & inſalubris exiſtimatur. Quare diligenter advertat Medicus ne ipſum adminiſtrando aut auferendo ægrotum morti exponat. Ego vero humectando & refrigerando, (dicta tempeſtate) ſequenti modo miſeros ægrotantes ſanitati reſtitui, cum ubique cadavera per urbem deferrentur. 1°. ptiſanam hordeaceam non quinque aut ſex unciarum, ſed xij & xv. imperabam: 2. immediate ante prandium vel cœnam 8. aut 10. uncias aquæ hordeaceæ adminiſtrabam: quo facto in omnibus aut urina copioſa, aut alvi fluore oborto, ſurdi & fatui paulatim abſque febre remanſerunt, & diligenti poſtmodum cura adhibita, fatuitate & ſurditate fugata, integræ fuerunt ſanitati reſtituti, non neglectis interim aliis præſidiis, ſed in hoc ſalus tantum conſiſtebat: Aquæ iſti hordeaceæ impoſuimus aut frondes, aut cortices citri inciſos cum ſucco limonum, qua mediante nullus periit. *Idem ibidem.*

Observatio LIV.

Febre continua extincti vaſa omnia ſanguine depleta reperta ſunt.

§. 1. ANno 1641. Novemb. v. diſſectum fuit corpus Principis *Ferdinandi*, Hiſpaniarum Regis Fratris, qui lxxxix. diebus Febri continua obiit, ætatis xxxij. ann. Sublatis, corde, hepate, pulmonibus, adeoque diſſectis venis & arteriis, vix cochlear cruoris in cavum thoracis confluxit. Plane nimirum oſtendit hepar exangue, cor vero inſtar crumenæ flaccidum: Biduum ante mortem plus ediſſet ſi ipſi conceſſum fuiſſet: Fuit nempe per venæ ſectiones, purgationes, hirudines ita exhauſtus, non deſinebat tamen Tertiana typum ſervare. *Helmontius Tract. de Febribus cap. 4. §. 16.*

§. 2. In cadavere febre extincti in vaſis vix libra ſanguinis ſuperſtes fuit. *Car. Piſo lib. de morbis à ſero ſect. 2. p. 2. cap. 4.*

§. 3. Anno 1663. obiit in Gallia Sereniſſimus Princeps H. ab A. D. L. annos 63. natus, puſillæ ſtaturæ ſed vividæ & robuſtæ conſtitutionis: Huic febre continua prehenſo tam ſtricta diæta imperatur, quanquam largiori alimento, ſi conceſſum fuiſſet, libenter indulſiſſeti tamque frequentibus venarum ſectionibus eæ deplentur, ut aperto poſt obitum corpore, vaſa omnino exhauſta reperta ſint, viſcera autem omnia integra, nullatenus, ut in ſene, flaccida & marcida. Adeo ut facile conſtiterit magis illi funeſtam fuiſſe medicorum induſtriam & ſedulitatem, quam ipſam vim morbi.

§. 4. Febres ardentes alimentarios humores corporisque ſubſtantiam calore ſuo abſumunt: ſcribit *Hippocr.* lib. 1. de morbis, *Qui ex febre ardente* moriuntur, omnes ex ſiccitate moriuntur, Et referunt authores quidam ſanguinem totum fuiſſe abſumptum; ut ſcribit *Argenterius* ad cap. 2. lib. 2. ad *Glanconem* de *Mutio Medices*, Arcis Piſanæ Præfecto, in cujus cadavere ne gutta quidem ſanguinis reperta eſt. *Primiroſius de vulgi erroribus lib. 2. cap. 6.*

Observatio LV.

Febris continua à nimia obeſitate inducta.

OBlati mihi ſæpe infantes ex iis quibus lac nimia copia fuerat exhibitum, qui febre Continua brevi tempore extincti: quorum dum mortis immaturæ cauſam indagabam, omnes ita pinguedine obſeſſos juveni, ut vix ſcirem quo cultrum anatomicum adigerem, *Vide lib. 3. tit. de vomitu.*

Observatio. LVI.

ebris Lipyria *à Pulmonum inflammatione , exſiccatione & tabe ſe prodente , 1. Ab Eryſipelate eorum. 2. Ab eorum inflammatione maculas relinquente.* 3. Typhodes *ab inflammatione Pulmonum in ſuppuratum abeunte.* 4. Lipyria *ab Eryſipelate ventriculi.* 5. *Ab* Hepatis *inflammatione in abceſſum, ulcus & gangrænam deſinente.* 6. *Ab inflammatione extremorum Hepatis loborum nigredine ſe prodente , Lieni communicata, cum inſigni cyſtis fellæ magnitudine & repletione.* 7. *Febris Leipyrica tertianaria ab uteri inflammatione corruptionem invehente , cum Pulmonis partis & Iecoris vitio.* 8.

1. ILluſtriſſ. Marcheſia Rangona tribus ab hinc diebus ſollicitatur febre continua, è genere ardentium, *imò etiam Leipyria: pulſus enim* 1. *magnus eſt*, celerrimus , frequentiſſimus atque etiam durus nonnihil, languidus tamen, qui Galeno teſte, bilioſas febres non omnes conſequitur, ſed lethales tantum.

§. 2. *Sitis licet non ſit inſignis*, ob humorē à cerebro in os aſſidue delabentem, inſignem tamen alorem febrilem intus urentem indicat, alias enim ægra non ſitiret, nec aquæ potum uſque deo expeteret. 3. Vigiliæ quoque immodicæ febris hujus naturam pateſaciunt, quippe uæ vaporum à bile putreſcente in caput elatorum acrimoniam conſequantur : Cæterum uoniam cerebrum deſtillationis principium multis ſubfrigidis abundat excrementis, fere *ontinuè in ſomnum propenſa eſt*, dormire tamen vix poteſt brevi etiam temporis ſpatio, *unde olligitur Coma vigil.* 4. Temporum inſignes pulſationes dictæ febris pariter ſunt indicia, humores enim bilioſi facile ſurſum tendentes temporum arterias ſubeunt, eoque congreſſu nembranas , tum internas tum externas invadunt feriuntque, ideo. 5. capitis dolorem ſuſcitant, ita ut. 6. *quædam Delirii prælndia* detegantur : quandoquidem morbum perquam gravem & acutum minime (ut deberet) ſentire videtur: interrogata enim quomodo ſe habeat? at plurimum bene reſpondet : Quod mentem laborare indicat iuxta aphor. 6. ſect. 2. 7. adeſt Spiratio freqaens , laborioſa, & cum ſtertore quodam , à virium languore, uſu aucto, ob viſcerum, præſertim ſpiritalium, ingentem æſtum atque viarum ſpiritus anguſtiam, capitis fluxionem in aſperam arteriam conſequentem, unde ſtertor : 8. Iungitut huic febri *dolor dextri lateris, non punctorius & acutus*, ſed admodum mitis non continuus, ſed longo temporis intervallo interjecto leniter ſuſcitatus , *qui parte laborante exterius preſſa* excitabatur, minime certo loco circumſcriptus, ſed modo hanc , modo illam dextri lateris partem invadens. 9. Excrementa, ut fæces & lotia, *multa bile referta* ſunt : nec obſtat quod pituitoſa etiam admixta bilioſis excrementa conſpiciantur, nam ex præcedentibus cruditatibus ſunt collecta: quæ cum ſpumoſa ſint, magnam viſcerum & venarum ebullitionem indicant : fæces non ſolum bilioſæ ſpumoſæque conſpiciuntur, ſed læves etiam ac nonnihil pingues, quæ nativum viſcerum calorem ab ingenti calore putredinali & febrili violatum denotant, ut *humores primum eliquentur*, deinde carnes & pinguedines : *Lotium* autem *primis morbi diebus* rufum fuit & ſaturatum, tenue tamen, infirmi caloris nativi ſoboles, crudique morbi indicium , deinde confuſum apparere cœpit ob ſanguinis & humorum, qui in venis ſunt majoribus confuſionem, corruptionem & putredinem, cum putredo omnia perturbet, permiſceat & confundat: 10. *Sudores circa caput*. collum & pectus, una cum copioſiore urina erumpere cœperunt, qui mali, quia nullo in cæteris excrementis apparente coctionis ſigno, exigui, ſubfrigidi , febre non deficiente & in die pari promoti ſunt : 11. *Inſignis calor percipitur circa thoracis & ventris regionem* , licet exteriores corporis partes interdum frigidæ , nonnunquam moderatè calidæ contingantur interiores tamen ſemper uti affirmat ægra hinc linguæ nigredo , tametſi non multum arida cernatur, ob materiam à cerebro in os aſſidue diſtillantem : Ex quibus colligimus *febrem hanc putridam & continuam, non ſolum bilioſam & ardentem* eſſe, verum etiam Leipyriæ naturam æmulari, cujus *focus eſt in venis quæ ad partes ſpirituales* ad jecur & hypochondria ſpectant, quod patet ex illarum partium æſtu, dolore , atque *hypochondriorum , præſertim dextri, elevatione* potius quam renitente tumore, Febris autem *binas exacerbationes* quotidie habet, mane nimirum & veſperi, leves tamen, ac tertio quoque die, ſed per dies pares manifeſta excandeſcentia apparuit, Cum vero maxima eſſet inter nos opinionum ambiguitas, ſtatim diſceſſi non amplius rediturus, verum hora quinta circiter ſequentis noctis (die morbi quinta) ſummis precibus accerſitus, Ill. Ægram inveni valde ſiticuloſam, anxiam & inquietè ſe jactantem, cujus extrema frigida non amplius recaleſcebant , difficulter & cum ſtertore reſpirantem, prompte tamen loquentem , Quibus omnibus exacerbatis ſymptomatibus *præceps deſtillatio* ita impetuoſe acceſſit, ut præcluſa ſpiritus via temporis breviſſimo momento præfocata perierit.

Diſſecto

Diſſecto cadavere reperti ſunt *Pulmones pene tabefacti & exſiccati*, præſertim quoad part ſiniſtram, Etenim, licet ſecundum propriam ſubſtantiam, in ſummam maciem ſiccitaten dextri quoque Pulmones ob eandem cauſam incidiſſent, multa tamen excrementitia hur ditate ſuffuſi ob inflammationem à ſanguine pituitoſo ea in parte inceptam, molles & fl cidi apparebant, imo corruptio quædam in membrana pulmones ſuccingente ejuſdem teris dextri manifeſtè concipiebatur: Partes igitur internæ, ut prædicebam, non autem e ternæ, afficiebantur, niſi alio quodam leviore & peculiari affectu: *Zecchius conſultatio xxvj.*

S C H O L I A.

I*Mo etiam Leipyria*) Cujus ſpecies *πρωμεῖδης πυρετὸς* ab eryſipelate circum Pulmonem conſiſtente, quemadmodum ſcriptum eſt apud *Ætium* lib.5. cap.89.

Pulſus magnus, durus, &c.) De pulſu in hæc ægra peculiaris eſt ratio: Peripneumonia enim laborantium Pulſus ideo molles evadunt, quia pars inflammata (Pulmo) ſuapte natura humida mollis eſt & laxa: at ceſſante hac cauſa rationi conſentaneum eſt effectum quoque inde pendentem ceſſare, quod hic locum habuit, cum pulmones reperti ſint pene tabefacti & exſiccati, quorum partes internæ potiùs afficiebantur quam externæ: *Zecchius ibidem.*

Sitis licet non ſit inſignis) Cum vident Medici pleroſque febre ſatis inſigni laborantes parum ſitire, aut nullam probabilem rationem afferunt, aut diſtillationem à capite cauſantur Melius Galenus part. 1. lib. 4. Acut. *Interdum Cauſus in una parte, interdum in toto corpore gignitur: Si in toto corpore, Sitim omnino parit, Cum in una parte, non neceſſario, niſi pars ipſa ſitim afferat: Omnium autem primum id facit os ventriculi*, deinde ſtomachus, poſt Pulmo, ſubinde jejunum inteſtinum, Id quod notandum, Atque inde colligere poſſis attractionem ichorum in totum corpus, non tantum in majores venas, cauſam eſſe Cauſi: Sic in babitu corporis accendentur ichores, & febrem committent, & dolores ὀστοκόπους parient, & ſudoribus ſolventur, Et ab habitu maxime ſudor manat; Si ergo ventriculus, hepar, os ventriculi, jejunum inteſtinum, ſtomachus, & ſitis & febris ſunt foci quidam, item & corpus totum plenum ichoribus, quid eſt cur ad generationem febris continuæ recurramus ad venas internas majores? *Ballonius conſil. 31. lib. 2.* Sed præter defluentem à cerebro pituitam ſitis vehementiam extinguentem, altera in boc caſu ſubeſt cauſa, ſcilicet inſtrumenti propria affectio, quandoquidem Lingua nigra fuiſſe dicitur, quanquam non arida, ob aſſiduè diſtillantem in os è cerebro pituitam: Lingua cum ſit nigra exuſtaque, totus ſtomachus, cui illa continua eſt, eo pene modo affectus eſt; hinc arentibus iis partibus & ſupra modum ſiccatis, non percipitur ſenſus indigentiæ, quia nervus ſubjectus linguæ non eſt eo modo affectus & diſpoſitus quo eſſe debet, atque ſuperficie exuſta & torrefacta, in quibus cauſæ ſitiferæ prima impreſſio & ſenſio eſſet bebet.

Continue in ſomnum propenſa eſt.) Huc refert quæ lib. 1. de Soporoſis affect. dicta ſunt ubi de Lethargo à Pulmonibus.

Coma vigil.) *Avicenna* notavit pueros ardenti febre bilioſa correptos interdum ſomnolentos potius quam vigiles eſſe, præ nimia humiditate huic ætati familiari, quæ ratio huc pertinet.

Quædam delirii præludia) Delirium tacitum non omnes agnoſcebant, quamvis enim nec abſurda loqueretur, nec temeraria moliretur, nihilominus quia morbum graviſſimum acutiſſimumque fere non ſentiebat, atque ſibi ipſi in ſingulis propemodum diſſimilis erat, mentem ægrotare facile intelligebatur. *Zecchius.*

Dolor lateris) Cum dolor hic non ſit punctorius & acutus, ſed admodū mitis, non continuus, ſed longo temporis intervallo interjecto leniter ſuſcitatu cumque certo loco minime ſit circumſcriptus, ſ modo hanc modo illam dextri lateris partem inv dat, haud quidem Pleuritidis accidens (ni fallo) cenſeri poteſt, cum præſertim nulla vel exigua tuſſ adſit, eaque rara admodum excitetur, notha namq pleuritide laborantes aſſidue tuſſire ſolent, Quam brem dolorem hunc aliunde pendere arbitor, nim rum à ſanguine bilioſo pulmonum venas replente a partium inflammationem quandam ſuſcitante, qu quidē certis quibuſdam horis magis minuſvè ferve cente, ideoque membranam pulmones ambientes diſtendente, dolor ille concitetur; nam licet pulmones non ſentiant, eorum tamen membrana ſenſu aliquo non caret: Quod autem cutis affecti lateris cur carne ſubjecta contrectata dolebat, non tamen ex ſtimare debemus dolorificum hunc affectum fuiſ tantum externum, quamvis conſultores ita ſentirent nam præter externum affectum, quem non nego, qui que nullius eſt momenti, cum ægrota ſuper illud la tus facile cubare poſſit, alium eumque graviorem af fectum, Pulmonum lateris dextri ſubſtantiam & membranam ſimul læſiſſe vexando, hinc patet quod ſuper latus oppoſitum nullatenus cubare poſſit, certiſſimum ſane interioris affectæ ſedis argumentum *Zecchius.*

Non punctorius) Quod dolor lateris non eſſet punctorius & acutus ſed mitis, ex eo Conſultores aſſerebant notham eſſe pleuritidem, h. e. muſculorum coſtalium externorum inflammationem, quod præter febrem continuam, lateris dextri dolor & ſpirandi difficultas cum tuſſicula quadam adeſſent, & parte laborante exterius preſſa dolor excitaretur: Cōfirmabant, quia ſi fuiſſet Peripneumonia, ut ego affirmabam, tria potiſſimum habuiſſemus ſigna, 1°. Pulſum mollem (qui tamen in hac ægra durus erat) 2°. maxillæ apparuiſſent rubore ſuffuſæ, ob vaporum copiam qui ab inflammationis & ebullitionis loco excitantur. 3. cruentum aut rubro colore infectum ſputum excerni ſolet, ut docet Gal. 2. de loc. cap. 9. quod in hoc morbo non fuit obſervatum: Quod ſpectat ad lateris dolorem, argumentum facile diluitur ſi prius conſideremus quid ſit Pleuritis exquiſita & notha, quidve Peripneumonia: Exquiſita Pleuritis, ut omnes fere arbitrantur, eſt inflammatio membranæ coſtas cingentis, vel muſculorum illi continuorum in parte interna: Notha autem eſt muſculorum externorum lateris inflammatio: Interdum verò dicunt Pleuritidem falſo putatam, eſſe dolorem cum inſigni ſpirandi difficultate, ac cum febre, procedentem à copia crudorum ſuccorum, qui in vacuum thoracis locum, aut in pulmonem repente ſe ingerunt, membranamque ſuccingentem diſtendunt, Nos autem cum *Hippocr.* in lib. de loc. in hom. t. 91. Pleuritidis nomine Pulmonum alterius duntaxat lateris inflammationem intelligimus: Peripneumoniæ autem nomine, Pulmonum ſecundum utramque partem inflammationem eſſe

 affirmamus.

rmamus : Quare ſemper in hac fui ſententia ut teris dolores magna ex parte ad pulmones pertiant, raro autem ad membranam illam coſtas ſucigentem, cum in pluribus præſertim corporibus ſt obitum diſſectis ægrotorum, qui communiter acpta Pleuritide periiſſe judicabantur, non membraun hanc affectam fuiſſe, ſed Pulmones obſervave n una cum ſua mẽbrana laceratos & corroſos : Sed ad inſtitutum redeam, Illuſtr. ægram non laborate uſculorum coſtalium inflammatione aſſerebam, uod alii cenſebant, nam cum diligenter obſervarem borantem hanc decubitum in partem affectam fale ſuſtinere non poſſe, poſſe autẽ in latus oppoſitum abare, certo aſſerebam ſedem affectam internam eſſe ulmones, nempe una cum membrana eos circumingente : Ex dolore namque gravi, ſed non punctili, um ſtertoroſa & difficili reſpiratione, atque pulſu agno, languido, & cum multiformi inæqualitate, faile intelligebam Pulmones inflammari. Nec obſtat uod de tribus ſignis deficientibus aſſerebatur in meium, quoniam incipientes morbi omnia ſtatim ſigna anifeſte haudquaquam exprimunt, Atque ut ordie retrogradu procedamus, quod ad excreta attinet, tſi in hoc affectu non ſemper ab initio inter tuſſienum aliquid ex Pulmone excernatur, plerumq; tamen er morbi incrementum ac vigorem cruentum ex eo etruditur, quoniam illud eſt quod tenue ex inflamnato loco tandem exudat & excernitur: Neque etiam nter hujus morbi initia tanta in loco inflammato bullitio excitatur, ut vaporum ſublatorum copia malæ rubore coaſſiciantur, De Pulſu autem peculiais eſt ratio alibi annotata. Cur vero inflammaionis hujus ſigna, ſitis nempe, dyſpnoea, & tuſſiula manifeſte apparerent: alia autem, nempe pulſus nollis, malarum rubor, & ſputum cruentum inflamnatione inchoante deliteſcerent, ea ratio adduci poeſt, quod hæc unum duntaxat morbum, peripneumoiam videlicet, ſequebantur : illa vero non ſolum hujus incipientis morbi ſoboles erant, ſed, & deſtillarionis, & febris, & anguſtiæ cujuſdam vaſorum ad Pulmones pertinentium, qui quidem affectus jam inſignes erant & patentes. *Zecchius.*

Inſignis calor circa thoracis & ventris regionem) Hinc *Valleſius* 1. Epid. ſ. 3. ægro 1. notat, & ex eo *Riverius*, Perrarum eſſe febres acutiſſimas & pernitioſiſſimas fieri ſine interna aliqua phlegmone : Quare nunquam omittendam curam hypochondriorum, thoracis, capitis, uteri, renum & veſicæ, ut omni ratione inveſtigemus quæ harum partium inſigniter laboret, ut ei, quod ad fieri poſſit, ſubveniatur.

Febrem hanc non ſolum bilioſam & ardentem, &c.) Conſultores febrem hanc malignam cenſebant, quod ferina ſymptomata morbi eſſentiæ, calori ſc. febrili, minime reſponderent: Ego autem talem non iudicavi, quia morbi maligni non ſolent decreſcere aut remitti, ſaltem ante eorum vigorem : quare cum hæc ſtatis quibuſdam horis remitteret, malignam non credidi: Niſi malignitatis nomen latè ſumatur pro magno & pernitioſo, quomodo *Hippocr.* 2. Epid. febres autumnales, quibuſcum cardialgia feritaque ſymptomata coniunguntur, minus malignas appellat; quod tempori familiares ſint : Nam licet interdum febris ita remitti judicaretur, ut nonnihil ægra quieſceret, non tamen ipſam febrem ſuapte natura remiſiſſe judicandum eſt, ſed ipſius duntaxat declinationem exacerbationis factam fuiſſe: Quare hinc deceptionis occaſio erat, quia illi qui aderant, comparantes ſtatum præſentem declinantis exacerbationis quietiorem cum ſtatu ejuſdem acerbiore, ægram melius ſeſe habere, febremq; declinare falſo exiſtimabant: Ita 1. Epid. *Philiſcus.* corripitur febre tam acuta & maligna ut die 6. objetit, tamen ſecunda inclinante die cuncta ſymptomata remittebant, nec non tertia die mane & uſq; ad meridiem viſus fuit immunis à febre. *Zecchius ibid.*

Praceps deſtillatio &c.] In quæſtionem vertebatur num ejus inhibendæ gratia, & ſuffocationis periculi vitandi, phœnigmo, dropace, vel in incipite inuſtionibus, more *Hippocr.* redundantes in cerebro humiditates exſiccare & foras trahere expediret? Id ſtatim præſtandum contendebam, at Conſultores obiiciebant, Si futurã times capitis excrementorum à calore febrili fluxionem, cur id remedii proponis quod valentius excrementa capitis liquabit quam febrilis calor? Reſp. Liquatos à medicamento humores foras quoque prolici, unde impetus fluxionis cohibetur : cujus operis ſimile extat exemplum apud Galen. 5. meth. med. cap. 14. *Zecchius.*

Pulmones pene tabefacti, &c.] Veriſimile eſt Pulmones tantam immoderationem ſiccam, talemque affectionem hanc, tam brevi temporis ſpatio quo ægrotavit minime contraxiſſe, ſed multo antea, tum ex naturali quadam ad ipſam propenſione, accedente ſenili ætate, tum etiam ex victus ratione prægreſſa: quippe cum animi & corporis laboribus, vigiliis & frequenti jejunio, pietatis cauſa, dedita eſſet. *Id.*

Hypochondriorum, præſertim dextri, elevatione.] Quamvis primo aſpectu ſuſpicio mihi nata ſit incipientis in hepate inflammationis, quod ſimul obſervaſſem tumorem quendam adhuc etiam ſubſiſtentem circa jecoris regionem : cum corporibus nonnullis à natura datum ſit ut hepar fibris quibuſdam ita coſtis inferioribus hæreat, ut hoc viſcere laborante diſtentoq; coſtarum regionem dolor infeſtet, atq; pleuritidis ſpeciem referat, quod multis ab hinc annis obſervavi & experimento comprobavi : diligentius tamen ſingula mecum perpendens dolorem hanc ex Pulmonum illius lateris inflammatione proficiſci exiſtimavi, difficultas enim ſpirandi, anguſtia, ſtertor, pulſus magnus, languidus, atque multiformiter inæqualis, una cum ſputo inter tuſſiendum ſpumoſo excreto, comiteque dolore, licet non punctili, Peripneumoniam cumulatiſſime indicant.

§. 2. Eryſipelas Pulmonis paucis attingunt, quia forte raro occurrit : Ejus exemplum vidi menſe ſeptembri anno 1678. in puello xv. menſes nato, filio Dom. *de la Combe* Diverſitoris, cujus domui appendet inſigne trium Regum, Traditus fuerat nutrici educandus extra domum, cui redditur bene habitus & pedibus valens, ſine auxilio deambulans xiv dicti menſis: Die ſequenti, ſcil. xv. febre corripitur, quam comitabatur ſitis inexhauſta, vomitus omnium ingeſtorum ac diarrhoea, (aut potius Cholera morbus) ac oculorum motus convulſivi : Ab exhibitis granis vi lapidis bezvartici orient. & tantundẽ margaritarum præparatarum, ex aq. ceraſor. nigr. cum ſaccharo cando, melius ſe habuit, nam ſedatus vterq; fluor, oculis nitor & connivenția rediit, adeo ut omnia in tuto viderentur, Sed exactis xij horis convulſiones, in oculis tantum manifeſtæ redeunt, calor intus refugit, adeo ut ad actum omnino frigeret, cavantur oculi, ambiente eos inſigni livore, mors deniq; deſinente ſexta die obrepit.

Conſternati parentes, quod ante annum alius puellus morbo acuto quoq; fuiſſet abreptus, apertionem cadaveris optarunt, Hæc priuſquam ſuſciperetur, anaſarca per totum affectum

ctum ſe obtulit, ubique enim digitorum impreſſa veſtigia remanebant: Aperto abd- mine, omentum vix umbilicum pertingebat, pinguedine deſtitutum: In ventriculo intestinis flatus. *Colon*, in vicinia cyſtis felleæ, atque lato ambitu impenſe flaveſceb- *Iecur* pallidum erat, qui color familiaris peripneumonicis, tincturam ad ſe attrahentib- pulmonibus: Annexa illi *Cyſtis* turgida, exterius coloris ſaturate viridis: fovea, cui inſe- tur, admodum excavata, quæ duos digitos complicatos admiſiſſet. *Meſenterium* glanduli- ſcatebat innumeris magnitudinem naturalem excedentibus, ab obſtructionibus tumidi- quod intempeſtive puero ſolidior cibus fuiſſet exhibitus: Unde atrophia illi imminebat ſi vita fuiſſet protracta: *Ren uterque* quam decebat major, ovum gallinaceum maximum mole æquans. Siniſtri vitioſa erat figura, parte enim convexa planus erat, quaſi a super- incumbente pondere depreſſus: Diſciſſus arenulas plurimas pelvi incluſas continebat nec non ureter ſubditus, puri remixtas: Cui forte Anaſarcæ ortus adſcribendus, quo- unicus Ren eſſet in officio, ſero hinc in habitum effuſo: *Thorax* autem mortis cauſam con- tinebat: *Cor* pro ætatis ratione majus. *Pericardium* aqua deſtitutum, *Pulmones* parvi, ex- angues, antica parte colorem nativum & formam ſervantes. Poſtica rubicundiſſimi, in- flammationis eryſipelaceæ notas gerentes, citra duritiem & renixum: Reſpiratio non multum difficilis fuit, illi ſimilis quæ ob uſum adauctum accidit: Tuſſis toto morbi de- curſu abfuit, quod ſola intemperies citra humoris copiam moleſta eſſet.

§. 3. Tantum in Leipyria febre renitentiam alexipharmacis omnibus obſervavimus, u- mortuis ægrotantibus, ſecto pectore, maculæ nigerrimæ inventæ fuerint, per totam Pul- monum ſubſtantiam diſperſæ & alte penetrantes: Pulmones hoc modo variegati *Pard-* pellem æmulabantur. *Dom. Panarolus Pentec. 2. Obſerv. 14.*

§. 4. Quidam longo tempore ob vulnus in pulmone decumbens, eo tandem putrefacto à Febre Typhode contabuit: Illi media pars pulmonis conſumpta ac pure ſoluta ſpecta- batur. *Vide lib. 2. Tit. de Phthiſi.*

§. 5. D. Rubat. (*Vide lib. 3. tit. de Ventriculi dolore*) de ventriculi æſtu conquerebatur: ade- rat Febris leipyria: Fundus ventriculi parte interna nigricabat, tanquam ab igne uſtula- tus. Pars externa lienem reſpiciens livebat, & pars coli vicina.

§. 6. Famulus cereviſiarii Delphenſis miſere ultra annum decubuerat, annos natus 36: Per integrum annum dolore hypochondrii dextri conficiebatur, atque in autumno fe- brem habuit non obſervantem typum, lentam tamen, qualis in corruptela ſubſtantiæ Ie- coris fieri ſolet: duravit deinde hæc febris, typum non retinens aut obſervans, per totam hyemem ſequentem, quæ neque hominem in vere reliquit, & perduravit deinde ad æſta- tem uſque &c. Cum autem per annum quaſi tabe conſumptus foret, maximos dolores perpeſſus, ac tunc faciem Ictericis ſimilem haberet, qualis contingere fere ſolet omnibus Iecinoroſis, tandem C. Ericium accerſivit, quo ſtatim repudiato cum opem non ſentiret, variorum Empiricorum opera uſus eſt, ita ut tandem ad extremam atrophiam devenerit: Ego quoque accitus, homineque inſpecto, admirari cæpi, cum in vita virum magis con- ſumptum macilentioremque nunquam vidiſſem, cui tantum pellis rugoſa una cum oſſibus reſtabat, Iecore enim ita contabeſcente totum corpus tabe abſumptum conſpiciebatur: Deinde huic non ſolum facies erat citrina, ſed univerſum corpus flavum evaſerat, etiam albedine oculorum in citrinum colorem plane converſa, quod & jecinoroſis & ictericis evenire ſolet: Aderat & huic Tuſſis ſicca, admodum moleſta, hominem omnino confi- ciens: hypochondrium deinde dextrum apparebat durum & valde ſubtumidum, & om- nibus conſpicuum, muſculis abdominis plane conſumptis & extenuatis: urina vero tenuis erat, ſed ſupra modum tincta & ignea, ut vinum rubrum ac diaphanum videretur: Sed & otis ſiccitas eum moleſtabat, *præſente febre hectica*, ac pulſu vix apparente, & magis ſub noctem intenſa: cæterum modo alvus adſtricta erat, modo admodum liquida & plurima bilioſa liquationis inſtar egerebat: poſtea iterum fuit arida & ſicca: Præterea aderat & cibi faſtidium ſitiſque inexhauſta, ita ut aquam frigidam ac gelidam magna in copia hau- ſerit, Ad hunc poſtquam ultra annum laboraſſet, ingreſſus, cum ab initio huic ſanguinis detractio eſſet prætermiſſa, idque male in Epatis inflammatione & apoſtemate, nunc id nullo modo licuit, in homine jam tabe & hectica febre conſumpto, ipſoque humido radi- cali etiam abſumpto: Ego vero apoſtema in hepate confirmatum atque incurabile pro- nuntiavi, & non diu poſt meam opinionem confirmavit cadaveris ſectio: nam tumor ad- modum durus paucis diebus è regione epatis ita in immenſum excrevit, ut omnibus appa- reret, non ſine dolore: quod ſignum erat abſceſſus futuri, nam ſi ſimplex ſcirrhus fuiſſet minus doluiſſet: quare prædicto prognoſtico eum pro deplorato habuimus, cum apoſtema Epatis confirmatum non curetur, At poſtea cum idem tumor laxior fieri inciperet, febre magis invaleſcente, ſuppurationem expectavimus: Hinc cum apoſtema maturum appa- reret, & materia ſatis eſſet deducta ad ſaniem, remittebantur quidem prædicta acciden-

, gravitas tamen major remanebat, cum materia in uno loco magis congregata videre-r, & tactu lenitas & mollities ſentiretur, duritie, quæ prius ſentiebatur, in totum ablata: atim autem cognovimus ex dolore redeunte, ruptionem appropinquanre, punctione & ore rurſus increſcente & gravitate majore: Cum tamen per ſe non rumperetur abſceſſus, Chirurgus ruptionem juvaret imperavimus: Verum cum ejuſmodi ingens apoſtema non mperetur, Chirurgum incitavimus ut ad inciſionem procederet, ſed in corpore debili exhauſto id tentare noluit, vel non audebat; exiſtimabat enim quod tandem per medimenta appoſita rumperetur: Verum cum illud non ſuccederet & eſcharam quaſi induxiſt, denuo me in conſilium adhibuit: Ego autem cum ex ſignis præſentibus animadvertem quod pus rotam ventris cavitatem occuparet, potiſſimum è regione Epatis, ubi tumor gens laxior apparebat (nam morio puris & fluctuatio quædam exaudiebatur) ulcus jam ctum in Hepate, malignum, putridum & corroſivum iudicabam, quod hominem ſubito vita tolleret, niſi uſtio (vt vereres Medici facere ſolebant) vel inciſio aut apertio ſtatim eret ſcalpello vel phlebotomo aliquo, quæ licet etiam in homine deplorato & viribus exauſto periculoſa haberetur, tamen rentandum fore, ne æger ſtatim ex purredine puris tus collecti exſpirarer, Ideo & ſecundus Chirurgus advocatur qui inciſionem ſtatim gendam cenſuit, præhabito tamen prognoſtico quod cura coacta & periculoſa foret, tamen tentanda ne ulcus in pejus procederer: interim ſi fieret, atque æger animo delinqueer, ſicque vitam finiret, id in manu noſtra non eſſe, cum vires exhauſtæ eſſent, interea otius anceps quam nullum remedium adhibendum: Cæterum ægro ipſo, tum amicis ſtantibus conſentientibus, Chirurgus dextre ſuo officio functus eſt; prima vice poſt adhiitam inciſionem ſanie virulenta & ſanguinolenta abſque pure exeunte, at cum vulneri mpoſitum eſſet linamentum, quod ſecunda viſitatione amovebatur, materia viſcoſa, puulenra, fœtida, copioſa emanavit, cum tanto fœtore ut totam domum eo impleret, ita ut vix quiſquam noſtrum in cubiculo apud ægrum perſiſtere poſſet: Cum vero materia foret vitioſa, ut eo minus exire poſſet, denuo coactus eſt inciſionem ampliorem facere, quod etiam dexterrime peregit neque interiora læſit: exivit tunc materia admodum fœtida & purulenta amurcæ ſimilis: unde conjecimus omnia interiora corrupta, & hepar ſimiliter, & ægrum non evaſurum amicis prædiximus, juxta aphor. xlvij. 7. Tertio autem die ab inciſione caro exterius facta eſt livida ac in gangrænam mortificata: nec tantum caro externa, ſed & interior, quod cognovimus ex ingenti putredine & fœtore qui ex loco inciſo exhalabat dum vulnus reficeretur, non aliter quam ex homine cadaveroſo & demortuo: præterea dum Chirurgus paulatim pus propellerer, & ad exteriora labia vulneris deduceret, tanra caviras apparebat vt & interna tandem etiam corrupta ſpectarentur: Paucis, ſeptimo die ab inciſione peracta mortuus eſt.

Eo demortuo cadaver inciſum, Et in tota ventris capacitate reperta copia puris valde fœtentis, vt præſenres in cubiculo perdurare vix potuerint. Occupabat autem pus tam partem ſiniſtram quam dextram ſub toro abdomine, uſque ad imum ventrem, & repertum eſt omentum à pure virulento conſumptum, peritonæum quoque diſruptum & putridum conſpiciebatur, ſimiliter & inteſtina nigredine & plumbeo colore infecta ſpectabantur: Hepar autem durum videbatur, ingentis magnitudinis albicans autem circa ſtomachum, ſed in gibba ſui parte, prope nothas coſtas, nigrum, exuſtum ac plumbeum, in eſthiomenon tranſmutatum: erat enim hepar circa illam partem potius eſthiomenatum, ut ita dicam, quam ulceratum: & in parte gibboſa, paululum deflectente à coſtis, gangræna infectum: Et vix pus in hepate conſpiciebatur, potius vero in concavitate venrris, quod ab hepate diſrupta membrana eo defluxerat: præcipua autem Hepatis corruptio erat in parte dextra, verſus coſtas ſpurias, & circa muſculos: intercoſtales quinetiam ſimiliter nigredinem contraxerant: Coſtæ quoque ſpuriæ tanquam igne combuſtæ ex eſthiomeno, nigritiem & exſiccationem contraxerant, Ita ut carbonis Inſtar nigræ aduſtæ frangerentur: Vlceratio vero ad muſculos abdominis proceſſerat, magis in parte dextra, qui muſculi ſimiliter tandem nigredine & gangræna affecti erant: In parte vero hepatis eſthiomenata potius virus & ſanies ſpectabantur quam verum pus: mirum fuit quod hic tamdiu vixerit: Antequam autem in illam tabidam & ſiccam diſpoſitionem, tum dolorem dextri hypochondrii inci-diſſet, multis ante annis fuerat valetudinarius: *(P. Foreſtus Obſervat. X. lib. XXI.)*

SCHOLIA.

VEriſimile eſt hunc prius inflammatione hepatis laboraſſe, demum duritiem ſubſequutam, poſtea apoſtema, deinde abſceſſum, tum ulcus: ita ut ex gibba ejus parte eſthiomenata tum gangrænata, ſanies ad partes circumſtantes fluxerit, & partes adiacentes, ut coſtas ipſas, eſthiomeno infecerit: Et quia ingens fuit abſceſſus, etiam in parte concava, facta diſruptione pus etiam defluxit in capacitaté ventris, inteſtina tum omentum ipſum ac peritoneum inficiens: Diaphragma tamen nullo modo læſum ſpectabatur;

batur, quare & mente conſtitit per totum morbi decurſum, niſi paucis horis antequam moreretur, cum falſo imaginaretur ſe cereviſiam coquere. Solent enim morituri, ut longa obſervatione animadvertimus, plerumque ea imaginari atque facere, & illas actiones obire quas in vita maxime exercuerunt *Idem Ibidem.*

Febre magis ſub noctem intenſa] Galenus 1. aph. 12. ait morbo laterali & phrenitidi magna ex parte tertium diem acceſſiones fieri: Suppurationibus tem quæ ventri eveniunt, aut hepati & tabi, cott & magis ad noctem: qui vero ex liene laborant, omnino ex atra bile, per quartum. Cur Empyemat *Febris ſubnoctem ingraveſcat* vide lib. 2. Tit. Phthiſi §.

§. 7. Puer novennis, filius Dom. *Bruyere* Genevenſis, ſtrigoſus, ſcabie diu infeſtat quam nec purgationes, nec uſus ſeri lactis, aut alia præſidia delere potuerunt, Tand menſe majio 1677. febre prehenditur continua, cum extremorum frigore, vomitu contin ingeſtorum & deiectionibus crebris, imo cholera, unde ad maraſmum intra quatriduum c ductus, quarta dies illi lethalis fuit: Quæſitum à parentibus quæ cauſa fuerit morbi? R ſpondi cum Dom. D. *Cramero* adeſſe inflammationem viſceris alicujus naturalis aut pluriu à qua inſtar cucurbitulæ raperetur calor exteriorum partium ad interiores, iuvante penu ſanguinis in toto, cujus portio reſtitans tota circa locum inflammarum conſiſteret.

Quod ſuperſtes eſſet frater ſimiliter macilentus, ſcabie quoque herpetis naturam mil cei æmulante infeſtatus, optarunt Parentes diſſectionem cadaveris, quæ die 8. maii inſ tura eſt, me præſente & D.D. Cramero: Reſeraro thorace Pulmones flaccidi ſe exhibueru exſangues, paucum cruorem nigrum continentes: quorum dexter lobus coſtis & diaphr gmari arctiſſime adhærebar, ſiniſter liber erat: Cor omni pinguedine exutum erat, marc dum, rugoſum: pene nulla in pericardio aqua: Aperto abdomine, peritonæi & omenti nul veſtigia, inteſtina flatibus tumida: Ventriculus *vacuus, parvus*, vix ovum anatinum æquar meſenterium pluribus glandulis duris refertum: Iecur magnum, aliq ibus in locis par convexa ſcirrhoſum, concava parte circa extremos lobos gangræna infectum à prægre inflammatione: Cyſtis fellea inſignis magnitudinis, viridis coloris, tumida, ovi gallinac mediocris magnitudine: quæ diſſecta effudit bilem ſucco porri coloratiorem, olei conſiſte tia, unciarum duarum circiter pondere: Lien forma erat pene rotundus, ſimili ac jecı circa extremitatem infimam labe infectum: Renes ambo ſani ſed majores naturalibu Cætera rite ſe habebant. Per ſanitatem pauciſſime edebat, ob anguſtiam ſcil ventrici nativam, qui rotundus erat. *Vide Gal. in arte parva.*

§. 8. Domina *de Bobigni*, cum per annos aliquot ſenſim atque paulatim emacruiſſet, omr alimentorum genus faſtidiviſſet, & ut loquitur Hippocr ἀποσιτεόμενος ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰ tandem repente ac inopinato eſt extincta, ac cum cibum nec caperet nec appeterer (apu Hippocr. autem λαμβάνειν ſignificat cum aliqua appetentia accipere) quotidie vivendo mo riebatur & moriendo vivebat, prehenſa eſt paroxyſmo febris Tertianariæ typum referenti tertio poſt die idem paroxyſmus, à quo revaluit & fuit ἀπύρετος, & habebat more ſolito lucum & deambulationem cogitans: At acceſſit rigor προδρομος Tertiani & tertii parc xyſmi: fuit rigor ingens & tantus ut ab eo non potuerit, ut loquitur Hipp. ἀναθερμαίνεσθαι. Tc tum erat ſane λειπυρικόν, interna conflagrabant incendio: ſequenti die fato conceſſit: con querebatur maxime de dolore ad hypogaſtrium.

Invenitur aperto cadavere *Pulmo aliqua ex parte inflammatus*, Epar exſuccum & mali co loris: Sed *uterus* erat *corruptus* & quaſi gangræna affectus, plenus tabo & ſanie, quæ era δυσώδης: Maritus per tres annos fere abſtinuerat à congreſſu: forte ſi ager fundusque cultu fuiſſet melius cum ea actum foret: laborarat olim ῥῷ γυναικείῳ, qui erat tetri odoris, aliqu ex parte & fere omnino ſuppreſſus erat: Interiit fere à veneno interno & genitivo: Hæc cum alias fœcunda eſſet, (quod mirum) cum fœmellam conceperat, fluebat iſta materia, etiam copioſa: cum marem, aut minor erat aut ſiſtebatur. *Iacobus Thevart Nota. 2. in conſ. 96. lib. 3 Conſ. Ballonii.*

SCHOLIA.

PVlmo aliqua ex parte inflammatus, ſed uterus corruptus.] Ob duplicem focum febrilem febris reddita eſt intenſior, alias ut notat *Ballonius l. b. 2. Epid. p.* 122. cum partes principes laborant ἄφανος ſ febris maxima ex parte eſt veluti lenta & ſymptomatica, ægrique incautis medicis eripiuntur: Quo modo *Condæi Principis* vxor a partu interiit a corruptione uterorum, quod non animadverterunt Medici: Hippocr. l. 1. de m. mul. hoc animadvertit, qui non requirit febrem ardentiſſimam in morbo vteri per corruptionem: imo ait, πῦρ βληχρὸν, i. e. blandus mitis & debilis calor eſt.

Vterus quaſi gangræna affectus] Quæ ſæpe ſequitur illius inflammationem a ſubſiſtentibus lochiis, & ſanguine intra vteri fungoſos parietes concluſo, tunc remanet tenſus vterus ac durus, non ſecus ac ſi contineret adhuc fœtum: Eo in caſu *Fernelius* e brachio detrahit ſanguinem: *Pereda* monet conſiderandum non unde fluit ſanguis, ſed in quam partem influxit, & proximam venam ſecare jubet. Revera vtilius & ſecurius eſt e pede mittere, ut irritetur vterus ad excretionem iſtius ſanguinis putris & lethiferi. *Riolanus Encheir. Anat. cap. 36. lib. 2.*

OBSERV.

Observatio LVII.

eri Febre maligna *affecti viſcera vitalia & naturalia varie affecta fuere.* 1. *Mulieris ab eadem extincta Pulmones putridi, Hepar inflammatum ac ventriculi tunica interior, Ileon inteſt. ex parte gangranoſum.* 2. *Febris maligna ut plurimum ab inflammatione ventriculi & viſcerum pendet.* 3. *Maligna, putrida & hectica juncta à Pulmonum vitio, Iecoris, Lienis.* 4. *In Puella à febre maligna mortua, Ventriculi vitium notatum, Hepatis, Cyſtis fellea, Inteſtini recti.* 5. *Febris maligna in Thorace ſedem habens, cujus cavitas aqua putrida, ſubnigra plena, Pulmones unius lateris & pleura corrupta.* 6. *Febris maligna à multiplici viſcerum naturalium & vitalium vitio.* 7. *Ab inflammatione, hinc necroſi eorundem omnium viſcerum.* 8. *A veneno exhibito, viſcerum prope omnium naturalium corruptionem inducente.* 9. *Febris maligna ab inflammatione Renis ſiniſtri, nigredine ſe prodente, ſpinali medulla communicata.* 10. *In pluribus partibus quorundam à febre maligna extinctorum* Vermes *deprehenſi* 11. *A febre maligna mortuus habuit omnia viſcera nigricantia, ſphacelata, ventriculum putridum.* 12. *Alius ventriculum puſtulis plurimis conſperſum.* 13. *Alius in cyſti fellea calculos.* 14. *Feb. maligna ab inflammatione plerorumque viſcerum.* 15. *A vitio ventriculi & Iecoris poſt venenum aſſumptum.* 16. *Ab ardore febrili in malignis aliquando ſanguis concreſcit in venis.* 17. 18. *Aliquando fluidus permanet.* 19. 20. *Calculi in veſica fellis febre maligna laborantis.* 21. *Ob ventriculum cordis dextrum extraneo corpore repletum, Siniſtrum ex parte.* 22. *A Pulmonis & Lienis ſphacelo, quorum ſola tunica ſuperſtes :* Ubi induſtrii Pictoris induſtria cerebri conformatio deſcribitur. 23. *Malignus morbus, puſtulis malignis inframammillam ſiniſtram ſe prodens, Ob labem Iecoris maculis luteis conſperſi.* 24.

1. Filliolus ſeptennis Ill. Baronis de Himton. ob varios in victu etrores, doloribus inteſtinorum jampridem obnoxius, Novembri elapſo vomitionibus porraceis, alvi luxu putrido, ætuginoſo interdum & variegato tentabatur; febre inſuper exacerbatio- ibus ſub noctem cum anxietate, morſu ventris, nauſea, ſtridore denrium, frigore extre- norum, & ſiri inexplebili ſtipata : Per rotum morbi cutſum intractabilis peſſime ſe ha- uit ad oblata, medicamenta pariter & alimenta, ſolis gelatinis ex C.C. & raſura Eboris in erevisia tenui ſolutis refocillatus, quas etiam ſæpiſſime, præmiſſis ructibus aliquot acidio- ibus, anxius exſtomachavit : Fauces interim *aphthiis* & *albicante mucilagine* uſque ad linguæ adicem conſpurcabantur. D. D. *Meara* memorata ſymptomata & una cum mareria mem- ranoſa rejecta de phlegmone & ſphacelo ventriculi hæſitantem renuetunt, Eam tamen ion eſſe ex nobilitate partis affectæ, morbum tam lethalem in tot dies productum ferendo imparis, ex partium neceſſario conſentientium incolumitate, ex euphoria denique ad eje- ctionem conſequente, paſſus eſt ſibi perſuaderi : Ob ſimilitudinem potius ſubſtanriæ, ma- teriam jam prope lumbricorum formæ diſpoſitam, vel forſan particulas eſſe lumbricorum putredine fractas conjecimus. Circa 8. morbi diem accerſitus ſum, conſentiente autem D. D. *Meara* ad expurgandam morbi mineram in primis viis malignitate vermiformi putreſcentem, infuſum Rhei mane exhibetur, coctione quadam in vrinis appatente: ix. quo ſepties ferebatur alvus, excretionibus ſummum incendium redolentibus, ſub nocte tamen ingraveſcebat febris conſuctis ſtipata ſymptomatis. x. Summo mane ſubſtantiam quandam nigricantem, viſcidam & quaſi cutiformem ſumma cum inquietudine evomuit, ex quo ſedatior aliquantulum ad ſomnum ſe compoſuit : nox eadem : x i. delirus in lecto contineri noluit, laudano vero opiato ſub nocte conſopitus ſibi reſtitutus eſt : x ii. conſimilis mareriæ ſemel ac itetum cum priori moleſtia portio eiiciebatur. xiij. xiv. Nauſea, vomitus & diarrhoea aliquantulum ſedabautur, ita ut appetitu quodam ad juſcula incitari videbatur : Exacerbationes nocturnæ omnino ceſſabant, niſi quod pro ſtridore dentium narium pruritus continuo ſcalpendi impetu vigebat. xv. Sedatis igitur ſymptomatis, diſceſſimus, Pharmacopæo interim junctis conſiliis infuſum rhei repetendum cardiaca, aquam deinde caponis cum ſcolebroticis deſtillandam ad fercula ordinaria curavimus : xx. alvus decies daro pharmaco ferebatur, nocteque ſequeati refocillatus muliercularum curæ à Pharmacopæo tradebatur : At, at, quod per diem unam vel alteram delituit venenum iam tandem majori cum ferocia excanduit, ita ut perſeverante fluxu, rebelli & colliquativo, emaciatus ad maraſmum ducebatur : xxviij. denuo vocatus, in tam ſtupenda macie, qua potui diligentia viribus incumbo, cæterum de felici eventu omnino deſpondens, in morbo pariter ac ægro intractabili, modis tamen quibus licuit omnibus contendimus : cataplaſmatis præſertim, anodynis & roboranribus τὰ κατὰ τὸν ὄμφαλον καὶ τὸ ἦτρον munimus : analepticis exanguem reficimus, præcipue laudano opiato tanquam ſacra anchora hæremus, ſine quo continuo egerendi conatu fatigato, vel minimas patare inducias impoſſibile duximus : Hiſce tentatis,

tis, alvus ſupra quam ſperari potuit denuo ſiſtitur, regio abdominis mollior & plenior:
ſurgit, excrementa, quæ bis tantum vel ter in die dejecit, coqui parumper & ad medioc
tatem quandam reduci videbantur, perſeverante tamen nauſea & rerum omnium faſtidi
ſeſeque per intervalla prodit peſtis cum fluxu bilioſo, ſincero, pingui, ſpumoſo, fœtic
conſpicua & ipſiſſimis viſceribus radicitus impacta: xxxvij. materiam jam quarto vermifo
mem rejecit, unde continuo in peſſum euntibus novo opus eſſe conſilio, ſi quicquam a
huc ſupereſſe remedii ſperaverint, propono: xxxviij. Clar. D. *Dikes* accerſitus, vix du
audita hiſtoria conceptæ opinioni de morbi cauſa calculum ſuum adiecit, de prognoſi a
tem paulo confidentior, fluxum iſtum pernitioſum nec frænari poſſe nec deberi pronunti
vit, nec exangue ſceleton renuttiri, niſi veneno in ipſa culina & organis nutricatui inſe
vientibus hærente per cathartica profligato: Vicit viri ſententia, feliciori forſan omine ol
eunda in principio morbi & conſtantibus viribus, ubi nec macies, nec facultatis lapſus ca
teris omnibus intentionibus ingentius præpolluere: Eadem nocte Marc. dulcis cum reſin
Gialap. in ſyrupo garyophyll. propinabatur: frequenter deiecit fœtida & pinguia ſine ev
denti virium ruina, de vermibus autem ſollicitus, eoſque medicamento patere nullus dub
tans, repetitionem hortatur pulveris & infuſionem hydrag. vice Iulapii: xli. Summo man
ſub priori regimine adminiſtratur purgans ut ante, ſed in minori, ut par fuit, quantitate &
minori moleſtia: ſub nocte levi deliquio, tremore manuum & motus impotentia affligeba
tur: hinc vino albo Valleriolæ conceſſo, & laud. op. gr. 1. ad ulteriorem ſpirituum diſſipa
tionem præcavendam, ſomno ſe commiſit: xiv. ſub mane, ſudor diaphoreticus tempor
& frontem occupavit, qui poſt horam unam vel alteram laxatis ſpiraculis per totum corpu
calidiuſculus erupit, ſub veſperam, recreato parum & ad motum habiliori, carnes vituli
næ (poſcenti ſane) offerebantur, quas tandem ſucco ſpoliatas exſpuit, noctemque ſenti
inſperato prægreſſis auſpicatiorem, ceſſante forſan natura & indomitæ peſti ſuccum
bente: xlv. Hæc interim tanquam læta auguria D. *Dikes* una cum Illuſt. Patre in ulterior
erigunt tentamina: Sub nocte repetitur pulvis compari regimine, minori tamen evacua
tione, ita ut natura penitus deficiente nihil ultra periclitari placuerit, præſertim Doctor
ſe ſubducente: xlix. Mane ſanguis tenuis & ichoroſus, tanquam ex liquamine Pulmonis
reciprocatione ſpiritus per aſperam arteriam in os ferebatur, linteis intromiſſis emulgen
dus: hora 3. pomeridiana frigidum & exangue ſimulacrum tanquam exuvias depoſui
Nobilis infans.

In aperto cadavere, rudi & inexercitata manu aperto, quæ obſervari potuerunt hæc ſun
1. Ecchymomata circa muſculos tranſverſos 2. Peritonæum nigricans & putridum 3. Omen
tum ſicut & meſenterium extenuatum & omni pinguedine ſpoliatum, 4. Ventriculus laxu
& inanis. 5. Inteſtina flatibus diſtenta, pellucida, excrementis vacua, internis quin etiam
tunicis & fibrarum omni genere exuta. 6. Ileon colore flavo variegatum. 7. Epar in parte
concava lividum: Veſicula fellis quintuplo quam par eſt tumidior. 8. Pulmones exuſti, aridi
& mucagine alba obductis 9. Cordis ventriculus ſiniſter ſanguine grumoſo repletus. 10. Venæ
majores vice ſanguinis ſero repletæ *D. Bidgood in hiſtor. rarioribus Edmundi de Meara*, p. 161.

SCHOLIA.

QVia diſſidium fuit inter dictum D. Bidgood & D. Meara circa ideam morbi, hic controverſiam natam afferre placet, Ego ſane (*ait Edm. Meara*) Cùm conſpexiſſem dejectiones fœtidas pingues, cum obſcuro virore nigreſcentes, nec non materiam vomitu rejectam carnis putridæ ac nigricantis fruſtulis ſimillimam, fateor me non tam hæſitanter quam confidenter pronuntiaſſe Nob. Puerum correptum fuiſſe phlegmone & ſphacelo, vel ventriculi, vel alterius cujuſpiam viſceris ventriculo vicini, eumque in conſenſum trahentis, unde frequens nauſea & pertinax anorexia: Sed quum aliis aliud videretur, & conſideraſſem ſigna abſceſſuum in viſceribus latitantium non ſemper eſſe oſtenſiva, ac promptum non eſſe partium ſubſtantiam putrilagine liqueſcentem à mucco verminoſo, vel materia in vermes abitura diſtinguere, nonnullaque in hoc ægro ſymptomata conſpicerentur, non minus affectibus verminoſis quam viſcerum abſceſſibus communia, ſtatui nec meis votis, nec aliorum placitis pertinaciter obniti, ſed quamcunque rationem, quantumvis ambiguam, unde aliqua ſpes ſalutis, (quæ in viſcerum ſphacelo nulla eſt) affulgeret, amplecti, præſertim quum ægri vires nondum concidiſſent penitus, ideoque omnino deſerendus non videretur: quare ut morti, alias inevitabili occurreretur, elminthagogis conſenſi: Quam rectè autem conjecerim viſcus aliquod putrilaginem concepiſſe, ſatis oſtendunt multa à Dom. Bidgood in cadavere annotata: Quid enim aliud arguunt epiploi & meſenterii abſumptio, cavorum hepatis livor, peritonæi nigrities & putredo, muſculorum abdominis ſugillatio, niſi omenti & meſenterii corruptelam hinc ad cava hepatis, inde ad meſenterium & abdominis muſculos ſerpentem? hæc autem à vermibus non proceſſiſſe teſtatur ipſum interaneorum ſtabulum à putredine immune, & nulla in eo vermium aut verminoſæ materiæ inventa veſtigia: Quare non poſſum non mirari D. Bidgood, harum obſervationum teſtem ocularem, adeo adhuc de morbi cauſa ambigere, ut videatur dolere elminthagoga à D. Dike adminiſtrata tempeſtivius, h. e. in morbi initio, non fuiſſe exhibita: In omenti enim aut meſenterii ſphacelo, quid obſecro præſtitiſſet Mercur. dulcis cum reſina Gialapæ, etiam conſtantibus viribus exhibita, niſi ut mortem properantem accelerarent? *Hactenus D. Meara.*

Reſponſum D. Bidgood.] Quam confidenter D. D.

Meara

eara de ſphacelo ventriculi pronuntiaverit, diſcentis auguria de læto eventu ſatis abunde teſtantur: ierum autem ſibi ſit ſua ſtui conjectura: optaverim men ſtabiliora in ſui gratiam fundamenta quam quę anatome defuncti ducebantur: Novit ſane vir in axi exercitatiſſimus., morbi epigeneſin ab eſſentia is propriis diacriticis dirimere: quid aliud ex immurate interaneorum, quibus nulla vermium aut verinoſæ materiæ veſtigia, colligi voluit? quibus datis opagata putredine partes vicinas corruptelâ ſubire obis quidem aſſentiri videtur: Itane vero ipſiſſimum teraneorum ſtabulum à putredine immune? quomo o tandem fibris & tunicis exuta, maculiſque inſuper ariegata ſe videnda obtulerunt, minera ſcil. morbi na cum partibus excluſa, tabe prius venenoſa per lures ſeptimanas liquatis? Non eſt igitur ubi ulterius Clar. D. miretur me in tam obſcura & recondita mori natura hæſitare, quin ſibi potius ſuæque ſagacitati laudat, qui tam infallibiliter de morbo pronuntiat, ujus nulla dari ſigna oſtenſiva lubens profitetur.

Reſponſum Doct. Meara: Confidentiam meam de phacelo, non ventriculi magis quam meſenterii aut lterius partis ventriculum in conſenſum trahentis quam utinam rationi nimis conſonam non comprobaſſet luctuoſus Nob. Pueri obitus) & tu probe noſti, & abunde teſtatur literæ ad D. *Poulet* paulo poſt diſceſſum meum exaratæ, tum prognoſticum de eventu morbi minus proſpero, cujus occaſione tu me clam ugillare ſolebas: Si autem tecum feliciora pollicente aliquando conſentire viſus ſum, id ideo factum antea ſignificavi, & jam profiteor, tum quia non ignorabam latentium abſceſſuum ſigna non ſemper eſſe oſtenſiva, ideoque non oportere medicum prognoſtici nimis eſſe ſecurum &c. Equidem in principio abſceſſum non ſine cauſa mihi viſus ſum ſuſpicari, de quo tamen ob nonnulla ſymptomata aliis etiam morbis communia ambigi poſſe non dubitabam. Iam vero, ex obſervatis in defuncti cadavere, colligo abſceſſum non amplius probabilem ſed plane demonſtrabilem eſſe: nec ſtabiliora quæro fundamenta quam quæ ex diſſectione anatomica eruta ſunt: abſceſſuum ſiquidem omenti & meſenterii inveſtigatio viventibus ægris medicos exercitatiſſimos diu tenet ſuſpenſos, in diſſectis obvia eſt & perfacilis? Enim vero imponit mihi Dom. tua, dum ait me infallibiter de morbo pronuntiare, cujus nulla dari ſigna oſtenſiva profiteor: Dixi, fateor, abſceſſuum in viſceribus latentium ſigna non ſemper eſſe oſtenſiva: atque hinc rectius collexiſſet Dom. me inſinuare voluiſſe ejuſmodi abſceſſuum ſigna, licet non ſemper ſint, eſſe tamen aliquando oſtenſiva, prout revera accedente diſſectionis face anatomica, innumeri viſcerum abſceſſus, quorum in vivis nulla fuit ſuſpicio, ad oculum non raro monſtrantur: Hinc ego me recte collexiſſe arbitror meſenterii & omenti ſphacelum, non autem vermes, morti Nob. Pueri occaſionem præbuiſſe, quum in inteſtinis & ventriculo nulla putrilaginis aut vermium, In meſenterio & omento luculenta apparuerint veſtigia corruptelæ & ſphaceli, hinc ad peritonæum & abdominis muſculos, inde ad hepatis cava ſerpentis: At tu ais me concedere corruptelam alicujus organi partes vicinas propagata putredine ſubire poſſe? Fateor, ſed nec falſus ſum, nec fatebor, membrum incorruptum & putredinis expers, qualia fuerunt hujus ægri ventriculus & inteſtina, partes vicinas propagata, quam non habebant, putredine corrumpere potuiſſe: Tu quidem in hiſtoria, inteſtina fibris ac tunicis exuta fuiſſe dixiſti, quæ facile in diuturno fluxu à tranſitu materiæ purulentæ ex meſenterio & omento putrilagine liqueſcentibus, ſalvæ & integra inteſtinorum ſubſtantia; abradi & abſumi potuiſſe non diffiteor; at quomodo eadem ſubſtantia integra & incorrupta, materia verminoſa illic contenta, meſenterium, omentum, peritonæum, abdominis muſculos & cava hepatis ita corrumpere potuerit, ut necroſin & ſphacelum illis induxerit, explicatu arduum eſt: hunc nodum tua prævidit ſagacitas, propter eaque in chartula data addidit Inteſtina inter diſſecandum maculis variegata apparuiſſe: Ego hic, ne quid gravius dicam, candorem in te deſidero: In citata morbi hiſtoria dixiſti inteſtina viſa pellucida, de maculis altum ſilentium: cur iam maculis variegata prodeant, facile eſt citra virgulam divinare.

Fauces aphthis & albicante mucilagine &c.] Quandoque in febribus, ac præcipue circa earum declinationes contingit linguam, palatum, gingivas, imo totius oris & gutturis cavitatem, materia viſcoſa, albicante & velut quadam cruſta obliniri, qua ſæpius deterſa, ſtatim nova repullulat, & ni diligenter os fricando & colluendo, cruſtoſa hæc materies crebra vice abſtergeatur, ſuffocationis periculum ægri non raro ſubeunt: Ejuſmodi affectus recens natis ſæpiſſime excitatur, ſolent enim plerumque intra dies xiv. efferveſcentia externa, cum maculis latis & rubris per totam cutim ſuffundi: Quod ſi hæc ruboris ſuffuſio minus liberè erumpit, aut debito citius evaneſcit, ut plurimum cruſta hæc albicans in partibus oris ſuccedit: Hoc ſymptoma, quando hoc ritu infantes moleſtat, lactis vitio ſolet adſcribi, utpote quod acre nimis affectionem oris ulceroſam inducat: In febricitantibus idem vaporibus craſſis & fuliginoſis à ventriculo elatis vulgo tribuitur: Mihi autem veriſimilius videtur quod in utriſque affectus hic à totius ſanguinis, (& forſan aliquatenus humoris nervoſi) impuritatibus circa has partes depoſitis oriatur: etenim, quoties in utriuſque humoris maſſa aliquid extraneum intimè confuſum continetur, quod nec ſudore ſit difflabile, nec per urinas facile amandatur, illud ſæpiſſime cum ſeroſa colluvie circa os defigitur, unde affectus catarrhales, tumores, ſputationes moleſtæ cientur: cum enim pro maſticatione ciborum humor ſalivalis hic loci ubertim ſuffundi debet, per patentes haſce & aſſuetas exeretionis vias, natura ſæpe quod ſuperfluum eſt, aut alias moleſtum foras amandare nititur. hinc à mercurio exhibito, cum & cruor, & ſuccus nervoſus, particulis ejus minutiſſime diviſis abunde referciuntur, eaſque ſero obvolutas excernere moliuntur, quia nec per urinam, ſudorem aut alia via mercurialia hæc corpuſcula intime confuſa exterminare queunt, quod reliquum eſt per arterias, alioſque ductus, qui ſalivam ori ſuppeditant, eadem ſeroſo latice obvoluta expellere nituntur: Pariter etiam in febribus, cum à longiori ſanguinis deflagratione materies aduſta plurimum congeritur, cujus non minima pars poſt criſin reſidua, adhuc cruori & ſucco nervoſo confunditur, aut cerebro aliove loco defixa ab iiſdem denuo reſorbetur, probabile eſt quod hæc materies diuturna coctione peraſſetur, adeo ut fere glutinis inſtar craſſeſcat, quare nec ſudore, nec tranſpiratione inſenſili difflabilis, nec per vias urinæ excerni habilis, quod demum arteriolis aliiſque ſalivæ ductibus in palatum dehiſcentibus, (ut pote uſitatæ excretionis via) ſenſim exudet, & protinus præ craſſitie ſua in lentorem ipſum concreſcat: Eadem ratio tenet de infantibus, quorum ſanguis à ſordibus in utero contractis impurior factus, ſtatim efflореſcentia exterius facta depurari ſatagit, quæ ſi ob materiæ craſſitiem haud rite ſuccedat, ſtatim hac via, velut potentiori, impuritates viſcoſæ exterminantur: Novi quendam in declinatione febris, cui non ſolum hujuſmodi lentoris incraſſa-

tio

tio in partibus oris ſucceſſit, verum ſalivario copioſa, velut ab aſſumpto mercurio, cum fœtore anhelitus, item linguæ & gingivarum intumeſcentia per plures dies ciebatur. *Thomas Willis lib. de Febribus cap. x §.1.*

Fauces interim aphtis] ex plurimorum ſententia cauſæ Aphthatum ſunt defluxio è capite quaſi ſtillante. Rectius ſentiunt qui earum originem ex humoribus ſeroſis & acribus in toto corpore redundentibus, tanquam cauſa antecedente deducunt: Sic aphthæ luis venereæ ſoboles ex maſſa ſanguinea veniunt, tanquam ejus retrimento, nec à cerebro arceſſuntur.

Premiſſis ructibus acidioribus] Hinc *Sylvij de le Boë* ſententia firmari videtur, qui à ſucco Pancreatico acidiore, vel vomitu excreto, vel per halitus aſſurgente Aphthas produci cenſet, præſertim in infantibus, qui acidum ex ore ſpirant, tormina patiuntur, lac concretum ſurſum ac deorſum excernunt; alvi excrementa viridia & acidum odorem habentia dejiciunt, denique inſultus epilepſicos ſuſtinent à redundante & vitioſo ſucco illo pancreatico.

§. *In ſede febrium facio cum Sylvio eſſe inteſtina tenuia*: Id ſenſus docet, exempla obvia ſunt, unum communicabo ex ſchedis paternis, Mulier germana Patavii, robuſta & corpulenta, nonnihil pinguis, ſexagenaria, nihil excrevit per alvum ſpatio novem dierum, nec clyſterem admittere voluit: Incidit in febrem Malignam cum vomitu bilioſo, moritur poſt biduum.

Aperto cadavere pulmones fere putridi, Hepar parum ſcirrhoſum & inflammatum, Ventriculi tunica interior inflammata, Inteſtinum Ileum in medio gangrænoſum & putridum (ut ruptum ſit inopinato ex contactu) tota pars, ſupra gangrænam ilei, inflammata intus in tunica ioteriore, ut ſupra modum venæ meſaraicæ magnæ & turgidæ fuerint: Pars Ilei inferior tota coaluit, ut nihil pertranſire potuerit: A quo ſucco iſta inflammatio ſit, ſenſu dijudicare non poſſumus, niſi facem experientia ſua præferat Magnus *Sylvius Thomas Bartholinus centur. iij Epiſt. 86.*

SCHOLIA.

IN *ſede febrium facio cum Sylvio eſſe inteſtina tenuia*] Clar. *Sylvius Praxeos lib. 1. cap. 27.* cenſet Febrium omnium continuarum cauſam eſſe bilem aut lympham (ſub qua ſuccum pancreaticum, ipſamque adeo ſalivam comprehendit, quatenus ipſa deferuntur ad cor) aut utramque vitioſam, & in dextro cordis ventriculo efferveſcentiam continuam producentem: Intermittentium vero ſuccum Pancreaticum aliqua ſui parte, in uno pluribuſque Pancreatis ductibus lateralibus obſtructis, ſtagnantem, ac mora ſua ibi acriorem factum, atque acrimonia iſta acida per pituitam plus minuſve viſcidam & obſtructionis cauſam, via vi parata penetrantem, ac in tenue inteſtinum effuſum, vitioſamque ibi cum bile ac pituita efferveſcentiam excitantem, quæ ad dextrum quoque cordis ventriculum per intervalla perveniens, pulſum p. n. frequentiorem inducat. Hinc, cum bilis, tam per meatum Cyſticum dictum, quam Hepaticum, in Inteſtini duodeni finem, vel Jejuni initium deferatur, Pancreaticus quoque ſuccus per ductum à Virſungo repertum, in tenue Inteſtinum hians, effundatur, merito febrium ſedes Inteſtina tenuia ſtatuuntur.

§. 3. Credo Helmontio ſedem malignatum Febrium eſſe in ventriculo: Id teſtatur Anatome illorum qui eo morbo extincti fuerunt, Obſervatus enim eſt ventriculus cum Inteſtinis inflammatus: Unde ingens illa ſitis, vomitus, faucium ardor & alia apparentia oriuntur: Ex hujuſmodi profecto ſectionibus & oculari demonſtratione certius de ſede affecta indicamus quam rationibus & conjecturis: Firmat hiſtoria ſupra §. citata&c. Non abſimilia vidit in diſſectis febricitantibus. *Spigelius lib. 1. de ſemitertiana* cap. 16. Romæ infiniti ægroti anno 1649. febre continua occubuere, in quorum ſectis cadaveribus ventriculus & reliqua viſcera tanquam exuſta apparebant, teſte *Panarolo Pentecoſte 4. obſ. 8.* quare refrigerio & humectatione poſtea multos ſanatos ſcribit. *Th. Bartholinus cent. 3. Ep. 4.*

§. 4. Nob. adoleſcens relicta Germania, Brixiæ ad diem 27. Junii aoni 1572, in itinere alvus ei primum fluere cœpit, idque durans per dies forte xv. debilem valde reddidit: Quo fluxu tandem ceſſante, iterum convaluit, niſi quod faciei color uſque cineritius remanſit: Porro circa Januar. medium alvus ei ſtrictior reddita, remanſitque deinceps ſemper ita, ut niſi ſuppoſitorium adhiberetur rarius ſedes haberet forte tertio vel 5. nonnunquam etiam ſexto die laxari prunorum atque paſſularum, uvarum coctarum non potuit: nihilominus tamen comedit multum & hilariter nullos ſentiens dolores, aut capitis gravedinem ullam, victus ipſi cum cæteris nobis communis; Ei vinum fine aqua, & extra prandium vel cœnam nunquam bibenti, nec exceſſum ullum facienti, ſemper fuit gratiſſimum: Ingruente æſtate ei in facie puſtulæ obortæ ſunt rubicundæ, itque ad diem Aprilis 29. Febri tertiana duplici laborare cœpit, à quo Doctorum auxilio mox liberatus nunquam ſatis feliciter valuit: Cœnans nihilominus ac prandens more ſolito; uſus ſubinde lactis ſero uſque ad decimum ſeptimum Junij, quo denuo per integros decem dies incepit vi febris putridæ & hecticæ decumbere, ac Medicorũ præſcriptionibus parere, quoad 26. præſcripti menſis, ſtatim poſt ſolis occaſum vitæ diem ultimum clauſit,

Hujus igitur cadaver cum poſt horas x. vehementer intumeſceret, nigerque ſanguis è naribus erumperet, diverſa ſuſpicatus ut aperiretur omninovolui: Quocirca in aperto corpore primum Pulmones puſtulis affecti, omnino putridi ſunt reperti: Lien nigrior & grandior, Jecur ponderoſum adeo & plane exſiccatum; Stomachus cum reliquis partibus purus & integer, continens adhuc aliquantulum brodii hordeacei, 4. horis ante mortem ſumpti, apertum corpus fœtidiſſimum edidit odorem.

SCHOLIA.

PArentes defuncti venenum fuiſſe propinatum ſuſpicabantur, quibus manum nondum dare potui, cum cordis conſtitutio reperta fuerit integra, nec videtur decedendum ſit à cauſis manifeſtis & cognitis ad obſcuras & dubias: ſufficiens enim videtur ſcirrhus Epatis ad virium debilitatem: bilis quoque copia in ventriculo retenta & coacervata, ad exulcerationem & extinctionem calidi nativi atque exſiccationem humoris radicalis: ipſa ſymptomata indicabant profenriam bilis & motionem ejus, quæ tanto deterior quanto magis recedit à naturali colore, uti fuit reperta praſina, æruginoſa & atra, cujus exhalationes & vapores convulſiones, phlogoſes & alia procuraverunt: Sententiam rogatus à Clar. viro exiſtimavi malignæ febris fuiſſe ſymptomata: Ideam enim morbi quarto die ad exitium properantis id indicare, & quod fere in malignis febribus ventriculus, inteſtina &c. obſerventur læſa & inflammata: Orta autem febris à bile, eáque à naturali ſtatu declinata, propter Epatis ſcirrhum, ſine dubio connatum, quo tranſcolatorium *ejus munus* fuit interceptum: Epilepſiam verò à bile ſuſcitari *Averoërs* comprobat, & à maligna venenatáque qualitate *Fernelius*: Frequens ſane id ſymptoma febribus malignis, præſertim in heteriore ætate.

Inteſtinum rectum nigricans] Idem quoque *Cent. iij. hiſt.* 2. notat inteſtinorum nigrorem familiarem eſſe illis quos malignitas aliqua iugulavit.

§. 6. Virgo 31. annorum integro biennio ante mortem laboravit copioſiſſimâ narium hæmorrhagia quæ nonniſi venæ ſectione ſiſti potuit: paulo poſt incidit in cachexiam & hydropis initium tumeſcentibus pedibus & ventre inferiore, remanente cachexia: Menſes fuere inordinati, aliquando non fluebant penitus, aliquando nimis erant copioſi: perduravit tamen hæmorrhagia, quæ alternis diebus increſcebat, XIV. vel XV. die ante interitum corripiebatur tuſſi moleſtiſſima & ſicca, nonnunquam quid fœtidi expuebat; ſentiit punctiones & dolores in regione Hepatis, evomebat bilem corruptam, praſinam ac cum ea vermem oblongum alioſque ſimul vermiculos: Ego ad eam vocatus *deprehendi febrem malignam*, quam comitabantur ſubſequentia ſymptomata, delirium, vigilia, inquietudo, ſitis inextinguibilis, vomitus materiæ corruptæ, dextræ partis faciei reſolutio levis, hypochondrii ſiniſtri ac lateris pectoris ſiniſtri maximus dolor ac æſtus: Nulli lateri incumbere potuit, color faciei flavus ac ſubniger: urinæ erant ſubnigræ, ex dextra nare frequenter per intervalla aliquot ſanguinis guttulæ promanabant: Poſt multos perpeſſos cruciatus morte occubuit.

Mortuam ſecui, atque primo occurrit vena umbilicalis (quæ in omnibus adultis munus ligamenti obtinet) ſanguinis copia turgida atque extenſa; in quibuſdam locis, ubi hæc vena contorquebatur, inſtar varicum tuberoſa: Hepar juſtam habuit magnitudinem, ſed erat album, tuberoſum; inæquale, durum & exangue; ut vix ſanguinis guttula ex diſſecto epate exierit, ex gibbo nihil, ex ſima parte parum, Thoracis capacitas dextra erat aqua ſubnigra & putrida plena, continebatque ejuſdem aquæ cantharum & dimidium: Pulmonis dextra pars in ea cavitate collocata cum pleura corrupta ac nigra fuit: Ventriculus mirum in modum copia tum fæcum tum flatuum inflatus ac tumidus reperiebatur: Inveni & duas veſicas urinarias, alteram naturalem & in ſua ſede collocatam, alteram ex matricis collo dextro latere prognatam, naturali veſica duplo quaſi majorem, lotio pleniſſimam & duabus tunicis, ut naturalis veſica præditam: Hic nullus meatus aquam vel immittens vel emittens conſpiciebatur: Vteri corpus erat ſcirrhoſum calloſumque: reliquæ partes ſatis integræ apparuere. Caput non aperui; *Volcherus Cotter libello obſervat. Anat. & Chirurgiæ.*

SCHOLIA.

HIc inquirendum unde febris malignitas & pulmonis corruptio enatæ ſint? hoc quæſitum nullam difficultatem habere videtur: ſatis enim notum eſt malos humores ad putredinem aptos, facile putreſcere ſi viſceri alicui calido impacti atque infarcti, eventatione deſtituantur: Porro acrimoniam putredinemque acquirere, qua continentia atque proxima quæque corrodunt putrefaciuntque; quæ multo magis faciliùsque contingunt ſi hi humores ab initio acres fuerint: Idcirco nemo de hujus pulmonis corruptelæ & malignæ febris, quæ ex corruptorum humorum malignis vaporibus procreata eſt, cauſis ambigere poterit: *Idem.*

Malignam febrim à vitio Pulmonis ſubſtantiæ oriri oſtendit D. *Panarolus* Pentec. 2. obſ. 14.

§. 7. *D. de Malortie*, Vir magni in militia nominis, ætatis annorum circiter 42. continuis vomitibus per aliquot retro menſes vexatus, qui nec bolis ventriculum detergentibus & aliis catharticis, nec corroborantibus internis aut externis ſiſti poterant, cum ſiti intenſa, bilis copiam maximam in ventriculum confluentem indicantibus; ſub finem Maii incidit in febrem quæ duplicis tertianæ, vel quotidianæ continuæ typum præſeferebat; à multa bilioſorum & pituitoſorum humorum ſimul

opulatorum putredine : ex duplici Tertiana poſt ... dies facta eſt continua ſimplex : vomitus non deſinebat ; capitis dolor com...batur & ardorem in lumbis percipiebat : Poſt injecta enemata emollientia & refrigerantia ſpatio trium dierum bis miſſus eſt ſanguis ex cubito, qui pituitoſus & craſſus erat : poſtea hirudines venis ſedalibus appoſitæ ſunt, quæ capitis dolorem & renum æſtum placarent, ſed inflabatur ventriculus dolorificè & hypochondrium dextrum, unde compatiente Hepate, & ad inflammationem tendente ; ſexta die auriginoſus evaſit, ſed tamen abſque febris remiſſione, quod juxta *Hipoc.* Aph. 62. Sect. 4. perominoſum eſt. Die 8. (cum ſeptima ſine evacuatione ulla critica effluxiſſet) purgatus eſt leni infuſione rhei & agarici in aq. endiviæ, cum addita Elect. Carhol. ℨiß & Syrup. roſ. laxat ℥vj. & conf. hyacinth. ℈i id vires reſpiciendo, quia pulſus erat contractus, propter oppreſſam naturam à vaporibus malignis, unde ſeſe expedire non poterat nec explicare : Vires deinde cadentes fulcire ſtuduimus aquis & pulveribus cardiacis, & præcipuè lapide Bezoartico orientali, vaſie & extra paſtum, & in ipſis ferculis adminiſtrato. Non dabat magna virium proſtratio inſignibus ſanguinis evacuationibus locum, pugnavimus tamen cucurbitulis, venæ ſectionis vicariis, ad partes infimas cum leni ſcarificatione, & citra illam, ad revulſionem vaporum malignorum à corde : Enemata frequentia in eundem finem, vel quotidie, vel altero quoque die injiciebantur.

Die nona obiit, Introſpectum cadaver exhibuit nobis epiploon corruptum cum fibris non cohærentibus : *Meſaræum* ſcirrhoſum *in ſua origine* & corruptum, *putrem lienem*, Cavam epatis partem ſcirrhoſam *& inflammatam*, *Pulmonem*, qua coſtas attingit, inflammatione tentatum, Pancreas putrefactum, Ventriculum pure repletum & in fundo pituita craſſa ac viſcida, unde vomitus illi pertinaces, infarctum : Internam ejus tunicam aliquantum exulceratam. Nihil in renibus & ductibus urinariis, omnia inibi alias integra, ſed abſque ſero ullo : Inteſtinorum internam tunicam itidem, ut ventriculi, nonnihil ulterius juſtò abraſam & ad exulcerationem pronam. Sic in miſero illo corpore ὑγιὲς οὐδὲν fere repertum, *Riverius.*

SCHOLIA.

Cavam Epatis partem inflammatam. Pulmones inflamm. tentatos) Ex *Riverio* Prax: lib. 17. cap: 1. In febrium acutiſſimarum & perniciofarum curatione hoc diligenter advertendum rariſſime eas quam omittendam curam hypochondriorum, capitis, thoracis, uteri, renum & veſicæ, ut omni ratione inveſtigemus quæ harum partium inſigniter laboret, *& ei quoad fieri poteſt* ſubveniatur : Quod ex fieri ſine interna & peculiari viſceris cujuſdam affectione & plerumque inflammatione. Quare nun- *Valleſij comm. in lib:* 1. *Epid ægro* 1. *deſumpſit.*

§. 8. Dux *Candaleus* obiit Lugduni xxvij Januarij anni 1658. circa ſextam veſpertinam, extinctus à febre continua maligna : Poſtridie eadem hora diſſectus eſt à Magiſtris *Regnaut* & *Charavet*, Chirurgis, coram DD. *Rhodio*, *Graſſio*, *Guillermino*, *Garnerio* & *Falconeto* Medicis Urbis Aggregatis ; atque hæc in cadavere adnotata. 1. Totius dorſi epidermis inflammata & ex dimidio divulſa, Ad partem lumborum infimam gangræna duobus in locis, unaquæque latitudinis ſemicoronati argentei quam plurimæ minores circumcirca ambiebant 2. Aperto capite, non ſolum cerebri meninges phlegmone tentatæ fuerant, & vaſa plurimum diſtenta ac repleta ſanguine aduſto nigròque, ſed & tota cerebri ſubſtantia, præſertim cerebelli, reliquis partibus magis inflammati cum ſiderationis initiis 3. Pectore explorato, muſculi omnes phlegmone occupati & exſiccati comperti ſunt, mediaſtinum, pleuram, ſeptum transverſum inflammatio quoque invaſerat, necnon univerſos pulmonum lobos, parte poſtica ſideratione omnino correptos: pericardium pauciſſimam aquam continebat: cor inflammatum, admodum flaccidum, quod immerſum vini ſpiritui, in quo plurima aromata infuſa fuerunt ; cardiaca & putredini reluctantia, conditturæ gratia, inde ſumme foetens exemptum eſt ; 6. In imo ventre Epiploon corruptum apparuit, cum maximæ inteſtinorum partis meſenterii & pancreatis inflammatione, 7. ventriculi interiorem tunicam phlegmone etiamnum invaſerat, in qua alicubi conſpicuæ maculæ lividæ, præſertim qua Iecur ſpectat, 8. cujus tota ſubſtantia inflammatione correpta erat & ſphacelo tacta, pæne in tota parte cava : 9. Splen incendium conceperat, in colore immutatus. 10. Renes quoque æſtus notas præ ſe ferebant, & maridi erant, Venæ omnes, cava & azygos ſanguine deſtitutæ, 11. Exempta viſcera & pelui cupreæ impoſita, horæque ſpatio tantum in ea detenta, eam decolorem & nigram reliquerunt.

§. 9. Ego ſubſignatus certum facio me Romaniolam veniſſe 26. Septembris anno 1662. accerſitum à D. *Antonio Galian.* morbo detento, febre ſcil. continua moleſtis ſymptomatis ſtipata, nempe dolore continuo torius ventris, acerbiori tamen ad hypochondrium dextrum : ſiti inextinguibili, ſudore frigido capitis & pectoris, vigiliis per-

vigiliis perpetuis, & caloris naturalis extinctione A quorum ſymptomatum violentia p ſtridie circa veſperam extinctus eſt:

Die ſequenti urgente Nob. Matrona Maria Chol, uxore defuncti Dom. *Claudii Galias Romaniolæ Domini*, cadaver à Magiſtro Claudio Garnier Chirurgo, Cremii incola ſectur in quo partium nobilium inſignes læſiones à nobis deprehenſæ ſunt & viſcerũ imi venrri ſcil. hepatis, lienis, inteſtinorum, meſenterii & omenri: Hepatis enim & Lienis ſubſtar tiam putredo invaſerat, extraordinario fœtore ſe prodens: Exulceratio aderat in inteſtini præſertim tenuibus, quorum unum exiguo foramine rotundo terebratum erat, exitur materiæ purulentæ, pulti ſimili, bili commixtæ, admodum fœtidæ concedente: Omer tum & meſenterium ardore toſta & pene putrefacta: E quibus enumeraris partibus com preſſione facta exſudarat bilioſus humor, à quo abdominis capacitas replebatur necnon flatu odoris teterrimi: Inſignis illa dictarum partium intemperies, atque maligna corru ptio, ſuſpicionem faciebant morbum ab exhibito veneno inductum eſſe, ſed lente opcra tionem ſuam exerente, cujus natura ab effectis demum intelligi poteſt, alienis omnino morbis vulgaribus: Supra dicta vera eſſe aſſero, in quorum fidem nomen meum appo ſui; *Mouton D. M. Octobris* 2. 1662.

S C H O L I A.

H*Epatis ſubſtantiam putredo invaſerat, fœtore ſe &c.*] Ad Febrem malignam pertinet febricula illa lenta, quæ imperitos Medicos ſæpe latet, à *Gal.* 5. de l. aff. cap. 7. deſcripta, ex ſanguine ſanioſo in jecore ob imbecillitatem ejuſdem genito, & poſtea ibidem putreſcente, ſicut in fluxus hepatici progreſ ſu aliquando evenit: Prava enim eſt cujuſcunque ſanguinis corruptio, quæ malignum vaporem ex- ſpirat: Hanc ſæpe curavit olim *Ioh. Prevotius*, ait *Velſchius* in obſervat. Epiſagmate.

§ 10. Ill. Comes annum agens 52. corripitur *febre lenta aſſidua*, horis veſpertinis magis ex- candeſcente, ante 7. exhibetur leniens à Medico: loco venæ ſectionis, admoventur ſanguiſugæ venis quæ in extremo ano ſunt poſitæ, quæ interdum purgare conſueverant, ſiſtitur ſanguis à Barbitonſore caligine pulveriſata acero permixta, febris adaugetur, ſu- perveniunt maculæ in toto corpore latiores, violacei coloris, ſenſum & motum utriuſque cruris amittit, lotium ſupprimitur 14. die obiit.

Diſſecto cadavere intelligo renem ſiniſtrum compertum eſſe nigrum, & ab eodem la- tere etiam ſpinalem medullam affectam. *L. à Fonte conſult.* 59.

S C H O L I A.

EX propoſitorum accidentium diligenti animad- verſione, pro certo habendum Ill. Comitem ex maligna febre laborate, quam non vulgaris putre- do peperit, ſed hoſtilis & pernitioſa, eaque in humo- ribus alimentariis accenſa, quamvis Medicus primo loco dicens vix febrire affirmet (quandoque enim febrium malignarum cognitio non facilis eſt) quod accidentia quæ poſtea ſupervenerunt manifeſtè de- clarant, ut maculæ latiores rubræ, violaceo colore perfuſæ id palam faciunt: Motus vero deperditus utriuſque cruris & coxæ, atque actio veſicæ ablata & deperdita, non ſolum hæc in evacuationem vena- rum hæmorrhoidalium, importune ante venæ bra- chii ſectionem adminiſtratam, ſunt referenda, ſed et- iam in ſuppreſſionem earundem, ex caligine aceto acerrimo permixta factam: Sanguis enim ad partes ſuperiores depulſus, malignam in renibus inflam- mationem produxit, quæ ſpinali medullæ communi- cata, potuit ſpiritum ac virtutis animalis influxio- nem arcere, quæ per propagines nervorum ſexti pa- ris veſicæ impertitur, verum etiam ex medulla ſpi- næ, qua partes inferiores lumborum trajicit, excurrit, ut vegetioris ſenſus compos effecta, ea quæ ex natu- ræ legibus ſibi moleſta ſunt perſentiens, excutiat at- que depellat: iter etiam præcludit ſpiritibus ne fluant per nervos qui ad coxas & crura, ex infimis lumborum vertebris, atque oſſis ſacri 4. foraminibus emerſerunt, omnes fere in unum funiculum conjecti parte poſteriore, qua coxa ampliſſimum gerit, in crura protrudunt; Imo & humoris repulſi maligni- tate ſentiendum eſt copiam ſpirituum diſſipari, qui ad ſpinalem medullam & partes infernas delegantur. *Idem.*

Febre Lenta, aſſidua] Hinc patet errare *Plate- rum* dum negat à Renum putredine perſeverantem febrem induci, quod portio putreſcens minimè ſub- ſiſtat ſed per urinam continuo diffluat; Nam à cor- rupta parte per venas, in ſanguinis circuitu, vel va- por vel portio putreſcens ad cor remeare poteſt, un- de febris generatio & augmentum; quod probant exempla adducta.

§. 11. Graſſabantur febres malignæ petechiales in obſidione Hafnienſi 1659. intra & extra muros: Multi qui de dolore ventriculi conquerebantur, concitato vomitu, vermes ſpithamam longos revomuerunt, & febre extincta ad ſanorum conſortium redierunt; quod ſæpe quoque in Noſodochiis ſibi commiſſis obſervavit Exercitatus Medicus & Chy- micus D. *Ahaſverus Paynk*. De verme admirando è dextra nare Nob. viri Cæſennatis poſt febrem acuram rejecto, legendæ diſputationes tres apud *V. Alſar. à Cruce* cent. 3. de quæſ. per Epiſt. *Bartholinus cent. 6. hiſtor.* 29.

Medici tũ præclariſſimi tũ fide digni mihi ſignificarunt non unum vermem, ſed aliquot,

ı hominis lenticulis extincti vel oppreſſi cerebro inventos, qui num in cerebri ſubſtantia, um in duræ matris ſinubus latuerint, non ſat ſcio: *Coiter in appendice obſerv. Anatom. & hirurgic.*

Ex corporibus eorum qui febre Hungarica, Theriode mortui ſunt, vermes nonnunquam confertim prorepſiſſe animadverſi ſunt: Id quod experimento didici cum nemo ubeſſe ſuſpicaretur: Nonnulli craſſi quidem ſed non ita longi per aures prodiiſſe viſi ſunt, quales etiamnum in Peſte obſervavi, unde evincitur eoſdem facile in ſæviſſimis capitis doloribus, ex prava venenataque eluvie, quæ in cerebri ventriculis aliquibus coacervatur, naſci poſſe: Fidem faciunt Anatomici nonnulli, qui inibi conſpectos deprehenſosque eſtantur; quæ cauſa etiam fuit cur vulgus circa initia hujus luis febrem hanc Cerebri vermem multis in locis nominarit. *Conradinus cap.* 10. *febris miſcell. Hungar. theriodis.*

Cuidam Matronæ poſt capitis vehementiſſimos & diuturnos dolores, peſtilentis hemitritæi, diſſecta calvaria magnam putredinis vim oſtendit circa ſubſtantiam cerebri, Et inter meninges tum vermiculorum tum cimicum incredibilem copiari. *Gemma in appendice oper. coſmocrit. de Hemitr. peſtilenti.*

§. 12. Joh. Jac. *Heilmannus* Med. & Chym. doctiſſimus hiſtoriam retulit de quodam febre maligna apud Germanos laborante, cujus naſi extremitatem rubra quædam macula obſederat, ſymptomatibus benignum quid portendentibus, nec cibi apperitu plane dejecto, unde certam recuperandæ ſalutis ſpem æger conceperat: Sed nox obitum præcedens ſiniſtra portendebat, omnia quippe in deterius ruebant, ignisque quidam intercedens viſcera comburebat, cujus ardorem externo ac culinario igni nihil cedere ajebat, donec larius ſerpente veneno miſerrimam vitam cum felici morte commutaret.

Diſſecto cadavere omnia viſcera nigricantia erant & ſphacelata, quin & ventriculus ipſe adeo computruerat ut ſine ruptura & læſione digitis attrectari nequierit, quocunque enim digitorum attactu diſrumpebatur, cavitasque relinquebatur manifeſta.

§. 13. Poſt febrem ardentem paſſus eſt in Galliis recidivam Generoſus quidam Polonus: Medici de recidiva conſulti variis potionibus medicatis, venæ ſectione & aliis remediis fruſtra contra proſtratas vi morbi vires luctabantur, nam potiones omnes vel reſpuebat vel aſſumptas revomebat, unde fatis ceſſit.

In aperto cadavere nullæ partes ullum vitium viſæ ſunt contraxiſſe, ſed omnes nativa temperie ſanæ comparebant: In ipſo tamen ventriculo puſtulæ quamplurimæ hinc inde conſpiciebantur, quas à calore malignæ febris fuiſſe elevatas tanto minus dubito quod ſemper fere ventriculus in hujuſmodi febribus vel eſcharam vel inflammationem, vel alia hujus cenſus contrahat. *Th. Bartholinus cent.* 3. *hiſtor.* 92.

§. 14. Patavii in collegium Anatomicum cadaver deportatum febre maligna extinctum, in cujus veſicula fellea calculi in globum convoluti, inſtar globulorum aſperorum thoracis inventi ſunt: quibus fractis ſubſtantia picem nigram æmulari videbatur, forte ex bile ſupra modum aſſata & incraſſata. *Ex obſerv. Ioh. Bilgeri Medici Campodunenſis ad Greg. Horſtium Tom.* 1. *p. m.* 142.

§. 15. Mulier ſpatio novem dierum nihil per alvum excrevit, quæ tandem in Febrem malignam incidit: Pulmones fere erant putridi, Hepar parum ſcirrhoſum & inflammatum: Inteſtinum Ileum in medio gangræna obſeſſum, cum inflammatione in interiore tunica. *Vide tit. de ventris dolore lib.* 3.

§. 16. Agnovi virum qui uxorem reliquit, & ab ea ſe ſeparavit, & dedit ei venenum, quo facta eſt Tymphanitica, & ſupervixit paucis annis forſan ſex aut ſeptem, & ego curavi eam, ſed ſanare non potui: Jecur autem per venas corrumpit colorem linguæ & perducit ad lentas febres, & morbum facit ſimilem naturali: Et ego vidi Hieronymum Bertolium ita laboraſſe quaſi eſſet amphimerina, ſed quia eo pervenit ut lingua eſſet omni fuligine nigrior, & adeo aſpera & arida ut appoſito orichalco non poſſet avelli, ideo exiſtimavi eſſe venenum: Eoque diſſecto apparuit ventriculi imum quaſi excotiatum, & jecoris ſuperficies tota convexa nigerrima, *Cardanus lib.* 2. *de venenis cap.* 1.

§. 17. Vidi aliquoties in febribus ardentibus malignis concretum ſanguinem intra venas, inſtar medullæ ſambucinæ, quod obſervatum fuit à *Fernelio* in Phyſiologia. *Riolanus Encheir. Anat. lib.* 2. *cap.* 27.

SCHOLIA.

Similem ſæpenumero ex venis maligne febricitantium ſe collegiſſe affirmat *S. Pauli Digreſſ. de Febr. malignis* §. 80. adeo diſſimilem florido & naturali ſanguini, vix ut duodecima illius pars ſanguinem, eumque craſſum fœculentumque repræſentarit, valde tenacem & glutinoſum, ſero omni carentem, ita ut rotare vaſa & invertere, quibus exceptus erat ſanguis, licuerit: Ejuſmodi ſanguis ardore fit, ait *Lindenus in Selectis pag.* 644. depaſcente quicquid eſt chymoſi in maſſa: Piceus vero, cum igne oritu

uritur occulto, quaſi cineris doloſi; Tunc vero nigrorem concipit exuſtione bilioſi; lentorem vero exſiccatione fibroſi quod in eo eſt.

A Fernelio &c.] lib. 6. Phyſiologiæ cap. 7.

§. 18. Vidit Dom. *Puylon* doctiſſ. Medicus & Anatomicus Pariſienſis, in juvencul mortua febre ardenti, ſanguinem concretum intra venas, à claviculis uſque ad inguina: & intra arterias ſanguis concretus erat ſimilis ſebaceæ ſubſtantiæ, ſive medullæ ſambucina potoſæ ſimilis: *Riolanus in fine Anthrop.*

§. 19. Sanguinem in cordis ventriculis & vaſis majoribus fluidum, nec poſt obltum grumeſcentem in cadaveribus febri continua defunctorum aliquoties, & nunquam v. ſ emiſſum febre maligna ægrotantibus obſervavi. *I. Iac. Wepferus Exercit. de Apoplexia. p.429*

§. 20. Non ſolum exiſtimamus cum aliis medicinam facientibus, vivorum peſtiferorum ſanguinem extra corpus manere fluidum, ſed etiam peſte extinctorum in corpore ſimilem fluiditatem ſervare, Quemadmodum hoc ſemel per experientiam didicimus. *R. de Graaf de ſucco Pancreatico cap.* 8.

SCHOLIA.

SI inquiratur quas mutationes in ſubſtantia, aut conſiſtentia ſua ſanguis veneno infectus ſubeat, ut propterea vitæ ſuſtentandæ minus idoneus reddatur? Reſpondeo, venena quædam ſanguinem fundunt, ejuſque ſeroſitatem nimis præcipitant, ut ſunt pharmaca, quæ vel purgatione deleteria, aut urinæ profluvio, aut totius intumeſcentia, vel diſcoloratione, vel puſtularum eruptione plurimam ſeroſi laticis ſecretionem faciunt: Interea magna ebullitio cruoris maſſæ inducitur, qua ſpiritus vitales valde diſperduntur, ſalis & ſulphuris particulæ à coctione nimia exaltantur, & ſæpe aſſantur, ut ideo Icteritia aut flava aut nigra inducatur: Sunt alius generis venena longe periculoſiora, quæ *Sanguinem congelant*, ejuſq; mixtionem deſtruendo corrumpunt, ſc. maſſæ ſanguineæ primo *congelationem*, deinde putredinem inducunt: cum enim ſpiritus cruoris à veneni contagio profligati diſſipantur, liquoris mixtio æquabilis ſolvitur, quare particulæ craſſiores ſe mutuo implicant & (inſtar lactis ab infuſo coagulo, aut ſpontanea aceſcentia) invicem coagulantur: hinc cruor in vaſis grumeſcit, ut minus prompte in iis circuletur: Hujus portiones coagulatæ, interſus in cordis ſinus delatæ illic ſtagnare aptæ ſunt: adeoque crebras ſyncopas & leipothymias pariunt; exterius advectæ, & inter circulandum in cute defixæ, modo uberius congeſtæ, per totum nigredinis ſuffuſionem inducunt: modo parcius diſpertiæ maculas tantum, aut vibicum inſtar ſtigmata purpurea, cæteraque malignitatis phænomena efficiunt: Sanguinis autem coagulatio ipſum ad putredinem ſeu corruptionem cito deducit, uti videre eſt in ſanguine extravaſato, qui cito nigreſcere & putrere ſolet: Etenim ſpiritu exhalato, in cruore reſiduæ ſulphuris & ſalis particulæ à ſe invicem diſcedere, & mixtionis vinculum diſſolvere, unde putredo ſolvitur, incipiunt. *Willis de Febribus cap.* 12.

§. 21. Patavii in cadavere Germani febre continua mortui calculi reperti trianguli, quadranguli, omniumque formarum, carbonis in modum nigri.

In cadavere Cucullati cœnobitæ, febre Maligna extincti, Offredus ſeptem calculos angulares nucis avellanæ magnitudine obſervavit. *Ioh. Rhodius cent. 3. obſerv. 2.*

SCHOLIA.

C*Alculi reperti trianguli, nigri &c.*] Sicut cyſti fellea calculis obſeſſa oritur Icterus, remeante ſcil. bile in Jecur & venas, hinc in habitum corporis diffuſa, Eodem pacto ab eadem in Jecore coercita, vel ad venas translata & putrente, febris naſci poteſt; quæ maligna evadet ſi bilis æruginoſa ſit vel atra, qualis fuit illa Germani de quo ſupra, in cujus cyſti reperti calculi carbonis in modum nigri, atræ ſcil. & retorridæ bilis ſoboles.

§. 22. In corde viri 28. annorum à Veslingio anno 1642. diſſecti, obſervavimus ventriculum dextrum phlegmonoſo corpore pingui repletum, quo imo cono firmiter annexum, aſcendit ad patentem venæ arterioſæ ductum illumque obturavit: In ſiniſtro ventriculo ejuſdem ſubſtantiæ minor portio aderat: Ut interceptam ſanguini viam reſarciret provida natura, patuit anaſtomoſis illa amplo foramine, inter venam cavam & arteriam venoſam, qua ſanguis, ut in fœtu, in ſiniſtrum ventriculum ferebatur; Sive quod natura coaleſcere orificium hoc non ſiverit, ſive quod leviter coalitum urgente neceſſitate vi reſerarit, & ſanguinis impulſu; certe longo tempore materia à phlegmone fuit congeſta, & à calore cordis aſſiduo exſiccata & indurata, Quin mortis attulerit homini neceſſitatem, vix dubito: Febre maligna intra triduum extinctus fuerat, quod aucta per calorem malignum materia, meatum ſanguini liberum interceperit. *Bartholinus cent. 2. hiſtor.* 46.

§. 22. Pictoris depingo originale, per orbem notiſſimum, ignota Febre deletum: incidit in febrem preſenti anno & menſe, quam tertianam intermittentem credidit ſimplicem ſimplex Medicus, qua de re alterius veterani conſilium dum explorat, miſſionem ſanguinis fore neceſſariam pro exigentia morbi, & temperamenti ſanguinei, percipit, & exequitur: mox ratione delicatæ complexionis blandam ſolito more præſcribit ſolutivam ptiſanam, ne activiori medicamento quateretur nimis abdominoſa moles: quo peracto per quinque continuos dies viſibili febre immunis ſtatuitur, unde præparatam

 materiam

ateriam quinque ſyrupis expurgandam pharmacum conſtruunt, propinant; & hoc mix-
s in humoribus evacuavit vires, moxque leve ſequitur ſubdelirium, brevique quaſi poſi-
s in Apoplexia obiit, cedens tandem naturæ, quam toties vicerat picturis, Inexpectatæ
otti. Attoniti Domeſtici cadaveris imperant diſſectionem, cui præſens quæſitus ego, li-
idi primò corporis intensè rubentes obſervo genas, mox pectus ſecari ſatago, in quo
ini cordis incredibilem vidi magnitudinem, Talem pulmonis corruptelam, ut illius ſub-
ſtantia diſſoluta ſimplici tantum membrana, tanquam in ſacculo contineretur, quo reci-
, copioſa effluxit, nigerrimi & fœtidiſſimi ſanguinis, ac corrupti Pulmonis quantitas:
ſimillimum pulmonis vidimus Lienis ſtatum, cujus integra tantùm membrana fluidam
ariter, ac corruptam illius ſubſtantiam, præter nonnullas Malpighii glandulas contine-
at: Ulterius, metaſtaſim in capite conjiciebant aliqui, quorum gratia cerebri tentavi-
nus diſſectionem, ideoque ſecato cranio craſſiſſimo, ſuturiſque adeo compactis ut de-
ſſe viderentur; Ablata dura meninge, tenuis occurrit admodum craſſa, ut attoniti ſu-
ſpicaremur an tenuior aliqua inferius lateret, triplicique cerebrum illud involveretur me-
ninge, quod non ſucceſſit, ſed hoc unum obſervabile, Piam matrem craſſitie & denſi-
tate duram æquare: Ablatis itaque duris hiſce meningibus, corticales cerebri anfractus
ita pulchrè diſtinctos deregimus, hoc eſt, inter ſe adeo ſeparabiles, ut notabilia vacua
remanerent, cum in aliis capitibus arcta contiguitate anfractuosè copulentur: Anfra-
ctuum ergo hæc conformatio verè induſtria, dum æquè benè ac inteſtinorum gyri ſe-
metipſis diſtinguerentur, & ideo ſi pia mater per corticales cerebri ambages undequa-
que ſe inſinuat, cum illa craſſa adeo extiterit, per conſequens illa ablata notabile rema-
neret ſpatium inter anfractus, tanto magis conſiderabile quanto copioſiores gyri: ſub-
ſtantia verò cerebri univerſa naturalis omninò & ſana, præter ſolitam ſeroſitatem in mi-
nima quantitate, & corporis colorem nonnihil flaveſcentem.

SCHOLIA.

Symptomata totius morbi progreſſu inobſervata non ſcrutor, incredibile nullatenus nullam extitiſſe diagnoſim tanti morbi, ut aſſiſtens fatetur Medicus: equidem febris latuit maligna, de qua loquitur *Fernelius* lib. de Febr. cap. 17. *foris mitis ut interius verò conturbans:* ex occultis autem emerſit excitata pharmaco, dum duplex inflammatio purgantium non reſiſtit viribus, febrileque fermentum mutuans à pharmaco vires, effrenatas concitat ſanguini efferveſcentias, inflammatoque parti flammas adauget; quamobrem non immerito cum antiquis recentiorum conſenſus, nunquam ſatis purgantium reprobat damna in inflammationibus, cum autem præcipuus in febricitanti ſit ſcopus ſtatum noſcendi ſanguinis, utrum nempe in compage ſua nimis ſit ſtricta, quapropter excrementa intricata ſanguini adeo complicentur, ut ſecerni ab ipſo nequeant, quod ſanguinis coagulationem nonnulli vocant, an diverſo modo ſubvertatur cruor, quando ſcilicet ab heterogeneis particulis fermentativis ſecedit in partes, adeoq; diſſolvitur, ut corruptus uſque ad fibras communiter nuncupetas, & tunc per parenchymatum poros ſe inſinuans alicubi ſtagnat, putreſit, parteſque ipſas corrumpit, ac univerſo ſanguini maligna communicans vitia, unde ſpiritus non elaborat ſanguis, quinimo veneni aſſumens naturam hos inficit, vitamque malignè perimit: ita affectus ſanguis in hoc caſu in partes ſpongioſas irruens intimè filtratur, inde corruptivam inducens fermentationem, illas adeo alterat, ut nec propriam retineant ſubſtantiam; ſed in fœtidiſſimos degenerenti chores propria parenchymatis membrana ſimpliciter incluſos.

Quid autem ſentiendum de tata piæ matris craſſitie & diducta anfractuum cerebri contiguitate? Verè ſuſpicor multum contuliſſe ſuæ perfectioni in pingendo, cum in hac arte excellens fuerit ſi quis alter, Ecquidem hoc unum eſt quod cogitatio ſit ab anima, non ab organis, ideoque cum bruta non cogitent, illa probabiliter carere ſtatuunt Carteſiani; cogitationis autem ſcrutari vires, animæ ut eſſentiam indagare, idque exigere videatur aliquid ſupra animam, quia in tantum materialia, & omnia mortalia, cognoſcit anima, quæ ut aliquid ſupra illa, cum ſit immaterialis & immortalis, nullatenus in operando depēdet anima ab organis, ita in fatuis, in quibus principes animæ facultates non exercentur uti debent, aliquid in cerebro inſoliti apparet, Ergo ſcrutari animæ operationes à corpore dependentes, nil aliud eſt quàm organorum vires contemplari, quid ſcilicet, & quomodo concurrant in operationibus, & ad id non requiritur aliquid ſupra animam, cum hæc ſit ſupra ſui corporis organa: poſita ergo tantæ cognitionis poſſibilitate, quærendum eſſet utrum à particulari cerebri conformatione dependeat ingeniorum diverſitas: profecto cerebri anatome ſuam deregit in omnibus ſtructuram ferè conſimilem, quamvis probabili conjectura ſuſpicari poſſemus an cerebri fibræ Wiliſianæ in omnibus ejuſdem ſint modificationis, quod non ita facile oculis obſervabile: Interea ingenii vires in particulari animati cerebri conformatione, dependere firmiter credo, verum non tantum in hoc, ſed à diverſa ſanguinis conſtitutione, ex qua major vel minor ſpirituum perfectio & copia conſiſtit; ita accidit maniacis, in quibus non pervertitur cerebri ſtructura, ſed ſpiritus animales ab indole miti & benigna in acerrioram degenerant, ita hypochondriacis, in quibus ſanguis ater, ſpiritus gignuntur nebuloſi, ex quibus tot phantaſmata.

Cum ergo ingenii vires conſiſtant in particulari ſanguinis, & animali cerebri configuratione, poſſumus induſtriam eruere tanti pictoris: & primò cordis inſolita adeo magnitudo arguit copiam notabilem rarefacti ſanguinis, qualibet ſyſtole expulſam, quæ dum in anfractus cerebri perveniebat, capaciores exigebat, ut facilius & celerius filtraretur, ne ſanguis ſubſequenter irruens ita copioſè ſua mora noceret: ex copioſo autem ſanguine rarefacto naturaliter

raliter

liter, copioſi & ſpiritus, ex quibus ingenii robur: verùm quamvis ſpiritus ſub tenuiſſimo liquore concipiantur, ſummæ ſunt tamen exhalabilitatis, quapropter piam meningem craſſiorem effecit natura, ut illos retineret faciliimè diſſipabiles, à nimis laxa cerebri ſtructura, tum etiam ut cerebri anfractus ſua interpoſitione dilataret ad faciliorem ſanguinis inſtillationem: copioſi ergo ſpiritus, cum liberè per diductos cerebri anfractus permearent, Il etiam fluiditate per corpus calloſum exſpatiari p rant. Vnde ità ingenioſè imaginabatur, ut p tantùm originalia per Italiam celeberima ima nationis ſuæ viribus abſtracta depinxerat nullis quam dedicus exemplaribus. *Ex Communicat Excellentiſſ. & Clariſſ. Dom. D. Ioh. Baptiſtæ F. toni, Medici & Profeſſoris Taurinenſis.*

§. SErenissimus *Chriſtianus* Dux *Brunſvicenſis* & *Luneburgenſis*, cum multis an inordinatè vixiſſet, cruda multa affatim ingeſſiſſet, acetariis, oleribus, fruc bus hortenſibus crudis,& ejus generis difficilis concoctionis cibis corpus oneraſſet, in dit in febrem quartanam, qua curata aliquandiu bene habuit: Notandum tamen quo in ipſa febre quartana cum uſus eſſet vomitorio ex rad. azari, & multas cruditat magna cum perturbatione & moleſtia rejeciſſet, (nam oleribus & difficilis concoction cibis ſe ingurgitaverat) juravit ſe nunquam vomitorium deinceps aſſumpturum; Quo cum ego animadverterem, & tamen Princeps ipſe una mecum quamprimum reſtitui ve let, neque id abſque vomitoriis commode fieri poſſe perſpicerem, pilulis meis febr libus, quibus ante ſingulos paroxyſmos uſus eſt, admiſcui aliquantum pulveris rad. azar quod tametſi in parva quantitate fuerit, ſæpius tamen uſurpatum multa per vomitu eo ipſo die, quo aſſumptum erat, rejecit; & q. excrementa viridia, tenaciſſime coha rentia, quod omnibus adſtantibus admirationem movit, convaluit poſt id & rectius ha buit: Poſtea tamen cum iiſdem crudis & difficilis concoctionis cibis iterum uſus eſſet incidit in gravem morbum, quem quidam, cum aliqualem calorem naturalem præte naturalem perciperent, Febrem malignam judicaverunt, quod ego poſtmodum adve niens falſum inveni: Nám cum noſſem Principis, qui alioquin temperantiſſime vixit in rebus crudis & cibis herbaceis intemperantiam, ſtatim proſpexi ex cruditate ortu quicquid mali erat, neque in eo deceptus ſum; nam poſt aliquot dies propinato acet bezoartico, & aliis medicamentis ad rem pertinentibus, ejecit Tæniam, ſive vermer latum, ruptum & per partes emiſſum; ita tamen ut tota longitudo vlnas circiter nover compleret: id factum eſt die 22. Maii 1626. Antequam is excerneretur, & ali quot diebus poſt, quieſcere non potuit, ſed corpus hinc inde jactavit, donec exhibiti medicamentis expulſivis alexiphatmacis (propter ſuſpicionem veneni, vel ex mortui vermibus intrinſecus nati, vel extrinſecus dati) cordialibus & confortantibus paulun tranquillior fuit: Interim die 1. Iunij advertimus infra ſiniſtram mammillam nover puſtulas lividas, ſive tubercula ſicca, inſtar fragi per medium diſſecti & appoſiti, ejuſ dem cum fragis, ſed obſcurioris aliquanto coloris & aſperitatis, ſine pure protuberaſſe unde veneni ſuſpicio aucta eſt: Vires inde fractæ & mentis hallucinatio nonnulla ſe quuta eſt, loquutio etiam ita præcipitata fuit, ſi quid diceret rari intelligere po tuerint, niſi quid eſſet ſæpius rogarint: Initio Princeps multum vomuit, præſertin aſſumpto cibo & potu: cereviſiam, qua alias delectatus fuit, vinum faſtidiens, ſem per rejecit, vinum retinuit, neque quicquam incommodi inde ſenſit, aut calori præter nat. concepit: Pulſus initio propemodum naturalis, urinæ quales jumentorum poſtea prope ad ſtatum naturalem in colore, ſubſtantia & ſedimento pervenit, pulſus ve ro magis magiſque languidior factus: In medicamentis aſſumendis difficilior fuit nam vetita affatim appetivit; conceſſa reſpuit, & cum corpus maxime calidum ſerva re debuiſſet, omnia tegumenta rejecit; & præterea aquâ roſarum, & aliis refrigeranti bus caput inundavit, cum tamen neque in pulſu, neque in urina, neque in tactu to tius corporis ullum caliditatis ſignum appareret: Medicamenta, tum quæ ad exone randam ſaburram, tum quæ ad excludendos vermes, extinguendum venenum; conſer vandum cor & reficiendas vires vires ſingulari virtute facere videbantur, diligente adminiſtrata ſunt, omnia tamen in pejus ruere, pulſus ſeſe ſubducere & vires in hora labaſci, appetitus poſterni; donec tandem ſpretis omnibus humanis placide obdor mierit d. 6. Junij 1626.

Apetto ad condituram cadavere, propemodum omnia viſcera ſana inventa ſunt ſolus ventriculus & inteſtina vitium contraxerant: Ventriculus enim mucoſo phleg mate redundabat, & tunica ejus interior obſcuriore, quam pro natura, colore im buta fuit: Inteſtina etiam plurimum pituitæ craſſæ & mucoſæ continebant, & inte rior tunica, in inteſtinis tenuioribus fere nigricans, rugas inſtar plicarum orbiculatim i inteſtina intrinſecus continua ſerie ambientes formaverat. In Colo vero de lato ver me, ſive tænia, particula ad longitudinem prope quinque ulnarum reperta fuit: Pu mone

ones plane integri fuerunt : Cor nihil vitij habuit, niſi quod dexter ventriculus ſolitò ſeccidior viſus ſit, & in eodem veſicula albicans ad longitudinem & craſſitudinem digi, utrinque acuminata, piſciculum dixiſſes, qua diſciſſa & rupta, cum aquam contineri ataſſemus; materiam pinguem, craſſam inſtar axungiæ reperimus: Hepar magnum fuit ; omni labe: caruit, niſi quod quatuor quinquève locis ad magnitudinem felii menthæ, nculæ lutei coloris apparuerint, carne ſubjecta ſimiliter ad corruptionem vergente, liquis partibus tum quoad colorem, tum quoad ſubſtantiam omnibus integris: Lien, uemadmodum & Renes omnis labis fuerunt expertes; Membrum virile ſupra modum accidum una cum ſcroto nigrorem contraxerat. *Ex obſervationibus Adami Luchtenii Re- i Dania Medici in Actis medicis Bartholini anni* 1672. *p.* 25.

Observatio LVIII.

Febris Epidemica Nervoſogeneri & Thoraicis partibus infeſta 1. *Febris Epidemica ab inflammatione Pulmonum* 2. 3. *Epidemica vermiculoſa.* 4. 5. 6.

§. 3. Circa æquinoctium vernale anni 1661. puella novem circiter annorum ægrotare cœpit, imprimis abſque calore & ſiti intenſis, appetitus dejectio & virium anguor acceſſerant : inſuper vertigo fere continua moleſtabat, cum crebro leipothymiæ netu, ut ſæpius animi deliquium inſtare putaverit : cujus ægritudo quoniam Tuſſi crebra & humida ſtipata fuerat, primo tantùm frigoris ſuſceptio putabatur, verum intra paucos dies iſta Tuſſis plane convulſiva evaſit : adeo ut inter tuſſiendum, diaphragmate ſurſum elato, & cum ſyſtole ſurſum repetita, ita aliquandiu retento ſtridor ingens & velut ſuffocativus ederetur : dein apertius Febricitans; ac de ſiti & calore conqueſta, noctes inſomnes cum inſigni corporis agitatione ducebat, atque prope diem delire loquuta de veſte ſua in aquas delapſa querebatur; cumque omnia in pejus ruerent, motibus convulſivis primo in artubus, mox in facie & ſubinde toto corpore tentari cœpit, paroxyſmi crebra vice, nempe bis aut ter intra horam *repetentes, graviſſime* urgebant; adeo ut miſella hæc intra nycthemeri ſpatium, a quo affectiones ſpaſmodicæ graviores exortæ fuerint; *ſpirituum animalium* tenore labefactato penitus fatum obierit : Dum paroxyſmi convulſivi urgerent, pulſus erat plurimum inordinatus, ac ſæpe intermittens, etiam vomitione crebra afficiebatur.

Cadavere diſſecto, ſymptomatum in hac febre præcipue urgentium rationes & veſtigia clarius patebant ; Nam calvariæ olla amota, ſtatim vaſa meninges perreptantia, ſanguine plurimum turgeſcere conſpiciebantur, quaſi fere tota cruoris maſſa in capite aggereretur : Venis enim circa viſcera imi ac medij ventris *ſectis aut diſruptis* parum ſanguinis effluxit : Porro membranæ iſtæ, ubi cerebellum *inveſtiunt, atque altius inſtratæ ipſum à cerebro derimunt*, ſanguine pluribus in locis extravaſato ſuffuſæ, colore atro purpureo inſigniebantur, ut minime dubitandum eſſet, quin phlogoſis ſive inflammatio, illic circum circa excitata, convulſionum adeo atrociter infeſtantium cauſa fuerit : Integumentis hiſce ablatis, cerebri ſubſtantia prorſus madida, & humore aquoſo ſupra modum irrigata videbatur : quinimo ejus cortice exempto, ventriculi omnes aqua limpida erant impleti, cujuſmodi pellucidi liquoris pluſquam libræ ſemiſſem eximere licuit, Ventre inferiore aperto, viſcera omnia in eo contenta ſanis ſarta & ſana tecta inveni : ventriculus, licet inani vomitione crebro laceſſitus, nihil præter liquorem nuper ore ingeſtim continebat : etenim neque in ipſo, nec in appendice ipſius lumbrici, aut acres humores (qui ſæpe ejuſmodi convulſionum cauſa perhiberi ſolent) reperiebantur: Inteſtina tenuia pluribus in locis *mutuo involvebantur, à viſcerum iſtorum motibus* convulſivis; Thorace aperto, pulmonum cava valde rubicunda, & velut ſuffuſa, imo in quibuſdam locis quaſi livida & fere nigra apparebat, ex eadem ubivis diſciſſa ichor tenuis & ſpumoſus exudabat : *Th. Willis pathol. Cerebri cap.* 8.

SCHOLIA.

Ex his phænomenis prædictæ febris pathologia facile colligitur, nempe in hac ægrotante, ſicut & in pleriſque aliis, ſanguis febriliter efferveſcens ſtatim recrementa ſua tum in Pulmones, tum in cerebrum deponebat, quare ſeroſa colluvies utriuſque compagem illico inundabat, dein propterea ſanguis, & hic & illic à debita circulatione præpeditus, circa partium affectarum confinia plurimum coacervari, demum ſtagnare, poros & meatus infarcire, & quaſi phlogoſin inferre cœpit: hinc ob ſerum in Pulmonibus copioſe aggeſtum & calore aſſatum, tuſſis moleſta cum ſputo craſſo & decolori plerumque iſti morbo ſupervenit : Atque ob ſimilem affectionem intra ἐγκεφάλῳ excitatam, vertigo, ſcotomia, ſtupor, aliave pathemata cephalica laborantes fere conſtanter inceſſebant: cujuſmodi affectus in hac puellula, propter cerebri cōſtitutionē prius *invaletudinariam graviores facti*

in

appolexiam terminabantur : *Si prædicta ægritudinis ratio formalis & cauſa* inquirantur , facile hic conſtat *liquorem cerebri & nervoſi generis* irriguum fere ſimul atque ſanguinem in culpa , & ſymptomatum præcipue urgentium cauſam immediatam fuiſſe: Nempe in quantum iſte latex , ſtatim à primo morbi inſultu ,ſolito pauperior & quaſi effœtus evaſerat , propterea in totu corpore *languor & enervatio* cum *laſſitudine ſpontanea ac impotentia ad motum*, cumque ſubita corporis intabeſcentia ægrotantibus accidebant : Porro quatenus *idem liquor particulis heterogeneis* , ſc. partim *narcoticis* partim *exploſivis* referciretur , idcirco *Stupor, formicationis ſenſus, tendinum & muſculorum ſubſultus & contractura* , nec non *vertigo* , *ſcotomia* aliæque affectiones cephalicæ graviores ſuboriebantur : Porro aliquatenus ob ſucci nervoſi labem , non cito aut facile emendandam , morbi ſolutio aut ſanatio ardua ac diuturna extitit : At vero ſiquidem laticis huiuſce vitium à *ſanguinis dyſcraſia* , etiam à cerebri conſtitutione prava neceſſario dependet , quales eorum diatheſes morbidæ fuerint & quo ritu hæc febris ſymptomatis ortum vel fomitem præbuerint , videamus : Quoad prius , videtur quod ob anni conſtitutionem calidam & humidam , ac à Borea (cujus nimirum corpuſcula ſanguinem & ſuccos corporis noſtri condititura velut nitroſa imbuunt , eoſque exagitando contra putredinem muniunt) minime perflatam , ſanguis in pleriſque hominibus, ac præſertim in pueris, adoleſcentibus & fœminis , inſtar aquæ ſtagnantis , proindeque ſitum contrahentis , valde impurus, particulis heterogeneis refertus , atque ad lentorem & aquoſitatem vergens evaſerat , in quo ſc. ſpiritu ac ſulphure puriore aliquantum depreſſis , particulæ aquoſæ , cum ſale & ſulphure impuro ſimul evectis , nimis exaltarentur : quapropter ſanguis tum propter craſin eius vitiatam , ob particulas heterageneas in ſinu ejus uberius congeſtas , effervеſcentiæ febrili aut ſua ſponte , aut occaſionaliter , aut propter contagium ſuſcipiendæ habilior factus eſt : proinde ut plurimi hoc tempore febricitarent : Attamen ſanguis a miaſmate febrili & ſuſcepto effervеſcens , non ſtatim cùm aperto incendio , ſed tanquam ligna viridia foco impoſita , cum flamma velut ſuppreſſa ac fumo plurimum obvoluta exardeſcebat : quapropter materies morbifica , intra maſſam ejus aggeſta non (uti in febre regulari) deflagrando abſumi, ejuſque reliquiæ ſtato tempore per criſin exterminari ſolebant , ſed tamen mox à febris initio iſtius materiæ portio ingens in caput vel thoracem , vel ſimul in utrumque ſuffuſa , & poſtea iiſdem partibus continuo ſuppeditata , aut prædictas cerebri & nervoſi generis affectiones , aut tuſſim cum diſpoſitione tabida , vel ſimul utraſque inducebat : atque ob hanc rationem circa initia huius morbi , cum pulſus debito celeriore, & urina rubicunda & contentis ſaturata, ſanguinem ab intemperie febrili effervеſcere indicabant , ægrotantes de calore aut ſiti minime conqueſti ſunt , quia nimirum ſanguis effervеſcens impuritates & recrementa ſua illico in liquoris nervoſi penum , aut in pulmones deponebat : quare intra hæc receptacula ſymptomata peiora ſtatim accіebantur : poſtea tamen morbo in ſtatum evecto , calor nonnihil acris, cum linguæ ſcabricie in aliquibus ſatis moleſtus eſſe ſolebat : quinimo in omnibus febris *lenta & velut hectica* perdurabat, quæ nec ſudore nec tranſpiratione inſenſili ita in totum amoveri potuit, quin illa quotidie , præſertim à paſtu , licet tenuiſſimo , redintegraretur : quod equidem ita contigiſſe videtur quia ſuccus nervoſus fæculentiis à ſanguine depoſitis ſatur, eas poſtea haud in copia tam uberi e[…] cipiebat , quin recrementa iſthic una cum humo[…] nutritio (ſiquidem & hic particulis ſolidis alend[…] minime abſumeretur) intra maſſam ſanguineam re[…] ſtantia , ipſam uſque febriliter effervеſcere fecerun[…]

2. Præter hanc *ſanguinis diatheſin* morbidam a[…] anni intemperie contractam, videtur & cerebru[…] ab eadem *πυρώδου* in pathemata prædicta procliv[…] factum : cum enim longo temporis tractu vent[…] auſtrini cum humidiori aëris conſtitutione jugite[…] ſpirarent, proinde cerebri meatus & pori plurimu[…] laxati & aperti , ejuſque compages nimis diſſoluta humoribus ſeroſis & particulis quibuſvis heterogeneis aditum facilius præbebant : quare ſanguis valde fæculentus & æquoſus , quam primum à febre effervеſceret, recrementa ſeroſa & ſordes ſuas ſtatim intra *τῦ ἐγκεφάλυ* fores nimis potenter ingerebat : Enim vero, quotusquiſque eſt qui non humido cælo de capite nimis oppleto & ſpirituum torpore queritur? quia ſcil. excrementitii humores in cerebrum à tali occaſione laxatum irruunt : Econtra hujus poris à frigore intenſo aut ſicciore aëre conſtrictis , ſenſus & facultates omnes vegeti magis & expediti perſtant.

Hinc ſymptomatum & accidentium prædictam febrem comitantium facile erit rationes extricare : 1. enim quod hæc febris anomala in pueros, adoleſcentes , fœminas & viros phlegmaticos potiſſimum deſæviebat , in cauſa erat , quoniam in iſtiusmodi corporibus ſanguis aquoſior , minus perſpirabilis, proindeque colluviem ſeroſam , & fæculentias heterogeneas congerere aptus eſt , quin & cerebrum humidius debiliuſque exiſtens, ſanguinis recrementa quævis facile ſuſcipit : quare obſervare licet ejuſmodi perſonas in convulſiones propter *alias προφάσεις* oriundas , magis proclives reperiri 2. Inſignis Atrophia tam cito huic febri ſupervenit , quoniam ob ſucci nervoſi depravationem nutricatus munia ab eo pendentia (quæ prout alibi oſtendimus , ſunt maxime activa) protinus defecerunt , quamvis enim minime concedimus humorem nervoſum ſolummodo nutritium eſſe , ſed materiam partibus alendis deſtinatam in maſſa ſanguinea præparatam per arterias diſpenſari ; attamen arbitrari fas ſit liquorem cerebri & nervoſi generis irriguum , ſub ratione cauſæ efficientis alimentationi plurimum conducere : hic enim ſpiritu animali turgeſcens: ſuccum nutritium cuilibet parti à ſanguine allatum actuat & vigorat, eumque in corporis alendi meatus ac intimos receſſus admittens & velut intro manuducens , aſſimilat : quare cùm hic liquor œconomus adeo depravatur ut ſpiritus animales , circa nutritionis opus requiſitos , haud rite ſuppeditet , membra quælibet ac partes , veluti ſtomachus in tono ſuo vitiatus nutrimentum quodvis oblatum, vel reſpuunt , vel proprium in uſum recipere nequeunt : propterea quidem in hoc morbo moles ſive habitus corporis ut plenior aut obeſus, plus ac citius deterebatur quam in febre cauſone , ubi à calore intenſo , aut ſudoribus copioſis longe plus evaporat : cujus ratio eſt , quoniam in febre ardenti , licet ſanguis valde effervеſcens copioſius exhalat , interea tamen aliquid nutrimenti jugiter apponit, quod ſingulæ partes , liquoris nervoſi beneficio adjutæ , facile excipiunt & aſſimilant : verùm in iſta lue *νευρώδει*, quanquam materia nutritiva ſatis appareratur, tamē ſpirituum *θρεψιποιητικῶν* defectu nutritio prorſus inhibebatur. 3. Ob prædictas rationes etiam febris iſta diutiſſime protracta vix unquam critice judicari, ac difficulter medicamento-

rum

orum ope curari ſolebat, materies enim febrilis ſtatim à morbi initio in liquorem nervoſum irrepens, ab ejus ſinu ægre poſtea, & nonniſi longo tempore exterminari potuit: quippe hic latex motu ſegni, inque vaſis obitrictis lente ſcaturiens, non uti ſanguis effervеſcentiam depurativam, ſive fermentationem ſpoote concipit, neque medicamentorum vires ad eum facile ac illibatæ pertingunt, ſed aut aliis partibus prius impenduntur, aut ſiquidem heterogenea ſunt, à cerebro incongruum quodvis reſpuente, prorſus excluduntur; Equidem ob hanc rationem, quævis cerebri & nervorum affectiones, medicinæ velut opprobrium facientes, difficillime ſanantur. Itaque in bac febre, ſi quando labes cerebro & nervoſo generi impreſſa rolleretur, vel tuſſis immanis cum ſputo copioſo, vel tumores & abſceſſus in collo ſuccedebant; ſcil. materia morbifica à ſanguine reſorpta, & rurſus depoſita vel in thoracem, vel in glaudulas & emunctoria juxta cervicem conſita: Cæterum hic morbus contumacior extitit, quooiam & ſanguinis dyſcraſia non facile emendaretur: nam licet ab initio latex ejus recrementis uſque in nervoſum liquorem ſuffuſis minus ac inertius effervеſceret, poſtea tamen receptaculis hiſce coppletis, & fæculentiæ morbificæ, ac inſuper materia nutritia partibus ſolidis alendis mioime impenſa, uſque in cruore reſides ipſum aggravabant, eique propter moleſti hujus non miſcibilis excluſionem, effervеſcentiam non ſecus ac in febre hectica aſſolet, aut fere continuam aut ſubinde repetere aptam inducebant: Enim vero ſæpius obſervari in hac febre, à juſculis avenaceis, decocto hordei, alioque victu tenuiori, non minus ebullitionis in ſanguine concitari quam à jure carnium conſummato: nempe utrobique ſuccus nutritius, e chylo in ſanguinem ſuppeditatus, ſiquidem in nutritionis opus non impendebatur, velut quoddam heterogeneum, & non rite miſcibile ſanguini moleſtiam inferebat: atque ob hujus ſucci ſuperflui particulas, cum ſero copioſe amandatas, *Vrina* valde *craſſa*, rubicunda, & contentis plurimum ſaturata exiſtebat: Etiam ob hanc rationem alvus plurimum ſoluta fuit, in quantum ſanguis, ſucco nutritio ſatur, minorem chyli portionem e viſceribus exſugebat, atque iſtius quod ipſi inferebatur partem inteſtinis *rein*fundebat: Intemperies inſuper febrilis tamdiu cruori inhærebat, quia donec regimine animali reſtituto nutritio rite peragеretur, materies iſta ſuperflua in maſſa ſanguinea congerebatur. *Willis l. c. ubi vide hujus febris curationem.*

Intra nyčthemeri ſpatium fatum obierit] Febrem hanc epidemicam diutiſſime protractam ait, vix critice judicatam, medicamentisque refractariam: Hujus tamen puellæ fatum acceleratum fuit, morbique hiſtoria brevior, ob accedentem ſpaſmorum frequentiam & vehementiam.

Membrana cerebri ſanguine pluribus in locis extravaſato &c. Pulmonum caro valde rubicunda &c.] Aliquando vis ipſius febris in partem aliquam ſævit, ut æger tantum vel ſe capite dolere dicat, vel renibus, vel aliqua alia parte: Quod evenire puto, vel cùm peculiaris in parte aliqua infirmitas eſt & vitium, vel cum febris ipſius ſubjectum eſt potius quidam teter vapor, qui prout vel in illas partes, vel in has repit, ita quoque ſui notas & ſigna exhibet: Audivimus obſervatum eſſe ab *Hippocr.* in Coacis (locum videre non contigit) rigores aut horrores inanes in febrium paroxyſmis, tranſlationem in caput afferre ſymptomaticam, id eſt, dum effertur vapor febrilis a foco, aut tenuis ichor, qui naturam perturbans & calorem afficiens, eundem foris intro revocat, unde aut rigor aut frigus inſequitur periodicum: Quod ſi boc fruſtra fiat, & potius recta caput vapor appetat, ac ſi conſtituatur firmeturque ſedes in capite, dolor oboritur ſæviſſimus, & adurentis in toto capite caloris ſenſus excitatur, in cæteris partibus nil ſimile percipitur, Et vulgus ſe febrem in capite habere narrat: item in paſſim vagantibus febribus periodicis, cum ſemen morbi extinctum videretur, certis quibuſdam diebus, ac ſi novus paroxyſmus ſuſcitandus foret, calor aut in capite ſummus, aut in alia parte, & dolor excitatur: quod fit aut ob paucitatem materiæ, aut quia ea nondum ſatis apta eſt ad putrendum & motum: Denique in febrium ineuntibus paroxyſmis, præter conſuetudinem quædam ſymptomata apparent, aut ingens capitis ſolius dolor aut brachii, aut cruris, aut velut incubus, aut ſuffocatio: nonnullis quædam contractiunculæ convulſionibus ſimiles, non autem manifeſtus quidam calor apparet in toto corpore, à quo febris ſuam eſſentiam naociſcitur: Quod fit meo judicio propter aliquam ſeparatiooem & ſecretionem materiei, quæ non per venas, ſed per arterias, aut nervos, aut inanes quoſdam mæandros irrepens, inſolentia quædam ſymptomata procreat ac gignit: Quod & confirmant ea quæ ſcripſit *Gal. de Criſ. l. 3. c.* 9. dum ratiooem reddit cur in principiis febrium, ſive delirium acceſſerit, ſive alicujus membri ſideratio, periturum hominem ſciendum eſt, ſi non optimum aliquod ſignum acceſſerit: Ex quibus omnibus apparet, contingere ſæpe ut moveatur materia, tum ſuo ipſius nutu atque ſponte, utpote animata & excitata ſuo ſpiritu & ichore (nullus enim humor ſine aut flatu aut ichore cito impellitur) tum naturæ vi pellente, & tum in partem aliquam vis atque impetus iſte & impreſſio redundat: unde quæri poſſet an ſatius ſit in unam tantùm partem vim iſtius tempeſtatis febrilis redundaſſe, an in totum corpus: nam ſi in totum corpus malum æquabiliter repat, plures & partes & facultates læduntur: contra melius eſſet diffundi boc totum virus & in multas corporis partes diſſipari, quàm ita confertim & gregatim in unam principem partem inſultaſſe atque impetu ruiſſe. *Ballonius.*

§. 2. Tumpo-

§. 2. Temporibus inconſtantibus morbi equidem fiunt inconſtantes, dummodo illorum perduraverit inconſtantia: ſed quando ipſorum inæqualitas uniformis aliquandiu perſtiterit, prout factum eſt per duos annos fere continuos, ut plurimum fuerunt auſtrini, ventoſi, frigidi, pluvii, & cum maxima aquarum illuvie, morbi ſupervenientes conſtantes apparent & fere uniformes: Cujuſmodi ſunt febres hoc tempore graſſantes, non Bergomi tantum, ſed Bononiæ, Venetiis, in Foro Julienſi, agro Patavii, Vicentiæ & fere ubique locorum; In his enim omnibus locis populariter ſævierunt febres, non quidem vere Peſtilentes, quia licet multos interfecerint, ut plurimum tamen fuerunt ſalutares, nec alicui communicatum fuit contagium, ſed ſunt Ardentes ſpuriæ, ad continentium naturam accedentes invadentes, cum dolore capitis, colli, lumborum & totius corporis perſeverantes, cum ſiti, vigiliis, comate vigili, paraphrenitide, & aliquando cum vera phrenitide, vermibus & cum peticulis erumpentibus, plerumque rubris, aliquando violaceis, nigris diverſis temporibus, utplurimum circa ſeptimam, & in puerulis cum morbillis & variolis, Et urinis tenuibus, aliquando craſſis & turbidis, & aliis accidentibus malum morem harum febrium commonſtrantibus: hæque febres viros magis quam mulieres affligunt, eoſque utplurimum infra ſecundum ſenium conſtitutos, ſi præſertim plethorici, bilioſi, aut melancholici fuerint, ſi locorum humidorum fuerint incolæ, ſi incompoſite vixerint, immodice Incaluerint, veneri indulſerint, vitioſiſve ſuccis redundaverint, raro Clauſtrales, tanquam minus incompoſitè viventes.

Originem autem habuerunt hæ febres utplurimum à putredine circa viſcera naturala, ideoq; & vermes fuerunt excreti, & diarrhϾ non raro ſubſequutæ, cum criticæ tum ſymptomaticæ: Fere tamen ſemper ſeſe inſinuavit putredo in totum venoſum genus, *non ſine aliqua Pulmonum inflammatione, ut apparuit ex diſſectione Cadaverum*: Hincq; factum fuit ut fere in omnibus apparuerint peticulæ; pluribus ſupervenerint ſudores aliquando diaphoretici, non raro ſalutares, & fere omnes judicati ſint per urinas copioſas. *Ben. Silvaticus conſil. xiv. cent.* I.

SCHOLIA.

Harum febrium ſicuti cauſa adæquata fuit vel inſignis exuſtio, vel excellens & vera humorum peccantium corruptio, aliquando ſuperante natura, aliquando eadem ſuperata, ita cauſa communis fuit inæqualis aeris intemperies, quoad activas qualitates, cum exceſſu humiditatis quoad paſſivas: Hinc enim accidit ut caput pluribus humidius ſit redditum quam conveniat, & interna viſcera vitioſis humoribus cujuſcunque generis, à prædominio tamen ſeroſis & bilioſis fuerint repleta, impeditaque ipſorum ventilatione, cum à cutis conſtipatione, propter ambientis frigiditatem, tum ab internis obſtructionibus computruerint, & putreſcendo febrium prædictarum cauſæ fuerint, cum enarratis ſymptomatibus pro varia parte affecta & diverſitate diſpoſitionis partium principalium; Foveri quidem poteſt hæc febris ab annonæ charitate, cujus merito facta eſt major congeſtio vitioſorum humorum; hancque ob cauſam pauperes febricitant magis quam divites & frequentius intereunt; non tamen annonæ charitas fuit cauſa principalis harum febrium, ut quiſpiam ſuſpicari poſſet, non enim divites his febribus fuiſſent correpti, utpote qui annonæ charitatem non fuerunt experti: Quæ cum ita ſint, ſperandum etiam eſt morbum hunc peſtilentem non futurum, dummodo auſtrinæ conſtitutiones tamdiu non perdurent: ut hinc aër non ſolum intemperatus fiat, verum etiam corruptionem & putredinem concipiat per admiſtionem vaporum putridorum: Quod ne fiat, ventilationes, ignis accenſiones, viarum mundities & diligenter cadaverum humationes erunt neceſſariæ: Pro curatione autem harum febrium inſiſtendum refrigerantibus, exſiccantibus, divertentibus a partibus principibus, deobſtruentibus, bezoarticis & vires conſervantibus: Ideo inter Chirurgica principem locum obtinet venæ ſectio: Si vires non permiſerint, venarum ſedalium apertionem laudamus, & ratione revulſionis à partibus principibus, & ratione vacuationis à venoſo genere: Poſtea cucurbitulas cum ſcarificatas, tum non ſcarificatas, lumbis & infernis partibus applicandas cenſemus, frictiones & inunctiones injungimus, dummodo natura non tentet excretionem materiæ per alias partes corporis: Veſicantia præſentaneum & tutiſſimum ſemper remedium fuere: Inter Pharmaceutica laudamus blandas alvi ſubductiones, cùm natura non tranſmittit cum impetu ad cutem: Largas potationes aquæ hordeaceæ aut ſeri lactis caprini cum ſpiritu chalchanti, refrigerant enim, ſitim ſedant, urinam movent, ſudorem alliciunt & omnibus intentionibus ſatisfaciunt; non omiſſis Bezoarticis, frigidis vel parum calidis, nec valde adſtringentibus: Medicamenta ex citro ſunt tutiſſima, Aqua ex toto citro: Margaritæ præp. c. c. ſunt exſiccantia: diuretica, ſudorifica temperatiſſima, Inter externa Oleum ſcorpionis *Matthioli*, & *Idem.*

Supervenerint ſudores plurimi] Ad ſudorem proclives eſſe qui Pulmones habent calidos, quia tenues obtinent humores, obſervat *Walæus* in ſua methodo medendi: Ita phthiſicos ſudoribus continuis ferme diffluere videmus; & in tantum debilitari ut Medicus vel maxime acceſſum habeat viribus illorum ſuccurrere & ſudores impedire.

§. 3. Sæpe decipiuntur Medici, Peripneumoniæ ſpeciem pro febre mali moris & maligna judicantes, ac pro tali curantes: Et dum febres hujuſmodi epidemiales vagantur, Si corporaeorum qui perierunt ſecta ſint, maxima ex parte inveni labem, vel in extremis lobis, vel in parte poſtica pulmonum, quæ ad gangrænam perexiguam tendebat: Id ipſum etiam accepi à Doctore celeberrimo, qui ſe eadem experimenta multoties obſervaſſe teſtatus fuit: Ideo caute in his procedendum eſt ut cognoſcatur pars affecta.

SCHOLIA.

IN Pulmonum affectibus non plerumque reſpiratio læditur, quod provenit, partim ex natura affectuum, partim ex ſitu, Nam Tabes, vel ulcus Pulmonum, ex ſe reſpirationem non lædit niſi per accidens, cum ſcil. pus vel pituita in arteriis eorum recipitur: Similiter pituita, quæ in pulmonum ſubſtantia recipitur, reſpirationem parum aut nihil lædit, niſi cum vaſa obſtruit, & aëris ad cor ingreſſum vel egreſſum cohibet: aut pulmones magnificando, inanitatem pectoris, quæ ad libere reſpirandum requiritur, repleri facit: Imo neque ex inflammatione particulari pulmonis, quæ ſcilicet extrema loborum ejus, vel partem aliquam externam, & maxime poſticam obſideat, niſi maxima ſit: ex illa enim cor potius præfocationem patitur quam magnam æſtuationem; neque ob id arteriæ occluduntur, vel comprimuntur, Et ideo non ſequitur neque ratione organi, neque ratione aucti caloris neceſſitas magnæ reſpirationis, neque impedimentum illius, niſi leve: *Inde ſæpe decipiuntur Medici, quia hæc eſt Peripneumoniæ ſpecies, &c.* Ideo caute in his procedendum eſt, ut cognoſcatur pars affecta; Quæ ex levi, ſed anguſtioſa reſpiratione, & ſubdifficili in aliquo latere decubitu, ſicuti ex pulſuum mollitie, ex ſudore circa pectus & cervicem, cum adſunt malignitatis notæ, colligi debet: Et maxime cum alvus bene ab excrementis abſtergitur, & videntur hujuſmodi ex ſanguinis evacuatione ſublevari, licet parum habita ratione languoris virium & febriculæ convenire videatur: Cognoſcitur etiam ex Pulſuum inæqualitate, nam ex parte affecta celeriores & majores, vel crebriores & oppreſſiores erunt. *Sebaſtianus Naſius meth. med. Parte 2. p.298. Vide Lal. à Fonte.*

§. 4. Initio hyemis 1663. diſtrictu dominii Veneti univerſo, morbus quidam malignus & epidemius graſſabatur, quo pluſquam lx. millia hominum, ut ferebatur, cum horrore & febri corripiebantur: Horum nonnulli cito interibant, cæteri brevi evadebant.

Sectione cadaverum inſtituta, mira & vix credibilis vermiculorum minorum copia apparuit, cauſamque, quæ vel experientiſſimis nondum in mentem venerat, manifeſtavit. N.S. Gemmarius, ex illis locis redux, quamprimum ad nos appulit male habere cœpit, ſibique propterea metuens ne ſimili morbo decumbere cogeretur, conſilium noſtrum expetiit: Purgandum cenſuimus ſpec. diaturbith cum Rhabarb. ℈j. pulv. ſem. ſantonic. Jalap. ana ℈ß. m. duas dozes ſumpſit, juravitque ſe copioſe purgatum pluſquam bis mille vermiculos vivos excreviſſe. *G. H. Velſchius obſervat. Medico Phyſic. hecatoſtea 2. §. 59.*

SCHOLIA.

ANno 1675. menſe Auguſto & Septembri, vagata eſt febris epidemia apud Seguſianos finitimoſque locos, adeo maligna, ut *Burgi*, Metropoli, Urbi populoſæ quidem, ſed non magnæ, pluſquam ſexcenti menſtruo ſpatio interierint: Res ad Regem delata, qui Medicum aulicum mittit, exploraturum num Peſtis immineret, & an Medici Patrii congruis uterentur remediis, Sed non multo felicior ſucceſſus penes ipſum fuit: Interim caſu innotuit vera luis illius antidotus, Omnes ad unum ægri lumbricos, eoſque vivos, egerebant, qui vino irrorati citiſſime necabantur; hinc conceſſo vino, quo ſevere ægri interdicebantur, morbus exlethali ſalutaris factus.

§. 5. Non unum vermem, ſed aliquot in hominis lenticulis extincti cerebro inventos narrat *Coiter* in appendice Obſervat. Anatom.

§. 6. In capitibus eorum qui Febre Hungarica mortui ſunt, cum ſæviſſimis capitis doloribus, deprehenſos vermes teſtatur *Conradinus* cap. 10. de *Febre Hungarica*. Vide lib. 1. ſect. 1.

Observatio LIX.

Exanthematum Peſtilentium origo in partibus internis, Imo quandoque in Perioſtio, ſedem habere oſtendit Anatome.

D*idicus Peard*, miles Anglus, robuſtus, menſe Maio, peſte correptus, carbunculum in manu habuit: Ad hunc tertia morbi die vocatus eſt magiſter Cornelius Chirurgus; Ipſe ante ædes in quibus decumbebat æger mihi caſu obviam factus, rogabatur una cum ipſo intrarem: Invenimus ægrum jam morti propinquum, corpore plurimis exanthematibus purpureis obſito, quapropter ipſum Deo commiſimus: Poſt diſceſſum diſputatio inter nos orta eſt de cauſis, origine & forma exanthematum: Ego inter alia cum *Fernelio* ſtatuebam illa non eſſe ſolius cutis maculas, ſed etiam partium ſubjectarum: Alter id negabat & diſſectione unius aut alterius exanthematis ſed id facile demonſtrare poſſe dicebat; Convenit inter nos ut in cadavere prædicti militis (qui intra ſemihoram à noſtro diſceſſu moriebatur) refrigerato, poſtera die levem inciſionem experiundi gratia faceremus: Ipſe in femore levem in cute tantùm fecit diſſectionem, credens ſubjectas carnes maculatas non eſſe: Verum ſe plane deceptum videns, altiore facta inciſione

inciſione iſtarum macularum progreſſum inquiſivit, ac *Fernelium* vera dixiſſe conſeſſus eſt: nam invenimus maculas illas ab ipſo perioſtio initium ducere, & latiore baſi pyramidis inſtar per medios muſculos recta ſurſum uſque ad cutem aſcendere, atque ibi in conum terminari: Chirurgus hac experientia nondum contentus, in brachio ſupra cubitum alia facta inciſione, idem adhuc ſemel inquiſivit: ubi invenimus baſin duorum exanthematum (quorum progreſſum quærebamus) adeo profunde ſitum non eſſe, neque ad perioſtium uſque pertingere, ſed à duro tendone cujuſdam muſculi originem ſumere. *Diemerbroeck de Peſte lib. 4. hiſtoria 32.*

SCHOLIA.

TRadunt Jac. Bontium, Medicum Lugduno Batavium, quondam ejuſdem rei periculum feciſſe, & inveniſſe quod exanthemata ab ipſis oſſibus initium ducerent: Proculdubio etiam *Fernelius*, ejuſdem rei oculatum experimentum ſumpſit, nam lib. de Febrib. cap. 18. inquit. *Exanthemata ut corporis ſumma, ita & interiora viſcera muſculos, nervos, cæteraſque partes ſolidas obſident, ex hiſque primam ducunt originem.* Sic etiam *Ioh. Morellus* ſcribit non tantum exteriorem corporis habitum, ſed & interiora viſcera atque muſculos ejuſmodi papulis obſideri, non ſecus ac per variolas & morbillos: Anne Hepar, Lien, Pulmo, aliaque interna viſcera, hujuſmodi peſtilentialibus exanthematis etiam infeſtentur, de eo ocularem experientiam non habeo propterea quod licet contagium à diſſectione muſculorum parvi faciam, illud tamen ex apertione cavitatum abdominis & pectoris, furioſius in aſtantes irruere poſſe credam. *Vide Exc. Barthol. conſ. de Anat. Pract.* §. 3. *p.* 13.

APPENDIX.

De Exanthematum Peſtilentium, Bubonum, & Carbunculorum generatione, ex Eodem.

NEmo Medicorum hactenus Bubonum, Carbunculorum & Exanthematum hiſtoriam à vero certoque fundamento deſcripſit: fortaſſe quia vel naturę veneni peſtilentis ignorantia, vel rei gravitas, vel contagii metus omnes à curioſiore hujus neceſſariæ ſcientiæ inquiſitione deterruit: Hinc erratum non in una aliqua parte, ſed in toto, ut demonſtrabimus: Venenum Peſtilens cùm ſit aëreum & ſubtile, corpus humanum ſubiens raro ad cerebrum primo, vel hepar una cum humoribus defertur, ſed partim ob ſubſtantiæ tenuitatem, partim quia cum inſpiratione plerumque in pulmones adducitur, facillime ac citiſſime venenatam qualitatem imprimit ſanguini arterioſo, è dextro cordis ventriculo in pulmones impulſo, qui iſta labe infectus ad ſiniſtrum cordis ſinum deſcendens, vitalitatis arcem impugnare ac labefactare incipit. Huic infenſiſſimo tyranno cor ſe ſtatim opponens; fortiter cum eo colluctatur, omneſque vires intendit ut dirum ac moleſtiſſimum hoſtem quam citiſſimè foras expellere ac longiſſimè à ſe ablegare poſſit: Hoc autem venenum, ſi paucum ac debile, & ſolummodo tenui ſeroſo vehiculo junctum fuerit, interdum vel ſolius naturæ vi, vel medicamentorum tempeſtivo ſubſidio, brevi temporis ſpatio cum ſudoribus per poros cutis expellitur & diſſipatur, antequam ſanguinis maſſæ aliqua pars ab ejus contagio corrumpatur: atque tunc unica forti ſudatione ita reſtituuntur tales infecti, ut nullum mali veſtigium relinquatur; Si vero venenum fortius, & ipſius cordis penetralia altius ingreſſum fuerit, eique firmius inhæſerit, tunc ab ejus pravâ infeſtaque qualitate ſtimulatum viſcus, iſtius veneni quam maximam poteſt partem longiſſime à ſeſe, qua data commodiore via, diſpellit, eamque interdum cum impetu, una cum ſeroſo lymphatico vehiculo, ad axillarum glandulas (quæ vulgo dicuntur eſſe cordis emunctoria) deponit, antequam ab ejus conturbernio aliqua ſanguinis arterioſi pars in arteriis majoribus notabiliter corrumpatur, quæ in iis inſigni acrimonia ſalſas lymphatici influentis liquoris particulas, cum efferveſcentia quadam figendo (ſicut in Chymia, aquæ tartari particulæ ſalſæ, affuſione pauxilli olei Vittioli, illico cum efferveſcentia quadam figuntur & coagulantur) inſignem dolorem, & propter earum impeditum profluxum, conſpicuum tumorem faciunt, quem *Bubonem* appellant Medici: Reliquam veneni partem cor quaquaverſum à ſe diſpellere, & quam celerrimè poteſt è ſuis & arteriarum liminibus ad alias partes exturbare nititur, antequam ab iſtius infenſi hoſpitis contubernio, & ipſum & ipſius proximum nutrimentum, vitæque fulcrum, ſanguis ſpirituſque vitalis corrumpantur & extinguantur. Hanc fortem expulſionem etiam molitur per arteriam aortam, in quam ſæpe magna hujus pernitioſi veneni pars depoſita, una cum ſanguine arterioſo, cui immiſcetur, ſurſum ad cerebrum aſcendit per arterias carotides, in eoque varia ſymptomata excitat: Ab ejus veneni malignitate gravatum ac ſtimulatum cerebrum cum ſuis membranis, illius quam maximam poteſt par-

m, ad glandulas in faucibus & pone aures deponit, quæ in iis Salivalis liquoris fixa-
onem cum efferveſcentia inducens, Tumorem doloroſum facit, ut ſub axillis fieri di-
:um : Sæpe etiam cor magnam iſtius veneni partem per ejuſdem arteriæ aortæ ramos
eſcendentes, ad inguinum glandulas propellit, quæ & ibi Bubones excitat : Si vero ve-
enum illud acerrimum ſit, & à corde per arterias aliquas, una cum ſanguinis parte cui
ıhæret, ad cutem propellatur, in eaque nonnihil ſubſiſtat, quocunque loco ſubſtiterit,
auſtica & deleteria ſua vi particulam, quam occupat, adurit inſtar cauterii potentialis,
c mox unam pluresve exiguas veſiculas (quales per ambuſtionem etiam oriri ſolent) ex-
itat, ſicque illam enecando *Carbunculum* facit : Quia autem venenum illud cum ſan-
;uinis, cui inhæret, parte à corde huc illuc, qua data via, propellitur, hinc fit, quod non
ſemper in uno, ſed multoties in diverſis corporis partibus Carbunculi excitentur : Si vero
ıon ad cutem, ſed ad aliqua viſcera, partesve interiores hæc veneni propulſio fiat, tunc
n iis Carbunculi oboriuntur, gravium ſymptomatum cauſæ & ægris lethales, quales in-
:erdum in membrana Pleura, ventriculo, inteſtinis, pulmonibus, renibus, generari docet
ıſus : Notandum tamen Carbunculos non ſemper hanc internam cauſam habere, ſed in-
terdum etiam, licet rarius, à fomite aut contagio extrinſecus in cutem incidente, eique,
mediante nonnihil viſcoſo vehiculo, adhærente, excitari, atque tales ſæpe curriculum
ſuum abſolvere ſine ulla notabili cordis læſione, præcipue in talibus hominibus quibus
cor validum eſt : Carbunculus autem utplurimum ab exili adurente puſtula, interdum
à pluribus parvis puſtulis, ſeu veſiculis paulo poſt in unam veſiculam coeuntibus, rarius
ſine veſicula ſeu puſtula exordium ſumit : hinc pars pungitivum dolorem ſentit, qualis in
gangræna adeſſe ſolet, & brevi magis magiſque emoritur, ac nigrum vel cinereum colo-
rem acquirit : Quæ vero Carbunculum in circuitu proxime circumſtant partes, alteran-
tur (ſicut etiam in gangræna & ſphacelo fieri ſolet) valde inflammatur & acriter dolent,
eaſq; natura coquendo ad ſuppurationem deducit, antequam perfectæ mortificationis labes
in illas quoq; proſerpat & mediante illa ſuppuratione corruptam ac emortuam particulam
à ſanis ſeparat ac ejicit : Fiunt igitur Bubones & Carbunculi à veneno peſtilenti, quod cor
ex ſeſe per arteriarum cavitates ad alias partes expellit : In quo expulſionis opere ſi cor, vel
ob ſummum veneni acumen, ejuſve firmiorem inhæſionem, vel ob propriam debilitatem,
aliudve impedimentum, diutius occupetur, neque ſatis cito & fortiter ſe expedire poſ-
ſit, facile multæ ſpirituum vitalium (i. e. ſubtiliſſimæ ſanguinis arterioſi) particulæ, an-
te veneni ex arteriis egreſſum, ſine putredine corrumpuntur & quaſi extinguuntur,
atque tales cum reliquo nutritio ſanguine ad frigidiores partes, nempe membranas,
tendines, ligamenta & perioſtea delatæ, ob earum ſubfrigidam conſtitutionem, mox
in iis paulo craſſiores evadunt, ſummamque mobilitatem deponentes, ex illis partibus
pyramidali forma, à latiore baſi paulatim verſus cutem in acumen aſcendunt, (inſtar fumi
lampadis recens extinctæ muſculorum aliarumque intermediarum partium ſubſtantiam
poroſam, ob aliqualem ſuperſtitem tenuitatem, inſenſibiliter tranſeuntes, uſque dum
ad cutem perveniant, in qua ob externum frigus nonnihil condenſatæ, & à cutis denſi-
tate, detentæ, magis conſtipantur, & maculas illas conſtituunt, quas *Exanthemata* appel-
lamus : Quæ maculæ majores vel minores, & hujus vel illius coloris ſunt, prout magis
vel minus corrupti ſunt illi ſpiritus arterioſi, & majore vel minore quantitate, à partium
calore magis minuſve ſurſum, ſeu verſus cutem feruntur : plerumque autem ſunt colo-
ris obſcure purpurei, & exactè rotundæ, granum piperis majuſculum, vel etiam par-
vum, in circuitu magnitudine referentes : aliæ formæ, aliique colores non tam commu-
nes frequentesve ſunt, quamvis interdum reperiantur : Tamdiu autem per illas interme-
dias partes corrupti illi ſpiritus arterioſi verſus cutem aſcendunt, quouſque à partium ca-
lore propelluntur, quo deficiente, mox in partibus quaſi coagulati ſubſiſtunt, ſuique co-
loris (purpurei, ſubnigricantis, violacei, alteriuſve) maculas in illis relinquunt, quæ in
cadaverum peſtilentium diſſectione, non minus intus quam foris inveniuntur, & ple-
rumque ab aliqua membrana, ligamento aut perioſteo, latiore baſi in acumen verſus cu-
tem aſſurgere comperiuntur : Interim quia partibus quibus inhærent nullam moleſtiam aut
corruptionem inferunt, videtur venenum, quod dictos ſpiritus corripit, in iis eſſe extinctum
& emortuum, eæque ſine veneno eſſe : Poſuimus verò Exanthemata oriri ab arterioſi ſpi-
rituoſioris ſanguinis ſine putredine corruptis ſeu extinctis particulis, per arteriarum mini-
matum extremitates excluſis ſeu expulſis : Illa eſt vera Exanthematum materia, quam ve-
ram eſſe varia docent : 1. Quod inſenſibiliter, ſicuti ſolent ſpiritus, tranſeat partes carnoſas
aliaſque intermedias. 2. Quod exanthemata peſtilentia ſint ſine tumore. 3. Quod perſiſtant
ſine inflammatione. 4. Quod ſint abſque dolore, 5. Quod non lædant manifeſte partes
per

per quas tranſeunt & quibus inhærent. 6. Quod non ſeparentur inſtar carbunculi, ſuppurent inſtar ulceris : Quæ omnia, aut ſaltem aliqua ex his neceſſario adeſſe de rent, ſi, ſecundum opinionem vulgarem, producerentur ab alicujus humoris putredi inflammatione vel ebullitione : Verum viam eſſe, quam poſui, docet Anatome, q primo oſtendit Exanthemata non eſſe ſolius cutis maculas, ſed illas ab interiori partibus initio ſumpto ad cutem aſcendere nec minus inhærerere interioribus qu cuti : Deinde demonſtrat multo latiores arteriolas verſus interiores membra hiare quàm verſus cutem ; atque hinc naturam laceſſitam longè facilius corruptas ſ rituoſas ſanguinis arterioſi particulas effundere, & per latiores vias deponere verſus i teriores membranoſas partes, quam per anguſtiores verſus cutem : quæ tamen ob teni tatem jam deficere incipientem, à vicinarum partium calore propelluntur, ac per incur bentium carnoſarum partium latiores poros aſcendunt ad cutem, in qua ſub cuticu denſitate, à frigore externo incraſſati ſubſiſtunt, dictaſque maculas efficiunt, quæ ſe per longè periculoſiores ſunt quàm Carbunculi aut Bubones ; non ut cauſæ, ſed ut sign quia in his cor adeo validum eſt ut pernitioſum venenum verſus externas partes depell re, & ſanguinem à peſtilenti corruptione præſervare poſſit : In illis vero adeo debile e ut nec venenum foras expellere, nec ſanguinis corruptionem avertere poſſit, quod br vi ſequuturæ mortis indicium eſt*: unde fit quod ex ſexcentis peſte laborantibus v unus evadat cui exanthemata in cute apparent. *Diemerbroeck lib. 1. de Peſte cap. xiv.*

Observatio LX.

Variolæ *lethales ob adjunctam Pulmonis inflammationem.* 1. Variolæ & Morbilli *etiam num partibus internis bellum indixere.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *In hepate pueri* Morbillis *extincti vermes reperti.* 11. Morbillis *retrocedentibus uteri ſphacelus cit lethalis ſuccedit.* 12. *Oſſa quorundam à* Variolis *extinctorum eroſa fuere.* 13. *Hepati gangræna ſucceſſit* 14.

§.1. QUamvis morbi anno 1675. epidemii, paucis exitio fuerint, malignitatis omni expertes, inter quos *Variolæ* & *Morbilli*, tota æſtate vulgares, nonnullis tamen lethum intulerunt, vel ob prævium morbidum apparatum, vel quia pars aliqua nobili ante debilis fuerit, in quam ſævitiem ſuam clam exeruerint ; vel quia partibus etiamnum internis pernitiem attulerint ; vel ob naturæ ignaviam, quæ virulentum humorem omnem foras pellere non potuerit : vel quia ejuſmodi exanthemata certis quibuſdam familii magis injuria ſint ; indicio ſunt foveæ altius vultui inſculptæ aliique nævi ſuperſtites : Mitto in curatione errores nimium frequentes, & abuſus remediorum quæ à centro ad peripheriam turgentem ſponte humorem incitant, à quibus incandeſcit & efferatur, præcepſque in partes principes irruit : Lugubri fato Sereniſſimus Princeps *Georgius*, *Haſsiæ Lantgravius*, qui cum Seren. Fratre paucos ante menſes Genevam appulerat, annum xvij. agens, nobis reluctantibus ereptus eſt : Junii die xxv. pro more menſæ accubuit ; bihorio poſt, hora ſcil. ſecunda pomeridiana, ſupervenit vomitus, phlegmatis non cibi, nihil enim in prandio aſſumpſit, accedente lumborum & imi ventris dolore : Qui S. P. à conſiliis Medicis erat, Excell. & Clariſſ. Dom. *Combach*, nephriticum affectum ſuſpicatur, quod alias non ſemel S. C. arenulas cum lotio excluſiſſet, idque mali perIlluſtri Familiæ gentilium eſſet: Quamobrem clyſterem lenientem & anodynum præſcribit, à quo bis alvus commora, nequaquam tamen remittentibus ſymptomatis : quin protinus ſe iis adjungit febris, veloci pulſu & magno ſe prodent, ſiti & aliis : Quæ cum mihi narraret Clariſſ. Medicus, ab Ejus ſententia diſcedere coactus ſui, atque perpenſis ejuſmodi ſymptomatis, tunc familiaribus illis qui Exanthemata illa ſinu fovebant, de Variolis aut Morbillis imminentibus, protinus ſuſpicio innata eſt, vel maxime quod in florido vultu oculi ſplendore micarent, neque adhuc S. P. tributum hoc pependiſſet : Cùm præſidia neceſſaria animo verſaremus, illico celebre illud & neceſſarium ſe obtulit, Sanguinis miſſio, protinus, & priuſquam exanthemata ſe proferrent, quarto fere die erumpentia, celebranda; ne elapſa occaſione periculum internæ phlegmones, aut nimii ſanguinis æſtus incurreret S. P. At quia cum admodum Splendida Perſona res erat, citra Seniorum & Saniorum conſilium nihil moliri placuit : Porro quod nox ingruens generoſi illius remedii uſum prohibere videretur, interim oculorum, faucium, æſtus & vigiliarum imminentium proviſio habita, præſcripto collyrio, gargariſmate, julepo, refrigerante & humorum tumultum compeſcente : Poſtridie Junii xxij. ſimul cum autora tres alii advenere convocati Medici, experien-

LLllll 3 tia

a & doctrina celebres DD. *Alexander Diodati*, Facultatis Decanus, *Stephanus le Clerc* Se-
ator, & *Iohannes Bonetus* : qui exploratis explorandis, conſultationeque nobiſcum ini-
i, unanimi conſenſu propoſitam ſanguinis miſſionem adprobarunt, eamque ſine remo-
a faciendam, Eo quod, experientia reſte; ii, quibus mature demitur, facilius & felicius
norbo defungantur, quia dempta ſarcinæ parte, levataque eo, quo velut onere preme-
patur natura, reliquum facilius ſuperet, expellat & concoquat : Additum febrem Exan-
hematum productricem de ſynochotum genere eſſe, quas ſanguinis fervor inducit:Puſtu-
as emergere prægreſſo ejus in vaſis orgaſmo, fermentatione, & deſpumatione, quæ non
poteſt eſſe nôn nimia in juvenili ætate, temperamento ſanguineo, tempeſtate vernali ſimi-
i, accedente uberiori victus ratione, ſanguinis feraci : Conſentire regionem natali S. P.
ſolo tepidiorem : Nec prohibere inaſſuetudinem, alias præcluſum iri fores non venæ ſe-
ctioni modo, ſed cuicunque alii remedio : Imo allatum decantatum illud, primam venæ
ſectionem perpetuo ſalutiferam eſſe : Apud nos ex arte factam efficax eſſe, citum & tu-
tum præſidium : Interni æſtus viſcerum argumenta eſſe, linguam aſperam, ad radicem ni-
gricantem, incipientis alicubi phlegmones aut cacoethiæ præſagium : E qua autem vena,
& quæ quantitas ſanguinis demenda eſſet ulterius perquiſitum ac citra diſcordiam alteru-
trius pedis vas tundendum eſſe decretum fuit : Ejus quippe beneficio totius corporis de-
pleri vaſa, ſtante circulationis ſanguinis doctrina, hinc beneficium in totum redundare:
Febres pleraſque tunc vagantes cephalalgiam, imo & delirium ſibi adſciſcere, quæ ſym-
ptomata ejuſmudi auxilio præcaverentur : Minus terrificam fore inexperto S. P. quod ob-
tutum oculorum effugere liceret : Minorique virium diſpendio fieri, quod pedes à fonte
caloris ſint diſſiti.

Tertio ergo à decubitu die, ante ſeptimam matutinam; utroque S. P. pede in ca-
lidam demerſo, quo tumentioris venæ electio fieret, è dextro ſanguis eductus eſt, qui
citra aliqualem virium caſum rivuloſe ad uncias ſeptem effluxit, vas dividente perito Chi-
rurgo & veniſeca Mag. *Dentand* juniore : Reclinato in lectum S. P. temperandi interni
æſtus gratia, & roboris partium principum, exhibitum Julep perlatum : Circa meridiem
leves puſtularum eﬄoreſcentiæ, quæ ſub veſperam delituerunt, ſaltem oculorum aciem
effugiebant : Quamobtem è re viſum fuit iis quorum curæ commiſſus S.P. expulſivam Emul-
ſionem præbete, ex ſemin. mali citrii, card. bened. napi aq. ſcorzoner. ſcabioſ. borrag.
conf. hyacinth. margar. pptis, &c. quo latentes variolæ iterum ſe proferrent, & impugna-
retur cacoethia jam tum ſuſpecta; Arebant enim fauces & radix linguæ cum nigredine,
abſque ἀξιολόγῳ ſiti : Admotus eodem tempore vivus pipio cordis regioni, ſpeciebus cor-
dialibus temperatis conſperſus.

Nox ſequens implacida fuit & inſomnis, per quam puſtularum, ſed exiguarum in vul-
tu & manibus, ſiniſtra præſertim, copia emerſit : Febris erat mediocris, ſitis non intenſa:
ideoque ad reliquiarum latentium faciliorem eruptionem, tantillum vini oligophori, ejuſ-
que dilutiſſimi (quod avide expectebat S. C.) ſemel conceſſum adjecto ovo ſorbili : Linguæ
fauciumq; ſcabritiei leniendæ ergo, præſcriptus eſt aſtacorum ſuccus, cum aquis conve-
nientibus elicitus : Ad noctem ſequentem præſcripta Emulſio cordiaca leniens, leviter
diaphoretica, quia natura ſegnius operi incumbete videbatur : admotique iterum cordi
& plantis pedum pipiones, quo infra revellerentur vapores mentis arcem invadentes.

Die v. Junii xxix. hora iv. matutina, exhibuit ſe nobis vultus puſtulis, ſed latioribus
conſperſus; jectigatio inſignis erat & mutandi cubilis ſubinde deſiderium : quod quanquam,
retroceſſionis metu, ſevere prohiberemus, conſequi tamen à S. P. omnino ſui juris, non li-
cuit, quin in aliud grabatum tranſilierit : Interim linguæ ſcabrities cum faucium nigredine
augeri, ac raninarum venarum intumeſcentia : Unde jam tum phlogoſeos partium ſpirabi-
lium opinio innata, conſiliumque de iis ferro dividendis captum, quæ apertæ atrum cruo-
rem, quanquam ſaliva multa dilutum, effuderunt : Ptyaliſmus frequens S. P. moleſtus erat:
Inſpectæ fauces craſſa phlegmata adhærentia oſtendebant; Ad meridiem & veſperam in-
rendebatur linguæ ſiccitas; cum appetitus potus imminutione, ea propter ad bibendum
compellendus fuit S.P. quo pulmones humectarentur, (quos areſcere vox fuſca & obſcu-
ra oſtendebat) & fauces craſſa pituita obſeſſæ eluerentur : Siccitatem adaugebat linguæ
ἀκρατεια & aëris (ore perpetuo hiante) introſuſceptio: Puſtularum magna erat inæqualitas,
quædam enim depreſſæ, aliæ eminebant, hydatidibus aut phlyctænis ſimiles; differebant &
magnitudine, paucæ erant magnæ, minimarum & miliacearum ubertas; præſertim in facie
& malis, in quibus, cum rubore ἐρυσιπελατώδει, denſiſſime conſitæ, herpetis miliaris ſpeciem
præ ſe ferentes, adeoque affectus ex variolis & morbillis miſti, cum ſuſpicione affectorum
pulmonum, quanquam abeſſet tuſſis & libera eſſet reſpiratio : Iteratum Julep perlatum &
Emulſio excanctis.

Die vi. Junii xxx. mane exanthemata paulo extantiora, linguæ ſiccitas adaucta, ſcabr
ties, nigrities: Vox propemodum rauca & tremula: deglutitio difficilis, ſitis abſentia, pu
ſus creber, ſed ſine anomalia, parvus & diſpar affectui; calor mediocris, anxietas ſumma
volutatio in lecto; urinæ à naturalibus non aberant neque colore neque conſiſtentia, pa
tium thoracicarum præſertim affectarum indicium: Quæ cuncta oppreſſam naturam o
materiam in præcordiis latitantem arguebant: Eapropter ad cucurbitularum ſubſidiu
confugiendum fuit, eo in caſu venæ ſectionis vices obtinentium: quæ ſenario numero ac
motæ ſunt lumbis, natibus & internis femoribus: quæ quantumvis addita fuerit ſcarifica
tio, nequiquam tamen cruoris elicuerunt, quod totus in pectus confluxiſſet: Exinde porre
ctus fuit Pulvis ruber Pannonicus, cum cornu cervino præparato philoſophice, ex aqui
ſcabioſæ, card.ben. Paulo poſt obrepſit ſomnus; ſequutus ſudor puſtularúmq; nova eruptio
lingua purior apparuit, minus aſpera & craſſa: Nocte inſtante, hora octavâ, ſudor iteru
prorumpit, quo deterſo S.P. hilaris fuit, vultus tumentior & exanthemata manifeſtiora.

Nox præcedens diem morbi vii, Julii primam, implacida fuit quam S.P. ſine ſomno tran
ſegit: Variolarum eadem quæ pridie conditio; febris fuit manifeſtior, pulſus inæqualis & de
bilior, alvus dura, cujus molliendæ gratia injectum clyſma ex carnium juſculo, oleo amyg
dalino, ſaccharo & pauco nitro depurato ad refrigerium: unica ſequuta dejectio, ſed larg
eum ſcybalis: Puſtulæ in brachiis & collo tumorem ſervabant; ſubſidentibus iis quæ in vul
tu: Genæ, dextra præſertim, herpete miliaceo infectæ videbantur, rubore intenſo ſuffuſæ
Calor totius acer & mordax, pulſus creber: Circa quintam veſpertinam ſomnus obrepi
ſuavis, cum ἐφιδρῶσι; experrectus hilaris fuit S. P. cœnam ſumpſit, exacto bihorio Jule
perlatum.

Diem viii. Julii ſecundam, nox præceſſit quieta; etſi ſomni fere expers: Faciei variola
eodem in ſtatu, in brachiis & manibus exertiores cum maturationis levibus indiciis: Pulſu
quam pridie ſedatior, lingua adhuc purior, abſcedente fœda cruſta circumveſtiente: Dat
hora vi. dozis apozematis refrigerantis, alterantis. x. clyſter injectus ob ſubſiſtentem alvum
& ad refrigerium: A prandio animi angor S.P. occupat & de morte imminente cogitatio
Veſperi alvus ſponte & copioſiſſime ſolvitur, ſeroſis prodeuntibus, ſuperſtite ad dejicien-
dum inani ſtimulo, quamobrem lectum ut repeteret ſollicitandus fuit S. P. cui redditum
ſomnus duarum horarum invaſit, à quo mœſtus experrexit; reſpondere laceſſitus renuens
Dehinc Pulſus de magnitudine remittit, fitque crebrior, cum caloris intenſione, tactum
acriter ferientis, linguáque iterum aſpera fit, à diſruptis eam obſidentibus puſtulis. Potum
ex toto malo citrio diſſecto, cum aqua & ſaccharo avide exoptabat, qui illi paratus ex de-
cocto radic. ſcorzoneræ, cornu cervino, portiuncula citrii & ſaccharo. Ad ſeptimam veſ-
pertinam ſomno iterum præhenditur S. P. quo ſolutus ter alvum, at minus copioſe depo-
ſuit: Puſtulis, in magnitudine admodum inæqualibus, interſperſæ erant maculæ morbillis
affines; exanthematum autem plurima ſubſidebant & retrocedebant: quædam puriformia
erant, at revera inania. Labia; palpebræ denſiſſime ab iis obſidebantur. Oculorum aderat
rubor cum coruſcatione: Siniſtri adnata tunica ad minorẽ canthum ecchymoſi erat fœdata:
Alvi cohibendæ cauſa præſcripta eſt tinctura roſarum julepo Alexandrino commiſcenda:
Vaporibus cerebrum percellebatur, quos revellere ſategimus pipionibus plantis pedum
applicatis. Cordi item admotus ſacculus ex cardiacis pulveribus conflatus. Quoties potus
& juſcula offerebantur; præmittebatur Pulvis ruber Pannonicus cum margaritis.

Dies ix. Julii iii. noctem ſequuta eſt pacatiorem, hilari & benigno vultu nos excepit S.
P. oculis nitor reſtitutus, pulſus vero creberrimus, parvus, calori, qui acriter tactum ferie-
bat, non conſentiens: alvus ſubſtitit, ſitis mediocris, ſemel enim per noctem potum ex-
petiit. Exanthematum eadem conditio: Circa meridiem S.P. taciturnus fuit, vix ad inter-
rogatus reſpondens. Pulſus plenior & æqualior apparebat. Sub veſperam δυσδιέγερτος
ſomnus irrepſit, Sopori proximus; excitatus occupati cerebri indicia dabat, vellicationem
ægre ferens & protinus in ſomnum relabens: Exinde manifeſte vires collabi; inde ſpes, in
ſola juvenili ætate, collocata, retro collapſa referri; pulſus enim cum inæqualitate in horas
minor fiebat: ſopori etiamnum ſtertor acceſſit, eluto gutture deſinens & abſterſo viſcido
adhærente illi mucore, Ad merinoctium major virium ruina, vitalium & animalium: pul-
ſus ex intervallis deliteſcebat; ex intervallis reſurgebat; colluctantis naturæ cum morbo
argumentum, hujus autem dominarum tenentis. Frigeſcebant extrema, ob retroceſſum
caloris ad intimas partes quem revocare tentabamus pipionum applicatione.

Dies x. Sereniſſimo Principi fatalis fuit. Julii iv. circa ſecundam matutinam incanduit
febris, non tam ex pulſus micatione quam vultus rubore & calore acriter feriente manife-
ſta. Subſequutus eſt univerſalis ſudor, ubertim manans & calidus, ſed infrugifer, imo

oxius, ſubſecuto inde ſpirituum, ac proinde virium inſigni reſolutione, Interim dum anima conſulit Venerandus Paſtor ingruit valida ſed brevis totius convulſio, animæ abiturientis opinionem faciens, ad horas tamen aliquot cohibitæ cardiacorum efficacia & auxilio, quæ tandem horis pomeridianis terris valedixit, eam efflante leniſſime & citra ullum ſuſpirium Sereniſſimo Principe.

Obſervata in cadavere Sereniſſimi Principis Georgii Haſſiæ Lantgravii, &c.

1°. Nullæ maculæ, ſeu petechiæ in habitu corporis deprehenſæ, at inſignis livor à ſumma cervice ad imos lumbos expanſus: Puſtulæ plurimæ artus & pectoris regionem obſidebant, nullæ in abdomine notatæ.

2. Aperto corpore, Inteſtina flatibus tumida apparuere.

3. Muſculi abdominis & thoracis exangues & ſine pinguedine.

4. Omentum lacerum, diſcerptum, mediam duntaxat inteſtinorum partem cooperiens.

5. Meſenterium integrum.

6. Ventriculus contractus & inanis.

7. Hepar ſummum incolume, ſed magnum, Extremi lobi nigricabant.

8. Lien ſine labe.

9. Cyſtis fellea cruorem nigricantem continebat.

10. Pancreas naturale.

11. Renes ſalvi: Siniſter dextrum duplo mole ſuperabat. Pelvis dextri aliquid muci continebat.

12. Copia inſignis cruoris nigri in cavitate pectoris & abdominis.

13. Cuncta maſſa ſanguinea nigricans, aduſta, naturali craſſior.

14. Pulmones ſiniſtra parte liberi; dextra infimáque coſtis & dorſo annexi fibrarum membranearum ope, (*idem obſervatum in Cadavere Sereniſſimi Fratris Pariſiis diſſecto, referente Clariſſ. D.D. Combach.*) Parte dextra concava inflammari: Lobus ſiniſter ſuperior maculis nigris conſperſus erat: In dextro animadverſus abſceſſus incipiens, jamque purulentus.

15. Cor integrum, ſed parvum, quale generoſis adſcribitur.

16. Pericardium humore pene deſtitutum.

17. Veſica urinaria inanis & parva.

18. Lingua & Fauces variolis obſitæ erant.

19. Ab iis immunis epiglottis & tota aſpera arteria.

20. Caro muſculoſa valde ſicca & nigricans.

21. Cerebrum integerrimum.

SCHOLIA.

INteriorem viſcerum examen non Variolas ſolum Sereoiſſimo Principi funeſtas fuiſſe, ſed præcipue cacoethiam, ex intenſo metaphreni lumborumque livore ſe prodentem, palam facit: Cladis vero potiſſima cauſa extitit Pulmonum non una ſimplexq; læſio, quorum uterque lobus diverſimode affectus fuit: Porro quanquam cum exanthematis ſolis pugnam initam exiſtiioatam ſit, Malignitatem tamen, etiamnum ab initio, & cum ſuſcepta conſultatio ſuſpectá fuiſſe, teſtimonium perhibent qui deliberantibus Medicis adſtitere: Revera levis Phantaſiæ error ingruente morbo: Lingua aſpera & ad radicem atrore tincta: Pulſus calori acri non reſpondens: Urinæ toto morbi decurſu naturalibus affines, Sitis exigua præſentibus cauſis ſitiferis, inſidam jam tum morbi indolem deſignabant: Hanc vero cacoethiam inflammationi cuipiam internæ adſcribendam eſſe, potius quam humorum occulto vitio, recenſita ſigna innuebant. De Pulmonum læſione etſi aperte non conſtaret, quia reſpiratio ſat erat libera, aberat tuſſis, halituſque oris nihil ingratum affetebat, Ex lingua tamen, quæ in morbi progreſſu [illegible] apparuit, denſa, tumida, τραχεῖν, ac raninarum venarum illi ſubditarum intumeſcentia, Illos inquam labis non fuiſſe expertes jam tum quodammodo conſtabat. Nec alio conſilio illorum vaſorum facta fuit apertio, quod beneficium ejuſmodi phlebotomes in ipſos pulmones corrivari non ignoraremus: Iteratæ enim, in brachiis faciendę ex artis legibus, ad inflammationis progreſſum cohibendum, nobis eſt acciſa poteſtas, atque ad nutum aliorum Medica præcepta fuere concinnanda.

His concurrentibus, mirum nemini ſit abreptum fuiſſe deſideratiſſimum Priocipem, quem è mortis faucibus nullæ manus, niſi Divinę eripere valebant: Præſidia enim variolis adverſantia, omnino alia ſunt quam quæ Pulmonum phlegmoni deſtinantur: Hæc multiplicem & repetitam venæ ſectionem exigit; exhauriendi quippe pulmones, & ad ſanguinis egeſtatem deducendi, quo progreſſus inflammationis arceatur. At noxiam eſſe ſanguinis miſſionem ab exanthematum eruptione, imo lethiferam eſſe, vulgaris rumor eſt: contrarium tamen docente experientia, qua teſte multi letho proximi, jamjam ſuffocandi, ſaluti reſtituti, ſtatim ac adaperta vena eſt affatim erumpentibus variolis, quas ad exteriora præſidium id evocat, nedum retrocedere cogit, quod ab imperitis traditum. *Fidem faciat* Nob. juvenis ex Illuſtri *Chabotiorum* familia, *annos xvii. natus, qui per paucos retro dies ante S. P. fatum Variolis prehenſus eſt: his ad maturitatem deductis, levis alvi fluor ſupervenit; hinc ſubita earum deliteſcentia, febris excandeſcentia, imo phrenitis, præcipitem enim ſe, ni cautū fuiſſet, per feneſtras dediſſet: Pulverum alexiteriorum & expulſivorum exhibitionem catervæ adſtantium urgenti ſtrenue obſtitimus Ego & Excell. ac Clar. D. D.* Alexander Diodati, *qui præſcripta in malleolo venæ ſectione, (unde ſanguis, etiam pede in aquam non demerſo*

merſo manavit, eodem ipſo momento ſedatum delirium, æſtus deferbuit ac exanthemata ubertim erupere) deſperata valetudinis Nobiliſſ. juvenem ſalvum fecimus.

Malignitatis autem habitam fuiſſe rationem Medicamentorum præſcriptorum ſeries oſtendit, quorum ope tota exanthematum materia ad corporis ambitum detruſa fuit: nulla quippe in interioribus viſceribus viſui ſe obtulerunt, quæ, pulmones ſi excipias, ſalva & illæſa fere apparuerunt.

Cruor ater in capacitate abdominis & thoracis repertus, dubitandi anſam præbet, cultrone anatomico ejus effuſio adſcribenda ſit, an cauſæ intrinſecę, quandoquidem diſſectio anatomica conditura cadaveris gratia præcipue ſuſcepta, accuratam & ſedulam manum poſtulare non videbatur, ut ideo ab incauta vaſa majora læſa eſſe videantur, quod Clar. D.D. *Combachio* placuit: Si tamen effuſi cruoris qualitas, atri, craſſi & pene concreti perpendatur, Si pulmonum affectus, gravi inflammatione imo & abſceſſu tentatorum, Nil abſurdi dicturus videtur qui ſponte reſerata fuiſſe vaſa ſanguifera aſſeruerit, ſanguinis acrimonia eorum quodpiam erodente, vel orificia ut hiarēt cogente: Totus enim in thoracis capacitatem confluxerat, inde per diſciſſum ſeptum tranſverſum in abdominis cavum, quamobrem inſignia vaſa inania ſe obtulere: Inde ratio deducenda videtur quod admotæ cucurbitulę, quamvis adhibito ſcarificatu, inanes remotę ſint: Illam autem vaſorum reſerationem, & cruoris extravaſationem, tum demum contigiſſe cenſendum eſt, cum gravis ſyncope quatuor ante obitum horis S.P. pene abſtulit, tunc temporis à nonnullis diſrupto interno tuberculo adſcripta, aut tetro cuipiam vapori ori ventriculo infeſto; At fugax illa fuiſſet, nec tanto molimine ad virium revocationem opus fuiſſet, quę exinde manifeſte atteri, opi[…] néq; citius collabi vitæ ſunt: Candidę deniq; Ani[…] ab argaſtulo ſeparatio idipſum innuere videtur, c[…] vel leve ſuſpirium ſuperna repetentis, quod mo[…] genus iis pręſertim accidit quos ſubita ſanguinis e[…]ptio abripit: Gravis lucta alias juvenum obitum p[…]cedit, natura quoad licet cum morbo dimicante.

Vitáque cum gemitu fugit indignata ſub umbr[…] quod certamen in S.P. obſervare non licuit, ob n[…]turam pręſidiis ſuis deſtitutã, ſanguine ſc. & ſpiritib[…]

Cruoris color ater, incendii febrilis interiora de[…]ſtantis index fuit, qui vix & ex intervallis tantum[…] exteriora ſe expandebat, retractus ad viſcera ab e[…]rum caumate & phlogoſeos pulmonum magnitud[…]ne. Inde quoque cauſa repetenda quod pepaſmu[…] nullum receperint puſtulæ, qui à calore tepido n[…] intenſo perficitur, & quia puris generatio ſanguine[…] dominii naturæ capacem, nec omnino ab ea ali[…]num ſupponit.

Dum conditurae incumberent Chirurgi macul[…] ante non animadverſę, oculis ſe obtulerunt, quæ ju[…]dice Clar. D. D. *Combachio*, Petechię erant; Aſſen[…]ſum vero ut non præberem, (parcat Vir. Excell. & m[…]hi amiciſſimus) in cauſa fuit, 1°. Petechiarum ind[…]les, quæ in mortuis ſe produnt, ſed ſtatim ab exceſſ[…], dum caloris ſuperſunt veſtigia, tenuem materiam a[…] ambitum trudentis, adhuc num mobilem: Extinct[…] vero calore, occluſis omnino poris & denſatis, hu[…]moris nulla expulſio expectanda: 2°. Earum macu[…]larum origo, quæ nihil aliud fuerunt quam puſtula[…]rum, ſeu variolarum, toto morbi tempore admodu[…] depreſſarum reliquiæ, abſterſa ſcil. eminentiori & cu[…]tis ſuperficiem excedente parte, à frequenti per ſpiritum vini elotione imo & abſterſione.

§. 2. Obſervarum quoſdam ab interitu diſſectos, quibus Jecur, Lien, Pulmones, omniáque interiora, haud ſecus atque cutis, ſordidiſſimis papulis manantibus ſcaterent. *Fernelius lib.2.cap.12. de abd. rerum cauſis.*

§. 3. Id mihi videre licuit in duabus puellis, quarum una quatuor, altera 17. annos nat. erat: utrique enim ex morbillis mortuæ & diſſectæ interiora viſcera cruſtoſis puſtulis, hi[…] ſimilibus quæ in cute emergunt, obſita viſa ſunt. *Pareus lib. 19. cap.1.*

§. 4. Illuſtr. quidam Comes Variolis correptus ob febris & *Dyſenteriæ* vehementiam ſe[…] primo die morbi mortuus eſt. Diſſecto Jecur, Lien, Pulmones & inteſtina haud ſecus atq[…] ipſa cutis ſordidiſſimis papulis manantibus ſcatebant: unde forſan factum quod in extis Gloriosiſſimi Romanorum Regis talia quidam notantes, dixerint graviſſimis affectibus obnoxium fuiſſe, quos propter ad ſenium non aſpiraſſet. *I.D. Horſtius obſerv. Anat.9.*

SCHOLIA.

D*Iſenteriæ vehementiam*] Alvi fluxus ſanguineus lethalis ſolet eſſe in variolis, adeo ut *Riverius* ex omnibus pueris Variolis laborantibus uni[…]cum evaſiſſe aſſerat.

§. 5. In aperto cadavere Illuſtr. Principis Regiæ Mariæ Auriacæ, Londini Variolis extin[…]ctæ. 1. Cutis exterior fœdata hinc inde apparuit tumoribus ſublividis, & totum dorſum, hypochondrium utrumque & thorax, cum puſtulis magnis ſanie multa repletis: 2. Aperto abdomine Omentum apparuit ſemiputridum & ſuperiori parte aliquantulum conſumptum nec non prope Lienem valde inflammatum: 3. Lien omnino mollis flaccidus & ſemiputri[…] 4. Ventriculus anteriori parte inflammatus, intus aphthis multis, & in fundo longiori glandula prętcrnaturali obſitus. 5. Hepar parte ſima maculis fœdatum & prope ad gangrænã uſ[…] inflammatum, cum ſumma parenchymatis flacciditate. 6. Pulmones ex utraque parte pen[…] putridi & ſanguine nigricante pleni, & tota ſuperficie maculis & puſtulis inſignibus con[…]perſi. 7. Cor molle, laxum, flaccidum & parenchyma ejus ferme conſumptum. 8. Renes ſa[…]tis ſani, niſi quod ſiniſter ad inflammationem tendere videbatur. *Th. Bartholinus cent.3.obſ.2[…]*

SCHOLIA.

ETiam interna viſcera exanthematis fœdari non ſemel vidimus, Plerumque in pulmones ſeſe exonerans infectus febris acutæ ſanguis, putredinis in illis labem imprimit. De piſcatore refert ab *Heer* Obſerv. Spudan.12. Pulmonis lobum dextrum pur[…] habuiſſe refertiſſimum, in ſiniſtro quindecim abſce[…]ſus. Similis abſceſſus materiæ fœtentis in morbi[…] acutis in ſtatu Urbani 1061. graſſantibus obſervav[…]

Læliu[…]

ſilius à Fonte conſ.3. Cauſam invenio nullam niſi quod per circulum has partes univerſus pene ſanguis tranſeat, moramque trahat in viſcere maligno æſtu fatiſcente.

§. 6. Infans nuper natus Variolis inficitur quibus ſuffocatus interiit: Cadaveris reſecti thorax aquâ viridi repletus cernebatur. Parentibus perſuaſum ex ulcere dimanaſſe, quod in collo improvide depulerant: crediderim verius ex puſtulis exſtillaſſe, quibus in variolis etiam Pulmones ſolent infeſtari, unde ſuffocatio: Veſicula bilaria verſus inteſtinum duodenum obturata cauſam aperiebat obſtinatæ alvi quam infans paſſus fuerat: Hepar, ut in infantibus ſolet, inuſitatæ & magnitudinis & figuræ, exſiccum tamen & pallidum ſuprà inteſtina inſtar omenti ſternebatur. Lien à ſano vix differebat. Pancreas puſtulis plenum, & per circa baſin profundius adipi immergebatur. *T. Bartholinus cent. 4. hiſtor. 42.*

§. 7. Equitis Torquati D. de Rochefort, filio annos 12. nato erumpunt Exanthemata; dum deſævire viderentur, ſpuit & expectorat cruentum, nec non meiit cruentum, idque abunde: Coguntur Medici, etiam præſentibus exanthematis, venam aperire, *Evacuato per viam urinarum ſanguine*, tandem moritur.

Aperto cadavere, internum etiam corpus ecthymatis ſcatebat: Rupta erant vaſa ſanguinis, & in regione renum multus collectus erat: Hoc ſymptoma novum deprehenſum eſt. *Ballonius Epidemior. & Ephemer. lib. 2. pag. 207.*

SCHOLIA.

E*Vacuato per viam urinarum ſanguine*] Inter ſigna maxime lethalia variolarum, urinam ſanguineam, & ſanguinis per alvum, os, nares excretionem, &c. recenſet *Riverius*, quod ejuſmodi ſanguinis etuptio ſummæ ſanguinis acrimoniæ & malignitatis index ſit, & naturam ad præpoſteram excretionem excitet.

Rupta erant vaſa] vel potius eroſa à ſanguinis acrimonia.

§. 8. Experientia confirmat quod ſæpius interius etiam undique variolarum eruptionibus viſcera fuerint infecta, quemadmodum ſcio id ipſum in corpore demortui cujuſdam Landgravii junioris, ex variolis obeuntis, fuiſſe obſervatum, ubi propter malignæ materiæ copiam, non tantum exterius undique torum corpus inficiebatur ſed interius etiam ipſa viſcera puſtulis ſcatebant. *Gregorius Horſtius oper. Tomo 1. p. m. 140.*

§. 9. Unum in mentem revocabo, Variolas inter morbos cutaneos reponi, quia id quod iis manifeſte ſe prodit, eſt cutis fœdatio: nihilominus in diſſectionibus fere ſemper viſcera reperiri, non ſecus quam cutem, his tuberculis conſperſa, lienem, jecur, pulmones, pancreas, & reliquas interiores ſedes hac labe infectas. *Roder. à Caſtro, Quæ ex quibus lib. 3. c. 16.*

§. 10. Graſſantibus Amſtelodami Variolis anno 1669. inter alios unus, cui poſteaquam cum ardentiſſima febre natura variolas foras protruſiſſet, eæ ſubito repercuſſæ intro receſſere; nec procedebant ad requiſitam hoc in morbo, ſi ſanandus ſit, maturitatem: hinc puer omni expectatione citius ſuffocatus ſubito interiit.

Quantumlibet ingrata videretur ejuſmodi corpuſculi contrectatio, tanti mihi tamen videbatur ſcire tam ſubitæ ſuffocationis cauſam, & viſcerum interiorum tali in morbo conſtitutionem, quam niſi cultro ſuo Anatome revelaret, perpetuis tenebris involveret ſepultura: Inveni ergo Pulmones ita undique Variolis intus & foris plenos, ut nihil pro ſus in iis ſani conſpiceretur. Erant autem Variolæ iſtæ in vigore ſuo, maturæ & pure turgentes, quæ etiam flavæ cujuſdam aquæ tantillum in cavitatem pectoris infuderant: ut mirum non eſſet tam miſere afflictum viſcus non ſufficere potuiſſe reſpirationis officio: Ubi deſcendo ad inferiora, ecce tibi Lien, non minus quam Pulmo infectus, tumidus & durus: Inteſtina hinc inde tantummodo apparebant veſtigia Variolarum, quaſi gemmis diſtincta, ſed Hepar intactum & ſanum perſtiterat. *Theodorus Kerkringius Obſerv. Anatom. lxii.*

SCHOLIA.

P*Ulmones ita undique, &c.*] Obſervavit Mag. Ludovicus NoelChirurgus Genevenſis peritiſſimus, jam nonagenario proximus, viſitationi cadaverum præfectus, Quotquot Variolæ adoriuntur, niſi pectus iis obſitum ſit, Peripneumonicos interire; quia nempe humor variolas committens in Pulmonibus cohibetur, nec foras extruditur.

§. 11. Puer cum Morbillis laboraret, & ratione eorum vita functus eſſet, dubium erat inter nos morbilliſve partes eum interiores, viſcera puta affeciſſent & oblæſiſſent: Clariſſ. Campolongus puerum aperiri juſſit ut viſcerane aliquid paſſa eſſent cognoſceret, Eo ergo aperto, habita primum ratione Hepatis, cùm in ſanguine hic morbus ſedem habere cenſeatur, invenimus *vermes plurimos* in ipſis venæ Portæ ramis, & quidem in ipſis Hepatis ramis: quorum alii quidem viventes adhuc, alii vero emortui: hi rubri, & pro ratione

loci

loci in quo continebantur oblongi erant, ſatis item magni, ſed molles ad tactum, gibb item quoad ſuperficiem, ratione corporis concavi in quo geniti fuerunt: *Ex obſervationi Ioh. Bauhini.*

SCHOLIA.

INter Medicos fuit diſceptatio non levis, quando nimirum & quo loco hi geniti fuerint. Exiſtimavit unus genitos eſſe in inteſtinis, & hinc per venas Meſaraicas in Portam, & de hac in alias venas Hepatis deductos fuiſſe: Alter putavit genitos quidem in Hepate, non tamen in utero puero exiſtente ſed eo mortuo, Tertius determinavit genitos eſſe in Hepate pueri viventis, atque genitos eſſe ex ſanguine pituitæ permixto; Cujus ſane opinionis & ego ſum. *Idem.*

Vermes plurimos] Vermes in variolis obſervatos quoque memorat *Th. Bartholinus cent. 5. hiſt.* Cùm Variolæ, *inquit*, infantes adultóſque 1656. Univerſam patriam defœdarent, & ſequenti an per multorum mortes vagarentur, obſervavit Berg Norvvegorum D. *Tremblerus* in filiolo lanionis annor. qui variolis decumbebat, & jam vix ſpiritu amplius haurire poterat, vermen ſpichamæ longit ne è naribus extractum ab adſtantibus, quo extract ſtatim è vita diſceſſiſſe. De variolis verminoſis plu annotavit *Rhodius* cent. 3. obſ. 64.

§. 12. Anno 1675. Dominica SS. Trinitati ſacra, venit Thorunium Illuſtr. Comitiſſa Diothof, &c. cum Nana Ruſſa, 36. annos nata, jam per octiduum *nephriticis doloribus* gr viſſime divexara, quibus tandem paulum ſopiris, novum ſymptoma ſupervenit, Morbil purpurati cum febre continua, qui cum altera die mox evanuiſſent, natura jam & doloribu nephriticis ſumme debilitata ſuccumbente, accedentibus leviſſimis convulſionibus, eaden vitam cum morte commutavit.

A morte ipſius Illuſt. Domina cauſam ejuſdem *mortis repentinæ* indagare cupiens, ut ſe ctio cadaveris inſtitueretur rogat, quam etiam me præſente peregit Georgius Grunach Chirurgus, ubi tum *cor* inventum eſt *flaccidum ſine ulla pinguedine*, *& abſque humore in capſul. ejus Pulmones lividi:* Ren ſiniſter, omni itidem pinguedine, deſtituebarur, in quo calculu phaſeoli maguitudine reperrus eſt: Ren autem dexter naturali ſimilis fuit, in quo etian calculus qualis in ſiniſtro, ſed minor latitabat, In ureteribus nihil, Veſica ab urina vacua Uteri autem fundus tam ab extra quam ad intra ſphacelo correptus fuit, qui etiam abſque omni dubio tam repentinæ mortis cauſa erat. Hoc in caſu Epigeneſis *Rod. Caſtrenſis* pul chrè confirmatur, Vide l. Quæ ex Quib. *Simon Schultzius in miſcell. cur. ann.* 1674. 1675. *&* 1676. *pag.* 221.

§. 13. Quoad prægnoſin Variolarum & Morbillorum, affinitate ſumma conjunctorum affectuum, aſſerere licet ſubeſſe deleteriam & contagioſam qualitatem, non humoribus ſolum & partibus carnoſis infeſtam, ſed ipſis etiam oſſibus, quæ ab ea lue non ſecus ac à Venerea corrodantur. Id quod non ſolum anno 1568. experiri licuit, ſed & ſæpius per longum vitæ ſtudium à Deo mihi conceſſum. Inſigne vero ſuppeditavit exemplum & mirum puella quinquennis circiter, filia *Claudii Pique* Regii Bibliopegi, quæ ob Variolas decubua per menſem, natura autem veneni non potente, abſceſſus ſterni regioni innati ſunt & humerorum commiſſuris, hinc humor virulentus ſterni oſſa omnino corroſit & ſeparavit, ſimul cum epiphyſibus oſſium humeri, ſimulque partem maximam capitis homoplatæ: Teſtes habeo Dominum *Myron*, Regis Conſiliarium & Medicum, & J. *Doreau, Comitis Bryanei* Chirurgum, coram enim illis dictam puellam cultro Anatomico ſubjeci, in qua prædicta à me deprehenſa ſunt: *Rolinus Marie*, Conſpiciliorum Venditor Pariſienſis, ad me adduci curavit puellam quatuor annos cum duobus menſibus natam, cui univerſum corpus puſtulis conſperſum erat, oſſa præterea brachiorum & crurum putridis abſceſſibus, fracturis cum putredine, tentata, comite febre ardente, cui manum admovere recuſavi, poſtridie morte ſuccedente: In multorum præterea gingivarum caries & putredo deprehenditur, magno cum fœtore: ejuſmodi corruptio ortum ducit à putridis vaporibus, ex interioribus partibus ad os elatis, ac plerique eorum quanquam magna adhibita diligentia intereunt; In multorum præterea cadaveribus à variolis interemptorum impreſſus nævus & intemperiei notæ inſignes in viſceribus obſervantur, in jecore, liene, inteſtinis, hinc plurimi in hydropem delabuntur, phthiſin, raucedinem, dyſpnoeam, diarrhœam cum ulceribus inteſtinorum, ac tandem mortem, prout puſtulæ in partes internas ſævierunt non ſecus ac in exteriores: Quoad has, non ſolum inde deformes evadunt, vultus præſertim, à puſtulis & ulceribus cutem pervadentibus & carnem ſubditam erodentibus, unde fœdæ cicatrices ſuperſtites ſunt, ſed & quandoque motu articuli privantur, cubitorum præſertim, carporum, genuum & pedum: Quibuſdam cœcitas omnimoda inducta, alii audiendi facultate orbati ſunt, alii odorandi, ab excreſcente carne in narium & aurium canalibus, quod in cæteris corporis partibus accidit,

tam

um interioribus, quam externis: Tandem aſſero, omnes abſceſſus, quibus ob variolas entantur pueri,& morbillos ſufficienter non erumpentes, veneni & malignitatis experes non eſſe, ob humoris virulentiam,ob idem difficillimæ eſſe curationis. Paucis, Si corpus & variolis & morbillis non rite expurgetur, æque moleſta & periculi plena exoriuntur ymptomata ac à Lue Venerea. *Pareus operam lib.20.cap.1.*

§. 14. Mitto programma quod immaturus Epiſcopi Halberſtadenſis apud nos obitus à me vice Rectore Academico exegit, ut haberes anſam de gangræna Hæpatis, quæ ſive cauſa ſive affectus extitit,una cum variolis in tam tenello corpore depreheuſa fuit,cogitandi. *Henningus Arniſæus Epiſt. ad Greg. Horſtium.*

SCHOLIA.

CAſus eſt annotatione dignus cujus exemplum neque vidi neque legiſſe memini: frequenter tamen id ipſum fieri poſſe non dubito, cum experientia confirmet quod ſæpius etiam undique variolarum emptionibus viſcera fuerint infecta: cum autem neceſſario febris ſanguinea cũ putredine majori concurrant in tali caſu,facillime fieri poterit,ut prævalẽte calore febrili τὸ θερμὸν ἔμφυτον in viſceribus ſanguificationis prę cęteris corrumpatur,imprimis cum propter cutem undique puſtulis exulceratam & incraſſatam tranſpiratio & eventilatio difficilior fit: Si enim inflammationes internæ, ipſiuſque jecorũ, teſte *Hild.* de ſphacelo, non raro deſinant in gangrænam, non video cur non idipſum ſæpius etiam fieri poſſet tunc temporis, ubi variolis,undique ſatis quidem expulſis, graviſſima ſymptomata partium internarum inflammatarum nihilominus perdurant, eo uſque donat ægrum penitus jugulent. *Gr. Horſtius Tom. 1. p. m. 140.*

OBSERVATIO XI.

Variolarum nova ſpecies, Roſſalia dicta, lethalis duobus infantibus, ob ſupervenientem Pulmonum inflammationem & abſceſſum.

PUellæ ſeptenni & puero novenni quomodo Roſſalia internecioni fuerit, adſcribam, Scilicet cum uterque in vado jam conſtitutus eſſe putaretur, præter expectationem novo ſymptomatum turbine abripitur, vitæque naufragium pati cogitur, illa quidem maturius, hic vero paulo ſerius,cùm enim conſueta ſymptomata,ut pote 1.Intenſus calor,2.rubor univerſalis. 3. ſitis. 4. delirium, 5. catarrhus ad fauces, 6.appetitus dejectio, &c. remiſiſſent, cuticula ſquamatim excoriari inciperet, dolores quin etiam extremorum lenirentur,Ecce, morbi die XII. *novus rigor* puellam *invadit*, quam novus calor urentiſſimus inſequitur, tanta pravorum ſymptomatum ſyndrome ſtipatus, ut ante diei naturalis elapſum ſpatium, *vitæ cum morte permutatio* oborietur. Sic Roſſalia quidem tota evaneſcebat, ſed peſſimam poſt ſe ſobolem relinquebat: quippe pedibus, cruribus, ſcroto, ventre ac facie puer intumeſcebat, cum genarum nonnullo perpetuo quodam rubore. Febricula irregularis ipſum fatigabat, *tuſſiebat*,ſed pauca expectorabat, eáque ſpumoſa ſaltem & pituitoſa,difficulter reſpirabat: ſeptiduo antequam moreretur, noctu tanta reſpirationis difficultate corripiebatur,ut nonniſi erectus ſpiraret: nullibi præ ſumma anxietate conſiſtere poterat: de pondere intra pectus conquerebatur ſubinde, ſtertebat moribundorum inſtar, facies tota nunc palleſcebat,nunc lurida reddebatur, nunc aliter pingebatur: Pulſus intercipiebatur frequentiſſimè, uti & reſpiratio: breviter jamjam exſpitaturum credebant omnes; Poſt exhibita diſcutientia, reſolventia, expectorantia, & ſpiritus ac cor reficientia, meliuſcule nonnihil habere incipiebat, donec à meridie rupto pulmonum abſceſſu, & pus & ſanguinem atrum tuſſi rejiceret: De abſceſſu itaque certior factus, inſtiti abſtergentibus, putredini reſiſtentibus & expectorationem promoventibus; interpoſitis interim roborantibus neceſſariis, ſed quid fit? Septimo à paroxyſmo iſto ſuffocativo die anxietas eadem revertitur & circa meridiem ægrum perimit. Cùm igitur Pulmonem inflammatum fuiſſe, & in abſceſſum inflammationem dudum tranſiiſſe,ex ſignis minime fallibilibus didiciſſem, ut pectus primo omnium aperiretur ſuaſi.

Eo aperto, *tota Pectoris cavitas aqua citrina differta*, Pulmonéſq; ambo toti lividi & gangrænoſi conſpiciebantur: Quin ſiniſter diſſectus in interiore ſua ſubſtantia magnum itidem abſceſſum oſtentabat, reliquaque ipſius ſubſtantia digitis contrectata facillime diffluebat; Poſtquam ad abdomen perventum eſt, innatabant ſimili aquæ tota inteſtina: Omentum prope conſumptum viſebatur & ad ſuperiora retractum: Hepar pro individui ratione portentoſæ magnitudinis erat, ſubpallidum, & tam longo, qua ventriculum contingebat, lobo præditum, ut non tantum totum ventriculum tegeret, ſed & in ſiniſtrum uſque hypochondrium exporrigeretur,atque Lienem,qui minutulus erat,de ſede ſua verſus renem ſiniſtrum deprimeret: Veſicula fellea & ipſa prægrandis erat atque palleſcens: Hæc pueri eſt hiſtoria. *Michael Doringius Epiſtol. xviii. ad Sennertum.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

ILlud tacere non poſſum authores qui de Variolis & morbillis ſcripſerunt, in enumeratione ſpecierum ut plurimum eſſe mancos, & nonniſi ſolarum dictarum duarum ſpecierum meminiſſe, cum tamen experientia multo plures ſuggerat, quod vel mulierculis noſtris notum eſt: Proferam igitur ipſis uſitatas nomenclaturas, quæ ſunt *Blattern*, *Schaffblattern*, *Maſern und Rittelen*, *ſive Roethelen*, corrupte enim proloqui videntur: Sub nomine die *Blattern* Variolas cõmuniter ſic dictas intelligunt, quę non una ſed multiplici facie erumpunt: quippe aliæ minores, aliæ majores, aliæ mediocres exiſtunt: Aliæ præterea ichoroſæ, aliæ ſanioſæ, ut ſic appellẽ, appareot, Nonnullæ tarde, quædam immature protruduntur: quædã facile quædã difficulter, & cum gravibus ſymptomatis expelluntur: quædam protinus acuminantur ac circulo cingũtur rubeo, alię ſubſidunt per multos dies: quędã cito quædã lente ſuppurãtur, &c. *Die Schaffs blattern* per Cryſtallos exprimit Ingraſſias de Tum. p. n. tom. 1. p. 194. Quoniam ſcil. in his quædam per univerſum corpus diſperſæ puſtulæ efflorescunt, lupini magnitudine, plus minuſve altæ ac inſtar cryſtalli reſplendentes, quibus deinde appertis aquoſitas quædam effluit: Hæ omnium minus periculoſæ ſunt, & quandoque ex improviſo citra notabilem calorem & invaletudinem infantes prehendunt: Ingraſſias nihil aliud quam phlyctænas bullaſve, ab Avicenna veſicas nũcupatas eſſe opinatur: *Die Maſen* Morbilli ſunt, qui gravibus nonnunquam, perinde ac Variolarum nonnullæ, ſtipantur ſymptomatibus, cæteroquin niſi error quiſpiam interveniat, non frequenter lethales: *Die Rhitelen* ſive *Roethelen*, à rubore proculdubio ſic denominatæ, noſtratibus ſunt puſtulæ, aut tubercula puſilla, rubea, nunc magis minuſve coploſa, ſuis circumferentiis ut plurimum ſingulariter ab invicem diſtincta, acuminata, morbillorũ inſtar, cum calore ac tuſſi invadentia, quandoque etiam hæmorrhagia vel vomitus præcedunt: diſparent inſtar mobillorum, & hac hyeme plerumque alvi fluxu judicatæ ſunt, at hæc magis quam morbilli periculo vacant: Neſcio an ſatis rectè ad *Migliarinum*, quaſi miliare ſeu miliarium Ingraſſiæ referre poſſim, eo quod milii granis iſta tubercula non valde ſint abſimilia, hæc quandoque ceu morbus ſolitarius invadunt, quandoque Variolis interaſperguntur, quandoque etiam his perſanatis demum ſuperveniunt: Præterdictas ſpecies, alia quædam inſolentior, contagioſa tamen & ipſa, ante annos aliquot primum mihi obſervata eſt apud. D. Abr. Seilerum, ubi quarto quintove die à primo inſultu corpus univerſum à capite ad calcem uſque tanto rubore perfundebatur, ac ſi univerſali eryſipelate occuparetur: terminabatur 7°. 9. ve die, rubore diſparente ſenſim atque epidermide ſquamatim poſtea decidente: Cõſului ſuper iſto affectu varios authores, qui tamen eum agnoviſſet, vel deſcripſiſſet inveni neminem præter citatum Ingraſſiam: Is enim l. c. p. 194. peculiarem quandam morborum ſpeciem, menſtrui ſanguinis, uti opinatur, occultam infectionem inſequentem introducit, quam Neapolitani vulgo Roſſaniam, ſive Roſſaliam nuncupant: Si quidem maculæ per univerſum corpus plurimæ, magnæ ac parvæ, ignitæ ac rubeæ, cum vix effatu digno tumore, inſtar multa (ita habet textus Ingraſſiæ) ſeorſim diſtincta eryſipelata, diſperſæ ſint, ut totum corpus ignitum appareat: Dices iſtam deſcriptionem non quadrare affectui à me nominato? Imo vero quadrat, aiò, Si enim tempora iſtius affectus diligentius perpendas, ovum ovo non eſt tam ſimile quam meus iſte obſervatus affectus Roſſalia: præterito namque autumno aliqua multa exempla iterũ mihi oblata ſunt, quæ effecerunt ut hactenus cum diligentius paulo de eo cogitarim, tum pro ſingulari ad te ſcribedi argumento, eundem nunc ſelegerim: Verum itaque eſt de initio & inclinatione, quomodo ſcribit Ingraſſias, quod maculæ per univerſum corpus plurimæ, magnæ ac parvæ, ignitæ ac rubeæ, cum vix effatu digno tumore, inſtar multa (agnoſce verba Ingraſſiæ) ſeorſim diſtincta eryſipelata diſperſæ ſint: hoc enim liquido affirmare poſſum, quod non tantum in principio res ſic ſe habeat, ſed & in declinatione, cum rubor iterum diſparere ac calor remittere incipit, maculæ inſtar petechiarum hinc inde ſub conſpectum veniunt: poſtquam verò morbus ἀκμὴν ſuam plene aſſequutus eſt, totum corpus, ut loquitur Ingraſſias, ignitum apparet, ut haud immerito ignito eryſipelati id aſſimilare queas: E tenuiore enim ac feruidiore ſanguine oritur iſte rubor atque notum alias eryſipelas, &c. Præterea circa Roſſalia ſequentia etiam præterito anno annotavi, Nimirum urgent pleroſque 1. graves capitis dolores 2. catarrhi ad pectus & fauces delabentes, quorum illi tuſſes & Pulmonum inflammationes, hi pro materiæ diverſitate metum ſuffocationis, vel ob humores viſcidos in vias reſpirationis decumbentes, vel tonſillarum & adiacentium partium inflammationes invehunt. 3. calor urentiſſimus, adeo ut ſublato lecto faciem aſtantium non minus feriat quam ſi ad focum aliquam conſiſterent. 4. Sitis inexhauſta 5. ſummæ cutis ſiccitas & aſperitas 6. vigiliæ aſſiduæ 7. Deliria nunc magis nunc minus gravia: Atque hæc in ipſa morbi ἀκμὴν maximam partem viſuntur: In augmento nonnullis nates ſtillant ſanguine: omnibus vero toto morbi decurſu appetitus proſternitur & alvus obturatur, urina impenſe flammea eſt, craſſa & cruda: pulſus admodum celer ac durus: ubi vero ad declinationem vendit, calorque ac rubor corpus paulatim deſerere incipiunt, tunc demum 1. maculæ illæ petechiales quarum ſupra memini 2. Rubor genarum, pulmonum inflammationis certus index, qui pridem ob univerſalem totius corporis excandeſcentiam tam diſtinctè animadverti non poterat, conſpiciuntur: Terminatur ut plurimum tranſlatione materiæ ad articulos extremorum, cum tam dolorifico tumore ac rubore, qualis apud arthriticos eſſe ſolet: hinc cutis reliqua corporis ſquamatim detrahitur: mox pedes ad talos & ad ſuras uſque intumeſcunt, urinæ craſſeſcunt & rufeſcunt: hypochondria tenduntur primum & reſpiratio difficilis redditur, paulo poſt abdomen ipſum in tumorem attollitur: Iſti autem nonniſi magno labore & poſt multas demum ſeptimanas, ceu hydropici incipientes, ad priſtinam ſanitatem deducuntur. *Idem ibidem.*

Vita cum morte permutatio, &c.) Ergone nemo moritur in morbi declinatione? Sed revera obiit ἐν ἀκμῇ morbi ſuccedanei, ſcil. inflammationis pulmonum & pectoris hydero, à quibus ſuffocatus miſellus puer.

Novus rigor invadit] Solabatur me quidem initio aphor. 58. 4. Si Rigor febre ardente laboranti ſuperveniat, morbi ſolutionem promittit: turbabat tamen protinus non tantũ 46. ejuſdem ſec. *Si Rigor incidat febre non intermittente, ægro jam debili, lethale eſt:* Et 29. Si in febribus ſexto die rigores fiant, judicatio erit difficilis: quo tritum Medicorum axioma verificatur, In dies pares non incidit morbi motus qui ſalutaris

Idem ibidem. Sed notanda eſt Rigoris origo, om-is enim aut ab ulcere, aut à vaſe: citati aphoriſmi ſpe-tant rigorem à materia vaſis concluſa ortum, quæ criticam exſpectat expulſionem: In prædicto puero rigorē peperit purulentus humor abſceſſu concluſus.

Tuſſiebat, difficulter reſpirabat] Tuſſis & difficul-tas reſpirandi male catarrho imputatur, quę potius ab inflammatione pulmonis & thoracis hydrope ortum duxit.

Tota Pectoris cavitas aqua citrina referta] Qua ratione aqua illa in pulmone & thorace generetur omnino conſideratione dignum: Ego in ea ſum ſen-tentia, cum Hepar & Pulmo frequentiſſime ſimul af-ficiantur (id quod in aſthmate, ut hoc obiter dicam) ſemper fieri puto, poteſt materia illa ex Hepate per venam arterioſam ad pulmones derivari, vel etiam in ipſo pulmone generari: Cum enim Pulmo viſcus ſit, quod non ſolum pro ſui nutritione alimentum co-quit, ſed etiam ſanguinem cordi præparat, ſi male ha-beat, in coctione illa multa excrementa & etiam ab-domen aqua repletum fuerit, ea proculdubio in pe-ctus inde regurgitabit. *Sennertus Reſponſione ad Do-ringium, Epiſt. xx. cent. ij.* Sed cū Variolæ non ſolum in externis partibus, at etiam in omnium viſcerum ſu-perficie erumpere ſoleant, Quid vetat idem de Roſſa-lia aſſerere, atque ex puſtularum, pulmonum tunicam ambientium diſruptione, aquæ congeſtionem in pe-ctore deducere; Ejus autem quæ in abdomine reper-ta eſt, à puſtulis in jecoris, lienis, omenti, meſenterii, aliarumque partium imi ventris membranis obortis, apertis? Humorem autem Roſſaliam facientem lym-phaticum eſſe, oſtendit puſtularum pelluciditas, ob quam Cryſtalli nomen indidit Ingraſſias: Vtque è ſanguinis in arteriis & venis ζυμώσει & ζέσει, ejusq; in cutem viſcerumq; membranas deſpumatione oriun-tur Variolæ & Morbili; Sic ex humoris, lymphaticis vaſis concluſi, limpidi & pellucidi, ebullitione, atque eas in partes tranſmiſſione & depoſitione, Roſſaliæ origo videtur arceſſenda. De Roſſalia agit Martianus comm. in v. 20. lib. 2. Epid. ſect. 3. negatque affectum eſſe lethalem, niſi accedat culpa Medici, præſertim ſi ſanguis fiat miſſio, quam omnino noxiam dicit.

Observatio LXII.

Plerumque à Febre Peſtilenti *extinctorum interiora viſcera à phlegmone ſiderata reperta ſunt.* 1. Peſtis *& Febris Peſtilens ventriculum præſertim adoritur.* 2. 3. 4. 5. *Carbunculus Peſtilens in ventriculo.* 6. 7. *In quadam Peſtilentia ſerpentes, lacerta.* 8. 9. *In alia Bufones.* 10. *In alia vermes in corde reperta* 11. *Peſtis Bobus infeſta, quorum cyſtis fellis lapidea facta.* 12. *Bubones peſtiferi vermiculis ſcatentes.* 13. *Caro ſubſtrata in lethiferis uſtulata.*

§. 1. NOvi mulierem cui in pelliculas craſſas & glutinoſas non ſolū Lingua, ſed & Oeſo-phagus univerſus cum ventriculo, tandem & inteſtinorum tunicæ putruerunt: Hæc inter initia ſitiens magnopere, vinum auſterum & rubrum ſumpſerat in uno die, pro-pe ad quantitatem librar. ſex, unde ſic illi guttur incanduit ut nec liquidiores cibos trans-mittere, nedum medicamenta potuerit: Obiit illa miſerrimo fato damnans humana præ-ſidia, multumque impatiens, quod ne *potui quidem accipiendo* in acerbiſſima *Siti*, viam aut inſtrumentum commodum repetirent: Vrina huic alba ſemper inter calores maximos totius corporis, in qua tamen *odor gravis* & piſculentus in dies augebatur, unaque flue-bant primo furfuracea quædam, inde & *pelliculæ* magnæ, & poſtremo pus manifeſtum, villis, feſtucis, tunicisque variis intertextum, Aderant *Singultus*, ructus aſſidui cum tanta doloris acrimonia circa præcordia, ut tanquam parturiens miſerrime clamitaret: Sed poſt deliria parva ventris torſio ſupervenit, ac primum fœtida purulenta dejectio, per ſedem in-credibili copia profluxerunt: inde & ſanguis per os & per poſticum, cum dolore punctili ve-hementi: atque ita per acerbiſſimos cruciatus extincta eſt paulo poſt viceſimum diem.

Profecto ea membranarum defluxio, pro quantitate ſui, certum morituris prænuntium miſit, nam ex Hepatis, aut Pulmonis, aut Cordis ſideratione contingerant, ut etiam per Anatomen deprehenſum eſt: Pleriſque diſſecto corpore univerſa hæc viſcera; aut major illorum portio: nunc nigra, ut carbo quiſpiam uiſa eſt; nunc ſuppuratis puſtulis plena: Fit enim facillime ut per conſenſus tunicarum pituita concreſcens jugiter adhæreſcat, eadem-que ſalſior aut virulentior, ſubjectam œſophagi linguæque ſubſtantiam depaſcatur. *Gemma Coſmocrit. lib. 2. cap. 4.*

§. 2. Plerumque notavi Peſtem circa Stomachum prima ſedilia locaſſe: Quidam enim continuo Vomitu dejectus, dolorem capitis ingentem ſenſit, ac mox delirium, deinde & ſoporem per intervalla paſſus, xvj horarum ſpatio obiit, multis deliquiis præviis.

Optabam autem ſcire unde tam celeriter, tantoque ſymptomatum furore oppetiviſſet, nec Chirurgus adeſſe cuperet, tandem cultro diſſectionem inſtitui, ac Stomachum illius in-veni eſchara triplici jam perfecta pertuſum: Qualiter olim videram ſtomachum ancillæ perforatum quæ Arſenicum volens biberat. *Helmont Tumuli Peſtis p. 109.*

§. 3. Chirurgus Arenacenſis cadaver Peſte cum Vomitu mortuum diſſecuit, & reperit in ventriculo, à latere orificii ſuperioris, locum quendam longiuſculum, circiter magnitudinis articuli pollicis, qui nigricabat inſtar carbunculi: Has autem eſcharas ab inflammatione, & magno æſtu febrili ortas certum eſt. *Diemerbroeck. lib. 4. de Peſte hiſtor. 15.*

§. 4. Car-

§. 4. Carbunculis ventriculum atque inteſtina affici poſſe, Naturæ ſcrutatores varii; fide digni, in cadaveribus apertis obſervarunt: nec vel experientia vel ratio contrariatur; hinc vomitus vel ſingultus. *P. Barbette Tractatu de Peſte.*

§. 5. Neotericus quidam refert intus in corpore carbunculos, anthraces & exanthemata, qualia forinſecus efflorescebant, apparuiſſe; Mihi hoc antea erat inauditum; credo tamen verum *D. Gallus Eiſchnreuterus Epiſtola ad Geſnerum.*

§. 6. Carbunculus peſtilens non externas modo partes obſidet, ſed & quandoque interiores, vtraſque interdum: Si cor prehendatur, nulla exterius nota apparente, mors præ foribus eſt ægris edendo, bibendo, ambulando, fato cedentibus: Si pulmo, diaphragma, aliáve reſpirationis organa occupentur, mors intra horas xxiv. obrepit: deficiente enim reſpiratione ſuffocatus æger extinguitur: Si cerebrum, phrenitis detinet & furor, ac tandem mors ſequitur: Si excretioni lotii deſtinatas partes venenum aggreditur, iſchuria ægrum necat: Lethale quoque eſt ſi ventriculum invadit, id quod accidit Gubernatori Nobilium puellarum in dicto *Hoſtel Dieu*: Erat is juvenis Monachus, proceræ ſtaturæ, erectæ, robuſtus & quadratus, Ordinis S. Victori ſacri, quem febris continua prehendit cum ariditate & ſcabritie linguæ quæ & nigra, ob ſummum interiorum æſtum & vapores putridos inde elatos, (ex vulgi enim ſententia, ſi impenſe calet furnus, ad eius oſtium calor diffunditur,) linguam canis inſtar præ curſu anheli exerens: ſitis inextinguibilis moleſta erat, comite leipothymia, vomituritione, morte tandem triduo poſt ſuccedente & præcedentibus totius convulſionibus: Nobiles puellæ adeo celeri conſpecta morte & ſymptomatum vehementia, veneno interemptum fuiſſe aſſerebant: quamobrem dicto Xenodochio præfecti aperiri cadaver Monachi jubent, Idcoque Medicus & Chirurgus mecum convocati.

Eo diſſecto, in fundo ventriculi veſtigium ſimile ab impreſſo cauterio actuali reperimus, cum eſchara vel cruſta unguis magnitudinis: reliqua ventriculi pars contracta erat & dura: Inde omnium conſenſu judicatus eſt ſublimatum vel arſenicum aſſumpſiſſe, viſa eſchara profunde penetrante: Dum vero cadaveris diſſectionem ſutura jungerem, plurimas nigras maculas hinc inde per corpus ſparſas adnotavi: tunc revocato cœtu, coram illis oſtendi purpuram eſſe vel exanthemata: Cum vero obſtarent Medicus & Chirurgus, pulicum morſus eſſe aſſerentes, negavi id ob multitudinem macularum, aſſumpta prætcrea acicula, eaque profunde plures in partes adacta, cutim elevavi, poſtea forficibus diſſecui, atque ſubdita caro nigerrima deprehenſa: Color præterea lividus conſideratus, naſi, auricularum, unguium, imo totius corporis ſolito nigrior; vultus præſertim ea immutatio ut vix agnoſceretur: Sic mutata ſententia unanimi aſſenſu relatum Monachum, Carbone peſtifero extinctum eſſe, non alio veneno. *Paræus Operum lib. 22. cap. 36.*

S C H O L I A.

NOn externas modo partes] Quod & *Celſus* lib. 5. cap. 28. aſſerit, quanquam Commentator *Rubeus* obſtare, & merito videatur, cum externi ſigna afferat *Celſus*: Idipſum aſſerente *Plinio* lib. 26. cap. 1. qui duos Conſulares obiiſſe Carcunculo refert: quorum alter *Iulius Rufus*, Medicorum inſcitia ſectus, Alter Q. *Licinius Baſſus*, pollice lævæ manus evulſa acu ab ſemetipſo, tam parvo vulnere vt vix cerni poſſet.

§. 7. Ad militemquendam peſte laborantem, una cum Adolpho Fildar Chirurgo vacutus fui, huncque carbunculos quatuor habentem & graviſſimis ſymptomatis infeſtatum invenimus, nempe ſumma anxietate & inquietudine, magna virium dejectione cum crebris deliquiis & vomitu violento, qui jam per aliquot horas duraverat: Præſagio mortis ſacto, tamen antidotum exhibuimus, quod cum revomuiſſet, paulo poſt animam creatori reddidit: Inter me & Chirurgum incidit ſermo de cauſa vomitus peſtilentis: cumque ego inter cætera ſtatuerem illum plerumque induci à veneno peſtiſero ventriculi tunicis, & imprimis ipſius orificio ſuperiori firmius infixo, eique magis quam aliis partibus communicato propter cordis viciniam, &c. Dixit ille hunc vomitum plerumque induci à carbunculis in ventriculi tunicis enatii, idque ſe ab experientia ſcire: nam ut illius vomitus cauſam certius cognoſceret, ſe aliquando cadaver Peſte cum vomitu emortuum, ac jam refrigeratum diſſecuiſſe, & in ventriculo à latere orificii ſuperioris inveniſſe locum quendam longiuſculum, circiter magnitudinis articuli pollicis, qui nigricabat inſtar carbunculi, quæ nigredo tunicas ventriculi tranſiens, æque foris quam intus conſpiciebatur: Etiam, ſi vellem, ſe quoque in prædicto mortuo milite illud demonſtraturum promiſit, Verum nobis non placuit irritare crabrones, & aperta abdominis cavitate contagii periculis non exponere: illud credere quam videre maluimus. *Isbrandus de Diemerbroech de Peſte lib. 4. hiſtor. xv.*

SCHOLIA.

VEriſimile eſt carbunculos interdum ventriculi tunicis non minus quam aliis viſceribus innaſci, ac multoties lethalem vomitum inducere: verum ab hac tamen cauſa vomitum peſtilentem non ſemper dependere, vel inde liquet quod multi cum vomitu evadant, quod fieri non poſſet ſi à carbunculis ſemper induceretur. *Idem.*

§. 8. Memoratu digniſſimum atque horrendum quod in Pannonia contigiſſe narrant, natas paſſim in humanis corporibus viperas ac lacertas anno 1540. quæ mille hominum à dies poſt cruciatus acerbiſſimos interficerent, nulla Medicorum arte vel induſtria ſuccedente. *Saxonia Panthei lib.x.cap.*1.

§. 9. Eo ipſo tempore quo ſudorifica febris in Britania viguit, Pannonia propriam quoque humidæ peſtilentiæ vim fuit experta, dum non modo naras paſſim in humanis corporibus viperas ac lacertas narrant, &c. Sed altera Peſtilenti febre tunc quoque vexante: quam etiam nunc ſæuiſſimam experiuntur, Theriodem, ſive vulgo Vermem vocatam, à Vermium copia in cerebro ipſo magna ex parte redundantium: Cujus meminit *Iordanus* de Peſtis phænomenis tract.1.cap.9.*Idem ibid.cap.*38.

§.10. Anno 1637. quo ſereniſſ. Dux Saxoniæ *Bernardus Weimar* Burgundiæ Comitatum invaſerat ingenti clade, corpora utrinque cæſa aerem putore adeo infecerant, ut Peſtilenti febre multos paſſim abripi notaverit Vir Principis dignitatis: Hominum equorum cadavera non alia ſtragis indicia aperta exhibebant præter Iecora Bufonibus ſcatentia: Miaſma illud peſtilens, intro cum aëre ſuſceptum, ſeminiis ejuſmodi infectum ſimilia animalcula in corporibus gignere potuit. *Ex communicatione Excellentiſſ. & Nobil. D. Stoffelij Sereniſſ. Principum Witterbergenſium Conſiliarij & Ephori.*

§. 11. Vermes aliquando in Peſtiferis febribus, in ventriculis cordis fuiſſe genitos audivimus ab hominibus fide dignis, qui ejuſmodi ægrotantium cadavera ſecuere, quamvis veriſimile ſit raro admodum iſtud contingere. *Vidus Vidius junior de curatione membratim lib.7.cap.*1.

§. 12. Tota cyſtis interdum lapideſcit, quod teſtatur *Fernelius* lib.6.Pathol.cap. 5. qui in decrepiti cujuſdam ſenis cadavere, loco veſiculæ felleæ lapidem invenit: In Polonia olim innumeri Boves exorta quadam Peſte interiere, in quorum cadaveribus diſſectis nihil fuit repertum, niſi quod veſicula fellea tota in lapidem fuerit converſa. *Gothofr. Mœbius Fundam. Med. cap.*16.

§. 13. Didici ab *Athanaſio Kirchero* peſtiferos Bubones vermiculis ſcatere, quibus tempore peſtis aër refertus eſt: iiſque adeo exilibus ut ſolo microſcopii adminiculo deprehendi poſſint. *Monconis in Ephemerid.pag.*62.

§. 14. Dum Pariſiis in Noſodochio dicto *l'Hoſtel Dieu* artem Chirurgicam facerem, Peſte laborantes ægros inviſi, atque in quibuſdam tumores in emunctoriis apparentes poſtmodum deliteſcentes animadvertens, morte ſubſequuta, Curioſus in parte indagavi cauſam, alteque adacta novacula, deprehendi carnem uſtulatam, quaſi à ferro candente inuſtam. *Paraus Operum lib.xxij.cap.*36.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBER QVARTVS

SECTIO II.

De Tumoribus præter naturam.

OBSERVATIO I.

Tumor in Capite, *propriam cerebri ſubſtantiam continens, ab eroſa utraque cranii tabula.* 1. 2. *Tumor prope muſculum temporalem, à materia è cerebro per foramen in cranio ejecta.* 3. Natta *in ſincipite, vas ſanguiferum ex cranio accipiens* 4. Nattæ *varia materia.* 5. *Tumores capitis Lympham variæ conſiſtentiæ continentes.* 6. *Tumor cerebri ſubſtantiam continens.* 7.

§. I. GALENVS lib. de Tumor. contr. nat. ait *phlegmone ſape tentari oſſa*, quod verum nobis compertum: & id ipſum affirmante *Hippocr.* 2. 2. Epid. Nec ſolum inflammationi obnoxia ſunt, ſed & cariei & putredini, præſertim in Lue venetea affectis & Elephanticis, quorum cutis & caro ſepè exterius ſana apparet quibuſdam in locis, cui ſubjacent oſſa carioſa, foraminulenta, corrupta, imò ſæpius cum deperditione plurimæ eorum ſubſtantiæ: Quod nonniſi veneni participem materiam agnoſcit, facultatis inexplicabilis ! Fidem faciet hiſtoria ſequens: Quæſtor Viduæ Illuſtr. militiæ Præfecti, nomine *du Freſnoy*, Sylvanectinus accerſendum me curavit ob tumorem quem in capite geſtabat, inter os occipitale & parietale, ovum gallinaceum magnitudine æquantem, Dubius an aperiendus eſſet, pus ſubeſſe ratus: Aderant Medici duo totidemque Chirurgi, artis periti, quibuſcum ea de re conſultatio habita: Perſpecta Tumoris ſpecie, ejuſque incremento, non repentino ſed lento, adnotataque in eo pulſatione (quæ erat ipſius cerebri) quam à ſubſtrata arteria pendere exiſtimabam (compreſſo enim manu tumore, ſubſidebat is & imminuebatur) certo credidi adeſſe aneuryſma, negavique aperiendum Tumorem hæmorrhagiæ, hinc ſubſequuturæ mortis metu: Medicorum vero alter, è Chirurgis item unus, periculi expertem eſſe apertionem aſſerebant, purique concluſo exitum concedendum: Ad litem inter numero pares dirimendam cenſui advocandum Dom. *Fabrum* Regis medicum ordinarium, cujus eſſet de apertione facienda aut ſecus, determinare: qui illico conſenſit cæteris, adeſſe pus, quod nullo periculi metu vacuandum eſſet: A me tamen monitus de aneuryſmatis ſuſpicione, ob ſigna aſſidentia, mutata ſententia, non attingendum eſſe tumorem pronuntiavit, ac cum eo non ſecus ac cum aneuryſmate tranſigendum, quæ mea fuerat opinio: Re deliberata Lutetiam reverſus ſum, at æger triduo poſt è pago Sylvanecto proximo Chirurgum accerſendum juſſit, qui ſtatim, nec hæſitabundus, pure refertum Tumorem dixit, periculique expertem eſſe apertionem: quæ ab eo inſtituta eſt, prodeunte non pure, ſed propria cerebri ſubſtantia, quam biduo poſt mors excepit.

Defuncti caput apertum fuit per *Adamum Hannequin*, & *Hamardum Cheronium*, Barbitonſores & Chirurgos Sylvanectinos, qui unanimi conſenſu aſſeruerunt Tumorem ex propria cerebri ſubſtantia conflatum eſſe, ac deperditione utriuſque cranii laminæ ad magnitudinem Nobilis roſati: Cautus ergo ſit Chirurgus in aperiendis ejuſmodi Tumoribus. *Ambr. Paræus Oper. lib. xy. cap. xxiij.*

SCHOLIA.

PHlegmone *Sape tentari, &c.*] Inflammationis cujuſvis cauſam vix percipiet quiſquis circulationis ſanguinis gnarus non erit, quam ex Clariſſ. Anatomici *Isbrandi de Diemerbroeck* Anatom. libro ſecundo, capite octavo, huc transferre æquum eſt.

Uſus Pulſus eſt, Sanguinem in corde dilatatum per terias ad omnes corporis partes propellere, ut eo nnes nutriantur, & ſingulæ aliquam ejus partem opria facultate coquant, immutent, atque in ſubantiam ſibi ſimilem convertant, eamque apponant, ſiduum vero per venas ad cor remittant, ut in eo erum dilatetur, ſpiritualcat, novumque vigorem ſumat.

Cum autem continua Pulſus reciprocatione ſanuinis aſſidua fiat è corde expulſio, neceſſum eſt ut or e cava aſſiduo hauriat quod deplendis denuo entriculis ſufficere queat: Verum quandoquidem ava nunquam exhauritur, & præterea arteriæ, in uas continua expulſio fit, præter modum non inmeſcunt, neceſſario ſequitur motum hunc circulater procedere, & ſanguinem ex corde continue proelli in arterias, ex his in venas & partes nutriendas, nde à venis minoribus redire ad cavam, & ſic tanem ad cor: Hanc circulationem imprimis confirmant tres efficaciſſimæ rationes.

1. *Sanguinis è corde in arterias propulſi copia:* quæ tanta eſt, ut ejus ne centeſima quidem pars ab aſſumptis alimentis ſubminiſtrari poſſit, cum illa propulſio æque procedat in homine qui per biduum riduumve jejunavit, atque in alio qui bene paſtus eſt: ic proinde niſi ſanguis ex arteriis per venas reflueret ad cor, brevi in corde deficeret materia propellenda: præterea diſrumperentur etiam omnes arteriæ breviſſimo tempore, & partes, in quas influit, mirum in modum intumeſcerent: Quippe Cor hominis ſani, florentis ætatis, una hora ter mille, vel paulo plures pulſus facit: *Cardanus* 4000. *Bartholinus* 4400. *Rolfinkius* in ſeipſo numeravit 4420. Si ſingulis pulſibus in aortam propelleretur ſanguinis duntaxat ſcrupulus unus (minimum pondus nomino, nam drachmas duas, imo plus expelli, in vivorum canum ſectionibus docet autopſia) Præterea ſi in venæ ſectione homini in brachio facta, quantitatem ſanguinis certiſſime profluentis conſideremus, ac ſimul perpendamus quantum interim per myriades aliarum venarum, quibus per nullam ligaturam circulatio impeditur, eodem tempore circumferatur, quod univerſum cor tranſit, facile animadvertemus in homine ſingulis pulſibus non paucas guttulas non unam vel duas drachmas, ſed multo plus, forte ſemiunciam, vel unciam totam tranſire, quod ipſum melius adhuc apparet in arteriotomia, in qua, ſi quod ex parva arteriola ſecta ſingulis pulſibus expellitur notemus, & quantum per omnes alias iiſdem pulſibus propellatur computemus, valde magnam copiam per cor tranſire obſervabimus: cum certum ſit tantum ſingulis pulſibus è ſiniſtro cordis ventriculo in arteriam propelli, quantum ex ſingulis & omnibus arteriis propelleretur ſi apertæ eſſent, facta computatione una hora per cor tranſirent ſanguinis libræ mercatoriæ circiter octo, ergo ſpatio quatuor horarum tranſirent ultra xxx. libræ, atqui veroſimile vix eſt tantum ſanguinis in toto hominis corpore contineri: Cum autem à tanta copia neque arteriæ præter modum diſtendantur, neque partes ullæ intumeſcant, neque etiam cava aliæque venæ inaniantur, certum eſt ſanguinem in arterias impulſum per venas refluere ad cor.

2. *Situs valvularum in venis*, qui talis eſt ut ſanguis per eas libere poſſit profluere ad cavam, nihil vero à cava ad minores venas, imo ſi fiſtula Cavam infles, nihil illius flatus minores venas ingreditur; Si contra minores venas infles, mox flatus progreditur ad majores & ſic ad Cavam.

3. *Ligatura in venæ ſectione*, hæc quippe in brachio & crure inicitur ſupra locum ſecandum, atque inde ſubtus intumeſcit vena, quia ſanguis per arterias verſus extremas partes impulſus, per venas redit & ſurſum aſcendit, cumque ad ligaturam pervenit, ſiſtitur, unde tunc vena intumeſcit infra ligaturam, & ſanguis ulterius aſcendere nequiens, cogitur per inflictum vulnuſculum effluere: ſoluta ligatura iterum deſinit ejus effluxio, quia tunc ſanguinis per tubulum ſuum ſatis patulum facilius poteſt aſcendere, quam per anguſtum vulnuſculum egredi: (*Si ſanguis è Iugulari ſit mittendus, vena ſupra ligaturam tumet, ibique tunditur: is enim è ſinubus cerebri per iugulares in axillares, hinc in cavam cordi ſuperiorem viam affectat*) Ad hæc ſi ligatura illa tam ſtricta iniiciatur, ut ſanguis per ipſas arterias verſus inferiora permeare nequeat (quæ alioqui profundius ſitæ a mediocri ligatura non facile occluduntur) tunc etiam nihil effluit ex inciſa vena, quia ſanguis per arterias non impellitur verſus inferiora, qui per venas ad ſuperiora aſcendere poſſit; ruſus vero ſoluta nonnihil illa ligatura arcta, & arteriæ pulſu liberius penetrante, mox iterum ex inciſa vena effluit ſanguis: Præterea etiam quælibet venarum & arteriarum in vivis animalibus ligatura vel compreſſio, oſtendit ſanguinem per arterias propelli à corde, per venas vero profluere ad cor: nam ſupra ligaturam, ſcilicet verſus cor, intumeſcunt ligatæ arteriæ, ob denegatum ſanguini tranſitum: detumeſcunt autem venæ, ob liberum ſanguinis ad cor effluxum: Contrarium contingit intra ligaturam.

Hæ tres rationes ſolæ ſatis efficaces ſunt ad dictæ circulationis probationem, Alias vide apud Harveum, Riolanum, &c. Vnum adiiciam de modo circulationis, de quo duæ ſunt ſententiæ, una Riolani, quam pauciores ſequuntur; altera communis, quam maxima Philoſophorum pars amplectitur, ſtatuitque Circulationem ſanguinis fieri per anaſtomoſes quarumcunque arteriarum & venarum, quibus oſcula arteriarum cum venarum oſculis uniuntur, & in ſe mutuo patent, ita ut ubicunque ſunt tales Anaſtomoſes, ibi fiat circulatio: Inde ego concludo, ubi Anaſtomoſes illæ non ſunt, ibi circulatio non fit: Hanc ſententiam defendere admodum difficile foret, quippe Anaſtomoſes illæ in majoribus vaſis paucæ ſunt, & licet forte in minimorum vaſculorum exilibus finibus copioſiores eſſe poſſint (quod nihilominus per autopſiam ubique non patet) tamen propter ſummam talium venarum anguſtiam pauciſſimum ſanguinis per eas tranſire, imo ne ſexta quidem vel decima pars, quę per arterias, propellitur, venas ſubire poſſet: Præterea, quo modo quæſo à ſanguine per illas Anaſtomoſes tranſeunte nutrientur partes, quibus in tranſitu iſto nihil conceditur vel tribuitur? Denique poſito circulationem ſolummodo fieri per dictas Anaſtomoſes, quomodo tunc in Anaſarca (in qua ſerum non ſolum vaſis concluditur, ſed partium ſubſtantiæ neceſſario inhæret, totam enim copiã in ſolis vaſis cumulari nemo ſanus dixerit) circulatio illa procedet è partium ſubſtantia in venas? an ſerum illud, quod in iſto morbo crudius ac craſſius eſt, per exhalationem ex arteriis egreſſum, ruſus per inhalationem ingreditur in venas ut per cor circuletur, & inde ad vias urinarias defluat, per eaſque expellatur, ſicut morbum hunc per copioſum urinæ fluxum nonnunquam ſolvi praxis & Medicorum obſervationes docent? Quomodo etiam magni par-

partium molles tumores ſæpe breui tempore ſubſidunt, ſine ulla manifeſta vacuatione, ſi humores extra vaſa in ipſa partium ſubſtantia contenti non redeant in venas? & quomodo eas cum arteriis ad fines ſuos unitas ingredi poterunt? At qui hæc ſatis ſuperque communis ſententiæ errorem demonſtrant.

Ex dictis bene perpenſis verus Circulationis modus ſtatim innoteſcit, patetque ſanguinem non tantum circulari per dictas Anaſtomoſes; verum etiam per ipſam partium ſubſtantiam: Impellitur enim per arterias copioſus ſanguis, cujus bona quantitas per minimarum arteriolarum fines effluit in poros ſubſtantiæ partium, ejuſque ad nutritionem tantum apponitur cuique parti, quantum neceſſe vel apponi vel aſſimilari aptum eſt: reliquum vero vlterius procedit, & hiantia minimarum venarum partium inhærentium oſcula ſubit, atque ſic ulterius progreditur ad majores venas. (Sanguinem in partium poros influere, per eoſque in venas redire, liquet ex iis quæ diximus de hepate lib. 1. cap. 13. & de cerebro lib. 3. cap. [illegible] & 11. & ex quacunque leviſſima cutis læſione, é qua vaſis illæſis ubique mox ſanguis exit) Verum quia minimæ arteriolæ in partium ſubſtantia apertæ deſinentes, anguſtiſſimæ ſunt, hinc quidem multo plus ſanguinis tranſmittunt quam ad nutritionem opus eſt, ſed interim non minor ſanguinis copia ſupereſt, quæ per eas in poros ſubſtantiæ effundi nequit: hæc ut in arteriis non reſtagnaret & corrumperetur, aut partibus moleſta eſſet, Protoplaſtes ante dictas Anaſtomoſes, ut illa redundantia per eas tranſiret in venas, conceſſit: qualem inſignem anaſtomoſen annotavimus ad ingreſſum Lienis, Item duas alias in fœtu exiſtentes, unam ſcil. in ejus corde per foramen ovale, alteram in arteria pulmonari, qua parte cum aorta cojungitur: Præter quas magnas, etiam veroſimile eſt plurimas parvas & minimas anaſtomoſes dari.

Non eſt quod à ſanguine extra arterias in ſubſtantiam partium effuſo, metuantur Tumores, inflammationes, putredines, apoſtemata, &c. nam propter arteriolarum in ſubſtantia deſinentium anguſtiam, non plus influit quam per poros commode tranſire, & a venarum oſculis rurſus imbibi poteſt: Atqui, dicat aliquis, in valida corporis exercitatione & calefactione ſanguis multo validius & majore copia impellitur quam aliis temporibus, ergo tunc ſaltem nimia copia influet in partium ſubſtantiam & dicta mala producet? Reſpondeo tunc ſanguinem ratione majoris caloris eſſe tenuiorem, & poros quoque latiores, ut facilius tranſire poſſit: Verum ſi pori, vel à contuſione, vel à ſubita refrigeratione aliave cauſa anguſtiores evaderent, aut ſanguis in partibus craſſior fieret quam ut venarum auguſta orificia ſubire poſſet, tunc brevi tempore nimia ejus copia (nam influxus per arterias continue procedit) in partium ſubſtantia cumularetur, atque dicta mala ſtatim generarentur; *Hæc enim eſt vera & frequentiſſima cauſa pleuritidis, peripneumoniæ, anginæ, phlegmones omniumque* Inflammationum *cum tumore*. Quam cauſam non perceperunt illi qui per ſolas vaſorum anaſtomoſes circulationem fieri arbitrantur: dicent enim ob denegatum commodum ſanguinis tranſitum, vaſa quidem ad ſummum repleri, hincque partes à repletis vaſis in tumorem diſten[di] (quaſi vero vaſa ita diſtendi queant ut inducere poſſint duorum triumve digitorum altitudinis tumores, quales ſæpe conſpiciuntur) ſed quia repleta vaſa plus ſanguinis impelli nequit, hinc ſanguinem in iis coacervatum novo arterioſi ſanguinis affluxu deſtitui, ſicque refrigerari, non vero inflammari: verum non conſiderant ſanguinem totum per venarum anaſtomoſes non tranſire, ſed majorem ejus quantitatem in poros ſubſtantiæ partium impelli: e quibus ſi non ſatis cito redundans quantitas in venas profluat, ob cauſas ſupra dictas, tunc neceſſario fieri partium tumorem, & quia ſingulæ affluentes guttulæ arterioſi ſanguinis ſuum conferunt calorem, hinc à ſanguinis in parte nimio augmento fieri nimium augmentum caloris, & ab hoc intenſo calore fieri ſanguinis cumulati effervescentiam, partiſque Inflammationem cum tumore: Inficias tamen non eundum, illam efferveſcentiam interdum etiam fieri poſſe à pauco, ſed acri, & ad efferveſcentiam prono ſanguine, in aliquam partem effuſo tuocque fieri inflammationem ſine inſigni tumore ut in Eryſipelate.

Hujus Circulationis ſanguinis (intelligo ſanguinem cum aliis quibuſvis ei admiſtis humoribus) multiplex & ſumma eſt neceſſitas atque utilitas: 1. Per eam quælibet ſanguinis particulæ paulatim & ordine quodam aptæ fiunt ad nutritionem; nam cum in corde non fiat longa coctio, ſed tantum celeris quædam dilatatio, propterea chylus primo tranſitu per cor non acquirit ſummam ſanguinis perfectionem, ſed pluribus tranſitibus modo hæ modo illæ particulæ ſubtiliores, & corpori alendo magis aptæ evadunt.

ij. Cum ſanguis in partes propulſus, quo longius à caloris ſui foco recedit, eo magis refrigeretur, & ad alendum minus aptus evadat, omnino neceſſarius eſt ejus reditus ad caloris fontem cor, ut in eo de novo incaleſcat & attenuetur, ſicque novam perfectionem induat, qui reditus per hanc circulationem procuratur.

iij. Sine hac circulatione, neque ſanguis ad partes alendas propelli, neque à nutritione reſiduus una cum chylo ad cor referri poſſet.

iv. Hujus beneficio medicamentorum aſſumptorum & applicatorum vires per totum corpus, aut magnam ejus partem feruntur.

v. Per hanc ſanguis in continuo motu permanet, atque ſic à congelatione & putredine præſervatur.

vj. Per hujus cognitionem, cauſæ multorum morborum clariſſime innoteſcunt, de quibus antehac aut nihil, aut obſcure ſcriptum, & graviter inter medicos altercatum ac dubitatum fuit.

vij. Per eandem etiam Medici certas plurimorum morborum curationes inſtituere noverunt, de quibus alioqui magna ex parte per incertas conjecturas indicare conſueverunt.

§. 2. Iuvencula infantem peperit, cujus caput nucem juglandem vix ſuperabat, Tumor vero capiti adnatus, univerſo capite major: Capite aperto inventa in ipſo cranio exigua cerebri portio, In Tumore vero ſubſtantia cerebro ſimilis. *Vide lib. 3. tit. de Partu difficili.*

§. 3. Puerulo trienni (*De quo lib. 1. Tit. de ocul. affectibus*) duabus ante mortem ſeptimanis exortus eſt Tumor prope muſculum remporalem ſiniſtrum; quem, ab obitu, ablatæ vidimus peculiari, eaque craſſa ſatis membrana obductum intra cutem craniumque ... rere; cranium exiguum habebat foraminulum per quod materiam ejecerat natura.

§. 4. I. Eberlin Vir robuſtus, 50. annorum, qui ex ſcala præceps paulo poſt Apoplecticus periit, in ſyncipite dextro habebat tumorem cum folliculo, quos Nattas vocanr, olivarem, ... c juglande minorem, qui vas ſanguiferum ex poro cranii emergens recipiebat.

SCHOLIA.

NAtta, Tumoris cum folliculo ſpecies, non infrequenter caput occupat: omnes arteria qua... m, à qua nutrimentum & augmentum capiunt, ... æditæ ſunt: Succinguntur intus peculiari tunica: ... ontenta non unius generis ſunt: In quibuſdam in... ni ſubſtantiam pinguem flammam concipientem: ... plurimis cretaceam ſolam vel ſero perſuſam: Fa... ilia hic eſt inter primarias hujus generis rumoribus obnoxia: Si baſis anguſta ſit, ſeta equina ... nſim magis magiſque conſtricta decidunt, quod ... iquoties à me factitatum fuit, ſi verò baſis amplior ... c conſtrictionem reſpuat, in ſummitate vulnus ... blongum inſligo, coutenta exprimo, ac baſi, vbi, ... eu per pediculum, nutrimentum ſuſcipit, indo cum pauxillo goſſypii butyrum antimonii ſolum, vel cum linimento digeſtivo permixtum, ut ſcaturiginem obturem: niſi enim pediculus abſcindatur aut erodatur, brevi repullulant: Tumores hujuſmodi à Chirurgis temerariis & imperitis uno ictu amputatos novi, largiſſima ſubſequente hæmorrhagia, quæ vix ſiſti poterat, non ſine virium proſtratione, Antimonii butyrum nullos dolores, nullum pruritum excitat, niſi imprudenter labia cutis capillatæ attingantur, interna enim pellicula ſenſus expers eſt: Natra apud Iſtum, vas ſanguiferum è cranio emergens accepit, quod proculdubio ſurculus arterioſus a dura meninge ortus fuit: *I. Iac. Wepferus Hiſtor. Apoplett.* 10. *p.* 321.

§. 5. Homo procerus, ſanguineus, habitu corporis robuſto, ob furta ſtrangulatus, Nattam gerebat in capite: In hac denſo involucro aperto latebar farinacea materia: In aliis Nattis ex ſe rupris purulentam obſervavi. *Th. Bartholinus cent.* 1. *hiſtor.* 32. §. 33.

SCHOLIA.

F*Arinacea materia*] Natta, Teſtudo, Talpa ad melicerides, atheromata & ſteatomata referuntur, quorum materia peculiari tunica aut folliculo ... clauditur. Platerus non ab humoribus excrementitiis horum Tumorum generationem deducit (eo quod quæ ejuſmodi originem nacta ſunr, ſtabilia ſunt, ſed putredini opportuna) ſed ex ſucco alimentari parti nutriendæ deſtinato, qui ſi juſto craſſior, in ſimiles tumores degenerat, ex quibus Sarcomata fiunt: ſin admodum craſſus, Scirrhi: Tumore vero non adeo duro exiſtenre, tandem in abſceſſum tranſire docet, diverſam materiam con... ſcientem pro ſucci, qui Tumorem genuit, diverſitate ac cum aliis humoribus miſtione: nec tamen ſicuti abſceſſus à ſanguine genitos in pus abire, ſed in aliam ſubſtantiam propria cyſti conclusam: Hinc Meliceridum Atheromatum, Steatomatum originem deducit: *Sennertus*, cur talis humor è partibus effluat, atque inde ſub cute tumor exciretur, cauſam eſſe putat quod membrana unamquamque partem veſtiens & ambiens jam vi exrerna & violenta, ſed interna, rumpitur, aut eroditur, & exulceratur, ut ita facta via vi, ſuccus alibilis ablato repagulo erumpat, cum non ſiſtatur apette: Id ramen ne temere fiat Natura provida non permittit, ſed ipſam membranam amplius extendit, effluentemque ſuccum cohibere nititur, quod in arboribus fieri videmus, in quibus exteriori cortice læſo ſimili plane modo nodus formatur.

§. 6. vj. Aprilis 1671. in infante 13. ſeptimanarum, caput mulris modis deforme reddebanr Tumores varii, Tres imprimis, quorum unus ſuperiora verſus ſe extendebat, alter inferiora magis reſpiciebat, Tertius anrcriora petebar: Diverſæ naturæ diſſecti obſervabantur. Primus enim, qui ſuperior & maximus, aliqua parte cartilagineæ ſubſtantiæ erat, alia membranoſæ: Illa cavernulis plurimis prædira, utraque liquore purulento, plumbei coloris, repleta; Secundus, qui inferior, veſiculam repræſentabat, hydatidibus variis donatam. Continebant hæ, figura & magnitudine differentes. Lympham modo liquidam, modo viſcidiorem: quod vero ab hydatidibus liberum, limpidiſſimam exhibebat aquam: Tertius, qui anterior, variæ conditionis ſubſtantia conſtabat, molli imprimis ſpongioſaque, ejus ſiquidem exteriora ſpectentur: duriore vero cavernoſaque, ſi interiora cranio vicina: Lymphæ craſſioris inſignis hic occurrebat quanritas: Præter dicta notabile hic i. intra meningem tenuem & cerebrum Lymphæ pellucidæ tenaciſque inſignem conrentam fuiſſe copiam: ii. Eo loco quo auricula naruraliter ſitum obtinet, & excreſcentiam oſſeam, ſemicircularem & ſinum norabilem ſe exhibuiſſe, nullum vero ad anteriora auris tranſitum: iii. Circa tempora vas aliquod occurriſſe materia nigricante repletum: iv. Tumorum horum primum aliquot diebus antequam diſſecaretur cadaver, apertum ſubito fuiſſe, naturæ imprimis opera, magnamque Lymphæ copiam effluxiſſe, hæc affuſo aceto præcipitationis

ope

ope coagulum exhibuit coloris lactei; evaporatione vero leni gelatinoſam, aſt flaveſc tem magis materiam : Quæ res ſpeculationi illi anſam præbuit, Annon in Lymphâ i nutritionis noſtræ fundamentum conſtitui jure queat, Quod valde probabile videt & præter alia etiam *Pueri hujus ſumma Extabeſcentia* valde ſuadet. *Gerardus Blaſius Obſerv. med.* I.

§. 7. Iuvencula xvj. menſe feliciter peperit fœtum ſed debilem: Caput nucem jugl dem vix ſuperabat, Tumor vero capiti ſuperna parte adnatus erat, univerſo capite maj Mortuo infante Caput apertum, atque in ipſo cranio inventa exigua cerebri portio, qu pro cerebello habuit Chirurgus, In Tumore vero ſubſtantiam cerebro valde ſimilem *Bartholinus Cent.* 3. *hiſtor.* 51.

Observatio II.

Tumori, ſeu Sarcomati oculo dextro ſubnato, reſecto, aliud ſub oculo ſiniſtro ſucceſſit, E fungoſa & pituitoſa ſubſtantia conſtans utrumque, atque à dura meninge ortum ducens.

Puella quinque annos nata concrementum carneum Oculo dextro ſubnatum habu pugnum contractum æquans, à plerſque Chirurgis pro Carcinomate curatum : Ha meis manibus commiſſa tractanda, nulla propemodum habita medicamentorum fiduci Sarcoma reſecui ſimul & inuſſi, quod brevi coalitum eſt : 70. vero aut 80. à reſecto di Tumor ſublividus, inæqualis, indolens, tactui nonnihil cedens, multis undique circu venulis ſeptus, ſub oculi ſiniſtri palpebra ſubnatus eſt, qui paulatim adauctus, jam totu ſiniſtri lateris tempus, & auriculam, necnon cervicem late occupabat, quin & genan adeo ut os obſtrinxerit ad capiendam eſcam anguſtiſſime : Eodem ipſo tempore ex ac verſa parte ſimillimus huic tum figura tum colore, tum etiam progreſſus more modoqu erupit, quæ itidem tubercula maximam colli partem ſic obſederant, ut junctis vtriſqu operis cervicem humeris exæquaſſent, quod vitii complementum duorum cum ſemiſ menſium curriculo peractum eſt : Illud autem ſilentio non obducendum eſt, quantumv. tubera naturæ modos excederent, eam tamen puellæ patientiam fuiſſe ut nunquam fuer. de morbo conqueſta vel vagitibus moleſta : Tandem pridie Cal. Novembr. obiit.

Tubera hæc inſecta *Fungoſam* & pituitoſam, ſuo folliculo contectam *ſubſtantiam* nobi aperuerunt : Adhæc & aliud relatu dignum offenſum eſt, Cranium tractantibus nobis mirum foramen è timis calvariæ peramplum, à dura meninge ad tubercula iſta petens, pe quod ſcil. materia de cerebro ad tumores alendos tranſmitti fuerat conſueta : Poſtremur dictu mirum ad hæc cuncta erit, pedes utroſque puellæ negatos diremptoſque primordic alimento ſcil. amplo à ſuperioribus ad ſe rapto. *Nicol. Larcheus Med. Romanus ad M. Aur. Severinum in lib. de Abſceſſibus p. m.* 150.

SCHOLIA.

F*Ungoſam ſubſtantiam &c.*] Cujus origo fuit à meningum cerebri occulto vitio : Inde enim fungi plerumque pullulant, quanquam & aliis in partibus ſubnaſci notat *Sennertus* Epiſt. ad *Febriтum Hild.* Cent. 2. Obſerv. 36. Quod vero pedes utroſque puellæ defuiſſe narrat *Larcheus*, alimentumque ad ſuperiora raptum dicit, *Gliſſonii*, *Wartoni* & aliorum ſententiam firmare videtur, ſuccum nutritium ſuppeditare cerebrum quibuſdam partibus qui ad crura non tranſmiſſus, & in capite redundans extuberantiam illam produxerit : Cæterum Tumorum ejuſmodi cyſti concluſorum, ea eſt indole, ut ſ dum reſecantur vel fibrilla ſuperſit, poſt liminio renaſcantur, eoque magis ſi ad cancri naturam accedant, qui raro aliqua in parte demitur, quin in ali iterum germinet.

Observatio III.

Monſtroſus Menti Tumor, Steatomaticus, cui ulcus cavum & profundum adjunctum.

MEntum cuidam ſeni mulieri Bavaræ adeo excrevit, ut mediam ulnam Auguſtanam in longitudine & latitudine etiam adæquaret, duritie Scirrhum repræſentaret : Pars dextra Gingivarum increvit : & ex ore ad pugni, vel ovi anſerini magnitudinem excrevit: Qui Tumor ulcus cavum ac profundum habuit, ad medii digiti longitudinem, eo in loco ubi dens evulſus fuit : hoc cibus humidus & potus eo appellens formavit : Tumor Menti fuit durus & renitens, concolor & ſolum dolens ob pondus, at gingivarum laxior : In mento exulceratio nulla, niſi ubi ab adpellente attritum fuit : Excrevit tandem in ingentem molem, & oris introitum quaſi totum occupavit : Mors itaque lenta ſuperveniens doloribus eripuit.

Aperto Tumore in cadavere, caro nulla fuit viſa, putredo nulla, ſed quod excrevit ſteatomati, ſeu Nattæ Italorum, ſimile fuit, ſebum referens, Tota moles reſecta à corpore

pondebat

ndebat libras ſex ponderis Auguſtanorum, & quartam partem libræ, quod ſunt unciæ ntum. Diſſectus Tumor, ſpongioſum album erat quod acerevit, ſevum compactum re-ens, ut in abdomine & renibus boum videre eſt, ſine ulla humiditate: Cavum quod erat, lente exempto relictum, illud continebat quod ex potu & cibo eo declinavit, partes vero ıs nec erant humidæ, nec putredinem paſſæ ſunt.

SCHOLIA.

MOnſtroſum hunc Tumorem cur in numerum, Nattæ Italorum poſuerim, paucis expooam: etulit ægra ſenſim admodum Tumorem hunc ac-eviſſe, primordia ſumpſiſſe in ore: Cum enim pri-um ſenium ingreſſa, ſerviret quibuſdam Patritiis & ercatoribus io coëmendis variis, & majori onere rnis pondus ex macello portaret, ſenſit aliquid in ce diſtendi, ſeu, ac vulgariter pronuntiavit, rumpi, uod ob abſentiam doloris plane neglexit; Gingiva-ım itaque pars dextra luxuriare cœpit ac intumorem tolli: Intumuit & ſimul mentum, cujus cutis æqua-rer in latitudine & longitudine ita ab ſuccreſcente iſtenta fuit, ut intra annum monſtroſo tumore extu-eraret: Qui purus erat admodum ut ſcirrhum men-retur, eum tractare nolui, cum in nervoſis locis cirrhos tractatos in cancroſa degeneraſſe viderim lcera: Nec Chirurgus manum admovere voluit, qui negavit ſe toto curſu praxis ſuæ, qui fuit annorum xiv. talem tumorem conſpexiſſe: magna vero hæc noles, & monſtroſus Tumor menti, nullam læſit fa-cultatem, quamvis extuberans ex ore gingiva cibi ntroitum præpediret: Dolor nullus niſi à pundere: renitentia & durities ubi tangeres; ſola caro gingi-varum luxurians mollis erat, concolor, tamen ob diſtenſam cutem vaſorum divaricationes oculis ex-poſitæ erant: In exulcerata luxurie gingivæ fœtor ex aſſumptis.

Peccetius l. 1. c. 28. Nattam ex genere Tumorum ſteatomaticorum eſſe ſcribit, oriri que in omnibus corporis partibus, eandemque cum illis agnoſcere cauſam: Steatoma vero, Tumorem eſſe exprimentem ſaniem ſevo ſimilem, ob pituitoſum humorem ſenſim lenteque auctum, coadunatum & induratum, ſeu in ſubſtantiam ſevo ſimilem cuactum: Idem c. 25. Et hanc Nattam in noſtra ægra fuiſſe ſteatomatoſum tumo-rem ex Pauli deſcriptione l. 6. affirmare poſſumus, quia eius contentum ſevo ſimile fuit, Tumor ipſe du-rior, ac ad tactum renitens, fundum ſolidiorem ha-bens, maxime ubi adhæſit incurvationi maxillę: Aetius Tetrab. 4. l. 3. c. 8. Steatoma ait eſſe Tumorem adi-pem in ſe continentem, mole tuberum, concolorem & ad tactum lenem, in principio quidem puſillum ſed temporis progreſſu ampliatum: A meliceride & atheromate diſcerni tactus mollitie, quod videtur cum mente Pauli pugnare, qui ait dignoſci ſtea-toma à reliquis abſceſſibus, quod durior ſit illis & ad tactum renitens: Sed Aëtius mollitiem hanc re-ſpectu Strumæ potius intelligit quam atheromatis & meliceridis: In cauſa omnes Chirurgi conſentiunt, quod ab humore pituitoſo prodeat: Mihi videtur Platerus noſter propius accedere & veram cauſam aſſignare Tract. 3. c. 3. Vbi ſuccum nutrientem craſ-ſiorem horum abſceſſuum cauſam ponit, peccantem vel qualitate vel quantitate: Ut enim ejus ſymmetria ad alendas partes adprime conveniens eſt, ſic ejus ametria earum ſubſtantiam depravat: Natura ad-pulſum ſi quidem ſuccum cum diſcutere nequit, quia aut uberior aut corruptus, mutare aggreditur, in ſano corpore adpoſitione decenti, in ægro inde-centi: Humor itaque alibilis, ſeu nutrimentum hoc adpulſum, vel adhæret, vel adnaſcitur, vel innaſ-citur parti, quare ipſa incrementum ſumit, non diſ-ſimile ſibi ipſi colore, cum ille qui apponitur ſuccus ſit familiaris, & ſimilis illi parti cui apponitur, & quaſi alimentum, ſæpius ſola copia luxurians, affe-rens ſecum mollitiem aut duritiem; ſuccus ſi quidem hic eſt alimentum tertiæ coctionis ſoboles, cujus peccatum nullum aliud quam quod craſſius eſt, aut tenuius, aut copioſius: Noſtræ ægræ ideo album erat, & craſſum ac durum, quod alimentum hoc futu-rum luxuriabat circa nervoſas & oſſeas partes, illa-rumque futurum alimentum erat, unde & membra-næ ex eo generatæ ſunt, quibus humor incluſus co-hærebat: In ſcirrhum non abiit, quia calor coquens harum partium fuit in alimentum, ut ſic loquar, ad-poſitus non induratus, qualis ad ſcirrhi perfectio-nem requiritur: quare ex adpulſo quotidie alimento in molem excrevit pars: & quia ſuccus familiaris fuit, qui ſenſim, non ἀθρόως in illum locum fluxit, indolens manſit: Recte porro nos non manum ad-hibuiſſe docemur illo Peccetii l. 1. c. 28. Natta, quæ vaſis eſt implicata, nullo pacto attingi debet propter periculum quod ſanguinis hæmorrhagiæ ineſt: Me-mini me in Italia in quodam ordinis S. Franciſci in collo Nattam exini vidiſſe, quam magna hæmor-rhagia, hinc mors excepit: Nos non hujus cauſa, ſed quia à nervoſis partibus non pendula fuit, ſed ita firmiter adhæſit ut ipſum mentum eſſe videretur: Spaſmum itaque & calumniam declinare decre-vimus. *Hæchſtetterus caſu vij Decade vj.*

OBSERVATIO IV.

Tumor Collo *ad natus, cum brachii intumeſcentia, à copioſa pinguedine & ſero inter muſculos. 1. Tumor affixus aſperæ arteriæ per totum collum radicibus diffuſus. 2. Tumor circa laryngem à Ductu ſalivali devio. 3. Infra* mentum *durus, ab obitu evaneſcens. 4.*

§. 1. VBi ſanguis ſulphuris ſui & ſalis legitima proportione orbatur, facilis eſt putredo, aut vermibus apta corruptio, & ſuccorum benignorum degeneratio, quæ ſæpe in generationem copioſæ pinguedinis, ſive caſeum, ſive lardum, ſive aliud quid mentiatur, faceſſere poteſt: Conſpectiſſimum id erat 1670. in Noſodochio Argentinenſi, ubi exente-ravimus puerum, cujus collo, ſupra axillam ſiniſtram, ingens Tumor accreverat, cujus, ſeparato bino involucro, cutaneo & proprio, ſubſtantia ſteatoma verum erat, pondus li-brarum v. civilium: Brachium ejuſdem lateris admodum cum manu totum, æqualiter intu-muit

muiti; diſſectum copioſiſſimam infra cutem exhibuit pinguedinem, effluente copioſiſſi aqua ex muſculorum interſtitiis: Omne vero reliquum corpus macies exederat: aſci abdomen. *Ioh. Val. Willius in Actis med. Thom. Bartholini anno 74. & 75. & 76. p. 134.*

§. 2. Viduæ N. Succrevit paulatim Tumor inſidens firmiter lateri aſperæ arteriæ:. inſtar carcinomatis repertus eſt, radicibus diffuſus per quamcunque colli partem *Lib. 3. de Deglutitione læſa.*

§. 3. Quos Ductus Salivales curioſa D. D. Nic. Stenonis ſæculo noſtro manifeſtavit . duſtria, mihi in Vitulo dierum xiv. perſcrutanti, quod in eo ſeſe animali clarius quam homine oſtendant, quiddam occurrit quod obſervaſſe non pigebit Chirurgos, dum a quando circa Tumorum expugnandorum contumaciam nequicquam ſuam ludunt op ram: Deflexerat enim Ductus ille (cujus radices Parotis conglomerata, quique oſtiu ſuum in buccis reperiens, ibi ſe exonerat) verſus laryngem, ibique humoris ſui, qui o excipi ſolet, exitum non inveniens, Tumorem ingentem excitaverat, lentamateria redu dantem: Annon hæc Fiſtularum, ad ſtuporem perpetuos uſque humores ſuppeditantiu ut cauſa dici, ita ex eadem poſſet inveniri via eaſdem facilius perſanandi. *Theodorus Kerkringius Obſervationum Anatomit. Lxviij.*

§. 4. Ianus N. Phthiſicus obiit, (*Vide lib. 2. Tit. de Phthiſi*) Ante ſemeſtre ſpatium obort tumor infra mentum durus, quo impedita fuit ſolidorum deglutitio &c. In aſpera arter nihil heterogeneum viſum, nec ullum iſtius tumoris veſtigium, unde veroſimile eſt à ſi tibus fuiſſe excitatum.

Observatio V.

Bronchoceles *varia materia.* 1. 2. 3. 4. 5. 6.

§. 1. GOngrona vox ab Hippocr. uſurpatur 6. Epid. 3. 14. & *Bronchocelen* ſignificat Latin *Herniam Gutturis*, Tumor eſt Gutturi & collo innatus, à Græca voce γόγγρο proprie ſignificans eminentiam aut appendicem rotundam arborum truncis innaſcentem à *Plinio* l. 17. c. 24. dicitur *Fungus*, *Clavus*, *Patella*: *Theophraſto* 1. hiſt. plant. c. 13. olivæ vitium eſt à Sole exuſtæ: Affectus mulieribus familiaris, prout à nobis de aneuryſmate dictum Bronchoceles autem vox generica eſt, multas ſub ſe complectens ſpecies & differentias Aliquæ enim ad melicerides accedunt, aliæ ad ſteatomata, aliæ ad atheromata: Aneuryſmatis quædam ſoboles ſunt: In quibuſdam reperta caro ſtupida, i. e. dolore carens, vel parvum inducens: Suum unaquæque ſignum dat, & an curationem admittat vel ſecus: aliæ parvæ ſunt, aliæ magnæ colli anticam partem totam obtegentes; quædam cyſti carent, aliæ habent: Quæ curationis capaces ſunt aperiri debent cauterio actuali vel potentiali, aut ſcalpello, atque ſimul & ſemel exempto corpore extraneo ibi concluſo: Niſi licet, repetitis vicibus auferatur, ulcere poſtmodum ex arte curato & ad cicatricem deducto: *Paréu operum lib. viij cap. IX.*

SCHOLIA.

BRonchocele eſt Tumor collivicinus laryngi, qui originem habet ab humore ibi collecto, vel à glandula thyroidis cartilaginis productiore, quæ ſarcoma producit: vel eſt abſceſſus ex atheromate aut ſteatomate, vel hydrops; Bronchocele, non ut pleriſque viſum eſt, ex immodicis clamoribus, aut ex potu aquæ ex liquefactis nivibus, quæ Alpinis aliiſque montanis in uſu eſt, ſed ex craſſa lentaque pituita, quæ eo ſenſim è capite, ejuſque partibus externis per auris poſteriora devolvitur ex *Fernelio*: Dubitare licet an materia contineatur inter muſculum latum & cutem: an ſub muſculo lato tota ſit abſcondita: nam ibi collecta materia non poteſt extrahi quia ſpatiis muſculorum inſinuata: Si extra pateat poterit ſanari & eradicari: A flatu ſolet incipere, qui diſtendit ſeparatque cutem à membrana carnoſa, vel ipſe muſculus latus à ſubjectis partibus ſeparatus: In iſtud ſpatium ſenſim fluit materia, pro cujuſque temperamento & conſtitutione varia: Senſim accreſcit & nutritur non per venas ſed per tubulos quos natura creavit. *Ioh. Riolanus Enchirid. Anat. lib. 4. cap. 7.*

§. 2. Anno 1626. Bronchocele in opifice inauratore anteriorem totam colli partem apprehenderat, alto plus quatuor digitos tumore: qui aneuryſma eſt exiſtimatus à compluribus, propterea quod ſub eo, vivente homine perſentiretur pulſatio non exilis: Nihilominus id equidem retuli ad jugulares arterias, quatum ex ſui met compreſſione neceſſarius erat ſenſus: Reperta eſt cyſtis ſanguineæ prope membranæ, quæ amplo veluti ſucco ab externa facie ad uſque tracheam arteriam ab ea compreſſam extendebatur: Intus laminulæ veluti ſanguinea concrementa, & carnes pulmonis atrioris ſubſtantiam referentes, univerſam loci amplitudinem complebant, niſi quod ſuperne concretus humor flavidior, gelatinam vulgarem propemodum referens, exiſtebat: Diſces nunc noſtro parergo corollarium quod eſt, Non injuria quidem magiſtro Inauratori productum iſtiuſmodi vitium, quod genus opificum *I. Langius* judicio miro, ſubjectum eſt bronchocelis viroſo argenti vivi contagio. *Idem ibidem p. 169.*

§. 3. Ac

§. 3. At Bronchocelæ quæ multifidæ ſunt, glandulas continent prærubras & præduras: ales enim viſæ in puella Parthenophylacii D. Mariæ, per nos ſecta. *Idem Ibid.*

§. 4. Homo ſub-Alpinus Bronchocelem prævaſtam multos annos cum angore paſſus, ndem ab ea ſtrangulatus oppetiit: Quam nos vitiatam partem, grumos ingentes ſanguiis undique circumfuſos, cum adnatis quibuſdam carunculis offendimus: Porro ſunt mea uidem opinione Bronchocelæ pleræque cum ſuper-vomitu vaſorum impenſe dilatatorum omplexæ. *Idem ibid. p.* 172.

§. 5. A pueritia deturpabat Bronchocele collum *Petronellæ Deſinod*, ancillæ meæ, quæ hthiſica obiit anno 1660. cum hydrope pectoris & abdominis: Invaleſcente morbo, colli umor augmentum ſumebat, ut ad pectoris anguſtiam accederet tracheæ arteriæ compreſſio ab illo tumore, hinc reſpirandi ſumma difficultas.

Ea defuncta cadaver aperiri juſſi & Bronchocelen diſſecari, quæ nihil aliud erat quam ngens glandula albeſcens, pure undique ſcatens & imbuta, illi omnino ſimili quod Pulmonum ſubſtantia continebat. *Ex obſervat. propriis.*

§. 6. Bronchocele, teſte *I. Langio Epiſt. lib.* 1. 43. *Tumor eſt* pendulus circa guttur, à bocii entroſi poculi ſimilitudine (bocium appellatum) Inter cutem & aſperam arteriam, authore *Celſo* increſcit, in quo modo caro pituitoſa, modo humor aliquis melli, adipi aut pulri ſimiis membranulæ includitur: Pro humoris tum calore tum concretione, & caloris magnitudine, temporiſque ſpatio aliæ atque aliæ formæ, in aliis & diverſis abſceſſibus fiunt, nempe duræ, molles, liquidæ, rubræ, flavæ, albæ; craſſam enim materiam in duritiem temporis proceſſu cogit calor vehemens: quæ ſi nigra ſit carbonis ſpeciem repræſentabit: Mediocrem vero calor mediocris in pus mutabit, liquidam digeret: Hæc quidem communi omnium ſententia Bronchoceles eſt materia, Verum ego quæ compererim in reſectis compluribus defunctorum Bronchocelis referam: *Anno* 1625. *E ſecta Bronchocele cadaveris, educta ſtruma* libræ unius pondo, quæ ſic adſtricta gutturis venis, ut mirum quomodo fuerit avulſa, *Tempora huic homini preſſa*, atque invicem adducta, ſic ut confirmaret apertè iudicium Phyſiognomorum noſtrorum: qui temporum anguſtiam naturalem ſtrumarum effectricem ponunt. *M. Aur. Severinus lib. de Abſceſſibus reconditis p.* 168.

SCHOLIA.

T*Empora huic homini preſſa.*] Ad mali productionem confert prava capitis conſtitutio: Nimium cum exiſtente magna capitis prominentia poſtea, deeſt antica, cum *compreſſis temporum lateribus* ac ſincipite; quibus meatibus coarctatis, cum non habeat effluxum humor per tranſitus & emiſſaria anteriora, recurrere cogitur in poſteriora, & ad glandulam pituitariam, unde vitium in fauces traducitur demum: Adhæc eſt debilitas capitis nativæ his præſertim pueris quibus diu manſerunt inconfuſæ ſuturæ, & incommiſſæ commiſſuræ. *Severinus Tract. de Pædanchone. partis.* 3.

OBSERVATIO VI.

Strumæ *ſuffocationem afferentes, ad ſtomachum, pulmones, meſenterium diffuſæ.* 1. 2. *Strumarum inſignium collum obſidentium anatome.* 3. *Strumarum pertinacia pendet à ſeminario ſubtus deliteſcente.* 4. *Magnæ in colli ambitu, ſub axilla ſiniſtra, ortæ ab internis Pancreatis &c.* 5. *Struma ingens ſub inferiore maxilla, à Iecore iis infecto pendens.* 6. *Strumarum Anatome* 7. *A faucibus ad os uſque pubis exporrectæ.* 8. *Strumæ per totum diffuſæ.* 9.

§. 1. JUvenis ſtrumis, quæ gulam aſperamque arteriam ſimul adeo compreſſerant, ut neque potus vel ipſe aër tranſire poſſet, intermoritur: Diſſecto cadavere, repertæ fuerunt n orificio ſtomachi, pulmonibus, omento, meſenterio, pancreate, ipſis inteſtinis & circa veſicæ collum. *Nicolaus Fontanus Reſponſ. & cur. Med. pag.* 66.

§. 2. Iuvenis 14. Decembr. 1656. univerſum collum ſtrumis obſitum habuit Amſtelodami, Cujus cadavere aperto meſenterium univerſum ſtrumis inventum & viſcera pectoris repleta. *Henricus Roonhuſius Obſervat. Chir. Belgic. part.* 2. *p.* 167.

SCHOLIA.

IUnguntur nonnunquam in uno corpore diverſis in locis ſcrofulæ, ſed non credo dependentiam: ſtrumoſos eſſe ſano meſenterio contra *Riolanum* olim defendi: Ex inventis novis lux non pauca affulget, quam veteres ignorarunt, Lacteæ enim thoracicæ in meſenterio exortæ colli venas ingrediuntur: An autem immediatè chylum ſuum glandulis colli infundant, dubito: Mediate vero id fieri per circulum non equidem negaverim, ſed tum non magis ſtrumæ in collo enatæ a meſenterio dependent, quam in reliquis partibus quæ ſucco nutriuntur: A jugularibus autem lymphaticis ortum & incrementum ſcrofularum colli majore ſpecie veri deducit Doct. Iac. Henr. Paulli. *Bartholinus.*

§. 3. Teſtor me in cadaveribus eorum quos ſtrumæ in partibus exterioribus fœdabant, reperiſſe plurimos tumores ſtrumoſos in meſenterio, alios magnitudine nucis iuglandis, alios avellanæ, piſi, imo pugni molem æquantes, materia gypſea vel purulenta refertos. *A. Paræi Operum lib.* 7. *c.* 21.

§. 3. Nobili

§. 3. Nobilis Auſtriaco adoleſcenti, aliquandiu in Galliis verſanti cœperunt ſcrofulæ i ambitu colli naſci, nec ſolum illic, ſed & ſub axillis glandulæ intumeſcere atque indurari, ut & exiguæ in pectore, dorſo ſub cute ſe patefacere, augebanturque illæ in collo in dies, Et licet Medicorum opera uteretur, nullus tamen inde ſucceſſus ſequebatur: Martio menſe anni 1670. cum priora parum profeciſſent, ad fortiora progreſſi *unguento ex hydrargyro eum inunxerunt*, unde expuitio frequens & copioſa ſubſequuta, cœperuntque grandiores ſcrofulæ nonnihil detumeſcere, ſed mox iterum ceſſante ſpuitione augeri: Emplaſtrum de *Vigo* fuit appoſitum, additis variis emollientibus: Tandem majoribus & eminentioribus ſtrumis, cataplaſmata, ut ſi fieri poſſet ſuppurarentur, impoſita fuerunt: diu hæc ſed ſine fructu uſurpata: bona interea victus ratione uſus, atque Diæta, ut vocant, cum uſu decocti Guajaci ad ſudores movendos ad multos dies: Cauterium in utroque brachio inuſtum, aſſumptis itidem quæ defluxiones caverent cerebrum ſiccando: Cum nulla ſpes, eum ad thermas ſulphureas ablegarunt. Verum huc Baſileam veniens menſe Iulio, meum quoque conſilium audire voluit: Cum itaque horrendum illum affectum inſpicerem, multaſque glandulas duriſſimas, ab utraque aure ad thoracem uſque univerſum collum occupaſſe, adeoque impleviſſe, ut caput veluti collo duplo ampliori inſertum appareret, præter alias glandulas ſub axillis ſatis magnas, atque parvas quaſdam ſub cute in thorace hinc inde prominentes, exiguam aut nullam curationis ſpem conſpiciens, ſuaſi ut in patriam thermarum illarum ſulfurearum, quas Medici Lugdunenſes ſuaſerant, utendarum cauſa proficiſceretur: Verum cum & apud nos in Helvetia vicinæ tales haberentur thermæ, maluit illis eo loco uti: quare eo profectus, & ſeptem ſeptimanarum ſpatio eas bibiſſet, denuo huc rediit nihilomelius ſe habens, niſi quod iuxta dextram aurem tuberculum lividum ſupra tumorem eruperat, & iuxta ſiniſtram protuberantia magna, tumorque duriſſimus colli anteriora premens deglutitioni & reſpirationi impedimentum magnum afferebat: Miſericordia motus, volui adhuc quædam experiri ex efficacioribus, nam ſectionem aut uſtionem in tam magna mole, locoque nobiliore, ob colli venas majores ſuadere neutiquá potui: Adhibui itaq; emplaſtra ex cranio uſto, luto fornacum uſto, ebore foſſili, additis gummatis multis & melle ſcyllitico, ſulfure trito aliiſque efficacioribus, unde videbatur tumor aliquo in loco leviter minui, ſed mox iterum increſcere: Tuberculum quoque illud prope aurem dextram, nucis inſtar adauctum, tandem cuticula abraſa ſanguinem emittebat, & medulloſa materia ex eo prodibat unde tamen non ſubſidebat: dein etiam in medio tumoris enaſcebatur oblonga caro dura extuberans, qualis in cancro prodire ſolet, adeo ut *Scrofulas aliquas in Cancrum degeneraſſe crediderim.* Hiſce peractis, cœperunt pedes admodum tumere, atque difficultate ſpirandi & deglutiendi maxime angi, donec 20. Octobris ſubito, accedente quadam defluxione, ſuffocatus ſicque extinctus fuerit.

Sectione facta per longitudinem colli, tribus in locis trium digitorum profunditate, antequam muſculi conſpicerentur, latera vulnerum, ſicuti porcis indorſo apertis lardum ſpiſſum, album, ſic & hic alba ſpiſſa, craſſa apparuerunt: in quibus undique toto ductu glandulæ nunc parvæ, piſi, nunc majores fabæ inſtar, ſed mutuo ſibi cohærentes, & totam illam albam, mucoſam ſedem, undique opplentes, deprehenſæ fuerunt, quas ſane remediis abſumere uti fuiſſet impoſſibile, ita ſectione eas eximere, ob mortis periculum, inconſultum. *F. Platerus. Obſervat. lib. iij. pag. 693.*

SCHOLIA.

ORiuntur Strumæ ex humore craſſo & lento, quem vulgo pituitoſum eſſe ſtatuunt cui interdum etiam melancholicus admiſcetur: *Platerus* tamen non ſine cauſa hic monet non ſatis rectè vulgo ſtatui ex ſola pituita aut melancholia hos glandularum tumores deduci: Et his enim ſi ſtrumæ, & ejuſmodi tumores alii ortum haberent, non tam diuturni eſſent, ſed putredini & corruptioni obnoxii, & in pus mutarentur, ut alii ex humoribus ſimpliciter excrementitiis orti tumores, ipſe vero è ſucco nutriente hos tumores oriri ſtatuit: cum enim Glandulæ quum aliæ carnes craſſiore ſucco nutriantur, ſi is quantitate & qualitate moderatus ſit, eas in ſuo naturali ſtatu conſervat: Si vero qualitate, & imprimis quantitate excedat, tumores varii excitantur: Etenim ſi aliquid humorum plane excrementitiorum admiſceatur, tumores ejuſmodi citius in abſceſſum abeunt: Si vero ſuccus ille nutriens ſolus ſit, ſed copioſior quam ut parti omnis apponi poſſit, in ejuſmodi tumores degenerat: naturaliter enim talis humoris non plus in corpore generari debet quam ut partibus illis nutriendis ſufficiat: Si vero plus eius generetur, talium tumorum cauſa eſt: natura enim ut vitioſos humores alios ad alias partes protrudit, ut in ſcabie, eryſipelate, bubonibus, &c. videre eſt, ita etiam quod in alimento eſt ignobilius non partibus nobilibus apponit, ſed glandibus, unguibus, capillis, quapropter, etiam ſi talis ignobilis, fęculenti & craſſi alimenti plus generetur, natura rectè agens ad illas partes cum quibus habet convenientiam, glandulas ſcil. protrudit, ex quo proinde etiam carnem, aut carni quid ſimile generare tentat: unde etiam author Defin. medic. Strumas dicit carnem ſiccam: & *Aëtius* ex *Leonida*, carnem ſubalbeſcentē facile augeſcentem: Et quidem peculiari membrana Strumæ includuntur, quæ & ipſa a facultate formatrice, quæ omnibus partibus viventibus inſita & nunquam otioſa eſt, producitur: Dum enim ab humore affluente ſuperfluo membrana diſtendi-

ır, & forſan etiam rumpitur natura novæ quaſi ıembranæ texturam aggreditur *Sennertus Pract. lib. part. 1. cap. 25.*

Vnguente ex hydrargyro eum inunxerunt) Strumas unus alexicacos Hercules vincit & opprimit: ınat autem profuſa per os maligna pituita quæ in apire redundabat, illincque in ſubjectas partes dilaens illarum cauſa fuerat: *Ballonius conſ. 34. lib. 3. De ſalivatione artificiali vide Rolfinccium meth. ſpec.* .589.

Scrofulas aliquas in cancrum degeneraſſe] Quidam rtis periti in Chœradum cognitione & curatione vacillarunt, à pituita illas naſci putant, & ad calfacientia & ſiccantia recurrunt; item ad hidrotica calfacientia, hinc in malum cancrum fit converſio & tranſitus, dum illa pituita incaleſcit plus æquo & exaſperatur: At, ut ex *Platone* notat *Galeous*, pituita non quævis nocet, ſed ſalſa aut acida: ſalſa eſt atræ bilis ſoboles & affinis: hinc quibus in facie gutta eſt roſacea, in iis chæradum & cancrorum eſt ſeminarium, Sic gravis error committitur in uſu calfacientium remediorum, & antiquitas prudentius præſcripſit ſerum lactis, aſinæ lac, ſyrupun Regis Saporis: *Idem conſilio. lib.* 1.

§. 4. Variæ ſunt Strumarum ſpecies ſive à loco ſive à materia: Externæ diu ſunt innotiæ, ſed internæ brevi periculoſæ: fiunt autem vel ex pituita ſola, vel permixta cum ſanguine aut atra bile: quorum humorum concurſus, ſi quidem exſiccetur à præaſſante eſtu, producitur n[illegible]quam in ſtrumis vel gypſum vel verus calculus: Struma à ſanguine ıc pituita, vertit[illegible]acile in pus: ſed eo quæ non tendit, elice illam cum involucro cui includitur, ſed potius conjunctim quam ſegregatim: Cavendum enixe ne quæ remaneant reliquiæ, quas tamen tolles deinceps pulvere mercurii præcipitati, caute illis inſperſo: Sed maxima maleſtia erit à ſeminibus ſub qualibet ſtruma clanculum deliteſcentibus, quæ licet mole ſint exilia, neque multum diſcrepantia à forma ſeminum lupinorum, producunt tamen pernitioſiſſimam inexpugnabilium ſtrumarum ſegetem: *Semina* autem *hæc* obtulit nobis aliquando orphanotrophium publicum, in collo puellæ ab hoc morbo ſuffocatæ: Erant vero hæc adeo frequentia, ut non quina aut ſena, ſed interdum dena vel vicena occurrerent in eodem loco: ſed eo ſemper ordine ut majora incumberent minoribus, declinante ſenſim uſque eo ipſorum magnitudine, ut tandem vix æquarent ſemen ſeſaminum, incluſa nihilominus qualibet ſua tunica & apta producere majorem ſtrumam: Manentibus itaque his ſeminibus, repullulant continenter eadem ſtrumarum germina. *N. Tulpius obſervat. lib. 1. cap. 46.*

SCHOLIA.

Semina autem hæc) *Riolanus* Encheir. Anat. l. 2. 18. In meſenterii glandulis ſedem & radicem ponit omnium ſtrumarum in corpore, eaſque nunquam foras erumpere *ait* niſi Meſenterium fuerit ſtrumoſum: quod veroſimile non videtur Excell. *Th. Bartholino Anat. Reform.* lib. 1. cap. 20. quia 1. ut remotæ cauſæ eſſe poſſunt & per accidens. 2. inter ſtrumas capitis & meſenterii glandulas nulla communio. 3. plures ſunt ſtrumoſi qui ſanas habent glandulas. 4. Omnes forent ſtrumoſi, quia in omnibus hæ glandulę. 5. Sub-Alpini ſtrumoſi aliam meſenterii conformationem haberent. 6. *Strumæ* à quovis humore cujuſcunque regionis implentur: Nota vero *Riolanum* non abſolutè diſcere, Strumas in collo emergere niſi affectum ſit meſenterium, ſed cum adjectione Magno numero: Excell. *Bartholinus* tamen detectis lacteis Thoracicis, cap. 3. in Dubiis, Meſenterii ſympathiam cum collo agnoſcit & axillis per tubulos lacteos, ob quam præſertim circa jugularem externam emergant ejuſmodi tumores, quia proximior eſt inſertioni lacteorum ramorum.

§. 5. Puella Leodienſis ann. 14. cum diu Strumis multis, magnis & hinc inde ſuppuratis atque exulceratis in colli ambitu, & ſub axilla ſiniſtra laboraſſet, tandem 28. Octobris 1638. extrema macie conſumpta obiit.

Aperto cadavere plurima notatu digna in abdomine, thorace capiteque deprehendimus: Etenim, præterquam quod abdomen & thoracis pars dextra citrini coloris aqua repleta eſſent, ipſum quoque pericardium tanta ejuſdem aquæ, ſed paulo candidioris copia turgebat, ut ad ſcalpelli ictum cum impetu proſiliret: Siniſtra autem thoracis pars aquæ expers omnino erat: Auricula cordis dextra tumida in ſuo ſinu humorem continebat viſcidum flaveſcentem: Cordis vero viſcus lividum, duriuſculum exſuccum ac exhauſtum erat: Iecur paſſim fibrillis membraneis diaphragmati, peritonæo, ventriculo, & immediate ſuo parenchymate, cartilagini enſiformi annectebatur, & in ſiniſtrum uſque hypochondrium ſe ſupra ventriculum extendens arctiſſime Lieni adnatum erat: Lien ſolito major longiorque ad renem ſiniſtrum uſque ſe demittebat, & cum ejus membrana adipoſa firmiter coaluerat: Meſenterium, Omentum, Pancreas, innumeris magnitudinis notabilis Strumis ſcatebant: Imo ipſi peritonæo, diaphragmati, mediaſtino, vterique ligamentis plures inſederant, aliæ quidem caſtaneæ, aliæ nucis avellanæ, alię ciceris magnitudine: Ad orificium ventriculi ſuperius duas notavimus, glandis quercinæ magnitudine & effigie, Trunco venæ Portæ una magna admodum incumbebat: Iecur, Lien Pulmo, præter Strumas majuſculas quas hinc inde obtinebant, tota interius exteriuſque quaſi grandine conſperſa erant, multæ etiam, milii coriandrique grana vix ſuperantes, in inteſtinorum tunicis conſpici poterant, ut & in ſingulis renibus hujuſmodi minuta unita: In duræ meningis parte dextra unam quoq; ipſi

piſi magnitudine reperimus, quę cranii interiori tabulæ adhæferat,& in ea catiei rudime menta excitarat: In cetebri ventriculis & baſi aqua copioſa erat, ipſa ſubſtantia alias ſa firma: Quaſcunque autem alibi Strumas diſſecaremus, eæ eandem prorſus materiam cu illis continebant quæ in collo & ſub axilla jam ſuppurari & exulcerari cœperant: Erat a tem illa ſeroſa & uberi vacino ovillove non abſimilis,in una quidem magis alba, in alia f veſcens magis. *O. Heurnius obſerv.x.*

§.6. Retulit mihi *D. Regemorterus*,ſe in aperto cadavere viri cujuſdam (qui per aliquot a nos ingenti Struma,juxta imam inferioris maxillæ regionem laborаverat) reperiſſe Hep intus foriſque innumeris glandulis,piſi fabæq; magnitudine, refertiſſimum: Eædem trar verſim ſectæ,nihil proſus humoris effundebant, verum ex gypſea quadam pituita comp ſitæ in figuram ſubſtantiamque adenibus perſimilem condenſabantur: Indeque Hepar ingentem molem,atque immane pondus excrevit,adeo ut duplo majus,triploque gravi ſolito conſpiceretur *Franc.Gliſſon Anatom.Hepatis cap.vij.*

§.7. Anno 1663. die 22. Iunii *Cl.Sylvius* in Noſocomio Leydenſi ſecuit Saram Ianſen,2 circiter annorum,Virginem,in cujus cadavere occurrebant, (*Vide lib.2.Tit.de Reſpiratione læſa*) Glandulæ plures notabiles in Meſenterio: Ex Glandulis colli Conglobatis diſſect & preſſis albicans quædam materia pultacea & veluri gypſea erumpebat: Conglomerat vero vicinæ nihil mali erant paſſæ, Ex glandulis meſenterii diſſectis plane ſimilis materi exprimebatur.

SCHOLIA.

Nonniſi emollientibus ſingularibus gypſeam illam glandularum materiam emolliri poſſe aiebat: Quærenda putabat ejuſmodi remedia quæ non tantum emolliant ſed materiam magis fluxilem reddant, ſcroſulariam, ſquillam & ex ea patata medicamenta, ut & gummata, galbanum, ſagapenum ammoniacum, &c. commendabat. *Ex Obſervationibus D. Ioh. Henrici Brechſfeld Medici Dan. In Actis medicis Th. Bartholini anni 1673. Obſervat. xvj.*

§. 8. Scrofulæ ſuot Tumores p. n. glandularum colli, propria tunica contenti: *Parte affectæ ſunt Glandulæ conglomeratæ colli,Salivales* hodie dictæ: Cauſa, Glandularum totiu corporis munus (quod certiſſimum eſſe puto) eſt Lympham tranſcolare: Neceſſe eſt erg Lymphā craſſiorē hujus affectus eſſe cauſam,unde illarum primo durities,poſtea ſenſim ac creſcens,pertinaxque tumor: Interdum mobiles ſunt, interdum oſſibus adhærent: Inter dum Glandula ſalivalis inferior, interdum & ſuperior afficitur: Interdum hæreditariæ ſunt interdum epidemicæ: Oſſibus adhærentes fere incurabiles: In hiſce non utor niſi cura pal liativa,ut & in illis quæ in cancrum vergunt atque dolent: Indicationes curativæ,Lympha craſſa incidenda,temperanda,vacuanda: Glandulæ emolliendæ,humor,ſi præeſt,diſcutien dus vel maturandus, & tandem eſchatoticis, ubi aliter fieri nequit, abſumendus: Virgo bilioſa,macra, ſcrofulis multiplicibus vexata, fatis ceſſit,febre continua illam emaciante, h. e. hectica.

Aperto cadavere reperimus mille ultra glandulas, majores, minores, à faucibus ad os pubis uſque: Ejuſdem erant coloris,flavi ſeil. quem aperta cute oculis noſtris obiiciebant Scrofulæ in collo. *Barbette prax.l.2.c.2.*

SCHOLIA.

Scrofulæ ſunt Tumores p.n.&c.] Glandulæ dividuntur in ſanas & *Morboſas*: Morboſæ in *Penſiles*, Concatenatas & *Late Connexas Penſiles* ſunt Polypus,Glandulæ in inguine,Bronchocele, Sarcocele.*Concatenatæ*, quaſi catena globulorum, ab auriculis per colli longitudinem ad claviculas deſcendunt,& majores eѕoriuntur in pueris rachitide laborantibus,in ſtrumoſis,& in corporibus obſtructis & cachecticis: *Late Connexæ* generali nomine. *Scrofularum* veniunt, ac in duo genera dividi poſſe videntur,Earū enim aliæ perpetuo augentur,aliæ modo minuuntur,modo ſtabiles permanēt,modo de loco in locū transferuntur: Illæ generali nomine Scrofularū apud authores veniunt:Hæ appellätur ut plurimū generali nomine *Strumarum*,quas Reges Anglię atque Galliæ ſolo attactu mederi vulgo creditum eſt: Vt vero lucidius hæ ſpecies ab invicem diſcriminentur,hic ſigna nonnulla diſtinctiva afferam.1.Scrofula mollior eſt, Struma durior: Illa pallidior,& frequenter ejuſdem coloris cum cute,hæc è rubro livеſcit:Si vero aliquando contingat Scrofulas rubeſcere, color floridior eſt minuſque lividus: Porro ſcrofula mollior eſt,& ut plurimum minus profunda: Struma immobilior profundiorque, Item altius in tumorem attollitur Scrofula, Struma magis compreſſa jacet: Acutius quoque hæc ſentit & dolet, Scrophula eſt ſtupidior: Ad hæc racematim frequentius creſcit,rarius Struma.

Tumores p.n.glandularum colli propria tunica contenti] *Warthon Adenogr.cap.*40. *Scrofularum à Strumis* diſtinctione facta, utrarumque generationem tradit, Scrofulæ, *inquit*, perpetuo augentur, & ad ingentem magnitudinem excreſcunt, nempe ad xxx.librarum pondo & amplius: Verum præter glandulоſas carnes,habent quaſi in cyſtulis varii generis ſuccos congeſtos,qui earum molem plurimum adaugent: credibile eſt hoſce ſuccos concretos excrementa quædam eſſe rejecta à carne glanduloſa in ejus nutritione: carent enim hæ glandulæ vaſis cujuſvis generis excretoriis, & propterea neceſſe habent ex-

rementa ſua in cyſtas, in ſubſtantia earum efforma- as, congerere, Quæ una ratio eſt cur in tantum mo- em excreſcant: Altera eſſe poteſt, quod earum venæ nproportionatæ videantur earundem arteriis: hinc nim ſanguis per arterias effuſus copioſior eſt quam s qui per venas reducitur, unde neceſſario fit ut eæ- lem in dies augeantur, Accedit quod nervus earum glandularum perquam exiguus eſt, uti ex ſenſu earum obtuſo videre eſt: Si enim illas (cutaneis partibus orius diſſectis) aculeis pungas, dolorem vix perci- piunt, Cum ergo exiles adeo nervos habeant, certum eſt incrementum ab arteriis potiſſimum accedere, nervoſque ſuperfluæ materiæ vel auferendæ, vel in alias ſedes transferendæ impares eſſe.

Poſterioris generis tumores, qui à nobis ſpecialiter *Strumæ* dicuntur, non perpetuo augentur, ſed modo creſcunt modo minuuntur, tandemque eva- neſcunt, modo ſtabiles permanent, modo à parte ad partem transferuntur: Hæ Strumæ *vaſe Reductorio* magis proportionato gaudent, eoque potiſſimum no- mine à priore genere diſcriminantur: Cujuſnam au- tem generis vaſe id fieri putandum eſt? Profecto præter arterias, venas & nervos nullum illic aliud ad- huc eſt repertum: Videntur utcunque venas obtine- re ſuis arteriis proportionatas magis quam in Scro- phulis fieri diximus, quæ cauſa eſt cur non perpetuo augeantur, Venæ enim tantundem reportare poſſunt quantum arteriæ affundere, niſi forte contingat San- guinem per ſtrumæ ſubſtantiam tranſiturum impe- diri, quo caſu Strumæ quoque continuo augentur, ni- mirum donec vel indurentur in ſcirrhum, vel liber ſanguini tranſitus per earum ſubſtantiam iterum con- cedatur, poſtquam enim induratæ fuerint, nequeunt amplius ſanguinem ab arteriis recipere, nec ſe ulte- rius diſtendi patiuntur: conceſſo autem ſanguini li- bero tranſitu, quantum illius ab arteriis allatum eſt, tantundem pariter à venis regeritur, adeoque aug- mentum ceſſat: Quomodo autem hi Tumores de loco in locum transferuntur? Nervorum certe ope- ra potiſſimum id fieri credibile eſt, Statuimus enim nervos poſſe aliquid vel afferre ad partes, vel ab iiſ- dem auferre: Ulterius ſtatuendum eſt, ubi nervus ali- quis turgidulus redditur, facile eum eructare portio- nē humoris, quo turget, in partium interſtiria, in quę terminatur: Si vero aliunde contingat ut idem ner- vus depleatur, fieri poteſt ut iterum attrahat mate- riam prius effuſam, eamque ſic in ſe attractam, vel ad glandulas ſuas emunctorias, vel ad alias corporis partes derivet: Si eandem ad glandulas emunctorias deferat, materia excernitur, Struma minuitur & non- nunquam evaneſcit, nulla nova in ejus locum ſuc- creſcente, quemadmodum frequenter accidit in Strumoſis iis qui unguentis ad Salivationem moven- dam illinuntur, Si quidem in illis, nervi humiditates ſuas in glandulas emunctorias, nempe maxillares & tonſillas copioſe exſpuunt: unde iidem nervi depleti humorem denuo ad ſe rapiunt, nimirum eundem quem prius eructaverant, & ad dictas glandulas emunctorias deferunt, è quibus per ſialiſmum excer- nitur, Strumæque abſumuntur: Sin vero nervus ſe in alia carnium interſtiria exoneraverit, exſurgit ſtatim novum Strumæ rudimentum, in quod materia Stru- mæ prius genitæ ſenſim derivetur, adeoque Struma à parte in partem defertur: Verum præter genus ner- voſum, ipſum venoſum quoque tranſlationi huic non parum auxiliatur: poſtquam enim nervus in hunc modum cœperit deplere humorem in ſtrumæ cyſti congeſtum, partes circumjacentes protinus flacceſ- cunt, arteriæ minus proritantur languidiuſque ſan- guinem effundunt, inflammatio omnis, ſi quæ prius aderat, ceſſat, parſque affecta temperatior redditur, tranſitus interim ſanguinis per eandem liberior mul- toque expeditior fit, & in venas haud difficulter aſ- ſugitur: nec tantum ſanguis de novo affluens, ſed & ille grumoſus, qui ab arteria prius in partem effuſus hærebat, nunc mobilis evadit, unaque reſumitur & circuitu ſolenni circumducitur, ſcil. tota illa portio ejus, quæ laxata jam partis perſpiratione, non prius in auras avolaverit: Tres itaque exterminandi Strumas modi enumerari poſſunt, nimirum cum vel radicalis earum materia in cyſti congeſta, à nervo reſorbetur: vel ſanguis affluxus facile à venis reducitur, vel tranſ- piratio libera parti conceditur: Tranſlationis vero, cauſa prima & præcipua eſt nervus, qui primum ru- dimentum novæ ſtrumæ ex materia à parte detracta congerit, verum ad hujus rudimenti complementum arteriæ & venæ quoque nonnihil contribuunt: Stru- mæ varie à partibus ad partes transferuntur, modo à latere ad latus, modo à ſuperioribus corporis parti- bus ad partes transferuntur, modo à latere ad latus modo à ſuperioribus corporis partibus ad inferiores, aut contra: modo ab exterioribus ad interiores, vel vice verſa, modo ab articulo ad articulum, vel modo aliquo ab his mixto.

Lympham craſſiorem) Aliquid auſteri ſimul pec- care ſtatuit *Deckers* notis in cap. cit. eo quod in cancrum aliquando vergant: cancrum autem ex aci- do auſtero produci probat ex doloribus lancinanti- bus, pungentibus, quodque ſemper propemodum cancro laborantes ſint melancholici.

Unde illarum prima durities) Glandulæ morboſæ aliæ molles ſunt, aliæ duræ: molliores facilioris ſunt curationis, ſive enim diſcutere velis, ſive ſuppurare, facilius cedunt, duræ difficilius.

Interdum mobiles ſunt] Mobiles ſunt omnes quę inter partes cutaneas generantur, ubique fixæ ſunt: quæ vero in muſculorum interſtitiis fiunt, eorumque fibris adnaſcuntur, non libere moventur, ſed ad mo- tum muſculi: Illæ vero quæ perioſtio, aut ligamentis articulorum adnaſcuntur, immobiles planæ ſunt. De Struma coſtis adhærente, vide hiſtoriam ex Pana- rolo.

Interdum hereditariæ, &c.] Platerus, qui cauſam in ſemine & facultate formatrice in utero quærit Scrofulas, ubi ſunt alicui loco familiares à pa- rentibus in liberos propagati ſtatuit.

Atque dolent] Ut quæ inflammatæ ſunt, ſua enim ſponte dolent: quæ ea carent, niſi vis aliqua infera- tur, indolentes ſunt: Inflammatæ porro differunt in- ter ſe, quod aliæ ad ſuppurationem tendant, aliæ ad indurationem, ſcirrhum & diſpoſitionem cancroſam, aliæ ad ulcerationem, eamque vel ſimplicem vel ſi- nuoſam, vel cavernoſam, vel etiam ulcus cum carie oſſium.

Indicationes curativæ, &c.) Vide Scholia prima ſub finem.

A faucibus ad os pubis) Glandulas concatenatas vocat Warthon, cum quaſi catena globulorum ab au- riculis per colli longitudinem, ad claviculas deſcen- dunt, & majores cernuntur in pueris rachitide labo- rantibus, ſtrumoſis, in ſtrumoſis, & in corporibus ob- ſtructis & cachecticis.

Ejuſdem coloris) Quædam cuti concolores ſunt, aliæ diſcolores: priores perpetuo benigniores: po- ſteriores, nimirum è rubro liveſcentes, maligniores habentur. *Idem*

Salvalis

Salvales hodie dicta)Inter vaſa Lymphatica ſuperiora unſignes ſunt ductus Salivales dicti,tam ſuperiotes quam interiores intra oris cavitatem internam conſpicui, qui magnam Salivæ copiam continuo in os vel ventriculum deponunt: horum ductum ſuperiorum inventor primus eſt Clar. Anatomicus *Nicolaus Steno:* Inferiotum Excell.*Warthon*,qui de earum vſu cap.21.Adenogr.ſit diſſetit: Vius harum glandularum Scriptores hactenus latuit, ot & ipſæ Glandulæ: utcunqhe cerrum viderut eſſe parres excretorias,munereque publico fungi: ubicunque enim vas Exctetorium peculiare teperitut, non putandum eſt fruſtra condirum fuiſſe,ſed ſpeciali cuidam exctetioni deſtinari: Cumque exctetio quçlibet determiuati excrementi, humorum teſiduotum depurationi inſerviat,quod in emolumentum totius cedir,ſequitut hoc ipſum eſſe officii publici: Reſtat adhuc inquiramus quem peculiatem humotem hæc glandula ſecernat, unde eundem excipiat & quis ſit ejuſdem poſt excretionem uſus: certiſſimum eſt humorem hunc ſalivam eſſe:at per Salivam non intelligo craſſum illum viſcidumque humorem, qui,è tonſillis ſcrearu aut tuſſi (ſpurum dicimus) exprimitut, ſed illum tenuem & aquoſum quem Græci σιαλὸν vocant: hujuſmodi vero humotem ex hac glandula, per ſuum vas in os exſpui oculari experienria teſtari poſſumus:enim vero in partis hujus canali,tam in homine quam in bove,humotem ſalivalem manifeſte deprehendimus, neque quicquam præterea inerat:quare cum vas hoc adhuc nomine carcat,licebit appellare Canalem Sive Ductum Salivalem,ſi quidem tenuem illum humorem, quem proprie Salivam dicimus,quique ad maſticationem neceſſarius eſt,ſub anteriore inferioreque in linguæ parre in os effundit: Iam inquirendum è quibnam pattibus,& pet quas vias hic humor in glandu ſalivales detivetut? Credibile eſt è Nervoſo gen profundi,ſiquidem corpora tum humidiora,tum ſ ciora (modo hypochondriaca) ſalivam copioſius ſpuunt: illa,quod eorum netvi quoque ſuperflua h miditate madeſcant, hæc per conſenſum oauſcan ventticuli: Etenim nervus ſexti paris,cujus mag pars in ventriculum diſſeminatur,origine haud lon diſtat à nervis ad has glandulas delatis: Unde ne maxillares facile pet conſenſum cum inordinato m tu ejuſdem ſexti paris,excitantur ad conſimilem m tum moliendū,& copioſas humiditates in maxillar glandulas exprimunt,&c. cujus rei teſtimonium ul rius exhibent maſticatoria omnia medicamenta,ire actia quævis & pungentia in ote retenta, ſaliva quippe copioſe proliciunt:Porro in magnis ſalivati nibus,quales Metcurii opeta cientur, netvi multu exſiccantur & à ſuperflua humiditate libetantu quod vix contingeter ſi nervi ad ſialiſmum nih planc cooferrent: Prætetea haud facile dictu eſt,in quem alium uſum tanta nervorum copia in has glan dulas deferatur? certe plane motui nihil condu cunt,nec multū ſenſui,quoniam ab objectis ſenſibili bus longius abſunt: quare aliquid vel apportant ve auferunt: afferre autem, non auferre aliquid, ex e conſtat quod ea glandulę ſint exctetoriæ:Deniq; ma jor eſt quantitas materiæ ſalivalis per has glandula excretæ,quam facile credas ab exiguis illis atteriis & venis quæ ad partes has deferuntut adferri poſſe Non negamus tamen quin forte atteriæ quoque ali quid ad hanc humotis illius accumulationem conferant.

§.9.*Riolanus* lib.2.Anthropogr.cap.5.de meſenterio,ſcribit Scrofulas in corpore nunquam erumpere niſi meſenterium ſtrumoſum fuerit,Quod etiam teſtantur *Guido & Ingraſſias:* Eiuſmodi meſenterium fere innumerabilibus glandulis repletum reperi in Nob.Dominæ cadavere,quod quoniam totus corporis habitus ſcofulis quaſi refertus erat aperui, & in *hydropis*. qua obiit,cauſam inquiſivi *Ioh.Scultetus Armament.Chirurgii obſervat.39.*

Observatio VII.

Mamillæ *Siniſtra Tumor,in ulcera deſinens,lethalis ob inſignem interiorum viſcerum læſionem.* 1 *Mammæ Tumor ſcirrhoſus, radicem habens ſcirrhoſam, In coſtis venam nigricantem.* 2. *Mammæ Tumor cum exulceratione,cujus Glandulæ exulceratæ,putreſcentes,cum vitio Vteri.* 3. *Mammæ Apoſtema ex lacte coagulato,congeſtum habens pus inter glandulas & muſculum pectoralem.* 4 *Mamma Strumoſa ob ſtrumas in Pancreate, Meſenterio, Iecore & Teſtibus.* 5. *Mammæ Tumor, pro cancro habitus,ſubſtanriam habens duriſsimam concluſam.* 6. *Mammæ cancer excitatus à vitio viſcerum tuberculis obſitorum.* 7.

§.1. NObilis Matrona cum forte ſordes abluendi ergo balneum eſſet ingreſſa, neſcio quid in cupa apprehendere annitens, ſiniſtra mammilla læſa eſt,verum quia parum aut nihil inde doloris ſenſit,tanquam levius vulnus contempſit & neglexit, Subſequenbus inde diebus loco affecto Tumor quidam,interdum indolens fere,ſuccrevit, qui tamen citra negotium induſtria Chirurgi ſublatus eſt:Enatæ ſucceſſu temporis plures puſtulæ ſunt, quæ in ulceta tandem terminarunt; Sollicita interim Nobilis Matrona de Cancri ſucceſſione, Medicorum conſilia adiit,verum neſcio quo fato ſe Paracelſico concredidit, qui indubie deleteriis pharmacis potionatam necavit.

Vocatus ad condituram & ſectionem defunctæ,ſectionem ab enſiformi cartilagine ad os uſq; pubis molitus ſum:hic ſeſe primū aqua intra peritoneum copioſe collecta obrulit,cujus flaveſcentis Chirurgi aſſiſtentis pelvim bis complere licuiſſet: Stomachus & inteſtina portentoſe inflata & aqua turgida erant, Iecur durum, lapideum, & integre labefactatum: Lienis veſtigia nulla,præterquam putrida & fœtentia: Pulmones, dextri præſertim lateris, putridi ac nigricantes: Cor exiguum admodum,in ſe contractum & corrugatum, huic pericardium ita adnatum videbatur ut unguibus avellere opus habuerim: In diſſecto utero

 mate-

areriam albam, lapidefactam atque duriſſimam, ut vix cultro diſcindere licuerit, inveni-us: Mammas crucis in modum diviſi, quarum caro dura admodum, nigreſcens, ſed non mnis putrida conſpiciebatur. *Ex obſervationibus Georgii Garneri, Medici Auſtriaci.*

§. 2. Mulieri viduæ in mammilla ſiniſtra Tumor ſenſim excreſcens prodit durus, quem ii ſcirrhum, alii cancrum eſſe indicabant, qui cum diu duraſſet, tandem in abſceſſum con-erſus & ſuppuratus, in ulcus abjens ſanatus eſt, relicta cicatrice admodum inæquali, labiiſque uris, &c.

Hæc tandem plurimis morbis labefactata, è vivis exceſſit, &c. mamma ſiniſtra quæ ſcirrho iborarat, circa radicem ſcirrhoſa, ut & circa papillæ radicem ſcirrhus erat candidus, glandu-um repræſentans: In coſtis, vena lata nigricans latebat. *Platerus obſ. l. 2. p. 503. Vide tit. de Febribus.*

§. 3. Nob. Matrona ſiniſtra mammilla læſa eſt, verum quia parum, aut nihil inde doloris enſit, tanquam levius vulnus neglexit, Subſequentibus inde diebus loco affecto tumor qui-am, indolens fere ſuccrevit, qui tamen citra negotium Chirurgi induſtria ſublatus eſt, Ena-æ ſucceſſu temporis complures Puſtulæ ſunt, quæ in ulcera tandem terminarunt: Sollicita natrona de cancri ſuceeſſione Medico, ſed Paracelſico ſe concredidit, qui deleteriis phar-nacis potionatam necavit. Mammas mortuæ crucis in modum diviſi, quarum caro dura dmodum, nigreſcens, ſed non omnis putrida conſpiciebatur. In utero diſſecto materiam lbam, lapidefactam, adeoque duriſſimam, ut vix cultro diſcindere licuerit, invenimus. *Ex Clar. D. D. Gorgii Garneri obſervationibus.*

§. 4. Infanticida fœmina ſexta a partu ſeptimana capite patratum ſcelus expiat: Siniſtram nammam ex lacte congulato Apoſtema occupavit, quod ipſa natura exiguo facto foramine cœpit expurgare: Glandulis ad pectoralem muſculum uſque remotis, inter has & muſculum dictum magna puris copia ſinum efformavit, illæſo muſculo. *Th. Bartholinus cent. 1. hiſtor. 92.*

S C H O L I A.

Ex lacte coagulato apoſtema occupavit] Notat *Domin. de Marchettus* Anatom. cap. 10. Quod quando mulieres lactant, tunc cancri in mammis generari non poſſunt, licet multi tumores, ut *ait*, ipſis innaſcantur, qui quidem facile curantur: Temperamento lactis impediente ne Cancer generetur, quia ſua temperie retundit acrimoniam ſanguinis aduſti.

§. 5. In ea muliere quæ ſtrumoſam habebat mammam dextram, utrumque Teſtem ſtrumoſum deprehendi, utero æqualem, Iecur vero multis glandulis albis & latis, foris & intus conſperſum erat: Totum denique meſeeterium & Pancreas ſtrumoſum. *Riolanus Anthropogr. lib. 5. cap. 1. & Schola Anat. cap. 3.*

S C H O L I A.

Tumotum & ulcerum Glandulosis partibus innaſcentium, cauſam non à ſanguine, ſed à Liquore Nerveo vitiato deducit Ingenioſiſſimus *Williſius* Tract. de Anim. Brutor. part. 2. cap. xij. Obſervare eſt *ait*, ſtagmata corroſiva haud potiſſimum in ſanguine producta partibus affigi, ſed multo frequentius in *liquore nerveo* procreata, cum latice ejus in partibus nervoſis, aut earum emunctoriis depoſita, Apoſtemata, ac ulcera phagædenica, ſeptica aut alias cacoethica producere: Hæc enim ſæpiſſime in Glandulis, vel juxta tendines aut membranas excitantur: Cumque humor ab iis decidens primo tenuis & aquoſus eſt, poſtea acratus, valde fœtidus, & corroſivus evadit, indicio ſane ipſum Liquorem nerveum in ejuſmodi putrilaginem abire: Horum ratio ſi inquiritur, facile occurrit laticem *cerebri & appendicis nervoſi* irriguũ, una cum ſpiritu ſubtili ſalis volatilis copiam ingentem in ſe continere: Si quando igitur adeo depravetur iſte, ut ſpiritu depreſſo particulæ ſalinæ in fluorem degeneres ſibimet corpuſcula ſulphurea aſciſcant, plane corroſivus & ſtygius evadit. Quapropter Tumores ac ulcera maligni moris in partibus Nerveis, earumque emunctoriis præcipue contingunt, ac ibidem à levi occaſione excitantur (uti cum Mammæ muliebris læſioni parvæ cancer ſuccedit) quia ſi quidem humor nerveus in tranſitu ſuo impeditus alicubi ſtagnat, ſtatim ſpiritu depreſſo, aut avolante, particulæ ſalinæ, à volatilitate in acorem degeneres, conſortia alieoa mox ineunt, atque corpuſcula aut terreſtria, aut ſulphurea, aut alia alius generis ſibimet arripientes, in Tumores aut Scirrhoſos aut Strumoſos, aut Cancroſos congelari incipiunt: Cumque hoc ritu à liquore Nerveo ſtagnante, & concretionem heterogeneam moliente, Tumoris velut minera in quapiam parte conflatur, ejuſdem liquoris jugiter affluentis ſupplementa in parem vitioſitatis indolem pervertuntur, quibus etiam accedunt impuritates atrabilariæ à Sanguine aliiſque humoribus ſuffuſæ, quæ iunctis viribus (velut cum diverſi ſales ac ſulphura coniunctim deſtillantur) efferationem augent atque in parte affecta materiam ſepticam, ac inſtar aquæ ſtygiæ eſcharoticam conſtituunt. Iuxta hanc ætiologiam Tumorum ejuſmodi anomalorum, uti & affectus Strumoſi phænomena aptiſſime explicantur.

§. 6. Ego aliquando ad nobiliſſimæ mulieris diſſecandum cadaver vocatus, reperi in altera ejus mamma *corpus*, quod craſſitie gallinaceũ ovum æquaret, *durum & compactum*, aſperiuſculi calculi adinſtar, *pro Cancro* & Medicis & Chirurgis, dum ipſa viveret, *habebatur*, quod illi hæc durities, dum vel leviter comprimeretur, eſſet valde dolorifica. Sed & paucis ab hinc annis vocatus ad curam mulieris quæ pari modo laborabat, Medicis Chirurgiſque Cancrum ſubeſſe affirmantibus, fortiter obſtiti, non enim profundius defixus hærebat tumor, non erat partis habitus à nativo calore mutatus, non venæ in ambitu tumentes non ulla, adetant alia

Cancri

Cancri ſyllogiſtica ſinga: nam & illi mulieri ſtata & ſua periodo fluebant menſes façie to toque corpore bene habita & colorata viſebatur, ab omni dolore immunis, niſi cum pars a fecta comprimeretur: Sed nec ex eo tempore vel tantillum accrevit Tumor, nullum aliu malignum accidens ſupervenit, imo etiam nunc alacris vivit, corpore & mente bene con poſita. *A. Pareus Operum lib. 6. cap. 18.*

SCHOLIA.

P*Ro Cancro habebatur.*] Chirurgi vulgares multos alios perverſos tumores & puſtulas, ſicuti & furunculum, & carbunculum, cancros quoque nominant, Uri & tumorem ſub oculo in illius orbita natum: polypum in naribus, gangrænam gingivarum, ulcera preputii Cancros vocant: A quibus tamen verus Cancer longe differt, Carcinos dictus. Hic extrinſecus in omnibus fere corporis locis naſci poteſt, nec ſemper uno modo prodit, ſed forma nonnihil variat, aliquando cum tumore alio compoſitus: Tuberculo exiguo vix dum conſpicuo, ab initio emergit, mox ad pili, inde avellanæ, poſtea nuucis, tandem ad pomi minoris majoriſque magnitudinem ſenſim excreſcit, Cãcrum verum dictum, unde nomen obtinuit, appoſite ſua circumſcriptione & forma referens, non aſtacum, quem Cancrum noſtri quoque vocant, & venas in eo cancro pedibus illius aſſimilantes, inde Cancrum appellari falſo putant ſed verum cancrum, eumque potiſſimum matinum, cum uti ille, ſic & hic tumor, rotundus ſit, inæqualis, tuberculis quibuſdam exuberans, & venis in ambitu turgidus, colore lividus & obſcurus, durus inſuper, duraque veluti cruſta, uti cancer obductus, firmiterque parti ſubjecti hærens: unde quoque quod quicquid apprehenderit, pertinaciter retineat, cum cancrum appellatum Archigenes putavit: Dolorem alioquin cancer ab initio fere nullum, aut contemnendum ſaltem affert, unde & tunc nihili quaſi æſtimatur, negligiturque, punctionibus tantum quibuſdam cutis, ac ſi acu fierent, ſe patefaciens, quæ tandem una cum tumore augentur atque increſcunt: Tandem vero tumor hic cute aperta retractaque denudatur, tuncque Carcinoma dicitur ſeu Cancer exulceratus: E quo ſenſim ſanies putris, putridas, ſubflava vel ſubviridis, mox nigricans continuo emanat, caroque inæqualis & corrupta nonnihil apparet, & ſtrias vel ſtyrias procul exertas & prominentes profert: quam labia tumeſcentia, dura atque inverſa ambiunt, quæ interdum adeo augentur, ut reflexa magnam faciei partem occultaſſe, alias in collo totam auriculam illi veluti innatam continuaſſe obſervaverim: ſanguis, quoties nudum Carcinoma relinquitur, ex eo defluit? *Platerus Praxeos lib. 2. cap. 17. & obſervat. lib. 2. p. m. 523. ubi plurima exempla cancrorum, diverſas partes obſidentium pro aliis tumoribus, ab aliis acceptorum.*

Corpus durum & compactum in mamma, &c] Duros quatuor affectus ac Tumores incurrunt mammę, Glandularum, Strumarũ, Scirrhi, Cancri: Sed hic quidem ex aduſtis perpetuo gignitur ſuccis, quam ob cauſam & teterrimus ipſe eſt & graviſſimis ſymptomatis torquet: Reliqui omnes, ut non ex aduſtis humoribus profiſcuntur, ſic longe minus infeſti ſunt: Has ob res, ut hoc utrumque genus facillimi diſcretu eſt, ita difficilius aliquanto cæteri diſtinguntur. Scirrhus totum frequentius mammæ corpus occupans, immobilis eſt propemodum, Strumæ Glandulæque, neque totum mammæ corpus occupant, neque immobiles ſunt, ſed prehenſæ digitis huc illucque distrahi poſſunt: Difficile autẽ Glandulis & Strumis diſcrimen poni, ac multi facile confuderint utrumq; nomen, propterea quod oſtenderit Galenus Strumam eſſe ſcirrhum in glandula: Glandula autem quid ſit niſi induratũ quaſi ſcirrhodes tuberculum plane non invenies apud eundem virum ubilibet, nihilominus apud Ætium Tetr. 4. ſer. 3. c. 5. leges accedere aliquid ad ſtrumas glandulas: Ad omnem modum deteriores ſunt plane ſtrumæ, ac difficiliores contumacioreſque glandulis, imo quæ longos in annos naturæ & medicamentis inexcuſſæ manent: quanquam autem per dierum intervalla rarum & momentaneum exciten dolorem, cæterum immutationem nullam doloris aut tactus inferunt: Itaque falluntur hi qui affectum ejuſmodi ſub mamnis Cancrum arbitrantur inſanabilem & curatione tantummodo fucata tractandũ volunt Porro cùm non hæreat quanquam ſubjectæ carni, concolor ſit, veniſque turgentibus ſeptus non variceſcat, Cancrum, niſi quis ineruditus, non dixerit: Itaque cum ejuſmodi Tubercula mihi ſe offerunt, extrahenda ſtatim propono, ne vitiĩ mora negotium poſthæc incurabile faceſſant: Nimirum poteſt ſcirrhus in laxa parte, facto ſuccorum acriorum cumulo, in affinẽ cancrum faceſſere, Severius de Abſceſſibus Anom. l. 3. p. 192.

Corpus durum & compactum, &c.] Interrogatus *Hildanus Cent. 6.* obſervat. 39. eſſet ne Verus Cancer mammæ, in quo ſimilis materia alba, &c. reperta fuerat? Affirmative reſpondet, Materiam illam craſſam, albam ac ſevo ſimilem, in meditullio tumoris cancroſi repertam, nullam afferre dubitationẽ veruſne ſit cancer, quod ſe obſervaſſe aſſerit: ut plurimum tamen nucleum cancri duriſſimum eſſe: quod ſubtiliores materiæ, ratione doloris in loco affecto concervatæ, per ulcus effluant, remanentibus craſſioribus quæ in ſcirrhum concreſcunt: Quod ſi dolor fuerit vehemens, continuus & diuturnus, uti plerumque fit in cancro exulcerato, humores indifferenter ad partem affectam confluere, ex quibus bilioſi facile evacuantur per ulcus, uti & ſanguis ipſe, (quotidie enim fere ſanguinem ex carnoſis ulceribus exſtillare videre eſt) atrabilaris vero in ſcirrhum, & pituita in ſebum concreſcit, quæ tractu temporis, ob malignam vim humoris atrabilarii, & intemperiem calidam partis affectæ, paulatim quoque in ſcirrhum abit, & naturam cancri induit.

§. 7. Clinicæ mulieres mammis puerperarum ſacculos pulvere ſalviæ, ſuberis, ſales & myrtillorum, goſſypio exceptos & repletos admovent: Iis quibus tenellus Pulmo & fluxionibus apportunus, periculũ creant, nam inde incaleſcit pars, ac ob viciniam, mammæ pectoris noxam communicant, ſi vel minima ingruat aëris intemperies: Accedit aliud à ſacculi duritie malũm, contuſione in mamma facta, cui vix mederi licet, Id olim obſervavi in matrona cui ab admoto ejuſmodi ſacculo contuſio in mamma accidit, unde emerſit tuberculum fabæ magnitudine, rubrum, quod nulli ceſſit remedio, quia ab initio neglectum: Ter ab eo tempore peperit, & quamvis alia admota, impreſſa tamen labes remanſit, augmentum perpetuo ſumens, nedum deſinens: In poſtrema graviditate latus affectum totum obſeſſum fuit

ancro, malignitatis eximiæ notas ferente: Cum irritam optimorum Medicotum videret ꝰeram, Empirico ſe commiſit, qui poſt partum ſanitatem ſucceſſuram aſſeruit, interim morem augmento prohibere ſategit, nummoſque emulgens, gnarus vafer ille mortem ico ac lac in mammas irreperet ſuceeſſutam aufugi: quod etiam contigit, quia morbus ſta-m attigerat: Matrona hæc opinionis conceptæ ad finem uſque fuit tenax, id mali non iunde quam à contuſione facta ortum fuiſſe.

Ejus cadavere aperto, viſcera omnia præcipua tuberculis avellanatum majorum magni-dine & rubris obſita reperta ſunt: quorum origo fuit à lacte repercutientium uſu, poſt æcedentes partus eo tranſlato, *Lodoica Borgheſia, alias Bourſier, Obſtetrix Gallica, Obſervat. b. 1. p. m.* 140.

Observatio. VIII.

Tumor infra cartilaginem Enſiformem ab abſceſſibus juxta hepar. 1. *Tumor juxta ſtomachum ob lobum hepatis illuc productum.* 2. *Ob lobum lienis.* 3. *Infra lienis regionem ob Ileum flatibus diſtentum.* 4. *Ob partem Ilei conglobatam.* 5. *In latere ſiniſtro ob incrementum meſenterii.* 6. *Circa mucronatam cartilaginem ob excreſcentiam in gibbo hepatis.* 7.

1\. NOb. Ioh. Chr. à Gich ante quinquennium, ex maxima refrigeratione crurum totiuſque corporis, & vehementi ſubitaque animi conſternarione, tuſſi fuit correptus & deſtillatione, quæ paulo infra cartilaginem enſiformem tumorem excitarunt, qui ꝰit ſubdurus colore æqualis, & ſine dolore ſenſimque, ægro vis percipienre auctus eſt: accedente vero victus ratione prava, cum inſuper curis & ſtudiis continuis obrueretur, & neceſſarius remediorum uſus negligeretur, ſupervenit cachexia, appetitus dejectio, vomitus creber à vehementiſſima Tuſſi oboriens: Tandem tumote illo inſigniter aucto, & cute abdominis, ob illius incrementum nimium extenſa, æger curvatus, & in ſe quaſi retractus, cum ſumma moleſtia & dolore ingredi coactus, & ſe oleis ſtomachicis ſatis calidis ſæpius cum valentiore frictione inungere compulſus fuit: ſed Tumore, tuſſi, appetitus proſtratione, virium omnium debilitate indies magis magiſque ingraveſcentibus, & ſupervenientibus inſuper faciei & pedum tumoribus, ad *D. Volcherum* confugit & chirurgos: Ille tumorem iſtum judicavit eſſe abſceſſum, & ſectione opus fore, quod cum æger concederet, & alii ejus ſententiæ ſubſcriberent, hamato cultello, ad pugni magnitudinem elatum mollem & acuminatum aperuit: quo facto, non ſine admiratione adſtantium, magno impetu eruperunt *plurimæ veſicæ*, partim diſruptæ, partim integræ, tenui & pellucida aqua refertæ: harum aliquot magnitudine erant ovi gallinacei, vel ovi columbini, nonnullæ minores quæ inter tuſſiendum ſatis longe protrudebantur: Cum his veſicis ſimul emanabat humor quidam craſſus, viſco concreto, vel etiam ſevo non diſſimilis, præterea aquæ puriſve non parum: Unde triplicem materiam ad hunc tumorem, quem abſceſſum ſteatomaticum eſſe judicarunt, concurriſſe exiſtimabant: Veſicarum, ſecundum obſervationem Medicorum & aſtantium, fuiſſe ulrra trecentas compertum, quæ quaternis vel quinis vicibus exierunt, & vix capaci ſatis vaſe, quod quatuor libras continebat, excipi potuerunt: Deprehenſum eſt veſicas iſtas in abdomine, (quod *D. Volckerus* ſæpius in anatome corporum ſeſe animadvertiſſe perhibebat) primo fuiſſe generatas, deinde per violentiſſimam tuſſim in iſtum locum propulſas, Quia ab aliis muſculis eſt liber, & abdominis longi muſculi ſatis procul à ſe diſtanr, & propterea facile abſceſſus admittunt: Eſtque veriſimile à violenta iſta concuſſione, & tuſſi continua veſicas fuiſſe liberaras, & ex colluvie pravorum humorum non exiguam eſſe generaram putredinem: Tertio die poſt apertionem ita frequenter veſicæ exire ceſſaverunt, ac ſequutum eſt pus fœtidum, & viſcidus humor, non ita tamen copioſus ut antea, poſtea materia reddita eſt tenuior, livida & fœtidâ admodum: Exhibita medicamenta tum purgantia tum abſtergentia, itemque per vices corroborantia & exſiccantia cum minimo tamen fructu: æger enim inde non quidem debilior factus, ſed non ſenſit inde magnam levationem: manſit faſtidium cibi, præſertim carnium, tuſſis tamen remiſit, venter intumuit, reliquis membris atrophia laborantibus, nec abſuit febris lenta, Bona tamen victus ratione, & Medicorum diligentia fere annum ſupervixit & tandem maraſmo obiit.

Poſt obitum, obſervatum fuit primo Hepar grandius ſolito & colore livido, In ſuperiore parte verſus diaphragma, abſceſſus ſeſe in eo obtulit plenus veſicis, & materia putrida circumdatus, quaſi carrilaginoſa membrana, qui corrupit Hepar & eroſit uſque ad Cyſtin felleam: Similiter in pulmonibus adhuc major abſceſſus inventus, fuitque putrida materia contenta in utroque abſceſſu, ferme 6. librarum pondere: Tertius abſceſſus magnitudine ovi anſerini, infra Hepar ad inteſtinum colum erat annexus, cujus membrana erat pariter denſa:

denſa: Meatus iſte felleus in inteſtinum quoque fuit interceptus, & in ejus exitu collec[ta] materia puris albi, in peculiari abſceſſu magnitudinis ovi columbini: Cor ſatis naturalit[er] ſeſe habuit, attamen exangue, inque loco ſanguinis fibræ nigræ, viſcidæ ſunt repert[æ]. Ventriculus, lien renes, omnia adhuc fuere integras *Ex Obſervationibus Ioachimi Camerarii.*

SCHOLIA.

PLurimæ veſicæ] Quæ ortum debent vaſis glandularum ſeroſis ab *olao Rudbeck* repertis hæc p.n. affecta varios poſſunt inducere morbos, præſertim, humore aliquo viſcido, craſſo vel mucilaginoſo obſtructa, Aſciten, &c. Siqueilla, quæ inter muſculos abdominis & peritonæum tepunt, aliqu[o] obſtaculo occludantur, veſiculæ eo loci genera[tæ] poſſunt, ruptæque tumorem hydropicum int[er] cutem, muſculos & peritonæum facili negoti[o] procreant.

§. 2. Famulæ febre lenta affectæ apparuit circa ſtomachum Tumor rotundus, iraut ibi ap[o]ſtema eſſe videretur, Invētus eſt lobus Hepatis ſupra ſtomachū aſcendiſſe. *Vide tit. de Febribu[s].*

§. 3. Nobil. Dom. N. Obſtructionibus hypochondriorum & tumoribus ab adoleſcenti[a] obnoxius, tandem in hydropem lethalem incidit: Dum contrectarentur à Medicis præco[r]dia, obvius fit Tumor globoſus, in epigaſtrica regione, ad lævam deflectens, cuti concolo[r] indolens, pomum mediocre per medium diſſectum referens: quem ante plures annos [ſe] geſtare aſſeruit: Inſpectis viſceribus, exhibuit ſe Lien impenſe magnus, hypigaſtricam re[gionem] gionem attingens, cui adnata erat ecphyſis illa exterius protuberans. *Vide lib. 3. tit. d[e] Ventris Tumoribus.*

§. 4. Memini me vidiſſe ægtum, cui infra Lienis regionem enatus Tumor durus, quen[i] pet duos annos geſſit: Medici qui illum ſub cura habebant, quia multam urinam emittebat fotibus & litibus Tumorem illum diſcutere nitebantur, ſed irritis remediis, & ſupervenien[ti]tibus aliis accidentibus obiit æger.

Ego vero cauſam ſciendi avidus cadaver aperiri iuſſi: Tumor ille extendebatur uſque a[d] extremitatem Ilei inteſtini, quo aperto nihil præter fæces admodum induratas reperi mus, quarum pars ex intervallis, ratione ponderis excernebatur, rotunda, virideſcens & duriſſima, ſed clyſterum ope: Intenſus autem calor proximæ Aortæ advenientes nova[s] fæces indurabat, quæ prioribus adjungebantur. *Sanctorius in Artem parvam p. m. 611.*

SCHOLIA.

SImili in caſu idem improbat acres clyſteres, fotus & inunctiones calidas, quæ ulterius materiam exſiccant, Exhibet oleum amygdalinum ad uncias xxx. ter nis vicibus: Enematis utitur ex eodem oleo & hiera.

§. 5. Pueri triennis inteſtina turgida & lucida ſunt reperta: Vna tenuis inteſtini pars intra ſe contracta ac convoluta erat, quaſi in ſe infarcta, ut duritiem quandam, tanquam Tumoris ſpeciem referret. *Vide lib. 3. tit. de Ventris Tumore.*

§. 6. Scotus dolebat in hypochondriis, lumbis &c. Supervenit Tumor circa coſtas nothas ſiniſtri lateris ad os xiphoides prominens: Induruerant pancreas & meſenterium, & i[n] molem ſupra modum latam, longam & craſſam excreverant &c. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

§. 7. Matronæ aderat Tumor durus ad tactum circa mucronatam cartilaginem, renitens oblongus: Gibba pars hepatis videbatur ranquam novum corpus ſimæ ſuperſtratum, à qu[a] dependebat Tumor oblongus inſtar pyti. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

OBSERVATIO IX.

Tumor & elevatio coſtarum, ob Tumorem intra pectoris cavitatem. 1. Bubo ſub axilla ſiniſtr[a] à Iecoris abſceſſu ortus. 2. Tumor totius in phthiſico à cauſa abdita. 3.

§. 1. CVidam coſtarum Tumore ſuborto, folliculus membranaceus circa jugulum, aqua bullis nigtis, & maſſa rrium librarum carnea laminarim concreta refertus, coſtiſ que affixus deprehenſus, vna cum aqua in pectore & ſanioſis pulmonibus viſis. *Schenekiu[s] Filius in Obſervat.*

§. 2. Præcl. Adr. Spigelius è vivis ſublatus cum Bubone ſub axilla ſiniſtra: Repertus ab[ſ]ceſſus in concava Iecoris parte. *Vide tit. de Febribus.*

§. 3. Ioan. N. tabidus interiit: in pulmonibus nihil commemorabile reperitur quod mortem attulerit: decem ante eam diebus tumidum corpus, ſed Tumore fugaci fuit: *Vide lib. 2 tit. de Phthiſi.*

OBSERVATIO X.

Tumor in Abdomine *à duobus tumoribus cancroſis in hepate. 1. Plures Tumores à tumoribu[s] in meſenterio. 2. Tumor in fœtu ab inteſtinis extra ſitum. 3. Ad umbilicum à rupto peritonæo 4. A ſcirrho fundo uteri adnato. 5. Ab omento conglobato. 6. A pure inter muſculos tranſverſo[s] obliquos concluſo. 7. Ab Hepatis Abſceſſu. 8. A parte Lienis indurata. 9. A Rene excreſcent[e] prope umbilicum ſe efferente. 10. Tumor circumſcriptus circa umbilicū à prolapſo illuc hepate. 11*

§. 1. Vidu

§. 1. Vidua N. habebat Tumorem in abdomine verſus umbilicum, ad dextram partem inclinantem, durum: In extremo Hepatis adnati erant duo tumores cancroſi, uſque ad umbilicum prominentes, pugni magnitudinem æquantes, fere continui: In Hepate eſſe non putabantur, quia non erant in hepatis loco naturali &c. *Vide li. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 2. Nicolaus N. varios Tumores circa umbilicum, premens manibus, percipiebat: In meſenterio ſex tumores tunicati deprehenſi, pugnum adæquantes. *Lib. 3. de Ventris Tumor.*

§. 3. Fœtus diverſos cum viſceribus extra naturalem abdominis cavitatem propendentibus natos Medicorum ſolertia nobis commemorat: Quod xij abhinc annis videre mihi datum fuit referam: dum nempe primipara, hac in urbe, vivum enixa fuerat puellum, prope umbilicum in ſiniſtro latere, rotundo tumore, & caput infantile magnitudine multum ſuperante, deformatum, qui tamen ſacro ablutus fonte, paulo poſt interiit.

Quare ut adpareret quid intus aleret tumor ille, apertio ejus fuit conceſſa, ubi portionem magnam inteſtinorum incluſam deprehendimus, copioſa flaveſcente aqua abdominis viſcera, cæterum naturaliter ſe habentia, nec ulla labe deturpata, circumfluente: Innotuitque una cum peritonæo tendinoſam illam muſculorum abdominis partem, quæ lineam albam conſtituit, fuiſſe diſruptam, ſicque per datam portam erumpentibus inteſtinis, extenſioni aptam cutis ſubſtantiam ceſſiſſe, ac tumorem iſtum, ob regionem umbilicalem, quam occupaverat, inter omphaloceles referendum: In cujus cauſam occaſionalem cum inquireretur, non niſi à ſaltu in terram è loco altiori circa finem geſtationis facto, rupturam illam accidere potuiſſe, Puerpera retulit; damno ſuo confirmans quantis gravidæ ſubinde exponantur periculis, dum præter tot morborum, quibus obnoxiæ ſunt, moleſtias, facile etiam leviſſimo quandoque ab errato noxam fœtus indelebilem imprimunt &c. *Lucas Scroeckius Iunior. L. Filius. in Miſcell. curioſ. annon 6. & 7. 341.*

§. 4. Primiparæ difficilis partus contigit quia inferiore adhuc abdominis parte erat tumida, obſtetrices alium adhuc latere fœtum dicunt: Ego omphalocelen adeſſe pronuntiavi cum uteri hydrope: Sectione facta umbilicus ruptus, ac uterus aqua plenus reperiuntur. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 5. Vxor N. gravida partui proxima, Tumorem durum, magnum, quem obſtetrix caput infantis eſſe putabat, in ſiniſtro latere, è regione umbilici geſtabat; Scirrhus erat inſignis magnitudinis in fundo uteri incipiens, *Vide tit. de Partu difficili lib. 3.*

§. 6. In Nobili adoleſcente, annos 19. nato, Omentum verſus umbilicum ad formam orbiculi, latitudine palmi conglobatum multis glandulis differtum obſervavi, quod totam illuviem exceperat, Liene pene conſumpto, & Meſenterio ac Pancreate putrefactis ex abſceſſu. *Riolanus Anthropograph. lib. 2. cap. 13.*

SCHOLIA.

SÆpe obſervavi, *ait Riolanus Anthrop.* lib. 2. cap. 13. Tumores abdominis prominentes verſus umbilicum, qui neutiquam fiebant ab humore intra muſculorum abdominis ſpatia concluſo, Ab omento multis humoribus, farcto & fæto produci, quod eſt annotatum ab Hippocr. lib. de Loc. in homine, *ubi vaſa pinguedine vacua fuerint, & à ſplene florente ac augeſcente in omentum deſluxerint, ut pote vicinum valde exiſtens, & vaſa habens eaque vacua* &c. Aphor. 57. lib. 7. id aperte declarat, *Quibus hepar aqua plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur, & moriuntur: Fit Hydrops,* ait idem 1°. de morbis mulier *incaleſcente Liene, & ebibente aquam liberaliter hauſtam, quam tandem in Epiploon deponit:* Et lib. 4. de morbis, aſſerit vitio Lienis Hydropem fieri: Eraſiſtratei, autore Galeno. lib. de Atra bile, exiſtimabant Omentum Lieni adnexum eſſe inſtar Meſenterii, ut ſordes ejus viſceris exciperet: Lutetiæ inventum fuit in Epiploi, ad veſicam uſque pendentis, membraneo quodam veluti ſacco, apoſtema pure ibidem coacervato diſtentiſſimum, ex *Rouſſeto* li. de Partu Cæſ. Non mirum igitur ſi omenti ſubſtantia facile augeatur & intumeſcat, & quamvis tenuiſſimum ſit, in tanta teneritudine dum humoribus differtum eſt, inſignem craſſitiem acquirit, æqualem peritonęo, quod ſæpe obſervavit idem *Riolanus:* Itaque ob adhæſiones quas habet omentum cum hepate, ventriculo & liene, humores ab his partibus in ipſum derivari poſſunt: Vidit Aquapendens omenti marſupium univerſum, atro craſſoque humore refertum: Imo flatus hypochondriacos, in melancholia flatulenta Dioclis, hac cavitate concludi, & ſiniſtra parte percipi certum eſt.

§. 7. Reverend. Epiſcopus Colonienſis D. Antonius, ex Comitibus à Schauvenburg, conſtitutione corporis ſanguinea, circiter annos xl. natus, ex alia febre in quartanam incidit, in Autumno anni 1557. Aqua ubi circiter vernum tempus nonnihil reſpiraſſet, huic neutra adhuc valetudine freto, ſe inſinuat Ambroſius ille Magyrus, annuis mendacium libellorum vel prognoſticorum plauſtris nimis notus, qui eum quidem graviter laboraturum prædixit, evaſurum tamen *ſi à medicamentorum uſu caveret:* Interim venam illi pertundi jubet balneumque præſcribit, confiſus hic prognoſtico, opem Medicam tamdiu reſpuit, donec à capite & finitimis

timis partibus primum circa ſiniſtram ſcapulam decumberet humoris copia, qui neglectu lento defluxu muſculos ventris ſiniſtros interſecuit: ubi excitata phlegmone, pus genitum copioſum putidiſſimumque continuas partes decubitu aſſiduo vitiavit, tandemque ad lævum perinæi latus reſedit cum tumore, qui à Chirurgo ſectus ingentem fœtidiſſimi puris quantitatem reddidit: hoc tamen poſtea nonniſi ventre compreſſo fluxit; quare viribus indies magis ac magis flacceſcentibus, poſt ſeptimanas tres, de ventris inferioris inciſione, ex cujus ſinu pus defluere exiſtimabatur, ab iis ſerio agitatur qui curationi intererant; Ego eo ablegatus, vulnere conſpecto, corpus emaciatum, vireſque impendio proſtratas, cum pulſu debili, ac de hora in horam magis inclinante, comperi: Quare nihil ſpei in ſectione ponendum eſſe, ſed extrema imminere iudicavi: hora matutina mortem proximam ſignificavit pulſus interceptus: paulo poſt hic in Domino obdormivit.

Venrte circa umbilicum inciſo, tanta copia puris putidiſſimi effluxit, ut ex ventris pleni cavo id exundare jam crederent, qui antea in ea opinione fuerant: At ſectionem proſequuti, inter muſculos tranſverſos & obliquos cloacam deprehendimus: In ſiniſtro autem latere cor erat flaccidius, ex gravi & continuo exhalante ferienteque vapore putrido; Atro ad hæc ſanguine nigricabant venæ cor cingentes: In veſicæ collo coctum deliteſcebat pus album, quare nec urinam continere potuit aliquandiu, quod ad calculi læſionem referebatur, ſed aliunde id contractum apparuit: In ventriculo quiddam inſtar humoris bilioſi innatabat; Reliqua viſcera, uti & univerſi corporis partes, videbantur illæſa. *Wierus lib. obſervationum.*

SCHOLIA.

S*I à medicamentorum uſu caveret*) Obſervavit tamen *Ballonius* tempeſtatem quandam (*paradigmate* 132.) in qua magna fuit Quartanarum ſeges, ac quibus ſæpe adhibita medicamenta & pugnatum remediis generoſioribus, iis omnibus productam fuiſſe febrem: qui verò remedia neglexerunt principio exacto, eos intra breve tempus incolumes extitiſſe: Item anno 1571. multos quartanarios decubuiſſe, ac eos qui ſine remediis derelicti ſunt omnes pene convaluiſſe: quibus curioſe adhibita remedia, eos fere interiiſſe: *lib.1.Epid.& Ephem.p.* 27. Ομίληφοι ergo videtur illi Ambroſio *Magiro* quem increpat *Wierus*; Sed diſtinctio Quartanarum adhibenda & ſubjectorum quibus inſident: Prima illa tempeſtate (anno 1582.) veræ fuere Quartanæ & primariæ, alteri non ſuccedentes febri, ut in Illuſtr. Epiſcopo, qui ex alia febre in Quartanam incidit: In altera tempeſtate eos adhibitis remediis fere interiiſſe refert qui macilenti bilioſique forent, quod febres iſtæ potius à bile eſſent uſta quam à fœce ſanguinis: Cum ejuſmodi initius agendum eſſe, conſtat, nec remediis bilem uſtam efferandam: Illuſtr. autem Epiſcopus ſanguineæ memoratur fuiſſe conſtitutionis, cui plethora in cacochymiam abiit, utriuſque remedii, purgationis ſcil. & ſanguinis miſſionis indigens, quorum neglectu copioſus congeſtus ſanguinis, cacochymia imbutus, in muſculos imi ventris decubuit, ibique lethalem abſceſſum induxit.

§. 8. Qua parte recti muſculi ad ſternum pertinent, puero cum abſceſſu in ventre Tumor manifeſtus, digito cedens obtigit: Vocati fere omnes judicarunt abſceſſum in rectis muſculis: alii in ventre, quia attenuato vehementer puero & conſumptis muſculis facile emineret tumor: Pauciſſimi in Hepate, quod quibuſdam Hepar totum ventrem ad partes ſiniſtras pertendat. Aperto loco exiit pus viroſum & graviter fœtens, corrupto peritonæo: Abſceſſus ſedes in parte Hepatis, quæ illic perveniebat, Quod magis apparuit mortuo & diſſecto puero. *Hollerius libello obſervat.* §. *xxx.*

§. 9. Ante annos quatuor venit Lauſannam mulier 30. annos nata, Tumore magnitudinis infantis In ſiniſtro latere ſub umbilico laborans; rotundus erat ille, & facile ex una in alteram partem ducebatur.

De hoc Tumore multæ variæque fuerunt opiniones, Tandem mortua per diſſectionem à me adhibitam veritas annotuit: Invenimus enim Lienem adeo magnum ut inferior pars ipſius (quæ in tumorem rotundum indurata erat) ad os pubis fere propenderet *Fabritius Hildanus Epiſtola lv.*

SCHOLIA.

EPiſtolam integram, quæ multa ad τήμμαρον Tumorum durorum, & eorum qui abdomini innaſcuntur, horumque curationem complectitur, notatu digniſſimum, exſcribere placet, Si affectum illum, de quo ſcribis, videre (ſummopere enim in hujuſmodi affectibus requiritur ocularis inſpectio) & manu mihi tractare liceret, ſedem ipſius invenire non uſque adeo eſſet laborioſum, ut arbitror; Tumorem tamen hunc ex cauſa primitiva originem traxiſſe rationi conſonum eſt, quandoquidem equo dejecta mulier, facile inde ſequi potuit contuſio, confluxus humorum, tandemque Tumor: qui quia contactu durus eſt & doloris expers, forſan aliquid de natura ſcirrhi contraxit; Ad ſcirrhi tamen generationem longum requiritur tempus, ideoque ſi recens eſt morbus, vix ſcirrhoſis tumoribus erit annumerandus. Sæpiſſime mihi occurrunt Tumores rotundi, tactu duri & doloris expertes, in quibus nihil reperitur præter aquam, quæ duriſſima membrana continetur, Horum Tumorum unum ex abdomine puellæ novem an-

ıotum exſcidi, quæ convaluit: Oriuntur item Tu-
ɔres ex pituitoſis humoribus, qui nihilominus tactu
ır duri: In Matrona tumorem ex contuſione ortum
carpum dextrum curavi, qui adeo durus erat ut ab
ınibus ſcirrhus exquiſitus judicaretur: aperto tu-
ɔre humorem larido non abſimilem ex eo extraxi-
ıs, qui aeri expoſitus intra xxiv. horas in lapillos
ncretus eſt: Membranam quoque poſtea extraxi-
ıs denſiſſimam: In hujuſmodi autem tumoribus
embrana extenditur humore, non ſecus ac inflata
ſica, quæ & tactu dura percipitur, quamvis nihil
æter flatum contineat: De ſede autem Tumoris, de
ıo ſcribis, nihil certi auſus ſtatuere, cum ad id in-
ectio ocularis ſit neceſſaria: quia tamen in externa
ırte abdominis percipitur tactu, & ipſius magnitu-
ɔ facile circumſcribi poteſt, utero vix inhærere exi-
ımo: Vterus enim dorſo incumbit, oſſi item ſacro
lumbis annectitur, adeoque inteſtinis obtegitur,
in ipſo tumores & ſcirrhi, niſi in maximam magni-
ıdinem excreverint, exterius percipi non poſſint:
*go in diſſectionibus aliquoties ſcirrhos ſatis grandes
ı utero inveni, qui tamen cum in vivis eſſent exte-
ius non percipiebantur*: De meſenterio idem ſta-
ıendum: Neque ſi in Veſica lateret Tumor ille, fa-
ile perciperetur tactu; Veſica enim mole viſcerum
ıteſtinorumque ſub oſſe pubis deprimitur: adeo ut
ı ipſa tumores & calculi, quantumvis magni fue-
int, in externa parte ventris non appareant, nec
nanu apprehendi poſſint: Sed & excernendo urinam
naximam pariunt difficultatem tumores in veſica:
ɪ in illa virgine nulla, aut ſaltem exigua eſt difficul-
tas: In Omento ſcirrhos nunquam, phlegmones aliquoties mihi videre contigit: in ipſo tamen omnium generum tumores poſſe oriri non dubito, ſed exterius vix percipientur: Vidi quoque Tumores & Abſceſſus inter muſculos abdominis: Ante aliquot annos vocatus ſum ad Matronam quæ de dolore magno è regione ventriculi aliquantum ad latus dextrum conqoerebatur: Ego tactu Tumorem ad latus lineæ albæ, ſub muſculo recto apprehendi, quamvis exterius nihil appareret: Author fui ut muſculus & cutis uſque ad abſceſſum incideretur: Spretum vero conſilium, quod nullum indicium abſceſſus conſpicuum eſſet; non diu poſt ad interiora ruptus eſt, In vacuum ventris defluxo humore, de novo exorta eſt febris, leipothymia & dolor magnus ſub umbilico, ita ut paucis poſt diebus è vita deceſſerit: Sabaudus quadragenarius & robuſtus, ex contuſione Tumorem ſub regione hepatis contraxerat: laborantem inveni febre, ardore magno, nauſea, gravibuſque aliis ſymptomatis: Summam, ſed fruſtra, adhibui diligentiam ut in halitum reſolveretur materia, tandem inter peritonæum & muſculos abdominis materia confluxit & abſceſſum excitavit, qui exterius vix percipi poterat, Abſceſſum incidi, unde pus fœtidum effluxit; ulcus per menſes aliquod apertum ſervavi, donec tandem ſanitatem recuperaverit: Ex hujuſmodi autem tumoribus abdominis, difficultatem aliquam in excernendo vrinam conſequi poſſe rationi conſentaneum eſt: quantum enim ad expulſionem vrinæ faciant muſculi abdominis, omnes ſciunt Anatomici.

§. 10. Interdum Ren dum extuberat ſupra modum, verſus umbilicum prominet, quod ſcirrhoſum meſenterium æmulatur. *Riolanus Anthropogr. l. 2. cap. 26.*

§. 11. In Noſocomii noſtri Pædotrophio Vienna, infans natus cum tumore circa umbilicum ad pugni magnitudinem, coloris lividi: Chirurgus loci, omphalocelem gangræna tactam ratus, medicamenta calidiora gangrænam, & tandem ſphacelum compeſcentia applicuit, inde aucta inflammatione miſellus expiravit, Medicus ordinarius, D. D. Vrſinus, aperire cadaverculum juſſit.

Inchoata ſectione ad Tumorem dictum, vixque cuſpide cultelli adacto, jam Hepatis ſubſtantia in conſpectum prodiit, Inde parebat Tumorem ex prolapſo Hepate (forſan à conformationis vitio) & non ex umbilici protuberantia ortum traxiſſe, divulſa linea candida quæ inter rectos muſculos conſtituitur: Cum vero mihi cadaverculum pro confectione ſceleti conceſſum eſſet, præter inflammationem Hepatis, ac diſpoſitionem gangrænoſam in meſenterio, obſervare mihi nihil licuit inſoliti ac curioſi. *Laurent. Voltzfrigel Miſcellan. Curioſorum anni* 1671. *Obſerv.* 88.

Observatio. XI.

Tumores in Hypogaſtrio, *vel interfemineo, à Renibus ſuppuratis interdum excitantur:* 1. *Tumor ſupra* Inguen *à foetu ibi concluſo.* 2. *In* Inguine *à copia puris ibi collecti.* 3. Hypogaſtrii *à ſcirrho in veſica.* 4. *A ſteatomate prope veſicam.* 5. Inguinis *apoſtema vermibus ſcatens.* 6. *Infra* Inguen *ob putrem pulmonem è regione mali.* 7. *Circa pubem incipiens, ad umbilicum extenſus, à materia purulenta inter duas tunicas meſenterii collecta.* 8.

§. 1. Abſceſſus muſculorum abdominis, qui fiunt in imo hypogaſtrio, antrorſum vel retrorſum, vel etiam in interfemineo, ſæpiſſime accidunt ex ſuppuratione renum, transfuſa & delabente purulentia intra duplicaturam peritonæi, ut à nobis multoties obſervatum fuit in apertione cadaverum poſt obitum *I. Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 24.*

§. 2. D.

§. 2. D. Contia gravida facta, paulo ſupra regionem inguinis dextri, Tumorem cum duritie ovi magnitudine habuit. Diſſecto mortuæ latere fœtus quinque pollices longus repertur, &c. *Vide lib. 3. tit. de Hypogaſtrii Doloribus.*

§. 3. Rudolphus N. cum dolore inteſtini coli, Tumorem mollem habuit in inguine dextro, Ibi, in principio coli, ingens fuit cumulus puris, quod partim eo deſcendit, partim procreatum eſt. *Vide Tit. de ventris dolore, lib. 3.*

§. 4. David N. Tumorem durum è regione Veſicæ geſtavit: Scirrhus magnitudinem ovi gallinacei adæquans in ipſa veſica deprehenſus. *Lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 5. Olaus N. circa inguina Tumorem geſtavit exiguum qui in magnam molem excrevit. Prope ſiniſtrum veſicæ latus tumor comparuit, capitis virilis magnitudine, veſicæ adnatus. *Vide lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 6. Vidi in Puella Tumorem magnum inter Ilia & Inguina, quem incidendo Chirurgus quidam, me præſente, reperit plenum vermibus: Quidam miles Mutinenſis in Hoſpitali Carmelitano habebat multos Tumores intrinſecus & extrinſecus, quos vidimus poſt ejus mortem (nam ex illis mortuus eſt) qui Tumores erant pleni Vermibus parvis, qui videbantur pediculi. *Gab. Fallopius de Tumoribus p. n. cap. 4.*

SCHOLIA.

Reſectam didici ab Illuſtriſſ. Dom. de Mayerne mulieri mammam Carcinomate affectam, quam cum microſcopio examinaret, infinitos vermiculos animadvertit: Hinc forte ratio deduci poteſt cur mulier, de qua *Mauritius Cordæus* comm. 7. in lib. 1. *Hippocr.* de m. m. Cancro ulcerato totam faciei partem dextram depaſcente liberata ſit, continuo admotis pullis gallinaceis in laminas diſciſſis: ſuavitate ſcil. carnis allecti vermes illi adhæſerunt, relicta inſuaviori. Ideoque crebra admotione factum ut adhærentibus vermiculis, pars affecta ab illis liberata ſanitatem conſequuta ſit.

§. 7. Dom. *Crozonius* querebatur de Tumore paulo infra inguen oborto, & ad natem propinquam: doloriſicus erat, diuturnus, digitis cedens quidem aliquatenus, ſed eorum non manebant preſſa veſtigia, ut in *phymatis* phlegmaticis: Diutina præterea quadam *tuſſi* moleſtabatur: Tandem cum dolores multos ſuſtinuiſſet, & ad diætam à Chirurgis male revocatus fuiſſet, temporis ſucceſſu Tumor, qui ſummam natem occupabat, in ſuppuratum eſt verſus, pus in profundo delitefcar: Excreta tanta copia ut omnem fidem & opinionem ſuperaret.

Mortuus eſt, Pulmo inventus eſt putris è regione ipſius mali. *Ballonius conſil. 46. lib. 2.*

Phymatis. Quibuſdam viſum eſt eſſe, in ipſa præſertim nate, ulceris, ſed argumenta & ſigna ejus non relucebant. *Idem.*

Tuſſi moleſtaretur] Inde arrepta occaſio inquirendi fontem & principium mali: dictum Tuſſiculoſos nonnunquam abſceſſu ad ſcrotum oborto capi ac detineri, id quod huic contigit: Et quæ materia & obſedit ſcrotum, & obſeſſum tenere potuit, majore ſui parte abſceſſit in inguen & propinquas contiguáſque partes: Et cum natura eſſet melancholicus, Tumores iſti ad Vaticoſos potius accedebant, & nonnihil de natura Lupiarum retinebant. Magna vero poſita eſt vis in diuturnitate iſta tuſſis & natura temperamentóque ipſius ægri: adductus eſt locus ex ſect. 1. lib. 1. Epidem. huc maxime pertinens. Nec repugnat rationi ut tuſſes diuturnæ ceſſent quoniam teſtis intumuit, Et Teſtis tumor a tuſſi ceſſat ac allevatur: quod mirum eſſe debet. *Idem.*

§. 8. Cuidam circa pubem Tumor prognatus qui veſicæ orificium compreſſit, interdum augebatur, interdum minuebatur, unde cauſa floribus adſcripta: ita tamen tandem auctus ut ſeſe ad umbilicum & latus ſiniſtrum extenderit. In mortuo inventa collectio materiæ purulentæ inter duas meſenterii tunicas, quæ occuparat majorem inferioris ventris partem. *Vide lib. 1. ſect. 9. obſerv. 37.*

OBSERVATIO XIII.

Tumor in Dorſo ad ſuppurationem deductus, pus ad thoracis cavitatem effudit, in quo Empyema induxit. 1. Spinæ Dorſi Tumor flatulentus ſalvis viſceribus. 2.

§. 1. ANno 1670. Turnonii mulieri in Dorſo juxta vertebras enatus Tumor ex meliceridum genere, capitis infantis magnitudinem æquans, qui tandem mortem induxit. Aperto cadavere, cavitas pectoris pure repleta reperta eſt, quod eroſa pleura & obviis membranis & muſculis viam in dictum locum ſibi fecerat, ex illo tumore effluxum. *Ex communicatione D. Bailly Chirurgi Genev.*

§. 2. Dom. de *Salinis*, Nobilis Benearnenſis morbo chronico diu detentus, tandem inflammationem gutturis, & Spinæ dorſi Tumorem paſſus eſt, quibus periit. Diſſecto cadavere omnia viſcera ſana reperta ſunt, & Tumor ille diſſectus nihil niſi ventum emiſit.

OOooooo *SCHOLIA.*

SCHOLIA.

NIl niſi ventum] Neceſſe eſt igitur ventnatam quandam in hoc vento incluſo latitaſſe auram: Vel aërem ibi à calore debili genitum & corruptum medullam infeſtaſſe ſpinalem, cujus affectus periculoſiſſimi ſunt, quia ſubſtantia eadem qua cerebrum conſtat: eſt enim cerebrum oblongatum & ejus appendix. *Petrus Borellus Obſerv. 8. cent. 1.*

Observatio XIII.

Tumor in Lumbis *à medulla ſpinali nuda obortus.* 1. *Ab abſceſſu in Rene vicino.* 2. *Tumor in Lumbis varias nervorum propagines habens.* 3. 4. *Tumor è regione* Oſſis ſacri, *per ductum hepati inſertus.* 5.

§. 1. Puella præfecti cujuſdam in Marchionatu, cum ſeptimanarum eſſet circiter XVII. ante biennium aperta fuit. Mater dum utero geſtaret, de ſcalis delapſa ſuper dorſum, dein terrore perculſa ex conſpectis cujuſdam graviſſimis ulceribus, puellam hanc convenienti tempore enixa eſt, cui ſpina dorſi perfecte luxata erat. Supra vertebras lumborum Excreſcentia magnitudine ovi, mollis, diverſi coloris, cui ſecundinam applicarunt, cataplaſmata appoſuerunt, tandem meum conſilium triduo ante mortem expetiere: Cum viderem Excreſcentiam hanc veſicæ inſtar humore repletam, & metuerem ne forte ex acriori humore oſſa læderentur, ut aperiretur ſuaſeram: Ipſis reſiſtentibus, juſſi applicare ol. chamæmel. & roſar. ad doloris & caloris mitigationem, quod cum ea nocte ter applicatum fuiſſet, rupta veſica materia ſeroſa, purulenta, fœtida, effluxit & veſica concidit; Altera die abſtergentibus & anodynis uti juſſi: Tertia die convulſionibus correpta obiit.

Aperto ergo loco affecto, meatum nullum qui ad abdomen penetraret reperi, licet eſſent qui exiſtimarent urinæ portionem ex veſica eo deferri: Verum ipſam ſpinalem medullam denudatam reperi, ita ut duæ vertebræ lumborum deſiderarentur, integris reliquis exiſtentibus. Oſſa ne hæc ab ipſa materia fœtida aeri fuerint putrefacta dubium apud me eſt, cum nulla oſſium fruſtula à me fuerint reperta, nec in reliqua vertebrarum parte læſionem obſervare potuerim. Facile ego patiar mihi perſuaderi naturale hoc eſſe vitium, idque ex caſu matris. *Ex obſervationibus Clar. Viri Caſpari Bauhini.*

§. 2. Rogatus una cum Chirurgo hujus Civitatis, acceſſi, puellam 9. circiter annorum, quæ Tumorem inſignem habuit in dextro latere circa lumbos: Diu illam tractavit Chirurgus emollientibus, tandem me præſente aperire decrevit, effluxitque ex inflicto vulnere puris cum ſanguine permixti ſat magna copia: Abſceſſu ſa pertus deinde convenientibus remediis tractatus, ſed elapſis tribus ſeptimanis vitam cum morte commutavit patiens.

Apertum cadaver nihil aliud notabile exhibuit præter renis dextri conformationem: Illius namque parenchyma plane conſumptum erat, ſola reſtante pelvi magna, craſſa, dura & ſabulo plena, ex qua egreſſus ureter itidem magnus & craſſus, qui antequam deſineret in veſicam, ſabulo fragmentiſque minoribus lapillorum repletam: Ureteris autem parietibus ſat firmiter adhæſit calculus, figura & magnitudine caryophylli aromatici, intus habens materiam nigricantem quaſi pro baſi, quam omnes circumſtantes mecum pro concreto ſanguine habuere, cui extrinſecus adnatus cortex albiſſimus inſtar ſacchari candi, aut tartari cryſtaliſati pellucidus.

SCHOLIA.

FOrte grumus ſanguinis ab exulcerato rene ad veſicam tendens, in via adhæſit parietibus ureteris, qui ſucceſſu temporis à prætei labente ſero ſabuloſo ſenſim incruſtatus, grandior adhuc evaſiſſet, ſi diutius ſupervixiſſet mortua: Non enim novum calculos in veſica aut renibus, inſulatum more fieri, quæ ex parvis initiis ſabuloſis, medio in flumine, dum ſubinde poſitis fundamentis aliquid accedit terræ, aliunde vi atque impetu aquarum avulſæ, in ſpatioſum excreſcunt ambitum. Sic dum grano arenæ in renibus aut veſica aliud adjungitur granum, huic aliud, aliis alia, calculus inde excreſcit non uſitatæ magnitudinis. ſic acui canali adnatus lapis, Vide *Bartholinum* cent. 2. Epiſt. 78. Quem generandi modum demonſtrant peſſiculæ illæ quibus inſtar cæpę componitur calculus, quæ ſi recentes & friabiliores, tamdiu ſeparari poſſunt, donec ad centrum & primum calculi ortum fuerit perventum. *Carolus Rayger in miſcel. cur. ann. 1672. Obſerv. 285.*

Afferam hic exemplum accurata bilance ab anatome penſiculatum, Tumorem videlicet rapiformem in lumbis, fœtui in vulva enatum, ob rapam prægnanti matri improvide denegatam: Cujus repulſæ ergo lumbos ſuos ubi percuſſit, mulier animi impotens læſit tantopere tenellum fœtus ſui corpuſculum, ut inde in lumbis enata ſit ipſi inſignis rapa: quam anguſtiori pediculo innixam quo auferret Chirurgus, conſtrinxit eam arctiſſimo filo, deinde ſatagens emortuam ſcalpello excidere, Verum antequam res eo devenit, jam emoriebatur infans.

Cujus

Cujus defuncti cadaver ubi perſcrutata fuir anatome, vidimus ſpinæ medullam plane ceram, & nervorum propagines tam varie per tumorem diſperſas, ut non fuerit in ma Medica excreſcentiam hanc quocunque modo demere, quin protinus demeretur & æg vita, à qua ſævitia propterea ſedulo deterrendi erunt Chirurgi, quoties ſe offeret ſimillim tumor jam ſexies nobis viſus. *N. Tulpius Obſerv. lib. 3. cap. 30.*

§. 2. Paupercula 7°. menſe prægnans, cecidit ſupina in lumbos, ſed ſine evidenti cu noxa: at infans in lucem editus habuit inſignem Tumorem in lumbis, quo adaperto efflu ipſi quidem frequens aqua ſed non minus ipſa vita.

Qua ſublata, vidimus ſpinæ vertebras ut laceras ſic late à ſe invicem diſparatas, & nerv ſpinalis medullæ tam perplexo errore per tumorem diſperſos, ut vix ullibi poſuiſſes ſca pellum ſine manifeſto vitæ periculo: *Idem.*

SCHOLIA.

PRægnans cecidit, &c.] mulieribus gravidis ut plutimum damni dant repentinus terror & inopinatum infortunium, ſic nihil æque illas offendit atq; importuna repulſa, aut gravior aliquis lapſus, lædens impenſe vel hanc vel illam corporis partem: Cujus offenſam licet flocci ſæpenumero faciant prægnantes, plurimum tamen detrimenti capit inde fœtus, etiam debite formatus, quem talia infortunia tam turpiter nonnunquam deformant in ipſa vulva, ut nulla arte id poſtmodum diſpellas. In quo certe apparet imperveſtigabilis Dei potentia, cui æque facile eſt hominem immutare ac formare.

Inſignem tumorem] Obtulit ſe nobis haud diu poſt ſimillimus Tumor, ſed diſſolutus in ipſo partu, eventu tamen æque infelici, cum ob gangrænam conſumentem illico effractas laceri tumoris oras, tum ob denudatos nervos per tumorem paſſim diſperſos, qu circumfluus aër adeo immutaverat, ut non licuer infanti vitam prorogare ultra diem tertium.

Vix poſuiſſes ſcalpellum, &c.] Eam calamitate ſiquidem retorrides Chirurge, cave ſis improvid unquam aperias quod tam facile occidit hominen Sed notes idem periculum quod hic animadverſu in lumbis, utique evitandum in molli illo tumo qui inſidet nonnunquam dilatatis calvariæ ſuturis, i quem novacula directa lædit facillime cerebrum illi effuſum, Et nihil ſequius cogitans noces illi cui ve neras auxilio: Quoad ejus itaque in tantis tenebri fieri poterit utere acri circumſpectione, & confug potius in tumore tam ancipiti ad emplaſtra & fomenta diſcutientia quam ad ſectionem vitæ human adeo perniɫioſum. *Idem.*

§. 3. Anno 1608. Matrona Paterniacenſis gravida, cum artolaganos, qui veluti vent inflato extuberant. avide appeteret, nec concederentur, reliquum geſtitationis tempu multis cum moleſtiis contrivit. Tandem xx. Martii puellum non tantum ſupra modum debilem & extenuatum, verum etiam rei appetitæ ſignatum peperit. Nam è regione oſſis ſacri Tuberculum habebat, quod horum artolaganorum formam omnino præ ſe ferebat, ad ovi anſerini magnitudinem elevatum, inæquale tamen, aqua & flatu repletum: membrana, qua inveſtitum fuit, adeo tenuis atque poroſa erat, ut humor ſeroſus copioſe per illam exſudaret, hinc vires adeo imminuebantur ut quarta die ætatis exſpiraret.

Ante ſepulturam quum partem affectam inſpicerem, cavitatem ductúmque inter 4. & 5. vertebram lumborum inveni, Non tamen in medio ſpinæ erat ille ductus, ſed aliquomodo ad latus dextrum vergebat: mater enim cum cibum hunc avide appeteret, dextra locum ilium fricaverat. Rotundus erat ductus ille & communi perioſtio inveſtitus, ejus magnitudinis ut minorem digitum facile exciperet. Per ductum autem huncce vas quoddam membranoſum, ſuiſque quoque venis capillaribus præditum, ex ipſo cavo hepatis, extra cutem (ubi dilatatum exuberantiam illam efformeverat) deſcendebat: Ad latera præterea duo alia vaſa, quæ ex arteria magna proueniebant, tuberculó inſerebantur. *Hildanus Centur. iij. Obſerv. 56.*

OBSERVATIO XIV.

Mentulæ & Scroti monſtroſus Tumor, à materia ſubcandida craſſa glutinoſa, uberi vaccino ſimili, &c. genitus.

COnſiſtentis Vir ætatis, habitus craſſi ſed cacochymici, ruber facie, monſtravit in Noſocomio monſtroſam mentulam, verrucis prægnantem innumeris, acinos botris adglomeratione æmulantes: Pars quædam tumida, renitens, cuti concolor, inſtar globi rotunda abdomini adhærebat, quæ capiti modo nati infantis magnitudine reſpondebat, hæc carebat verrucis: Coles ad ſtuporem magnus, tumidus, longitudinis cum ſcroto circiter ulnæ Auguſtanæ. Præputium retroactum citra glandis radicem neſcio quem tumorem criſtæ dedit, qui copioſis, ſubfuſcis verrucis luxurians, glandem inſtar collaris moderni, quod ex multiplici panno ad fimbriam flocculis exornato conficitur, ambivit; Glans tuberoſa & in veſicam quaſi ſublata, palma fuit longior & pugno major, ob ligamentum aliquomodo retracta, quam verrucæ obtegebant copioſiſſime, quales in collo Gallorum Indicorum conſ-

ꝑiciuntur cum furor eos agitat. In hoc tuberoſo virgæ capite Sinus fuit repertus, in cadavere diſſecto, in quem è pene defluxit ſerum (Aberat enim corpus penis à ſcirrhoſo hoc excavato tumore ſpatio fere trium digitorum) quod per foramen ſaltem ſtillavit; at canalis ligneus, quem panum vocant, immiſſus, libere & affatim fluxit, omne id quod ex veſica eò depoſitum fuerat; intruſit & eum retinuit ſine aliquo dolore: Corpus penis non intumuit, ut ſectio docuit, ſed quod ambiebat teſtes & colem, ſcirrhoſum pro hoſpite recepit tumorem, ac innumeros in ſuperficie cutis luxuriantes monticellos verrucarum. Undique enim compreſſæ, copioſæ, parvæ, duræ, ac arcte in ſe invicem glomeratæ ac connexæ puſtulæ, verrucis myrmeclis non diſſimiles, cutem colis & ſcroti ambiebant, veſtiebant ac cooperiebant. Scrotum ipſum durum, renitens, extenſum, magnitudinis capitis viri, tuberoſum, inæquale, quaſi hernioſum, ac ſi ſarcocele univerſi ſcroti eſſet: cutis ſuperficies verrucis copioſiſſimis tegebatur: monſtroſiorem mentulam vidi nullam: Cum miles eſſet, quibus venus ludo eſt, & ſcortari ab eis non alienum, luis venereæ credebatur ſoboles; at Medicus & Chirurgus ejus Noſocomii miſerum ad me ablegarunt, cum nullam aliam haberet labem: Vulnus ante plures annos in bello glans penis accepit ab haſta, quod neglectum fungoſa contraxit labia, quæ tamen non potui obſervare: A glande præputium fuiſſe retractum retulit, quod tamen in verrucoſos intumuit monticellos: Scio monſtroſiorem fuiſſe hanc mentulam quam meus depinxit calamus, aut delineatio pingentis: Hæc mentula reſecta à corpore, adpenſa ad libram & diſſecta fuit, cum miſer anno 1626. in Noſocomio ex cachexia hydropica exſpiraſſet. *Hæchſtetterus Caſu viii. centur. vi.*

Hanc eandem hiſtoriam ibidem pertexit, ac his verbis deſcribit D. Daniel Geiger, qui diſſectioni interfuit.

Quod nuper me diſſectioni ſcroti alicujus monſtroſi intereſſe paſſus ſis, Vir Exc. gratias quas poſſum maximas ago, memorabilis certè, nec mihi unquam antea viſus fuit affectus: Quod vero etiam ex me quid illic obſervarim ſcire deſideraſti, neſcio an tuo iſthoc deſiderio ſatisfacere queam.

Cùm hic æger anno 1626. Novembris 18. die mortuus eſſet in Noſocomio, cachecticus, & jamjam ad hydropem pede lento gradiens, cum pedes ejus jam ſentirent molem, pectus anguſtiam, anxietatem, & ſpiritus ſublimis eſſet ac difficilis, placuit cadaveris monſtroſam diſſecare mentulam, quam à corpore reſectam & phalangi ad penſam, librarum pondus habere cognovimus quatuor & mediam: Cute ſectione aperta, penis adparuit corpus albidum, compactum, durum, renitens, cuti firmiſſime adhærens, quod ad corpus uſque penis diſſectum, ipſum integrum conſuetæ longitudinis & latitudinis apparuit, facilis ejus à tumore ſcirthoſo erat ſeparatio, Glans penis fuit exigua, colore albida, ſed ejus cutis globoſa, in tumorem extenſa, in ſuperficie tuberoſa, verrucoſa, ſeu innumeris verrucis invicem compactis ſupervestita: intus ſinum quendam habuit, qui videbatur in ſcirrhoſa illa duritie inſculptus, in quem penis ab hoc ſinu longius retractus ſerum depoſuit, quod per panum ex corpore exiit. Tumor hic originem ſumpſit, ſerpſit appoſitione ab hac parte læſa, & totum penem ambivit, & in ſacco teſtium maximam molem cauſavit ac ſi Sarcocele univerſi eſſet ſcroti: Teſtes vere Teſticulos nominare poterimus, quorum jam tumori ſcirrhoſo adhærebant membranæ veſtientes, ipſi corporis exigui, contracti ac corrugati, imminuti, corrupti, fundentes inciſi neſcio qualis putredinis ſub cœruleum colorem: Scrotum itaque hoc magnum, inæquale & decies aut pluries communi ſcroto majus, durum ſubalbidum humorem continebat, ſiccum, renitentem, & in diſſecando ſonorum, ac ſi acies cultri cartilaginoſas pertranſiret partes, non diſſimilem uberi vaccarum.

SCHOLIA.

Videtur Tumorem illum Scroti præternaturalem, puſtulis verrucoſis (verrucarum nomẽ hoc quadrare omnino mihi perſuaſum habeo) parvis, copioſis, ac arcte invicem compreſſis, in circumferentia ſeu cute refertum, plane ſcirrhoſum fuiſſe, ſuamque originem & incrementum à pituita quadam craſſa, lenta ac indurata traxiſſe: *Galenus* enim duplicem conſtituit ſcirrhum, unum durum, indolentem & pertinacem, renitentem, ex humore melancholico naturali oriundum: alterum vero ſubdolentem ex craſſa & glutina quadam pituita provenientem: Hanc ſi ego diſtinctionem cum noſtro tumido ſcroto conferam, vix me falli puto ſi & illud Scirrhum minus exquiſitum, vel œdematoſum, ſeu Oedema ſcirrhoſum dicam, qui à pituita craſſa glutinoſa & lenta ſuum habuerit initium, quod ex ſequentibus evidentius patebit, Nam 1°. prava defuncti victus ratio, & cacochymica ejuſdem corporis diſpoſitio ſubſcribere videtur. 2°. materia in illo Tumore contenta, quæ ſubcandida, craſſa, glutinoſa & pinguedinis inſtar ſolidioris indurata, uberi vaccino ſimillima fuit, adeo ut non tantum videri, ſed & ſectione audiri potuerit. 3°. Locus, Scirrhus enim vterq; partibus ut plurimũ corporis ſiccioribus & durioribus, utpote ligamentis, tendonibus ac muſculorum capitibus accidere ſolet, rariſſime mollioribus. Hic autem præputiũ Halebardæ ictu læſum, & temere neglectum, fluxionẽ primo recepit, à quo tandem creſcendo malum ad ſcrotum etiam & proxima vaſa ſpermatica devenit: Eſt autem præputiũ, ceu vniverſa corporis cutis, ex genere ſpermaticarum

maticatū ſeu nervoſatū, adeo ut *Gal.* nervū ſanguine præditum nominarit. 4. Principii & incrementi ratio, incepit enim primo in præputio, ab hoc ſenſim ſeſe extendendo totum occupavit ſcrotum, quod ſcirrhoſorum minus exquiſitorum ſignum certum. 5. forma externa, fuit enim tumor magnus, immobilis, durus & bilis carens 6. Color, concolor enim fuit, & corporis, ſeu potius ſcroti, vivum colorem retinuit: Ex his patet tumorem hunc vere Scirrhoſum, ſed minus exquiſitum fuiſſe: Ego valde dubito annon etiam tenaciſſimæ huic pituitæ melancholici ſucci quid commixtum fuerit: color enim diſlecti tumoris quibuſdam in locis plumbeus, vel ad plumbeum inclinans viſus fuit, & in Teſticulis (quibus tamen utriſque duos exteriores tunicas ἐλυθροειδὴς & ἐρυθροειδὴς, ut mihi viſum, defuerunt) humor quidam ater, & ſuccus latitarit, ac venæ & arteriæ diſſectæ cruorem valde craſſum, nigrum & ſiccum quaſi exſtillarint: Non vereter etiam hunc Tumorem Carnoſum dicere, cum *Peccetius* cap. 23. l. 1. Stru-mas, ſeu glandulas (quibus eadem fere cum noſt Tumore materia eſt) non tantum ſcirrhoſos, veru etiā ex Aetio, Carnoſos vocet Tumores: Sarcocel vero nominare nequeo, etſi & hæc ſubſtantia du pedetentim circa teſtes genita ſit, quum non ſubr bra ſed albida fuerit, & quia originem in pene, nc in ſcroto ſumpſerit. Notham igitur ſi Sarcocel quis dixerit, cum & illa ſcirrhoſus ſit Tumor, me nc habebit repugnantem. Ex contuſione vaſorum ſpe maticorum F. *Platerus*, ſucco ex vaſis illis exſudan copioſiori, fieri ſarcocelen ſcripſit. Credibile luxu riantem humorem nutrientem menrulæ cutem cc pioſiorem agglutinatum hunc ſcirrhoſum dedi Tumorem: Eſt autem nutrimentum cutaneorum a nervoſorum corporum ultimum ſubalbidum, hin factum ut & verrucarum corpora glandulosa ac al bida diſſectione inventa ſint. Non ſunt mihi cum ill rixæ qui omnia ſuis humoribus adſcribunt, & ex co lore tumorum de cauſa eorum argumentari volun *Idem Geiger.*

OBSERVATIO XV.

Tumor Glanduloſus ſub Scapula *ſiniſtra, à Glandula non morboſa ſub cute concluſa.* 1. *Struma in* Humero *ſiniſtro ad pectus & dorſum diffuſa, coſtis adhærens.* 2. *Tumo* Humero *innatus ob ſubjectam oſſis cariem.* 3. *Tumor in ſcapula ſiniſtra lapidem conti nens.* 4. *Tuberculum circa Furculam à Pulmonibus ortum ducens.* 5.

§. 1. VEneficæ vetulæ, ob veneficium ſuſpendio enectæ, cadaver in domo collegii diſ ſectum fuit; Quod potiſſimum obſervatu dignum, erat Glandula quædam ſub ſca pulæ coſta inferiore lateris ſiniſtri ſita, quæ formam mammillæ cum papilla propendent referebat: Detracta cute, Glandula ipſa in conſpectum venit, cujus figura erat hemiſphæri ca, latior circa baſin, qua panniculo carnoſo adhærebat, ſenſimque contractior facta in pa pillam deſinebat: latitudo circa baſin erat duorum pollicum, altitudo fere unius. Subſtanti ejus illi mammarum ſimillima, alba quippe, mollis & ſpongioſa: vaſa habebat arterias, ve nas & nervos: E medio ejuſdem papilla teres, magnitudinis pennæ cygneæ, longitudini pollicis unius propendebat: Meditullium erat ſubſtantiæ glanduloſæ, ejuſdem generis cum illa totius mammillæ cui continuabatur: exterius productione cutis tegebatur, qua etiam firmiter mammillæ adnaſcebatur: papillæ hujus ſubſtantia glanduloſa aliquomodo pervi erat: Enim moderata mammillæ compreſſione gutta cruoris ex ea exprimebatur: Nihi præternaturale aut morboſum in hac glandula reperiebatur niſi quod in numero partium redundabat: Num vero Glandula hæc in prima partium formatione ortum duxerit; an potius à cauſis adventitiis ſuccreverit, judicare non licuit. *Warthon Adenographiæ cap. 38.*

Appendix *de Glandulis ſanis varias corporis partes occupantibus in Milite.*

Glandulas ſanas valde numeroſas nuper vidimus in milite quodam, in Noſocomio Sabaudienſi London, curationis gratia tunc morante: In cujus brachiis & femoribus modo ſimplices, modo racematim creſcentes ſub cute deprehendebantur, & vel in panniculo carnoſo, vel cute adipoſa ſedem habebant: Omnes autem mobiles erant & indolentes, licet preſſiuſcule contrectarentur. Chirurgus expertiſſimus, ut huic malo occurreret ſalivationem inuncto Mercurio movebat, ſed fruſtra; quanquam enim æger ad tempus levaminis aliquid percipere viſus eſt, paulo poſt tamen morbus, ut prius, incruduit: Chirurgus me præſente, facta inciſione, unam majuſculam ex femore dextre extrahebat: quæ citra ullum putridum aut corruptum humorem tota ex ſolida glanduloſa atque alba carne conſtabat: Quod ſatis demonſtrat dari Glandulas adventitias plane ſanas, niſi quod in numero partium præternaturalium recenſeantur. *Idem ibidem.*

S C H O L I A.

GLandulas Vir Clar. dividit in *Naturales*, ſive *perpetuas*, & *contingentes* ſive *adventitias*. Adventitiæ ait, raro ab initio generantur & ad numerum partium naturalem vix ſpectant, verum de novo ut plurimum creſcunt: Dividit eas in Glandulas quoquomodo formatas, & in glandularum rudimenta ſive primordia: rudimenta hæc quanquam perfectam *glandularum* naturam nondum adepta ſint, quia tamen eo verſus tendunt, in earum originem inquirit. Ad primordia ſpectant pars mittens, materia miſſa, & locus recipiens: Pars mittens neceſſario eſt vel vel canalis aquoſus, vel vena, vel arteria, vel nervus: Verum neque vena, neque canalis aquoſus (*à quo Scrofularum originem deducit P. Barbette*)

quicquam mittere poſſunt, quia ea vaſa tantum reductioni inſerviunt: Verum arteriæ, quæ impetuoſe ſanguinem in omnes partes impellunt, ad hunc affluxum aliquid forte contribuunt: etenim extremitas arteriæ ſanguinem in carnem, in qua terminatur, protrudit, venęque extremitas illi reſpondens eundem ob impedimentum aliquod, nonnunquam haud expedite recipit & deducit, unde pars illa nonnihil intumeſcit: motus vero ſanguinis ſic præpeditus eundem ad novos ſibi rivulos quærendos aptum reddit: Verum ſola hæc aptitudo inſufficiens glandulæ principium materiale videtur: Etenim materia, quæ primum rudimentum ejus præbere debet, oportet ſit mitior multo molliorq; ſanguine, imo ut genituræ animalium, vel ovorum albumini analogice reſpondeat: Primum enim rudimentum glandularum adventitiarum ad formationem tendere videtur: Sanguis vero ſolus acrior eſt quam ut formationis principium materiale haberi poſſit, quin potius extravaſatus ſtatim putreſcit: hæc vero materia ut plurimum abſq; putrefactione in cellulis ſuis ſtagnare obſervatur: Quanquam igitur arteriis vim cócitandi fluxum ſanguinis, ad prima rudimenta glandularum novatum, vivificandi gratia, concedendum ſit, negandum tamen caſdem primam materiam, ex qua generentur, ſubminiſtrare, Quare aliud glandulatum adventitiarum principium materiale quærendum eſt: *Nervus* itaque reſtat perpendendus. Monſtratum familiaritatem magnam & commercium inter nervos & glandulas intercedere, nervóſq; aliquid vel afferre ad illas vel ab iiſdem auferre. Impoſſibile autem eſt ut nervi ab his glandulis aliquid auferant priuſquam ipſæ exiſtant, ſed neceſſe eſt aliquid afferant, ut materia ſuppeditetur ex qua fiant. Succus quem nervi exſpuunt multo delicatior molliórque eſt ſanguine, multóque ſimilior naturæ ſpermatice: Si ergo contingat nervi turgentis & repleti extremitatem effundere materiam ejuſmodi in carnium interſtitia, materia ſic effuſa ſtatim formationem molitur, & primo cyſtim ſive amiculum, quo tanquam chorio involvatur, effingit: quia vero nova ſubinde materia è nervo huc confluit, fit ut cyſtis hæc ſenſim diſtendatur, cúmq; ex ipſo augmento neceſſario extremitates arteriarum & venarum proximas comprimat, accidit ut libero ſanguinis tranſitu nonnihil impedito, aliqua ejuſdem portio in tunicam formatæ cyſtulæ derivetur, novóſque in ea rivulos exſculpat, qui poſtea in arterias faceſſunt; quià vero pars in quam hi rivuli immittuntur virtute formatrice pręditа eſt, ne ſanguine jam affuſo opprimatur, rivulos alios venales efformat, per quos in extremitates venarum circumjacentium ſuperflua ejuſdem portio exoneretur: Atque adeo habemus primum glandulę de novo productæ rudimentum, ejuſque generationis modum. Partem mittentem *Nervum*, nimirum, Partem vivificantem, *Arteriam*; Partem exonerantem, *Venam*, item materiam miſſam *albumini ovorum ſimilem*: Partem recipientem, *carnium interſtitia*, & ſpecialius *tunicam*, immediate eandem materiam, ceu ovum de novo formatum, inveſtientem. Diximus modo Sanguinem non eſſe materiam idoneam ad glandulę noviter formatæ generationem, & conſequenter haud arterias, nedum venas aut canales aquoſos primam ejuſdem materiam ſuppeditare: Cúmque in locis plurimis, in quibus glandulæ generari ſolent, nulla alia vaſa pręter canales iſtos, ſcil. arterias, venas & nervos, reperiantur, excluſis jam canalibus dictis, ut & arteriis & venis, prima hujuſce materiæ congeſtio ſolis nervis aſſerenda eſt: Utque hęc ſententia clarius conſtet, in memoriam revocanda ſunt quæ adſtruximus, nervos potiſſimum ſeminis materiam in teſticulis ſuppeditare. Cum ergo nervi poſſint ſuccum ſeminali ſimilem in alias partes eructare, cumque prima glandularum adventitiarum materia ſit ejuſdem prope conditionis cum ſucco ſeminali, credibile eſt eandem è nervis ſimiliter originem ducere. Patet hoc luculentius, quia juvenes cælibes frequenter ſtrumoſi fiunt, poſtea vero matrimonio conjuncti nonnunquam ſponte curantur, materia nempe olim ad ſtrumas fluens, ad alias jam partes, teſtes ſcil. divertitur. Idem ulterius probatur, quoniam glandulę de novo formatę, conformationem quandam, arterias etiam, venas, nervos & canales aquoſos in ſe diſtributos habent, & ad aliarum partium viventium morem augentur: unde cônſtat eas primo genitas fuiſſe ex materia ſimillima ſeminali, utpote formativa virtute prædita, quam certe nulla pars, præterquam nervi, iis ſuppeditaverit. Accedit quod nervi in earum ſubſtantiam, prout in glandulis naturalibus fit, diſſeminentur, uti et doloribus acutis palam eſt, quibus ſtrumoſi ſæpe in partibus affectis obnoxii ſunt: Si autem nervi nihil contribuerent ad earum generationem, vix cócipi poteſt qua ratione ſe in earum ſtructuram poſtmodum ingererent: concludendum itaque videtur Nervos primam glandularum de novo formatarum materiam ſuppeditare.

Hactenus generatio primorum earum rudimentorum, jam videndum quomodo eædem in glandulas adventitias perfectas abeant: Diximus modo rudimenta hæc ita ſe habere ad glandulas formatas, ut ova ad pullos; quare, quod in ovo fit quando generatur pullus, idem hic quoque, quanquam modo multo imperfectiore, peragi videtur: habet enim pariter in ſe materia hæc in cyſti concluſa vim quandam plaſticam, rariſſime vero perfectam adeo ut integrum animal conficiat, (quanquam tamen aliquando in hujuſmodi cyſtulis monſtrum generari cernitur) ſed loco animalis fruſtulum aliquod carneum gignit, ſicut in utero, deficiente formatrice mola gignitur.

§. 2. Puero XII. annorum ab ineunte ætate ſtruma humerum ſiniſtrum hinc inde ad pectus & ad dorſum vergens in tantam molem excreverat, ut XL. fere libras ponderaret.

Mortuo ſecto cadavere, ita firmiter Struma coſtis adhærebat, ut tranſacta prius atrophia dilatationem ipſarum ad reſpirationem prohibuiſſet. Struma porro ſubſtantiæ cartilaginoſæ erat, ut gladio maxime reſiſteret.

Sed mirum audias Lector, quam recte & quam docte puer iſte ante mortem loqueretur: Credo equidem hoc eveniſſe quoniam purgato capite materia ex illo ad ſtrumam quotidie fluente optima fieret ratiocinatio. *Dom. Panarolus Pentecoſtæ I. Obſerv. XXI.*

§. 3. Vincentius Balduinus, Vir infractæ ætatis, vixit aliquandiu miſerandum in modum ob Humeri os, intra annos XV. quater effractum, quod paulatim increſcens, ſive ex viſcido oſſis contuſi ſucco, ſive ſanguine eo uberius affluente, in eandem devenit molem, ut nec

pectus

pectus nec ſcapula immodicum ipſius pondus fuerit amplius ferendo, excitatis non ſo lum maximis nervorum doloribus, verum etiam ſumma ſpiritus difficultate, ob luxu rians pondus, thoracis motum continenter impediens, cum indefatigabili vigilia: qu bus è ſalebris quo evaderet, uſus fuit conſilio variorum Chirurgorum, quorum alii tumo rem emollire, atque in pus convertere: alii contra luxuriem ipſius arctiore faſcia coë cere, ac nonnulli vitiatum os ſerrula præcidere adnixi fuere, ſed omnes ſucceſſu infelic venæ enim ac arteriæ hujus tumoris latiores erant quam ut pollice humano potuiſſent ob turari, ac proinde magis impedimento quam auxilio fuere faſciæ: mortemque adeo no diſtuliſſet quam maturaſſet amputatio improvide inſtituta.

Facto autem vivendi fine, docuit anatome omnia ſub cute viſci craſſitiem ac ſteato matis induiſſe natutam, parumque diſcrepaſſe *à vera natura cancri*: cujus nomen fortaſſi propterea huic oſſis vitio, haud male impoſitum à *Celſo*: Ipſa vero oſſa erant non modo à ſe invicem ſejugata, verum quaſi malleo minutatim confracta, ac præ irriguo madore adeo tenera, *flaccida ac mollia*, ut inſtar ceræ facillime confringerentur. *Tulpius Obſervat lib. iv. cap. xij.*

SCHOLIA.

A *Vera natura cancri*] *Celſus* lib. 8. cap. 10. aſſerit oſſium fracturæ, præter inflammationem ac diſtenſionem nervorum, interdum quoque cancrum intervenire: Ecquid vero per Cancrum ibidem loci intelligatur, variæ variorum ſunt conjecturæ, neque minores ſententiarum conflictus: veriſimile tamen non eſt verum hic deſignari cancrum, nedum ſphacelum perperam excogitatum: at ſi quis conjecturæ locus, videtur hæc vox adumbrare calloſum illud Tumoris genus, quod plerumque ſequitur calamitoſas oſſis fracturas, vel immedicabilem illam eorundem mollitiem quam imprimit oſſi acida pituita, ſolidam ipſius ſubſtantiam plane corrumpens: cujus pernicioſiſſimi tumoris natura, quantumvis haud parum diſcrepet à cancro genuino, in eo tamen cum ipſo convenit, quod uterque nullis cedat remediis, conſpiretque perindeque in perniciem ægrorum.

Oſſa flaccida ac mollia] Eandem alienationem oſſibus imprimit acida ac maligna quædam pituita per habitum corporis effuſa, quam interdum quinquaginta vidimus occupaſſe loca, ac depaſcere tantùm non ſolida oſſa, verum etiam carneum, membranas, neruos, ligamenta aut quicquid illis obvium; parum interim aut nihil proficientibus remediis; quibus infenſiſſimum hunc hoſtem fategimus donare, ſive ſponte ex latebris ſuis prodeuntem, ſive à variolis hanc in arenam productum. *Vide Hild. cent. 4. obſ. 69. Idem.*

§. 4. Lapidis materia eſt humiditas craſſa, viſcoſa, phlegmatis, aut ſaniei, aut ſanguinis, aggregati in Apoſtemate, & hoc eſt ratum: 2. Junii 1567. Ill. vir Carolus Tiercelin, majoris ordinis Regii Eques, cum diem extremum obiiſſet, corpore ejus diſſecto, in ſcapula ſiniſtra Tumorem inſignem habere repertus eſt partibus internis, qui novacula apertus, lapidem quadratum duriſſimumque continebat, qui à ſanguine coagulato ex lanceæ ictu genitus fuit: *Ferrandus Senior l. de Lithiaſi p.* 11. Ob lanceæ ictu & concuſſionem in latus ſiniſtrum, remanſerat ingens Tumor præter naturam, in cavitate cujus inventus eſt ingens lapis, quadratus, diverſi coloris, ingentis duritiei. *Idem l. 1. fol.* 34.

§. 5. D. *Hallerus* à multis annis habebat Tuberculum circa Furculam in latere dextro pectoris, creſcens & decreſcens: Tuberculum crudum pulmoni adnatum circa Furculam in latere dextro inventum. *Lib. 2. tit. de Hæmoptyſi.*

Observatio XXV.

Brachii totius tumor pellucidus à lympha concluſa. 1. *Manus tumens ob oſſiculum pollicis carioſum.* 2. *Tumores œdematoſi circa articulos manuum, ob corrupta oſſa.* 3. *Paronychia male tractata digiti corruptionem & oſſis cariem intulit.* 4. *Clavorum in pedibus pertinacia inde eſt quod in perioſtio radicem habeant.* 5. *Tumores circa articulos digitorum ob viſcerum corruptelam.* 6.

§. 1. Vidua N. tabida poſt pleuritidem interiit: Triduo ante obitum brachium totum admodum intumuit pellucidum admota candela: Inciſum lympham copioſam emiſit. *Vide lib. 2. tit. de Exſpuitione ſordida.*

§. 2. Puer doluit in pollice manus ſiniſtro, Chirurgus manum aperuit, effluxitque ſanguis cum aliqua ſanie: Tumorem per ſemi-annum geſſit. Tabidi mortui (*Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*) cadaver aperuimus, Ibi vidimus *ſpinam ventoſam* in metacarpi primâ regione: Oſſiculum pollicem ſuſtinens erat exeſum: non autem, quod alias fieri ſolet, erat nigrum ſed album: Tendo quoque erat albidioris coloris, muſculi minime putridi. *Ex communicatione Clariſſ. D. D. Mangolt Medici Baſileenſis.*

SCHOLIA.

Pinæ ventoſæ materia eſt ſerum acre malignitate præditum, & ſemper articuli afficiuntur: Generatur ſi pituita utilis putreſcit & acris fit: Oſſa prius ea corrumpit abſque dolore; hinc humore ex oſſe tranſſudante perioſtium afficitur (in puero id ſine putredine contigit) quod ſanum manſit: Initio nullum dolorem ſenſit, tandem de dolore conqueſtus eſt. *Idem.*

§.3. Puellæ ſex annorum tota vita morbis fuit obnoxia, præſertim Tumoribus Oedematoſis circa articulos manuum, quibus apertis oſſa corrupta inveni, nulla tamen fere materia aderat. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 4. Ancilla Viri Rev. D. N. Paronychia correpta eſt, Illico implorat auxilium Matronæ cujuſdam, quæ certam opem omnibus pollicetur beneficio herbæ cognominis: fruſtra hæc per plures die admovetur, nam poſt ingentes dolores tandem digitus gangræna & ſphacelo corripitur, ut ad amputationem deveniendum fuerit, quæ à Magiſtro N. peracta eſt, præciſo ſupra ſecundum articulum digito.

Eo ſecundum longitudinem, poſt amputationem, aperto, caro & tendines omnino computruiſſe apparuit: nigredine tetra affecta Oſſa, quaſi calcinata fuiſſent, cinerei coloris & friabilia evaſerant; adeo ut ineptam eſſe curationem, nedum inſufficientem & affectui imparem cuivis manifeſtum fuerit.

SCHOLIA.

PAronychia tumor eſt in digitorum extremitatibus, inſignem dolorem movens, originem habens ex humore acri & maligno, tendines, nervos, perioſtium, imo os ipſum corrodere valens: Præmiſſo fotu emolliente & anodyno, fiat diſſectio partis affectæ ſecundum longitudinem digiti, & occurrit plerumque macula una, item & altera rubicundior, humorem aliquem acrem, exigua tamen quantitate exhibens, mali omnis cauſam: Poſt apertionem, primo quoque tempore perficiendam, Theriaca in ſpiritu vini ſoluta digito applicetur, toti vero manui Defenſivum, ſic curatio plerumque nychthemeri ſpatio perficitur.

Amputationem, &c.] Si hæc pars negligentia Chirurgi aut patientis, in gangrænam degeneret, exſtirpanda eſt: Id vero obſervandum ope forcipis peragendam non eſſe in ſecundo articulo, quia os plerumque aſſulatim effringitur, unde cura protrahitur, vel forte inutilis eſt, ratione fragmentorum ſuperſtitum; ſed amputationem fieri debere per ſerram, poſt carnis circumciſionem, quomodo peragitur in artubus.

§. 5. Verrucæ genus album, rotundum, clavorum capiti ſimile in digitis plantiſque pedum plerumque enaſcitur, in inceſſu moleſtiam & dolorem pariens: hoc ſæpius reſectum ſubinde renaſcitur: Pertinaciæ cauſa in proximo Perioſteo, à quo deducuntur, pendere animadverſa eſt: quo ſi non pertingat medicamenti aut ferri vis, non mirum ſi malum identidem ſit redivivum: Ab iis reſectis gangrænam & mortem ſequutam eſſe narrat *Borellus* cent. 1. Obſerv. 82. dolorem enim conſequutus humorum affluxus; hi anguſto loco coërciti, putredinem concepere, ad quam gangræna, ſphacelus, mors.

§. 6. Cuidam malus in facie color, & circa digitorum articulos Tumores. Omnia viſcera interiora corrupta erant ac fœtidiſſima. *Lib. 3. tit. de Inappetentia*

OBSERVATIO XVII.

Femoris *ſteatoma gypſea pituita & calculis refertum.* 1. Crurum *tumor à tumefactis eorum glandulis.* 2. Femoris *tumor ob carnem mucilaginoſam lardo ſimilem.* 3. *Crus Oedematoſum ob Emulgentem venam femorali inſertam.* 4.

I*Da* famula N. perculſa vehementius, ſenſit ex inopinato illo terrore neſcio quem ſibi oriri dolorem circa genu, cum tumore femoris in dies uſque eo invaleſcente ut poſt annum ſeptimum videretur, plurium Medicorum calculis, ſi non excedere ſaltem ſuo pondere accedere quam proxime ad illam ſtrumam quam vidit olim *Benivenius*, ponderantem lx. libras *Obſerv.* 14. Quam molem hæc virgo ſeptem annos amplius tulit tam animoſe, ut nemo domeſticorum animadverterit unquam quicquam vitii in ipſius inceſſu: Verum increſcente in dies croſa paulatim ſumma tumoris cute, intumeſcentibus ipſius venis, increſcente in dies pruritu, & carne magis ac magis liveſcente, nequiit ipſa malum ſuum diutius clam habere, ſed coacta id detegere imploravit tandem pudibunda ac mœrens opem Medicam, expetens obnixe Tumorem hunc ſcalpello ſibi amputari: qui tamen pervenerat jam tum eo incrementi ac malignitatis ut nemo id auderet: quocirca feſtinet etiamnum inviſum hunc hoſtem; & circumferens eum quocunque, incedit non minus expedire ac ſi nihil vitii femori inhæreret: compeſcens interim malignum hoc carcinoma, ultra annum xvij. ſolo plumbi unguento, cujus litu nihil ſimili huic tumori utilius.

Diſſecto autem poſt obitum tumore, videmus eum ut foris glabrum ac inæqualiter protu-

protuberantem, ſic intus ſteatomate, gypſea pituita, induratis calculis, dilatatis venis ac ſinuoſis anfractibus undiquaque repletum, at extrinſecus expanſo femoris muſculo adamuſſim tectum. *N. Tulpius Obſervat. lib. 3. cap. 51.*

§. 2. Sectus à D. *Sylvio* febricitans & ictericus, cujus privatim aperta crura infinitas glandulas ſub cute latere docebant: ut forſan non incredibile ſit annexas eſſe per univerſum corpus cutis interiori faciei glandulas minutiſſimas, ex quibus ſudor exprimatur: adeo ut pori corporis non ſint niſi harum glandularum minuti ductus: Eſſe autem has glandulas in ſano corpore adeo minutas ut viſum pene effugiant, in morboſo conſpectiores. *Olau. Borrichius cent. 3. Epiſt. Th. Bartholini, Epiſt. 97.*

SCHOLIA.

Eſſe has Glandulas, &c.] Cutis eſt membrana craſſior, quoad maximam partem ex filamentis vaſorum ſanguiferorum, nervorum fibrarumque nervearum varie inter ſe complicatis contextas, quibus Glandulæ numeroſæ & Lymphæ-ductus, ſive ſudoris & vaporum vaſa excretoria denſiſſime interponuntur: Hujus ſubſtantia duplex à pleriſque Anatomicis perhibetur, exterior nervea, & interior carnea, ſeu potius glanduloſa; pro hujus exemplari aurantii cortex adducitur: Si cutis nuda per microſcopium inſpicitur, ex obſervatione Clariſſ. *Malpighii*, primo ſeſe offert corpus reticulare, cujus foraminibus crebris continentur non ſolum ductus ſudoriferi, ſed & plurimæ papillæ pyramidales, per ordines parallelos è cute erumpentes, & in cuticulam, ubi in plures velut fibrulas dividuntur, protenſæ, quas idem Author Tactus ſenſorium ſtatuit: Inſuper his, ſubſtantia cutis habet Glandulas plurimas, quibus mediantibus Lympha, ſive materies hidrotica, ex arteriis per lymphæ ductus, ſive vaſa excretoria, ad poros deducitur: Enimvero obſervavit accuratiſſimus Stenon, ſingulis poris ſuas glandulas ſubjacere, quæ juxta [illegible] uſum majores aut minores exiſtunt. *Willis operis poſthumi p. m. 202.* Profecto humorem quendam Lymphicum in glandulis cutaneis, quæ ſingulis foraminibus ſudatoriis ſubjacent, propter uſus quoſdam recondi, quin & juxta copiam, & moram ejus diverſimodam, Glandulas has plus aut minus turgidas exiſtere, inſpectio microſcopica plane detegit: Latex iſte a ſanguine per arterias in glandulis hiſce deponitur, nempe ut ſarcinula hac depoſita, facilius iſte per venas redeat, interim illic repoſitus ſuos habet uſus, &c. *Idem p. 207.* Impeditur Lymphæ motus per vaſa Lymphatica, tum quando ipſa eſt glutinoſior, adeoque ad motum lentior ac ineptior: tum quando ex parte compreſſa, vel quovis modo anguſtata ſunt vaſa ipſa: Quoties in vaſis ſuis obſtructio ſubſiſtit, & magis magisq; accumulata nimium ipſa diſtendit & tandem rumpit lympha, toties eadem in loca vicina, vel cavitates propinquas effunditur, atque tunc alia via & alia quam decebat, movetur Lympha: Ex hac ejus per vaſa ſua in corporis habitum diſtributa & obſtructa, hinc rupta, effuſione in partes vicinas producuntur Dolores varii & Tumores, Catarrhis vulgo adſcripti: inter quos haud poſtremum locum tenent qui partem brachii ſuperiorem uſque ad humerum ipſum occubant, & quandoque collum ipſum affligunt: Ad quos etiam referendi qui dolorem iſchiadicum mentiuntur, atque inceſſum impediunt, in natibus hærentes. *Franciſcus Sylvius Prax. med. lib. 1. cap. 50. §. 9. 10. & 11.*

§. 3. Triplex datur generaliter in corpore humano Tumor ſeu eminentia: 1. Naturalis, ſic protuberat caput, humerus, genu, &c. non Naturalis, uti gemino colle ſotoriant pleni lactei ſinus, & venter gravidarum acuminatur: 3. Præternaturalis, cujus quamplurimæ dantur ſpecies, prout vel ab humore vel à flatu; vel mole quadam ſeu ſubſtantia corporea, in omnes dimenſiones partes organicæ præter naturam diſtenduntur: Videas hic varias variis in partibus, non dicam monſtroſas ſed morboſas Tumorum differentias, prout hoc vel illo loco natura aberrans humores congerit, non ſolum in triplici ventre, ſed præprimis etiam in artubus: Prodeat in proſcenium infans triginta menſium, quem parentes ad me adduxere 1671. die 30. Maii, addita relatione à duobus fere annis ſiniſtrum femur primo ſenſim, deinde magis magiſque intumuiſſe? Adhibiti in conſilium tonſores, balneatores, carnifices, uti vagum vulgus ſolet circumerrare, multa incaſſum applicarunt, quia in tantum excreverat ut magnitudine corpus ipſum quoque tumidum longè ſuperaret, neque binis cum dimidia ſpithamis vir emetiri circumferentiam poſſet: adeo huc omnes opes ſucci nutritii tanquam ad inutile receptaculum ferebantur, marceſcentibus interim totius corporis reliquis partibus, utpote alimento neceſſario defraudatis: Extimam cutim venæ quamplurimæ diſcurrebant, ceu portitores, ipſe vero Tumor hinc & inde contrectatus reſiſtebat, durus, æqualis, uno ſaltem loco ſub poplite quandam præ ſe ferens mollitiem: Ipſo ergo aſpectu longius à ſtatu naturali receſſerat partis hujus quantitas & conformatio, quam ut viribus vel manus vel artis ad debitam proportionem reduci poſſet: neque ſpes ulla ſuberat vel diſcuſſionis vel ſuppurationis per ulla præſidia impetrandæ: Cum tamen parentes auxilium efflagitarent, adhibuimus cataplaſmata quædam & emplaſtra emollientia: & in parte ſylveſtri, ubi videbatur mollior Tumor, & materiæ ſuſpicio adeſſet, ferro aperuimus, ſed nihil præter ſanguinem exiit, & glanduloſa quædam corpora in conſpectum ſe prodebant; Cùm itaque magis confirmaremur nullo eum modo poſſe ad pepaſmum reduci, neque ſectioni ullatenus adfore locum, clauſimus vulnus, & præter interna, ad anxie-

tates

:es ſudoteſque colliquativos directa, nil amplius tentavimus: Circa finem Julii, ob debirum humorum, prope nuper apertum vulnus, & jam conſolidatum, uno alterove loco onte nova erupir fiſſura, & multum profudit ſanguinis, donec fato placide fungeretur. Unde eo nos contulimus ſpectaruri qualiſnam materia inibi contineretur, ubi facta per ngirudinem inciſione, apparuit caro per totum mucilaginoſa, compacta, inſtar lardi anqui, pinguedlnem mentiens, & tota per interſepta ſparia interſperſa glandulis, ſemina icumeris quam accurate repræſentans: Sanguis fere nullus apparebat, ſeti modicum, pus illum, niſi in ſuperiori circa inguen loco, ibi enim modicum putis albi continebatur;& rca os ipſum Femoris quod etiam cariei ſenſerat primordia: Corpus ipſum à putredine m impetirum dubitabant parentes ſectioni committere, quare conſuimus cutem, quod ota dignum, ſolito craſſiorem, licet extenſione tanta facta prius quaſi ruptura videretur. *Wolfgangus Wedelius in miſcell. curioſis anni* 1673. *Obſervat. lxix.*

§. 4. Oblarum mihi fuit cadaver diſſecandum, in quo ubi ad Renes pervenimus, adeo ſiſſe in iis naturam vidimus ut admirationem omnibus pareret: Quatuor ſunt renes in una iole conjuncti, ſinibus tamen atque vaſis inter ſe diviſi: Plures adhuc extabanr propagines) emulgentibus quam ſint notatæ in figura: Non eſt quod hic plurimis agam in exaranda uſa ram alienæ à naturæ ordine compoſitionis.; Quod hic nobis dicere convenier, eſt nos oſſe putare hunc hominem fuiſſe ſalacem, ob vaſorum ſeminalium abundantiam: Præterea uod ſi diutius vixiſſet (quod illi forte natura conceſſiſſet, cum optimo corporis habitu in æteris conſtituiſſet, ſed ſicarium trucemque ſactum jus laqueo de medio abſtulit) cenſenum eſt crure ſiniſtro fuiſſe tumotibus œdematoſis ſubditum, propter emulgentem, quæ ſura Renem ferebatur, in femorali ſtatim inſerram: nam interea dum naturalibus adhuc virius pollebat (non enim ſupra 40. annum vixiſſe ſacies oſtendebat) ſugebat valide ſeroſum umotem: interea & ſi aliquid labebatur, facile exercitio, & nativo calore robuſto, in halitus bſumebatur, quod non æque præſtitiſſet ſi ætatem virilem attigiſſet. *L. Botallus operum . m.* 62.

SCHOLIA.

Conjectura admodum infirma eſt quam de tumoribus œdematoſis ſiniſtri cruris affert *Botallus*: præterquam enim quod tales à ſero non proveniant, ſed à pituira, etiam per arterias debebat humor in crus effluere, juxta doctrinam de ſanguinis circulatione: Nunc vero ſanguinis portio per cruralem ſiniſtram reſlui, facta aliquali digreſſione per emulgentem ſiniſtram, iterum ſupra renes venæ cavæ deſcendenti infundebatur. *I. Van Horne, ibidem.*

OBSERVATIO XVIII.

Tumor in Genu excitatus à ſteatomate xvi. librarum ponderis innato. 1.
Cartilagineus cavitates habens ſero repletas. 2.

§. 1. Patella (ſicut & os Tibiæ) utplurimum cariei obnoxia; exinde ſæpius fit ut homo ſummis cruciatibus, ni mature ſuccurratur, torqueatur: Ratio eſt quia multis nervis, tendinibus, venis, arreriiſque compoſira eſt, quæ nimium mora illico humores concitat, qui haud facile medicamentis cedunt, ſed collecti perſæpe præter dolores, Tumores plurimos eoſque pertinaciſſimos concitant ut pro multis exemplo fuit ancilla fratris mei, cui cum poſt obitum in leproſinario ſecuiſſent genu, Stearoma librarum quindecim adſtantibus oſtenſum fuit. *Nic. Fontanus Annot. in cap.* 1. *Epitomes Veſalii.*

§. 2. Latomum ſecui lapſum ex alto, qui in genu ſiniſtro ſub cute ſcirrhum habuit patellæ ſimillimum: Sectus aurem is vera erar cartilago, & in ea parvæ aliquot cavitates cum ſero: Crus fregerat ad caput coxæ, fregerar & ſternum medium, diſrupta & vena cava. *Iacobus Sylvius operum pag.* 45.

SCHOLIA.

L*apſum ex alto, qui in genu ſiniſtro ſub cute, &c.*] *Sarcoma* frequens in parte poſtica ex contuſione femorum à Longa & dura ſeſſione ſive equitatione: Eleganter Sarcomaris materiam exponit *Fernelius*, Non ex humoris, *ait*, cujuſquam fit affluxu, ſed ex ſolo partis alimento, hæc enim quia aut intus, aut foris exulcerata eſt, ni cohibeatur, aſſiduo alimenti acceſſu diffunditur atque luxuriat, ſæpe etiam venarum & arteriarum inſtar ductus producit, per quos alimentum ſumit: Sic integra cute, cum ſubjecta caro contuſa ruptaque eſt, ingens tumor ſenſim exurgit, qui cæterarum partium mole alimentum capeſſit, nullo quidem dolore, ſed exquiſito ſenſu & naturali calore præditus.. *Riolanus Encheir. Anat. lib.* 5. *cap.* 3.

OBSERV.

Observatio XIX.

Femorum & Tibiarum *Tumor ob vitium hepatis, ſplenis, pulmonum, genitalium.* 1. Tibiarum *tumor ob vitium renum, hepatis, pulmonum.* 2. Manus ſiniſtræ pediſque *tumor ob hepatis vitium.* 3. Tibiarum & Pedum *ob Pulmonis vitium, Vteri.* 4. Crurum Pedumque *inflatio ob Lienis & Iecoris vitium.* 5. Pedum & ſurarum *tumor ob ſuppuratum pulmonem ſiniſtrum.* 6. Pedes *Oedematoſi ob hydropem thoracis & lienis vitium.* 7. Pedum *tumor ob jecoris, lienis, meſenterii vitium.* 8. Pedum *Oedema, ob thoracis, hydropem, hepatis læſionem.* 9. *Ob pulmonum cordis, jecoris, renum vitia.* 10. *Ob vitium jecoris, pulmonum.* 11. *Ob vitium hepatis.* 12. Pedum *tumor ob glandulas ſubcutaneas tumidas.* 13. Pedes *veſicis obſiti, ob bilem in cyſti cohibitam &c.* 14. Pedum *Tumor œdematoſus ob pus ex hepatis abſceſſu, in meſenterium & Omentum illapſum.* 15.

§. 1. ILl. N. femora cum tibiis hydropicorum inſtar aqua erant tumida: Hepar in duobus partibus erat ſyderatum, Splen putridus, Penis, Teſticuli necroſi affecti, Pulmones nigri, purulenti. *Vide lib. 3. tit. de Iſchuria.*

§. 2. D. Marcus N. diu aſthmaticus fuit, hinc tumor hydropicus tibiæ ſiniſtræ, poſt & utriuſque: Pulmones erant contracti, in quibus ſerum continebatur, Jecur ex parte ſcirrhoſum, Renes hydatidibus ſcatebant. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnœa.*

§. 3. Puella cachectica latus ſiniſtrum habuit, manus pedeſque tumida, dextrum extenuatum: Hepar valde magnum habebat, ex parte corruptum, Lien integre ſanus præter ſpem. *Lib. 3. tit. de Cachexia.*

§. 4. Viduæ N. venter intumuit ut in prægnante: Pedes ac tibiæ in tumorem ſublatæ dutum: Hepar & Lien erant ſine noxa, Pulmo ſemiputris: Uterus libras 87. ponderavit varia materia, etiam pilis infarctus. *Vide lib. 3. tit. ventris tumore.*

§. 5. *Dom. Penſo* magno abdominis Tumore, & Crurum Pedumque Inflatione laboravit: Lien illi maximus erat totum implens abdomen: Jecur valde durum, obſtructum. *Lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 6. Puello trimo dyſpnœa, tuſſi affecto, in pedibus & ſuris tempore veſpertino tumor accidebat: In ſiniſtra parte abdominis propendentia inſtar ſacci è diaphragmate obviabat, purulentia referta, à ſuppuratione ſiniſtri lobi pulmonis. *Vide tit. de Febribus.*

§. 7. Thomas N. febricula, tuſſi, dyſpnœa detentus, cum Tumore Pedum neque noctu neque die deſinente. Totus pulmo ſcatebat ſeroſo humore: Pulmo & Lien putrilaginoſi. *Vide lib. 2. tit. de Tuſſi.*

§. 8. Celſiſſimæ N. corpus ſqualidum, ſi crura & femora œdematoſa, excipias: Jecur fuit exangue & decolor, Lien prætumidus, meſenterium ſcirrhoſis & glanduloſis tumoribus refertum. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

§. 9. Quidam in Cachexiam cum *Oedemate Pedum* & dyſpnœa incidit: Thorax totus aqua cruenta ſcatebat: Hepar albicans & duriuſculum. *Vide lib. 3. tit. de Cachexia.*

§. 10. Vicentinus (*de quo tit. de Phthiſi.*) Pulmones habuit debiles, unde tuſſis, &c. accedebat hydrops pedum non abdominis, qui digiti imprimentis veſtigia ſervabant. Apertum cadaver prodidit cordis auriculam dextram ſanguine diſtentam. 2. Pulmones lividos, flaccidos. 3. Serum copioſum in thoracis cavitate. 4. Jecur lividum, ſcirrhoſum. 5. Lienem majorem ſolito, flaccidiorem. 6. Grandem calculum in rene dextro, &c.

§. 11. Nobilis in melancholiam incidit: univerſum corpus frigere videbatur, Pedes proceſſu temporis œdematoſi facti ſunt: Hujus hepar colore undiquaque nigrius quam ſecundum naturam apparuit: ſed tamen minus nigricans quam Pulmonis ſphacelo correpti ſubſtantia: impreſſorum digitorum veſtigia facile retinuit nec minus facile ſoluta parenchymaris unitate rimas contrahebat. *Lib. 1. tit. de Melancholia.*

§. 12. Catharinæ N. Pedum erat inſignis Tumor cum macie totius & dolore hypochondrii dextri: Hepar erat grandius, in cujus medio macula alba, tactu cartilagini molli ſimilis, totum parenchyma penetrans. *Lib. 3. tit. de Hypoch. dolore.*

§. 13. Tentabatur N. ſuperiori vere aſcite ſimul & tympanite, jam biennium ex difficillima quartana reſtitutus, ſed cùm ex eo immemor ſui, monitorumque Medicorum, totos dies menſeſque, inter rationum libros ſedentarius conſumeret, ut erat prius farcto abdomine tardus, & anguſti inter anhelandum ſpiritus, aggravari paulatim hæc mala ſenſit,

ſit, reciprocari frequentius, anhelitum & ſuffocationem minari, tendi ultra abdomen, otiſſimum autem muſculos ſartorios in utroque femine duriſſimos evadere & gelidiſſi-os, pedes quoque & crura in tumorem metuendum ampliari: Advocati tres Medici hil reliquimus intentatum; ſed vicerat infeſta morbi vis, & præſertim arctus ille ſuſpi-oſi pectoris meatus juſſu fatorum exſequebatur: Dum autem fomenta Medica adhi-entur, imperata in cæteris ſub genu utroque interno cauteria, quæ ipſa eadem ho-, qua cutis lixivo ſali paruit, aqua limpida & copioſa ſtagnare cœperunt, argumento & alum non ſolis flatibus, ſed humori etiam male nato per interiora femorum decumben-adſcribendum, & liquorem illum inviſum in pedibus, non ſolum muſculorum interſti-a, ſed glandulas quoque quæ ſub cute latent nondum, quod ſciam, deſcriptas, occu-are, inque tumorem formidandum attollere: Illas autem glandulas jam ante plures an-os, in apertis à morte hydropicorum pedibus videre contingit: proxime adjacent cuti, ſinitæ numero, ſuntque ex genere conglomeratarum: hæ cùm ſibi relictæ minutiſſi-æ ſint, & fere oculorum aciem effugiant, intumeſcunt oppido, *aqua ex ſupernis allapſa* diſtendente: Neque forte alienum fuerit ſuſpicari ab his ipſis glandulis exprimi potiſ-mum ſudores & alia quæ ex minimarum venarum tunicis exſudare hactenus credita nimverò, non in ſolis pedibus hæ glandulæ mihi obſervatæ, ſed & in brachiis hydro-icorum; nuper etiam in hydropici fabri tignarii abdomine. *Olaus Borrichius Obſervat.* 98. *ctorum Medic. annor.* 1671. *&* 1672. *Th. Bartholini.*

SCHOLIA.

HIppocr. olim lib. de Glandulis ἔνι ἀδὴν, inquit, ἱκεῖ καὶ τρίχες; at licebit hodie forſan non in-uria convertere, ἔνι τρίχες ἱκεῖ καὶ ἀδὴν: Sunt au-em pili in univerſa cute ſparſi, quorum ubique co-mites glandulæ: Quin & antiqui olim ccere hydropem non tantùm in magnis hærere cavitatibus, ſed & cuti proxima occupare, unde non *intercutem* mo-do appellavere, ſed & in eodem malo laudavere ſcarificationes, ut eſt apud *Celſum* lib. 3. cap. 21. Quæ ſuperficiem duntaxat lambunt, cum paracen-teſes penetrent ad uſque cavitates majores: Patet & hinc explicatio dicti *Hippocr.* lib. 6. aph. 8. τοῖσιν ὑδρωπικοῖσι γινόμενα ἕλκεα ἐν τῷ σώματι, οὐ ῥηιδίως ὑγιάζε-ται: Igitur difficulter ſanantur hydropicorum ulce-ra, quod glandulæ ſub cute deliteſcentes novam quotidie & malignam ſubminiſtrent materiam. *Idem. ibidem.*

Ex difficillima quartana reſtitutus, immemor ſui] Adjiciam hic non inconvenienter Quartanariis uti-le eſſe ut, diſcuſſo licet morbo, diu paroxyſmi tem-pus obſervent, & abſtinentia recidivam declinent, niſi ament fata hydropici dicti, qui curatus rogaba-tur ſollicitè ut horam paroxyſmi diu reverenter habe-ret, etiam paroxyſmis omnibus ſublatis; ſed moni-torum negligentior, cum aliquando totas ſex heb-domadas, ſine acceſſionis ullius indicio exegiſſet, aliquando infauſta illa hora, qua paroxyſmus re-currere conſueverat, lacti acidiuſculo liberalius ſeſe ingurgitaverat, redeunte ipſo momento quartana, & diu pertinaciam ſuam retinente: uſque adeo ve-rum illud *Celſi* 3. c. 16. *Si febris quievit, diu me-miniſſe ejus diei convenit: eoque vitare frigus, ca-lorem, cruditatem, laſſitudinem: facile enim re-vertitur, niſi à ſano quoque aliquandiu timetur. Idem ibidem.*

Ex genere conglomeratarum] Diſtinctionem Glandularum in Conglomeratas & conglobatas, vi-ſupra ubi de Strumis.

Aqua ex ſupernis allapſa] Exc. *Platerus* lib. 2. Prax. cap. de Exuberantia, hydropicorum pedum tumorem a ſero in eos defluente ex abdomine dedu-cit, non ſolum eo argumento quod defluente deor-ſum in crura humore ventris tumor nonnihil ſubſi-deat: uti & quod liberior ſit reſpiratio, refluente ve-ro illo hæc rurſum redeant; Sed & quod ſponte vel arte aperta in pedibus tumentibus cuticula, ſero tunc ſenſim extillante, ſucceſſive ventris tumor de-creſcat: aut ſi affatim erumpat, vel diu efflluxus hic perſeveret, penitius quoque recedat, multæque menſuræ aquæ per hanc viam ſæpe effluant, quam nonnili in abdominis cavitate collectam fuiſſe ex jam dictis facile licet colligere; cum in pedibus, non ſolum dum tument, ſed & poſtquam ex parte ob effluxum aquæ detumuerunt, tamen ſemper ad-huc aquæ copiam profundunt, tanta menſura con-tineri minime potuerit; nec tumor alius in aſcite quam in ventre appareat: Dein, & cum ex læſione viſcerum in abdomine contentorum, in ventrem aqua labitur, quæ frequentior eſt aſcitis cauſa, nec alibi quam in ventre hujus aquæ ſcaturigo ſit, pe-deſque quoque intumeſcant, idque antequam ſæpe in ventre tumor obſervetur, eam ipſam ex abdo-mine in eos influere, cum extra abdomen nullibi alias collecta fuerit, hæc quoque ſufficienter com-probant.

§. 14. *Georgius Gebhardus* (lib. 2. tit. de Tabe) variis morbis detentus tandem conta-beſcens obiit; In veſicula fellis, & meatu ejus choleram ad inteſtina deducente, obtulit ſeſe maſſa quæpiam nigra, ſpecie vitreorum lapillorum, qui pileis, ornatus gratia annecti ſolent, adeo quidem ut bilis reciproco gradu, propter obſtructionem ſpinam dorſi per-forando ad pedes defluxerit, ubi concitavit ampullas aut veſicas ovi columbacei magni-tudine vel etiam majores, tantum ardorem ac dolorem moventes, ut mirum ſit quod non ſingulis horis æger in ſyncopen inciderit, quibus apertis nil niſi cholera ichori commixta exivit. *Ex D. D. Ioh. Fabri Obſervat.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

E*Xcitavit ampallas tantum ardorem &c. Cholera exivit ichori commixta.*) *Horam Exanthematum generationem tradit Plato in Timæo*, Quæcunque in corpore inflammantur ardentque, à bile flava id habent, cum enim foras exhalat, Græce ἀναπνοὴν ἔξω ἴσχουσα) refervens, omnis generis tumores, (φυσήματα) emittit: Incluſa gignit morbos exurentes plurimos: maximumque cum puro ſanguini admixta fibrarum genus ex proprio ordine depulerit, quæ fibræ eo ſanguini datæ ſunt, ut nec nimis tenuis nec craſſus foret, nec præ caliditate, cum humor ſit, è corpore effluat, & ne præ denſitate motioni ſit ineptus, & vix in venis ſeſe convertat. *Hunc locum commentario illuſtrat Ballonius conſilio 4. li. 3.* Non eſt dubium, *ait*, quin bilis cum accenſa fuerit, & foris & intus, excitato ſummo ardore & deflagratione, moleſtias non inferat: Quod ante de pituita alba dictum eſt, quæ haberet ſuam quandam foras ἀναπνοὴν, idem & de bile dici poteſt: Unde cum *Hppocr.* bonū eſſe *ait* eryſipelas foras exire, id non fit niſi per iſtam exhalationē & tranſlationē intus foras: Mirum autē cur dicat bilem in habitum corporis effuſā φυσήματα gignere, intus vero πυρίκαυστα νοσήματα, φύσημα enim flatum ſignificat, & aliquid ſpirituoſum, aut inflationem, Et idem facit foris bilis, quod pituita intus, hæc enim moleſta eſt ob flatum τῶν πομφολύγων, quid eſt aliud quam dicere καὶ τὰ φυσήματα? nam πνεῦμα φύσημα καὶ πόμφολυξ habent aliquid συγγενὲς. Dicendum eſt bilem ubi fervet in habitu corporis, non tam tuberculum, aut vere tumorem excitare, quam tumorem improprie & potius puſtulas: Et τὰ φυσαλίδα καὶ φυσήματα ad pituitam potius quam ad flavam bilem referenda ſunt: Tamen quoniam u[bi] bilis cum ſanguine fervet, bullæ & tenues veſicul[æ] excitantur, ideo parum Medice fortaſſe ea omnia n[o]mine τῶν φυσημάτων comprehendit: τὸ γὰρ φύσημα [à] bullante humore dicitur: Et ebullientis ſanguin[is] eruptio φύσημα ab Euripide nominatur, quam ſign[i]ficationem Plato ſequutus: Sed quæritur hic, C[ur] bilis cum ſanguine mixta fibras à proprio ordine d[e]movet? Quomodo id fit? Primum quid eſt fibraru[m] genus ἐκ τῆς τάξεως deturbare? an fibras elidit, de[]ſtruit; ut ſanguis expers fibrarum dicatur? Id videtu[r] *Plato*, & *Hippocr.* 1. de morbis primus ſtatuiſſe
"Sanguinis, *inquit*, ad ſapientiam maxime facit, cu[m]
"bilis commota ad venas & ad ſanguinem ingreſſ[a]
"fuerit, ſanguinem ex conſueta conſiſtentia ac mot[u]
"emovet, ſeroſum facit ac calfacit: Calfacto ho[c]
"corpus concaleſcit & homo deſipit ſanguine in ſe-
"rum tranſmutato, motu non ſolito contingente &
"præ febre.

Cum itaq; *Plato ait* à bile, cum puro ſanguine mixta, fibratum genus elidi & perturbari, id videtur eſſe quod ſcribit *Hippocr.* A bile ſanguinem ſubeunte ipſum ſanguinem tripliciter affici, 1. ſuam conſiſtentiam amittit, attenuatur enim, id quod non fit niſi fibrarum vitio: Item ex proprio motu dimovetur, & alium quendam curſum inflectit 3. caleſcit, Vnde hæc? per bilis ſubeūntis vim & poteſtatem: *Plato* tamen paulo obſcurius loquitur quam *Hippocr.* nam *ait* genus fibratum à proprio quodam ordine deturbari ob ipſam bilem: Non dicit fibras corrumpi, non ſanguinem attenuari & in ichorem reſolui.

§. 15. Quidam cum febre & dolore ad hypochondrium dextrum pedes habuit oedematoſo tumore inflatos: Epar in ſe concluſum habebat abſceſſum, ex quo pus in omentum & meſenterium influxerat. *Vide lib. 3. tit. de Hypochondr. tumore.*

OBSERVATIO XX.

Tumor Oedematoſus manus ſiniſtræ, cum ulcere in vola, ab oſſibus metacarpi corruptis & demortuis integro perioſtio.

Pædarthrocace *Severini*, Spina Ventoſa, Ventus Spineus.

DUm Patavii Studio Medico operam dedi, Nob. quidam Studioſus laboravit per aliquot menſes oedemate manus ſiniſtræ, quod poſt univerſalium uſum ſub præſtantiſſimis topicis nunquam diminui, ſed tandem in vola exulcerari cœpit: Quare adhibuimus in conſilium Exc. *Spigelium*, qui poſtquam ulceris qualitatem ſpecillo exploraſſet, & os corruptum tetigiſſet, ſtatim tumorem vocavit *Spinam ventoſam*, quæ *Malum eſt incurabile & amputationem partis affectæ requirit: Provenit* autem Spina ventoſa ab humore qui occulta & infenſa qualitate primum oſſa, citra omnem perioſtii læſionem, atque doloris ſenſum, corrodit, deinde Oedema efficit minime dolens, & poſt aliquot menſes partem exulcerat: Conſenſu ægri obtento, manum extremam ſupra radii & cubiti appendices ſcalpello falcato ac ſerra reſecui: cubitoque ſpleniis, veſica & faſciis obligato.

In parte amputata teperi oſſa metacarpi quidem corrupta, ſed perioſtio undique, præterquam in loco illo ubi ulcus, adhuc contenta. Hunc graviſſimum affectum fuſe deſcribit *Marcus Andr. Severinus* lib. 5. de Abſceſſuum recondita natura. *Ioh. Scultetus Armam. Chirurg. Obſervatione xc.*

S C H O L I A.

Rovenit Spina ventoſa] *Quia accuratè & ſuccin-ctè hunc morbum deſcribit P. de Marchetti , ad* *tem ſylloges obſervat. Medico Chirurgic. hic atte-ę placuit quæ de eo tradit* : *Materia* hujus morbi Pituita, *Locus effectus* ſemper articuli , nunquam o internodia primario , quæ tamen ſi aliquando rumpantur, id fit ratione ſympathiæ : *Modus ge-ationis* hic eſt , Si pituita nutritioni articulorum ata putreſcat,aut quodammodo fiat acrior, primo i corrumpit, & quidem nullo dolore ; quibus po-ı corruptis,perioſtium labefactatur , cujus *ſignum* lor pungitivus,acutus & lancinans , ita ut patiens erat ſe veluti ſpina pungi,unde Spinæ numen mor-inditum : Dum vero hujuſmodi dolore æger dive-ur,atque perioſtium eroditur , nullus adhuc ap-:et tumor,corruptis vero,& quidem primario oſſe, undario vero perioſtio , materia pituitoſa libere means per loca carnoſa , attollit articulum affe-ım in tumorem r.mollem & laxum ac doloris ex-rtem , cuti concolorem,qui patefactus durior eva-,confluente eo humorum copia , quorum tenuior rs exhalat , ſuperſtite craſſiori : ex quo inſuper ıanat materia ſeroſa,atque ſpecillo os corruptum, out dixi,ſe prodit : Ad xxv.annum circiter ut pluri-ım obſervavi tum viros tum fœminas huic morbo ınoxias,non vero provectiori ætate , niſi antea eo-m tentati,necdum convaluerint. *Signa pathogno-onica* ſunt,dolores ab initio inſtar punctuṭæ ſpinæ; ticuli affecti,adoleſcentia,tumor,mollis,laxus , qui ans ſeroſitatem effundit,cui ſi pus immiſtum fuerit, ıjus ex corroſis partibus carnoſis aliqua portio gi-ıitur:Quod ad *prognoſticũ*,Hic morbus ægre ſana-lis , tum ob aſſiduum materiæ confluxum, tum ra-one corruptionis oſſis , quæ quo gravior , difficilior radit ſanatio:Incipiens facilius cedit antiquo, nun-uam tamen ſanandus niſi remota fluxione & ſub-to toto oſſe corrupto,vel igne vel ferro : *Curationē* ıod attinet,ſtatim ac patiens conqueritur de dolore ıngitivo,ſpinoſo veluti,in articulis vel manuum , vel ·dum,cubitorum aut genuum , quanquam hoc ra-us,ſive malleolorum , ſtatim , nullo licet apparente ımore , ſectio ejuſdem eſt facienda, à qua non tam to demittendum ſpecillũ,quo os corruptũ inęquale ·rcipitur,indicio ejuſdē ante ipſũ perioſtiũ corrupti: unc vero prima elicitur indicatio,nēpe ejus carien abradendi,ſine cujus præſidi ope,tũ in ulceribus,tum in vulneribus,nunquam ad firmam cicatricem dedu-cuntur : Oſſe vero ſublato,curanda carnis generatio, cicatrice tandem inducta : Quod ſi ob loci profundi-tatem ferramenta abraſoria inſinuari non poſſint, utendum igne actuali , Dilatato igitur foramine , ſe-ctione,ſpongia præparata , radice gentianæ, medulla ſambuci aut ſorgi,in idem demittenda cannula ferrea utrinque perforata,mox candenti ferramento os cor-ruptum inurendum , quouſque perito artifici ex uſu videatur futurum , ut ſtatim abſcedat : Tum vero curationis quod ſupereſt modo ſuperius propoſito proſequendum:Quia vero interdum accidit ut totum internodium,maxime in pueris,digiti manus vel pedis ſit corruptum,hoc caſu neque ignis,neque ferramen-tum juvant,quorum loco utendum Trepano tenuio-ri,quo perforanda media pars ejuſdem,à qua,forficu-lis affabre in hunc uſum pararis , partes laterales ſe-candæ,atque totum internodium paulatim educen-dum volſella, cujus vacuus locus progreſſu temporis carne oppletur , qua quidem in pueris duriore quo-dammodo facta,& veluti calloſa,oſſis vice fungitur: quanquam ubi totum internodium eſt ablatum digi-tus , muſculis ad caput ſuum adductis , & cedente carnis mollitie , decurtatur : Quod ſi Medicus acce-dat facta jam ſoluta unitate ab ipſa materia pituitoſa, ex putredine acriori facta , tota curatio dirigitur ad ablationem oſſis corrupti , machinamentis & indu-ſtria ſuperius propoſitis, quibus aliquando dun , tria aut plura quin etiam oſſicula evelluntur : In oſſis ve-ro abraſione,uſtione aut evulſione,cavendum ne ten-dines offendantur,metu convulſionis: Hæc eſt cura-tio topica hujus morbi,cui totius corporis cura præ-mittenda,phlegmagogis,hidroticis,&c.

Malum eſt incurabile & amputationem partis affectæ requirit) Scilicet conſummatum & cum pro-poſita præſidia non ſuffectura videntur : Imminentis Præſervationem tradit *Severinus* libro dicto cap.xx. Curationē , ubi malum levius eſt,per ſcalpri abraſio-nem,cap.xxj, ac ſi profundius ſit,per Terebrationem & ferri candentis admotionem, *Ibidem.* Pædarthro-cacem in puero à nutrice lue venerea hauſtam , mer-curialibus ſublatam non ſine labore magno tradit *I. D. Horſtius* manud.ad Medic. p.1.cap.2. S.2.

OBSERVATIO XXI.

Tumor *in capite* Pulſatorius *Aneuryſma in meningibus ſequutum.* 1. *In ſummo pectore à dilatatione inſigni Aortæ.* 2. *Aneuryſma quartam thoracis partem interius occupans.* 3 *Sub ſiniſtra homoplata,ob ſanguinem ex magna ad caput aſcendente arteria , in muſculorum ſpatia effuſo.* 4. *Aneuryſma Aortæ arteriæ.* 5. *Tumor colli pulſatorius ab Aneuryſ-mate arteriæ caretidis.* 6. *In Dorſo tumor pulſatorius ob Aneuryſma aortæ è directo.* 7. *Brachii tumor pulſatorius infelicem venæ ſectionem ſequutus.* 8. *Sub clavicula dextra ob aneuryſma arteriæ magnæ.* 9. *Cruris ob dilatationem ejuſdem arteriæ.* 10. *Cruris ruptam arteriam cruralem.* 11. *Aneuryſma fit arteriæ tunica Interna corroſa aut rupta,Externa dilatata.* 12.

.1. QVidam à bipenni in capite graviter vulneratus ad ſuturas ſagittalem & corona-lem , cum dextri ſincipitis læſione , convaluit relicta ob abſceſſum oſſis in loco ffecto præternaturali mollitie,& quadam cerebri debilitate , cum vagis capitis doloribus, b quos tenuem victum ſemper obſervavit : Ad finem vergente anno 1671. (ictus ante 30. nnos) in dicto ſincipitis loco tuberculum exortum eſt, primum ceraſum, mox juglandem æquans, quod tamen fidens tenui ſuæ diætæ ſpreviſſe viſus , donec ſurgente hoc anno 672. quotidianum tumoris augmentum advertens curæ Chirurgi ſe concrederet : Hic omnia

omnia examinans, in mollis ac pulſantis tumoris in dies acceſcentis medio, veſicular quandam obſervavit coloris rubri, quam metu inevitabilis hæmorrhagiæ nonniſi poſt al quas viſitationes cauta manu aperuit, ſanguine, ut in Aneuryſmate fieri ſolet, ſaltuatir proſiliente, donec aptis ad id medicamentis applicitis ſiſteretur: Acuta poſt dies aliquo febris ſupervenit, cum ingenti ſiti, vigiliis ſingultu, urina confuſa, & tandem eryſipelate to tius capitis ac unius pedis, quæ ſymptomata remediorum vi ad tres vel 4. dies remiſſior: viſa ſunt, at tandem recruduere cum non dubiis ſuppurationis ſignis: hinc tumorem latiu aperuit Chirurgus, ut & retento puri exitum daret, & ſibi viam pararet, cujus ductu Aneu ryſma detegeret: Cum ſanguine extravaſato nigricans & fœtens ichor primum effluxit, quc ſenſim vacuato poſt dies aliquot tenue, nec ſatis coctum pus, hinc inde inter cranium & duram meningem diffundi ac moveri quotidie videmus, ad cujus egreſſum collutione: varias adhibuimus, quæ tamen valde exiguam puris partem, ob figuram cranii aliaſque difficultates eduxere, relicta autem purulenta ac corrupta materia, quarto ante obitum die univerſalem induxit torporem.

Mortuo ægro veram morbi ac loci affecti naturam inveſtigare animus erat, ſed reluctan te vidua, non niſi novacula aperire licuit communia capitis integumenta, ſub quibus circa cutem deperditionem vtriuſque laminæ dextri ſincipitis offendimus, ad magnitudinem thaleri uncialis, per quam extraximus conſpicuam grumoſi cruoris copiam, duræ matri im mediate incumbentis: Si cranium aperire licuiſſet, veram Aneuryſmatis duræ matri in cumbentis ſedem ac naturam didiciſſemus. *Henricus à Moinichen Obſervat.78. Actorum Medic. Bartholini annor.1671. & 1672.*

§. 2. I. Pauli anno 1641. Tumor cum valida pulſatione circa claviculæ ſiniſtræ & ſterni conjunctionem ſubortus eſt, qui in tantum increvit ut exterius puggi magnitudinem multũ ſuperaret: tandẽ ex continua ſanguinis excretione obiit. In thorace partim ſeſe conſpectui dedit dilatata arteria aorta aſcendens, cujus paulo ſupra divaricationem tanta erat am pli tudo, ut duas libras ſanguinis & ultra capere poſſet, quæ exeſa videbatur. *Vide l.2.ſ.§.Obſer. 8.*

§. 3. Diſrupta arteria & facto in carne Aneuryſmate, Aneuryſma in carne eadem ratio ne ut arteriæ pulſare ſentitur, in quo manifeſte caro ſanguinem dilatatione non attrahit, ſed in eam ſanguis pellitur: Quale miſerandum exemplum in Exper. Viro *Iohanne Elemanno* vidimus, cui diſrupta arteria in Aneuryſma quartam thoracis partem occupaverat: quale & obſervavit *Riolanus* Anthropogr. lib.6. cap.12. *Ioh. Walæus Epiſt.1. ad Th. Bartholinum de motu Chyli.*

§. 4. Cum Ioh. Fabri, acutiſſimus & ſedulus Palatii Monſpelienſis Scriba, præcipuam ju ventutis partem in comeſſationibus, frequenti atque intempeſtivo meracioris vini potu tranſegiſſet, cæpit circiter quinquageſimum ætatis annum ægre reſpirare, & moleſtiſſima cordis palpitatione laborare: Ad hujus morbi depulſionem fuere non ſolum à nobis, ſed & à noſtræ Academiæ præſtantioribus Medicis præſcripta varia præſidia: Quæ cum contumax & pervicax morbus, ob perſeverantem malam victus rationem, prorſus contemneret, dete rius habuit, & tranſactis aliquot menſibus, quibus Medicorum conſilio nullo medicamen to uſus eſt, (volebant il curationis pattem chronici affectus naturæ committere) cœpit de illius partis, quæ eſt ſub ſiniſtra homoplata, queri: Inſpecta, & optime animadverſa do loris ſede Tumor inſignis mihi apparuit, tactu mollis & cum pulſatione, & digitis preſſus totus fere delitieſcens, & his ablatis recurrens: Cum vero hic morbus jam altas radices egiſ ſet, eſſetque deploratus, vitam, cum morte commutavit.

Vt autem & conſtitutionis morbi, & ejus cauſæ certiores eſſemus, Tumore tentatam partem diſſecuimus, ex qua ſanguis copioſus, ſed olidus proſiliit, quo plane evacuato & de terſo, apparuit nobis prima arteria ſub corde, ex magna ad caput aſcendente orta, maxime dilatata & dilacerata: Hæc deſcendens intercoſtalium muſculorum regionem petteptat: In muſculorum ſpatiis coacervatus ſanguis, temporis diuturnitate putreſcens, illius loci vertebram & coſtam ita labefactavit, ut carioſa à nobis viſa ſit. *Antonius Saporta de Tumor.p.n. l.1.c.43.*

SCHOLIA.

Sennertus Pract. l.5. p.1. cap. 43. cenſet morbum hunc, quem Saporta deſcribit, Aneuryſma non fuiſſe, ſed ſanguinis arterioſi, ex ruptura arteriæ, in vicina loca effuſionem & corruptionem: Etenim, ſi ex ejuſmodi effuſione fieret Aneuryſma, certè ille in latum, & longum, & circumcirca ſe diffunderet, cu temque alieno colore tingeret, ſicut contingit in con tuſionibus & venæ ſectione male peracta, atque id facilius ob ſanguinis arterioſi tenuitatem, quod non accidit in Aneuryſmate, in quo ſuis limitibus circum ſcribitur: Neque ſufficit, quod *Platerus* ſcribit, ſan nem ſub cute ſibi ſinum formare (qua de cauſa incor ruptus permaneat, quod ſic influentis caloris influxu non deſtituatur,) inſtar eorum in quos ſe arteriæ, in craſſa cerebri membrana inſinuant, cutemque ſan guini extra arteriam effuſo eſſe illi loco arteriæ, & ſanguinem citra corruptionem in arteriam remeare poſſe: Etenim ſinus illi à natura facti ſunt, membra-

-iſque exacte clauſi, ut nihil omnino ex iis effluere -oſſit: Talem vero ſinum ſanguis arteriosus ſibi nul-omodo formare poteſt, ſed ubi ex arteria excidit, un-lequaque ſeſe diffundit, & cum ſub cute omnia ſiot ξύῤῥοια, facile, qua via aperta eſt, in vicinas partes eri-pit, quod & ſanguinem venoſum, qui craſſior, eſt facere videmus, ſanguiſque ille in alieno loco putreſcit, quod hiſtoria à Saporta allata oſtendit.

§. 5. Excitari poſſe Aneuryſma in ipſa quoque Aorta, licet mirum videatur, Experientia tamen docuit, & tale Aneuryſma favore Nob. *D. Gulielmi Rivæ*, Anatomici famoſiſſimi videre mihi contigit Romæ in ſuo Muſæo, in quo, inter multa alia rara anatomica, conſervat Cor in certo quodam liquore cum aneuryſmate Aortico, ſarcoſicis fatciminatum involucris, ejuſdem cum arteriæ dilatatione maxima, aliorumque cordis vaſorum cruento-ſo ſanguine infarctorum, amplitudine chyliſero thoracico ad digiti æquamen turgido ſe deplere vetans: Quod in Lauræ Petonæ cadavere 31. Mart. 1664. in publica adminiſtrata ſectione detexit; *Figuram vide miſcellan. med. anni* 1670. *obſerv.* 18. *Ex obſervat. Ioach. Georg. Elſnneri.*

S C H O L I A.

VArices venarum in variis corporis partibus oriri poſſe conſtat ex authorum obſervationibus, imò in vaſis internis, uti varices in vaſis pulmonis olim annotavit *Hippocr.* Nec mirum, venæ quippe valvulis ubique abundant, hinc ſanguis copioſus & craſſus à venis majoribus ad minores fluens ob craſſitiem & ſuam viſcoſitatem ad valvulas vaſorum ſubſiſtens, & inde incrementum capiens, venæ tunicam facile diſtendere poteſt, ut non incongrue liceat quoque deciſionem dare cur frequentiſſime in cruribus varices oriantur, ſcilicet valvulæ in ramo crurali fortiſſimæ, imo duplicatæ ſanguini incurrenti valide inſiſtunt: Aliter plane res ſe videtur habere in varicibus, vel potius aneuryſmatibus arteriarum: ibi enim ſanguis remoram duceos in arteria, ſummam ſæpe acquirit acrimoniam qua erodit internam arteriarum tunicam, & hinc excitat Tumorem cum forti pulſu, quod in arteriis carotidibus in collo ut plurimum accidere ſolet, & interdum quoque in aliis minoribus, raro vero vel nunquam in majoribus: In his enim ratio vix ac ne vix ejuſmodi diſtenſionem admittit, cum tunicarum illarum fortis reſiſtentia iſtam impediat, nec valvulæ adſint, motus quoque celerior ſanguinis quam in venis extet, quæ omnia impediunt ne tam cito excitetur aneuryſma.

Excitari tamen quoque poſſe in Aorta citatum exemplum probat.

§. 6. Pauperrimi cuiuſdam viri Aneuryſmate extincti cadaver diſſecuimus: Videbamus ſanguinem copioſum, tam ſeroſum quam grumoſum, tunicas arteriarum utraſque eroſas, & claviculam ſiniſtram maxima ex parte carie eroſam. *P. Barbette Prax. lib. 2. cap. 3.*

S C H O L I A.

ANeuryſma eſt tumor p. o. digitis illum comprimentibus facile cedens, illiſque ablatis ſtatim rediens, cum forti pulſu: Pars affecta ſæpiſſime, imo fere ſemper, ob arterias carotides, collum eſt, Obſervavi tamen illud in genubus & brachiis: Cauſa eſt humor acris, ſeroſus, bilioſus, internam tunicam erodens, imo & externam craſſiorem, imo & viciniora ſibi oſſa: Parva curatu difficillima, magna incurabilia, nec curatum in collo vel vnicum vidi: Palliativa cura diu vivere poſſunt: Chirurgi artis proprie ignari Abſceſſum iudicant, eoque aperto ſcapello, moriuntur ægri illico in eorum præſentia: Tumor ab initio ſtatim comprimendus, humorque acris repellendus: vtrumque commode fit per tenuem laminam plumbeam: Quidam volunt ut ſanguis affluens intercipiatur, arteriam ſupra & infra Aneuryſma ligando, illudque poſtmodum excidendo curare, Sed hoc remedii genus dolorificum, nec tutum eſt, mallem ego vitæ conſervandæ ergo brachium vel pedem amputare. *Idem.*

§. 7. Cum anno 1557. Nob. Leonardus Velſerus ex Aneuryſmate interno, quo diu variis ſymptomatibus conflictatus laboraverat, tandem obiiſſet, defuncti cadaver, ut mortis & affectus cauſam indagarent, ſectum, à quibus hæc viſa *Achilles Gaſſerus* ad *Veſalium* tranſmiſit: Secto ventre apparuere membra naturalia ſatis bene diſpoſita, In ventriculo & inteſtinis nullum erat vitium, Hepar integrum & valde magnum, Vena cava item maxima quanta forte nunquam viſa: Ea rupta erat qua parte Aneuryſma ipſam attigit: Lien admodum brevis, & exterius ex parte ſubalbidus, ac quaſi ſemiputridus: Cor magnum ſano ſimile & plurimo ſanguine abundans: In ipſa Aorta dilatatio non modica, ad palmæ magnitudinem, quæ coſtis & dorſi vertebris ita erat adnata ut integra ſeparari nequiverit. Ea igitur divulſa, emanavit ſanguis tenuis, rubet, & qualis eſſe ſolet arterioſus, qui contentus fuit concreto quodam cruore, ſeu carniformi materia fibris deſtituta, quam rurſus circumdedit ſubalbida & dura quædam ſubſtantia tranſverſi digiti ſpiſſitudine, colore & ſpecie lardo ſuillo elixato non abſimilis: Tota autem Aneuryſmatis compages, cum ſuis

contentis

contentis pugnum non parvi hominis, ſed ovi ſtruthio cameli magnitudinem fere æqu bat: Coſtæ circa locum aneuryſmatis meicum erant quaſi carioſæ,una prorſus(ex fortiſ mis proculdubio impreſſionibus) rupta & fracta, ſimiliter & dorſi ſpondyli eo loco,quo ſ pra diaphragma aneuryſmati connexi erant,ſpongioſi, & ita arroſi,ut uni atque alteri ſ prema minimi digiri ſuperficies inſeri potuerit, citra tamen inſignem fœtorem: Pulm num nulla læſio, licet æger copioſum ſanguinem ante obitum ipſum exſpuetit, ade ut eo ſputo ſuffocatus adſtantibus videretur: Extima cutis,ubi in dorſo Tumor & pulſati in vivente notari poterat, à morte livida & ſanguine ſuffuſa ad inſtar flagellatorum: *Io Vdalr. Rumlerus obſervat.lxxxi.*

Eadem hiſtoria ab Adolpho Occone, paulo aliter deſcripta.

ANnte annos plus minus xl.habui cum collegis in cura quendam Patritium, Nol L.Welſerum: Is ex ſaltu & concuſſione equi ferocientis incidit in vehementiſſimur dolorem Dorſi, qui nulla erat medicabilis arte, plurimis & diverſis cuiuſque generis ten tatis: Tandem ex Belgio huc vocatus Veſalius, cui in Anatomicis adminiſtrationibus ſu tempore par non erat, nedum ſuperiot, Is ut deprehendit Tumorem aliquem haud je magnum in Dorſo circa vertebras aut ſpinam pulſantem, ſtatim dicebat eſſe ἀνεύρυσμα e dilatatione aortæ arteriæ: Nam ut in varicibus videmus contineri ſanguinē in media vena ita in hoc affectu in media aorta arteria, idque ex ſaltu ſeu concuſſione equi contigiſſ *& incurabilem fore* Idem aſſerebat ſe ejuſmodi affectus vidiſſe in Gutture, in pectore,in po plite,in brachiis, & ſempet inferre extremos dolores & tandem ſiderationem, nec curar niſi abſciſſa parte affecta: In ejuſmodi Aneuryſmate ſe quandoque reperiſſe humorem concretum inſtar glaciei aut humoris cryſtallini: Interdum veluti ſanguinem concretum aut molam, In vivis corpotibus vetum ſanguinem deprehendiſſe: in defunctis nigrum & ſideratum, & cum graviſſimis doloribus ægros mori, ſponte interdum fieri ejuſmod vaſorum dilatationem,interdū ex cauſa antecedente,qualis fuit in hoc noſtro ægro, qui ſupra biennium hoc graviſſimo morbo conflictatus, omnique auxilio medico deſtitutus, tandem in manus Empirici incidir, qui ſalutem pollicitus exhibuit catapotia neſcio qualia, ex quibus in ſanguinis ſputum incidit, & miſer ille in ſinu conjugis tandem extinctus 25. Iunii 1557.

Diſſecto corpore reperimus id quod Veſalius prædixerat,in ipſa Aortæ arteriæ cavitate Tumorem prægrandem, durum carnoſum, ex ſanguine arteriali concretum, qui foras etiam protuberans,in dorſo dolorem & pulſationes inferebat, ejuſmodi nimirum qualis in arteriarum pulſu deprehendi ſolent.

APPENDIX

De infelici Aneuryſmatis apertione.

I*Ncurabilem fore)* Sacrifico cuidam, Mag.Iohanne Mailleto, cum ad humeri deatticulationem Aneuryſma ſubeſſet nucis juglandis magnitudine,edixi ne id ſibi aperiri curaret, alias vitam in manifeſto futuram diſcrimine: tutius ipſi futurum ſi conduplicatis linteis in ſolani & aizoi ſucco maceratis, caſeo recenti & ſeroſo admiſto: Si unguento de bolo, emplaſtro contra rupturam, aliiſque refrigerantibus & adſttingentibus mali impetum retundetet,ſi laminam plumbeam imponeret,caligiſque uteretur brevioribus: ut ad eam continendam eſſet illi thorax ex quo caligas ſubnectebat faſciæ loco, interim vitaret omnia quæ ſanguinem attenuant & incendunt: præſertim vero à vocis omni contentione ſibi temperaret: Hac diæta etſi per annum eſſet uſus, efficere tamen nequivit quin tumor creſceret: Quo animadverſo Tonſorem adiit, qui ratus tumorem illum eſſe ex genere vulgarium apoſtematum, pyroticum eſcharoticum, quo apertionem molieretur, ſub veſperam appoſuit. Exacta nocte ſub auroram tanta ſanguinis, rupto tumore, prorumpebat copia, ut attonitus omnium opem imploratet, atque me vocari juberet, qui ipſi hæmorrhagiam tantam ſiſterem, pœnitere quod monitis minus obſequens fuiſſet: Vocor igitur, ſed cum vix dum ædium limina attigigiſſem, jam animam cum ſanguine reddiderat: Quare tyronem Chirurgum diligenter monitum velim ne temere aneuryſmata, niſi forte exigua, & in parte ignobili nec inſignibus vaſis prædita, apetiat, hanc potius curationem aggrediatur, Curis ſuperincidatur dum patefiat arteria, patefacta ipſa ſcalpello undique à circumſtantibus partibus diducatur, ipſi retuſa & incurua acus introrſum filum trahens ſubiiciatur, ligetur, hinc abſcindatur intotti fili lapſus ex ſeſe expectetur, dum natura abſciſſæ arteriæ oras regenerata carne obducat: dehinc reliquum curationis ſimplicium vulnerum modo obducatur. *Idem ibidem*

 §.8.Neapol.

§. 8. Neapoli quidam 1644. menſe martio, *quum venam ſibi juſſiſſet ſecari*, arteriæ paſſus ſt inciſionem: Sequutum Aneuryſma, quo neglecto abſciſſum brachium: Viſus illo abſciſſo nagnus arteriæ hiatus, adhuc verſus alas ſuperſtitis: Brachium detruncatum diſſecuimus, 'ix aperta ſcalpello cute, ſanguis exivit copia nigri, ſed tenuioris: mox obviam habuimus mpliſſimo ſpatio, inter muſculos facto, ſanguinis craſſi & in grumos concreti largiorem uantitatem, quæ extra naturale vas effuſa (ſive poſt ligaturam) neceſſario computruit: Ad arteriam ſecandi ordine digreſſi, ruptam eam vidimus, & in fruſtula exigua ita diviſam it per partes exiliret, ea tantum parte integra quæ loco inferiori ſita puncturam effugerat Nec alia venæ conditio, quæ nuſquam apparuit: Tandem arteria à brachio ſeparata, nihil ani oſtendit præter ſubjectam partem, quæ utramque tunicam illæſam ſervaverat; In ſana utem arteriæ parte ſinus videbatur, quem valvulam credidi, ſed exitus nullus, niſi oſtiolum utredo abſumpſerit, ſicut abradentibus nobis viſum. *Bartholinus centur. 2. hiſtor. 9. Fuſe iſtoriam tradidit hiſtoria ſingulari Panormi edita, de Aneuryſmate.*

SCHOLIA.

Q*Vum venam ſibi juſſiſſet ſecari*) Aneuryſmatis duplicem agnoſco generationis modum, unum à cauſa externa, vulnere ſcl. arteriæ, ſed non tam firmiter quin ſanguis impetuoſe irruens in imbecillem tunicæ partem eam in tumorem non attollat: Alterum ab interna, Quæ eſt apertura ſeu anaſtomoſis arteriolæ, è qua ſanguis egrediens in interſtitium muſculorum denſatur in thrombum, qui ſenſim adauctus, magiſque per moram excoctus, in carniformem maſſam tranſit muſculis haud abſimilem, quæ & reperitur concava, & in ſui centro copiam nigri concretique ſanguinis continet: Hæc à me ſuſtulto experientia dicuntur, per diſſectionem hujus affectus acquiſita, de quo tractatus à me editus Panormi anno 1644. Confirmat hanc experientiam *Bogdani* obſervatio 8. Nunquam vero potui concipere, quomodo rupta interna & craſſa arteriæ tunica, integra remanet externa tenuiſſima, aranearum telis ſimili, (quod placet *Sennerto* l. 5. p. 1. cap. 43.) Aneuryſma poſſit generari, cum ejuſmodi tunicarum diſtinctio omnino ſit à rei veritate aliena, Sicut autem prior caſus aſtringendo comprimendoque tumorem ſanari poteſt, ita ſecundus curationem vix admittit, niſi quis velit comprimendo arteriam, cutemque dividendo, globum carneum auferre, arteriamque diſruptam ſarcoticis adhibitis nova carne replere: *I. Van Horne Microtech. §. 36.*

§. 10. In Collegio Rhemenſi cuidam Sacerdoti Aneuryſma erat in cruribus: Aperto cadavere reperta eſt magna dilatatio arteriæ, & ſanguis in ea arteria concreverat induratarque: Indurationis cauſa tribuebatur immoderato rerum refrigerantium uſui. *Iac. Thevart. Nota* 8. *in conſil.* 107. *lib.* 1. *conſ. Ballonii.*

§. 10. Dom. Peler civis Monſpelienſis quinquagenarius, atrabilario temperamento præditus, cum graviſſimis curis eſſet afflictus, poſt multa ſymptomata melancholiam hypochondriacam atteſtantia, paſſus eſt tumorem ſub clavicula dextra eminentem, & ovi dimidii magnitudinem æquantem, mollem & reliquæ cuti concolorem, in quo pulſatio inſignis apparebat: Indicatum fuit eſſe Aneuryſma inſanabile.

Eo defuncto, inventa eſt arteria magna aſcendens à corde ad claviculam ita dilatata, ut brachii fere magnitudinem æquaret, & ovum gallinaceum in ſuam cavitatem facile admittere potuiſſet: Præterea tunica illius admodum denſa & cartilaginea evaſerat; quod admirabilem naturæ providentiam notat, quæ tunicæ maxime dilatatæ ruptionem evitare contendens, eam denſiorem ac duriorem effecerat: Sic vidi Renem xxij. calculis refertum, in magnitudinem altero rene quadruplo majorem excreviſſe, & quaſi natura eum amplificare voluiſſet, ut calculos illos cum minori incommodo continere poſſet. *Laz. Riverius cent. iv. Obſervat.* 34.

§. 11. Nos nuper lethale Aneuryſma vidimus in Iuvene Nob. ex læſo femore, nec mirabamur, quia arteriam magnam cruralem ruptam in apertione vidimus, unde in tantum tumorem femur excreverat, prorſus quaſi ſcirrhoſum, ut non tantum ea copia ſanguis ex aperto poſt mortem femore effunderetur, quæ tres menſuras noſtras impleret, ſed ex ſinubus, inter muſculos vaſtos efformatis, ſanguinem grumoſum, parenchyma hepatis maximi forma & magnitudine referentem, extraheremus. In iſto Viro nec ſectio tuta erat, aut poſſibilis, propter magnæ arteriæ, & inter muſculos deliteſcentis ingentem rupturam, Nec ligatura ſufficiens. *T. Bartholinus in miſcell. cur. ann.* 1674. 75. & 76. *p.* 58.

SCHOLIA.

EX eodem loco felicem Aneuryſmatis curam poſt infelicem V. S. adduco: Anno 1655. Tonſor fœminæ ſexagenariæ arteriam pro vena hepatica ſecat: ſanguinis cum impetu fluit floridus, brachiumque intumeſcit cum quadam renitentia, Empiricus hic ſanguinis copia ſat larga pro morte emiſſa, quaſi re bene geſta vulnuſculum deligat: Interea tumor ob ſanguinis per arteriæ oſtiolum in muſculorum ſpatia

ſpatia effuſi copiam indies attollitur, nec ullis fomentis diſcuti poteſt Ipſo tandem medicaſtro ex deſperatione fugiente: menſtruo poſt ſpatio alius adſciſcitur Chirurgus cum Medico, qui periculi magnitudinem attendentes, ſtatim adſtringentibus & arcta ligatura tanto malo obviam decenter eunt, ſed poſt feſtum & caſſo eventu: veſiculæ enim plures & tubercula, quaſi aneuryſmata, circa medianam & cephalicam hinc inde oriuntur, quæ tractu temporis ſponte rupta tantam ſanguinis copiam effundunt, ut ſelectiſſimis remediis ſiſti non poſſet fluxus iſte per quatuor ſeptimanas, eo quod ob ingentem tumorem arteriæ orificium, etiam ſagaciſſimis oculis non pateret, donec in putredinem gangrænoſam abeunte toto brachio, ſanguis grumoſus, ovorum gallinarum magnitudine fruſtillatim ac inſigni cum fœtore exiret, ac omnis caro muſculoſa, quæ interim omnimode computruerat (præter tendines, nervos arteriaſque oſſa ac perioſtia) difflueret ad humerum uſque: Tum demum in conſpectum veniens arteriæ oſculum convenientur obturatum, & caro ablata ſarcoticis, probaque diæta ſpatio bimeſtri integre reſtituta fuit ad miraculum uſque: *Horſtius* ejuſmodi errorem fœliciter correxit laudano opiato; ſuper impoſito Emp ſtictico Crollij.

Eodem fere modo curatum eſt hic Aneuryſm quod fœmina quædam filium proprium 7. ann. bac lo ad ſiniſtram capitis partem capillatam, qua carc ridum tranſitus eſt, graviter percutiens, excitavera unde tumor pulſatilis, avellanæ primo magnitudin nigricans, mollis & digitis cedens ſtatim oboritur, octidui ſpatio in tantum augetur, ut dimidiam capit partem à ſutura ſagittali per tempora & frontem a oculum uſque ſiniſtrum occuparet: Conſulti Medic anceps remedium certiſſimo vitæ periculo præferen dum cenſentes, ſcalpello vulnuſculum infligunt, flo ridique ſanguinis parte quadam emiſſa, quadam ver arctiſſima ligatura & ſtypticis cohibita, dum crebr id agunt brevi reſtituunt, idque eo quod in teneri adhuc omnia tenera & coalitu facilia: vel quod arte ria læſa os ſubjectum habuerit durius, vt arctiſſim potuerit conſtringi, Hinc arterias temporum & frontis feliciter aperiri poſſe aſſerit *Riolanus in Encheir Anat. p. 332. Johannes Michael Fehr. in miſcell. cur. ann. 1674. 75. & 76. p. 55.*

§. 12. Arteriæ omnes, exceptis iis quæ per cerebrum parteſque omnes alias conſiſtentes magis, diſperſæ ſunt, tunica duplici gaudent: harum interna corroſa aut rupta, externa in tantum diſtendi poteſt (abſque ruptura, quicquid alii contradicant) vt Aneuryſma cauſetur Nihiſominus ubi tumor hic pugni magnitudinem habet, haud fieri poteſt quin ſimul etiam externa corroſa aut rupta ſit: Anatome ſententiam noſtram confirmat: Poterit tamen & tumor hic excitari ab arteria diſſecta, præſertim ſi tunica exterior undique uniatur muſculis, & interna propter continuam pulſationem aperta maneat. *Barbette Chirurgiæ cap. 16. p. 2. lib. 1.*

Observatio XXII.

Varices imi ventris ab Iliacis venis ortum ducentes.

MVlier xxv. annorum ob uteri anguſtiam maxime in partu periclitata eſt, ita ut nunquam priſtinæ ſanitati reſtitueretur, ſed tribus poſt partum elapſis annis mortua eſt: Miſeria quæ ipſam parientẽ & poſt partum excruciavit hæc fuit: Venæ duæ ſerpentum more volubiles, tortuoſæ & varicoſæ, ab Iliacis venis externè ad umbilicum uſque aſcendebant, majori craſſitudine quam digiti pollicis, quæ inſpicienti ſimilitudinem literæ lambdæ Græcorum referebant: maximus deinde ſecundum mulieris motum fluxus & refluxus fiebat, non ſine maxima ipſius patientis læſione; cum enim ſupina decumberet, ſtatim ſyncope corripiebatur: quare neceſſe erat, aut in latus jacere, aut orthopnoicorum more cubare: Accidit aliquando ut fortiſſimo deliquio corriperetur, & mortua eſt.

Secto cadavere, venas illas, alteram ab Iliaca dextra, alteram à ſiniſtra in unum coeuntes globum in umbilici regione obſervavi, ut quaſi in magnam ciſternam terminarent: umbilicus denique ipſe aperto emerito vaſe (nempe vena umbilicali) Iecur *continuo impulſu ſanguinis* percutiebat, cum ipſa ſemper menſtruata fuiſſet: Monſtroſum aſpectu tum ipſa vivente tum mortua. *Dom. Panarolus Pentecoſte 1. Obſervat. 7.*

SCHOLIA.

M*iſeria quæ ipſam parientem &c.*] Quandoquidem refert quid venarum dilatatio ad ſanguinis motum alterandum faciat explicare, notandum eſt, aut ob partis cujuſdam compreſſionem, aut ſanguinis copiam, vel (ſive id ipſius ponderi, ſive relaxato venarum tono, ſive cordi ſanguinem non debita vi impellenti debeatur) refluendi difficultatem, venas potiſſimum ampliari; Et propterea in Gravidis, propter venam Cavam & utramque Iliacam in infimo ventre à mole uteri compreſſam, tum propter ſanguinis & humorum incrementum, & difficilem ab inferioribus partibus aſcenſum: Et in triſtibus & melancholicis, propter cordis motum languidum, venas tibiarum in magnos Varices diſtendi ſæpenumero contingit: ſanguis ſcil. in reditu præpeditus, aut ſufficienti vi à tergo non impulſus, in venis inferioribus diutius ſiſtitur, & tandem pondere ſuo ac mole eas diſtendit, ut ſibi amplius ſpatium acquirat: Atque ideo ubi lecto ſurſus ſe tradunt, vel iſtæ fœtum enixæ ſunt, propter faciliorem ſanguinis verſus cor recurſum, venæ iſtæ protinus inaniuntur: verum cum longa conſue-

ıdine ampliatæ fuerint, non ita facile in priſtinum ›num reſtitui poſſunt aut coarctari, quin ſangui-em à corde & vena cava divertendo, circulationis lum ſeriemque valde interrumpant: unde pulſus eficientia & virium languor (*imo ſyncope, ut in aſu prædicto*) propter venas illas valde dilatatas accedunt: Atque hoc non ita pridem in quodam uſtico, xl. circiter annos nato, & longa triſtitia ›ene confecto accurate obſervavi: Tanta enim va-ice, ſive vena dilatata in parte anteriore tibiæ iniſtræ adeo vere laboravit, ut magni farciminis nſtar à malleolo ad genu uſque turgeret, & ejus neceſſui valde moleſta fuerit; quantum quoque ex umoris magnitudine conjicere potui, fere duas ibras ſanguinis continebat: cum vero in humum eclinatus tibiam erigeret, aut manu ſacculum ſtum ſanguinis ſurſum verſus leviter urgeret, tu-nor ex ſanguine in venam cruralem & cavam tranſ-miſſo, paulatim evanuit: Cum autem in pedes ite-um erectus ſtaret, intra breve ſpatium folliculus ſte in priſtinam molem aſſurgebat: quod à ſangui-nis novi influxu fieri certum eſt: Cum vero præter ponderis illius moleſtiam ſe inſuper imbecillum & ſi paulo diutius iſte tumor perſeveraret, ſe valde lan-guidum conquereretur (quod detento ſanguini & intercepto cordis pabulo imputandum puto) ad utramque moleſtiam præcavendam conſului ut valde ſtricta caliga, aut faſcia, tibiam ſemper adſtringeret, & emplaſtrum adſtringens adponeret, quo in po-ſterum valde levatus fuit. *Richardus Lovver Tract. de Corde pag.* 118.

Continuo impulſu ſanguinis] Manifeſtum eſt in Varicoſis ſanguinem è vena cava ad majores, à ma-joribus ad minores venas deſcendere: Id enim in varice femoris, pedis & hæmorrhoidibus obviam eſt: Verum ille motus ſanguinis poteſt p. n. contin-gere, quod debilitatæ venæ ſanguinem ſurſum non mittant ſed colligant, & quod humores ſua gravi-tate motui naturali ſurſum renitantur & deſcendant, unde in inferioribus venis cumulati, accedente ſemper ex arteriis novo ſanguine, earum dilatatio-nem & varicem faciant: Ita fontes artificiales circa eo loca è quibus aſcendunt, rimas potiſſimum agere obſervamus, tandem à gravitate aquæ divulſi, quæ tamen ex natura fontium ſurſum deberet aſ-cendere: Et omnino veroſimilius eſt hac ratione Varicem fieri, quia humores in varicoſis, quando ad motum in exercitio impetum habent, majorem venæ dilatationem non faciunt, ſed ubi ab exercitio quievere, quod minori motui humores obniti poſ-ſint & gravitate ſua deſcendere. *Walæus Epiſt. de motu chyli.*

Maximus fluxus & refluxus fiebat] In interna venarum capacitate ſitæ ſunt valvulæ, qua in artus diſperguntur; frequentius in ramis majoribus: In capillaribus & trunco cavæ nullæ: Actio ejuſmodi oſtiolorum eſt ut ſanguinem quadantenus remoren-tur, ne confertim ac fluminis inſtar, aut ad pedes, aut ad manus & digitos univerſus influat colliga-turque, duoque incommoda eveniant, tum ut ſu-periores artuum partes alimenti penuria laborent, tum vero manus & pedes tumore perpetuo pre-mantur: Deinde etiam robur addunt venis, quæ alias facile diſtendi aut laxari potuiſſent, cum ex membranoſa tenui ſubſtantia ſint conflatæ: No-vum uſum adjecit *Harveus* ut exacte clauſe ſan-guini ab infernis remeunti ſurſum, ne ab extremis ad centrum corporis ſanguis confertim excurreret obſiſtant. *Rolfinkius Diſſertat. Anatom. p.* 864.

Atque hic videtur conſiſtere cauſa varicum, quod ſanguis craſſior, & gravitate ſua motui ſurſum re-nitens, in Valvulis diutius retentus, dilatationem valvularum faciat: abſque his ſi eſſet, unifor-miter intumeſcerent venæ & non varicum modo. *Th. Bartholinus Anat. Libello* 1. *cap.* 2.

Observatio XXIII.

Eryſipelas cutem tantum afficiens illæſa ſubjecta carne.

IAc. de Vala octo annos ante obitum Eryſipelate laboravit in utraque tibia, à quo quidem nullam huc uſque amplius moleſtiam ſenſit, rubor tamen permanſit: Occupaverat rubor ille pedem quoque, ſed ille colorem & cutim mutavit: Nunc iterum pes do-let, ſupraque & infra ruborem illum pedes valde tument & ſplendidi fiunt.

In cadavere diſſecto, Liquor tenuis & ſeroſus repebat in corporis habitu inter muſculos & pinguedinem, unde ipſa pinguedo mollior. Facta inciſione in *Tibia Eryſipelate affecta*, vidimus ſubſtratam carnem integram, cute tantum læſa, à qua cuticula facillime ſepara-batur. *Vide Tit. de* Hæmoptyſi *lib.* 2.

SCHOLIA.

O*Ccupaverat rubor ille &c.*] Eryſipelas eſt Febris continua, à ſanguinis parte tenuiore corrupta & inflammata originem habens, qua ut Natura ſe liberet, eam in corporis aliquam partem externam expellit: in qua tumor, aut potius (cum tumor adeo notabilis ſæpe non ap-pareat) macula rubra lata, diſperſa oritur: Vulgo creditur à bile flava originem habere, at quidam potius ex ſanguine tenui oriri aſſerunt, 1°. enim color ſanguinis potius quam bilis indicium eſt, qui ruber eſt; cum ſi à flava bile eſſet pallido aut flavo colore potius, ut in Ictero, pars affecta tingi deberet: Quanquam vero interdum ex rubro nonnihil ad albedinem vergit color, tamen non omni, ſed ſaltem alicui differentiæ competit: In-ſuper quanquam calor ſatis vehemens ſit, tamen non eſt tam acer ut in affectibus à bile flava: unde non tam frequenter exulceratur hic tumor ut herpes, & alii tumores ex bile nati: Et cum exulceratur eryſipelas, id non tam ex ipſius natura eſt quam ex tranſmutatione: Idem etiam hoc teſtatur quod qui calido & ſicco tempera-mento ſunt, ut macri, fuſci, nigri, quod flavæ bili generandæ accommodatiſſimum eſt, rarius

quam

quam ſanguinei &. obœſi, carnoſi, rufi, hoc malo infeſtantur. Et quod carnoſæ corporis partes, ut femora, crura, facies, collum, mammæ & ſimiles, crebrius quam aliç occupantur.

Liquor tenuis & ſeroſus.] Recte ii ſentire videntur qui non in plethoram ſimpliciter, & copiam ſanguinis, ſed potius depravatam & peculiarem qualitatem, quæ à ſanguinis crudioris putrefactione & corruptione provenit, cauſam hujus mali referunt: Maligna enim illa qualitate natura ſtimulata, humorem vitioſum ad ambitum corporis expellit, ubi nimirum ſanguis, imprimis qualitate peccat, atque calidior & bilioſior, & peculiari modo Naturæ infeſtus collectus eſt: hic enim ſi qualecunque initium motus, ſeu in corpore ſeu extra corpus nactus fuerit, in venis agitatur, atque ex iis à natura ejectus ad ſuperficiem corporis erumpit.

In tibia Eryſipelate affecta.] Decumbit hic humor in carnoſarum partium ſuperficiem, ut crura, ubera, faciem, brachia & ſimiles partes, modo in hanc modo in illam, prout hæc vel illa imbecillior eſt, ex vulnere, fractura, contuſione, calefactione, fatigatione: quo facit etiam ſitus, unde plerumque crura occupantur, ut & raritas & mollities membri, unde nonnullis in facie vel mammis oritur.

Vidimus ſubſtratam carnem integram.] Etſi verum ſit potius à ſanguinis tenuiori parte oriri hunc morbum quam à bile flava, tamen à vera inflammatione etiam differt, quod minus tum minus pulſet, minus renitatur & tendatur, n tamen minus, ſed etiam magis rubeat & calc In vera enim inflammatione ſanguis craſſior eſt, in muſculorum cavitatem & ſpatia effundit hincque facilius ſuppuratur quam diſcutitur: cc tra in Eryſipelate ſanguis eſt tenuior, calidior ex capillaribus venis per poros in cutem diſpe ſus, unde & facilius diſcutitur quam ſuppurat Quod ſi in Eryſipelate major ſit tumor, id poti nothum eſt quam exquiſitum & purum.

Octo annos ante obitum Eryſipelate laboravit Etſi plurimos ſæpius ſine ullo periculo invade ſoleat, tamen danda eſt opera ut diligens c ratio adhibeatur, ne aliud malum inde procr etur; Nam *Eryſip. ab exterioribus ad interio converti malum eſt, ſicut contra ab interiorib ad exteriora bonum.* 6. aph. 25. Ex materiæ eni illius ad interiora recurſu, ſive à prava curatio ne, ut medicamentis repellentibus, ſive aer frigore id accidat, ægri etiam in maximum per culum coniici ſolent: *Malum* etiam (7. *aph.* 2. ab *Eryſipelate putredo & ſuppuratio*: quare i curatione diligentia adhibenda: quæ tutius Germanorum experientia & obſervatione quai exterorum libris peti poteſt, Naturæ ſcil. motum juvando & materiam ad interioribus ad exteriora excutiendo.

Sennertus Lib. 2. de Febr. cap. 15.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QVARTI.

SECTIO III.

De Vulneribus, Plagis.

Observatio I.

Capitis contuſio lethalis ob ſequutam cerebri Commotionem integro cranio & meningibus. 1. Ob ſequutam cerebri debilitatem, in quo genitus lapis, ſerum collectum. 2.

§. 1. EGo vidi in actu practico, anatomizando capita mortuorum à ſimili caſu, non rupto cranio, nec panniculo aliquo læſo: à ſanie enim deſcenſa per poros cranii ſupra panniculos cauſatur febris & rigor, & vomitus & ſingultus, & alienatio, & alia accidentia ſimilia prædictis, per compaſſionem membrorum inferiorum ad cerebrum, & cerebri ad panniculos, propter ſaniem eos corrumpentem, & putrefacientem, & tandem mors ſequitur. *Iac. Berengarius de Fractura cranii p. 2. cap. 5.*

SCHOLIA.

INterdum contingit cerebrum moveri & agitari à caſu ab alto, vel contuſione, vel aliquo modo concuti, & aliquos nervos in eo rumpi, vel aliquas venulas, non rupta cute vel cranio; vel interdum cute & non cranio, Et ſecundum nervos ruptos accidunt membris, ad quæ vadunt tales nervi, varia accidentia: Et de iſta læſione nervorum mentionem facit Gal. ad aphor. 58. 7. Et ſignum læſionis hujus ab eo ponitur, *quod iſti efficiuntur ſine voce ſtatim*: Et hoc ſi ad manus

tuas

is adveniat patiens qui loquelam ſubito amittat, qui percuſſus fuerit à re potente movere cerе-um, vel quod ceciderit ab alto, cum condi-nibus quæ te perſuadeant ipſius cerebrum pati tuiſſe, etiam oon rupta cute, vel rupta cute non cranio, vel etiam fracto cranio; firma dicium tuum ſub hoc, quod cerebrum poſſit e motum, viſis malis indiciis, non ſolum de niſſione vocis, ſed etiam poſſunt evenire omnia cidentia prænarrata, quamvis ſubito non eve-ant, & ita non ſolum judicabis rupturam ali-iorum nervorum prædictorum, ſed forte ruptu-m alicujus venulæ panniculis contentæ: Sed non a cito veniunt accidentia venæ ruptæ ſicut ner-orum ruptorum, ſed veniunt eo tempore quo nguis incipit poſtea ſub oſſe putrefieri, tardius : citius ſecundum quaotitatem ſanguinis, & etiam cundum locum: quia ſi inter cranium & duram iatrem, tardius veniunt accidentia quam ſi inter uram & piam: & tardius inter piam & duram, uam inter piam & cerebrum: Cauſas non recto uia per ſe notæ ſunt: Et iſta ſpecies læſionis eſt ifficilis cognitionis, tamen poſſibilis, maximè er expertos, conſiderata ægritudinis eſſentia, & auſa & accidentibus: ſed difficilior eſt cura, uia Medicus forte neſcit locum ſanguinis & ſa-iiei, & neceſſario deſiſtit à rationabili cura, & ic moriuntur pauperes ægri: Tamen ſi datur cu-andi ratio, talis eſt, ſcil. quod totum caput me-licinis debitis regatur: Advette Lector, quod ac-:idencia prænarrata in læſione panniculorum & ce-ebri, poſſunt fieri à ſanguine putrefacto ſub cra-nio ſecundum loca ad quæ vadit, & ſecundum quantitatem: ideo non miteris etiamſi non læſis panniculis nec cerebro, ſed ſolum à venis ruptis, vel forte nervis, accidaot prædicta accidentia, quia etiam poſſunt accidere multa ex accidentibus præ-dictis, non læſis panniculis nec cerebro, & maxime ſi contingat ſaniem aliquomodo deſcendere à ſupe-rioribus per rimulam oſſis, vel forte per poroſita-tes oſſis reſudare ad intra cranium, maxime quando ſanies non habet à vulnere liberum exitum. Sint ergo Medici diligentes, & prudentes, & ſoliciti, quia periculum eſt in mora, & non dedignentur ſæpe viſitare ægros, quia per longam moram cum eis veniunt in cognitionem ægritudinis, & conſe-quenter quoque curæ. *Idem.*

Propter ſaniem panniculos corrumpentem] Signa materiam defluxam ſupra panniculos, vel ibi ge-nitam demonſtrantia ſunt hæc, febris intenſa, tremor & deſtructio rationis, & alia accidentia in læſione panniculorum & cerebri, ſicut ait *Avicenna* cap. de Fractura cranii, *Et accidunt ante ſanioſitatem, aut poſt ipſam, ægritudines mala ex febribus, & tremore, & deſtructione rationis & aliis:* Poſito enim quod apoſtema in capite non veniat ad ſaniem, adſunt & tremores & febres, & alia prænarrata accidentia, & ita à ſanie contenta ſub cranio poteſt fieri paralyſis, & ſpaſmus, & apoplexia, & aliæ ægritudines, ſicut etiam ait Princeps loco citato, *Et cum verificatur neceſſitas extendendi* (id eſt fricandi) *os, & ex-trahendi ipſum, tunc feſtinetur, & non expectetur complementum generationis ſaniei* (ſcil. in fra-ctura vel ſub oſſe) *quoniam pus eſt cauſa malo-rum accidentium*. Verum eſt quod apoplexia non evenit niſi ex oppilatione coarctatoria à materia defluente ad ventres cerebri, & hoc poteſt fieri ſi panniculi ſunt fracti, vel alio modo ſanies ſit in cerebro, puta ſi in pia matre ſit rupta vena quæ cauſet ſaniem apoplexiam cauſantem, Et ita etiam cauſabit diverſa accidentia ſecundum loca ad quæ tranſmittetur hæc ſanies, & ſecundum quantitatem, & etiam qualitatem ſaniei efficien-tur majora & minora accidentia, & ſecundum quod talis ſanies habet exitum liberum, quia ſtante etiam tali materia, quæ non expurgatur, facit mala accidentia. Ut ego vidi in N. qui habebat Fiſſuram capillarem in cranio, per quam deſcen-derat aliqua materia, Et adhibita cura cum inſtru-mentis, ut videretur an rimula penetraret interio-rem ſuperficiem cranii, inventum eſt quod ſic cum raſpatoriis, & per fiſſuram dilatatam exibiat mo-dica & fere nulla ſaniei quantitas, & ceſſavit fe-bris ſtatim acutiſſima, & inquietudines, & vigiliæ, & omnia mala accidentia, & hoc vidi etiam in quamplurimis aliis.

Berengarius cap. 8.

§. 2. Filius Dom. Bernardi ab Hatzvelt. decennis, ex alto cecidit, mox vomuit, ſanguinemque per nares & aures egeſſit: verum neque loquelam neque ſenſum aut motum amiſit: Quum autem nec vulnus nec contuſio extra appareret ſine febre, morbus neglectus eſt planè, capite alioqui *perpetuò dolente:* Poſt menſes quinque aut ſex, collum relaxatum eſt, adeo ut nullo modo caput erigere, aut erectum, niſi beneficio numellæ ex pelle & xylo contextæ, continere poſſet: Demum aſthmaticus evaſit, & relaxatis ligamentis, decimæ undecimæ & duodecimæ vertebrarum metaphreni, Gibboſus factus eſt: Coxam quoque dextram imbecillius movebat: Sub clauiculis, ex utroque sterni parte, atheromata conſpiciebantur: Quum circiter biennium ita cruciatus fuiſſet, variis adhibitis præſidiis à D. *Henrico Bottero*, collum in integrum, voxque & loquela ex parte reſtituta; Deinde exortus tumor ad ſiniſtram aurem, inter jugulares venas & aſperam arteriam, qui ſenſim in maximum abſceſſum auctus, à me inciſus fuit: 10. 20. & 30. diebus vltra libras ſex materiæ ejecit, extillavit ea quotidie copia ſatis magna: Hujus vacuationis beneficio Dolor Capitis, omniaque ferè ſymptomata ex parte lenita ſunt, at vires in dies imminutæ: Circa 28. martii novus incidit catarrhus, qui in pulmonem & ſtomachum influens, tuſſim, nauſeam & vomitum provocavit, ſiniſtrum latus reſolutum fuit: Nonnulli quoque paroxyſmi epileptici acciderunt, & *vlcus in collo penitus exſiccatum* eſt, ita ut 6. aprilis 1593. deceſſerit.

Cadavere inciſo viſcera ſic affecta comperimus. 1. Inciſa cute, in tumoribus ſub claviculis reperta eſt copia ſat magna puris, inſtar pultis, quæ coſtis & ſterno cariem induxe-

induxerat : 2. Cyſtis fellis prægrandis, & inteſtinum duodenum ubique linioſo humo[illegible] referrum. 3. Epar ſcirrhoſum & obſtructum. 4. Pulmo vbique pituitoſis & viſci[illegible] humoribus oppletus. 5. Lapides quam plurimi ex gypſca materia concreti, & cy[illegible] incluſi proxime cor : nimirum in ea parte qua aorta ex corde prodit, & ramos ſu[illegible] verſus jugulum mittit; quorum unus magnitudinem nucis ſuperabat, reliqui par[illegible] adhærebant autem non rantum arteriæ aortæ & ipſius ramis, qui jugulum petunt, v[illegible] rum etiam aſperæ arteriæ & ſiniſtro recurrenti nervo, Ex quibus facilè colligitur rat[illegible] vocis & loquelæ ex parte amiſſarum. 6. Capite aperto, lapidem ex ſimili materia co[illegible] cretum & membranæ incluſum, in parte poſteriore capiris ſub ſutura lambdoide[illegible] inrer duram & piam matrem invenimus; adeo adhærentem duræ matri, ut nonn[illegible] violenter avelli poſſet. 7. In tribus cerebri ventriculis, h. e. duobus anticis & medi[illegible] ultra duas libras aquæ limpidæ reperimus : 8. Ulcus in collo, tum ad aſperam art[illegible] riam, tum etiam ad os baſilare, & foramen quo ſpinalis medulla vertebras ingred[illegible] tur, penetrabat : Ita ut materia ex ulcere manans, tum ex pectore, tum ex capit[illegible] confluxiſſe intelligeretur : Verum ob anguſtias viarum *ſubtilior pars effluxerat*, craſ[illegible] autem in lapides concreta erat, quales prope cor viſcebantur. *G. Fabritius Hild. cent* 1. *Obſerv.* XI.

SCHOLIA.

Subtilior pars effluxerat] Lympham fuiſſe indi-[illegible]at tum aquæ limpiditas, tum concretio ſe-ta, illam enim mora tandem varios conſiſtentiæ [illegible]dus acquirere alibi indicatum.

Morbus neglectus &c.] Commotio cerebri duplic[illegible] eventum habet, aliqui enim ab ea ad ſe red[illegible]nt, alii moriuntur, Qui redeunt, iterumque loqui & moveri incipiunt, id quandoque abſque gravibus ſymptomatis conſequuntur, reſtituta facultate animali, ſpirituumque commeatu libertati priſtinæ reddito à meatibus apertis : Quandoque ad ſe redeunt ægri, loquelaque redit, conſequentibus tamen graviſſimis ſymptomatis, à diſruptione vaſorum, ſanguinis circa cerebrum & in ejus ſubſtantiam effuſione, ad quæ febris acuta, delirium &c. Subſequuntur : vel repleto cerebro, ſopor gravis, ſtupor, paralyſis : Imò læſa cerebri facultate naturali, concoctrice & retentrice, materia eiicitur, ad nervos detruditur, ſequuntur & alia ſymptomata, ut colli relaxatio, tumores periculoſi in capite, cœcitas, obſtructis nervis opticis &c. Si mors ſuccedat, id fit ob inflammationem ſubſequentem, putredinem, ſphacelum cerebri; aut hujus portionem abruptam, nervum vel membranam avulſam, vas inſigne diſruptum, &c.

Collum relaxatum eſt &c.] A paralytica nervorum utriuſque lateris reſolutione : quæ ſi in alterutro tantum contingat, capitis accidit diſtorſio, ut in ſiniſtram vel dextram partem inclinet, de qua conſule *Arnoldum Bootium de affectibus omiſſis cap.* v.

OBSERVATIO. II.

Percuſſio ſiniſtræ partis capitis lethalis ob utriuſque meningis phlegmonen, cranii Fiſſuram. 1. *Caſus lethalis ob Rimam calvariæ & ſanguinis effuſionem.* 2. *Ob longiſſimam Frontis* Rimam, *ad ſellam equinam productam &c.* 3. *Vulnus duplex lethale ob* Fiſſuram *inconſpicuam & venarum ruptionem.* 4. *Ob* Rimam *patentem & coecam, cum depreſſione, læſione cerebri & meningum.* 5. *Ob* Fiſſuram *in oſſe Temporum latentem.* 6. *Ob* Fiſſuram Bregmatis *ad dextrum Temporum os productam, & læſionem venarum Iugularium.* 7. *Fiſſura oſſis petroſi, cute integra, unde dura mater ſanguine & pure ſuffuſa.* 8.

§. 1. Miles quidam in tempore dextro, ſupra muſculum temporalem, cæſim vulneratus fuit Menſe ſept. 1634. Primis ſeptem diebus nihil obſervabatur quod periculum aliquod minaretur, poſtmodum vino ſe obruens, Venere abutens, & ad excandeſcentiam, propter authorem vulneris præſentem, commotus febrire incepit, venæ ſectio omittebatur : minus curatè vulnus deligabatur, & ob ſupinam tonſoris negligentiam minus ab aëre frigido cuſtodiebatur : ſupervenerunt vomitus bilioſus & convulſiones, paulo poſt ceu apoplecticus mortuus eſt.

Vulnere

Vulnere ad cranium denudato, ac ablata cuti, muſculus temporalis integer inventus it: pus laudabile & bene coctum occurrit: Cranium vero ubi aëri patuit, denigratum carioſum reperiebatur cum fiſſura: Remota cranii olla, dura meninx inflammata ſtupendæ craſſitiei fuerat, trans illam multum ichoris cruenti cum portione puris agnavit: Tenuis meninx itidem inflammata & pure conſperſa inventa fuit, ac ſub illa hor fluctuabat. *Ex Ephemeridibus Exc. D. Ioh. Burgouveri Poliatri Schaffuſiani.*

SCHOLIA.

SUpervenerunt vomitus, convulſiones &c.] Dum umores tum intra partium vulneratarum porus ſtagnantes, tum extravaſati mitiores erant, neue vomitus neque convulſiones ante diem ſeptimum afflixerunt; Poſtquam vero tum ob febrem inique abuſum acriores evaſerunt, tum ob animi otum impenſius agitati fuerunt, primum velliatis nervis vagi paris vomitum cierunt, deinde ucta illorum malignitate, ipſo nervorum principio rritato, convulſiones univerſales concitarunt.

Ceu apoplecticus mortuus eſt.] Ceu apoplecticum nortuum ſcribit vir Doctiſſimus, quamvis enim nte ſupremam horam omnes actiones animales bolitæ fuerint, noluit tamen hunc ſymptomatum concurſum lethum afferentem Apoplexiam ſimpliciter dicere, cum febris ſanguinem ſpiritibus orbans, vomitus illorum inſtaurationem prohibentes, & convulſiones reſiduum diſſipantes quoque ad mortem accelerandam ſymbolum contulerint: Quicquid vero apoplectici mihi iſti obvenit, ichori & puri intra meninges cumulatis, cerebrum prementibus & reliquias ſpirituum animalium quaſi ſuffocantibus attribuendam exiſtimo: nam ob duram meningem ſtupende craſſam ichori exitus, vulneris labiis coarctatis, penitus intercludebatur: unde etiam ſub cute inciſa pus laudabile inventum fuit, quod ab ichore, ſi via patuiſſet, dilutius evaſiſſet: Ejus excluſionem proculdubio Vir peritiſſimus adjuviſſet, niſi re demum conclamata accerſitus fuiſſet; *I. Iacobus Wepferus Diſſertat. de Apopl. p. 339.*

§. 2. Iuvenis temulentus ictus vehementer in Pectore concidit repente attonitus in terram: Cauſa fuit partim evidens calvariæ rima, partim ſanguis ubertim effuſus ſupra & infra cerebri membranas. *Vide lib. 2. tit. de Suffocatione.*

§. 3. Sexagenarius ebrius, delapſus ex altiori loco contraxit in calvaria ampliſſimum vulnus: mortui interiora capitis perſcrutantibus, obtulit ſe primum frequens humor replens ventriculos cerebri: mox longiſſima rima excurrens continuata ſerie per frontem, oculique foramen uſque ad ſellam equinam, prope oſſis cuneiformis medium, quo loci animadvertimus ingens oſſis cuneiformis fragmentum, ita ſejugatum à reliquo oſſe, ut manifeſte elevaretur ſupra quaſcunque partes circumpoſitas &c. *Vide hiſtoriam lib. 1. Tit. de ſoporoſis affectibus ex Tulpio.*

§. 4. Ianitor Caſtelli Bracæni venabulo ſupra tempus ſiniſtrum inflicto proſtratus, duobus capitis vulneribus cum contuſione, exigua valde cranii fractura (quæ nonniſi calvaper ſerram ablata, & quidem atramento infricto, pili tenuitate apparuit) brachio tamen dextro reſolutus; nam in illa capitis parte, non in ſiniſtra, venæ diſruptæ multum cruoris intra cranium effuderant, ſine mente, ſenſu, voce, in ternum diem ſupervixit. *H. Smetius miſcellam l. 10, p. 528.*

§. 5. Studioſus quidam ab alio Lipſiæ vulneratur in Occipite, rima ſatis patente & (ut ex ſectione poſt patuit) etiam cæca, patente quidem illa ob plagam ſeu vulnus exorta, coeca autem forſan ob caſum, ceciderat enim; Cranium item erat depreſſum & fiſſum, ita ut oſſicula membranam pungerent; vocor cum aliis Chirurgis, eoſque eodem emplaſtro, tam ad fracturam cranii, quam ad vulnera brachii, & alia carnoſa uti cerno: Ego vero emplaſtro de Betonica, ut ad fracturam cranii utantur moneo, & deſcriptionem Patavinorum exhibeo: illi contra ſuis ſarcoticis pergere: ego itaque facto prognoſtico diſcedo: Die nono febris oboritur, quam paralyſis partis dextræ (vergebat autem vulnus ad latus ſiniſtrum) excipit, ſubſequente deſipientia & oblivione: Reſtituitur quodammodo pure ad inferiorem cerebri partem circa palatum delato (ut ex ſectione poſtea patuit) verum circa 28. diem omnia feriora: non enim tantum febris, oblivio, paralyſis iterum dextræ partis, quæ & fortior, rurſus oboritur, ſed & ſubſtantia cerebri ſimul cum utraque matre rimam illam ſatis dehiſcentem egreditur: Tonſores hanc videntes carnem ſpongioſam (cum tamen gyri cerebri adverti poſſent, ut & ſubſtantia membranarum tactui pateret) putabant, & eam ex Theophraſto acribus aſpergunt: at die xl. vulneratus moritur.

Aperitur cranium, & inter ſecandum copioſiſſimum pus ex naribus rejicitur, mareri nimirum illa per vulnus expurganda ad os cthmoides delata, unde etiam de gravedin ſupra nares conqueſtûs fuerat: Remoto cranio, ad oculum *quales fungos Tonſores iſti*, maxi mo ſui cum dedecore & vulnerati incommodo arroſiſſent, artendebam: Siniſtra pars ce rebri multo laxior apparebat, duraque matet, qua erat egreſſa, itemque circa tertium ſuum ſinum, ubi torculare aſcendit, prorſus livida, Reus itaque ob malam Tonſorum cu rationem abſolvebatur. *Phil. Salmuth. cent.* 1. *Obſervat.* 12.

SCHOLIA.

Q*Uales Fungos Tonſores iſti*] In capitis vulneribus excrementa quædam apparent & exeunt, quæ non Barbitonſotes ſolùm, ſed & præſtantiſſimos Chirurgos, in errotem ſeduxerunt, ut ob ſimilitudinem pro ſubſtantia cetebri agnoverint, quod monet *Hipp.* 6. Epid. Affectus autem ille Fungus a ſimilitudine appellatur, quia eſt caro mollis, levis, pallida & ſpongioſa, quæ quidem cito excreſcit, lento veto pede retrocedit: quibus notis a ſubſtantia cerebri diſtinguitur, quæ lentius aſſurgit, ſolidior eſt & ſuis gyris aliquando ſe prodit: Eorum generationem tradit *Fabritius Hild.* Cent. 1. Obſerv. 15. Quemadmodum *ait*, in ſtipitibus arborum humores ſemiputridi per corticem extuberantes in fungos coaleſcunt, ſic fracta exemptaque portione aliqua cranii, ac dura matre læſa, ſtatim humores cerebri circa plagam affluunt, qui ſive oſſis (ut Al. Aphrodiſæus voluit) ſive aëris frigiditate condenſati, inſtar fungi concreſcunt, atque interdum adeo intume ſcunt ut extra cranium emineant, Poſſunt & ex fla tu procreari; ſi enim calor cerebri imbecillus factu in materiam, quæ circa vulnus collecta eſt, aliqui agere intendit, flatum procreat, qui quum per te nuem meningem expirare nequeat, eam in altum ele vat: Obſervavi enim hactenus in his qui fungis af fecti mihi occurrerunt, tenuem meningem ut pluri mum integram, craſſam autem diruptam fuiſſe craſſa enim rupta, factaque digeſtione vulneris, na tura ſtatim incipit carnem ſupra tenuem meningem generare, quæ loco tegumenti incumbit, ne ex aëris injuria nocumentum contrahat: Si namque humores copioſe, aut flatus circa plagam colliguntur tenuem membranam ſimul cum adnata carne facile ad inſtar fungi in altum elevant: *Vide Langium Epiſt. Medic.* 6.

§. 6. Non alia re magis deludi tum Medicos tum Chirurgos quàm capitis vulneribus ita notum ut nullus ignoret: inde exortum proverbium Capiris vulnera lenia ſæpe vider cum ſint periculoſiſſima. Et quæ fatalia apparent omni ſubinde carere periculo: Confirmavit hoc mihi miſerabile pueri novennis fatum: is præceps in caput ceciderat, inde domum delatus maximis cœpit urgeri capitis doloribus, facies & caput totum paulatim intumeſcere: ipſe febre continua laborare, poſtea excœcari, ac randem debilitaris paulatim nervis, omnibus torpere membris, ac poſtremo Apoplexia enecari.

Chirurgis interim nullam in oſſe fiſſuram animadvertentibus, ubi defuncti jam doloribus & vira caput apetio, accuratius licuit contemplari quid intus latuerir mali: Detracta itaque cute ex capite ſtatim plurimum effluxir aquæ: Circa remporales arterias *hydatides repertæ quamplurimæ*, quarum pars, incraſſaris humoribus, atheromata, pars ſteatomata, & quædam etiam melicerides referebant, quod mihi circa venas in hepate cæteraſque corporis parres ſæpius contigiſſe viſum eſt, ſed circa arterias, prætetquam in hoc puero, hactenus nunquam: Proſequens autem curioſius indagationem in dextro oſſe remporum fiſſuram inveni exiguam: Diſſecto autem cranio nulla in meningibus ſeſe obtulit inflammatio, ſed aquæ rantillum in cerebro ſubſtantia plane flaccido: Nervi aurem optici maxime labefactari debiro craſſiorem induerant ſpiſſitudinem, & ita erant fragiles ut ad manuum contactum diſſolverentur. *Theod. Kerckringius Obſervat. Anatom. lxx.*

SCHOLIA.

H*Ydatides repertæ plurimæ*] Efformatæ à lympha è vaſis propriis expreſſa & veſiculis excepta, quales in plurimis cotporis partibus obſervatæ: Rarum vero circa arterias temporum emerſiſſe, cum venas rantum vaſa lymphatica ambire animadverſum ſit: Humoris autem illius in atheromata, ſteatomata concretionem in abdomine hydropicæ mulieris obſervavit *Barbette* Prax. l. 3. c. 4.

§. 7. Hafniæ 1627. prope Oenopolium repertus eſt horis veſpertins *Radkerus Fauſt*, ſive lapidis angularis alliſu, ſive alia ratione contuſo mortuus: Nullum externum vulnus, nec ullum repentinæ mortis indicium comparuit, niſi quod ſupra ſuturam coronalem levis excoriatio cutis fuerit: Igitur Prætoris Urbani juſſu cadaver inſpiciunt aperiuntque Urbis Chiturgi.

Diſciſſa cute piloſa invenerunt fiſſuram ingentem à ſuperna ſuturæ coronalis parte ad dextrum Temporum os & oculos prorenſam: Inter cutem capitis calvariamque copioſius ſanguis ad dextrum quoque oculum confluxerat. Calvaria diſſecta, in dextro latere incumbebar cerebro coagulatus cruor, à regione oculorum ad aurem uſque diffuſus, quo abſterſo, in conſpectum venit Fractura oſſis

Temporum, longitudine articuli unius cum dimidio, & duos digitos tranſverſos lata: Os Temporum in quatuor partes erat diviſum cerebroque impactum venas jugulares internas læſerat, unde ſanguis ille in cerebro ſtagnans, & copioſe per os nareſque cadaveris effuſus emanarat. Cur periculoſa ſint Oſſis Temporum vulnera, videndi *Hipp.* lib. de vuln. cap. *Arantius* in comm. *Pavius* ib. aliique. *Bartholinus cent.5.hiſtor.5.*

§. 8. Quidam cum baculo ad ſiniſtram capitis partem ſupra aurem percuſſus, non exiſtimabatur inſigniter læſus, nam cutis integra nullam læſionis notam oſtendebat, oſſe interim petroſo, quod ſubeſt fiſſo, ac ſecundum latitudinem magnam rimam habente: Huic mox ſupervenit *Sopor*, non tam profundus tamen quin interpellatus facile excitari potuerit: Excitatus vero facile iterum oculis concluſis in ſoporem relapſus eſt, donec tandem poſt dies 14. gravem ſoporem, à quo excitari non potuit, mors ſequeretur: Decubitus toto tempore erat ſupinus, urina & alvus raro reddebantur, tandem etiam citra ſenſum profluebant; *lenta* admodum, ſed nunquam remittens *febricula* aderat.

Capite hujus poſt mortem apertò, reperta eſt durior cerebri membrana ſub oſſe petroſo, ſanguine omnino ſuffuſa, purulento etiam circa cerebrum humore conſiſtente. *Dodonæus medic. Obſerv. 1.*

SCHOLIA.

Concuſſum fuiſſe cerebrum aperto capite ſatis apparuit, quanquam & hoc ex ipſa oſſis petroſi inſigni rima ſatis manifeſtum: Neque enim tam violentus ictus abſque cerebri concuſſione fieri potuit: Cur autem non ſtatim mutus factus fuit? Quibus enim cerebrum aliqua *ex parte concuſſum fuerit, neceſſe eſt ſtatim mutos fieri* aph.60.7. Sed hic aphor. non de quavis cerebri concuſſione, ſed de violentiſſima tantum, veluti cum cerebrum concuti contingit, ob caſum aliquem totius corporis violentum ex locis altioribus factum: jacent enim tunc eodem quo apoplectici modo, abſque ſenſu & motu: Cum vero minus eſt violenta concuſſio, non ſtatim muti redduntur, ſed tardius & aliquot dies poſt demum, velut percuſſo huic contigit, tum.& illi de quo *Hippocr.* 5. Epid. *Qui capite*, ait, *percuſſus eſt à Macedone, corruit, tertia die voce deſtitutus erat, anxietas*, febris tenuis, *pulſus non valde in temporibus, nihil omnino audiebat, neque ſapiebat, non quietus, ſed quarta movebatur, humiditas circa frontem, & ſub naſum, & uſque ad mentum, & mortuus eſt:* Veluti enim ad maximos & violentiſſimos caſus omnia graviſſima ſuccedunt, ita minores moleſta conſequuntur accidentia, aut tardius ſuperveniunt. *Idem.*

OBSERVATIO III.

Vulnus capitis lethale, ob læſionem cranii & meningis duræ, unde collectio ſeri in dextro ventriculo, puris in ſiniſtro. 1. Ob læſionem ſubſtantiæ cerebri, cujus portiones ante obitum extantes ablatæ ſunt. 2. Ob pertuſum tertium cerebri ventriculum. 3. Ob utramque meningem & ventriculos læſos. 4. Punctura oſſis Frontis leth. ob meninges læſas, ſalvo cerebro. 5. Temporis, ob compreſſum cerebrum ab oſſe depreſſo. 6. Temporis dextri, ob læſionem duræ matris malè curatæ. 7. Bregmatis ſiniſtri, ob ſaniem inter cranium & duram matrem effuſam. 8. Verticis & muſculi maſſeteris, ob læſum cerebrum, cranium & meninges. 9. Frontis juxta ſupercilium, ob membranarum phlegmonem & ſanguinis per cerebri anfractus diffuſionem. 10. Temporis dextri à ſauciis vaſis intra cranium. 11. Temporis dextri, ob ſanguinem circa muſculum effuſum, os ſubditum perforatum, congeſtionem ſanguinis inter cranium & meningem, inter utramque & in ipſa cerebri ſubſtantia, cujus duo fragmenta educta. 12. Frontis infra orbitam oculi, ob læſionem oſſis cribroſi, dextri cerebri ventriculi, & ſanguinis ad baſin uſque ac cerebellum effuſionem. 13.

§. 1. Henricus N. gladio in capite vulneratus fuit: Chirurgus hoc vulnus flocci fecit, dicendo eſſe tantum vulnus ſimplex nec cranium læſum, quod etiam intra 14. dies conſolidavit; & ita ejus negligentia factum quod Henricus tandem ſeptima hebdomade à vulneratione, poſtquam aliquoties vulnus recruduit, fuerit mortuus.

Sed ſeparata cute deprehenſum quod non ſolum vulnus cæſim factum cranium, & quidem os ſyncipitis ſiniſtrum, prope angulum quem facit ſutura coronalis cum ſagittali, penetraverit, exiſtente in cranio foramine craſſitie pili, longiuſculum tamen: Aperto porro cranio, & dura mater ipſumque cerebrum læſum, apparente in margine vulneris corruptione ac putredine: In dextro cerebri ventriculo eximia quantitas materiæ feroſæ: ſiniſter autem cerebri ventriculus anterior plenus erat ſuccoſæ & purulentæ materiæ, ita ut vix

tria

cria cochlearia eam ceperint : *Paulus Ammannus Medicina critica caſu xciij. Sequitur Reſponſum Facultatis Medica Lipſienſis.*

SCHOLIA.

AD 1. Quæſtionem, *An capitis vulnera, ex doctrina Hippocr. qui nullum capitis vulnus contemnendum eſſe ſcribit, per ſe lethalia & maxime periculoſa ſint?* Reſpondemus, Quod quidem in genere omnia capitis vulnera, etiamſi cranium modo ſuperficialiter ſit læſum, non ſine periculo ſint, præprimis circa ſuturas: Attamen non omnia capitis vulnera per ſe, ſimpliciter & abſolute eſſe lethalia, dum magna eſt differentia inter vulnera lethalia & inter periculoſa: ſed experientia monſtrat, quod non tantum cranii vulnera, verum etiam meningum, quin ipſius cerebri, præſertim ratione corticis ejuſdem, feliciter fuerint curata, ſi tam à parte patientis quam Chirurgi nihil intermiſſum.

Ad 2. *An vulnera capitis, ubi cranium quidem læſum, vulnus autem ex negligentia nimis cito conſolidatum, vulneratus etiam uſque in vij. hebdomadam vixit, & iterum munia ſua obivit, pro lethalibus habenda?* ♃ Quia vulnera cranii ex incuria, vel negligentia, nimis cito conſolidantur, & ita purulentæ materiæ exitus intercipitur, hoc non tam violentiæ læſionis, quam errori à Chirurgo commiſſ imputandum, Et propterea vulnera talia pro ſimpliciter lethalibus non reputanda.

Ad 3. *An vulnera cerebri in, & per ſe ſint lethalia?* ♃ Non omnia vulnera cerebri, ſed tantum illa ſimpliciter ſunt lethalia, quæ medullam ejus penetrant: quæ autem ſolum corticem cerebri lædunt, ſunt quidem ſatis periculoſa, abſolute tamen lethalibus ſemper non annumeranda.

Ad 4. *Annon in vulneribus capitis & cranii, quæ ex incuria nimis cito conſolidantur, multum feroſa ac purulenta materia retineatur, cujus acrimonia cerebrum corrodatur, & patiens poſtmodum neceſſario moriatur?* ♃ Non negandum quod purulenta & feroſa materia retenta, tantam acrimoniam tractu temporis contrahat, quæ non tantum cerebri ſubſtantiam, alias mollem & ſpongioſam, verum etiam ipſum cranium corrodat, inde neceſſario varia & periculoſa ſymptomata, niſi evacuentur tempeſtive, ſubſequuntur: Ideo ob has cauſas omnes cauſa mortis in vulnerato Henrico tibi minime imputari poteſt &c.

§. 2. Notabile exemplum nobis Ultrajecti occurrit menſe Januario anni 1670. in ancilla Dom *Solingen*, Medici & urbis Poliatri, cui gravis lapis (ad minimum ponderis 30. librarum) è ſummitate domus cecidit in ſuperiorem dextram capitis partem, cum magna oſſium bregmatis & frontis, circa ſuturam coronalem diffractione ac depreſſione, cerebrique læſione: quod cerebrum, biduo poſt 14. fractorum oſſium exemptionem, meningibus adhuc intectum, ſurſum è lato vulnere epullulare incepit, idque paulatim tanta altitudine, ut primo columbini, poſtea gallinacei, denique anſerini ovi magnitudine extra cranium extaret, eaque protuberante parte magno cum fœtore ſponte ſeparata, rurſus de novo repullulavit, & ſic diverſis vicibus aliquæ putridæ partes ſponte deciderunt, ita ut durante curatione, ſubſtantiæ cerebri putridi quantitas ad pugni magnitudinem ſeparata fuerit, ægra tamen in illo ſtatu vixit uſque ad xxxvj. diem, ſcil. ad x. menſis Februarii, quo mortua eſt: Eoque toto tempore in vita ipſi mens conſtitit, actioneſque animales principes bene peragebantur, etſi durante curatione ſiniſtri totius lateris (in quod lapis non deciderat) continua paralyſi ab ipſo principio detineretur, & bis terve convulſionibus ac ſingultu corriperetur.

Poſt mortem ablato cranio, in dextra cerebri parte magna cavitas inventa fuit (propter ſubſtantiæ cerebri partem putredine ſeparatam ac per vulnus expulſam) ſeſe cum putredine extendens per ejuſdem lateris ventriculum ſuperiorem; ſimulque à latere ventriculum tertium, ſeu medium tranſiens, uſque ad os ſphœnoideum: *De Diemerbroeck Anatomia lib. 3. cap. 5.*

SCHOLIA.

HIc memorandus caſus docet quam dubia ſint illa omnia quæ de principum facultatum animalium ſedibus aut diſtinctis, aut toti cerebro æqualiter adſcriptis, vulgo traduntur: Cum in hac ægra vita mentiſque illæſæ actiones uſque ad xxxvj. diem perſtiterint, haſque neque magna cerebri putredo, neque ſubſtantiæ ejuſdem ad pugni magnitudinem ablatio impediverit. *Idem.*

§. 3. Quidam antea bis in capite vulneratus, quo loco ſagittalis coronali jungitur, bis trepanum paſſus & curatus, poculo feritur in capite, illo ipſo in loco qui inter duo trepana medius erat: Vocatur Chirurgus audaciſſimus & imperitiſſimus, quique factis ſuis teſtaretur veriſſime ſcripſiſſe Hippocr. lib. de Lege: *Imperitia malus eſt theſaurus malæque opes recondita, ſecuritatis animi & lætitia expers, timiditatis & audaciæ nutrix:* Ille, ut erat amantiſſimus poculorum & magnus helluo, appoſito ovi albumine, bolo & ſtuppis, biduo læſum non videt: Interim læſus, utroque brachio cruribuſque captus, voce etiam amiſſa, mortuo ſimillimus jacebat; Vocor rus ſeſquihora Leodio diſſitum: Viſo læſo, Chirurgum accerſendum curo, quo nuſquam invento, à fabro ferrario inſtrumenta quæ habet Chirurgica peto, quibus cum poſt ablationem ſicciſſimarum ſtuparum os depreſſum levaſſem (quo depreſſo, ut ſcribit *Galenus* libro primo, de plac. *Hippocr.* & *Plat.* graviſſima ſequuntur incommoda, corpuſque univerſum

verſum ſenſu motuque, ſpiritu & voce protinus ſpoliatur) ſtatim vocem membrorumque uſum recuperavit, atque in lecto ſedit: me digreſſo, monitiſque adſtantibus quid vellem, Chirurgum facere, ille reverſus os à me nullo conatu ablatum, nec enim adhærebat, repoſuit, eademque quæ prius impoſuit, ſequutis quæ præceſſerunt ſymptomatis: iterum vocatus, eodem quo prius ſucceſſu eadem facio: cæterum os mecum defero: Ille nullo negotio os iſtud, quaſi hoc ad curam quicquam faceret ſe conferruminaturum ruſticis pollicetur: Veniunt ad me qui os repetant, reddo, Ille cranio rurſum aptat & neſcio quomodo hominem occidit.

Biduo poſt accerſor à Magiſtratu loci, cadaver viſitaturus: Invenio ſub oſſe foraminulum, quod dura piaque matre tranſitis, in os baſilare deſinebat; præſentibus aliis Chirurgis quæ præceſſerant narro (nam qui curaverat non comparebat) fatentibus omnibus nonniſi tenuiſſimo ſpecillo vulnuſculum illud pridie mortis quam tertium tranſibat ventriculum cerebri inferri potuiſſe: veriſimile cenſui ipſum, ut ſemper erat, ebrium, ſpecillo ita miſerum jugulaſſe dum os ſe poſſe reponere ſtultè credit & ſtolide credit. H. *ab Heers Obſerv. med.* 22.

§. §. Nob. quidam Francofurti nocte illuni & tempeſta, per plateas divagatus in vigiles urbis incidit, à quibus in oſſe ſiniſtro capitis ad ſuturam coronalem bipenni acuta punctim: In hypochondrio autem dextro vulneratus, illico concidit aphonos, die tertio ſuperveniente Epilepſia forti & convulſionibus exſpiravit.

Aperto cranio, valde profundum vulnus, & utramque meningem, ipſoſque cerebri ventriculos penetrans, adeoque anguſtum, ut ſanguis, cujus magna copia ab baſin cerebri defluxerat, nullo modo evacuari poſſet, repertum. *B. Timæus Reſponſior. medic.* 19.

S C H O L I A.

S*Anguis cujus magna copia ad baſin*] Sanguis corruptus putreſcenſque ſi in nervoſum genus feratur, Convulſiones excitare poteſt: Sicuti ex ictu capitis Calvariam penetrante, nondum tamen cerebri ſubſtantiam dividente, (unde apoplexia potius ſequeretur) ſed cerebri meninges duntaxat vulnerante, quandoque accidit; effuſo tunc ſanguine retentoque ſub calvaria, qui putreſcens maligna qualitate cerebri membranas inficit; quorum conſenſu, tum quod ſubſidens nervorum principium è cerebri baſi productum occupet afficiatque, convulſiones quæ capitis vulnera ſequuntur, parit: *Platerus prax. lib.* 1. *cap.* 2.

Utramque meningem penetrans, &c.] Signa læſionis panniculorum ſunt hæc, fit dolor notabilis capitis fixus, & intra caput, & dolent oculi, & ſimul cum percuſſione, vel parum poſt venit talis dolor, & natura doloris eſt quod ſit pungitivus, & fixus, & accidit vomitus choleræ, quia illa eſt magis mobilis, & hoc accidit per compaſſionem ſtomachi ad cerebrum per illos notabiles nervos deſcendentes, teſte *Galeno* 3. de locis capite ſeptimo, Et interdum fit colica ob eandem cauſam, & univerſalis inteſtinorum dolor, quia omnia inteſtina ſenſum habent à nervis prædictis, Et appetitus dejectio, & degeſtivæ & expulſivæ debilitas, & omnium virtutum ſimul, ob eandem cauſam, & oculorum rubedo, tunicæ enim oculorum ortum habent à panniculis cerebri; Et venit febris ex dolore, quæ eſt ephemera ex agitatione ſpirituum animalium in cerebro, maxime ſi læſio eſt notabilis, & quod ſubito accidat febris; poteſt tamen evenire & putrida febris, ſed non ita ſubito, ex putrefactione alicujus materiæ, vel in venis vel extra venas, in capite & alibi: Et puſtulæ in facie accidunt ex humoribus ad eam elevatis, & ſanguis ab auribus à palato & à naſo fluit, & etiam interdum exit ſanguis è partibus ſub oſſe contentis, ab aliqua vena in panniculis læſa, & apparet nigredo linguæ, & etiam ſingultus, quod peſſimum ſignum: Quæ accidentia ſunt majora vel minora pro magnitudine vel parvitate læſionis, & etiam ſecundum panniculi, quia majora ſunt accidentia læſa pia matre quam dura, & ſecundum locum læſionis, quia ſi lædantur illi panniculi in loco in quo ſunt notabiles venæ in panniculis (quod difficile eſt aliter fieri, maxime in pia matre) a venis illis exit ſanguis qui putreſit & facit ſæva accidentia: Et etiam raro læditur pia mater quin lædatur cerebri medulla, ideo ſequuntur apoplexia, deſtructio vocis & rationis, quia læſa pia matre læditur totum cerebrum: Nam pia mater pro majori parte fit ab arteriis & venis, per quas arterias deferuntur ſpiritus vitales in reti mirabili præparari, ibi facti animales: Et hæc pia mater non ſolum tegit cerebrum extra & illud nutrit, ſed etiam intra ventres ejus ingreditur, & per orificia arteriarum ejus ingreditur ſpiritus prædictus ventres cerebri: hac de cauſa accidit deſtructio rationis & ſcotomia: Et accidit in iſtis vulneribus tremor & rigor, quia contrahitur in ſe cerebrum, fugiens & expellens nocivum: Et ex eadem cauſa fit ſpaſmus non proportionatus ad materiam; & uterque ſpaſmus poteſt in brevi tempore ſupervenire; & ita etiam fit paralyſis & tortura, & ſtupor membrorum à materia tranſmiſſa ad illas partes: Apoplexia à materia oppilante ventres cerebri, Et ſyncope ex compaſſione cordis, cor enim compatitur cerebro, & è contra: Hæc omnia ſigna veniunt ſubito; vel quaſi, ſi panniculi ſint læſi, ut ſupra: Si vero iſti panniculi eſſent contuſi inter commiſſuras exeuntes, quia dura mater eſt ibi, talia accidentia ſunt debilia, & veniunt ad notabile tempus, tardius & citius pro magna vel parva læſione, pro corporum mundirie vel immunditie, fortitudine vel debilitate, pro tempore anni, regione, ætate, regiminis in ſex rebus non naturalibus, & modum curæ adhibitæ: Sed accidentia quæ ſequuntur ad prædictam contuſionem inter commiſſuras, non ſunt per contuſionem tantum, ſed ſunt etiam per putrefactionem panniculi læſi, vel quod aliunde tranſmiſſa eſt illuc materia, quæ non regulata à natura putreſit, & per modum continui ſe ipſam augmentat, quia quod tangitur à putrido,

putreſit,

putreſcit, & cum venit ad certam quantitatem determinatam, incipit ſebris & alia accidentia, & tandem ſequitur mors niſi cito ſuccurratur, & quamvis etiam tunc ſuccurrere ſit difficile, & dato etiam quòd res à principio eſſet nota, & eſſet talis ut ſupra, ſed tanto plùs eſt difficilis quantum eſt occulta ſenſibus, & non cognoſcitur hoc, niſi jam facta ſanie in loco, à principio enim eſt occulta, & neſcit Medicus quid agere, nec ubi agere de[bet], quia ægritudinem & locum ignorat: Et talis ſpec[ies] læſionis eſt inter alias mala, & difficillima ad cogno[]ſcendum: Adſunt etiam vigiliæ, & anguſtiatur æ[ger], & eſt totus proſtratus: Interdum tanta eſt panni[cu]lorum læſio ut certificetur viſu & tactu. *Beren[ga]rius cap. 3.*

§. 5. Hafniæ 1658. novitius Chirurgus gladio ſubtili per os frontis vulneratur, punctu[m] per membranam duram & piam penetrante, vix cerebrum atringente, quod ex diſſecto c[a]davere comparuit: Quarto tamen die ſine ulla membranarum inflammatione è vivis e[x]ceſſit. *Th. Bartholinus hiſtor. 70. cent. 5.*

§. 6. Hoc anno 1671. menſe Aprili, Uratiſlviæ, ancillà quædam ſervi cujuſdam nimia[m] jocandi licentiam frænatura, cantharo parvo ligneo, quem forte ſorditiem detergend[o] lavabat, *circa Tempora percutit*, qui ſcalas quidem deſcendit, in atrio tamen in terram co[n]cidit & exſpirat.

Aperto capite, interius nulla certa veſtigia mortis cauſæ inventa fuerunt, niſi quod o[s] Temporis ex ictu aliquatenus verſus interiora incurvatum fuerit. *D. Philippus Iac. Sacchs [in] miſcell. Cur. anni* 1671. *Obſerv.* 123.

SCHOLIA.

C*Irca tempora percutit*] An muſculus temporalis ſit ſecandus multi dubitant? Negat *Marchetti* Obſervat. 15. quoties vulnus aut contuſio fuerit cum fractura oſſis: 1°. quod plerique ſic vulnerati moriantur, ex *Hipp.* ſententia, accedente propria illius experientia, qui obſervavit muſculo temporali à quibuſdam barbitonſoribus perperam ſecto, quarta die patientes convulſos obiiſſe. 2°. Quod fracto oſſe ſub ipſo muſculo, omnino lethale ſit, ac proinde ſectio hujuſmodi ſit ſupervacua: quod & idem ſæpe vidit & publice demonſtravit, in quibuſdam ſolam rimam in oſſe ſubjecto muſculo temporali repentinæ mortis cauſam fuiſſe, cum falſo Apoplectici haberentur, ſola præſente contuſione, quæ nonniſi gravis, cum oſſa ſubjecta frangit, & muſculum ipſum, tum partes internas ipſius cerebri, unde certa mors: Quod ſi ex ſymptomatibus innoteſcant hæ læſiones, extra muſculum, parte ejuſdem decliviori, ſectionem faciendam, ibique terebrationem adminiſtrandam vult, nec-non lato poſtmodum ſpecillo deprimendam membranam ipſam, quo exitus puri pateat: atque ſi aliqua depreſſio adfuerit, vecte elevandam [eſſe], & urgente quandoque neceſſitate, totum muſculu[m] quandoque tranſverſim ſecandum, quamvis pe[ri]culoſa ſit operatio: Ob ſolam muſculi temporal[is] contuſionem, inoffenſo oſſe ſubjecto, feliciter inſt[i]tutam eſſe ſectionem narrat *Cattierus* in juvene fœmina, quæ caput inclinans ex improviſo in menſæ a[n]gulum impegit, & contuſionem in dicto muſculo ſin[e] vulnere experta eſt, quo ictu concidit in terram vo[]ce ſenſuque omnino deſtituta, ſuccedente febri acu[]ta, delirio, motibus convulſivis brachiorum & tibia[]rum, ad 4. diem perſeverantibus, etſi pluries miſſu[s] ſanguis: In conſilium vocatus D. *le Large*, peritiſſimus Chirurgus, cum *Cattiero* cenſuit ejuſmodi ſymptomata ex dicti muſculi contuſione ejuſq; fibrarum dilaceratione, & pericranii hunc muſculum involventis compreſſione eſſe orta: Dubii tamen erant an fractura oſſis ſubeſſet, quare inciſio ſecundum fibrarum ductum parva facta eſt, & paulo poſt febris cæteraque ſymptomata ſedata ſunt, exſudante ſcil. ſanie acr[i] quæ partem ſenſu exquiſitiſſimo præditam vellicabat.

§. 7. Memini Lipſiæ aliquando Facultatem Medicam convocari ob vulneratum quendam punctim circa os temporis, ita ut dura membrana ſimul læſa eſſet, *poſt aliquot vero ſeptimanas* extinctum *convulſione partis læſæ, & paralyſi partis oppoſita*, tanquam ſymptomatis conſuetis præſentibus: imprimis gravitate quadam intolerabili circa oculum partis affectæ conjuncta.

Aperitur cranium, & punctura conciliata manifeſto ſe prodit: Inter membranas autem & ſubſtantiam cerebri ingens copia puris, libræ civilis unius pondo, quæ & proculdubio cauſa curationem male adminiſtratam arguebat, quod ſtatim ſuppreſſa puris via vulnus intempeſtive Chirurgus glutinaverat: abſolvebatur itaque reus. *Ph. Salmuth. cent. 1. Obſerv. 17.*

SCHOLIA.

P*Oſt aliquot ſeptimanas, &c.*] Flacceſcit latus oppoſitum, vel circa plagæ initium, vel aliquot diebus poſt, Siquidem contingit protinus ab inflicto vulnere, propelluntur humores à violentæ concuſſionis impetu ad loca quam remotiſſima, ſive ad ventriculos cerebri, vel meatum ſpinali medullæ inſculptum: quo delata penetrans hæc vis, adigit (ut cum Caſſio loquar) fluidam hanc materiam potius ad partem oppoſitam quam plagæ vicinam: quo tamen, ſi quidem tenderet humor nervos reſoluturus, retrocederet neceſſario ad motus ſui principium, & ad terminum à quo primum fuerat depulſus, cum contra motus violentus ſequatur motorem, tendatq; potius ulterius quam ſubſiſtat in propinquo: quod apparet in clandeſtina oſſis oppoſiti fiſſura: At ſi nervi reſolvantur aliquandiu poſt inflictum vulnus, veriſimile eſt ab illata vi humores quidem fuiſſe agitatos, ſed non exiiſſe ex parte affecta: verum illa paulatim incaleſcente, ſive à putredine, ſive à febre, credibile eſt eoſdem illos humores denuo moveri, & ab exſuſcitato hoc calore tandem quoque propelli ad partem oppoſitam, ceu locum maximè remotum à motus principio, & præcipue à latere dolente, unde hoſtem ſuum depellere ſatagit natura. *Nic. Tulpius obſerv. l. 1. c. 1.*

Convulſione partis læſa & Paralyſi partis oppoſitæ] Capitis vulnus aliquando ſequitur convulſio partis oppoſitæ, aliquando ejuſdem paralyſis: Quandoque convulſio in parte affecta & Paralyſis in oppoſita: Poſterioris hujus ratio hæc eſſe videtur,

quod cum ad partem læſam fiat humorum & ſpirituum concurſus, tum ratione doloris attrahentis, um naturæ, præſidia ſua eo ubertim tranſmittentis; is ex cauſis pars ſana paralyſin incurrit, defectu ſpirituum qui toti ad partem afflictam confluunt. Hæc autem convellitur, *ab iis ſpiritibus confertim ad eam irruentibus*: Cùm enim, docente *Platero* de funct. læſion. cap. 2. Spiritus animalis in nervis quoque contineatur æque ac in cerebro, cujus propagines ſunt, ſi præterea cerebri parte læſa, iis turgida, amplior fiat & ἀθρόος ad nervos eorum confluxus, partem læſam inde convelli veriſimile eſt: accedente maxime, juxta Excell. *Willis*, copula elaſtica, ſive vapore nitro ſulphureo, qui ſpiritibus immiſtus eos in exploſionem, potiuſquam in [illegible] aut irradiationem adigit, unde eorum contractio & motus anomalus partium in quas irrumpunt: Copulam autem eam elaſticam ſuppeditat ichor & ſanies ex parte vulnerata exſudans.

§. 8. Vinitor robuſto & bene habito ſecundum naturam corpore, cum contentionem tum ſuæ ſortis homine habuiſſet, incaleſcenteque ita ligone hoſtem impeteret, alter jacto lapide incuſſit contuſum in capite vulnus, ſecundum os bregmatis, parte ſiniſtra, accepto vulnere: concidit æger & ſine ſenſu ſtupidus aliquandiu manens: exſuſcitatus reſurgit, in ædeſque deductus, accerſito Chirurgo, optime tractatur: Quum dies aliquot ſine verendis ſymptomatis conſtaret æger, præter dolorem, quem tamen ingentem ex vulnere percipere ſe aiebat, exiſtimatum eſt vulnus lethale non eſſe, imò nec periculoſum: Tandem quum poſt 7. augeri febris dolorque cœpiſſet, & æger per noctem aliena loqui, contrahique manus digiti viderentur, Medicum accerſiri volunt: Ego vocatus, vulnus intueor, vulnerati faciem, aſpectum, verba attendo: video hominem balbutientem, & gravate atque aliena loquentem, contractiſque manuum digitis atque convulſis brachia attollere non poſſe cerno, ſed veluti reſoluta jacere: Tum his ſpectatis lethalibus ſignis, in præcipiti rem laborantis eſſe denuntio, ac brevi ægrum moriturum: quumque interea audirem miſſum eſſe per initia ſanguinem, purgationem autem non adhitam, quam in capitis vulneribus plurimum valere docent *Hipp.* & *Gal.* conſtarentque adhuc ſatis vires, purgans præſcribo, quod feliciter, & ſine moleſtia operatum eſt: perſtant nihilo ſecius ſymptomata illa gravia, reſolutio convulſioni juncta, atque delirium, quibus pro ratione mederi ſtudeo: Sed nihil proficientibus omnibus, æger in deterius lapſus obiit die xiv. ab accepto vulnere.

Diſſecari cadaver ſui juſſere: E regione vulneris, *inter cranium & duram meningem*, ſat multa puris copia inventa eſt, membranaque ipſa prætumida & decolorata, qua parte vulnus inſederat, etſi nulla tamen in cranio ſubeſſet fractura ſciſſurave aliqua, ſed ſola ex ictu concuſſio: unde factum eſt ut ictus violentia & contuſione venulæ pericranii, ſanguinem fundentes & ruptæ, ſaniei genitæ materiam præbuerint. *Valleriola lib. 3. Obſervat. 8.*

SCHOLIA.

INter cranium & duram meningem, &c.] Quomodo ad meningas uſque ſanies penetrarit, quum nulla eſſet in oſſe fractura aut rima, mirum poteſt videri: Sed mirari deſinemus ſi intellexerimus conſpirabile eſſe univerſum corpus, & ab ictus violentia incuſſo in caput lapide gravi, non ſolùm externas partes capitis, ſed & internas quoque per conſenſum atque viciniam affici: Neque enim ſolum cenſendum venulas, quæ in pericranio ſunt, ecchymoſin facere in hujuſmodi capitis contuſionibus, ſed & eas quæ intra cranium duram meningem veſtiunt: quod dura meninx pericranio alligata ſit, & ab ea per ſuturas pericranii ortus ſit: Itaque quum ab ictu concuſſæ & ruptæ duræ meningis venulæ fuerint, ab illis ſaniem prodiiſſe, quæ diſſecto cadavere intra cranium reperta eſt veriſimile eſt: ut veriſſimum ſit quod ab *Hipp.* lib. de cap. vulner. dictum eſt, vulnera capitis etiam exigua non vacare periculo, &c. *Idem ib.*

§. 9. *Elco Amſonius*, Friſius, ſtudioſus, in ſeditione populari quatuor vulneribus ſaucius, uno in vertice, altero in muſculo maſſetere ſiniſtro, utroque calvam penetrante; tertio in dextra frontis parte: quartu in manu ſiniſtra: Is ſextu vulneris accepti die Epilepſiam ter patiebatur, die vero nono, gravem capitis dolorem, cum vigiliis, febri continua, delirio & ſiti queſtus (quamvis horum quædam largiori vereris cereviſiæ potui propter ſitim & febrem, alia deficiente cauſa, adſcribi poſſe videbantur) tandem 15. morbi die exſpiravit.

Poſtridie mortis caput examinatum eſt, Inventumque vulnus temporis ſiniſtri penetraſſe & cranium & utramque menyngem, in ipſam cerebri ſubſtantiam, ad duorum pollicum altitudinem una diviſione, & altera ipſi proxima, unicum modo pollicem profunda: Os autem cranii fiſſuram, imo rupturam verius habebat, quæ ab ipſo vulnere (quod latitudine pollicis in maſſetere ſupra aurem eminebat) & per tranſverſum digito ſupra ſuturæ lambdoidis initium uſque ad aurem ſiniſtram ferebatur: Sub cute, paſſim in occipite, & in tempore dextro, & frontem verſus, contuſiones, cum ſanguine coagulato interfuſo: ſicut etiam inter calvam, potiſſimū circa verticem, & lambdoidis initium ex ſanguine grumoſo macula oſſi inhærens, mediæq; palmæ latitudinem ædæquans viſebatur. H. *Smetius miſcell. l. 10. p. 560.*

§. 10. *Claudius Finalis* (de quo tit. de Sopoſis affectibus) lapide ictus ſupra ſupercilium ſiniſtrum, ubi excitatum vulnus contuſum, tertio die extinguitur. Sublato cranii fornice in conſpectum venit dura meninx livida & nigricans: Pia ſemiputris & fœtida, cum inſigni ſanguinis extravaſati, & in grumos concreti, tum anfractibus, tum in ventriculis copia &c.

§. 11. Si ſclopetorum globuli, vel aliud quodcunque telorum genus profundiora cerebri

petrum-

perrumpat, nullus mortalium evadere mortem poterit, Cujus rei fidem mihi fecit Illuſtr
Fortiſſimus Heros *Henr. Ludov. Maximilianus Comes in Pappenheim*, &c. Cui anno 1633.
Junii, in obſidione arcis Altæ Stoffiæ, tempus dextrum ſclopeti globulo, in parte elatio
transfixum fuit, globulo in ſiniſtro latere profundiora cerebri petente, unde omni ſe
& motu privatus concidit, ac paulo poſt anno ætatis 23. expiravit: Eo conditura cauſa evif
rato, nihil fere ſanguinis in cava deſcendente & arteria aorta reperi. *I. Iacobus Wepfe*
Diſſertat. de Apopl. p. 228. & 345.

SCHOLIA.

P*Rofundiora cerebri perrumpat, &c.*] Mirabilis eſt capitis vulneratio quam recenſet *Valleriola* Obſerv. l. 4. obſerv. 10. de milite, qui ænei tormenti globulum excepit in tempore ſiniſtro, eo paulo altius egrediente, ex oppoſito latere, diſtracto & dilacerato utrinque cranio, qui citra apoplectica ſymptomata miraculo integre curatus fuit, niſi quod ſurdaſter & cœcus manſerit: Exiſtimat equidem *Valleriola* nec cerebri membranas nec cerebrum ipſum læſum fuiſſe, quod tamen nequaquam mihi probabile videtur, non enim duræ matris conditio ſimilis eſt inteſtinorum conſtitutioni in abdomine, quæ non raro illæſa manent gladio vel ſclopetorum globulis cavum abdominis penetrantibus: lubrica namque ſunt, liberioraque armorum impetui cedere poſſunt: dura vero meninx pertinaciſſime cranio, maxime autem circa ſuturam ſagittalem validiſſimis fibris accreta eſt, adeo ut magno nixu cerebrum detegentibus avellenda ſit: unde globulo petita, vel centies rupta fuiſſet, imprimis quia globulo à ſiniſtro tempore ad oppoſitum tranſeundum fuit: Non minus à veroſimili abeſt ſurditatis & cœcitatis cauſa quam ibidem addit, ſcilicet ab ictu, concuſſo cerebro, ſanguinem in opticos & auditorios nervos incidiſſe & obſtructionem peperiſſe, nam prętetquam quod nulla in his nervis cavitas appareat, ſanguis in profundioribus cerebri partibus, unde hi nervi exoriuntur, citra graviſſima ſymptomata, quorum tamen nulla mentio ab ipſo fit, effuſus nunquam fuiſſet, imo vix ulla arte curari potuiſſet: Non minus admirandum eſt vulnus Nob. Poloni juvenis & boni corporis habitus, qui telo ictus infra temporum oſſa, verſus prominentiam oſſium jugularium utriuſque lateris, recta ad Regis tentorium perrexit, ubi ab equo proſiliens ſe Regi oſtentavit, telum adhuc ita artificioſe quaſi & æqualiter per medium capitis infixum gerens, ut nulla pars illius magis aut minus ex uno aut altero latere promineret, ac præter febrem ſymptomaticam vix alia graviora, quam quæ vulneratos communiter comitari ſolent, paſſus eſt ſymptomata, caproptet ſolis Chirurgis cura commiſſa fuit, qui motum ad una ſtatione ad alteram exercitum commodè ſequi valuit: Ex his exemplis eluceſcit citra apoplexiam, aut aliam graviorum ſymptomatum colluviem, non ſolum intra cranium & duram matrem, ſed & intra hanc & tenuem, quin etiam in ipſam cerebri ſubſtantiam, modo non quoque in ventriculos anteriores, innoxie ſanguinem effuſum fuiſſe: Verum merito hęc inter monſtra recenſenda ſunt, Quotuſquiſque enim mortem, vulnere cerebrum penetrante evadet? ſi qu in re obſcura divinare licet, minutiora tantum v tum à globulo tum à telo læſa, minuſque ſangui profuſum fuiſſe exiſtimo: Præterea utrinque ſangu exitus patuit, qui alias gravius capite contuſo, m gno ægri commodo non raro trepano parandus e Denique in ambobus his admirandis capitis vuln tibus, nec telum nec globulus æneus nobiliorem c rebri partem, medulloſam ſcilicet profundiore ſubſtantiam, ubi ſpiritus generantur, & unde in ne vos derivantur, attigerunt: quæ ſi ſauciata fu ſet, proculdubio de utriuſque vita actum fuiſ cum ſupernarum cerebri partium vulnera ha adeo, experientia teſte, incurabilia ſint: Quæ luc lentius confirmat *V. Coiter* Miſcell. Obſerv. Anator & Chirurg. p. 122. his verbis, *Quod ſumma admir tione dignum exiſtit, brutorum viventium cerebr detexi, vulneravi, & intactis nervis eorumdemq principio, & ventriculis mediis illæſis, exemi; at nu lum vel vocis, vel reſpirationis, vel ſenſus, vel mot offenſionis ſignum in iis deprehendi: Aves abſque c rebro aliquandiu vivunt, ut quilibet in gallinis v pullis gallinaceis, ſi roſtrum ſuperius cum dimidi capitis parte abſciderit, cerebrique majorem exeme rit partem, experiri poteſt.* Viſus autem & auditu in Nob. Polono illæſi manſerunt, ſecus ac in n i.i apud *Valleriolam* factum eſt, quoniam telum Tarta ticum, globulo acutius, duram meningem citius per fodit, minuſque hanc membranam extendit vel con cuſſit, unde etiam nervi optici & auditorii nec abrupti nec loco moti fuerunt, quorum alterutrun vel utrumque in milite factum ſuſpicor: Quod ſi vero globuli vel telum quodcunque profundiora cerebri perrumpat, nemo evadere poteſt. *Idem ibidem.*

Nihil fere ſanguinis, &c.] illuſtr. Comitis fatum fidem facit non ſolum alibi ſaucio vaſe ſanguifero inſigniore, verum etiam intra cranium lacerato maximum ſanguinis provenum perdi, quamvis mole quibuſdam vaſis in medio & imo ventre atq; artubus impares ſint, ſi ſinus & carotides juxta infundibulum excipiantur; atque totam cranii cavitatem oppleri poſſe, niſi vulneris amplitudo cumulationem impediat: nam cava deſcendens ut aorta vacuæ, plurimum cruoris ſtatim poſt ictum emanaſſe docent; Ejus effluvium promovit quod rheda ſtatim poſt illatum vulnus per loca aſpera vehebatur; unde forte vaſa majora magis ſanguine exhauſta viſa ſunt quam alias obſervatur. *Idem p. 346.*

§. 12. Vetula quædam Furiarum non poſtrema conſuevit maritum ſæpius egregie verberibus dedolare, quod plerumque patienter pertulit: Menſe Julio 1673. cum neſcio quas ſordes ſcopis abſtergeret, indignabunda uxor accurrit ac verbera intentavit, verum patientia tandem aliquando in furorem verſa, à Marito ſcopis in tempore dextro fortiter percutitur, adeo ut diſſolutis ac avolantibus ſcopis, acuminata ſcopiſque infixa baculi pars tempus tranſiret: ſanguine largiſſime ex vulnere emanante, à vicina amice monita ut illius curam gereret, verum renuit, mire in virum conviciis debacchata eſt, ac ſe jugulum propediem ipſi fracturam minabatur: In cœna irarum plena cibos devoravit ac potu ſe ingurgitavit: mox tamen foco aſſidens omnia aſſumpta evomuit, poſtea lectum petiit, ſurrectura neſcio quam ob cauſam humi cecidit, & juxta lectum mane mortua inventa fuit.

Ex Illuſtr. Supremi Dicaſterii Haſſiaci mandato, Excell. D. Combachius cum Chirurgo ulgus contemplatus eſt, invenitque vulnus primo aſpectu exiguum & quod tegeretur apice ninimi digiti, verum indito vulneri ſtylo deprehenderunt baculi acumen altius penetraſſe; ujus res maritus conſcius factus, mox fuga ſibi conſuluit: detracta cuti circa muſculum temoralem omnia ſanguine ſuffuſa erant: Remoto muſculo temporali, in oſſe foramen rotunlum, ac ſi ſclopeti manuarii globulo pertuſum & efformatum fuiſſet, occurrit: Ablato cranio, nter illud & duram meningem, item inter utramque meningem, imo in ipſa ſubſtantia cebri plurimum cruoris inventum fuit, Ex ſubſtantia quoque cerebri duo fragmenta à baculo avulſa extraxerunt: Quibus rite expenſis merito Vulnus lethale judicarunt. *Obſervatio Excell. & Clar. Dom. D. Ludovici Hermanni Combachii, Ludovici Filii, aulæ Haſſiatæ Medici, communicata Excell. D. Wepfero; quæ eſt hiſt. 12. Exerc. de Apoplexia.*

S C H O L I A.

VUlnus vetulæ iſti illatum graviſſimum omnino reputandum, quo arteriæ temporalis ramuli ſauciati fuerunt, ut ex larga hæmorrhagia ſtatim evenienɛ patet; muſculus item temporalis, os, meninges amɔç, cerebrum ipſum cum arteriarum ramis anfractus ntercurrentibus pertundebantur & lacerabantur, nó antum ſpirituum animalium deliquium peperit, quin liu poſt acceptum vulnus plures actiones animales dhuc perficere potuerit, & ceu extra periculi aleam oſita ſecure ſuis manibus indulſerit; nam facinus nariti ante hũc diem inſolitum phantaſiæ obverſans, ideo Iraſcibilem vim commoverat, ut ſopito omni ationis imperio propriam valetudinem negligeret, n memoria convitiorum & criminationum ideas divite proventu fide reconditas concitaret, illas plenis ancibus evomeret, rabidæ inſtar ultrices manus viro illatura, hinc inde oberraret, cibos ira præcordiis ferventibus voraret, potum intemperanter ingurgitaret, omninoque ſe verbis & geſtib. oſtentaret qualem ſe antidhac ad iram concita ſæpius furibunda præſtitit.

Omnia aſſumpta evomuit] Capitis contuſionibus fortioribus, imprimis ſi vas aliquod ſanguiferum intus rumpatur, aut cranium findatur, ejuſque ut & cerebri vulneribus Vomitum accidere frequenter obſervatur, aliquando primo ſtatim die & paulo poſt vim illatam, aliquando demum poſt diem unum vel alterum elapſum: *Hippocr.* ſ. 6. aph. 50. cerebro vulnerato neceſſario bilis vomitum ſupervenire tradit, quod tamen non omnibus nec ſtatim primo die contingere commentatores tradunt, quoſdam enim alias ad vomitum minime proclives non vomere; alios vel aſſumpta ſolum, vel pituitam vel bilem multo ſero dilutam, idque demum quarto, aut tardius vomitu rejicere ſcribunt: Anus iſta, quæcunque irarum plena poſt inflictum vulnus devoravit & ingurgitavit, brevi rurſus evomuit: forte bilis vomitus non emanſiſſet, niſi vitæ filum præpropere abruptum fuiſſet, quoniam illa abundaſſe teſtantur animi motus vehementiores, ad quos proclivior erat & à quibus propemodum continue agitabatur: Cauſa vomitus iſtius adſcribitur conſenſui ventriculi cum cerebro per nervos inſignes, non ſolum orificia illius ambientes, ſed etiam per univerſam ejus ſtruem diffuſos, tunicis immerſos, ac cum earum fibris coalitos & pene concretos: Sed cur noxa quam cerebrum ejuſque meninges in his capitis affectibus experiuntur, prius in ventriculum redundet quàm in alias partes medii & imi ventris, quæ nervis æque luculenter dotantur, & quædam eorum inſuper nervorum principio propiores ſunt? non ſine cauſa ambigitur. Apud anum iſtam cita ventriculi inverſio vulneri ſuperveniens adſcribi poſſet nimiæ ejus oppletioni, & cibo & potu & poſt ictum factæ, à qua ventriculus ob hæmorrhagiam prægreſſam debilitatus magis aggravabatur, ejus nervi ad contentorum amplexum fortius cogebantur, & cerebrum in ſubſidium accerſentes vehementius alias noxa affectum, amplius irritabant, unde veluti excandeſcens hanc excretionem imperavit: Verum, quoniam non raro vacuo ſtomacho graviter capite læſi vomunt, nodus his minime ſolvitur, atque omnino conſenſus cerebri cum ventriculo major quam cum aliis partibus fatendus erit, ob quam citius quam cum aliis compatitur, quamvis noxa gravius ſollicitante cerebrũ, nec cæteræ immunes permaneant, unde quoque ſingultus, convulſiones aliave ſymptomata tandem ſuperveniunt: Intra cranium vomitus illecebræ, tum ſanguis extravaſatus, exortum paris vaſi attingens, tum potiſſimum ſegmenta cranii in tempore pertuſi, tum baculi fragmenta cerebro ejuſque meningibus infixa apud anum iſtam reputari poſſunt. *Wepferus ibidem.*

Recte vero cenſet Vir Excell. noxam in ventriculo potius illuceſcere ob eximium conſenſum, præſertim ſi cibo vel vitioſis humoribus tunc temporis turgeat. At cũ eo inani vomitus bilis accidit, præcordiorum quoque ſpaſmus & concuſſio incuſanda venit, jecoris, ejuſque veſiculæ ac pororum choledochorum, bilem primo in inteſtinum, hinc in ventriculum excutientium, ab æquali ramorum ſexti paris, per eas regiones diffuſorum, ἐρεθισμῷ.

Humi cecidit, &c.] Proculdubio apoplectica, quia obmuteſcens opem implorare nequit, atque invaleſcente ſanguinis intra cranium effuſione, cerebro ſanguinis pauperiem majorem experiente, magiſque ſubſidente, compreſſione accedente forti apoplexia exſpiravit. *Idem ibidem.*

§. 13. Nuper Studioſus Jurium egregius, infra orbitam ſiniſtri oculi, prope naſum, abſq; ulla læſione oculi à milite enſe punctim vulneratus fuit. Paulo poſt loquela & ratione privatus per horas 24. ſed jectigans, tandem revera cum ſtertore Apoplecticus mortuus eſt.

Aperto à me cranio, vidi vulnus per orbitam oculi & os cribroſum prope criſtam galli factum, dextro quoque cerebri ventriculo inflictum fuiſſe: ex quo etiam magnam portionem ſanguinis atri, grumoſi & fibroſi, ad craſſitiem & longitudinem medii digiti extraxi: Baſis cerebri & regio cerebelli copioſo ſanguine extravaſato refertæ erant, præterquam quod tota cerebri moles quaſi ab inflammatione etiam rubicunda appareret. *Obſervatio Cl. D. D. Maximiliani Henrici Egermeieri Profeſſoris Friburgenſis, ad Exc. I. Iac. Wepferum tranſmiſſa; quæ eſt hiſtor. xi. Exercit. de Apoplexia.*

S C H O L I A.

ENſis apud Juvenem iſtum per os maxillę ſuperioris ſecundum tenerrimum, & os cribriforme, ambo impetui non magno facile cedentia adactus, juxta criſtam galli tranſverſam è ſiniſtro latere ad dextrum ventriculum uſque tranſiens, proculdubio ſauciavit ramum anteriorem carotidis inſignem, ad pennæ gallinaceæ magnitudini accedentem; item ramos anteriores, qui prope criſtam galli junguntur, ac ſurſum reflexi pluribus anfractibus proſpiciunt, nam enſis loca hæc attigit: præterea omnia uſque adeo cruore ſuffuſa erant, ut nonniſi inſignia vaſa ſanguifera inciſa fuiſſe neceſſum ſit: deniq; præter meninges etiam ſubſtantiam ipſam cerebri anterius vulneravit, nam uſq; ad dextrum ventriculum penetravit.

Per horas 24. ſe jectigans] Jectigatio an convulſivus motus corporis fuerit, quo non raro alicubi nervoſo genere graviter afflicto præ anxietate varie jactantur ægri, nullibique locum aut ſitum quieti aptū reperire poſſunt, non mihi certo conſtat: qualiſcunque fuerit, animalis omnino dicendus erit, qui xxiv. horis quibus perduravit, à muſculis ſpirituum animalium irradiatione eouſq; gaudentibus, ac moleſtiam quandam declinaturis perficiebatur: quoniam namque cerebellum & poſtica pars cerebri adhuc ſufficienter per ramos arteriarum vertebralium & carotidis poſticæ, forte etiam per quoſdam anteriores irrorabantur, ſpiritus animales ad hos motus tantill temporis perficiendos abunde produxerunt & ſup peditare valuerunt. *Wepferus l.c.p.361. & 364.*

Dextro quoque cerebri ventriculo inflictum fuiſſ Signa læſionis cerebri ſunt eadem quæ læſionis pi matris, addito hoc quod exit medullaris cerebri ſub ſtantia, quamvis ſit poſſibile quod cerebrum ſit la ſum, maxime à re ſubtiliter perforante, vel à re inc dente ſuperficialiter, & diminute tamen, & non exe aliqua pars medullæ cerebri, exit tamen in pluribu & teneas hoc eſſe cerebrum ſi exit aliqua ſubſtanti alba quæ appareat medulla, quia non poteſt eſſe ni cerebrum, & maxime ſi exit in primis diebus ant tempus generationis ſanici, quia interdum aliqui di cunt cerebrum exire à vulnere, & eſt forte ſanie Non negamus quin & poſt notabile tempus, & etiar tempore quo adeſt multa ſanies, poſſit exire ſub ſtantia cerebri, quia circa xiii. diem vidi ego exit ſubſtantiam cerebri, & etiam ſupervixit ille: Dic præterea quod hæc ſigna à Doctoribus ſcripta ha bent veritatem in pluribus, tamen vidi ego læſioner in panniculis & etiam in cerebro, & non fuit febris neque aliquod malum accidens: Prædicta ſigna ſun quando cerebrum læſum eſt à re incidente, contun dente & perforante, cum manifeſta cerebri & cra nii læſione, & etiam cum occulta. *Berengarius c.14.*

Observatio IV.

Contuſio capitis lethalis poſt trimeſtre, ob copiam puris ſupra meninges & cerebrum effuſi. 1 *Ob cranii fracturam & depreſſionem.* 2. *Sincipitis, ob ſequutum ſeroſum abſceſſum, ter tium ventriculum prementem* 3. *Temporis ſiniſtri, ob ſanguinem effuſum in cavitatem oſſi. ſphænoidis.* 4. *Ob genitum in ſubſtantia cerebri abſceſſum.* 5. 6. *Ob ſequutum abſceſſun in oppoſito latere.* 7. *Ob copiam puris inter utramque meningem collecti.* 8. *Ob inductan ſubditæ cerebri parti putredinem, ſalvo cranio.* 9. *Ob ſequutam cerebri ſubſtantiæ ne croſin.* 10.

§. 1. VUlnera capitis non ſolum periculum minantur ad xl. uſque diem, ut vulgo cre ditur, ſed diutius quin etiam, cum ſæpius obſervaverim quoſdam vixiſſe ultr tres menſes à vulnere inflicto. Quidam enim percuſſus ſolea equi ferrea menſe Junio, cum maxima contuſione capitis, abſque tamen ullo horum ſymptomatum quæ in his vulneribus alioqui ſuboriuntur, Cui licet ſecto loco contuſo ſanguis extra vaſa effuſus eductus ſit, atque omnes partes contuſæ expurgatæ medicamentis propriis, vulnere menſis ſpatio anguſtiori reddito, nunquam tamen id ad cicatricem deductum, aliqua portione puris continuo emanante, etſi læſio in oſſe nunquam apparuerit, nullúmque ſymptoma; Menſe tamen Octobri oberta eſt *febris cum rigore* & vomitu; atque quarto die ab his ſymptomatibus obiit æger.

Aperto cranio, maxima copia puris inventa fuit ſupra membranam, & intra ſubſtantiam cerebri. *Marchetti Obſerv.15.*

S C H O L I A.

FEbris cum rigore] *Nicolus* inquit quod Rigor in vulneribus capitis, ſive cum ſive ſine fractura, & ſimiliter in vulneribus nervorum nobilium eveniens, ſpaſmum futurum prænuntiat & mortem: Nam rigor in his caſibus cauſatur ex materia quæ fluxit à cerebro ad nervos, ubi & ſpaſmum faciet & tandem ſequitur mors: Nota tamen quod poſſit eſſe Rigor, nec ſit ſignum mortis, quod ſit ab alia cauſa quàm à ſolutione continui, nempe à ſanie vel apoſtemate; poſſibile eſt enim ut ſit febris continua vel interpolata in tali ſubjecto, & febris ſit ægritudo, & non accidens ad prædicta & ab iſtis febribus cauſabitur rigor. Sed Rigor factus à vulnere in capite, ſtante læſione cerebri vel panniculorum, & ſtante ſanie contenta ſub oſſe, arguit virtutis debilitatem & conſequenter mortem ſi perſeverat. *Berengarius cap. 13.*

§. 2. *Franciſcus Helm.* bene potus æſtuante cœlo 23. Janu. 1655. lamina ferrea in oſſe ſincipitis percuſſus, derepente quidem mutus factus, ſenſibus tamen & motu integris, adeo ut eo ipſo, non minus ac poſtero & tertio die, in conclavi & atrio deambularet iracundus & muſſitans, ſæpiúſque manu elevata percuſſori quaſi minitatus; Nocte diem IV. præcedente

lente ſupervenere convulſiones & lipothymiæ, quibus paulo poſt eſt extinctus.

Plaga poſt mortem demum, à Chirurgo inciſa cute & pericranio, aperta eſt, craniúmque lepreſſum & fractum repertum. An meninges fuerint læſæ non liquet, cum cranium aperire Chirurgus neglexerit. *B. Timæus Reſponſ. Med.12.*

S C H O L I A.

QUæſitum an contuſio hæc & fractura cranii ex ſe & ſimpliciter pro lethali habenda fuerit? ℞. Contuſiones & fracturas cranii periculoſas quidem eſſe, ſed non ſimpliciter & abſolute lethales, niſi adeo vehemẽtes ſint ut vaſa cerebri & circa cerebrũ rumpantur, ſanguiſque ex iis ad principium nervorum effundatur: quod in præſenti caſu non contigiſſe conſtat, quod neque per os, neque per nares aut aures ſanguis effuſus ſit, nec ſopor aut ſtupor ſecutus: Aphonia quidem concuſſionem arguit, ſed minus vehementem, cum ſenſus & motus integri permanſerint. Inflammatio autem & convulſio, vera mortis cauſa, præcaveri potuiſſent ope congruentum remediorum, præſertim V.S. & apertionis cranii ejuſdémque elevationis. Quibus acceſſit ira vehemens, lateris calidior conſtitutio & crapula, &c. *Idem ibidem.*

An meninges fuerint læſæ non liquet] Dubitatur in judicando an accidentia talia ſint per ſolutionem continui in panniculis & cerebris, an per apoſtema, an per ſaniem contentam ſub cranio, cum prædicta ſigna ſint communia omnibus prædictis diſpoſitionibus: Ut ergo removeantur tales dubitationes Medicus ſit prudens & diligens in judicando, quia talia accidentia ſi veniunt ſubito, fiunt per læſionem panniculorum & cerebri, Et dicimus illa neceſſario eſſe ex illa cauſa, etiamſi veniant parum poſt. Et ultra hoc Medicus oculata fide videt notabilem fracturam, vel incisionem, vel perforationem, vel ſi non videt, certe conſiderata cauſa lædente, ſi fortis fuerit, judicabit illa accidentia ſequi ſolutionem continui: Et quilibet eſt certus quod ſi talia accidentia veniunt ſubito, vel parum poſt, quod ibi non ſit ſanies aggregata, vel apoſtema, ergo fiunt per ſolutionem continui: Et ultra hoc veniunt accidentia fortia prædicta, & ſunt ſubito in ſuo ſtatu, & ſic non contingit in accidentibus apoſtematum nec ſaniei contentæ, quia in illis talia accidentia habent principium, augmentum & ſua tempora longiora. Sed quia accidentia ſaniei & apoſtematum, maxime calidorum ſunt ſimilia, & etiam conveniunt in hoc quod non veniunt niſi ad tempus notabile, erit etiam dubium an ſint per apoſtema an per ſaniem? Pro quo dubio noto diſtinctionem accidentium prædictorum, & dico quod accidentia apoſtematis ſunt majora quam ſaniei contentæ intra cranium, quia apoſtema eſt majoris nocumenti cerebro & panniculis quam ſanies: Demum noſcitur ſanies, quia aliquid tenuis reſudat à fiſſura cranii ſi qua ſit, & cranium eſt male coloratum, maxime ſi ſanies ſit multa & malę cõditionis, Et ſi fiſſura ſit anguſta vel forte nulla, Interdum enim eſt multa ſanies ſupra panniculum, laudabilis tamen, & non facit mala accidentia, ſicut contingit in vulneribus & fracturis, in quibus magna oſſis pars eſt amota, & panniculus eſt detectus, à quo ſanies libere exit, & bene mundificatur & expurgatur, Sed ſanies faciens prædicta accidentia eſt mali odoris. Sanies etiam labiorũ eſt mali modi, & majoris copię quam in apoſtemate, quia in apoſtemate labia ſunt ſicca & mali coloris, caput quoque eſt calidius in apoſtemate quam in ſanie: Quando vero ſanies eſt intra cranium, ipſo non fracto, per venulam aliquam ruptam in panniculis, cranium eſt male coloratum, & æger ſentit gravedinem in ea parte in qua eſt ſanies, & interdum ſanies exit per palatum, per nares & per aures: Præter alia ſigna conſiderentur cauſæ apoſtematis & ſaniei, ut an corpus fuerit plethoricum, qualiter regulatum, & cum quibus medicatum: Et inter omnia, ſi dubitat Medicus de ſanie, debet aperire anguſtam fiſſuram, vel ſi non eſt fiſſura, debet cranium perforare & certificari an ſit ſanies, quia in omni fere ægritudine ſunt ſigna dubia, ideo Medici ſine mora debent talia facere. In iſtis tamen ſignis diſtinguendis magna eſt difficultas, & non agnoſcuntur niſi ab experto, qui conjectura aliqua hoc cognoſcat. *Berengarius cap.9.*

§. 3. Maria N. poſt contuſionem ſyncipitis, per integrum annum de Vertigine querelas habuit, tandem Apoplexia fortiſſima ſubito obiit. Inſpecto cerebro, in ſiniſtro latere tumorem, humore limpidiſſimo plenum, magnitudinis ovi Gallinæ, qui tertium cerebri ventriculum ex parte compreſſit aſpeximus. *Tit. de vertigine.*

§. 4. M.P. impacto in ſiniſtra tempora palo, graviter ictus concidit: Poſt obitum ſiniſter muſculus temporalis ruber, lividus & contuſus apparuit: Remoto cranio, ſanguinis circiter ℥iij coagulati & nigri invenimus, qui lateralem oſſis ſphænoidis ſiniſtri cavitatem adimplebat, &c. *Vide lib.1. Tit. de Soporoſis affectibus.*

§. 5. Fœminæ cujuſdam caput graviter contuſum fuit, delabente aſſere quo officina claudebatur: A Chirurgo quodam diviſa fuit cutis & caro ad os vſque & pericranium abraſum, una cum oſſis ſubſtantia aliqua: Vulnus diu apertum relictum eſt, nec ulla oſſis fracti indicia aderant; Cúmque os tandem abſcederet, portio quædem oſſis, quæ ſeparabatur, vi quadam ablata fuit à Chirurgo, móxque ſanguis ex oſſe reſudans viſus eſt: poſtea *febris acuta*, cujus antea expers erat, ipſum invaſit, tandémque interiit.

Poſt mortem aperto cavite, inventus fuit Abſceſſus in cerebri ſubſtantia, & membranæ ipſum involventes lividæ. *Iſaacus Cattierus Obſervat. Medic. viii.*

§. 6. Procurator Nationis Germanicæ Patavii ex levi capitis Contuſione, neglectis remediis per imprudentiam, primo pedum brachiorúmque paralyſi, moxque maturo inde facto ceſſit.

In elevato

In elevato vero cerebri ſyſtemate nullum alicujus momenti vitium, præter abſc
ſum in oppoſito latere enatum apparuit. *Bartholinus Comm. in Pædanchonem M. A. Se
rini Exerc. I.*

§. 7. Quidam ex levi capitis contuſione incidit in paralyſim, poſt obiit. Illi repertus a
ſceſſus in oppoſito latere. *Vide lib. I. Tit. de Paralyſi.*

§. 8. Quendam vidi æſtate, parte media bregmatis leviter vulneratum, cute tantumm
do & pericranio læſis, abſque ulla offenſa cranii: hic patiens nullum paſſus eſt ſympton
neque morbi principio, neque die quarta, quem tamen ſeptima invaſit rigor inſignis, cu
concuſſione totius corporis, quod remiſſo frigore incaleſcère cœpit, prout contingere ſ
let in Tertianis: Ego vero poſt intermiſſionem febris ipſum terebravi, licet nulla mate
ex foramine effluxerit: Cum vero membrana utcunque humore difflueret, in illam infu
ſanguinem palumbi, ex ala ſtatim eductum, corroborando ipſius calori; qua tamen ſeque
ti die nigreſcente, applicui aquam vitæ ad XI. uſque, tandem Balſamum nigrum occiden
le, ægro tamen XIV. extincto.

Secto cranio, atque bene undique deterſo & abluto, ac diligentiſſime ad Solem quaqu
verſum inſpecto, nunquam potui in eo rimam aut aliam aliquam noxam videre: Veru
ſecta membrana dura, ſub vulnere, inter ipſam & piam, maximam puris copiam depr
hendi, non ſine admiratione, nullam fuiſſe rimam in oſſe, atque patientem *nullum paſſu
eſſe ſymptoma* ad ſeptimàm uſque, perinde acſi non fuiſſet vulneratus: ut propterea ſeptin
illud ſymptoma contigiſſe liceat conjicere, contuſione facta in membranis & cerebro
cujus cauſa aliquod vas fuerit diſruptum, ex quo ſanguis effluxit, qui cum omnium conſe
ſu extra vaſa concreſcat & putreſcat, ideo copioſa materia purulenta ſupra cerebrum co
geſta fuit, ægro mortis cauſa. *Marchetti Obſ. Medic. Chirurg. 14.*

S C H O L I A.

Dubitare hic quis poſſet an ſecanda ſit dura meninx, quo exitus pateat ſaniei ſupra piam & cerebrum collectæ: quod ſcilicet puncta dura membrana convulſionum certum immineat periculum, ac proinde mortis? Id tamen nullum cenſemus, factis duabus terebrationibus oſſis, & patefacto uſque adeo foramine ut longa ſectio fieri poſſit ſupra duram membranam, & quidem hac ratione, quia magna vulnera capitis, quæ non ſolum ſecant membranas, ſed etiam cerebrum, ſanantur: Quando igitur certo conſtat materiam inter utramque meningem collectam eſſe, tunc tuto poſſumus devenire ad hanc operationem, utcunque periculi non expertem, cum alioqui nullo adhibito remedio certa mors immineat, atque ex Celſo, Præſtet anceps remedium experiri quam nullum, impiumque ſit relinquere ægrum remediis deſtitutum, Quod *Glandorpio* feliciter ceſſet in Bremenſi pugili.

Nullum paſſus eſt ſymptoma]. Quam infidæ ſint ejuſmodi capitis contuſiones, & quam cautum deceat eſſe Medicum in præcavendo ſucceſſu, oſtendit *Pachequus* apud *Riverium* obſervat. commun. 38. Puella, *inquit*, annos nata 20. lapide percutitur paulo ſupra frontem, non deſerit conſueta munia, ſed poſt dies tres de dolore capitis obtuſo
conqueritur, ſomnolenta fit, febris exigua admo
dum, 17. die motus convulſivi apparent, 20. rupt
abſceſſu & excreto è naribus vireſcente pure mor
tur. D. *Viventius* in poſteriora cecidit, dies ali
quot negotiis invigilat, poſt delirat, frigere ſe di
cit, ſomnolentus fit, manum ſubinde capiti admo
vet, 11. die rupto abſceſſu ore excrevit materiam
purulentam & ſtatim mortuus eſt. *Nepos* meus
contuſione capitis, ſtatim triſtis factus eſt, de lev
capitis dolore conqueritur: poſt menſem incidit i
febrem continuam cum ſomnolentia & capitis do
lore, ſurgebat ſubinde & clamabat, 7°. die morb
excreto pure per nares ſtatim obiit. *A. Bootius* cap. I
de affectibus omiſſis, cenſet ejuſmodi abſceſſus ge
nitos eſſe inter cranium & duram meningem, *Vid.
lib. 1. cap. 1.*

Ipſum terebravi, &c.] Circa modioli uſum obſervanda cautio quam affert *Marchetti* Obſervat. XV
ſcil. Eminentias rotundas undique circa vitream laminam, oſſe terebratione educto, eſſe ſignum manifeſtum aciem modioli non perveniſſe ad membranam ipſam, neq; perforationem fuiſſe cauſam mortis ipſi patienti: prout vice verſa iiſdem non apparentibus, indicium eſſe membranæ læſæ, ac proinde lethale, plurimis enim locis cranio adhæret.

§. 9. Anno 1636. Cæſarianus quidam miles à Suecico Equite ceſtra duobus repetitis ictibus in capitis occipite ita mulctatus fuit, ut expugnatus humique proſtratus ſemimortuus in xenodochium Ulmenſe fuerit deductus: Hic ſine cruento vulnere, abſque ulla cranii aut fiſſura, aut evidenti quapiam depreſſione, elapſis circiter novem ſeptimanis, cum & expedite loqui & ingredi valeret, nulloſque amplius ex contuſione dolores ſentiret, & recreandi animi gratia ſæpiuſcule obambulando genio ſuo indulgeret, de abitu cogitare cœpit. Verum dum proxima quavis data occaſione certo ſibi navigio diſceſſum decreviſſet, noctu ſalvus, ut quidem omnibus videbatur, ſomnum atque quietem capiens, ſubito in ipſo ſopore extinctus & mortuus eſt.

Cruciformi inſtituta cutis capitis ſectione, pericranii ab oſſe ſeparatione, & cranii in orbem facta diſſectione, partiúmque omnium diligentiſſima inſpectione, ne minima

in cranio

cranio rimula, nec ullum etiam leviſſimæ depreſſionis veſtigium animadverſum, verum in percuſſæ partis ſubjecta cerebri ſubſtantia, non ſecus ac in putridis pomis uſu venire ſolet, ad digiti craſſitiem enormis, & ad ventriculos fere anteriores penetrans putredo, & aliqualis piæ matris corruptio inventa, reliqua cuncta illæſa apparuerunt. *Ioh. Georgius Greiſelius in Miſcell. curioſis anni* 1670.

SCHOLIA.

Admirationi fuit quod lædens illa vis, morbi & necis author, non proximas potius, ſed interiores magis partes percutiendo læſerit, quamvis experientia plurima talia obſervarit exempla. 2. Quomodo in cerebro temperati illi & pellucidi animales ſpiritus tam graviter turbari poſſint, ut & ipſi momento quaſi cerebri ſiderationem admittant, artibus exterioribus ſalvis, Et 3°. quare putredo la inſignis in ipſo cerebro ſuborta, & piæ matri communicata, nullos unquam partium internarum dolores, nullámque vel externorum vel internorum ſenſuum depravationem induxerint, ſed ex improviſo omnem ſentiendi facultatem cum ipſa vita abſtulerit: Hac igitur obſervatione Chirurgi notent ut nullas capitis percuſſiones, etiamſi partes cerebrum continentes illæſas invenerint, leves judicent: Nec percuſſis unquam indubitatam ſalutem promittant: nullóſque iis, in diæta præſertim, errores concedant, ſed eos potius arte, caute & prudente diffidentia ita tractent, quo Sacræ artis vera lumina exiſtant. *Phil. Salmuth. Cent.* 1. *Obſervat.* 12.

§. 10. Alteri vulnus illatum in ſuperiore capitis ſiniſtra parte, cum inſtrumento retuſo ſed nonnulli ponderis, quod exiſtimabatur periculi exors, utpote cranii oſſe illæſo, idcirco etiam negligentius curatum: ex caſtris, ubi vulnus acceperat in vicinam urbem delatus fuit. Supervenit huic & Sopor: Decubitus quoque ſupinus fuit, pulſus parvus ac creberrimus, mens nonnihil læſa, ad interrogata enim haud rectè reſpondit, Huic ingraveſcente malo univerſum dextrum latus reſolutum eſt, (cum tamen in ſiniſtra capitis parte vulnus eſſet) inde pernicioſus ſopor, à quo excitari non potuit, brevi vitæ exitu ſubſequente.

Cranio hujus ſublato, reperta eſt dura meninx ſiniſtra parte livens, ac ſimiliter ſub hac cerebri ſubſtantia, quæ apparebat, ſphacelo correpta: dextra cerebri parte cum ſua membrana haud male affecta, cranio etiam undequaque integro, nec tamen ullam rimam aut fiſſuram habente. *Dodonæus Obſervat.* 2.

SCHOLIA.

Apparet & huic concuſſum fuiſſe cerebrum, nam dextræ partis reſolutio vulneris occaſione non videtur acceſſiſſe, ſed aliam ac majorem cauſam habuiſſe, ipſam videlicet cerebri ab ictu per inſtrumentum gravioris ponderis concuſſionem. Reliqua ſymptomata vulneri ſucceſſiſſe potuerunt; capitis ſiquidem oſſe tenus vulneribus, etiam oſſe cranii haud læſo, gravia quandoque ſymptomata accedunt, ac tandem ipſa mors. Aer frigidus hiſce vulneribus inimicus, à quo niſi vulneratus ſe non contineat, ſæpe in periculum adducitur: complures referri poſſent qui ex levi vulnere capitis, pericranio tantùm vulnerato, obierunt, qui ſe aëri frigido expoſuerant: Supervenit autem iſtis ſenſuum ſtupor, ac tandem profundus ac noxius ſopor, nonnullis etiam febris, deinde mors, ſed reſolutionem alicujus partis non memini in quoquam capite vulnerato, quàm in hoc, me obſervaſſe: quamobrem non vulnus modo, ſed cerebri concuſſio morti occaſionem præbuiſſe videtur. Cur autem alii ex levi capitis vulnere perierint, qui ſui nullam aut exiguam rationem habentes, aëri frigido ſe exponuerunt, nulla alia apparet cauſa quam quod frigidum, per denudati oſſis cranii poros, ad cerebrum perveniens, ſphacelo inducto ipſum vitiaverit, quo ſuper accedente ægri haud diu vivere potuerunt, Nam ut aph. 51. 7. Quibus cerebrum ſphacelatum, id eſt, corruptum eſt, in tribus diebus pereunt, Si vero hos effugerint, ſani fiunt. Et in Coacis prænot. Cerebro corrupto, alii in tribus diebus, alii in ſeptem pereunt: hos vero, ſi effugerint, ſervantur: Cujus ſententiæ poſtrema verba veritatem de ſphacelo confirmato habere non poſſunt, ut Galenus ait, ſed de incipiente tantùm, & levi ad ſphacelum diſpoſitione prævia accipi debent, à qua æger diligenti habita curatione reſtitui poteſt, ut & ait *Hipp.* 3°. de morbis, Quod ſi morbus leviter, inquit, corripiat, ubi ſanguis diſceſſit melius æger habet, Si vero vehementer correptus fuerit, cito perit.

OBSERVATIO V.

Fractura oſſis Frontis lethalis obſequutam cerebri ſuppurationem. 1. *Vulnus Temporum, ob apoſtema in cerebro ſequutum.* 2. *In palpebra ſuperiori, ob excitatum in cerebro apoſtema.* 3. *Frontis, ob fracturam cranii, Fiſſuram duræ matris, & lecoris ſequutum abſceſſum.* 4. *Frontis & bregmatis, ob oſſis fracturam & vomicam in contigua cerebri parte.* 5. *Vulnus lethale ob fracturam cranii & ſequutam cerebri phlegmonen.* 6. *Ob fracta oſſa bregmatis cum Introceſſione & Contuſione muſculi temporalis.* 7. *Ob Cranii fracturam, hinc cerebri ad corpus uſque calloſum conſumptionem.* 8. *Ob Cranii fracturam, & fragmenta cerebro impacta, cum ſanguinis diffuſione.* 9. *Ob Striatorum corporum læſionem.* 10.

§ 1.

§. 1. PVer octo annorum ob effractum frontis os, haud procul à ſutura coronali, adeo depreſſa fuit ſubiecta cerebri medulla, vt adempta libertate deſtitueretur quaſi omni motu, qui tamen paulo poſt iterum rediit, adaperta per exemptum fragmentum via per quam exitum ubi invenit lacerum cerebrum, extulit ſeipſum longe lateque ſupra os fractum, extimamque calvariæ ſuperficiem, idque incremento tam uberi, ut Chirurgus neceſſe habuerit, (quod tamen ſine præſente vitæ interitu factum) tantum parti huic nobiliſſimæ, & ad vitam ſumme neceſſariæ adimere, quantum recipiendo fuiſſet vacua ovi gallinacei teſta.

Ex qua cerebri præciſi dilaceratione protinus expullulatc ingens Fungus, primum quidem mollis ac albus, at mox duriore callo, ac cinerea cruſta obductus, quo luxuriante tumore in dies, magis magiſque increſcente, ac in majorem molem elevato, neque ſpiritu vini, aut aliis remediis uſu comprobatis, vel tantulum imminuto, *reſolvebantur* tandem die XI. *nervi lateris oppoſiti:* manente adhuc firmo ac illibato tam animi quam corporis robore, licet biduo poſt vivendi finem fecerit, ſub ſudore frigido ac crebris nervorum diſtenſionibus, *converſa* jam tum *in pus maxima laceri cerebri parte.* Cujus corruptio eo majorem admirationem excitavit in Medicis, quo minorem viderant virium jacturam biduo ante mortem quæ proculdubio morbo diutius reluctabantur, cum ob uberem humidi radicalis copiam, tum ob ſolida increſcentis corporis fundamenta. *Tulpius Obſerv. lib. 4. cap. 1.*

SCHOLIA.

INgens *Fungus.*) Fracto vel contuſo cranio Fungi nonnunquam, ſeu tumores laxi molleſque adnaſcuntur: *Ingraſſius* de Tumoribus p. n. tr. 1. cap. 1. fieri ſcribit non ſecus ac fungos in lucernis hyemali tempore in ellychnii vertice Diſcooperta enim revelataque cerebri membrana, quædam prius ſubſtantia goſſipinæ lanuginis imaginem repræſentat: deinde vero per halitum diſcuſſi vapores fumique, ob aëris frigiditaté in eam ſubſtantiā conglobati paulatim ab interiore calore deuruntur ſiccanturque, donec fungo ſimilis ſubſtantia appareat, alteratam ab aëre eſſe membranam ſignificans, *Langius* ſicuti in ſtipitibus arborum humores ſemiputridi per corticem extuberantes in fungos coaleſcunt, ſic vulnerato cranio humores cerebri affluere, qui oſſis frigore condenſari in ſpeciem fungi concreſcunt. Sunt Fungi qui ſine noxa vitæ & emergunt & decurtantur, Vide exempla apud *Cornarium* ad lib. 1. Diſcor. *Schenckium* lib. 1. Obſervat. 5. *Paræum* lib. 9. Chirurg. c. 19. Quomodo ſit tractandus, *Hildanum* cent. 1. Obſerv. 15. Sed curationem reddit difficilem ſi inſigni cranii vulnere læſa ſit membrana cerebri, vel ipſum cerebrum, Anno 1649. Puella 4. annorum vulnerata, ingenti in capite vulnere proſtrata, cum inſigni cranii contuſione & fractura, patente cerebro, curatur à Chirurgo perito: Exactis ſex hebdomadis labia vulneris livida apparuerunt, fungique duo protuberabant nigricantes, cerebri in formam anfractuoſi: periculum abeſſe Chirurgus opinabatur: Ego vero ſphacelatam partem videns male ominabar: Fungorum fruſtula ſine dolore reſciſſa, ſed paucis interjectis diebus vulnerata obiit, *Th. Bartholinus Hiſtor. cent. 1. Obſ. 57.*

Converſa in pus cerebri parte] Apoſtemati cerebri inſigne exemplum exſtat apud *G. Horſtium* Obſerv. l. 9. Obſerv. 14. Vere mihi credas, *ait* l.c. *Bilgerus* cerebrum apoſtematum magnitudine ovi anſerini extra calvariam corruptum propendebat & fermenti inſtar fermentabat: arrepto ſpecillo in cerebrū ſiniſtri lateris apoſtematum intromiſi, & ſenſim atque ſenſim cum ſpecillo progredior uſque quo poſticam capitis partem pertingo, ægro interim negante quicquam ſe ſentire: Decem vero diebus elapſis, ſupervenientibus ingentibus convulſionibus, juxta meam prognoſin, vitam cum morte commutavit: prædictus tamen patiens, omnibus ſenſibus integris, quod mirum, ratiocinio, memoria, &c. utebatur.

Virium jacturam, &c.] Conſtitere ſcil. quandiu corpus calloſum & cerebri medirullium intacta fuere, vitio intra corticalem cerebri partem coercito.

§. 2. In Noſocomio Paravino 1645. caput aperuimus viri in oſſe temporum vulnerati, qui x°. die deceſſit; vulnus ad cerebrum penetraverat, ubi apoſtema excitatum pure copioſo abundans *Th. Bartholinus cent. 2. hiſt. 34.*

§. 3. Ruſticus phalange in palpebram ſuperiorem oculi ſiniſtri vulneratur, & die 9. obiit: Interius orbita oculi in ſuperiore parte punctim ita læſa conſpiciebatur, ut una etiam oſſiculum in duram meningem imprimeretur. In cerebro tantus abſceſſus purulentus latebat, ut ſuperior cerebri ſubſtantia omnino in pus converſa videretur. *Vide tit. de Soporoſis affectibus l. 1.*

§. 4. Curandum ſuſcepi Polonum, cui cum inſtrumento iſto bellico acuto, quod Poloni Schikan vocant, frontis oſſi ſupra oculum ſiniſtrum, grave vulnus inflictum cum cranii fractura, ut ipſa cerebri ſubſtantia egrederetur.

Cum die 14. obiiſſet, aperto capite inveni non ſolum fracturam in cranio, ſed & fiſſuram lo dura matre, non aliter ac ſi tenuis pilus fuiſſet ſuperinductus, per quam ſubſtantia cerebri videtur fuiſſe egreſſa: Dum abdomen fuit inciſum, in Hepate apoſtema inſigne maximi fœtoris inveni: Et hoc obſervandum quod octiduo ante obitum ex vulneribus nullum pus amplius egreſſum ſit, ſed plane evanuerit: Pariter Paræus & Pigræus atteſtantur ex cap. vulneribus non ſolum in Hepar tranſire apoſtemata, ſed & ventriculum, inteſtina & meſenterium, conſentientibus Pecqueto, Barbette & aliis. *Ph. Iac. Sachs in miſcell. cur. anni 1671. Obſervat. 119.* Ex commun. *Anton. Statlender.* Chirurgi Thorunenſis.

§. 5. Sicuti inter cranium ac duram membranam naſci vomicam comperimus, ita quandoque inter duas meninges, duram ac tenuem, idem fit: interdum vero intra ipſam quoque cerebri ſubſtantiam: Nob. in conflictu duo periculoſiſſima vulnera accepit: utrumque in ſiniſtra capitis parte, unum in fronte, gladio cæſim adactum: alterum in averſa capitis parte, in declivitate oſſis bregmatis, globulo plumbeo illatum, non in directum emiſſo, ſed qui inflexum leviter in dexteram caput in tranſitu deſtrinxerat, &c. Cum utrumque vulnus penè conſolidatum eſſet, jamque æger certo greſſu ad ſanitatem vadere videretur, præter expectarum extinctus eſt, exacta 4. ſeptimana ex qua vulnera illa acceperat.

Dura meninx, qua terebrato cranio ſubjacebat, & aliquanto longius circumcirca, repentino ſphacelo corrupta, nigricabat penitus, cum omni antea tempore, & paucis adhuc ante mortem horis colorem, omnemque conſtitutionem naturalem integra retinuiſſet: Apertum caput exhibuit illam oſſis frontis fracturam, quæ licet profunda, atque ad ſuperficiem internam penetrans, & digitos aliquot tranſverſos longa, toto illo quatuor ſeptimanarum ſpatio nunquam ullo pravo ſymptomate moleſta fuerat, aut vicini vulneris conſolidationem præpediverat: Quum autem ablata in orbem ſuperiore cranii parte uſque ad aures, & detracta quoque dura meninge eximendo cerebro intenti eſſemus, profluxit ſubito per aurem dextram magna ſanguinis vis, non minus unciis octo aut decem, quantum conjectura æſtimare licebat, à naturali ſtatu penitus demutati, non craſſi aut grumoſi, ſed liquidioris etiam quam par erat ac ſumme atri: Attente indaganti unde is prodiiſſet, deprehenſum eſt vomicam in contigua cerebri parte, intraque ejus ſubſtantiam latuiſſe, cujus tunica à Chirurgo diſrupta fuerat, dum manum inter reſiduam cranii portionem ac cerebri corpus adigens digitos longius introrſum uſque ad latus impellit: Toto tempore quod vulneribus ſupervixerat æger, conqueſtus fuerat de ingenti ac valde cruciabili dolore in iſto capitis latere, non fixo una ſemper in ſede, ſed qui viciſſim modo in fronte paulo ſupra ſuperſilium, modo in ſuperſilio affligeret.

S C H O L I A.

APparet Vomicam iſtam habuiſſe originem ex ſanguine effuſo è vena diſrupta ex repercuſſu ictus, quo diverſum occipitis latus à globulo plumbeo læſum fuerat: Cujuſmodi repercuſſiones in capitis ictibus ac vulneribus ſatis eſſe familiares notum eſt: Quod vero ſanguis, eo quem diximus modo, corruptus nec in pus excoctus fuerat, ejus rei cauſa adſcribenda eſt caloris in capite debilitati, quem valde infractum fuiſſe ipſis primum vulneribus, jactura quæ ſanguinis ex iis profuſi, deinde cranii terebratione ac cruciatibus iſtam curationem comitantibus notum eſt *Arnoldus Bootius de affectibus Omiſſis c.3.*

A P P E N D I X

Qua via in vulneribus capitis ſanguis in auditorium meatum feratur & per aures erumpat.

P*Rofluit ſubito per aurem dextram magna ſanguinis, &c.)* Cum nuper in medicorum corona hanc quæſtionẽ moverem, Quare oſſa quæ muſculis temporalibus ſubjacent, pericranio, uti alia oſſa non ſint tecta atque inveſtita, riſu ſui exceptus: Verum cum mihi ſexto Ianuarii 1656. ab Ampl. Senatu hujus urbis eſſet demandatum aperire cranium cadaveris Fabri murarii; tunc temporis mea opinio, qua hactenus fueram gravidus, ſatis ſuperque confirmata eſt. Nam quamprimum inſignem in ſuperiori parte cranii depreſſionem obſervaveram, ſimul etiam magnam concreti ſanguinis maſſam inveni, qui partim per aures effluxerat, & partim meatum auditorium obſederat: Deinde vehementi deſiderio viam cognoſcendi tenebar per quam ſanguis in meatum auditorium deſcenderat; Hanc cum accurate inveſtigabam, ſimul etiam rationem & cauſam detexi, quare pericranium hoc loco muſculos temporales tegat, minime vero os ipſi ſubjectum: Primo ſententiam & reſponſionem quam Clar. *Tulpius* ad queſtionem propoſitam, Unde ſcil. hic eſſet ſanguis qui ſæpiſſime in vulneribus capitis per aures effluit, veram & opportunam inveni, nam expertus ſum ſanguinem à ſuperiori capitis parte inter cranium & pericranium deſcendiſſe, atque ita ſpatium quod eſt intra os parietale & petroſum intraſſe, inde vero tanquam per cribrum in meatum auditorium ulterius tranſcolatum eſſe: Deinde in hac demonſtratione os petroſum magna diſtantia ab oſſe parietali remotum inveni, adeo ut eo loco ubi oſſa à ſe inviceem receſſerant, motus notaretur, incipiens ab oſſe petroſo & in parietale deſinens, ubi tum in oſſe jugali dentata quædam ſymphyſis ab interiori parte callo obſita (uti liquet in omni articulatione) illiſionem impediens conſpicitur: Ex his concludi poteſt, quod Pericranium, ſi os muſculis temporalibus ſubjectum inveſtiiſſet, ſine ulla dubitatione tum etiam ſe inter os petroſum demiſiſſet, verum ex ejus motu & illiſione in maſticando, loquendo, & alia quavis motione ſemper intolerabilem dolorem percepiſſet. *Paulus Barbette Anatom. Practicæ lib.2.cap.1. Ex communic. Iobi Mekerẽns Chirurgi Amſtelodamenſis.*

§.6.XVI.

§. 6. XVI. April.1676. in puero x. annorum, ex fractura cranii defuncto, ubi calvari parrem ſuperiorem debite abſtulimus, inveniebamus ad duram meningem, eo loco ubi fr ctura ſe exhibebat, & trepano apertio facta, purulentæ materiæ notabilem quantitatem meningem hæc à cranio ſeparaverat, arcte adeo eidem adhærens, ut nullo inſtrumento ſ parari poſſet, imo ipſam meningem ſuppuratam hic reperiebamus, Nec ſola meninx p hic exhibebat, etiam ſub ea cerebrum ſe offerebat magna ſatis parte purulentum, Imo ſinus longitudinalis non exiguam puris quantitatem continebat: In latere oppoſito, quo integrum cranium, grauis notabatur cerebri inflammatio cum vaſorum inſigni ampl tudine: Repleta hæc ſanguine concreto ſumme nigricante; eodem etiam repletus ſinu longus, à quo ſimiliter ac ramis omnibus, per tenuem meningem cerebrique anfractus di ſtributis, materia quædam lenta alba, ſimilis Polypo cordis dicto, continebatur: Ventricu li cerebri aqua in totum repleti tenui ſatis alieno nullo colore ſaporeve gaudens, Pe ctus repletum aqua purulenta, qualem jam per aliquot annos expectoraverat; Imo pulm uterque ea parte quæ dorſo vicina, fere conſumptus. *Gerardus Blaſius obſerv. Med. xvij.*

§. 7. Nobilis Virgo febre continua correpta eſt, cui ſucceſſit delirium, media nocte cuſtodibus obdormientibus è lecto ſurrexit, cubiculo exiit, aut è feneſtra cecedir, aut ad menſam offendit: Attonita ex ictu caſuve facta eſt, vomuit, nihil in cute apparebat, ſex horis poſt interiit.

Oſſa bregmatis eſtracta erant & intro detruſa, reliquum os ad ſuturam lambdoidem fiſſum erat: muſculus temporalis plane contuſus: Fundum ventriculi deprehendimus ſubrubrum & maculis rubris perſperſum, ac ſi ictum aliquem vimque paſſus fuiſſet; Admirationi id fuit: At credo à caſu id fuiſſe. *Ballonius* H*iſtor. 4. Tom. 2. conſil.*

§. 8. Puero ex alto baculus in ſiniſtram capitis partem perpendiculariter decidit, unde fractum cranium: Succeſſit convulſio, paralyſis, mors die xv. exhauſto ad corpus calloſum uſque cerebro *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

SCHOLIA.

AD *corpus calloſum uſque*] Cerebri duplex ſubſtantia eſt corticalis & medullaris; quarum illa, docente *Willis* Anat. cerebri cap. 10. ſpirituum animalium productioni: hæc eorundem diſpenſationi inſervit: atque hanc ſpirituum emporium potius quam officinam eſſe inde probat, quia animalia quæ memoria, imaginatione & appetitu excellunt, cerebri medolla ampliori inſtruuntur, prout obſervare eſt in homine & quadrupedibus perfectioribus: at quæ facultatibus iſtis parum pollere videntur, uti quadrupedes minores, item volucres & piſces, iis Cerebri cortex uberior, ſed pars medullaris minima exiſtit: Experimentum inter pueros familiare eſt gallinæ caput acu transfigere, interim illa, cujus cerebri moles tranſadigitur, aliquandiu vivat valeatque: Cujus ratio eſt, quod ejuſmodi animalibus fere tota cerebri compages ſit mere corticalis, quare à tali noxa illata, (quamdiu medulla immunis perſtat) ſpiritus in minori copia generantur, aſt eorum commercia ad vitam neceſſaria haud ideo ſtatim interrumpuntur: Hinc vero ſimile miranda quædam vulnera capitis, cum evidenti cerebri læſione, cujus etiamnum particulæ vita ſuperſtite demptæ ſunt, non lethalia fuiſſe, quod cortice tenus offenſum fuerit, illæſa medullari ſubſtantia; quam ubi vitium attigit, ſatis concedendum fuit.

§. 9. Anno 1663. Decembris 23. Nobilis quidam à ruſtico fuſte in vertice percuſſus fuit, ictu tam vehementi ut protinus in terram tanquam apoplecticus corruerit: ac carnii fragmenta quædam in terram diſiecta ſint, quædam in cerebrum intruſa apparuerint: Statim obligatum vulnus, neceſſariaque medicamenta adhibita, ſed neque loquela neque auditus reſtituta, nam immobilis jacuit ad xxx. uſque Decembris, qua die circa ix. noctis obiit.

Aperto cranio, reperta eſt fiſſura à ſincipite ad occiput pertingens: fractura in oſſe frontis, cujus fragmenta quædam per duram & piam matrem cerebri ſubſtantiam ſubierant: Ejus ventriculi & ſubſtantia ſanguine effuſo fœtidiſſimo repleta: *Tulpius reſponſion. Med. viij.*

Striatorum corporum vulnus

§. 10. Inſoliti enſis tarum vulnus, pugnabant nempè armata manu ſtrenui bini cives anno 1675. 12. Septembris, quorum unus in Orbita alterius nomine *Cynela* oculi internum conſauciavit canthum: cutis, cuius palmaris extremitas Phlebotomum craſſitie non excedebat: Inflicto vulnere ſtatim vertiginoſus varios voluitur in gyros, tandemque concidit: hinc ducitur ad Chirurgum, qui attonitus hæret, paruam dum adeo cernit continui ſolutionem, interea vulnetatum audit ſemi delitantem: explorat hic, ſed fruſtra, ſtylo penetrationem: ingreſſum enim negabat vulnus ob parvitatem: inde exequitur, quæ prima vice exigunt vulnera, ſpectatorem ſe prebens, quid inde ſequturum, foret, Interea cum miſer omnino in Noſtocomium transfertur, ibique diligenti cura phlebotomias varie iterant, dum immani fremebat delirio convulſiviſque torquebatur motibus, tandem decimo quarto die horrida rigidus convulſione Morti ſucubuit.

SCHOLIA.

CAdaveris diſſectioni me invitat Anatomicus noſter *Dominicus le Roy*, præſentibus pariter Chirurgis qui Curationi profuere. *Dominico* ſcilicet *Paſdialono* & *Ioanne Curto*: vulneris ergo 1°. obſervamus progreſſum, Phlebotomatum n. extrinſecè apparebat prope oculum: Interne verò oculus abraſus, & ob humoris affluxum in tumorem elevatus, perforata poſtmodum interna Orbitæ parte ſub proceſſibus manilaribus in corpus ſtriatum intime penetravit, & quod notandum, ne gutulam quidem ſanguinis extrauaſari ibi vidimus, nihilque aliud præter naturale, ſed ex ſimplici ſolutione continui periiſſe farendum.

Ex hac hiſtoria clare patet, quidquid probabili conjectura docuerat Uvilitius in ſua incomparabili Cerebri Anatome: profectò ſimplex continui ſolutio in cerebro, dummodo in calloſum nō pertingat corpus, neceſſario non interficit: docent hoc Hiſtoriæ à *Clariſſimo Wepffero* Exercit. de loco. Affet. in Apop. p. 224. citato, de milite quem recenſet *Valeriola*, affecto vulnere per utraque tempora penetrante ex globulo ænei tormenti integre ſanato, niſi quod cæcus & ſurdaſter evaſerit: cæcum crederem, quia ſub tubo longitudinali, & ſupra nervos opticos falx cerebri ex neceſſitate vulnerata fuiſſet, qui in conſolidatione debet abbreviari, & cum dura meninx cranio arcte alligetur, per conſequens ſe abbreuiando juxta latitudinem, falx nequit ſecum duram matrem trahere, ſed potius corpus calloſum cui annectitur in aliqualem rapiet aſcenſum, ex quo nervi optici fortaſſe loco dimoti fuerint, & hinc cæcitas: ſurdaſter verò, quia ex fractura temporum oſſis, ſanguis per ſquamoſam illius ſuturam deſcenderit, ſuaque mora interna auditus organa alteraverit: Sanus denique evaſit, quia per corticales tantum cerebri ambages vulnus penetravit, nullamque calloſi corporis, aut medullæ oblongatæ partem læſerat: ita dicendum de ſtrenuo Polono telum gerente per medium capitis ex utraque parte infixum.

Interea ſi anfractuum cerebri ſimplex continui ſolutio, dummodo ſine affluxu ſit humoris, ex ſe non eſt lethalis, non ita tamen in Corpore calloſo, medulla oblongata, aut cerebello, in quibus inevitabilis mors; pari non tamen modo, nam ſecto in vivo animali cerebro, cordis non tollitur motus, aut reſpiratio, ſi vero cerebellum attigeris, ſtatim vitales ceſſant motus juxta *Williſii* De Conſt. Anim. lib. 4. cap. 1. hypotheſes, quod in Regia etiam Academia Galliæ feliciſſimo experimento confirmatum vidit Eruditiſſimus *Du Hamel*: Nemo tamen ignorat vires, quas in ſtriata retulit corpora *Williſius*: equidem in illis olfactorii terminantur nervi, optici in thalamos è quibus fibras illuc emittunt, medulla oblongata fibrillis pariter in illa deſinet, unde impreſſiones omnes quæ à ſenſuū exteriorū Organis ad cerebrū perveniunt, neceſſe eſt ſtriata corpora penetrare, & ſi denique nervorum Origines eo deſinunt, centrum erit omnium impreſſionum, ſenſorium comune, in quo ſenſus viget interior & Regia animæ: Hinc eſt quod læſo ex ſimplici vulnere ſtriato Corpore, quamvis ſinè humoris affluxu, ſtatim concidit corpus, hinc delirium, convulſio, & denique mors.

Primo itaque ex inflicto vulnere ſequuta ſtatim fuit Vertigo, ex qua Corporis prolapſus, quoniam ex reciſſis nonnullis in ſtriato corpore fibris, ſpiritus in illis contenti non ordinario influxu Medullam oblongatam irradiabant, ſed diſperſi per cerebrum undequaque circumvoluebantur, & hinc vertigo, ſpiritus autem ita circumvoluentes influxum nervis ſuſpendebant, unde corpus neceſſario concidit.

Secundo, delirium non tam à natura ſpiritum deducitur, ſed etiam à motu, dum in confuſionem agitati, huc & illuc ſine lege tumultuoſe feruntur, unde ex reciſis nonnullis fibris in corpore ſtriato, ſpiritus per cerebrum tumultuantur, Dextro ſtriato corpori ſano cogitationes varias, & perturbatas cient, ex quibus delirium: cum autem ſine lege per cerebrum agitentur ſpiritus, inordinatè pariter in nervos irruunt, & tunc convulſivi oriuntur motus, & ſic læſo corpore ſtriato per conſequens etiam commune ſenſorium nec integras recipiet ſpecies, nec voluntarios efficiet motus, commerciumq; omne, cum cerebello intercipietur.

Ac ſi ex unico tantum ſtriato Corpore ſequitur hemiplegia, cur ergo ex reciſis fibris hæc ſequuta non fuerit potius quam convulſio, & ſi convulſio, cur univerſalis, dum ſanum dextrum erat ſtriatum Corpus, & reliquæ partes? Ad hæc reſponderem quod paralyſis contingit, cum ſpirituum per nervos deficit influxus, culpa viarum vel ſpirituum, equidem reciſis in ſiniſtro corpore ſtriato fibris, certè non omnibus, quia paruum erat vulnus, ordinariæ phlebotomiæ ſimilimum, per conſequens ſpirituum non totalis intercipiebatur in neruos influxus in parte ſiniſtra, nihil autem omninò in dextra: Vlterius nervorum in voluntario motu termini, non omnes in ſtriatis Corporibus: equidem in tota medulla oblongata radicantur, fibræque ſtriatorum Corporum ad commercium inſerviunt, quatenus ſenſuum organis, medullæ oblongatæ, & per hanc cerebello ſe inſinuant, unde læſis nonnullis in ſtriato Corpore fibris continget tantum falſa objectorum repreſentatio, non verò intercipietur totalis ſpirituum influxus, influxus tamen ſpirituum à falſa imaginatione promotus, ob male repreſentata objecta erit inordinatus, ideoque ex delirio convulſivi motus: dummodo autem aliqualis è corpore ſtriato in medullam oblongatam permaneat influxus, ab illa poſtea in omnes continuabitur nervos quapropter convulſivi potius motus, quam paralyſis ſequuti fuere.

Cur verò motus convulſivi in parte tantum ſiniſtra non contingerint, eo modo quo fit hemiplegia, ratio eſt, quia inordinatus ſpirituum in nervos influxus, non tam tumultuabatur in parte ſiniſtra, ſed etiam in dextra, quamvis ſana, Etenim ſpirituum agitatio per totum cerebrum delirium progignens, inordinate pariter dextro ſtriato Corpori ſano confuſas efficiebat cogitationes, quamobrem non mirum, ſi etiam ab illo ſpiritus tumultuariè & irregulariter nervos irradiabant, unde convulſivi Motus.

Obſervatio communicata ab Excellentiſſ. Io. Baptiſta Fantono, Sereniſſ. Principis Pedemontii, &c. Medico.

OBSERV.

Observatio VI.

Vulnus Exiguum Frontis lethale, ob rimulam in oſſe & ſequutam cerebri phlegmonen. Ob pus inter cranium & duram meningem, Et os corruptum. 2. . Leve, jam trimeſt conſolidatum, lethale ob pus ſupra membranas & cerebrum effuſum. 3. Frontis exiguu leth. ob puncturam utriuſque meningis & cerebri ſequutum abſeſſum. 4. Ob vitium meningibus & cerebro communicatum, nigredine ſe prodens. 5. Ob ſequutum abſceſſum infra ſubſtantiam cerebri. 6. Siniſtri bregmatis, ob pus intra cranium & membranam ſubſiſtens, a cerebri ea parte conſumptionem. 7. Neglectum lethale ob ſequutam meningum phlegmonen, illæſo cranio 8.

§. 1. MEmini olim dum Avenione Medicinam factitarem, caſum accidiſſe hujuſmod ut non ſatis perſpecta Rima, mulieri cuidam ſecundū frontem vulneratæ, morti cauſam attulerit: Ad cauponam cum multi inſolentes impurique homines accederent, ub ſe mero impleſſent, unus aſſidentium probe potus & hoſpitæ cum propinaſſet, illaque re nuiſſet, geſtans manu vitreum poculum ioco vinum in illam cum proiicere vellet, una 8 poculum vino plenum projecit, vulneratque exiguo ac plane contemnendo vulnere mulie ris frontem: Accitus Chirurgus linimenta admovet, nullus capitis dolor, nulla verend: ſymptomata nec primo nec altero die inſequuta ſunt: tertio dolor gravis, febris, totius fa ciei ingens tumor, rubori & inflammationi conjunctus: mox delirium & convulſio quædam interceptaque quaſi vox: Apertum vulnus, adhibitique multi Medici & Chirurgi, magnitu dine caſus inopinati acciti, *rimula vix conſpicua* apparebat, quinto die mors.

Diſſectum cadaveris caput Prætoris urbani iuſſu; ingens phlegmone intra calvariam inventa; dura meninx tumens, dura, livore affecta, & ingenti puris copia ſuffuſa: erat autem tanta puris congeſti copia, ut librarum fere duarum pondus æquaret: Hic eventus miſerrimus fuit, illud ut verum eſſe fateamur quod notavit *Paulus*, Rimam in capite mortis nonnunquam cauſam extitiſſe. *Valleriola lib. v. append. locor. comm.*

SCHOLIA.

R*Imula vix conſpicua*] Cujus ratione abraſione utendum fuit, quo ejus progreſſus animadverteretur: Notat verò *Marchetti* Obſervat. Med. Chirurg. xv. Non ſolum totam abradendam rimam, aut ſedem inſtrumenti ad fundum uſque, verum ſi alterutrum deſcenderit uſque ad meditullium, omnino deveniendum eſſe ad terebrationem, nullo licet alio præſente ſymptomate, hac ratione, quia materia purulenta ex labiis vulneris ad meditullium defluens, per ejus vaſa ad membranam etiam penetrat; inter quam & cranium congeſta, patienti mortem infert: quod in pleriſque obſervavit, qui propterea adminiſtrata perforatione omnes convaluerunt.

§. 2. Adolcſcens fuſte lignea è ſalice, levi quidem illa ſed ex alto demiſſa, accepto contemptibili vulnere in capite, xi. die moritur: Qua parte telum impactum fuerat, Os livens apparuit: E regione partis vulneratæ, inter cranium & duram meningem, pus inventum eſt &c. *Vide tit. de Paralyſi lib. 1.*

§. 3. Alium vidi leviter vulneratum media capitis parte, non detecto oſſe, & nullo apparente ſymptomate, qui à Chirurgis ſanatus, tribus poſt menſibus, quibus incolumis ſemper vixit, correptus fuit febre maligna, ſine ullo ſymptomate vulneris capitis: Poſt ſeptimam dolor capitis ſubortus loco vulneris inflicti tribus ante menſibus, in quo jam ad cicatricem deducto nihil apparuit, ægro xiv. mortuo.

Secta calvaria modo jam dicto, pus ſupra membranas & cerebrum deprehendi: ut propterea vulgi opinioni credendum non ſit, poſt xl. diem capite vulneratos ratione vulneris mori non poſſe. *Marchetti Obſervat. p. 39.*

§. 4. Anno 1602. 13. Martii, *Caroli Cornicii* Studioſi caput aperuimus, qui punctim enſe tenuiſſimo, in dextra frontis parte, qua capillitium attingit, ante xvj. dies noctu ictus fuerat: Vulnus anguſtum erat admodum, ut communis piſi quantitatem non admitteret: Calvaria cum utraque meninge perforata in Cerebrum alte penetrarat, abſceſſumque fecerat, in

[q]uo puris albi unciæ fere rreslatebant: Abſceſſus labia rubeſcebant, venæ in tenui mem[b]rana ſanguinis ruborem nigricantem præ ſe ferebant: Undecimo vulneris die cum Epi[l]epſia febricitabat, inde per duos dies naturales totos cum quadrante mediocriter habe[b]at: Tandem XIV. morbi die paroxyſmo febrili (mitiori tamen quam priori) reverſo mori[t]ur. *H. Semetius miſcellneor. lib. x. pag.* 578.

§. 5. Periculum maximopere in capitis vulneribus apparet, in quibus facillime & leviſ[ſ]imo negotio mots ſubſequitur, propter facilitatem inflammationis pericranii & perioſtii, [e]x quibus oritur inflammatio membranarum ipſius cerebri, quo facto crebro mors immi[n]et: Quare conſulit *Hippocr.* l. de vulneribus imperans vulnera capitis, etiam levia, non eſſe [c]ontemnenda, experientia edoctus mortem facillime hujuſmodi vulnera comitem habere, [u]t pluries experti ſumus, & præcipue in quodam Coquo, qui cum à puero vulnus leviſſimum [&] nullius fere momenti recepiſſet, ſeptima die convulſus obiit.

Reſcrato capite, è directo vulneris paucam nigredinem, penetrantem duram & piam [m]eningem vidimus uſque ad corpus calloſum. *Dom. Panarolus Pentec. iij. Obſervat. cxxvij. p. 39.*

§. 6. Quendam vidi leviter ſauciatum ſummo vertice, in quo exiguum abſceſſum infra [ſ]ubſtantiam cerebri prope nervorum exortum reperi: Is avellanæ nucis molem vix æqua[b]at: Semeſtre poſt inflictum vulnus obiit, ægro valetudinem obtinere nuſquam conceſſum. [H]inc diſce *temerariam* eſſe non debere vulnerum cerebri *prognoſin. Pet. Pigray Chirurgiæ lib. 4. cap. 0.*

SCHOLIA.

T*Emerariam prognoſin*] In capitis vulneribus admodum cautum eſſe decet Medicum, ob varietatem ſupervenientium ſymptomatum, quibus obviam eundum: Obſervatum quibuſdam temporibus omnia properandum vulnera, parva æque ac magna, lethalia fuiſſe, ob aëris peculiarem conſtitutionem, cognitioni noſtræ imperviam: Annus quidam à me adnotatus, in quo capitis omnibus vulneribus prope ſuperveniebat gangræna, ea ambiens duorum aut etiam digitorum latitudine, quibus accedebat exigua febris, quanquam pauci interirent: Plurima alia vidi nullis manifeſtis ſtipata ſymptomatis, quæ tamen mors fere ſequebatur, quanquam levia eſſent, ſi præſertim febris tertio ab ictu die invaderet: In omnibus tamen quibus lethalia fuere, repertus in ſubſtantia Iecoris abſceſſus. *Idem.*

§. 7. Adoleſcens annorum xvij in ſiniſtro bregmate parvo lapillo à puerulo vulnus recepit: Hic Chirurgo ſtatim ſe concredidit, qui ineptiſſima gravique manu, ac linteis aſperis ſic crudeliter vulnus exiguum actantum curaneum tractabat, ut in dies id magis recrudeſceret & carnem ſanam conſumeret, Puer autem in reliquis omnibus ſe bene gerebat & hero ſuo inſerviebat: Circa 18. diem ab accepto vulnere, ſe ad me contulit patiés, ut luſtrarem quomodo ſe res gereret, huic cutis circumquaque ad cranium uſque ſinuoſa erat, & ſinu quidem vaſto, in quo pus multum continebatur, ex carne ipſa colliqueſcente & humore qui eo ferebatur putreſcente, quod pus tantum exire poterat cum manu premebarur: hoc ipſe videns cavitatem hanc ad inferiorem partem aperiendam eſſe monui, quo putredo & ipſe calor extraneus cerebrum ſuppoſitum non afficeret: Id ſe facturum pollicitus eſt vulnerarius, nullam enim eo tempore ſedem habebamus permanentem, ſed cum exercitu Regio ultro citroque ferebamur: Citca diem 24. accitus ad eum me contuli: febriebat hic jam à quatriduo febre aſſidua, graviter oculos aperiebat, ſoporoſus, oculis tumidis & viribus propemodum dejectis, urinæ ſanæ: Sinus autem adhuc integer erat fœtidoque pure refertus, quod ignarus ille nihil earum quæ juſſeram præſtitiſſet: Hæc omnia cum viderem, non dubitavi cerebrum affectionem jam conflaſſe ex vicina putredine, unde illico cutis & oſſis perforationem adeundam eſſe perſuadebam: At ſtupidus ille cum audiſſet os perforandum eſſe, Niſi febris eſſet, inquit, vulnus facile curam ſuſciperet: xxvj. expiravit:

Iuſſi Calvariam cadaveris aperiri, Annuit vulnerarius, fretus mortem contigiſſe febris injuria, non capitis affectu, cum ſciret os à vulnere ne minimum fuiſſe offenſum: Os quidem integrum omniſque injuriæ expers novit, invenit tamen non parvam puris copiam inter cranium & membranam, quam ex ſupernis partibus ſtillaſſe non poterat non cenſere, vidit & cerebrum totum ea parte liquatum & in pus verſum: quod nullam aliam ob cauſam factum fuiſſe putare debebat quam cervicoſa lethalique ſua ignavia: *Botallus de vulneribus ſclopet. cap.* 18. §. 29.

§. 8. Virgo Nob. cum in choreis incaluiſſet, & capite in poſtem incidiſſet, *vulnuſculum in vertice* contrahit, ubi cutis vix læſa fuit: Illa quia neque dolorem, neque inflammationem ſentiebat

ſentiebat, primo & ſecundo die vulnus, aut potius contuſionem, plane neglexit: Tert die incepit parum dolere, quare *Barbitonſorem accerſivit*, qui raſis crinibus cutem vix læſa animadvertens, Virginem irridebat, quarto vero capitis gravitate & *febricula* correpta e Ego ſexto die morbi ad ipſam vocatus, comperi ipſam delirantem, faciem & oculos inflan matos, & linguam aridam, ita ut ſequenti die de vita diſceſſerit.

Aperto capite ſanguinem ſub cranio collectum, & cerebri membranas inflammatio correptas invenimus, cranium tamen nequaquam læſum fuit. *Fabritius Hildanus cent. Obſervat.* 21.

SCHOLIA.

V*Vlnuſculum in vertice, &c.*] Hinc perſpicuum fit vulnera capitis, quantumvis minima, præcipue quæ circa ſuturas occurrunt, non eſſe negligenda: Infiniti enim ramuli venarum & arteriarum, ex una & altera parte membranarum cerebri, circa ſuturas concurrunt & ſuturis inſeruntur quorum beneficio cerebrum cranio alligatur & ſuſpenditur: Quapropter contuſiones ea in parte facile ad cerebri membranas, magno cum ægrorum periculo, extenduntur. *Hildanus ibidem.*

Barbitonſor cutem vix læſam animadvertens, &c. Familiaris ſæpe error vulgaribus Chirurgis, qui ſi nec tumorem nec inſignem læſionem animadvertunt, ſecuros eſſe ægros jubent ac ſi nihil ſiniſtri ſubſequi poſſit: Inſigne exemplum vidi Genevæ anno 1667. menſe Iulio: Iuvenis, nomine Varinus, cauſarum forenſium Procurator, dum in caupona combibonẽ blaſphemiis in Deum inſurgentẽ increpat, ab eo poculo ſtanneo in ſincipite percutitur: levis inde cutis læſio: Chirurgo ſe committit, qui ſex dierum ſpatio cicatricem inducit, ſuperſtite tamen capitis gravitate, quam robuſtus æger neglexit: poſt trimeſtre inſign dolores ventris ſuccedunt comite diarrhoea biliof: poſtea febris intenſa accidit cum delirio, intra verl ſubſiſtente, comate, vultus rubore, oculis flammei per octo dies cruorem mucoſum, aut pituita perſi ſum, copioſiſſimum ore & naribus effudit, centeſ mo die ab ictu accepto obiit: Iudicium meum fuit & Clariſſimi Medici Senioris Dom. le Clerc, hæc omn ab intempeſtive occluſo & negligentius tractato vu nere contigiſſe, quod capitis apertio demonſtraſſet nobis ejus referandi copia facta fuiſſet.

Febricula] Cur præſente inflammatione membra narum cerebri febricula tantum orta eſt, quæ acut fere eſſe ſolet? Dic febrem hanc fuiſſe ſymptomati cam, cujus focus procul à corde diſſitus erat, ut ſol fuligo ad cor penetraret, putredine in venas non dif fuſa: Quando ejuſmodi in caſibus acuta ſuccedit febris, tunc contingit cum eſſentialis jungitur putrida, humoris portione ad partem dolore affectam & debilem excuſſa.

Observatio VII.

Capitis vulnus lethale ob cranii particulas in ambas meninges defixas, hinc ſubortum Apoſtema Bregmatis ſiniſtri, cum Contuſione dextræ partis cranij, cujus fragmentum membranas penetrabat.

1\.

§. 1. RUricola quidam mediocris ſtaturæ annor. circiter 33. cum arborem altiorem ceraſa decerpendi gratia aſcendiſſet, ex improviſo de cacumine in lapidum acervum, ad radicem arboris collectum cecidit, atque calvariam, os nimirum frontis & temporum ita perfregit, ut ab hac contuſione & violenta contuſionis ſolutione, meninges, ſeu utrumque cerebri involucrum, non modo graviter diſruptum atque divulſum, ſed etiam mediocris cerebri portiuncula ſimul eliſa fuerit, His ita animadverſis, ſtatim vicini Balneatores vocati per tres ſeptimanas fere vulnus obligarunt, donec vulneratus ob paupertatem in Noſodochium Vlmenſe receptus fuit, ubi poſtea vulneris hujus curatio *G. Riedlin* demandata fuit, qui ſumma per quinque ſeptimanas adhibita diligentia effecit ut cerebrum, ea quidem parte qua propriis nudatum membranis Dei beneficio & naturæ bonitate, nova quadam cuticula membranoſa, proveniente à pericranio interiori, non tantum contectum ac conſolidatum fuerit, ſed & toto illo tempore nulla omnino graviora ſymptomata animadvertere licuerit: Quia vero locis duobus diſtinctis atque latentibus, ſectione demum patefactis, mediocres cranii portiunculæ in ambas cerebri meninges adeo fortiter depreſſæ fuere, iiſdemque tam arcte incubuere, ut oſſcula hæc nulla propemodum arte, neque per ullum Chirurgicum inſtrumentum elevari, atque in priſtinam ſuam ſtationem ſeu locum reſtitui potuerint, tandem ſub finem canicularium accidit ut per latenter abſcedentes particulas, ex utriuſque involucri cerebri compreſſione dolores, ex doloribus humorum affluxus, & ex humorum putredine tandem apoſtema ſubortum fuerit, quod poſtea convulſionibus anſam præbuit, quos paulatim mors ſubſequuta eſt, Non quidem ex vulnere cerebri per ſe ita lethali, ſed ex ſupervenienti accidente factum fuiſſe plane exiſtimo, Quod ex diſſecta & aperta calva innotuit. *Obſervatio. Moſis Heldt Medici Vlmenſis, apud Horſtium Tom. 2. lib. 2. Obſervat. vj.*

§. 2. Nobil. Iuvenis ætatis annor. 23. temperamento calidus & humidus 27. Iulii 1618. nocturno tempore in tumultu publico lædebatur, ita ut vulnus appareret in regione bregmatis ſiniſtri uſque ad os ipſum, quod tranſverſim rimam conſpicuam exhibebat, prope quam de ſubſtantia cerebri portiuncula nucis avellanæ minoris quantitate eximebatur: In altera parte verſus poſteriora contuſio aderat, oſſe bregmatis dextro verſus interiora compreſſo: mox à vulnere & contuſione, forte ſimul & ſemel à diverſis adverſariis factis, vomitus, ingens hæmorrhagia, ἀναισθησία & ſopor p.n. adfuerunt: 28. Iulii, Sopor hic continuabatur, ubi *dextri lateris convulſivi motus* interdum, *ſiniſtri* vero *lateris totalis paralyſis* obſervabatur: Deligato vulnere ſenſus aliquis per clamorem apparebat, ſubinde rurſus ingruente ſomno, qua ratione 29. & 30. Iulii fere in eodem ſtatu permanſit; At 31. Iulii paulo vegetior à ſomno aſtantibus manus obtulit, & ſigna intellectionis exhibuit, nondum auditu & lingua operante: hic clyſtere adhibito, ob obſtructiones à tempore læſionis hucuſque perſiſtentes, alvum laxam reddidimus, unde 1. Aug. loquela primum, abſque tamen auditu, quodammodo ſequebatur, ſed non ſine gravibus convulſionibus Epilepticis interpolatis: At 2. Auguſti jam intellectus quam ſermonis & auditus operationes exactiores erant, pulſu febrili, quam ob cauſam mutationem intra 24. horas prædixi lethalem, qua ratione ſequenti 3. Aug. ante meridiem, recurrentibus iterum animalis facultatis læſionibus, vitam cum morte mutavit.

Demortuo 4. Aug. cranium apertum fuit, ubi vulnus dextræ partis tantum cutaneum uſque ad os cranii deprehendebatur: at contuſio ſiniſtræ partis tanta erat, ut admiratione omnino dignum, quod animalis facultatis operatio euſque ſeſe colligere potuerit: tota enim regio bregmatis ſiniſtri contuſa deprehendebatur, ut cute remota, ſua ſponte octo oſſa ſepararentur, de quibus unum acutius in ipſam ſubſtantiam cerebri, per utramque meningem impreſſum inveniebatur: Ab hac contuſione rima ſub vulnere prædicto ſuam originem habebat, & ad auris uſque os petroſum in latere ſiniſtro progrediebatur. *Greg. Horſtius Tomo 2. lib. 2. Obſervat.* 1.

SCHOLIA.

D*Extri lateris convulſivi motus, Siniſtri totalis paralyſis.*] Quidam, ut *Caſſius & Aretæus*, ſtatuerunt nervos in exortu ſuo ita implicari, ut dextri ſiniſtrorum, & contra ſiniſtri dextrorum partes perreptent, ſeque mutuo interſecent: Hinc ergo facile reſpondent cur dextris quomodocunque affectis, ſiniſtri vel convulſionem vel paralyſin patiantur. (*Quam opinionem quoque tuetur Proſper Martianus comm. in Hippocr.*) Sed optime hæc ipſa αὐτοψίᾳ refutantur, quia reclamat obſervatio Anatomica: Alii non ad nervos, ſed ad plexus arteriolarum reſpiciunt, quos ita quoad dextram & ſiniſtram partem implicari ac divaricari volunt, ut facili negotio poſſit fieri materiæ denegatio vel tranſmiſſio: hinc igitur dextra laborante ſiniſtram reſolui ſtatuunt, propterea quod illi ſpiritus jam non amplius tranſmittantur: Sed hæc opinio ſuis tutoribus relinquitur, tum quod vaſa arteriarum & venarum, quoad utramque partem non ita inter ſe implicentur quemadmodum præſupponant, tum etiam quod ſpiritus animalis, qui ſenſus & motus author eſt, non per arterias ſed per nervos diſtribuatur. Relinquitur probabilis reſponſio *Laurentii* lib. 10. qu. 6. ubi inquit, Poteſt è vulnerata parte dextra ichoris portio κατ' ἴξιν in ſuperiorem ventriculum dextrum decumbere: ab eo in ſinum tertium, qui communis eſt cavitas: in eo ſinu qui continetur humor velut in centro eſt cerebri: quare ſi formæ elementaris motum ſequatur, in decliviorem partem decumbet: at ſanæ partis ſitus declivior eſſe ſolet, decumbit enim æger in ſanum, non in latus ſaucium, doloris metuens: Quid ergo impediet quo minus è tertio ſinu in quartum, & ab eo in ſpinalem medullam, è diverſo percuſſæ partis, interdum decumbere poſſit humor, unde paralyſis? Afferri poteſt & alia ratio, quod per vulnus natura excrementitium humorem excernere ſoleat, tum per fluxum ſanguinis, tum per medicamenta, quæ trahunt hauriuntque humorem, ita vt bene expurgetur pars affecta: at oppoſita pars quæ non expurgatur, facile afficitur, vel per ſympathiam, vel materia ad eamdem tranſmiſſa ac decumbente: *Gul. Ballonius*, libello de convulſionibus, plures recenſet cauſas: Quibuſdam, *ait*, videtur id fieri propter ſpiritus & ſanguinis partis ſanæ conſumptionem, idque ob inflammationem ſauciatæ partis: Et credibile eſt partis ſanæ naturam ſedulam ac ſui diligentem ſuas copias ac ſuppetias ad partem læſam miſiſſe, unde ea pars ſana poſtea paupertate ſpiritus & ſanguinis laborat: Hujus rationis author aliam & rationem adſtruxit: Ait enim convelli partem ſanam, reſoluta ægra, per tranſlationem humoris morbifici à parte læſa in ægram ſanam: hic enim humor cum teter ſit, in cerebro aut convulſionis aut furoris occaſio exiſtit: Si vi naturæ in faciem effunditur, eryſipelas promovet, quod ſolutionis morbi & vitandi periculi cauſa obſervatur: Sin pars fruſtra nititur excutere illam ſaniem & virus, concuſſione fruſtra tentata, motu convulſivo id extundere ac exigere nititur: Et cum in vanum id fiat, conſternatur natura, ac victa morboque ſuperata procumbit: Aliis æquius eſſe videtur ſi ad ſimplicem ſympathiam, quæ ſine materia fit, ſaltem analoga confugerint, cum conſenſus ſit dextrarum partium cum ſiniſtris: Verum omnibus diligenter ſubductis, rationi videtur affinius, ut convulſio partium ſanarum ad extremum potius naturæ conatum referatur, Eſt enim parti ſanæ, incolumi & à læſione tutæ, vi & neceſſario occumbendum, id quod citra manifeſta argumenta reluctantis naturæ fieri nequit: Itaque cum capite ſaucius, particula tantum læſus ſit, cætera vero ſanus, mirum non eſt ſi motibus quibuſdam inordinatis natura ſeſe tueri velit adverſus inſtantis mortis & diſſolutionis impetum, & quoad ejus fieri poteſt obſiſtat. *Videatur dictum Ballonii commentarium, ubi fuſe ea rationes ad examen revocantur.*

OBSERV.

Observatio VIII.

Capitis vulnera ſequuta cerebri ſubſtantiæ *& ventriculorum* putredo. 1. *Temporis de lethale ob factum* Abſceſſum *in cerebri penetralibus.* 2. *Occipitis, ob Fiſſuram in inte oſſis parte, & ſequutum* Abſceſſum. 3. *Caſus lethalis ob ſequutam* cerebri ſuppura nem & ulcus. 4. *Vulnus rotundum & anguſtum juxta ſuturam ſagittalem lethale ſequutam* putredinem dimidiæ partis cerebri *&c.* 5. *Cicatrice jam obductum leth ob* cerebri partem putrefactam. 6. *Lethale ob ingens in cerebro* Apoſtema, *ſ batur curatum.* 7. *Faciei à ſclopeto inflictum leth. ob læſionem meningum & ſiniſtri cere principii necroſi affecti.* 8. *Occipitis & verticis ictus lethales ob* Abſceſſus *in cerebri ſtantia genitos:* 9. *Occipitis à ſclopeto, ob ſanguinem circa baſin cerebri effuſum, ac cere ſyderationem.* 10.

§. 1. Aperui quam plurimorum in capite vulneratorum cerebra; in quibus pluſq cerebri partem dimidiam undiquaque putrefactam, Ejuſdem lateris ventri lum pure fœtido, viridi & craſſo refertum, Atque in cerebrali ſubſtantia apoſtemata p diſſima deprehendi. *Coiter libello Obſervat. Anat. & Chirurgic.*

§. 2. Dom. de Villeneuve catapultæ ictu *circa Tempus dextrum læſus eſt* inſigniter: Ef ctum os partim Temporis dextri, partim frontis: Occalluit tandem pars longo tempo Cum Londinum veniſſet, *ſpeciem quandam pareſeos* in parte eadem, nimirum in brac pati viſus eſt: tandem venit Lutetiam: ſexageſimus aut ſeptuageſimus dies exactus erat plene reſtitutus & ſecurus videretur: Cum vino *Venerique* paulum *indulgere vellet*, do in veteris vulneris loca obortus eſt: intolerabilis erat, inquies, vigiliæ, dolor lancinans, le deliria, intra verba ſolum: ſebris aſſidua, omnibus proviſum remediis, Denuo aperta ci trix, nil profectum, dolor mox in parte antiqua ſæviebat, mox in alteram partem, ve deſultorius redibat, comatoſus factus, mors.

Aperto cranio, neſcio quæ ſanies, ſed exigua, in parte, in qua dolor fixus videbat apparuit: ſed in cerebri penetralibus abſceſſus erat, à quo credibile manaſſe ſaniem t ſævi doloris parentem. *Gul. Ballonius Epid. & Ephem. lib. 2. p. 251.*

SCHOLIA.

Cum veneri indulgere vellet.] Quam noxia ſit venus in capitis vulneribus demonſtrat *Fabritius Hildanus* cent. 1. Obſerv. 19. Exemplo Iuvenis, qui vulnere afflictus capitis, & pene ſanatus, ex veneris intemperantia in febrem lethalem incidit: Non minus periculoſum eſſe vulneratis nervis oſtendit idem ibidem obſervat. 22.

Speciem quandam Pareſeos.] Hippocr. prognoſt. eſt in Coacis *Quibus Tempora ſecantur, iis ex adverſa ſectionis parte convulſio contingit*: *Iacotius* comm. in Coacas duas cauſas reddit, unam quidem naturalem muſculorum motum; alteram evaporationem & saniei ſuppreſſionem, quæ cerebrum tens ſpiritus animales diſſipat torporemque indu principia vero nervorum afficiens, in parte quic oblæſa reſolutionem, in ea quæ vero integra convulſivos motus excitat: Clarius Fabritius H cent. 2. Obſerv. 8. Dum oppoſitus muſculus, partis ſanæ, fungitur officio ſuo, maxillam a trahit, læſus vero, quia interim quieſcit, fit ut r xilla verſus partem ſanam non ſine maximo dol & vitæ diſcrimine trahatur: Interim tamen aliq putridi vaporis communicari ex convulſione b chii apparet.

§. 3. Miles acinace fauciatus fuit in poſteriore capitis parte, cum læſione oſſis occipi Die xxiij. obiit Interna oſſis fiſſi ſuperficies corrupta apparuit, Et Abſceſſus magnus ſiniſtro cerebri latere latitans. *Vide lib. 1. tit. de Paralyſi.*

§. 4. Anno annos xvj. puer Nobilis Herbrorum gentis decem annorum, hyberno te pore cum æqualibus pleno, ut ſolent, curſu glaciem tranſmittendo, in caput cecidit, un paulo poſt ille *Febri* correptus eſt, Advocatis Medicis, omnem in curanda hac febre d gentiam, ac fruſtra impenderunt, xi. die puero fatis concedente.

Demortui cranio aperto, ulcus cerebri ovi magnitudine deprehenſum, quo diſſect aqua fœtida promavavit. *Obſervatio Tobiæ Cneulini Medici Auguſtani.*

§. 5. Bononiæ quidam ab equo calce vehementer percuſſus in capite, juxta ſutura ſagittalem vulnus accepit rotundum & anguſtum, ad cranium vix penetrans, Ob perc ſionis vehementiam *Arantio*, Chirurgo feliciſſimo, offenſionis cerebri ſuſpicio oriebat quare inciſa capitis cute in formam crucis vel x. literæ, os detexit, quod etiam tereb perforavit ad interiorem fere laminam uſque, nam ob ſanguinis effluvium profundius p netrare nequivit: 2. die rigor febrilis, quem ſequebatur æſtus, ſupervenit: A princip

co

nqueſtus eſt de capitis, præcipue de colli intenſo dolore laſſitudineque brachiorum: bri quartanæ, qua ante diu laborarat, rigor; brachiorum laſſitudo, caſui; colli dolor, ntorſioni inter cubandum aſſignatus eſt: Paucis diebus poſt facta evacuatione & ſangui- ; miſſione, febris omnino remiſit, mitiora ſunt reddita omnia ſymptomata, *nunquam* men *vulnus mihi placuit*, erant enim vulneris labra tennia, ſqualida, depreſſa, flaccida mali coloris, minime (ut in non lethalibus vel non periculoſis) ſubdura & tumida, ediocriter, abſque inflammatione tamen, & vividi coloris: xix. die acceſſit rigor, & m eo maxima atque violenta inferioris maxillæ conquaſſatio, *vomitus bilioſus*, ſingultus, pitis ingens dolor, inquietudo, delirium, vigiliæ, facultatis ventriculi retentricis imbe- litas & colli rigiditas: Rigor erat frequens, inordinatus, abſque calore comitante, ut in artanæ rigoribus contingit: ſequenti die, excepta colli convulſione; inquietudine, axillæ concuſſione, omnia ſymptomata multum remiſere, & tandem mortuus eſt.

Apertum fuit caput, & invenimus putredinem dimidiam cerebri partem occupaſſe; in nтriculo laterali & medio, qui tertius dicitur, plurimum tum puris tum aquæ ſubrubro lore tinctæ vidimus: dura membrana fuit integra, & è regione vulneris aliquo uſque pera à cranio, accreverat in illo loco membranæ caro laudata, quæ etiam cranii foramen oturarat, *Coiter in Obſervat. Anatom. & Chirurgicis.*

SCHOLIA.

HOc idem in multis ſimilibus vulneribus inte- remptis deprehendi; unde periculoſiora penes : ſunt cranii vulnera, in quibus integra cute cete- um læſum eſt, vel ubi ſub dura membrana læſa na vel arteria (quod levi de cauſa contingit) ſan- inem effundit, quam ſi ſimul membrana ſit vulne- a: Si quidem horum plures atque illorum vidi cu- os, nam membrana dura cerebri ob ſuam denſita- n atque craſſitiem, nec ſanguinem emiſſum, nec s ſub ea genitum emittere poteſt: Hac de cauſa i reprehenſionem & calumnias metuerem, in gra- bus & periculoſis capitis vulneribus, ubi vel con- ſionis capitis, vel perrupti vaſis ſub membrana ma- feſta haberentur ſigna, auderem hanc durã cerebri embranam perſcindere: etenim ut in omnium, ſic horum vulnerum curatione, præcipuum eſt per- ere ut vulnera optime expurgentur, nam omne od tangitùr à putrido putreſcit. *Idem Ibidem.*

Vomitus.] Vomitus in læſione capitis aliquando gumentum debet eſſe ad majorem cautionem quam l concludendum de fracto cranio: Et hoc notan- um eſt, quia multi hac in re hallucinantur: Sic ultis de cauſis poſt caſum aut ictum poteſt vomitus ccedere, & tamen non erit fractura ulla: Servus . cecidit in caput, vulnus factum, vomitus ſatis frequens, nil tamen cranium læſum erat, Recens erat cœnatus: *Ballonius Epidem. lib. 2. pag.* 215. Contingit vero ejuſmodi in caſibus vomitus per ſympathiam affecta dura meninge, quæ quamvis motu careat, cum plurimis in locis cranio firmiter alligetur, probabile tamen eſt eandem in partibus quibuſdam aliquando ſaltem contrahi & corrugari: Certe in ſternutatione contrahi ipſam & remitti extra dubium eſt: Hinc cum ab hujus læſione vomitus aut motus convulſivi in viſceribus aut membris ſuc- cedunt, in cauſa eſt hæc membrana, quæ alicubi contracta aut diducta, eodem ſpaſmo molem intus contentam implicat: Singultus eidem cauſæ aſſig- nandus: Quod & accidit compatiente cerebro ven- triculi orificio per nervos ſextæ conjugationis.

Nunquam vulnus mihi placuit.] Inter ſigna quæ mortem præſagiunt, cum Medicus videt febrem, & aliquod malorum accidentium, cum depreſſione labiorum vulneris, & malo colore ſine ſanie, arguat indubitatam mortem: Et ſi videat denigrationem oſ- ſis, quæ non removetur ferro eam fricando, ſignum eſt quod non ſit ex Medicina, ſed arguit ſaniem ma- lam & corruptam ſub cranio, quę ſi corrupit os, etiam corrupit panniculum: Præſentibus ergo ſignis præ- dictis ſignis prædicetur mors. *Berengarius cap.* 13.

§. 6. Miles haſta læſus in ipſa cerebri ſubſtantia, cicatrice obducto vulnere, & eductis uamplurimis oſſium fragmentis, ſeptem & ultra ſeptimanas ſanus aliis inſerviebat ægris: 1 octava vero convulſus cum moriebatur, cauſam ſubitaneæ mortis intueor, Vnam erebri partem corruptam, putridam (viſu admirandum) imo conſumptam & in putre- inem converſam vidi. *Obſervatio Samuelis Coſteri Med. Amſtelodamenſis.*

§. 7. E Noſocomio Patavino quidam ex vulnere capitis accepto curatus, ut quidem redebat, certa ſalutis fiducia cum exiret, xl°. à vulnere die morte inopinata defungitur: Cauſa exitii cum variantium opinionibus incerta eſſet, mox aperto cranio evidentius omparuit, ingenti viſo in ſubſtantia cerebri Apoſtemate. *Th. Bartholinus comm. in Padu- bonem A. Severini Exercit.* 3.

§. 8. *Claudius Ruban* Moduno Helvetius, ann. 24. habitus carnoſi, pagi Regnans in Co- aitatu Montbelgardenſi incola, Sabbathi veſpere diei 18. Febr. 1671. ſtatione peracta omum rediturus, itineris non mediocriter forte potum comitem, intra vrbis novæ Montbelgardi portas, aliquot paſſus præcedebar: Expecta me, acclamat ſequens, directa forte jocando) in præeuntem bombarda portatili, vel diſplodam: Dictum factum, & iſploſa bombarda, quam plurimorum conatus tota die explodere non potuerat, vulne- ratus

ratus *Claudius*, ſuper portæ mediæ limine conſiſtens, tota mole concidit : Ab occu rentibus & ipſo reo erigitur, è diverſis in facie locis ſanguine diffluens, ad Chirurgu ductus: Circa horam I. pomeridianam à S. P. juſſus illum adivi: Vocatus Chirurgus cl vum diſploſorium, dimidiam digiti minoris partem longum oſtendit, quem à poſterio temporalis muſculi dextri latere, immediate ſupra os jugale ſuo apice, (ut in vulnus ir truſione oſtendebat) ad oſſis maxillæ inferioris apophyſin adactum extraxerat: Expon inſuper ferreæ mineræ globulos octo rotundos, quos e malæ ſiniſtræ totidem vulneribu avulſerat : Horum unum infra os jugale penetrabat, alia paulo inferius perſperſa oran digitum tranſverſum plus minuſve profunda: Imperitia Chirurgi phlebotomia prætermiſſ fuerat : quare præmiſſo clyſtere e brachio ſiniſtro vena ſecta eſt : Succeſſit brachii ſiniſtr paralyſis: circa horam I. matutinam, quæ diei 5. initium erat, aphonus & veternoſus factu eſt, crus ſiniſtrum reſolutum, acceſſerunt ſudores copioſiſſimi, animi deliquia ſine febre hora II. matutina mortuus eſt.

Trihorio poſt mortem elapſo, examinata octo faciei vulnera panniculum carnoſum no perforaſſe, ſed in eo ſubtitiſſe inventum eſt: unicum ad os zygoma, aliud paulo inferiu pervenerat: Aperto cranio, vulneratæ meninges, & ſiniſtri cerebelli principium nigrun & corruptum apparuerunt, & ex ipſius ſubſtantiæ intimis, oſſis ex conico acutum crani forte fruſtulum extractum eſt: In profunditate vulneris, ab adacto clavo diſploſorio, aliud oſſis fragmentum octava parte majus, ex confracta bazi oſſis temporum, in muſculo maſſetere invenimus: Quum cranio repoſito reductum pericranium & cutis conſuerentur vivi lumbrici prægrandes in conſpectu noſtro naribus egreſſi ſunt, e ventriculo illuc aſcendentes, quorum forte inſignis copia ibidem ſtabulabatur. *I. Nic. Binningerus cent. v Obſervat. L.*

§. 9. Ruſticus cœlebs annorum 30. ſanus & boni habitus, ebrius à compotatoribus ſociis aliquot vulnera in occipite & vertice ad calvariam uſque accipit, poſtquam prius verberibus iidem commilitones atrociter totum ipſius caput, nucham & ſiniſtram axillam excepiſſent: Vulneratus prima quidem veſpera vulnera Chirurgo liganda commiſerat, ſequentibus vero diebus, ope neſcio quarum herbarum conſolidantium, ſpreto & valedicto Chirurgo, ad cicatricem fere ea perduxerat, cum nona à vulnere die febris & ſcotomia ſupervenit, & xiv. ſiniſtri brachii ac cruris reſolutio, quibus præſentibus Chirurgum denuo in auxilium & conſilium vocat: Chirurgus neceſſariis adhibitis nihil proficiens, die xxi. rem ad me defert, qua examinata, & cum Collegis communicata, *Trepanum adhibendum duxi:* Divino igitur auxilio implorato, & cute die eadem per chiaſmum ſecta, die ſequenti xxij. cranii perforationem, *non obſtante Plenilunio*, modio ἀδάπτοιςω inſtitui, præmiſſo prius clyſtere, capitiſque convenienti inunctione: Exſecto oſſe feſtucæ meningi incumbentes ſublatæ ſunt, & membranæ ipſi mel roſaceum impoſitum eſt: Os vero tectum fuit linamentis ſiccis molliſſimis cum pulvere cephalico, totoque curationis tempore, tam quoad externa quam interna, nil intermiſſum fuit quod ipſa fractura cranii alias requirit: Septima die lethargico ſopore captus, dextri oculi & oris occluſionem crebraſque vomitiones patiebatur, ſequentibus vero melius habuit, emanante per foramen pure fœtido, pauxillo tamen, ac nona quidem pedem movere cœpit, recurrente tamen die 14. ſopore, emanentibus autem vomitibus, venis vero frontis arteriiſque elatis ac turgentibus: xv. nulla nec ad melius nec ad pejus mutatio ſequuta: xvj. verò & ſequentibus ſcotomia major facta, accedentibus oculorum convulſionibus & diſtorſionibus, adeo ut 24. hora 4 pomeridiana, ſine tamen acceſſione aliorum ſymptomatum, animam exhalarit.

Sectione poſt mortem inſtituta, ſanies inventa eſt purulenta in ipſa cerebri ſubſtantia; In dextra occipitis parte, pellicula inſtar abſceſſus contenta, unciarum quatuor: Ipſum cranium plurimis contuſionibus contortum, Matris vero duræ venulæ ſubfuſco ſanguine inſtar picis diſtentæ: hæcque ipſa & pia meninx diſcolores, illæque à contuſionibus læſæ, erant: Saniei autem ſupradictæ globulus alias purulentus, vaſculo carneo incluſus, proxime adhærebat, ut mirum non ſit quod mortuus fuerit: mirum autem ſit quod tamdiu ſine gravibus ſymptomatibus, delirio potiſſimum, ſupervixerit. *I. D. Horſtius obſervat. Anatom.* I.

SCHOLIA.

T*Repanum adhibendum duxi.*) De Trepano non tantum dubitant multi an tutò adhibeatur, ſed & ſunt qui omnino id reiiciant, dum ſtatuunt quamvis cranii fracturam ſine Trepano, ſine cranii apertione curari poſſe: Non diffiteor abſque cranii perforatione multas fracturas cranij, præſertim hyberno

betno tempore, & apud Germanos, quibus non lethales ut Neapolitanis, Florentinis &c. accint, curati poſſe: At non omnes nec ſemper, uti ias ſtatuunt antiqui Hebræi, *Vgo Lucanus*, *Theoricus* aliique, quorum alii internis vulnerariis ponibus id fieri poſſe profitentur; alii vero extrinea medicamenta commendant, ſpreto & rejecto tepano: Aſt ſæpe in cranii fracturis non poteſt moveri materia exſiccanda (loquor verbis Galeni) ſi fiat apertio, ob defectum ſcil. ligaturarum, præcipue ſi ῥῶγμὴ accidat internæ laminæ ſalva mante externa, aut ξυμφορά, quamobrem tunc Chirurgus adhibendus, oſſiſque particula circa fiſſuras eximenda, ut virus egrediatur per viam liberam, ſſe ſcil. amoto. Multæ igitur fracturæ cranii curari oſſunt, & ſæpe ſine apertione, ſi ſimplex φλάσις contingat, ſi ῥῶγμὴ tanta ſit ut materia exire poſſit: ed non omnes, ut notavi jam antea, nec ſemper, quemadmodum D. Iuris apud nos nullis medicamentis externis aut internis menti & ſanitati reſtitui potuit, qui tamen Trepano adhibito ſalvus evaſit: ti etiam Nobilem ante ſexennium Giſſæ feliciter à ae curatum recordor. Quando vero adhibendum, quando reiiciendum? Si certò conſtet cranium non depreſſum, nec ita fractum eſſe ut cerebrum inde lædatur, ſique ſaniei tam exigua quantitas ſit, tantumque naturæ robur vt medicamentis abſumi & diſſipari facile poſſit, & contrarii certa ſymptomata deſint, Trepano non opus eſt: Sæpe enim à conuſione cranium ipſum non læditur, ſed nervus, (quem caſum proponit Hippocr. 58. aph. 5.) aut vena, è qua effuſus ſanguis in ipſa cerebri ſubſtantia putreſcit ſæpe & mortem infert, uti noſtro ægro accidit: Aliquando evenit (inquit Celſus) ut os quidem totum integrum maneat, intus vero ex ictu aliqua vena rupta aliquid ſanguinis mittat, qui concoctus dolores infert oculoſque obcæcat: quo in caſu ſumme conducit phlebotomia & clyſterum vſus: ſæpe etiam interna purgantia exhibentur ſi temperamentum frigidum ſit & phlegmaticum, corpuſque robuſtum ſine febre. Si vero id non certo conſtet, & accedant accidentia mala, inciſio inſtituenda: cum etiam fracto cranio facile feſtucę & ſtultula membranas lædant, ac in ipſo fiſſuræ loco enata humiditas in ſaniem abeat & ad membranas diſtillet, unde communiter interire ſolent qui à capitis vulneribus moriuntur, mature cranium aperiendum ut ſanies exire poſſit, feſtucæ & aliæ res c. n. removeantur, quarum præſentiam febris, vertigo tenebricoſa, ſcotomia, dolores acuti, vomitiunes, ſopor, torpor, paralyſis, delirium &c. nunc coniunctim nunc ſigillatim, pro alia atque alia vulneris, ſubjecti, loci & aeris conſtitutione, indicare ſolent: Febris ſi accidat poſt 7. eo ſcil. tempore quo terminari debebat, concurrentibus ſimul iis quibus *noſter* vexabatur, putredinis in cerebro, meningibus aut cranio certum fit indicium, vel *Hippocr.* decreto, ob quam etiam potiſſimum & nos apertionem moliti ſumus. Idem autem ferè nobis evenit in noſtro ægro quod *Glandorpio* in pugili Bremenſe, alio tamen ſucceſſu, Cum pugili illi graviter in capite vulnerato 3°. die gravia ſymptomata ſupervenirent, & *Glandorpius* ſuſpicaretur materiam intra cranium collectam eſſe, cranium aperuit: Cum vero nihil effluerct per foramen, duram quoque meningem in tumorem elatam ſcalpello incurvato aperuit, quæ ſaniei intra duram & piam matrem contentę maximam copiam emiſit, qua ipſa hoc modo evacuata, & adhibitiis ſimul neceſſariis aliis, æger ſanitatem priſtinam recuperavit: Ita etiam in noſtro ægro exigua portio ſaniei per foramen exivit, ut non potuerimus non exiſtimare intra tunicam, aut ipſam cerebri ſubſtantiam anguem latitare: Ipſa quidem apertio in decliviori parte, uti par eſt, lateris dextri, juxta ſuturam lambdoideam facta eſt: In decliviori inquam, non in inferiori, cui loco os ſubtrahere maximum periculum pronuntiat *Nicolus*, *Berangarius* vero contrarium aliquoties ſe vidiſſe probat: Nec etiam magnum foramen factum eſt, uti alias in vertice fieri ſolet.

Non obſtante plenilunio.] Cum *Celſo* plurimi vltra quartum diem Trepanum haud differendum putant, alii contra cum *Mercato* omnino differendum putant, quod ſub initium materia non ſit fluida, ac meninges p. n. ſint inflatæ, uti alias in plenilunio ſ. n. eſſe ſolent: Nos vero die 22. adhibuimus Trepanum, ac Luna quidem turgida: Vtilis eſt Aſtrologia Medico, ſed non neceſſaria ſemper; uti enim ſub quovis cœli ſtatu purgandum quandoque corpus venit, ita etiam vena ſæpius ſecanda, cranium aperiendum, ferrum & ignis adhibenda ſub quovis cœli ſtatu, ſi ſcil. electitium tempus non detur, ſi morbus non ferat moras: Noſtrum igitur erit potius, inſtar *Guidonis Brucenſis*, brumali tempore, trium horarum ſpatio plantas inſtrumento, loco ſolis operante producentis, obſtantibus & maleficis ſyderibus, calori & frigori peccanti inde emananti, corporiſque noſtri adverſiatibus & inſequentibus incommodis obviam ire, quam ægro remedia ſubtrahere ad benigniores remotos & diſtantes Planetarum aſpectus, frigidiorem aut calidiorem aeris clementiam, Lunæque deliquium, præ quibus ſæpe moriendum eſſet ipſi ægro.

Quod tamdiu ſine delirio ſupervixerit.) Admiratione dignum eſt quod omnis delirii ſpeciei expers fuerit, & quod tam longiſſimum tempus vitæ natura dederit, 46. ſcil. dies? An quod ſubſtantia ſaltem læſa fuerit, non ſpiritus non ipſi nervi? Et quod ægri quandoque ad aliquot menſes ſupervivant, etiam ipſis meningibus læſis, teſtantur *Pavv.* in lib. Hipp. de vulneribus, etiam ſine delirio, referente *Valleſio* comm. in libr. 5. Epidem. Antiqui non credebant Cerebrum inflammari poſſe, at hic caſus eos refutat, ut & *Galen.* 2. de ſymptom. cauſis cap. ult. *Paulus* lib. 3. *Avicenn.* *Salius* & alii, quotuoi tamen pleriquc delirium adfuiſſe teſtantur: Sed nec in membranarum, nec in ipſius cerebri inflammatione, ſemper adeſt delirium: Illud olim probavit Nerei filia 5. Epid. titul. 47. & æger in Dealcis horto decumbens: Quod vero ipſius cerebri inflammationem ſpectat, ea quandoque non delirium, ſed ſenſuum obliterationem, tremulas & obſcuras deſipientis, ex 1. *Prorrh.* 33. periculoſiores tumultuariis infert, ſi ſcil. non ipſi nervi, nec ipſi ſpiritus conſequenter afficiantur: Non ſemper vero læſum cerebrum ſequitur delirium, nec ſemper ipſa mors neceſſario, tertio die, niſi cerebrum ſyderatum ſit: Syderatum autem eſt me judice, ſi id læſum aut vulneratum & inflammatum eſt, ut ſpirituum animalium tam fixorum quam mobilium conſtitutio præternaturalis fiat: ut illi ipſi ſpiritus, tum fixi tum mobiles, non ſint temperati, tenues, puri, lucidi, & ordinati, nec certo quodam ac regulari modo moveantur. *Idem.*

§. 10. Iacobus

§. 10. Jacobus Bexius ictus à ſclopeto in occipire, concidit protinus in terram, fo vix læſus, ſed intus tam vehementer offenſus ur inciderir illico in febrem ac graves co vulſiones: Quibus permoti, perſoravimus conſeſtim calvariam, licet extrinſecus null egiſſet rimas: quo auxilio elicuimus quidem ſanguinem ſupra cerebri membranas effuſur attamen, neque feſtina hæc acceleratio, neque remedia ſatis maturæ adhibita rantu potuere, in præcipiti hoc periculo, quim nihilominus ſexro die perierit æget.

In cujus capite terebram dum circumagerer Chirurgus, vidimus per integrum erupiſſe innumeras ſanguinis gurtulas, cooperientes inſtat roris univerſam calvarian quibus ſpongia aliquoties deterſis repullulare continuo & alias, monſtraturas quaſi d gito nihil naturæ eſſe invium, ſed omnia pervia, neque oſſa ullibi tam ſolida quin per ea l bere permeet tum ſanguis tum pus.

At diſſecto poſt obitum cadavere, licet apparuerit calvaria foris illæſa, oſtendit ta men intus varias fiſſuras, docens ſuo exemplo quid per *Infortunium* ſuum velit *Hippoc.* l. de vuln. cap. Vere enim inſelices ſunt illi ad quorum abditos motbos nec oculi ne mentis penetrat acies. Sed præter occultas haſce rimas, videre fuit prope plagæ lo cum, extimam cerebri membranam non minus lividam quam flacidam, & non uno lo co cruore atro fœde obductam. Ar cerebellum erat plane ſyderarum, ceu vero ſphacelo corruptum, Venæ utique paſſim laceræ, & circa baſin cerebri ac *Rete mirabile*, tantun concreti ſanguinis, ut nullus miraretur occubuiſſe hominem tot calamitatibus circumven tum. *Tulpius Obſerv.2.lib.1.*

SCHOLIA.

C*Erebrum Syderatum.*] Vere naturæ genius aph. 11.3. Coacarum Prænor. Cerebro ſyderato, alii quidem tertio, alii vero ſeptimo moriuntur die: illos autem ſi effugerint, ſervantur: At quibus ex his diſſectis invenitur os diſſociatum illi pareunt: Qua circumlocutione deſignatur proculdubio principium corruptionis: licet ſphaceli vox latius ſeſe extendar: qui enim ſervaretur alias aliquis poſt diem 7. etenim quod ſemel integre emortuum, id reviviſcir nunquam, quippe à privatione habitus denuo comparari nequit. Sed quid ſibi vult os diſſociatum? *Δυσνὸς τὸ ἰσίον*? Annon corruptionis labem vitiatæ calvariæ communicatam? cujus indicium fecit in hoc ægro diſſoluta illa oſſis laxitas, à qua promanarunt guttæ ſanguineæ, præter conſuetudinem terebranti Chirurgo oblatæ, non ſecus ac gangrænam præcedit aquoſa curis veſica, & ſphacelum gangræna. Quaſi diceret vir inclutus, Si quidem à cerebri vitio eatenus immutetur os ipſi proximè impoſitum, ut diſſoluta compage diſcedat evidenter a naturali ſua ſoliditate (quod in hac calvaria evidenter factum) actum erit de vita, & neceſſe hominem mori à tam deſperata corrupti cerebri conditione. *Idem.*

Rete mirabile] In brutis pleriſque exiſtere mirabile illud Rete, præſertim in quadrupedibus, plurimi concedunr Anatomici: An vero in homine tale reperiatur quale deſcribit *Galen.* lib.9. cap.4. de uſu partium, ambigitur. Quidam enim manifeſtum aſſerunt, alii obſcure ac tantum ejus rudimenta conceduut: alii novum, atque diverſum à Galenico fingunt: nonnulli illi plexum choroideum ſubſtituunt: Varias ſententias qui ſcire deſiderat, conſulat inter cæteras Cl. *Guern. Rolfinckius Diſſert. Anatom.* l.6.c.34. & ſequ.

Perforavimus confeſtim calvariam] Quamvis ferramenta plerumque adhibeantur calvariæ vel fractæ vel fiſſæ, conveniunr nihilominus etiam integræ, præſertim ſi metus ſit diſruptarum venarum: educitur quippe ba*c*tratione non tantùm ſanguis effuſus, ſed impediuntur ſimul inflammatio, putredo, delirium, febris aliaque ſimul exitialia ſymptomata: quanquam ſcopum hunc non ſemper attingat ars, ut oſtendit allatum exemplum.

Observatio IX.

Vulnus capitis cum Dedolatione lethale, ob pus inter utramque meningem collectum. 1.
Ob Fracturam cum Dedolatione, ſequutumque Apoſtema cerebri. 2.

§. 1. Miles Hiſpanus in Capire vulnus acceperat cum oſſis Dedolatione, primis 4. diebus ſat bene habebat, ſtatim tamen initio ſanguis ex arteria impetuoſe profluxit, ut vix triduo exacto ſiſti poruerit. Poſt terebrato cranio plurimus ſanguinis extravaſatus eductus eſt, & uſque ad vii. non male habuit, qua tamen ſtatim vomitus ſupervenit copioſus: ſubſequuta quoque eſt oſſis denigratio uſque ad x. qua alius Chirurgus ſuperveniens Empiricus, tollendæ nigredini aluminis parum oſſi inſtravit, ſed magno ægri nocumenro, ſubito enim partis affectæ, quæ dextra erat, Paralyſis, ægro etiam auram quandam à pollice pedis uſque ad ſuperiores partes elevatam, ſentiente, & reſolutioni paulatim progredienti, deliriis frequentibus adjunctis: Die xiv. qua novilunium inciderat, inſignis mutatio facta, & *defluxio à capite* ad partes interiores ægrum erectum & quaſi ſtrangulatum è vita ſuſtulit.

Secto cadavere, ex cerebro per os411 bilioſa multa prodibant, ex naribus purulenta cum impetu, nec non mucoſa & ſanguis plurimus intra meningem duram & calvariam collectus extra venas. Ipſa dura meninx, qua plaga erat, puris acrimonia eroſa & plane marcida

parebat: *Venæ* autem cerebri & cerebelli ſanguine refertiſſimæ, ita ut minutiſſimas quaſque, ceu *nigriores*, facile conſpicere licuerit: hæc ramen omnia evidentiora in parte affecta ſe offerebant oculis quam altera. *Ioh. Vldaricus Rumlerus Obſervat.* 17.

SCHOLIA.

V*Enæ nigriores*] Aluminis vi adſtrictioria repreſſis humoribus & ſanguine.

Empiricus tollendæ nigredini] Si panniculus, & non eſt nigredo à Medicina, ſed quia corruptus eſt panniculus, tunc medicus arguat mortem: Nota tamen quod poſſit contingere ut Os ſit nigrum, & non à medicina, nec ob corruptionem factam à ſanie inter os & panniculum, & non ita periculoſum erit ut ſupra: Quia contingit ut contundatur cranium in aliqua parte venoſa cranii, aque rumpantur venulæ illæ quæ ſuot in poroſitatibos cranii, & fractura non penetrabit interiorem tunicam cranii, & ſanguis in medirullio cranii, id eſt in poroſitatibus & ſpongioſitatibus ipſius putrefiet, & ita fiet nigredo in oſſe, quæ non removebitur levi fricatione cum ferro: Itaq; cum Medicus videt talem nigredinem cū qua ooo ſint ſæva accidentia, ſit ſollicitus in aperiendo os, & in removendo omne quod denigratum eſt, ne illa corruptio deſcendat, poteſt enim ſanari, ſi vero mora interveniat ſuccedet malum. Sane poteſt forte ſanguis ille à medicina exſiccari, & maxime in eapire mundo & obediente, os tamen illud denigratum neceſſario cadit, i. e. natura expellet, & à ſanie & à medicinis: vel Medicus debet removere uſque ad partem ſanam cum raſpatorio vel alio modo: Tutius tamen eſt aperire donec removeatur totum os dubitatum & cauſa nigredinis tollatur, ſi poſſibile eſt: Nam ſi eſt à ſanie vel panniculo corrupto, facta apertura poteſt expurgari ſanies, & ita forte ſanabitur, poteſt etiam mundificari panniculus. Quia pluries ego vidi panniculum derectum in notabili quantitate, & alteratum in ſoperficie, ubi cum mundificantibus proceſſum eſt, & ægri ſanati ſunt. *Berengarius cap.* 13.

§. 2. Ruſticus conſiſtentis ætatis, robuſtus, in capire quinque accepit vulnera cum fractura & dedolatione oſſis. Is terebratione, quæ tamen neceſſaria erat, inſtituta non amplius convaleſcens, undecima obiit *continue febricitans*, quod ſignum erat apoſtematis in cerebri ſubſtanria enari, quod tamen in diſſecto nondum ſuppuratum aut maturum repertum eſt. *I. Vdalricus Rumlerus Obſerv.* 33.

SCHOLIA.

T*Erebratione quæ neceſſaria erat*] Terebrationem, ubi neceſſaria viderur, aliquando cum ſucceſſu omitti oſtendit Excell. *I. Iac. Wepferus* Exercit. de Apoplexia p. 340. exemplo ſomnambulonis cujuſdam, cui ex caſu cranium fiſſum cum collectione ſanguinis ſub eo: Itali, *ait*, aliique locorum calidiorum incolæ protinus Trepanum arripiendum ſtatuiſſent, idemque Exc. D. D. Burgovverus facturus erat, niſi æger & adſtantes ab auxilio his in locis inſolito abhorruiſſent. Itaque aliis remediis ſanguinis ulteriorem profuſionem intra cranium prohibere & jam extravaſatum abſumere annixus eſt. Venæ reperita ſectione ſanguinis copiam imminuit; ejus motum, à caſu & à grumis, hinc inde in roto habitu incendium capientibus (artus enim mire erant conquaſſati) perturbatum & impetuoſiorem factum coercuit, venaſq; ſanguinis quantitate aliqua derracta quaſi famelicas reddidit, ut avidius effuſum reſorbuerint, quorſum etiam pertinuit victus tenuis & refrigerans: Exbibita Tinctura tranmatica, & foris applicitis ſacculis herbis cephalicis farctis & in vino coctis, ſanguinem extravaſatum in grumos abiturum ac putrilagine ſua graviora damna allaturum, ita diſpoſuit ut vel vaſa ſanguifera, vel glandularum poros denuo ſubintrare potuerit. Idque fecit non ſine felici ſucceſſu nec ſine exemplo, cum etiam ab aliis citra cranii perforationem idem non rato ex voto præſtitum ſit: Sanguinem extravaſatum in auras renues abiviſſe & halitus inſtar evanuiſſe credere nequeo, obſtitiſſet enim cranii craſſities & duræ meningis denſitas, ob quam pertinaciſſime etiam aquam meram in hydrocephalis detinet, ut nullo ingenio citra inciſionem, periculi pleniſſimam, auferri poſſit: Quotidie obſervamus in teoellæ ætatis puellis tumores in fronte ad dimidii ovi gallinacei magnitudinem, ex forti alliſione aſſurgentes & atroliveſcentes à ſanguine ſuffuſo, protinus admoto frigido ferro ſubſidere, aut repercuſſione hac in principio neglecta, applicito carnis calefactæ fruſtulo, paucarum horum intervallo citra manifeſtam evacuationem evaneſcere. Alias quoque in praxi animadvertimus pulveribus contra caſum, unguentis potabilibus, ex quorum numero Tinctura Traumatica eſt, decoctis Traumaticis grumoſum ſanguinem diſſolvi, partimque intra vaſa ſanguifera reſorberi, partim ejus excretionem facilitari. Quidam priapo tauri primum à cervice ad imas ſuras, poſtea à ſterno ad tibias percuſſus, paulo poſt difficulter reſpiravit, circa præcordia ſumme angebatur, tormina ventris patiebatur, cum dolore primum miogebat, & tandem aliquandiu urina ſubſtitit. Cruorem tuſſi, vomitu, cum fæcibus alvinis & urina egeſſit; Tinctura Traumatica aliquoties aſſumpta, & foris grumos diſſolventibus & victu tenui perſuaſo convaluit.

Deſcriptio Tincturæ Traumaticæ.

℞. Butyr. majal. ℔iii. liquefiant lento calore in vaſe terreo vitreato ac deſpumentur, adde flores, & folia herbar. rec. quarumlibet perfectam maturitatem adeptarum ac minutim inciſarum, ſcil. herb. chærefol. petroſel. ana man. ii. plantag. utriuſque, naſturtii aqu. anagall. beccabungæ, ſolani, meliſſæ, virgæ aureæ, pentaphyll. veronicæ, biſtortæ, nicotianæ, Salv. nobilis, hyperici, centaur. min. ana man. ʒß. digerantur io loco tepido, & quotidie bis terve bacillo agitetur, donec herbæ omnes acceſſerint: poſtea coquantur lento calore, & fortiter exprimendo colentur: colaturæ indantur lumbricorum terr. aqua plantag. & aceto, ubi lotorum & minutim conciſorum ſeſcuncia: iterum coquantur lento calore ad conſumptionem ſuccorum; percolato admiſceatur mellis deſpumati libra una; ſervetur in vaſe terreo vitreato: datur drachma una, vel etiam duæ ſeorſim, vel in juſculo ſolutæ, quoties ſuſpicio grumoſi & congelati ſanguinis obvenit: Quin etiam in principio Pleuritidis commode datur.

Quod ſignum erat apoſtematis] Apoſtematum ſigna, incipiendo à calidis, ſunt hæc, continua febris, cujus calor non eſt multum fortis ſub tactu, facies & caput reliquo corpore calidiora, mentis alienatio, vigiliæ, nonnunquam ſomnus accidit à quo æger excitatur cum clamore & ſaltu, linguæ nigredo, aſperitas, fimbriarum collectio, oculi lacrymantes, quandoque ophthalmici quando ſicci.

Cu-

Cui ſanguineum accidit Apoſtema, inſunt prædicta accidentia cum viſu, ſopore, & oculorum dolore, garrulitate, ineptia, febris eſt intenſior & faciei color rubeus. Cum ex cholerico humore, faciei color ad croceum declinat, inſania comitatur, ſaltus, caloris tactus eſt acutus & purgens. Si ſit aliquid melancholiæ mixtum, fiunt ineptiæ, garrulitas, timor & fletus: At ſi adeſt notabilis phlegmatis admixtio, fit obſtupefactio non continua: In iſtis tamen omnibus pulſus eſt debilis, parvus & durus, & varietas multa anhelitus, ſpiritus quandoque anguſtia, ſtomachi ſubverſio, & tument ad ſenſum panniculi, & exeunt per fiſſuram cranii colorati colore materiæ, & efficiuntur immobiles. Apoſtema vero frigidum capiti eveniens eſt à prædominio phlegmatis. Signa ſunt febris modica, debilis, ſtupefactio, ſopor: ægri vix ad interrogata reſpondent, frequens eſt oſcitatio, mentis confuſio; os apertum claudere obliviſcitur, aliquibus eſt ventris ſolutio phlegmatica, & interdum conſtipatio ventris, & eorum urina ut aſinorum turbida eſt, tremor extremitatum & ſudor, & facies livida & tumida, magnus pulſus & fluctuoſus, ut peripneumicorum, & anhelitus tardus & varius.

Quod autem cerebrum poſſit apoſtemati probar Princeps contra *Serapionem*: Sin Apoſtema eſt in anteriore parte capitis, corrumpit imaginationem, & tunc incipiunt colligere villos, & paleas & ſimilia, & imaginantur quæ non reperiuntur. Si in medio, corrumpit cogitationem. Si in poſteriori, obliviſcuntur, ita ut quandoque petant aliquid quod ſi eis præſentetur, non recordantur ſe quæſiviſſe: Si autem Apoſtema ſit ſuper omnes partes, apparent hæc omnia: Et ſi cum eo apoſtemetur cerebrum, ruber facies & oculi, & exeunt oculi multum ſi materia eſt ſanguis: Si vero eſt cholera, ad citrinum tendunt; & ita res apparent rubræ & citrinæ ſecundum humorem prædominantem: Quod ſi ſit cholera aduſta, eſt illud quod perimit. Signa autem ſunt quod communitas accidentium ejus accedit cum dæmonio, odio & rixa, & oculi ſunt conturbati: Signa apoſtematis frigidi in capite (licet rare contingat, tamen poſſibile eſt) ſive à cauſa antecedente, ſive à primitiva (à qua primitiva rarius contingit) ſunt hæc, 1. eſt ſola lenis febris lenta: neceſſaria enim eſt febris ab humore putrefacto in cerebro, inquit *Avicenna*, & propter hoc ſeparatur à ſubeth. Talia vero Apoſtemata ego non credo fieri niſi per modum paulatinæ congeſtionis, quia per modum defluxionis non poſſunt fieri: Si tamen fiant, hoc erit per choleram illi mixtam, Credo etiam quod ſi in cerebro, ſive per fluxum ſive per conjeſtionem fiat apoſtema, quod poſſit eſſe tale ut non adſit febris, conſiderata qualitate & quantitate materiæ, & loco & tempore apoſtematis, & conſiderato modo terminationis ejus. *Ex Berengarii lib.2. de Fractura cranii cap.7.*

OBSERVATIO X.

Ictus Capitis lethalis, ob fractam laminam ſecundam prima illæſa. 1.2.3.4.5 6.7.& 8.

§. 1. NOb. quidam Eques turmæ Ducis Stempani, dum in diſiecta murorum caſtri Hiſdini parte propugnaret, glande tormento manuario miſſa ictus eſt in bregmate, alioqui caſſide armato. Caſſidem quidem glans impulſa depreſſit, non fidit, imo nec cutem muſculoſam, nec cranium, quod ſaltem cerni poſſet, nihilominum 6. die apoplecticus interiit.

Ego vero ſciendi avidus quæ ipſi juſta interitus cauſa extitiſſet, cranio diviſo animadverti fractam laminam ſecundam, teſtáſque ex ſe remittentem, quibus tanquam aculeis cerebri ſubſtantia aſſidue compungebatur, integra interim cranii lamina prima. *Paræus lib.9.c.8.*

SCHOLIA.

NOn abſurdum eſt oppoſitam ei quæ ictum exceperit, oſſis ejuſdem, ac non diverſorũ oſſium partem findi, in his hominibus quibus cranium eſt bene conformatum, & ſututis, ut natura fert & ſolet, diſtinctum: fuitque, & eſt germana hæc *Hippocr.* mens & ſententia. Idq; ut magis intelligatur, notandum ictui oppoſitam ejuſdem oſſis partem intelligi duobus modis: 1. cum fractura in eadem eſt oſſis icti ſuperficie, ut ſi parte alterius oſſium bregmatis, quæ eſt ad ſuturam lambdoideam, icta, fiſſa altera ſit quæ eſt ad coronalem: 2. cum non quæ ictum excepit ſuperficies & lamina, ſed quæ ſubjecta eſt, fiſſa exriterit, cujuſmodi fracturæ genus fuit in memorato Equite. *Idem.*

§. 2. Anno 1651. Caſtrenſis bajulus plumbeis globulis à bombarda emiſſis in capite percuſſus, cranio multis fracturis diſrupto obiit.

Aperto cranio; portio tabulæ ſecundæ duræ matri incumbens, & omnino à prima ſeparata reperta eſt, ſine ulla fractura extra in hoc loco apparente: quod ab ictus repercuſſione factum fuiſſe exiſtimo: Si cataplaſma infra dictum fuiſſet admotum, per ejus in eo notam id forſan perceptum fuiſſet, & trepano extrahi, & ſic curari æger potuiſſet; ceciderat autem hæc portio ex angulo à ſutura coronali & ſagittali conflato. *P. Borellus Centur. 2. Obſervat. xx.*

SCHOLIA.

S*Ine fractura apparente*] Fracturas occultas detegendi rationem aperit, *Idem ibidem.* Nob. Comes Brevienſis caſu retrorſum ab alto, quaſi omnino mortuus remanſit, nullus tamen tumor nec cavitas apparuit: Quare *D. de Pimpernelle*, & *D. le Iuif*, peritiſſimis Chirurgis, convocatis, cataplaſma ex farina fabarum admotum fuit toti capiti, deraſo capillitio, & quoniam res urgebat, cum æger loquelam amiſiſſet,

ſet, ut citius cataplaſma exſiccaretur, lintea calida admovenda cataplaſmati curarunt ſex horarum ſpatio. Exſiccato cataplaſmate, Chirurgi illud removerunt, & in illo figuras fiſſurarum cranii latentium optime delineatas perceperunt: cataplaſma enim non exſiccatur in locis fiſſurarum & fracturarum: ſicque arte detecta fuerunt quæ viſu percipi nequibant: Fiſſura ergo magna in medio crotaphyti muſculi apparuit, in quo D. *le Iuif*, (contra tamen doctrinam authorum) ſectionem inſtituit, nulla fibrarum ratione habita, quod ſæpe feliciter ſe feciſſe aſſeveravit: Facta ſectione, arteriæ ſanguinem in altum valde emittebant, ſed pulveribus adſtringentibus & linteis carptis tandem ſiccatæ fuerunt. Oſſe autem denudato apparuit oſſis ſquama ſatis magna foras prominens, quam D. *le Iuif* ſpatula violenter extraxit, dicens non alio Trepano opus eſſe cum illud trepani locum obtineret: inde ſanguis copioſus protinus effluxit à quo effuſo cerebrum urgebatur, eo enim evacuato ſtatim æger loquutus eſt, & tandem remediis accommodatis penitus curatus.

§. 3. Anno 1632. Ulmæ quidam miles Suecicus, ob depreſſionem cranii ſecundo decubitus die mortuus eſt: Ego ſciendi cupidus quæ tam repentinæ mortis cauſa extiterit, cranium ſerra diviſi, & inveni ejus internam laminam non ſolum fiſſam, ſed etiam oſſiculum (quod abſque dubio cerebri duram & piam matrem aſſidue pupugit) aliquod de ſe remittentem, integra exiſtente externa lamina. *Io. Scultetus Armament. Chirurg. p. 1. Tab. 29. §. 16.*

S C H O L I A.

TAlis depreſſio in adultis rariſſime (in iis nimirum quibus natura minus durum dedit cranium) vel certe nunquam, ſine rima reperitur: Si enim poſt diſſectionem cutis ex inſtituto factam, nulla rima in externa cranii lamina apparet, timendum erit ne interior tabula fiſſuram patiatur, per quam ſanguis ex pumicoſa cranii ſubſtantia ad craſſam cerebri membranam deſcendere quidem, ſed per eandem repurgari minime poteſt: Quoties igitur in adultorum capitibus talis apparet fovea aut depreſſio, certiſſimum mihi ſignum eſt calvariam eſſe diviſam, niſi enim fiſſum eſſet cranium, inquit *Hippocr.* medium deſidere nequiret: Sed poſito, nondum tamen ſimpliciter conceſſo, dari depreſſionem cranii ſiccioris abſque rima illa, tamen ſolius naturæ negotio (quod F. *Wirtzius* præcipit) committenda non eſt, ſed cutis ſtatim convenienti ſcalpello in triangulum vel crucem incidenda, pericranium à cranio ſeparandum, vulnuſque globulis idoneis hians & apertum conſervandum, ut Medicus non ſolum certior fieri an cranium ſit fiſſum necne ſed etiam ut ſi depreſſionem comitetur rima (quod maxime timendum) vectem neceſſarium adhibere poſſit. *Quid deinceps agendum vide l. c.*

Internam laminam fiſſam & oſſiculum de ſe remittentem] Inquirenda ſigna oſſis gravantis ſeu pungentis cerebrum & panniculos, deſumuntur à multis, & 1. à natura rei lædentis, quæ ſi fuerit res perforans, ut plurimum aliqua oſſis fruſtula parum infra cranium deſcendunt, ſerrata à cranio vel etiam ſeparata: fit autem eo modo quo contingit laminam æneam, &c. à ſtilo pluribus vel uno foramine perforatam, in parte extrinſeca effici pungentem & aſperam, ita ut pungat quicquid ei obviat, Tale eſt inſtrumentum commune quod Raſpatoriū dicitur: Præterea patiens ſentit dolorem pungentem continuum fixum in uno loco & ſtatim. Vel cauſa fuit contundens, rumpens cranium, & intra ipſum plicans, vel rumpens, taliter ut judicet cranium ingravare & pungere panniculos, cum relatione patientis, ſi loquitur; qui enim non loquitur tãgit locum manu omni hora. Et interdum ita comprimuntur panniculi & cerebrum ut incidat apoplexia, ut teſtatur Rhaſis: Interdum tamen contingit quod ex contuſione ſic comprimente non accidit apoplexia, nec talia ſæva accidentia: Quidam dicunt quod oſſe plicato ad intra, abſque ruptura cutis & cranii, accidunt ſomnia mala, unde ſurgunt & clamant ægri quaſi habeant hoſtes, ſuper ſe; *Nicolus* etiam dicit quod hoc eſt ſi infirmus eſt puer, & ſi compreſſio eſt magna, quia apoſtematur dura mater, & forte cerebrum, & ſequuntur accidentia mala: Ego tamen vidi compreſſionem magnam & notabilem in alia ætate quam pueritia, abſq; fractura oſſis manifeſta, & non erat rupta cutis, erat tamen concavitas in capite notabilis, & per emplaſtra ſanati ſunt, & non fuere mala accidentia aliqua: Et quod accidant ſomnia mala in compreſſione interdum, ego ſum teſtis, quia id vidi in quodam annorum 25. qui in ſomniis habebat talia accidentia: huic aperta fuit cutis, quia ſola erat contuſio ſine ulla fiſſura, & oſſe retracto inventum eſt os ruptum & plicatum, quo per elevatorium elevato ad ſitum naturalem, in media hora rediit ad intellectum, & paulo poſt ad ſanitatem.

Contingit etiam os pungere & gravare panniculum, in notabili fractura cranii, non tantum a re contundente, verum etiam ab incidente (quia arma non ſemper ſubtiliſſime incidunt) Nam quia oſſa ut plurimum ſunt frangibilia & vitrea, fiſſura notabili facta in cranio introrſum penetrante, aliqua fruſta oſſium cadunt deorſum ſupra panniculum, & notabilia ſunt, quia ſunt majora, id eſt cum majori fractura in inferiori tabula cranii quam in ſuperiori, & pungunt ſive gravant panniculos. In ſimilibus debet Medicus ſerrare cranium lateraliter, & fiſſuram ampliare, & illud os extrahere, quia aliter non curatur talis diſpoſitio.

Nota etiam quod ſæpe ſub oſſe ſunt fruſta oſſium notabilia, & non pungunt neque gravant panniculos: Et hinc eſt quod non adſunt accidentia ſæva, ſed Medicus expertus aliquo indicio cognoſcet an oſſa ſint ſub cranio, maxime quando viderit curam ultra debitum prolongari, & cum viderit ſaniem ſub oſſe exire, & non viderit accidentia ſæva, tunc judicabit ſaniem illam eſſe ex fruſtulo oſſis curam impediente, quia ſi ſanies eſſet ex alia cauſa, adeſſent accidentia ſæva. Et pluries ego à vulneribus capitis extraxi oſſa de ſub oſſe in ſimili caſu: ſed ſi foramen eſt apertum, natura ex ſe expellit talia oſſa, tarde tamen, ſed melius fit ſi ab arte juvetur.

Per alium modum etiam deſcendunt fruſta oſſium infra cranium, nam interdum dũ trepanatur cranium, inſtrumenta non apta rumpũt cranium, & ingrediuntur inter panniculum & cranium oſſis fruſtula, & ſic pungunt vel non pungunt, atq; ita gravant ſecundum quantitatem oſſis, vel ſecundum modum per quem obviant panniculo, quia interdum ſecundum planitiem oſſis tangunt panniculum, & ſic non pungunt, vel obviant panniculo cum acutie aliqua, & ſic pungunt, vel gravant ſi ſint magna, ſic trepanando tamen non poſſunt multum gravare, quia fruſtula ſunt parva & levia. *Berengarius cap. x.*

§. 4. *Rede-*

§. 4. *Rederus* Studioſus, vulneratus circa os frontis, primis diebus non admodum periculoſe laborare videbatur, etiamſi rima vulneris per ipſum cranium circa os frontis penetratet, nullis etiam ſymptomatibus periculoſis apparentibus: at vero cum ictu iſto cranium non tantum pertuſum, ſed etiam (quod poſt mortem anatomia capitis monſtravit) particula de lamina interiori omnino per meninges in cerebri ſubſtantiam tranſadacta eſſet, fieri non potuit quin paucos poſt dies pars læſa inflammationem pateretur, quam ob cauſam non tantum ingens æſtus, imprimiſque capitis ſubſequebatur, ſed ſimul etiam 1°. ſpaſmus cynicus in parte oppoſita, *convulſo* ſcil. *muſculo temporali* ſiniſtro, cum læſio eſſet in dextra parte, ac dein convulſivi motus in partibus aliis ſe offerebant, ſenſim facultate animali primum, ac dein vitali quoque reſolutis. *Horſtius ibidem.*

§. 5. Rinaldus Corteſius Chirurgus cranium oſtendit, in quo inferior cranii lamina ſeu tabula, ſine ullo in exteriori apparente rupturę ſigno rupta erat. *Schenckius ex Petro Spherero*

§. 6. Anno 1626. menſe Julio Nobiliſſ. inclytæ Reipub. Ulmenſis Duumviris ſcripto retuli, quod *Bartholomæus Schaffer*, militem Cæſarianum, à ruſticis in capite læſum viſitare volens, invenerim jam mortuum, & præſentibus multis, in cauſam mortis, quam xx. læſionis die oppetiit, diligentiſſime inquiſierim, cujus ſolitaria fuit Vulnus in Occipitio, circa ſuturam lambdiformem, dextra parte, cum rima & depreſſione ſolius laminæ cranii internæ, quæ cerebrum continuo compreſſit, à Barbitonſoribus ſimpliciter curatum: Cum autem in hac cranii noxa, purulenta materia, (quæ per rimam laminæ internæ occultam, exterior enim erat ſalva & integra, ad cerebrum delapſa eſt) abſque Chirurgiæ neglectæ auxilio non potuerit expurgari, multo minus interior lamina cranii, cerebrum continuo deprimens, idque idoneis inſtrumentis elevari, ortus eſt Abſceſſus ſub calvaria, qui introducta prius *febre & phrenitide*, ruptus dextrum cerebri ventriculum replevit, & ſubitaneis convulſionibus necem intulit ei, cujus vita in principio læſionis, debita cranii perforatione per Trepanum, & per vectes elevatione, proculdubio conſervari potuiſſet. *Ioh. Scultetus Armam. Chirurgici Obſerv.* 15.

§. 7. *I. Iac. Reutlinguer*, Studioſus, furca fœnaria percuſſus in ſincipite, paulo ſupra frontẽ, & ad initium muſculi tẽporalis dextri vulneratus, ubi vivendi finem fecerat, aperto cranio inſpicitur. In quo deprehendi fracturam trigonam, in cranii lamina interiore, ſub ſiniſtro vulneris initio, nulla in ſuperficie exteriore fractura, imò ne fiſſura quidem apparente. Præterea in dura meninge, frontem verſus, multa erat rubedo, ad palmi latitudinem, phlegmones ſignum: Sub dura vero membrana tumor latitabat multúmque puris liquidi. Tenuis autem meninx erat & ipſa rubicunda, ac ſub ipſa pus craſſiuſculum & ſubruſum: nequaquam tamen æger delitavit, neque convulſiones paſſus eſt: ſolummodo febricitavit continuè, idque à 4°. vulneris die uſque ad finem, qui fuit 9. quo exſpirbat. *Smetius Miſcellan. lib. x. p.* 570.

§. 8. Vulneratur quidam ſupra nares pugiunculo, quem ſtiletum vocant: Vulnus quantum fieri poteſt apertum ſervatur (tractatur enim à Chirurgo peritiſſimo) & ſecundum methodum curatur. Septimana nona (cum antea de dolore frontis gravativo conqueſtus fuiſſet) Epilepſia ſubito corripitur & moritur.

Aperitur cranium, & in loco vulnerato reperitur lamina interior intruſa, quantitate groſſi majoris, non aliter atque in ollis perforandis contingere ſolet; Cerebrum quoque totum ex una parte purulentum, ut ratione alterius partis ſanæ incedere adhuc potuerit, quemadmodum de phthiſicis conſtat. *Philipus Salmuth cent. 1. Obſ.* 52.

SCHOLIA.

S*Eptimana nona, Cerebrum purulentum*] In vulneribus capitis ſæpius contingit ægrum venire uſq; ad xx. diem ſive xxi. ſine aliquo malo accidenti, at circa tale tempus ſuperveniunt peſſima accidentia, & moritur æger, & hoc ut plurimum contingit à ſanie retenta in capitis profundo. Et ego miror cur non ante ſuperveniunt talia accidentia, An forte quia ſanies tunc, vel parum ante, incipit aggregari, à ſuperioribus deſcendens per poros cranii? vel ex malo regimine ægri in diętâ? vel forte à Medico operante indebite? vel forte à virtute illius diei inter alios dies criticos & à ſimilibus? vel quod à principio materia cucurrit in locum, quę prius non eſt putrefacta, forte per medicinas applicitas, vel à virtute illâ regulante, & tunc incipit putreſcere, & febrem & prędicta accidentia inferre, à quib. cauſatur mors. *Berengar. c.* 13.

Observatio V.

Ictus ſupra dextrum ſupercilium lethalis, ob ſanguinem in occipitio effuſum, inter utramque meningem collectum, unde ſequuta vicini cerebri corruptio. Obitus Henrici II. Galliarum Regis. *1. Vulnus Frontis lethale ob Contrafiſſuram in Occipitis oſſe, & effuſionem ſanguinis ac ſaniei in ſubditam meningem. 2. Percuſſio in una capitis parte lethalis ob contuſionem cerebri, & ſaniei collectionem in parte oppoſita. 3. 4. 6. Oſsis frontis vulnus lethale, ob abſceſſum circa occiput excitatum. 5. Vulnus in altero temporum lethale, ob fiſſuram*

quęſtus eſt de capitis, præcipue de colli intenſo dolore laſſitudineque brachiorum: ori quartanæ, qua ante diu laborarat, rigor; brachiorum laſſitudo, caſui; colli dolor, torſioni inrer cubandum aſſignatus eſt: Paucis diebus poſt facta evacuatione & ſanguimiſſione, febris omnino remiſit, mitiora ſunt reddira omnia ſymptomata, *nunquam* nen *vulnus mihi placuit*, erant enim vulnetis labra tenuia, ſqualida, depreſſa, flaccida mali coloris, minime (ut in non lethalibus vel non periculoſis) ſubdura & tumida, diocriter, abſque inflammatione tamen, & vividi coloris: xix. die acceſſit rigor, & n eo maxima atque violenta inferioris maxillæ conquaſſatio, *vomitus bilioſus*, ſingultus, itis ingens dolor, inquierudo, delirium, vigiliæ, facultatis ventriculi retentricis imbelitas & colli rigiditas: Rigor erat frequens, inordinatus, abſque calore comirante, ut in artanæ rigoribus contingit: ſequenti die, excepta colli convulſione, inquietudine, xillæ concuſſione, omnia ſymptomata multum remiſere, & tandem mortuus eſt.

Apertum fuit caput, & invenimus putredinem dimidiam cerebri partem occupaſſe; in ntriculo laterali & medio, qui tertius dicitur, plurimum tum puris tum aquæ ſubrubro lore tinctæ vidimus: dura membrana fuit integra, & è regione vulneris aliquo uſque era à cranio, accreverat in illo loco membranæ caro laudata, quæ etiam cranii foramen turarat, *Coiter in Obſervat. Anatom. & Chirurgicis.*

SCHOLIA.

HOc idem in multis ſimilibus vulneribus interemptis deprehendi; unde periculoſiora penes ſunt cranii vulneta, in quibus integta cute cereum læſum eſt, vel ubi ſub duta membrana læſa ıa vel arteria (quod levi de cauſa contingit) ſaninem effundit, quam ſi ſimul membrana ſit vulnea: Si quidem horum plures atque illorum vidi cuos, nam membrana dura cerebri ob ſuam denſitan atque craſſitiem, nec ſanguinem emiſſum, nec s ſub ea genitum emittere poteſt: Hac de cauſa i reprehenſionem & calumnias metuerem, in graus & periculoſis capitis vulneribus, ubi vel conſionis capitis, vel perrupti vaſis ſub membrana maifeſta haberentur ſigna, auderem hanc durā cerebri embranam perſcindere: etenim ut in omnium, ſic horum vulnerum curatione, præcipuum eſt perere ut vulnera optime expurgentur, nam omne od tangitùr à putrido putreſcit. *Idem Ibidem.*

Vomitus.] Vomitus in læſione capitis aliquando gumentum debet eſſe ad majorem cautionem quam concludendum de fracto cranio: Et hoc notanım eſt, quia multi hac in re hallucinantur: Sic ultis de cauſis poſt caſum aut ictum poteſt vomitus ccedere, & tamen non erit fractura ulla: Servus . cecidit in caput, vulnus factum, vomitus ſatis frequens, nil tamen cranium læſum erat, Recens erat cœnatus: *Ballonius Epidem. lib. 2. pag.* 215. Contingit vero ejuſmodi in caſibus vomitus per ſympathiam affecta dura meninge, quæ quamvis motu careat, cum plurimis in locis cranio firmiter alligetur, probabile tamen eſt eandem in partibus quibuſdam aliquando ſaltem contrahi & corrugari: Certe in ſternutatione contrahi ipſam & remitti extra dubium eſt: Hinc cum ab hujus læſione vomitus aut motus convulſivi in viſceribus aut membris ſuccedunt, in cauſa eſt hæc membrana, quæ alicubi contracta aut diducta, eodem ſpaſmo molem intus contentam implicat: Singultus eidem cauſæ aſſignandus: Quod & accidit compatiente cerebro ventriculi orificio per nervos ſextæ conjugationis.

Nunquam vulnus mihi placuit.] Inter ſigna quæ mortem præſagiunt, cum Medicus videt febrem, & aliquod malorum accidentium, cum depreſſione labiorum vulneris, & malo colore ſine ſanie, arguat indubitatam mortem: Et ſi videat denigrationem oſſis, quæ non removetur ferro eam fricando, ſignum eſt quod non ſit ex Medicina, ſed arguit ſaniem malam & corruptam ſub cranio, quę ſi corrupit os, etiam corrupit panniculum: Præſentibus ergo ſignis prædictis ſignis prædicetur mors. *Berengarius cap.* 13.

§. 6. Miles haſta læſus in ipſa cerebri ſubſtantia, cicatrice obducto vulnere, & eductis uamplurimis oſſium fragmentis, ſeptem & ultra ſeptimanas ſanus aliis inſerviebat ægtis: ı octava vero convulſus cum moriebatur, cauſam ſubitaneæ mortis intueor, Vnam erebri partem corruptam, putridam (viſu admirandum) imo conſumptam & in putreinem converſam vidi. *Obſervatio Samuelis Coſteri Med. Amſtelodamenſis.*

§. 7. E Noſocomio Patavino quidam ex vulnere capitis accepto curatus, ut quidem redebat, certa ſalutis fiducia cum exiret, xl°. à vulnere die morte inopinata defungitur: auſa exitii cum variantium opinionibus incerta eſſet, mox aperto cranio evidentius omparuit, ingenti viſo in ſubſtantia cerebri Apoſtemate. *Th. Bartholinus comm. in Padanbonem A. Severini Exercit.* 3.

§. 8. *Claudius Ruban* Moduno Helvetius, ann. 24. habitus carnoſi, pagi Regnans in Conitatu Montbelgardenſi incola, Sabbathi veſpere diei 18. Febr. 1671. ſtatione peracta lomum rediturus, itineris non mediocriter forte potum comirem, intra vrbis novæ Montbelgardi portas, aliquot paſſus præcedebat: Expecta me, acclamat ſequens, directa forte jocando) in præeuntem bombarda portatili, vel diſplodam: Dictum factum, & diſploſa bombarda, quam plurimorum conatus tota die explodere non potuerat, vulneratus

ratus *Claudius*, ſuper portæ mediæ limine conſiſtens, tota mole concidit: Ab occur rentibus & ipſo reo erigitur, è diverſis in facie locis ſanguine diffluens, ad Chirurgum ductus: Circa horam I. pomeridianam à S. P. juſſus illum adivi: Vocatus Chirurgus clavum diſploſorium, dimidiam digiti minoris partem longum oſtendit, quem à poſterior temporalis muſculi dextri latere, immediate ſupra os jugale ſuo apice, (ut in vulnus intruſione oſtendebat) ad oſſis maxillæ inferioris apophyſin adactum extraxerat: Exponi inſuper ferreæ mineræ globulos octo rotundos, quos e malæ ſiniſtræ totidem vulneribu avulſerat: Horum unum infra os jugale penetrabat, alia paulo inferius perſperſa erant digitum tranſverſum plus minuſve profunda: Imperitia Chirurgi phlebotomia prætermiſſ. fuerat: quare præmiſſo clyſtere e brachio ſiniſtro vena tuſa eſt: Succeſſit brachii ſiniſtr paralyſis: circa horam I. matutinam, quæ dici 5. initium erat, aphonus & veternoſus factu: eſt, crus ſiniſtrum reſolutum, acceſſerunt ſudores copioſiſſimi, animi deliquia ſine febre hora II. matutina mortuus eſt.

Trihorio poſt mortem elapſo, examinata octo faciei vulnera panniculum carnoſum non perforaſſe, ſed in eo ſubtitiſſe inventum eſt: unicum ad os zygoma, aliud paulo inferius pervenerat: Aperto cranio, vulneratæ meninges, & ſiniſtri cerebelli principium nigrum & corruptum apparverunt, & ex ipſius ſubſtautiæ intimis, oſſis ex conico acutum crani forte fruſtulum extractum eſt: In profunditate vulneris, ab adacto clavo diſploſorio, aliud oſſis frugmentum octava parte majus, ex confracta bazi oſſis temporum, in muſculo maſſetere invenimus: Quum cranio repoſito reductum pericranium & cutis conſuerentur, vivi lumbrici prægrandes in conſpectu noſtro naribus egreſſi ſunt, e ventriculo illuc aſcendentes, quorum forte inſignis copia ibidem ſtabulabatur. *I. Nic. Binningerus cent. v. Obſervat. L.*

§. 9. Ruſticus cœlebs annorum 30. ſanus & boni habitus, ebrius à compotatoribus ſociis aliquot vulnera in occipite & vertice ad calvariam uſque accipit, poſtquam prius verberibus iidem commilitones atrociter totum ipſius caput, nucham & ſiniſtram axillam excepiſſent: Vulneratus prima quidem veſpera vulnera Chirurgo liganda commiſerat, ſequentibus vero diebus, ope neſcio quarum herbarum conſolidantium, ſpreto & valedicto Chirurgo, ad cicatricem fere ea perduxerat, cum nona à vulnere die febris & ſcotomia ſupervenit, & xiv. ſiniſtri bruchii ac cruris reſolutio, quibus præſentibus Chirurgum denuo in auxilium & conſilium vocat: Chirurgus neceſſariis adhibitis nihil proficiens, die xxi. rem ad me defert, qua examinata, & cum Collegis communicara, *Trepanum adhibendum duxi:* Divino igitur auxilio implorato, & cute die eadem per chiaſmum ſecta, die ſequenti xxij. cranii perforationem, *non obſtante Plenilunio*, modio ἀβάπτιστῳ institui, præmiſſo prius clyſtere, capitiſque convenienti inunctione: Exſecto oſſe feſtucæ meningi incumbentes ſublatæ ſunt, & membranæ ipſi mel roſaccum impoſitum eſt: Os vero tectum fuit linamentis ſiccis molliſſimis cum pulvere cephalico, totoque curationis tempore, tam quoad externa quam interna, nil intermiſſum fuit quod ipſa fractura cranii alias requirit: Septima die lethargico ſopore captus, dextri oculi & oris occluſionem crebraſque vomitiones patiebatur, ſequentibus vero melius habuit, emanante per foramen pure fœdo, pauxillo tamen, ac nona quidem pedem movere cœpit, recurrenre tamen die 14. ſopore, emanentibus autem vomitibus, venis vero frontis arteriiſque elatis ac turgentibus: xv. nulla nec ad melius nec ad pejus mutatio ſequuta: xvj. verò & ſequentibus ſcotomia major facta, accedentibus oculorum convulſionibus & diſtorſionibus, adeo ut 24. hora 4 pomeridiana, ſine tamen acceſſione aliorum ſymptomatum, animam exhalarit.

Sectione poſt mortem inſtituta, ſanies inventa eſt purulenta in ipſa cerebri ſubſtantia; In dextra occipitis parte, pellicula inſtar abſceſſus contenta, unciarum quatuor: Ipſum cranium plurimis contuſionibus contortum, Matris vero duræ venulæ ſubfuſco ſanguine inſtar picis diſtentæ: hæcque ipſa & pia meninx diſcolores, illæque à contuſionibus læſæ, erant: Saniei autem ſupradictæ globulus alias purulentus, vaſculo carneo incluſus, proxime adhærebat, ut mirum non ſit quod mortuus fuerit: mirum autem ſit quod tamdiu ſine gravibus ſymptomatibus, delirio potiſſimum, ſupervixerit. *I. D. Horſtius obſervat. Anatom. I.*

SCHOLIA.

T*Repanum adhibendum duxi.*) De Trepano non tantum dubitant multi an tutò adhibeatur, ſed & ſunt qui omnino id reiiciant, dum ſtatuunt quamvis cranii fracturam ſine Trepano, ſine cranii apertione curari poſſe: Non diffiteor abſque cranii perforatione multas fracturas cranij, præſertim hyberno

berno tempore, & apud Germanos, quibus non lethales ut Neapolitanis, Florentinis &c. accidunt, curari poſſe: At non omnes nec ſemper, uti as ſtatuunt antiqui Hebræi, *Vgo Lucanus*, *Theoricus* aliique, quorum alii internis vulneratis ponibus id fieri poſſe profitentur; alii vero extrinca medicamenta commendant, ſpreto & rejecto repano: Aſt ſæpe in cranii fracturis non poteſt moveri materia exſiccanda (loquor verbis Galeni). ſi fiat apertio, ob defectum ſcil. ligaturarum, præcium ſi ῥωγμὴ accidat internæ laminæ ſalva mante externa, aut ξυμφορὰ, quamobrem tunc Chirgus adhibendus, oſſiſque particula circa fiſſuras timenda, ut virus egrediatur per viam liberam, ſſe ſcil. amoto. Multæ igitur fracturæ cranii curari oſſunt, & ſæpe ſine apertione, ſi ſimplex φλάσις ontingat, ſi ῥωγμὴ tanta ſit ut materia exire poſſit: ed non omnes, ut notavi jam antea, nec ſemper, uemadmodum D. Iuris apud nos nullis medicaentis externis aut internis menti & ſanitati reſtitui otuit, qui tamen Trepano adhibito ſalvus evaſit: ti etiam Nobilem ante ſexennium Giſſæ feliciter à ic curatum recordor. Quando vero adhibendum, uando reiiciendum? Si certò conſtet cranium non epreſſum, nec ita fractum eſſe ut cerebrum inde edatur, ſique ſaniei tam exigua quantitas ſit, tanumque naturæ robur vt medicamentis abſumi & iſſipari facile poſſit, & contrarii certa ſymptomata leſint, Trepano non opus eſt: Sæpe enim à conuſione cranium ipſum non læditur, ſed nervus, quem caſum proponit Hippocr. 58. aph. 5.) aut vena, è qua effuſus ſanguis in ipſa cerebri ſubſtantia putreſcit ſæpe & mortem infert, uti noſtro ægro accidit: Aliquando evenit (inquit Celſus) ut os quidem totum integrum maneat, intus vero ex ictu aliqua vena rupta aliquid ſanguinis mittat, qui concretus dolores infert oculoſque obcæcat: quo in caſu ſumme conducit phlebotomia & clyſterum vius: ſæpe etiam interna purgantia exhibentur ſi temperamentum frigidum ſit & phlegmaticum, corpuſque robuſtum ſine febre. Si vero id non certo conſtet, & accedant accidentia mala, inciſio inſtituenda: cum etiam fracto cranio facile feſtucæ & ſtuſtula membranas lædant, ac in ipſo fiſſuræ loco enata humiditas in ſaniem abeat & ad membranas diſtillet, unde communiter interire ſolent qui à capitis vulneribus moriuntur, mature cranium apetiendum ut ſanies exire poſſit, feſtucæ & aliæ res c. n. removeantur, quarum præſentiam febris, vertigo tenebricoſa, ſcotomia, dolores acuti, vomitiones, ſopor, torpor, paralyſis, delirium &c. nunc coniunctim nunc ſigillatim, pro alia atque alia vulneris, ſubjecti, loci & aeris conſtitutione, indicare ſolent: Febris ſi accidat poſt 7. eo ſcil. tempore quo terminari debebat, concurrentibus ſimul iis quibus *noſter* vexabatur, putredinis in cerebro, meningibus aut cranio certum ſit indicium, vel *Hippocr.* decreto, ob quam etiam potiſſimum & nos apertionem moliti ſumus. Idem autem ferè nobis evenit in noſtro ægro quod *Glandorpio* in pugili Bremenſe, alio tamen ſucceſſu, Cum pugili illi graviter in capite vulnerato 3°. die gravia ſymptomata ſupervenirent, & *Glandorpius* ſuſpicaretur materiam intra cranium collectam eſſe, cranium aperuit: Cum vero nihil effluerct per foramen, duram quoque meningem in tumorem elatam ſcalpello incurvato aperuit, quæ ſaniei intra duram & piam matrem contentę maximam copiam emiſit, qua ipſa hoc modo evacuata, & adhibitiis ſimul neceſſariis aliis, æger ſanitatem priſtinam recuperavit: Ita etiam in noſtro ægro exigua portio ſaniei per foramen exivit, ut non potuerimus non exiſtimare intra tunicam, aut ipſam cerebri ſubſtantiam anguem latitare: Ipſa quidem apertio in decliviori parte, uti par eſt, lateris dextri, juxta ſuturam lambdoideam facta eſt: In decliviori inquam, non in inferiori, cui loco os ſubtrahere maximum periculum pronuntiat *Nicolus*, *Berangarius* vero contrarium aliquoties ſe vidiſſe probat: Nec etiam magnum foramen factum eſt, uti alias in vertice fieri ſolet.

Non obſtante plenilunio.] Cum *Celſo* plurimi vltra quartum diem Trepanum haud differendum putant, alii contra cum *Mercato* omnino differendum putant, quod ſub initium materia non ſit fluida, ac meninges p. n. ſint inflatæ, uti alias in plenilunio ſ. n. eſſe ſolent: Nos vero die 22. adhibuimus Trepanum, ac Luna quidem turgida: Vtilis eſt Aſtrologia Medico, ſed non neceſſaria ſemper; uti enim ſub quovis cœli ſtatu purgandum quandoque corpus venit, ita etiam vena ſæpius ſecanda, cranium aperiendum, ferrum & ignis adhibenda ſub quovis cœli ſtatu, ſi ſcil. electivum tempus non detur, ſi morbus non ferat moras: Noſtrum igitur erit potius, inſtar *Guidonis Brucenſis*, brumali tempore, trium horarum ſpatio plantas inſtrumento, loco ſolis operante producentis, obſtantibus & maleficis ſyderibus, calori & frigori peccanti inde emananti, corporiſque noſtri adverſitatibus & inſequentibus incommodis obviam ire, quam ægro remedia ſubtrahere ad benigniores remotos & diſtantes Planetarum aſpectus, frigidiorem aut calidiorem aeris clementiam, Lunæque deliquium, præ quibus ſæpe moriendum eſſet ipſi ægro.

Quod tamdiu ſine delirio ſupervixerit.) Admiratione dignum eſt quod omnis delirii ſpeciei expers fuerit, & quod tam longiſſimum tempus vitæ natura dederit, 46. ſcil. dies? An quod ſubſtantia ſaltem læſa fuerit, non ſpiritus. non ipſi nervi? Et quod ægri quandoque ad aliquot menſes ſupervivant, etiam ipſis meningibus læſis, teſtantur *Pavv.* in lib. Hipp. de vulneribus, etiam ſine delirio, referente *Valleſio* comm. in libr. 5. Epidem. Antiqui non credebant Cerebrum inflammari poſſe, at hic caſus eos refutat, ut & *Galen.* 2. de ſymptom. cauſis cap. ult. *Paulus* lib. 3. *Avicenn.* *Salius* & alii, quorum tamen pleri que delirium adfuiſſe teſtantur: Sed nec in membranarum, nec in ipſius cerebri inflammatione, ſemper adeſt delirium: Illud olim probavit Nerei filia 5. Epid. titul. 47. & æger in Dealcis horto decumbens: Quod vero ipſius cerebri inflammationem ſpectat, ea quandoque non delirium, ſed ſenſuum obliterationem, tremulas & obſcuras deſipientis, ex 1. *Prorrh.* 33. periculoſiores tumultuariis infert, ſi ſcil. non ipſi nervi, nec ipſi ſpiritus conſequenter afficiantur: Non ſemper vero læſum cerebrum ſequitur delirium, nec ſemper ipſa mors neceſſario, tertio die, niſi cerebrum ſyderatum ſit: Syderatum autem eſt me judice, ſi id læſum aut vulneratum & inflammatum eſt, ut ſpirituum animalium tam fixorum quam mobilium conſtitutio præternaturalis fiat: ut illi ipſi ſpiritus, tum fixi tum mobiles, non ſint temperati, tenues, puri, lucidi, & ordinati, nec certo quodam ac regulari modo moveantur. *Idem.*

§. 10. Jacobus

§. 10. Jacobus Bexius ictus à ſclopeto in occipite, concidit protinus in terram, for vix læſus, ſed intus tam vehementer offenſus ut inciderit illico in febrem ac graves coı vulſiones: Quibus permoti, perforavimus confeſtim calvariam, licet extrinſecus nulla egiſſet rimas: quo auxilio elicuimus quidem ſanguinem ſupra cerebri membranas effuſun attamen, neque feſtina hæc acceleratio, neque remedia ſatis maturæ adhibita tantu potuere, in præcipiti hoc periculo, quim nihilominus ſexto die perierit æger.

In cujus capite terebram dum circumagerer Chirurgus, vidimus per integrum c erupiſſe innumeras ſanguinis guttulas, cooperientes inſtar roris univerſam calvarian quibus ſpongia aliquories deterſis repullulare continuo & alias, monſtraturas quaſi d gito nihil naturæ eſſe invium, ſed omnia pervia, neque oſſa ullibi tam ſolida quin per ea l bere permeet tum ſanguis tum pus.

At diſſecto poſt obitum cadavere, licet apparuerit calvaria foris illæſa, oſtendit ta men intus varias fiſſuras, docens ſuo exemplo quid per *Infortunium* ſuum velit *Hippoc* l. de vuln. cap. Vere enim infelices ſunt illi ad quorum abditos morbos nec oculi ne mentis penetrat acies. Sed præter occultas haſce rimas, videre fuit prope plagæ lo cum, extimam cerebri membranam non minus lividam quam flacidam, & non uno lo co cruore atro fœde obductam. At cerebellum erat plane ſyderatum, ceu vero ſphacelo corruptum, Venæ utique paſſim laceræ, & circa baſin cerebri ac *Rete mirabile*, tantur concreti ſanguinis, ut nullus miraretur occubuiſſe hominem tot calamitatibus circumven tum. *Tulpius Obſerv.2.lib.1.*

SCHOLIA.

C*Erebrum Syderatum.*] Vere naturæ genius aph. 11.3. Coacarum Prænot. Cerebro ſyderato, alii quidem tertio, alii vero ſeptimo moriuntur die: illos autem ſi effugerint, ſervantur: At quibus ex his diſſectis invenitur os diſſociatum illi pateunt: Qua circumlocutione deſignatur proculdubio principium corruptionis: licet ſphaceli vox latius ſeſe extendat: qui enim ſervaretur alias aliquis poſt diem 7. eteoim quod ſemel integre emortuum, id reviviſcit nunquam, quippe à privatione habitus denuo comparari nequit. Sed quid ſibi vult os diſſociatum? *διεστηκὸς τὸ ὀστέον*? Annon corruptionis labem vitiatæ calvatiæ communicatam? cujus indicium fecit in hoc ægro diſſoluta illa oſſis laxitas, à qua promanarunt guttæ ſanguineæ, præter conſuetudinem terebranti Chirurgo oblatæ, non ſecus ac gangrænam præcedit aquoſa cutis veſica, & ſphacelum gangræna. Quaſi diceret vir inclutus, Si quidem à cerebri vitio eatenus immutetur os ipſi proximè impoſitum, ut diſſoluta compage diſcedat evidenter a naturali ſua ſoliditate (quod in hac calvaria evidentet factum) actum erit de vita, & neceſſe hominem mori à tam deſperata corrupti cerebri conditione. *Idem.*

Rete mirabile] In brutis plerique exiſtere mirabille illud Rete, præſertim in quadrupedibus, pluri mi concedunt Anatomici: An vero in homine tal repetiatur quale deſcribit *Galen.* lib.9. cap.4. de uſı partium, ambigitur. Quidam enim manifeſtum aſſerunt, alii obſcure ac tantum ejus rudimenta con ceduut: alii novum, atque diverſum à Galenico fingunt: nonnulli illi plexum choroideum ſubſti tuunt: Varias ſententias qui ſcire deſiderat, conſula inter cæteras Cl. *Guern. Rolfinckius Differt. Anatom* l.6.c.34. & ſequ.

Perforavimus confeſtim calvariam] Quamvi ferramenta plerumque adhibeantur calvariæ vel fractæ vel fiſſæ, conveniunt nihilominus etiam integræ præſertim ſi metus ſit diſruptarum venarum: educitur quippe hac ratione non tantùm ſanguis effuſus ſed impediuntur ſimul inflammatio, putredo, delirium, febris aliaque ſimul exitialia ſympromata quanquam ſcopum hunc non ſemper attingat ars ut oſtendit allatum exemplum.

OBSERVATIO IX.

Vulnus capitis cum Dedolatione lethale, ob pus inter utramque meningem collectum. 1. Ob Fracturam cum Dedolatione, ſequutumque Apoſtema cerebri. 2.

§. 1. Miles Hiſpanus in Capite vulnus acceperat cum oſſis Dedolatione, primis 4. diebus ſat bene habebat, ſtatim tamen initio ſanguis ex arteria impetuoſe profluxit, ut vix triduo exacto ſiſti potuerit. Poſt terebrato cranio plurimus ſanguinis extravaſatus eductus eſt, & uſque ad vii. non male habuit, qua tamen ſtatim vomitus ſupervenit copioſus: ſubſequuta quoque eſt oſſis denigratio uſque ad x. qua alius Chirurgus ſuperveniens Empiricus, tollendæ nigredini aluminis parum oſſi inſtravit, ſed magno ægri nocumento, ſubito enim partis affectæ, quæ dextra erat, Paralyſis, ægro etiam auram quandam à pollice pedis uſque ad ſuperiores partes elevatam, ſentiente, & reſolutioni paulatim progredienti, deliriis frequentibus adjunctis: Die xiv. qua novilunium inciderat, inſignis mutatio facta, & *defluxio à capite* ad partes interiores ægrum erectum & quaſi ſtrangulatum è vita ſuſtulit.

Secto cadavere, ex cerebro per os biliosa multa prodibant, ex naribus purulenta cum impetu, nec non mucoſa & ſanguis plurimus intra meningem duram & calvariam collectus extra venas. Ipſa dura meninx, qua plaga erat, puris acrimonia eroſa & plane marcida

arebat: *Venæ* autem cerebri & cerebelli ſanguine refertiſſimæ, ita ut minutiſſimas quaſque, ceu *nigriores*, facile conſpicere licuerit: hæc tamen omnia evidentiora in parte affecta e offerebant oculis quam altera. *Ioh. Vldaricus Rumlerus Obſervat.* 17.

SCHOLIA.

V*Enæ nigriores*] Aluminis vi adſtrictioria repreſſis humoribus & ſanguine.

Empiricus tollendæ nigredinis] Si panniculus, & non eſt nigredo à Medicina, ſed quia corruptus eſt panniculus, tunc medicus arguat mortem: Nota tamen quod poſſit contingere ut Os ſit nigrum, & non à medicina, nec ob corruptionem factam à ſanie inret os & panniculum, & non ita periculoſum erit ut ſupra: Quia contingit ut contundatur cranium in aliqua parte venoſa cranii, aque rumpantur venulæ illæ quæ ſunt in poroſitatibus cranii, & fractura non penetrabit inretiorem tunicam cranii, & ſanguis in meditullio cranii, id eſt in poroſitatibus & ſpongioſitatibus ipſius putrefiet, & ita fiet nigredo in oſſe, quæ non removebitur levi fricatione cum ferro: Itaq; cum Medicus videt talem nigredinem cũ qua non ſint ſæva accidentia, ſit ſollicitus in aperiendo os, & in removendo omne quod denigratum eſt, ne illa corruptio deſcendat, poteſt enim ſanari, ſi vero mora interveniat ſuccedet malum. Sane poteſt forte ſanguis ille à medicina exſiccari, & maxime in capite mundo & obediente, os tamen illud denigratum neceſſario cadit, i. e. natura expellet, & à ſanie & à medicinis: vel Medicus debet removere uſque ad partem ſanam cum raſpatorio vel alio modo: Tutius tamen eſt aperire donec removeatur totum os dubitatum & cauſa nigredinis tollatur, ſi poſſibile eſt: Nam ſi eſt à ſanie vel panniculo corrupto, facta apertura poteſt expurgari ſanies, & ita forte ſanabitur, poteſt etiam mundificari panniculus. Quia pluties ego vidi panniculum detectum in notabili quantitate, & alteratum in ſuperficie, ubi cum mundificantibus proceſſum eſt, & ægri ſanati ſunt. *Berengarius cap.* 13.

§. 2. Ruſticus conſiſtentis ætatis, robuſtus, in capite quinque accepit vulnera cum fractura & dedolatione oſſis. Is terebratione, quæ tamen neceſſaria erat, inſtituta non amplius convaleſcens, undecima obiit *continue febricitans*, quod ſignum erat apoſtematis in cerebri ſubſtantia enati, quod tamen in diſſecto nondum ſuppuratum aut maturum repertum eſt. *I. Vdalricus Rumlerus Obſerv.* 33.

SCHOLIA.

T*Erebratione quæ neceſſaria erat*] Terebrationem, ubi neceſſaria videtur, aliquando cum ſucceſſu omitti oſtendit Excell. *I. Jac. Wepferus* Exercit. de Apoplexia p. 340. exemplo ſomnambulonis cujuſdam, cui ex caſu cranium fiſſum cum collectione ſanguinis ſub eo: Itali, *ait*, aliique locorum calidiorum incolæ protinus Trepanum arripiendum ſtatuiſſent, idemque Exc. D. D. Burgovverus facturus erat, niſi æger & adſtantes ab auxilio his in locis inſolito abhorruiſſent. Itaque aliis remediis ſanguinis ulteriorem profuſionem intra cranium prohibere & jam extravaſatum abſumere annixus eſt. Venæ repetita ſectione ſanguinis copiam imminuit; ejus motum, à caſu & à grumis, hinc inde in toto habitu incendium capientibus (artus enim mire erant conquaſſati) perturbatum & impetuoſiorem factum coercuit, venaſq; ſanguinis quantitate aliqua detracta quaſi famelicas reddidit, ut avidius effuſum reſorbuerint, quorſum etiam pertinuit victus tenuis & refrigerans: Exhibita Tinctura traumatica, & fotis applicitis ſacculis herbis cephalicis farctis & in vino coctis, ſanguinem extravaſatum in grumos abiturum ac putrilagine ſua graviora damna allaturum, ita diſpoſuit ut vel vaſa ſanguifera, vel glandularum poros denuo ſubintrare potuerit. Idque fecit non ſine felici ſucceſſu nec ſine exemplo, cum etiam ab aliis citra cranii perforationem idem non raro ex voto præſtitum ſit: Sanguinem extravaſatum in auras tenues abiviſſe & halitus inſtar evanuiſſe credere nequeo, obſtitiſſet enim cranii craſſities & duræ meningis denſitas, ob quam pertinaciſſime etiam aquam meram in hydrocephalis detinet, ut nullo ingenio citra inciſionem, periculi pleniſſimam, auferri poſſit: Quotidie obſervamus in tenellæ ætatis puellis tumores in fronte ad dimidii ovi gallinacei magnitudinem, ex forti alliſione aſſurgentes & atruliveſcentes à ſanguine ſuffuſo, protinus admoto frigido ferro ſubſidere, aut repercuſſione hac in principio neglecta, applicito carnis calefactæ fruſtulo, paucarum horum intervallo citra manifeſtam evacuationem evaneſcere. Alias quoque in praxi animadvertimus pulveribus contra caſum, unguentis potabilibus, ex quorum numero Tinctura Traumatica eſt, decoctis Traumaticis grumoſum ſanguinem diſſolvi, partimque intra vaſa ſanguifera reſorberi, partim ejus excretionem facilitari. Quidam prupo tauri primum à cervice ad imas ſuras, poſtea à ſterno ad tibias percuſſus, paulo poſt difficulter reſpiravit, circa præcordia ſumme angebatur, tormina ventris patiebatur, cum dolore primum mingebat, & tandem aliquandiu urina ſubſtitit. Cruorem tuſſi, vomitu, cum fæcibus alvinis & urina egeſſit; Tinctura traumatica aliquoties aſſumpta, & foris grumos diſſolventibus & victu tenui perſuaſo convaluit.

Deſcriptio Tincturæ Traumaticæ.

℞. Butyr. majal. ℔iii. liquefiant lento calore in vaſe terreo vitreato ac deſpumentur, adde flores, & folia herbar. rec. quarumlibet perfectam maturitatem adeptarum ac minutim inciſarum, ſcil. herb. chærefol. petroſel. ana man. ii. plantag. utriuſque, naſturtii aqu. anagall. beccabungæ, ſolani, meliſſæ, virgæ aureæ, pentaphyll. veronicæ, biſtortæ, nicotianæ, Salv. nobilis, hyperici, centaur. min. ana man. ℔ß. digerantur in loco tepido, & quotidie bis terve bacillo agitetur, donec herbæ omnes acceſſerint: poſtea coquantur lento calore, & fortiter exprimendo colentur: colaturæ indantur lumbricorum tert. aqua plantag. & aceto, ubi Idæi lotorum & minutim conciſorum ſeſcuncia: iterum coquantur lento calore ad conſumptionem ſuccorum; percolato admiſceatur mellis depumati libra una; ſervetur in vaſe terreo vitreato: datur drachma una, vel etiam duæ ſeorſum, vel in juſculo ſolutæ, quoties ſuſpicio grumoſi & congelati ſanguinis obvenit: Quinetiam in principio Pleuritidis commode datur.

Quod ſignum erat apoſtematis] Apoſtematum ſigna, incipiendo à calidis, ſunt hæc, continua febris, cujus calor non eſt multum fortis ſub tactu, facies & caput reliquo corpore calidiora, mentis alienatio, vigiliæ, nonnunquam ſomnus accidit à quo æger excitatur cum clamore & ſaltu, linguæ nigredo, aſperitas, fimbriarum collectio, oculi lacrymantes, quandoque ophthalmici quando ſicci.

Cui

Cui ſanguineum accidit Apoſtema, inſunt prædicta accidentia cum viſu, ſopore, & oculorum dolore, garrulitate, ineptia, febris eſt intenſior & faciei color rubeus. Cum ex cholerico humore, faciei color ad croceum declinat, inſania comitatur, ſaltus, caloris tactus eſt acutus & purgens. Si ſit aliquid melancholiæ mixtum, fiunt ineptiæ, garrulitas, timor & fletus: At ſi adeſt notabilis phlegmatis admixtio, fit obſtupefactio non continua: In iſtis tamen omnibus pulſus eſt debilis, parvus & durus, & varietas multa anhelitus, ſpiritus quandoque anguſtia, ſtomachi ſubverſio, & tument ad ſenſum panniculi, & exeunt per fiſſuram cranii colorati colore materiæ, & efficiuntur immobiles. Apoſtema vero frigidum capiti eveniens eſt à prædominio phlegmatis. Signa ſunt febris modica, debilis, ſtupefactio, ſopor: ægri vix ad interrogata reſpondent, frequens eſt oſcitatio, mentis confuſio; os apertum claudere obliviſcitur, aliquibus eſt ventris ſolutio phlegmatica, & interdum conſtipatio ventris, & eorum urina ut aſinorum turbida eſt, tremor extremitatum & ſudor, & facies livida & tumida, magnus pulſus & fluctuoſus, ut peripneumicorum, & anhelitus tardus & varius.

Quod autem cerebrum poſſit apoſtemati probat Princeps contra *Serapionem*: Sin Apoſtema eſt in anteriore parte capitis, corrumpit imaginationem, & tunc incipiunt colligere villos, & paleas & ſimilia, & imaginantur quæ non reperiuntur. Si in medio, corrumpit cogitationem. Si in poſteriori, obliviſcuntur, ita ut quandoque petant aliquid quod ſi eis præſentetur, non recordantur ſe quæſiviſſe: Si autem Apoſtema ſit ſuper omnes partes, apparent hæc omnia: Et ſi cum eo apoſtemetur cerebrum, rubet facies & oculi, & exeunt oculi multum ſi materia eſt ſanguis: Si vero eſt cholera, ad citrinum tendunt; & ita res apparent rubræ & citrinæ ſecundum humorem prædominantem: Quod ſi ſit cholera aduſta, eſt illud quod perimit. Signa autem ſunt quod communitas accidentium ejus accedit cum dæmonio, odio & rixa, & oculi ſunt conturbati: Signa apoſtematis frigidi in capite (licet rare contingat, tamen poſſibile eſt) ſive à cauſa antecedente, ſive à primitiva (à qua primitiva rarius contingit) ſunt hæc, 1. eſt ſola lenis febris lenta: neceſſaria enim eſt febris ab humore putrefacto in cerebro, inquit *Avicenna*, & propter hoc ſeparatur à ſubeth. Talia vero Apoſtemata ego non credo fieri niſi per modum paulatinæ congeſtionis, quia per modum defluxionis non poſſunt fieri: Si tamen fiant, hoc erit per choleram illi mixtam, Credo etiam quod ſi in cerebro, ſive per fluxum ſive per congeſtionem fiat apoſtema, quod poſſit eſſe tale ut non adſit febris, conſiderata qualitate & quantitate materiæ, & loco & tempore apoſtematis, & conſiderato modo terminationis ejus. *Ex Berengarii lib.2. de Fractura cranis cap.7.*

Observatio X.

Ictus Capitis lethalis, ob fractam laminam ſecundam prima illæſa. 1.2.3.4.5 6.7.& 8.

§. 1. NOb. quidam Eques turmæ Ducis Stempani, dum in diſiecta murorum caſtri Hiſdini parte propugnaret, glande tormento manuario miſſa ictus eſt in bregmate, alioqui caſſide armato. Caſſidem quidem glans impulſa depreſſit, non fidit, imo nec cutem muſculoſam, nec cranium, quod ſaltem cerni poſſet, nihilominum 6. die apoplecticus interiit.

Ego vero ſciendi avidus quæ ipſi juſta interitus cauſa extitiſſet, cranio diviſo animadverti fractam laminam ſecundam, teſtáſque ex ſe remittentem, quibus tanquam aculeis cerebri ſubſtantia aſſidue compungebatur, integra interim cranii lamina prima. *Paraus lib.9.c.8.*

SCHOLIA.

NOn abſurdum eſt oppoſitam ei quæ ictum exceperit, oſſis ejuſdem, ac non diverſorū oſſium partem findi, in his hominibus quibus cranium eſt bene conformatum, & ſuturis, ut natura fert & ſolet, diſtinctum: fuitque, & eſt germana hæc *Hippocr.* mens & ſententia. Idq; ut magis intelligatur, notandum ictui oppoſitam ejuſdem oſſis partem intelligi duobus modis: 1. cum fractura in eadem eſt oſſis icti ſuperficie, ut ſi parte alterius oſſium bregmatis, quæ eſt ad ſuturam lambdoideam, icta, fiſſa altera ſit quæ eſt ad coronalem: 2. cum non quæ ictum excepit ſuperficies & lamina, ſed quæ ſubjecta eſt, fiſſa extiterit, cujuſmodi fracturæ genus fuit in memorato Equite. *Idem.*

§. 2. Anno 1651. Caſtrenſis bajulus plumbeis globulis à bombarda emiſſis in capite percuſſus, cranio multis fracturis diſrupto obiit.

Aperto cranio; portio tabulæ ſecundæ duræ matri incumbens, & omnino à prima ſeparata reperta eſt, ſine ulla fractura extra in hoc loco apparente: quod ab ictus repercuſſione factum fuiſſe exiſtimo: Si cataplaſma infra dictum fuiſſet admotum, per ejus in eo notam id forſan perceptum fuiſſet, & trepano extrahi, & ſic curari æger potuiſſet; ceciderat autem hæc portio ex angulo à ſutura coronali & ſagittali conflato. *P. Borellus Centur. 2. Obſervat. xx.*

SCHOLIA.

S*Ine fractura apparente*] Fracturas occultas detegendi rationem aperit, *Idem ibidem.* Nob. Comes Brevienſis caſu retrorſum ab alto, quaſi omnino mortuus remanſit, nullus tamen tumor nec cavitas apparuit: Quare *D. de Pimpernelle*, & *D. le Inif*, peritiſſimis Chirurgis, convocatis, cataplaſma ex farina fabarum admotum fuit toti capiti, deraſo capillitio, & quoniam res urgebat, cum æger loquelam amiſiſſet,

§. 4. *Rederus* Studioſus, vulneratus circa os frontis, primis diebus non admodum periculoſe laborare videbatur, etiamſi rima vulneris per ipſum cranium circa os frontis penetraret, nullis etiam ſymptomatibus periculoſis apparentibus: at vero cum ictu iſto cranium non tantum pertuſum, ſed etiam (quod poſt mortem anatomia capitis monſtravit) particula de lamina interiori omnino per meninges in cerebri ſubſtantiam tranſadacta eſſet, fieri non potuit quin paucos poſt dies pars læſa inflammationem pateretur, quam ob cauſam non tantum ingens æſtus, imprimiſque capitis ſubſequebatur, ſed ſimul etiam 1°. ſpaſmus cynicus in parte oppoſita, *convulſo ſcil. muſculo temporali* ſiniſtro, cum læſio eſſet in dextra parte, ac dein convulſivi motus in partibus aliis ſe oſtendebant, ſenſim facultate animali primum, ac dein vitali quoque reſolutis. *Horſtius ibidem.*

§. 5. Rinaldus Corteſius Chirurgus cranium oſtendit, in quo inferior cranii lamina ſeu tabula, ſine ullo in exteriori apparente rupturæ ſigno rupta erat. *Schenckius ex Petro Sphererio.*

§. 6. Anno 1626. menſe Julio Nobiliſſ. inclytæ Reipub. Ulmenſis Duumviris ſcripto retuli, quod *Bartholomæus Schaffer*, militem Cæſarianum, à ruſticis in capite læſum viſitare volens, invenerim jam mortuum, & præſentibus multis, in cauſam mortis, quam x x. læſionis die oppetiit, diligentiſſime inquiſierim, cujus ſolitaria fuit Vulnus in Occipitio, circa ſuturam lambdiformem, dextra parte, cum rima & depreſſione ſolius laminæ cranii internæ, quæ cerebrum continuo compreſſit, à Barbitonſoribus ſimpliciter curatum: Cum autem in hac cranii noxa, purulenta materia, (quæ per rimam laminæ internæ occultam, exterior enim erat ſalva & integra, ad cerebrum delapſa eſt) abſque Chirurgiæ neglectæ auxilio non potuerit expurgari, multo minus interior lamina cranii, cerebrum continuo deprimens, idque idoneis inſtrumentis elevari, ortus eſt Abſceſſus ſub calvaria, qui introducta prius *febre & phrenitide*, ruptus dextrum cerebri ventriculum replevit, & ſubitaneis convulſionibus necem intulit ei, cujus vita in principio læſionis, debita cranii perforatione per Trepanum, & per vectes elevatione, proculdubio conſervari potuiſſet. *Ioh. Scultetus Armam. Chirurgici Obſerv.* 15.

§. 7. *I. Iac. Reutlinguer*, Studioſus, furca fœnaria percuſſus in ſincipite, paulo ſupra frontē, & ad initium muſculi tēporalis dextri vulneratus, ubi vivendi finem fecerat, aperto cranio inſpicitur. In quo deprehendi fracturam trigonam, in cranii lamina interiore, ſub ſiniſtro vulneris initio, nulla in ſuperficie exteriore fractura, imò ne fiſſura quidem apparente. Præterea in dura meninge, frontem verſus, multa erat rubedo, ad palmi latitudinem, phlegmones ſignum: Sub dura vero membrana tumor latitabat multúmque puris liquidi. Tenuis autem meninx erat & ipſa rubicunda, ac ſub ipſa pus craſſiuſculum & ſubruſum: nequaquam tamen æger delitavit, neque convulſiones paſſus eſt: ſolummodo febricitavit continuè, idque à 4°. vulneris die uſque ad finem, qui fuit 9. quo exſpirabat. *Smetius Miſcellan. lib. x. p.* 570.

§. 8. Vulneratur quidam ſupra nares pugiunculo, quem ſtiletum vocant: Vulnus quantum fieri poteſt apertum ſervatur (tractatur enim à Chirurgo peritiſſimo) & ſecundum methodum curatur. Septimana nona (cum antea de dolore frontis gravativo conqueſtus fuiſſet) Epilepſia ſubito corripitur & moritur.

Aperitur cranium, & in loco vulnerato reperitur lamina interior intruſa, quantitate groſſi majoris, non aliter atque in ollis perforandis contingere ſolet; Cerebrum quoque totum ex una parte purulentum, ut ratione alterius partis ſanæ incedere adhuc potuerit, quemadmodum de phthiſicis conſtat. *Philipus Salmuth cent.* 1. *Obſ.* 52.

SCHOLIA.

Septimana nona, Cerebrum purulentum] In vulneribus capitis ſæpius contingit ægrum venire uſq; ad xx. diem ſive xxi. ſine aliquo malo accidenti, at circa tale tempus ſuperveniunt peſſima accidentia, & moritur æger, & hoc ut plurimum contingit à ſanie retenta in capitis profundo. Et ego miror cur non ante ſuperveniunt talia accidentia, An forte quia ſanies tunc, vel parum ante, incipit aggregari, à ſuperioribus deſcendens per poros cranii? vel ex malo regimine ægri in diæta? vel forte à Medico operante indebite? vel forte à virtute illius diei inter alios dies criticos & à ſimilibus? vel quod à principio materia cucurrit in locum, quę prius non eſt putrefacta, forte per medicinas applicitas, vel à virtute illâ regulante, & tunc incipit putreſcere, & febrem & prędicta accidentia inferre, à quib. cauſatur mors. *Berengar. c.* 13.

OBSERVATIO V.

Ictus ſupra dextrum ſupercilium lethalis, ob ſanguinem in occipitio effuſum, inter utramque meningem collectum, unde ſequuta vicini cerebri corruptio. Obitus Henrici II. Galliarum Regis. 1. *Vulnus Frontis lethale ob Contrafiſſuram in Occipitis oſſe, & effuſionem ſanguinis ac ſaniei in ſubditam meningem.* 2. *Percuſſio in una capitis parte lethalis ob contuſionem cerebri, & ſaniei collectionem in parte oppoſita.* 3. 4. 6. *Oſſis frontis vulnus lethale, ob abſceſſum circa occiput excitatum.* 5. *Vulnus in altero temporum lethale, ob fiſſuram*

in oppoſito latere. 7. Contrafiſſura duplex à caſu in muſculum temporalem. 8. Caſus in occiput lethalis, ob ſequutam fiſſuram oſſis Frontis. 9.

§. 1. HEnricus Rex felicis memoriæ, compoſitis Galliæ rebus, & pace cum finitimis parta, dum Filiæ & Sororis nuptias celebrari, & feſtivo haſtiludiorum exercitio feſtiviores reddere conaretur, procurrens & ipſe in catadromo, pyxidata lancea adeo gravem ictum pectore excepit, ut ictus vehementia lamina ductilis, qua è galea proſpicitur, ſurrigeretur, & diſſultantis in fruſta lanceæ truncus ſupra dextrum ſupercilium impingeretur, cutiſque muſculoſa frontis ad minorem uſque oculi ſiniſtri canthum laniaretur, multis ejuſdem trunci fruſtulis in commemorati oculi ſubſtantiam depactis, penitus tamen intactis & *illæſis oſſibus*: Fuit vero inde commori & concuſſi cerebri tanta vis, ut xi. ab ictu die interierit.

Poſt obitum diſſecto cranio, in parte ictui oppoſita, ad mediam occipitis ſuturam effuſi inter craſſam & tenuem meningem ſanguinis copia comperta eſt, & corruptæ cerebri ſubſtantiæ, quantum pollice tegi poſſet, indicia ex coloris nativi in flavum mutatione apparuere: Quæ cauſæ Regi Chriſtianiſſimo mortis conſequutionem attulerunt, non ſola vulnerati oculi læſio; pleroſque enim alios vidimus, qui ex longe gravioribus oculorum vulneribus non interiere. *Amb. Parëus lib. 9. cap. 9.*

S C H O L I A.

I*Llæſis oſſibus*] Aliquando evenit ut os quidem totum integrum maneat, intus vero ex ictu aliqua vena in cerebri membrana rupta, aliquid ſanguinis mittat, iſque ibi concretus magnos dolores moveat oculoſque obcæcet. *Celſus cap. de curatione calvæ:* Firmat *Carpus* parte 1. de Fract. cranii. Reperio, *ait*, alias ſpecies læſionis in capite quæ carent peculiari nomine: Una eſt quod interdum non fracto cranio rumpuntur aliqui nervi cerebri, vel aliquæ venæ in panniculis ejus ex motu forti, vel ex caſu & percuſſione cum re gravi, potente movere cerebrum, & maxime in corpore ſicco, ut ſunt corpora ſenum, quibus magis aptum eſt moveri & rumpi cerebrum propter medullam eorum exſiccatam & diminutam, ut patet ex comm. *Galen.* in aph. 58. 6. Experientia hoc vidi in magnifico N. qui plures habuit contuſiones à re ponderoſa, & nullam habuit in cranio fracturam, & adhibita omni cura mortuus eſt. Et non dico tantum ex ruptura nervorum cerebri (quia iſti ſine voce fiunt, maxime ſi patiuntur nervi à reverſivis orti, qui dicuntur nervi vocis) ſed credo quod ipſi fuerit rupta venula aliqua cerebri, & forte aliquis nervus, à qua venula inducta fuerit mors, propter ſanguinem ibi in loco non cognito putrefactum: Et illa læſionis ſpecies eſt mala, & cauſa interitus, quia Medici neſciunt locum venæ.

§. 2. Vir ſexagenario proximus, à caballo ſternaci excuſſus, frontem pavimento, duriſſimis lapidibus conſtrato, alliſit, acceptóque eo loci ex lapſu vulnere, aliorum ſubſidio elevatus, ſemianimis domum refertur, mox bilem eructat, & nares ei cruentæ, certo, ſi *Hippocrati* fides, cerebri concuſſi & venulæ alicujus ruptæ indicio. Inſtituto diligenti ſcrutinio, Vulnus vix cutem penetraſſe ego & Chirurgus invenimus. Interim elota alvo enemate, ſanguinis aliquid in corpore plethorico de cephalica detractum: Sequenti die omnia graviora & prorſus lethalia, corpus enim febri incaluit cum obſtupeſcentia & deſpicientia, atque ad interrogata omnimoda obmuteſcentia, quæ ex *Hipp.* 7. aph. 14. in capite læſo mala pronuntiat: unde peſſime de eo ſperare cœpimus. Nihilominus manum tanquam deplorato admovimus, & Chirurgus nequicquam eorum omiſit quæ ars his in caſibus præſcribere ſolet, quo certius pateret ſi quæ noxa frontis oſſi inflicta eſſet, quod Hippocratis oraculo moniti verebamur. Vulnus in fronte inflictum dilatavit, ſed os integrum & noxæ expers inventum, neque ſedula capitis contrectatione, ægro plane ſtupido & muto, quicquam animadvertere potuimus, quanquam fracti cranii multa erat conjectura: Itaque de aperienda per trepanum calvaria conſilium initum, Sed quid fit? miſellus iſte ſenex, cum per totum fere diem quaſi comate quodam correptus eſſet, ſub veſperam horrendo ſpaſmo convulſus, paucarum horarum ſpatio mortalitem exuit.

Aperto à morte cranio, in oppoſita fronti occipitis parte, Rima, ſeu Contrafiſſura, quam Græci ἀπήχημα vocant, reperta, & magna cruoris ſanie permiſti copia craſſæ meningi incumbens, unde mors. Ut vere dixerit Celſus, Evenire interdum ſolere ut altera parte ictus inſederit, & altera fiderit. *Fridericus Loßius Obſerv. Medic. 1. Lib. 1.*

§. 3. *Nicolaus Florentinus* dicit ſe hoc vidiſſe in quodam artifice percuſſo in capite clava: facta fuit apertio in parte affecta ac nihil fuit repertum: tertia poſt die ſucceſſit febris, & facta fuit apertio in parte oppoſita, & reperta eſt ſanies in magna copia, & Ego expertus ſum in multis poſtquam mortui ſunt, in quibus nihil aderat in parte affecta, & ubi feci apertionem in parte oppoſita, reperi copioſam ſaniem collectam & magnam contuſionem. *Gab. Fallopius comm. in lib. Hipp. de cap. vulner. cap. 14.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

IN parte oppoſita] Quamvis hanc Fracturæ ſpeciem riſu excipiat *Paulus*, nec in capite humano, duro nempe & pleno ut in vitreis vaſis vacuis, Contraſiſſuram dari poſſe putet, à me tamen aliquando viſa & obſervata eſt: Nec valet eorum ratio qui ideo putant naturam ex multis oſſibus, ſuturarum compage contextis, caput conflaviſſe, ne unius partis fractura in oppoſitam protenderetur: loc enim id forte poteſt in his quibus ſuturæ ſunt preſſæ & naturaliter ſitæ ac conſtitutæ, at non his quibus vel deſunt, vel è natura ſitæ non ſu vel ſunt admodum conſertæ; atque ita oblitera ut unum veluti os ex multis coaluiſſe videatur fiet ſequentis hiſtoriæ commemoratione manifeſ

§. 4. Maſſi, diſpoſitorum equorum cuſtodis, ſervo cuidam gravis lapidis ictus in br gmate dextro eſt inflictus, unde vulnus quidem exiguum ſed grandis contuſio tumo que extitit, quare quo certius pateret ſi quæ noxa oſſi inflicta eſſet, quoque facilius co cretus ſanguis exprimeretur, cute patefacta latius apertum vulnus eſt à Chirurgo; D viſione peracta os integrum animadverſum eſt, quanquam ejus fracti multa erat co jectura, quod ſtatim ab ictu æger in terram prociderat, vomuerat, & alia fracti cra ſigna pertulerat, quo factum eſt ut xxi. morbi die interiret.

Ego vero advocatus, qui qua ex cauſa interiiſſet edicerem, diviſo ſerra cranio, com peri in parte ictui oppoſita ingentem ſaniei copiam, & in craſſa meninge, ipſiuſqu etiam cerebri ſubſtantia abſceſſum, ſuturam verò nullam, præter duas ſquammoſa Ratum ergo illud eſt *Hippocr.* authoritate, ratione & experientia confirmatum, alia part ictum, & alia fracturam eſſe poſſe: In his præſertim quibus aut nullæ ſuturæ erunt, au illæ admodum arctæ, & valido adhæſu adeo conſertæ ut vix appareant. *Paræus lib. 9 cap.* 8.

§. 5 Obſervavi ego cum Turnonii medicinam facerem, anno 1599. puerum x. aut xij annos natum, die xliv. ex vulnere in Frontis ſiniſtra parte accepto, in febrem & reſolu tionem alterius lateris, i.e. dextri incidiſſe, cum tamen à primo morbi die ad xl. uſque belliſſime ſe habuiſſet, nec ulla nobis in dilatato vulnere vel rimula quidem apparuiſſet.

Eo tertia die vita functo & diſſecto, alienatum & cancro affectum cerebrum ἐκ τ ἀποχήματος in occipite inventum eſt; nam & ibi aliquot rimæ in oſſe conſpicuæ erant Et quod de *Henrico ſecundo* Rege diximus, ex vena eadem parte, i. e. in occipitis renu omento rupta, ſanguis erumpens, cerebro vitium fecerat, & inflammationem in eo excitarat, à qua abſceſſu facto, & xl. illa die, ut veriſimile eſt, aperto, pus in ſpinalis medullæ nervos dextros decubuerat, atque reſolutionem dextram creaverat. *Franciſcu. Vertunianus Comm. in lib.* Hippocr. *de cap. Vulneribus.*

§. 6. Eſt quædam ſpecies læſionis à me ter viſa in actu practico in capite, à qua decipiuntur Medici, ſcil. quod oſſe non fracto interdum à re gravi contundente, vel caſu ab alto, pars cranii (qualiſcunque ſit pars, an anterior, an poſterior, an lateralis) percuſſ percutit partem ſibi oppoſitam, ita quod commiſſura percutit commiſſuram propinquam & etiam longinquam (dico longinquam, quia poſſibile eſt quod os frontis impellat oſſ bregmatis, à quibus componitur in eorum medio ſagittalis ſutura in oſſe Laudæ) & qui à commiſſura qualibet exeunt villi nervorum, & ipſa dura mater conjungens ſe Almocati & aliqua venula, nervi & venulæ, & panniculus ipſe inter duo oſſa contunduntur, dein de in ſucceſſu alicujus temporis putreſiunt (quia omne contuſum neceſſe eſt putreſier & in ſaniem converti) & ſupervenit febris, & alia mala accidentia, & inde mors: Et i hoc Medici hæſitant, & credunt aliqui quod ſtante contuſione in una parte, etiam cun fractura illius partis, vel ſine, quod fractura ſit in oppoſita parte per apparitionem ſanie in oppoſito loco, ſine fractura cutis, quia ubi panniculus eſt coarctatus, & contuſus commiſſura, ibi ſit à ſanie genita tumor aliquis, & ſanie aggregatio, Et ego ter vid anatomiſando capita, Et ſimiles caſus reperi abſque fractura oppoſitis oſſis. *Iac. Berengarius Carpenſis Tract. de Fractura cranii.*

§. 7. Orphanus annorum xv. paſſerem dimittebat in aërem: paſſer in murum proximum convolabat, Puer aviculam ad ſe allicit, allecta non redit, conſcendit ille murum paſſer progreditur, inſequitur puer, aberrat hic, & è muro in ſiniſtram temporum parten cadit: lapſus humi ſe tollit, interrogatus à commilitonibus nunquid cruciatum ſentiat arridet, murumque xv. pedes altum, è quo deciderat, aſpicit, hinc ad ſcholam ſe con fert, cœnat quoque, ut ſolebat, largiter, & cubitum it: media nocte magna cun animi perturbatione è ſomno evigilat, ſanguinem cum bile evomit, circa diluculum in ſanire incipit, accurrunt curatrices, eumque quantum fieri poteſt juvant: Ego orphanorum ordinarius accerſor, cauſam mali inquiro, Chirurgos adeſſe jubeo: Illi om

tentant, ac probe inveſtigant ſingula, verum nullam inveniunt contuſionem, aut cranii preſſionem: Venam incidi euro, clyſterem injici, ſoveri caput ac tueri contra ſymptomata, quæ ſæpius orta in ſimili caſu vidimus: Poſtridie tuberculum circa muſculum temporalem apparet, quod ad cranium uſque aperimus, quo aperto cranium in multas fiſſuras contuſum conſpicimus, nullum tamen fragmentum, aut cranii particulam expellere potuimus, quapropter ad Trepanum, Verum ſanguis per ipſum cranium, non tantum per fiſſuras ſuturaſque, tanta copia fluebat, ut terebræ nullus prorſus eſſet uſus: paulo poſt, ſanguine ſeſe ſiſtente, ad terebram redimus, nullo tamen ſucceſſu, confeſtim enim puer incurabili caſu oppreſſus periit.

Secto cranio, præter fracturam hanc & fiſſuras, adhuc vidimus in latere oppoſito duas alias Contrafracturas triangulares, quæ quomodo potuiſſent inveniri expertis conſiderandum relinquimus: Membrana craſſa ac pia mater expanſæ erant inſtar tympani, quarum venæ capillares adeo intumuerant, ita ut non cerebri, ſed manuum potius venæ viderentur: Inter cranium meningaſque cruor concretus magna abundantia conſpiciebatur, non ſecus ac pia mater & ventriculi, qui præter cruoris copiam, aquæ quantitatem continebant aliquam, ut & cerebellum. *Nic. Fontanus Annot. in caput* 1. *Epitomes Veſalii.*

§. 8. Puer è muro xv. pedes alto exciderat, in quo fractura cum multis fiſſuris, mox deprehenſa fuit circa muſculum temporalem, Sed poſt mortem ſecto cranio, adhuc duæ aliæ Contrafracturæ in latere oppoſito repertæ ſunt. *Idem Annot. in cap.* 1. *Epit. Veſalii.*

SCHOLIA.

Quærendum quomodo interdum fieri poſſit à plurimis decantata illa contrafiſſura, qua cranium dicitur findi in parte oppoſita illi in qua ictus est: Hanc *Hippocrates* creditur deſcribere lib. de Vuln. cap. his verbis, *Os ſub vulnere frangitur alia apertis parte quam qua ulcus eſt & os nudatum eſt:* hic locus *Hippocr.* Contrafiſſuræ certitudinem plurimorum animis firmiſſime impreſſit: Has contrafracturas ſtrenue negat *Gab. Fallopius* de cap. Vuln. cap. 13. & rem probat non tantum *Galeni*, *Pauli* aliorumque authoritatibus, verum etiam propria experientia, ſcribitque ſe centies & pluries capite percuſſos vidiſſe, nunquam tamen contrafracturas invenire potuiſſe: Experientiæ *Fallopii* etiam noſtram adjungamus, qui in caſtris non centies, ſed ducenties & pluries hujuſmodi capite graviter percuſſos milites, præcipue equites tractavimus, nunquam tamen ullam contrafiſſuram obſervare potuimus: Interdum quidem fiſſuras in utroque latere invenimus, ſed in iis ſolummodo quibus caput utrinque percuſſum fuerat: & ſic proculdubio etiam contigit in puero illo *Nicolai Fontani*, in quo licet manifeſta ex caſu læſio, cum fiſſura, mox deprehenſa ſit in uno latere, ignoratum tamen fuit annon etiam puer in oppoſitum latus percuſſus fuiſſet, vel lapis aliquis ex muro, forte ruinoſo, poſt illum deſcendens in illud latus deſcendiſſet, quod maxime veriſimile eſt: Itaque nos calculum noſtrum iis adjiciamus qui contrafiſſuras fieri negant: Quantum ad citata *Hippocr.* verba, ille non loquitur ibi de contrafiſſura, ſed docet interdum pus ſub cranio alia parte colligi quam qua os fractum eſt, idque etiam nos aliquoties vidimus, ſed hoc nihil probat pro contrafiſſura. *De Diemerbroeck Anatom. lib.* 9. *cap.* 4.

§. 9. Ruſticus annorum circiter xl. famulus Nobil. Domini *Deodato Deodati* hyeme rigidiſſima, & terra ſtricto gelu conſtricta, plauſtrum lignis onuſtum ducens, male compoſitos faſces quoſdam & caſum minantes compoſiturus id conſcendit, ſed male obfirmatis pedibus ſupinus cadit in dorſum; unde luxatio carpi, altero die ſopor, delirium, quarto mors.

Diſſecando caput, primum examen fuit occipitis, quod caſum primo exceperat, in quo levis contuſio, ſed os integrum: Pergendo ad anteriora fractura maxima in initio bregmatis ſiniſtri ſe exhibet, ad oculi uſque orbitam exporrecta: Caſum autem in poſteriora fuiſſe innuebat inſignis ecchymoſis in parte poſtica pulmonum ad dorſum, cum ſanguinis concreti copia ad ovi magnitudinem, Nec-non in parte Jecoris concava.

Observatio XII.

Vulnus Frontis lethale, ob hiantem ſuturam lambdoideam, & ſaniem ſupra meningem duram effuſam.

Quendam parte anteriore frontis pugione ſatis graviter vulneratum mihi videre contingit, cujus vulnus penetrabat uſque ad meditullium: In hoc *aderant omnia ſymptomata* vulneribus capitis communia, alienatio nempe mentis, vomitus, aurium tinnitus, & alia ab *Hippocr.* enumerata: Et licet de dolore alicujus partis non conquereretur, ſecunda tamen die ipſum terebravi, ſymptomatibus hoc præſidium poſtulantibus

lantibus, & membranam aliquantulum inflammatam deprehendi, cujus cauſa uſus fu remediis ſpectantibus inflammationem: licet verò meningem deprimerem, & patie obſtructis naribus ipſam propelleret, nec quicquam perforatione peracta effluxiſſ obiit xiv.

Secta calvaria loco vulneris, nec membrana, nec cerebrum ullam noxam exhibu runt, vitrea quinetiam illæſa, quanquam ſutura lambdoides laxata fuerit, craſſitie dig auricularis, pauca materia ſanioſa intra ſuturas ipſas, & ſupra duram membranam de teſcente: Cui ſimilem caſum me nunquam obſervaſſe memini, licet contraſiſſuras multis calvatiæ partibus viderim, non tamen in ſuturis, quanquam earum apud autho res proſtent exempla. *Marchetti Obſervat. Medic. Chirurg.* 15.

SCHOLIA.

A*Lienatio mentis*] Notandum quod ſi contingat ex aliquo ictu incidere patientem in mentis alienationem cum privatione ſenſus & motus, niſi alia ſymptomata ab *Hippocr.* enumerata accedant, nullum vitæ periculum imminere, ac proinde prætermittendam quamcunque operationem, ſectionem videlicet & perforationem ipſius calvatiæ: Vidi ſiquidem aliquos ex prolapſu, aut ictu, læſo capite, apparente ſolo hoc ſymptomate, ſequenti die omnino liberatos. *Idem ibidem.*

Aderant omnia ſymptomata] Præter ſigna ab *Hippocr.* propoſita, obſervandum quod ſemper al fluxus vulneribus capitis accedens, abſentibus lic aliis ſymptomatibus, cerebri læſi ſignum eſſe, pro pter ſcil. ejus conſenſum cum nervis ſexti paris q orificiis ventriculi adnectuntur, quorum ratione i ferius laxatur & alvi fluxus ſtatim ſuccedit: Hi ver fere omnes moriuntur, ob læſum cerebrum parte in terna, qua in ſpinalem medullam exporrigitur, ub nervorum ortus: Omnia tamen remedia in his caſi bus ſtatim adminiſtranda quæ ad artis opera ſpe ctant, ab *Hipp.* propoſita: *Idem ibidem.*

Observatio XIII.

Vulnus Sincipitis lethale ob arctam duræ meningis cum cranio adhæſionem, cujus ratione pus exire non potuit.

PUerum quadrimum ex phthiſi mortuum anno 1596. diſſecui: Huic dura mater ubique, inſtar perioſtii, vitreæ tabulæ adhærens neutiquam avelli potuit, niſi prius incocto in aqua cranio: Itaque venæ quæ alioqui per externam partem duræ matris, quæ cranium reſpicit (duplicem enim duram matrem cum Columbo aſſero) expanduntur, illæ in parte interna verſus cerebrum conſpiciebantur: Erat nihilominus vacuum aliquod inter duram & piam matrem, hæc enim cerebro adhærebat, illa cranio, Plagas & contuſiones in hujuſmodi calvariis maxime periculoſas eſſe nemo dubitat, tum quod membranæ cerebri facillime læduntur, tum etiam quod earum ruptis venis ſanguis inter cerebrum & duram matrem effunditur: Venæ enim, ut dictum eſt, in interna parte duræ matris ſitæ ſunt, ita nullo modo ſanguis extravenatus evacuari poſſit, quamvis cranium terebello perforetur, ut ex ſequenti hiſtoria liquet. Ruſticus in pago Genevæ proximo, Cheſne dicto, vulnus circa dextrum os bregmatis baculo accepit, mox in terram cecidit, vomuit & loquelam amiſit, Neglecto primum morbo, tandem 8. poſt die vocatus ſum: Inveni ipſum febricitantem & delirantem, lingua arida, oculis rubicundis, Quum autem nec rima nec fractura appareret, cranium perforavi; nihilinveni vacuum, ſed dura mater ita adhærebat cranio, ut ſtyli acies inter cranium & duram matrem minimè poſſet immitti: Unde *quum nihil puris exſtillaret*, perforatio inutilis fuit, ipſe xiv. poſt die è vivis exceſſit: Quamdiu dura mater retecta fuit, nempe ab 8. die uſque ad ſupremum, motus cerebri, quantumvis continuus, minime percipiebatur, verum ea fuit diſtantia inter cerebrum & duram matrem ut pulſus cerebri membranam non attingeret: Hinc perſpicuum fit cerebrum moveri, non autem ipſius membranas tantum. *Fabritius Hild. Centur.* 1. *Obſervat.* 7.

SCHOLIA.

DUra mater calvatiæ connectitur ſuturarum ope, tum ut penſile & rectum teneat cerebrum, tum etiam ut per ſuturas egreſſa pericranium procreet: Spatium verò inter ſuturas rectè natura reliquit liberum, ut vacuum quoddam eſſet inter duram matrem & calvatiam, has nimirum ob cauſas 1°. ne quicquam ipſius cerebri ſyſtolæ & diaſtolæ obſtaret: 2°. ne venæ & arteriæ per extremam duræ matris partem ſparſæ levi aliquo ictu in cranio facto rumperentur 3°. ut ruptis in dura matre venis, ſanguis non inter duram & piam matrem, ſed inter duram matrem & cranium effunderetur, & perforato cranio facilius extraheretur.

Quum nihil puris exſtillaret] Meningis duræ inciſionem, ad puris ſub ea concluſi eductionem, tentare non eſt auſus *Hildanus* convulſionum metu, quas ſubſequuturas credidit, eum tamen inanem eſſe patebit inferius.

OBSERV.

OBSERVATIO XIV.

Capitis ictum, & ventris levem puncturam, mors ſequitur, neutri imputata.

CORnelius Bethlemita ictus cantharo in fronte, ac venrre leviter gladio puncto, procedit temulentus in gradus, fiſſoque ſiniſtro temporum oſſe, exceſſit tertio oſt die è vita: comprehenſis interim ac in cuſtodiam traditis qui ipſum indignis exceerant modis; confitente altero ventrem à ſe vulneratum, alterato vero accuſato de i fronti illata.

Cujus inopinatæ mortis cauſam, juſſu Judicis, inquiſituri Medici, invenere nec ven:is vulneri, quod ad interiora neutiquam penetrabat: Nec frontis contuſioni mortem anc imputandam, Verum vitam ademptam fuiſſe partim per inflammationem cerebri, b effracto oſſe excitatam; partim vero, & quidem potiſſimum ob jecur, ſeptum tranſerſum ac inteſtina, ut ſumme inflammata à morbo rixam præcedente: Sic undiquaque ætidiſſimo pure perfuſa ex inveterato abſceſſu, per turbas haſce id temporis diſrupto: uo lumine Judici Prælato abſolutus fuit uterque reus cædis intentatæ.

SCHOLIA.

PLurimi itaque intereſt ſententiam ſuam haud leviter ferre, nedum in re tam gravi amicitiæ aut oſtilitati aliquid dare, quin potius ſoli veritati litare: Caveſis ergo Medice aliter loquatis, aliter ſentias, it tibi religio nunquam Judicem in fraudem illicee: Certus aliis vulnera, aliis curantis culpam; aliis ropriam pertinaciam, lethalemve aliquem morum clanculum alicubi in viſceribus latitantem mortem acceleraſſe: quorum abditorum morborum cauſa haud ſatis fuerit inquiviſſe in naturam vulneris, niſi ſimul perſcruteris corpus univerſum, ne inconſiderate aſſeveres quenquam ſubiiſſe ſpeciem ejus ut occiſi quem ſors ſua peremit, Neque enim minores Deo pœnas dabit qui inſontem damnat quam qui ſontem abſolvit. *N. Tulpius Obſervat. lib. 4. cap. 6.*

OBSERVATIO XV.

Vulnus capitis lethale ob ægri debilem conſtitutionem, & alium morbum accedentem.

ANno 1586. 5. Novem. aperuimus caput Pandochæi ad Cygnum aureum, cui vulnus cæſim die Octob. 11. inflictum fuerat digitis quatuor ſupra aurem ſiniſtram: Exſpiraverat hoc die circa 9. matutinam, Et quanquam vulneri mors imputabatur, deprehenſum tamen eſt calvam non omnino penetraſſe, imo ne rimulam quidem tenuiſſimam intuliſſe: Et licet puri quid ſimile intra cranium parti læſæ adhæreret, tranſſudaſſe tamen id potius putandum: quia illic perquam tenue os cranii, propter vulnus in calvam alte adactum exiſtebat: Quin & ſquama pollicis latitudinem habens, necdum omnino ſeparata cranio intus adhærebat, infra quam caro novella, ſquamæ ſeparationem moliens, ſuccreverat, vulnus jam cicatricem majori ex parte duxerat, adeoque æger ipſe ante dies aliquot in culinam deſcenderat: Sed inciderat in dolorem lateris, ut difficulter ſpiraret, & ſanguinem mittere opus fuerit: Is vero cacochymus ac decolor dicebatur fuiſſe: Sane ille qui circumſecto capite effluebat, valde nigricabat, adeoque talis cruoris aliquid coagulati, aperto cranio, intus circa verticem latitudine Daleri inhærebat. *H. Smetius Miſcellan. lib. 10. p. 561.*

APPENDIX.

De difficultate curationis Vulnerum capitis apud Florentinos, &c.

REtulit mihi *Alexander Minchius* ſe obſervaſſe longa experientia in capitis vulneribus cum fractura oſſis, quorum hoc anno 1566. Florentiæ nullus evaſit, quod ægri, quo morti viciniores ſunt, eo melius ſemper ſe habere dicant: Sunt autem Florentiæ capitis vulnera fere ſemper lethalia, adſcribunt id aëris ſubtilitati: Decuſſatim locum incidunt & terebra os perforant, rebuſque p. n. exemptis, vulneri pecias cum oleo roſaceo omphacino applicant; in circumferentia etiam eodem loco locum inungunt ad inflammationem prohibendam: hujuſmodi vulneribus affecti aliquando uſque ad 14. bene ſe habent, dein perniciosa ſymptomata, tandem mors excipit: Primis diebus à vino & carnibus arcentur, ſanguis è baſilica dextra ad revulſionem mittitur, temperantia imperantur, corpora purgantur diacaſſia & diaphœnico: vulneri mel roſatum cum oleo roſato infunditur: Præſcribuntur ſyrupi præparantes, feneſtræ clauduntur & ignis in cubiculo accenditur. *Ieremias Martius Obſervat. Medic.* 18.

Ipſo eventu ſæpius veriſſimum deprehendi, cum in Noſocomio Florentino praxim aſſiſtentis

aſſiſtentis titulo exercetem , ex·xl. quos uno anno habuimus in capite , etiam levit vulneratos , vix quinque evaſiſſe : frequens enim hoc ibidem eſt ut leviſſimæ capitis plag mortem inferant , cujus rei certum indicium habetur ſi vulneratus ſtatim in terram cader vomere incipiat , hoc enim meningas & nervos compati oſtendit : crediderim fortaſſe e nimia & pene ſuperſtitioſa curandi diligentia hoc evenire , qua vulneratum ſtatim ab hom num conſortio ſeparant , venam ſecant , præparant humores, purgant , non ſpemenda qu dem intentione : interim tamen ſiti & fame ferè enecant , ſola panatella exhibita , in vul nere perpetua putrefactione deſudant lumenque penitus arcent , quibus vel ſolis naturan debilitare poſſunt : Ipſi tamen aëris ſubtilitati adſcribunt : quod ſaue ut negari non debet ita reliqua an tantopere conveniant cuivis judicandum relinquo:Senibus in Etruria crurun vulnera & fracturæ eodem modo ferè ſemper ſunt lethalia quo capitis Florentiæ , eaſden fortaſſe ob cauſas : ut enim ſæpe multa fiunt negligenter ita interdum quædam etiam cun cura citra neceſſitatem. *Ioh. Vdalricus Rumlerus Obſerv. Medic. 76.*

Vulneribus ac plagis recentibus ſingularis eſt œnelæi utilitas , neque ictibus capitis exceptis : Utinam igitur in procurandis ſauciis hominum capitibus in medentium omniun uſu eſſet hodierno die Neapoli ; Non ſic fortaſſe miſerè præterque opinionem ſæpe cederent leviſſimæ plagæ : Porro ſentiunt rectius quam nos Medici Melitæi , qui quod audio non meliorem volunt in his (capitis vulneribus) curandis eſſe , quàm medicinam Chriſti & Samaritani : Evenitque res feliciter,ita ut ex vulneratis centenis vix depereat unus nobis quemadmodum contra è centenis vix ſervatur unus nobis : Cauſentur cœlum , objician tenuitatem , humiditatem , varietatemque aëris & ventorum : Equidem medicamenti importunitatem perniciei mortiſque hominum cauſam maximam opinor : atque id eo maxime quod quam maxime adſtruunt medentes corporum humiditatem atque languorem, madefacientibus ad putredinem non oportet foveri conterique. *M. Aurelius Severinus Chirurgiæ Trimembris l. 5. c. 21.*

Observatio XVI.

Hepatis abſceſſus in capite vulneratis aliquando repertus.

§. 1. NOtandum ſæpe vulnerato cranio excitari apoſtema in Hepate , Id quod à me *Roberto Greaume* , Pariſienſis Facultatis Medicæ Rectore & *Binoſquio* , Chirurgo Jurato in tribus ægris nuper animadverſum.

SCHOLIA.

SI objicias, ejuſmodi abſceſſus ante inflictum vulnus in Hepate delituiſſe? Reſpondeo ægros prius fuiſſe vivido faciei colore præditos , nec ulla hepatici affectus edidiſſe indicia : Hæc forte cauſa eſt, Quod natura , ob ictus vehementiam , læſionem percipiens , in ſubſidium colligit & convocat copias & vires, ſanguinem ſcilicet & ſpiritus, verſus cor & hepar, non ſecus ac per timorem contingit,unde ſubſequitur hepatis inflammatio ; quod cæteris partibus commune eſt , quum uberius , quam pro nutritione requiritur, affluit ſanguis : Hepare enim accepta ſpirituum & ſanguinis nimia copia turgente , cui ventilandæ impar eſt ob vaſorum anguſtiam, oritur febris & phlegmonoſus affectus : Niſi cum Mauritio Cordæo dicere malis , Naturam oneri ſuccumbentem, materiæ purulentæ partem per venas ad jecur amandare : fidem facit obitus , quotquot ictis in capite, abſceſſus in jecore obortus eſt. *A. Paréus Operum lib. 10. cap. 9.*

§. 2. Plurimos vidi capite vulneratos, nullo vehementi ſymptomate accedente , morte tamen ſequuta, ſi præſertim febris tertio die invaderet : Sed in omnibus fere qui ſic interierunt, abſceſſum reperi in ſubſtantia jecoris. *P. Pigray Chirurg. lib. 4. cap. 9.*

SCHOLIA.

C*Onqueſtos ante obitum de dolore , &c.*] Obſervavi ſæpiſſime quod quando in vulneribus capitis cum Fractura collum dolere incipit , parte potiſſimum poſtica & laterali , tunc materia purulenta delabitur ad thoracis & abdominis cavitatem , quæ longiore mora , cum pulmones tum pleuram , aliquas nempe ipſorum partes erodit , ex quibus multa ſanies emanat , quæ poſtmodum ad abdomen defluit , cum Jecoris & Lienis labe , in quibus varias puſtulas excitat : quibus diſruptis , perinde ac ex pulmonibus & pleura , ita & ex his materia purulenta effluit : Quanquam hujus obſervationis ignari exiſtiment abſceſſus obortos in his partibus, quorum ratione patientes moriuntur , non ex capitis vulnere , quod ex capite copioſum pus poſſe ad inferna viſcera delabi non ſibi perſuadeant : *Prout in pleriſque obſervavi mediam thoracis & abdominis cavitatem fuiſſe pure refertam: Quam obſervationem multis tum in theatro Anatomico , tum in valetudinario S. Franciſci demonſtravi.* Petrus de Marchettis *Obſervat. Medico Chirurg. xv.*

Dicunt quidam ſe obſervaſſe in pleriſque eorum qui à vulnere capitis inſigni interierunt , abſceſſum in concava Jecinoris parte : Qui id fiat quæſtione dignum eſt : Primum illud eſt verum quod *Hipp. & Galen.* ſcribunt , præciſo cerebro & febrem & bilis vomitum ſupervenire:bilis revomitur, *ait Gal.* affecto

ventri-

ntriculo qui cerebro compatitur; ad os enim progo nervorum inſignis pertingit: Imò, *ait Galenus*, magnis doloribus, & vehementi mœrore, ad ventriculum bilioſa ſuperfluitas confluit, maximè ſi ventriculus malè affectus fuerit: unde ergo in concavo epatis abſceſſus fiet? Quidam dicunt à cerebro, per continuitatem membranarum internarum, imperſpicuarum, ſenſim pus manare & progredi eo donec ad hepar pervenerit. Id non eſt probabile: Affero meam conjecturam, quando demonſtrationem ... huc adducere nequeo, deſumamque ex eo *Galeni* loco, ſupradicto: Vulnerato cerebro, membranisque affectis, os ventriculi coafficitur, humoresque perturbantur, unde bilis vomitio: ſi multa ſit bilis evacuatio, ea ab adſceſſu vindicare poteſt: ſi pauca, & frequens eſt nauſea, aut quia æger vomere non conſuevit, aut quia bilis craſſior, motu difficilis & quodammodo incuneata: aut quia libertas meatuum non eſt, dum humor movetur & non excluditur, oppreſſionemque facit aliquam, poteſt in concavo hepatis colligi, & inflammari, & præter ſymptomaticam febrem, quam excitat *ſympathia* capitis eſſentialem febrem concitare: hinc collectio, hinc inflammatio, hinc abſceſſus: Accedit quod in vulneribus capitis negant dandum pharmacum: ſi daretur, & vacuaretur bilis commota & non excluſa, ab abſceſſu liberaretur æger: Nunquid in febribus eſſentialibus abſceſſus in concavo hepatis fieret niſi Medicus daret operam purgationi? Et quia os compatitur ventriculi, natura ſuas ſuppetias mittit ad eam partem, obſtructas quia non excluditur materia: phlebotomia & purgatio eſſet vindex ejus abſceſſus: Et nuper in quodam qui pugione vulneratus erat, tamen in internam capacitatem vulnus citra nothas coſtas, qua pertingit diaphragmatis extremum, non penetrarat, tamen in Hepate repertus eſt abſceſſus, unde id? forte eodem modo quo in vulneribus capitis. *Gul. Ballonius appendice libelli de Convulſionibus.*

§. 3 Paulus Marquardus Slegelius obſervavit omnes illos qui ex vulneribus Hepatis mortui ſunt, conqueſtos ante obitum de dolore lienis aut hepatis, atque in cadaveribus illorum ſemper invenit abſceſſum Hepatis, quem per tranſumptionem fieri arbitratur, quia tunc temporis vulnus plane ſiccum conſpiciatur, & inter lethalia ſigna cenſendum putetur. *Velſchius Epiſagm. Obſerv. med.* 56.

§. 4. Dicunt quidam ſe obſervaſſe in plerisque eorum qui à vulnere capitis inſigni interierunt abſceſſum in concava Jecinoris parte: atque id à plerisque Chirurgis obſervatum eſſe ſcio. *Ballonius loco ſupra citato.* Qua ratione id contingat quæſtione dignum, Ac præter ea quæ ex *Ballonio* & *Marchetti* adducta ſunt, in conſiderationem adduci meretur quæ affert *Valleſius* comm. in ſect. 2. lib. 6. Epidem. p.m. 595. de vario humorum motu ſurſum aut deorſum, unde generatio Abſceſſuum. *Quum ſunt venæ temporum non ſubſidentes*, inquit Hippocr. *ſed tumidæ, neque color ſplendidus, & difficulter redditur ſpiritus, & adeſt tuſſis ſicca non ferina, expectare oportet abſceſſus ad articulos:* Dices hæc ſigna eſſe raptus humorum in ſuperna, igitur capiti timendum eſſe potius? certe ita eſt, ſignificant hæc rapi ſurſum humores, quibus proinde ſi accedat aliquod aliud pernicioſum, eorum quæ convulſiones aut dementias ſolent præmonſtrare, capiti timere oportet: Si vero nullum horum accedat, expectare oportebit parotidas, aut abſceſſus ad articulos, ſuperiores quidem plerumque, nonnunquam tamen etiam inferiores: Non raro enim qui in caput ferri cœperunt humores, inde repercuſſi retrocedunt in partes humiliores; Neque mirum cum dictum ſit ſect. 5. lib. 2. Si caput doleat in pectus deſcendit, deinde in hypochondrium, deinde in coxam.

§. 5. Quidam in capite graviter vulneratus, cum non ſine vitæ periculo evaſiſſet, poſt menſes aliquot icteritia, duritie cum dolore in regione hepatis laboravit, &c. obiit vero ille eodem die.

In diſſecto capite nullum vitium apparuit, Hepatis vero ſubſtantia fere tota abſumpta, ipſiusque loco putrilago, &c. *Vide lib. 3. tit. de Hypoch. doloribus.*

Observatio XVII.

Oculi dextri Vulnus lethale, ob læſum cerebrum, quod dextra parte purulentum, ſiniſtra pituita ſeroſa plenum. 1. Ob cerebellum ſimul læſum. 2. Externi oculi anguli, ob læſionem cerebri. 3. Palpebræ inferioris, lethale citra ullam aliam noxam. 4. Orbitæ ſuperioris ob ſequutam meningis & cerebri corruptionem.

§. 1. Vid

§. 1. Vidi juvenem annorum viginti, ſaucium oculo dextro, fracta orbita, à primi ſtatim die ἄφωνον; convulſum dextro brachio & femore per XI. dies, tandem interiiſſe:

Diſſecto capite cerebrum dextrum totum fuit purulentum, ſiniſtrum plenum ſeroſa pituita. *Ballonius libello de convulſionibus. p. 37.*

SCHOLIA.

Galen. comm. in aph. 2. ſect. 5. Convulſio ex vulnere lethalis, Ex vulneribus, *ait*, fiunt convulſiones ratione ſequentis ipſa vulnera inflammationis, cum partes nervoſas attigerit, & primum convelli videntur quæ è directo ſunt partium inflammatione laborantium, deinde poſtquam cerebrum, quod principium eſt, attigerit inflammatio, ad totum excedit corpus, Et comm. ad part. 2. lib. 1. prorrhet. Ut in externis partibus affectiones incipiunt, & non totæ vel inflammantur vel tument, ita cerebrum cum inſignem magnitudinem habeat, multaſque nervorum propagines, phlegmonem ejus alias ab aliis incipere oportet: qua verò parte affectum fuerit, & nervorum propagines affici convenit. *Idem.*

§. 2. Famulus nob. de Monteſpan Gondrin, Toloſæ, in orbita ſiniſtra oculi enſe ſauciatus fuit anno 1636. Exiſtimans autem vulnus parum penetraſſe, emplaſtrum diapalmæ tantum admovit, quo admoto, non ſolum ſpatio duarum leucarum ambulavit; ſed etiam cum ſociis genialiter vixit, ac ſi ſanus fuiſſet, nullo enim dolore agitabatur, tamen craſtina die mane mortuus repertus fuit.

Aperto cranio, perceptum eſt manifeſtiſſime vulnus orbitæ ad cerebellum penetraſſe. *Petrus Borellus Obſervat. 19. cent. 2.*

SCHOLIA.

Felicioti ſucceſſu palpebræ ſiniſtræ offenſam, quæ ad membranas & cerebrum ipſum tranſiit, ſanatam fuiſſe refert Idem Obſerv. 18. Trepano, *ait*, fronti chirothecarii, qui ictum paſſus erat prope palpebram ſiniſtram, admoto a D. *le Inif* Chirurgo Pariſienſi, non ſolum membranarum cerebri, ſed & ipſius ſubſtantiæ corruptæ portio apparuit, quæ ab eo ablata & ſeparata fuit, & tamen æger curatus remanſit.

§. 3. *Ioh. Beckler*, homo ſanguineus, ad iram pronus, aliquando cum Nob. puero gladio obtuſo pugilum more contendebat, cumque puer Becklerum ſub oculo ſiniſtro leviter vulneraſſet, vulnere ſolam palpebram inferiorem penetrante, oculique exteriorem tunicam parum contundente; Ille ſive ira percitus, ſive dolore victus, abjecto gladio humi procumbit: in lectum delatus nihil loquitur, poſt aliquot vero horas fortiſſime *Epileptico paroxyſmo* correptus obiit.

Poſt mortem ablato cranio, examinatoque diligentius vulnere, nulla læſio, præterquam quæ exterius videbatur, deprehenſa fuit. *Iohannes Matthæus Obſervat. Med. caſu vij.*

§. 4. Oculi lethale vulnus in cive quodam hic vidi, qui gladio acuto, ad extremum dextri oculi angulum vulnus, ſalvo oculo, per orbitam, qua nervus opticus oculum ingreditur, in cerebrum uſque profunde penetrans accepit, unde vaſis paſſim diſciſſis, magna ſanguinis copia in cerebrum effuſa reperta eſt: E quo vulnere ipſe apoplecticorum more ſtatim attonitus concidit, & circiter horam nonam poſtea mortuus eſt. *Sennertus pract. lib. 3. part. 4. cap. 3.*

SCHOLIA.

Notandum de vulneribus ad cavitates quæ ſunt inter utramque calvariæ laminam ſuper oculos penetrantibus etſi non ſint lethalia, quod cerebrum non attingant, difficillime tamen ea ſanari, & plerumque in fiſtulas & ulcera cacoethica tranſire: quia colligitur in iis materia, (niſi Chirurgus peritus & diligens ſit) quæ putredinem contrahens, oſſa & cartilagines corrumpit: cum oculis vero ea eſt affinitas, ut materia purulenta ex vulnere ad eas cavitates defluens, acrimonia acquiſita in conjunctivam decumbat, & oculi πρόπτωσιν efficiat.

§. 5. Quidam vulnus acceperat cum tridentis acuto radio in ſuperiore dextri oculi palpebra, ſub ipſo ſupercilio, oculi bulbo haud læſo: exigui momenti vulnus habitum, cito quoque in palpebra coaluit: Interim vulneratus ſopore correptus fuerit: Adhibita fuerunt multa capiti remedia, non etenim ex tam exiguo vulnere, ſed alia ex cauſa putabantur talia superveniſſe accidentia, cum vero nullis remediis affectus cederent, ſuperveniens noxius *Sopor* vitæ finem fecit.

De cauſa mortis cum dubitatio eſſet & concertatio primum, exemptus eſt oculus, atque tunc compertum radium non tantum palpebram vulneraſſe, ſed ulterius progreſſum os illud penetraſſe, quod cavitate ſua oculi bulbum continet: Exempto vero & frontis oſſe, apparuit durior membrana & vulnerata & ſanguine multo perfuſa, jam corrupta cerebri proxima vulneri ſubſtantia ac vitiata, quæ procul dubio exitii cauſa. *Deſ. Iacotius comment. ad aphor. 3. lib. 1. ſect. Coacar.* Hippocr.

SCHOLIA.

Hippocr. 1. *Prorrh.* ſtatim in initio, & in Coacis prænot. querit an ſic affecti phrenitici ſint? *Qui ſoporoſi, inquit, inter initia fiunt, cum capitis, lumborum, præcordii, colli que dolore, vigilantes, num* phre-

phrenetici ſunt? Reſpondet *Gal.* in comment. phreniticos, nō appellari (proptie ſc.) niſi febricitet æger, continuo delitet, ac continuitate dementiæ, quodque ſimul cum febre fiat phrenitin agnoſci: Phreniticos tamen & hos eſſe, qui ſoporoſi exiſtentes ſapiunt, ſed & delira quandoque loquuntur, atque à præſentibus expergefacti ſtupefactis ſimiles videntur, & tales quidem fuiſſe de quibus *Hippocr.* Epid. lib. 3. Sect. 3. ſic ſcribit, *Itaque phreniticorum quisquam inſanivit, ut in alio, ſed alia quadam in ſomnum delatione capite gravati moriebantur*, ex quibus apparet hunc cui punctim os læſum phreniticum dici potuiſſe, cum ex ipſa excitatus mox in ſoporem relapſus, ſubinde ad interrogata rectè reſponderit, quandoque vero aliena. *Idem.*

Observatio XVIII.

Vulnus Nari & Genæ inflictum lethale, ob relictum ferrum vulneris cauſam.

ANno 1606. quidam muſquetum exoneravit, crepante tubo pars ejus ſex longa pollices, ſeſquidigitum lata, per narem ultra auriculam ſub pericranium ipſi adacta: quod eum Chirurgus, etſi ſenex, non animadvertiſſet, narem genamque contiguam conſuit, ferro ſecante intus relicto: dum illi mederur, quoties faciem tangit, ſanguinis plurimum, ferro acutiſſimo carnem ſcil. ſcindenre, emanabat:

Nono die mortuum (nec enim vivum vidi) viſens, ſectis à Chirurgo ſuturis, cum illum raſorii apicem frangenrem viderem, admotis digitis ferrum adduco: hunc educto ferro, vel potius ſerra, curari potuiſſe certiſſimum eſt: Inſano enim enim dolore & nimia hæmorrhagia enectus eſt. *Henr. ab Heers Obſerv. med. vvij.*

Observatio XIX.

Vulnus Brachii *lethale ob ſequutam gangrænam & ſubſiſtentem globulum plumbeum intra os humeri.* 1. *Ob vitioſam viſcerum conſtitutionem.* 2. Punctura Brachii *lethalis ob læſum cum vena nervum.* 3. Carpi *vulnus lethale ob arteriam ſubſtratam per longitudiuem diviſam* 4. *Vulnus interni brachii lethale, ob profuſam hæmorrhagiam, Vbi de viribus* aquæ ſtypticæ. 5.

§. 1. CUm obſidione premeretur Rothomagum anno 1562. Navarræ Rex globulo plumbeo è ſclopeto emiſſo in humero vulneratur: meæ curæ commiſſus fuit, & Mag. Gilberti, ejus Chirurgi Monſpelienſis, & aliorum: globulum, quanquam ſedulo explorarem, reperite non licuit, unde conjectura aſſequutus ſum cum per caput oſſis, hujus cavitatem ſubingreſſum eſſe, unde imperſcrutabilis eſſet: Plurimi corporis cavitatem ſubiiſſe, ubi deliteſceret, affirmabant; Quæſivit à me Celſiſſ. Princeps *A Rupe Suryon* num vulnus eſſet lethale; quod affirmavi, eo quod vulnera quæcunque majoribus artubus inflicta ſunt, maxime ſi contuſa ſint, ex omnium ſententia, exitioſa ſint: Cæteris Chirurgis, & ipſo Gilberto; ſanationem ſpondentibus, conſultatio facta juſſu Regis, Reginæ matris, Eminent. Cardinalis Borbonii, Ægri Fratris, & aliorum: nullus eorum à prognoſtico receſſit, quæ cauſa fuit ut dictus Princeps, in cujus benevolentiam deveneram, pertinaciam objecerit; quod ſolus cæteris obluctarer: Reſpondi, ſi forte ſanationis ſigna deinceps illuceſcerent, me quoque cæteris aſſenſurum: Plures dehinc inſtitutæ conſultationes, ſed opinionis tenax fui, gangrænam ſemper prædicens brachii, quæ revera ſucceſſit, ac tandem obitus xviij à vulnere die.

Nuntiata Regis morte dictus Princeps *A Rupe Suryon* globulum inquiri juſſit, ejuſque mandato lubenter parens, aſſerui ſine magno labore illum me repertutum; quod plurimis præſentibus factum: Ipſam cavitatem oſſis, humeri parte ſuperna, ſubintrarat, quem dictus Princeps Regi & Reginæ exhibuit. *Paréus Apologiæ p. m.* 1221.

§. 2. Quidā vulnerari fuere in partibus ad vitam non neceſſariis, qui tamen mortem obiere, vel ratione conſtitutionis temporis, vel cacochymiæ redundantis, & ad partem læſam confluentis, vel aliarum cauſarum: Revera eadem tempeſtate, eodem anno, imo die, multis æque periculoſa inflicta fuere vulnera, contingit tamen ut qui gravius fuere vulnerati, imo morti adjudicati; aliquando evaſerint, ſublata admirationis cauſa poſt cadaveris apertionem, nam præter vulnus alia mortis cauſa manifeſta ſe exhibuit: Id recens contigit Nob. du Bellay, Baroni in Touarcé, Regi d'Ivetor, qui ſclopeto in brachio ſiniſtro ictus prope Rothomagum, fracto cubiti oſſe, quanquam vulnus rite fuerit ad digeſtionem perductum & mundificatum, ac caro laudabilis, rubra & granulata gigneretur, nulla intemperie & charactere naturali brachii, tam ſupra quam infra vulnus, contigiſſet mutario, nulla acceſſiſſet phlegmone, pauca vel nulla febris, nihilominus xx. à vulnere die domum delatum febris maligna & ardens prehendit, triceſima die lethalis, induſtriam & curas doctiſſimorum Medicorum, inter quos eminebat Dominus Ambroſinus Medicus Regius, nulla in parte vulnerata, vel in ipſo vulnere ſuperveniente, præterea vitioſa conſtitutione.

A

Aperto cadavere pulmones deprehenſi ſunt omnino putulenti ac ſcirrhoſis tumoribu referti, Ren dexter putris cum puris copia in veſica; à quibus non à vulnere mors pendebat. *Iacobus Guilliemeau operum p. m. 8. 2.*

§. 3. Ante annos aliquot Sartoris cujuſdam Argentoratenſis uxor venam ſibi brachi dextri ſecari curans, punctutam nervi à Barbitonſore paſſa eſt: ſubſequuti ſtatim ſunt dolores acerbiſſimi, qui nullis placari poterant remediis: ſupervenit phlegmone ingens deinde ſpaſmus; tandem doloribus, vigiliis & inediis enervata, incidit in convulſiones epilepticas, & fœtu mortuo (erat enim gravida) excuſſo, diem ſuum obiit extrema ſeptimana

Ex brachio, quod erat abbreviatum, & in tumorem inſignem, eumque laxum & mollem, & qui prementibus digitis cedebat ...ile, foveaſque admittebat profundas, aperto, maxima ſeroſi humoris copia effluxit, grumi quoque ſanguinis plurimi, iique putridi & fœtidi, convulſionum procul dubio cauſæ, à diſſectore extracti: *Bernardus Suevus de inſpect. vulnerum lethal. & ſanabil. parte* 1. §. 2.

S C H O L I A.

P*Uncturam nervi &c.*] Anno 1669. Chariſſimæ conjugi Joh. à Spanheim. à venæ ſectione torū intumuit brachium, ſuborto prius tumore ad magnitudioem ori columbini circa puncturæ locum: dolor erat ingens cum contractionis metu, extendere enim brachium non valebat: multa tentata ſunt præſidia, ſed hoc unum profuit, ſtillicidium ſcil. ſanguinis equi è vena pertuſa, à quo ſtatim explicare valuit brachium cum remiſſione doloris: Ad diſcuſſionem tumoris, in loco icto ſuperſticis, admovi emplaſtrum ex gummi elemi, cujus ope intra octiduum penitus diſparuit.

§. 3. Nob. Germanus anno 1645. in ſingulari certamine acutiſſimo gladio in carpo manus dextræ vulneratur, ictu verſus cubiti flexuram tendente: Diu proſtatus jacuit, in pago ſemihoræ ſpatio ab urbe diſſito: Intetim multus profunditur ſanguis, qui cum impetu & ſaltu exiliebat, unde de læſione arteriæ conſtabat, urbem ſemianimis defertur ob enorme ſanguinis effluvium, cura tamen ſedula trium Medicorum, totidemque chirurgorum vita ad xv. prorogatur diem.

Adaperto poſt fata brachio, inventa eſt arteria ſecundum longitudinem diviſa, ad quinque digitorum longitudinem: hinc cum adhibita enæma oſculum tantum arteriæ apparens attingerent & obturarent, hiante reliqua fiſſura, non mirum univerſum ſanguinem hac via exitum affectaſſe & letho fores aperuiſſe.

§. 5. Notiſſimus hodie liquoris illius Stypici uſus, quam Gallus ante triennium per Europam circumtulit, ubere ob divenditum hinc inde ſecretum marſupii proventu: Eſt ſane cur inventum laudemus in vulneribus, cæſim inflictis, ſed in punctim non perinde expetimur utilem, Quin & in hæmorrhagia narium compeſcenda ſæpe inutilem deprehendi, ſcil. quoties ora vulneris ubique attingere licet eſt ſuus ipſi honos, cæteroquin hebeſcere vel quod ſequitur exemplum clare docuerit.

Ioachimus Nichel, civis noſter, in duello ſaucius, ictum gladii excepit interna brachii dextri parte, paulo ſupra cubitum: penetraverat autem ferrum largo & profundo vulnere ad ipſam uſque alam, fiſſa quoque, quemadmodum poſtea conſtitit, arteria, vocatus Chirurgus familiaris *C. Vrſtedius*, ex arte vulnus tractavit ad xi. uſque diem, ambiguus tamen futuri ob ichorem tenuem & ſanguinolentum quotidie profluentem, nullo puris laudabilis indicio: Sed ecce xi. die improviſo tanta vis arterioſi ſanguinis ſubito prorupit, ut æger in deliquia agerctur, & in metum Chirurgus, ſcil. grumus ſanguinis, qui jam ante hiatum arteriæ malefido obice clauſerat, nunc demum in pus converſus laxaverat januam exituro cruori: Accerſitus ego, tentatis jam fruſtra aliis, quæ ratio & conſuetudo in ſimili caſu ſuggeſſerant, propono aperturam vulneris ad uſque locum male affectæ arteriæ, ſed renitente ægro ventum ad aquam ſtypticam, quæ per aliquot dies ſubinde injecta licet bis reverterentur immenſæ illius ſanguinis profuſiones, noviſſime tamen ſtetit rivus in articulos omnes artis exeunte, qui una adfuit *Ph. Hacquardo*, cui artificium conficiendæ aquæ illius ſtypticæ juſſu Regio crediderat Gallus, viſus ſibi tum defunctus periculo æger; me omnia alia ſuſpicante, tum ob ſuperventum ardentiſſimæ febris, tum ob reſpirandi iter anguſtius. Quid plura? ſuccedunt ſpaſmi, tumores brachii, & in manu ſummi dolores, xviij. die obiit æger, laudatur nihilominus aqua ſtyptica, quod egregie feciſſet officium.

Aperitur juſſu Magiſtratus cadaver, ut de cauſa mortis conſter; mirum dictu, deprehenditur arteria adhuc quidem aperta, ſed via quam gladius fecerar, circa arteriam grumis ab aqua ſtyptica generatis obſidetur quo minus cruorem profundat: Interea poſtquam arteria per vulnus obſtructum nihil poſſet effundere, memor tamen ſui officii alio derivarat ſanguinē, ſcil. vicinorum muſculorum interſtitia oppleverar omnia, nec eo contentus liquor proſerpſerat ad uſque medium pectoris: namque inter coſtas, ſternum & pectoralem muſculum dextrum, inventæ nobis vel tres libræ corrupti & fœtentis jam ſanguinis, unde aſthma, febris, & denique mors ipſa pependerunt. *D. Olaus Borrichius in Actis Med. Exc. T. Bartholini ann.* 1674. 1675. & 1676. *p.* 78.

Observatio XX.

Juguli vulnus intumeſcentia totius corporis ſequuta.

§. 1. Robuſtus juvenis nocturnis horis à duobus ebriis circumvenitur, punctimque gladio duobus locis transfigitur. Primum vulnus prope claviculam dextram anterius inflictum, an ad thymum, vel jugulum, vel pulmones penetraret, non facile dijudicavimus, conciderant enim labia vulneris, nec ſtilus profunde adigi poterat. Poſterius vulnus alterum prope ſcapulam ſiniſtram thoraci adactum, ſtilo perſequentes, intercutaneum deprehendimus: Sanguis expuebatur, difficultas ſpirandi urgebat, *tumorque* non faciem ſolam *invaſit*, ſed *univerſum corpus* reliquum, quod velut ſpongia vento plena, quocunque tangebatur, palpantibus occurrebat: Poſtridie venæ ſectionem ſuaſi & inunctiones ex carminativis, quibus nonnihil tumor remiſit, ſed cum profundo ſuſpitio per vices rediit, ſemperque de ſiniſtri magis lateris dolore quam dextri conqueſtus, ſicco vulnere & ſolidationem urgente, donec 14. die anhelus expiraret.

In diſſecto cadavere, cætera ſano, nullum vulnus profundum invenimus, nec ullam partem interiorem læſam obſervare potuimus: Sed ingens copia materiæ purulentæ candicantis, in ſiniſtra cavitate thoracis, inſtar empyematis proſiliit, ſine inſigni fœtore, quæ aliquot menſuras noſtras facile implevit, & diaphragmati incumbens reſpirandi difficultatem & dolorem ejus partis auxit: ſiniſter pulmo inuſitatæ parvitatis, ſed cætera ſine manifeſto vitio: Ex pericardio craſſiſſimo pus quoque emanavit: *Thom. Bartholinus cent. v. hiſtor. xij.*

SCHOLIA.

Hinc dubium, an ex vulneribus homo perierit, an potius ex apoſtemate thoracis interno, quod forte in conflictu ruptum fuerat: Nullus alioqui ſanguis extravaſatus inventus, paucus in corde & pulmonibus, niſi hinc in thoracem deſtillavit & in pus poſtea ſit converſum.

Tumor univerſum corpus invaſit] In hujusmodi vulneribus quomodo inflatio corporis ſequi poſſit, inquirit *Smetius* lib. 10. Miſcellan. p. 541. Juvenis quidam, *ait* Lambertanus ex conflictu ſubter axilla dextra, ad muſculi brachium adducentis inſertionem, vulnus acceperat, quod punctim enſe anguſto illatum, inter tertiam quartamque coſtam in pectoris cavum uſque penetrarat: Poſtridie vulneris accepti, manè toto corpore turgidus & tumefactus apparebat, toto nimirum thorace, dorſo, ventre, ſcroto, nec minus collo, humeris, brachiis, imo vultu & vertice ipſo, adeo ut ne palpebras quidem aperire poſſet: Tumor erat tenſus & cum dolore non parvo, diſtenſis nempe nervoſis fibris, quæ cutem carni alligant, ſenſumque præbent: Hujus inſolentis monſtroſique ſymptomatis cauſam deprehendi efflationem pectoris, per vulnus axillare obſtructum, ſubter cutem accidentem, quomodo videmus veſicam recentem flaccidamque inſerto calamo per flatum intumeſcere: & ſicut laniones pellem ovillam, antequam & quo facilius deglubant, flatu diſtendere alicubi ſolent: Linimentis diſcutientibus intra 4. aut 5. dies evanuit tumor. Similem hiſtoriam narrat *P. Eſtanove* apud *Riverium* communicatarum obſervationum prima: & *Sennertus* Pract. lib. 3. p. 6. ſect. 2. c. 4. rationem à Smetio allatam clarius explicat, pulmo *ait*, reſpirationis organum eſt, per quem fuligines e corde expelluntur & aër attrahitur, quæ actio pulmonis ſubſtantia integra & vaſis omnibus ſalvis recte perficitur, & aëris ille commeatus eſt ad cor & fuliginum à corde: ſi vero pulmo vulneretur, & ſimul inter muſculos duos, vel muſculos & cutem aëri via pateat, quod in utroque vulnere factum: aër, ut debebat, non recta per os & pulmones ad cor tranſit, neque rurſum fuligines recta e corde ad os, ſed aër e vulnere, quaſi e folle, in ſpatium inter cutem & muſculos inflatum, & hinc porro in vicina penetrat: Etſi catarrhi ac ſeroſi humores à capite ſub cutem totum muſculoſum genus pervadere, & per collum ac dorſum ad crura uſque & pedes penetrare poſſint, cur non & aër ac ſpiritus flatulentus idem facere poſſit?

§. 2. Simon Ibſen in platea urbis noſtræ 1660. punctim per pulmones vulneratur, primo die inſequenti pectus intumuit, altero abdomen quoque: tertio die, qui vitæ ultimus, univerſum corpus.

Vulnus in cadavere deprehenſum fuit tale, gladius punctim inter quintam & ſextam coſtam lateris ſiniſtri penetraverat per diaphragma: quo vulnere ventriculus & pars aliorum viſcerum, & lienis portio in thoracis cavitatem pervenerant, ventriculus ipſe vulnerantis gladii injurias ſentiit: Siniſter pulmonis lobus perforatus, vulnere ſupra cor ad rectum pulmonem pertranſeunte & 3. coſtam perfodiente. *Idem cent. 6. hiſt. 89.*

SCHOLIA.

Nempe flatibus abundat corpus, quibus etiam ſanguis impletur & tumet, hic vero per pulmones eructat ſuos flatus, quibus in reſpiratione inflantur, at ſi vulnerati pulmones non apti ſint excipiendis flatibus & ſeparandis, hi reſtitant in corpore & in tumorem elevant: hinc 1. læſionis die, quia robuſtiores adhuc pulmones, plerumque pars tantum corporis ſuperior intumeſcit. Forſan tamen tumet corpus, quia pulmonibus læſis circulatio ſanguinis tardatur, unde friget corpus, flatibusque genitis intumeſcit. *Idem.*

OBSERVATIO XXI

Thoracis *vulnus lethale ob copiam ſanguinis in cavitatem illapſi, illæſis pulmonibus* 1. 2 *Ob* Diaphragma *perſectum, per cujus hiatum inteſtina thoracem ſubierant* 3. 4. *Ob pertuſſum* Diaphragma *&* Pulmones 6. *Lateris dextri, ob læſum* Diaphragma *&* Hepar. 6. *Ob Diaphragma perfoſſum, per quod ventriculus in thoracem viam ſibi fecit.* 7. *Ob partem* Diaphragmatis *carneam per cujus hiatum Coli pars irrepſit* 8. *Ob pertuſum Diaphragma, per quod ventriculi & coli pars thoracem ingreſſa.* 9. *Ob perfoſſum* Diaphragma, Hepar *&* Ventriculum *juxta pylorum.* 10. *Paracenetſin Thoracis mors ſequuta ob læſum pericardium.* 11. *Vulnus lethale ob leviter læſum Diaphragma parte carnoſa.* 12.

§.1. DOm. de Montgeron inter 4. & 5. coſtam vulneratus fuit, & pugio quidem rectè adactus erat, & mediaſtinum penetraverat, dein paulùm inflectendo oppoſitam pene partem attigerat; & minima etiam ſectione ſedes ipſius pugionis indagari potuerat, & fluenti ſanguini, deinde ſuppreſſo exitus parari, ac ſi contraria & oppoſita fuiſſet apertio: Sed ut ſæpe ſummorum virorum, & fiduciam rerum magnarum habentium, cæcitas eſt maxima, etiam in rebus minimis, quod ratio, quod tactus; quod tumor quidam eminens principio dictitabat, nimitum fieri debere eo loco apertionem, id differtur, negligitur, tandem necis occaſionem allaturum: ingens fuit hæmorrhagia, inſignis alicuius rami venæ ἀζύγȣ cæſi argumentum: Juſſus omnino quieſcere, nulla tuſſis pene toto morbi tempore, difficultas ſpirandi exigua, poterat in utrumque latus dormire: Quidam ex Medicis volebat experiri num alacer eſſet in ſe erigendo, jubebat ut æger paulum ſe erigeret, maxime ut detegeretur num aliquid in capacitate eſſet, quod motu ipſo deprehenderetur: Sed ut inter pares invidia facile ſe jactat, aliis id non placuit, maxime verò quod ejus opinionis authores primi non eſſent, & tamen id ad explorandum maxime fuerat opportunum: Poſt 4. diem initum conſilium (quoniam vulnus ad cicatricem tendebat) ſuper iis quæ ad vulnus attinent, num tuto ſineretur claudi, an verò dilatandum foret, an omnino claudendum, diviſæ fuerunt ſententiæ: Alii omnino debere claudi cenſuerunt, quod multum ſanguinis & ſpiritus effluxiſſet; quod nil alienum videretur in capacitate contentum; quod *Galeni & Guidonis* conſilio vulnera thoracis primo quoque tempore ad cicatricem eſſent ducenda, alioqui fiſtulæ metum eſſe & ſphaceli alicujus, aut ſyderationis in pulmone, qui alioqui alieno aëri & externo aſſueto facile affici alterarique poſſet: Naturæ negotium dandum, viam eſſe ad os, ad urinas aut inteſtina: Pleuritides beneficio naturæ tranſſumpta exuctaque materia curari: Alii contra nitebantur, ſuſpecta eſſe ægri bona & præter rationem allevationem: Inſigne vas inciſum, ſic non eſſe probabile ut intra quatriduum clauderetur, *Formidabilem eſſe cicatricem externam*, quod cum pars interna ſit membranoſa, propterea que amplius vulnere diducatur quam carnoſa, & tardius coaleſcat quàm ipſa carnoſa, metus ſit ne falſa opinione internæ membranæ ad cicatricem perductæ, præter opinionem vulnus refricetur & refringatur: ac tum forte non amplius locus erit pyulco, aut evacuationi ſuppreſſæ ſaniei: Dicebant nihil referre ſi bene habere videretur primis diebus, ſed expectandos alios dies criticos, & quid ſerus veſper traheret: In his vulneribus tuta omnia timenda eſſe, Non metum eſſe debere fiſtulæ niſi vulnus conſenuiſſet. Non ita metuendum eſſe ab externo aëre, quod plus detrimenti eſſet, affuturum à ſuppreſſa ſanie aut pure quam ab externo ambiente: Et quod dictum eſt naturæ opus committi debere, & alias tutiores vias confinxiſſe naturam contra dictum novercam & brutam eſſe naturam; & aliquando veluti conſulto pus & ſaniem ad tempus ſervare, quod cum commode excerni non poteſt, repentina mors obtingit: Sic ſatius eſſe cum vulnus hiet & pateat, ſi quid alienum ſit, illac expurgare, quam aut novas vias comminiſci, aut occluſum obſeratumque vulnus denuo aperire: magna enim eſſet ignorantiæ ſuſpicio, & juncta crudelitatis opinio, imo & tutiſſime fieri illo loco, & vulnus patere affirmabant, & locum eſſe idoneum ſectioni in purulentis: Qui præerat, omnia ſic moderari voluit, ut utrique parti abblandiretur, at iſtæ blanditiæ & temperamenta ægrum perdiderunt, deſitum eſt vulnus cicatricem contrahere, triumphus ante victoriam canebatur: Porro ſupprimitur ſanies in thorace multa, febris perſeverat, alvi profluuium, macies, tandem derepente difficultas ſpirandi, *pnigos* & inde mors: hæc contigit circa 33. diem à vulnere.

Apertum cadaver, 3. aut 4. libræ ſanguinis ſanioſi in capacitate thoracis inventæ ſunt: Corpus ipſius Pulmonis non erat vulneratum, ſed tamen per ichoris contagionem erat

velut tabo infectum: & membrana ſuccingens erat ſiderata: mirum quod toto morbi tempore nulla pene tuſſis fuit: Si tantula pars humoris pleuritim facientis tuſſiculas inferet, cur non tanta ſaniei pars in thorace & circum mediaſtinum ſuppreſſa? Nullus dolor lateris, nullum ſputum cruentum. *Gul. Ballonius Paradig.m.* 1. *& Conſil. xxij lib.* 11.

S C H O L I A.

Formidabilem eſſe cicatricem externam] Qui thorace vulnerantur, exteriore parte ſanetcunt, interiore vero non, ſuppurati fiunt: & ſi interiore parte cicatrix infirma eſt, vulnus facile refricatur rupta cicatrice *Ballonius.*

Vulnus refricetur & refringatur] In thorace, & frequentius in pulmone areſcit ſanies, & calore in cruſtam verſa cicatricis falſo creditæ imagine nobis imponit, donec ob thoracis motum & partis mollitiem, leviſſima occaſione excuſſa cruſta, vulnus recrudeſcat: Si interna & externa pars ſimul ſaneſcat, evadunt; ſi ſimul interna & externa, & cicatrix debilis fuerit, vulnus iterum aperitur. *Ballonius.*

§. 2. Idem contingit alteri ægro Andegavenſi, licet enim ingens copia materiei in capacitate thoracis contineretur, nil ore rejectabatur, nulla moleſta tenebat tuſſis, quod mirum eſt, & forte eius rei ratio difficilis ad agnoſcendum. Licet quotidie per vulnus flueret fere ſanguis ſanioſus, tantum quantum continere poterant decem vaſcula quibus Tonſores in phlebotomiis uti ſolent: Incredibile dictu quantum intra dies novem ſanguinis impuri per vulnus emanaverit: Inſigne enim vas erat vulneratum &c. *Gul. Ballonius conſilior. lib. ij conſ. xxij.*

S C H O L I A.

Supreſſo exitus parari &c.] Suppuratos incidimus vel urimus inter 5. & 6. coſtam, non procul a tranſverſis vertebratum proceſſibus, eo enim in loco facilius colligitur materia: Uſtio autem fieri debet ferro ad cultri formam facto, excepta cuſpide: Itaque inſtituenda eſt ut exteriorum intercoſtalium muſculorum fibræ tranſverſim incidantur, & interiorum fibræ maneant illæſæ: Facilius enim curatur vulnus externum quam internum: Hoc olim Lugduni fieri vidimus: Inde pus per ſyringam extrahendum eſt, nam propter craſſitiem ſponte ſua non efflueret: Sub coſtis ſecundum longitudinem parvi canales exiſtunt: qui venas, arterias & nervos recipiunt, quæ vaſa ne lædantur dum ſuppuratos incidimus vel urimus cavendum eſt. *Iohan. Poſthius Obſerv. in Columbi Anat. p.* 521.

§. 3. Anno 1617. cuidam cultellus & longus & acutiſſimus inter 4. & 5. coſtam adigitur: curatur toto octiduo, à tuſſi, reſpiratione impedita aliiſque ſymptomatis liberrimus, ita ut ambularet muniaque domeſtica probe obiret: Die 9. cùm Chirurgo & ſibi ſanus videretur, ſubito animo linquitur, & poſt apnoeam anhelationemque maximam, 24. hora moritur.

Secto cadavere, inventa fuit coſta nitidiſſime ſecta & diaphragma omnino perfectum, quæ cauſa fuit cur ſanguine thoracis cavitatem non occupante, de reſpiratione non conquereretur: & quia diaphragmatis ſolutio continui erat ſtrictiſſima, etiam ab illa parum incommodi ſentiebat: inflammatione ſuperveniente tenuia inteſtina in thoracis cavum irrepſerunt, pulmonemque & cor ſuffocarunt: etiam thorax, quà parte vulnus acceperat, gangrænam contraxerat; In abdomine puris multum. *H. ab Heer Obſerv. xxv.*

S C H O L I A.

Sine dubio huic moriendum erat, quis enim ſectionem in abdomine, per quam inteſtina deorſum traheret, etiamſi rei, quæ omnes latebat, gnarus eſſet, moliri auſus fuiſſet? Qua via pus in abdomine collectum eduxiſſet? inflammatione fortia quæque eccoprotica, quibus ſolis pus, ut hydropicorum aquæ, in inteſtina trahi poterat, contra indicante? *Idem.*

§. 4. Alter erat Capitaneus: Huic glans manuario tormento emiſſa per ſterni fines, juxta cartilaginem Xyphoidem ſubiens, diaphragmatis partem carneam transfodit; atque per interſtitium, quod quintæ & ſextæ coſtæ nothis interjacet, exceſſit, vulnere externa parte cicatrice obducto: reſtabat ipſi nihilominus ventriculi debilitas, ex quo inteſtinorum dolor, colico ſimilis, ſub veſperam, & de nocte præſertim exſurgebat; qua de cauſa cœnare ipſe, niſi ad modum parce, non audebat: ſed 8. demum menſe, acrius ſolito ſæviente per imum ventrem dolore, è vivis exceſſit, etſi ad minendam doloris acerbitatem nullum remedii genus eſſet prætermiſſum.

Mortui cadavere diſſecto, animadverſum magnam coli inteſtini partem flatu multo turgidam, ipſi per diaphragmatis vulnus in thoracem irrepſiſſe, vulneris tamen amplitudo vix minimi digiti capax erat: *Idem ibidem.*

§. 5. *Henricus* N. proprio gladio ſe confodit infra coſtam quartam: vulnus pulmones & diaphragma penetrarat, quod transfoſſum in nerveo circulo: Pulmonis nihil fere repertum in ſiniſtro latere confoſſo, quod cum pure exierit: ventriculus totus aſcendebat n ſiniſtrum thoracis latus, *Vide lib. 3. tit. de vomitu.*

§. 6. Miles

§. 6. Miles quidam die 2. Martij, anni 1678. ex inflicto penetranti vulnere in octa coſta dextri lateris: periit hiſce ſymptomatibus: toto morbi decurſu vix febriebat, c lore mitiſſimo; non valde anxia ſpirandi difficultas; die ſexta vermes vomuit, inde pu ſus formicans, ſeptima denique obiit: qua de re cum mecum verba faceret Eximi Anatomicus, Chirurgiæ Doctor Dominicus *de Roy*, firmiter aſſeruit palpabilem diaphra matis & hepatis læſionem, quod ex ſitu vulneris neceſſariò inferebat; Cum reverà reliquis ſignis internoſcere nequiret: quapropter una cum Clariſſ. Medicis *Emannele*, *ſelia*, *Revelio* & aliis, cadaveris aggredimur diſſectionem, & dum epigaſtrij ſcrutam viſcera, primo hepar levi affectum intemperie ob vulnus ſatis profundum notavimus, mulq; vulneratum diaphragma, 2. Veſiculam fellis bile omnino vacuam. 3. enormem ſed i corrupti ſanguinis per abdomen excravaſationem, à qua tamen nec minima contentaru partium alteratio.

SCHOLIA.

PEnetrantis vulneris ſitus, infalibilem detegebat hepatis & diaphragmatis læſionem: parum tamen varia congerit Galenus ſigna in Arte medicinali, quæ cum hic parum aut nihil conferant, non attingo: primò itaque

Febris aderat levis, calore mitiſſimo] Ratio eſt, quia valida Febris è fermentativa procedit commotione obviciatum fermentum, quod vel intimè ſanguineis intricatum particulis, illas ad invicem coagulat: vel adeo diſſolvit ut in acres & malignos degenerent ichores, ideoque fortes febres ut plurimum ſunt eſſentiales, & ſi aliquando ſymptomaticæ, ardentiores tantum fiunt quæ à magnis gignuntur inflammationibus, cum ſanguineæ & bilioſi res particulæ, inflammatæ parti congeſtæ nonnullæ recirculanti ſanguini miſcentur, quæ fermentativa exagitatione inſoleotes ſuſcitant efferveſcentias: cum autem nullæ in illo aderant inflammationes, ſanguiſque extravaſatus per abdomen fluctuaret, & reſiduo ſanguini miſceri nequiret, hinc eſt quod valida non invaſerit febris, ſed tantum levis ex ſolutione continui: Rurſus extravaſatus ſupra viſcera ſanguis, dummodo defixus alicubi non congeratur, ſi illa alteret, rigorificæ excitantur febres, ex fibrarum læſione, non verò eximius calor, uti in ardentibus. Hinc eſt quod quando de ſanguine extravaſato ambigitur, præcipuè in abdomine, ſi levis in febre rigor identidem invadat, infallibile judicium quod alterantur partes,

Secundò, extravaſatus ſanguis ſeptem diebus incorruptus ſervatus] Profectò nil communius, quod ſanguis extra venas, ſic veluti piſcis extra aquas, quadere facultatem qnamdam ſanguinis præſervatricem venis aſſignavit nimis credula Antiquitas: extravaſatum non ſemel uidi poſt ſeptimum diem ſanguinem, degenerantem tantum in colore, ex florido in atrum: Infertur hoc ex eo quod ut ſanguis pus fiat, neceſſariò aliquo includi debet loco, ideoq; ſuppurantia viſcida fore docet Avicennas cap. 28. lib. 4. fen. 3. tract. 1. non tam ut cutim conſtipent, ſed ut humorem in loco magis coacervent, & coacervatos firmius retineant. Hinc cum extravaſatus ſanguis per abdomen undequaque diffluet, ita citò non corrumpetur: Ulterius, conſentiunt Anatomici bilem ratione ſuæ amaritiei ſanguinem à corruptela defendere, quapropter cum bilis hoc in cadavere in cyſtim felleam non fuerit ſegregata, per conſeq. bile impræguatus ſanguis non ita citò ſubditus corruptioni: Cur verò nullum ex ſanguine extravaſato inſigne ſymptoma? ideo quia nullam ex illo contraxere labem viſcera, quæ alterantur in alteratione ſanguinis, qui ſeptem diebus incorruptus permanſit: Unde ſymptomata ex ſanguine extravaſato non niſi poſt ſeptimam apparent, cum antea non corrumpatur & partes non lædat: ſi verò c tius aliquando ſe produnt in vulneribus ſigna, uti abdomine vomitus, diarrhœa, mictio ſanguinea id ratione læſarum partium contingit, non verò ſanguine extravaſato.

Tertio, veſicula fellis bile vacua:] Hoc rarum cum communis obſervatio, ex Clariſſimo Gliſſoni mediocriter ſemper repetiatur plena: arguitur nulla tenus ex læſo hæpate, quia cum ſit ad ſegregatio nem bilis à ſanguine, ex ſolutione autem conti nui, & intemperie, meritò læſam ſequi debuera actionem, tantò magis, cum ramificationes quaſ dam cyſticas diſſectas ex ſitu vulneris poſſet dubita ri: Vacua ergo reperta eſt cyſtis, non quia omni in inteſtina deſcenderit bilis, alioquin inanem fer ſemper io dyſenteriis, & aliis alvi fluxibus inveni remus, Verùm quia ab hepate non ſegregante recipere nequibat per ramificationes cyſticas, ve juxta nonnullos, per meatum cyſticum, Nullatenu ex ſuppreſſa bilioſi humoris ſequeſtratione ull apparuit icteritiæ nota, quæ adeſſe neceſſariò de buerat, Quod contigiſſe ſuſpicor, quia Icterici provenit ex regurgitatione potius bilis in ſangui nem, quam ex impedita illius ſegregatione; cu ſit valde probabile, quod bilis ita flaveſcens & amara evadat potius in cyſtide, & non ſit hujuſ modi in ſanguine, qui alioquin etiam amareſceret unde obſtructiones in ictericis eſſe poſſunt in meatu potius cyſtico, quam in ramificationibus propriis per quas ab hepate bilem aſſumit, quæ nondum amara, dum io reſidua aliquandiu in cyſti contenta miſcetur, flaveſcit & amareſcit, ſicuti ex miſcella vini in aceto fit acetum, & chyli in ſanguine fi ſanguis: turgida itaque bile cyſtis, dum evacuari tentat, deſcenſumque in meatum cholidocum promovet, cyſticum reperiens obſtructum, cogitur bilem evomere, & demittere per eaſdem vias pe quas admiſcerat, cum hactenus obſtacula per valvulas non reperiantur,

Quartò, Vermes evomuit ſexta die, pulſus formicans, ſeptima obiit:] Vermes evomuit, non mirum; quoniam extravaſatus ſupra inteſtina ſanguis, ſuperfluo calore corruptivam inducebat in inteſtinis fermentationem, ex qua vermes, tantò magis cum bilis amara a cyſti fellea in inteſtina non deſcenderet, ſi in veſica non colligebatur vitio hepatis; Hinc defectu amaritiei in inteſtinis, facilius oriebantur vermes, credendum nihilatenus aliquid per porum bilarium evacuatum fuiſſe in inteſtina: utrum autem bilis fuerit, an diverſus humor, certè per porū bilarium non tam bilis, ſed omnia ſanguinis recrementa expurgantur, heparque organum eſt deputatorium non tantum bilis, ſed excrementorum omnium ſanguinis, quæ variis in partibus ſecerni ſtatuerat antiquitas.

Pulſus ſemper parvus, inde formicans] Hoc ex ucitate contenti ſanguinis intra vaſa circulatoria, ım, major quantitas fuerit extravaſata & non circularet; Unde cum parum ſanguinis expellebat cor ıalibet ſyſtole, parva per conſeq. arteriæ dilatatio, pulſus parvus; continuò autem diffluebat ſanguis ſenſim in abdomen, hinc de die in diem minor reddebatur ſanguinis quantitas in venis, ex qua pauci ſpiritus, denique pulſus formicans & mors. *Obſervatio communicata ab Excell. & Clariſſ. D. Dom. Ioh. Baptiſta Fantono, Medico Taurinenſi.*

§. 7. Cùm Diaphragma vulneratum eſt, ponderis ſenſus eo loci moleſtus eſt, delirium invadit, per nervorum qui à ſexta conjugatione in diaphragma effunduntur ſympathiam: dyſpnœa, tuſſis & dolor acutus ægrum male habent, ſurſum ilia convelluntur, adeo ut inſpirationis vehementia contingat aliquando ventriculum & inteſtina per ulnus in thoracis cavitatem pertrahi, quod ego in duobus obſervavi: Horum unus atomus, medium Diaphragma, qua parte nervoſum eſt, transfixus, triduo poſt interiit.

Diſſecto ventre inferiore ventriculum cum non reperirem, rem monſtro ſimilem arbitrabar; ſed tandem anxie perquirens, raptum ipſum in thoracem animadverti, etſi vulnus pollicem vix eſſet latum: Erat verò ventriculus flatu multo, pauco admodum humore diſtentus. *Pareus lib. IX. cap. XXX.*

§. 3. Studioſus quidam melancholia vexatus proprio gladio ſe confodit, vulnere intra 4. coſtam in thorace adacto, & ſub nona coſta in tergo gladio penetrante &c.

Mortui corpore aperto, deprehenſum eſt vulnus per diaphragma & pulmones penetraſſe, & quidem diaphragma transfoſſum fuit in ipſo nerveo circulo: Ventriculus verò totus aſcenderat in ſiniſtrum thoracis latus &c. *Vide hiſtoriam integram lib. 3. cap. de vomitu §. ex Sennerti pract. lib. 2. part. 2. cap. 15.*

§. 8. Franciſco Dalon, Capitanco ad Rupellam, glans manuaria tormento emiſſa, per ſterni fines juxta xiphoidem cartilaginem ſubiens, diaphragmatis partem carneam transfodit, atque per interſtitium, quod quintæ & ſextæ coſtæ nothis interjacet, exceſſit: Vulnere parte externa cicatrice obducto, reſtabat ipſi nihilominus ventriculi debilitas: Ex quo inteſtinorum dolor, colico ſimilis, ſub veſperam & de nocte præſertim exurgebat, qua de cauſa cœnare ipſe niſi admodum parce non audebat: Sed octavo demum menſe, acrius ſolito ſæviente per imum ventrem dolore, e vitis exceſſit, etſi ad minuendam doloris acerbitatem nullum remedii genus prætermiſſum.

Mortui cadaver diſſectum, animadverſumque magnam coli inteſtini partem, flatu multo turgidam, ipſi per vulnus diaphragmatis in thoracem irrupiſſe, vulneris tamen amplitudo vix minimi digiti capax erat. *Pareus lib. 9. cap. 30.*

§. 9. Militi cuidam gladius anceps paululum infra cartilaginem xiphoidem intruditur, dolor exoritur, ut & hæmorrhagia, maxima ſyncope obruit, reſpiratio intercipitur, ſingultus ſupervenit, inferior venter circa pubem plane gracileſcit, ſupra umbilicum & circa thoracem intumeſcunt partes, loquelam amittit, ac in ipſa ſyncope moritur.

Aperitur corpus, invenitur ventriculi orificium, & pars ſiniſtra ejus, cum portione duodeni & coli inteſtini ad thoracem per vulnus (quod in ipſo erat foramine, ſtomacho viam pro deſcenſione ad abdomen largiente) delatum, ac inferior abdominis capacitas circa pubem ſanguine abundabat grumoſo. *Matthias Glandorpius ſpeculi Chirurgorum Obſervat.* 28.

§. 10. Generoſi juvenes, poſt enata jurgia, ſingulari certamine decertabant, factumq; eſt ut alter alterum ſub imam ſterni ſedem, trium digitorum latitudine à cartilagine enſiformi, verſus dextrum latus gladio perfoderet: Nempe cum ille inclinato paulum antrorſum pectore, dextrum latus aliquantulum obverteret, mucro pectus ipſum haud altè penetrans, mox deorſum in abdomen & ſiniſtrum verſus ad ſpinam uſque adactus eſt: idem ictus duas ſterni cartilagines in dextro latere diſcidit, & deorſum vergens diaphragmatis ambitum perforavit: indeque recta tendens, gibbum cavumque hepatis, & ventriculum juxta pylorum iterum atque iterum perforavit, tandemque enſis mucro ſpinæ dorſi, paulo ſubter diaphragma, illiſus eſt: *Iuvenis* quidem primum *animo defectus*, mox quæ in ventriculo erant, ſed cruenti nihil, evomuit: & quod mireris magis, licet diebus ſeptem ſuperviveret, & interea quotidie vomeret, nihil tamen ſanguinis toto eo tempore per os ejecit; *per ſedem* verò noctu atque interdiu *ingentem coagulati ſanguinis copiam*, una cum alvi fæcibus profudit, quin etiam *enemata*, quæ in eum finem crebro indita erant, eodem *ſemper plurimum tingebantur*: Mirari itaque vehementer ſumus *unde nam ſanguis iſte proflueret*:

Diſſecto autem poſt obitum corpore, omnia, ut jam dictum eſt, invenimus, *nihil verò ſanguinis in ventriculo ejus repertum eſt. Gliſſon. Anatom. Hepatis cap. IX.*

SCHO-

SCHOLIA.

I*Vvenis animo defectus eſt*] Vulnera hepatis; ſi majora vaſa diſſecuerint; mortifera habentur, Idque vel eo magis veri ſimile videtur, quod ſanguis illa vaſe rapide percuttat: quapropter (prætterquam quod fibræ transverſim ſectæ redintegrationi ineptæ ſunt) tria magna mala neceſſariò eveniunt, 1. fit torius corporis debilitas, ob jacturam ſanguinis, 2. vaſorum fines aperti ſervantur, impediturque eorum coaleſcentia ob jugem ſanguinis effluxum. 3. Sanguis in abdomen effuſus putredinem induit & gravia ſymptomata apportat, animi deliquia &c. acceditque huic malo quod ſanguis ibidem ſtagnans ægrè educi queat.

Per ſedem ingentem coagulati ſanguinis copiam] Fit ſæpe in vulneribus hepatis ut ſanguis plurimum per alvum dejiciatur: Meritò itaque quærat aliquis, quonam ductu ſanguis ille ad inreſtina pertingat? Crediderim ſane in ejuſmodi vulneribus, non ſolum venarum ſed & pori bilarii ramos diſcidi: Imo vero fieri vix poteſt, ut ramus aliquis venæ portæ abſcindatur, quin ſimul etiam pori bilarii pars proportionalis amputetur, ſiquidem in eadem communi capſula continentur: Præciſo igitur pori bilarii aliquo ramulo (cui id officii à natura dactum eſt ut bilem in ductum communem, indeque in inteſtina deferat) ſanguis in eum decumbens, facile eodem curriculo in jejunum penetraverit: Natura profecto laceſſita, nova ſæpe ac mira conatur, ut veriſimile omnino ſit eandem in hoc caſu per oſcula por... lari à vulnere hiantia, extravaſatum ſanguinem ... ferre.

Nihil ſanguinis in ventriculo repertum eſt] Hu... rei hanc cauſam fuiſſe arbitror, quod vulnera v... triculo inflicta ſanguinem omnem in abdomen funderent, nullum autem in ventriculi cavita... deponerent: Idque equidem credo libentius, qu... aliter cauſa ſontica afferri nequeat, cur nihil ſ... guinis in ventriculo repertum, aut per vomition... ejectum ſit: tum etiam quod ventriculi venæ ir... externas, non autem inter internas illius tuni... prorepant; unde ſaltem conſtat fieri poſſe, ut v... illa foras, non autem in cavitatem ventriculi ſ... guinem ſuum effundant: Denique quod in hoc ... davere, ſeri ſanguinisque plurimæ libræ in abdo... nè repertæ fuerint, quorum pars aliqua è vulneri... ventriculi (foras non intro ſtillantibus) promar... re potuit;

Enemata ſanguine tingebantur] Quid autem inteſtinis dicendum eſt quæ ſanguis grumoſus i... pleverat, præſertim cum de aditu nullo conſta... per quem illuc pertingeret? Ego certè (ſi quis nu... meam ſententiam requirat) ſanguinem illum à v... nere hepatis, per vaſa pori bilarii tranſverſim ſci... profluxiſſe arbitror, eo nempe modo quo jam di... mus. *Idem.*

§. 11. Vidi qui thoracis muſculum inter 4. & 5. coſtas ſecturus (quamquam ego ſemp... maluerim, longa experientia edoctus, intra 5. & 6. fieri, vel potius infra membranam qu... 6. infernè veſtit) ipſum pericardium omnino perſecuit (quod cadavere diſſec... innotuit) unde leipothymia correptus, redeunte poſtridie Chirurgo, mortuus inve... tus eſt. H. *Heers Obſer. Medic. xxij.*

§. 12. Vulneratus quidam Delphis à Chirurgo imperitiore, aut negligentiore ſalte... non adeo bene tractatus, etiam duobus vulneribus externe occluſis, ſanie collecta ... ventre & paulo ſupra diaphragma, tabe tandem conſumptus obiit.

Facta inciſione, viſcera interna læſa non videbantur, niſi quod levis cicatrix, non... dum tamen curata, in parte carnoſa diaphragmatis apparere videretur: Dubium erat ju... dicium, utrum ex vulnere per ſe lethali, aut potius Chirurgi imperitia obierit. *Foreſt. Obſerv. Chirurg. lib. 6. Scholio ad Obſerv. iij.*

SCHOLIA.

SEpti tranſverſi vulnera, parti nervoſæ inflicta, non ea ſolum de cauſa lethalia ſunt, quod id continuo eſt in motu, quietem autem deſiderant quæ ſananda ſunt, ſed etiam quia nervoſum eſt, nervoſa autem corpora ſemel diviſa, vix coeunt; ipſa ejuſdem pars carnoſa vulnerata ſæpiſſime lethum infer... ſaltem difficilis graviſque eſt curatio, præſertim jam phlegmone occupavit, quod in ea vulnera ſani... defluat, quæ impedimento eſt ne labra ſolutæ un... tatis invicem coaleſcant.

OBSERVATIO XXII.

Vulnera duo pectoris leviſſima mors ſequuta. 1. Pulmonis, cui præciſus lobus; cum part... thoracis proxima coaleſcentia. 2. Vulnus Thoracis ſequutus Abſceſſus hepatis. 3.

§. 1. EX mandato Prætoris Urbani juſſi Chirurgi infraſcripti examinare cadave... Fabri Illuſtr. N. qui non ita pridem veſperi gladio eſt vulneratus: Ul... primo inventa exigua punctura ſupra claviculam in dextro latere prope collum, & a... perto corpore *nihil prorſus ex interioribus læſum*, quanquam & cor & pulmones extra... xerint, inventum: Sed cor valde tenue & exile, nec pulmones ea magnitudine au... robore naturali in ſiniſtro latere, ſecus ac in dextro: Præterea puncturam habuit ſu... ſiniſtra ſcapula poſtica verſus alas brachii, ſed non penetravit: Alioqui reperta magn... quantitas materiæ ſemicoctæ in pericardio, & ſiniſtra pectoris cavitas ea materia fui... repleta: unde fluxerit iſta materia certo ſciri non potuit; neque dicere licuit hominet... hunc ex duabus hiſce puncturis mortuum &c.

Cor...

Cenſura Medicorum.

NOs omnibus circumſtantiis perſpectis, duas iſtas puncturas lethales neutiquam fuiſſe pronuntiamus, ſed quod collecta in pericardio & ſiniſtro pectore materia potuerit ex aliis pulmonis internis affectionibus & morbis originem ſuam traxiſſe, ſine ulla externa cauſa, ſive punctura, cæſura, aliiſque infelicibus caſibus. &c. *Bartholinus Ciſta medica locul.* 60.

Nihil prorſus ex interioribus læſum] circa penetrantia Thoracis vulnera accuratum requiritur Chirurgi judicium, ac notandum quod habet *Columbus* lib. xv. Anatomiæ, Pulmonem, *ait*, in pluribus pleuræ connexum vidi, nunc in altero latere, nunc in utroque: atque hæc pulmonum in nonnullis cum pleura connexio in cauſa plerumque eſt ut Medici decipiantur, penetrantia thoracis vulnera nequaquam agnoſcentes: quippe qui hoc Chirurgorum axioma puteot, omne thoracis vulnus penetrans extra ſpirare: At in his quibus hæc pulmonum connexio cum membrana ſuccingente contingit, poſſunt vulnere thoracem perforante laborare, neque tamen reſpirare vulnus cernitur.

§. 2. Petro Antonio infligebatur prope urbem Brielam ingens vulnus ſub papilla ſiniſtra, ſed eo ob tumulentiam floccifacto, neque implorata alicujus ope, erupit poſtridie ex hiante vulnere non exigua pulmonis pars, adæquans magnitudine ſua tres tranſverſos digitos: quod grave infortunium non promovit tamen hominem temerarium plagam hanc cum cura habere; Sed contulit nihilominus ſe ſatis inconſiderate Amſtelredamum, bidui itinere inde diſtans, nec coercens pendulam pulmonis partem faſciis, nec implens vulnus linamentis, uſque dum reficeretur in noſtro Valetudinario, in quo illico imperatum emortuam pulmonis partem, filo prius conſtrictam, forfice excidere, coaleſcente reſiduo lobo in ipſo vulnere; cujus oræ coaluerant firmiter intra diem xiv. ut vix quicquam impedimenti manſerit præter levem tuſſiculam, interpolatis vicibus duntaxat moleſtam: Partem autem hanc lanci impoſitam vidimus pendere circiter tres uncias, grande meHercules pondus in viſcere tam raro ac levi.

Huic homini (velut oſtendit ſectio poſt ſexennium ipſi adhibita (accreverat duntaxat pulmo in ipſa plaga, quocirca etiam nihilinde perceperat incommodi prætet levem tuſſiculam, ſed non ita moleſtam, quin potuerit cum illa non tantum quocunque locorum navigare, verum etiam continenter popinis ac comeſſationibus intereſſe, homo diſſolutiſſimæ vitæ.

SCHOLIA.

NOn exigua pulmonis pars] Creditum hactenus, at non ſervatur cui pulmo medius vulneratur, ita utique vix reſtitui qualemcunque ipſius plagam; ſed uſus qui omnium præceptorum ſuperat præcepta, docet evidentet nihil hic trepitandum, ſed caute decurrendam ſemitam, quam nobis prævivere veteres: Præcide (inquit Celſus) quicquid ex jecinore, liene, aut pulmone extremo dependet; l. 5. c. 26.

Filo prius conſtrictam] Sed quorſum retentus præciſus pulmo in coaleſcente vulnere? Ne ex laceris retractæ partis venis flueret frequens ſanguis verſus ſeptum tranſverſum, eoque in pus converſo ſequeretur inde miſera illa mors, quam ſuo more recte innuit *Hippocr.* in Coacis prænot. aſſerens vulneris thoraci inflicti, ſi quidem extima pars ſanetur, interna vero nequaquam, ſuppurationis periculum eſſe.

Cujus oræ coaluerunt firmiter] At dicat quis, annon vulneris oræ, amplexæ pulmonis extremum, impedivere evidenter liberum ipſius motum, excitaruntque propterea gravem ſpiritus difficultatem? Sed reſpondeo pulmonem paucis corporibus eſſe omnino liberū; ſed plerumq; agglutinati vel huic vel illi coſtæ: neque tamen propterea evidenter lædi reſpirationem, niſi acereverit ubique locorum, quod incommodum non ſemel videre theatra Anatomica. *N. Tulpius Obſerv. lib. 2. cap.* 17.

In quodam qui pugione vulneratus erat, tamen in internam capacitatem vulnus circa nothas coſtas, qua pertingit diaphragmatis extremum, non penetrarat, tamen in hepate repertus eſt abſceſſus, unde id? Forte eodem modo quo in vulneribus capitis. *Ballonius lib. de convulſionibus.*

OBSERVATIO XXIII.

Pectoris *vulnus lethale ob Cordis ſimul & Aortæ læſionem.* 1. *Ob ſiniſtrum cordis ventriculum læſum.* 2. *Ob diſciſſum arteriam venoſam, paulo ſupra auriculam cordis ſiniſtram.* Obitus Henrici Magni IV. *Galliarum Regis.* 3. *Ob transfoſſos Pulmones & vaſa cordis majora in baſi læſa.* 4. *Ob cor diſciſſum.* 5. *Ob cordis ventriculi dextri læſionem, illæſis Pulmonibus.* 6. *Ob cor trajectum, quinto die lethale.* 7. *Ob cor ad dextrum uſque ſinum læſum. xv. demum die lethale.* 8. *Biduo poſt lethale ob cor læſum ad ventriculum uſque dextrum, & aliud vulnus diaphragma, ventriculum & hepar penetrans.* 9. *Ob baſin cordis, ejuſque conum globulis duobus tranſverberatum, & brachij vulnus.* 10. *Ob læſum Pericardium ad cordis uſque ſubſtantiam, & Pulmonum lobum.* 11. *Ob vulneratum cor & pus in pericardio diu contentum.* 12. *Vulneri Thoracis fiſtula ſuccedit, e qua pus egreſſum pericardium & ipſum cor corrodit.* 13. *Nono demum die vulnus lethale quod ad cordis cavitatem penetrarat.* 14. *Vulnus cordis* 5. *die lethale.* 15. *Ob*

Ob utrumque cordis ventriculum pertuſum. 16. Ob cordis ſubſtantiam leſam. 17. Ob ſum ſiniſtrum ventriculum. 18. Ob vulnus dextrum ventriculum attingens. 19. A T racis vulnere pulmo ad denudationem uſque cordis conſumptus. 20. 21. 22.

§. 1. Superioribus annis pectus cujuſdam bene poti ferro trajiciebatur, ut cor & ac ta mortifere ſauciarentur. In ſequenti die, Judicis rogatu, corpus defuncti incidebatu eumque Chirurgus in duas partes pectus diduceret, de eo humor non limpidus, ſed cra ſiori urinæ & potulentæ materiæ aſſimilis ubertim profluebat: Prope credidiſſem ea ſe tione ſtomachum fuiſſe ſauciatum: ac detracto ſterni oſſe, introſpexi in cauum pect ris, ac continuo deprehendi intus magnam vim cruoris gelati, qui ſupra diaphragn continebatur: huic vero *multa craſſior aqua innatabat*; de qua etiam ille humor, pate te jam thorace, erumpebat. *Schneiderus de catarr. l. 3. c. 3.*

SCHOLIA.

M*Vlta aqua craſſior innatabat*] Qualis fuerit ille humor apertum faciam, ſi ſangvis ex brachio extrahitur, & pelvi excipitur, ille jam gelatus ſubſidet, ſupra eum autem humor quidam aquatior fluitare ſolet: Ita hic in imo pectoris cruor extabat; & circa eum fluebat aqua, at ea tam multa reperiebatur, ut nemo non intelligeret eam de potu tam largo increviſſe: Aliquando etiam cujuſdam juvenis vulnerati ſanguis ſiſti non poterat: ebrius erat ſauciatus, ac ipſi vulnus die noctuque fluxerat, is vehemẽter ſitiebat; quantum is cereviſiæ hauſerit vix dici poteſt; tandem adhibitis remediis ſiſtit ſanguis: ac paucis poſt diebus vulnus recrudeſcebat, quia arteria à Chirurgo minus clementer tractata fuerat: quare ſanguis iterum profluebat: Ego ſedato illo profluvio, maxime conſideravi ſanguinem illum, quo pavimentum, lintea, menſæ & ſcamna madebant: guttæ hujus ſanguinis maxima ex parte erant aquoſæ, quarum in medio extabat oppido quam exiguum ſanguinis verecundi veſtigium; Qui hoc contemplabantur, omnes ſumma admiratione afficiebantur: Nuper etiam quidam, cum epulatus noct tenderet quo ſaturi eunt, de alto ceciderat: ſangui extemplo mittebatur, Chirurgus ſubito exclamar O vinolentum ſanguinem! adeo illius odor nare percutiebat: poſtero die hunc ſanguinem contemplatur, incredibilem vim aquæ fluitantis notavi Ex his igitur, & ſimilibus, ſatis intelligi licet chylum, & inprimis potum, ſanguini illico miſceri, & hunc ad ſingula membra ferri: Sanguis itaque non aptus eſt ad corpus alendum, niſi is multo chylo ſi inebriatus; & hoc eſt quod *Gal.* confitetur, ſanguinẽ etiam poſt mortem inveniri in corporibus eorum qui fame ſitique interiere, ac talis ſemper eſt craſſior: *Sanguis*, inquit Harveus, *eſt poſt cibum & potum tenuior & ſeroſior: poſt ſudoram & urinam; craſſior*: addo hic, & multo craſſior longinqua inedia: A cœna & à prandio, & maxime à largiore compotatione dilutiſſimus: fidem faciunt allata exempla. *Idem.*

§. 2. Vidi quondam Noviomagi virum cum alio pugnantem; cui, me adſtante, medius thorax ab adverſario ſuo perfoſſus fuit gladio; ictu ſiniſtrum cordis ventriculum (quod poſtea in aperto cadavere vidimus) penetrante: Ille eo ipſo momento quo vulnus accepit, quaſi fulmine ictus concidit, moxque extinctus eſt: cum autem concideret; ſtatim acceſſi, & ejus pulſum in carpo ac temporibus exploravi, ſed nuſquam arteriarum ullam pulſationem percipere potui, propterea ſcil. quod ſanguis per vulnus cordis in thoracis cavitatem effluens, non impellebatur in arteriam magnam, ſicque ſanguis arteriarum immobilis ſubſtitit; nec ulla arteria pulſavit. *De Diemerbroek. Anat. lib. 6. cap. 2.*

SCHOLIA.

HInc deducit vir eruditiſſ. arterias nullam propriam pulſificam facultatem habere, ſed earum motum ſolummodo procedere à motu cordis: qui motus in depreſſione arteriarum adjuvatur quidem nonnihil ab earum fibris transverſis; ſed hæ tamen fibræ per ſe omnino non moveantur, niſi prius diſtenſio fiat à ſanguine e corde impulſo: *Willis* illis motum adſcribit. *Vide lib. 2. de pulſatione cordis.*

§. 3. Anno 1610. Maij 16. Henricus Magnus Galliarum Rex, rheda vectus à parricida Ravaillac percuſſus, cultro bis in pectus adacto, ſtatim interiit, præmiſſis aliquot vocabulis & ejecto per os ſanguine.

Poſtridie aperto corpore, notatum vulnus in latere ſiniſtro, inter axillam & mammillam, transverſi digiti latitudine, tendens ſupra muſculum pectoralem ad dictam mammillam, quatuor digitis profundum, cavitatem thoracis non attingens.

Alterum vulnus inferiore fuit loco, inter quintam & ſextam coſtam, in medio ejuſdem lateris, pectus penetrans, latitudine duorum transverſorum digitorum, & lobum unum ſiniſtri pulmonis perforans, inde truncum arteriæ venoſæ diſcindens, ita ut minimum digitum admitteret, paulo ſupra cordis auriculam ſiniſtram: inde pulmo uterque hauſit ſanguinem, qui per os rejectus eſt: quo iterum adeo infarcti fuere, ut omnino nigri quaſi ab ecchymoſi apparuerint: Inſignis quoque ſanguinis concreti copia in cavo thoracis reperta eſt, necnon tantillum in ventriculo cordis dextro, qui, necnon inſignia vaſa inde prodeuntia, præ vacuatione ſubſidebant: Ac vena cava, qua ictum reſpiciebat, juxta

cor-

tor, præ contuſione ab ictu cultri inducta, nigricans apparuit: Ideoque ab omnibus ſancitum id vulnus unicam & neceſſariam lethi cauſam extitiſſe: Cæteræ corporis partes integerrimæ & ſanæ viſæ ſunt, corpus enim optima temperie donatum erat ac rita conformatione. Actum Pariſiis anno & die dictis. (*Medici Regij ſubſignati A. Petit, A, Milo, Vlmus, Regnardus, Magiſter, Faleſius, Mayernius*, Hupertus, *Mirrheus, Carreus, Auberius, Tvelinus, Vlmus junior*, Altinus, *Pena, Luſſonius, Sequinus.*

§. 4. Per luſum & jocum Auriga Fratris D. Eraſmi Bartholini & famulus peregrinus, ſtrictis gladiis in fœnili congredientes 9. Sept. 1673. tragicum exemplum præbuerunt: Ex improviſo enim latus gladius ſub dextra brachii ala immergitur corpori famuli inter coſtam ſecundam & tertiam, penetratòque pulmone dextro vaſa cordis majora in baſi cordis lædit, & in ſiniſtro demum pulmone ſe ſiſtit: Dictum factum, ſed ſine dolore, concidit famulus, *Torchillus Petri*, annorum 18. neſcius ſe vulneratum, antequam conſpecto gladio cruento in leipothymiam incideret, Chirurgo ſtatim advocato, quia ex vulnere altiori nihil ſanguinis ſtillabat, vena in brachio dextro aperta nihil quoque cruoris profudit, ſiniſtra parum, unde ad ſe rediens æger reum amicum abſolvens, ſe dormire velle ait: & quanquam à ſomno retardaretur, tamen paulo poſt placide obdormivit, ſine ullo doloris ſenſu & ſigno:

In aperto per Chirurgos Urbis, *Bojum & Aſpachium* corpore defuncti, invenimus pulmonem dextrum coſtis adnatum, totumque pulmonem quoque aridiorem ad phthiſin vergentem, quippe artem figulinam didicerat, & æger diu inde receſſerat. Cavitatem thoracis grumoſus ſanguis copioſe implebat, à quo, impeditis pulmonibus, cordeque liquore ſuo deſtituto ſuffocatus.

SCHOLIA.

CUr ſine doloris ſenſu inſigni tam altum vulnus pertulit? Triumphat *Ariſt.* in cordis victoria: Nervis in baſi cordis diſſeminatis hicque diſſectis adſcribendum iſtud beneficium, qui ad ſenſum magis, quam motum in corde promovendum ab Anatomicis pleriſque deſtinantur.

Unde ad ſomnum propenſio? Quia ceſſante ſanguinis alio derivati ex corde influxu, cerebri ventriculi conciderunt. *Thomas Bartholin. in Actis Medic. anni 1673. Obſervat. xxi.*

§. 5. Juvenis quidam, in vicinia ſtrenuus, ſed deſperatæ audaciæ, anno 1656. adit inimici ædes catapulta armatus, foreſque pulſat, Egreditur ille ſclopeto quoque inſtructus, atque præ foribus ſtat: Aggreſſor ictu irrito ſclopum explodit, alter ſine mora tam appoſite pectus ferit illius, ut illico conciderit exanimis: *Aperto pectore cor per medium* tranſverſim verberatum repertum eſt.

§. 6. Non meminime unquam legiſſe exemplum vulnerati Cordis adeo rarum, atque ego meis vidi oculis, Anno 1660. 5. Aprilis Culenburgum vocatus fui, ut viſerem cadaver Georgii Jacobi VVeyman, juvenis xxij annorum, dum viveret robuſti, gladio vulnerati & mortui, atque una cum aliis judicarem vulnusue an alius caſus mortis cauſa fuiſſet: Cadaveris viſitatio, ſectio & apertio à me peracta fuit: Primo intelleximus, ex relatu ſatrapæ, hunc juvenem poſt inflictum vulnus per quinquaginta aut ſexaginta paſſus proceſſiſſe, tuncque concidiſſe, & ſyncope correptum ab aliis demum delatum fuiſſe, ſed tunc eum paulo poſt ad ſe rediiſſe: Medici & Chirurgi, qui illum tractaverant, dicebant prima & ſecunda die vix ſanguinem effatu dignum e vulnere anguſto, (tenui enim gladio inflictum erat) effluxiſſe, ſed poſtea vulnere aliquantillum dilatato, tantam profluxiſſe copiam, ut ſingulis religationibus coacti fuiſſent, obſtructo vulnere, hæmorrhagiam cohibere: addebant ægrum ſemper mente ſanum, nec de interno aliquo dolore unquam conqueſtum fuiſſe, & corpus ſatis commoviſſe, & liberaliter tuſſiſſe ad ſanguinis effluxum promovendum, quotidie etiam aliquid ediſſe ac bibiſſe, uſque dum tandem deficientibus viribus moreretur, poſtquam ab inflicto vulnere vixiſſet dies novem & horas vij.

His auditis ad cadaveris viſitationem acceſſi, omnibusque demonſtravi vulnus inflictú fuiſſe inter quintam & ſextam coſtam dextri lateris, latitudine circiter pollicis antequam coſtæ in cartilaginem abeunt: Sublato oſſe ſterno, inveni thoracis cavitatem in latere vulnerato, uſque ad mediaſtinum, ſanguine omnino repletum, eoque inde ſpongiis evacuato, vidi ictum gladii, illæſo pulmone, tranſverſim ſub ſterno tranſiiſſe in ſuperioré partem dextri ventriculi cordis, ſupra valvulas tricuſpides, prope ingreſſum venæ cavæ, nec ulterius proceſſiſſe: Pericardium ſanguine coagulato prorſus repletum ac diſtentum erat.

SCHOLIA.

MIrum certe omnibus videbitur quomodo hic homo, cum tali vulnere tot diebus & horis ſupervixiſſe potuerit: Rationem tamen fuiſſe puto, quod vulnus admodum anguſtum fuerit, & ſupra valvulas inflictum, ita ut in conſtrictione cordis, totus, qui dextrum ventriculú è cava confluxerat, ſanguis propter valvularum tricuſpidum impedimenta, per vulnus expelli non potuerit, ſed maxima ejus pars per venam pulmonatem, quæ vulnere multo latior eſt, in pulmonem fuerit propulſa, atque inde porro ad ſiniſtrum ventriculum & arteriam aortam, ita ut nonnihil puſillum ſingulis pulſibus è vulnere in pericardium & thoracis cavitatem expelli potuerit, unde etiam vires tardius collapſæ ſunt.

Vulnerati cordis) Cor princeps & regium viſeus eſt, è quo vitalis liquor, cum perenni calore, vitæ hujus ſuſtentaculo, quaquaverſum ad totum corpus continue diffunditur, quo reliquæ omnes partes pauxillum deſtitutæ, concidunt & moriuntur. Eapropter graviores ejus morbos maxime periculoſos, & imprimis vulnera omnino lethalia eſſe pronuntiavit Hippocrates, cum quibus licet nonnullos per exiguum tempus vixerint, nunquam tamen ſanari potuerunt; imo plerique eo fere momento quo vulnus in ventriculos penetrat, tanquam fulmine icti concidunt, quod meis oculis bis terve factum vidi, ita vt mirarer quomodo tam ſubito poſſet homo omni ſenſu, motu & vita privari: Ratio tamen manifeſta eſt, quia ſanguis qui ex corde in arteriam magnam, per eamque ad omnes partes, atque etiam ad cerebrum propelli debet, per vulnus expellitur in thoracis cavitatem: nullo autem ſanguine ad cerebrum propulſo, etiam illico nulli ſpiritus animales in cerebro moventur (motus enim cerebri, & hinc ſpirituum animalium totus dependet à cordis motu ſanguinem impellente, hinc illico deficiunt facultates principes, & ſenſus, omniſque motus omnium muſculorum, etiam reſpiratoriorum ſtatim deſinit, ſicque homo repente moritur: Si tamen vulnus admodum exile in ventriculos penetret, tunc interdum, etſi raro, contigit hominem tam ſubito non corruiſſe, ſed per paucas horas adhuc vixiſſe. *De Diemerbroeck, Anatom. lib. 2. cap. 2.*

§. 6. Vidi alium cui quaternos bombarda globulos quidam medium Cor traiecerat, ad quintum diem ſupervixiſſe.

SCHOLIA.

CVm ante 29. annos Monſpelii aliquandiu hærerem, Medicinæ quidam candidatus arteriarum motui curioſe noſcendo addictus, cani vivo thoracem aperuit, & videamus, inquit, quouſque cor vulnerari vivo animante poſſit, moxque raſorio decuſſatim cordis conum findit, ad duorum & amplius digitorum altitudinem, deinde canem ſcalæ ad ligatum vinculis expedit, qui cum inſano latratu manus noſtras fugiens ad herilem domum recurrit tanquam nihil paſſus. Quid ei acciderit nunquam reſcire potuimus: decreveramus enim experiri curamne admitteret. Vidi enim Felicem Platerum Baſileæ Cor porci domi ſuæ mactati in anatomicum theatrum afferentem, oſtendiſſe bacillum acutuam, puerilem digitum minorem longitudine æquantem in eot dicti porci adactum: Examinatus ſcrofipaſcus, quandò tereti bacillo, quo porcos agebat, ictum hunc inflixiſſet? pluſquam ſemeſtre eſſe reſpondit: vixit hic tandiu porcus, non diu poſt, ſi lanium evaſiſſet, victurus: Totum enim epat veſicis aqua flava plenis refertiſſimum eodem tempore oſtendit Platerus; ſicque brevi tempore hydrope interiturum prædixit. *Henricus ab Heers obſer. med. 11.*

§. 7. Ephippiarius Leodienſis e Lupanari domum rediens, uxori gravidæ pomum offert, illa conſcia vnde veniret, da inquit pomum illud meretrici cui affectus mihi debitos dediſti: Iratus ille per dextram papillam pugionem miſeræ in cor adigit: Accerſor hora ſecunda poſt merinoctium: viſo vulnere & ſymptomatibus, iubeo illam omnibus Sacramentis muniri, vicinamque mortem prędicens, ordinato tantum limonum ſucco, ſiti levandæ, qua valde premebatur, cum cereviſia miſcendo, ad lectum redeo: Sub meridiem diei ſequentis cum exſpiraſſet, amici ephippiarii, ut affinem pœnæ ſubducerent, ſpargunt validum à me datum læſæ pharmacum, inde illam abortiviſſe & exſpiraſſe.

Scabini re audita me accerſunt, iuſſis vocati inimiciſſimis mihi Medicis & Chirurgis, imum ventrem primum aperio, embryonem maſculum omnibus ſtupore attonitis oſtendo in matrice ſua hærentem: Dein thorace aperto, ex vulnere cordis omnibus mortuam aſſeverantibus, embryone ſudario meo clanculum involutum famulo domum ferendum trado, ex quo ſceleton confeci &c. *H. ab Heers Ibidem.*

§. 8. Creditum hactenus fuit corde vulnerato non poſſe quemquam, vel ad unius horulæ momentum, vitam producere: quam ſententiam ratio firmat & experientia: cùm enim vita noſtra à ſpirituum incolumitate dependeat, quarum officina fabricáque in ipſo corde ſita eſt, corde vulnerato ſpirituum generationem impediri ac prorſus ceſſare neceſſe eſt, verum hiſtoriam valde memorabilem hoc loco proponere viſum fuit, Hiſtoriam inquam militis, qui in corde ſaucius vitam ultra 15. dies ſuſtentavit, qualis nec in veterum nec in recentiorum Medicorum Obſervationibus ulla nobis hactenus occurrit, Andreas Heſevanger &c. Vulnus in pectore à commilitone accepit anno 1607. die 22. Auguſti, ſub veſperam, obiit die 8. Septembris hora una poſt exortum ſolis, qui erat dies 16. à vulnere inflicto.

Defuncti cadaver apertum examinatum fuit, ecce aperta pectoris cavitate, evacuátaque haud parva materiæ purulentæ minime fœtentis copia, deprenhendimus admirandi vulnus in cordis uſque ſinum dextrum penetraſſe, iſtamque fere cordis partem

coram contabuiſſe, ſiniſtra parte manente incolumi, in qua continetur primaria ſpirituum vitalium officina.

Hujus igitur unius beneficio vita Andreæ ad 16. diem conſeruata fuit: *Gothofredus Hegenitius in Itinerario Friſiæ Hollandico p. 26. inſcripſit Tabulæ penſili in Bibliotheca Academiæ Groningana, quam appependit Nic. Mulerus.*

§. 9. Prodeat exemplum cujuſdam occiſi, qui biduum vixit poſt evidens vulnus inflictum Cordi, Diaphragmati, ventriculo ac Iecinori. Extra portam Antonianam ivere nobiſcum plurimi Medici ſpectatum cadaver cujuſdam hominis interempti à duobus vulneribus, penetrannte altero per Epar ac ventriculum in ſeptum transverſum: Altero vero per membranas mediaſtinas & involucrut Cordis, in profundiſſimum dextri ventriculi receſſum, cum tam effuſa ſanguinis copia ut illi undiquaque innataret nobiliſſimum hoc viſcus, quod tamen fuit adeo validum, ut extenderit huic homini vitam uſque in finem diei ſecundi. *Tulpius obſerv. lib.* II. *cap.* 18.

§. 10. Fratres duo inimico obviam facti, uterque ſclopeti ictu eum lædit, minor natu Thoracem duobus globis transverberat, Alter pila in brachium ſiniſtrum adacta totum os comminuit ſub finem muſculi deltoidis, tota carne ita lacerata, ut nonniſi extima cute, vix duos digitos lata, brachium reliquo corpori adhæreret; Die poſt vulnera quinto, duo Medici totidemque Chirurgi vocati, ut de ictu brachii ſententiam ferrent, lethalem cenſerent necne: Omnibus qui Gangræna jam humero tenus omnia occuparent, mortalem eſſe brachii læſionem affirmantibus, ac ſeptimo poſt ictum die mortuo ęgro, ex officio Dom. Scabinorum, decem advocatis Medicis, multiſque Chirurgis.

Thorace aperto, baſim cordis ejuſque conum, cum inſigni laceratione transverberatum globis duobus offendimus: Itaque unanimes, reclamantibus aliquandiu qui primæ viſitationi interfuerunt, concluſimus ictus cordis primario & per ſe, brachii autem ſecundario tantum & per accidens mortis cauſam attuliſſe: Mirantibus quomodo ad ſeptimæ diei finem, corde tam graviter lęſo vitam produxiſſet, oſtendi comment. in aphor. 18. ſect. 6. qui ait ſola cordis ſubſtantia lęſa, ſi ad ventriculos vulnus non penetret, aliquos dies poſſe ęgrum vivere, dum phlegmone ſupervenienre abripiantur. *H. ab Heer Obſerv.* II.

§. 11. Captivus neſcio qua mentis perturbatione ſe ipſum vulnerat cultro proprio ſub mammilla ſiniſtra, recta verſus Cordis regionem ultra manubrium uſque adacto, qui per octiduum vivens abſque gravioribus ſymptomatibus nona tamen moritur.

Hoc poſt mortem aperto, vulnus per lobum pulmonum in capſulam Cordis, ipſiuſque cordis ſubſtantiam penetrans, obſervabatur, ita ramen ut non aliquem ex ventriculis læderet, ſed profundiratc ſatis aperta, in intermedium utriuſque ventriculi ſeptum intro eunte deprehenderetur. *Greg. Horſtius, lib.* II. *Obſervatione* 18.

§. 12. Tranſactis proximè annis Sabaudici tempore belli in Genuenſes, expugnato armorum impetu *Goa* oppido, Martis inter Victimas, quæ occubuere, reſpirarunt aliquandiu nonnullæ; & ex reſtituituris ſanitati, venerandi *Hoſpitalis S. S. Lazari, & Mauritij* fuere ſubſidio conſignatur; cura, & charitate Peritiſſimi Chirurgiæ Doctoris *Dominici de Roy*: Hic crudeles Martialium fulminum luſus dum perluſtrat, inflictum ſupra cor cujuſdam nomine *Lucij Corſici* incurrit in vulnus; exploratâque fidi ſtyli penetratione, vulneratum cor affirmare non formidavit: Hinc cum poſt tres ſupra viginti dies importuna querulus lipothymia, continuiſque cordis tumoribus viꝗtaret; obiit denique dubia relinquens judicia, utrum nempè cor ita diù vulnus perſure queat: quapropter curioſam cadaveris diſſectionem aggrediens ſupra laudatus *De Roy* coram Medicis Regiis nonnullis, Clariſſimiſque Profeſſoribus. Hęc vidimus.

Primo pericardium in parte ſuperiori vulneratum, quo diſſecto inſignis dfluxit albicantis puris copia, quam intra, ita innatans cor, intenſam conceperat intemperiem ex qua exterius cordis fibrę putreſiebant: Cordis verò vulnus ſupra dextrum ventriculum lęvius penetrans apparuit.

SCHOLIA.

Ex hiſce eluceſcit primo inter præcipua vulnerati cordis ſymptomata, frequentem extitiſſe cordis tremorem, & lypothymiam: *tremulos itaque primo patiebatur cordis motus*, & meritò. Nam ſi ab aucta in pericardio aqua hos obſervaverit motus in ſimia Galenus 5. de locis Aff. cap. 2.

cap.1. tantò magis à copioſo pure, in quo innatabat cor: ſed neque pet hoc tantum, verum quia ob corruptas extrinſecè cordis fibras, ab intenſa intempetie puris vitio contracta, illius motus imminui, variari neceſſe erat: cum teverà motus non tam cordis, quam reliquorum muſculorum à carneis procedat fibtis, nervi autem ſpirituum affluxum ſuppedirent, ſuaque vigoratione motus promoveant: Vnde tremulos cordis motus inter affectus ſpaſmodicos placuit nonnullis recenſere: Interea ex tremulis cordis motibus, ſanguis vario & perturbato impulſu, in pulmones & cordis ſinus fetebatur; ex quo pulſus inæqualitas & lipothymia. Pulſus primo inæqualitas, cum hic procedat à cordis motu, qui ſi tremulus & inæqualis, inæqualis & pulſus: lipothymia verò ab inordinato & moleſto ſanguinis motu vel quiete in cordis ſinubus aut pulmonibus: dum enim cor vario & tremulo afficitur motu, ſanguis mox nimia copia ſinus infeſtat, vel pulmones opprimit, & hinc imminens præfocatio: mox ſufficienti non influens quantitate, ſinus dum integrè non teplet, cor inani conatu fatigatur, & paulatino languore ſe deficere monet eger: quapropter cordis ſolutio continui quamvis levis, inteuſa illius intempeties, ex qua extetnarum fibratum putredo, & inſignis retenti puris in pericatdio copia, ſi cordis tremores & lipothymias inducetent mirum non erit: Mirum quid verò, trium ſupra viginti dierum ſpatio, cor tot morborum generibus laborans ahduc palpitaſſe; Cor illud, quod delicatæ adeò conſtitutionis, ut apud Antiquos ſimplex vteri, vel hypocondriorum vapor, neceſſaria inducebat deliquia; nunc verò humorum vitia & cortuptelam tolerabit? Quas teteutnm pus non excitat tragedias? Si inter muſculoſum otietur interſtitia, quot non efficit ſinus? quæ caro non cortumpitur, & quas non ptegiguit caries? in hoc ergo ita diù innatabit Cor viuum; ideo, dicet ne quiſpiam, quod pus ratione calotis cordis, adeo fuiſſe digeſtum, ut propriam amiſiſſet naturam, omneque corrumpendi vitium: verum ſi ita, cur extrinſecè cor univerſum purulentam albedinè, intenſamque adeò conceperat intemperiem, ut extemæ fibræ putreſcetent? equidem patiebatur corpuris damna æquè bene ac cæteræ partes, ut obſervamus cor nobilem eſſe partem ratione *officij*, non autem *ſubſtantiæ*, Læſo enim corde læditur ſanguinis motus, ex quo pervertitur corporis œconomia, non quia uti fons caloris, ſpirituum opifex, & hæmatoſeos auctor vita per conſequens ab illo principaliter dependeat; quieſcit quidem illa in illius motu non verò in qualitate ſuæ *ſubſtantiæ*: caloris, ſpirituum & ſanguinis fons ſanguis eſt, non cor; quamobrem veneua deleteria qualitate cor primariò non afficiunt, ſed ſanguinem; enecantque non quia cor corrumpunt, ſed quia ſanguinem inficiunt, cum revera cor venenorum maleficiis non magis ſubjaceat quam reliquæ partes: vndè dum vipera morſu digitum ferit, cor non aurè vulnerat, ſed infinuato recirculanti ſanguini veneno, ſpiritus extinguuntur, quorum iacturam perſentiens cor languet, ſecumque reliquæ partes deficiunt: Hinc eſt quod remedia cardiaca immediatè, ſpecificè & primario cor non reſpiciunt, ſed immediatius ſanguinem, cum quo dum miſcentur ſpiritus vivaciores excitant, efficiunt, ſanguinis promovendo accenſionem, & naturalem fermentationem, ideoque à ſpiritibus & ſanguine vegetiori firmius pulſat cor.

Concludendum quinto cor morbos tolerare, ac reliquæ partes, ſuumque principatum non conſiſtere ex eo quod ſubſtantiam habeat reliquis partibus nobiliorem, nec tanti eſſe ſcrupuloſa nonnullorum argumenta concludentia, cor non poſſe putridum febricitantium ſanguinem per ventriculos fluctuantem tolerare, dum ſimplex aura, quæ à minera putreſcentium humorum inter alas & inguina exhalat, illud alterat & corrumpit. Hiſce nugis ipſe 6. de locis Affec. cap.7. reſpondet *Galenus*, probans pus in Pulmonis vomica ſępè cordis ventriculos permeare, inde in arteriam magnam, tandem per arterias emulgentes lege circulationis in tenibus per urinas expurgari. *Obſervatio communicata ab Excellentiſſ. Dom. D. Iohan. Baptiſta Fantono Medico Taurinenſi.*

§. 13. Ex vulnere ſterni, ad quartam coſtam, ſiniſtra in parte, ſuborta fiſtula in quodam Veronenſi, cum per aliquot menſes eadem laboraſſet, ad ejus curationem me vocavit: cujus corpore primo expurgato, nulla licet ſpe ſalutis, ratione maciei qua con fectus erat, necnon febris & vitium imbecillitatis, immiſſa turunda copioſum pus eduxi à quo aliquot diebus poſt diebus ſyncope correptus æger vitam cum morte commutatit.

Diſſecto cadavere, inveni capſulam, & fere totam cordis ſubſtantiam ad fibras uſque al ulcere exeſam, *Marchetti obſerv. Med. Chirurg.* 47.

SCHOLIA.

Videant an conſtare poſſit ſententia *Ariſtotelis lib.3. de partibus animal.c.4.* quod Cor nullum vitium grave diu patiatur: ſi quidem hic patiens diu vixit, quamdiu ſcilicet ulcus fiſtula penetravit ad cavitatem aut ventriculu ſiniſtrum ipſius cordis.

§. 14. Anno 1624. miles quidam Mutinenſis, vulnere in cavitatem Cordis penetrant uex cadaveris diſſectione patuit, cum inſigni inflammatione dies novem ſuperſtes fu *Ioh. Rhodius cent.*11.*Obſerv.*39.

§. 15. Iuvenis petulans Hafniæ Nauclerum, alioquin amicum, cultro transfixit, in-
:r tertiam & quartam coſtam ſiniſtram: Vulnus ſub ſterno ad cordis penetravit ven-
iculum dextrum, ut aperto poſt mortem cadavere patuit, foramine anguſto &
bliquo: læſus tamen non ſolum ex ſuburbio domum pedibus ivit, ſed per quinque
ies ſupervixit: Quantum conjectura aſſequor, propter anguſtum obliquumque cordis
ulnus, concidentibus labiis, circulatio per tot dies perſtitit non interrupta, *Th. Bar-
holinus Hiſtor.* 77. *cent.* 1.

§. 16. Ingolſtadii quidam ſtudioſus à Typographo punctim læſus in ſiniſtra parte
horacis, vulnus ipſam cordis ſubſtantiam, utrumque ipſius ventriculum tranſverſim
enetrans, accepit, plateæ tamen bene longæ ſpatium vulneratus curſus confecit,
nente porro & ſenſibus integerrimis ferme per horam integram ita conſtitit, ut lo-
qui & Deo ſe commendare potuerit.

Vulnus, adaperto poſt mortem corpore Medici, Profeſſores omnes & alij ſpecta-
:ores, non pauci viderunt, atque armorum genus ex vulneris forma dignoſcere & in
udicio explorare potuerunt: *Ex Obſervationibus Cyriaci Lucij Medici Ingolſtadien-
ſis.*

§. 17. Vidi, dum apud Taurinos agerem, Nobilem quendam, qui ſingulari cer-
mine cum alio decertans, accepto ſub ſiniſtra mamma vulnere, in cordis ſubſtan-
tiam penetrante, libertatis in adverſariam aliquot enſe ictibus, ipſum fugitantem ad
ducentos paſſus eſt proſequutus, donec in terram caderet.

Diſſecto cadavere, vulnus comperi in Cordis ſubſtantia, amplitudine quæ digitum
capere poſſe, ingentem præterea ſanguinis in diaphragma effuſi copiam, *Pareus lib.* 9.
cap. 30.

§. 18. I. Haſſelroth Veſphalus, cum quodam Nobili duello decertans, vulnus in
medio Thorace, paulo ſupra ſternum accepit, ſubitoque concidens illico mortuus
eſt.

Aperta explorandi gratia pectoris cavitate, magnum profundumque in Cordis uſ-
que ſinum ſiniſtrum penetrans vulnus deprehendimus, unde effuſo ſanguine arterioſo,
& diſſipatis ſpiritibus vitalibus, vulneratum neceſſario & quidem ſubito mori opor-
tuit. *B. Timæus lib.* 6. *Obſerv.* 38.

§. 19. Viſa ſunt cordis vulneta ad tempus: comprobat hoc *Gulielmi Riva* Romani
Chirurgi obſervatio, qui in *Franciſca* quadam à *Tulpha*, viginti circiter annorum, ſe-
ptem vulneribus ſauciata, obſervavit, in qua mors uſque ad quartum diem protracta eſt:
ſecto cadavere duo vulnera in dextrum uſque cordis ſinum penetrantia viſa fuere.
Dom. Panarolus Pentecoſte V. Obſerv. 45.

§. 20. In vulnerato decumbente in Noſocomio, & in altero vulnerato antea in
eodem Noſocomio, qui ultra annum cum dimidio ibidem decubuerat, in ſectione
ipſa tota ſubſtantia pulmonis adeo cum pure longo tempore excreta videbatur, ut
Cor denudatum ſine pulmone, (dictu mirum) ſpectaretur. *Petr. Foreſtus ſchol. ad
Obſerv.* 37. *lib.* 2.

§. 21. Quidam longo tempore decumbens ob vulnus in pulmone tandem conta-
buit, Nam media pars pulmonis conſumpta ac pure ſoluta conſpiciebatur. *Petrus Foreſtus
lib.* 2. *Obſerv.* 37.

§. 22. Vidimus quendam pugionis ictu interemptum diſſecto pectore, rurſuſque
per vulnus pugione adacto mucronem neque cordis neque pulmonis vulneri reſpon-
diſſe: Tanta eſt in cadaveribus cum vulneribus poſituræ differentia. *Alex. Benedi-
ctus Antom. lib.* 3. *cap.* 12.

Observatio. XXIV.

Vulnus Thoracis *lethale ob* Arteriam venoſam *diſſectam* 1. *Ob laceratos ramos va-
ſorum ſubclaviorum.* 2. *Ob* Pulmonem *dextrum vulneratum, effuſumque ſan-
guinem.* 3. *Ob* Pulmonis *parenchyma pertuſum.* 4. *Ob conceptam in Pulmonibus
putredinem, &* Ductus chyliferi *læſionem.* 5. *Ob læſionem pulmonum & Oeſo-
phagi.* 6. *Ob pus intra cavitatem Thoracis ſubſiſtens.* 7.

§. 1

§. 1. Anno 1638. Nobilis quidam inter epulas pugione ob longo ſub ala lateris de tri, inter terriam & quartam coſtam vulneratur: profuſa ingenti ſanguinis floridi ſpumoſi copia, ſubſequenteque omnimoda virium proſtratione, & frequentibus anin deliquiis, die iij, e vita diſceſſit.

Aperto thorace quævis cavitas ſanguine grumoſo vndique videbatur referta: *Inven lobum dextrum* pugione perfoſſum, Arteriamque venoſam vulneratam, vnde inſequ ſanguinis profluvium, & exinde ſpirituum vitalium diſſipationem, ſyncopen mortemqu oportuit. *Balth. Timæus Reſponſ. medic. XVI.*

SCHOLIA.

Inveni lobum dextrum pugione perfoſſum &c.) Pulmonis vulnera penetrantia non omnia eſſe lethalia, modo vaſa inſignia intacta maneant, multa teſtantur exempla; ſed inter cætera hoc illuſtre, Anno 1669 Nobilis Sabaudus, nomine D. de Seiſſel, in ſingulari certamine pectus habuit parte dextra, ab acuto gladio omnino transfoſ ſum, evaſit tamen incolumis intra XV. dies: A poſt aliquot menſes vtramque cicatricem, tan in pectore quàm dorſo, viſendam mihi exhibuit

§. 2. Illuſtriſſ. Comes Solmenſis, poſt moram annuam Geneva diſcedit xx Aprili anno 1674. Comite Nobilium cohorte, inter quos Sereniſſimi Principes Saxo Gotha nus & Churlandiæ: Inſidias veriri itinere terreſtri inſtituto, lacui ſe committunt: Ir reditu naumachia feſtiva committitur, diſploſiſque vtrinque ſclopetis, Sereniſſ. Princi pis Churlandiæ famulus catapultæ præter pyrium pulverem plumbeas quoque glande immittit, quàm explodere in aquam credens, vacillante cymba, clevatoque ſclopeto, tres vno ictu feriuntur Nobiles, vnus in brachio, ſecundus in femore, tertius, Nobiliſſ *Raban Henricus Vſſelius* Saxo, in pectore: Hoc in Chirurgi periti, *Lamont*, ædes delato tres convocantur Medici cum Chirurgo; à quibus in diſquiſitionem adducitur tentan dane eſſet thoracis paracenteſis, ad exhauriendum cruorem in cavum thoracis effuſum, quæ miſſa facta eſt, ob virium ſummam imbecillitatem, pallore vultus ſe prodentem, reſ piratione deficiente, pulſu exili, per leipothymias, ephidroſes, quodcunque remedii generoſioris vſum reſpuentem, ita vt Deo & Naturæ committendus videretur: Revera 48. ab ictu hora mors obrepſit.

Sexta poſt hora pectus apertum eſt, deprehenſaque globuli via, nam is tranſverbe rato humeri muſculo, parte ſiniſtra, ſimulque pectorali; effractis tertia & quatta ſupremis coſtis, obicem in ſterno nactus, cavum pectoris ſubierat, pulmonumque ſummis lobis leviter ſauciatis, ramis vaſorum ſubclaviorum dilaceratis, mediaſtinum pervaſerat, coſtas item tertiam & quartam oppoſiti lateris perfregerat, demum ad axillam, inter os & carnem viam vi ſibi faciens, ſubſtiterat: Cordis ſinus ſiniſter ſanguine vacuus repertus, qui totus in cavitatem thoracis confluxerat; qui inde pondere librarum 12 civilium pondo eductus: *Ex Oratione funebri à Nobiliſſ. & Excell. Dom. Stoffelio, Sereniſſ. Principum VVittebergenſium Gubernatore, in funeris reditu habita.*

§. 3. Iacobus N. Sica ictus, vulnus inter 4. & 5. coſtam, iuxta mammillam dextram, verſus os ſternum, deorſum adactum acceperat, per quod multum cruoris contento ſpiritu extrudebat: A quo x. vulneris die mortuum aperui, lobumque pulmonis anteriorem, in longum læſum, duorum pollicum latitudinem, altitudinem vero pennæ ſcriptoriæ animadverti: Poſterior vero lobus aciem ſicæ exceperat vulnere anguſto, æque vt alterum profundo: Totus pulmo ſubdurus, tunicula eiuſdem, ſicut & membrana thoracis, rubicunda, aſpera, tanquam inflammata: Cavitas thoracis ſanguine aquoſo, purulento plena, cordis tunica ſimiliter aſpera, ſubdura, ac ſi phlegmone tentata fuiſſet: Pulmones autem ſiniſtri lateris integri & incolumes inventi: *H. Smetius miſcell. lib.* 10. *p.* 558.

§. 4. Generoſus vir nocturno tempore gladio per latus dextrum transfixo occubuit. Sequenti luce vulneris profunditatem inveſtigaturi Medici & Chirurgi conveniunt: Quartam coſtam acie gladij tranſverſim diviſam, & pulmonis parenchyma pertuſum obſervant, vulnere ſupra cor tranſeunte: Inter pleuram autem & ſiniſtri lateris Pulmones dependebat ab axillis magna pinguedinis copia, ordine longo ſecundum rectum thoracis ſitum diſpoſita, pulmonibuſque impoſita: In adverſo latere pulmones fibris thoraci alligabantur. *Bartholinus cent.* 2. *hiſtor.* 15.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Gladio transfixo) Pectore vulneratos non eadem ſors manet, ſi vaſa majora intacta maneant, etſi transverſim gladius penetrarit, evadere poſſunt, exemplum ſuppeditavit annus 1668. Nobili Sabaudo Dom. de Seiſſel, annos xx. circiter nato, in ſingulari certamine gladio acutiſſimo pectus confoditur infra mammillam dextram, adeo ut cuſpis ſemipede extra dorſum promineret: convaluit tamen intra breve temporis tempus, mihique utramque cicatricem poſt trimeſtre licuit videre & contrectare.

§. 5. Illuſtr. Baro de Heiden &c. In pugna Fionenſi circa mediam dorſi vertebram ſclopeto læſus, globulo ſubter ſiniſtram ſcapulam exeunte, initio equidem non adeo male habuit, conſueta tantùm vulnerum ſymptomata paſſus: Poſt 14. dies obſervatus in linteis *copioſus albicans humor* & continuans per intervalla, neſcius tamen unde aut qualis eſſet; neque Medico aut Chirurgo, quorum opera utebatur, quicquam de eo monentibus: hæſit verò per integram hyemem Ottenſoniæ: menſe Aprili in has oras delatus ſtatim me vocandum juſſit: Inveni Illuſtr. Dom. Patientem debilem valde, macie confectum, atque ſingulis circa veſperam diebus leviter incaleſcentem: Quæſivi ſtatim de Pulmone læſo, etſi ſibi de eo nihil conſtare hactenus dicebat: vulneris os ſuperius conſolidatum erat, inferius ſtillabat conſuetam ſaniem: ſperabam optima quæque, verum biduo elapſo, adverti ſupra notatum liquorem albicantem, paululum tamen flaveſcentem, tanta in copia effluxiſſe, ut non ſolum lintea quintuplicata, induſium lodiceſque imbuerit, ſed quoque limbos inundaverit: miratus inſolitam materiam, ſtatim cogitare cœpi, cùm diverſa plane eſſet à ſanie & ichoribus, annon liquor Chyloſus, tori ad nutritionem deſtinatus, inordinata hac via proflueret, quandoquidem Dom. Patiens bene appeteret, cibiſque euchymis & delicatiſſimis uteretur, corpus tamen in dies magis magiſque contabeſceret: Cogitavi ſerio de eo, neque quicquam aliud reperire potui: Concluſi igitur nihil magis è re Illuſtr. Patientis fore quàm ſi vulneris os ſuperius aperiretur rurſus, quo debita læſo Pulmoni remedia applicari poſſent, ſed Dom Baro renuit plane, libereque profitebatur ſe tantum ſuper eo horrorem animo concepiſſe ſuo, ut mallet mortem potius quam ſectionem experiri: Excluſus ergo ſalubettimo conſilio, quicquid alias remediorum ſupereſſet conquiſivi ſedulo, inſtitutaque accurata Diæta, adhibitis quoque interius & exterius ſelectiſſimis Balſamicis, imprimis è tenerrimis corn. cervinis petitis, Deo benedicente in tantum profeci, ut non ſolum febricula, ſed & fluxus 14. dies remitteret, habitus quoque corporis uſquequaque floridior appareret, magno cum Dom. Patientis gaudio, qui omni ſe defunctum periculo putans, paulo largius abſente me ſe invitaret, uſus quibus delectabatur, inprimis calidioribus, quæ tamen maxime noxia ſibi fore prædixeram: Recurrit itaque fluxus, atque continuavit ad vitæ uſque finem, quem ex nimia animi corporiſque commotione ſibi acceleravit: namque cum digladiantes non procul à conclavi ſuo miniſtros vellet compeſcere, neque ii dicto motem ſtatim gererent, adeo commovit ſe, ut primum Epilepticis convulſionibus, poſtea hemiplegia lateris ſiniſtri corriperetur, quæ cis paucos dies corpus exſuccum viribuſque deſtitutum è medio ſuſtulit.

Cadaver præſente Dom. Holſtio Poliatro Tonningenſi apertum, in inferioribus nihil notatu dignum præbuit, tantum Pulmones ea, qua vulnus inflictum parte, inſignem putredinem conceperant: id vero leve primitus fuiſſe, omniſque periculi expers autopſia monſtravit: Quam ergo conducibile fuiſſet, quamprimum liquor albicans conſpectus, vulneris interiora indagaſſe, aut ſaltem orificium ſuperius apertum ſervaſſe? *Ioel Langelot ad Thomam Bartholinum in hujus Epiſtolis centur. 3. Ep. 37.*

SCHOLIA.

Copioſus albicans humor) Si quid conjectura aſſequor, Lacteus thoracicus læſus quoque fuit, unde larga illa materiæ chyloſæ copia fluxit, atrophia ſubſequente: Hinc etiam ſelectiſſimis balſamicis plus præſtitum quam quavis ſectione, quippe coaluiſſe iſtis tenellas ductus membranas inde ſuſpicamur, quod repetito chyli curſu naturali, habitus corporis floridior appareret: Vulneris tamen apertio utilis fuiſſet pulmonis in gratiam, in quo putredinem notatam refers. Non valde tamen repugno tuæ conjecturæ eruditiſſimæ, nempe liquorem chyloſum,

ſum, tòti ad nutritionem deſtinatum, inordinara iſta via profluxiſſe: Eſt quippe liquor ille nutritius ubique ſanguini mixtus, & pro partium indigentia ad nutritionem elicitur, quod olim de rore & cambio Medici tradiderunt, neſcii chylum in ſanguine deliteſcere, facileque ſeparari ſine putredine, quod in venæ ſectione nonnullorum obſervavimus, lac nempe ſeu chylum, à ſanguine ſeparatum in pelvi prodiiſſe: Hoc ſucco nutriri partes noſtras, non ſanguine, ſunt qui ſibi perſuadeant, quibus neſcio quid opponi poſſit quod ſtringat: Si enim ſanguis in partium alimentum cederet, continua chyli confectione, ſeu ciborum ingeſtione opus non eſſet, ſiquidem ea eſt in corpore ſanguinis copia, ut ad menſes pluſculos ſufficeret pro partium nutritione: At quia chylo nutriur chyli quoq continua fit generatio, nec inediam ferre pc ſumus: Et tali ſane nutrimento in utero ſuevimus, non ſanguinis, ſi recentiorum ol ſervationibus & ſuſpicionibus credimus: E dem ratione Lac, ſeu candidum ſuccum ſanguine arteriarum thoracicarum per glandul mammarum ſecerni veroſimili conjectura ſuſp cantur alii, donec ſui generis vaſa lactea, a mammas chylum ex meſenterio deferentia dete cta fuerint: dubitandum enim vix eſt hujuſmoc ductus in corpore latere: Quicquid ſit, lact ubertate diffluunt papillæ tam feminarum quâr virginum, imo nuper natorum ut ex hoc prin cipio nuper accuſatam, virginem abſolverimus &c. *Thomas Bartholinus Epiſt.38. cent.3.*

§. 6. Civis Batavus 16. Septembris 1629. in pectore punctim vulneratus eſt, ictu transeunte os ſterni, ſeu ſcutiforme, per pulmones in Oeſophagum, ſuperveniente febre ac *ſingultu*: Octiduo poſt vulnus illatum mortuus eſt.

Aperuimus cadaver: invenimus ſecundum conjecturam noſtram partes ante dictas læſas: Thorax plenus erat ſanguine ſeroſo cum potu, qui ex gula effluxerat. *Iacobus Bontius Medic. Indorum obſerv.12.*

§. 7. Vagus Chirurgus, nomine Edelphus, Nobil. Iuvenem, gladio ſub brachio ſiniſtro læſum, ictu in thoracem penetrante curans, quicquid quinque præſentes clamaremus Medici, Chirurgis aliis multis ſuffragantibus, nunquam coſtæ apertionem admittere voluit, certam ſalutem potione ex oculis cancri præparatis pollicens; vulneri autem, quocunque loco eſſet, nec turundam imponebat, nec ullis utebatur balſamis, emplaſtris, &c. Cum eam potionem ſedecim dies bis quotidie bibiſſet nullo profectu, iamque pure thoracem diſtendente, reſpiratione pene ablata, morti eſſet proximus, Pater anxius Medicos revocat, quibus, reclamante Edelpho, latus aperientibus, maxima puris copia per intervalla educta copia, æger melius habere ſe dixit: Nihilominus miſer Nobil. quicquid peritiſſimi artis tentarent, in horas macreſcens, tandem quinto poſt anno phthiſicus obiit: Pulmones enim puri innatantes, illius tantum imbiberant quantum tuſſi perpetuæ inducendæ ſufficeret: Ille autem mature, ſectione thoracis facta ſervari poterat. *H. ab Heers Obſerv. Med. 22.*

Observatio XXV.

Vulnera Pectoris & Hypochondris dextri lethalia ob Pulmones perfoſſos, Hepatis & Spinalis medullæ *læſionem.* 1. *Pectoris & Abdominis ob læſum alterum pulmonum lobum, Diaphragma, Ventriculum & Lienem.* 2. Hypochondrii dextri *ob vulneratam infimam Iecoris fibram.* 3. *Ob* ventriculi *fundum læſum.* 4. *Ob ſubſtantiæ* Heparis *læſionem & truncum venæ cavæ.* 5. *Ob* Colon *per tranſverſum penitus diſſectum.* 6. 13. *Ob vulnus* Hepatis. 7. *Portiuncula Hepatis abſciſſa regenerata.* 8. *Vulnus* Abdominis *lethale ob pertuſum* Ileon *inteſtinum, Copiam ſanguinis in abdomen effuſam,* Meſenterium *perforatum.* Mors Henrici tertii Galliarum Regis & Poloniæ. 9. *Ob diſciſſum Ileum inteſtinum.* 10. *Ob læſionem interiorum viſcerum, Inteſtinorum corruptionem & Abſceſſum purulentum.* 11. *Ob* Inteſtina *craſſa & tenuia confoſſa.* 12. *Ob* Colon *tranſverſim ſectum.* 13. *Ob* Ileon *Inteſtinum duobus in locis læſum.* 14. *Ob* Ileum *transfoſſum, Vulneratas* venas & arterias *meſaraicas.* 15. *Ob* umbilicalem venam *abſciſſam.* 16. *Vulnus Inteſtini* Coli firma *cicatrice coaluiſſe deprehenſum.* 1. *Vulnus* abdominis *lethale ob venam cavam diſciſſam* 18. 19.

§. 1. INterfectus fuit 8. Iulli anni 1602. Gallus quidam, *Samuel de Bonnan*, duobus ictibus, quorum alter Hepar tranſibat, & ad ſpinam dorſi finiebat: Alter vero ſupra mammillam ſiniſtram ad latus Pulmonem perforabat. *Ioh. Rud. Salzmannus Obſerv. Anatom. pag.14.*

§. 2. Caupo ab Equite exploſione globuli e ſclopo breviore ita 17. Iunii vulneratus, ut d. 23. ejuſdem obierit: In cadavere externe hoc animadverſum, quod ictus globuli ſupra ſiniſtram thoracis partem per muſculum pectotalem intraverit, & circa Lienis regionem per coſtas ſpurias egreſſus turſum fuerit; Abdomine aperto, ſeparatis cute, muſculis & peritonęo cum omento, portio Lienis, quæ antrorſum in parte ſumma protuberat, globulo prorſus perforata, duęque coſtæ ſpuriæ fractæ ac contuſæ apparuerint: pariter à globulo tranſeunte, ventriculus in parte inferiore ejuſdem lateris, diaphragma in ſuperiore parte, ſiniſter pulmonum lobus in extremitate, ut & una coſta ſub muſculo pectorali penitus fuerit vulnerata atque violata, *Paulus Ammanus Medic. criticæ caſu* 48.

SCHOLIA.

Lethalitas vulneris non ſolum ex læſione unius partis principalis, verum etiam ex læſione plurium & minus principalium æſtimari debet: jam in hoc vulnere pulmones, diaphragma, lien, ventriculus, coſtæ lęſæ ſunt: Etiam vulnera, quæ ſecundum Celſum, ut plurimum lethalia ſunt, per ſe, non per accidens, lethalia ſunt, & ideo reus ordinariam declinare non poteſt. Curandi impoſſibilitas arguit lethalitatem vulneris, exẽplo illorum vulnerum quę in ſummo femore ſunt, ubi deligatio decens fieri non poteſt: Hic multo magis lethalitas erit per ſe, quandoquidem tot internæ læſiones & fracturæ concurrunt. *Idem.*

Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis.

Licet interdum contigerit quod læſiones in ejuſmodi partibus fuerint curatæ, & patiens (exempla proſtant in obſervationibus Medicorum & Chirurgorum) fuerit ſervatus, tamen raro contingit: centum enim moriuntur prius quam unus reſtituitur. Iure itaque cum Galeno & Celſo hæc vulnera huic claſſi adſcribuntur, quod nimirum ſæpe, & ut plurimum interimant, & curationem difficilem habeant: Et quoniam in hoc individuo non una ſaltem, ſed duæ vel tres partes principales variis modis lęſæ fuerũt, ſimulque acceſſit curandi impoſſibilitas, dum labia vulneris ſtatim poſt ictum aut vulnerationem coiverunt, adeoque ſic nullis medicamentis idoneis tractari potuit, ob hanc, & alias, in anatomia fundatas rationes, pronuntiamus quod vulnus iſtud merito pro lethali per ſe habeatur, quo etiam patiens neceſſario obiit.

§. 3. Lictor ictus fuit bipenni in infima Iocinoris fibra, unde marcore confectus obiit ante diem 40. Inveni ſub vulnerata fibra plurimum graveolentis puris collectum. *Vide lib. 2. tit. de phthiſi.*

§. 4. Villicus quidam in hypochondrio dextro ſub coſtis ſpuriis punctim, gladio valde lato, qualis carnificum eſſe ſolet, vulneratus, multa cruenta vomuit & per alvum dejecit, ſupervenere ſudores, ſyncope extremorum, frigus & convulſiones, tertio die mortuus eſt.

Aperto abdomine, vulnus in ventriculi fundo adeo magnum deprehendi, ut totam ejus ſubſtantiam à parte dextra per ſiniſtram penetraret, venis & arteriis, quarum larga ibi ſeges eſt, penitus diſciſſis, unde ingens ſanguinis copia partim ſupra partim infra rejecta, partim in ſpatio abdominis collecta, dolores vehementes, cordis anxietates, leipothymias frequentes, vigilias, deliria, convulſiones, tandemque mortem intulit, & quidem neceſſario, quatenus nec ſanguis ex venis & arteriis, confertim erumpens ſiſti, nec remedia convenientia admoveri, nec alimenta retineri, coqui & diſtribui, nec vires ex inſigni ſanguinis profuſione & dolore vehementi collapſæ inſtaurari, nec ipſum vulnus adeo profundum & penetrans ſolidari potuit. *B. Timæus Reſponſorum Medicinalium* 19.

SCHOLIA.

Etſi ea tantùm ventriculi vulnera pro lethalibus habeantur quæ orificio ejus ſuperiori infliguntur, attamen & illa quæ ventriculi fundum, venaſque & arterias gaſtricas majores penetrant, & valde magna ſunt, quale hoc fuit, mortem neceſſario inferunt, nec obſtant exempla profundorum vulnerum ventriculi ſanatorum, quale eſt Bohemi ruſtici venabulo lato vulnere in ventriculo percuſſi, de quo *Iulius Alexandrinus,* lib. 6. Therap. Galeni; ad plures annos ſuperſtitis; & alterius Bohemi, qui cultrum novem digitos transverſos longum deglutivit, qui per ſectionem ventriculi exemptus eſt, de quo *Sennertus* Practic. lib. 3 p. 1. ſect. 1. c. 15. Rara ea ſunt, ſingulari naturæ robori adſcribenda.

§. 5. Andreas Feiber locum tenens, &c. In dextro hypocondrio gladio acuto punctim vulneratus multum ſanguinis profudit; de dolore ad jugulum uſque aſcendente queru lus, ſupervenit vomitus bilioſus, dejectiones cruentæ, oculorum ſcotomia, deliquium animi & paulo poſt mors.

Aperui abdomen, deterſoque ſanguine, Epar ſcrutatus deprehendit non tantum ſubſtantiam eius, ſed & venæ cavæ truncum vulneratum, unde vulnus pro ſimpliciter lethali pronunciandum judicavi. *B. Timæus Reſponſ. medicin.* 20.

§. 6. Tympaniſta quidam in Caſtris Suecorum à milite in hypochondrio dextro, paulo ſupra regionem umbilici gladio acuto vulneratus, de vehementi abdominis dolore conqueſtus multum ſanguinis per alvum dejecit: ſupervenere & ventriculi ſubverſiones, & ſingultus, frequenſque animi delequium, hora quarta mortuus eſt.

Aperto abdomine, abſterſiſque, quibus refertum erat, excrementis & ſanguine, inteſtinum Colum totum, undiquaque per tranſverſum diſſectum ſphacelarumque repertum eſt, *BaltaZar Timæus Reſponſion. Med.* 17.

§. 7. Nos duos in cura habuimus quibus Iecur vulneratum fuerat (ut poſt eorum mortem videre licuit) hi quotidie bilem evomebant & intenſiſſima febre ardebant, tuſſique continua afficiebantur. Alterum & nuper curavimus qui *gibbam Iecoris partim contuſam* ex equi calce habebat; periit cum maxima ſiti & æſtu, bilem continuo vomebat, nec ullo pacto excernere poterat uno verbo expediam, Iecoris *ulcera* atque *vulnera* lethalia *Braſſavolus c. .m. ad aph.* 18. *lib.* 6.

SCHOLIA. Ad §. 7.

G*Ibbam Iecoris partem contuſam*) Contuſiones in parenchymate hepatis ſunt valde periculoſæ, præſertim ſi magnæ fuerint: Sanguinis enim tranſitus per partes contuſas difficulter peragitur, ſimulque etiam ſeparatio humoris fellei plurimum impeditur: Deinde ſanguis reſtitans tumorem efficit, tandemque forſan inflammationem, morbum ſcilicet hepatis periculoſiſſimum: quippe ſi eadem in ſuppurationem diſinat, ſpes omnis conclamata videtur: ſin indureſcat, cachexia, cachexia, ictetus, atrophia hydrops præ foribus ſunt: conandum quidem enixè ut rumor ejuſmodi diſcutiatur, verum hic labor, hoc opus eſt; forte diſcutientium ope ſanguinis effuſi, & ubi contuſio facta erat, reſtagnantis pars aliqua à veſicæ felleæ ramuſculis capillaribus, ad ea loca pertingentibus (haud aliter ſane quam aliæ ejuſdem ſanguinis partes à venæ cavæ oſculis) abſorberi queat, poſſintque adeo tria ad hujuſmodi diſcuſſionem concurrere, nempe tranſpiratio inſenſibilis, & materiæ extravaſatæ partim in cavam reductio, partimque illius excretio in porum bilarium: Licet enim ex communi naturæ inſtituto, porus bilarius, præter humorem felleum, nihil ex hepate efferat, ſi quid tamen hoc pacto præter naturę ordinem evenerit, haud videtur ratio commoda aſſignari poſſe, ob quam extima illius capillamenta otiari debeant, pręſertim materia illuc decumbente & quaſi in oſcula eorum ſponte incumbente. *Glaſſon Anat. Hepat. c.* 9.

Iecoris vulnera lethalia eſſe) Vulnera ſi cæſim infligantur vix fieri, poteſt quin vaſa lędantur, Sin punctim fiant, poterunt vaſa fortuito evadere. Sunt quidem neceſſario vulnera illa mortifera, maxime quę vaſa pariter & parenchyma diſcindunt, Illa tamen periculo quoque haud carent à quibus parenchyma ſolùm lęditur, ſanguis enim ad ea loca affluens impurus eſt & bili commixtus, nec facile evacuari poteſt: vel ſi id contingat, partes tamen ab invicem diſiunctę, (friabiles cùm ſint, glutineque illo careant quo alię partes facile denuo coaleſcunt) ęgre admodum conſolidantur. *Gliſſon Anatom. Hepatis, cap.* 9.

Iecoris ulcera) Solvitur etiam parenchymatis Epatis continuitas ab eroſione, quemadmodum in ulceribus ejus videre eſt, quippe ulcera non ſolum vulneribus, contuſionibus, ſuppurationibus, aliiſque antecedaneis continuitatis ſolutionibus adveniunt, ſed & eroſionem aliquando immediatè conſequuntur, nullo alio diſſolutionis genere pręcedente. Imo vero fieri non poteſt ut ſolutio ulla continuitatis in ulcus abeat, priuſquam partium ab invicem ſeparatarum eroſio aliqua acceſſerit; ulcus enim tria in ſe complectitur, ſolutionem nempe continuitatis, partis ſubſtantiæ jacturam, atque eroſionem: Si quid horum abſit, ulceris abſentiam haud perfectè obtinuerit: enimvero ſolutio-

nem

nem continuitatis, una cum defectu in numero partium, facile ſine ulcere reperias, quemadmodum in vulnere recenti cum particulæ alicujus abſciſſione videre eſt: Si autem eorum alterutri eroſio ſupervenerit, vulnus ſtatim in ulceris naturam degenerat, adeo ut ulcera à vulneribus, aliiſque continuitatis ſolutionibus, eroſione potiſſimum diſtinguantur: *Idem ibidem.*

§. 8. Helvetius 30.ann. in conflictu gladio Helvetico e regione hepatis percuſſus fuit, maximumque vulnus recepit: Sanguis copioſe effluxit, ita ut in animi deliquium incideret: Advocato Chirurgo, cum vulnus explorare, & medicamenta ad ſanguinem ſiſtendum imponere vellet, fruſtum Epatis ad oſtium vulneris ſeſe offerebat, quod cum forcipibus apprehendiſſet, integre extraxit: ac quamvis ſęviſſima ſupervenirent ſymptomata, nihilominus optime convaluit; Poſt annos tres febre continua correptus intra paucos dies obiit.

Cadaver ejus incidimus, latuſque prius exhibuit cicatricem longitudinis ſpithamæ è regione Heparis: portiunculam vero quandam infimi ejus lobi abſciſſam fuiſſe, vulnuſque cicatrice eleganter obductum reipſa comperimus: Reliquæ vero partes corporis, imo & ipſum hepar nihilominus ſecundum naturam ſe habebant. *Fabritius Hildanus, centur. Obſerv.34.*

§. 9. Nos ſubſignati Conſiliarii, Medici & Chirurgi ordinarii Regis, ratum facimus heſterna die mercurii, ſecunda præſentis menſis Auguſti, anni 1589. ex mandato Domini Præfecti Familiæ & annonæ Regiæ, viſitaſſe & diligenter examinaſſe cadaver defuncti feliciſſimæ memoriæ & Chriſtianiſſimi Henrici tertii, dum viveret Galliæ & Poloniæ Regis, qui eadem die è vivis deceſſerat, circiter hora tertia poſt mediam noctem, ob vulnus, adacto cultri cuſpide, in ventrem inferiorem pridie inflictum, juxta umbilicum parte dextra, circa horam octavam vel nonam, & ratione ſymptomatum ſupervenientium ſuæ Majeſtati Chriſtianiſſimæ ſtatim & ab accepto prędicto vulnere: Cujus vulneris cauſa & accidentium ſubſequentium ampliorem relationem Senatui exhibuimus.

Quo autem ampliſſima cognitio haberetur profunditatis illius vulneris, ac ſimul partium interiorum lęſarum, diſſectionem ventris illius inferioris inſtituimus, necnon pectoris & capitis: poſt ſedulum examen partium omnium imo ventre contentarum, invenimus portionem inteſtini tenuis, Ilei dicti, penetranti vulnere affectam, ad latitunem cultri pedalis longitudinis, qui cruentus nobis exhibitus eſt ad latitudinem quatuor dictorum in reditu ad locum vulneris exterioris: Interiora ventris rimantibus, & ejecta ſanguinis per dictam capacitatem effuſi maxima copia, cum inſignibus ſanguinis concreti grumis, apparuit quoque meſenterium duobus in locis perforatum, diſſectæ etiamnum venæ & arteriæ.

Partes omnes nobiles, tam naturales quam animales, pectore, imo ventre & capite contentæ, ęre & ſecundum naturam conſtitutæ erant, ac pro ętate probe temperatæ, citra lęſionem aut vitium; id ſolum arguendum erat, quod prędictæ partes omnes (ut & venæ & arteriæ, tum majores tum minores) exangues erant & ſanguine deſtitutæ, qui ubertim effluxerat per vulnera illa interiora, pręſertim e meſenterio, ac cohibitus fuit in cavitate illa, tanquam loco extraneo & contra naturam: Quamobrem neceſſario, & intra circiter octodecim horas, mors Chriſtianiſſimi Regis ſubſequuta eſt, quam pręceſſerunt crebra animi deliquia, ingentes dolores, ſuffocationis ſenſus, nauſea, febris continua, & ſitis intolerabilis cum maximis anxietudinibus: Quæ ſymptomata parvo temporis ſpatio ab inflicto vulnere contigerunt, ac ſine ulla intermiſſione ad integram uſque & ultimam mortis ſyncopen perſtiterunt, quæ ob rationes dictas, ac ſymptomata, quantumvis accurata acceſſiſſet diligentia, inevitabilis erat: Sic ſubſignavimus propriis manibus in Caſtris ſancti Clodovæi prope Luteriam, die Iovis horis matutinis, Auguſti tertia 1589. Medici aſſiſtentes

Faber, Dortomanus, Regnardus, Heroardus.

§. 10. Quid officij noſtri ratio requirat, circa vulnerum judicia, collegialiter fuimus recordati, Ergo conſideratis omnibus, tandem pronuntiamus, Si in vulneris inſpectione obſervatum, quod Vrielis vulnus punctim inflictum, quatuor tranſverſis digitis ſub vmbilico in abdomen penetrauit, quo inteſtinum tenue, Ileum alias vocatum, *latitudine digiti læſum & perforatum*: quod vtique iuxta relationem Medici & Chirurgorum vulnus illud

iſtud non ſolum inſanabile, periculoſiſſimum, ſed etiam pro ſimpliciter & abſolutè, & per ſe lethali habendum ſit, quoniam impoſſibile fuit hoc modo læſum inteſtinum, tanquam vnum ex gracilibus & plane membranoſis, vllo modo conſolidare.

Nec attendenda hic curationum aut exemplorum monſtra, licet enim tum vulnerati quidam patientes propter vegetam naturam,& alias cauſas, adhuc per aliquot dies vivere interdum potuerint, tamen neceſſario demum moriuntur, quoniam præter curandi impoſſibilitatem, etiam retentio chyli, & ejuſdem diſtributio pro ſanguificatione & nutritione amplius fieri nequit, imò propter hanc vulnerationem dum ſubſtantia inteſtinorum maxime nervoſa & fibroſa eſt, graviſſima & funeſta ſymptomata ſubſequi ſolent, hinc lethalitatis ratio manifeſte apparet.

Vbi monendum pariter,quod & in inteſtinis tenuibus fœculentæ impuritates contineantur, quæ à puritate chyli pro confectione ſanguinis, ad hepar tranſmittendi, indictis inteſtinibus tenuibus à natura ſeparatæ, & poſtea ſucceſſive ad inteſtina craſſa ablegantur: hinc non abſurdum ſit & fæces aut excrementa ex inteſtinis vulneratis tenuibus, in abdominis caro reperiuntur, & inibi, ut omnes extravaſati humores, præſertim in cadaveribus vel defunctis ſtatim fœtere ac putreſcere incipiant.

Repetimus itaque ex præmeditato conſilio, vulnus iſtud utique per ſe & ſimpliciter, ex adductis rationibus lethale fuiſſe, *Judicium eſt Facultatis Medicæ Lipſienſis.*

§. 11. Vir ille qui Delphis in abdomine anno 1574. vulneratus eſt, ita leviter primum vulneratus eſſe videbatur, & omnes Chirurgi qui illud vulnus conſpexerunt, illud prima fronte prorſus non lethale eſſe judicarunt, & ob id plurima remedia ad ejus curationem fruſtra tentarunt: Sed poſtea corpore defuncti inciſo & vulnere latius aperto, inventum eſt vulnus illud penetraſſe viſcera interiora, adeo ut inteſtina nigra & corrupta ſpectarentur, & animadverterimus abſceſſum purulentum intus latitaſſe, cum tanta corruptione & virulentia, ut ob putorem in cubiculo, in quo cadaveris inciſio fiebat, morari non potuerimus: Notandum etiam in morte ipſa totum colore virldi ad citrinitatem declinante infectum fuiſſe, magnam in corpore arguens corruptionem,vt iſti Chirurgi imperitè judicarent hominem ictéritia affectum. *P. Foreſtus lib.6. Obſerv. Chirurgici ij.*

§. 12. Iacobo ab Aqueria Arelatenſi quum acutiſſimo enſe venter eſſet perforatus, tranſmiſſo peritonęo, ingens in inteſtinis tum tenuibus tum craſſis vulnus accepit,exeunte utique per vulnus ſtercore: Ad quem vocati, magna anguſtia hominem conflictatum invenimus, ſeſe præ dolore jactantem nec uno conſiſtentem loco: Tertio mox die vulnus lividum fieri, pus manare fœculentum, ſordidum, nigrum, fœtens apparere, ſtercus per vulnus continuo prodire, craſſorum inteſtinorum vulneratorum indicium, tum vero extrema frigeſcere, pręcordia verò immenſè calere (intro conceptæ phlegmones teſtimonium) cœpere: ſitis ingens, æſtus maximus, ſudor frigidus ſecundum frontem & faciem totam atque cervicem apparere, lethalis prorſus morbi indicium: Quarto die pulſus deficere, mox delirium, dein vox deficere cœpit, luminàque tenebris offundi, inde die quinto mors.

Diſſecto cadavere, inteſtina tum craſſa tum tenuia multis vulneribus confoſſa reperta ſunt, ingenſque circa umbilicum tumor phlegmonoſus, thrombi ingentes ſanguinis congeſti multo plurimi: lacerata interanea omnia. *Fr. Valleriola obſerv.9. lib.11.*

§. 13. Ictu obliquo vulnerabatur quidam Monſpeſſuli, in abdomine, duobus digitis tranſverſis à linea albas curatur quam diligentiſſimè, verum ex altera parte abdominis dolor vehemens,rubedo & alia ſigna inflammationis: præterea ſymptomata quoque vulneratis inteſtinis conſueta oboriuntur. Chirurgi igitur ampliationem vulneris urgent, Medici verò propter lineam albam denegant, ne potius novo, eoque periculoſiore vulnere quam primo extinctum rei cognati forſan prętendere poſſent: moritur 4. die.

Aperitur cadaver, & colon per tranſverſum ſpatium abdominis vulnere dimidiæ ſpithamæ ſectum invenitur: Reus condemnatur. *Ph. Salmuth cent.1. obſerv. xviij.*

§. 14. Aperui militem quendam in Noſodochio noſtro, qui triduo ante gladio transfoſſus erat, ad latus infra umbilicum, in quo ictu Ileon inteſtinum duobus in locis inſigniter lęſum fuit: apertoque abdomine lumbrici tres vel quatuor in abdominis cavitate inventi fuerunt, quos per vulnus illud Ilei una cum ſtercore exiliiſſe conjeci. *I. R. Salzmannus, Obſerv. Anatom pag.* 10.

§. 15. Vulneratur quidam ad lætera umbilici punctim,repoſito inteſtino & omento,quod parum prominebat, de dolore imi ventris, anguſtia pręcordiorum, motu convulſivo cervicis,

vicis, vomitibus, tertio die accedentibus, moriebatur placide: mirari ſubibat hunc ſubitum e vita diſceſſum:

Aperto cadavere, à vulneratis venis & arteriis meſaraicis ſanguinem copioſum, cujus tamen ne gutta quidem toto decubitus tempore apparuerat, ſub omento deliteſcere, totumque abdomen replere. Poſt & inteſtinum ileum mucrone transfoſſum animadverſum. *Guern. Rolfinccius Diſſertat. Anatom. lib. 1. cap. xiii.*

§. 16. Adoleſcens quidam poſt vulnus exiguum inter umbilicum & coſtas mendoſas, mox humo procumbens quaprimum exſpiravit; Vocatus, miratus ſum cum tam levi vulnere accepto, & circa *locum*, (mea quidem ſententia) *haud ita periculoſum*, tam ſubite deceſſiſſe.

Sequenti die cadavere diſſecto, cauſam perveſtigans, inveni interiora omnia illæſa, præter umbilicalum venam, in adultis ligamentum potius, quæ quidem vena plane abſciſſa fuit. *Fabritius Hildanus centur. 5. Obſerv. 53.*

SCHOLIA.

INfans quandiu geſtatur in vtero per venam umbilicalem ad ſe trahit alimentum: nato puero, vena illa (ne penitus ſit inutilis) ſenſim indureſcit in ligamentum, cujus beneficio hepar vmbilico alligatur: ligamento autem abſciſſo, hepar ſurſum retrahitur, & diaphragma adeo comprimit vt homo neque reſpirare neque exſpirare poſſit, imo ſuffocetur illico.

Locum haud ita periculoſum) An vmbilicus abſciſſus vel ruptus ſubito mortem inferat, quod Ægyptiorum ſupplicio permoti, *Laurentius*, & alii crediderunt, diſquitit *Thom. Bartholinus, Anatom. Reform. lib. 1. cap. 37.* Contraria, *inquit*, exempla vidit *Riolanus* experientiſſimus, & quivis ex Omphalocele iudicare poteſt, Si mors ſequatur, ex accidenti evenit, læſis quoque interioribus & patulo ad rerum noxiarum penetrationem oſtio: ſuffocari credit *Sperlinger*, quia reſecto vmbilico collabitur Epar, a quo trahitur Diaphragma reſpirationis organum, ſed 1. non ſubitam mortem infert hæc ſpirandi difficultas: 2. alio ligamento valido ſuſpenditur Epar à peritonæo. Ancillam tribus vulneribus circa vmbilicum impetitam narrat idem centur. v. hiſtor. lix. Idem.

§. 17. Orta forte inter ebrios rixa, vulnerabatur graviter cum in pectore tum in ventre inſignis decoctor I. Schram, penetrante cultri acie in latius lateris dextri inteſtinum, quod licet vltra 30. horas pependerit extra corpus, iam abunde refrigeratum, reductum tamen tandem in ſuum locum, rediit nihilominus ad priſtinam temperiem, ſine vllo corruptionis metu, ſicut inculcat *Galenus* ſatis appoſite lib. 6. aph. 58. profluentibus interim cottidie per vulneris hiatum, partim fæcibus alvinis, partim crudis ac indigeſtis cibariis: quibus quantumvis pro innata ingluvie nimis quam frequenter ſe obrueret hic helluo, glutinabatur tamen non minus proſpere inteſtini vulnus, ac ſi habuiſſet exactiſſimam vitæ ſuæ rationem: At vero ſanato quidem inteſtino, ſed diſiunctis interim diſciſſi peritonæi oris, incidit tandem in plagæ loco, in inſignem prolabentium inteſtinorum herniam; quæ negligentius habita, degenerauit ſexto anno, poſt inflictam plagam, in tam vehementem gangrænam, vt breui hominem occiderit ſuæ ſanitatis vere ſocordem: Chirurgus autem qui vulneri præerat, ſatagens id inuenire in ipſis inteſtinis, & deinceps fibula, vel potius ſutura connectere diſiunctas ipſius oras, ampliauit non modo plagam, ſed eduxit ſatis confidenter inteſtina, qua licuit, ex abdomine, quæ inconſiderata ipſius temeritas, tantum abeſt vt invenerit plagæ locum, & aſſetuerit ægrum ab hernia, vt induxerit potius in inteſtinis cum dolorem intolerabilem, tum frigus propemodum inſuperabile.

Verum enim vero diſſecto poſt mortem hoc cadauere; vidimus euidenter veram obitus cauſam fuiſſe ſyderatam herniam. Sed vulnus ante annos ſex inflictum, coaluerat tam denſa ac firma cicatrice, vt vix guttula liquoris per illud amplius tranſſudaſſet: Inſidebat autem id in ſuprema inteſtini coli regione; prope membranam illud ligamentum quod per longitudinem ipſius excurrens, quaſi robur ac ſtabilimentum concedit anfractuoſæ ipſius fiſtulæ. *Tulpius Obſerv. lib. 1. cap. 20.*

§. 18. Iuvenis Sabaudus in conflictu vulnus paulo infra vmbilicum acie gladij recepit, ex quo intra paucas horas obiit: ego cum ventrem diſſecuiſſem, ipſum ſanguine plenum reperi: vena enim caua, e regione renum, acie gladie vulnerata fuerat. *Fabritius Hildanus, cent. 3. Obſerv. 57.*

§. 19. Anno 1594. Virum ſecui qui ſibi ipſi cultro violentas intulerat manus, in abdominis regione dextra, ſtatim ſub coſtis, quo vena caua, tam magna ſanguinis copia in capacitatem effluxerat abdominis. *P. Pavvius, Obſerv. Anat. 11.*

SCHOLIA.

VT *inveneris plagæ locum*] Cur tam difficilis inventu læſus inteſtinorum locus? an quia perpetim moventur, & vix momentum ſervent illum ſitum quem invenit ingrediens cultri acies? ſive ob naturam motus periſtaltici, ſive ob aſſumptum alimentum, vel ſpiritum ipſa inæqualiter intendentem: Quibus accedit quod in obeſis corporibus reperiatur interdum tantum carnis ac pinguedinis in abdomine, ut Chirurgo nec oculis nec digitis liceat ad inteſtina penetrare, nedum acum eo perducere, vel filum ita circumagere ut requirit ſuendi illa ratio: quam ſpecioſe in inteſtinorum vulnere ſatis deſcribit *Ambr. Pareus lib. 9. cap. 34. Idem.*

OBSERVATIO XXVI.

Dorſi & laterum vulnera lethalia ob puris copiam in thoracem effuſam. 1. Lumborum ob læſam ſpinalem medullam. 2. Natis ob læſam ſpinalem medullam ad os ſacrum. 3. Natis ob incongruam victus rationem lethale. 4. Femoris circa ramos Iliacos, ob horum diſciſſionem 5. Cruris ad dorſi regionem ob læſum inteſtinum rectum, meſenterium & dextrum ventriculi latus 6. Natis, ob inſigne vitium viſcerum naturalium. 7. Cruris ob arteriæ læſionem 8. Digitorum, ob nervos ad oſſa diſciſſos, ſequutasque convulſiones. 9.

§. 1. NObilis Juvenis à famulo domus ſuæ, quatuor acceptis ſecundum dorſum & latera vulneribus ſica mucronata & bene acuta inflictis; ſpatio medio inter ſextam & ſeptimam coſtas ſiniſtræ partis, deſcendit in ima telum, peritonæo perforaro duobus locis: Reliqua duo vulnera peritonæum minime attigerunt, quod ſecundum muſculos externos oblique telum adactum fuiſſet, brevique hæc duo vulnera, quod in cavitatem pectoris non deſcendiſſent, curata fuere, læſis utique externis tantum muſculis: At vero quum reliqua duo graviora penitus eſſent, peritonæo utique perruſo, majus nobis negotium fecere, Nam poſt quatuor ab acceptis vulneribus dies, horror gravis, acuta febris, anxietas, inſomnia, gravitas in parte percipi; ut *decumbere in dextrum latus minime poſſet*, dolorque oriri cœperunt, inflammationis utique indicia in ſuppurationem tendentis: Eventus autem rei rem plena fide confirmavit, nam mox poſt xx. diem purulentus æger factus eſt; quem affectum indicabant aſſidua febris, quæ interdiu remiſſior noctu vehementior, ſudor frequens, tuſſicula ſicca ſine notabili ſputo, oculorum cavitas, pallidus faciei & labiorum color, rubentibus tamen ſæpe maxilis, præſertim hora una poſt acceptum cibum, quo tempore intendi febris videbatur, & calere magis ſummæ circa arterias partes reliquo corpore apparebant: Ad extremum vero & curvari ungues & tumere pedes cœperunt, quum jam morti proximus eſſet; quæ miſero juveni poſt duos ab acceptis vulneribus menſes tabido occidit.

Jngens inventa inter thoracem & pulmones copia puris, ut niſi ſpectator ipſe fuiſſem, vix certe crediturus eram tam ingentem puris copiam intro contineri poſſe; ut quæ menſuram xx. ſextariorum æquaret. *Franc. Valleriola Obſervat. vij. lib. ix.*

SCHOLIA.

I*Ngenti copia puris*] Undenã tanta puris copia gigni potuit? Neque enim veriſimile habet ex eſſuſo ſanguine tantam copiam genitam fuiſſe, cum vix è vulneribus duobus penetrantibus & punctim factis libra una effundi intra cavum pectoris poruerit, tametſi ex ſanguine qui malam habeat tranſmutationem pus gigni dicat Galenus. Cenſendum vero pus intra thoracem contentum à ſanguine quidem putrefacto ortum habuiſſe, neque enim aliter fieri poteſt: Tantam vero copiam non à ſanguine ſolum putrefacto, ſed & ab ichoribus qui quotidie à vulnere inter internas partes effluebant, genitam fuiſſe: corrupto etiam nimirum quod ad partem deſtinabatur alimento, & in pravam qualitatem à calore putredinali partis demutato, pus fiebat: Unde magna tandem aggeſta puris copia, quum quotidie aliquid jam genito puri adjungeretur, effectum eſt ut poſt diutinum tempus ſenſim congeſtione facta, nec ullo pacto evacuata, ingens puris copia creverit, quæ reſpirationem mole ſua impediens, ægrum miſere tandem in mortem deduxerit. *Hac Valleriola.* Vel dicendum ab acceptis vulneribus hiantia vaſa ſanguifera, ſanguinem ad nutritionem partis illuc deductum, in capacitatem thoracis effudiſſe, qui contagio puris prompte illius naturam induerit, hinc fraudatis cæteris partibus alimento, quod totum illuc prorumpebat, atrophia & marcor inductos, &c.

§. 2. Die 17. Dec. 1643. Famulus Eminent. *Cardinalis Columnæ* vulneratus fuit ſclopeto in ventre inferiore, vulnus autem erat hujuſmodi, A dextra parte prope ſpinalem medullam, quatuor digitis ſub regione renum ingreſſus erat, & tranſibat per medium ſpinali medullæ, uſque ad partem ſiniſtram exitus erat, ita ut neceſſario colligatur in dicto inſtrumento adfuiſſe ſaltem duos globulos, quia unus inventus intus fuit, figura vitiatus ſuper reſidentia m oſſium, & alter ratione orificii ſiniſtri exitum petierat, & hoc totum vidimus ex ipſius diſſectione poſt mortem, vixit tantum horas xxx. circiter: Qua occaſione ſtatim

XXxxxx obſer

obſervatum fuit hepat in ſiniſtra parte & Lien in dextra, necnon etiam obſervavimus ventriculos cordis ſitum & venam azygos omnia mutata. *Marcellus Lucius Medicus Romanus ad Panarolum in hujus obſervat. Pentecoſte. v. §. vij.*

§. 3. Anno 1653. 28. Junii Illuſtr. Comes D. *Ioannes de Merode* Generalis, tribus globis ſauciabatur, duobus ſub humero dextro ad cubitum ſummum tranſeuntibus; tertio vero per natium ſiniſtram os ſactum perforante, adeoque intra veſicam atque inteſtinum rectum ad os pubis in femore dextro uſque penetrante, ibidemque ſubſiſtente: Vir erat annorum xl, ſtaturæ excelſæ, corporis robuſti, elegantis & ſolidi, barbæ tenuis & rufæ, capilli nigri & ſubcriſpi. Primo ingreſſu, vulnus in natium ſiniſtra lethale eſſe conjiciebam, quod per alvum cruenta aliquoties excerneret, unde inteſtini recti læſionem præmetuebam: Dolores præſto aderant ingentes, atque ex equitatione citata ab accepto vulnere aucti, ut ventri pronus ſæpicule incumberet: Sermo & animus viribus cum robuſtiſſimis conſtabant, verecundia tantum exule, unde male ominatus, Sacerdotibus curam animæ commendavi. &c. Die 4. Julii (qui erat ſeptimus & criticus) ſupervenit à meridie ſingultus, nuntius iſte peſſimus: Die 7. Julii Chirurgis vulnera relingantibus, nulla prout antea materia reddebatur, letho in foribus præſtolante, veſperi intra 7. & 8. ſingultu magna cum violentia iugulante; placide exſpiravit ratione, ſermone & ſenſibus integris, viribusque parum labefactatis.

Sed multa patuere ex conditura cadaveris, nobis incognita, cujuſmodi juxta læſionem oſſis ſacri, inevitabilem iſtic mortis neceſſitatem, concione teſte, inferebant.

Iſta autem ex anatomica ſectione omnibus innotuere: I. Inteſtina inflata, magna putredine, livore & fœtore infecta, pariterque partes ad pubem circumſtantes eadem labe notatæ. 2. Veſica quidem læſa & immunis, ſed 3. Renum alter totus corruptus & marcidus, alter itidem infectus, ſed paulo minus: 4. Hepat intus & extra totum infectum, putridum lividumque, ut ad contactum etiam dehiſceret. 5. Lien eadem ſanie ex toto corruptus & putridus. 6, Aperto medio ventre, Pulmones magnam partem putridi, lividique. 7. Imo cor ipſum cœruleo citrinoque colore ac tabo conſpicuum. 8. Cerebrum tandem fere illæſum & naturale, extra quod venæ hinc ipſe livore ſparſæ videbantur. 9, Atque ita viſcera trium cavitatum, exceptis cerebro, ventriculo & veſica, omnia ſingula carenus infecta & corrupta, ab antecedente forſan chronico & contagioſo morbo, reperta fuere; unde alias vel levi incidente febricula naturæ debitum ſolviſſet. *I. P. Lotichius lib. vj. cap. viij. Obſervat. ix.*

§. 4. Conſuetudinem alteram eſſe naturam tradunt Philoſophi & Medici, cujus proinde ſummam haberi rationem, ne vis naturæ inferatur, æquum eſt: Nobilis Sileſius anno 1672, Pariſiis enſe in una nate vulneratur, vulnere mediocriter profundo, nullo ſuperveniente inſigni hæmorrhagia, nec ullo metuendo ſymptomate: Medici Ægrú, vino pro regionis more aſſuetum, interdicunt; ſoliſque juſculis ſuſtentant, quibus Natio Germanica pauciſſimis utitur: Languor virium huic inſolitæ diætæ ſuccedit, & paulo poſt mors.

Aperto vulnerati cadavere, viſcera omnia integerrima repetiuntur: Vulnus citra notas phlegmones; nullum vas inſigne læſum aut nervus: Solus ventriculus juſculorum copia turgidus & diſtentus, quæ vino non ſuſtentatus concoquere non potuerat, mortis cauſa fuiſſe deprehenditur,

§. 5. Cadaver J. Caſpari dum inſpiciebatur judicialiter, obſervata duo vulnera punctim facta in ſiniſtrum femur penetrantia, pulmo diſtantia ab inguinibus prius profunde femur læſit: Alterum, quod duobus digitis tranſverſis à priori diſtabat, pedem penetravit totum lædendo tres muſculos, perforando arteriam & venam, *quæ hiatu tranſverſi digiti diſſecta*, quo facto ſanguis una cum ſpiritibus vitalibus copioſe effluxit, & mors ipſa neceſſario ſubſequuta, *Paulus Ammanus Med. cryt. caſu xlj.*

S C H O L I A.

Controverſia fuit, an vulnus iſtud per ſe lethale fuerit, vel an ex accidenti lethale factum? Item an incurabile fuerit? vel annon magis mors exinde conſecuta, quod vulneratus non deligatus, & ſanguinis effluxio cohibita fuerit? Ideo pronuntiamus, quod quidem arteriarum & venarum vulnera, per ſe & abſolute nullam inferant lethalitatem, niſi forſan iis in locis, ubi nulla ope humana ſanguinis fluxus ſiſti poreſt: Hinc, quia vulnus hoc femori inflictum, arbitramur unanimiter quod etiamſi arteria & vena diſſecta, & aliquot muſculi læſi, nihilominus ſanguis in hac parte affecta per convenientia præſidia chirurgica ſiſti, Patiensque curari potuiſſet, ſi modo curam ipſius ſedulam geſſiſſent adſtantes. *Iudicium Medicorum & Chirurgorum Wittebergenſium.* Sequitur *Reſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis.*

Contulimus meditationes noſtras cum Reſponſo VVittebergenſium in concilio noſtro, & explicationis ergo hæc ſubjungere placuit, quod *τὸ lethale*, & vulnera lethalia ab *Hipp. Galeno, Celſo* & aliis Medicis duplici modo ſumantur, 1. occurrunt ſæpe vulnera quæ ſunt *lethalia ex neceſſitate.* i. e. quæ mors ſubſequitur, etiamſi Chirurgus de diligentia ſua nihil remittat, v. g. quando cor, majora pulmonum vaſa perfodiuntur, (*Hippocr.* 18. 6, Deinde dantur vulnera. *quæ mors ut plurimum excipit*, vel *τὸ ἐπὶ τὸ πολὺ*, quanquam Chirurgus officio ſuo fungatur

(Obſer-

Obſervatum tamen ea aliquando fuiſſe curata: v. g. vulnera ventriculos cerebri penetrantia, ſubſtantiam pulmonum, Diaphragma lædentis: Præterea exiſtunt etiam vulnera, quæ quidem in ſe non lethalia, v. g. quando muſculi, venæ & arteriæ minores læduntur, ſed ex incuria Chirurgi, aut patientis mortem cauſantur.

Hæc ad præſens vulnus applicantes, deprehendimus, quod non quidem ex neceſſitate lethale fuerit, quamvis *Hippocr.* Celſus & alii lethalibus adſcribunt, 1. ratione contentorum, dum ſanguis & ſpiritus vitales profunduntur, 2. ratione modi effluxus, dum cito & quaſi cum impetu effluit. 3. Deniq; ratione difficilis conſolidationis, quia arteriæ in perpetuo dilatationis & conſtrictionis motu ſunt, & hinc difficilis ſperanda eſt conſolidatio: Ergo pertinebit ad ſecundam vulnerum claſſem, nulla enim negligentia Chirurgi adduci, multo minus in hac parte affecta ſanguis per convenientia remedia chirurgica ſiſti, ergo nec a Chirurgo negligi potuit: Licet enim aliquando læſiones arteriarum curatas fuiſſe conſtet, attamen hoc tantum verificatur de minoribus, nonobſtante etiam artuum amputatione, magnum enim diſcrimen intercedit: Chirurgus ſiquidem amputaturus artus, prius adhibet ſtrictiſſimam ligaturam, deinde ſanguis ſtatim cohibetur, quod in hoc caſu non potuit fieri, quia in tali parte vulnus inflictum, in qua nulla ope humana ſanguinis fluxum coercere valuerint, nimis enim anguſtum fuit orificium vulneris, quam anguſtiam caro muſculorum & pinguedo occludens adauxit, ut hinc arteria & vena magna (quæ hiatu tranſverſi digiti diſſecta) conſolidati non potuerit: E quibus omnibus apparet quod vulnus præſens non quidem per ſe, ob tres muſculos, venam & arteriam diſſectam, ſed per hoc accidens, ſcil. ob ſanguinis & ſpirituum vitalium momentaneum effluxum, lethale fuerit, & ita nec à Medico, nec Chirurgo præcaveri hoc potuerit: accedit hic, quod vulneribus interierit antequam Chirurgus advocatus comparuerit, ideo ex eventu, cum Sennerto concludendum, quod hoc vulnus lethale fuerit.

§. 6. Luſtrarunt 3. Febr. 1662. Chirurgi Noſtri Urbani cadaver ſervi cujuſdam cæmentarii violenta morte extincti, & ſequentia notarunt: Caput intumuerat & facies nigricabat, circaque collum papulæ fuſcæ: Scrotum cum reliquis partibus vicinis intumuerat, nigricans, gangræna obſitum: crus dextrum nigricans cum hydatidibus, ſiniſtrum nonnihil ſanioris erat coloris, ſed hydatides ovi gallinacei magnitudinem ſuperabant: Vulnus ex crure ſiniſtro ad dorſi regionem penetrarat:

Aperto abdomine viſum eſt vulnus penetraſſe inteſtinum rectum & meſenterium, cujus vaſa læſerat, unde ingens illa ſanguinis profuſio, & ex reſiduo cruore ſtagnante gangræna, quæ meſenterium occuparat. maximamque inteſtinorum partem dextri lateris:, & dextrum ventriculi latus infecerat. Non igitur dextræ partes ſiniſtris fortiores, ut vulgo creditum, ideoque affectis partibus ſiniſtris, dextri lateris quoque habenda ratio. *Thomas Bartholinus cent. IV. Epiſt. 29.*

§. 7. Generoſ. Militiæ Dux Generalis J. Ramſay Scotus, accepit 13. Febr. 1638. inclinato parum antrorſum, corpore in ſiniſtræ natis partem ſuperiorem & externam, introrſum, & deorſum leviter tendens vulnus, ex quo ſtatim concidit, cum inſiſtendi illi cruri impotentia, necdum remittente, effluxit ex hoc vulnere, & quidem ſtatim in principio ſatis copioſe ſanguis, nullo notabili ex uſtione (quæ utpote levis admodum 5. die remiſit) labiorum vulneris adiacentiumve partium tumore aut inflammatione ſuborta, ſed generato paulo poſt laudabili, licet pauco pure: unde confeſtim ad cicatricem properavit vulnus, quod 25. Martii plane occluſum, quamvis etiamnum lividum ſit & doloris particeps. Primis diebus obortus eſt, adhuc durans, etiam auctus, circa lumborum inferiorem & ſacri, imo potius iſchii oſſis ſiniſtri regionem, dolor vehemens, per intervalla, maxime ad aëris mutationem, nunc remiſſior nunc intenſior, cum tenſione & ſurſum per totum ſpinæ dorſi ductum ad cervicem, deorſum vero ad extremos articulos iſque tractione convulſiva, eaque valde moleſta, ad oleorum tamen nephriticorum inunctionem aliquomodo emendata, licet ſæpius recurrente. Huic comes factus eſt ſiniſtri cruris, dimidiam & externam partem infeſtans, & contactum pati neſcius, atque cum ſtupore aliquo formicans dolor, ad articulorum extremitatem protenſus: Die Martii 12. obortus eſt circa ſiniſtrum pedium; & in metapedio, in parte exteriori maxime, tumor expanſus, cum dolore mediocri, ad contactum tamen ingraveſcente, qui applicatis à Chirurgo ad utrumque malleolum veſicatoriis, & effuſa aqua citrina, intra triduum ſubſedit & evanuit, relicto ad hoc tempus ibidem dolore: His acceſſit circa Martii. 22, ſiniſtri teſticuli cum dolore inflammatio: circa idem tempus emiſit urinam albicantem, cum ſimili ſedimento; eoque craſſo, tenaci & pauco: Percepit præterea ad internam ſiniſtri femoris inflexionem, prope illum locum quo fertur in ſcrotum, ſpermaticis vaſis dicata peritonæi productio, dolorem ſatis moleſtum, nullo adhuc nec hic nec alibi apparente tactui, multo minus viſui tumore aut ſtabili ſaltem rubore: Quibus tandem adde miram quandam, quamque exprimere nequit, in abdomine temporibus incertis divexantem moleſtiam, & talem quidem quæ nec proprium ſerat

contactum. Re itaque deliberara cum Excell. D. Fauſio, Fr. Sylvio & G. Moltheto, omnia tentata pro ſalure recuperanda: Tumor vero in ſcroto in dies augeretur, atque Ecchymomata inſuper partes non tantum externas, ſed & fauces, linguam & palatum occuparent, doloresque dorſi magis magisque urgerent mecum quoque conſilium experiit, Vocarus deprehendo Herniam &c, (*Vide lib. 3. tit. de Herniis*) Præter quam noto quoque Ecchymomata ſupra jam tacta, quæ verebar non critica eſſe (uti fuerunt in puello epileptico & ſexagenario arthritico, de quibus *Greg. Horſtius lib. ix Obſervat. xi.*) Suſpicabar à debilitate viſcerum ſanguinem aduſtum ex venis, per ſubſultum quaſi, effundi in muſculos: Suaſor fui 1. ut materia aduſta tartarea in hypochondriis incuneata, præpararetur, & evacuaretur: ut 2. Renes, ſiniſter maxime ab heterogeneis viſcidisque, puri non abſimilibus humoribus excrementitiis liberaretur: ut 3°. Viſcera ſingula concoctionis firmarentur: Atque 4. quoque Herniæ, & 5. Ecchymomatis proſpiceretur: aſt omnia incaſſum, ſequenti enim menſe moritur.

Corpus Defuncti 19. Junii, à me apertum ſequentia notanda dedit: *In muſculis* obſervabanrur ὑποσφάγματα & ecchymomata tot & tanta, ut majores muſculi plerique putridi fuerint, maxime obliquc aſcendentes & tranſverſi in ſiniſtro latere: Peritonæum in eodem larere nigricans & putridum conſpiciebatur: Vaſa meſenterica craſſa materia bilioſa turgebant: Ventriculus cum inteſtinis modicum aquæ continebat; Hepatis vero color, quoad concavam partem, nigricans & cinereus: quod exrernam flaveſcens, ſubſtantia autem ſcirrhoſa erar: Renum loco portionem pinguem quaſi; Lienis vero loco ovi gallinacei quantitare nigrum fruſtum, ſanguinis co agulati facie inveniebamus: Cavitas, circa veſicam, abdominis aqua repleta erat, ut & ſcrotum circa ſiniſtrum teſticulum, potiſſimum dextro longe minorem: Vaſa teſticulorum varicum modo conſiſtebant. Dextri teſticuli ſubſtantia ſpongioſa & putrida, tunicæque adnata erat in dextra ſcroti parte caro adipoſa: Pulmones copioſe pus dabant: In cerebro nil poteramus p. n. aut notabile invenire, præterquam magnitudinem ingentem omnino: omnes vero venæ deſtitutæ fere eranr ſanguine, refertæ ſero. *I. Dav. Horſtius Obſervat. Anatom. v.*

SCHOLIA.

I*N muſculis Ecchymomata*] A cauſa interna non ſunt valde familiaria, uti nota ſunt quæ à cauſis externis, contuſione aut caſu fiunt: Ecchymomata, transfuſiones, melaſmata, denigrationes ſchirtis affines putat *Gal.*: Fiunt enim illi affectus ſanguine ex ipſis venis effuſo, nunc tunicis earum contuſis, nunc ipſarum finibus reſeratis: Hinc in Ramſæi venis fere nullus ſanguis fuit repertus, nuda aqua & ſerum. *Idem.*

§. 8. Malo fato Illuſtr. G. Roſencrantzii Filius ab allo Nobili in crure ſiniſtro vulneratus, ingenti hæmorrhagia pene ſtatim occubuiſſet, niſi ſedula Chirurgorum opera vulnus fuiſſet obligatum: Tanta tamen ſanguinis copia ex vulnere profluxit, ut convulſionibus imminentibus extrema videretur pati: Dilata vero mors fuit ad xiv. diem, quo ſuperveniente febre, virium defectu & crebrioribus convulſionibus, expiravit placidè.

Sectioni cruris à Chirurgo inſtitutæ, præſentes obſervavimus vulnus cruris penetraſſe muſculum faſcialem, ſeu ſartorium, ad arteriæ crutalis divaricationem primam, quam amplo foramine læſerat, unde ingens illa hæmorrhagia, ſurſumque ad regionem perinæi deſiiſſe: Obſervata in vicinia muſculorum tricipitis & lividi cavitas ampla, ovi magnitudine, gangrænam minitans, ſanguine purulento conſperſa: Ipſum vero hiatum arreriæ cruralis, quem in divaricatione gladius infelix effecerat, grumoſus ſanguis obturarat, quæ cauſa fuit, quod univerſi ſanguinis effluxus inhibitus fuerit, ne, ſicut plerumque fieri ſolet, mors repentina ſequeretur: magna dexteritate Chirurgorum turundas longiuſculas & ſtilos immirenrium cautum fuir ne abraſo grumoſo ſanguine exitus ſuperſtiti ſanguini aperiretur: *Thomas Bartholinus in Miſcellan. curioſi, anni* 1671. *Obſervat.* 161.

§. 9. Periculo non carent digitis inflicta vulnera, ob tendinum nervorumque contextum, quibus etiam leviter punctis convulſio ſuccedir, ſi per tranſvetſum reſcindantur, minus periculi? Juvenis triplici in digitis manus dextræ vulnere ſauciatur: dextre curatur, ſed poſtridie orta convulſio, quæ in dies excerbata xi. die eum extinxir. Cum præſciſi nervi tendinesque convulſiones excitare non poſſint, ſuſpicabar nervum tendinemque ſemiſectum has turbas creaſſe, neque inflammatio partes læſas corruperat, quia exſangues, ſed tam ſana vulnera, etiam poſt mortem viſebantur, quaſi nuper inflicta:

Cada-

Cadaver luſtratum, & tria deprehenſa vulnera, quorum primum ſatis amplum conſp
ciebatur in flexoribus ſecundi internodii pollicis manus dextræ, nervisque amputatis :
ipſum os primum pollicis, & metacarpo proximum penetrabat, paulo infra flexuram ſ
cundam; Alterum erat ejuſdem manus medii digiti, qui in 2. internodio amputatus er
prominente oſſe: Tertium, in ejuſdem manus anularis junctura ſecunda, & præter ea
toto cadavere nullum obſervatum, Interrogatis iis qui ægro adfuerant, adeoque e:
quiſitis iis omnibus, quæ decumbenti acciderant, æſtimataque vulnerum conſtitutione
pronunciatum vulnus pollicis, ut non ſua natura lethale, periculoſiſſimum tamen, & e
ſequuta ſymptomata graviſſima, veluti convulſiones vehementes totius, ægro lethale ex
titiſſe. *Bartholinus cent. 4. hiſt. 50.*

Observatio XXVII.

Epigaſtrii *Vulnus lethale, ob fundum ſtomachi perfoſſum.* 1. 2.

§. 1. MErcator anno 1624. 13. Octobris cultello foditur in abdomine, in regione E
pigaſtrii, multo cibo potuque farctus, Alio in thorace ictu foſſus fuit inter I
& v. coſtas, ſine tuſſi vel ſanguinis ſputo, cum reſpiratione tamen difficili, ſequitur ſingu
tus, ſine ullo tamen vomitu, nec abdominis plaga quicquam ingeſtorum egerebat: Pu
ſus, cum vocarentur Medici, parvus, cæterum extrema cum naſo algebant, abdomin
dolor & durities magna: vixit horas xxx. à læſione.

Secto cadavere, invenimus fundum ſtomachi perfoſſum, & cum inde manifeſta & ne
ceſſaria mortis cauſa adſereretur, ad ſuperioris vulneris inveſtigationem itum non eſt, &
Ogeri judicio meoque, male, notabile enim erat & particularem diſquiſitionem mereba
tur. H. *Heers Obſervat. Med. xxv.*

Scholia.

MItabantur quidam nihil ſanguinis per vomitum aut ſeceſſum ejectum, nihilque cruoris in ipſa ventriculi ſubſtantia apparuiſſe: ſed qui notabant ventriculum cibo potuque tenſiſſimum, ſtomachiq; ſubſtantiam carnis & venarum minimum, membr
natum exanguium plurimum poſſidere: inter perit
næum autem & inteſtina multum defluxiſſe ſangu
nis; mirari, vel morari potius deſinebant. *Idem.*

§. 2. Architectus *Pauli III. Summi Pontificis*, cum apud Anconam ageret, enſe perfoſſu
fuit inter umbilicum & os ventriculi tranſverſaliter, hoc eſt, ab uno latere ad aliud, ade
ut ab utroque latere vulneris oſcula magna apparerent, Ad quem cum Chirurgi acceſſe
runt, intus inteſtina reduxerunt, *quæ illæſa eſſe* dicebant, quia nullum intus ſtercus exiera
ac ſic *cutis vulnera conſuerunt*, ab utraque parte orificium dimittentes, in ſingulo quorum
linamentum immittebant:

Sequenti vero die obiit, cujus cadaver diſſecare fecimus, & ſtomachi infimam partem
inciſam conſpeximus. *Amatus Luſitanus cent. 1. curat. 67.*

Scholia.

I*Nteſtina illæſa eſſe dicebant*) Cæcutiebant hic Chirurgi in hoc quod dicebant inteſtina læſa non eſſe, quia inde ſtercus non exierat: quum ſi inteſtina gracilia læſa fuiſſent, non inde per ea ſtercus emitti neceſſarium eſſet, quia in inteſtinis gracilibus ſtercus nullum reperitur, ſunt enim viæ deductionis chyli, ex quibus meſaraicæ hiantes ad jecur alimentum trahunt; unde *Avicennam* in hac re hallucinari, qui ſtercus formam ſubſtantialem in ſtomacho recipere contendit, certum eſt: *Idem ibidem.*

Cutis vulnera conſuerunt) Dubium an ventris vulnera ex toto debeant ſui, vel potius in illis orificium aliquod ſit dimittendum? Cui reſpondet P. ab *Arge
lata*, non infelix Chirurgus, quod ex toto debear
ſui vulnera ventris, quia aliter inteſtina multum a
rerarentur: Dicet forte aliquis? imo oppoſitum a
gendum potius videtur, quia ſi non aliquod orif
cium ibi maneret, ſanguis concretus abſceſſum face
ret? Reſpondet *Argelata* ventris partes eſſe exan
gues, & quod pauculum illum ſanguinem natura a
emunctoria emittere poterit, & eo magis ſi à Me
dico cum medicamentis ſanguinem diſſolventibu
adjuta fuerit, inter quæ coagulum leporis palma
obtinet. *Idem ibidem.*

Observatio XXVIII.

Caſus in Dorſum *lethalis ob quinque vertebras vitiatas.* 1. *In* Latus *ob læſum* Lienem 2
Ob læſum Hepar & ruptam Veſicam *fellis.* 3. *In* Pectus *ob contuſionem auriculæ cord*
& Inflammationem lobi Pulmonis 4. *Ex caſu Colon peritonæo adnatum.* 5. *Lethalis o*
rupturam venæ cavæ. 6. *Verbera mors ſequuta ob ſanguinem per habitum corporis & vi*
cera effuſum, Inter cranium & duram matrem. 7. Conculcatio *corporis à rheda lethali*
ob vim Pericardio *illatam & Pulmonibus.* 8. *Ob abſceſſum genitum inter muſculos abd*
minis & peritonæum. 9. Ictus *lateri inflictus lethalis ob contuſum diaphragma venæ que v*
cinas diſruptas. 10.

§. 1. BAjulus quidam dum calcem ædibus exſtruendis in altum deportat, de ſcalis quatuordecim pedes altis in trabem ſubjectam ſupinus decidit, ita ut vertebræ orſi diſlocatæ, ac proinde diſſolutæ fuerint: Hic nihil relinquit intentatum ad priſtinam ecuperandam valetudinem, verum fruſtra, quandoquidem corpore incurvato, & facie etram verſus vitam ſuam miſer finiit.

Dorſo mortui aperto, quinque vertebras conglobatas conſpicati ſumus, cui adhæreſebat collectio quædam viſcoſa ac bituminoſa, cujus collectionis cauſam eſſe puto humilitatem ſpinalis medullæ, tenacemque illam vertebrarum materiam iis inhærentem ipſumque adeo humorem, qui ipſe ſedem ſuam in oſſibus habet, ui caſus expreſſum, quæ um natura expellere nequiret, in gypſum quaſi calore naturali omnia illa inſpiſſante, onverſa ſunt. *Nic. Fontanus annot. in cap. 1. Epitomes Veſalij.*

§. 2, Faberlignarius ex loco ſuperiore deciduus, læſum habuit latus ſiniſtrum: Inde læſus Lien qui præter modum induruit. *Vide lib. 3. tit. de Hypoch. tumore.*

§. 3. Puer à Præceptore in ſcamnum violenter protruditur, hinc queritur de hypochondrio dextro: Hepar evaſerat durum, & veſicula fellea diſrupta fuerat. *Lib. 3. de Hypochond. dolore.*

Chriſtianus Sudi Gallus, annorum octo, dum pueriliter inter ſcabella & menſas itulatur, offendit inopinato caſu pectus, quod alliſum capiti ſedibus ictum excipit graviſſimum: Ille tamen ne in offenſam Parentis incurreret, diſſimulat factum, ſed ex eo tempore ad ludendum ſegnior, paucibus poſt menſibus palleſcere incipit & de *ventris doloribus conqueri*: Advocatus ego, lapſusque illius ignarus, præſcribo quæ lumbricos excludant, quod ex pallore, ex nubilis ſub oculo utroque ductibus, frictione narium, tenſo abdomine conjicerem verminare puellum: & quidem eo ſucceſſu propinata illa pharmaca, ut prodirent tandem lumbrici longi tum per os, tum per ſeceſſum: Nihilo tamen confirmatior ſanitate puer, non ita multos poſt dies ex ægtirudine decedit, me non parum ſollicito, cur ejecto hoſte periiſſet. Nata mox ſuſpicio non excluſos lumbricos omnes, ſed reſidere adhuc ferociſſimum, eumque fortaſſis inteſtinum alicubi perforaviſſe, hinc labem & mortem conſequutam: Illud ipſum mihi tamen ambiguum, quod notaſſem ante eos, quibus eroſa à lumbricis inteſtina, clamoſa plerumque morte obire, hunc autem nil tale paſſum. Quid multis? convenit inter me & curioſum parentem, ut Chirurgi manu aperiretur, hac enim via duntaxat tolli dubium.

Aperitur ergo novacula Georgii Urſtedii: Nulla in inteſtinis eroſio obſervata, ſed plures adhuc vivi lumbrici in colo notati: Renes fere quam in adulto majores: Dextra cordis auricula ſextuplo major ſiniſtra, ſed livido ſanguine coagulato referta; ſcil. illa parte ante quatuor menſes ictum receperat: In dextro cordis ventriculo fruſtum carneum oblongum, ſed nuſquam annexum, in ſiniſtro pinguedo item libera & vermiculo cætera non diſſimilis, Pulmo dexter, qua lividam illam cordis auriculam ſpectabat, flavus & pene putridus, ſiniſter autem coſtis adnatus. *Olaus Borrichius in act. med. Thom. Barholini ann. 1674. 75. & 76.*

§. 5. Colon inteſtinum in dextro latere ad exortum ſuum pertinaciter adhærebat, & adnatum erat peritonæo, ut & in ſiniſtro latere, non tamen tantopere: Utrobique autem apparebat quaſi ſanguis paucus ſuffuſus, unde conjeci hominem aliquando ab alto deſiliiſſe & læſas fuiſſe has partes, & poſtmodum coaluerint. *Ioh. Rudolphus Saltzmannus Obſervat. p. 53.*

§. 6. Quendam ſecui lapſum ex alto: aperto ventre inferiore mox effluxit ſanguis multus in ſpatium, fracta vena cava effuſus: Hepar habuit magnum, pallens, quale eſt coctum & cocti modo tenerum & fragile. *Iacobus Sylvius obſervatorum in variis corporibus ſecandis &c.*

§. 7. Adno 1601. aperui corpus mulieris in Noſodochio noſtro, quæ ſe gravidam eſſe putabat, at falſo; Aperta fuit juſſu Conſulis, ut an ictus & verbera, quibus miſere tractata uit: mortis cauſa fuerint, pateret, quod ita eſſe deprehenſum fuit: præterquam enim quod per univerſum corpus ſanguis inter cutim & carnem effuſus fuerir, etiam ipſa viſcera non parum læſa fuerint: Et intra cranium & duram matrem magna ſanguinis copia continebatur; *Ioh. Rudolphus Salzmannus Obſervat. Anat. p. 7.*

SCHOLIA.

VErberibus ad necem uſque, ſed quæ quarta demum die accidat, cædi a nefariis quibuſdam in alia, quos placida morte, & cujus nullæ exterius otæ eluceſcant, fama eſt: Utuntur ſacculis, in tuorum aut hilarum formam effictis, arena refertis, quibus in numerum artus & truncum repetitis ictibus feriunt, certo dimenſo, eo modo exceptus vix dolorem aliquem percipit, liberatus laſſitudinis tantum ſenſum percipit, eaque die & poſtera ἀπύρετος eſt; tertia fit clinicus, accedente levi febre, quarta ex-

exinguitur: Ab ictuum ſcil. frequentia venæ capillares habitus, imo & viſcerum dirumpuntur, fibræ muſculorum diſſociantur, hinc putredo ſanguini & carnibus inducitur, quæ mediante ſanguinis circulatione ad cor traducitur.

§. 8. Agricola plauſtri fœno onuſti everſionem & ruinam in ſe ſuſtinens, de punctorio ac gravativo ſimul dolore in pectore conqueritur, & de quadam cordis compreſſione, ac ſpirandi difficultate: Pericardium defuncti ſcatebat pure copioſo, cui velut immerſum cor: Pulmo ejuſdem labis particeps &c. *Vide tit. de pectoris dolore. lib. 2.*

§. 9. Quidam à rotis rhedæ fuit conquaſſatus, ſine coſtarum notharum fractura: creditum jecur læſum ratione ſitus: Inciſis muſculis abdominis, ex dextro latere materia purulenta copioſe effluxit, integro jecore, apoſtema enim intra muſculos abdominis & peritoneum continebatur, *Vide tit. de hypochond. dolore. lib. 3.*

§. 10. Cum anno 1654. pugiles nonnulli in palæſtra publice digladiarentur, Tympaniſta quidam interveniens, arrepta clava lignea athletharum non nemine ad pugnam provocavit, primoque ſtatim congreſſu vehementi ictu in latus ſiniſtrum percuſſit, unde ſubito concidit ſine ſenſu & motu: In vicinam cellam vinariam à ſodalibus deportatus, infuſoq; in os vino generoſo, paululum reſpirare viſus eſt, brevi tamen poſt è vita diſceſſit.

Detecto inſpectoque cadavere, latus ſiniſtrum circa coſtas mendoſas & dorſum ſanguine multo undique ſuffuſum deprehendi: Aperui corpus, ipſumque diaphragma, in utraque ſuperficie, tam qua cor, quam qua Lienem ſpectat, valde contuſum, venaſque à vicinis venæ cavæ & arteriæ magnæ truncis prodeuntes, diſruptas inveni, ex quibus ingens ſanguinis copia profluxerat: Hinc diſſipatis ſpiritibus & impedito diaphragmatis ad reſpirationem & vitam ſumme neceſſario motu, aliter fieri non potuit quin ictu tam vehementi percuſſus moreretur. *Balthazar. Timæus Reſponſ. Medicin. xv.*

Observatio XXIX.

Alapam mors ſubita ſequitur nullo læſionis in cerebro apparente ſigno 1. Ictus ad nucham lethalis ob effuſum ſub cranio cruorem & meningis phlegmonem. 2. Ictus pectoris lethalis ob Pericardium alliſum & extremam coſtam fractam. 3. Lateris verſus dorſum percuſſio lethalis ob excitatam in mediaſtini intercapedine vomicam. 4. Pectoris, ob contuſionem intus excitatam. 5. Lethalis Perc. pectoris, ob vitioſam viſcerum conſtitutionem. 6. Caſus in Dorſum lethalis. exinde læſo hepate, renibus 7. Hypochondrij ſiniſtri percuſſio lethalis ob fiſſuram in Liene excitatam. 8. Hypochondrij, dextri ob læſionem inteſtinorum, diaphragmatis; vaſorum meſenterij. 9. Hypogaſtrj, ob puris copiam in inguen devolutam. 10. Hypochond. ſiniſtri, ob ſauciatum Lienem. 11.

§. 1. ANte paucos annos uxor accepta à marito alapa repente concidit & exſpiravit: Medici aperta calvaria & cerebro inſpecto, ejuſque membranis reliquiſque vaſis, maritum inſontem judicarunt: *Ioh. Rudolphus Camerarius memorab. midic. cent. x.* §. 43.

SCHOLIA.

BEnivenius Obſer. 110. de Abditis narrat juvenem accepta alapâ inter lites, in apoplexiam incidiſſe quæ paucis horis ægrum ſtrangulaverit: Quibusdam ab ictu materiam commotam fuiſſe opinantibus, aliis in humiliorem locum, quo diutius obdormierat cauſam rejicientibus, nonnullis in lautiorem victum quo juvenis uſus fuerat; unde indiſcuſſum apud Præſidem manſit indicium. Parentis mei b. m. *Andreæ Boneti*, Medici celeberrimi, ſagacitate quidam ob inflictam alapam in vitæ diſcrimen adductus è carceribus liberatus eſt, Hic hominem calumniis laſſceſcentem ſtrictiſſima alapa percutit, qui injuriam adeo ægre fert, ut jejunio ſe mactare decreverit, quo mors ſuperveniens percuſſori imputaretur: Cum nullo molimine ad cibum ſumendum incitaretur, jamque quatriduum exactum eſſet, quo tempore fames amplius moleſta non eſt, accedens Parens, qui curam illius ſuſceperat, hoc commento obſtinatam ad obitum uſque jejunii deliberationem excutit: Fingit à Magiſtratu judicium de re petitũ eſſe; Se inimicum culpa liberaſſe, quod ad ſolam alapam mors ſequi non poſſet: non idem eſſe de jejunio, quod mors ſeptimo die neceſſario ſequatur; Quo teſtimonio audito, protinus reum abſolutum eſſe, ac è carceribus eductum, ipſum vero, quod propriæ necis author eſſet, ex Senatusconſulto, poſt fata, trahæ impoſitum, pro more, ad patibularium ex Urbe vehendum: Quibus auditis illico alapa percuſſus jejunium ſoluit, cibumque poſcit: Percuſſor vero carceribus exemptus, gratiaſque vero parenti agens pro teſtituta libertate, ab eo quærit, num alapæ ea vis eſſe potuerit ut in mortis periculũ adducere valeat? Cui Parens reſpondet, percuſſum cacochymum fuiſſe, bilioſum, in quo vitioſi humores congeſti, accedente cauſa procatarctica, conturbati fuerint, latentemque morbum, atque erumpere paratum excitaverint: Eundem ſi ante rixam cacochymian bilioſam purgatione excluſiſſet, morbum evaſurum fuiſſe: Tum percuſſor, gratias, inquit, ago pro ſalutari monito, nunquam enim deinceps cum quopiam altercabor quin eundem prius ſic adoriar, Cura tibi corpus expurgari & venas ſanguine depleri, demum te prout promeritus es mulctabo. An vero colaphus gemina mortis cauſa ſit egregie diſquirit *Paulus Zacchiu Quæſt. Med. Legal. lib. 5. tit. 2. qu. 10.* §.

§. 2. Caſpar N. in Caupona bene potus, cum Jacobo N. domum tendens, lapide Nucham Jacobi petiit, tam vehementer ut quatriduo poſt obiret.

Inſpectione cadaveris habita, obſervatum quod Jacobo venulæ diſruptæ multumque ſanguinis craſſi & congrumati ſub cranio collectum, ac dolore intolerabili per hoc triduú fuerit correptus: Quæritur an dictus Jacobus ex jactu lapidis in Nucham, Vel magis ex malo regimine obierit?

S C H O L I A.

R*Eſponſum Facultatis Medicæ Lipſienſis.*] Ad Quæſtionem reſpondemus ita: Si verum quod Jacobus N. lapide jactus paulo ſupra collum, quo calvaria latitudine imperialis, citra tamen ullam læſionem, fuit denudata, ipſe quoque ſtatim in terram cecidit, altero oculo torvum ſubinde videns, omnibus ſenſibus deſtitutus, loquela privatus, quæ ſymptomata 4. die mors excepit, apertoque cranio mater dura teruntii laſtitudine livida, ſanguine ſuffuſa, ſub qua cochleare ſanguinis coagulati repertum, hinc quoque nulla Trepanatio, quia cruor ſub meningibus cerebri collectus, multo minus emplaſtra, clyſteres vel venæ ſectio, pro revulſione prodeſſe potuerunt: Ideo unanimiter concludimus, ex fundamentis artis noſtræ, quod rebus ſic ſe habentibus, Jacobus N. à jactu lapidis, in Nucham facto, neceſſario obierit, minime vero ex malo regimine.

Nucha] Anatomicis eſt medullæ ſpinalis initium, & omnium nervorum: Nec dubium quin jactu iſto læſæ fuerint vertebræ cervicis, & potiſſimum *Atlas & Epiſtropheus*, & præ cæteris ejus *Dens*, utpote à cujus luxatione inſanibilis Angina oritur.

Sub cranio collectum] Trepanatio an prodeſt quando ſanguis congrumatus eſt ſub meningibus? Dico ſi non totaliter, tamen in tantum juvat: Et quis hanc circumſtantiam ſemper poteſt ariolari vel præſupponere? aut eſtne propterea trepanatio in tali caſu dubio procul intermittendà? *Paulus Ammannus Medicina critica caſu xxiij.*

§. 3. *Claudius Bouvot* ex pago *Longeville* in comitatu Montbelgardenſi, anno 1668. 23. Sept. à D. *du Commun*. Titione in pectus ſiniſtrum projecto ictus ſubito concidit exanimis & mortuus: Chirurgus in abſentia mea autographo depoſuit Tempora ſiniſtra abſque vulnere livida fuiſſe; quibus apertis ſanguinem extravaſatum muſculo crotaphitæ ſuperjacentem inveniſſet, interioribus cerebri, ipſoque cranio ſeſe naturaliter habentibus: In exterioribus thoracis nihil apparuiſſe quidem vel contuſum vel ſauciatum: hujus vero apertura facta, quintam ſiniſtri lateris venarum coſtam fractam occurriſſe: cujus dentatæ extremitates Pleuram & Pulmonem perforaſſent, ipſique Pericardio, circa cordis apicem, rubram ſtriam, pro fracturæ latitudine ſine vulnere impegiſſent: Quod eo manifeſtius conſtabat quum thoracis latera comprimerentur, tunc enim fractæ coſtæ extremitatem alteram directè ad Pericardii vibicem alliſiſſe: Nullam in toto illo latere fuiſſe ſanguinis expanſionem vel præter dicta malam conformationem aſſerebat: In dextro vero Pectore Pulmonem integrum lividum, tumidum, & membranæ pleuræ ſtricte ab imo diaphragmatis & verarum coſtarum, à mediaſtino ad dorſi vertebras & claviculas coalitum, ita ut nonniſi laceratus ſeparari à membrana & coſtis potuerit: In ventre inferiore expanſa erat bilis in jecur, vacua ejus veſicula.

S C H O L I A:

SUper his ut ſententiam ferrem meam, & an illa percuſſio lethalis nominari debeat, à Senatu die 27. Octobris, juſſus, citra melioris informationis & veritatis præjudicium ita ſenſi: Livorem ſiniſtrorum temporum ab ejuſdem titionis reverberatione forte ortum, quum unicum accepiſſe pulſum conſtaret, & titio ipſo à pectore ad tempora ſpatio longior non eſſet: Talem vero contuſionem ſua natura lethalem dici non poſſe, quum fuerit ſuperficiaria, non vulnerato muſculo temporali, cujus vulnera ne quidem lethalia eſſe pluribus Obſervationibus *P. de Marchetis* & aliorum certum eſt: Coſtæ fracturam, Pulmonis vulnuſculum, & pericardii percuſſionem, ſeparatim vel etiam conjunctim tam repentinā mortem ſua ipſa natura neceſſario non potuiſſe excitare, ut illa omnia pluribus & rationibus & authoritatibus ſtabilivi ex *Fabritio Hild. Paræo, Fallopio, Th. Bartholino* lib. 2. de Thor. &c. Sique Pulmones dextri non ita coſtis adhæſiſſent, & reſpirationis uſum in valde adito non denegaſſent, talem forte incuſſum non exitioſum fuiſſe: Quorum tamen deciſionem, quæ fori non eſſet niſi ex parte mei, Juridico & ſapientiori committebam. *I. Nic. Binningerus cent. ix. Obſer. lxxxv.*

§. 4. J. Haxius graviter percutitur in latere dextro verſus dorſum: In mediaſtini intercapedine vomica reperta, Et ſimilis ſterno ſub Pleura inſidebat. *Vide tit. de Febribus.*

§. 5. Ruſticum eques in thorace ſclopeto percuſſit, qui poſt ſeptimanas aliquot exſpiravit. Poſt apertionem pectoris, intrinſecus contuſionis ſigna eo in loco apparuerunt. *Vide tit. de Hæmoptyſi lib. 2.*

§. 6. Anni 1662. Martii 26. ante meridiem hora nona ruſticus ebrius, ætatis conſiſtentis, ex pugno pectori inflicto ſupinus ſternitur: Ex templo conqueritur de frigore, dolore lumborum, ita ut ægre deambularet, attamen ejus diei veſpera extra urbem ad ſuam familiam ſe confert, quæ ſeſquihora diſtat, decubuit, ſanguinem ſpuit, punctionibus graviſſimis in utroque latere excruciatur, ſitis ingens, & tandem mentis vacillatio adfuit, quam excepit convulſio & mors, 30. Martii, hora ipſa meridiana.

Juſſu

Juſſu Illuſtr. Magiſtratus Bernenſis cadaver inſpeximus, & quid exterius, quid interius apparuit, hoc modo notavimus. Dorſum à ſcapulis ad lumbos lividis longiuſculique maculis, quaſi vibices verberum eſſent notamus; quæ novacula inciſa nulla ſuffuſi ſanguinis veſtigia, & ideo coagulati præbebant: Pudenda livida etiam gangrænam quandam innuebant: In ſiniſtro cubito, circa olecrani protuberantiam, ex ecchymomate ſanguinis, quod ex baculo ferebatur adeſſe, livor, ſine tamen oſſis fractura, luxatione articuli & carnis diſciſſione, fœtor tantus, qui nec ſuffitu odorifero, nec igne inflammante poterat emendari: Aperto abdomine, hepar, lien, ſtomachus, renes & inteſtina omnia ſalva luſtravimus, in figura, colore & ſitu, niſi quod inteſtina flatibus turgebant: In thorace externe ſub mammilla dextra, uncialis nummi macula livida, ex memorato pugno aderat, ſine effuſione ſanguinis itidem, vulnere, fractura, ſine luxatione coſtæ, ſine totius compagis, quæ ſternum dicitur, læſione: Dum intimum thoraci clauſtrum inſpicimus, omnia contenta quaſi fumo fuſca forent; viſa ſunt, & utriusque lateris pleuræ Pulmonis lobi firmiſſime hærebant: Pulmo ſiccus & lividus notis interſtructis in ſuperficie: Intus putridus & quaſi pus ſiccatum apparebat: Cor vitæ princeps & moderator, illæſo Pericardio & ejus aqua, omnino flaccidum: Cum dextrum ventriculum ferimus, apparet materia ſubalbicans, pancreati omnino ſimilis: dum iſtam trahimus, ſemiulnam, vel quinque digitorum, longitudinem æquat, & duos transverſos latitudine, ſanguini coagulato qui ex vena pertuſa in ſanis & pelvi exceptus concreſcit ſimilis: Cùm tamen ſimile quid veræ pinguedinis interſperſum eſſet, cum tenacitate, quod nec unguibus cedebat, diverſum quid judicavimus: Ventriculus iſte prærerea ſanguine putrido, i. e. ſine fibris ſcatebat: Dum ſiniſtram cordis foueam ſcrutamur, ſiquidem dextro thalamo ipſa nobilior audit, etiam parem in ea materiam & longitudine & viſciditate reperimus, Ex his Cordis Polypum dicimus, & uterque ponderebat ad minimum uncias quatuor, Caput etiam apertum, ſed nulla offenſionis nota vel in cute, vel in pericranio, vel ipſo cranio & meningibus apparuit. *Martinus Bogdanus apud Bartholinum Epiſt. xi. cent. iv.*

SCHOLIA.

Si ætas, temperamentum ſiccum, vita laboribus ruſticis aſſueta & dedita, calidior veris præſentis conſtitutio, & in hoc caſu diſpoſitio nobiliorum viſcerum & ebrietas expenduntur, ſine ullo vulneris lethalis indicio, & circumſtantiis incognitis, incuſare morbum malignum pectoris poſſumus, qui Pleuroperipneumonia dici poteſt ob *συνδρομῇ* ſymptomatum: Etſi ſupinus ex percuſſione cecidit, & extemplo dolorem utroque in latere pungentem cum laſſitudine ſpontanea percepit, cum tamen nec conſilio nec auxilio Medici uſus ſit, ſed frigoris moleſtiam ſymptomata narrata cumularunt in ebrio irato, indignabundo, vindictæ cupido, difficulter proxima mortis cauſa à nobis poteſt definiri, vel ex his certa nota quæ vel reum vel mortuum ipſum inculparet; Viſcera pectoris omnimode læſa, etiam à majori tempore cauſam indicant: Sit cauſa concomitans lapſus, ebrietas, iracundia, vindictæ cupido, quæ omnia facile abditas & latentes cauſas irritarunt & explicarunt: attamen intolerabilem fœtorem, vibices in dorſo ſine ſanguinis coagulati præſentia, & pudenda livore circumfuſa, neutiquam nudius tertius potuerunt cauſari: Equidem olecrani regio ſuffuſa quidem ſanguine erat, & ictum majorem quam ullibi monſtrabat, eſt tamen ſine luxatione, fractura & vulnere, nec cum his tanti habenda eſſet præſentibus, quod hujuſmodi plagas non ſufferunt ſine diſcrimine vitæ? Itaque dictus putor ex maligna putredine pullulavit, ejuſque characteres maculæ lividæ, quæ etſi in nullo ægrotantium adhuc à nobis obſervatæ ſunt, Fortean ſummo cum infortunio ſe primum in hoc morbo explicaverunt: Hujuſmodi Pleuropneumonia Medicis maxime cognita eſt, quæ neutiquam præſupponit ejuſmodi procatarcticas cauſas, ſed contagium, aut victum, aut cœlum hac hyeme huic regioni diverſum, & pro ſynectica habet peculiarem malignitatem & ſanguinis corruptionem. Optime hic memorandum quod *Valerius Maximus lib. 9. c. 12.* reliquit, *Fine namque vita noſtra variis & occultis cauſis expoſito, inprimus quadam immerentia ſupremi fati titulum occupant, cum magis in tempus mortis incidant quam ipſam mortem accerſant:* Itaque putamus quod verbera & lapſus dici poſſint mortis cauſa, ſed remota, aſt primaria & proxima neutiquam: Nulla obſervata eſt fractura, contuſio, vulnus, nec ſanguinis aliqua profuſio in cavitate thoracis: materia (ſeu purulentam ſeu polypodeam vocamus) in corde à nobis animadverſa, alicujus venæ diæreſin teſtari poſſet, ſed omnes venas cordis ſalvas vidimus, tum etiam eas quæ in modum coronæ cor ambiunt: Itaque coagulatio iſta à caloris p. n. violentia provenit, ſeu, ut clarius ex neotericis dicamus, abſumpto ſulphure ob tantum febris æſtum, non tantum fœtor & putredo excitata, verùm etiam ſal coagulandi virtutem exercuit: hac de cauſa ſanguis reliquus ſine fibris lychnum vitæ alere non potuit, quod cum ſal omnis ad cor confluxerit, quo reliquæ partes deſtitutæ hujusmodi fœtorem conceperunt & exhalarent: Pulmonum lobi utrique lateri affixi non per fibras, ſed per gluten, intus purulenti exſuccique eandem pleuropneumoniam confirmant, & ex eadem deliria ſeu paraphrenitin, convulſionem & ſuffocationem: Hoc modo juſſi caſum ex noſtræ Medicinæ fundamentis expoſuimus & ſubſcribimus. *Io. Chriſt. Wilhelmi M. D. Martinus Bogdanus D. Med.*

§. 7. Anno 1587. quidam ex caſu ab alto ſeptima die interiit: Caſus autem hic erat, decidit è trabe, & corporis partes inſenſibiles reddit, ſine dolore tamen, ſenſu ſolo aboli-

abolito, & *ſolis abdominis muſculis ad motum diaphragmatis mobilibus*. unde de ſextiduana recrementorum & urinæ retentione conquerebatur, ſed abſque dolore ullo: Ego clyſteres fortiores injici curavi, ſine fructu, iiſdem ob retentricem & expultricem emortuam, ſtatim rejectis ſeu potius refluentibus: Syringa & cereo explorata veſica, urinam non continebat, æger ipſe catheterem immiſſum non ſentiebat, moleſtiam tantum circa renes in lumbis percipiens.

Secto poſt obitum cadavere, hepar ejuſque tota regio quaſi inundata reperta eſt, quemadmodum & ventriculus: Renes muco referti & adeo obſtructi ut nihil potuerit præterlabi: veſica tota exſiccata quaſi, una cum ureteribus, Liene autem tumido, & ventriculo cordis utroque tenui, ſanguine diſtento, unde proculdubio ſuffocatus interierat: Reſpiratio viventi magna erat & crebra, ſudore gelido ſemper madebat corpus, *Ioh. Vdalricus Rumlerus Obſerv. xij.*

SCHOLIA.

S*Olis abdominis muſculis ad motum diaphragmatis mobilibus*] Omnes enim tam oblique aſcendentes quam deſcendentes & transverſales dicti, exceptis ſolis pyramidalibus, ad coſtas pertingunt: unde graviſſima læſio colligitur, ſi ad illarum tantum ſeptique motum, non propriis viribus moveantur, quibus utique & perficiendis validiſſimas fibras & aponeuroſes cæteroquin accepere.

Inundata] Elegans ſane obſervatio *Riverij* de ſero urinario ab obſtructione emulgentiom & renum vitio reſtagnante, v. ſ. præſertim curato, cent. 1. obſ. 1. quæ hic quoque adminiſtrari poterat, inprimis quod à caſu orta. *Velſchius.*

§. 9, Ictus fuit Scipione in regione Lienis, Juvenis 14. annorum, qui poſtridie obiit licet foris nullum inſpiceretur vulnus: quo etiam caruit Textor à ſimili ictu Oudekerkæ occiſus. Vidimus in utroque cadavere Lienem ut mollem, ſic in gibba parte, in qua tamen Ictum exceperat, illæſum, ut in cava contra evidenter Fiſſum: vel potius ampla rima tantum dilaceratum, ut in illa facile duos occultaſſes digitos: mirum erat quod rimas egerit & non potius ceſſerit ictui molle & pendulum viſcus, ſed quid non læderet penetrans baculi vis &c, *Tulpius lib. 2. Obſerv. 29.*

SCHOLIA.

EXinde patet quam verum ſit illud tralatitium Curſoribus Lienem exſcindi poſſe, quod a pluimis traditum *Plinio* l. 11. c. 37. *Georgio Bertino* l. 18. Med. cap. 1. *Robb. Flud.* qui canis lienem à perito Chirurgo ſuperſtite adhuc cane exemptum fuiſſe tradit: *Leonardo Fioravanti*, qui Nob. fœminam ſpleneticam lethaliter decumbentem liene extracto convaluiſſe ait: *Franc. Rouſſeto* qui l. 4. de partu cæſ. c. 5. totum lienem à Chirurgis quoque exemptum fuiſſe refert: Imo quibusdam defuiſſe obſervarum, reſtibus *Ariſtotele*, *Schenckio* de Ortelio, *Hollerio*, *Laurentio*: *Zacutus* abeſſe, vel eximi poſſe admittere videtur, Non hoc mirum, *ait*, videri debet, quum Lien ſit per accideos neceſſarius, ſicuti renimenta tum alvi tum veſicæ: At hanc Lienis exciſionem omnino impoſſibilem judicamus, cum arteria ſpleuica, & rami venæ portæ ſplenem ingredientes, exſecto ſplene nullo modo conſolidari, & homo ab interitu præſentiſſimo liberari nequeat. Non inficias quidem imus in quibuſdam Lienem defuiſſe, non ſecus ac interdum alia viſcera, errore naturæ, ſed defectum tamen reſarciente: conſequentiam tamen negamus, quod quia quidam ſine Liene vivere potuerunt, ideo omnes eo carere queant, Vivant pecudes Cretenſes ſine liene, quod ſcolopendrio veſcantur, ut tradit *Vitruvius* l. 1. c. 4. nemo tamen exinde evincet quod is omnibus vita ſuperſtite eximi queat: Authoritates allatas in dubium vocant, & jure quidem *Veſlius*, *Conringius*, *Highmorus* & alii: Cœlius Aurelianus *l. 3. c.* 4. Quidam etiam, *dicit*, decidendum vel auferendum Lienem ordinare auſi ſunt, quodquidem voce dictum, non autem officio completum accepimus: Hinc Knobdlochius inſtit. Anatomic. diſput. 7. Lienem ob præcipuam cum præcipuis partibus connexionem exſcindi poſſe negat.

§. 9. Quidam ictus in hypochondrii dextri lateris infima ſede, poſt extinctus eſt: Inteſtina in latere læſo maculoſa erant: Diaphragma ibidem lividum: Meſenterii vaſa circa originem penitus cruenta & velut contuſa. *Vide lib. 3. tit. de Hypochond. dolort.*

§. 10. Renum mirandam formam *Leonardus Doldius*, Noribergenſis Medicus, reperit in cadavere Andreæ Helren, qui anno 1602. 17. Octobr. anno ætatis XVI. mortuus eſt, poſtquam ex ictu in ventrem ſupra pubem accepto, diuturno morbo laboraſſet, & poſt mortem apertus puris copia circa utrumque inguen tanta reperta, ut menſuras duas Norimbergenſes æquaret. *Caſparus Bauhinus in Theatro Anatom.*

§. 11. Quod nonnulli de exſtirpatione Lienis nugantur, non tam rationibus quam riſu refutari debet, quandoquidem membrum eſt venis arteriiſque pleniſſimum & ad extirpandum periculoſiſſimum: ſic vidimus aliquem derepente extinctum, cujus Lien ictu baculi ſauciatus fuerat. *Nic. Fontanus Epitom. Veſalii pag. 22.*

ANATOMIÆ PRACTICA
LIBRI QVARTI.
SECTIO IV.
De VLCERIBVS, SPHACELO.

OBSERVATIO I.

Vlcera capitis manantia in infante lethalia, ob ſerum ſub cranio ſuppreſſum. 1. *In muliere ob cerebri partem exinde putrefactam.* 2. *Vlcus occipitis nativum in infante, obſtetricis errori adſcriptum.* 3.

§. 1. **B**Imulus Princeps Sereniſſimæ cujuſdam in Germania Familiæ, diarrhœa, atrophia, aliiſque ſymptomatibus defunctus 26. Julii, 1676. exenteratus: Magnum illi, elegans, candidumque cerebrum, ſub quo inter cranium octo & plura cochlearia aquæ cruentæ inventa: Externa capitis ulcuſcula prorſus evanuerant. *In actis Med. Th. Bartholini, annor.* 1674. 75. *&* 76.

§. 2. Mulieri Tinea alias tentata, ac capitis lotionibus ſanata, in capitis dolorem ac febrem continuam incidit, 30. poſt die morte ſuccedente.

Sublato cranio media pars totius cerebri, cum membranis, (erat autem dextra) putrida inventa eſt, ichore citrino referta. *Saxonia Præl. pract. p.* 1. *cap.* 1.

§. 3. Nuper accita fui ad amicam quandam meam parturientem, cui obſtetricari non licuit, eo quod extra urbem pernoctandum mihi fuiſſet, injuriâ ſit illata aliis puerperis quæ mea opera urebantur: Ideo ad alteram obſtetricem eundum fuit: Poſtridie rogat me maritus viſitarem natum infantem, qui eo judice ab obſtetrice necatus credebatur; Fœtus ſeptem menſium, ritè conſormatus mihi offertur, cujus caput anguſtum, occiput planum, depreſſum & lacerum, ſimile capiti leporino excoriato; capilli poſteriora capitis cingebant, inſtar coronæ cœnobitæ, capitis poſterior pars ſcapulis annectebatur, quod aperiri juſſi: Id à perito Chirurgo præſtitum, qui poſticam illam capitis partem, quæ excoriata videbatur, reperit tenui membrana amictam, ſub qua recondebatur os occipitis inverſum, ſuperna parte deorſum ſpectante: Aberat omnino ſubſtantia cerebri, cujus ſpatium occupabant oſſi ſolidiſſima & dura: Aliquot poſt ſeptimanis narratum mihi puerperam illam, ſex ante partum hebdomadis, fuſte à marito in regione lumborum terictam fuiſſe, unde deformitatis cauſam in fœtu repetebat: Niſi diſſectus fuiſſet, mortis cauſa adſcripta obſtetrici fuiſſet: *Lodoica Borgheſia, alias Bourſier, obſtetrix Gallica. Obſervat. lib.* 2. *p.* 70.

OBSERVATIO II.

Vlcus in pectore tumorem cauſtico apertum ſequutum, ſanguinem fundens, originem ducens à vomica in pulmonibus, ad cor uſque pertingente.

MUlier quædam XXIX. annorum, uxor aurifabri, quarta quarti puerperii hebdomade, 1631. paulo infra dextram claviculam, per octiduum, ingentem dolorem ſenſit; qui adhibito oleo anodyno ceſſit, deſcenditque in latus modò dictum infra mammam, ibique dolorem fixum, immenſum, cum febre, anguſtia pectoris, cephalalgia, leipothimiis, aliiſque pravis ſymptomatibus ad XIV. fere dies cauſavit, qui neque linimentis nec emplaſtris leniri potuit, donec latitudinis palmæ, infra mammam, tumor quidam exiguus abſque inflammatione ſe manifeſtaret, qui cataplaſmate ſenſim emollitus accrevit, ita ut puris latitare copiam dubium nullum fuerit; cumque dolores intenſiſſimi dies noctesque urgerent, conſultum duximus cauſtico potentiali naturæ imbecilliori ſuccurrere, hoſtique lancinanti exitum parare, qui tanto erupit impetu, ut prima vice ad libram ſemis renuis ſubcruenti puris; nec minus ſingulis plagæ aperturis emanrit: atque ægra melius ſtatim exinde habere cœperit, haud exiguam de convaleſcentia ſpem hauriens, tertia vero die hæmorrhagia copioſa media nocte per vulnus inflictum ſponte ſubſequuta eſt, quæ vix cohiberi potuit, ſæpiuſque eam invaſit, concomitante ſemper dyſpnoea, quæ nonniſi ſanguine profuſo deſiit; cumque vires in dies conſumerentur, tandem revertente graviſſima reſpirandi difficultate XLVIJ. die morbi exſpiravit. Poſt

Poſt mortem corpus cum apetiretur, ac ulceris ſedes & cruentationis cauſa inveſtigaretur, mira viſcerum quorundam reperta fuit conformatio; Ac diſſecto quidem thorace, invenimus ingentem vomicam; ſiniſtrum lobum pulmonum magna ex parte corrodentem, atque ad cordis uſque ſubſtantiam pertingentem, adeoque non tam dyſpnœæ aliorumque ſympromatum, quam hæmorrhagiæ iteratæ ipſiusque mortis cauſam infallibilem: Reliqua Pulmonis ſubſtantia jaſpidis colorem viridellum referebat: Cor magnum adipe copioſo oblitum: In abdomine naturaliter Lienis Renumque parenchymata, ut & ventriculus, meſenterium, uterus; conformata erant, excepto hepare, cujus moles horrenda, atque in tantum excrevit; ut quatuor libras cum ſemiſſe ponderi reſponderet; ſubſtantia ſcirrhoſa, cui fellea veſicula bile repleta appendebat: Dorſalis ſpina incurvata fuit, ex qua gibbus in tergo non contemnendæ magnitudinis.

SCHOLIA.

Licet ex aſthmate, quo ſana moleſtabatur cõtinuo, jecur obſtructum & durius ſemper fuerim ſuſpicatus, quod pondere ſuo diaphragma deprimeret, & liberum ejuſdem motum impediret, nec non hydropem tandem ſequuturum prognoſtico dixerim, attamen de tanta excreſcentia & mole nunquam cogitare licuit, atque mors ex vomica vel hæmorrhagia hunc prævenit morbum. De qua ſanguinis profuſione quæritur, an ex vena in pulmonibus per abſceſſum exeſa, an vero è lochiorum per venas mammarias regurgitatione ortum duxerit? mihi opinio probabilior videtur: *Obſervat. D. Ieremiæ Erhardi apud Hechſtetterum Decade. x. caſu x.*

Observatio III.

Vlcus in Ano lethale ob inteſtini recti exulcerationem in gangrænam deſinentem.

§. 1. Helmſtadii nuper mortuus eſt D. Cellarius Abbas Marienthalenſis &c. Hic laboraverat ante hac hæmorrhoidibus, modo cœcis modo apertis, ſed per aliquot menſes nihil inde mali ſenſerat: Tandem appetitus illi plane proſternebatur, & pituitoſæ materiæ magna copia rejiciebatur, uti deinde quoque medicamentis incredibilis plane viſcidæ & vitreæ pituitæ copia, in globulos ovi gallinacei magnitudine compacta, per alvum educebatur; Hinc quidem non parum debilitabatur, jam tamen ſublatum erat malum; & appetitus viresque redire incipiebant, cum præter opinionem de acutiſſimo dolore circa inteſtinum rectum conqueri cœpit: Ano aperto, ſpeculoque non-nihil dilatato, nihil videre licebat, nec anodyna injecta & ad anum appoſita quicquam juvabant: Tandem nono die in clunibus, prope anum, tumor ſe manifeſtavit, qui cataplaſmatibus maturantibus appoſitis mox emollitur & dein aperitur, exeunte materia fœtidiſſima, maxima in copia; quæ ſtercus plane referebat; uti dein etiam quoties alvus excernenda erat, per vulnus exibat: Adhibita ulceri fuere mundificantia remedia, ſed fruſtra, ſemper enim id nigrum fœtidumque manſit, & ſurſum in carnem clunium latè ſeſe propagavit, unde tandem doloribus & gangræna confectus obiit.

Poſt mortem inſpectum vulnus, apparuitque in inteſtino recto apertionem eſſe magnitudinis monetæ currentis, quæ ſex groſſos marianos valet: Inteſtinum hoc totum nigrum fuit uſque ad flexionem quam ſupra os ſacrum facit: Veſica quoque illi adhærens collo ſuo gangrænæ principia contraxerat, unde etiam urina cum difficultate emittebatur. Ex clunibus vero utriusque lateris, magna fruſta carnis nigerrimæ detrahi poterant: tanta fuit ibi corruptio, ut mirum tamdiu virum hunc vivere potuiſſe. *Iulius Georgius Behrens in Miſcell. cur. anni 1672. Obſervat.* 181.

SCHOLIA.

De affectu huic finitimo vide *Sylvaticum* centur. iij. conſil. xv. & xvj.

Observatio IV.

In puero Tuberculis & Vlceribus cum oſſium carie per triennium ſcatent, & Sinu ad lumbum ſiniſtrum, deprehenſum eſt Iecur magnum coſtis agglutinatum, Abſceſſus juxta vertebras dorſi ſuperiores, citra lucem veneream.

Puer annor. 10. temperiei cal. ſiccæ, & aduſtæ, jam per duos annos tuberculis quibusdam laborat in diverſis partibus corporis, quæ nonniſi longo tempore ſuppurantur, & ubi rumpuntur, ulcera fiunt cum oſſis corruptione: Factus eſt abſceſſus ad muſculum lumbarem ſiniſtrum, quo rupto, ſinus permanſit deorſum vergens, in cujus extremo videtur os coſtæ corruptum, Habet prærerea ulcera alia in digito dextræ manus, in cubito prope manum, In quibus apparent oſſa corrupta: habet tuberculum ad cubitum ſiniſtri brachii, quod & ipſum videtur continere materiam putulentã, licet parum doloroſa ſit, deniq; ſæpe hinc inde emergunt tubercula, ut uno rupto alterum ſuccedat: Sinus vero ille qui eſt ab lumbum ſiniſtrum, dũ ſtilus tranſmittitur, penetrat ad coſtam & ſentitur os aſperum, ita ut vide-

videatur adeſſe aliqua corruprio, quæ tamen videtur eſſe parva, quia ſordes pauca eſt boni odoris, & caro etiam proba conſpicitur.

Hic puer nullis medicamentis potuit ſanari, ſed tranſacto rriennio ab initio morbi, f bre continua conſumptus, orta prius convulſione ex ulcere cum oſſis corruptione calcaneo; Eo diſſecto, invenimus Jecur magnum valde, coſtis agglutinatum validiſſim quod ex natura illi conrigiſſe putavimus, unde malus humor oſſificus in jecore genit corrumpebat oſſa in abſceſſibus: Præterea invenimus non magnum abſceſſum juxta ve tebras dorſi ſuperiores, membranis ipſius ſpinæ obvolutum, in quo pus continebat coctum non magna quantitate.

SCHOLIA.

PArtes affectæ ſunt externæ, quæ ad ſenſum apparenr, ubi ſunt tubercula & ulceta: ſunt etiam pattes internæ, cerebrum, jecur & lien, quæ videntur laborare per eſſentiam ob morbi diuturniratem: Affectus multi ſunt, interni & externi, Interni, in cerebro intemperies humida & impuritas, quia non fuit expurgatum nec in utero nec extra, nam dum lactabatur, nec per ulcera capitis manantia, nec per aures, nec per vomitum expurgatus eſt: Jecur & Lien laborabant obſtructionibus, nam tumida ſunt, præſertim Lien, In partibus externis affectus ſunt, Tubercula œdematoſa, ſed participantia de phlegmone: aliqua fuerunt de natura furunculorum in facie & in collo: Præterea laborar ulceribus malignis, in quibus omnibus apparet corruptum, ut magna ſuſpicio fuerit infectionis à Gallico morbo, ſed nec pater nec mater pueri eo laborarunt, & dum lactaretur à pluribus nutricibus, nih apparuit per ſeptem annos, quod illius morbi ſuſpicionem fecerit: Cauſa tantorum malorum in viſcer bus conſtituenda eſt, nam capitis intemperies & viſcerum, excrementa multa gignunt, & prave humores, pituitoſos, melancholicos, qui tranſmit tuntur ad partes, præſertim à capite ad glandulas & loca imbecilla, & fluxio eſt externa per ſuturas ca variæ, & ſenſim colliguntur humores in parte, qu nonniſi longo tempore ad ſuppurationem veniunt unde humor pravitatem acquirit, & oſſa corrodit & quaſi in pulverem reducit: nam natura hujus humo ris videtur à tota ſubſtantia oſſibus contraria, qui illa magis afficit quam carnes & alias partes, quo etiam ſolet accidere in morbo Gallico, &c. *Roderi cus à Fonſeca Conſult. Med. lib. 1. conſ. 42.*

OBSERVATIO V.

Vlcus Tibiæ ſinuoſum ob ſubditorum oſſium vitium. Spina ventoſa. 1. 2. 3. *Vlcera Tibiarum & Femorum à Iecoris & Lienis vitio pendentia.* 4.

§. 1. INflati & inflammati oſſis exemplum nuper in noſtro Xenodochio habuimus in juvene 18. annorum, Daniele Cheva: Hic à ſex annis graviſſimum dolorem in tibia dextra habuit, multis remediis fruſtra adhibitis, nos tandem levaminis & curæ gratia acceſſit: Cum hinc & inde ulcus ſinuoſum perquirimus, ſcabritiem oſſis & teredinem ex acredine materiæ & ſubeſſe animadvertimus, & ipſum os præter modum diſtentum: Multa remedia quoque noſtri Chirurgi fruſtra applicarunt, tandem conſenſit ut inutile membrum gladio reſcinderetur.

Crure ablaro & denudato, fibula integra fuit, ſed connata tibiæ circa malleolum tarſo: Tibia p. n. craſſiot, à tarſo ad genu magnitudine improportionatè aucta erar, & veluti ex inflammatione inflata, hinc & inde carie vitiata: *Cum Tarſi oſſibus*, uti aſtragalo, calcaneo, cymbiformi, cubiformi connata tenaciter & immobilirer per ſymphyſim, quaſi unita à natura coaluiſſent, ſine veſtigio aliquo quod antea diviſa fuiſſent. Cùm ante hunc morbum motus conſtaret, & nihil obeſſet quin in quamcumque partem permobilis eſſet: Perioſtium ubi os à pure non arroſum erat, integrum apparebat: Quatuor ſeprimanarum ſpatio vulnere ſanaro, & fonticulo in femore inuſto, *quo materia acris*,, ſi quæ ex internarum partium vitio tranſmitteretur, locum & exitum haberet, ad ſuos ipſum dimiſimus: *Martinus Bogdanus Obſerv.* 12.

SCHOLIA.

C*Um Tarſi oſſibus*] Affectus ab Arabum interpretibus ventoſa Spina dictus, omnibus quidem oſſibus eſt communis, præcipue tamen in oſſibus tarſi & carpi occurrit; ut caries à cauſis externis, ita hæc corruptio ab internis: Obſervavimus talem in ſterno, oſſibus humeri, cubiti prope epiphyſes, circa dorſi ſpinam, ſæpius in carpi & tarſi oſſibus, fluente ex internodiis pure, & oſſa erodente. *Guern. Rolfinccius. Diſſert. Anat. lib. 2. cap.* 47.

Quo materia acris, &c.] Curationem difficilem idem ſtatuit, fomitem viſceribus ſuppeditantibus perennem: Puella annorum xv. menſibus apparentibus ordinataque fluentibus periodo, reſtituta: Aliam menſibus licet apparentibus, non habentem melius per πτυαλισμὸν, ſalivationem mercuriali inunctione excitatam, & duodecim dierum ſpatio continuatam, feliciter reſtituit.

§. 2. *Ventum* ſeu *flatum ſpineum*, ad mentem Arabum appellamus, affectum quem vulgus, voces invertendo, *Spinam ventoſam*, & *Severinus*, nova nomenclatura, *Padarthrocacen*: Hujus cum tanta vis ſit ut acutiſſimo dolore oſſa corrumpat & carie excedat, vix alia ra-

tione perfectè ſanati poteſt quam membri affecti amputatione: Qua 1646. 18. Aprilis Patavii, viro & puellæ pedes ablatos vidimus, & fœminæ cuidam digitum: E quibus unum diſſectum inſpeximus, oſſa calcanei & meratarſi tam carie corroſa exhibentem, ut nullo negotio culrelli manubrio conteri & quaſi friari potuerint: Nec alius affectus eſt quem *Rondeletius* de dignot. morb. cap. 10. Tumores oſſium putreſcentium in pueris à morbo Italico, ob cacoethicam quandam ſanguinis diſpoſitionem, parum peritè ad chœradas referendos exiſtimabat. *G. H. Velſchius Obſerv. Medic.* 81.

§. 3. Ante xv. præter propter menſes hunc caſum accidiſſe memini in Illuſtr. Dom. *Baroniſſa de Merode*, de quo varia fuerunt Medicorum judicia: Ego autem eodem conſpectu protinus judicavi eundem eſſe, quem alias videram Neapoli apud Cl. *Severinum*: Quare, cum juxta conſilium *Argelatæ* non poſſet os morboſum removeri, neceſſe fuit ad ultimam anchoram, amputationem ſcil. tibiæ nos procedere.

Qualis autem oſſis ipſius conſtitutio poſtea per Anatomen innotuerit, addere non gravabor: Remora cute, quæ admodum erat proter extenſionem attenuata, *invenimus tendines muſculorum* peroneorum, ut maximum tendinem qui calcaneo eſt affixus, & craſſitiem naturaliter inſignem obtinet, inſtar chartæ alicujus tenuem; ſolum calcis os erat affectum, atque in magnitudinem inſignem adauctum, ut libræ unius cum dimidia pondus æquaret: non ſolum autem poroſum redditum erar, ſed pori illi erant repleti materia cartilaginea, qualis quoque cartilago extrinſecus os ambiebat, & carrilagini calloſa materia deſuper erat adnata. *I. Van Horne microtech.* §. 85.

SCHOLIA.

INvenimus *tendines muſculorum, &c.*] Huc pertinent Gangrænodes abſceſſus, de quibus *Severinus* lib. 4. de recond. Abſceſſuum doctr. cap. 8. A me, *inquit*, frequentiſſime in noſodochio Incurabilium, obſervatum gangrænas & cum necroſi abſceſſus lente acceſſiſſe, atque extitiſſe viriatos inſtatendines ac nervos, qui antipathia quadam, & occulta humoris proprietate potius & prius quam carnes aut muſculi fuerint obſeſſi: *Vide ejuſdem Medic. Efficacem, part. ij. cap.* 22.

§. 4. Aperui corpus cujuſdam Nob. Galli hydrope mortui, in quo omnia præter hepar ſana erant, quod induratum admodum & quaſi calloſum, plurimiſque tuberculis ceu glandulis undiquaque refertum erat: Lien quidem ſanus, rriplo ramen major quam alias eſſe ſolet.

In hoc corpore verum eſſe reperi quod *Hippocrates* lib. 2. Prorrhet dicit, *Quicunque habent ſplenes magnos & neque ſanguinis eruptiones ipſis contingunt, neque oris graveolentiam, horum Tibiæ ulcera prava habent, atque ex his cicatrices nigras*: Habuit enim Nobilis ille ulcera prava & cancroſa, non quidem in tibiis tantum, præſertim dextra, unum prope genu magnum ſpinoſum & anfractuoſum, ſed & in utroque femore, unum ſimiliter anfractuoſum & ſinuoſum. *I. Rudolphus Saltzmannus Obſervat. Anat. pag.* 37.

SCHOLIA.

ULceratibiarum & varices Lienis vitio ſuppullulare multi atteſtantur: *Tulpius* lib. 2. obſerv. 30. putat ſigna à *Hipp.* & veteribus commemorata, indicare magis humoris melancholici putredinem quam Lienis magnitudinem auctam: *Atra quippe bile*, ait, *circa lienem putreſcente, vitiatur non tantum os, ſed erumpunt utique varices, & læduntur tantopere crura, ut meminerim vidiſſe in una quartanaria, à putrida hac bile ultra viginti ulcera, non minus profunde cruribus impreſſa ac ſi candens ea inuſſiſſet ferrum.* Verum quod iſtud ſanguinis vitium à Lienis vitio proveniat plus ſatis notum: *Got. Moebius Fundam. Phyſiolog. cap.* 17. §. 27. At allatum exemplum in culpa eſſe poſſe quoque Hepar manifeſtum facit, quod ut ab officio multifariam aberrare poteſt, ita multiplicem læſionem invehere: Sic quicquid delirant Reges plectuntur Achiiv.

OBSERVATIO VI.

Ulcus ſordidum Genu, à ligamentis, cartilaginibus, ipſiſque oſſibus putrilagine infectis.

NObilis quidam Juvenis, robuſtus, optimo corporis habitu præditus, contra hoſtem in Belgio ſtrenuè dimicans, ictu ſclopeti ad ſiniſtram rotulam vulnus recepit: In proximam urbem quidem deductus, ibique à Medicis & Chirurgis curatus fuit: Interim tamen ob doloris vehementiam & diuturnitatem hydrarthros ſequutus eſt, quare in patriam deportatus eſt: ubi per multos annos ingentes dolores & cruciatus perpeſſus eſt: Ichor enim acris cum ad tempus fluxiſſet, in ſordidiſſimum ulcus degeneravit, cum tanto dolore ut vix ſuffulcris incedere poſſet: Tandem anno 1582. D. *Coſmus Slotanus* præſtantiſſimus Med. Chirurgus ad eum vocatus fuit mecum, ad quem cum perveniſſemus, genu

mirum

mirum in modum intumefactum, reliquum vero crus extenuatum invenimus: Genu vari locis ulceribus ſordidis ſcatebat, cum oſſibus carioſis & doloribus maximis, qui dic noctesque ipſum exercebant: Hinc viſcera omnia interna mirum in modum labefactat & obſtructa fuerunt: Manſit D. *Slotanus* apud ægrum per menſes aliquot, atque can adhibuit diligentiam ut æger non parum ſublevatus fuerit, omniaque ad optatum ſcopun tendere videbantur, nunquam tamen integrè ſanatus fuit: ob maximam enim obſtru ctionem labefactationemque internarum partium, in vigiliis D. *Michaëlis* obiit.

Sequenti die cum cadaver aperuiſſet *Slotanus*, interiora viſcera omnia, præſertim He par, mirum in modum à naturali ſtatu diſceſſiſſe vidimus, & in veſica fellea lapidem nuci moſchatæ magnitudine & figura invenimus: Genu cum inſpexiſſemus, ligamenta, carrila gines *ipſaque oſſa putrilagine infecta* & conſumpta erant: *Fabritius* Hildanus *lib. de Ichore & Meliceria cap.* 27.

SCHOLIA.

O*Sſa putrilagine infecta*] Oſſium caries cum variis gignatur modis, quoſdam noſtra animadverſione imprimis dignos deſcribere inſtitui: Humores præternaturales quavis de cauſa ſive generali ſive ſpeciali, os penetrantes aliquando Hyperſarcoſin ulceroſam cum oſſis humiditate, aliquando Oſſis cancrum, Seu ſpinam ventoſam producunt; affectus neceſſario diſtinguendos: *Hyperſarcoſeos ulceroſa cum oſſis humiditate*, cauſa phlegma præternaturale oſſis temperiem, atque duritiem auferens: Mollioti huic fundamento caro inſiſtere nequit, unde naturalem ſuam eſſentiam etiam amittit: nutrimentum ipſius ex ſanguine conſtans, in ſarcoma molle ſpongioſumque tranſit: hoc lenſim incrementum ſumit, tandemque ulcerationem ſecum affert, qua tendines, ligamenta & nervi corrumpuntur, membrumque totum periculo ſubjicitur: Medicamentis non eſt quod hic aliquid laude dignum effici poſſe tibi perſuadeas, antequam fundum, h. e. ipſum os attigeris: oſſe enim curato, illico & ulcus curabitur & caro naturalem induet: Inciſione itaque hic opus profunda adeo ut os ipſum in conſpectum veniat: Quod ſi excreſcentia magna concomitetur nimis, fiat exſtirpatio ejus: ſi vero repullulare obſervetur, cauterium actuale planum applicetur, habita ſemper oſſis conſideratione. *Oſſis Cancri* cauſa humor acris, primo os corrumpens, mox perioſtium perforans: hic ulcus ſtatim accedit & carnis & cutis, quod etiam curari non poteſt niſi prius ipſum os curaveris: Ulceris foramen valde exiguum eſt, labia pallida, materia effluit tenuis, caro mollis & aliquomodo tumefacta, at minime ut in hyperſarcoſi ulceroſa fieri dixi... ſua ſponte increſcit: Et hic quoque ſectione, ſed p... oſſis longitudinem, uſque ad ipſum os, eſt molienda, & mox corrigentia corruptionem applicanda. *P. Barbette Anat. Pract. l.* 1. *c.* 3.

OBSERVATIO VII.

Fungoſa caro ex ulcere tibiæ pullulans, ob foramen in oſſe ad medullam uſque penetrans.

VIrgo ulcere in tibia dextra longo temporis ſpatio laborabat: Ex hoc autem ulcere fungoſa caro adeo copioſe erumpebat, ut Chirurgi aliquando illam pondere duarum librarum abſcinderent: quamvis autem funditus abſciſſa eſſe videbatur, mox tamen cum impetu denuo proveniebat.

Tandem Tibia ex conſilio Medicorum ad poplitem abſciſſa fuit: poſt operationem abraſa carne, & oſſe denudato foramen rotundum, ad medullam uſque penetrans, in ipſo repertum fuit: Operario ad votum ſucceſſit, ſed cum cuncti ipſam evaſiſſe ſibi perſuaderent, ecce fungoſa caro, quæ denuo ex trunco ipſo propullabat, eaſdemque fere ut antea moleſtias parit: ad annos tamen circiter duos poſt operationem factam ſupervixit. *Fabritius* Hildanus *cent. ij. Obſervat.* 36.

SCHOLIA.

F*Ungoſa caro, &c.*] Fungorum in vulneribus capitis ſolum mentionem faciunt Medici, Sed in aliis quoque partibus eos naſci poſſe oſtendit *Sennertus apud Hildanum obſerv.* 35. *&* 36. *cent. ij.*

OBSERVATIO VIII.

In iis quos Carcinoma Vlceratum ſuſtulit, ſanguis aduſtus intra vaſa repertus, cum labe Iecoris, illæſo Liene.

LIen non poteſt eſſe humoris melancholici ſedes & vaſculum, quia ſanguini permixtus in nutritionem partium ſolidarum impenditur: Dum autem à ſua natura degenerat, ut in quibuſdam *Carcinomate ulcerato* ſublatis vidimus, ſanguis aduſtus exſiccatus, & in capillamenta converſus intra venas ſpectatur, cum inſigni labe Jecoris, ſed exiguo aut nullo Lienis vitio: quod certiſſimum eſt indicium Lienem humoris melancholici, ſive naturalis ſive contra naturam affecti non eſſe conceptaculum. *Riolanus Anthropogr. lib.* 2. *cap.* 21.

Observatio IX.

Fiſtularum pertinacia & curationis difficultas inde eſt, quod earum principium altiſſime excurrat, & fundamentum in oſſibus habeant. 1. 2. Fiſtula in Inguine ſaniem imi ventris eructans. 3. In Femore orta à Lumbis. 4.

§. 1. Filia Pictoris, Nicolai Æliæ infeſtata aliquandiu acerbo lumborum dolore, incidit tandem in moleſtam Inguinis fiſtulam, quæ perenni ſuo curſu uſque eo conſumpſit tenelli corpuſculi vires, ut brevi exceſſerit è vita.

Cujus mortis cauſam inquiſitura Anatome, invenit evidentem cariem in coſta ſpuria, mittentem continenter in ſubjectas partes tantum acrioris ichoris, ut illis eroſis prodierit inde Fiſtula, ut longa & anfractuoſa, ſic eludens quamcunque opem Medicam.

§. 2. Quam artis impotentiam non raro quoque videre eſt Fiſtulis prope anum exortis; Quarum principium excurrit nonnunquam altiſſime ſive ad Lumbos, ſive Thoracis vertebras, imo interdum ad ipſas ſcapulas, quas ſcoprula operta vocat *Corn. Celſus*; Quibus in locis equidem non ſemel offendi fontem remotiſſimarum & immedicabilium Fiſtularum.

SCHOLIA.

Earum inacceſſa caries, quo minus exploretur ſpecillo impedit tortuoſus ipſarum flexus: qui etiam remoratur clyſteres eluendo ulceri dicatos: Excluditque manum exemturam os intus vitiatum: quo tamen minus mature ſublato, tollitur immatura morte homo, & obſtat obnixe ne à Medico ſanetur Fiſtula à remotiore carie originem trahens: Cujus oras licet forfice diducas & amplies (quod tamen ad cutaneas fiſtulas ſumme utile) operam nihilominus ludes, nec pervenies unquam ad remotiſſimum ſinuoſorum flexuum principium, à quo deſcendunt tot ramuli, & tam frequentes rivuli per profundiores muſculos ac tendines, ut licet ſpecillum vel dexterrime immittatur in tortuoſam ejuſmodi Fiſtulam, neutiquam tamen attingat, nedum immutet, vel tollat cariem genuinam perennis ulceris cauſam. *N. Tulpius lib. 3. Obſervat.* 28.

§. 3. Februar. x. 1673. in juvene viro, ex phrenitide defuncto, præſente D. Dormont, Lienem inveniebamus conſumptum, adeo ut nonniſi globuli, magnitudinis diverſæ ſeſe exhiberent, vaſis omnibus ſplenicis ad dictos globulos debite excurrentibus, varie licet diviſis: Globuli ipſi ſeparati tunica tegebantur ſeparata: Exterius omnes nigricantes, interius rubicundioris coloris: Ventre ipſo puris ſanioſi fœtidiſſimi inſignis copia continebatur: Effluxerat hujus notabilis quantitas per foramen naturæ ipſius opera in inguine factum ad pluries dies: Jam vero ab aliquo tempore fluxio hæc ſuppreſſa. *Ger. Blaſius Obſervat. Med.* 24. *Parte* 1.

§. 4. Puero Dom. N. filio oborta eſt fiſtula in dorſo, qua ſponte occluſa, alia emerſit in femore: In lumbis, ad pſoades muſculos ulceris veſtigia, unde initium ducebat Fiſtula. *Vide lib. 3. tit. de Ventris tumore.*

SCHOLIA.

Fiſtularum pertinaciæ cauſa unde repetenda oſtendunt allata exempla: Pertinaciſſimæ & tandem tabem inferentis, exhauſto totius cruore, exemplum mihi occucurrit anno 1652. cum eo tempore incumberet cura Medica pauperum Gallorum advenarum, vel urbis incolarum, inter illos commiſſum habui quendam nomine *Bourgeois*, Prætoris Urbani Apparitorem, Virum raræ texturæ, annos circiter xxx. natum; Malæ illi, bene ſe habenti, leviter rubebant; vino modice utebatur, in victu temperans: Morbo prehenſus utitur calceolarii agyrtæ opera, qui antimonio exhibito ipſum ad hypercatharſin deducit, unde vir natura debilis ad Orci fauces compellitur: Vix recreatum, pravoque victu deinceps ſuſtentatum, pleuroperipneumonia vehemens adoritur; E qua mea ope emerſit, ſed ſuperſtite in pectore, ſub mamma dextra, fiſtula, quam præceſſerat abſceſſus ibidem excitatus, quanquam univerſam materiam pectore contentam exhauſiſſe videretur libera & liberalis purulenta anacatharſis: Adeo copioſam eructabat Fiſtula ſaniem, ut illius occludendæ omne concideret conſilium: Indito tenui ſtylo & longo, origo ejus ſuperior eſſe deprehendebatur & inter muſculos pectoris decurrere; qua de cauſa inito cum aliis conſilio, diſciſſa eſt forfice (quantum alte progredi licuit) ſecundum longitudinem Fiſtula; ſed cum ad claviculas uſque factus eſſet progreſſus, nec exortus pateret; ingreſſus præterea, ob tortuoſitatem non pateret amplius ſtylo, res naturæ committenda fuit, & uſui decocti traumatici pectoralis, hydromelitis forma præſcripti, à cujus uſu vitam per triennium produxit, Apparitoris officio ad ultimos uſque dies functus æger.

Observatio X.

Sphacelus totius corporis ſequutus cordis ejuſque vaſa intumefactionem. 1. Vtriuſq Tibiæ ob tumorem ſcirrhoſum vicinum cavæ deſcendenti. 2. Ob obſtructam venam ca vam. 3. Pedis dextri, ob viſcerum omnium corruptelam. 4. Cruris, ob vitiatam arte riam quæ fibulam petit. 5. Crurum & Tibiarum, ob vitium Iecoris & Pancreatis. Cruris, *ob ſiniſtrum cordis ventriculum carne glandulosa infarctum, & impeditum arteriæ motum.* 7. Crurum & Tibiarum, *ob vitium Iecoris, Pancreatis & Lienis. Digitorum Pedis ob vitium Pulmonum, Cordis. 9. Humeri dextri, ob conſumptioner lobi dextri Pulmonis, Cordis vitium. 10. Manus, ob ſanguine cor exhauſtum & Pul mones. 11. Scroti & vicinarum partium, ob virium Meſenterii, Inteſtini recti. 12.* Di gitorum pedis, *ob Pulmones ſanguine tumentes, Cor exangue, ſanguinem putridum in Inteſtinis. 13.*

§. 1. Quidam febre acuta prehenſo livere cœpit ſupercilium ſiniſtrum, & elapſis 22 horis totum corpus ſphacelo prehenditur: Cor inventum duplo maius, ejuſqu venæ inflatæ. *Vide tit. de Febribus.*

§. 2. Quidam, alloqui bono temporamento prædicus & ætate integra, incidit in gan grænam utriuſque tibiæ, latente cauſa, niſi quod antea tibiæ & pedes aſſidue frigeban ingraveſcebant & quaſi ſtupore tenebantur, utut ſit ſupervenit Ganhræna, nulla præ cedente febre aut cauſa externa; ita paulo poſt obiit, oborto ad uſque genua ſphacelo.

Aperto cadavere invenimus tumorem ſcirrhoſum circa venam cavam deſcendentem nempe intra renes, ubi hæc vena ad utramque tibiam bifurcatur: Scirrhus in magnitu dinem auctus ita conſtrixerat venam cavam & arteriam deſcendentes, ut nullus ſanguis ad crura nutrienda & vivificanda permeare poſſet. *Fabritius Hildanus Tract. de Gangræ na cap. 4.*

Scholia.

Majorum articulationum luxationes ſequitur atrophia, cùm quia mucoris copia obſtructionem parit atque nutrimenti diſtributionem impedit, tum quod caput oſſis ſuo loco motum comprimit, vaſa, prohibetque quo minus ſanguis & ſpiritus ad partes ſubjectas deferantur: Quod ſi hujuſmodi ægri ad ſenilem ætatem pervenerint, aut longiori morbo conflictentur, tandem in Gangrænæ diſcri men veniunt, (ut & ſi magna ſit cauſæ efficacia qualis in prædicto ægro) Idem accidit obſtructa ve na cava, ut ante aliquot annos obſervavi. *Idem ibidem.*

§. 3. Gangrænam accidiſſe obſtructa vena cava ante aliquot annos obſervavi. *Idem ibidem.*

§. 4. Quidam multo tempore pallidus admodum fuit, cibum potumque averſabatur pituitam crudam cum pure vomebat, &c. Supervenit pedis unius digiti ſphacelus, mox dextrum pedem gangræna occupavit, &c. Hujus omnia viſcera corruptiſſima fuere, multo pone conſiſtente pure, &c. *Vide lib. 3. tit. de Inappetentia.*

§. 5. In cujuſdam cordis ſiniſtro ventriculo glanduloſæ, ſed nigricantis carnis libræ duæ repertæ: Huic ſiniſtri cruris gangræna obvenit, non tam ex cordis vitio, quam ex ea gangræna impedito arteriæ pulſu; ante enim aliquot annos ex ſclopeti ictu vitiata fuerat arteria quæ fibulam petit. *Veſalius lib. 1. cap. 5. Anatom.*

§. 6. *Thuanus* diu conqueſtus de dolore colico, tandem repentina Gangræna correptus eſt, à pede dextro ad ſuperiora celeriter reptante, ex decubitu ſeroſi humoris crura & tibia infeſtantis, cum diris cruciatibus intra ſex horas exſpiravit. In eo deprehenſum Jecur induratum, & Pancreas ipſum Hepar mole adæquans. *Vide hiſtoriam lib. 3. tit. de Ventris doloribus.*

Scholia.

Celeriter reptante] Notat *M. Aur. Severinus* lib. de Abſceſſibus p.m. 182. Gangrænas & cum necroſi abſceſſus, lente acceſſiſſe, ob vitiatos infra tendines ac nervos, qui antipathia quadam, & occulta humoris proprietate, potius & priuſquam carnes aut muſculi fuerint obſeſſi: Quæ autem ex influxu humorum ortum habet, celerioris eſſe motus, ac incrementa evidentiora eſſe, ut patet ex exēplo allato.

§. 7. Jacobus N. interiit ac ſi ſphacelatum corpus eſſet: Ventriculi facies extima erat vermiculata; Pylorus talis & pene reſtrictus, facies interna corrupta & putris; gangræna erat & ſyderatio ventriculi. *Vide lib. 3. ſect. 7. obſerv. 11.*

§. 8. Ill. Thuanus conquerebatur de dolore circa regionem coli & ſtomachalem; tanem inopina gangrænoſi correptus eſt, à pede dextro ad ſuperiora celeriter repante: Jeur erat induratum, farctum pituita vitrea: Pancreas maximum, ſcirrhoſum, glandulis iſſertum: Lien valde exilis. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

SCHOLIA.

AD *ſuperiora celeriter repante*] Quod de Gangræna tradit *Athanaſius Kircherus* Operum b. 9. obſervatione dignum: Eam nihil aliud eſſe atuit præter congeriem venenatorum vermiculoam, qui corrodendo carnem ejus corruptionem inducant: quamobrem autem tam celeri greſſu partem depopuletur, id ideo eſſe quod ii vermiculi adeo numeroſa prole pullulent, ut deprehenſum ſit unicum chartæ albæ impoſitum, unius *Miſerere* ſpatio quinquaginta alios peperiſſe.

§. 9. Nob. N. febre prehenditur cum dyſpnœa, pectoris anguſtia, hæmoptyſi, &c. andem unus atque alter pedum digiti liveſcunt: Pulmones ſanguine craſſiore ſcatebant, ndurati in extremis partibus, Cor flaccidum & exangue: Inteſtina ſanguine putrido relebantur. *Vide tit. de Febribus.*

§. 10. Uxor N. à pleuritide gangræna correpta interiit: Tunica lobi dextri pulmonis uperſtes erat, parenchymate conſumpto, Cor paucum ſanguinem, attum & exuſtum ontinebat, Pericardium puſtulis exaſperatum, &c. *Vide tit. de Exſpuitione purulenta.*

§. 11. Uxor N. paulatim morbo intricato correpta eſt: Tandem extremitates digiorum; & tota manus paulatim ſphacelo corripiuntur. Cor ſanguine plane exhauſtum: Arteria venoſa ſumme diſtenta & ſero referta repetta eſt; Scirrhi, pus, ſerum in pulmoibus, ſteatomata in meſenterio, &c. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 12. Luſtratum cadaver cæmentarii, cujus ſcrotum cum partibus vicinis intumuerat, igricans, &c. Vulnus penetraverat inteſtinum rectum & meſenterium, cujus vaſa læſeat, unde ex cruore ſtagnante gangræna, quæ menſenterium occuparat & inteſtinorum partem. *Vide tit. de Vulneribus.*

§. 13. Nob. laborabat febre, dyſpnœa, hæmoptyſi, pectoris anguſtia, tandem viribus oppreſſis & digito uno atque altero pedum liveſcente obiit, &c. In pectoris cavitate ſerum ſanguinolentum multum aderat; Pulmones ſanguine craſſiore ſcarebant, extremis coum partibus nigricantibus: Cor flaccidum & pene exangue, inteſtina ſanguine putrido plena, &c. *Vide lib. 4. tit. de Febribus.*

OBSERVATIO XI.

Brachii Gangræna ob illius epiphyſin, ubi cubitus ipſi jungitur, contuſione ſuperficiaria affectam.

ACcidit abhinc aliquot annis ut Illuſtris cujuſdam hujus Regni Senatoris Barbitonſorem domeſticum temeraria lubido inceſſerit moderandi curſum equorum: at verò lle delapſus de curru humerum, citra luxationem ullam vehementer offendit: Applicat pſus ſibi cataplaſmata, & mitigata quidem ſympromata fuere, ſed quæ per intervalla recrudeſcebant, quibus cum non commodum poſſet reperire medicamen, Gangræna brachium occupabat tam latè, inferne ſurſum verſus ſerpens, ut flectentibus cubitum infeatis muſculis, ad humerum attollentem ſeu deltoidem pergeret: Æger advertens ſumno ſe verſari in periculo, exoravit Dominum ſibi ut liceret Hafniam curriculo abire, conulturo Medicos ac Chirurgos: Vocor ego, & popularis ejus Regius Chirurgus Dom. *le Sage*, ad hunc ægrum inſtantiſſime membri amputationem urgentem, quam illi diſſuaſimus penitus; auctoreſque contra eramus toleranter potius malum ferret quam ut præſentiſſimo vitæ periculo ſeſe objiceret, ſpe vel omnino nulla vel dubia recuperandæ valetudinis reliqua, imo ſi brachium amputaretur: Qui mortem & vitam juxta æſtimans, duriſſima quæque experiri ſe malle aiebat quam ita torqueri diutius, ceu in quæſtionem datus: Conventum ergo inter nos omnes eſt ut amputaretur methodice os humeri, & enchireſis per P. *Hachvard* ex ſententia perficitur: Quam vero brachium graveolens, quam fœdum aſpectu, tactu motuque carens nondum reciſum à ſynceris partibus, puſtulis hinc inde excitatis, ichoroſo ſanguine, aut ſanie ichoroſa potius manantibus haud facile creditu eſt: Admirandum vero quod nulla ſui parte læſo; aut nullo ſphacelo corrupto oſſe humeri, brachium univerſum immedicabilis hæc gangræna obſederit.

Obſedit autem ideo, quod ſolum illius epiphyſis, ubi per ginglymum cubitus ipſi

jungitur,

jungitur, & quidem ad illius tuberculum externum, tantam contuſionem ſuperficiaria aut certe non profundiorem & capaciorem quam quæ capere piſum quodvis vulgare p ſet, eſſet paſſa, ne minimo quidem in epiphyſi illa apparente ſigno ſyderationis aut ſphace ſanæ omnino ſimili, ita ut ea videri poterat eodem die contuſa qua amputabatur brachiu Sed quis unquam ulla ratione tale quid vel indagare vel aſſequi potuiſſet, niſi caſu fund hujus calamitati ſolertia filii fuiſſet detectus. Atqui æger ille brachio truncatus octiduu quidem adhuc ſuperfuit, ſed horrendis totius corporis convulſionibus correptus. Atq puto me hoc exemplo ad oculum veluti demonſtraſſe, qui fiat ut ob leviculam oſſis hume epiphyſeos contuſionem, citra ullum illius ſphacelum gangræna univerſum membrum o ſideat. *Simon Pauli Tract. de Febribus malignis p.69.*

SCHOLIA.

EPiphyſes oſſium ſanguinolentæ, ac peculiari & proprio modo medulloſę cùm ſint ac prępingues (os præſertim ſacrum unicuique noſtrum præ aliquam multis aliis oſſibus, imo omnibus totius corporis ſanguinolentiſſimum ſit) Gangrænę & ſphacelo maxime obnoxiæ ſunt; accidit ut ubi in extremis oſſibus, v. g. ad malleolum tibiæ aut fibulæ fracturam quis patitur, aut cui dicto loco os fractum eſt, is longè ſævioribus ſymptomatis, vel ſatim gangrænam minitantibus, vel ſpatio bidui aut tridui ipſam gangrænam inducentibus infeſtetur quam ſi media tibia frangatur: Sane ita ratiocinor, maxime cum notum pinguia & unctuoſa naturaliter ligamentis ac tendonibus bellum indixiſſe, quæ epiphyſibus annaſcuntur aut firmiter adhæreſcunt, probabiliter ergo defendi poſſe arbitror, ideo tanto facilius gangrænam infeſtare epiphyſes, & iis ſimilia oſſa, v. g. os ſacrum, quanto pinguiora & medulloſiora aliis oſſibus ſunt, licet alia excavata, v. g. femoris aut tibię, longè majorem copiam medullæ continere appareant, quæ tamen minime, ceu epiphyſes effractæ, ea ſtillare quaſi guttatim queunt, ſolida quippe ea, non poroſa inſtar pumicis aut ſpongiæ ſunt: Contuſis enim epiphyſibus, aut iis effractis, (oſſis calcis, aut calcanei, itemque carpi, metacarpi, necnon pedii ac metapedii oſſium eadem eſt ratio) aliter fieri non poteſt in vivo corpore quin medulloſa eorum ſubſtantia & effluat & corrumpatur, quam corruptam imbibere ligamenta, tendones, venæ, arteriæ (ob circulationem ſanguinis) coguntur, cujus benefici inficitur ipſa totius corporis ſanguinea maſſa, qu corrupta & gangrænoſa exiſtente, mors neceſſari tandem inſequitur. *Idem ibidem.*

Citra oſſis ſphacelum, &c.] *Severinus* lib. de Abſceſſibus pag. 182. duplicem Gangrænæ generationem ac modum ponit, 1°. ex influxu, i. e. ex humoribus quibuſdam venenoſis ad partem aliquam allapſis, qui calidum ejuſdem nativum extinguunt & membrum in mortem præcipitant, (id quod in febre continua, maligna & peſtilenti fit) & cum dolore graviſſimo, & puſtula quadam, ſub qua eſt macula nigra, extremis ut plurimum partibus, utpote pedis pollice ad uſque tibiam & totam coxam brevi tranſcurrit, 2°. Ex Abſceſſu & corruptione ſubjectorum quarumlibet partium ſolidarum, puta oſſis, cartilaginum, chordarum, Favet *Paræus* lib. 11. c. 12. qui in gangrænoſis humorum influxibus interdum oſſa primum imbui, atque ab his inflammationis initium habere ſtatuit. Ex oſſe quidem male habito exemplum ponit ibidem *Severinus*, cujuſdam Illuſtris gangræna ſecundum totam tibiam ſiniſtram ex talo progreſſam, affecto: ab oſſe, inquam, progreſſam opinatur, tum quod perpetuis podagræ inſultibus ſubditus fuit, tum quod confeſtim & à principio ſe prodidit alienatum os utrinque, quare non multo poſt tempore neceſſum fuit totam exſecari ſerra tibiam; ex quo affectu evaſiſſe ſeptuagenarium mirum fuit.

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI QUARTI.
SECTIO V.
De FRACTURIS.

OBSERVATIO I.

Fracturam oſſis Humeri ſequutus tumor cum oſſis carie. 1. Brachii non coaleſcens ob cariem ſubditam. 2. Fracturam Ulnæ & Radii ſphacelus lethalis ſequitur. 3. Oſſis Femoris, lethalis ob fragmenta oſſium relicta. 4. Femoris ſua magnitudine lethalis. 5. Occulta oſſis Femoris Fractura, cui ſucceſſit ejuſdem oſſis ad iſchium luxatio. 6. Fractura ſpontanea

oſsis Femoris. 7. Fracturam oſſis Femoris ſequutus inſignis tumor ob callum extuberantem nec cohærentem. 8. Tibia Fracta non coaleſcens ob oſſiculum ab oſſe tibiæ ſeparatum, & ſphaceli initium in inferiore ejus parte. 9. Humeri dextri & Femoris Fractura ſpontanea. 10.

§. 1. V*Incentius Balduinus*, Vir inſtactæ ætatis, vixit aliquandiu miſerandum in modum, ob humeri os intra annos quindecim quater effractum, quod paulatim intreſcens, ſive ex viſcido contuſi oſſis ſucco, ſive ſanguine eo uberius affluente, in eam tantem devenit molem, ut nec pectus nec ſcapula immodicum ipſius pondus fuerit amplius ferendo, excitatis non ſolum maximis nervorum doloribus, verum etiam ſumma *ſpiritus difficultate*, ob luxurians pondus thoracis motum continenter impediens, cum indefatigabili vigilia. Quibus è ſalebris quo evaderet, uſus fuit conſilio variorum Chirurgorum, quorum alii tumorem emollire atque in pus convertere: alii contra luxuriem ipſius arctiore faſcia coërcere: ac nonnulli vitiatum os ſerrula præcidere adnixi fuere, ſed omnes ſucceſſu infelici: Venæ enim ac arteriæ hujus tumoris latiores erant quam ut pollice humano potuiſſent obturari, ac proinde magis impedimento quam auxilio fuere faſciæ: mortémque adeo non diſtuliſſet, quam maturaſſet amputatio improvide inſtituta.

Facto autem vivendi fine, docuit anatome omnia ſub cute viſci craſſitiem ac ſteatomatis induiſſe naturam, parúmque diſcrepaſſe à materia veri cancri, cujus nomen fortaſſis propterea huic oſſis vitio haud male impoſitum ab induſtrio Celſo. Ipſa vero oſſa erant non modo à ſe invicem ſejugata, verum quaſi malleo minutatim confracta, ac præ irriguo madore adeo tenera, flaccida ac mollia, ut inſtar ceræ ſcalpello facillime concidere ntur. *Tulpius Obſerv. lib. 4. cap. 12.*

SCHOLIA.

A *Materia veri Cancri*] Cornelius Celſus lib. 8. cap. 2. aſſerit fracturæ oſſium, præter inflammationem, ac diſtenſionem nervorum, interdum quoque Cancrum intervenire. Ecquid vero per cancrum ibidem loci intelligat, variæ variorum ſunt conjecturæ, neque minores ſententiarum conflictus, veriſimile tamen non eſt verum hic deſignari cancrum, nedum ſphacelum perperam excogitatum. At ſi quis conjecturæ locus, videtur hæc vox adumbrare calloſum illud tumoris genus, quod plerumque ſequitur calamitoſas oſſium fracturas, vel immedicabilem illam eorum mollitiem quam imprimit oſſi acida pituita, ſolidam ipſius ſubſtantiam plane corrumpens, cujus perniotioſiſſimi tumoris natura, quantumvis haud parum diſcrepet à genuino cancro, in eo tamen cum ipſo convenit, quod uterque nullis remediis cedat, conſpitérque perinde in perniciem ægrotum. *Idem ibidem.*

Sive ex viſcido ſucco, &c.] Eandem alienationem oſſibus imprimit acida ac maligna quædam pituita per habitum corporis effuſa, quam interdum quinquaginta vidimus occupaſſe loca, ac depaſcere tantum non ſolida oſſa, verum etiam carnem, membranas, nervos, ligamenta, aut quicquid illi obvium, parum interim, aut nihil proficientibus remediis, quibus infenſiſſimum hunc hoſtem ſategimus domare, ſive ſponte ex latebris ſuis prodeuntem, ſive à variolis in arenam hanc productum. *Fabr. Hildani centuria 4. Obſerv. 69.*

Cujus nomen fortaſſis, &c.] Cancri oſſis generationem & curationem affert P. *Barbette* in ſua Anatomia Practica cap. 3. quem eundem facit cum Spina ventoſa, de qua proxima ſect. quanquam diſcrimen adſit, quod hic ulcus ſupponat, cujus non meminit *Tulpius*. Cauſa ejus eſt, *ait*, humor acris, primo os corrumpens, mox perioſtium perforans: Hic ulcus ſtatim accedit & carnis & cutis, quod curari non poteſt niſi prius ipſum os curaveris: Ulceris foramen valde exiguum eſt, labia pallent, materia effluit tenuis, caro mollis & aliquomodo tumefacta, at minime ut in hyperſarcoſi ulceroſa, de qua mox, ſed ſponte increſcit. Ibi ſectione utitur per oſſis longitudinem uſque ad ipſum os, mox corruptionem corrigentia applicat. Alterius ſpeciei Oſſis corruptionis ibidem meminit, quam à ſupercreſcente carne, & ulcere adjuncto, *Hyperſarcoſin ulceroſam* vocat; Cujus cauſam, *ait*, eſt phlegma præter naturale oſſis temperiem atque duritiem auferens: Molliori huic fundamento caro inſiſtere nequit, unde naturalem ſuam eſſentiam etiam amittit: nutrimentum ipſius ex ſanguine conſtans in ſarcoma mole ſpongioſumq; tranſit, quod ſenſim incrementi ſumit, tandémque ulcerationem ſecum affert, quo tendines, ligamenta & nervi corrumpuntur, membrúmque totum periculo ſubjicitur. Medicamenta inutilia eſſe ſtatuit, atque fundum ipſum, hoc eſt os ipſum attingi vult, oſſe enim curato illico & ulcus curari dicit, & carnem naturalem conſtitutionem adipiſci: Inciſione itaq; eſſe opus, profunda adeo ut os ipſum in conſpectum veniat: Quod ſi excreſcentia magna nimis concomitetur, exſtirpationem conſulit: quod ſi repullulare obſervetur, ad Cauterium actuale planum tranſit, habita ſemper oſſis conſideratione.

§. 2. Vir quidam Lugdunenſis, ſexagenarius, ex arthritide pituitoſa in articulis humeri & cubiti dextri, jam fere bimeſtre ſpatium obtuſo dolore torquebatur: nullis utitur remediis, ſolam ſibi partis illius quietem imperat, dum brachium affectum faſcia obvolutum & pectori innixum continuo haberet: Is alioquin ſanus & valens, in publicum hora diei circiter 8. progreſſurus, dum chirothecam in manum affectæ partis induere leviſſimo conatu adnititur, brachii os, quatuor aut quinque digitis infra humerum, tranſverſim effregit:

effregit: Vocatus ego confeſtim, rem non ſine admiratione conſpicio; exploro, & p Chirurgum ipſum reſtituo, quæ conveniant remedia jubeo admoveri. Elapſo triduo, grum reviſo, num appoſite reſtituta eſſent omnia exploraturus; remotis faſciis & afful naturalem oſſis ſitum rediiſſe vidimus, & appreſſis digitis perſenſimus: Sed ecce, pau inferius circa cubiti articulum nova ſe & nondum conſpecta obtulit oſſis ejuſdem fractur dolores urgent clamoſi, reſtitutioni itidem ſedulo incumbimus: Inde placata omnia, nunc belle quieſcit, nondum tamen abeo tempore faſciæ explicatæ, nec viſum uti ſe h beat pars ea: Miratus ſum diu tantam oſſium fragilitatem in eo homine qui ſe ullis oſſiu affectibus, vel à lue venerea vel aliunde contractis pernegavit.

Cæterum, quod ad eum virum attinet de quo ad te ſcripſi, Reſtitutis bis terve, ut e atte erat, oſſibus, admotis faſciis expectabatur à nobis debita & conveniens agglutinati per callum, uti natura facere conſuevit, ſed fruſtrata eſt ſpes noſtra, nam aglutinationer ne agreſſa eſt quidem natura, quamvis quiete diuturna, fotibus ad partem & aliis admoti adiuta ſedulo fuerit. Hoc unum obtinuit ægrotans quod indolenter (quantam ad eam pa tem) ab eo bimeſtre ſpatium vixit; Brachii motum liberiorem experiri ſe credebat: Is pau lo poſt ex inveterato renis ulcere diem poſtremum obiit.

Vidimus demortui ſectum brachii os, illud carie omnino computruerat: Unde conje cimus eum ægrotum, quamvis id pernegaſſet contumaciter, lue venerea meditullitus ea i parte exeſum fuiſſe: Ita nobis exemptus ſcrupulus qui diu animos noſtros exagitaverat *Philibertus Saracenus ad G. Fabritium Hildanum in hujus cent. 2. Obſerv. 66.*

§. 3. Strenuo militiæ duci globulus plumbeus à bombarda hoſtili emiſſus utrumque o brachii ſiniſtri prope carpum perfregit, & vulnere penetrante ſauciavit brachium: Antequam pugna excederet, ſtatim intolerabiles ſentit dolores, qui frigore hyberno exauct ſunt, cum quatuor horas equitando in via impenderet, antequam in proximam civitatem delatus Chirurgi manui ſubjiceretur. Sedula opera in hujuſmodi caſu difficili adhiberi ſolita, non impediit gangrænam parti læſæ imminentem, quæ in externa manu & brachio ſe non prodit ſanorum ſimilis, Sed cum intolerabili cruciatu interno interiora pervagabatur, & dolores ſenſim ad totum brachium & ſcapulam ſiniſtram diffundebat, cum tumore, ſed ſtriis quibuſdam lividis ſanguinis ſecundum brachii longitudinem aſcendentibus: Ampliato demum vulnere, immiſſáque manu Chirurgus obſervavit interiora frigida & ſphacellatam manum aſſiſtentes vidimus: cúmque nihil in medicamentis ſpei amplius ſupereſſet, de manuum operatione cogitatum mature fuit, ipſo etiam viro generoſo urgente, ne ſerperet ulterius malum, quod interne latius protenſum videbatur: Quanquam vero parum profuturam membri læſi amputationem judicaremus, anceps tamen remedium cum prognoſtico dubio experiri ſtatuimus.

Brachium medium ſerra reſectum prognoſticon ominoſum confirmavit: Primo quippe copioſus ichor fluvus effluxit ex muſculorum interſtitiis, cui tandem ſanguis ſucceſſit ex vaſis ſuis, qui facile aqua ſtyptica conſtitit: Septimo hæc die peragebantur, & eodem circa veſperam exſpiravit æger.

In amputato brachio vulneris conditionem interius rimati, vidimus ulnam fractam, & læſum quoque radium, fragmenta oſſium tendinibus muſculorum manus incumbentia & vellicantia, amplum hiatum fœtentem, ſphacelata omnia.

SCHOLIA.

Dolorum magnitudo ex tendinum punctura ab oſſe fracto & aculeatis ejus fruſtulis, necnon pilis in vulnere latentibus, à tunica pellicea ſine dubio abraſis, repetenda eſt: Sphacelus vero à venenati globuli ictu ortus, ſive veneficam qualitatem naturæ ſuæ debeat globulus à nitrato pulvere protruſus, ſicut plurimis perſuaſum: ſive globulus iſte fatalis veneno per artem fuerit imbutus. Hiſce ſane vulneribus, præſertim in nervoſis partibus, malignitas fere ſemper conjungitur, quod ex partium affectarum decoloratione, mortificatione, leipothymiis, & celeri fato colligimus: imo febris in noſtro ægro vel nulla vel exigua, mente ſibi ſemper ad extremum ſpiritum conſtante: Ex obſervatione *Plazzoni* l. de Vulner. ſclop. cap. 30.

Vulnus à ſclopeto una cum oſſis fractura illatum, ſi minutum ſit, certiſſimum ac lethaliſſimum genus fracturæ exiſtit: Nam carnoſa & nervoſa ſubſtantia non ſolum à qualitate venefica, uſtione, contuſione & attritione læditur, ſed etiam propter oſſis fracturam partes magnopere alterantur, hinc & vehementes inflammationes, dolores, convulſiones & gangræna oriuntur, quæ omnia ut plurimum mortem ipſam inducunt: à convulſione tamen noſter æger immunis fuit. Cæterum de globulo veneno imbuto magna nobis oborta ſuſpicio, quia ſtatim ab ictu accepto de immodico dolore conqueſtus fuerat, ſtrenuus Dux & miles, & cito ad cor penetravit mali vis: Variis tingi ſolet, etiam ſucco allii, ne vulnera admittant curationem. Globulus nobis viſus, infortunii cauſa, aliquod monſtri videbatur alere: Inciſuris enim multis diſtinguebatur, arte factis, quo fine neſcio, certe non bono: uni inciſuræ adhærebat fruſtulum oſſis, ab ulna fracta

fragmentum

agmentum. Ichor vero ille flavus copioſe ex brahii amputati trunco ſtillans infectarum partium rgumentum erat & putredini vicinarum: digito ompeſcere voluit Chirurgus, ſed eo remoto fontis iſtar prorupit ſerum; Et tale quoque ex vulnere clopeti, puris loco, ſtillabat; Quicquid ſit, ex levi, t videbatur vulnere, ſed lethali, magna tragœdia xcitata: Lethaliſſima verò hæc vulnera globulorum pronuntiant artis periti, quod non ſolum nervoſæ partes ſolvantur ſed & lacerentur, & affectio ion tantum cerebro communicetur ratione vulneris, ſed quod magis eſt, ratione nervorum venefica qualitas immediate cerebro communicari poteſt & ægrum ſubito interficere: Non vero per nervos ſolos cerebrum inficitur, ſed per vaſa ſanguinea, hic quoq; affecta, cor ipſum infeſtatur. Hinc in noſtro ægro lipothymiæ anxietatéſque frequentes, & ad ultimum halitum recurrentes obſervatæ, nec cerebrum læſum ex actionibus apparuit. Forſan niſi fatum præcipitaſſet cor affectum, etiam ad cerebrum ſerpendo penetraſſet venenatus vapor. *Th. Bartholinus in Actis Medicis annor.* 1674. 75. & 76.

§. 4. Anno 1629. ſub finem Martii, viſitavimus mortuum ex vulnere femoris cum omnimoda oſſis fractura. Invenimus os etſi peſſime repoſitum, ex parte tamen coaluiſſe: Maxima & acutiſſima oſſium fragmina in vulnere relicta, ad minimum corporis motum dolores læſo ſummos concitabant, novámque movebant hæmorrhagiam, unde poſt longam atrophiam, gangræna totum crus occupante, ſeptimo à vulnere menſe mortuus eſt. H. *ab* Heers *Obſerv. Med. xxii.*

SCHOLIA.

Lites ſequutæ ingentes, Chirurgi enim ex vulnere mortuum teſtabantur: Negabant Medici dicentes à perito artis curari potuiſſe, nec ullum vitæ, ſed claudicationis periculum adire potuiſſe: Ego arbiter a Dom. Scabinis adhibitus, miſi ex tempore qui *Hippocr.* meum domo afferret, ſtatímque exhibui textum qui eſt l.1. de morb. ſect. 5. *Hæc autem cum fiunt ex neceſſitate contingunt, In vulneribus quidem ſi craſſi nervi, & muſculorum capita in femoribus præſertim vulnus acceperint, neceſſaria eſt claudicatio: Moritur etiam ſi quis vulneratum habet cerebrum, aut ſpinalem medullam, aut jecur, aut ſeptum transverſum, aut veſicam, aut Venam multum ſanguinem effundentem, aut Cor, Ex vulneribus autem minime mori contingit, ſi his partibus vulnus acceptum non fuerit.* Hæc verba omni luce clariora quoniam Legulei literarum aucupes torturi ſunt, tempus nos docebit. *Idem.*

§. 5. N. *Lerantius*, natione Xanto, habitatione Genevenſis, annos natus circiter 35. pedibus agilis, hinc victum quæritans, multorum in gratiam varia peragrans loca, Anno 1677. menſe Octobri deſinente in reditu è Burgundiæ Comitatu Genevam repetens per Montem Juraſſium, nivibus jam obſitum, ſclopeto manuario inſtructus, hoc infauſte exploſo, glande femur parte domeſtica trajicitur, ſpithamæ diſtantia ab inguine ſex digitis ſupra genu parte ſylveſtri, id egrediente, unde protinus in terram concedit ob fractum os femoris. Integro trihorio humi proſtratus jacet, & nivi incumbens, antequam ullus viator occurreret vel qui auxiliares porrigeret manus. Hinc lecticæ impoſitus poſt tridui iter Genevam pervenit: Poſtridie ad curam advocor cum perito Chirurgo *Ioh. Lament*: pridie ſanguis è brachio oppoſito miſſus fuerat: quamobrem cum femur inſigniter intumuiſſet, atque qua parte glans exitum habuerat foramen impar eſſet tranſmittendis oſſium fragmentis, per crepitationem ſe manifeſtantibus, ideóq; vulnus ampliandum eſſet, metu novi humorum affluxus, venam κατ' ἴξιν in brachio ſiniſtro aperiendam volui, parcam tamen fieri ſanguinis miſſionem, tum quia jam præceſſerat, tum quia febris mitis erat, nec de hæmorrhagia inſigni à vulnere mihi conſtabat: ſanguis omnino putris eductus eſt, unde adſtantibus deſperatæ ægrum eſſe ſanitatis prædixi: Paucis poſt horis ampliatum eſt vulnus, per quod eductum eſt primo oſſis fragmentum pollicaris latitudinis, duabus acutiſſimis eminentiis præditum, parte interna nigrum & carioſum. Poſt intruſis iterum digitis aliud, ſed muſculis vicinis cohærens deprehenſum, cui extrahendo volſellis & forcipibus opus fuit magnáque vi adhibita; quinque id digitorum tranſverſorum latitudinem longitudine æquavit, pollice circa medium multo latius; in extremis etiamnũ acutiſſimum, ut Chirurgi pollex inde violatus ſit ad aliquot dies, minora aliquot quoque prodierunt cum pauco ſanguine: Dehinc occluſum eſt vulnus, ſuperiore, quod in introitu fecerat glans, laudabile pus jam fundente: Nox ſuccedens implacida fuit, nec non dies ſubſequens cum inſignibus doloribus, præſertim circa locum ampliati vulneris: paulo poſt pulſus vacillare incipit, & ſudore corpus diffluere: Inſpectum vulnus gangrænæ indicia præ ſe ferre incipiebat, dolor omnino deſierat, imo ſine ſenſu id contrectatum, viribus ulterius titubantibus; Ideoque mox Paſtorem qui animæ conſuleret advocari juſſi, cujus diſceſſum ſtatim excepit mors.

Ob indicia imminentis gangrænæ exterius, Intra eam majorem latirare ratus, præcepi Chirurgo ut novaculam admoveret, glandis viæ inſiſtendo: Caro oſſi fracto ſuperſtrata ſana erat. quanquam juxta vulnus amplificatum, livere inciperet (abſcedente epidermide,) ſed non profunde: Os vero femoris, ſex digitis ſupra genu, cujus patella obvia erat, omnino effractum apparuit, ſuperſtitibus duobus fragmentis prioribus duplo majoribus, cum aliis

aliis minimis. Cruor niger mediocri copia occupabat oſſis effracti & exempti locum. hinc conjicere licuerit ſoli fracturæ magnitudini mortem fuiſſe imputandam, quanqu concurrere potuerit,ſanguinis vitium cujus maſſam inquinaram eſſe & corrupram oſten irerata venæ ſectio : Inſanabilem autem fuiſſe fracturam manifeſtum eſt, ob inſignem o parris jacturam.

§. 6. Obiit puer annorum 12. in Xenodochio Baſileenſi 20. Auguſti 1673. qui ſaltando f gerat femur, in quo fiſſura,facta, Per biduum magno ramen dolore, ſcalas deſcēdit & aſce dit: Non obſervata fractura, à quodam Mago male curatus: Tandem Chirurgo acceſſi omnia ſemper in pejus ivere, ut pure collecto febris acceſſerit lenta; hinc cacochymia, c fluxiones ad parrem debilem, os iſchii & caput femoris, non ſine magno dolore; Tande luxato oſſe femoris ex acetabulo, & facto ulcere paulo infra trochanterem majorem, d lor mitigatus eſt: febre autem non ceſſante, & materia purulenta in femore multiplicat tandem obiit.

Sectus fuit à D.D. *Glaſero*, qui ulcus ſordidum deprehendit, & ſecundum ductum vaſ rum & interſtitia muſculorum cavitatem magnam, ut & muſculos ab oſſe femoris omnir ſeparatos; In hac cavitate ingens puris copia viſa eſt, quæ à genu, ubi primo tumorem f cir, ptemendo, ad ulcus aſcendit, nec ſubſtitit prope genu, ſed protraxit ſe ſecundum d ctum nervorum, & muſculorum interſtitia ad talum uſque, ubi etiam humor & pus obſe vabatur: Separatis à femoris oſſe cute & muſculis, fiſſuram oſſis deprehendimus, ſecu dum longitudinem ſimul & tranſverſum, ut in margine paret: muſculi omnes laxi ex hum ribus madefacti erant, imprimis nates conſtituentes: in acetabulo erat mucoſa ſubſtanti indureſcens: prope genu ſub patella ſimilis mucus erat: In imo ventre nullum ingens m lum inventum eſt, niſi quod à cacochymia viſcera eſſent debilitata & pallidiora, alias in ſtat naturali plane conſiſtebant. *Ex communicatione D.D. Io. Georgii Mangoldt Medici Baſilienſis.*

SCHOLIA.

Hinc ratio datur totius morbi, hic puer hinc inde petulanter *ſaltans* fregit os, unde derepente ingens dolor oboriebatur; domum redux intolerabilem dolorem ſenſit, reticens ſaltum, per biduum tamen adhuc (quoniam erat fiſſura, & dimidia pars oſſis conſiſtebat) per ſcalas aſcendit & deſcendit, ſed tantum extremis digitis pedis (qui dexter fuit) innixus; Modo decumbebat, modo non, dolore interim continuante, tertióq; die adeo inteſus eſt, ut fere amplius conſiſtere non poſſet, propter ſolutam unitatem perioſtii & tendinum puncturam ab oſſe fracto: Ob iſtum motum autem fiſſura ſe magis dilatavit, & muſculos preſſit punxitque, unde motus læſio & genu incurvatio, quod muſculi genu flectentes affecti eſſent ab oſſe fracto. Quoniam autem fractura non eſſet nota, & parentes putaſſent puero à ſaga mali quid accidiſſe, accuſarunt ſagum, qui talia ſanare profitebatur, ſed hic nil profecit cum malum ignoraret: adhibuit ſuæ ſortis remedia & malum auxit, ſi quidem intumuit genu & totum femur uſque ad caput femoris, nec dolor mitigatus eſt. Tandem fruſtra acceſſit Chirurgo perito, nomine *Schwartz*, pure jam preſente, dolore aliquatenus mitigato, (nam pure facti omnia mitiora fiunt) & præſente febre lenta, à materia purulenta excitata, ulcus factum eſt à natura pau lo infra trochanterem majorem, unde puris copi quotidie evacuabatur hinc tumor prope genu, & dolor plane incepit evaneſcere, ſed diuturnitate tem poris, & imbecillitate corporis ſecundū muſculos & vaſa, pes infra genu ad talum uſque intumeſcere cæ pit; propter copiam puris ulcus toto reliquo tempore apertum ſervabatur; à pure muſculi ab oſſe ſeparabantur & ſemiputridi erant, quod femur eſſet fractū, ideo exterius tangendo apparuit duplex os eſſe, aut inſtar oſſis quædam materia juxta tendines muſculoſque orta; Interim cacochymia orta fluxiones ad partem debilem fiebant, hinc muſculi laxi, & tandem luxatum eſt caput femoris ex acetabulo; Interim febre omnino conſumptus & emaciatus tandem obiit. *Idem.*

§. 7. Dominus *Marchandus*, Juriſconſultus Pariſienſis, paſſus eſt defluxionem in genu articulum toto octimeſtri ipſi moleſtam, qua de cauſa uſus eſt opera plurimorum tum Medicorum tum Chirurgorum, at ſine fructu, quod malum ab oſſe duceret originem: Dum quadam die in lecto de latere in latus ſe convolveret, effractum illi eſt os tibiæ juxta genu, morte paulo poſt ſubſequuta.

Apertum fuit Femur, repertáque fuit fractura & ſeparatio apophyſis oſſis illius, quod carie & putredine infectum erat, quanquam lue nunquam laboraſſet. Ideóque recte ab antiquis traditum oſſa triplici morborum genere affici poſſe, Intemperiei, compoſitionis & ſolutæ unitatis.

SCHOLIA.

Notent Tyrones oſſium epiphyſes ſæpe divelli, quod luxationis quoddā genus eſt vix ſanabilis, teſte *Columbo* Anat. c. 2. quod ejuſmodi oſſium conjunctio & *σύμφυσις* non fiat oſſis unico capite acetabulum ſubeunte, ſed pluribus tuberculis totidem ſinus ſubintrantibus, cujuſmodi reductio difficillima eſt, à cauſa interna vel externa: externa, quandoque Chirurgi errore; interna, humoribus quibuſdam illapſis in quempiam articulum, ibíque retentis; quod in lue Venerea & Variolis ſæpenumero accidere videmus; vel ob alium aliquem humorem lue non inquinatum, quod accidit prædicto Juriſconſulto, *Paréus Operum lib. xv. cap. xxi.*

Malum ab oſſe duceret originem] Arabes Spinum venteum vocant; Pædarthrocacen M. Aurel. *Severinus*, cujus dabuntur exempla hoc libro.

§. 8. In

§. 8. In Fracturis ut aliorum oſſium, ita & ſemoris curandis ſæpe viria advertuntur, primo in figura, deinde in callo: In figura, dum non rite extenditur, conformatur, deligatur, reponitur. In Callo, dum ille fit nodoſus, ubi conjungitur, & monſtroſo callo, qui inſigni eminentia nodis in arborum ramis ſubinde comparentibus reſpondet; ſimilis eſt. Talis monſtroſus callus apparebat in utroque ſemore Pilæ magiſtri aulici luſoriæ.

Eo ſorte ſuffocato, & poſt anatomen cocto ad ſceleti ſtructuram, uterque ab invicem abſcedebat callus. *Rolſinkius Diſſertat. Anat. lib. 2. cap. 49.*

§. 9. Scriba ruſticanus cum Norvvagiam, ſylvis aſperrimis collibus & montibus horridam, equo circumiret, procul Bergis lapſu graviore Fracturam tibiæ ſiniſtræ paſſus dolores ſentit graviſſimos: Vicini ruſtici hominem miſerum hoſpitio exceperunt, & pedem fractum ſine extenſione inſtrumento ligneo excavato firmiter incluſerunt, ſummáque cum diligentia oleo ex cineribus inunxerunt; Hunc in modum lecto affixus inter ruſticos annum complevit, & tandem magna cum difficultate ex Septenttione Bergas delatus fuit, Ad conſilium vocatus Medicus, deprehendit os tibiæ cum fibula eſſe fractum, quinque digitorum laritudine ſupra malleolum, ita ut pars tibiæ inferior fractæ, cum parte ſuperiori callo ad latus firmiſſime connexa fuerit, latitudine trium digitorum, fibula autem fracta inferior nuſquam firmata in muſculis oberraret, ut moto pede exacte ſentiri poſſet: ob callum firmiorem extenſionem nullam fieri prædixit, at rogatu amicorum inſtrumentum efformavit, quo utrumque os in diverſa trahebatur, ſed fruſtraneo conatu, cum cutis ſola eo uſque extenderetur, ut jam diſrumpi videretur, illa præſertim in parte, cui extuberantia oſſis ſuperioris fracti adnectebatur, Ideoque & hoc in loco, & alibi, vulnus metuendum eſſe adſtantibus monſtravit, juſſitque ut Chirurgi inſtrumentum remitterent, quia nec æger amplius perferre poſſet: Inflammatio ſtatim oborta, cui ſedandæ externa applicabantur, & ad doloris mitigationem interna propinabantur: Igitur abſciſſionem pedis ſuaſit Medicus, ut ad officium è lecto rediret; Sed æger acerbius credens mutilari quam extingui, maluit, perſuaſus quorundam agyrrarum blanditiis, ut inſtar oſſis fracti, jámque in ſuum locum repoſiti, pars deligaretur fortioribus adſtringentibus, atque emplaſtro catagmatico, quod abſque ulla ratione, aut conſenſu Medici, approbabant Chirurgi, unde dolores fere intolerabiles cum tumore novo ſurrexere: Quibus nihil proficientibus, ſero æger à doloris acerbitate & longo decubitu fere inſanus, tibiæ magis amiſſionem optabat quam cruciatus diuturniores: Die itaque 5. Martii 1655. operatio commiſſa eſt Chirurgo peritiſſimo, qui, carne prius ad os inciſa, nudatum os feliciter abſcidit.

Peractis deinde peragendis, Diſſecti membri cutem cum muſculis aperuit Medicus, calli formam luſtraturus: Oſſa tibiæ fractæ tanta firmitudine connexa erant, ut parvo cultello diſſolvere nequiverit: Oſſiculum autem acutiſſimum cuticula adhærebat tenuiſſima oſſi inferiori: Fibulæ oſſa fracta nullo modo conjungebantur, id quod ex commotione perſentiebatur antequam eſſent reſciſſa; Inferior pars oſſis tibiæ, ubi quædam cavitas conſpiciebatur, nigricabat & ſphacelum minitabatur: Optime inde convaluit æger & artificioſo pede amiſſi damnum compenſat. *Th. Bartholinus cent. 3. Hiſtor. 85.*

§. 10. Nob. quidam Pomeranus annos 44. natus, circa ſolſtitium hybemum anni 1593. graviſſimis in dextro humero, nullo vel tumore vel qualitare p. n. affecto, doloribus, nocturno potiſſimum tempore torquebarur: Quorum leniendorum cauſa primum Tonſoris cujuſdam opera uſus eſt, qui neglecta morbi cauſa, parti affectæ multis ſeptimanis medicamenra calida attrahentia & exulcerantia applicavit: Sed magis ſubinde auctis doloribus, & ſuccedenre inſuper femoris dexrri dolore, à me conſilium petiit: Urinæ tum erant aquoſæ & crudæ, appetitus mediocris, mens integra, vires tantæ ut interdiu cum dolores remitterent, in area domus obambulare poſſet, Etſi vero ipſi convenientia quædam remedia adhibebam, tamen parum aut nihil profeci: Cùm poſt me aliorum quoque Medicorum auxilium fruſtra expertus eſſet, omnem deincep; recuperandæ valetudinis ſpem abjecit: Porro Dominica Exaudi anni 1594, matutino tempore è lecto in ſellam ſublatus, maximo tremore & concuſſione totius corporis oppreſſus, eóq; ſimulac lectum repeteret iterum relevatus eſt: Eadē die circa veſperam doloribus Femoris ingraveſcentibus, contenra voce exclamare cœpit halt: halt: halr: Uxor iraque ipſius ad eum in lecto decumbentem accurrens, femur affectū utraq; manu cōprehendit; idq; media parte introrſum, verſus ſiniſtrum pedem ſubito inflecti atq; incurvari ſenſit, ſic ut genu dextri pedis inguen ſiniſtrum reſpiceret: Viſa tum eſt ægro arbor in pedem decidere, ejuſque caſu, in quo ſe manifeſtum fragorem percepiſſe ajebat, confringi. Cúmq; uxor & alii eadem cum ægro opinione eſſent, ac femur plane confractum eſſe arbirrarentur, ſequenti die Chirurgum pro curatione accerſiverunt, qui affectum locum diligentiſſime inſpiciens atque contrectans, præter inflexionem, quæ poſtmodum in dies

in dies magis magiſque aucta eſt, nullum vel fracturæ vel tumoris p.n. indicium in eo deprehendere potuit. Hanc femoris inflexionem octo diebus antecefferunt,& totidem etiam conſequutæ ſunt urinæ cruentæ, quæ tamen poſtea ad naturalem ſtatutum redierunt: Ratio quoque circa illud tempus ut plurimum turbata fuit, vires proſtratæ, dejectio appertius: Facta inflexione, æger cruciatus in femore ſenſit intolerabiles ut ſe loco dimoveri non pateretur, ſed quinque ſeptimanis continuis in loco immotus jaceret, donec tandem ipſa ſolſtitii æſtivi die vitam cum morte commutaret.

Mortuo ægro femur incurvatum nullo negotio extendi atque in priſtinum ſtatum reduci potuit, ac tum demum fractura, media ipſius regione, ſe conſpiciendam exhibuit, commiſſura partium fracti oſſis adeo æquali ac ſi ſerra eſſet inciſum: Similis fractura mortuo jam ægro, in medio quoque oſſis humeri dextri deprehenſa eſt, cujus tamen nullum ipſo adhuc vivente veſtigium animadverti potuit, & ſemihora ante obitum amici adſtantes utrumque brachium citra omnem difficultatem ab ægro elevari atque extendi videbant. *Jacobus Seidelius Obſervat. Med. iv.*

SCHOLIA.

PRæter cauſas fracturarum oſſium à *Galeno* 2. de Fracturis text. 9. enumeratas, facit & ipſorum fragilis conſtitutio, cujus cauſa parvum impetum non ſuſtinent: A carie imprimis, quæ luem ſequitur, fragilitas ea inducitur, maxime ſi inunctio mercuralis acceſſit: Mirandæ fragilitatis exemplū affert *M. Donatus* Hiſt. mirab. l. 4. c. 5. de quodam, qui arrepta mali aurantii parte, in ſocium antecurrentem projicienda, os humeri dextri ſibi perfregit: quo vix ferruminato, cum noctu, lectulo cubans, brachium alterum demitteret, matulam arrepturus, brachii os ſiniſtrum perfregit: Laboraverat autem is per plures annos lue Venerea ſæviſſima: Fuit & à *Capivaccio* commemoratum quod quidam nucleum amygdalinum pavimento illidere volens brachium fregerit: *Fabritius Hildanus* cent. 2. obſerv. 66. hiſtoriam affert Lugdunenſis cujuſdam, qui ſanus & valens dum cheirothecam induere leviſſimo conatu adnititur, brachii os, 4. aut 5. digitis infra humerum tranſverſum effregit: Qui tamen vel ullis ſe oſſium affectibus, vel à lue venerea vel aliunde contractis laboraſſe pernegavit: *Idem* obſervat. 68. narrat hiſtoriam mulieris 59. annorum, quæ mane recentem ſubuculam induens, manibus ſurſum exporrectis, brachii os magno dolore rumpi & conteri ſenſit, Quæ quoque ab ea lue ſemper immunis vixit: Cauſam autem eſſe putat venenum aliquod occultum, ab inſigni humorum corruptela profectum, quod totam oſſium ſubſtantiam quoquoverſum permeans, inenarrabili modo corruperit: In exemplo vero à *Seidelio* allato, cauſa fracturę non in oſſe femoris quærenda videtur, Sed in valida convulſione muſculorum id moventium, quæ os Femoris non obſequens, nec incurvari aptum diſruperit: Fidem faciunt comitantia & prægreſſa ſymptomata, tremor & concuſſio totius corporis, urinæ cruentæ, rationis perturbatio, &c.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QUARTI.

SECTIO VI.

De Luxationibus & Ambulatione læſa, aut Motu impedito ob Oſſium vitia.

OBSERVATIO I.

Luxatio vertebræ ſecundæ cervicis non ſemper illico lethalis. 1. Manuum & Pedum Eluxationes ob ligamentorum putredinem.

§. 1. RUSTICUS quidam ex arbore decidit, cervicisque vertebram ſecundam, prope atlantem (ut ex mortui ſectione obſervavimus) luxatam habens, hoc modo per quam plurimos dies vixit: Ubi alios brevi temporis ſpatio mortuos vidimus, quanquam admodum magna eſſet luxatio. *Domin. Panarolus Pentec. 2. Obſervatio 26.*

§. 2. In pueris guloſis frequentiſſime, ſi conſtitutio aëris præcedens fuerit valde humida, membra aliqua putreſcunt: quod vidi in filio mei vicini, inquo factæ fuerunt omnium articulorum pedis & manus eluxationes: atque ob ligamentorum putredinem, oſſa juncturarum ab obitu putrefacta apparuerunt. *Rondeletius Tract. de Dignoſcendis morbis.*

Observatio II.

Claudicatio pendens à cervice femoris fracta citra Luxationem.

§. 1. FElis, cum juvenis admodum dejecta fuiſſet per ſcalas, atque inde altero crure ſemper claudicaret, putabatur in lapſu illo luxationem eſſe paſſa.

At vero cum illam ſecuiſſem, inveni cervicem femoris fractam, capite ipſo femoris non luxato, in ſuo acetabulo etiamnum hærente: Hujus ſceleton etiam ſervavi vel propter hanc cauſam. *G. Hofmannus comment. in Galenum de uſu part. liv. xv. cap. ult.*

§. 2. Rariſſimi habendum loco exempli adnotavit *Paréus*, in viro ætatis conſtantis, quadraginta annorum, ſe epiphyſin hanc à reliquo oſſe avulſam vidiſſe: Valida quidem eſt connexio, ſed affluentibus humoribus ita laxari vincula horum oſſium poſſe, ut quod naturaliter unitum, divellatur vero admodum ſimile eſt.

Scholia.

INfantes licet multis aliis innumeris periculis ſint expoſiti, illorum tamen in eo præcipue miſera eſt conditio, quod capita oſſium, imprimis autem oſſis femoris, à reliquo oſſe recedant & divellantur, levi interdum de cauſa: Laxam hanc eſſe conjunctionem infantium tenellorum agnorum, &c. ſi coquantur, res ipſa docet: ſolis primis digitis leviter impreſſis ἐπιφύσεις à διαφύσει ſua liberari queunt: ſecuritas parentum ſi accedat, & nutrices nimis mature pedibus incedere & inniti jubeant infantes, jam huic malo aperta porta. In pueris & adoleſcentibus ſæpe eadem ſeparatio oſſis femoris ab oſſis cervice occurrit, & communiter habetur pro luxatione, magno cum ægrorum detrimento: διαγνώσεως error felicem impedit curationem: In utroque quidem caſu extenſio neceſſaria eſt, ſed tamen conducibilius eſt rem exacte tenere & judicio comprehendere *Rolfinccius Diſſertat. Anatom. lib. 2. c. 49.*

Hic *Rolfincii* locus mihi in memoriam reduxit quod hujuſmodi receſſum hujus epiphyſis antehac in uno aut altero viderim, qui a Chirurgis & aliis præſentibus Medicis pro Luxatione habebatur, licet caput oſſis femoris extra elapſum nuſquam elapſum ſentiri poſſet: interim tamen os femoris verſus poſteriora reflectebatur, ejuſque ſuperior pars ſine capite nonnihil ſurſum verſus aſcendere ſentiebatur, ſicque crus illud brevius evadebat altero: atque tunc temporis, etſi de modo hujus luxationis dubitaremus omnes, nemo tamen noſtrum de hujus epiphyſis receſſu ab oſſe cogitavit, quem tamen in iſtis ægris factum fuiſſe jam ſatis percipio. *De Diemerbroek, Anat. lib. 10.*

Observatio III.

Ambulatio læſa *ob cerebri, medullæ ſpinalis, articulorum omnium mollitiem.* 1. *Ob os Femoris acetabulo accretum, Femur altero brevius.* 2. *Ob Rotulam, ope calli genu annexam, Femur oſſi Tibiæ.* 3. *Ob tophos in Genu dextro, Serum in ſiniſtro Talo, Tendines contractos, aridos.* 4. *Ob pus collectum circa articulationem coxæ & femoris.* 6. *Ob acetabulum oſſis innominati amplius, caput inſertum iuſto minus.* 6.

§. 1. JOanna Pfeiffer à morbis complicatis extincta eſt: Illi cranium à teneris à copia humorum extenſum fuit, hinc caput proportionem corporis excedebat: Excedens illa cerebri humiditas ſpinam dorſi & procedentes nervos adeo irroravit, ut à quatuor annis ne ſuffulcris quidem incedere potuerit, & vix ſedere: Articuli omnes & oſſa inſtar ceræ flexilia. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 2. Habeo in Muſæo meo os Ilii, hominis ætate provecti: In hoc oſſe caput femoris ſuo acetabulo tam firmiter ſimul & eleganter innatum eſt, ac ſi cum oſſe coxendicis unum & quidem continuum eſſet os, ita ut an unquam ibi fuerit junctura, nonniſi artis peritis notum ſit. Ex oculari autem inſpectione etiam nunc manifeſtum fit, femur à majore ſive exteriore proceſſu, uſque ad interiorem ſive minorem, olim glande plumbea trajectum, mirumque in modum confractum, & quamplurima oſſicula extracta fuiſſe, hinc femur altero brevius evaſit: Globulum autem plumbeum prædicto modo os perforaſſe, inde coniicere licet quod foramen in oſſe circa proceſſum majorem, paruum, ex adverſa vero parte magnum exſtat, experientia enim docet globulum in ſuo ingreſſu parvum, in egreſſu vero magnum relinquere foramen: Porro cum femur tam prope iuncturam perforatum, mirumque in modum fractum comminutumque fuiſſet, dolores ingenres & affluxus humorum ſuperveniſſent, eroſa fuerunt ligamenra & cartilagines, ita ut caput femoris cum ſuo acetabulo mirando quodam modo in unum coaluerint. *Fabritius Hild. lib. de Ichore & melic. cap. xxv.*

§. 3.

§. 3. Habeo in Muſæo meo crus integrum hominis conſiſtentis ætatis, in quo femur cu oſſe tibiæ in genu ipſo, tam eleganter connexum eſt ut ne veſtigium quidem junctu appareat, Imo & rotula ipſa mediante callo tam arcte annexa eſt genu, ut nullomodo ſep rari poſſit, ſed ita incurvatum genu vt certum ſit hominem gralla inceſſiſſe. *Fabritius Hi lib. de Ich. & melicer. cap. xxv.*

SCHOLIA.

Frequentet poſt curationem ichoris & meliceriæ juncturam adeo rigidam & induratam remanere videmus, ut neque in hanc neque in alteram partem deflecti poſſit. Hic plerumque in longum tempus Chirurgos diu multumque laborare vidi, quo junctutatum nervos & ligamenta emollire poſſint, ſed oleum atque operam perdiderunt: Ichor enim ille qui ex toto corpore ad articulum vulneratum fluit, & acrimoniam contrahit, primo ligamenta & vincul quæ articulum cingunt, deinde etiam cartilagine quibus junctura incruſtata eſt, erodit & abſumit, hi fit ut oſſa à ſuis cartilaginibus & vinculis denundat inter ſe per callum (quod ante me nullus, quod ſciar obſervavit) tam firmiter coaleſcant ac ſi nunqua ea in parte fuiſſet articulus, quod allata exemp probant. *Idem.*

§. 4. *Ferdinandus iij* Romanorum Imper. (*Vide lib. 3. tit. de Vomitu*) infirmam eſt nact pedum conſtitutionem, plerisque Auſtriæ Ducibus familiarem, qua quidem factum eſt crebris artuum doloribus, h. e. Chiragra & Podagra à quinquennio adeo enervatus, ac ta dem uſu pedum omnino privatus, vitam ſedentariam ducere cogeretur: Et quidem te dines utrumque genu inveſtientes penitus contracti fuerint, nec illos ullomodo in rectu extendere, vel iisdem inſiſtere potuerit.

Dextro, mortui, diſciſſo genu, calcis tophi reperti, Siniſter talus acre ſerum in ſe conti nebat, utriuſque pedis motum impedientes: Tendines adeo contracti, rigidi & aridi, u in rectum extendi non poſſent: *W. Hæferus Hercul. Med. lib. iij cap. iij.*

§. 5. Puer 16. annor. ante menſes 10. petitus eſt ſetaceo in ventrem anteriorem: relatur ipſi alvum & veſicam involuntarie exercviſſe, cum procidentia paulo poſt ictum, nihilom nus perhibetur aliquot ſeptimanis poſt, ſublevatione oneris, in hoc vel alia mala incurriſſe Utut ſit, diſſectum abdomen, poſt claudicationem & varios affectus, repertum pus copioſu utrinque circa inguen & adenes, quod non ſolum capacitatem illam glandularum, ſed om nem circumcirca articulationem coxæ & femoris replevit, atque ſub cute peculiari mem brana, intrinſecus ab adenibus aſcendens, quidam tumor ad Ilium uſque, ex utraque part conſpiciebatur, ut mirum fuerit videre tamdiu pus retentum eſſe, neque tamen ad viſu aliquid ruptum apparuit. In dextro autem latere pus craſſius & albidius & quaſi ſebaceun videbatur. *Leonardus Doldius in ciſta Med. Hornungi Epiſt. 243.*

SCHOLIA.

Ea conjectura erat, ex ictu ſanguinem concretum hærentem circa alvum & veſicam urinariam, has partes comprimendo, exitum quæſiviſſe: eundem à glandulis receptum, & in pus mutatum, ac refluxiſſe etiam ad alterius inguinis glandulas hinc infra ſupraque repleviſſe, ut certe palmi latitudine utrumque (uttinque) ſimile ſacco in ſuum pus tunica lateret; excepto illo quod in articulatione & femo rum inteſtitio muſculorum continebatur, Alii tamen omnem hanc collectionem tribuebant rupturę inte narum partium, ex onere ſublevato, cum tamen nihi foris appareret, neque hernia aut ſimile quid aliud Et quia venter tandem intumuerat, alii viſcerum vi tium & hydropem vocabant. *Idem Ibidem.*

§. 6. Neptis quædam mea ſex præter propter annos nata, quod pes alter altero contra ctior eſſet, claudicabat: primum ad Operatorem quendam deducta, facili operatione ma nuum corrigebatur vitium, levi tantum tractione, quod brevius erat crus reddebatur alte ri æquale: ſed vix erat è manibus dimiſſa Magiſtri, ecce tibi malum integraſcit, & quam le viter correcta erat, tam ſubito redibat claudicatio: Convertuntur ergo parentes ad ho membrorum diſtortorum Correctores: irum eſt ad varios qui varie ſuam prodebant im peritiam: Alius Os innominatum ſuſque deque moveri dicebat, alius incurabilem eſſe morbum ſevere pronuntiabat, cur tamen ita eſſet non addebat: Non nego me diu admirabundum hæſiſſe in perquirendo cauſam hujus incurabilitatis, donec oblata eſt puella mortua quæ eodem morbi genere viva laboraverat.

Perſcrutanti regiones illas, occurrit oſſis innominati acetabulum debito largius multo & profundius: caput autem, quod ei inſerebatur, non tantum ei non proportionatum, ſed etiam præter morem exiguum, laxatis igitur nonnihi ligamentis ſurſum ac deorſum ferebatur caput oſſis femoris: Adhibita autem manu extrahebatur ad acetabuli anteriorem partem: Vnde apparebat qualis ſpes perfectæ aliquando ſanationis: Sed quis attingat medicamentis hæc relaxata vincula? aut quid juvent hic adhibita ferramenta? quibus nonnulli ita miſere eos quos curandos ſuſcipiunt, cruciant, ut fere præſtet in equuleo diſtendi quam in manus eorum incidere? *Th. Kerckringius Obſervat. Anatom. 61.*

Observatio IV.

Cervicis immobilitas *ob vertebrarum ligamenta indurata, & tophos innatos.* 1. *Totius ob oſſium omnium unionem.* 2. *Brachium inflexile ob oſſium in cubito agglutinationem* 3. Inflexio *Lumborum impedita ob ſymphyſin nativam vertebrarum lumbarium* 4. *Inflexio in anteriora impedita ob appendicem acutam in oſſe ſterno.* 5.

§. 1. IN ſeibus ſiccata humiditate, & intermediis ligamentis induratis, vertebras in unum coaleſcere notat *Pawius:* In Principibus perſonis, arthriticis & podagricis, non ſolum brachiorum & digitorum καμπὰς ſeu flexus, calce intenerata, ſed & cervicis vertebras rigidas obſervavit non ſemel, ita ut neque manum ori admovere, neque caput ad latera, niſi cervice & thorace ſuper lumbis moto, flectere potuerint.

§. 2. Ioan. Bertonius Medicus Sceleton mihi dedit, quem ego domi aſſervo, in quo oſſa omnia, i. e. omnes totius corporis articuli, à capite ad extremos uſque pedis digitos uniti conſpiciuntur: Romæ in Xenodochio incurabilium diu vitam traxit: vivens autem quem ſenem vidit dictus Medicus, nihil aliud movebat quam oculos, linguam, penem, abdomen thoracem: nam cartilagines quidem coſtis articulatæ erant, ſed nondum coaluerant, reliquæ corporis partes omnis motus expertes relinquebantur. *Columbus Anatom. lib.* 15.

§. 3. Habeo in muſæo meo oſſa ſiniſtri brachii, hominis conſiſtentis ætatis: In eis oſſibus cubitus non flectitur, ſed mediante callo omnino & undique, veluti ſi continuum eſſet os, agglutinatus atque coniunctus eſt: Quæ vero hujus affectus fuerit cauſa me latet, in cœmiterio enim reperta fuere: Arbitor tamen fracturam & vlcera circa cubitum adfuiſſe, idque inde coniicio quod etiam nunc callus exuberans in ipſo humeri ſeu brachii oſſe appateat: fracturam hancce ſequutam fuiſſe inflammationem & affluxum humorum maximum, nec non circa cubitum abſceſſum veriſimile mihi videtur: hinc ab humore acri qui ob doloris vehementiam ad articulos ſauciatos cum impetu ſolet fluere, ligamentis . . . ac putrefactis humor ille lentus qui articulis ineſt effluxit; poſtea quoque à prædicto humore iſto acri *cruſtula* illæ *cartilaginea*, quæ appendicis oſſium regunt ſimiliter *eroſa* fuerunt, ita quidem ut partes ſpongioſæ apophyſium, tam oſſis humeri, quam etiam radii minoris & focilis majoris, ſeſe ad invicem attigerint, inde nutrimento ad utrumque os delato, callum productum fuiſſe cenſeo: Ab ipſo porto callo articulus, uti dixi, veluti vinculo ferreo colligatus fuit. *Fabritius Hild. Obſervat. lxxvij. cent. iij.*

Scholia.

C*Ruſtulæ cartilagineæ eroſæ*] Ipſa etiam oſſa pueri ab acri deſtillatione tartarea ſic eroſa memorat *I. Rhodius* cent. 3. obſ. 92. ut in coſtis tanquam ſtillicidii veſtigia in oſſa coxendicis deſinerent.

§. 4. Anno 1673. Gen. Capitaneo Fabritio Genevenſi, milites conſcribenti in urbis vicinia, ad reparandam cohortem, obrulit ſe juvenis Friburgenſis Helvetius, proceræ ſtaturæ, peregrinantis amictu, ex iis qui D. Iacbi fanum adeunt: Huic paucos poſt dies cum cæteris commilitonibus in pago ſemihoræ ſpatio ab Vrbe diſſito, lacui vicino, Vangeron dicto, jurgium intercedit, Solus octo ex illis oppugnat, duos poſternit, ſex vulnerat, tandem pluribus vulneribus confoſſus occumbit: Obſervatum eſt illum in dimicando nunquam corpus inflexiſſe, ſed erectum ſemper gladium evibraſſe: Tunc rigida hyems erat, ac foſſa ſuperficiaria cadaver conditum: Moniti aliquot Chirurgi, cadaver cymbæ impoſitum trans lacum evehunt, ac ſceleti gratia, quod perito Chirurgo L. Baily conſtructum à Anatomico cultro expoſitum fuit atque ab eo annoratum vertebras lumbares lineis quidem diſtinctas omnino tamen nativa ſymphiſi colauiſſe, ut ideo inflectendi corporis negata eſſet poteſtas.

§. 5. Obſervavimus in ſene appendicem in oſſe ſterno, indicis digiti latitudinem adequantem in fine acuminatam; Ille ſe flectere haud poterat in anteriorem partem, terram verſus, ſine moleſtæ puncturæ ſenſu. *Rolfinccius Diſquiſ. Anatom. lib. 2. cap. 4.*

Observatio V.

Statura recta impedita ob magnæ arteriæ duritiem infra & ſupra Renes ac omentum ventri adnatum.

EPiſcopus de Wetta non potuit recte ſtare, ſed ſemper coactus erat aliquot annos incumbere alicui pulpito: Poſt mortem diſsecto corpore *arteria magna*, Infra & ſupra renes quatuor digitos, *dura* erat & vitri in modum frangibilis: Omentum præterea adnatum erat ventri, umbilico excepto. *R. Solenander conſ. Med. ſect. v. conſ.* 16.

Scholia.

A*Rteria magna dura*] *Coiter* lib. Obſervat. Anat. Chirurg. *ait* à fide dignis ſibi narratum Patavii à Falloppio diſſectum fuiſſe cadaver cujus arteria aorta tota erat oſſea.

ANATOMIÆ

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QVARTI.

SECTIO VII.

De Decubitu ſupino aut in Latera impedito.

Observatio I.

Supinus Decubitus impeditus ob ventriculos cerebri aqua diſtentos, unde inſomniorum, tremoris cordis &c. Origo. 1. Ob ſeri deſcenſum in quartum ventriculum

§. 1. ACademicus Oxonienſis, hydrope pectoris extinctus, poſtremo morbi decurſu, ſomnum niſi prona facie & inclinato capite capeſſere non potuit: enim capite in pulvinar reclinato ſomno ſe componeret, intra tertiam hor. partem horrendis inſomniis & terroribus triſtis ſemper evigilavit: quin & tremore cordis & ejuſdem oppreſſione maxima diu poſtea afflictus fuit.

In cerebro autem poſt mortem aperto Ventriculi aqua ſumme diſtenti reperiebantur nulla autem præterea notabilis culpa in toto capite apparuit. *Richardus Lower Tractat de corde p.m.*158.

SCHOLIA.

Q*Væ incommoda ex Supino decubitu obveniant, & quæ ſanis conveniat, juxta leges circulationis ſanguinis, oſtendit eo loco Clar. Lovver*; Cum motus cordis debilis intermittens eſt, hos capitis affectus ſcil. vertiginem, ſcotomiam, caliginem oculorum & leipothymiam inducit: Quorum ſymptomatum ratio in hoc ſita eſt, quia, cum ſpiritus animales vitaque ipſa à continuo ſanguinis appulſu dependent, ſi curſus ejus ſiſtatur paululum, aut ſufficienti copia non ſuppeditetur, tum propter ejus defectum caput ſtatim vacillat, oculi caligne obducuntur, & tota corporis compages in pronum ruere apta eſt; atque ideo ſyncope affectos in dorſum & humum ſternimus ut citius ad vitam reſtaurentur, quoniam ut cor debile fuerit, poterit tamen in eo ſitu ſanguinem, quaſi ductu horizontali in caput proiicere, quanquam in erecto corporis ſitu ſanguinem eo ſuffundere non potuerit, ex cujus influxu ſenſus & vita redit, & imago iſta noctis ſtatim evaneſcit: Ex adverſo autem, ubi cordis motus corripitur, & ſanguis impetuoſe nimis in caput traiicitur, membranas vellicando & ſuccutiendo capitis dolorem infert, & ſpiritus animales per ſomnum in cerebro concentratos, & quaſi ab opere feriantes, rapidiore ſuo motu exagitans & loco pellens vigilias inducit, non abſimili forſan ritu ac juxta lenem & placide murmurantem rivulum ſomnus nos cito occupat: at juxta vortices & cataractas terrore potius excitamur & expergiſcimur: Atque hi ſunt effectus præcipui qui motus cordis varios velut umbra corpus ſequuntur, Oſtendendum, vero quomodo fluxus ſanguinis, pro diverſo corporis ſitu & figura alteretur, & quid alterationem iſtam conſequitur.

Quemadmodum (ut prius dictum) pro animalium diverſitate influxus ſpirituum in Cor diverſus quoque eſt, Ita pro vario corporis ſitu & figura ſanguinis per partes fluxus diſcrimen ſubit: Cum enim certiſſimum ſit ſanguinis venoſi refluxum non ab attractione cordis ulla, ſed à propulſu arterioſi ſanguinis provenire, facile eſt concipere quantum partium quoque ſitus ad facilitandum motum conferat: Veluti enim in homine, cum in pedes erigitur, ſanguis à venis jugularibus, & vena cava deſcendente citius & facilius ſuo quaſi pondere in cordis ſinus delabitur (ſimili modo atque venæ in manu elevata mox vacuæ, in demiſſa vero turgidæ & plenæ cernuntur) qui vero eſt in partibus inferioribus, vena cava aſcendente, difficilius & contra naturam ſuam, ſolum ab arterioſo ſanguine verſus cor propellitur, & vi quadam urgetur, in planum autem jacente corpore ſanguis æque facile ab utriſque redit: Operæ pretium erit advertere in quo membri ſitu ſanguis citius partem eam pervadat, & quid citior & tardior ejus curſus producat: Prout itaque nox & dies, ſomnus & vigilia, mutuo ſe excipiunt & vices mutant, ita ſitus corporis humani, pro naturæ indigentia, erectus aut proclivis eſt. 1. Itaque in homine erecto, quoniam ſanguis à ſuperiore corpore nullo fere alterius adminiculo ſatis facile in cor defluit, & ſanguis ab inferiore parte corporis non niſi ſanguinis arterioſi impulſu, & quandoq; muſculorum contractione in exercitio ægre uſq; ſurſum urgetur: Ideo circuitũ ejus in partibus ſuperioribus celeriorem quoq; fieri neceſſe eſt, quod & poſtea magis patebit. 2. In proclivi autem corporis ſitu, cum corpus à motu quoq; quieſcit, prout partes extremę magis reliquo corpore elevātur, ita circuitus ſanguinis cuius aut tardius per illas expeditur: Effectus autẽ & incommoda quæ celerior aut tardior ſanguinis tranſitus in partibus poſt ſe relinquit, duo præcipue ſunt, 1. Humoris ſeroſi accumulatio. 2. Caloris vitalis diminutio, Quæ & in extremas corporis partes (pedes & caput) maxime

ɪdundant. 1. In pedibus, præſertim morbidorum, ꝛ eorum qui exercitio commode uti non poſſunt, am ſanguis ægrius (dum erecti ſunt) verſus cor ſcendat, ideo ſtagnatione ſua & tranſitus mora vaſa apillaria minora ſua copia diſtendit, & in habitu orporis aggeritur, unde pedum tumores œdematoſi hydropici: Rem ita ſe habere conſtat, quoniam um lecto ſe tradunt, & pedibus cum reliquo corpore in ſitu æquali collocatis recumbunt, ſerum illud um venoſo ſanguine per circuitus reſorbetur, unde artibus iterum inanitis tumor ante proximum diem rorſus evaneſcit: 2. Præter autem humorum congeſtionem, & tardiorem in partibus inferioribus cirulationem, etiam caloris diminutio ſupervenit; am utut de die minus frigoris ſentiatous, quia exeritio & ambulatione ſanguis uſque propellitur, & roinde novo ſanguini, & à cordis quaſi incude aduc recenti via aperitur: In lecto autem repoſiti, ſi edibus reliquo corpore declivioribus quieti nos tadamus, non ante incaleſcent quam pedibus nagis elevandis lectus componitur: Cujus hæc raio eſſe videtur, quia ex elevatione iſta ſanguis venoius citius à pedibus recedit, & proinde liberius & opioſius ſanguis arterioſus influit, & cum illo calor n partem reſtituitur: Atque adeo hoc familiare eſt lerisque frigidioris temperaturæ hominibus, quoum ſanguis feroſo latice magis abundat, ut propter rigoris ſenſum ſomnus non ante obrepat, quam lectus ad pedes altius erigendos de novo ſternitur: Ut utem pedes propter tardiorem ſanguinis venoſi recurſum intumeſcunt & infrigidantur: ita cerebrum, i caput in ſomno nimis demiſſum fuerit, licet calvariæ integumento incluſum frigus minus ſentiat, quia amen ex iſto ſitu ſanguis non ita facile redit, inundaionem & irrigationem nimiam confitetur: Quis enim ex illis eſt qui ita cubat, quin proximo mane de capitis torpore, ſomnolentia, gravedine, aurium tinnitu, faciei intumeſcentia conqueritur? qui omnes affectus poſtquam expertectus eſt, & ſanguis denuo humores iſtos in tranſitu reſorbens ſecum in cor detulerit, paulatim evaneſcunt.

Hic vero paucis oſteodendum quis capitis ſitus inter dormiendum maxime ſaluti confert: In quantum igitur cerebrum humanum Rete mirabili, quod ſeri ſuperflui partem à ſanguine excipiat & à cerebro prævertat) omnino deſtituitur, atque vaſa ſanguifera, tortuoſo licet ductu ad frangendum ſanguinis impetú formata fuerint, cum tamen illibatum in cerebrum deponunt, Ideo fieri non poteſt quin ſeroſior & aquoſior ſanguis, præſertim ſuper planum jacente corpore & capite pariter reclinato in cerebrum influat: Cumque præterea in ejoſmodi ſitu ſanguis in caput ſuffuſus, non tam prompte & ſubito quam cum erecti ſumus à capite recurrat, neceſſe omnino eſt ut ipſum, & præterea totum ſyſtema nervoſum à nimio ſero irrigent: Id quod malo ſuo experiuntur quotquot affectibus ſpaſmodicis, hydropi cerebri, vertigini, paralyſi, ſenſuum torpori & hujuſmodi capitis morbis obonxii ſunt: Si enim capite demiſſo, & cum reliquo corpore æquali, ſomno ſe tradant, propter cerebrum & nervos ſero nimis irrigatos, proximo mane de vertigine, ſcotome, capitis gravedine, membrorum tremore, linguæ balburie, totius faciei tumore paſſim queruntur & præ ſe ferunt: quin ſæpenumero inter dormiendum, aut turbulentis inſomniis aut incubo tentantur, & toto mane inſequente torpidi & graves ſibi videntur, ſomnumque vix aut ne vix diu poſtea excutiunt: E contra qui capite altiore decumbunt, quia ex ſitu iſto ſanguis, ejuſque ſerum, ſuo pondere a cerebro facile delabitur, ideo dulces & quietos, licet breviores ſomnos capiunt, & proximo mane multo alacriores & vegetiores evigilant, & ad omne opus & ſtudium magis prompti atque expediti ſunt: Atque hic obiter notandus peſſimus aliquorum mos, qui nocturnis & ſeris potationibus indulgent, quo cerebro nihil magis injurium poteſt eſſe, Cum enim ob ſitum corporis proclivem urina à renibus ſecreta non ita facile & prompte, uti cum erecti ſumus, in veſicam per ureteres delabatur, Cumque veſicæ cervix ex proclivi ſitu, urinæ pondere oon adeo gravetur, atque ſpiritibus per ſomnum in cerebrum aggregatis & quieſcentibus veſica ejus oneris ſenſum non ita percipiat, ſed officii quaſi oblita, ea copia urinæ aliquando diſtenditur, ut majori recipiendæ ſpatium vix detur, inde fit ut ob impeditum per renes & ureteres urinæ decurſum, in totum corpus regurgitet, hinc in cerebrum affluxus, inde paralyſis, tremor, hydrops cerebri, lethargus aut apoplexia.

Quia autem ſupinus corporis ſitus ad planum proxime accedit, oſtendendum etiam quid incommodi ex iſta corporis poſitione in ſomnis evenit: Quod ut clarius fiat, præmittere oportet animalium cerebra pro diverſa corporis figura varie quoque conſtituta eſſe, nullibi vero magis, quam quoad ſinus & ventriculos cerebri diſcrimen occurrit, In quadrupedibus enim, quæ prono in terram capite feruntur, uti cerebellum ſupra cerebrum aliquantulum incumbit, ita & ſinus laterales inter utrumque deſcendentes, ſuperiores quoque ſunt, & ventriculus pariter quartus cerebello ſubjectus ſupra reliquos cerebri ventriculos collocatur: In homine autem, cui caput ſupra reliquum corpus eminet, cerebrum utique cerebello incumbit (intercedente tamen dura matre, & ad utrumque calvariæ latus ſatis firmiter attenſa, ne cerebellum pondere ſuo comprimat) pariter quoque & ſinus laterales magis in demiſſo ſiti ſunt, & ex latere inferiore occipitis utrinque oblique feruntur antequam in venas jugulares terminantur, unde fit ut proſtrato in lectum corpore, ex ſupino ejuſdem ſitu, ubi collum occipite magis attollitur, ſanguis in venas jugulares aſcendere potius quam influere neceſſe habet, *atque hinc eſt quod ob retardatum ejus motum & circuitum, continuo aggeſtus, nec facilem exitum nactus, profundas iſtas foveas utrinque in occipite imprimit, atque prout homo in hoc aut illud latus quieſcere ſolet, ita ſinus illi plus in uno latere quam in alio ſemper excavantur, prout cuilibet internam occipitis partem, in quo cerebellum recumbit, contemplanti facile patet*: Ob ſanguinis autem refluxum impeditum, & vaſorum exinde intumeſcentium, foveas iſtas in occipite imprimi, ex hoc conſtat, quia ſupra ſinum longitudinalem, e quo ſanguis ſatis libere decurrit, ne minimum ejus in calvaria veſtigium extat, niſi in inferiore parte, ubi in ſinus iſtos laterales ſeſe exonerat: Si vero refluxus iſta cohibitio in tam durum os temporis tractu adeo valeat, ut ſinuoſos & profundos tractus ineo ſibi excavet, quanto magis ſanguis ipſe ejuſque ſerum in cerebrum redundet ipſumque aggravet? & licet venæ omnes ſanguinem qoaquaverſum à cerebro excipientes, in ſinus non directe aperiantur, ſed velut ductus communis in duodenu aut ureteres in veſicam, ſcil. intra duplicaturam duræ matris aliquanto ſpatio incedant: Et quod maxime obſervari dignum eſt, non oſculis verſus occiput (qui rectior exeunti ſanguini)

ſanguini)in ſinus laterales via foret)ſed verſus fronté, retro quam curſus ejus eſt, apertis hiant; quo fit ut intùs,ſpaſmis, &c. in venas cerebri à ſinubus refundi aut urgeri non poſſit: ſed quo magis ſinus ejus copia turgeſcunt, eo magis duplicaturam iſtam comprimendo, regurgitationem ejus in venas prohibet: At vero quocunque modo, ſive in ſinubus ſive in venis ſiſtitur, malum tandem in cerebrum reſilit, atque inibi futuris morbis & materiam congerit, & fomitem abunde ſubminiſtrat: quippe Serum ob hujuſmodi cauſas inter anfractus cerebri accumulatum, piam matrem eouſque diſtendit, donec tandem vel acrimonia ſua eam erodit, vel copia perrumpit, unde in baſin cerebri defluens, medullam oblongatam atque nervos ex ea ortos ſtagnatione ſua corrumpit, aut acredine ſua continue laceſſit, unde hydrops cerebri, convulſiones & dirus morbi apparatus in capite accumulatur: Si vero illud ſerum à ſubſtantia cerebri imbibatur, paralyſes, ſenſuum torpores, lethargum, ſomnolentiam, alioſque graves affectus capiti inducit.

§. 2. Adoleſcens phthſicus per plures hebdomadus non potuit ſupinus in lecto decumbere, quippe ab illo ſitu convulſionès patiebatur: Poſt obitum ingens ſeri flavi & ſalſi copia intra omnes ſeri ventriculos fluitabat, qui capite reclinato in quartum ventriculum, ſupra medullæ oblongatæ caudicem prolaberetur, convulſiones ciebat. *Willis Pathol. cerebr cap. v.*

Observatio. II.

Decubitus in ſiniſtrum latus moleſtus ob tumorem inflammatorium in parte ſiniſtra Pulmonis. 1. Ob tumorem in parte dextra pulmonis 2. Ob Pulmonem ſiniſtro latere conſumptum 4. Decubitus ſupinus & ad latera impeditus ob arctam pulmonum cum thoracis coſtis omnibus anterioribus cohæſionem. 5. In ſiniſtrum impeditus ob dextrum pulmonem coſtis affixum. 6. Omnino impeditus ob Pulmonum cohærentiam cum coſtis, vertebris & diaphragmate. 7. In lævum latus impeditus ob Pulmonem utrinque coſtis & diaphragmati adnatum. 8. Ob pulmonem coſtis & diaphragmati adnatum, cum cordis eroſione. 9.

§. 1. Vir Ill. febre continente prehenſus cum ſpirandi difficultate & tuſſi, &c. Non poterat in ſiniſtrum latus niſi cum difficultate decumbere: Secto illius cadavere, inventus fuit tumor in parte ſiniſtra Pulmonis. *Lelius à Fonte. Conſult.* 32.

S C H O L I A.

Compreſſa parte ſiniſtra affecta ab occurſu coſtarum & à ſuperincumbente onere partis dextræ Pulmonum: Alias familiare eſt Peripneumonicis, quibus utraque pars phlegmone obſidetur, quo aëri introeundi facultas concedatur, ut ad erectum corporis ſitum cogantur, quod ſic thorax facilius dilatetur, nec ut in decumbentibus in ſe concidat, eo quod pectoris partes in ſpinam declinant, qua erecta thorax etiam ſimul fertur, non amplius ſeipſum gravans, ut *ait Galenus* 4. de loc. cap. 1. Bronchia præterea eo in ſitu apertiora manent, nec à parenchymatis mole comprimuntur: At in dicto Ægro ſalva fuit & incolumis pars dextra pulmonis, ut reſurgere coactus non fuerit, ſed ſupino in decubitu permanere, virium debilitati convenientiore.

§. 2. Quidam decumbere neque in ſupimis neque in laterá poterat, cum dyſpnoea, &c. Thorax vniverſus aqua erat plenus, In dextro Pulmone tres lobi digiti craſſitie & longitudine, *lib. 2. ſect. 2●. Obſ.* 12.

§. 3. Vir Nobilis multis annis phthiſicus, Pulmones habebat dextri lateris duplo majores ſolito, Vnde forſan Cauſa quod æger ſemper in latus dextrum, etiam invitus decubuerit. *Vide lib. 1. tit. de capitis dolore.*

§. 4. Obiit quidam vera phthiſi: In cadavere dextrum pulmonem plane conſumptum invenio: Pulmonem autem illi conſumi præſagieram ex copioſo pure, & dextrum quidem ex denegato in ſiniſtrum latus decubitu, &c. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 5. Novi Nobilem qui à diuturna capitis diſtillatione in ſpirandi difficultatem ſine ſtertore inciderat, atque malo progrediente eo devenerat, ut in alterutrum latus, dextrum videlicet & ſiniſtrum non ſine labore & anxietate quadam cubare poſſet, In dorſum nequaquam, ob ingentiſſimos dolores & cruciatus, quos in ſpinam jacendo, juxta anteriorem thoracis partem experiebatur: In ventrem autem commodior minuſque moleſtus huic erat Decubitus: Vitam hanc miſeram hiſce tormentis menſibus & annis duxit.

Diſſecto cadavere, obſervatum fuit Pulmones thoracis coſtis omnibus anterioribus ita pertinaciter hærere, ut nonniſi cultello ſejungi poſſent. *Zecchius conſultat.* 1.

SCHOLIA.

IDem l. c. diſquirens cauſas difficilis in latus ſanum Decubitus, cujus cauſa difficilis reddebatur reſpiratio, An id contingit, *ait*, quia cum pulmones lateris ſiniſtri, qui à dextris ſeparantur, multis excrementis pituitoſis repleti, ideoque ægre ſequentes, cubante ægro in ſiniſtrum latus, à dextris pulmonibus concidentibus preſſi, ægrius etiam atque difficilius ita ſequuntur, ut parum alacriter ſpiritus edatur? Quod autem hoc tempore oppoſitum doleat latus, id in morbum quendam à veteribus diſſimulatum reiiciendum puto, nimirum in quandam p. n. pulmonum ejuſdem lateris, cum membrana coſtas internas veſtiente pertinacem adhæſionem, unde in Decubitu ad ſiniſtrum latus eo tendentes dextri lateris pulmones, & membranam cui hærent, quaſi ſecum trahentes & diſtendentes, doloris in parte ſunt in cauſa: Hippocr. quidem lib. de. Loc. meminit thoracis cujuſdam affectus pleuritici, in quo pulmones pituitoſi humoris interventu coſtis agglutinantur, Sed morbus hic brevi dierum ſpatio, videl. in 7°. die ſolvitur: At vero ille de quo nunc, ſi inter initia non curetur, menſibus & annis progreditur, nec niſi cum ægri vita finitur.

In ventrem autem commodior.) Hippocrates tamen In coacis lib. 3. tract. 1. §. 13. Aegrum jacere in ventrem, ſi eſt inſuetum, malum eſſe dicit, quia delirium indicat & circa ventrem labores: Ad quem locum *Duretus*, In omni habitu decumbendi, nullius eſt majore naturæ egreſſio, nec magis actio indecora, quam ejus qui fit in ventrem: Itaque ſi nulla excuſatio eſt conſuetudinis, nec partis afflictæ, certum eſt ægrum regi dementia &c. Excuſatio autem hic eſt partis afflictæ, Ex ſupino enim decubitu aut ad latera, avulſio fiebat violenta & diſtractio pulmonum gravium à pleura cui cohærebant.

§. 6. Obſervavi in Nobili juvene phthiſico dextram pulmonum partem magis affectam, adeo coſtis inviſcatam, ut potius lacerata fuerit ſubſtantia ejus in aperto cadavere, quam à coſtis evelleretur. Ille dum viveret decubitum in partem ſiniſtram non ferebat.

SCHOLIA.

ACcidit cum pulmones afficiuntur gravis Decubitus, modo in partem affectam, modo in oppoſitam, juxta affectus variationem: Fit primo gravis in partem oppoſitam, 1°. cum Pulmones coſtis adhærent, & cum illis inviſcati ſunt, ita ut ex decubitu convelli videatur pars affecta; ut in dicto Juvene 2°. Cum Pulmo tumore aliquo apoſtemoſo afficitur, vel repletione pituitæ, ratione cujus multum graviter in oppoſitam partem non fertur decubitus, ob compreſſionem alterius partis non affectæ: In parte vero affecta Decubitus non fertur, cum ipſa inflammatione laborat, Et maxime ſi minus affecta pars pituita repleta ſit; Cum vero omnes partes Pulmonum, vel ſaltem internæ afficiuntur, & magna fit reſpirationis anguſtia undequaque comprimuntur. Ideo Decubitum ſecundum nullam ferre poſſunt, ſed ſtare coguntur, ut accidit in aſthmate: Si tamen affectus non ſit interior, nec in omni pulmonum ſubſtantia, non ſolum decumbunt in quodliber latus vel poſitionem: *Sebaſtianus Naſius meth. med. Parte 2. pag.* 298.

§. 7. D. *Marcus N. (lib. 2. Tit. de difficili reſpirat.)* decumbente toto morbi decurſu non potuit, dies noctesque in ſedili tranſigens: Pulmones coſtis, vertebris & ſepto tam arcte cohærebant, ut violenter ab iis partibus divellendi fuerint.

§. 8. Puella annos quatuordecim nata patiebatur dolorem in ſumma ſcapula ſiniſtra cum febre, à cujus invaſione notavimus quod cum dolor prædictus in eadem parte fixus permaneret, neque ad thoracem ullo modo perringeret, tamen non poterat in illud latus decumbere quin ſtatim tuſſi corriperetur &c. Diſſecto ejus cadavere inventus eſt pulmo coſtis utrinque & diaphragmati undique adhærens, tum etiam pericardio &c. *Riverius obſervat. 77. centur.* 1.

§. 9. Fibia D. N. febre correpta cum cardialgia &c. non poterat in ſiniſtrum latus decumbere quin ſtatim cardialgia & tuſſi corriperetur, ita ut perpetuo ſuper latus dextrum decumbere cogeretur: Aderat etiam per intervalla dolor lateris pungens, qui magis urgebat cum ægra in latus ſanum decumberet; Et contra gravior erat difficultas ſpirandi quando ſupra latus dolens decumbebat: Pulmo coſtis undique & diaphragmati adhærebat: Cor media ſui parte fere, quæ diaphragma reſpicit, exeſum atque ulceratum &c. *Vide Tit. de Hæmoptyſi.*

Observatio III.

Decubitus impeditus ob cavitatem thoracis ſero repletam. 1. Decubtius in dextrum latus impeditus ob puris copiam in ſiniſtro latere, Abſceſſum in eodem. 2. In ſiniſtrum, ob cavitatem dextram aqua plenam, Pulmonem ibidem conſumptum. 3. Ob aquæ libras vi. in cavitate dextra 4. Supinus & in latera *ob aquam totam replentem.* 5. 7. *Supinus impeditus ob mediaſtini inflammationem.* 6. *Decubitus dexter impeditus ob copiam puris inter coſtas & pulmones.* 8. *In latera impeditus ob aquam in cavitate dextra, Pulmonem cum pleura ibi corrupta, Ventriculum tumidum.* 9. Siniſter *ob cyſtin humore plenam in ſiniſtro pectoris latere.* 10. Dexter, *ob propendentiam ſacciformem in diaphragmate.* 11.

§. 1. Henricus

§. 1. HEnricus N. orthopnoea laboravit, cujus occaſiones omnium capeſſere non po-
rat, ſed ſemper erectus ambulare cogebatur: Capacitas thoracis ſero erat refe-
Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.

SCHOLIA.

SEro erat referta.] Apud *Balloniun* lib. 1. Epid. pag. 17. Ioh. Platearii vidua hydrope pulmonis laborabat, quo interiit. Difficultatem ſpirandi per annos xxx. habuerat: In dextrum latus facile declinabat, in ſiniſtrum non poterat citra ſyncopen: E capacitate thoracis aquæ libræ ſex putrentis educuntur. Hic & illic difficultas occurrit: In *Henrico* quidem, cur erectus facilius ſomno fruebatur, cum pondere aquarum diaphragmatis motus ſiſti debuiſſet, contra decumbenti facilior eſſe reſpiratio, eo ſarcina & pondere liberato: An quia ob decubitum, pulmones ejuſque bronchia, ſero ſurſum remeante, aerem facilius admiſerunt? Cur item *Platearii* vidua (è cujus capacitate thoracis aquæ libræ ſex eductæ ſunt) facilius in dextrum latus declinare potuit, ſi æqualiter aquis obrutus thorax? An forte unum tantum latus, idque dextrum, obſeſſum, læſo autem forte inter diſſecandum mediaſtino, in vtrumque ſerum confluxit vnde totum thorax occupatus creditus? An ex decubitu in ſiniſtrum latus, tota aquarum moles illuc corruit, quæ cordi moleſtiam peperit, eoque majorem quod aquæ illæ erant putrentes & fœtidæ, unde ſyncope? Nuperis diebus, exeunte ſcil. Novembri anni currentis 1678. obiit D. *Enemond*, Forenſis Scriba, vir ſexagenarius, univerſam Indiam Occidentalem peragraverat: V- erat illi fuſca & humilis: Laboravit ille ſimul phl- hydrope abdominis & thoracis: priorum duo- affectuum clara erant indicia: poſterioris apud ſuſpicio vel conjectura: Somnum, nonniſi erect- ſicut *Henricus* capeſſere poterat, metu im- nentis ſuffocationis: facillime excreabat mater- purulentam, ut hinc oppreſſionis Pulmonum, difficilis ſpirationis cauſa arceſſenda non videat- Neque à mole aquarum abdomen obſidentium, n- enim opera ab iis liberatus fuit, morſulis ſcil. de r- choacanna (facillime enim erat ſolutionis) diure- corum uſu, & hepat roborantium, adeo ut in menſtruum ſpatium & abdomen & tibiæ omni- detumuerint: De ſuperſtite autem Hydrope pecto- conjectura fuit, quod nihilominus ſtomachi oppr- ſio æque pertinax fuerit, quæ à pauciſſimo cibo tendebatur: Firmior vero acceſſit conjectura ex ſpirio ingruente ſomno, & manus, aliquot ante o- tum diebus, tumore oedematoſo: Paracenteſin thorace demortui, nedum cadaveris apertion- à vidua conſequi licuit, quo res aliis dubia inn- teſceret.

§. 2. Puellus decimeſtris tabidus interiit: Ante obitum citra inſignem ejulatum dext- lateri incumbere non poterat: In ſiniſtro thorace inſignis puris copia deprehenſa, In ſur- ma parte, eodem latere, juxta claviculam abſceſſus aderat ingens, tertiam cavitatis parte implens. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

SCHOLIA.

INſignis puris copia.] Inter ſigna Empyematis pectoris, ejuſdemque hydropis, recenſetur *Decubitus* in ſanum latus difficilis, quia materia peccans in tali patientis ſitu pulmones adeo comprimit, ut libere moveri nequeant: His adjunge *Reſpirationem*, in inſpiratione tantum difficilem, ob pulmones propter materiam collectam libere ſe expandere non valentes, Facilem vero in exſpiratione, cum materia ſuo pondere pulmones comprimat: *Pulſus* celeres, ve- hementes, frequentes, parvos, inæquales, inor- natos. *Febrem* prægreſſam cum accidentibus veh- mentioribus: *Inundationem* quæ interdum in tho- racis cavo percipitur. *Tuſſim*, tunc ſaltem empy- mati conjunctam, ubi materia in bronchiis pulmo- num continetur, interiorem aſperæ arteriæ tunica- vellicans.

§. 3. Sartor aſthmare diu laboraverat: in ſiniſtrum latus cubare non poterat: In thoraci cavitate dextra aquæ ad ℔ x v. reperio, Pulmone ex ea parte prorſus conſumptio. *Vide Ti- de Phthiſi lib. 2.*

§. 4. N. Vidua in dextrum latus facile declinabat, in ſiniſtrum non poterat citra ſyn- copen; E capacitate thoracis aquæ libræ ſex putrentis educuntur. *Ballonius Epid. lib. 1 pag. 17.*

§. 5. Cachecticus difficulter ſpirabat, neque ſupinus neque in latera decumbere pote- rat, Thorax univerſus aqua cruenta repletus erat. *Vide lib.3.tit.de Cachexia.*

§. 6. Quidam quoties quieſcere ſupinus cupiebat, ſtatim animo deliquio corripiebatur Membranæ in eo interſepientes maxime erant inflammatæ. *Vide lib.2.tit. de Syncope.*

§. 7. Rever. N. febre prehenſus, ſedens tantum & erectus ſpiritum ducebat: Vniverſu- illius thorax aqua pura plenus inventus & in ſtupenda copia. *Lib.2.tit.de Dyſpnoea.*

§. 8. Iuvenis inter 6.& 7. coſtas vulneratur, ſiniſtro latere: Quatuor ab acceptis vulneribus diebus, gravitas in parte percipitur, ut decumbere in dextrum latus minime poſſet: Ingens inventa copia puris inter thoracem & Pulmones. *Vide tit.de vulneribus.*

§. 9. Virgo febre maligna prehenſa, dolores ſentiebat in regione Hepatis, nulli Lateri incumbere potuit: Hepar erar durum, tuberoſum: Thoracis cavitas dexrra aqua putrida plena: Pulmo dexter cum pleura corruptus: Ventriculus fæcibus & flatibus diſtentus. *Vide tit. de Febribus.*

§. 10. Puella

§. 10. Puella quædam ægre admodum & lente ambulabat, magna eum difficultate aſ-ꜝndebat, nec unquam ſiniſtro latere proſtrata jacere poterat: Aperto thorace, comperi ꜝntum ejus dextrum latus integrum: In tertia circiter ſiniſtri parte continebatur cyſtis ꜝlena liquore cremoṭi ſimili, ad quantitatem circiter trium pintarum &c. *Vide Tit. de Pecto-ꜝs dolore lib. 2.*

§. 11. Puellus trimus cum dyſpnœa & tuſſi ſicca dextro lateri plurimis ſeptimanis in-ꜝmbere non potuit. In ſiniſtra parte abdominis obviabat magna diaphragmatis propen-ꜝentia inſtar ſacci, purulentia, è totali ſuppuratione ſiniſtri lobi Pulmonis, infarcta. *Vide ꜝt. de Febribus.*

Observatio IV.

ꜝecubitus in latera *impeditus ob* meſenterii *incrementum. 1. Ob* Iecur *tumidum, hydropem* pectoris. *2. Ob vomicam hepatis. 3. Ob Abſceſſum regioni hepatis adnatum. 4. Ob adhæſum* Hepatis *cum diaphragmate. 5. Decubitus omnis impeditus ob hepar infarctum, Pancreas maximum. 6. Ob vitium Pancreatis. 7. In* latus dextrum *ob Lienem juſto majorem. 8. In latera ob Lienis magnitudinem, Pulmonis ſiniſtri adhæſionem. 9. In dextrum latus impeditus ob grandem calculum in rene dextro. 10. 11.*

. 1. SCoto dolor erat in hypochondriis, lumbis &c. Supervenit tumor circa coſtas nothas, poſt late diffuſus, adeo ut dorſo ſemper miſer incumbere cogeretur: Cum ꜝyloro induruerant pancreas & meſenterium, inque molem ſupra modum latam, longam ꜝc craſſam excreverant, multumque ponderantem &c. *Vide lib. 3. tit. de ventris dolore.*

§. 2. Seren. Venetorum Dux febre affectus typum duplicis Tertianæ ſervante, inter alia ꜝymptomata difficilem habuit ad latera decubitum. Aperto cadavere Iecur tumidum reperꜝum &c. Cavitas pectoris ℔ v. circiter aquoſæ materiæ continebat. xx. *Georgius Hieronym. ꜝelſchius Epiſagm. Obſervat. vij.*

§. 3. Civis Noribergenſis de moleſto quodam hypochondrii dextri dolore &c. conqueri ꜝcpit, neutrique lateri incumbere potuit, tamen facilius dextro atque ſiniſtro, ad quod ꜝuid ponderoſi in corporis commotione perlabi ſenſit. &c. Aperto cadavere inventa vomica ſimæ parti Hepatis connata &c. *Vide lib. 3. de* Hypochond. *dolore.*

§. 4. Matronæ in dextra parte, ad Hepatis regionem membranæ adnatus erat abſceſſus, ꜝnde in illud latus decumbere non potuit. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 5. D. N. de ſtomacho querebatur cum pondere, nec in latus alterutrum decumbere ꜝoterat: Hepar, quod putre, ſuperiore parte adhærebat diaphragmati: Pulmones fere puꜝres. *Vide tit. de ventricul. dolore lib. 3.*

§. 6. Vir Nob. dolore hypochondrii dextri per plures annos conflictatus, cum ventriculi ꜝ& diaphragmatis compreſſione: Sub morbi finem dyſpnoea, dolore ejus lateris & abdoꜝminis ita erat vexatus, ut neque in dorſum nec in latus poſſet recumbere, ſed cogeretur ꜝreſidere in lecto. Hepar repertum magnum, multis abſceſſibus refertum, & materia quaꜝdam indurata: Pancreas erat admodum magnum. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 7. Iuvenis à febre quartana in eas redactus anguſtias ut nequiverit unquam in cubili quieſcere, ſed vel pronus conſidebat in ſedili, vel caput in lecto habebat ſublime, interdicta ipſi quaſi omni decumbendi copia &c. Huic poſt mortem invenit Anatome inter alia, Pancreas ſupra infraque ut exuberans ac turgidum, ſic intus ſordido pure ac ſordida pituita infarctum &c. *Tulpius lib. iv. Obſervat. cap. 32.*

§. 8. Cuidam Lien quadruplo auctior, durior repertus: Incumbebat vivus dextro hypochondrio ægerrime, ſiniſtro facilius, pondere enim lienis ſentiebat inteſtina gravari. *Vide lib. 2. tit. de Dyſpnoea.*

§. 9. Ioh. N. de doloribus hypochondriorum conqueſtus, in neutrum latus decumbere poterat: Lien putris in magnam molem excreverat: Lobi pulmonis ſiniſtri adhæſerant coſtis, &c. *Vide tit. de Febribus.*

§. 10. Hydropici & phthiſici ren dexter in orificio vreterum grandem calculum condebat, acutum &c. alioſque alibi minores & arenulas infinitas, quæ cauſa eſt quod in dextro latere æger fuerit decubitus. *Bartholinus cent. 2. hiſtor. 37.*

§. 11. Matrona de dextri præſertim lateris dolore, ita ut nec contactum aut decubitum in illam partem ferre poſſet, conquerebatur &c. Mortuam cum ſecarem, dextrum renem tumidum in immenſum increviſſe deprehendi, in quo per medium diſſecto calculus juſtæ magnitudinis excreverat, ſinum ſecundum omnino adimplens &c. *Ex Obſervat. Fel. Plateri.*

Observ.

Observatio. V.

Supinus Decubitus impeditus, & Status celſus moleſtus ob Iecur induratum, Pancreas maximum.

§. 1. ILluſtris Thuanus conquerebatur de ſenſu ponderis ad regionem ſtomachalem dum ſtaret vel ambularet: At incurvus ſedens, vel in lecto recumbens, nullum aut exiguum tumorem percipiebat: Iecur illi erat induratum, rotundum, Pancreas mole & pondere Iecur æquabat. *lib.3.tit.de ventris dolore.*

SCHOLIA.

I*Ecur erat induratum.*] Agnoſcitur ſcirrhus tactu, niſi cum venter flatibus intumuerit, tunc enim hepar infra reſidet, muſculi ventris ſurſum elevantur à flatibus, qua occaſione decipiuntur Medici cum venter detumuit, quia duritiem vel tunicam viſcerum inveniunt: Memini me vidiſſe quendam, qui tales tumores duros à paucis diebus factos eſſe aſſereret, quod tunc primum apparerent: Aegrotantes ſunt interrogandi num gravitatem & pondus ſentiant in hypochondriis, vel ſi dolorem ſentiant circa homoplatas, aut claviculas, ſi in utrumque latus *Decumbere* poſſint, Nam qui tumores illos habent, nonniſi ſuper partem affectam dormire poſſunt aut quieſcere, non in latus contrarium, vel ſupra dorſum: *Rondeletius Practica cap.* 35.

Pancreas mole & pondere &c.] Cum Pancreas à ventriculo tegatur, tumores, illius difficillime tactu deprehendi poſſunt: Non exigua tamen eorum conjectura haberi poteſt ex iis quæ in *Thuano Riolanus* annotavit, ſi nempe ponderis & gravitatis ſenſus in regione ventriculi percipiatur, & nullus tumor nullaque durities in hypochondriis appareant: alia tamen obſtructionum latentium indicia adſint, qualia in hepatis, lienis ac meſenterii obſtructionibus propoſita ſunt: Quibus addi poſſunt dolor & alia ſymptomata ventriculi propter viciniam patientis, reſpiratio difficilis ob ſepti compreſſionem. Quibus ſignis alias conjecimus nos Dom. N. ſcirrhum habere in Pancreate, eumque etiamnum tactu deprehendere potuimus, manu ad latera ventriculi verſus medium profundius adacta, cum eſſet valde macilentus, & duritiem in ea parte animadvertimus, quæ digitis compreſſa dolorem ipſi non mediocrem inferebat: Et in ſcorbutici diagnoſi hoc annotavimus, in omnibus prope ſcorbuticis tumores hujuſmodi pancreatis generari, cum in iis anguſtia, oppreſſio & gravitas in regione ventriculi percipiatur; *Riverius Practica lib.* 13. *cap.* 4.

Observatio VI.

Decubitus in latera & ſupinus impeditus ob calculum in veſica. 1. *Supinus impeditus ob molem uteri.* 2. 4. *Ob conſtitutionem varicoſam Iliacarum venarum.* 3. *Ob uteri molem immenſam, aquam in abdomine.* 4.

§. 1. IUvenis excarnificatus à duobus calculis in veſica vrinaria, clanculum latitantibus, coactus fuit integrum annum ſedendo tranſigere, & continenter caput ita ſublime habere ut nunquam id licuerit ipſi in pulvinar inclinare, quin Tetano corriperetur, &c. *Tulpius lib.* 3. *c.* 2.

§. 2. Viduæ N. venter intumuit ſicut prægnanti; ſi antrorſum propenſa ventrem ſcamno imponens ſuffulciret, majorem quam ex cubatione, aut alio ſitu levationem ſentiebat: Uterus ad libras lxxxvij. mercatorias ponderavit. *Lib.3.tit.de ventris tumore.*

§. 2. Mulieri venæ duæ ab Iliacis ad umbilicum uſque aſcendebant, pollicis craſſitie: Secundum mulieris motum maximus fiebat fluxus & refluxus: Si ſupina decumberet ſtatim ſyncope corripiebatur: Venæ illæ dextra & ſiniſtra, in unum coeuntes globum, in umbilici regione terminabantur: Vmbilicus ipſe, aperta vena umbilicali, Iecur, continuo impulſu ſanguinis percutiebat. *Vide tit.de Tumoribus.*

§. 4. Mulier querebatur de dolore ventris, lumborum & anxietatibus circa præcordia, quæ augebantur dum capite demiſſiore decumberet, ut ſemierecta continuo quieſcere teneretur: Ingens aderat tumor rotundus in abdomine cum copioſa aqua; quem uterum eſſe cognovi ex adhærentibus illi teſticulis, tubis &c. *Vide tit.de ventris dolore lib.* 3.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QVARTI.

SECTIO VIII.

De Arthritide, Podagra, Iſchiadico dolore.

OBSERVATIO I.

Arthride diu afflictorum membra affecta exeſa reperta ſunt.

IN *Arthriticis*, *Podagricis* maxime, *membra intrinſecus* diuturnitate adeo perforari ductibus ſinubuſque oblongis anguſtis, atque ſi tineis vel xylocampis exeſa eſſent, ſectio oſtendit, præſertim carnoſis in locis muſculorum, quorum ſpatia nervi, citra omnem annexum pervadunt, per quæ & *defluxiones*, *nervi ductum comitata*, feruntur, à quibus & continua deſtillatione humoris ampliata ſpatia, veluti attrita, vel levi ex cauſa humores commotos *ſuſcipiunt*; unde præcipue accidit, ut diuturna Podagra laborantes facile in hunc affectum incidant, malumque ſit propter organi hoc vitium immedicabile: Impediri tamen poteſt ad tempus ſi corpus non admodum exagitetur, atque adſtringentium uſu, quibus membra laxata nonnihil coarctantur: *Platerus Obſervation. lib. ij. pag. m.* 510.

SCHOLIA.

I*N arthriticis membra intrinſecus.*] Locum affectum, fluxionem Arthritidis parentem, ex capitis interioribus manantem, Articulum eſſe cenſent qui illam ſuſcipit, illiuſque interiorem ſedem affici plerique credunt, ideo quod dolor iuxta articulos, eoſque mobiles, potiſſimum ſentiatur, vel potius quod per motum articuli dolor augeatur: Verum cum Articulus mobilis intrinſecus ex duorum oſſium extremorum mutuo nexu componatur, nulloque perioſtio toto hoc ſpatio, quo invicem juncta ſunt, inveſtiatur, ſed cartilagine ſolum incruſtetur, nulluſque nervus hæc loca ſubeat, & proin hæc omnia ſenſu Tactus deſtituta penitus ſint, dolor in interiore hac ſede articulorum fieri nullo modo poteſt: Vti neque in articuli femoris interioribus, ubi licet teres ligamentum ſit, cum tamen illud cartilagineum & inſenſile exiſtat, illius cauſa dolor aliquis in eo loco ſuboriri poteſt: Dein & cum oſſa in articulis adeo exacte junguntur, ut nullum ſpatium inane relinquatur, atque in ambitu articuli extrinſecus membranea ligamenta illis connata ambientiaque, ea penitus occludant, ut nihil ad interiora illorum perferri poſſit, quo pacto humor arthritidem gignens eo perveniet? cum nulla ad hæc loca pateat via, neque vena aliqua hæc loca ſubeat, Præterea, cum ligamenta foris articulum ſtringentia inſenſibilia quoque ſint; vel ſi aliquem ſenſum à perioſtiis quibus adnaſcuntur, ſicuti aliqui putarunt, ſumunt, illeque obtuſus admodum ſit, quomodo ſi illic articulus afficeretur, tantus dolor, uti in arthritide fit, naſceretur? Vti neque tendinum illic inſertorum cauſa fieri poteſt, cum & illis vel nullum aut obſcurum ſenſum ineſſe tactus facile dijudicet: Ad hæc tumor exterius prominens, & ab articulorum regione aliquouſque interdum expanſus, & dolor aliquando ab articulo procul diſtans, alias ab collateſe extendens, in articuli ſtructura dolorem hunc evenire minime oſtendunt: Sicuti & hæc quod gypſea illa materia, nodi tophique, quæ arthriticis quandoque prodeunt, non ſemper juxta articulos, ſed & aliis vicinis in locis ſe offerant: & licet ipſis in articulis plerumque naſcantur, illique ſpatio temporis ob indurata potiſſimum ligamenta, nodoſi fiant, non tamen dolorem idcirco in articulum conſtituentibus partibus inſenſibilibus fieri comprobant, cum illic tandem ob cauſas alias accedentes nata, niſi vicinas partes ſenſiles afficiant & pungant dolorem alioquin nullum afferant, ſed articuli motum potius figant, illiuſque formam vitient, doloremque non poſſit niſi partis ſenſilis affectæ cauſa, quæ in articuli ſtructura, uti dictum, non invenitur, evenire: Ob quam cauſam dolores arthriticos, non articulorum, ſed illis vicinarum partium ſenſibilium accidere certum eſt, quales ſunt nervi, ſimulque partes, ob diſperſos per eas nervos, nervoſæ dictæ, muſculi ſcil. ipſiſque connatæ membranæ.

Arthriticis, *Podagricis.*) Quod hæc circa articulorum regionem potius quam alibi patiantur & afficiantur doloreſque illic frequentius occurrant, cauſa eſt nervorum circa haſce ſedes concurſus, & quod eo pervenientes, in anguſtioribus hiſce locis coerciti certis membranis & ligamentis vincti retineantur, & ad articulorum motum plicentur, cum alibi liberi citra connexum, & recti per corpus incedant, unde & fit ut cum materia aliqua in hæc loca anguſtiora & curva defluit, illic facile ſubſiſtat, nervoſque afficiendo dolores ejuſmodi excitet: Qui dolor tamen, ſi humor defluxus extra articulorum ſedem in aliis anguſtiis, vel indirectis ductibus, per quos nervi feruntur, quoque figatur, & eo in loco tunc concur-

concurrant, vti in Coxendico dolore, qui ſupra illius articulum plerumque in lumbis, illic vbi quartus nervus ad crus deſcendens, e cavitate coxendicis extrorſum reflexus curvatur, hærente humore evenire ſolet, poſtea que vlterius defluente eo, ſedem mutare, & nunc circa coxæ, nunc circa genu articulum in poplite, ad quem hic nervus pervadit, nunc in pede magis affligere: Quod & ſi in homoplata ſit dolor, hac ratione ſæpe contingere conſuevit: vti & ſi copioſa ſit materia, non vno loco, ſed diverſis hærere atque affligere, & illis quoque in anguſtiis, vbi nervi per oſſium foramina tranſeunt, vt in ſpina dorſi, maximeque vbi reticularis nervorum plexus juxta cervicem in brachia, & juxta lumbos in crura nervos promit, facile ſubſiſtit doloreſque movet. *Platerus Praxeos lib. 2. cap. 16. p. 582.*

Continua deſtillatione humoris) Quæ ſit natura humoris Arthritidem parientis variæ ſunt ſententiæ, quas ad examen revocat Excell. *VVillis Tract. de Anima Brut. parte 2. cap. 14.* Materies morbifica, *ait*, videtur nec *Sanguis*, nec *ſuccus Nerveus* per ſe eſſe; Nec etiam vnicus aut ſimplex humor ab eorum alterutro depoſitus. Sanguinem ab hoc cenſu merito eximimus, quia dolores iſti corpora, vt plurimum exanguia, eaque fere tantum infeſtat. Nam licet in vicinia ob impeditum ſanguinis curſum tumor ſine phlogoſi interdum eveniat, tamen iſte non morbus ſed ſymptoma eſt, atque arthritidi plerumque ſupervenit: Porro tumores podagrici rarò aut nunquam ſuppurantur, quod certe indicio eſt nequaquam eos à ſanguine, ob plenitudinem propriam aut ſeroſam extravaſato, ſed in circuitu, ob partium nervoſarum corrugationes, impedito procedere, Porro *ſuccum nerveum*, (vtcunque acris aut acidus, videlicet pungitivus vel vellicans ſupponatur, dolores arthriticos per ſe non excitare conſtat, quia tunc affectus æque in aliis quibuſque partium nervoſarum ductibus, ac in oſſium internodiis dolores accerſeret.

Propter eandem rationem improbabile eſt humorem, aut materiem quamvis ſingularem excrementitiam aut ſuperfluam, à ſanguine vel ſucco nerveo depoſitam, dolores arthriticos inferre; Quippe ſi talis ſolummodo per nervos deferretur, non primum in pede aut articulis extremis, verum in toto itinere, nervoſum genus irritando, dolorificas moleſtias ſeriatim & tractu continuo excitaret. Quod ſi juxta *Hollerij, Sennerti* &c. ſententias ſtatuatur *impuritates* quaſdam à ſanguine efferveſcente deciduas, & ab articulis ſuſceptas, inſultus Podagrici cauſam materialem eſſe, tunc ſequeretur omnes qui arthriticis affectibus ſunt maxime obnoxii, etiam in ſanguinis efferveſcentias febriles maxime proclives eſſe, atque efferveſcentiam febrilem morbi iſtius quemque inſultum præcedere, quorum neutrum verum eſſe obſervatio communis teſtatur. Nam Arthritici, quaſi cum privilegio (nempe ob ſalinas humorum dyſcraſias) diatheſi febrili immunes habentur: Porro inſultus arthritici, abſque ſanguinis turgeſcentia immani, aut ebullitione ſæpiſſime improviſo exoriuntur, & ſtatim ab initio atroces ſunt. Quod etiam arguit materiem morbificam, haud ſenſim in parte affecta, velut in minera deponi, & dein plenitudine ſua excitare dolores: Ita namque ſi haberet, morbi initia & incrementa ſemper gradatim facta, & longiora & durabiliora magis eſſent, neque affectus, (vti crebro aſſolet) ſtatim vehemens, ſubinde ſedem ſuam mutaret, atque brevi in vno loco evaneſcens, mox emergeret in alio.

Cum itaque humor quiſpiam ſingularis (qualiſcunque ſupponitur eſſe) pro inſultus arthritici apparatu haud ſatis efficax videtur, ſtatuamus oportet in morbi hujus foco, ſive minera, (ſive vnica ſive multiplex fuerit) *ſuccos plures fermentativos* & non facile miſcibiles coire, dein ex eorum lucta & efferveſcentia fibrarum nervearum vellicationes dolorificas exoriri. Sed ſiquidem experimento ſatis vulgari liquet *Sales* in ſtatu diverſimodo poſitos, alios nempe alkalizatos, alioſque fluorem adeptos, ſive acetoſos invicem commiſſos, admodum ebullire & efferveſcere, eorum humiditate in coagulum album & duriuſculum faceſſente, prout inſtantia notiſſima, quando Spiritus Vitrioli oleo tartari affunditur, manifeſto liquet; Quidni pariter ſimile quidpiam in paroxyſmis arthriticis fieri putemus? Nempe à liquorum quæ ſunt diverſæ indolis ſalinæ, pugna & mutuo conflictu fibras nerveas acriter pungi & irritari, & demum à variis vtriuſque ſucci coagulationibus *materiam tophaceam* calculoſam in locis affectis interdum congeri.

Vt genuinam arthritidis materiem apte deſignaremus, huc referri oportuit quæ alibi de Partium ſolidarum nutricatu à nobis dicta ſunt, Enim vero in munus iſtud, tum ſanguinem tum Liquorem nerveum tributa ſua conferre oſtendimus: Nempe cum ſuccus nutritius e ſanguine per arterias ad omnes totius corporis partes defertur, liquorem alterum à cerebro per nervos eorumque appendices diſpoſitum, priorem iſtum actuare, & velut ſpiritu afflato proinde ut fœcundus, & quaſi fertilis factus, in partis alendæ poros & meatus facilius inſinnetur, eiuſque ſubſtantiæ aſſimiletur. Quæ ſuper his olim diſſeruimus, hic non repetemus: quod ſpectat ad rem præſentem, advertimus humorem nutritium à ſanguine diſtributum, e ſpiritu pauxillo, aqua, terra & ſuphure copioſis, atque ſalis aliquatenus volatiliſati modico conſtate: porro dum materias nutritia diſtribuitur, ſiquidem particulæ eius cuique parti alendæ proportionari, & juxta ipſam manere debent, idcirco dum ſpirituoſæ cerebro, & ſulphurea carni, parenchymatis & pinguedini deſtinantur, maxime ſalinas & fixiores circa oſſium internodia deponi, iiſque dein, liquore nervo fœcundante, aſſimilari oportet.

Quod ſi ob ſanguinis dyſcraſiam vitioſam, particulas ſupra modum ſalinas & fixas in articulis deponi contigeret, iiſque ob incongruitatem, ſive mineram quandam morbificam accreſcerent: Attamen non propterea paroxyſmus arthriticus, ſed membri affecti gravitas ſolum & languor excitari ſolent, quæ ſæpenumero abſtiſtentia, aut exercitio, aut pharmacia tolluntur, particulis extraneis diſcuſſis, vel in ſanguinem reſorptis.

Sin vero liquoris nervei à volatilitate in fluorem acerbariſive acetoſitatem degeneris, particulæ fluxionibus ſubinde exortis & uberi nimis copia in articulos deſcendunt, quatenus ibidem aliæ cum minera ſalina, ſive lixiviali prius aggeſta

 effer-

effervеſcunt, paroxyſmos arthriticus cient.

Itaque materies ſalina, ſive tartarea, à ſanguine arterioſo circa oſſium intercapedines depoſita, morbi huius quaſi ſemén fœmininum eſt, quod tamen, vberi licet copia aggeſtum, per ſe infœcundum prorſus (quaſi ovum ſubventaneum) exiſtit, donec liquor nerveus turgeſcens, recrementa acetoſa ſe decidua in prioris focum dimittit, quæ velut ſemen maſculinum, mox alterum prolificum reddunt: Nam in quantum binæ iſtæ particulæ, quæ diverſi ſtatus & originis ſunt, occurrunt & mutuo congrediuntur, membranarum ac tendinum fibras vellicant, adeoque paroxyſmum arthiricum cient, cuius ſedatio à particularum utriuſque generis acrium mutua ſubactione & difflatione omnino dependet.

Quoad cauſas procatarcticas, has dicimus eſſe *Materiam ſalinam* e ſanguine in articulis depoſitam, atque *recrementa acetoſa e liquore nerveo* in eundem locum demiſſa.

Primo itaque mineram einſmodi ſalinam circa oſſium intercapudines deponi, plane arguitur à ſubito ac impruviſo morbi inſultu, eiuſque ſolutione difficili, quippe materies haud ſimul ac ſemel tam uberi copia in locum affectum influeret, & paroxyſmum ita gravem ac diuturnum excitare poſſet: præterea ſiquidem dolores intra aſſuetum uſque focum repetunt, videtur eorum fœteatio ab ovo alicubi prædiſpoſito certiſſime pendere: Quod autem materies iſta non ſit mere excrementitia, ſed ſucci nutritii verſus ſalem fixum degeneris portio, partibus ibidem oſſeis deſtinata, coniicere licebit quoniam humor mere excrementitiur loco affecto moleſtiam continuam & tumorem inferret: Inſuper hoc plane convincitur ab Arthtiridis curatione per torturam aut amputationem adhibita: quippe authores fide digni in ſcriptis referunt membro, cui ægritudo inſidere ſolebat, amputato, aut graviter vulnerato, morbum ſine recidiva ceſſaſſe: pariter quidem ac odontalgia graviſſima ac diuturna affecto dente evulſe ſæpiſſime curatur.

Quod ſi humor arthriticus (uti vulgo fertur) bilioſus, aut pituitoſus aliuſvè mere excrementitius eſſet, iſte mox ad alium membrum poſtquã prius affectum amputaretur, affluens, mineram ibi morbificam novam excitaret, hoc autem in articulis quibuſdam aſſuetis ſolummodo contingit, quatenus pars hæc vel illa debilior facta, portiones quaſque fæculentiores facilius in ſe admittit, eaſque neque aſſimilans, nec amandans, in mineram mobificam accreſcere ſinit: Porro in eandem partem, ob debilitatem eius, etiam humoris nervei recrementa acetoſa promptius decumbunt.

Cæterum ad morbi huius procatarxin ſalinam ſalinam in articulis jaciendam, haud tantum mébri affecti debilitas, ſed longe potius ſanguinis dyſcraſia confert; utriuſque rationes & fiendi modos expendamus.

Et 1. Sanguinis culpa eſt, quod elementares particulæ, & præſertim ſalinę, in ſtatu idoneo non fuerint: Illæ nimirum intra maſſam ſanguineam mediæ inter fixitatem & volatilitatem conſtitutionis eſſe debent: Fixæ dicuntur quandiu ſulphuri ac terræ conbinatæ, iis pertinaciter adhærent, prout obſervare eſt in urina recenti ac cruda, e qua per diſtillationem nec ſalem neque ſpiritum facile prolicies: Atque particulæ ſalinæ *volatilizantur*, quando ſulphure ac terra relictis ſpirituoſis adhærent, cumque ipſis avolant, uti cernitur in ſpiritu urinæ poſt longam digeſtionem deſtillato: Dein media inter has conſtitutio eſt, quando particulæ ſalinæ à particulis ſulphureis & terreſtribus laxantur adeo & diſſociantur, ut data occaſione à ſpirituoſis facile apprehendi ac una aſcendere poſſint, ſicuti habet in urina per digeſtionem putrefacta, à qua leviſſimo calore ſpiritum & ſalem urgebis: Pariter in corpore animatu particulæ ſalinæ intra chylum in fixitatis gradu eſſe videntur, e quo tamen per coctionem inviſcenbus ritè peractam paululum evadere incipiunt; in ſucco nerveo iſtæ volatilizantur, atque in maſſa ſanguinea conſtitutionis mediæ ſunt, nempe, quæ circulatione diuturna, vel digeſtione exaltantur adeo; & quodammodo volatiles fiunt, ut partim particulis ſpirituoſis aſſociatæ, cumque iis in cerebrum exſtillatæ in ſpiritus animales evadant, partimque in ſuccum nutritium una cum ſulphureis aliiſque abeuntes, partibus ſolidis inter *alendum accreſcant.*

Quod ſpectat ad cauſas Evidentes, de quibus *Liquor nutritius* è ſanguine articulis allatus, *ſale fixo* nimis imbuitur, & ob quas hæ partes ad ſuſcipiendum quod iis improportionatum eſt nimis promptæ ac faciles evadant, illarum præcipuas, cum variæ ac multiplices fuerint, hic breviter perſtringemus.

Levi ex cauſa humores commotos ſuſcipiunt) Diſpoſitio hæreditaria primo utramque labem producere ſolet; quippe arthritici ut plurimum gignunt arthriticos, atque morbus hic à parentibus in natos deſcendens, in utriſque non modo pares fructus, & circa eaſdem ætatis periodos maturatos habere ſolet, ſed plerumque in iiſdem membris primas radices agit & ſimiles ubique progreſſus obſervat.

2. Cæterum vero Diatheſis arthritica, abſqua labe originali, ſæpe ob malam victus rationem & errata in ſex non naturalibus infertur: Nam qui crapulæ indulgent, atque imprimis ſi alimentis ſalſis veſcuntur facile hunc morbum contrahunt; etenim hoc ritu chylus nonnihil indigeſtus, atque particulis effetis & inidoneis præditus, in viſceribus paratur; dein à largiori vini potu craſſamenta ſalſa & fæculentiæ heterogeneæ, quæ alioquin in primis viis ſubſiſterent, nimis exaltata, in ſanguinem deferuntur, quibus in victus enormitatibus ſi otium & alia accedant, proinde ut nec ſupetfluitates exhalent, nec impuritates ſalinæ, quo minus circa articulos ſubſidere poſſint, ab exercitio diſflentur, certe plus nimis ſeminis hujus alkilizati in uberem morbi Articularis ſegetem confereтur.

3. *Articulorum debilitas* & diſpoſitio arthritica, non tantum hæredirara, ſed ob varias occaſiones crebro excitatur; Materiæ morbificæ decubitus hanc ſæpe inducit, nam ſi fuere contigerit in hac aut illa parte primum arthritidis paroxyſmum extitiſſe, in iiſdem poſtea membrum humor peccans facilius decumbet, & brevi quaſi nidum ſuum, ubi ova continue deponantur, conſtituet: Præterea item ſolutio continui, noxa à frigore, madore &c. non raro arthriticã diatheſin ciet

11. At vero ut ſanguis mineram ſalinam pro ſeminio morbido conferat, & articuli eam prompte ſuſcipiant & recondant, hic tamen apparatus abſq; ſeminii alterius acceſſu, inſtar ovi ſubventanei omnino ſterilis & infœcundus perſtat, quia ad morbũ

hunc

hunc in actu conſtituendum, requiritur ut *liquor nerveus*, forte turgeſcens, impuritates ſalinas alterius conditionis, nempe *acetoſas*, effervefcentia quadam deciduas, mineræ priori quaſi ſuccendiculum ſuffundat: Quare alteram morbi arthritici procatarxin in humore nerveo, eiuſque *affluxionibus acetoſis* ſtatuere viſum eſt: Et quidem liquoris hujus particulas Salinas, à volatiliſatione in fluorem degeneres, acidas evadere pluribus inſtantiis & rationibus; tum olim ſæpius, tum ſupra, hoc in tractatu, oſtendimus. Attamen ad morbi hujus apparatum, non requiritur totam ſucci nervei maſſam continue acetoſam evadere, Verum ſufficit ejus, vel portiones in cerebro, aut alicubi in nervoſo genere depravatas, vel recrementa hic illic depoſita ejuſmodi indolem contraxiſſe, à quibus poſtea turgeſcentibus, cum particulæ ad mineram ſalinam in articulis reconditam accurrunt, modo prædicto paroxyſmum arthriticum cient. Enim vero fluxiones acetoſas, ab humore nerveo profectas, crebro accidere experimento notabili manifeſte liquet, videlicet frequenter adverti, Nervoſi generis pathematis obnoxios, quandoque levem in toto corpore rigorem (qui partiu omniu fere nervoſarum corrugatio eſt) paſſos fuiſſe, & deinde ſtatim affectionem ſpaſmodicam ſucceſſiſſe, quo tempore urina valde copioſa & limpida, quæ ſaporis lixivialis aut nitroſi (quem alias ſemper habuit) expers, valde acetoſa, quaſi merum acetũ eſſet, reddebatur: indicio ſane luculento humorẽ in partibus nerveis, ad plenitudinem aggeſtum, & turgeſcentia oborta commotum, affectiones ſpaſmodicas intuliſſe, cumque iſtius portio exundans in glandulis deponeretur, mox illinc venarum, aut lymphæductuum commeatu in ſanguinẽ reducta, urinę acetoſę profluvium excitabat: Pariter equidem ab eodem humore in minote copia turgeſcenti, ac uſque intra ductus nerveos manente, intraque articulos ſubſidente, inſultus arthriticos exoriri putamus: Profecto materiæ arthriticæ partem à *cerebro & nervis* procedere argumentum eſt, quod plerique huic morbo obnoxii, cum paulo ante paroxyſmum de capitis gravitate & hebetudine cum vertigine & ſomnolentia querantur, quamprimum dolores arthriticos pati incipiunt, velut nubibus à cerebro diſcuſſis, ingenio mox liberiore, cum magno & inſolito acumine fruuntur. Præterea cum morbi hujus inveterati quandoque plures ſunt mineræ ſalinæ, in diverſis membris diſpoſitæ, obſervare eſt dolores ut plurimum loca ſuperiora primo invadere, & dein gradatim ad reliqua deſcendere quare cum initio forſan vertebræ cervicis laborant, mox brevi poſtea ſcapulas, aut alia brachii membra, dein lumbos aut iſchiada, ac ultimo crurum articulos, primo hos, dein illos inferiores morbus occupabit.

Continua deſtillatione humoris ampliata ſpatia veluti attrita) Sic Gutta cavat lapidem non vi ſed ſæpe cadendo: At præter defluxionis aſſiduitatem & ῥευματικὴν διάθεσιν, humoris illabentis inſignem acrimoniam, ab admixtis ſalibus pendentem incuſare oportet, quæ ſinus in partibus excavet, atque ſi tineis vel xylocampis exeſæ eſſent: hinc A. *Parem* venenatam, malignam & occultam materiæ qualitatem agnoſcit, non ſimplicem humoris intemperiem.

Spatia per quæ defluxiones feruntur] Partis recipientis & deducentis diſpoſitio plurimum facit ut in hanc vel illam partem defluxio potius cadat, ſæpeque redeat: Talis eſt viarum nervis alioquin & reliquis vaſis, quæ cum nervis corpus pervadunt, deſtinatarum, ſediumque, quæ circa articulos ſunt nimia laxitas: tum ab ortu inſitis de cauſis à parentibus eveniens, cauſaque una quod hæreditarius ſit affectus, tum etiam aliis de cauſis, & à morbis, tum maxime ob continuum defluxum, ſæpeque redeuntem, viaſque pervadentem & dilatanem contracta, unde fit ut per ejuſmodi amplatas vias & laxas, humor licet nõ tanta copia, quæ alioquin requiritur, congeſtus, vel leviter commotus facile defluat & conſuetas haſce vias repetat, Et cum ad extrema uſque articulorum perferri potius quam in viis intermediis ſubſiſtere defluxio, viis ſic laxis exiſtentibus, ſoleat, illicque retenta loca hæc non ſolum relaxare, ſed & ſenſim ſeparando ab invicem veluti excavare, ideo evenit ut podagra & chiragra frequentiores ceteris ſint ſpeciebus. *Platerus l.c.*

Observatio II.

Humor arthritidis parens intra articulorum cavitates non concluditur.

ILud abſurdum humorem Arthritidis de cerebro duci, quia eum inſuper credunt in medias artuum cavitates pervehi: Quæ vis hunc agitabit? oppoſitæ ſunt multæ partes quibus ejuſmodi iter penitus obſeptum eſt: Non deſunt qui quidem cerebri humorem negant ſubſidere in ſubjectas cavitates artuum, at eum contendunt eo penetrare, quem vaſa ſanguinis, Arthritide oriente, exudare putantur, Verum illa ad *Artuum cavernas* haud ita pertingunt ut ille humor in eas demitti queat: Quid multa? Nec in defunctorum articulis illa humoris ſedes notari poteſt. *Schneiderus l. de Catarrhis ſpecial. p. 548.*

SCHOLIA.

IN *articulis*] Humor hic qui eſt cauſa continens, non conſiſtit in eo ſpatio, ſeu ea cavitate, quæ conſtituunt duo oſſium extrema, quando ſibi invicem compinguntur (quemadmodum multi hactenus ſomniatunt) ſed fere ſemper in membranis, tendinibus ac vinculis externis, à perioſtio originem ſuam habentibus, oſſium extrema ac muſculorum tendines nectentibus: Idque cognoſcitur manifeſte ſic ſe habere ex nodoſa podagra ac chiragra, in qua tophus, ſeu humor in calculum concretus, aperta rupta ve cute plerum eruitur è digitorum articulis, externo vinculo, ut ſcribit *Fernelius*, integro atque illæſo: præterea ſi materia in cavitatem internam articuli flueret, nullus vel admodum obtuſus excitaretur dolor, quod hoc vinculum nectens interius oſſium duo extrema ex oſſe oriatur, nullumque ſenſum habeat, & ideo, quia cum oſſis cartilagine connaſcitur, χονδροσυνδεσμὸς nomen apud Græcos accepit: *Adrianus Spigelius lib. de Arthrit.* Arthriticus tumor cubiti ſæpe me ſpectante apertus fuit, Æger cunctum brachium ſemper movere potuit: quare humor ſe in medios artus haud fudit. Nonnunquam

 quoque

quoque unicus tantum muſculus in corpore hominis arthritici inflammatur, cute integra, nec in ea ullum apparet veſtigium inflammationis: eo loci ſi tangitur cutis, dolor fit gravior: nimirum intelligendum eſt humorem haud ipſum intervallum artuum ſubire. *Schneiderus l. c.*

Nova & ingenioſa de Loco affecto in Arthritide eiuſque cauſis Diſſertatio, In qua Veterum & Neotericorum ſententiæ ad examen revocantur, Viri Clar. I. Iac. Harderi, *Medicinæ Doctoris & in Academia patria Baſileenſi Pthiloſophiæ Profeſſoris.*

ARthritis ἀπὸ τῶν ἄρθρων, unde etiam nomine *τῶν εἰς τὰ ἄρθρα πόνον Hippoc.* Sect. 4. aph. 44. & 45. venit, Dolor eſt ex intervallis ferè invadens, notante Fernel. l. 6. de part. morbis & Sympta. c. xviij. Hujus *ſubjectum* ſunt *articuli*, patiuntur autem reſpectu partium quibus inveſtiuntur, vel etiam, quæ in illos inſetuntur, maximè ſenſibilium, quales ſunt partes *nervoſa, perioſtium, membranæ, tendines* imo & *ligamenta*, quibus ipſi Veteres ſuum facilè largiuntur aſſenſum: uti etiam quoad *Morbum*, quem nomine doloris ſatis explicatum itidem putant, Aſt in cauſis hallucinati eſſe videntur: *Fernel: proximam continentemque* omnis Arthritidis ac doloris cauſam eſſe dicit, non ullam *ſimplicem intemperiem*, ſed humorem p. n. infixum & *adhærentem*, huncque nunquam aut admodum raro in id *cavum* ac *ſpatium* penetrare, quod inter *oſſium extrema* intervenit, ſed *vincula* duntaxat, eaſque *membranas* quæ extrinſecus *oſſium extrema* nectunt & ambiunt: hoc ſane argumento, quod in nodoſa, tophaceave *podagrâ* atque *Chiragrâ*, humor in calculum jam concretus, aperta ruptave cute, plerumque eruitur *è digitorum articulis*, vinculo integro ac illæſo: Et in *Iſchiade* ſi noxius humor in *coxendicis pyxidem* conditus eſſet, nec tam vehementem, quod vinculum obtuſi ſit ſenſus, nec tam latè diffuſum dolorem inveheret: Neque porro *humor hic, continens arthritidis cauſa*, tam rarus atque traditur exiſtit, nec enim *ſanguineus*, nec *blioſus* nec *melancholicus*, unquã eſt, ſed omnino vel *pituitoſus* vel *ſeroſus*, & *Sentent. eand. fovet. River. c. de Arthrit.* Capivacc. l. 5. Med. Pract. *Pituitã & ſanguinem ſolum agnoſcit, bilem* autẽ nimis mordacem eſſe ait, & *Melanch. minori copiâ generari, quod & alii veterum dogmatũ ſectatores aiũt.* In quibus verbis Vir hic inſignis plura habet, qua de *humoris natura*, huic malo producendo idonei, quâ etiam de *parte ſpecialiter affecta:* Et quidem quod ad *prius* attinet, facile ipſo cum conſentiunt Recentiores, *humorem p. n. infixum & adhærentem* arthritidis cauſam continentem eſſe: Sed in hoc difficultas erit, qualis ſit hic *humor qui arthritidem* efficiat, & annon etiam oſſium ſeſe interſetat intercapedini: *Oſſium cavo* ſe inſinuare *humorem arthriticum, & experientia* & *ratio* teſtatur: *Illa* quidem, quia in duobus juvenibus quorum alter arthritide ſcorbuticâ laborabat, *alter* affectu eodem, ex inordinatâ Venere contracto, obſervavi tophos, non tantum oſſium ſuperficiebus adhærentes, ſed ipſiſſimæ harum cavitati, cum ſummo dolore, quaſi infixos: neque etiam hi circa internodia conſpicui de alio quàm de materia fixa, oſſium cavitati inhærente, teſtati videntur: *Hæc* verò, quoniam materia, quæ pro oſſium nutritione affertur per arterias, quæque degenerans & aggeſta, hujus mali cauſa eſt, in membranas vel vincula, non tantum effunditur, vel oſſibus leviter extrinſecus apponitur, quin in horum ipſorum ſubſtantiam quoquo modo pergit: Imò ſuppoſitâ ſuperficiali appoſitione nutrimenti, hæc ne propterea impedietur hujus ipſius circa oſſium articulationes mutuas inſinuationem, pro horum capitulis nutriendis? Sane vel hoc ἄτοπον ſtatuere neceſſe erit, vel dicendum cauſam continentem in ipſo etiam oſſium cavo hærere, quo tamen perioſtii vellicationi, ab hâc effervеſcente & ferociente oriundæ, nihil adimitur.

Ad ipſius autem humoris naturam & genium, quod ſpectat, varia hic exurgunt incommoda: Etenim dicere humorem p. n. infixum, cauſam continentem arthritidis, hunc tamen vel *ſanguineum*, vel quod magis eſt, *bilioſum* vel *melancholicum* non eſſe, minus facile capi poteſt.

Si humorum naturam luſtrare placeat, reperiemus *humorem bilioſum* multo majori jure, præ *pituitoſo & ſeroſo*, primas ſibi vendicare, ut de *melancholico* taceam: Sed novi quò tendat Vir hic Clariſſ. Nempe *humores excrementitios* pro cauſâ hujus mali accuſat, à capite præcipuè, vel aliis partibus, ad articulos deponi ſolitos: Aſt ſi, hi humores arthritidis ſunt cauſa continens, qui fit quod, membro aliquo amputato, malum hoc in quibuſdam planè non amplius, in quibuſdam rarius ingruit, cum tamen materia morbifica non deficiat, vel ullum huic obiiciatur obſtaculum, quin viâ ad aliud membrum arrepta, ibi malum idem fovere & producere poſſit, imò quod plus eſt, talis materia pituitoſa, iuxta nervos, notante Fernel. à capite ad articulos amandata, & quidem incongrua, per totum ſuum iter turbas dare deberet, neque tantum in articulis dolores ciere: Iam autem conſtat malum hoc

ſubitaneo

ſubitaneo inſultu ægrum prehendere: Taceo quod humor pituitoſus, adeo efferæ natur: vel ſecundum ipſos Veteres, non ſit ut tantas effervefcentias, tamque immanes afflictioni circa articulos producere poſſit: *Calculoſa* quoque, de quâ Fernel. agit *diſpoſitio*, alium plat humorem ſibi poſtulat: Rejecto proin humore *pituitoſo*, quid de *ſeroſo* dicendum: Minus i hoc exorbitare videtur: Cum enim certiſſimum ſit ſerum partibus conſtare Salinis, à ſai guine ipſi incoctis, hocque ὀχήματος τροφῆς munere functurum, ad ſingulas partes pergei neceſſum habeat, & in oſſibus inſuper materia Salina, (uti infra dicam) pro horum nutr tione deponatur, non adeo à vero abludit, ſerum hocce partibus Salinis degeneribus impre gnatum, copia harum circa oſſium internodia depoſita, cauſam arthritidis proximam fier Quod aliàs Galenici nomine *ſeri ſalſi* interpretantur: Sed nec hæc dixiſſe ſufficit, Atroce arthriticorum dolores adhuc alia efflagitant.

Hollerius in Scholiis ad cap. 23. l. 1. de morb. intern. paulò melius de arthritidis ſede, & etiai cauſis ſenſiſſe videtur: Etenim quantum ad *illam necessum eſſe ait, ut intra ipſum articulum ca ſa contineatur, antequam verè dicatur arthritis, neque humorem per carnes, parteique circumi centes diffuſum, ſufficere*: Ad *has* verò, quantum ſpectat, *Dolorem vehementiſſimum excitar* inquit, *ſi qua materia illic intercipiatur, ſive acrimonia ut bilis, ſive frigiditate, ut pituita, ſive aſpe ritate, ut gypſea, peccant*, &c. In quibus etiamſi ad ipſam veritatem proximè non acceſſerit, tame in eo egit optimè, quod hujus mali fomitem *materiam quamdam acrem* & irritantem agnovi *bilemque* hanc ad rem valdè idoneam eſſe exiſtimavit, non quidem quaſi adſtipulatemu falſæ ejus hypotheſi, quod in effervefcentiis febrilibus eò amandata, hoc peragat, ſed qui natura *bilis* tali affectui producendo aptiſſima eſt.

Adhuc magis cardinem controverſiæ tangit Celeberr. Sylvius, qui lib. 1. prax. Mec cap. xxx. inquit. *Arthriticas febres quæro in ſucco pancreatico ita corrupto, ut articulis potiſſimu fit infeſtus, ſive acrimonia ſimul, quod frequentiſſimum, inſigni, bilem, cum qua vitioſe effervefci una ſecum eo deducat, & dolorem atrociſſimum producat, ſive minus acer, atque pituitam viſcidam, no item bilem acrem offendens ab eadem aſſumpta, plurimum obtundatur, atque Tumore œdematoſ quam dolore acuto affectæ partis motum potius impediat*: Ex quibus verbis haud obſcurè colli gere licet, *Virum* hunc ad arthritidem producendam, Salia diverſi generis poſtulaſſe, und *Succum pancreaticum*, qui acidus, cum *bile*, quæ alxali eſt, conjungit, Neque in hac hypothe erravit, revera enim ex acidi cum alkali commixtione & *effervefcentia* oritur, & *præcipita tio* ſubſequitur, quod utrumque in arthritide obſervare licet: Aſt quum *ſucci pancreatic* cum *bile* & *pituitâ* ad ſingulas partes deductio, nondum omnino ſit recepta vel probata neque etiam facile ſit concipere, in quo *Succi* hujus corruptio talis conſiſtat, quæ articuli potiſſimum ſit infeſta, & non alias, propter corruptionẽ eandẽ in corpore turbas det vehe mentes, nec huic ſententiæ adhucdum adſtipulandũ, Sed quid alii præterea Viri Sagaciſſim ſentiant inquirendum, inter quos præcipue emicat Ingenioſiſſ. Williſius, qui in cap. d arthrit. proximè ad veritatem acceſſit, dum, *ſtatuere*, inquit, *oportet in morbi hujus foco ſiv minera, ſuccos fermentativos, & non facile miſcibiles, coire*: Succi hi fermentativi, ſunt *Sali diverſi generis*, alia quidem *fixa* & alkaliſata, alia *aceſcentia* in fluorem evecta, ex quibus com binaris *effervefcentia* oritur inſignis, unde *articuli* & *internodia* vellicantur, ſummique obo riuntur cruciatus, *præcipitatione* poſt ſubſequente, unde *tophorum* progenies.

Dico itaque deponi naturaliter, circa articulos & oſſium internodia, materiam quan dam Salinam, (quam alxaliſatam Cl. Willis, bene vocat,) pro horum nutritione, & quiden ipſi Veteres oſſibus nutriendis, *materiam terreſtrem* aptiſſimam dixerunt, propterea que iiſdem *melancholiano* deſtinarunt: *Materia* hæc, ſi nimis *fixa*, & inter volatile & fixum me dium non ſervet, circa oſſium internodia depoſita, horum cavum, vel difficilè, vel non ſub intrat, ſed aggeritur & cumulatur: huic ſi poſtmodum accedit *liquor acidus*, mutua oboritu lucta: *Acidum* enim cum *alxali* commiſtum effervefcit, uti experientia teſtatur. Illud mo do ſupereſſe videtur unde *acidum*, quod cum materia hac Salina commiſcetur, ſuppedite tur: Nodus non facilis ſolutu: Equidem ſi *Williſii* placeret annuere opinioni, res jam eſſe deciſa, cum in *liquorem nerveum* aceſcentem, præcipuam ille coniiciat culpam: Verum ma jori lite adhuc conflictandum habet cum turba, quam *Sylvii Succus pancreaticus*: hujus enim exiſtentia tantopere non amplius in dubium vocatur, propter ductum ex pancreate mani feſtum, illius autem maximè, paucique ſunt quibus adeò felicibus eſſe licuit, ut liquorem ner veum colligere potuerint vel videre: *Succi pancreatici* cum *bile* ad articulos depoſitionem ſumme dubiam & diſputabilẽ eſſe ſupra monuimus: Vnde quid in hac Authorum litigatione ſentiendum, ambigui merito hæremus, nihilominus priori ſententia quæſtionem melius decidi poſſe autumantes, ſi nempe, quæ Clariſſ. hic *Vir* de *liquore nerveo* degenere intelle-

xit, nos de ſpirituum animalium dyſcraſia aceſcente intelligamus, quæ ſententia ſua non caret fundamento: neque enim ſpiritibus, ut pote ex ſanguine temperato progenitis temperiem attribuere, abſurdum judico, quicquid demum alii obganniant, Hanc autem eſſe Salem volatilem, vel ipſa ætherea ſpirituum natura, à Veteribus hiſce adſcripta, ſufficienter probat, Si hæc in aceſcentem tranſit, (tranſit autem facile) en ſemen maſculinum, pro fœminini, circa articulos depoſiti, fœcundatione, maxime congruum: *Dico tranſire facile*, quoniam maſſa ſanguinea ſalino*fixa* exiſtente, ſpiritus animales deſtituti volatili, quod ſibi pro ſua natura adſciſcunt, & quo quaſi nutriuntur, à volatilitate in fluorem degenerare, ſicque acidam naturam induere neceſſe habent: Hanc autem ſpirituum *dyſcraſiam* eſſe accuſandam, probatur ex *dolore capitis, vertigine*, aliiſque ſymptomatibus, quæ plerumque paroxyſmos arthriticorum præcedere ſolent, quæq; ſymptomata forte Fernel. moverunt, ut omnem arthritidẽ à capite derivarit: Probatur dehinc ex cura, quæ *volatiliſantibus* præcipue, *diaphoreticis* & diureticis, iiſque quæ *acidi* cum *alxali* vitioſas commixtiones corrigunt & tollunt (Salia nim. prius ab acido ligata, maſſæ ſanguineæ reſtituendo) perficitur.

De *cauſa antecedente* arthritidis prolixiori mihi eſſe non licet, ne in librum excreſcat epiſtola: In *hæreditaria* diſpoſitione, cauſa antecedens multa inquiſitione opus non habet, ſeminia enim Salina copioſe in utero maſſæ ſanguineæ communicata, de hac ſatis teſtantur: Ad *acquiſitam* autem plurimum contribuunt errores, qui in ſex rebus non naturalibus committi ſolent, de quibus ſingulis videri poſſunt authores: Hoc unicum coronidis loco ſubiicio, ipſos Veteres per *materiam tophaceam*, ſententiam noſtram inſigniter confirmaſſe, etenim, quam illam naturam aliam, ſi non Salinam, redolet? neque enim pituita, proutcunque viſcida concipiatur, in tales tophos, calculis omnino ſimiles concreſcere neque quodnam illud ſit, quod concretionem hanc, (quam nos per *præcipitationem* ab *accido* factam ad ſenſum explicamus) efficiat monſtrati poteſt: gelatinoſa facilius fiet pituita, quam calculoſa: Meliusa dhuc egerunt illi, qui humorem bilioſum accuſarunt, quia & cholericorum diſpoſitio & hujus ipſius humoris natura, de qua ſuperius, ſemen huic malo fœmineum proxime & remote conferunt: Sunt qvidem haud pauci, qui bilem alkali continere negant, ſed perperam, vidimus ſiquidem hac ipſa ſeptimana, bilem bubulam, affuſo ſpiritu nitri, & ol. Sulph. coagulum in fundo exhibere, quod affuſione Salis vrin. Vel ol. Tartari minime habere ſcivit: Id adhuc mirari ſubit, unde pus in abſceſſibus arthriticorum vel podagricorum, aëri expoſitum, in calculos concreſcat, hocque Galen. adjumentum afferre poſſet, humorem vid. quemcunque, etiam abſque accidi commixtione, coagulari poſſe: Aſt facile rem ſolvent ii, quicunque ipſum aerem acido conſtare ajunt, à quo hic effectus producatur, neque enim vel ſpiritus nitri deſtituitur acido, aërem autem nitroſum eſſe quis negabit?

Observatio. III.

Calculi ex articulis eruti.

MIrum non eſt calculos in Articulis fieri, quorum multos, diſruptis articulorum juncturis, meis oculis vidi. *Schneiderus l. de catarrhis ſpecial. p.* 608.

SCHOLIA.

M*Irum non eſt calculos*] Arenulas *Platerus* lib. Obſerv. in hepate deprehendit: Apud *Ioh. Matthæum* in conſil Tartarus, ſeu calculus, non ſolum in renibus & veſica, ſed partibus etiam principalibus ſedem figit, quod *Fuchſius* erudite monuit: *Maximilianus* ij. Imperator, qui Podágra laboraveat, in ipſo corde calculos habuit, qui poſt obitum reperti fuerunt: Dom. de *Palvveiller* in capite & veſica felis calculos habuit: In renibus *Alberti* Ducis Bavariæ magni calculi reperti fuerunt: Stauhingiæ *Michael Bauur*, calculos ex pulmone per tuſſim ejecit: mirum igitur calculos quoque in articulis fieri?

Idem.

Observatio IV.

In quodam Arthritico ſumma Renum flacciditas & exilitas reperta.

ILluſtr. N. doloribus Arthriticis diu multumque fuit affectus, tandem in Icteritiam & Hydropem incidit lethalem.

Defuncti corpore aperto, Renes flaccidi & adeo parvi inventi, ut magnitudinem nucis juglandis vix æquarent. *B. Timæus Obſervat. lib. 3. cap. xxviij.*

SCHOLIA.

HInc conjicio Arthritidis, juxta & Aſcitæ cauſam in renibus potiſſimum fuiſſe, quatenus ob talem conſtitutionem ſeroſum humorem minus ſufficienter attrahere, ſecernere & excernere valuerunt: urinas enim reddidit parciſſimas, etſi largius biberet. *Idem.*

Renes]

Renes] Arthritis cum Nophritide neceſſitudinem adeò conjunctam babet, ut utrique affectus, quaſi ejuſdem originis eſſent, ſæpiſſime concurrant: quippe nullus fere iſto morbo laborat, quin etiam huic obnoxius reperitur: Porro inveterata Arthritis concretiones lapideas in articulis, quales Nephritis in renibus excitare ſolet, hinc veriſimillimum exiſtimo Nephritin à ſimili, ſeu prorſus eadem canſa quam pro arthritide aſſignavimus, exoriri nempe materiam ſalino fixam, à ſanguine in renibus depoſitam, cum humore acido per ductus nerveos illic ſubinde ſuffuſo, effervęſcere, & ob id dolores nephriticos crebro induci, dein ab utraque materia, poſt effervęſcentiam coagulata, calculum formari. *Willis loco citato*

Tandem in Icteritiam & hydropem incidit.] Interdum accidit ob materiæ arthriticæ fluxiones ſuppreſſas, aut repercuſſas, modo ventriculi aut viſcerum abdominis Tormina, modo Dyſpnocam, Aſthma alioſve pectoris affectus: quandoque etiam Apoplexiam alioſve morbos ſoporoſos aut convulſivos excitari: Ex quibus obſervatis obvium erit obiicere Arthritidis mineram non ejuſmodi eſſe ac modo deſcripſimus, quia pars ejus ſalina, cum eadem ſit quæ articulis nutriendis deſtinatur, exinde depelli, aut alio deferri vel deponi nequit: dein, quoad parte[m] alteram, nempe *Seminium acidum* in loco alicu[bi] depoſitum, videtur illud haud facile repercuti po[ſſe] atque per ſe aut in via ſuppreſſum, aut alio tranſl[a]tum parti cuipiam haud valde nociturum: Veru[m] enim vero, facile erit his referre, materiæ arthritic[æ] portionem acetoſam, per ductus nerveos affluentem repelli aut ſupprimi poſſe, eamq; aliis partibus ſuffi[ſ]ſam mala ſæpe graviſſima excitare: Profecto *Liqu[or] nerveus*, ejuſque recrementa, cum partibus val[de] ſubtilibus & activis conſtent, à levi quovis obic[e] aut repulſu, in σπασμοὺς & fluxiones diverſimodas ad[i]guntur: Porro cum iſta circa partes nobiles, vel i[n]tra ductus nerveos turgeſcunt, vel aliuſmodi alic[uo]rum humorum particulis occurrunt, cumque iis e[f]ferveſcunt, affectiones varias aut dolorificas, aut ſpa[s]modicas cient, &c. *Idem ibidem.*

Phthiſi] Arthritici ob ſanguinis dyſcraſiam Sal[i]no fixam, febribus minus obnoxii ſunt: Cæteru[m] à Phthiſi, aliiſque viſcerum aut capitis pathemati[bus] gravioribus non omnino immunes degunt, quate[]nus tum ſanguinis tum ſucci nervei recrementa in articulis non amplius deponuntur ſed vel ad pulmone[s] vel ad cerebrum transferuntur. *Willis ibidem.*

Observatio V.

Contracturæ digitorum, &c. in Arthriticis cauſa eſt Calx, ſpatia omnia occupans & oſſicula ſecedere cogens.

ANno Domini 1670. fatis ceſſit per Ill. Domin. Capitaneus Ammon, qui vitam ſuam longo ſpatio annorum arthritide excruciatus tranſegit, ita ut manibus & pedibus contractus remanſerit.

Aperto cadavere, cauſam contracturæ digitorum tam manuum, pedum quam reliquarum iunctutarum indagans, eaſdem calce vulgo dicta plenas ſpatia omnia occupantis reperi, tanta quantitate ut ipſa oſſicula loco ſuo naturali cedere neceſſe fuerit, unde diſlocatio oſſium digitorum, tam manuum pedum, & junctutarum facile inde colligi poteſt; cum ſenim tanta materia ad articulos tranſmandetur, ut mole ſua prius nervos, membranas, tendines, obruit, & ad obeundas ritè actiones motui & ſenſui convenientes ſuffocet, tandem & ipſa oſſa ſuo dimoveat. *D. Ioh. Iacob. Vene. Dobrzensky In miſcellaneis curioſis anni* 1661. *Obſerv.* 65.

Scholia.

NOtanda, hiſtoria quæ in *Plateri* obſervat. lib. 2. p.m. 150. reperitur: meminit is mulieris cujuſdam Lucernenſis in Helvetia, è nodoſo pollice pedis ſiniſtri, pugni magnitudinem excedente, calculos tophaceos, è quibus minimus piſo major erat, pluſque xx. ſupputatione illic facta, cum maximo dolore, ſucceſſive reddentis: De cauſis ejuſmodi Tophaceę materię vide eundem *Praxeos* l. 1. & alios.

Observatio VI.

In quodam Podagra diu vexato Lien exſuccus & omni pulpa carens inventus.

DDom. à Rapolſtein in Alſatia degens cũ per multos annos podagra dira vexatus eſſet, tandem ſupremum diem clauſit: A morte, quum exenteratum fuiſſet corpus, conditura que mumiata curatum, Lien inventus fuit plane exſuccus & omni pulpa carens, marſupii in modum inanis, ſiniſtris hypochondriis affixos. *Ex obſervat. Iacobi Moccii Profeſſor. Med. in Academia Friburgenſi Briſgoiorum.*

Scholia.

AN quia ſerum (cujus ſedes Lien dicitur *Hippocr.*) ad artus demandatum fuit, quod Lien præ exilitate & debilitate non ſuſcepit & attraxit?

Observatio VII.

Iſchiadicum & Podagricum dolorem parientes humores circa finem medullæ ſpinalis congeruntur.

SI impotentia in ſolo crure oriatur ob læſionem cervicis, id tum demum fieri putandum eſt quando circa vulnus collectus humor, ſecundum longitudinem ſpinæ

 deſcen-

deſcendit, & in finem medullæ ubi deſcenſus ulterius non datur, impingitur: Solere enim hic humores detineri ex Iſchiadicorum & podagricorum ſectione demonſtrat *Coiter* in obſervat. Anat. *Henningus Arniſæus in Obſervat. Anat. Obſervat.* 2. §. 10.

SCHOLIA.

HVmor ſecundum ſpinæ longitudinem deſcendit.) Multos videmus aut iſchiade laborare, aut alio articulo, cum ne tantillum aut cervices doluerint, aut collum, aut guttur, aut claviculas, aut occiput: An vero credibile à capite tam efferum humorem, tam ſeroſum, tam indomitum, ut nullos dolores in mediis viis excitet, ſed ſolum cum ad articulos devenerit? Vt idem faciat quod lepus marinus, qui cum perreptet innumeras corporis partes, ſolos pulmones vlceret? Hoc non credibile, ſic valere jubeamus *Fernelium*: Et non temere innocens caput medicamentis agitemus: Nam ſunt qui dolent articulos, & nullus præceſſit omnino capitis dolor; nec gravitas, nec aliud ſimile, *Ballonius Epid. & Ephem. lib.* 1. *p.* 91. Ejuſmodi ſane dolor Iſchiadicus aliunde quam ex capite arceſſendus, vitiumque potius maſſæ ſanguineæ inquinatæ arguit.

OBSERVATIO VIII.

Anatome Iſchiadico laborantis dolore, In cujus coxa inventæ ſunt glandulæ induratæ, pus concretum continentes.

VIdua P. *Auberti* patiebatur dolores atrociſſimos in Iſchio ſiniſtro, qui ſeſe ad extremum pedem porrigebant: Cum *dolor in coxa* gravior evaſiſſet, & tumor in parte appareret, concolor tamen, tum etiam pars compreſſa multum doleret, nec non ægra dolores lancinantes in eadem perciperet per vices, vocati fuere Chirurgi qui abſceſſum profundum latitare aſſeruerunt: Sicque conſilio habito pars aperta eſt cauſtico & ſcalpello, nullum pus effluxit: Poſt xv. dies ab apertione hydropica facta eſt, & tandem ſuffocata interiit.

Aperto cadavere, & ſecta coxa uſque ad os, in loco apertionis inventæ ſunt parvæ quædam glandulæ ſuppuratæ, quæ pus concretum continebant, ita ur non potuerit effluere. *Riverius Obſervat.* 53. *cent.* 2.

SCHOLIA.

COxa.) Coxa dicitur, & articolus ille omnium maximus quo os femoris coarticulatur, Et os illud magnum cum quo coarticulatur: quod os dicitur, aut coxa, aut os coxæ, eſt magnum, varias prominentias habens & perforationes, quod quidem cum oſſe ſacro conjungitur per ſymphiſin: Hujus ſuprema pars, quæ à lateribus tendit in partem anteriorem, & eſt ſuperior pudendis, ea in regione quæ dicitur ile, vocatur os Ilium: Pars media, quæ magnam habet excavationem, quæ recipit oſſis femoris caput, dicitur Coxa, aut coxæ os peculiariter, quod quidem à regione pudendorum eſt, & per partem internam & imam habet proceſſum acuminatum, tendentem ſub pudendis, quaſi utrinque venientes productiones ſint in interfemineo congreſſuræ: propius autem accedunt ad ſeſe in viris quam in fœminis, in neutris veru uniuntur: Ab hujus oſſis ſuprema parte producitur in anteriorem corporis partem, ſupra pudenda, os quod in medio unitur cum proceſſu alterius partis, cartilagine, & mox deorſum redit à latere pudendi in imam partem coxæ, & finit ita per forationem ſatis magnam quam hoc os habet, vocatur hæc oſſis productio, os Pubis: Itaque os Ilium, & Coxæ, & Pubis, idem os eſt, verum prægrande, & quod tribus in partibus tria nomina accipere potuit: Hoc os coarticulatur cum Femore, atque ita in eo volvuntur crura, coaleſcenſque cum oſſe ſacro, & dictam magnitudinem, figuram & poſitum habens, ſimul cum oſſe coccygis munit, & commodum locum parat pudendis & podici: nam pudenda erumpunt inter os pubis & internos illos proceſſus caxæ, & podex inter hos proceſſus & os coccygis.

Dolor in coxa.] Sæpe tentatur dolore & articulus ille magnus, & ipſum coxæ os, & illi hærentes carnes: Articulus quidem, quia maximus profundiſſimuſque eſt, & aſperitatem etiam quandam habet, & interius, quaſi in centro ligamentum quoddam, quod imbibit fluxionem, quam ob magnitudinem articulus recipit: Os vero ipſum, (ut oſſa dolere poſſunt) & caro, & reliquæ partes, quæ illi hærent, quia poſita ſunt in ipſo ſordium confluxu: Nam per id os & urinæ & fæcum viæ decurrunt, & genitales, & illi proximæ ſunt venæ hæmorrhoidales, præter venas & arterias ſatis magnas quæ in crura deferuntur: Has ob cauſas ſolet hæc pars recipere multas variaſque fluxiones, & ab omni fluxionis genere cruciari, nunc in articulo, nunc etiam extra, juxta os, aut ad interiorem partem, verſus inguen; aut ad imam, ad interfemineum; aut ad poſticam, ad nates: Sæpeque fluxio ipſa in pus abit, quod niſi tempeſtive educatur, ſponte extra erumpens. fiſtulas eo loci facit, aut interius manens acerbius cruciat: Sic Eupolemo, 5. Epid. (cui coxa dextra dolebat, & inguen, & junctura coxæ proxima, quæ eſt ab inguine & anteriore coxæ parte) tactum eſt pus in coxa, inter os ipſum & perioſtium: *Valleſius comm. in lib. 5. Epid. p. m.* 460.

Qui ſeſe ad extremum pedem porrigebant.) Iis quibus Coxa dolet, aliquando dolor per totum crus producitur, ſecundum nervi longitudinem, aliquando idem ſtupet, ob nervos crurum, qui omnes juxta ipſum coxæ os ab ultimis lumborum vertebris decurrunt: præcipue vero ob ordinem quartum qui etiam eſt poſtremus, & maximus eorum qui deſcendunt à lumbis, quia cum tribus ſequentibus ſacri oſſis nervis coaleſcit: Is enim ſimul cum arteria & vena magna, penetrat per foramen quod ex oſſis Ilii & ſacri coarticulatione, velut in hunc ſolum uſum formatum eſt. Evenit igitur propter fluxionē, coxæ dolorem inferentē, aliquid in nervum redundare, aut à venis & arteriis, ac carnibus etiam multitudine tumentibus cum primis, atq; ob diverſū affectionis modū, modo ſtupere crus, modo dolore affici. *Idem com. in ſect. 6. lib. 4. Epid.*

Pars

Pars aperta cauſtico & ſcalpello &c.] Ob aſſiduum dolorem merito Chirurgus ſuſpicabitur corruptionem ſubeſſe & pus, parabitque auxilia ad eam affectionem neceſſaria: Ea porro ex Hippocr. duo ſunt, uſtio & ſectio, nam medicamenta ſola in his raro ſunt ſatis, uſtio præterea eſt duplex, aut enim eſt penetrans uſque ad ipſum pus, ut ſimul ſit uſtio & ſciſſio, velut ſi cultello, ſeu ſtylo ferreo ignito pungas aut ſeces: Aut eſt Inuſtio, h. e. uſtio vulnerans ſuperpoſitam cutem, & cruſtam gignens, non penetrans tamen: Priori uſtione, non minus quam ſectione educitur affatim pus; Inuſtione non ita, ſed ulcuſcula fiunt, ut per ea natura demittat ea quæ ad internam partem colligebantur, Aut etiam quæ collecta erant paulatim exudat, interna expurgans: Proſunt etiam inuſtiones ſiccando, ut firmando partes quum ſunt humidæ & laxæ, ac intercludendo viam fluxionibus, nimirum cicatrice durantur conſtringunturque partes: Hinc fit ut cum educere pus, quod in alto eſt volumus, ſectione uti debeamus: Si pus malignum non ſit, nec pars putredini oportuna, ſolo inciſorio, Sin autem ſit, ferro candente: quia ignis cohibet & extirpat putreſcentiam: Inuſtione vero uti tunc ſolum debeamus, quum fluxio nondum in pus mutata ſubeſt, aut mucores adſunt & laxitates partium, velut ligamentorum in dolore coxæ, & aliis articularibus: aut niſi forte quum ſectionem non audemus facere, etſi alioquin eam petat morbus. *Idem com. in 5. Epid.*

Inventa ſunt parva quædam Glandulæ.] Etſi i hiſtoria non deſignetur quæ pars coxa doleret, anterior vel poſterior, veriſimile tamen eſt illam circ inguen doluiſſe, cum ſcil. flexuræ locum quo ſupte ma femoris pars adducitur ad pudenda, qua part ſunt glandulæ copioſæ.

Ita ut pus non potuerit effluere.) Tum ob loci profunditatem, tum quia concretum erat; Eo vero ſæp perducitur malum, quia ægri non percipientes quic mali habeant, id parvi faciunt, neque ſe curando Medicis tradunt, putantes ſe leviori aliqua de cauſ dolere, & expectantes auxilium temporis: *Eupolem* (de quo ſupra) poſt diuturnum dolorem inuſtæ ſun cruſtæ valde multæ, & illæ quidem exeuntibus eſcharis, ut in combuſtis fieri ſolet, factæ ſunt magnæ & proximæ invicem: Qua in curatione, (ait *Valleſius* i comm.) duobus modis peccatum eſt, & quia fer jam eſt adhibita, quum æger præ debilitate non poſ ſet ferre, Et quod major quam pro facultate adec debili: Non eſt autem faciendum quantum morbus petit, niſi etiam facultas permittat: Si agentur *Eupolemo* non fuiſſet adhibita curatio tarda, ſed opportune, antequam ſcil. quam debilitaretur; Et *mulieri* (de qua hiſtoria) priuſquam pus concreſceret, factum eſſet quod expediret, veriſimile eſt hanc & illum ſervari potuiſſe.

Observatio LX.

Iſchiadicus dolor ab abſceſſu ingenti ad rotatorem muſculum femoris dextri exortus: Et atheromate ſub muſculo Pſoa ſiniſtro.

Amedeus, Faber lignarius, 40. annos natus, biennio variis morbis, ac poſtremo etiam dolore Iſchiadico laboravit, & tandem extinctus eſt.

In diſſectione, ad rotatorem femoris dextri ingens abſceſſus, humorem purulentum copioſiſſimum, ſupra libræ pondus continens, inventus eſt: hinc eroſis articuli ligamentis, inhibitis etiam muſculis, *Luxatio* quam paſſus erat æger: Deinde ſub muſculo Pſoa ſiniſtro, cui ren incumbit, quique in cruris interiorem partem infertur, ingens atheroma, ultra libras duas puris craſſioris continens. *Fabritius Hildanus Obſerv. 71. cent. 1.*

Scholia.

Eroſis articuli ligamentis.) Si in eo articulo, qui eſt oſſis femoris & iſchii, humor quidam acris colligatur, inde plerumque Iſchiadicus dolor ſequitur: Ligamentum ſi hac de cauſa laxetur, os à naturali ſitu parum recedit, & ægrum claudicare facit: Si os aut cartilago corrodatur: & vaſa comprimantur, pedis atrophia, & aliquando totius corporis inſequitur: *P. Barbette Anat. Pract. lib. 5. cap. 2.*

Observatio X.

Ingens coxarum dolor, ob os coxendicis corruptionem paſſum & eroſionem.

Antonii Iaceti filium novimus, qui cum ingenti dolore coxarum vexatus, in maximam primum debilitatem, tum & in mortem, nihil iuvantibus Medicis, nihilque conferentibus præſidiis, deveniſſet.

Inciſo corpore inventus eſt peſtifer humor in Coxa, quo magna pars oſſis eroſa, etiam in cinerem verſa videbatur. *Benivenius de Abditis cap. 79.*

Scholia.

Peſtifer humor &c.] De virulentis eiuſmodi humoribus, oſſa erodentibus, & apoſtemata in iis producentibus egregie diſſerit *Langius*, Epiſtola 42. lib. 1. Ex pituitoſo, *ait*, ſanguinis mucore, intra lacertorum velamenta & oſſium panniculos, fungi, Græcis γόγγροι, adnaſci ſolent: Nam ut Hippocr. l. 3. de artic. teſtatur, circa oſſa contuſa, fracta, aut quovis modo læſa, mucilaginoſa accreſcit pituita, qua, ut ipſe ait, os fit morboſius: quæ adeo eſt tenax & viſcoſa, ut nec ullis malagmatis aut pharmacis maturari, aut ullis fomentationibus in halitum digeri poſſit: Hæc ſi ſub oſſis panniculo computruerit, & in oſſium poros penetraverit, oſſa ſideratione aut ſphacelo, quæ illorum caries eſt, diuturna putreſcere, & non ferendo dolore ægrotos excruciari oportet: quæ nullis emplaſtris niſi ſublata carne, oſſa putrida

celtę

ſcelte aut ſerra exciſa, aut illorum caries cauterio induſta fuerit, curari poterunt: Unde qui curam reſpuunt, gangræna vel herpete eſthiomeno tandem pereunt &c. Medicorum autem plerique ignorant oſſa, quantumvis ſolida, quaſi phlegmone & apoſtemate quoque corripi poſſe: Quicquid ſane nutritur, creſcit, augmentatur, aut influxus recipit, id quoque putreſcere, & apoſtemate aliquando turgere fatendum: At oſſa, & præcipue dentes, qui quotidiana eſculentorum maſticatione atteruntur per omne ætatis tempus, quoque nutriri & refici certum eſt: Proinde Avicenna & Galenus ſuo periculo edoctus, dentes proprio dolore affici, apoſtemare quoque diſtendi aſſerunt; Et Hippocr. os ſacrum empyemate quoque computreſcere novit: Cujus putredine, & incredibili doloris tyrannide duos efflictim & diu maceratos, tandem contabeſcere & mori hiſce oculis vidi: Sed oſſa quoque influxus recipere, & abſceſſibus turgere, Galenus Hippocr. teſtimonio fretus, 7. aph. 74. probat, ſolers, *inquit*, natura, ſi robuſta fuerit, excernendis ſuperfluitatibus, etiamſi craſſæ fuerint, per anguſta foramina meatus parat, quando etiam per oſſa abſceſſus fieri Hippocr. docuerit: Hi certe purulenti & acres rheumatum ichores, in oſſium poris coacervati, quemadmodum Teredo vermis lignum exeſt, arrodit & perforat, ſic hi eorum acredine oſſa corrodunt, unde hic vitiati oſſis morbus Græcis τερηδὼν dicitur: Galeno in lib. Defin. Teredo eſt à corruptione putrida oſſium perforatio, ab accidente roſionum, quaſi terebra vel trepanum dicta: Hanc ulceroſam oſſium affectionem, ſive mavis dicere putrilaginem, Avicenna ventoſitatem ſpinæ appellat, cujus cauſam ait eſſe humores acutos, os penetrantes & ipſum corrodentes, doloreſque dolori juncturarum ſimiles efficere: & hoc ſolo differre, quod hujus materia in carne & nervis, illius vero in oſſe conſiſtit: At ſi hujus putrilaginis ichores, in oſſium cavernis coacervati, confertim intra oſſium panniculos eruperint, vel etiam aliunde, ut à cerebro, defluxerint, illorum viſcoſitatis pars groſſior intra oſſium membranas, in tubera & gypſeos quaſi tophos concreſcet: altera vero ſubtilior, ſua acrimonia oſſa & panniculos, arrodet & diſtendet; quorum panniculorum ratione oſſa dolere, ac veluti terebra perforati videntur: Unde ſcite Archigenes, Dolores *inquit*, à membranis oſſa circumdantibus, quos Græci ὀστοκόπους, ob penitiorem in lacertis, tendinibus & panniculis, qui oſſibus adhærent, doloris ſenſum dixerunt.

Magna pars oſſis eroſa.] Si humor acerrimus putris erodat & cariem inducat articulo, Phthiſin coxariam inducit, que ſenſim ducit ad interitum: Si ad exortum magni iſtius nervi, qui poſticas pedis partes perreptat, humor influat, *Notha Iſchias* excitatur. Si humor influat in acetabulum, & exorbitare cogat caput femoris, morbus hic in ſitu curatu difficilis, claudicationem tandem adferet. *Riolanus Enchir. lib. 5. cap. 3.*

Observatio XI.

Humores Iſchiagram committentes aliquando in eo ſpatio, quod faciunt muſculi, continentur.

HUmores in eo etiam ipſo ſpatio, quod faciunt muſculi ſibi invicem accumbentes, ſæpius inventi fuerunt. *C. V. Schneiderus lib. de catarrhis ſpecial. p. 908.*

SCHOLIA.

HUmores.] Terminum *à quo* aiunt quidam eſſe cerebrum & caput: Nos cum *terminum*, non privatum aliquod membrum, ſed ipſam maſſam ſanguineam eſſe arbitramur, *Terminum ad quem* edocent Medici eſſe illam Iſchii commiſſuram; ac *Vias, per quas*, eſſe contendunt, vel partes ſubcutaneas à capite uſque ad hanc Iſchii juncturam, ut *Fernelius*: Vel extremam ſpinalis medullæ ſuperficiem, ut *Rudius*: vel nervorum & tendinum tunicas, ut *Mercatus & Platerus*: Nos eas arterias quæ ad artus perveniunt cenſemus humores invehere: *hi in eo ipſo etiam &c.* *Differentiæ* ſunt attendendæ: nonnunquam Iſchias quaſi ex priore morbo effloreſcit, ut ex colico dolore & vitio inteſtini: Hipp. 6. Epid. 4. Ex lue venerea, ex febre quartana, quotidiana, maligna continua, ut ea qua critica eſſe videtur: Huic morbo alius ſæpe jungitur, ſtupor, aſthma, febris continua, lenta, icteritia, malum hypochondriacum, femoris luxatio, rabes & claudicatio miſeranda, eroſio & caries oſſis: In conſultiſſimo viro D. Taubmanno I. V. Prof. adeo patente ulcere non muſculorum modo carnem & tendines, ſed etiam oſſa partim conſumpta & putrefacta, partim carioſa adinveni: Nunc alia denique Iſchiagra eſt vel magis Humoralis, vel magis ſabuloſa, qua lapidoſa corpuſcula increſcunt: Suppurationem aliquando fieri ſcribit Hippocr 5. Epid. Ipſius vero duratæ & calculoſæ materiæ meminit Galenus. 10. K. T. cap. 2. Negant Rhazis, Capivaccius, Mercurialis, Obſiſtunt vero experimenta, cum ipſi lapilli, figura ſeminis napi, teſte Schenckio l. 3. obſerv. 55. inciſa vena tali externa, cum ſanguine ferventiſſimo ubertim emiſſi fuerint.

Idem.

Observatio XII.

Iſchiadicus dolor ſequutus tumorem circa meſenterii exortum genitum.

BEnjamin N. ex lapſu ab equo circa regionem lumborum contuſionem paſſus eſt, hinc dolor Iſchiadicus &c. Circa meſenterii exortum ingens apparuit tumor, ab appendicibus diaphragmatis ſuperne, ad os coccygis inferne ad umbilicum uſque protenſus, vertebris lumborum firmiter adhærens: in ſua mole aortam, venam cavam, plexus nerveos &c. continens. *Vide lib. 2. Tit. de Phthiſi.*

SCHOLIA

SCHOLIA.

C*Irca Meſenterii exortum*) Per arterias cœliacam & meſenterieas poteſt fieri peccantium humorum metaſtaſis, ut dolor meſenterii & iſchiadicus ſe invicem excipiant. *Rolfinccius Diſſer Anatom. lib. 6. cap.*

Observatio XIII.

Coxendicus dolor ab utero gangræna affecto.

Mulier fluxu muliebri vexata, accedente febre, de vehementi alterius coxæ dolore conquetitur, qui ad extremum uſque calcem porrigitur: His acceſſit uteri gangræna. *Vide lib. 3. Tit. de Fluore muliebri.*

SCHOLIA.

COxendicum dolorem uteri cauſſa accidere pluribus in locis tradit Hippocr. & primo cum is repletus in tumorem ſe effert, *lib. de locis.* 2. Si is tranſverſus fuerit, *l. de nat. mul. & 2. de m. m.* 3. Si ad ventrem vergat, *l. de nat. mul.* 4. Si ex partu inflammationem conceperit, *1. de m. m.* 4. Si ad medios lumbos ſe convoluerit. *2. de m. m.* 5. Si ad coxendicem decurrat *ibidem*, 6. Si in ſiniſtram partem inclinatit, *ibid.* 7. Ex fœtus corruptione. *6. Epid.* 1. r. 8. Si genitura continuo curſu defluat. *1. de m. m.* Et 4. Epidem, Anui coxæ & cruris dolores ab utero oriri videbantur. Ex uteri autem morbis, ait *Valleſius comm. in text. 1. ſect. 1. 6. Epidem.* in coxam fieri abſceſſus, non quidem neceſſarium, conſentaneum tamen eſt, quia is eſt articulus maximus, & qui plurimarum partium ſolet excrementa recipere, & habet cum utero maximam & viciniam & rectitudinem, adeo ut quum contorquetur ſoleat in coxam incidere, ut in aphor. dicitur: Cum igitur uteri morbus producitur, rationi conſonum eſt in coxam facere abſceſſum: *Hactenus Valleſius.* Polemarchi quoque uxori, lib. 5. & 7. Epidem. vehemens coxendicis dolor contigit, cujus cauſa fuere minime profluentes menſes: Idem accidiſſe vidi anno 1670. in uxore Typographi Genevenſis, nomine Chayer, cui menſe Decembri à partu ſubſtitere lochia, atque ipſo, quo enixa eſt die, gravem Iſchiadicum dolorem patiebatur, ad pedes uſque protenſum, qui per gradus ad femora, hinc ad genu, poſtea ad pedem imum detruſus eſt, fotibus, cataplaſmatis, & in malleolo utroque ſanguinis miſſione intra tres hebdomadas deſinens.

Observatio XIV.

Gonagra laborantis Genu diſſectum exhibuit ſanguinem craſſum, aduſtum.

Dom. de Abbenbrouk (*de quo Tit. de Phthiſi lib. 2*) cadaver priuſquam inciderem, palam proteſtatus ſum quod occaſio mortis non ex genu tantum, ſeu arthritide fuerit &c. Pulmonem enim putrefactum deprehendi, Aperto autem genu, quod inflatum erat, nullo tamen pure exiſtente, ſanguis craſſus bilioſus, aduſtus, cum multa nigredine ſub finem effluxit. *Foreſtus.*

SCHOLIA.

S*Anguis craſſus, bilioſus, aduſtus*) Coxendicis morbum Hippocr. lib. de Affect. fieri ait quum bilis & pituita per ſanguifluam venam incubuerit, & ſanguinem in ea exiſtentem compegerit & morboſum reddiderit: Aſſentiendum eſt, *ait Pr. Martianus in comm.* Hippocrati aſſerenti materiam doloris per venas ſanguifluas ferri ad partes in quibus excitatur dolor: quas quidem ſanguifluas vocat ad differentiam arteriarum: Quamquidem ſententiam veriſſimam cognovi per ea quæ obſervavi in Cæmentario quodam hoc morbo laborante; qui dum à vehementia doloris afficiebatur (idque per quoſdam paroxyſmos contingebat) venæ omnes per exteriorem partem læſæ coxæ & cruris diſſeminatæ, mirum in modum intumeſcebant, remiſſoque dolore ſubſidebant ſtatim, nec earum apparebat veſtigium: In hoc igitur conſiſtit eſſentia veri coxendici morbi (nec non podagrici, ſaltem Gonagrici) quia dolor vagus per crus totum, modo huc modo illuc conſiſtit, fitque à materia per venam coxariam diſcurrente: Vnde evenit ut plures partes, & inter ſe diſtantes dolor infeſtet, quia ubicunque ſanguis ille morboſus conſtiterit, ibi dolorem facit: In eaque remedia adhibere jubet Hippocr. quæ ſanguinem illum coactum emolliendo diſſolvant & diffundant: Hinc patet in quanto errore verſentur illi, qui doloris extenſionem in hoc morbo ad nervos referunt, qui à ſpinali medulla juxta coxendicem, à ſummis natibus per femur & crus totum ac pedes diſſeminantur: certum enim eſt hanc doloris extenſionem, per ſolam irradiationem, abſque materiæ concurſu ad partem dolentem minime fieri, alioqui dolores nervoſarum partium ſemper communicarentur omnibus particulis ad quas propagantur nervi: Nec eſt veriſimile materiam doloris per nervos denſiſſimos ferri ad partem adeo remotam, in qua dolor excitatur, quia id abſque convulſione non contingeret.

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QVARTI.

SECTIO IX.

De Lue venerea & Plica Polonica.

Observatio I.

Plurimorum Lue venerea laborantium venæ pituita infarctæ, nec non muſculoſæ, quæ doloribus afficiuntur. 1. *Infectorum Lue partes internæ vlceribus quandoque & Abſceſſibus ſcatent.* 2. 3. 4. 5. *Vitioſus humor in cerebro repertus.* 6. *Sæpe reperitur in cranio eorum qui graviter laborarunt dura & concreta cruſta illi adhærens.* 7. *Caries cranii reperta* 8. 12. *Gummata duræ matri innata.* 9. *Exoſtoſis cranii ab humore inter diploas contento* 10. 11. *Oſſa ex crebro vſu medicamentorum mercurialium friabilia reddita* 13. *Duorum ſpondylorum caries.* 14. *Oſſium pectoris caries cum abſceſſibus in vicinia.* 15.

§. I. PLVRES homines mortuos in hoſpitalibus ſecui qui viventes morbo venereo laborabant, in quibus venæ per univerſum corpus plenæ erant pituitoſa materia alba: quæ pituita in quantitate longe ſuperabat ſanguinem: Et loca etiam doloroſa madebant eadem maretia pituitoſa: Imo in aliquibus omnes lacerti madebant iſta jam dicta materia,& veniæ quoque (vt dixi) repletæ erant illa materia. *Nicol. Maſſa Epiſt.30.tom.I.*

SCHOLIA.

QVærunt aliqui num hæc labes abſque ſudore curari poſſit? quibuſdam affirmantibus, quod lues abditæ qualitatis ſoboles ſit quæ alteratione ſolum dometur: At ſoli indicationi curatoriæ hic attendendum non eſſe, ſed & præſervatoriæ, quæ à cauſa ſumitur, oſtendit impuritas illa ſanguinis, per muſculoſum genus quoque diffuſa, quæ vix commodiori via quam hidroticis exhauritur, hæc enim craſſos humores fundunt, colliquant, quaquaverſum diſpellunt & foras per habitum exturbant: Eum in finem congruit ſalivatio artificialis, quæ excrementitios ejuſmodi humores ex toto corpore per arterias & ſalivales oris ductus faceſſere jubet.

§. 2. Fuit iuvenis qui maximis tenebatur doloribus lateris dextri: Nullum ei remedium proderat: poſtquam vero mortuus eſt, animadverſa eſt cicatrix circa genua, unde facta conjectura eum Gallico morbo laboraſſe.

Aperto corpore invenerunt quod morbo Gallico etiam interius laboraraſſet: in diaphragmate videbantur maximæ puſtulæ: ubi autem fuit dolor maximus dum viveret, ibi ſtomachus habuit cavæ manus inſtar puſtulam, & in ſuperincumbente cavo epatis, ſimilem aliam puſtulam, ut una alteram comprimeret. *Ex Schedis Geſneri.*

§. 3. Annotatione digniſſimum eſt quod monet *Fernelius*, non in externis tantum & conſpicuis partibus figi malum, verum etiam internas corrumpere: viſa enim ſunt in apertis cadaveribus fœda vlcera & puſtulæ in ipſis viſceribus: haud ſecus ac exanthemata per morbillos eadem afficiunt: Novi ego plures quibus ex variola magna non ſolum trachea ſed & Pulmo ipſe fuit exulceratus; *Ioubertus lib. de Variola magna cap.4.*

§. 4. Plerique viri graviſſimi, quales ſunt *Alexan. Benedictus* lib.23. de morb. Cur. *Fernelius, Ioubertus Geſnerus, Bernardinus Tomitanus* lib.2. de morbo Gall. cap.13. certos nos fecerunt vita Siphylide defunctis conſectis, viſcera quælibet, nullis excluſis, reperta tum phymatis tum abſceſſibus, tum ulceribus fœda, non aliter quam extimo corporis habitu

habitu papulæ, collectionem; tubercula: Quæ mihi admirabilia quondam viſa, comper mox omnia quam veriſſima. Etenim in valetudinario ſyphiliis decumbentibus, ſi quod aliud, refertiſſimo, ex his qui conſpecti fuerant illo morbo laborantes, complures offend quibus exulcerati tum œſophagus tum trachea. Quibus item puſtuloſus Pulmo, puſtuloſum Jecur: apoſtemodes vero proſtatæ ſunt adverſi. Fuit autem & cui repertum eſt ſiniſtrum vas deferens ſpermatis, qua ſuper interfemineo ad penem inflectitur, ſub ejus loci glandulas interiores aliqua parte demerſum atque ſepultum: Cum autem eidem homini bubo Syphilicis ulceroſus fuiſſet adverſus, prompta fuit omnium opinio, & ejaculatoria, nedum glandulas ſyphilios iſtos abſceſſus expertas, quod hactenus nemo prodidit eorum qui novas obſervationes medicas deſcripſere. *M. Aur. Severinus de Abſceſſuum rec. doctrina pag.* 278.

§. 5. Non in externas duntaxat, quæ ſub aſpectum veniunt, verum etiam in interiores quaſque partes, ipſaque viſcera penetrat, quæ mortuis comparent puſtulis ulceribusque fœda. *Fernelius l.2. de Abd.c.*14.*lib. de Luis curat. cap.*4. Omnium difficillime curatur quæ confirmata, quæ oſſium carie, ac partium cartilaginearum exeſione ſe prodit: quam in interioribus etiam viſceribus ulcera & tubercula multa proferre in mortuorum corporibus diſſectis notavi. *Idem ibid.c.*7.

SCHOLIA.

Hinc plurimi, *addit*, in hoc morbo, in aliiſq; venenatis, captioſa, eaque admodum inani ratione falluntur, quod dum vident ſymptomata cum humoris cujuſdam vitio inſultare, nihil præter humorem ineſſe putant, nihil majus animo concipiunt neque acriore illa animi acie perſcrutantur num aliud quippiam in humore ſubſit in quo præcipua affectionis cauſa conſiſtat: quale proculdubio ſi ſenſu non cernimus, oportet certe ratione & intelligentia comprehendere, &c.

§. 6. Vitioſus humor ex oſculis venatum cerebri aliquando exit & exudat, qualem *Alex Trajanus Petronius* in eorum cerebris reperit qui lue venerea perierunt. *Schneiderus lib.*2. *de Catarrh. cap.*10.

§. 7. Teſtari poſſum me in diſſecto capite medio, inter duram meningem & totam cranii baſin ſpatio, duram, concretam & ſiccam cruſtam, cranii oſſibus tenaciter adhærentem altam tamen, deprehendiſſe: ac talem ſæpius in inſigniter lue vexatis venerea noſtro ſæculo, ex virulenta materia huc protruſam eodem loco concreſcere, experientia habeo compertiſſimum. *Falkenburgius apud Magnenum de Tabacco p. m.*129.

§. 8, Anno 1636. *in cranio* juvenis, qui paralyſi extinctus, undique tempora verſus à lue venerea *caries*, utraque membrana ei tenaciſſime adhærente: debilitato nempe calore naturali, credibile eſt nervos ita fuiſſe relaxatos ut grauiſſimus inde ſubortus fuerit affectus. *I. Rhodius centur.* 1. *Obſerv.* 34.

SCHOLIA.

In cranio caries] Quæ ſi circa ſuturas contingat periculoſior eſt, notante *Marchetti* in ſylloge obſervat. Med. Chirurg. xvi. Vidi *inquit*, in laborantibus gummate Gallico ſupra ſuturas, corroſis à venefica qualitate pericranio & cranio, atque deſtillantibus ichoribus in eo genitis, ſupra duram meningem, ſubortam convulſionem & mortem. Imo ab eadem carie enatam Epilepſiam obſervavit *I. Vdalricus Rumlerus* in Sartore Veneto, morbo Venere extreme laborante, qui ob exeſam calvariæ partem poſticam in epilepſiam ſæpius incidebat, à qua tandem interiit.

§. 9. Nec miranda cranii caries: in theatro enim anatomico Patavii anno 1651. à V. C. A. Molinetto aperto capite ruſtici lue venerea inquinati, tria gummata candida inhærebant duræ membranæ, pia illæſa, cujus veſtigia in calva corroſa erant conſpicua. Talia etiam tradit *Mercatus* de morbo Gall. lib.2.c.6. *Rhodius centur.* 1. *Obſerv.*33.

§. 10. Nonnunquam inter duas cranii tabulas tranſcolatione quadam humor colligitur, qui tractu temporis vitiatus, acerbiſſimos cruciatus inducit, quod ſæpius accidit in lue Venerea, inveterata, & tum Exoſtoſi quanam cranium protuberat. *Riolanus Enchir. Anat. lib.*5. *cap.*7. *Rolfinccius Diſſert. Anat. lib.*2.*cap.*11.

§. 11. Nuper dum mulierem quandam morbo Gallico interemptam reſecaremus, cauſam morbi perquirendo oſſa ſub membranis ſuis integris tumentia, & ad medullam uſque ſuppurata invenimus: ea duntaxat ratione quoniam & ipſa nutriuntur, & abſceſſibus ob id afficiuntur. *Al. Benedictus lib.*1.*cap.*6.*Anat.*

§. 12. Oſſa capitis erodi frequenter contingit ſub iis tumoribus qui Luis ſymptomata habentur, quorum plerique ad atheromatum, alii ad meliceridum naturam accedunt: qui ſi diu incurati permanſerint, os quod ſubeſt corrumpitur ac carioſum redditur, Imo & aliquando abſceſſus gignuntur. *Dodonæus annotat. ad caput dictum.*

§. 13. Ex relatione Medici cujuſdam habeo Chirurgum quendam, ob crebrum uſum medicamentorum mercurialium mortuum, oſſa habuiſſe plane friabilia. *Libavius Tract. de igne Natura. cap.*30.

CCccccc §. 15. A

§. 15. A me diſſectum cadaver in noſodochio incurabilium, hominis lue venerea commortui, cui reperta ſunt oſſa pectoris & juguli, & aliquot coſtarum inſignibus tumoribus exaltata, quibus ſubinde ruptis apertiſque, puris graviter olentis nonnulla portio manavit, quo demum exhauſto, patulus & cavus oſſis ſinus apparuit. *Phil. Ingraſſias lib. de Tumoribus.*

Observatio II.

Iecur ratione morbi venerei ulceratum. 1. 2. 3. 4. 5.

§. 1. HOc vitium Aëtius nuncupat colliquamentum, quia emaciatur & velut colliquatur totum corpus: Eſt autem ulcus Jecoris nil aliud quam ſoluta unitas Jecoris, ex eroſione producta: potiſſimum ſuccedit inflammationi, qua ad ſuppurationem perducitur: poteſt autem fieri citra inflammationem prægreſſam, ex acribus ſuccis: Interdum vidi Jecur ulceratum ratione affectus Morbi gallici, ratione mordacitatis materiæ. *Capivaccius Pract. lib. 3. cap. 23.*

SCHOLIA.

HInc ſubjectum ipſius virulentiæ Luis in quo propria Luis ſubſtantia, ceu in fomite & principali domicilio reperitur, frequentiſſime eſſe Jecur ſtatuit, quia hoc malum plerumque oritur ob veneris uſum, in quo ratione motus & caloris, pori illius partis recluduntur, ut lues promptum habeat in jecur tranſitum: Hoc autem fomes eſſe ex eodem cognoſcitur, ſi malum originem è coitu duxerit: ſi bubo ſit circa inguen dextrum, ſi reliqua ſymptomata magis pertineat ad dextram partem, potiſſimum ſi ſanguificatio læſa eſt.

§. 2. Aliquando Hydropici, ob Lienis enorme vitium, ſectioni interfui, cui vultus ὑπόχλωρος, qualis lienoſorum: Maximam adoleſcentiæ partem in Italia tranſigerat, ubi Syphillidis alumnum fuiſſe fama erat: Jecur quoad ſubſtantiam quidem & colorem ſuam ſervaverat incolumitatem, tunica autem omnino erat deſtitutum, ac tota ſuperficies quaſi à ſoricibus arroſa: Hydropis cauſam inde licebat arceſſere, quaſi ob frequentiam hydatidum, (quæ diſruptæ ſerum vel lympham in abdomen depoſuiſſent) ambiente tunica ſic foret ſpoliatum; atque pro tempore, honoris ægri gratia conſenſum adhibui, Sed ſi inde origo hydropis (quæ in liene maniſeſtiſſima erat) deducenda fuiſſet, vel ſuperſtites fuiſſent aliquæ hydatides, vel vitium non in tunica ambiente ſolum ſe aperuiſſet, ſed in ipſo parenchymate, quod illæſum omnino apparuit.

§. 3. Ex morbo Gallico in quodam juvene Romano, totam fere Jecoris tunicam ambientem vidimus eroſam, de qua nunquam vivens conqueſtus fuerat. *Alex. Benedictus Practica lib. 13. cap. 23.*

§. 4. Exiſtimarunt non inferioris claſſis autores morbum Gallicum conſiſtere in ſoluta unitate Hepatis, quod falſum eſſe cognoverunt Anatomici, qui Hepata infectorum, marium & fœminarum, diligentiſſime ſecuere, neque ullam continui ſolutionem cognoverunt in eorum viſceribus. Quanquam alii teſtantur ſe ex anatome percepiſſe jecur viri infecti, ſcabie & puſtulis veluti quibuſdam affectum: Atque ego memini vidiſſe meretricis inſignis ſectionem Patavii, cujus Hepar altera ex parte ſcabioſum pene totum erat, cùm tamen nil aliud intrinſecus aut extrinſecus appareret quod p.n. extaret, Ea dum ſecatur, extruditur Jecur, rei exitus ſumma cum attentione expectatur (conſtabat enim eam non ſemel tantùm, ſed pluries morbo Gallico laboraſſe) Factum autem eſt ut intuentibus nobis nulla in viſceribus noxa viſa fuerit, præter ſcabiem in convexa Jecoris parte: Hæc autem etſi vera ſunt, raro tamen id evenire teſtatur anatome & experientia, ad quam tranſmittendi ſunt illi qui de hac re anticipi res eſſe non deſinunt. *Bernardinus Tomitanus lib. 2. c. 13 de morbo Gallico.*

§. 5. Anno 1624. Adr. Spigelio ſecante puellæ corpus annorum XII. quæ in valetudinario D. Franciſci non matureſcentibus venereis Bubonibus extincta, Hepar plane integrum, Ex quo planum fit non ſemper viſcus hoc lue venerea infectis labefactatum. *Ioannes Rhodius centur. 3. Obſervat. 81.*

Observatio III.

In cadaveribus quorundam qui hydrargyroſin paſſi, mercurius repertus.

QUoſdam vidit *Trajanus* ante obitum litu hydrargyrato inunctos, & quorum ſecto cadavere hydrargyrus copioſus repertus eſt, in cranio nempe, ſcapularum & brachiorum junctutis. *Ioh. Renodæus Mat. Med. lib. 2. ſect. 1. cap. 15.*

Filia XII. annorum lue Gallica ex parentibus contracta laborans, variis multiſque ex hydrargyrio præparatis, unctionibus adhibitis, neque ad ſalivationem, neque ad ſudores, neque excretiones pervenit, ſed poſt annum in menſe Martio, quo uncta fuit, ſuas operationes complevit, ſpuitione & ſuperveniente diarrhœa virulenta ex hydrargyro contracta moritur.

Diſſecto cadavere circa juncturas guttulæ tremulæ hydrargyri à me inventæ ſunt. *Nic. Fontanus Reſponſ. & curat. medic.* p.100.

P. Caſtellus Med. Romanus in Xenodochio incurabilium Romæ, in illis qui poſt mercuriales inunctiones obierant, capitis tibiarúmque oſſium cavitates argento vivo ſcatere deprehendit.

Idem in uxore Juriſconſulti, quæ frequenter inunctione ex hydrargyro uſa erat, & in maximam capitis gravitatem devenerat, binas ejus uncias invenit.

Observatio IV.

In cadavere cujuſdam lue infecti cuncta viſcera nutritia ſana reperta ſunt.

Quoniam Jecur eſt omnium libidinum cupiditatúmque cauſa, perhibetur id ſedes luis venereæ, Et tamen anno 1632. diſſecui in Scholis Medicis Pariſ. publice cadaver ſcotti famoſiſſimi, in quo deprehendi cuncta viſcera nutritia ſana & integra, abſque ullo vitio: Cum tamen haberet cranium in diverſis locis carie exeſum, & Exoſtoſin in tibia ſiniſtra. *Riolanus Anthropogr. lib.2. cap.*21.

SCHOLIA.

Hinc inferre liceret Luem morbum eſſe habitus corporis, cujus ſuæ affectiones, citra labem interiorum viſcerum.

Observatio V.

De Tricis, Seu Plica Polonica.

In eorum ſanguine qui Plica correpti interiere Pili reperti ſunt.

Non ſub cute tantum, imo etiam in ipſis venis Crines reperiri genitos, valde pungentes, & acriter vellicantes probat hiſtoria à *Slovacio* Medico Cracovienſi allata de Matrona, in cujus ſanguine pilos vidit (quique affectum hunc ut curaret rogatus, reſpondit irrita fore omnia, verſari enim matronam in eo affectu jam deplorato, qui ſanguinem habeat omni ex parte pilis refertum.) Sed & omnium certiſſima teſtis *αὐτοψία*, & inſpectio ſanguinis ocularis eorum qui Plica correpti obierunt, quorum in ſanguine pilos acres & ſtimulantes videbis. *Sculterus Trichiaſis admir.* p.52. *Saxonia Panthei lib.*10. *cap.*25.

SCHOLIA.

Plica eſt Pilorum ſibi invicem junctorum adeo arcta intricatio atq; implicatio ut nulla pacto amplius diſcerni aut extricari poſſint à certa cauſa interna & præter naturā proveniens. Familiaris eſt hic affectus & quaſi Endemius Polonis, præcipuè Ruſſis, quorum infantes ſæpe cum eo naſcuntur: vidi tamen eam etiam Patavii in Germana, in cujus ædibus habitabam? Poloni duplicem ſtatuunt Plicam, alteram maſculam, alteram fœminam; hæc totum horribili ſpectaculo involvit caput, ita ut non tam capilli, quam aliquis Pileus congenitus homini videatur. Maſcula eſt quæ propendentes aliquot ad inſtar funiculorum ſpiras habet: Hujus mali cauſæ ſunt vitioſi & maligni humores, ob peculiarem loci, præcipuè Ruſſiæ, aëris & aquarum genium ad caput ferri & in pilos commutari nati: quemadmodum alicubi aquarum vitio Brochoncelæ incolis adnaſcuntur. *Ioachimi Paſtorii Florus Polonicus* lib.2. cap.14. narrat tempore Leſci Nigri Poloniarum Principis, in Ruſſia rubra, à tranſeuntibus Tartaris immiſſis humanis cordibus, quæ veneno imbuerant, infectas aquas, nova morborum genera peperiſſe, quorum ut diu cauſa fefellit Medicos, ita ſoboles hodie quoque in inexplicabili Tricarum contage, quam Plicam vocant, creditur vulgo ſupereſſe: *Spondanus* etiam anno 1287. n.10. ita ſcribit, Cæterum ne Ruſſi quidem quanquam Socii, prorſus expertes malorum à Tartaris fuere: nam exceſſuri illi è Ruſſia, ut eſt malitioſum hominum genus, atque incantationum atque veneficiorum gnarum, aquas omnes infecerant, exſectis captivorum cæſorum cordibus & præſentiſſimo veneno imbutis, ac verubus ſubter aquas defixis: unde plurimi mortales, cùm ſerius mali cauſa animadverſa eſſet, miſerabiliter extincti ſunt: Idem ajunt *Brovius, Cromerus, Dlugoſſius*, aliique hiſtorici Poloni: Et concors in Ruſſia traditio eſt Plicam ab illis aquis infectis eſſe derivatam: cui favere poteſt ipſius regionis temperamentum ſeu indoles, nam Plica laboranti caput radere in Polonia, pernitioſum: in Tartaria verò, ſi quis Plica affectus eò deductus captivus fuerit, raſura minimè nocet, ob climatis benignitatem.

Defertur iſta materia vitioſa & maligna ad Pilos, non per modum fuliginis, ex qua tantùm creduntur oriri Pili, ſed ſimul cum ſanguine, utpote quo pilos ipſos nutriri hinc manifeſtum eſt, quod pili hi intricati abſciſſi quandoque ſanguinem fundant.

Eſt Plica ſymptomaticum quid, ſed aliquando criticum, ortum ex materiæ iſtius vitioſæ expulſione verſus caput: nam Plica nihil periculi ægris adfert, ſæpéque ſine ullo damno ad mortem uſque circumfertur, id vero quod maximè ægrum infeſtat, eſt humor ille malus in corpore hærens, unde pili oriuntur, hic enim eſt qui graviſſima illa ſymptomata efficit quæ jam enumeratum eo.

Incipiente Trichomate unus & alter cirrus in capite vel barba excreſcit, cum vicinis ſibi crinibus introrſum implicatus & denſus, antequam is excreſcat, vel etiam quamvis excreverit, modo tamen materia vitioſa in corpore redundet, oſſa infringuntur, laxantur artus, membra conglobantur ac retorquentur, gibbi efficiuntur, pediculi funduntur, quibus caput ita oppletur ut nequaquam purgari poſſit: ſed hoc non eſt perpetuum ut pediculi in Plica adſint: Narrat mihi Lovanii Ill. *D. Theodorus Skuminorius* Epiſc. Gratianopolitanus, ſe noviſſe nobilē Polonum

ferè ſexagenarium in alba Ruſſia, cui pars capitis Plica fœmina ad inſtar piloſæ pyramidis cirrata, nullum unquam habuit pediculum: quin è contrario ſi vivus pediculus capiti ejus impoeeretur, moriebatur: Si cinni hi & cirti radantur intempeſtivè, humor malignus, & virus in corpus relabitur & ægros jam dictis modis torquet: Caput, pedes, manus, omnes artus, omnes juncturæ, omnes corporis partes exagitantur, ideo morbus hic Polonica lingua vocatur *Gozdiec*, quaſi clavatus, quod corporis, capitis præcipuè, clavis confixi dolorem æquet, ungues aliquando, præcipuè in pedibus & maximè io pollicibus, ſcabri longi & nigri fiunt inſtar cornu hircini: Obſervatum eſt qui tales faſciculos implicatorum inter ſe crinium deraſiſſent, vel ungues illos præſcidiſſent, oculis captos fuiſſe, aut defluxionibus ad alias partes graviſſimè afflictos. Purgantia uſitata ſi exhibeantur, efferatur malum. Quidam cùm aliquot annis hoc genere mali cruciati eſſent, nec caput raſiſſent, ſed omnem ſpurcitieio ac moleſtiam pertinaciter pertuliſſeot, tandem virulentis illis cirris ſponte ſua decidentibus convaluere: conſumpta ſcilicet tota illa maligna materia in capillos, quod de Maſcula Plica intellige, nam fœmina eſt immedicabilis: Contrahitur hoc malum etiam per contagium, ſi quis aliquoties ſibi impooat pileum ſudore Plica laborantis madidum. *Plempius Tractatu de Pilis cap. vii. Vide Sennertum Pract. lib. 5. part. 3. Sect. 2. cap. ix. Sylvaticum conſ. 19. lib. 1. Tardinum diſquiſ. de Pilis cap. 9. & alios.*

Neopolitani, ſi extremi in occipite capilli puerulis ſuis cirri inſtar promineant excreſcantque, nolunt decurtare: perſuaſum quippe illis audivi moriturum infantem ſeu Epilepſia ſeu febre peſtilentiali, ſi pili illi occipitis abſcindantur. *Th. Bartholini Hiſtor. 94. centur. 2.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI QVARTI.
SECTIO X.
De Morbis occultis, Chronicis, à Veneno inductis.

Observatio I.

Morbus occultus & diuturnus ob Vlcus ſub altera cordis auricula. 1. Ob callum induratum in cordis auricula ſiniſtra. 2. Polypi reperti in vena cava diu ob morbum decubuorum. 3. In utroque ventriculo lento morbo extincti. 4. Sanguis coralliformis in venis lenta morte extincti repertus. 5. Languor diuturnus à lapidibus pluribus in Pulmonibus congeſtis. 6. Languor diuturnus à lapidibus pluribus in Pulmonibus congeſtis. 6. Diuturno morbo confecti cordis ſubſtantia abſumpta, ſolo ſuperſtite involucro. 7. Morbus incognitus à lapillo in ſubſtantia Cordis contento. 8. Diu valetudinarius ob multiplicem viſcerum omnium læſionem. 9. Morbus ignotus à vermibus in cerebro. 10.

§. 1. MEMINI quod Venetiis dum cadaver quoddam ſecaremus, quod fuerat hominis qui ex diuturno morbo tandem in quodam hoſpitali mortuus eſt, invenimus parvum ſub altera auricula cordis ulcus, quod videbatur antiquum, aliquantulum profundum, purulentum & ſordidum. *Victor Trincavellius de ratione curandi lib. 6. cap. 11.*

SCHOLIA.

LAborat plerunque cor ex intemperatura ab eo cootracta, atque cuicumque tum compoſitarum tum ſimplicium differentiæ obnoxium eſt, cum materia & citra illam, ſed ab ea nequaquam corripi poteſt quæ ſequitur tumorem aliquem p. n. ut ſunt inflammationes, ſcirrhi, &c. Nam ut *Galenus* 2. & 3. de præſagit. ex pulſibus retulit, cum ejuſmodi rumores in corde oriuntur, concitantur adeo vehementia animi deliquia, ſtatim inter initia, ut hominem omnino interimant: Quod quidem puto eſſe intelligendum quando in internis partibus & penitioribus oritur is tumor, alioquin enim memini quod Venetiis &c. (*Vide hiſtoriam*) Quodcunque autem fuerit illud ulcus, ſive aliqua vomica fuerit, ſive ex eroſione, ſive ex puttedine, videretur rationi conſonum quod ſi hæc pertulerit diu, poſſit etiam ſcirrhum aliquandiu ferre. Sed externæ, imo extimæ partes, non ſunt tanti momenti ſicut interior ejus ſubſtantia & ventres. *Idem ibidem.*

§. 2. Inciſo cujuſdam cadavere, & viſcera omnia vento plena conſpeximus, Et in ſiniſtro cordis ventriculo obduratum callum invenimus, qui nucis magnitudinem æquaret, Quare ut ventum mortis ipſius, Ita callum adverſæ hominis valetudinis cauſam fuiſſe arbitrati fuimus. *Benivenius cap. 81. de Abditis.*

§. 3. Jac.

§. 3. Jac. Knoll. adoleſcens xvii. annorum laboravit à calculo veſicæ, &c. Ejus venam cavam cum diſſecuiſſem, corpora alba, pituitoſa ſeu fibroſa, cavitatem ejus fere replentia reperi, qualia in diu decubuis, & à morbis chronicis ſublaris ſæpius vidi *Ioh. Iacob. Wepferus Exercit. de Apoplexia p.* 124.

SCHOLIA.

Ejuſmodi concrementa reperta eſſe in venis magnis quæ cordi inſeruntur, atque etiam in hujus auriculis *ait Idem* p. 277. Quo vero morbo ſit extinctus non aperit: De iis pluribus in locis lib. præcedentibus ex eodem & *Williſio.*

§. 4. Vidit N. Polypum utriuſque ventriculi cordis, in quodam lenta morte extincto, reſpiratione ſenſim deficiente. *Vide lib. 2. tit. de Reſpiratione difficili.*

§. 5. Magna vis eſt venarum, quæ conceptum ſanguinem coire nunquam ſinunt, niſi fortaſſe ex *rara quadam & abdita* cauſa, Ex qua vidimus quempiam poſt diuturnum languorem de vita exceſſiſſe, cui *ſanguis* univerſus *in venis concreverat*, adeo ut demum coralli modo fruticans eximeretur. *Fernelius Phyſiologia lib.6. cap.*8,

SCHOLIA.

EX *rara & abdita morbi cauſa*] Mortem repentinam ſæpiſſime accidere in Britanniæ Occidentalibus regionibus aliiſq; locis, iis qui eruendo plumbo reliquiſque metallis operam dant, refert *Malachias Truſton* diatriba de Reſpirat. ut putentur halitu quodam ab orci faucibus egreſſo, morte nec opinantes opprimi, Cauſam putat eſſe quod vapor teterrimus ore hauſtus; atque pulmonibus exceptus pertranſeunti ſanguini manus injiciat, curſum inhibeat, ejus molem cogat, coerceat, figat, inſpiſſet, conſtringat: Idque minus mirum videri illis, qui docente Ill. *Boylæo*, norint argentum vivum fuſi plumbi halitibus momento fere temporis figi poſſe, & quidem pertinaciter: Tantis nempe viribus pollere Saturnum illum, ignavum alias ut videtur ſilicernium, ut ipſi Mercurio idem faciat quod Vulcanus Marti feciſſe dicitur, illi enim quantumvis volucri & fugaci, leviſſimo negotio vincula format, compedes nectit, plumarum denique & alarum remigio ſpoliat.

Sanguis concreverat in venis] Sanguinis illam concretionem alii obſervarunt: *Platerus* Obſerv. lib. 2. pag.505. ait in quodam febre hectica extincto, venas meſaraicas ſanguine craſſo & concreto tumuiſſe, qui è majoribus venis coralli inſtar nigricans cohærens extrahebatur: *Ballonius* lib.2. Epidem. p. 242. refert cuidam ſanguinem nigrum ita concreviſſe in venis, ut carbones illic impacti crederentur: Cuidam, inquit *Bartholin.* cent. 3. hiſtor.94. ſanguis tam erat à melancholico humore exſiccatus, ut omnes venæ cordis, & ipſum cor à Chirurgo diſſecari nequiverint: *Riolanus* in Encheirid. Anatom. l. 2. c. 27. teſtatur ſe aliquoties vidiſſe in febribus ardentibus malignis, concretum ſanguinem intra venas, inſtar medullæ ſambucinæ: Cui ſimilem ſæpe ſe deprehendiſſe eductum è venis maligne febricitantium aſſerit *S. Pauli* Digreſſ. de Febrib. malignis §. 80. Idem adnotavit *Salius* D. de Affect. partic. cap.4. Ejuſmodi ſanguinem ad coagulationem vergentem *Galen.* comm. in 3. Epid.6. tit. 29. eductum vidit ab extenuatiſſima muliercula, cui poſt octo menſium menſtruorum ſuppreſſionem, ſecandam curavit venam. *Quia ſcil. ipſius venæ eminebant ſanguine plenæ, colore livide, cui ex reſciſſo vaſculo liquidæ pici & colore & craſſitudine emanavit.* Ideo pici ſimilem & colore & craſſitudine apparuiſſe dicit *Vander Linden* in Select. medic. p. 644. quia ille ſero, ſanguinis vehiculo, caruit, comparandus lenteſcenti & corrupto vino, vel etiam olei ſtrigmentis. *Talem autem*, inquit Lindenus, *ardore fieri, non ſubito, ſed paulatim depaſcente quicquid eſt chymoſi in maſſa: Piceus vero*, addit, *ſanguis non fit, niſi cum igne uritur occulto, quaſi cineris doloſi: Tunc vero nigrorem concipit ex uſtione bilioſi: lentorem vero ex ſiccatione fibroſi quod eſt in ſanguine: Spigelius* lib.6. de corp. hum. fabr. c. 2. refert nonnullos à potu frigidæ, poſt vehementes corporis motus protinus ſuffocatos fuiſſe, *Arteria enim refrigerata valide ſanguis coagulatus eſt, tam is qui in aorta fuit, quam ille qui in corde ſtabulatur: videmus enim ſecta vera ſanguinem his craſſum ac frigidum, nec niſi maxima cum difficultate prodiiſſe*, unde & præſentius remedium non datur iis quæ tenuitate partium ſanguinis grumos diſſolvunt.

§. 6. Anno 1624. Paterniaci Aventicorum cadaver mulieris diuturno morbo laborantis incidi, In cujus pulmone lapides quamplurimos, tam albi quam atri coloris reperimus. *Fabritius Hildanus cent.*1. *Obſerv.*29.

§. 7. Quidam diuturno morbo cum extinctus eſſet, nullam prorſus in eo portionem cordis, ſed ejus tantum tunicam reperimus. *Teleſcius rerum natur. lib.5. cap.*18.

§. 8. *Hieron. Schreiberus* Martio menſe anni 1547. in atrociſſimum & incognitum morbum incidit, cujus cauſam præceptores ex nimia choleræ & bilis ebullitione profectam, & in colicos dolores tranſiiſſe exiſtimabant: Cæterum cùm Majo menſe vitam cum morte commutaſſet, nos abditam morbi cauſam indagare conſtituentes, diſſectionem cadaveris aggreſſi ſumus: In quo cum ſubſtantia Cordis diſſecaretur, repertus eſt & exciſus lapillus nucis muſcatæ inſtar, duriſſimus, ſubnigricans, rotundus, & pondo drachmarum aliquot. *Ex obſervationibus Abrahami Murgelii, Medici Lindoenſis in Miſcell. curioſis anni* 1670.

§. 9. In cujuſdam magni nominis viro, poſt obitum aperto corpore, hæc fuere obſervata: Scirrhi in dextra parte circa Hepar tres, quamvis ipſius tota ſubſtantia ſolito eſſet durior; In maximo ſinu dexter ren jacuit, in quo duo lapides extitere, oblongus unus alter rotundus: In ſiniſtro rene quoque oblongus repertus: Lien æquavit Hepar ſuo ambitu: Veſicula fellis 143. lapillos continuit, ex quibus duo fuere rotundi, reliqui ovali figura, ſed minores: nonnulli adhuc multo minore: in Pulmonum dextra parte magna putredo affuit: Præterea triplex hernia, Omenti, Inteſtini & Aquoſa, quæ caput humanum æquabat: ſemper fuit valetudinarius: Ex obſervationibus *Ioachimi Camerarii Noribergenſis Archiatri.* in miſcell. curioſis anni 1670.

§. 10. Beniventis cum multi ignoto morbo è vita diſcederent, tandem Medici hoc morbo interemptum inciderunt; & in hujus cerebro invenerunt vermem rubeum, brevem, quem cum multis medicamentis vermes occidendi vim habentibus occidere non poſſent, tandem fruſta raphani inciſa in vino malvatico ebulliebant, quo vermis occidebatur: atque hoc eodem remedio deinde ſimili morbo, quaſi epidemico, affectos omnes curabant: Hæc in Cornelii Roterodamenſis Medici libro inveni, qui apud Giſbertum Horſtium in Noſocomio Mariæ conſolationis Romæ ſeptem annis ægris ut Medicus aſſiſtens inſerviebat: *Foreſtus Scholio ad obſervat. 2. lib. 9. De vermibus in cerebro. vide alia exempla lib. 1. ſect. 1.*

Observatio II.

Ignoto morbo extincti cadaver exhibuit cyſtin felleam bile vacuam. 1. Pancreatis apoſtema multos occulte perimit. 2. Lenta mors à Pancreate ſcirrhoſo excitata. 3. Valetudinarii pars Iecoris concava fere abſumpta reperta eſt. 4. Morbus incognitus à pulmonibus & hepate veſiculis obſitis. 5. A veſica fellea pluribus calculis obſita. 6. A pulmonum & hepatis putredine. 7. A rene uno, veſica, & cyſti fellea ſabulo & calculis obſeſſis. 8. Valetudinarius diu potu glacie refrigerato uſus, Hepar habuit prorſus ambuſtum. 9. Morbus incognitus à Iecore lapide juxta veſicam obſeſſo. 10. A Iecore omnino putrefacto. 11. A meſenterii Glandulis duabus tumidis. 12. A vaſorum meſaraicorum obſtructione, Pulmonum circa dorſum inflammatione, Abſceſſu in rene. 13. Ab utero ulcerato, carne ſpongioſa in ejus cavo. 14. Materia ſeroſa per umbilicum ſtillans, ab hepate ſcirrhoſo & ulcerato. 15.

§. 1. NOn paucis è vivis erepti ſunt, in quibus non alia interitus cauſa comparuit quàm quod folliculus bile omnino eſſet exhauſtus, quaſi fellis coacervatio ſub Hepate ad vitam neceſſaria foret. *Fernelius Pathol. lib. 6. cap. 5.*

Scholia.

VEteres tamen cauſam diuturnioris vitæ fellis vacuitatem eſſe dixerunt, argumento ex ſolipedum cervorumque genere deducto quæ felle carent & diu vivunt, ex *Ariſtot.* cap. 2. lib. 4. de partib. anima. Philoſophi ſententiam ſequutus *Plinius* prodidit fel hominum paucis non eſſe, quorum valetudo firmior & vita longior: Idem teſtatur non omnibus animalibus fel datum: In Euboeæ Chalcide nullum pecori: carent eo quæ abſynthio in Ponto veſcuntur: quod veriſſimum putat *Dioſcor.* cap. de Abſynt. Ergo fellis collectio ad vitam inutilis: Contra *Nemeſius*, Author Græcus lib. de nat. Homin. flavam bilem ſub hepate per ſe, atque per aliud reconditam fuiſſe ſcribit: Nam ad coctionem conferre, & excrementorum depulſionem movere, ſimulque calorem quendam præbere corpori inſtar vitalis facultatis: Nec abſurdum eſt, etſi *Veſalius* rideat fellis veſiculam ſuppoſitam & immerſam fuiſſe Jecori, ut bilis contactu & afflatu, id à putredine vindicetur: Bilis collectionem in cyſti ad vitam eſſe neceſſariam: id apertius convincit quod in hominibus ſtrangulatis, qui dum necem ſuam expectant per duos vel tres dies inedia ſeſe conficiunt, folliculus nunquam felle vacuus apparuit, imo plenus & turgidulus: Neque in bobus qui per quatuor dies fame macerantur priuſquam jugulentur, cyſtim bile exhauſtam invenies: At eo temporis ſpatio tota bilis vacuari poterat, quum libertas meatuum adſit, inteſtino jejuno vacuo, ſed compreſſa veſicula ne guttam quidem humoris ſtillare & effluere ſemper obſervavi: adde quod fœtus utero adhuc concluſus veſiculam plenam bile habet. *Riolanus Anthropogr. lib. 2. cap. 20.*

§. 2. Vidi plurimos à fato ſectos qui perennibus querelis miſere vixerant, quibus ingens apoſtema, ſaxeæ fere duritici Pancreas occupaverat. *I. Heurnius comm. in aph. 41. ſect. 6.*

SCHOLIA.

SCHOLIA.

Pancreas Apoſtematis & puris congeſtioni obnoxium eſſe oſtendit *Franc. de le Boë Sylvius* Pract. lib. 1. cap. 15. ſimulque indicia tradit quibus affectum eſſe dignoſcatur, Exemplo mulieris viduæ, quæ ex animi mœrore in dolorem Lumborum gravem ac diuturnum, hinc & puris vomitum ad dejectionem ſpontaneam prolapſa eſt, reſtitutaq; poſt ſeptennium iꝛidem ex mœrore animi grandi in dolorem Lumborum ſimilem ac vehementem deducta eſt: Conjectans proinde ex ſuperioris affectus narratione latere in loco affecto pus, ex prævia inflammatione productum ac collectum, exhibito vomitorio excretaprimo die per vomitum puris ſatis bene cocti pluſquam pinta, ſive unciæ viginti, per alvum vero ejus bona quantitas: Uno autem alterove die interpoſito, iterati vomitorii beneficio, denuo puris aliqua, minor tamen quam prius, pars ſurſum deorſumque evacuata: atque paucis exhibitis cardiacis & putredini reſiſtentibus brevi perfecte reſtituta. Ex Pancreate autem pus illud vel iccirco prodiiſſe putavit, quod illius ſitui locus affectus reſponderet: Quodque non ſemel poſt mortem in Pancreate offenderit pus majore minoreve copia collectum, nunquam verò in ulla alia parte, à qua via pateret ad inteſtina. Nec mirum facile pus inde effundi, atque apoſtemata crebro creari, quod, ex ejuſdem *Sylvii* ſententia, ſanguinis vomitus ut plurimum ex Pancreate prodeat, propter vas aliquod in ipſo à ſucco acriore apertum; qui ſanguis niſi ſupra vel infra erumpat, in abſceſſum facile tranſit.

§. 3. In cadavere profratris mei *Nic. ab Hottinga*, 14. annor. pueri, lenta morte extincti aperti, Hepatis Lieniſve conſtitutio naturalis omnino obſervatur, cum tamen Pancreaverum, non minus quàm illud Aſellii in meſenterio, ſcirrhoſum omnino maximæque moIis fuerit; accedente & præter alia plurima Inteſtinorum hinc inde coalitu, necnon Gangræna vera. *G. Blaſius ad caput* 4. *Anatom. Veſlingii.*

§. 4. Quidam Jure-conſultus multos annos fuit valetudinarius cum malo colore: Mortuo inventa pars Jecoris concava fere abſumpta; Lien vero pulcherrimi coloris, ceu Jecoris color. *Veſalius Fabr. corp. ij. lib.* 5. *cap.* 9.

§. 5.. Quidam vir doctus ſcribit filios omnes *Laurentii Gadii* uno & eodem morbo interemptos, Et uno mortuo & diſſecto plures veſiculas tum in pulmone tum etiam & in hepate adjacentes. *Marc. Donatus hiſtor. mirab. lib.* 4. *cap.* 18.

§. 6. Bilis craſſior, ac viſcidior plerumque ira evadit ob humorem viſcidum ſolum vel ſimul ſubauſterum illi admixtum, unde non raro in calculos concreſcit in folliculo fellis, ductu cyſtico heparico, necnon bilario, ut id hyeme nonnunquam contingit bobus: Idem quoque bis obſervavimus in mulieribus longo morbo extinctis; Harum altera per ſex ſeptemve annos continuo laboraverat; In cujus quoque folliculo ultra xxx. calculi variæ figuræ diverſique coloris fuere reperti, quos inter unus nucem moſchatam magnitudine excellebat. *Fridericus Deckers Exercitat. Med. Pract. p.* 250.

§. 7. Dom. N. languit per 45. dies, nec manifeſtus erat morbus: Hepar totum putre repertum, Pulmones corrupti. *Ballonius Paradigm.* 174.

§. 8. Ill. Comes Arundelius affectu Medicis non ſatis cognito obiit, In rene ſiniſtro calculus ſat magnus repertus, cum minoribus: In veſica parvus: Veſicula fellis ſabulo plena. *Vide tit. de Iſchuria lib.* 3.

§. 9. *Bertus* in diſcurſu Italico de Frigidæ potu cap. ultimo, nimium frigidæ potum non refrigerare, ſed per antiperiſtaſin magis incendere docet, ex viſceribus illorum qui ex nimio frigidæ potu obierunt, quæ plane ſunt combuſta.

Sicut vidit in cadavere Principis cujuſdam in aula Romana, cujus hepar prorſus erat combuſtum, non aliam ob cauſam quam propter nimiam potus frigiditatem: Nam cum juvenis eſſet, nive copioſa utebatur, in menſa ſibi apponi curavit maxima glaciei fruſta, præterea ex eadem ſcyphos ſibi confecit ex quibus potabat, & pro ſingulo hauſtu novum ſcyphum: unde per univerſam vitam cum ægritudine conflictabatur, & adeo ardebant æſtu interiora, ut ſæpe faſſus ſit mali ſui cauſam eſſe quod nihil invenerit quo ſatis refrigeraretur; Hinc fontanam aquam per canales in muſæum derivavit, qua neque pro voto refrigerabatur, Et quanquam valetudinarius ſemper fuerit, minus tamen hyeme quam æſtate afficiebatur.

Apparent in quibuſdam hominibus res monſtrificæ, qualis in *Auguſtino Barbadico*, Patritio Veneto, qui cum diſſectus quod ex incerto morbo obiiſſet, inventus eſt lapis in jecore juxta fellis veſicam, grandior olivæ nucleo, Et quod magis mirum eſt, viridis ad nigredinem declinans, qui color durioribus lapidibus ſolum ineſſe ſolet: *Cardanus lib.* 8. *cap.* 44. *de rerum variet. Cælius Rhodiginus lib.* 4. *cap.* 17. *antiq. lection.*

§. 11. Diſſecui cadaver cujuſdam Cortigianæ Veneræ, octo menſium gravidæ, juſſu Magiſtratus, ut vere ſciretur num veneno aut alio morbo extincta fuerit: ejus enim leno fœtum jam à quatuor diebus in utero mortuum matrem eneccaſſe certo affirmabat: Cadavere diſſecto uterum plane à corpore liberavi: quo diſſecto fœtum mortuum omnibus ſuis involu-

ris denudavi & ſingula diligentet examinavi, nullam tamen in illo fœtu mortis cauſam eperi: Unde ad reliquum cadaveris rediens, naribus aceto fortiſſimo & angelica bene munitis, ob inctedibilem ſœtotem, reliqua viſcera contemplari volui, & 1°. inteſtina, deinde ventriculum, mox Jecur, quod plane putridum & fœtidiſſimum offendi, ita ut nullus aſſiſtentium ibi manete potuerit, & ſic feſtinanter & quaſi per ttanſennam corde viſo, reliquiſque naturalibus & vitalibus inſtrumentis, unicum Jecut mortem attuliſſe certo pronuntiavimus. *Obſervatio Georgii Garneri Medici Auſtriaci.*

§.12. Vir per x. annos de doloribus venttis cōquerebatut, qui eum ad tabem deduxerunt. Ego ad inquitendum ignoti morbi originem admiſſus, inveni binas meſenterii glandulas in inſignem molem auctas, quæ tenem ſiniſtrum ita compreſſetant ut totus in pus abiret; Nullum illis in ſubſtantia vitium. *Vide tit. de Ventris dolore lib. 3.*

§. 13. Anno 1678. 1. Octob. filia mea *Martha Bonet*, 15. menſes nata, obiit, prægreſſo ſex ſeptimanarum languote: commiſſa fuerat nuttici ruſticæ in pago, bihorii ſpatio ab urbe diſſito: unde tedux, quod tertiana febre, tunc temporis epidemica, prehenſa eſſet, cum inſigni abdominis rumore: deſiit febtis, ſuperſtite abdominis intumeſcentia, cujus cauſa diu tinctura Rhei, &c. uſa eſt: Comes vero perpetuus fuit languor, inapperentia, ſolius panis dulciatii, (biſcuits vocant) appetens; extenuatio corpotis, citra tuſſim, lotia effundebat ſœtidiſſima; algor inſignis, adeo ut à ſolius ignis ptæſentia incaleſceret; Marcida tanden è vivis diſceſſit.

Me annuente & abſente cotpuſculum diſſecuit Magiſtet *Lud. Bailly* peritiſſ. Chirurgus, qui primo adipis omninodam conſumptionem obſervavit, quanquam non omnino excarnes eſſent muſculi tum trunci tum abdominis: 2. Jecur ampliſſimum erat, ſed citra labem: Cyſtis fellis maxima, bile referta, quæ ſe ad circumſitas partes, alta flavedine tinctas diffuderat: 3. Splen omnino natutaliter ſe habebat, ut & 4. Pancreas, quod magnum, ſucci plenum. 5. Ventriculus, qui cum inteſtinis omnibus inanis, ad umbilicum uſque expotrectus etat: 6. Meſenterium plurimis glandulis, fabam majorem æquantibus refertum: 7. Omentum pinguedine catebat, mediam duntaxat epigaſtrii regionem attingens, ad latus ſiniſtrum convolutum: 8. Vena Porta, cum arteria cœliaca ac propaginibus ſanguine turgebant. 9. Renes magnitudinem naturalem aliquomodo excedebant, vreteres ſat ampli, ſiniſtrum materia ſteatomatoſa implebat; catheteris introductionem prohibens: in dextto repertus abſceſſus cum nigredine verſus lumbos, Veſica m urina colotata, loturæ carnium ſimilis, implebat. 10. Pulmonum lobi antici & poſtici admodum tumidi, Bronchia humore ſpumeo turgebant: anticis color nativus conſtitit; poſtici autem ubique fere lividi: Vaſa eotum arrerioſa & venoſa ſanguine teferta erant: 11. Cor grande: 12. Pericardium humoris omnino expers: 13. Venæ azygos & intercoſtales admodum diſtentæ: 14. Cordis auticulæ maximæ, nec non valvulæ triglottides & ſigmoides: Paucus adeps cor veſtiebat & tenes: Ventticulus ſuas rugas amiſerat: Conjectura mea fuit, ex incuria nutricis caſum in dorſum præceſſiſſe, unde ſequuta ſit latens pulmonum poſticotum inflammatio, ac Renis dextri abſceſſus. Ac prætetea deficiente lacte, intempeſtive ſolidum cibum & uberiorem porrectum fuiſſe, unde expanſio ventriculi & vaſorum meſaraïcorum obſtructio.

§. 14. Puella poſt caſum de dolore colli conqueritur, hinc dorſi, tandem hypogaſtrii: Uterus ulceribus erat refertus, In cavitate ejus cato ſpongioſa teperta. *Vide lib. 3. de Graviditate falſa.*

§. 15. Hæc in vito quodam hujus urbis, cujus nomen erat Urbanus Valcker, notavi: Hic ex vitio Hepatis per annos duos maximos *dolores* perpeſſus eſt, nihil quicquam perficientibus medicamentis: Ex hujus umbilico ſæpe materia alba & ſeroſa & diſtillabat, qui tandem fatis conceſſit.

Poſt mottem aperto cadavete, hepar indutatum, grande, & in gibba parte ultra triginta diverſæ magnitudinis ulcuſcula habens, inventum eſt: quæ aperta & diſſecta ſimilem, prout ex umbilico fluxerat, materiam, cum fœtore tamen aliquali conjunctam, fundebant: In parte autem cava, abſceſſus, veſicula ptoptia incluſus, magnitudine ovi gallinacei deprehenſus eſt. Lien ſolito minor; Renes, quoad ſubſtantiam carnoſam in totum conſumpti erant, relictis tantummodo involucris ſeu impedimentis. *Ioh. Frider. Huldenreichius in miſcell. cur. ann. 6. & 7. p. 322.*

Observatio III.

Morbus ignotus ab inſigni vermium copia intra Hepatis ſubſtantiam. 1. *A vermibus juxta orificium ſuperius ventriculi, & in inteſtinis ab iis perforatis.* 2. *In canicula à vermibus cucurbitinis in inteſtinis.* 3.

§. 1. Intra

§.1. INtra Heparis ſubſtantiam cujuſdam viri poſt mortem ſecti inſignem vermium fœtu-
ram, Incogniti morbi cauſam fuiſſe refert *Cornelius Gemma l. de Divinæ Naturæ charac*

SCHOLIA.

PEr experimentorum irrefragabilium demonſtrationem ſtabilitam doctrinam, luculenter paret pleroſque abditos, & Medicis incognitos malignantis naturæ morbos, utplurimum a virulenta quadam & peregrina putredine pendere, quæ cum tempore animata, uti in verminoſam quandam atque inſenſibilem ſobolem degenerat, ita peregrinam quoque exoticorum ſymptomatum, quorum cauſas difficulter aſſignant Medici, cataſtaſin cauſant: quemadmodum enim nullum cibi genus adeo ſanum eſt, quod non ſubinde hujuſmodi verminoſæ fœturæ obnoxium fiat, ita in corpore humano vix ulla vitalium operationum officina eſt quæ non interdum hac corripiatur: Et ſi univerſam Medicinæ diſciplinæ hiſtoriam evolvamus, inveniemus non ſolum inter præcipuas humani corporis officinas, cordis, hepatis, cerebri, renum, ſplenis, veſicæ, ſtomachi; hujuſmodi fœturam ex ſpuria putredine pullulaſſe, ſed & in ipſis ſanguinis canalibus, inteſtinorum voluminibus, miris variiſque modis prognatam fuiſſe, ut intercutaneos receſſus ſileam, quos nullo non tempore, etiam in ſanitate integra conſtitutis hominum corporibus hujuſmodi ſcatere, acari, cimices, aſcarides, pediculi, pulices ſat ſuperque teſtantur: Cum enim unanimi Medicorum ſententia, morborum omnium cauſa ſit abdita quædam inter occultos humorum receſſus putredo, putredo vero omnis vel ad proximam diſpoſitionem vermes nullis ſenſibus pervios generet: Pro varia vero humorum dyſcraſia putredo pro combinationis humorũ malignantium lege varia, virus diverſum; diverſaſque in operando vires acquirat, tales & fœturam inde pullulantem nanciſci neceſſe eſt, tanto utique pernicioſiorem quanto virus animatum inanimi violentius eſt: hæc ſiquidem pedetentim diſſeminata, primo humorum maſſam inficit, deinde ſerpendo viſcera rodit, viruſque per intimas corporis fibras ſpargendo, horrendis ſyptomatum paroxyſmis, hominem paula-
tim ad ultimum vitæ exterminium diſponit: Mirantu
Medici in exoticis morborum quorundam conſtitu-
tionibus, effectus pœne prodigioſos & præter natu-
ræ ordinem evenientes, tentantur omnia nulla ta-
men ſpe ſalutis promovendæ relicta: qui ſi latent
inimici molimina rite dignoſcerent, forſan in opta-
rum tandem ſalutis portum per appropriata medica-
menta infirmum conſtituerent: Sed ſobolem ex pro-
priis viſceribus genitam ſubinde circumferimus, tan-
tæ contumaciæ, ut ejus auxiliares copias ſi in un
loco proſtraveris, eaſdem in altero mox repullu-
laſſe comperias: ſerpit enim cœcis vis inſinuata late-
bris, violenti igne impetu omnia evertit & conf-
ci, cum inexplicabili infirmorum afflictione, nonni
morte terminanda. *Athanaſius Kircherus l. de Peſt*
cap. 8. Idem cap. 7. Experimenta plurima adducit i
dictorum fidem, Aërem, *ait*, Aquam, Terram, in-
numeralibus inſectis ſcatere certum eſt, ope Smi-
croſcopii animadvertendis, cujus ope omnia pu-
trida innumerabili vermium inſenſibilium fœtur
ſcatere cognitum fuit: 1. Particula carnis lunari ma-
dori per noctem expoſita, in innumerabiles vermicu-
los, nullo viſus acumine deprehendendos abit. Iden
experiri licet in caſeo, lacte, aceto, &c. 2. Serpens i
minimas partes conciſſus, pluviali aqua maceratus
Soli ad aliquot dies expoſitus, deinde terra nycthi-
meri ſpatio ſepultus & erutus, ſerpentulorum pul-
lulantium multitudine ſcatet. 3. Salvia, non lota
foliorum aſperitate extrinſecam ſuperficiem totam
opertam veluti aranearum textura, intra quam mi-
nutiſſima animalia comparent, oſtendit. 4. Carioſus ligni pulvis immenſam vermiculorum pullulaginem fovet. *Vide ibidem alia experimenta.*

§. 2. Virgo Nobilis annos nata xxxvj. filia Nobiliſſ. N. *le Fevre*, Domini à *S. Laurentio* prope Catalaunum in Campania, Galliæ Provincia, per ſex menſes morbo Medicis incognito laboravit: Febricula tenebatur, cardialgia frequens moleſta erat, inſignis corporis languor, cum ventris torminibus, tandem corpore nequaquam extenuato ſubito occubuit.

Diſſecto cadavere, vermium in inteſtinis agmen deprehenſum eſt, à quibus perforata nonnulla reperta ſunt: Cauſa vero ſubitaneæ mortis, & cardialgiæ, in ventriculo ſe conſpicuam dedit, vermium enim agmen conglomeratorum circa orificium ſuperius apparuit. *Ex communicatione Nobiliſſ. Dom. le Gras, defunctæ affinis.*

§. 3. Canicula educabat tres catellos, qui una cum matre eodem morbo laboraverant: Uno demortuo projectoque, ipſa quoque mater interiit: Nemine cauſam agnoſcente, Anatomicus incidit, interanea diſpectutus: Ecce ſecundum totam inteſtinorum prolixitatem, ſeries aliquot cohærentium candidarum molecularum, cujuſmodi cucurbitæ, aut cucumeris grana ſunt, unde videtur fuiſſe unus ex iis latis lumbricis quos cucurbitales nonnulli appellant: Erant vero inferne quidem majuſculæ duriuſculæque, ſuperne vero ita paulatim in minutulas molliuſculaſque deſinebant, ut in ſummo tandem nihil niſi confuſus albor appareret; Peireskius ergo, cum non placeret quicquid curando illi morbo proferebatur tam à Chirurgis quam à quibuſdam Medicis, juſſit, neſcio quo ductus genio, afferri ſibi theriacam è qua cum materiæ illi adhibuiſſet, obſervavit magno ſuo; circumſtantiumque ſtupore, ipſam ſtatim liqueſcere, effluereque in declive: Quapropter juſſit catellis duobus, qui ſupererant, exhiberi theriacam, alexipharmacum efferatus: Ac alter quidem animam jam agens inter exhibendum extinctus eſt: alter vero adhuc robuſtior, remedio aſſumpto omnino convaluit *Gaſſendus in vita Peireskii lib. 2. pag. 189.*

OBSERV.

Observatio IV.

Veneno interemptæ mulieris cor triplo majus naturali inventum eſt. 1. Ab hydrargyri hauſtu extincti ſanguis coagulatus fuit. 2. Ab inunctione Mercuriali Pulmones lividi redditi ſunt, muco obſiti, cor flaccidum evaſit. 3. A veneno exhibito ventriculi pars ima excoriata, Iecoris ſuperficies nigrefacta. 4. In iis qui aſſumpti Arſenici vim evaſere, ventriculus à morte exhibuit latas & profundas eroſiones. 5. Venenum corroſivum ventriculum quaſi cauſtico inuſſit. 6. Puellulæ veneno interemptæ Iecur albicans repertum, Inteſtina flatibus turgida, Ventriculi os ſupernum eroſum. 7. Oris ejuſdem ſubſtantia interna eroſa. 8. Pueri veneno extincti Iecur pallidum evaſit, veſicula fellis aqua limpida plena reperta. 9. Veneni exhibiti falſa ſuſpicio in quodam qui ob retrocedentes morbillos occubuit. 10. Veneni dati puellæ, opinio ab uteri ſtrangulatu pereuntis. 11.

§. 1. ANno 1596. ſeptuagenariam aperui quæ veneficio tacta dicebatur, quod ipſum confirmavit autopſia: Etenim huic cor triplo quam pro conſuetudine & proportione ſubjecti maius, adeo enim intumuerat parte ſui dextra, ut univerſum thoracis latus dextrum repleret, diſtentum una pericardium: Ea parte qua auricula cordis dextra venam excipit cavam, ingens aneuryſma in cava vena conſpiciebatur: *Diſſecta auricula dextra, reperta in ea materia concreta* coloris flavi, condenſata admodum, Aperta vero vena cava, ipſoque corde, magna copia concreti plane ſanguinis nigerrimi ſe effundebat: Nec ſolum illa cavæ parte qua cordi ſe jungit, ſed & omnes corporis venæ concreto ſanguine plenæ erant, Quod nobis ſuſpicionem fecit venenum frigidiſſimum ei fuiſſe exhibitum, quod adeo extinxerit calorem ut ſanguis congelatus fuerit: præterquam quod cordi adeo fuerit inimicum ut naturalem ejus conformationem perverterit: Aperuit venam cavam in lumborum vertebris, ubi bifurcata petit crura, at qui exibat ſanguis, concretus erat: Mirum in vivente corpore ſanguinem concreſcere poſſe: Diſſecta fuit hora pomeridiana ſecunda, cum eodem die hora 7. matutina obiiſſet: At caput non fuit apertum, licet videremus univerſam veneni vim in agone mortis ad caput tranſlatam: Etenim facies mirum in modum inturguerat, labia tumida, palpebræ ita diſtentæ ut bulbi oculorum omni ex parte retracti intra orbitas eſſent: Tanta autem malignitas ac acrimonia veneni erat ut variis locis cutis faciei excſa eſſet, emanaretque ſanies fulva. *P. Pawius Obſervat. Anatom.* 31.

SCHOLIA.

DIſſecta auricula dextra, reperta in ea materia*] *Adrianus Spigelius*, Epiſt. ad *Sophiernum*, rationem reddens cur corda nonnullorum igne domari non potuerint, quod *Suetonius* & *Plinius* de Cæſare Germanico narrant, *ait* Cor eſſe in omnibus morbo cardiaco, aut à veneno extinctis, ſanguine lento ac coagulato pleniſſimum: Id probat partim αὐτοψία, quod nimirum in ejuſmodi diſſectis hominibus, non tantum cordis ventriculi, verum etiam venæ cavæ & arteriæ magnæ trunci, ſanguine viſcido ac concreto plurimo repleti deprehenſi fuerint, ita ut inciſis illis partibus, ſatis oblonga ac unita iſtius coagulati ſanguinis portio extrahi potuerit: partim etiam ex pulſu parvo & vermiculante qui in hiſce ægris obſervatur: ſicut & denique diverſa partium externarum & internarum affectione: nam in talibus ægris partes externas frigere, interiores verò incaleſcere & uri dicit.

§. 2. Concilator in libro de venenis narrat Pharmacopolam æſtate, cùm ſitiret noctu, hauſiſſe urceolum hydrargyrii: Cùm mane mortuus eſſet inventus, diſſecto corpore apparuit quod erat, ſanguinem quoque in corde coagulatum, tum ipſum cor, ideoque frigidum videtur. Addit Conciliator, Inveneruntque in ſtomacho fere libram unam argenti vivi, &c. *Cardanus lib. 1. cap. 20. de Venenis: Palmarius de morb. contag. lib. de Hydrarg. cap. 5.*

§. 3. Helvetius 26. annorum ex militia rediens, plane extenuatus ac defeſſus Lauſannam venit; ac quia de *dolore juncturarum & laſſitudine* conquerebatur, Chirurgi hoſpitio eſt uſus; qui nulla neque morbi neque virium ratione habita, ſtatim juncturas omnes, corpore impurgato, unguento ex hydrargyro inunxit, quaſi lue venerea graviter infectus fuiſſet: unde viribus omnino proſtratis, in graviſſimam lienteriam incidens, paulo poſt obiit.

Cadavere aperto Pulmones lividos, & humoribus pituitoſis inſtar ſpongiæ madefactæ repletos; Cor vero molle, flaccidum & exangue deprehendi. *Fabritius Hildanus Centur. 3. Obſervat.* 92.

SCHOLIA.

HYdrargyrum in luc ven. præſentaneum eſſe remedium conſtat; Sed morbi habenda eſt ratio, nam genus hoc remedii requirit materiam ſuam particularem, in qua tanquam in proprio ſubjecto vim ſuam exercere poſſit: habet enim hydrargyrum particularem facultatem qua pituitoſos humores, etiam ex infimis corporis partibus ad os & fauces mittit atque expellere tentat: Id quod ego ſæpiſſime non ſolum in crudo, ſed & in ejus pulvere calcinato expertus ſum, dum ipſum ulceribus, quantumvis extremitatum, veluti tibiarum & manuum, præcipue in corporibus delicatioribus inſperſi, quandoquidem ægri non ſine moleſtia de dolore dentium & gingivarum conquerebantur: Porro dum humor ille pituitoſus vi hydrargyri ex toto, impetu quodam ſurſum fertur ad os, fieri non poteſt quin maxima portio in laxos ac poroſos Pulmones feratur illiſque inſidietur: Ab eadem incautè inſtituta hydrargyroſi, copioſoque pituitæ ad os confluxu, gangrænam ſp celumque lethalem oris partium contigiſſe exem oſtendit *Hildanus loco citato.*

De dolore juncturarum & laſſitudine, &c.] A ſumpto mucore vel humore qui flexiles & lubri articulos efficit, vel eo impuro reddito, humor carnibus defluente illi permiſto: Si purus eſt hum ille mucilaginoſus, articulus recte valet, hujuſ beneficio, ceu axungiæ, ad motum agilior reddit Juxta *Hippocr.* lib. de loc. Mucus *ait*, omnibu natura adeſt, qui quum purus fuerit, articuli ſ ſunt & bene moveri poſſunt, utpote lubrici in ſe ipſos: Labor autem & dolor fit, ubi à carne h miditas fluxerit vitioſa: primum enim articulus motum ineptus redditur, neque enim lubrica humiditas quæ è carne influxit: Deinde propter copiam late vagata, neque è carne, ſemper reſicc tur, &c.

§. 4. Vir uxori dedit venenum quo facta eſt Tympanitica: Apparuit ventriculi imu quaſi excoriatum, & Jecoris ſuperficies tota convexa nigerrima. *Vide tit. de Febribus.*

§. 5. Accidit Leodii cum in convivio multi arſenicum, vice oryzæ farinæ edulio mi tum, ediſſent in ultima menſa, mulieres æque & viri qui minimum ederant biberantqu ſtatim à veneno ſublati ſunt: qui ventriculos patrio more ſaburrarant, à vomitu curat cum multis poſt annis fatis conceſſiſſent, eorumque aperirentur cadavera, invenimus i illis latas & profundas eroſiones: *Henr. ab Heer Obſervat. Spadan.* 16.

§. 6. Regi nuper mortuo (Carolo IX.) Claromontii in Arvernia tunc temporis degent à Nobili quodam ex Hiſpania allatus eſt lapis Bezahar, quem omnis generis venena de bellare aſſerebat: Accerſitus à Rege, quæſiit à me Num ſimplex aliquod & certum repe riretur alexiterium, quodcunque venenum expugnare potens? Negavi ob diverſitaten venenorum, è quibus alia intus aſſumpta erant adverſa, alia admota: Vario prætere modo lædere, nec eadem ad quodvis ſequi accidentia; alia enim primis qualitatibus, quibus conflata ſunt, nocere; alia vi ſpecifica, occulta, rationique impervia infeſta eſſe quorum cuique proprium alexipharmacum eſſet opponendum: Quod Nobilis acriter tue retur ſui lapidis efficaciam, facile eſſe experiri dixi, propinato veneno cuipiam furcifero Cum die ſequenti Coquus quidam, ob furtum duarum patinarum argentearum, cruc eſſet adjudicatus, ab eo quæſitum an venenum aliquod aſſumere vellet, propinata illico antidoto? Sin mortem effugeret delicti veniam ſic impetraturum: Annuit Coquus, ſatiu ducens in carceribus veneno necari quam coram populo ſuſpendio vitam finire: Statim à Pharmacopeo propinatum eſt venenum quoddam dilutum, nec interjecta mora, dictum lapidem Bezahar: Ab utroque in ventriculum ingeſto ſubſequitur vomitus, & paulo poſt deſidendi cum teneſmis cupiditas; de incendio interno conquerebatur, aquam potandam petens, quæ nec denegata: Hora una poſt adeundi carceres impetrata licentia, Coquum miſerum reperi, pedibus & manibus, bruti ritu incedentem, lingua extra os exſerta, rubentibus oculis & facie flammea, inani vomendi deſiderio ſemper laceſſitus, accedentibus multis ſudoribus frigidis, ſanguinem per os, nares, aures, penem & anum emittens: Exhibui olei circiter ſemiſextarium, fugientem ſic animam revocare ſatagens, ſed incaſſum, ſerius enim exhibitum, miſere enim interiit, exclamans potiorem ſibi fuiſſe furcam, ſupervixit horas circiter ſeptem.

Eo mortuo cadaver aperui coram Dom. *de la Trouſſe*, capitali Tribuno, & quatuor lictoribus, in quo inveni fundum ſtomachi nigrum: aridum & exſuccum, non ſecus ac ſi candente ferro inuſtum fuiſſet, unde conſequi licuit exhibitum illi mercurium ſublimatum: Eo pacto lapidis Hiſpani inefficacia deprehenſa, quamobrem Rex in ignem conjici juſſit. *Paréus Operum lib.* 21. *cap.* 44.

§. 7. Anno 1594. puellulam annuam aperui quæ faſcino laboraſſe, ex eoque obiiſſe dicebatur: Huic abdomen admodum intumuerat, maculæ purpureæ circa claviculas apparebant: In thorace huic omnia integra: Jecur pallidum, imo albicans ex valida intemperie frigida conſpiciebatur: Inteſtina omnia, præſertim colon, turgidum admodum flatibus: Ventriculo aperto, ejus orificium ſuperius duobus locis eroſum apparebat, ita ut venenum ei exhibitum potius videretur. *Petrus Pawius obſervat. Anatom.* 12.

§. 8. Anno

§, 8. Anno 1594. apetui vitile cadaver : hic curandus à lue venerea traditus fuerat N. amque ſanitati, uti videbatur, reſtitutus de abitu cogitaret, ſubito exclamare cœpit venenum ſibi propinatum fuiſſe, poſtmodum phrenitide correptus aliquot poſt horas obiit.

Juſſu magiſtratus diſſectus œſophagus cum ventriculo : vidimus oris ventriculi ſuperioris internam ſubſtantiam eroſam ac exeſam : præterea *univerſam* internam *ventriculi membranam* ita exeſam, etoſam ac putridam, ut ligneo cultello, imo digito ſimul ac tangeretur, facillime diſrumperetur : colore tinctus ventriculus intus ex purpureo nigro erat: Proculdubio cauſticum corroſivum aliquod pharmacum per ós hauſerat. *Idem ibidem.*

§. 9. Anno 1596. inſantem diſſecui decimeſtrem, qui veneno à venefica oſculo inflicto interfectus dicebatur : Huic omnia quæ intra rhoracem ſana ac integra, ſolum in abdomine Jecur pallidum ac non naturalis coloris : cui appendens veſicula bilis multo quam per naturam major capaciorque, tum & limpidiſſima aqua repleta, imo diſtenta, in qua nihil lutei coloris conſpiciebatur ; aſt diaphana plane apparebat veſicula. *Idem Obſervat.* 18.

§. 10. Quidam laborabat morbo Medicis incognito : ſuſpicio nonnulla fuit poculi venefici, argumenta aderant : Præſcripto Judicis res ad Medicos delata : Aperto cadavere, exanthematis obſitus ventriculus reperitur : Judicarunt toxicum præbitum, ſed male quidem : Chirurgus oculatus quæſivit num antequam è vivis exceſſiſſet aliquid in cute apparuiſſet, Cognito quod aliquid tale contigiſſet, ſententiam retractant, ac judicarunt à morbiliis occultis, vi naturæ non erumpentibus id tale eveniſſe : hinc corpus internum contaminatum : Notandum hoc, ut falſa de potione venefica ſuſpicio potius blanda, & placida ratione in ſimili exemplo fundata elevetur, quam acerba apud Judicis contentione frangatur ac oppugnetur. *Gul. Ballonius Paradigm.* 107.

§. 11. Puella ab uteri ſuffocatione interiit, cum veneni exhibiti ſuſpicio incideret, diſſecta eſt, & deprehendi teſticulum croceo humore infarctum, &c. *Vide lib. 3. tit. de Hyſtericis affectibus.*

Observatio V.

Mors Fungorum eſum conſequuta, à veneno illis commixto.

ILluſtr. matrona annorum 57. integra alioquin valetudine cum ſungos comediſſet elixos ſub tempus Paſchatis ſine noxa, ex eorundem reperito uſu, & quidem frixorum, ſequenti die in prandio, ſubortus illi fuit Vomitus eadem nocte, à quo tamen convaluit circa veſpertinas horas tertiæ diei, uſu theriacæ & confectionis hyacinthinæ, ſine ulla prorſus offenſa, atque bene habuit duobus ſequentibus diebus, ita ut non ſolum è lecto ſurrexerit ſed & ſacra frequentaverit : Paſchatis verò feſto die graviſſimis conflictata ſymptomatis, 19. vel 20. hora circiter ejuſdem diei extincta eſt.

In cadavere deprehenſa ventriculi ad partem dextram eroſio & nigredo, veneni erodentis ſigna, cum livore renum & lumborum : cujus & luculentiſſimum præbuit indicium pulviſculus coloris cineritii ulceratæ ventriculi parti adhæreſcens ; vermis quoque in inteſtinis deprehenſus.

SCHOLIA.

QUæritur utrum repentinæ hujus mortis cauſa Fungis venenatis ſit imputanda, vel potius corruptis in corpore humoribus veneni æmulis, vel alteri cuipiam veneno aſſumpto, cum potiſſimum apoplexiæ, aut alterius hujuſmodi gravis capitis affectus nulla ſeſe prodant indicia. Quod autem fungorum uſus mortis autor fuerit, non levis eſt ſuſpicio, 1°. quod hi non raro venenata qualitate ſint infecti, ſi potiſſimum locis enaſcantur ubi ferrum rubigine infectum, vel pannus putrefactus lateat, vel in radicibus arborum & ex arboribus ipſis noxiis, vel quæ innata quadam facultate fungos corrumpunt, quod de olivis & nucibus proditum, vel tandem prope ſerpentum latebras: qua ſuſpicione non vacant præſentes in pratis collecti, vel hoc potiſſimum nomine quod ab ipſorum uſu male habere cœpit, prout ipſius ancilla ab ipſorum noxa non fuit immunis eadem nocte : Accedit quod hi fungi primum erumpentes, licet non fuerint deleterii, veneficam tamen qualitatem ducere potuerunt à vaſe æneo, rubigine forte obſito, nec ſtanno oblito, in quo frixi fuere : hoc indicio quod ſecundo, non primo appoſiti, fuerunt noxii : Poſtremo quod fungorum omne genus, licet veneni expers, adeo frigidum humidum & viſcidum ſit, ut ejus perniciem proxime æmuletur, *Galeni* teſtimonio 8. de S. Med. fac. Unde facile contingere potuit ut copia aſſumpti duos dies continuos, nec omnino vomitu rejecti, tridui ſpatio vires ſuas exſeruerint, & calidum innatum extinguere potuerint, cum venena frigida tardius longe ſe prodant quam calida : Quæ potiſſimæ ſunt rationes quibus evinci videtur mulierem hanc fungorum uſu extinctam fuiſſe : Quæ tamen tanti apud me non ſunt ut id mihi ſuaderi patiar : quod enim Fungi non fuerint venenati, patet 1°. ex eorum denſitate & colore, quippe albi, rubri, parvi & ſolidi in fungorum genere minus noxii habentur : Accedit quod ab aliis maxima eorum pars in ſuæ familiæ uſum empta fuit, quibus innoxii prorſus fuerunt, prout & quos comedit primo defuncta, & quamplures alii,

res alii, quod citra ullam offenſam, neque à terra emundati ullum exibuere colorem, nec ulla veneni pernicies pani cum ipſis cocto impreſſa: cum potiſſimum nulla evincat ratio quod virulentia in ipſis tamdiu deliteſcere potuerit, ut duos integros dies bene habuerit patiens à vomitu, & uſu bezoarticorum, atque triduo poſt e vita diſceſſerit: Quanquam enim venenum in corpore aliquamdiu ſopitum & iners poſſit latere nec vires exſerat, fieri tamen nulla ratione poteſt ut in actum erumpens, & vomitum ciens, bezoarticorum uſu coercearur adeo & obtundatur, ut exiguum ejus in corpore ſuperſtes mortem aliquot poſt dies inferat, quod à fungorum natura maxime alienum, qui lethales cum ſunt, enecant ſuffocando, cum ſopore, epilepſia, paralyſi vel repentina ſyncope, atque dolorem in pectine, urinæ difficultatem vel integram ſuppreſſionem inferunt: cujus rei cauſa Galenus curaturus male affectos ab uſu fungorum, etiam venenatorum, ſemper præſcripſit attenuantia, incidentia, detergentia & vomitum concitantia, hinc de conſenſu omnium Græcorum, Arabum & Latinorum, horum remediorum uſu ægri plerumque ſanantur: Non alio referenda itaque cauſa hujus repentinæ mortisquam vel in humorum corruptionem veneni æmulam, vel in aliquod aliud venenum aſſumptum: Quod autem in copore humano in veneni naturam faceſſant quandoque humores, ex Galeno conſtat, 3. de loc. aff. atque id experientia compertum in hyſtericis paſſionibus, epilepſia, febribus peſtilentibus, invadentibus peſtilentia non graſſante, aliiſque lethalibus affectibus derepente enecantibus abſque ulla cauſa externa: Cujus perniitioſæ humorum corruptionis in hac muliere indicium præbere poteſt vermis in inteſtinis deprehenſus, corruptionis humorum ſoboles. Cæterum neque hoc pro comperto habendum, hac in primis ratione quod huiuſmodi humoribus venenatis, in ventriculo potiſſimum redundantibus, gravius affecto quam quælibet alia corporis partium, cum fungis uſa eſt, & ſymptomata primo ſe præbuerunt, tamdiu deliteſcere non potuiſſet pernitioſa hæc qualitas, ut biduo incolumis fuetit abſque ulla operationum noxa: quanquam vero inficias non imus quin aura quædam venenatara ſtatis temporibus ab humore corrupto elevari poſſit, feminc ſcil. aut ſanguine menſtruo in utero concluſis, parte longius à corde ſummota, Verum alia plane eſt ratio materiæ in ventriculo coacervatæ, quæ cordi propior cum ſit, ab hac continuo illud affici eſt neceſſe; Neque vermis in inteſtinis hoc evincit, cum vermes producantur non ope tantum caloris p. n. ſed naturalis potiſſimum, materiam putreſcentem foventis, & animal ex ea ſuſcitantis, quo humor venenatus prorſus caret, nec ab eo fovetur, quin potius illum corrumpit: Quamobrem ſtatuendum cenſeo, quantum conjectura aſſequi licet, nullis ſuppetentibus firmis argumentis, extinctam eſſe præſentem ægram à veneno aſſumpto, his potiſſimum rationibus adductus 1°. quidem quod biduo bene habuerit, ac deinceps novis accidentibus ſubortis è medio ſublata ſit. 2°. Quod ex quamplurimis qui fungos illos comederunt nullus præter eam mortuus ſit, cum tamen magna copia eos non aſſumpſerit, neque extincta ſit cum ventriculo graves eſſe debuiſſent, ſed iis vomitu rejectis: Quibus accedit unguium livor, labiorum ſiccitas & eroſio, menti mollities & flavus color, veneni ſymptomata, nativum calorem extinguentis, Et quæ in cadavere reperta: Quod autem hæc mulier à Fungorum eſu male habuerit, ut & leviter ipſius ancilla, ſuſpicionem auget illis immixtum fuiſſe venenum, quod tamen mortem inferre non potuerit quia vomitu rejectum eſt, & quidem facilius ob cibi copiam, à qua & illud obtundi potuit, quod poſtmodum cum pauco cibo exhibitum, majori forte dozi, nec vomitu exturbatum, facilius vim ſuam exſerere & enecare potuit. *Ben. Silvaticus conſil. 79. cent. 4.*

Observatio VI.

Canum, & aliorum animalium, à viperæ morſu enectorum anatome.

§. 1. Canis à vipera laceſſita in labro inferiore commorſus fuit, qui non illico admodum inde commotus, ſed non diu poſt mœſtus evaſit, cum maxillæ tumore: Vomitus poſtea ſubſequutus alimenti ultimo exhibiti, ſequuta excretione paucarum fæcum: oblatus inſuper panis, caro, aqua, quæ omnia reſpuit: decumbebat abſque planctibus, pars demorſa livida facta eſt, livore infra collum ſe diffundenre, imo ad pectus uſque, non ſecus ac tumore: Tandem obiit, ſed quadrageſima à morſu hora: Venter non intumuit, nec exterius quicquam extraordinatii apparuit, præter tumorem & lividitatem partium commorſarum & vicinarum.

Cadaver apertum fuit: In trunco venæ cavæ nonnihil ſanguis concreti reperimus; reliquum ſanguinem, ibi loci, in corde & ubique, fuſcum & obſcuri coloris obſervavimus, vitioſæque conſiſtentiæ, qualis ſanguis ex parte diſſolutus & corruptus: Ventriculi color quodammodo obſcurus fuit, ſed manifeſtius in meſenterio & inteſtinis: Nulla in corde alteratio fuit conſpicua: nulla in hepate, pulmonibus liene, nativus enim & optimus fuit earum partium color.

§. 2. Alius canis in auricula commorſus fuit, qui illico ululavit, atque ex intervallis ululatus per ſemihoram renovavit, deinceps ſine ullo planctu tacitus: locus commorſus lividus evaſit & intumuit cum partibus circumſitis: Vomitus nullus ſequutus, ſed dejectio paucorum excrementorum, eorumque naturalium: cibum & potum, non ſecus ac prior canis recuſavit, morte poſt viceſimam quartam à morſu horam ſubſequente. Nihil exterius inſuetum præter livorem & tumorem partis affectæ & vicinarum apparuit.

Eo diſſecto, omnia eadem quæ in præcedente interius conſpicua ſe exhibuere: nullus hic repertus ſanguis coagulatus,neque in corde,neque vena cava aut ullibi,coloris vero erat obſcuri vitiatæque conſiſtentiæ, cum manifeſta ad concretionem propenſione.

§.3.Roſtri extremitas alterius canis irritatæ viperæ dentibus objecta fuit: Commorſus canis illico vlulavit,ſed non diu,locum commorſum lambere ſatagens,aut ex intervallis,pedibus ſcalpere : nequaquam decubuit, totus in alterno eo exercitio occupatus, cubiculum perambulans : Locus morſu impetitus levi livore correptus fuit: paulo paſt obiectum cibum & potum accipit,non ſecus ac ſi nihil paſſus eſſet : livore non diu poſt evaneſcente, neque ullo alio damno ſubſequuto.

§. 4. Catellus ſeptem aut octo dies natus, in tibia commorſus fuit à vipera iratâ: qui illico ululavit, & uſque ad obitum : hora una poſt contingentem : pars livida & tumida ſicut in cæteris erat.

Eoque aperto nihil inſolens in cadavere repertum præter livoris quandam in ventriculo ſpeciem,& in inteſtinis,cum fuſcedine & prava ſanguinis conſiſtentia,ſicut in cæteris : omnes enim partes internæ rite conſtitutæ apparuere.

§.5. Alterius canis linguam morſu imperiit vipera, qui nobis multum laboris peperit,quo ad exerendam cogeremus , diu enim & ſtrenue obſtitit, Ictus tamen altus fuit, vipera quippe admodum irritata : Ululatus illico maximi fuere procul pertingentes , qui ad mortem uſque,quæ ſemihora poſt contigit cum ſumma agitatione,continui fuere:

Neque apertionem negleximus,& quanquam cor,hepar,pulmones, ſplen optime eſſent conſtituta,lingua nihilominus admodum livida evaſerat, rotum meſenterium maculis lividis conſperſum,quarum plurimæ lentium magnitudinem excedebant , ſub quibus ſanguis concretus deliteſcebat , Ventriculi quoque & inteſtinorum color,magis quam cæterorum omnium , obſcurus erat : ſanguis admodum niger , cum coagulationis initio in corde & vena cava, cæterum conſiſtentia diſſolutus & corruptus.

§. 6. Alium præterea canem in imo ventre morderi curavimus, ab alia irata vipera: qui illico vehementer , at non diu ululavit : Locus affectus admodum intumuit cum livore; hoc cum tumore circum circa partes naturales ſe diffundente : Crebro potabat hic canis, ſed cibum averſabatur,atque in eo ſtatu diu , citra priora accidentia perſtitit : Biduo poſt, quo de re certius conſtaret , iterata vice , juxta priorem locum illum morſu impeti curavimus : qui iterum alte vlulavit, cum tumoris , per totum pene abdomen expanſi, necnon livoris augmento, qui tamen intra eos limites conſtiterunt , quia canis vulnera crebro adlambebat, interea potans, ac tandem comedens ; adeo ut citra aliud quam à lingua petitum remedium ſpatio quinque aut ſexdierum,omnis intumeſcentia & lividitas diſparuerint,cane ad priorem omnino ſtatum redeunte.

§. 7. Experimenta ſupra adducta inſignis uſus fuere ad rectam notitiam effectuum Viperæ,inter quos multa adfuit affinitas : Columbum & pullum Gallinaceum viperæ in iram concitæ expoſuimus, ſucceſſive & pene eodem tempore : Ictus parti maxime carnoſæ inflictus fuit,pectoris ſcil.imæ parti: In utroque illico obſervare licuit crebram cordis palpitationem , eamque extraordinariam , amplius ſemper procedentem , adeo ut ambo ſemihoræ ſpatio occubuerint.

Uterque ſtatim adapertus fuit, ac ſanguinis in corde & vena cava concreti nonnihil repertum eſt,reliquo cruore nigricante , ac ad coagulationem vergente,& diſſolutioni & corruptioni proximo : cæterum cor & hepar, ſicut & cæteræ partes internæ externæque, coloris floridi riteque conſtitutæ : exiguum tamen livorem demorſa pars præ ſe ferebat.

§. 8. Ulterius experiri libuit an eadem vipera,morſu uno eodemq; tempore diverſa ſucceſſive animalia interimere valeret,ac num eius venenum exhauriri poſſet, adeo ut ultimo ictu immunia eſſe poſſent , Rem exploraturi , quinque ex ordine columbas uni eidemque viperæ objecimus,quam toties laceſſivimus,quoties dentes impreſſit,quæ omnes paulo poſt mortuæ ſunt, atque omnium prima quæ ultima commorſa fuit : Quoad ſanguinem reliquaſque partes internas , idem prope ſtatus fuit qui primæ columbæ.

SCHOLIA.

SCHOLIA.

EXperimentum quarto loco adductum nobis arridet, ex eo enim dilucide effectus veneni viperini, morſu inflicti elucefcunt: id ſcilicet non primo & immediate partes nobiles invadere, quandoquidem nulla unquam in iis deprehenſa alteratio, ſed præſertim ſanguini vim ſuam imprimere: ejus quippe conſiſtentiam deſtruens, ipſum congulando, vel partes ejus ab invicem ſegregando, & circulationem inhibendo, eodem tempore ſpirituum per univerſum corpus εὐῤῥοίαν impediendo, quibus defraudat partes nobiles: puritatem quoque ſanguinis adimendo qui antea eas alluebat, eas indirecte & per accidens deſtruens, quatenus ejuſmodi ſpirituum diſſipationem patit, probitatemque ſuccorum à quorum rito tenore pendet earum ſubſiſtentia.

Animadvertere quoque licuit veneni, per viperæ morſum inducti, progreſſum, præcipue à loci commorſi conditione pendere, ac magnitudine venarum & arteriarum quibus dens impreſſus fuerit: Canis enim lingua cum venis & arteriis polleat, nemini mirum ſit, ſi ad earum occurſum, & viam patentem & brevem, venenum, animal commorſum debellaturum, effectus prompte exſeruit, necemque illo citius intulit quod obvios habuit ramos tantum exiles & anfractuoſos, per quos illi iter anguſtius, magis flexuoſum & longius obtigit: quamvis tandem præſtiterit quod citius obtigiſſet liberiore exiſtente via. Facile quoque eſt colligere ab effectibus veneni, morſu canibus ſupradictis impreſſi, præſertim ultimo, vomitum immaneſque dolores, viciniam umbilici occupantes Nobilis (cujus hiſtoria infra adducetur) originem duxiſſe partim à ſanguine coagulato, vel ad coagulationem in circuitu ſuo impedito vergente, partim quoque quod ſpiritus, ſanguinis circulati comites, impedimenta in via nacti, dum ea perrumpere conantur, vim partibus lateralibus viarum, quas pertranſeunt, inferunt, iis in locis inſignes dolores intulerunt, ægro adeo moleſtos, quos quoque augere potuit ſanguis extra majora vaſa concretus, & forte macularum ſpecie per meſenterium & alibi ſparſus, non ſecus ac in canis corpore: Inferre quoque licet frigidos ſudores, convulſiones & ἐκλύσεις ægrum deiicientes, non aliam cauſam agnouiſſe quam interceptionem commercii ſoliti ſpirituum cum partibus nobilibus, puritatiſque & probitatis ſanguinis illarum irrigationi deſtinati: Canes autem ſanatos vulneris, linguæ ope, deterſione, quod ſpectat, cenſeo optimum fuiſſe præſidium ad revocandum verſus exteriora venenum, illi motum retrogradum conciliando: Illorumque ſententiæ accedo, quibus perſuaſum, ſi qui commorſus eſt, aut quiſpiam illi intimus, diuturno & vehementi ſuctui partis demorſæ incumbat, ſanabilem hoc pacto illum eſſe, dummodo viperæ dentes inſigne aliquod vas non attigerint, per quod veneni progreſſus ſuctus vi efficacior ſit: Illud quoque apud me ratum eſt ſpiritus illos, ſuctu revocatos, fore innoxios ſugenti, tum quia vires inter agendum amiſerint, tum quia exuti ſunt organis idoneis ad propriam actionem exerendam, dentibus ſcilicet.

APPENDIX

Seu Hiſtoria viri, à vipera commorſi, medicamentorum efficacia liberati.

MEnſe Iunio anni 1668. afferri curavi grandem viperarum viventium, utriuſque ſexus, numerum, ſcopum mihi propoſitum conſequuturus, accurate ſciendi quicquid boni vel mali in vipera latitat: Plures tunc temporis, iique docti, in domum meam confluxerunt, atque in iis perliti quidam Medici, mihi amici, arte inſignes, experimentorum meorum quotidianorum teſtes, doctrina quoque ſua facem mihi preferentes: Primus coetus infauſtus fuit, Nobilis enim extraneus, lugubri & inopinato fato, in ſe periculum plerorumque ſymptomatum, quæ parere ſolet vipera, expertus eſt, nobiſque invitis experimenti anſam obtulit, nimis inſignis ut ſilentio involuendum non ſit: Dictus Nobilis, annum agens xxv. fortuito domum meam pridie intraverat, quo tempore ſexaginta circiter viperæ mihi allatæ fuerant, videndi illas cupido ſtatim inceſſit, cui ſatisfacturus è vaſe unam ex illarum numero depromo, cui intueri eam non ſatis fuit, ſed manu quoque apprehendens per quartam horæ partem eam continuit, gyros illius & contorſiones circa manum & brachium permittens, nullo ad ſpeciem viperæ ad mordendum conatu: collum deinceps filo cinxit appenſamque pelle exuit, inteſtina eximens ut illa exploraret: Id vero credo morſum illi tunc ineluctabilem fuiſſe ſi vipera laceſſita fuiſſet, ſed quod durius contrectata non eſſet, atque liberiori aëre fruens, & amico magis quam quem concludebat vas, in quo diu incarcerata fuerat, paſſam eſſe vinculum, nec perniciem intuliſſe, quæ accidiſſet niſi filo conſtricta fuiſſet.

Poſtridie res aliter omnino ceſſit, cum enim cœtui hora indicta interfuiſſet, unam corripuit, diu ante ſub tenaculis captivam, maxime inde ira percitam: hanc, quanquam periculi admonitus, manu arripit, arrepta hæc ſtatim caput contorquet, alterum dentem magnum, aduncum, partem lateralem pollicis dextri, paulo altius quam ubi inſeritur unguis, feriens: Punctura major non fuit ea quam infligit acicula, parum alte, ut videbatur, impreſſa, foramine in ſuperficie minimo apparente, cum leviſſima rubedine, adeo ut ſolo colore innoteſceret: Nec ſupra, neque in vicinia, *conſpicuus fuit ſuccus ille flaveſcens quem continent veſiculæ*, majores dentes ambientes: qui ut plurimum ſupra vulnus, cum vipera altum infligit vulnus,

effunditur: Punctura illico dolorem peperit, citra tamen digiti, eo momento, intu-
meſcentiam, poſt horas demum aliquot conſpicuam: Partem ſcarificare conſultum fuit, ar-
ctiſque ligaturis partem morſu ſuperiorem conſtringere, tum ad inhibendos veneni pro-
greſſus, tum ad liberandam partem afflictam, ſed renuit æger, leve malum ratus, imo ægre
ſcarificationem admittens: paſſus demum ſpatulam candentem prope locum demorſum
iteratis vicibus admoveri, cum in finem ut pori patentes manerent, revocareturque ve-
nenum per eos expiraturum: Interim ægro theriacæ ex dimidio vini cyatho drachmæ duæ
exhibentur: Vix horæ octava pars elabitur, cum æger levi debilitate accedente, ſedile poſcit,
eodem momento vultum pallor occupat, pulſus debilis fit, creberrimus & exilis, imo inter-
ceptus: Dicta ſymptomata ſequuntur motus ſpaſmodici, totiuſque rigiditas, colli præſer-
tim ac muſculorum capitis: Simulque de inſigni dolore, umbilici regionem vexante con-
queritur: artus frigeſcunt extremi, imo tota facies frigida ἐφιδρώσει ſuffuſa, tumebant la-
bra, præſertim inferius: vexantibuſque tunc doloribus circa umilicum, & ventrem deje-
ctionis cupidum animadvertens, ſurrexit: ſed redditis paucis excrementis, leipothymia
ſucceſſit cum vomitu, non ſolum aſſumptæ theriacæ, ſed & prandii præcedentis nondum
concocti: In auxilium prompti accurrimus, illū adeo debilem nacti, ut repetere cubicu-
lum, è quo deſcenderat, non licuerit: Permanente autem pulſus parvitate, crebritate, inæ-
qualitate & depreſſione, cum continuis leipothymiis & ſudoribus frigidis, e re viſum eſt ipſi
exhibere drachmam unam pulveris viperini ex aquis theriacali & cardui ſancti: admoto
inſuper grandi epithemate ſupra cor, & ventriculum ex theriaca, ſed ſtatim aſſumpta per
os excluſit: Ex conſilio cujuſdam data quoque antidotus orvietana cum eodem pulvere
viperino, quam quoque ventriculus non continuit, rogante ægro ut lecto imponeretur, ac
de aliis præſidiis cogitaretur Interim optime conſtabat ratio & mens, quanquam inſignis
adeſſet totius debilitas: prædictam autem antidotum orvietanam averſabatur, cui parum
fidendum credebat; prius aſſumptam in obſequium eorum qui ejus efficacem vim prædi-
cabant: Porro, quod vomitus remedia ad partes nobiles deferri prohiberet, appoſitum vi-
ſū eſt ſale volatili viperino uti, qui quoniā præ ſubtilitate promptiſſime partes omnes ſubit,
etiam diſſitiſſimas, judicatum eſt ægrum citiſſime ejus vires expertū iri, ac majori certitudi-
ne quam aliorum remediorum, ea partium tenuitate non præditorum, quæ cum elimina-
rentur è corpore illico ac ventriculum ſubierant, in actum ideo deduci non poterant in
ſtomacho, nec facultatem ſuam partibus, quibus auxilio eſſe debuerant, communicare:
Diſſoluta ergo fuit drachma una ſalis illius volatibilis in aquis rheriacali & cardui ſ. exhi-
bitaque circiter quarta pars ejus mixturæ, quam aliquandiu retinuit, demum partem illius
excluſit, remixtam multæ pituitæ admodum viſcidæ: Data iterum par dozis præcedentis
mixturæ, quam aliquantiſper quoque aſſervavit, demumque vomitu reddidit quicquid illius
in ventriculo ſuperſtes eſſe potuit, plurima una eiecta pituita: Ex intervallis præbebatur
ciuſmodi mixtura prout vomitu reddebatur: crebra quoque fuere enemata, ſedandæ gratia
vehementiæ & contumaciæ dolorum, umbilici regionem afficientium: Labra adhucdum
multum tumebant, pulſus deterrimus cum ſudoribus frigidis, animi quoque defectiones
pertinaces erant: ſed tandem continuato viperini ſalis volatilis uſu, deſiit vomitus, octava
dozi illius non excluſa, quæ quatuor circiter à morſu horis exhibita fuerat: Inde ſympto-
mata remittere, frigus paulatim ſuperari, locum calori nativo ceſſurum, qui redivivus om-
nino circa quintam à morſu horam apparuit, redeunte pulſu æquali valido, ſed aliquantiſper
citatiore. Noctis erat decima cum ſævitia ſymptomatum deferbuit: fortunatus fuit æger in
infortunio, qui citam opem expertus ſit & legitimam: à lateribus ejus non diſceſſi priuſ-
quam lethalia accidentia deſierint: Tunc in ædes proprias delatus fuit, cui comes adſtiti,
lectoque impoſito præbui mixturam ex drachma una confectionis hyacinthinæ, una kerme-
ſinæ, uncia ſyrupi de ſucco limoniorum, quatuor aquæ cardui ſancti, à Medicis illius præ-
ſcriptam, ternis vicibus exhibitam, interpoſito trihorio: Crebro naribus obiiciebantur citria
mala, atque ex intervallis illorum ſegmina cum ſacchari pulvere præbita fuere: Iuſcula
optima ſorbebat; potus erat ptiſana ex decocto radicis ſcorzoneræ & raſura cornu cervini,
addito ſyrupo limoniorum: nonnunquam aliquid vini conceſſum: diſſolvebaturque con-
fectio alkermes modo in juſculis, modo in prædicta ptiſana. Id vero obſervatione dignum
quod per ſævitiam ſymptomatum digito nulla mutatio accidit, in quo nullus tumor, qui
demum deſinentibus ſymptomatis emerſit: Dolores interim circa umbilicum moleſti
erant, etſi minores, qua de cauſa à Medicis crebra præſcripta enemata: tenſio aliqua ade-
rat abdominis citra tamen extuberantiam: albicans erat lingua, nec tamen arida, oculo-
lorum demerſorum nitor aberat, cum vultus pallore labiorumque tumore qui digito,
inerat

inerat noctu in univerſam manum diffuſus eſt, quod ſæpius oleo ſcorpionum compoſit *Matthioli* inunctum eſt, remixtum aquæ Reginę Hungariæ, tumore nihilominus poſtridie a totum brachium propagato, cum dolore, rubore & augmento manifeſtiſſimo: Quamobren præſcripti fotus ex decocto radicum angelicæ, imperatotiæ, carlinæ & ariſtolochiæ, eun ſummitatibus ſcordii, centaurii, abſynthii, hyperici, calaminthæ, facto in vino albo, pergende in uſu lituum ex oleo dicto, præcedeute fotu: Quanquam hæc rite peragerentur, ſucceſſu tamen optatus defuit: ἀνόρεκτος erat æger, imo ſemel ingeſtum iuſculum vomitu excluſit qui tamen fugax fuit: Non deſiſtebat ab uſu medicaminum tum internorum tum externorum, eorundemque alimentorum, ſed quamvis quoad interiora recte ſe habere diceret pulſuſque conſtaret, ſitis moleſta non eſſet, nullus item calor aut dolor ullibi infeſtaret, qu tamen umbilico inſederat, contumax ſupererat, cum incremento doloris & ruboris in man & brachio, qui exacta tertia die ſummum humerum, axillam uſque, occupaverant mamman integram circumpoſitaſque partes, imo jecoris ipſius regionem, nequaquam tamen intermiſſis foribus & inunctionibus prædictis: Quocirca, perſpecta etiamnum anni tempeſtate calidiore tunc vigente, gangrænæ metus incidit: Quod vero remedia exterius admota, qua maxime proficua judicata ſunt, ſucceſſu carerent, ad interiora deveniendum eſſe ſancitum qua de cauſa à Medicis ſub veſperam tertiæ diei exhibita eſt drachma radicis contrayervę pulveris forma ex aquis cordialibus, & anatico pondere confectionis Kermeſinæ, perſtantibus tamen rubore, tumore & dolore: quin potius tumor latus ſiniſtrũ impetere videbatur Quibus omnibus rite expenſis, neceſſarius uſus primi remedii interni iudicatus eſt, à quo maximum juvamen evenerat, & cuius operatio clare emicuerat, ſcilicet Salis volatilis viperini: Initium erat quartæ diei, morſum ſequutæ: Data ergo ſemidrachma ſalis illius viperini, ex unciis quatuor aquæ cardui benedicti, optime cooperto corpore quomanate ſudor: non remedium ſpem fefellit & vota, nec enim copioſus ſolum emerſit ſudor, ſe maximum etiamnum levamen ſymptomatum omnium urgentium ſubſequutum eſt: inde omnino pene ſopitus umbilicalis dolor, reſedit tumor labiorum, nec non qui hypochondri regionem invaſerat, mammæ, & infra axillam ſummus humerus, brachium & manus, plurimum detumuit, nec non dolor & tumor: Exinde opinio non vana incidit cætera quoq; pariter ceſſura: quamobrem mane poſtridie ſimilis dozis data pulveris illius viperini, qui novum & uberem excitavit ſudorem: hinc dolor umbilici omno deſiit, humeri tumor diſparuit, ec qui manum univerſumque brachium obſidebat, maxime imminuto, pariter cum rubore: Ac ne quid deſideraretur, etſi res ægri multo meliore eſſent loco, die ſubſequente iterum paris dozis eiuſdem pulveris data, ac poſtremo mane ſequenti: adeo ut remedium omnino tumorem diſcuſſerit, ruborem doloremque brachii, manus, ipſius etiamnum digiti; cui conſolidando ſat fuit impoſitio parvi emplaſtri, & ad cicatrice claudendas factas inciſiones, quod intra quatriduum contingit; cum interim liberum fuerit ægro domo exire negotiiſque præeſſe, non ſecus ac ſi cum vipera nullum unquam ipſi fuiſſet commercium.

SCHOLIA.

NObilis à vipera ictus nobis prębuit anſam inquirendi in cauſas & effectus veneni illius, qui tunc innotuere, quamvis a ſpecie exili cauſa manarent, quod ſeminorius tantum adeſſet, unico dentis ictu inflictus, imo nec admodum profundus, unde vitium impreſſum augmentum non videbatur ſuſcipere à parte aliqua ſucci flaveſcentis gingivis inſiti, cujus innocentia needum plane nobis innotuerat: Interim lethifera ſympromata acervatim ingruebant, quamdiu à vomitu continuo remediorum efficacia prohibebatur, quæ moram in ventriculo non trahebant, exinde vires affectis partibus impertitura: Ratum tamen erat aliquid eximie ſubtile, agile & potentiſſimum eo in veneno deliteſcere, quod ſine dubio ſedem haberet in ſpiritibus, etſi de ejus indole nondum conſtaret, nec qua vi aut modo, aut quas partes afficeret: Fatendum tamen in tam præcipiti, periculoſa atque inſolenti occaſione, & indicationum urgentia, non alia via incedendum fuiſſe quam per exhibitionem ſalis volatilis viperini: Quandoquidem cauſa ſubtilis erat & per ſpiritus efficax, opus erat remedio ejuſmodi indolis, quod illum aggrederetur, cum ea congrederetur, ac ad corporis ambitum extruderet, eliminandam & exterminandam per vias patentes ab eo factas: Porro vomitus continuus exigebat auxilium quod momento effectum depromeret, aut ſaltem quod iteratis vicibus præſtaret quod prima denegatum erat: felix ſucceſſus conſequutus uſum ſalis volatilis viperini, præſtantiam eius indicavit, nec non vim eximiam qua vim malignam ſpirituum illorum infregit: Inde nobis natum deſiderium modum indagandi per quem adeo præſtantes effectus produceret, ac de iis eo modo ratiocinari, ut cogitationes noſtræ ea de re apodicticæ eſſent: Sancitum ergo ſit eum Salem qualitate ſubtili, volatili & penetrante præditum, aptiſſimum eſſe ad ſanguinis concretiones diſſolvendas, atque partes in eo coagulatas aut fixas ab invicem diſgregandas, à quibus origo interrupti & vitioſe peracti illius motus: Id præſtitiſſe in ſanguine dicti Nobilis conſtat, quem priſtino ſtatui reſtituit; atq; eo pacto ab eo reſtitutum eſſe liberum commercium, & ſpirituum in partes influxum, quibus privatę fuerant: Credimus quoque Salem eum volatilem, ob ſymboleitatem cum dictis ſpiritibus, facile illis cohæſiſſe, atque ad extima corporis, foras per poros cutis depuliſſe, per ſtratam à ſe viam prius egrediente: Ligaturæ in partibus ſuperioribus affectæ inſtitutæ: ſcari-

ications,ſpatularum ferrearum candentium admotiones, inſtitutæ erant ad ſedandum impetum ſpirituum illorum ferocientium, illiſque per facta emiſſaria exitum procurandum ne ulterius progrederentur, Theriacę exhibitio,pulveris viperini,& ſimiliũ efficaces erant in iis ſuperandis ſi moram in ventriculo traxiſſent , Nec inutilia fuiſſent epithemata,cordis regioni admota , ex theriaca,& ventriculi, niſi ſpirituum excandeſcentium actio præceps fuiſſet,nec jam progreſſus eorum inſignis fuiſſet : Sed uſus ſalis illius volatilis , præcellere debebat, ut revera omnibus remediis ſuperior fuit: quæ enim demum & intermedia in uſum ducta fuere,ſatellites , ut ſic dicam , tantum vere,ducem ſequuta,qualia fuere confectiones Kermeſina & hyacinthina , aptiſſimæ ad robur partium principum , ſicut & ſyrupus limonum , ſcorzoneræ & raſuræ ebotis decoctum : Mali citrii ſegmina,quibuſdam forte malitiæ ſuſpecta,quod acida vi ſanguinis concretionem inducere valerent, tum demum exhibita fuere,cum à Sale volatili fuit diſſoluta ; eo nomine utilia quod ſtomacho,à crebris vomitibus debili reddito,robur afflaverint, appetitum proſtratum reluxerint,alimentorum concoctionem promoverint, diſtributionemque in partes eo indigas : Adde malo citrio vim ineſſe ſpecificam veneni viperini domitricem, ſi fides authoribus habenda qui de eo ſcripſerunt , facultatem cordi aliiſque partibus nobilibus amicam aſſignantes : Inunctio ex oleo ſcorpionum Matthioli,commixto aquæ Reginæ Hungariæ , partium tumidarum ; admotio fotuum alexiteriorum, magnum, ut videbatur, auxilium eſſe debuerant , ſed eventus comprobavit uni ſali volatili vim expugnandi venenum ineſſe,ſpiritus irritatos expellendi , illique ſoli victoriæ palmam deberi : Id vero explicandum ſupereſt , cur , & quomodo partes viperæ, intra corpus ingeſtæ, venenum à vipera morſu communicatum ſuperare & debellare valeant: Statuimus ergo omnibus Viperæ partibus copioſum præſertim ineſſe ſalem volatilem , qui in deſtillatione partim ſolus apparet , partim ſpiritus forma , qui revera nihil aliud eſt quam ſal portioni cuipiam phlegmatis immixtus : partim olei forma, qui iterum idem est parti oleoſæ viperæ commixtus ; Statuimus quoque per concoctionem factam in ventriculo partium corporis viperę vorataтum,eundem quem continent ſalem volatilem,ſeparari,inde in ſingulas partes,quæ eo indigent diſtribui , ſi præſertim ſufficiens ſit copia partium ingeſtarum , quo ſufficiens quantitas ſalis illius ſuppeditetur ; hinc dubium nullum eſſe debet quin is ſal edat effectum illi ſimilem quem produxit dicto Nobili exhibitus : Niſi quis dixerit, ſalem eundem volatilem partiũ viperæ ingeſtarum, quippe qui ejuſdē indolis cũ ſpiritibus irritatis,eos ad ſe trahere: ac mediante ea cõjunctione cũ alteret, eorũ malignã qualitatem adeo domet ut nullam actionẽ in animal commorſum edere valeant: quæ ſententia parum meo judicio firma eſt,debilibuſque forſan innititur fundamentis : Credimus autem inter varia experimenta, id quod factum eſt in quinque columbis , ſucceſſive ab una eademque vipera laceſſita commorſis , è quibus ultimo ictus,primus obiit ; ob irritatam magis viperam,quo tempore minus ſucco flavo ſcatebat: Atque in ea columba quæ commorſa eſt à vipera , quæ iteratis ante vicibus , pani , imo uſque ad ſanguinis effuſionem , dentes impreſſerat , quo ſucco omnino privaretur , ſubſequuta nihilominus morte columbæ, ea inquam experimenta ex parte oſtendent ſuccum flavum ad veneni naturam nihil conferre , ex altera, ſpiritus eos irritatos,juvantibus aperturis à majoribus dentibus factis , ſolam ac legitimam veneni eſſe cauſam : Morſus à vipera non irritata factus , cujus apprehenſæ erant maxillæ,& cujus dentes compri[illegible] do corpori columbæ imprimebartur , quem quoque multus comitabatur ſuccus flavus,nullo tamen ſubſequuto pravo ſymptomate , non ſecus ac punctura facta ab iiſdem dentibus , è capite vivente exemptis, vel adhuc inſitis capiti viperæ mortuæ , nullius mali capacibus , ample nimis hanc confirmant veritatem, cauſam ſcil.veneni ſpiritibus adſcribendam eſſe irritatis , adeo ut univerſim inde eximi debeant partes omnes corporis , imo ipſos majores dentes, niſi comites ſint ſpiritus irritati.

Viperam in iram concitatam maxime,&c.] Antiqui,queis perſuaſum erat paucas ineſſe viperæ partes quibus venenum inſitum non eſſet , earum naturam parum accurate indagarunt : Cum vero judicarent ad veneni vim acuendam non parum conferre iram , rati in felle ejus ſedem eſſe , in eodem quoque venenum conſtituerunt ; crediderunt que id fel, acre admodum & amarum , pernitiei ejus eſſe indicium, venaſque & arterias fel illud ambientes , ad maxillas uſque deductas , illis ſimiles quæ per totum corpus ſparſæ ſunt, ſupra & intra fellis capſulam,canales eſſe a natura deſtinatos ſucco felleo in gingivas deferendo,atque in eo ſucco vim deleteriam conſtituebant: At illis perſpectũ eſſe debuit iram viperę in felle ſitam non eſſe , fel item plurimorũ animalium guſtatũ perſimile eſſe viperino , nec tamen venenoſa eſſe: Vaſa juxta fel tranſeuntia , quia inde proficiſci videntur, ad gingivas uſque derivata , necnon ad omnes alias partes corporis, ſanguini devehendo ſolum conſecrata eſſe, quæ à felle originem non ducunt, quæque exportare nequeunt ſuccum in ipſa non delatum : In vaſis illis fictitiis nihil contineri quod fel reſipiat, non ſecus ac in gingivarum ſucco , neq; in toto reliquo corpore ſupra fellis ſedem : Totamque cyſtin felleam unicum poſſidere vas notatu dignum , idque admodum exile , quod è parte interna partis ſuperioris cyſtis prodiens, infra deſcendit, nedum ſupra vergit , in primum inteſtinum ſe exonerans : Nos vero prætermiſſis ejuſmodi principiis tam leviter conſtitutis , innixi experimentorum numero, ſtatuimus fel viperæ veneni omnino expers eſſe , at contra pollere vi balſamica, mundificante, pluribus uſibus idonea: Nullum adeſſe vas ejus ſuccum in veſiculas maiores dentes ambientes deferens : Succum flavũ in iis contentum omnimode à felle differre, hoc excepto quod utrique deeſt venefica vis: Succum illum flavum congeſtũ in eſſe & formatũ à glandulis ſalivaribus: Illum in veſiculas deferri in vaſa lymphatica , ex glandulis dictis prodeuntia : Illum nihil aliud eſſe quam puram ſalivam, Ac tandem eum nihil conferre quo morſus evadat venenoſus , quandoquidem guſtatus & deglutitus , (quod ſæpe ſæpius experti ſumus) neque homini neque ullo animali nocet, imo innoxie vulneribus apertis, atque inciſionibus in cute factis , adhibita etiã frictione, & cũ ſanguine miſtus, imponatur.

Dentem magnum aduncum, &c. Aſſerimus etiamnum reliquas omnes corporis partes veneni eſſe expertes , imo majores Dentes , niſi vivat vipera ac morſum comitetur irritatio ſpirituum : Malum à dente impreſſum , cum mordet vipera , in eo præſertim ſitum , quod viam ſpiritibus irritatis aperiat, abſque qua irritatione , morſus à dente inflictus lethalis non eſt, neque ſub aliam conſiderationem venit quam ratione profunditatis & anguſtiæ vulneris , à dente adeo acuto, longo & tereti , ab alio quovis animali inflicti: Experimentorum à nobis factorum numerus

hæc

hæc nos docuit, quandoquidem à nobis manifeſtiſſimum annotatum diſcrimen circa morſum irritatæ viperæ & eum qui excitatur maxillis viperæ manu detentis, & adactis majoribus ejus dentibus in corpus cujuſpiam animalis; Coacta enim ea actio conducit potius ad cohibitionem ſpirituum, quam eorum commotionem, cui rei animalis libertas neceſſaria eſt; ſi autem ſpiritus emanare tantum poſſunt ab imaginatione & ira viperæ, eos immediate præcedente & impellente: Morſum enim ejuſmodi, qui fit per compreſſionem maxillarum, & dentium impreſſionem in quodpiam animal, quamvis plus effundat ſucci flavi ſupra partem demorſam, quam cum vipera ſponte mordet laceſſita, nullum ſequitur moleſtum ſymptoma, curationem ſimplicis vulneris admittens, cum alteram mors excipiat ſi ſalutaria deſint præſidia.

Cum leviſſima rubedine, adeo ut ſolo colore innoteſceret.] Effectus ergo veneni cum ſpirituoſus omnino ſit, aliter non agens quam pro majori aut minori ſpirituum irritatione & impulſione, proque majori aut minori viarum libertate, merito à nobis ſpirituum irritationi adſcribitur, cum nulla ejus veſtigia, neque realia neque apparentia, in partibus quibuſvis oculis obviis nobis innotuerint.

Partem lateralem pollicis feriens &c.] Spiritus ab ira in vipera concepta irritati, nacti viam adentibus factam, impetum nativum ſequuntur, qui cum ſit ſemper progredi & penitus ſe inſinuare, quò id præſtent illico vias vi faciunt; plus aut minus progredientes, pro majori aut minori quæ occurrit facilitate aut difficultate: hinc evenit ut morſus periculoſior ſit ſi majora vaſa dentes attigerint, quam ubi ſolæ carnes aut vaſa capillaria occurrunt: Adeo ut ſpiritus viperæ irritati, obvios habentes ſanguinem & ſpiritus in vaſis contentos, animalis commorſi, eos impellant & vrgeant quo commeatus liber ſit; atque confuſione inducta particulis ſanguinem conſtituentibus, ejus concretionem pariunt aut in circulatione impedimentum, unde impedimentum σύῤῥοιε ſpirituum in partes principes, à qua earum ſubſiſtentia & vita: Illa deſtitutæ neceſſario ſuccumbunt, aut quia vim paſſæ ſunt in arce ſua ab illis ſpiritibus, ab iiſque inquinatæ: aut potius quod iidem ſpiritus viperæ ſpirituum vias occupantes, iis potiuntur, obſtruxeruntque ſpiritus & ſanguinis illis communia itinera: Concludimus ergo imaginationem viperæ, ab idea vindictæ ſibi propoſitæ irritatam, motum ſpiritibus, quem exprimere non liceat, conciliare, eoſque vi inſigni per nervos illorumque fibras verſus cavitatem dentium impellere, tanquam in infundibulum, inde in ſanguinem animalis deferri per foramen ab iis factum, unde prodeunt recenſiti effectus. Ea ergo irritatio in imaginatione aut ſpiritibus viperæ ſita, præcipua cauſa eſt energiæ & penetrationis ejus veneni, abſque qua ſtupendos adeo effectus non ederet: Hinc eſt quod non ſola vipera inter animalia morſus infert veneficos, ab rabiem uſque procedens cum ea in iram adiguntur: Canes, lupi, homines ipſi teſtimonium perhibent; ac ne extra oleas vagemur, ſerpentum morſus, cujus ſpecies eſt vipera, magis aut minus maleficus eſt pro ratione & natura ſpirituum, ac præſertim prout incitantur ii impelluntur.

Succus flavens quem continent veſicula.] Cum nobis mens eſſet omnia rite explorare, in experimentis perreximus, & ut amplius innoteſceret qualitas ſucci illius flavi, omnium judicio adeo periculoſi, curavimus à ſex viperis laceſſitis, ſeorſim & iteratis vicibus, ab una quaque morderi ſegmentum panis, quouſque exhauſiſſet & imbibiſſet totum ſuccum flavum deliteſcentem in gingivis ſex dictarum viperarum; quod exhibitum cani famelico, non magis illi noxium fuit quam ſi panem vulgarem ediſſet eo ſucco non imbutum: Deglutienda quoque ſæpe præbuimus pullis gallinaceis & columbis fruſta panis eodem ſucco infecta, teſtamur tamen omnibus innocuum fuiſſe: Nec detrectavi ipſemet in os proprium ingerere, pluribus teſtibus, abſque ſequuta aut præcedente oris collutione: Imo ulceri, vulneri aut excoriationi impoſitus innocentiam ſuam ſemper prodidit: *Moſes Charas Tractatu de vipera edito anno 1670. Pariſiis.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ

LIBRI QVARTI.

SECTIO XI.

De Cutaneis Infectionibus, Doloribus Externarum partium.

Observatio I.

Lepra infectæ Matronæ cadaver exhibuit viſcera tum vitalia tum naturalia marcore confecta.

Illuſtris Matrona, Vaſconiæ Proceribus proxima affinitate conjuncta, Burdegalam venit anno 1660. adiitque Dn. *Dezelis* ſeniorem, Chirurgum, apud quem tunc temporis artis tyrocinia ponebam, Lepræ, qua infecta erat, curationem ab illo expoſcens: Lepra fuit, eaque confirmata ex judicio Clariſſ. Medicorum D. D. *Mingelozeau* & *Emery*. Facultati Medicæ Burdegalenſi adſcriptorum: Magiſtrorum

CCcccccc 4 item

item *Dezelis* & *Chovet*, Chirurgos peritiſſ. Illius quippe morbi vix ulla deſiderabantur indicia: Capillitium omne deciduum tum ſponte tum pectine, quod furfureas ſordes fœtidas ſimul decuſſit: Torvus erat aſpectus micanteſque oculi, Vultum gutta roſacea fœdabat, & luridus color violaceo proximus; maxime naſum, & labia: Auribus tamen nativa ſervata conſormatio, nec pone vllæ tumebant glandulæ: quæ in parte colli ſiniſtra, juxta claviculas, iuglandis nucis magnitudine utrinque eminebant mobiles: Lingua tumebat, extrema parte & prope venas raninas puſtulis obſita: admodum fœtebat anima: Thoracem anticum adhuc candidum nullæ ſquammæ exaſperabant ſed macies illic ſumma ut & totius corporis habitus: Mammarum nulla veſtigia: Vox nequaquam rauca niſi ſermonem protraxiſſet, fuſca enim illico fiebat & adeo obſcura ut aures vix feriret, ſubſequente mox potus deſiderio ad inductam ſiccitatem leniendam: Pollicibus ſua conſtabat craſſities, manus ſquammas aut furfures nullos dabant, at ſenſus tactus obtuſus erat, ad punctionem tantum & fortem vellicationem ſenſiles: Reſpiratio qualis phthiſicorum anhela; Abdomen, præſertim circa præcordium dextrum durum, & ἀντίτυπον: Lotia effundebat pauca cruda, ſæpius & crebro cum foetore turbida: Alvi ſœces, quanquam σκύβαλα & προς αἰάγλων tantum deiiceret, tetro odore nares feriebant: Cutis color ab imo pectore ad pedes uſque fuſcus erat, nigro proximus, ubique ea arida & ſcabra: Femora & tibias, non ſecùs ac Gallorum Indicorum, ſquammæ veſtiebant, omni ſenſu deſtituta, acus quippe citra ſenſum alte adigebatur: Genitalibus ob importunum pruritum manum perpetuo inferebat: Ea nudata puſtulas piſi magnitudine exhibuerunt, è quibus nigricans ſanies exſudavit: Tetricis erat motibus, in excandeſcentiam prona, maxime poſt ſcalptum: Narrabat Illuſtriſſ. Parentem ſimilem morbum necaſſe, contagio in legatione ad Luſitanos contractum, imo in matrem, (ante natam Illuſtrem Aegram) tranſfuſum, paulo poſt puerperium mortuam: Patrem xij. annos illi ſuperſtitem fuiſſe, ſed à fœda illa lue tam male exceptum, ut non Aula ſolum ſed & omni conſortio ſe ſubducere neceſſum habuerit, quanquam celeberrimi *Garciæ à Lopes* Medici Hebræi, opera uſus fuerit toto biennio: *Affectus primordia* quatuor ab obitu Illuſtr. conjugis annis eluceſcere cœpiſſe, Ex eo duos liberos, vtriuſque ſexus ſuſcepiſſe, non diu ſuperſtites: Luis immunem fuiſſe at non ſcabiei levis, quem phthiſis anno ætatis xlij. ſuſtulerit: Conſanguineis cæteris pepercisſe: Curam Illuſtris Matronæ ſuſceperunt ſupra dicti D. D. Medici & Chirurgi, ſtrenuamque operam toto trimeſtri navarunt, quorum induſtria, Deum teſtor, pene ſalva & incolumis, caſtellum ſuum procul diſſitum repetiit: pleraque enim recenſita Lepræ indicia delituerunt: Novo & nativo capillitio ornatum caput, deſiit fœtor, evanuerunt faciei puſtulæ, naſi tamen apice ſuum ſervante livorem & craſſitiem, imminutum tamen; depoſuit & lingua ſua tubercula: Sitis non amplius moleſta, ſubſedere quæ circa claviculas glandulæ: Femoribus & tibiis cutis æqualitas reſtituta, ſolus pruritus ex intervallis redivivus moleſtus fuit: liberior fuit Reſpiratio, oculi non ut ante truces: At ab axillis viroſus odor manabat: Si de venereis ſermo incideret, recurrebat in os ſaliva: detumuit quoque abdomen, ceſſitque hypochondriorum durities: Vegetus ubique erat ſenſus Tactus, punctiones vel leviſſimas impatienter ferens: nec excrementorum alvi tantus fœtor comes fuit, liberiuſque & liberalius efferebantur: Urinæ colore & conſiſtentia naturalibus erant proximæ, aculeato ſale exutæ qui ad crebriorem mictionem excitabat: Sibi tandem omnino diſſimilis facta eſt, cunctis mirantibus qui in ea tam inſignem ad ſtatum naturalem reditum, quo xiv. menſium intervallo frui licuit, à quo in priorem, & ſex intra ſeptimanas pejorem relapſa eſt, cui ſe febris continua adjunxit, quam ſitis inextinguibilis conſequuta eſt ſtatim lethalis: Lethum præceſſit vultus defœdatio horrorem omnibus incutiens: Crura, quæ in priore morbo excarnia, inſigni tumore conſpicua erant.

Cadaver à dicto D. Dezelis, me præſentes prænominatis Medicis & Chirurgis diſſectum fuit, cujus imæ & mediæ partes ſolum evolutæ: Pulmones ſcirrhoſi omnino & aridi apparuerunt, obſeſſis illorum bronchiis mucoſo, craſſo & extreme viſcido humore: Sanguis vaſis thoracis conceptus craſſus erat & aduſtus, ſero omnino deſtitutus: Trachæa arteria adeo exſucca & arida ac ſi ſub dio plures dies jacuiſſet. Cor minimum, parumque ſerum in pericardio: Pulmonum lobi ab omni connexu liberi. Iecur ſcirrhoſum lividumque apparuit; imo adacta in viſceris interiora novacula, ſtrepitus perceptus ab occurſu corporum durorum, quaſi lapilli oblati eſſent: admodum quoque parvum erat & aridum, cujus minor lobus vix latitudine duos digitos tranſverſos æquabat, & longitudine tres: Major eam ſequebatur proportionem: Cyſtis fellea magna, bile turgens: Splen ſumme parvus & durus: Pancreas ſucco quodam ad nigrum vergente turgebat, & ſicco: Meſenterium duris glandulis, magnis & aridis obſitum, ſucco ſebum vnguento

baſilico

baſilico remixtum, referente tumidis: Inania quoque & arida erant inteſtina quoa utramque tunicam: Renes calculis infarcti, ſinapi inſtar ſeminis exiguis, duris, ſolidis porri ſemina colore referentibus: quorum plurimi vreteres occupabant: pelvis & carun culæ laceræ erant: In veſiea plurimi etiam reperti calculi cum phlegmate; tres item lapil phaſeolum æquantes ad inſtar tophi molles vel indurati gypſi: Uteri quoque membran exſiccatæ erant, nec non illius ſubſtantia, coarctata etiam & vulva & rugoſa, patentibu nihilominus admodum multis vaſis ſpermaticis: Inciſuris factis in habitus corporis mu culis, præſertim artuum inferiorum, reperta pluribus in locis caro ſcirrhoſa, præterquar in tibiis, in quibus paulo minus arida: Venam cruralem implebat ſanguis niger & aduſtus inanibus pene arteriis: abſque vi è digitis pedum ungues abſceſſere, manuum preſſiu cohærebant: *Ex communicatione Mag. Ludov. Bailly Chirurgi Genev. peritiſſ. qui curationi & diſſectioni interfuit.*

SCHOLIA.

L*Epra fuit eaque confirmata.*] Rogat Senatus ut ſelecti viri judicent num Socrates ſit elephanticus, Eſt enim Artificis abſolute reſpondere vel Elephanticum eſſe vel non eſſe, Sed hic nec præcipitanter timidos eſſe oportet, nec temere ſecuros: Ex æquo quippe & bono res eſt æſtimanda, ut ne nimia facilitate res extenuetur vel elevetur, vel præjudicata opinione aliter ac eſt judicetur: Quod Pater dicatur fuiſſe Elephanticus, id quidem ad cautionem majorem valet, ut nihil negligatur, imo ne leviſſima quidem indicia & argumenta, vel, ut ſerio magis dicatur, nil curemus quid ante, nec quid poſt, ſed omnino ad hanc hypotheſin veniatur. An hic qui nobis ſiſtitur Socrates ſit elephanticus, quoniam de eo ſegregando diſceptatur, Hoc uno, judicio tota hominis fortuna diſceptat. Cæterum forte aliter ſe gerere oportet Medice agendo, aliter ex æquo & bono: Nam ſunt ſigna medica, & hæc ſunt altioris contemplationis, Alia ſunt ſigna vulgaria, ut quæ ſub obtutum oculorum cadunt: Si medice, id eſt paulo ſeverius agatur, quoniam antequam ſigna foris edantur, intus confirmatum & perfectum malum à Medicis credatur, poteſt elephanticus ita judicari nullis ſignis foras eminentibus: Maxime vero ſemen mali fovetur ac ſerpit intus ſi à patre elephantico quis oriatur: Morbi enim quidam jure hæreditatis ad poſteros derivantur, maxime vero elephas, & qui morbi partes ſolidas, quatum vis natura eſſe dicitur occupare ſolent: Semini enim neſcio quæ vis impreſſa eſt, que ut valet ad ſpeciem, ita latenter morboſam diatheſin devehit & transfundit: Eaque vix inſita eſt tanquam tradux, ut ex macrocephalis macrocephali generentur, Et ita luſtrare oportet internas partes: Contra ſi ex æquo & bono res æſtimetur, relicto pauco exactiore internarum partium examine, ad ſigna externa tam univoca quam æquivoca deveniendum, ut per hæc tanquam manifeſta ad rei notitiam delabamur: quanquam id nequit fieri quin & internæ partes explorentur &c. *Ballonius conſilio 49. lib. 2.*

Lepra.] Communiter Latinorum & Arabum Lepra nihil aliud eſt quam Græcorum Elephantiaſis, quam non incommode definimus *Cachexiam fœdam, contagioſam admodum, cancroſam, totius corporis habitus ex aduſtis atrabilaris humoribus, à jecoris & lienis infectione potiſſimum provenientibus genitam*: Hinc *Paulo Æginetæ* lib. 4. cap. 1. cancer univerſi corporis dicitur: *Avicennæ* verò Fen. 3. tract. 3. cap. 1. eſt morbus corrumpens complexionem, & formam, & figuram membrorum, proveniens ex multa aſperſione choleræ corruptæ ad totum corpus: *Cachexiam* ergo *fœdam* pronuntiamus hunc morbum, quatenus univerſalis eſt corruptio nutritionis, à depravata αἱματώσει proveniens, quam non tantum calida ſicca viſcerum δυσκρασία gignit, ſed ſpecifica venenata qualitas concurrit, cujus ratione merito morbus hic occultus & à tota ſubſtantia vocatur *Fallopio*, *Palmario*: Qua ratione diu deliteſcit priuſquam ſe prodat, nec ejuſmodi conjecturam principium ejus exhibet, ut alii morbi, quos intemperies manifeſta & putredo communis humorum introducit: Dicitur autem *contagioſa admodum cachexia*, quod non tantum fomite & contactu, more luis veneteæ, ſed etiam halitu alios inficiat, quatenus ſeminaria ejus in aduſta materia conſiſtunt, Cauſam continentem ſtatuimus *ſpecificam & venenatam* διάθεσιν. *Iecoris & Lienis*, quam aliqui malignam temperaturam huic malo propriam dicunt, cujus ratione talis depravata ſanguinis & reliquorum humorum elaboratio. Quanquam vero calidam ſiccam intemperiem *Avicenna* & alii accuſent, ſanguinem craſſum & foeculentum ſcilicet adurentem, adeoque cauſam materialem proximam, producentem, cujus ratione morbus ipſe, tanquam principiis vitalibus admodum contrarius, frigidus atque ſiccus dici queat, Non tamen hæc ſola ſufficit, ſed neceſſario ſimul ſubſtantialis occulte corruptiva qualitas, huic malignitati leproſæ propria, ponenda venit, quæ varia nihilominus ſymptomata generat; quatenus cum humoribus diverſis complicari ſolet, quod *Avicenna* quoque innuit, dum dicit Lepram magis fœdam plus noxiam, & difficiliorum accidentium eſſe quæ fit ab aduſtione bilis, illa quæ fit à fæce ſanguinis: *Paulus & Medici Græci*, duplicem ſtatuunt ex hoc fundamento Elephantiaſin: Minus malignam, ex hoc humore maligno aduſto: Deteriorem, ex flava bile, per aduſtionem in atram permutata, His tertia ſolet addi, *ſubalbida*, quando cum melancholico humore ſimul pituita ſalſa miſcetur: Talis cauſa *Continens* & proxima triplicem originem habere poteſt, Eſt enim interdum *hæreditaria*, ab impuro parentum vel avorum ſemine communicata, quatenus hic morbus ex eorum eſt numero qui firmas obtinent radices, quibus poſteritati quoque communicari poſſunt, Interdum *Contagio* quoque malum contrahitur, ubi maxime locum habet congreſſus venereus, in quo maſſæ ſanguineæ quædam

effet-

efferveſcentia fit : Tertio ſponte quoque proprio vitio contrahitur Elephas, cum poſſibile ſit ut in corpore humano qualitas venenata generetur: Hic omnia quæ melancholici humoris malignam generationem juvant perpendenda veniunt, ubi primum externæ cauſæ recenſentur, aëris ſcil. ambientis conſtitutio ſicca, tam caliditate quam frigiditate excedens, quatenus illa ſanguinem adurit, hæc incraſſat & perſpirationes prohibet: Hinc tam in calidiſſimis regionibus, ut in Alexandria, quam in frigidioribus, ut pote ſeptentrionalibus, frequens eſt morbus, accedente ſimul victus ratione, quæ alias ſecundum locum obtinet inter cauſas externas : ubi omnia illa quæ aduſtos humores augere poſſunt obſervantur, qua ratione *Foreſtus* etiam ambiente aëre frequenter humiditate prædito, nihilominus in *Batavia*, propter ſalſatum carnium, & plurimorum ſalſamentorum corruptorum ac piſcium non bene ſalitorum uſum, plurimos Elephanticos fieri ſtatuit : Imo *Fallopius* etiam hodie in Gallia & Germania Lepram potius ratione victus quam ambientis aëris cauſa fieri ſtatuit : Adde his ex rebus non naturalibus eas quæ quæcunque ratione cauſam aduſtioni, & corruptioni humorum præbere poſſunt, præſertim conſuetarum vacuationum, ut ſunt fere menſium & hæmorrhoidum ſuppreſſiones &c. At ſicut externa cauſa nunquam morbum producit niſi interna interveniat, ideo dictæ minime ſufficiunt, ſed requiritur ut internæ antecedentes concurrant : Ubi ſeſe offert omne illud quod efficientis, & collectionem aduſtæ peccantis materiæ poteſt augere, tam reſpiciendo δυσκρασίας viſcerum concoctionis ſecundæ malignam, quam ſuperabundantes humores ad aduſtionem atrabilariam promptos : Quid ergo mirum erit, ſi propter nativam labem hepati veniſque impreſſam à prima nativitate, pedetentim ſanguis & ſpiritus ſimili malignitate præditi conficiantur: Quid mirum ſi atrabilariis morbis ita debilitentur viſcera, ut ſponte ſua poſtea proclivia reddantur ad ejuſmodi ſuccos malignos producendos, idque eo magis ſi ſymbola victus ratio, vel aëris ambientis conſtitutio, vel denegata ſuperfluorum ſolemnis evacuatio concurrat? Quid mirum ſi per contactum impurum, per communia pocula, quiſpiam malignitatem illam attrahat, ita ut conſequenter ſpiritus atque ſanguis, pedetentim vero Iecur etiam, & alia viſcera ita corrumpantur, ut exinde totius temperamentum ad naturam leproſam immutetur?

Vix ulla deſiderabantur indicia.] Quo cognitio morbi (qui non immerito vocatur occultus) appareat, lubet ſubiicere modum quo in examine Leproſorum ipſe uti ſoleo quando ad magiſtratus noſtri mandatum pronuntiandum eſt : Primo nomen proprium, cum familia parentum, & ætatem annotamus, eoque ipſo inquirimus num forte parentibus vel avis leproſis genitus fuerit : Deinde quo vitæ genere utatur, quoque ſodalitio hactenus uſus ſit, Num forte per contagium aliquid contraxerit : 3°. Quibus morbis alias obnoxius fuerit, ſimul temperamentum & conſtitutionem naturalem ante morbum recolligendo, Ubi una etiam conſuetarum evacuationum forte ſuppreſſarum mentio facienda: Tandem 4°. Lædentia & juvantia conſideramus, inquirendo in regionem, habitationem, victus rationem præcedentem, & ſimilia quæ aduſtionibus atrabilariis anſam præbere poſſunt : Hoc facto, quoad interna ſymptomata, functionum naturalium, vitalium & animalium conſtitutionem perpendimus : Quoad *naturales* actiones quærimus 1. An *ructus* frequenter adſint ventriculi, 2. An alvus p. n. ſicca 3. *Vrina* num frequenter ſubjugalis, varia, quam tamen fallax ſignum ſtatuunt multi, licet *Lemnius* 2. de occultis cap. 52. ubi plumbi cineres in eadem natantes pro certo ſigno ponat, 4. Num impetus in *Venerem*, affligat, 5. *Sudor* & *exſpiratio* num fœtida : Quoad *Vitales* 1. Num *Pulſus* frequenter debilis & varius. 2. num *Spiratio* difficilis 3. cum *anguſtia* pectoris 4. eaque fœtida: Quoad *Animales*. 1. Num adſit *ſegnities* totius. 2. Torpor ſenſuum 3. Extremorum refrigeratio 4. ἀναισθησία cutis. 5. Motus difficilis 6. Somnus gravis, Incubus, 7. Somnia perturbata, 8. Puſillanimitas. 9. Num *Pruritus* aliquis ſub cute inſtar formicarum, ſeu laſſitudo ulceroſa : Quibus diligenter inquiſitis, denudatis partibus omnibus 1°. caput inſpicitur, num pili capitis leviter decidere incipiant, num ſubtiliores redditi in barba, ſuperciliis ac palpebris cadant, & in radicibus extracti carnis quippiam ſecum auferant? Num *oculi* rotundi, torvi, aures acuminatæ, labia craſſa, nares exterius tumentes, interius occluſæ & ulceroſæ, facies tuberculis inæqualiter tumida, coloreque rubicundæ ex livore tincta? Numr ſub Lingua *Varicum* inſtar intumeſcentes venæ, cum tuberculis grandinum inſtar, quæ in angulis oculorum ſæpius etiam obſervantur? Num cutis unctuoſa, ut affuſam aquam non recipiat? Num ſub ea *Tubercula* fere inſenſibilia, præſertim poſt aures, circa extremitates etiam & crura? Num eadem inſtar anſerum deplumatorum, vel fiſſuris horrendiique rugis corium elephantis referat, vel verrucis grandinem ſuillam æmulantibus ſcateat, vel morphæa, impetigine, ſcabie ſicca & inſanabili conſtet? Num articuli nodos? Num extremarum partium muſculi, præſertim prope pollicem conſumpti : Num ungues incurventur? Num puncturas per Chirurgum acu factas in cute ſentiat? Num ulcera fœtida & cacoethe habeant? Num digiti pedum & manuum *fiſſuris* & *ulceribus* fœtidis, laborent? Num *vox* rauca & obtuſa? Quibus omnibus inquiſitis, ubi etiamnum incerti ſumus *Vene ſectionem* inſtituimus, ut in ſanguine obſervari poſſit num ſit craſſus, aduſtus, fæculentus, pinguem quaſi ſuperficiem exhibens, qui per pannum colatus arenoſum quid poſt ſe relinquat, quippe cum ſale & aqua parumper mox permiſtus, non facile diſſolvatur (præſertim cum intendur una cum aqua gelatinæ modo congelari ſoleat, quod *Marc. Donatus Hiſtor. mirab.* lib. 1. cap. 4. obſervavit) nec etiam additione additi prompte miſceatur, ſed potius efferveſcat; His igitur æquivocis etiam ſignis ex parte tantum, una cum iis quæ ab eſſentia morbi ſumuntur, præſentibus, Elephanticum morbum iudicabis, eumque tanquam incurabilem, à contagioſa Lepra præditum à conſortio ſanorum ſeparandum eſſe ſtatuimus.

At ſi deſint *univoca* morbi ſigna, etiamſi ſcabies ſicca, fœda cutim afficiat, eamque puſtulis majoribus exaſperet, duriorem tumidioremque reddat, excedat, findat, in eaque furfures producat, nondum *Elephantiaſin*, ſed potius *Pſoram Græcorum*, pronuntiamus, Imo ſi in peius adhuc malum illud progrediatur, ut maximo cum pruritu & corporis ἀτροφία cato ſub cute ſimul exedatur, cutiſque non ſolum in furfures, ſed etiam ſquamulas reſolvatur,

nunc

nunc craſſiores nunc tenuiores, maxime circa piloſas etiam capitis & faciei partes, Lepram Græcorum inde colligimus, plurimum adhuc ab ipſa Elephantiaſi differentem, ut pote quæ ſæpius curationem admittit, nec ita contagioſa ſtatuitur, quanquam procedente tempore in Elephantiaſin veram mutari poſſit. *Gregorius Horſtius Obſervat. lib. 7. Obſerv. 18.*

Affectus primordia &c.) Hippocrates morbos diſtinguit ex Sexu, ex Aetate: Aetate: ante xiv. annum *Leuce*, ſeu Lepra alba & *Cancer non affligit, niſi ſit congenitus affectus*, ac ſi dicat! ſe prodit non merito ætatis ſed alia ratione: Hic morbus ætate nil
impediente ſe prodit: A xiv. ad xlij. omnes morb
produnt, ait Hippocr. à 42. ad 63. (annus autem
notat annum climactericum ſecundum) ſtrumæ n
adſint: *Ballonius loco citato.*

Capillitium omne.] Quod ad ſexum attinet, *Hi
pocr.* ait mulieres non laborare Podagra: *Sene*
addit Defluvium capillorum, quo mulieres non l
borant (id tamen apud Hippocr. non legitur) Tam
Ariſtoteles ait mulieres non fieri vitiliginoſas, & c
menſtrua & cutis denſitatem, Tamen his
morbis laborant mulieres, non quod
mulierum natura ſit. mutata, ſed
vita, *Idem Ibidem.*

Observatio II.

Pſora laborans in cyſti fellea lapidem habuit.

Oriuntur lapides in animalibus duobus modis, altero quidem à frigore, ut in limac
&c. altero à calore, ut in taurorum veſica fellea ſæpe, & in hominum etiam aliquand
Nam inventus eſt annis ab hinc paucis ante lapis in veſica fellea hominis, eo ſcabiei gener
quod Lepra vocatur laborantis. *Cardanus lib. 7. de ſubtilitate.*

Scholia.

Ab obſtructione Veſicæ felleæ & ad pororum choledochorum Icterum induci patam eſt, quia ſcil. bilem non ſegregant, quæ ſanguini remiſta in habitum diffunditur; Atque ut varia eſt bilis conditio & acrimonia, ſic vel Icterum, ſimplicemque cutis defœdationem invehit, vel ſcabiem aut pſoram inducere apta nata eſt: Quamdiu eadem intra ſanitatis limites conſiſtit, excretricem inteſtinorum promovet, ſi inſigni acrimonia prædita ſit, Dyſenteriam etiam num parit.

Pſora.] Pſora ſive ſcabie, in variis & crebris totius corporis locis, cutim puſtulis ſive eruptionibus exiguis, modo ſiccis & ſæpe ſquamoſis, modo humidis & ad ulcerationem diſpoſitis, cum pruritu valde moleſto infeſtat: atque hujuſmodi affectio propriiſſime iſtius partis morbus eſt, ut pote quæ in ipſa cute propter contagium externum ſæpe incipit, & frequenter per remedia quædam tantum curanea ſanatur, ſaltem utriuſque ratio eatenus tenet, ut raro aliter perfecte aut ſuſcipiatur aut curetur.

Pſora, ſive ſcabies vulgo deſcribitur eſſe Puſtularum in toto corpore ſparſim eruptio, ab humore acri & ſalſo, intra poros cutis aggeſto procedens, & exinde ut diſcutiatur, ob pruritum inſignem, ſcalpendi neceſſitatem inducens.

Ut morbi hujus cauſas & ſymptomatum rationes rite inveſtigemus, paulo altius de materia ψωρώδει, & cauſa ejus conjuncta inquiremus, nimirum ut innoteſcat cujuſmodi ſit humor iſte intra cutim aggeſtus; quo pacto illic aut generetur, aut aliunde adveniat, dein quibus poris aut loculis contineatur, & quomodo foras erumpere nitens pruritum adeo moleſtum cieat.

Itaque circa hujus morbi ortum, ut non cum veteribus jecori, vel lieni, culpam nimium imputemus, materies ejus non eſſet quilibet humor ſingularis, e quatuor vulgo ſuppoſitis, videl. non pituita, non bilis flava, vel atra, nec etiam ipſe ſanguis per ſe extravaſari aptus; porro nec illa è duobus vel pluribus horum ſimul mixtis conſtare videtur: Enim vero ut dentur tales humores, ex iis tamen ſi morbus hic ſemper conſtet, non ita facile per merum & leve contagium ſuſcipi, aut litu ſolo curari poſſit: Quamobrem potius opinari fas ſit materiam morbificam eſſe *humorem lymphicum*, in glandulis cutaneis
conſtanter reſidem, attamen ab indole ſua gemin
ſcil. ſalino volatili in acidam aut alias vitioſam dege
nerem: Enimvero cum huic ita depravato, & per
petim evaporanti, ſupplementa continua à ſanguin
adveniant, latices iſti, vetus & recens, non facil
congruunt aut uniuntur, at ſalium diſſimilium rit
mutuo effervescentes, in materiam recrementitia
coagulantur, quæ poros cutis implens ac diſtenden
ubique paſſim in tumores attollit; inſuper ſangu
nem in tranſitu nonnihil impedit & extravaſari cogi
Hinc Puſtulæ crebræ excitantur, & quatenus mate
ries iſta in ichorem faceſſens, à ſero & ſanguine ſub
ſequentibus uſque prorſum & foras urgetur, in mo
leculas aſſurgunt, dein ſpiritus animales fibras ner
veas, ut ichoris iſtius excretionem promoveant, in
ordinate ſubeuntes, moleſti Pruritus ſenſum efficiun

Profecto humorem quendam lymphicum in glan
dulis cutaneis, quæ ſingulis foraminibus ſudatori
ſubjacent, propter uſus quoſdam recondi; quin &
juxta copiam, & motum ejus diverſimodum, glandu
las has plus aut minus turgidas exiſtere inſpectio mi
croſcopica detegit planiſſime: Latex iſte à ſanguin
per arterias in glandulis hiſce deponitur, nempe u
ſarcinula hac exuta, facilius iſte per venas redeat, in
terim illic repoſitus ſuos uſus habet, ſcil. imprimi
papillas miliares, quæ cum fibrilis ſuis nerveis ſub
ſtratæ proprium Tactus ſenſorium ſunt, continu
madefaciens, ab ariditate, qua ſenſatio impeditu
præſervat: Inſuper idem effluvia aduſta à ſanguin
accenſo perpetim decedentia, juxta cutis tranſitum
humiditate quadam imbuit & halituoſa reddit: dum
que adeo laticis hujus pars cum ſanguinis effluvii
continue evaporat, impendia iſta per lympham, uſque
recentem à ſanguine arterioſo (uti dictum eſt) jug
exutam reparantur.

Attamen hæc cutaneæ regionis œconomia non ita
regulariter uſque ſervatur, quin humor iſte glandulo-
ſus, ab indole & functione ſua deſciſcens, nonmodo
in cute, ſed interdum in toto corpore affectiones præ-
ternaturales diverſimode excitabit: Hic lenteſcens,
inque loculis pertinacius hærens, diapnoen obſtruit.
Ab eo nimis ubertim foras exudante, ſudatio immo-
dica: Ab eodem intus reſtagnante diureſis debito co-
pioſior procedunt: Porro ad ſcabiem & emptiones
puſtuloſas quod ſpectat, humor iſte cum pluribus, ita

potiſ-

potiſſimum tribus hiſce modis depravari, proindeque diatheſin cum ſero à ſanguine recens affuſo coagulationem inire ſolet, videl. 1°. Ipſe ſanguis valde impurus, ſimulque diſſolutus, corruptelas & recrementa ſua ubertim in glandulis cutaneis relinquit, quæ ibidem fermenti magis corruptivi naturam induentia, cum ſuccis aliis adventitiis, aut pertranſeuntibus effervescunt, & varie coagulantur, adeque non ſolum affectus ψωρώδεις, verum & leproſos diverſimodos pariunt: Hinc piſcium cruſtatorum, quin etiam aliorum, & quadrupedum ſalitorum, & ſole aut fumo induratorum comeſtio crebra & aſſidua, item potus incongrui, & pharmaca venenata aſſumpta, eruptiones cutaneas paſſim, & non raro horrendas cient.

Secundo humor glandulis cutaneis aggeſtus, interdum mera ſtagnatione non tantum ψωρώδης, ſed etiam frequenter φθειρώδης evadit, quare non tantum diu incarcerati, ſed etiam qui vitam ſedentariam agentes, ſqualori inſuper & pædori aſſuefiunt, prædictis affectibus obnoxii degunt: quatenus nempe latex cutaneus minime eventilatus, liquorum putreſcentium ritu, mera ſtagnatione corrumpitur, adeoque fermenti φθαρτικοῦ indolem adipiſcitur, cui inſuper à ſanguine, perinde etiam depravato, putredinis complementa accedunt.

Tertiò, ſi forſan hæ cauſæ defuerint, ut cutis humor Glanduloſus nec à ſanguinis vitio, nec propria ſtagnatione labem ullam contrahat, attamen miaſma virulentum ab extra communicatum, cum quoad morbos iſtos nihilominus prolificum reddi: Ex obſervatione maxime vulgari hoc liquido conſtat, in quantum maxime ſani, & conſtitutione optima præditi, vix unquam in eodem lecto, ubi ſcabioſus ſimul decumbit, aut nuper decubuit, impune dormiunt, nec ita tantum, quin & ſcabioſorum ſudaria aliis in eodem lavacro lotis, ejuſdem ſæpe affectus contagium impertiunt: Nullius certe morbi labes (peſte tantum excepta) facilius aut certius quam Pſoræ propagatur. Quod ſi hujus ratio inquiratur, ſtatim occurrit liquorem miaſmatis ψωρώδους ſuſceptivum ad illud maxime exponi & facillime diſponi, ad utrumque certe multo promptius quam aut ſanguinem aut ſuccum nerveum: Enimvero cutis latex glanduloſus, in extima corporis ſuperficie ſcatens, atomos quaſcunque per foramina & meatus ubique patentes intromiſſus primo imbibit & à ſanguine anticipat: Porro quod iſte à contagio ſcabioſo tam cito inficiatur, faciunt tum fermenti communicati activitas, tum liquoris glanduloſi ad degenerandum eo modo proclivitas: Enimvero effluvia à cutis ſcabioſæ efflorescentis decidua, ſatis apte comparantur cereviſiæ floribus, ſummitatem ejus quaſi pellicula extrema occupantibus: quorum ſi portio perquam minima inde dempta alteri cereviſiæ novellæ infermentatæ committatur, totam illico maſſam quantumvis magnam fermentat, ac in liquoris unde adimitur indolem commutat: Magna certè energia eſt quam particulæ, utcunque minimæ ac paucæ, ad ſummam activitatem evectæ præſtare valent, præſertim vero ſi in liquorem (cujuſmodi eſt cutaneus) è particulis ſubtilibus cujuſque generis, tum à ſangine tum à ſucco nerveo delibatis conflatum, proindeque citiſſime fermentari aptum inciderint: Ubicunque igitur miaſmatis prædicti effluvia corporis ſani parti cuivis externæ impingentur, imprimis humorem cutaneum tantum illic loci conſitum inficient: deinde vero hujus ita infecti particulæ, à ſanguine venoſo ſuſceptæ, & mox arterioſo traditæ, per totum corporis habitum diffunduntur, adeoque brevi humoris iſtius totam maſſam coinquinant, & ψωρώδη efficiunt.

Willis operis poſthumi ſect. 3. cap. 6.

Observatio. III.

Pedes Leproſi, veſicis obſiti, ob corruptionem omnium viſcerum, ſolo ſalvo corde.

Georgio N. longo cruciatu & morbis detento, ampullæ ac veſicæ ovi columbacei magnitudine in pedibus enatæ ſunt, qui tandem magis quam in Leproſo ſquallidi facti ſunt: Diſſecto corpore, ſolum cor illæſum fuit, cæteræ partes erant putrefactæ: veſicæ meatus obſtructus, adeo ut bilis reciproco gradu ſpinam dorſi perforando ad pedes defluxerit. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

S C H O L I A.

P*Edes leproſi, veſicis obſiti.*] Scabiei cum pruritu nonnihil affinis eſt affectus alius ob puſtularum eruptiones, qui communiter *Impetigo*, à quibuſdam *Lichen & Vitiligo*, atque ab aliis Lepra Græcorum: Hic uti diverſa ſortitur nomina, ita eadem ab authoribus varie applicantur, & ab his morbi unam ſpeciem, & ab illis aliam deſignare perhibentur: Quare cum affectus hujus appellationes varie confundantur, & forſan quoad naturam, & rationem ejus formalem in diverſis regionibus diverſimode habuerit, neque prorſus idem ſit in noſtro hoc ſæculo ac fuit olim, idcirco non ex libris, ſed ex propria ægrotantium obſervatione morbum hunc deſcribere ſatagam.

Impetigo ad hunc modum exoriri & afficere ſolet, videlicet imprimis papillæ, ſive puſtulæ rubræ, modo ſingulares, modo plures ſimul congeſtæ, in variis corporis partibus, præſertim vero in brachiis aut cruribus excitantur, quibus ſingulis, (morbo incrementum ſumente) undique novæ adjunguntur, & brevi ejuſmodi molecularum plures velut aggeries, ſive corymbi fiunt: Etenim papillæ juxta unamquamque ſtirpem, primo in dies erumpentes, & latius uſque ſerpentes, ſeſe in orbem diffundunt, adeoque exanthematum aggeries quaſdam ampliari faciunt: Cujuſque harum ſuperficies aſpeta, & nonnihil albida & ſquamoſa apparet, unde, ſi ſcalpatur, ſquamæ decidunt, & ichor ſæpe tenuis exudat, qui tamen mox exſiccatus, in ſquamam rurſus cruſtaceam induteſcit: Hi papillarum corymbi primo exigui & pauciores exiſtunt, in brachio aut cure, aliove membro ſingulari tres forſan, aut quatuor ad magnitudinem denarii, aut ſemidrachmæ apparent: poſtea vero, ſi morbus creſcere ſinatur, crebriores ubique erumpunt, quæ quidem, quoad areas ſenſim auctæ, poſtea coronam argenteam æquant aut ſuperant, verum non ſemper rotundæ, aut figuræ regularis, ſed variiformes exiſtunt: Porro in hoc ſtatu non ſiſtitur, ſed affectus, niſi per medicinam cohibeatur, in pluribus uſque locis ebulliens, & latius ubique ſerpens, tandem haud

ſolum

ſolum membra integrà, ſed & totum corpus vitiligine leproſa obducet: atque hanc impetiginis ſpeciem, ſive gradum potius ſummum, veteres propter efferationem ejus ἀγρίας appellarunt, & plerumque incurabilem cenſuerunt.

Hinc morbi hujus differentiæ præcipuæ innoteſcunt, & imprimis quoad morem ejus plus aut minus malignum diſtinguitur; juxta quod propius ad ſcabiei aut lepræ naturam accedit, vel ſtatu medio ſe habeat: Inſuper notare eſt affectum hunc quandoq; membra quædam ſingularia, uti brachia forſan, aut crura, corporis partibus reliquis intactis infeſtare: interdum vero in iis omnibus ſimul incipere, & ubique ſparſim papillas, aut earum corymbos excitare: Porro hujuſmodi eruptiones in quibuſdam temporariæ, adeoque diverſimodæ exiſtunt; namque in his fere tantum in hyeme infeſtant, circa æſtatem evaneſcentes: Item e contra in aliis, quaſi brumam horreant, hirundinis adventum & exitum obſervare ſolent: in aliis vero pleriſque hic morbus continuus nullas inducias concedit, imo nullam remiſſionem, vel mediocritatem habet.

Porro Impetiginem à morbis aliis affinibus, atque imprimis à ſcabie & lepra diſtinguere oportet: A priori differt quoad puſtularum formas; namque in pſora ubique fere ſingulares, & ſpatiis, licet exiguis, ab invicem remotæ exiſtunt, hic plures conglobatim, & quaſi per racemos magnis intervallis ſejunctos, erumpunt: Verum inter hos affectus diſcrimen maximum inde naſcitur, quod ſcabies per contagium facillime, & vix aliter exoriri aut propagari ſoleat, Impetiginis vero infectio tam rara aut nulla eſt, ut miaſma à viro in uxorem, aut ab hoc in illum aſſidue concumbentibus minime tranſeat. Hic morbus etiam à lepra diſcriminatur, tum quoad eruptionis formam; tum reſpectu contagii, quod in hac pariter activum eſt ac in pſora, ipſaque ἐξάνθημα multo immanior & horrenda eſt, videl. cruſtacea & ſquamoſa, ubique continua & per totum corpus diffuſa:

Hinc conſtat Impetiginis cauſam materialem non eſſe humorem mere cutaneum; propter miaſma ab extus ſuſceptum, aut ob alias occaſiones depravatum & à craſi ſua degenerem, quia nimirum non, uti in pſora per contagium aliis facile communicatur, neque ſtatim per totum corpus diſpergitur: At vero puſtulæ circa morbi initia primo erumpentes, inde procedere videntur, quod in maſſa ſanguinea concretiones quædam acido ſalinæ (inſtar tartari in vino) contingunt, quæ cum ſubigi, aut rurſus diſſolvi nequeant, hic in cutim; quemadmodum illic in dolii parietes depelluntur: Hujuſmodi concretiones, donec parvæ ac pauciores fuerint, in membro forſan uno aut altero, per quemvis unum aut alterum forſan arteriæ ramum in cutim convehuntur: Dein quatenus natura eundem quem cœpit excretionis modum continuare ſolet, materies per eadem vaſa ad eoſdem ubique nidos advecta, juxta puſtulas primas, aliarum circumcirca conſitarum aggeries facit: Poſtea vero cū ſanguinis dyſcraſia in dies aucta materies iſta tartarea intra maſſam ejus uberius progignitur, plures ejus portiones per arterias alias, & ſubinde alias exterius convehuntur: & propterea puſtulæ etiam plures, tum in iiſdem, tum in aliis etiam membris erumpunt, quas nova materies per eaſdem arterias continere accedens, & juxta poſita puſtularum aliarum adjectione in dies ampliat, ac undique dilatat, & demum ſi hujuſmodi ſanguinis tartarus in immenſum accreſcat, per plurimas, aut ſimul omnes arterias extra delatus in cute deſigetur, & proceſſu temporis ſuperficiem ejus omnem incruſtatione ſquamoſa, aut plane leproſa obducet: atque tunc humor ipſe cutaneus per totum corruptus, in morbi partes cedet: namque hoc ſanguinem & humores, dum inter circulandum pertranſeunt, magis inquinando, ſeu potius veneNando, materiæ morbificæ penum augeri faciet; quin etiam effluvia ζυμώδη, ſive corruptiva à ſe dimittens, ejuſdem morbi contagium aliis tradet.

Itaque affectus hujuſce cauſa tum procatarctica tum conjuncta, in eo conſiſtunt, quod imprimis abſque ullo cutis vitio, ſanguinem particulis ſalinis diverſimodi ſtatus ac indolis ſaturari contingit, (in cujus diatheſeos cauſas προηγουμένας mox inquiretur) atque ſalia iſta, præſertim ubi fixa ac acida præpollent (uti eorum mos eſt) ſe mutuo prehendunt, adeoque in coagula quaſi tartarea concreſcunt, quæ portiones in ſanguinem protruſæ; papillarum eruptiones, quaſi totidem hujus morbi nidos inchoant, Dein illæ ſenſim juxta materiæ ſupplementa, tum numero tum magnitudine in dies auctæ, morbi hujus initium, incrementum & ἀκμὴν producunt.

Morbus detento] Ad cauſas προηγουμένας & evidentes quod ſpectat, duo ſunt præcipua occaſionum genera, à quibus hic affectus plerumque originem ſumit; ſcil. mala victus ratio, & morborum aliorum, uti imprimis Scorbuti ac luis Venereæ mala aut minime curatorum miaſmata in corpore relicta: Quoad prius, præter communes circa diætam inordinationes, quibus nonnulli carnium ſalitarum, dein & ſole aut fumo induratorum eſui, ſimulque vinorum acidorum potui nimis dediti, hunc morbum facile contrahunt: Inſuper vulgaris obſervatio eſt plures in eum à carnis porcinæ, & piſcium præcipue cruſtatorum, comeſtione nimis crebra aut aſſidua diſponi: Hinc opinari ſubeſt utrumq; cibū, ſive qua rancidus ſive alias improportionatus, ſanguini noſtro particulas non rite miſcibiles, aut facile domabiles convehere, quibus ita heterogeneis, & dein longo talis diætæ uſu in magna copia aggeſtis; particulæ cujuſque generis ſalinæ ſe facile aſſociant, adeoque coagula tartarea in cutim exterminanda, & affectus Impetiginoſi aut Leproſi ſeminia conſtituunt: Attamen uberrima ejus ſeges à Scorbuti, ac luis Venereæ miaſmatis in corpore relictis, & demum quoad ſalium ac ſulphuris efferatorum combinationes ad ἀκριβέστατ evectius progignitur: Morbi prioris, & ſpeciatim ſymptomatis prædictis, eidem προηγουμένου rationes alibi explicavimus: Atqui luis venereæ inveteratæ, imo interdum curari viſæ, ita paſſim accidit ejuſmodi eruptiones puſtuloſas ſupervenire, ut nullus fere his affectus, morbi iſtius pudendi ſuſpicione careat, ſaltem Medici, quoties in tali caſu conſulitur; prima ſtatim quæſtio eſt; an non patiens iſte labem veneream aliquando prius contraxerit? Enimvero ſanguinis corruptelæ, poſtquam diutina mora heterogeneæ prorſus ac indomabiles fiunt; tandem particulas ſalinas ſibi conſciſcunt; quibuſcum in coagula ejuſmodi tartarea concreſcentes, ac in cutim protruſæ, exanthemata impetiginoſa prodeunt. *Willis loco cit. cap. 7.*

naſi extremitate, à viſceribus ſphacelo tactis. 8. Rubor *genarum à Pulmone tumido, exeſo, &c.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 19. *Fœtor totius ab ingenti in Pancreate abſceſſu.* 16. *Vultus* rubor *ab abſceſſu in exteriore Renis parte.* 17. 18. *Facies albida cum genarum rubore fugaci, à Pulmone ſiniſtro vitiato.* 19. *Faciei* pallor *à Pulmonum vitio flaccidorum, lividorum.* 20. *A viſcerum omnium corruptela* 21. *Ab hydrope thoracis, Pulmonum ſyderatione.* 22. *Facies turgidula, pallida, à vitio Pulmonis ſiniſtri.* 23. Pallor *vultus à vitio hepatis.* 24. *Chloroſis in virgine cui teſtis ſiniſter ſero ſubflavo refertus, &c.* 25. *Color vultus* plumbeus, *ob vitium Lienis ſcirrhoſi.* 26. *A viſceribus omnibus ſimili colore infectis.* 27. Livor *tergoris in cadavere ab aſſumpto arſenico.* 28.

§. 1. PVella uno aut altero anno inſigniter *Palluerat*, Ingens Pulmonum albedo mollitieſque reperta. *Lib.3.tit.de Hyſtericis affectibus.*

SCHOLIA.

OMnium *Diſcolorationum*; tam generalium quam particularium, Commaculationum & Macularum in cute cauſæ proficiſcuntur vel ab Humoribus, ut Semine, ſãguine Succo nutriente, Bile, vel à pravis humoribus, aut ſordibus, aut aliis commaculationibus, vel à calore, frigore aut ſiccitate. A *Semine* ſicut Deformationes aliquas in partium numero, magnitudine aut figura contingentes ab ortu proficiſci in deformatione oſtendimus, ita & ab eodem Diſcolorationes aliquæ & maculæ Hæreditariæ cum fœtu in lucem quandoque prodeunt, &c.

A *Sanguine* cutem carnemque ſubjectam poſſidente atque irrigante (quod naturaliter fieri ſolere; cumque non ſolum in venis capillaribus cutaneis colligi, ſed & propriæ cutis carniſque ſubſtantiam eodem imbui in phlegmone deſcribenda oſtendimus) uti genuinus cutis color ad rubedinem nonnihil inclinans, & per cuticulam tranſparens exurgit; vel etiam quædam rubedo in certis locis prodit, ut in labiis & glande, ob fungoſam quidem illorum carnem, ſanguine copioſius irrigatam, Glandis vero ſanguine arterioſo cum tumere debet, perfuſam: atque *Malis*, quas in quibuſdam naturalis ſanguis magis quam alias ſedes cutaneas occupat, Sic ſi plus ſolito in ſuperficiem corporis feratur, rubicundior adhuc color in illis naſcitur, in *Ruboris* generalis ſpecie dicta: In qua tamen rubedo in *facie*, quæ ob teneritatem & laxitatem ſanguinem facilius ſuſcipit, magis eluceſcit.

Quæ uti à Sanguine in ſuperficie corporis conſiſtente eveniunt, ſic & ex illius Defectu in hiſce locis, colore vivido amiſſo *Pallor* inducitur: qui illis in locis quæ ex ſua natura magis rubere debebant, illis minus rubentibus *Lividus* apparet, ut in *Faciei malis*, Labiis & Glande, uti & in Unguibus, qui cum ob ſubjectæ carnis ruborem, per illos; cum perlucidi ſint, ſanguine illic deficiente; livere dicuntur: Deſtituuntur autem hæ ſedes externæ ſanguine; ſi ille per inedias, mohærores, hæmorregias, morbos abſumatur: Vel ſi alioquin inde refugiat, tamdiu donec ille rurſũ redeat, pallent: Sicuti & à frigore externo etiam repellente; accidit cutem in frigentibus minus coloratam reddi quam cum calet, atque illis quorum Malæ rubebant, ſanguine ex frigore velut congelato, eas tunc lividas plumbeo vel colore tinctas apparere.

A ſanguine quin etiam *Macularum* diverſa genera prodeunt, prout ille diverſimode ſe habet, impri- miſque quatenus vel in veram cutem diffunditur, vel poris ſaltem, aut ſub cuticulam ſe inſinuat: In veram cutem ſanguis Fervidus & accenſus, in febre ſynocha diffuſus Eryſipelas efficit; nonunquam & Ecthymata: Quod ſi ab aliis cauſis internis externiſve; ſanguinem allicientibus aut expellentibus ad cutem ſe diffundat, rubras alias Maculas procreat: Imprimiſque illa rubedo faciei quam *Guttam Roſaceam*, vocant; quæ uti à cauſis dictis poteſt procedere; ita à vini frequentiore & immoderato potu contingit, quod inde viſceribus ſanguificationi deſtinatis ſanguineq; ipſo plus juſto incaleſcentibus; ille in loca hæc; ob naturam illorum ad ſuſcipiendũ idonea, copioſius & frequentius delatus ſanguis, eaque treberrime irrigando tandem ruborem hunc permanentem puſtulaſque procreat. Fit quoque ut ſi ſanguinis, portio aliqua acrior ad cutis aliquam ſedem elabatur, eam exaſperando, & nonnihil rodendo, Maculas illas inæquales ſubrubentes quoque pariat, quas *Impetigines* vocant.

Ad *Poros* ſaltem cutis ſanguis allicitus, inque eorum ambitum exiguo tantum ſpatio ſe diffundens, Maculas parvas quandoque gignit: Quod uti à prioribus cauſis quoque poteſt accidere, ita in ſudoribus, ſanguine interdum cum ſero ulterius ad poros delato & hærente; ejuſmodi maculæ poſt eos remanent: Sub Cuticulam, ſi ſanguis è vera cute, in qua naturaliter etiam conſiſtere dicimus; erumpat, tunc extra ſuam ſedem delatus, cum remeare in eam amplius nequeat; illic ſubſiſtens, & per cuticulam tranſparens; maculas eas colore ſanguinis à natura derelicti, & proin nigricantis vel concreti repræſentantes; & in *Sugillatione* dicta apparentes, efficit, &c. Hujus autem ſanguinis eruptionis ſub cuticulam cauſa frequentior eſt contuſio in vera cute, vel venulis illius facta, per quam ſoluta illius continuitate intrinſecus, ſanguis ex ea ſub cuticulam fertur: A calore tamen ſummo extrinſecus intrinſecusve in morbis occurrente; & cutem nimium dilatante, ſanguinemque fundente allicienteque, *puncta* quædam ejuſmodi *cruenta* aliquando ſub cuticula, ſugillationis inſtar apparuiſſe vidimus; quod & ob ſanguinis tenuitatem ſeroſitatemque accidere poteſt, ſi ille ad poros cutis effuſus non exſudet; ſed illic veluti guttatim ſub cuticula effuſus perſiſtat:

A *Succo nutriente*, ex ſanguine partibus aſſimilato genito, & *generalis Diſcoloratio*, & *Macula* diverſæ oriuntur prout ille tranſmutatus, vel univerſũ corpus pervadit, vel ad certas ſaltem partes perfertur.

Univerſum corpus pervadens & nutriens ſuccus crudus, ſeu imperfecte coctus, totius corporis vividũ colorem deſtruit, aliumque accerſit in Cachexia dicta, cujus diverſæ ſpecies, prout vel tantum crudus,

lus, aut ſimul etiam feroſus vel vitioſus exiſtit, exurgens &c. Hæc autem ſanguinis crudiras, vel etiam vitioſitas, ſi cacochymia ſimul adſit, nonnunquam ab alimentis originem trahit, ſi taliun continuus ſit uſus, quæ ejuſmodi ſuccum crudum, vel vitioſum aut aqueum gignere poſſunt.

Viſcerum ſeu Partium chyloſi & ſanguificationi deſtinatarum affectarum cauſa, crudus ille ſuccus cachexiam gignens, uti & malus ſuccus cacochymiam procreans, oritur accumulaturve, cujuſmodi ſunt ventriculus, hepar, lien, ipſiſque adnexa vaſa membranæque: Ventriculi enim intemperiei, imbecillitatis, aut alterius affectus cauſa, ſi concoctio fiat imperfecta vel vitiata, imperfectus quoque & crudus gignitur chylus, qui poſtea in ſecunda coctione, cum non ſufficienter elaborari poſſit, ſimilem producit ſanguinem, eoque magis ſi viſcera ſecundæ coctionis tabem quoque aliquam patiantur. Hepatis, lienis, venarumque vitio, cum hæc ad ſanguinis generationem faciant, ſanguis imperfectius elaboratus, crudus, vel vitioſus aut aqueus gignitur: Hepatis quidem, cum inſtrumentum ſit ſanguificationis, dein & lienis morborum cauſa ſanguificationem impediri, vel eo ſolo comprobari poſſe exiſtimamus, quod hepate penitus ſano, tamen lien male affectus, *Sicut Sellio hoc ſæpius patefecit*, ſanguificationis noxas enarratas, uti & hydropem ſæpe procreaverit: Dein & *venarum* affectarum cauſa, cum ad ſanguinis elaborationem opitulentur, ſanguis minus abſolute concoquitur, crudiorque remanet: Morbi vero hepati, lieni, venisque accidentes, unde imminuta ſanguificatione crudus ſanguis, indeque cachexia gignitur, vel ſola vel vitioſo accedente ſimul chymo, ſunt imbecillitas, intemperies, Obſtructio, durities aut alia læſio. &c.

Certis tantum partibus communicatus *ſuccus nutriens*, Maculas in illis diverſas efficit, prout vel poris cutis, vel diviſioni alicui ejus ſe inſinuat. Ad poros cutis ſuccus qui pilos illi infixos alere debebat, deveniens maculas, quas *Lentes* vocant, frequenter producit: hic enim illis prius aſſimilatus, coloreq; antequam illorum radicibus apponitur nonnihil correſpondens, ſi ab iis ulterius in pororum ambitum aliquouſque diſpergatur, maculas ejuſmodi colorem fuſcum plus minusve ad pilorum colorem, dum illis aſſimilatur, adipiſcitur, oonnihil inclinantem procreat &c. A ſucco pilos nutriente, poriſque ſe inſinuante, ſi vitioſus ſit, maculæ, quas *vitiligines*, ſeu *Alphas* vocant, prodeunt, quando illic ad poros delatus, ob vitium ad pilos alendos inutilis, in ambitu illic pororum, ſe in cutem exiguo ſpatio circumfundens, maculas ejuſmodi pro ſucci pravi diverſitate gignit: Talis ſuccus vitioſus ex depravata aſſimilatione illius loci, ubi maculæ hæ fiunt, prodit, perquam ſanguis ille, qui ad nutritionem eo defertur, non in ſuccum convenientem, ſed pravum locoque depravato ſimilem &c. quo deinceps fovetur, vitioſeque nutritur, convertitur, eadem fere ratione ut in Elephantiaſi &c.

Bilis, quæ colore eximio prædita eſt, ſi ad ſuperficiem corporis feratur, hæc ſimili colore tingitur Ictericque cujuscunque cauſa eſſe poteſt &c. *Vide de Ictro lib. 3.*

A pravis humoribus in morbis malignis variæ maculæ generantur, ut in febribus malignis, peſtilentialibus, venenatis, lue venerea &c.

Calor, non ſolum ſanguinem alliciendo vividum vel rubrum colorem, frigusve eundem reprimendo pallorem corpori conciliat, ſed & calor quia cutem dilatando, ut per eam ſanguineus color melius eluceſcat efficit, & frigus eandem conſtringendo & condenſando minus pellucidam reddit: Siccitas nimia cutis colorem etiam immutat, eamque fuſcam magis efficit. tum quia exſiccando ſpiſſiorem, vel conſtringendo rugoſiorem reddit, cum craſſities illius, ut opaca fiat efficiat, & rugæ umbram facientes obſcuritatem in ea inducant &c. *Platerus Practicæ lib. 3. cap. 2.*

Inſigniter palluerat, Pulmonum albedo] Pulmonum albedo & mollities, ut penuriæ ſanguinis in iis index eſt, ſic palloris in vultu cauſa efficax: In Peripneumonicis, quorum pulmones ſanguine multo & calente turgent, vultus & malæ rubent, fervido ſanguine ob levitatem ad partes ſuperiores ſeſe efferente, qui conſiſtit ibidem & per cuticulæ tenuitatem, veluti per vitrum colorem ſuum oſtendit.

§. 2. Fœminæ puſtulæ rubræ per totum corpus, maxime circa regionem hepatis, oboriebantur: Hepar repertum durum, & cyſtin fellis exhibebat in ſeſe collapſam. *Vide lib. 3. tit. de Alvo adſtricta.*

§. 3. Matronæ per cutim paſſim tubercula enata ſunt: Hepar illi erat decolor & durius: In veſica fellis tres lapides. *Vide lib. 3. tit. de Ictero.*

§. 4. Veſiculam, quod mireris ſine felle; tamen cum tribus lapillis interdum conſpeximus: Hepar tamen erat rugoſum, maculis atris deturpatum, ſed ejus ſuccus omnino lividus: Quodque inſolitum, Pectus aquæ plenum & ægri facies adeo pallida ut mortuum quis dixerit. *Nic. Fontanus Epitomes Veſalis p. 21.*

§. 5. Puelli cachectici, hydropici cadaver aperitur: Cutis circa regionem ventriculi, umbilici & inguinum, maculis atro purpureis, inſtar ecchymomatum picta erat: Ex abdomine puncto humores bilioſi, ſeroſi, fœtidi effluunt: Omentum & Pancreas conſumpta, Venæ meſaraicæ obſtructæ: Lien niger, durus: Hepar cocto ſimilis, In eo & liene foveæ aqua plenæ. *Vide lib. 3. tit. de ventris tumore.*

§. 6. Quidam conqueſtus eſt de moleſto hypochondrii dextri dolore, cum æſtu affatim, & plerumque faciem, manuumque palmas, pedumque poſt cibum, plantas infadente &c. Inventa eſt vomica ſimæ partis hepatis connata, ſatis magna atque aperta, *Vide lib. 3. tit. de hypochondr. tumore.*

§. 7. Iu

§. 7. Jvenis capite doluit, febris erat vere κεφαλικὴ; facies illi rubra, ſed maxime genæ &c. Aperto capite, venæ quaſi varicoſæ, tabo & ſanguine nigro turgentes repertæ &c *Vide l. 1. tit. de Delirio.*

§. 8. Cuidam febre maligna laboranti naſi extremitatem rubra macula obſedit, ſymptomatibus benignum quid portendentibus: Omnia viſcera nigricantia erant & ſphacelata. *Vide tit. de Febribus.*

§. 9. Virum Illuſtr. adoritur inſolita reſpirandi difficultas, dolor univerſi thoracis &c. ſupervenere ſopor Genarumque rubor &c. Pulmo inſigniter tumidus & quodammodo exeſus repertus, in iisque unus humor albus & tenax ac purulentus deliteſcens, *Vide tit. de Febribus.*

§. 10. Franciſcæ N. cum febre continua, dyſpnoea &c, adfuit intenſus rubor Genarum, In Pulmonibus reperta veſtigia inflammationis, qui tumentes, lividi cum pure. *Vide tit. de Febribus.*

§. 11. Gaſpar N. dolebat pectore cum dyſpnoea. *Genæ* illi *rubore* ſuffuſæ erant: Pulmo dexter colore erat nigricans, ad jugulum retractus, pleuræ ad claviculam connexus: Siniſter ſubpallidus cum tuberculis. *Vide l. 3. de* Hypocondr. *tumore.*

§. 12. Cachaticus cum tuſſi, febre continua, *Genas* habuit macilentas, perpetuo purpureo rubore ſuffuſas. Pulmonum parenchyma, integra membrana, totum fere erat in pus commutatum. *Lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 13. Agricola plauſtri fœno onuſti ruinam in ſe paſſus, de dolore pectoris conqueritur, cui accedit Febris *Genarumque rubor*: Pericardium ſcatebat pure copioſo, cui velut immerſum cor: Pulmo ejuſdem labis particeps. *Lib. 2. de Pectoris dolore.*

§. 14 Adoleſcenti facies rubebat in levi febre; ſed maxime *Genæ*: Illi Pulmonis partes dextræ lateri adhæſu contumaciore nexę lacerabiles, plenæ vomicis, tabo & pure ſcatentibus: Peripneumonia anno præterito illum oppreſſerat. *Lib. 1. tit. de Phrenitide.*

§. 15. Rev. Pater febre prehenditur cum dyſpnoea, tuſſi, pectoris gravitate & Malarum rubore: Inventa eſt altera Pulmonum pars aucta in magnitudine, denſa, dura, rubra. *Vide tit. de Febribus.*

§. 16. Vir Nob. febricitabat cum dolore ad dorſum & lumbos, cum tremore & fœtore totius nulli ferendo: Ex utroque Pulmone ſerum putre & fœtidum defluebat: In Pancreate ingens erat abſceſſus, cum multo pure & fœtore intolerabili. *Vide tit. de Febribus.*

§. 17. Ill, N. cum febre aſſidua & fervore in lumbis, horis veſpertinis Faciem habebat rubicundiorem: Inventa eſt corruptio & abſceſſus in ſiniſtri Renis exteriore carne. *Vide tit, de Febribus.*

§. 18. Juvenis in febre aſſidua, ruborem genarum habuit: Inventa eſt corruptio gangrænoſa in parte interna Renis dextri. *Vide tit. de Febribus.*

§. 19. Uxor, N. à partu ſubſtiterunt lochia; hinc febris, dolor lateris ſiniſtri &c. Facies tota ſæpe erat velut ſubalbida, alias genarum aderat rubor fugax: Aperto cadavere omnia ſana occurrerunt præter pulmonem; pars ſiniſtra fere magna ſui parte tabuerat & tabo infecta erat, ſana reliqua ſubſtantia. *Vide lib. 2. tit. de Phhtiſi.*

§. 20. Juvenis robuſtus, ſed pallido faciei calore, a fruſto carnis devorato ſuffocatus interiit: Pulmones illi à naturali ſtatu defecerant, colore lividiores & flaccidi. *Th. Barthol. cent. 1 hiſt. 11.*

§. 21. Quidam diu admodum pallidus fuerat, & mali in facie coloris: Huic omnia viſcera interiora corrupta & fœtidiſſima. *Lib. 3. tit. de Inappetentia.*

§. 22. Virgo brevi morbo ſublata eſt: Facies illi totusque habitus pallore albeſcebat: Thorace aperto, ab utraque ejus cavitate aquæ viroſæ effluxit copia: Pulmones ſyderati inventi ſunt &c. *Vide tit. de Phthiſi lib. 2.*

§. 23. Uxor D. N. patre ſata, pulmonico, tota ſæpe erat velut ſubpallida, facie turgidula, pars ſiniſtra pulmonis magna ſui parte tabuit: Purulenta materia ea thoracis parte continebatur. *Vide lib. 2. tit. de Phthiſi.*

§. 24. Illuſtr. N. gibba hepatis pars à nativo colore ad pallidum declinans manifeſte viſa eſt: Per ſanitatem perpetuo pallente facie omnibus innotuit *Lib. 3. de Iſchuria.*

§. 25. In virgine pallidis coloribus divexata, inveni teſticulum ſiniſtrum pugno majorem, intus humore ſeroſo & ſubflavo refertum, foris ſanguine ſuffuſum. *Riolanus Anthropagr. lib. 2. c. 30:*

§. 26. Ruſtico in ſiniſtro hypochondrio renitentia erat, in toto corpore color plumbeus: Lien erat ſcirrhoſus, arcto coalitu ſub membrana adipoſa renem ſiniſtrum amplexatus, nidorem ferens. *Vide lib. 3. tit. de Lumborum dolore.*

§. 27. D. N. erat μεγαλόσπλαγχνος: Omnia interna membra, hepar, pulmones & cor dmodum grandia & pallida erant, ac pene plumbei coloris viſa, haud aliter colorata ac dhuc viventis facies tincta & plane livida: &c. *Vide lib. 1. tit. de Melancholia.*

§. 28. Quidam ſubito vomitu & alvi fluxu tentatur, & paulo poſt interit, cadaver à tergo lividum plane erat, imprimiſque pudenda nigra: In ventriculo reperiuntur arſenici albi fruſtula tunicis affixa. *Vide lib. 3. tit. de vomitu.*

Observatio VII.

Dolor *ſummæ ſcapulæ & humeri ab Abſceſſu in corde in ulcus deſinente, Pulmonibus accretis* 1. *Brachii & Clavicularum à ſero corrupto circa perioſtium, in ſphacelum deſinens.* 2. *Suræ dolor intolerabilis à Vomicoſo hepate* 3. 4. *Circa coccygem dolor ab Empyemate oſſis ſacri* 6. 7. *Humeri dextri dolor ob hepar tumore cancroſo affectum.* 8. *Dolor circa pubem ab incremento & relaxatione Teſticuli fœminei.* 9. *Dolor in infima regione hypochondrij dextri, ob vitium Meſenterij vicini & pſoadῶn Muſculorum.* 10. *Circa regionem oſſis ſacri ob quatuor lapides in veſica.* 11.

§. 1. Filia D. N. (*Vide lib. 2. Tit. de Hæmoptyſi*) patiebatur dolorem in ſumma ſcapula ſiniſtra, & ſummitate brachij qua humero committitur: Magna erat ſuſpicio Abſceſſus in ſiniſtra Pulmonis parte: Pulmo coſtis undique & diaphragmati adhærebat, tum etiam Pericardio undique, cor media ſui parte fere exeſum, &c.

Scholia.

Dolorem] Dolor à triſtitia diſtinctus, & ad tactum pertinens, definiri ſolet *Senſio moleſta à continui ſolutione procedens*, Siquidem exoritur iſte, quoties & quatenus ſenſibile incongruum, aut improportionatū, ſenſorio iſti applicatum, fibras ab invicem dividit & divellit, proinde ſpiritus animales in iis hoſpitantes, à ſolita & placida emanatione ſua repellens, ab invicem diſtrahit, & quaſi in fugam vertit, dein propterea ſtatim, quatenus iſte ſpirituum exterior repulſus, continuata aliorum ſerie ad πρῶτον αἰσθητήριον communicatur, ſpiritus illic degentes in parem confuſionem ciet, doloris ſive moleſtiæ exterius inflictæ perceptio efficitur. : Revera tota ſpirituum animalium quæ dolore afficiuntur ſeries, quaſi animæ ſenſitivæ membrum quoddam ſingulare, objecti impreſſione velut anxietatem concipiens, cum moleſtia corrugari, inque dimenſionem minorem ſeſe contrahere cogitur. Cum ſolutio continui doloris cauſa ſtatuitur, non ita intelligendum eſt ac ſi affectio hæc tantum à vulnere aut plaga corpori inflicta cieretur, namque eadem à frigore, calore, flatibus, & ſanguinis aliorumq; humorum extravaſatione, aut alicubi aggeſtione, ſæpe membri conformatione adhuc integra manente, paſſim induci ſolet, in quibus caſibus, licet continui partes, ac imprimis fibræ & filamenta nervea minime præſcindantur, iſta tamen in omni doloris affectu, aut ab objecti preſſione, aut à particulis alienis cuneorum inſtar adactis, à ſolita poſitione divelluntur, inque tenſionem nimiam, aut diſtorſionem, aut divulſionem adiguntur, proindeque ſpiritus incolæ, à mutuis amplexibus divulſi & diſſipati, gravate habent, & moleſtiæ ſive doloris paſſionem inducunt *Willis Operis Poſthumi ſect. 3. cap. 6.*

In ſumma ſcapula] Quibus grandius hepar, amplius, tumentius & calidius, cum febribus magnis prehenduntur, maxima ex parte tempore urgentis febris dolores in claviculis & ſecundum homoplatas ſentiunt: Sic pleuritici per continuitatem membranarum majores ſæpe quam in loco affecto ibi dolores percipiunt: *Hippocr.* 4. acut. aſcendentem pleuritidem vocat cum dolor ad claviculas pertingit.

§. 2. Dumæi filia annos 17, nata febricitavit; huic dolor nonnullus ad claviculas & brachium, fere ad olecranum: non putabatur fluxio tam maligna, nec quod ſubtus cuniculos ageret: Cœperunt illum morbum quibusdam remediis agitare, anodyna applicare, purgare, oppoſitæ partis venam ſecare: 6. die comatoſa ac velut reſoluta fit: partes quæ dolebant, cœperunt eſſe indolentes: nil in ſuperficie apparebat, mors.

Brachium erat velut ſyderatum parte interna ad perioſtium, ante mortem nigriſcebat; circa ipſius perioſtium *ſerum & virus* reperitur, quod exuſſerat ac corruperat partem: Imo jam labes pervaſerat ad interiorem thoracis partem, ac ſi ſurda fuiſſet, ut ita loquar, pleuritis: Admiranda ſunt effecta ſeri venenati. *Ballonius Epid. & Ephem. lib. 2. pag. 150.*

Scholia.

Circa perioſtium ſerum & virus] Mirum eſt quod quædam materia venenata, ut ea eſt quæ facit exanthemata & variolas, non vertitur in pus, ſed in quid ſimile puri, & in quandam novam ſpeciem putredinis, quam natura non domat facile; Quod *Hippocr.* in Epidemiis annotavit: Porro in ſuſpicione cauteria adhibere inprimis oportet, licet materia non educatur & magnum dolorem non inferat: Item litus ex hydrargyro confert. *Iacobus Thevart. annot. 3. in eum locum.*

§. 3. Mirum forte quod nos bis terve annotavimus, dolores ſuræ intolerabiles in febre, qui neque fotu, neque litu, neque cataplaſmatis ceſſerunt.

Mottuis ergo ægris juſſimus crura & ſuras aperiri novacula; invenimusque pus album pallidum, læve, æquale, ſpatiis inanibus diffuſum & majore vena concluſum: Atque ut notaretur locus unde pus ejuſmodi prodiret, aperto ventre vomicoſum hepar & putre inventum eſt: Itaque veriſimile eſt loco ſanguinis, pus per majotem venam in crura & ſuras, quæ admodum venoſæ ſunt, tranſmiſſum: *Jacotius comment. ad Coac. Hipp. p.* 349.

§. 4. Hollerius ſcribit adoleſcenti xvj. annorum crus dextrum vehementer doluiſſe; nulliſque ceſſiſſe remediis: Acuta febris, urinæ fæculentæ, ſitis pauca; reliqua medioeria; niſi quod deliravit ex intervallis: Tribus ante mortem diebus obſcuratum lumen & ſplendor oculorum, palpebræ lividæ: poſtea quoque cœpit & ſiniſtrum crus dolere: xiv. obiit.

In mortuo abſceſſus cum pure albo in apice gibbæ hepatis pattis & muſculis obliquis: Diſſectione cruris anterioris parte facta, in mediis muſculis pus album & craſſum inventum, quod & in aliis viſum fuerat; In corde ſanguis veluti mucoſa pituita: Eidem abſceſſus purulentus ſub ala dextra, & impotentia brachii dexrri. *Idem comment. in Coac. Hipp. p.* 846

§. 5. Refert etiam Bauhinus Lutetiæ virum quendam cum abſceſſu hepatis laboraſſet, mortuum eſſe, & corpote aperto repertas venas uſque ad tibiam pure tefertas, & ſiniſtrum teſticulum puttidum. *Dan. Sennertus pract. l:* 3. *p.* 6. *ſect.* 1. 4.

SCHOLIA.

Certe ſpontanei longique dolores crutum & partium inferiorum, ulceta quoque & tolor malus viſcerum latens vitium oſtendunt: Hinc intelligitur pus intus ſuppteſſum, non ſolum locum in quo eſt, putredine corruptelaque deptavare; ſed etiam partium circumpoſitarum, & earum omnium in quas ſeſe inſinuare poteſt, temperiem & naturam evertere: *Idem.*

§. 6. H*ipp.* os ſacrum Empyemate quoque computreſcere novit, cujus putredine & incredibili doloris tyrannide duos probitaris ſpectatæ viros efflictim & diu maceratos tandem contabeſcere & mori hiſce oeulis vidi. *Langius Epiſt.* 42. *Tomi.* 1.

SCHOLIA.

Tertium addit J. *Henr. Brechtfeldt* in Actis *Bartholini* annor. 1671. & 1672. Obſerv. 107. Fabrum ſcil. ærariũ, quem tam immanis oſſis ſacri prehendebat dolot; ut horrendis præ doloris immanitate; corripetetut convulſionibus: Cauſa mihi antecedens fuit lapſus ex alto in trabem, ita ut illi divaricatis cturibus inequitaret, hinc oſſis ſacri contuſio, indeque ottum empyema.

§. 7. Senex Colonienſis per aliquod annos dolore continuo citca regionem oſſis ſacri; cum ardore utinæ & mingendi difficultate afflictus fuit.

Aperto corpore inventi lapides quatuor præduri ac aſperi: Circa regionem vero oſſis ſacri, ea nimirum in parte ubi vena eava bifurcatur; Abſceſſum magnum in quo materia fœtida & ſanguis coagulatus eontinebatur offendimus: Os ſacrum ea in parte ita erat corroſum & exeſum; ut facillime digitis minutarim extrahi atque conteri potuerit. *Fabritius* Hildanus *cent.* 3. *Obſervat.* 70.

§. 8. Vidua N. *tumorem* habebat in abdomine *verſus umbilicum*, ad dextram pattem inclinantem: Hepar rumoribus ſcirrhoſis erat referrum: Ejus extremo adnati duo tumores cancroſi. *Vide tit. de ventris tumore lib.* 3.

SCHOLIA.

T*Umorem verſus umbilicum*] Cavendum monet *Sennertus* cap. de Inflammatione Hepatis ne fallamur, & hepar non inflammatum putemus ſi tumor in ventre medio appatet, quia quibuſdam hepat ad medium ventrem extenditur.

Humeri dextri dolor] *Idem* magnæ hepatis inflammationis ſignum eſſe ait ſi dolor percipitur juguli quaſi ad inferiota tracti, præſettim dum vehementius æger inſpitat; Dum enim hepar inflammatum; (*aut gravi tumore affectum*) pondere ſuo diaphragma, cui alligatum eſt, deorſum trahit, tenſum diaphragma membranam coſtas ſuccingentem, cui etiam obnaſcitur, tendit: unde dolor tractionis in jugulo ſentitur: *Galenus* hoc fieri putat ob tenſionem venæ cavæ ſurſum ab hepate aſcendentis.

§. 9. Uxori N. Teſticulus ſiniſter erat fere mali cotonei magnitudine, & ptolabebatur in capacitatem oſſis ſacri, comprimens & veſicam & inteſtinum rectum, ubi ingens dolor. *Vide tit. de ventris tumore.*

§. 10. Juvenis ictus & in hypochondrii dextri lateris infima regione coxendici proxima unde dolor in dextrum crus expotrectus, quod ægre movebat: Meſenterium in mortuo circa originem velut contuſum vidi, pſoasque muſculos illi lateri ſuccumbentes ſimiliter affectos. *Vide lib.* 3. *tit. de* Hyppochond. *dolore.*

§. 11. Senex per aliquot annos dolore continuo cirea regionem oſſis ſacri vexatus fuit. Inventi in veſica lapides quatuot præduti, *Vide tit. de mictione difficili.*

ANATOMIÆ PRACTICÆ
LIBRI QVARTI.
Sectio Vltima.
MISCELLANEA CONTINENS.

Observatio I.

Ex Tabaci fumi abuſu lingua, trachæa arteria atra fuligine tinctæ repertæ, Pulmones aridi, hepar inflammatum. 1. *Pulmones flaccidi, torridi, coſtis annexi.* 2. 3. *Cerebri ſubſtantia exſiccata, ad parvam molem redacta.* 4. *Tabaci ſugo papillares proceſſus, Cum nervorum odoratoriorum extremitate defuerunt.* 5. *Cerebrum nigrum & fuligine tinctum obſervatum.* 6. *Craſſa fuligine & ſpiſſa obductum cranium repertum.* 7. *Cerebri nigredo obſervata in quodam Tabaci pulverem per nares crebro attrahente.* 8. *Spina triplex lapidea reperta inter utramq; meningem Tabaciſugi.* 9. *Stomachus flavedine tinctus à fuliginibus Tabaci.* 10 *Veſtigia fumi in viſceribus notata.* 11. *Inſignis Tabaciſugi cerebrum nitidum repertum.* 12. 13. 14. 15.

§. 1. INvaluit in Europa cacoëthes ſugendi fumum herbæ Tabaci per tubos ad id conectos. Quantum ſanitati ſuæ noceanr qui toties illi indulgens, oculis ſubjicio homo quem in Medicorum corona ſecui: Is ſupra modum hiſce fumoſis deliciis addictus, vix ullum obibat negotium quin ſibi; ut patuit, fatalem ſuccum hauriret: ubi enim crebris quaſi pulſata ictibus natura fatiſcere, atque in morbum collabi cœpit, ille nigricantem materiam per anicum, per poſticum, per utrumque gutturem tamdiu ejicere, donec fuſcam ſimul ejiceret animam:

Hoſpitium certe, quod illa reliquerat, viſitavi & peragravi, fultus cultro anatomico: Quid viderim quæris? domum mihi intrare viſus ſum vere Plutoniam; ecce tibi in foribus atrato colore tincta & quaſi venenato ſucco imbuta intumuerat lingua: Quid trachæa? camino ſimilis, nigra fuligine undique obducta: Pulmones aridi, exſucci & pene friabiles: Hepar, tanquam ſi præ cæteris traxiſſet incendium, totum erat inflammatum, à cujus flammis ne bilis quidem in cyſtide ſua immunis erat: colorem enim extraxerat ex purpureo vireſcentem: Ad inteſtina vero, ut ſunt corporis ſaburra, confluxerant totius aduſtionis carbones, plena etenim erant nigricante materia, quæ non mitiorem ipſo Averno ſpirabat odorem. Ecce frequentis hujus ſuctionis Medicos fructus, *Th. Kerckringius Obſerv. Anatom. xc.*

§. 2. Quum menſe Martio in Theatro Anatomico cadaver virile boni habitus & robuſti diſſecarem, inter alia ſingularia inveni in ſiniſtro cordis ventriculo tria fruſtula adipoſa lenta & candicantia, ex nimio, ut arbitror, cordis calore & ſanguine unctuoſo efficta: præterea valvulam in vena emulgente dextra nullam. Et quum omnes partes tam interiores quam exteriores ſanæ eſſent, ſolos pulmones flaccidos tumidosque coſtis adhærentes: Hepar ſupramodum magnum, libras civiles tres, Lienem vix uncias duodecim cum dimidia pendentem: Pulmones Ideo credidi vitium contraxiſſe, quod frequentior Nicotianæ uſus deſtillationes ex capite ad hos concitarit: Nec ulla noxa, nigrorisve ullum veſtigium in cerebro apparuit, quanquam nimia Tabaci ſuctione hic homo apud plurimos innotuerit. *Th. Bartholinus cent.* 1. *hiſt. Anat.*

SCHOLIA.

P*Vlmones flaccidos torridosque*] Ideo juvenes monet *Simon Pauli* quadripart, Botan. cl. 2, tit. *Pimpinella*, ne utantur Tabaco, niſi velint moleſtiſſimam ducere vitam, ac ærumnoſam ſenectam ante expectatum acceſſere, Pulmones data opera ita corrumpente, ut hydrops pulmonum eos jugulet.

§. 3. S

§. 3. S. R. M. magnæ Britanniæ, Regem *Iacobum*, publiee in Oxonienſi Academia d putaſſe contra hanc fatuitatem (uſum Tabaci) oſtenſis exemplis eorum qui laboraſſe quidem diu inſanabilibus pectoris morbis, deliriis, inſomniis, conuulſionibus &c. Pe mortem autem inventi fuerint pulmones habuiſſe totos nigros ae retorridos, non ſec ac ſi fumo indurati eſſent *teſtatur G. Hofmannus lib. 2. de med. officin. cap.* III. 20. §. 30.

SCHOLIA.

D*Iſputaſſe contra hanc fatuitatem*] Nec tamen omni utilitare caret, teſte Clariſſ. *G. Horſtio*, In catarrho enim ejus uſum probat ſive in pulvere per nares attractum, ſive incenſi fumum per os ſumptum, purgaro tamen & jejuno corpore: Quin & fumus ejuſdem ſitim & famem ſiſtere poſſe non ſine ratione affirmar, ſiquidem piruitæ copiam inſignem ad palatum arrrahit, quæ deglurita chyli inſtar concoquitur: Certum eſt multa millia militum in Germaniæ bello tam diuturno conſervata eſſe per Tabacum, hoc enim in annonæ penuria miſeros cibavit milires: in aëris in temperie eos ſervavit incolumes, aquas quas non pro libitu, ſed pro occaſior biberant, ſive purridas ſive turbidas ſalubriores re didir, purredinem arcendo & corruptos jam hum res morborum plurimorum cauſas proximas per ſ periora & inferiora deturbando: Accedir quod ſua narcotica ſuavem ſomnum inducendo noxiotu ciborum difficilem concoctionem juverit, nec no ſingulari quadam ſuavitare etiam inviros ad ſui am bilem uſum ita traxerir, ut maluerint pane quam T baco carere: Taceo quod animi nonnihil ad co datius pugnandum addiderin

§. 4. Medicus aulieus Tabaei ſuffitum tam familiarem habuit, ut non interdiu ſolun ſed & noctu temperare ſibi non potuerit quin ſemper ad lectum lychnum penſilem cu cum eereis candelis & fiſtulis adjunctis haberet.

Cùm ille ante annum defunctus, ejus eapite aperto, res ſtupenda! Tota cerebri ſub ſtantia adeo exſiccata reperta ut vix nucis magnitudinem æquaret, prout mihi à quodan Medico Auguſtano relatum. *Auguſtinus Thonerus Epiſt. Medic. xv. lib. vj.*

SCHOLIA.

CUm Medicus ille ſat diu cerebri ſubſtantia deſtiturus, ratione ſalva & ſenſibus integris in vita ſuperſtes manſerit, Et *Zacutus* in Obſervat. de puero decenni referat eum ſine cerebro per triennium vixiſſe, randem ex hydrocephalo defunctum, cranio aperto nihil cerebri deprehenſum: cum actus præſupponat potenriam, & jam conſtet teſtimonio fide digniſſimorum Authorum de facto, ergo de poſſibilitate indubium quantumvis creditu arduum: Exin Philoſophis Peripateticis inſultare Galeniſtis, & adverſus eos triumphare licerer, prætendentibus illuſtribus illis exemplis demonſtraudum in corde Animæ rationalis domicilium conſtituendum, ex omnes vires ac facultares cæteris membris comm nicari, quod adſtruere videntur ſacræ literæ. *Ide ibidem.*

Quod *Thonerus* aliena fide refert, hoc falſum e ſe, & venerando Seni impoſitum fuiſſe D. *Iacob. a Mapheis* & Dom. *Ferd. Ignatius Thiermayr*, Medi Electorales, falſum eſſe affirmarunt; ac cerebrum ſectione ſaniſſimum repertum fuiſſe: Quod & con firmat *Schneiderus* de cathart. l. 2. c. 2. authorita Clariſſ. J. D. Horſtii. *I. Iacobus Wepferus in miſc. cu anni 1672. obſ. 129.*

§. 5. Impoſſibile non exiſtimo ut à fumi hujus aerimonia, & ſiccandi ui, cerebri au capitis pars aliqua, in quam præcipue ſalvis adhue viribus penetrat, atque incurſionem fa eit, ita exſiccetur, ardeſcat, tabida fiat, corrugetur atque induteſcat, ut exterior ejus ſu perficies, reſpectu reliquæ ſubſtantiæ cruſtoſa veluti appareat: Ita enim in quodam, q vivus neminem ſibi in Tabaci uſu parem extare haud, ut ſocii atteſtabantur; immerito gl riatus fuerat, poſt ſupplicium diſſecto, papillares cerebri proceſſus, cum nervorum od ratoriorum extremitate prorſus defuiſſe, ita ut ne veſtigium quidem eorum reliquum eſſe hiſce oculis una cum multis meorum æqualium conſpeximus: *Obſervat.* Hadriani *Falcken burgij.*

SCHOLIA.

P*Rorſus defuiſſe &c.* Cauſa hujus defectus à ſpectantium Doctoribus, in vim fumi Tabacini, omnia ſiccandi, exhauriendi, areſaciendi, extenuandi, corrugandi, ac proinde marcore quodam conſumendi, conferebatur: Sic etiam vere, extreme & deploratiſſime hecticorum curis, cum ſani ac ſucco pleni hominis cure comparetur, cruſtæ potius universo corpori inductæ quam genuinæ curis ſpeciem præſeferre videbitur; & in ardentiſſimis febribus membrana linguā exterius involvens, interdum ita ſicca, arida, ſcabra, rugoſa ac dura perſentitur, ut cruſta potius linguæ inducta, quam vera membrana eſſe appareat, & quia ipſe fumus Tabaci inſigniter nigricat, eundem ſuo indeſinenter recenti contactu atque contagione prædictam cerebri, aut c piris particulam inficere ac denigrare poſſe docet, alia omiſſam, eadem febribus ardentiſſimis labora rium lingua, quam ſæpe a fumis & vaporibus febr libus, exuſtis, fæculentis & nigricantibus, è co pore inferiore in eam exhalantibus inſigniter nigre cere conſpicimus: Contendo alia de cauſa proce ſus mammillares, & nervos adoratorios defuiſſe Ego eos in cerebro pueri, qui hydrope capitis mo tuus erat, diruptos, & eos etiam nigricantes, quando deprehendi. *Idem. Contradicentem Schne derum vide lib. 2. de catarr. cap. 2.*

Nervorum odoratoriorum] *Magnenus* de abu Tabaci exerc. 6. §. 15. dicit olfactum ab abuſu T b

baci in multis aboleri, tum qui fumo utuntur, quia nimis exſiccantur proceſſus mammillares, unde cum ſicciores quovis odore reddantur, non poſſunt ab his immutari, odor enim eſt à ſicco ſuperante humidum ex Ariſtot. l. 3. de *Animal.* A Tabaci autem pulvere olfactum ideo lædi cenſet, quod oſſis ethmoidis meatus ſubire, ibique hærere aliquandiu poſſit, quibus obturatis, cerebrum neque aërem, ut eo ventiletur, neque rerum odorabilium ſpecies admittere poteſt, quin olfactus neceſſario intercidat: Sed leviculum, ac forſan momentaneum hoc eſſet malum; aſt cum Tabacum inſigni narcotica vi præ aliquammultis ſimplicibus ut prææditum, calidum, ſiccum, unctuoſum, penetrantiſſimum, hæc illius vis, aut ſpecifica facultas, facit ut octavo *Spigelij*, aut primo *Bauhini* nervorum cerebri pari olfactui dicato, olfaciendi potentia ſenſim tandem omnino adimatur; ceu quod in proceſſum mammillarem traducatur, qui interiori cerebri parte ad os ethmoides, dura matre inveſtitum, ſiti ſunt, ac regionem iſtam occupatunt: Cum ergo ad naſi radices uſque pulvis Tabaci Narcoticus magna copia violenter attrahatur, & punctum temporis natura otioſa non ſit, ac in vivo corpore omnia ſint, ex *Hippocr.* permeabilia ac tranſpirabilia, utique aliter fieri non poteſt quin partes olfactui deſtinatæ à narcotica Tabaci vi affligantur: Nec tantum permulti olfactu privantur, ſed & plurimi capnophili, non exquiſito ſunt guſtu, affectis quarto & ſeptimo nervorum paribus.

Volunt quiddem nonnulli jugi uſu pulverati Tabaci viſum acui, ſed quanto cum periculo conjuncta hæc ſit medela oſtendit *Adr. Spigelius* Anat. lib. 7. c. 2. Per multi, *ait*, de induſtria concitatis ſternutationibus in cœcitatem derepente lapſi ſunt, vel quia arteriarum carotidum rami, qui nervis opticis ſic vicini ſunt ut tangant, repleantur, & repleti hos comprimant: vel quia copioſus, iſque pituitoſus humor ex cerebro ad opticos nervos traductus fuit, qui obſtruxit, illos quandoque ſetaceo curatos vidi: hos quibus ab humoribus pituitoſis malum hoc enatum fuit, nunquam convaluiſſe memini. Quin & *Magnenus* Exerc. 8. de Tabaco defendit, ſternutamēto violentius agitato capite, diſruptisq; eo impetu meningibus, laxataq; cerebri cōpaginatione, nonnullos interiiſſe: Firmat *Strada* exemplo piſtoris Suburrani, cui cum xxxiv. ſternutaſſet, continue ſuccedens proxime ſternutamentum xxv. exitio fuit; diſruptis arteriis & membranis cerebrum circumcingentibus: Idem *Magnenus* §. 4, teſtatur ſe vidiſſe quemdam, cui inſanus hujus pulveris uſus cryſtallinum corrugaverit humorem, unde & fluctuantia cernebat objecta.

Papillares cerebri proceſſus] Cenſet Cl. Schneiderus Lib. de oſſe cribrif. ſi proceſſus mammillares, & nervi odoratorii fumo Tabaci tam vehementer vitiari poſſunt, etiam nervos qui ex utraque meninge, ac qui de tertio pari oriuntur, ipſam duram meningem, eos proceſſus cingentem ſimul affligi: hinc hominem non ideo affici, ſed ob tunicam narium, ratione propriorum nervorum male affectam, hoc ſenſu olfactus orbatum iri.

Exterior ejus ſuperficies cruſtoſa velut appareat &c.] *Pauvius & Falkenburgius* dicunt a nimio fumi uſu congeri fuligines atras, probantque experientia & ratione 1. Dubium non eſt, quin inter cranium & meningem duriorem congeri poſſit aliqua pituida viſcida, quæ diſſipatis ſubtilioribus tenuioribusque partibus ibi fixa adhæreat: quare ſi quis interea ſuffumigio Tabaci intemperanter inſiſtat, cum ad cruſtam illam recta via indeſinenter appellat, nihil implicat quo minus ab oleaginoſo nigricanteque fumo exſiccatior cruſta nigreſcat: Pituitam ibi congeri, & in cruſtam concreſcere *Falkeburgius* aſſerit, repertamque ait in inſigniter lue vexatis, è venerea: quod ſi hujuſcemodi Tabacoputantur frequentiſſime, quid facilius quam materiam eandem nigredinem contrahere? Quod autem illuc fumus appellat, nemo anatomiæ peritus dubitabit. 3. Tabaci fumus habet in ſe unctuoſam & oleaginoſam materiam, quæ ſucceſſu temporis, vel cerebro refrigerato, aut tabaci familiaritate non aſſueto poterit concreſcere, ſuoque lentore partibus adhærere: quod ex ignis fumo in caminis evenire quotidie videmus, pronumque eſt ſuſpicari in iis qui hypochondriaci aut maniaci ſunt, 3. Quædam cerebri partes ita potuerunt exſiccari & caleſcere, ut reliquis ſalvis manentibus denigrentur, ergo difficile non eſt à Tabaco atram fuliginem in capite generari. *Secunda opinio eſt Gul. de Meara* qui negat Tabacum ad cerebri ſubſtantiam, multo minus ad ejus cavernas ſeu ventriculos pervenire, ac ibi gigni fuligines, dicit autem ab Tabaco, tanquam ab magnete trahi pituitam: *Verumenim vero* falſa ratione adſtruit *Meara* probabiliorem partem, *dico* enim fumum Tabaci cerebri intimos adire receſſus, cæteroqui, qua ratione fierent temulenti aut ſomnolenti? Ratio vero cur ego aſſentiar Mearæ hæc eſt, quod non poteſt fuligo adeo ſenſibilis generari in cerebro quin graviſſima inducat ſymptomata, quæ tamen nulla in fumiſugis deprehenduntur: 2. Tenuior, & minus viſcoſa Tabaci evaporatio, unde nullo negotio per poros elabitur, & vi expultrice profligatur: quare camini exemplum non valet, cum in camino nulla ſit vis expultrix: deinde rationes Falkenburgii, nihil de Tabaco probant, ſed tantū de fumo in genere, ūde furnarij, fullones, fabri, aliiq; operę in fumo perpetuo verſantes, deberēt illā cruſtam fuliginoſam contrahere, cum etiam ſitum fuliginoſum acquirant ea cubicula in quibus laborant: *Pauvii* autem experientia 1. dubia eſt, deinde potuit à vehementiori melancholia exſudari incraſſarique hæc fuligo: In mortis enim violentæ expectatione, ita moventur miſeri illi, ut totam humorum œconomiam perturbari non ſit dubium: De cruſta vero eorum qui gallica lue afficiuntur, non dubito, cum in aliis partibus inexpugnabilis viſciditatis pituita ſæpiſſime congeratur, at illam cruſtam fuliginibus tingi poſſe nego, tum quia fumus, qui illuc pervadit, jam eſt tenuatus & expugnatus craſſioribus partibus, unde ob tenuitatem ab expultrice, ſuoque nativo impetu facile diſſipatur: tum quod concretioni fumi valde intenſa requiratur frigiditas, quæ in nulla viventis parte eſt. 3. Ratio *Falkenburgii* minus obtinet vitium, etſi aliquæ cerebri partis non poteſt fieri, quin adſint graviſſima ſymptomata: Ergo licet abſolute, & metaphyſice loquendo, narratæ ſcil. otiantis torpore aliqua hujuſmodi contingere poſſent, nunquam tamen contingunt, aut ſecundum ordinarium fumiſugorum habitum poſſunt demonſtrari. *Magnenus de Tabaco Exerc. 6. p. 130.*

§. 6. Nar;

§. 6. Narrantem olim audivi Dom. *Pauvium*, ſe diſſecuiſſe cadaver juvenis robuſti & ſani, cujus cerebrum nigra fuligine tinctum fuit: atque cum in ejus rei cauſam inquireret, quam diatheſin quandam Maniacam ſtatim credidit, vel ſimilem quempiam cerebri morbum, aſſertum fuiſſe ab iis, quibus cum intima familiaritate junctus fuerat juvenis, hunc nec morbis unquam obnoxium fuiſſe, neque cuipiam ex iis quos ſuſpicatus eſſet *Pauvius*, ſed Tabaci fumum ipſi adeo fuiſſe familiarem, ut ne diem unam abſtinere ab eo poſſet: Quod eo adduxit *Pauvium* ut crederet congeriem eam excrementorum non aliunde originem traxiſſe quam ex abuſu fumi Tabaci. *Iuſtus Raphelingius Epiſt. ad Neandrum in huius Tabacologia.*

§. 7. Anno 1667. 12. Julii, obiit Hanoviæ Præſidiarius miles, *Caſpar Schlectius*, annos natus lxxiij. Apoplecticus: Ab ipſa pueritia familiaris ipſi fuerat Tabaci fumus, quod quoque perpetuo maſticabat: Magiſter *Iohannes*, Urbis Chirurgus, cadaver ad diſſectionem impetravit, cui adſtitit Illuſtriſſ. Comes Hanovienſis, Præſide D. Doctore *Krantzio*; adſtantiumque corona.

Aperto capite inventa fuligo plurima & denſa cranio adhærens, fuligini caminorum tum nigrore tum ſapore omnino ſimilis: Cauſa autem non aliunde quam à creberrimo illo fumi Tabaci uſu deducta eſt, *Ex communicatione D. Petri Regis. Pharmacopæi Genevenſis peritiſſimi, qui diſſectioni interfuit.*

SCHOLIA.

INterrogatus à *Neandro Falcoburgius*, an Tabaci fumus ad ipſam cerebri ſubſtantiam perveniat? Itemque nimio hujus ſuffumigii uſu cruſta quædam nigra in capite generari queat? Reſpondet ad utrumque annuendo: Et primum quod ſpectat, fumum ore & naribus hauſtum exceptumque, non tantum ad utrumque cerebri omentum ſeu meningem, verum etiam ventriculorum cavitatem; imo ipſam cerebri ſubſtantiam univerſam, i. e. poros meatuſque inſenſibiliter penetrare poſſe ſtatuit: modum etiam declarat, exponendo & digito commodas monſtrando vias duas: Primam ex ore ad nares & baſin cuneiformis oſſis. 1. Per foramina palati poſtica ex ore fumus pervenit ad nares, & ſupra fauces ad cuneiformis oſſis baſin. 2. Per foramina palati innumera, majuſculum illud anticum, circa inciſorum dentium medium, vapor ille aſcendit etiam ad nares, Alteram viam ex naribus interioribus ad cribrum deſignat: 1. Numeroſa oſſis cribriformis foramina, quæ omnia & ſingula, tenuiſſimis partim piæ matris (quæ papillares criſtæ galli incumbentes proceſſus cingit) partim duræ (ſuperiorem cribrum tegentis ſuperficiem) involvuntur productionibus ſeu canaliculis fiſtuloſis & membraneis: Per hos etiam tempore neceſſitatis pituitæ; ſpiritui, fuliginibus egreſſus, imo etiam fumo Tabaci conceditur. 2 Ex palato autem oſſis cuneiformis oſſis foramina decem, vaſis in & efferendis dicata, fumum deducere in proclivi eſſe ait. Alterum argumentum id fieri poſſe, principia & cauſæ quæ hunc fumi ad ſuperna motum efficiunt, præbent, Inter illa autem primum locum obtinet reſpiratio, & cerebri diaſtole & ſyſtole: Secundum locum occupat capitis & cerebri ſitus in faſtigio, ad quos vapores aſcendunt naturaliter: Tertium locum tuetur ipſa fumi ſurſum tendentis proclivitas: Secundum quod attinet quæſitum, cruſtam etiam ex continuato fumi hujus fuliginoſi & atri uſu in cerebro nigram generari poſſe veriſimile judicat & rationibus confirmat 1. In iis quibus magna cacochymiæ copia pituitoſæ, craſſæ, lentæ ac viſcidæ colligitur, & tenuibus exhauſtis diſſipatis ac portionibus indureſcit; 2. Fumus ille quidem ſiccus eſt; attamen ſubſtantiæ tenuitate & conſiſtentia unctuoſus eſt, pinguis, lentus, ut facile adhæreſcat; eo in quo caminis noſtris modo niger etiam eſt: 3. Impoſſibile non exiſtimat quod à fumi hujus acrimonia & ſiccandi vi cerebri aliqua pars indureſcat & cruſtoſa veluti appareat: Ita teſtatur in quodam Tabaco bibulo poſt mortem diſſecto papillares cerebri proceſſus cum quadam nervorum odoratoriorum extremitate defuiſſe. *Vide Neandrum in Tabacologia.* An viæ hæ ſint perviæ, vide fuſe apud *Schneiderum. lib. 2. de catarrh. c. 2.*

§. 8. Narravit Illuſtriſſ. Chriſtianiſſimi Regis Legatus, Eques Terlon; nuper in Gallia obſervatam eſſe cerebri nigredinem, collectamque ex pulveris Tabaci uſu duritiem, in ſectione cujuſdam cui hæ narium delitiæ placuerunt. *Bartholinus Act. Medic. Obſervat. xvii. annor.* 1672.

SCHOLIA.

FOrſan vitio præter naturali viæ hic patentiores, eroſis vel apertis membranis cerebri, admittere potuerunt raro ſpectaculo rariorem pulverem: Nam in ſano ſtatu nihil tale metuendum; cum nec fumus per fiſtulam attractus ad cerebrum penetret, nec illud inficiat; ſicut optime in Anatome obſervavit Gulielm. de Mera Epiſt. ad Neandrum, cum morbi potius non fumi vitium fuerit in homine à Pauvio diſſecto.

§. 9. *Philippus de Arantio* ſuſpenſus in platea pontis Romæ Febr. 9. 1650. qui quotidie Tabaco tum in fumo tum in pulvere utebatur, à me publice ſectus, ſpinam quandam oſſeam, ſeu potius lapideam tricipitem, Neptuni fuſcinam repreſentantem habebat, Inter duram & piam matrem in parte ſiniſtra prope falcem; e directo Interſectionis commiſſurarum coronalis & ſagittalis, ſed piæ ita fortiter adhærebat, ut ſine laceratione ipſius avelli non poſſet, quin imo acuminibus in cerebri ſubſtantiam ingreſſa conſpiciebatur

ratur, ſi ſuſpenſus non fuiſſet, certe brevi mortuus fuiſſet, apparebant enim circa ipſam ſpinam inflammationis rudimenta. *Dom. Panarolus pentec. v. obſerv.* 14.

§. 10. *Helmontius* ex Tabaci fumo ſtomachum flavedine tinctum à fuliginibus narrat.

§. 11. *Tulpius* in viſceribus eorum, qui Tabacum ore trahere conſueverant, veſtigia ejus notavit. *Schneiderus lib. de Oſſe cribriformi.*

§. 12. Sunt qui neſcio qualem noxam cerebri nigredinem ex uſu tabaci frequente metuunt, quaſi fumus nigrorem calvariæ intus induceret, ut ignis fumans camino: Hoc idem cum ſuſpicaretur Sereniſſ. Dux Bavariæ Maximilianus, cujuſdam Conſiliarii ſui tabaco abutentis, (fuit Ferdinandus Sagittarius, Medicus Excell.) & vomitu continuo tandem extincti, caput per Anatomiam explorari mandavit, quod una cum cerebro & membranis ſartum tectum, ſine omni noxa inventum eſt: Nihilominus pro continua continui vomitus & mortis cauſa potuit ſtatui abuſus Tabaci, vi cujus nimiū pituitæ ad ventriculum tranſiit, quæ vel copia & frigiditate eundem tandem enervavit: vel malam qualitatem & corruptelam per moram inducens, vicina membra, & ipſum adeo ventriculum in commune malum traxit: *Haferus Herculis Med. Lib. I. cap. v.*

SCHOLIA.

V*I cujus nimium pituita &c.*] Henningus Arniſæus Archiater Regis Daniæ Chriſtiani Quarti, de Tabaci fumo, & omni ore captaro, ita decernebat, eum ob acrimoniam eſſe penetrantem, atque adeo ceu per rectos cuniculos perrepere & alterare univerſam cerebri maſſam, utramque meningem cerebri, omnis generis vaſa & in iis contenta &c. Qui cum ſemper ipſo actu quoque eſſet calidus, dum ex calice tubulorum ignito & flammante Tabaco ore exſugeretur, fieri per rerum naturam aliter non poſſe, eum, cum ex decretis Ariſtotelicis, caloris eſſet colligere homogenea & ſegregare heterogenea, quin funderetur pituita, cujus metropolis ab *Hippocr.* cerebrum ſtatuitur: Neque dubito rem ſe habere ut *Arniſæus* decrevit: Nam puto prodromos catarrhorum ſternutationes, ſputationes, ſalivationes, omnes hos actus (non de generatione materiæ, aut materiæ morbificæ cauſa loquor) à calore proficiſci, aut illum eſſe cauſam ſine qua non catarrhorum: Sic *Hofmannus*, lib. 3. Inſtitut. cap. 109. Solum calorem, eumque ut plurimum externum, ut eſt ignis, ſolis, ab exercitio, à vino, aromatis, fundere pituitam, aut acre ſerum defendit; Quod ſi ergo quis ellychnio ex emunctorio corraſo, funis igniarii militaris ſtupei præſegmine, vel denique terræ bituminoſæ foſſilis fruſtulo calicem tubuli Tabacarii, loco Tabaci (quibus dolis milites præſidiarii ſe invicem decipiunt) referſerit, utique non minus quis ſputabit qui horum incenſorum fumum ſuget, quam ſi optimæ notæ Virginianeo Tabaco calicem tubuli replevisſet? Poſitis ergo his & conceſſis, nempe aerem fumum & calorem quemcumque, dicto modo intromiſſum in cerebrum, fundere pituitam, camque, qua dantur poræ, ut ſunt os ſphœnoides & ethmoides ruere, ac illac præter naturæ inſtitutum per nares emungi, hac, ac palati cœlum eandem percolari, ac oris beneficio naturaliter excerni, Quid ergo cauſæ ſit ut ſtatuatur præ cæteris Tabacum mira ubertate ore ac naribus pituitam evocare, vel ratione peculiari cerebro eſſe dicatum, facileque eo viam affectare, ac ab omni inquinamento eluere, cauſam nullam video. *S. Pauls de abuſu Tabaci p. 9.*

Neſcio qualem noxam &c.] Cum Tabacum præ aliquammultis ſimplicibus inſigni narcotica vi ſit præditum, hinc ratione ſulphuris ſui narcotici ſtupefacit & corrumpit cerebri temperiem, uſque adeo ut cum ex aliis ſimplicibus concitatis fumis. v. g. majoranæ, betonicæ, roriſmarini, ſuccini, maſtiches & ſimilium, pituita à cerebro citra noxam eliciatur, moderate uſurpatus, à Tabaco illius tinge ſemper diſſolvatur: atque hæc narcotica Tabaci qualitas in cauſa eſt ut capnophili Tabacarii ad urnam uſque ſint ſputatores: Non ergo ideo quia ab illius frequentiori uſu mira ubertate pituitæ veluti ſtillet cerebrum, peculiari ratione illi id ceu ſpecificum aliquod dicatum, ſed quia narcoticum, aut narcotico ſulphure citra omnem controverſiam abundat, tota ſubſtantia cerebro ac nervis infenſum ac noxium eſt: Hinc non tantum permulti olfactu privantur, ſed quoque capnophilos Tabacarios non exquiſito eſſe guſtu, quarto & ſeptimo nervorum paribus affectis, obſervare eſt: Quis jam deinceps Tabacum cephalicum eſſe, aut ſalubre cerebro defendet, cum nervos ſtupefaciat? Ergo recte argumentari licet, Tabacum eſt calidum, eſt valde tenuium partium, maxime penetrans, ergo ob hæc omnia, quia una narcoticum, tanto eſt nocentius quanto eſt penetrantius, cur? quia narcotica vis ex ſe tarda, beneficio dictarum qualitatum in actum producitur: Nec credas quamvis nares non amplius fument Tabaco, ſinciput non amplius calere, omnemque fumum evanuiſſe, quum poſt biduum aut triduum, ubi ſternutas, olidum exſpires. *Idem ibidem.*

§. *Pauvius* Delphis apud Batavos diverſa cadavera publice ſecuit, quos inter Rhedarium furem, qui inter alios fumiſugos erat celeberrimus, quique hora mortis Tabaci fumo ſeſe munierat: In illo tamen inventi ſunt omnes proceſſus, ductus & ventriculi cerebri, capitiſque meatus puriſſimi à fuliginibus & nigrore. *Magnenus de Tabaco exerc. 6. p.* 130.

§. 14. Roterodami architabacarius quidam ſuſpenſus & diſſectus, nulla cerebri corruptela aut fuligine inventa: multos prætetea ſecuit fumiſugos idem Meara, nullam tamen nigredinis notam reperit, quamvis duos diſſecuerit, gibbum, aliumque qui hora mortis Tabaco ſeſe refecerant. *Idem p.* 131.

§. 3, Genevæ anno 1638. quidam nomine *du Verrouil*, ob cædem uxoris rotæ ſupplicio condemnatus, vir robuſtiſſimus, annos circiter 50. natus, fumiſugorum dux, cerebrum quoque & cranium exhibuit omnis nigroris aut vitii expers.

§. 15. Ego

§. 15. Ego plurimos, nec ego ſolum, ſed alii clariſſimi Profeſſores & Anatomici, ſectos viderunt, & obſervarunt ſtudio, præſertim in Anglicis militibus, & aliis celeberrimis Tabacoφιλοῖς, quorum ſecta cerebra adeo alba & pura erant inventa, ut aliorum cerebra albedine ſuperarent; Quod de Indis foret dicendum, quorum cerebra non nigra ſed albiſſima ſunt, qui Indi nihil aliud faciunt quam per totum diem continuoque iſtum fumum ſugere? *Ioh. Nic. Baumannus.*

Observatio II.

In Calvaria cujuſdam, qui quovis tempore & loco horas potuit determininare, Pulli gallinacei figura reperta expreſſa.

IN capite *Antonii* à *Franckenſtein* Belgæ, inuſitatæ magnitudinis viri, qui anno 1596. in Academia Julia ſectus fuit, cujuſque oſſa adhuc ibi ſervantur, Gallus gallinaceus expreſſus fuit: Ne dubitemus, Henrici Meibomii, Anatomici Helmſtadienſis epiſtolam ad D. Sim. Pauli non ita pridem ſcriptam, hic ſubnecitere debui: In cranio nullæ ſuturæ, ſed loco lambdoidis duo conſpicua foraminula æque diſtantia, ex quibus nervi duo pericranio annexi prominuerunt; Craſſities cranii digiti minimi articulo extremo reſpondet: Os frontis geminum, exterius non adeo ſpiſſum, interius vero perquam tenue & cartilaginis inſtar: In concaua parte mediæ calvariæ, occurrit figura quædam oſſea tenuiſſima, repræſentans expreſſe gallum gallinaceum: Cerebri ſubſtantia æquavit pondo librarum duarum: Hæc ità à præſentibus Medicis annotata accepimus: Vulgo quidem apud nos quoque fertur illum ſingulari quadam ſagacitate quovis tempore & loco potuiſſe horas determinare: *Thomas Bartholinus Actor. Med. Obſerv. 3. Annor.* 1671. *&* 1672.

Observatio III.

Cranium ruſtici, qui laqueo fauces ſibi præcluſit, inſolitæ conformationis repertum.

ANno 1672. ruſticus annorum circiter xl. Genevæ fruges in area triturans, à ſociis tanquam Actæonis arma gerens traducitur: injuriam ille tacitus concoquit, recedit quaſi prandium de more ſumpturus: domum vacuam reperiens (uxor enim lepidula extra urbem ſeceſſerat nec ad condictam horam redierat) fores præcludit, lacunari funem appendit, ex eo laqueum format; hinc corbem doſſuariam ſcandit, laqueumque collo adaptat, poſt altero pede ſuppoſitam corbem excutit: Uxor momento poſt redit, præcluſaſque fores contra ſolitum reperiens, valide eas ferit; nemine reſpondente ope ſcalæ humilem domum per feneſtras ſubintrat, ſuſpenſumque maritum videt; ad ejulatum concurrunt vicini, cultroque funem diſcindunt, ſed ſtrangulatus & rigidus deprehenditur, etſi à reditu ex area vix horæ pars octava effluxiſſet: Re ad Magiſtratum delata pro more crati impoſitum cadaver, equo trahente, & manuducente carnifice, ad patibularium defertur: poſtmodum miniſtrorum Chirurgorum præda fit.

Caput illius, pro ſtaturæ ratione, ad minimum tertia parte naturali minus erat: cranium inſignis craſſitiei, denſum, adeoque coactum ut ex ſimplici lamina conſtare videretur: Os frontis vix pollicarem altitudinem poſſidebat: Occipitii pars ſiniſtra præ dextra ad pollicis craſſitiem eminebat, Suturarum actiſſima erat commiſſura: Lambdoidea ad dextrum latus pollicis latitudine juſto magis deflectebat.

Vitioſa hæc cranii conformatio cerebri pravam conſtitutionem arguebat; ſed multo magis mentis error, quod à tam levi occaſione violentas ſibi intulerit manus.

Observatio IV.

Diſſecti cordis fragrantia ex diuturno cardiacorum uſu. 1. Cutis Dorſi aliarumque partium mobilitas, ob membranam carnoſam fibris carneis donatam. 2. Frons depreſſa in quibuſdam ad naſi radicem, ob deficientem cavernam oſſis Frontis. 3. Infans xv mensium Iecur habuit in ſiniſtro hypochondrio, Lienem, in dextro, Cor ad dextram propendens. 4. In vena cava mulieris, à frigore externo enectæ, Polypus carneus inventus. 5. A frequentiori Enematum uſu inteſtina ſtercore vacua. 6. In canis, inter eundum ad latus ſiniſtrum inclinantis, Renis ſiniſtri ſubſtantia duo vermes reperti. 7. Quod quidam ſint Scævolæ, aut ambidextri cauſa in oſſibus brachiorum ſita. 9.

§. 1. SEreniſſimus Princeps Chriſtianus, Marchio Brandenburgenſis, &c. valde ſenex moriebatur anno 1660.

Ejus cadavere aperto, cor diſſectum ſpirabat odorem gratiſſimum, ſimilemque prorſus illis Emulſionibus & julepis, quibus, tanquam confectione Alkermes, aq. cinnam. roſar. carſunculi, & id genus aliis confortantibus pro more imprægnatis, ante obitum aliquot dies roboratus, & pene non nutritus quaſi fuerat æger.

Infallibili ſane argumento quod medicamenta aſſumpta in primis viis non hæreant, ſed continuato uſu, viribus fere integris & retentis (ſaltem ex parte) ſuis qualitatibus in ipſum uſque cor penetrare poſſint. *Ioh. Sigiſmundus Elsholtius in Miſcell. cur. ann. 6. & 7. p. 332.*

§. 2. Membrana carnoſa verſus lumbos carnis ſpeciem præ ſe fert: Inde oriri dicitur quia dorſo firmiſſime cohæret: Uti ſunt, inquit *Valverda*, qui cutem in dorſo moverent, aliiſque partibus, in quibus hæc membrana carnoſis fibris conſperſa erat.

§. 3. In oſſe Frontis cavernulam obſervandam inter utramque laminam, ad naſi radicem ſitam, interdum unam, maxima autem ex parte geminam non præteriemus: In puellis, aut quibus Frons depreſſa, vel frontis os cum ſutura eſt diviſum illam non inveniri aſſerit *Bartholinus*: Nos vero ad eundem modum & ſitum in diſſectione cranii non ſemper invenimus: Nunc enim unam amplam ad latus alterutrum inclinantem cum multo minore in alio latere: In fronte ſutura ſagittali diviſa binas, utrinque unam æqualis magnitudinis, à quibus utrinque ad narium cavitatem foramina expanduntur, ſæpiſſime reperimus, In aliis vero, quibus ſcilicet Frons multum depreſſa fuerat, ut in fœmina quam nupertime diſſecuimus, nulla veſtigia invenire licet.

Cavernula hæc, ſimplex ne ſit an gemina, meatus binos obtinuit, quorum uno à cerebro per os cribriformis foramen in illam ducitur pituita, atque hinc per alterum ad nares deſcendit.

De uſu harum cavitatum maxime dubitatur: *Placentinus* mucoſum humorem, qui in nares diſtillat; continere: Alii, ut *Fallopius*, illas voci inſervire ut ſit magis canora, quia in illis qui male loquuntur non inveniuntur: Alii, ut in illis elaboretur aër ad generationem ſpirituum animalium contendunt: *Spigelius* ad odores hauriendos facere exiſtimat, cum ibi aër odore prægnans excipiatur, paulumque conſervetur ne nares tam ſubito præterlabatur, unde odor per integrum diem in narium ſummitate perſentitur: Alii illas humorem quò oculi humectantur & lubricantur continere putarunt; Nos vero illas à natura primario inſtitutas arbitramus, ut protuberantiam illam & eminentiam ſuperciliorum exrendant, quæ aliter adeo fœliciter fieri vix poterit: Si enim ex oſſe ſolo extuberet frons & ſupercilium, onus nimis grave ac naturæ moleſtum effingeretur: Hiſce vero cavernulis proceſſus ſeu prominentia ſuperciliorum, ad faciei gratiam & oculorum propugnaculum tenditur, neque gravitas offenſiva inde conciliatur: Atque hanc in omnibus proceſſibus & prominentiis, ad quodcunque officium deſignatis, methodum obſervavit natura, ut nulli parti inutile pondus deſignaret, quo officium damno inevitabili compenſetur: Sic os maxillæ ſuperioris magnum eſt, maximeque protuberat, cavum tamen eſt, adeo ut natura non ſolum robur, ſed & utile quandoque ac conveniens excogitare videatur: Hanc noſtram de cavitatum harum uſu ſententiam abunde illuſtravit illud *Bartholini*, aſſerentis cavernulas haſce in frontibus depreſſis non inveniri, ſcilicet ubi nulla eſt ſuperciliorum prominentia, *Atque talem faciei formationem in ancilla à nobis diſſecta anno* 1640. *fuiſſe, in qua nullum invenimus cavernulæ hujus veſtigium*: Hoc itaque officium eſſe à natura primario excogitatum exiſtimamus, alios vero uſus ſecundarios habere negare nolumus. *Highmorus Diſquiſit. Anatom. lib. 3. p. 1. cap. 4.*

§. 4. Doctiſſ. Medicus Dom. Puylon, vidit cum D. Sim. Pimpernelle, Chirurgo peritiſſimo, in cadavere infantis 16. menſes provecti, Jecur in ſiniſtro hypochondrio, Lienem dextro, cum magna portione ventriculi eo inclinati: Aperto thorace, inventum fuit cor in dextrum latus propendens, Pulmones in ea cavitate dexrra locati, ut in ſiniſtra naturaliter: An quibus cor rite ſalit circa mammillam dextram, talis ineſt conformatio, dubitare licet? Nihil affirmo quoniam id non ſatis liquet. *Riolanus in fine Anthropogr.*

§. 5. Æthiops fœmina Nigritarum ſtirpe oriunda, & exinde fugitiva, Kilonii obambulabat, & ſtipem oſtiatim quærebat, ſecumque circumferens infantulum, ut dixerat, duarum ſeptimanarum, qui & extinctus, & paulo poſt falcem in mœſtam matrem quoque atra injecit mors, hæcque extincta ad Anatomicum theatrum expetita eſt ab Excell. D. D. Pechlino.

Uterus caſtaneæ quantitatem vix excedebat, quod ego miror in novella puerpera: Pulmo ſiniſter per fibras lateri adnatus videbatur: In vena cava fruſtulum carnis Thaleri imperialis magnitudinem æquabat, ſed craſſius erat; hoc carnis concretum laudatus Anatomicus Polypum cordis nuncupabat: Memini me legiſſe apud noſtros curioſos Tom. 1. Obſerv. 32. hunc Polypum ſæpius inventum fuiſſe in corde: Polypum tamen Kerktingius negat.

SCHOLIA.

S C H O L I A.

FOrſan fibræ illæ in ſanguine ſubito concrevere, ob plus ſolitam refrigetationem ſanguinis, nam ſanguinem in noſtro ſubjecto Anatomico fuiſſe refrigeratum ſatis conſtat, tenui enim veſtitu hæc paupercula etat amicta, & ſub Jove frigido decumbebat, ſub quo & mortua, nec ab ullo mortalium in domum recepta eſt: Mitum ergo non eſt tam intenſum frigus ſaoguinem condenſaſſe, inque fibras coocretum, ſicq; venam cavam obſtruxiſſe, hinc vitæ jactura: Plures particulæ polypi hujus ex ventriculis & aliis locis extractæ ſunt à D. D. Anatomico. *Ioh. Lud. Hannemannus in Thoma Bartholini Actis Med. annorum* 1674. 75. & 76. *p.* 50.

Cordis de Polypo varii varia, videri poſſunt quæ inter alios ſcribis exhibent Viri Nobil. *Tulpius* & *Bartholinus*: Cujus conſtitutionis in viro 30. ann. eum repererim in Obſervatis meis Anatomicis declaravi: Placet nunc cujus figuræ eum obſervaverim in muliere 60. annorum, Craſſus valde erat duruſque, ſic ut cartilagineam quaſi naturam induiſſe diceres: Occupabat non ſolum utriuſque ventriculi cavitatem (cujus etiam cavernis extremitates ſuas, quas plurimas habebat, inſerebat, imo cujus columnis filamentiſque nerveis firmiter hærebat) verum & vaſorum pulmonalium principia cordi unita, ſine laceratione, ne quidem ex corde diſſecto eum auferre licebat.

Plura hac de materia addere ſuperfluum cēſeo, cum certi hic nihil conſtitui queat, eo quod in ſubjectis variis variæ magnitudinis figuræque, imo etiam variis qualitatibus præditus repertus à me fuerit Polypus talis: Quid ſi in pleriſque demortuis Polypum ejuſmodi reperiri dicerem; nec ideo quod in cadavere obſervetur, etiam in vivo eum adfuiſſe bene inferri? *Ger. Blaſius p. 6. Obſervat. Medic.* 1.

§. 6. Filiolæ infudit Pharmacopolæ uxor, ob inteſtina à ſpiritu diſtenta, tam frequentes clyſteres, ut in ventre poſt obitum diſſecto vix pugillus ſtercoris ſuperfuerit: argumento certe evidenti immoderato clyſterum uſu non ſemper ſubduci ſuperflua, ſed interdum quoque neceſſaria, quæ tandem cederent indigæ naturæ in utile alimentum, ſine cujus perenni adminiculo conſumitur neceſſario homo, & exhauritur tandem uberrimus noſtræ vitæ fons. *N. Tulpius Obſervat. lib.* 3. *cap.* 16.

S C H O L I A.

A Purgatione frequentius, & abs re inſtituta, ſimile quid à me animadverſum in anniculo puello Domini *Henrici Faxarger* Neocomenſis, à phthiſi interempto, cui nimis ſedula mater pridie ante obitum purgationem pro ætate validiorem exhibuerat: illi inteſtina fęcibus omnino deſtituta erant, flatibus ab imo ad ſummum mire admodum diſtenta; confitente cum lacrymis matre obitus anticipationē.

§. 7. Quondam in Pariſienſi Medicorum Schola inferiore in diſſecto cane, quem videremus eundo in ſiniſtrum latus inclinantem, Renis ſiniſtri ſubſtantia interior à duobus vermibus conſumpta occurrit, quorum unus pedem longus erat; alter vero ſemipedem longus apparebat. *In Actis med. Th. Bartholini anni* 1675. *Ex Franc. Deleſtans.*

§. 8. Ill. N. filium 4. annos natum habet, qui cum lævam manum dextra ad omnia magis agilem haberet, omnia ea conficit ut ſiniſtri nomine mereatur: Cæterum pater ægre ferens pueri vitium, remedium quærit quo puer dexter evadat: Porro cum multa machinata ſint, & per plures dies manum alligarent & vincirent ut dextram exerceret, & ea functiones cunctas obiret, nihilominus tamen puer ſiniſter ſemper manſit: Sed qua ratione nemo, quod ſciam, dixit, cum id ex anatomica diligentia, potius quam ex rationibus philoſophicis deprehenſum ſit: cum igitur ſuperioribus annis plura & varia corpora diſſecaremus, anatomiæ exquiſitam cognitionem deſiderantes, non tantum corporum ſectione, & particularum cognitione contenti evadebamus, ſed etiam eorum vaſcula, ſyphone impulſo ſpiritu, primo alicubi diſſecta; impellebamus, unde multa & varia nunquam antea ſcripta, neque fando audita invenimus: Sed non hoc tantum machinabamur, ſed oſſa ponderabamus, dextra ſiniſtris conferendo: ex qua libratione quæſiti rationem invenimus: nam cum os brachii dextri, & ſiniſtri à cubito ad humerum incedens æqua bilance librarem, dextrum in uno latere, ſiniſtrum in altero ponens, dextrum, ſive brachii dextri, longe plus gravitate os ſiniſtri oſſe inveni: quod tunc conſiderans, ac in dubium trahens, forte id evenire ob dextrum exercitatum brachium, ad quod nutrimentum majori in quantitate confluit, hæſitabam; neque pro hac roboranda affectione exempla mihi deerant, prout ex Amazonibus deſumitur, quibus dextra mamma urebatur, ut omnis vis ac robur in dextrum humerum & brachium deferretur: Cæterum reſtabat id experiundum in puero parvo, qui nondum brachium exercuerat, cum ejus diſſecandi corpuſculi occaſio daretur: Sed ecce cum periculum facio, id quoque in puellulo evenire prout in homine inveneram, deprehendi: Unde judicium facio eos qui à natura dextrum brachium robuſtius habent, raro vel difficulter ambidextros evadere: Si tamen contingat brachio dextro non admodum additamentum illud plurimum eſſe, tunc exercitatione & longa conſuetudine, ita bene ſiniſtra manu ac dextra utetur hic, cui hæc evenerint, & tunc ambidexter evadet, ut multis

evenire experimur : Et *Galenus* notat enarrat. 44. lib. aphor. Quibus tu addas *Aod* Hebræorum ducem , ambidextrùm , qui 80. ſupervixir annum , ut lib. Judicum legitur: Porro ſi ut natura brachio dextro additamentum illud fere ſemper elargitur , brachio ſiniſtro evenire contingat , tunc vir ſiniſter omnino evadet , & ut dixi , ambidexter quoque erit, modo tamen non magna interſit ponderis diſparilitas : eſt namque brachium dextrum (ſi modo *Hippocr*. fides habenda eſt) ſiniſtro robuſtius , quum omnia dextra membra ſiniſtris robuſtiora lib. 3. de morbis dixerit. *Amatus Luſitanus Obſervat*. 100. *cent*. 4.

SCHOLIA.

AMbidextrum*] Raros eſſe qui ex æquo & ad omnia officia utraque manu utantur oſtendit exemplum ex S. S. allatum : Producere liceat b. m. Parentem D. D. *Andream Boneium* , Medicum celeberrimum , primo Lugduni Gallorum , quod ejus patria ; mox Genevæ : brevi ſtatura , ſed quadraro corporis habitu ; nonageſimum prope attigit annum , dyſenteria epidemica anno 1639. ſublatus; cui alias diuturniore vita ut digno, ſic optima corporis conſtitutio prolixiorem ſpondebat , imo annos Neſtoreos : Ne unicus enim deerat dens , omnes integerrimi , candidi , nitidi , quod ſobrietati prætetea eximiæ debebat : Id vero mihi obſervare licuit cum menſæ aſſideret , ſi culter lævæ manui occurreret , eodem eadem dexteritate in quibuſlibet diſſecandis uſum ac ſi in dextram veniſſet : paucis, ad ſolam ſcripturam dextra tantum utebatur.

Observatio V.

Quidam in ſummis torturis Frontem nunquam corrugavit. 1. Præ torturæ violentia homoplatæ diſruptæ. 2. Quidam frontem elevans naſum ſimul attollebat , ob peculiarem muſculum illi conceſſum. 3. Latrones utplurimum carent muſculo interiore manus primo.

§. 1. MUſculi Frontis alligantur cuti immediatè : quibus autem pinguedo intercedit, iis curis fronris corrugari nequit : quod accidit anno 1623. furi Patavino , qui in ſummis torturis cutim fronris nunquam corrugavir : Cum autem cadaver in theatri Anatomici uſum peteretur , *Adr. Spigelius* ab Ill. Prætore Julio Conrareno cauſam rogatus, *reſpondit* id provenirc ab interventu pinguedinis inter cutim & muſculos frontis , quem ipſa αὐτοψία poſt uberrimum confirmavir. *Rolſinckius Diſſ. Anat. lib. 3. cap*. 10.

§. 2. Anno 1624. Ampliſſ. meo Magiſttatui meo , Bernenſi pro Bibliotheca ſua Sceleton virile obtuli , in quo homoplaræ in tortura adeo confractæ fuerunt , ut eas filo æneo connectere neceſſe mihi fuerit.

Habeo & aliud in Muſæo meo , in quo ſimili modo diſruptas & à me connexas homoplatas fuiſſe ocularis inſpectio fidem facit.

At quis quæſo hominum tam cordatus eſſe poſſet qui in extremis iſtis anguſtiis atque tormentis non potius mori mallet falſum fatendo , quam diutius vivere cruciatus hoſce ferendo? *Fabritius Hildanus in Operum Præfatione.*

§. 3. Per ſpinam naſi muſculus extendebatur ſecundum illius longitudinem , nunquam ante à me viſus : Videbatur propago & appendix carnoſa muſculi Frontalis, hoc enim elevato movebatur ille : Muſculus labii ſuperioris longus , ab oſſe jugali ortus , appendicem quoque mittebat , ad alrerum ejuſdem labii muſculum , cum naſo communem. *Th. Bartholinus cent*. 1. *hiſt*. 38.

§. 4. Muſculi extremæ manus in internos & externos dividuntur : Interni ſunt octo , primi verus uſus eſt digitis flectendis auxiliari , & ut acuto ſit ſenſu : Ergo ſi quid nocuum nobis manum conſtringentibus occurrat , id dictum ac factum abjicimus priuſquam læſio procedar , non autem eſt uſus ut vola depilis fiat , quod aliqui voluere; Obſervavi in quibuſdam furibus ac latronibus magni nominis ob præclara ipſorum facinora , eos hoc muſculo caruiſſe , licet rendo adeſſet , qui exorrum ducir à ligamento brachialis interno : Hoc primum Patavii obſervavi in illuſtri fure Cotola dicto : Idem Piſis animadverti in Tympaniſta , & ſuperioribus annis Romæ idem vidi , & ſpectatores admonui in Presbytero Lucenſi , qui furum Rex merito dicebarur , & propterea aureo torque , diadema geſtans aureum ſuſpenſus eſt. *Columbus de re Anatom. lib*. 5. *pag*. 288.

SCHOLIA.

S C H O L I A.

HInc forte Cheiromantes cruci deſtinatos agnoſcunt, quod hujus muſculi defectus aliam & diverſam in vola manus ſignaturam efficiat & exhibeat : uſus vero muſculo aſſignatus à *Columbo* huic muſculo, ut ſi quid nocuum manui conſtringenti occurrat, id protinus eo mediante abjiciatur, diſſentit à Gallorum adagio, qui furem deſignaturi, de ipſo inquiunt, *Il ne trouve rien de trop chaud*, calidiſſima etiam & deurentia amplectitur.

Observatio VI.

Robuſtiſſimorum quorundam cranium ſuturis deſtitutum repertum. 1. Vir ſumme robuſtus os unum indiſcretum habuit à jugulo ad ilia, coſtarum vicem ſupplens. 2. Singulare robur capitis, ob craſſitiem cranii eximiam, & totius corporis ob oſſa craßißima, unctuoſo humore copioſo delibuta. 3. Quidam admodum agilis ſingulares obtinuit muſculos. 4. In Audaciſſimis quibuſdam cor hirſutum repertum. 5. 6. 7. 8. Audaciſſimus cor habuit hirſutum & partem trunci Aortæ oſſeam. 9.

§. 1. HErodotus, *Syneſius*, qui *Herodotum* laudat, *Theophilus*, *Pollux*, *Arrianus*, Æthiopum crania produnt & maxime firma eſſe, & Suturis carere: *Aratus.*

Sæpe ego ſic medio tantum de vertice vidi
Lineolam junxiſſe caput : quin plurima cernas
Firma hominum capita, & nulla compage revincta.

§. 2. Quod *Herodotus* & *Ariſtoteles* ſuo tempore obſervavit, idem nos quoque in decollati cujuſdam, Viri robuſtiſſimi cranio deprehendimus: *Ieſſenius.*

§. 3. Albertus, Marchio Brandenburgicus, Germanicus Achilles cognominatus, corporis magnitudine & robore inſignis erat, Nec *morbis adeo maceratus* fuit, Cranium vero fuit ſolidum. *Schenckius ex Reinero Reineccio.* Vide *Obſervat. 92. lib. 1. ſect. 1.*

S C H O L I A.

QUæſtio exiſtit, plures ſuturæ an pauciores commodam creent valetudinem? *Hippocr.* & *Celſus* inter ſe diſſentiunt. *Ille*, Qui plures ſuturas habent, hi capite melius valent : Contra *Celſus*; Raro calvaria ſolida eſt ſine ſuturis, locis tamen æſtuoſis facilius invenitur : & id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt : Ex cæteris quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis valetudo eſt commodior: Verum ſi hujus verba penſitamus. hic *Hippocr.* refragari non videtur : Sermo enim *Celſo* tantum de iis qui locis æſtuoſi degunt, *Hippocr.* vero de Græcis, & cæterarum nationum hominibus maxime loquitur, qui tam æſtuoſam non incolunt terram: His moris eſt caput veſtibus tegere, maxime ſi iter faciunt, aut in Sole ambulant : Quare his ſunt crania ſuturis ſecta, atque quo plures eorum capita habent ſuturas, eo magis illi capite valent : E contrario homines locis æſtuoſis degentes caput ab incunte ætate nudant, radunt, ac Soli de induſtria ſubjiciunt, ut ſuturæ arctius coeant, concreſcant, ac cranium quoque vehementius indureſcat : his itaque quo pauciores ſunt ſuturæ, eo commodior valetudo : nam ejuſmodi cranium & externis injuriis illatiſque plagis fortius reſiſtit, & morbis internis minus patet : Quare *Syneſius* illud cranium appellat ἀπάντων νόσοις δυσεμβολώτατον : atq; *Cteſias* Indos tradit neque ex capite, neque ex oculis laborare : Dicet quiſpiam, Vapores non poſſunt exhalare, hinc morbi? Homines illam terram incolentes æſtuoſam, inquit *Galenus*, ſiccioris naturæ durique habitus, cum & Solis ardoribus quaſi torreantur, ac multæ ſunt viæ quibus hæc & ejuſmodi alia excrementa crebri emittantur : Atque qui in Germania vixerunt, & caput ſolidum ſine ſuturis habuerunt, hi maxime proſpera valetudine fuerunt, & corporis robore inſignes : Hæc & ejuſmodi alia expendet is qui ſuturas *ait* aliquando, non vitio morboque ac ſenio, ſed vi ac robore facultatis oſſificæ concreſcere, ut illi longe integerrima commodiſſimaque ſunt valetudine : Sed ſi Ægyptii detecto raſoque capite, ut eorum fert mos, in Sole verſarentur, ac horum capitis oſſa ſuturis laxius juncta eſſent, nonne tantu æſtus ſanguinem cieret, inflammationem moveret vix perferendum capitis dolorem concitaret? At inquies, non omnes Ægyptii, Æthiopes, capita habent ſuturis vacua, Nec id contendit *Celſus*, *loci tamen*, inquit, *æſtuoſis facile invenitur* : Facilius vero eo quod caput ſoleant inſolare, quo fit ut cranium illis caloribus mirifice indureſcat & ſuturas perdat Ac Indorum quoque capita tam dura ſunt tamqu ſolida, ut aciem ferri reſpuant (*vide lib. 1. ſect. 1 obſerv. 91. in ſchol.*) Illud etiam hic conſiderandum eſt quod ingentem habeat vim conſuetudo, atque ex *Hipp.* ex macrocephalis macrocephali generantur, fieri poſſe ut ex parentibus, quorum crania ſuturis paucioribus donata ſunt, ſimiles proles gignantur; quarum crania eandem naturam & duritiem quam citiſſime acquirunt, præſertim cum tantu æſtus Solis cranium, nonniſi naturali veſte tinctum mirifice areſacere queat ac indurare; atque credendum eſt quoſdam ibi ſuturas citius, quoſdam tardiu amittere: quare haud mirum in Æthiopis cranio *Riolanum* Pariſiis ſuturas notaſſe; nam quos etiam Æthiopes in Germania diſſecamus, ii admodum pue ri Æthiopicas oras reliquerunt : Et nos in multis Indorum craniis ſuturas notavimus, quæ nunc conſpicuæ erant, nunc obſcuræ : Oſſa vero cranii denſiſſima, craſſiſſima & maxime ſolida invenimus. Hacque ratione *Hippocr.* interpretamur : Alioqui vulgu hanc rem hoc modo expedire videtur. Caput ſuturis carens, cœli aëriſque injuriis minus patet, a propterea ejus valetudo, ut *Celſus* docet, eſt commodior, at internis morbis ejuſmodi cranium, u *Hippocr.* tradit, magis opportunum eſt. *Schneiderus lib. 2. de Catarrhis cap. 5.*

Nec morbis maceratus] Recentiores authore

Suturas in admodum plures res uſui eſſe arbitrantur: 1°. credunt cerebrum, *molliculam partem*, membranis per ſuturas cranio adnexis providentiſſime ſuſpendi, quod & docet *Galenus*; Verum cui hoc probari poterit? quam vehementer hæ membranæ cranio, uti oſtendit *Berengarius*, adnectuntur, ubi illæ ſimplices ſunt, ubi nullæ apparent ſuturæ? 2°. Tradunt *vapores hic exhalari*: Nos non inficiamur ſuturis naturam aburi: at negamus hoc primarium ſuturarum munus eſſe: multi integerrima valetudine fuerunt ac robore corporis præſtiterunt, quorum capita poſt mortem ſine ſuturis inventa ſunt: Quidam ſenes cranii ſuturas amittunt, & ſunt incolumi ac firmo capite: 3°. *Galeno* authore, aiunt *ex ſuturis venas & arterias foras emitti*, quæ cranio & pericranio ſanguinem ſubminiſtrant: Verum quæ venæ ſuturis egredi poſſunt, quæ tam arctæ ſunt? quarum dentes tam ſunt acuti, tam aſperi, tam commode coeunt: pericranium ſanguinem ab aliis venis haurit, quo alitur. 4. Caput ſuturis conſertum eſſe aiunt, *ut altero capitis oſſe fiſſo, alterum ne findatur*: At *Galen. 6.* meth. m. *ait*, ſe os ſyncipitis & temporis una plaga fiſſum curaſſe, ubi certe tantæ rimæ ſciſſura ſquamiformis obſtare haud potuit: Cujus reiteſtes etiam *Fallopius*, *Pavvius*, *Spigelius*. *Idem.*

§. 2. Apud Magneſios, qui ad Lethæum ſunt, quidam fuit *Protophanes*, qui de pancratio & lucta eadem die in Olympia victor eſt renuntiatus: In hujus ſepulchrum aliquando latrones prædæ ſpe ducti penetrarunt, poſt illos alii multi viſuri mortuum, coſtas non habentem diſcretas, ſed pro illis continens os habuit ab humeris ad eas coſtas quas Medici nuncupant nothas: *Pauſanias in Atticis, ſive lib. 1. p. 66.*

SCHOLIA.

QUi robuſtis coſtis ſunt, fortis animi ſunt, & referuntur ad maſculos: *Ariſtot.* in figura iracundi, eum bene coſtatum facit, Et in figura fortis, oſſa & coſtæ, & extrema corporis fortia & magna adſcribit in Phyſiogn. In figura fortis Polemon & Adamantius, articuli & latera fortia & robuſta. *Ioh. Bapt. Porta lib. 2. Phyſiogn. cap. 33.*

§. 3. Cum *Patavii* Medicinæ operam daremus, plura cadavera diſſecuimus: Cum multa in his rariora obſervare licuerit, tum iſtud ſingulare in bajulo animadvertimus: Cum proceræ ſtaturæ eſſet, & oſſa haberet validiſſima & craſſiſſima, multum curæ adhibuimus ut illa quoque rite compoſita evehere poſſemus: Soli igitur per æſtatem integram in tecto planiori expoſuimus, ſed nunquam ut ſatis ſiccarentur obtinere potuimus, quia ſemper unctuoſa permanebant, Nec juvit denuo coxiſſe & Soli expoſuiſſe: Hæc cauſa fuit ut amico relinqueremus omnia cum iter ingrederemur, ſolo cranio nobiſcum deportato, quod etiamnum habemus nullis omnino ſuturis, ut vocant, præditum, & denſiſſimum ut digiti fere annularis craſſitiem exæquet: Hic Bajulus cum viveret, nulla vi externa facile lædebatur in capite, nec unquam à cauſa interna dolebat. *G. H. Velſchius Obſervat. Phyſ. med. hecatoſtea* 1. §. 77.

§. 4. Capite truncatum menſe Martio 1651. eviſceravi: Inter muſculos radii, duos illos parvos *Caſſerii* non inveni, negatos quoque à *Riolano*: Unum tamen vidi triangularem, à ſummo cubito ortum, & deſinentem circa medium ejuſdem, carnoſo fine & anguſto, qui nullius cogniti muſculi fuit portio, quos omnes diligenter ante ſeparavi: In minimo digito pedis Flexorem muſculum obſervavi ſingularem, longum & teretem, à tibiæ capite exortum, duobuſque tendinibus circa inſertionem diviſum. In Lumbis, juxta muſculum Pſoas, alius muſculus comparuit à nullo hactenus obſervatus, Ex parte majori muſculo Pſoas ſubjacebat, ſed exterius ad latera magis vergens: Initium idem cum majore Pſoas, carnoſum, inſerebaturque carnoſus in ſuperiorem oſſis Ilii marginem poſterius, ubi Iliaci inferni eſt ortus: Exiſtimavi uſum hujus eſſe ut pulvinaris inſtar majori ſubſterneretur, ſi quidem os Ilii ex ſe immobile, vel ut os idem ſuſtineret, ne nimium ſtante homine oneri eſſet.

Tantam muſculorum ubertatem & varietatem non memini in alio unquam me vidiſſe: Homo vero hic, dum in vivis erat, compacta membra motuum agilitate facile & cum robore verſabat. *Th. Bartholinus cent. 1. hiſtor. 38.*

§. 5. Jacobus Latro è patibulo quo ſuſpenſus fuerat, veluti jam mortuus, ſed qui tamen adhuc viveret, depoſitus atque curatus convaluit: Verum ut erat homo ingenio malo pravoque, ad eadem ſtatim ſcelera revolutus, quibus antea extremàm promeruerat ſupplicium, iterum capitur atque ſuſpenditur.

Quare hominis admirati nequitiam, mortui cadaver incidendum curavimus, & inventum cor ejus ob eximiam caliditatem undique pilis refertum.

Hoc idem inventum eſt in corde Ariſtomenis Græci, qui ſolus perhibetur integras acies pugnando in fugam vertiſſe: Eſt ergo non tantum ſceleſti ingenii ſignum, ſed quandoque etiam raræ fortitudinis. *Benivenius cap. 83. de Abditis.*

§. 6. Olim Ferrariæ experti ſumus in quodam à nobis confecto, cujus cor pilis circum-

ſeptum

ſeptum erat, audaciſſimus hic erat graſſator & latro inſignis: *Amatus centur. 6. curat. 65.*

§. 7. Memini cum Venetiis eſſem ſumptum capitis ſupplicium eſſe de quodam nob latrone, qui cùm à carnifice diſſecaretur, corde admodum piloſo repertus eſt. *A. Muretus lib. 12. cap. 10. Var. Lect.*

§. 8. Hirſuto corde gigni quoſdam homines proditur, neque alios fortioris e induſtriæ, ſicut Ariſtomenem Meſſenium, qui 300. occidit Lacædemonios: Ip convulneratus & captus, ſemel per cavernam latomiarum evaſit, anguſtos vulplum ac tus ſequutus: Iterum captus, ſopitis cuſtodibus ſomno, ad ignem advolutus, lora eu corpore exuſſit: Tertiò capto, Lacedæmonii pectus diſſecuere viventi, cauſa videnc hirſutumque cor repertum eſt: *Plinius lib. 11. cap. 37. nat. hiſtor. Valerius Max. lib. 1. cap. 6.*

§. 9. Nob. Polonus ſtudiorum cauſa in Italiam ablegatus, & ut Palladem non haſtatat ſed togatam potius coleret, Patavium antiquiſſimam Antenoris civitatem Muſarumq delubrum devenit: is neglectis ſtudiis humanioribus, arma pro more ibidem loci int ſtudioſos deteſtando, ſerio tractavit, ut ſtrenuus omnibus digladiationibus & congreſ bus nocturnis, tanquam miles legionarius, mercede conductus & veluti ſemper prim aciei intereſſet, unde poſt id præmii reportavit ut victus ab hoſte ſuo, globo trajiceretu vitamque miſeram cum miſerrima morte in ipſa acie commutaret.

Hujus cadaver in theatrum delatum, anno 1650. more ſolito apertum, cor in public Patavinorum Anatomia, præſentibus Rectoribus Civitatis, &c. ut & tota tum Doctoru tum ſtudioſorum cohorte numeroſiſſima exhibebatur, undequaque piloſum: Trunc vero arteriæ magnæ deſcendens, circa ſeptum tranſverſum, ad minimi digiti longitudine totus oſſeus: Quæ cauſa fuit ut pugnaciſſimus hic juvenis per plures annos de ardore co dis, & dolore quodam pungitivo ad dorſi ſpinam conquereretur, præcipuè ex levio aliqua facta commotione. *I. Scultetus Trichiaſis admirandæ pag. 82.*

SCHOLIA.

Audaciſſimum fuiſſe noſtrum ne mirere, cum ut *Avicenna* lib. 3. Fen. 2. Tr. 1. cap. 3. pilorum in pectore largiorem provenrum, præcipue ſi incurvantur, calorem cordis præſagiant: hæc ſunt ejus verba, Pili plurimi ſuper pectus, & propriè illi qui ſunt criſpi, ſignificant caliditatem, &c. Si id ab externo corporis habitu præſumere licet & dijudicare, ſane æſtus ille cordis major, cum ſanguine glutino ſiore, materiam pilis ſubminiſtrante, quo ipſum co cùm ſecaretur, refertum erat, maius calcar addi diſſe, certo nobis perſuaſum habemus: quo factu ut incitato quaſi ſpiritu ſingulari, impetuoſior i hoſtem rueret. *Idem.*

OBSERVATIO VII.

Hominis ferociſſimi cor puſillum ac duriſſimum. 1. Mulieris ob flagitia decollatæ cor inver ſum inventum. 2. Latronis ferociſſimi cadaver viſcerum imi & medii ventris, à dex tris ad ſiniſtra tranſpoſitionem exhibuit. 3. In viri ferocis & nequam cordis vaſorun orificiis carunculæ repertæ. 4. Latro cor bifidum habuit. 5. In Iuvenis diſſolutiſſimorun morum cadavere duo Lienes inventi. 6.

§. 1. IN quodam nebulone ferociſſimo, qui dum virgis à carnifice cæderetur, lictori ſubſannantis enſem arripuit, eumque vulnere perfodit, deprehendi cor puſillum admodum & duriſſimum inſtar cartilaginis, ut nullum unquam viderim ſolidius. *Riolanus Anthropogr. lib. 3. cap. 12.*

§. 2. Menſe Januario anni 1671. Halæ Saxonum Collegium Medicum fœminam 20 annorum, ob crimen incendii & furti decollatam, cultello Anatomico ſubjecit, in qua præter Pulmones diaphragmati & pleuræ firmiter annexos, aliaque, obſervavimus cor plane inverſum, ac ſiniſtrum ejus ventriculum dextram thoracis partem occupantem: Arteriam verò magnam ſtatim ſupra cor in viam, ſeu latus ſiniſtrum, erroris ſui quaſi memorem, redeuntem, nullius alterius partis ſitu mutato. *Valentinus Andr. Mollenbroccius Obſervat. 76. Miſcell. cur. anni 1671.* Vide Cardianoſtrophen admirandam *Friderici Hofmanni*, ubi ſuſe hæc deſcribitur hiſtoria.

§. 3. Cadaver ſicarii cujuſdam, dicti Richardi Francœur, qui cùm nobilem virum in rheda Illuſtr. Principis de Beaufort ſedentem noctu ſclopeto interfeciſſet, ſupplicio rotæ fuit addictus anno 1630. diſſectum fuit, & ſequentia exhibuit.

1. In venæ umbilicalis ſitu, progreſſu & inſertione immutatio animadverſa eſt, hæc enim quæ conſueto & à natura inſtituto ordine verſus hypochondrium dextrum tendit, atque in ſciſſuram Hepatis, dextro illo hypochondrio contenti, inſeritur, aliter ſic ſe

EEeeeee 4 habebat,

habebat, ſi quidem hæc vena ex hypochondrio ſiniſtro orta in umbilicum deſinebat.

2. Diviſo peritonæo major admiratio ſubiit, dum venæ umbilicalis progreſſum inſectando, Hepar ſub hypochondrio ſiniſtro prorſus reconditum, lienis & fundi ventriculi locum occupans animadvertit: cujus pars gibba coſtas nothas ſiniſtri lateris reſpiciebat, parſque hepatis, quæ ſecundum naturam verſus ſiniſtrum latus protuberat, in hoc verſus dextrum protendebatur: proinde venæ cavæ truncus aſcendens & deſcendens in partibus ſiniſtris collocatus erat, parte nempe laterali & ſiniſtra vertebrarum dorſi & lumborum ſuperſtratus, qui pro ſolito naturæ inſtituto ſuper prædictarum vertebrarum parte interna, eaque dextra & laterali jacent: ex quo factum eſt neceſſario ut ſitus partium omnium internarum, tam in abdomine quam thorace contentarum, immutari atque inverti debuerit, ut deinceps patebit, cumque Hepar ſit veluti baſis, quo cæteræ partes ſuperſtructæ videntur, ejus ſedem, diſpoſitionem & collocationem neceſſariò ſequi coguntur: Illo namque tranſpoſito fieri non poteſt quin & cæteræ partes internæ tranſponantur.

3. Ulterius progrediendo ventriculus in dextris partibus ſitus inventus, cujus orificium ſuperius ſuper dextro latere vertebrarum metaphreni collocatum erat; quod inſolitum eſt, nam ſecundum naturam ad diaphragma accedens ſiniſtrorſum vergit, ejuſque fundus dextrorſum inclinat: In hoc cadavere orificium ventriculi inferius, ſive pylorus, in latus ſiniſtrum reclinabat, qui ſolet in partem dextram tendere, propterea lienis, inteſtini duodeni ſitum inverſum fore tunc Chirurgo veriſimile viſum eſt, quod poſtea veriſſimum comperit.

4. Fundo ventriculi in oppoſitam partem reclinato, lienem in hypochondrio dextro collocatum adinvenit, cujus pars gibba nothas coſtas, ſima verò ventriculum, prout ſolet, reſpiciebat: cui per vas breve, quod trifidum erat, membranaſque ordinarias alligabatur: Ex quo lienis poſitu oritur etiam in venæ ſplenicæ, proindeque totius venæ portæ ſitu & diſtributione immutatio atque inverſio: Vena enim porta, quæ naturalem ſitum in parte dextra obtinet, in ſiniſtra parte erat conſtituta; & ſplenica, quæ è ſiniſtris eſſe debebat, erat è dextris partibus.

5. Ventriculi ſitum immutatum ſequitur identidem ſitus inteſtinorum mutatio: cùm enim pylorus ad ſiniſtram partem eſſet propenſus, inteſtinorum principium è partibus ſiniſtris ducebatur, duodenumque in ſiniſtra parte erat collocatum, neque ut ſolet conſtitutum: cùm enim ſecundum naturam ſub pancreate ducatur, ſitque ut convenientem diſpoſitionem ſitumque obtineat, obliquum & in medio reflexum, ut quod ſemel egreſſum eſt è ventriculo in illum refluere non poſſit, hic contra ſeſe habebat, ſupra enim pancreas quaſi recta ferebatur, inteſtinumque jejunum, cujus initium eſſe ſolet in parte ſiniſtra, hic in parte ſiniſtra erat locatum, ſicque inteſtinorum omnium ſitus erat inverſus, quæ enim ad dextram partem pertinebant, ſiniſtro loco continebantur, veluti cæcum quod in ſiniſtra parte erat cum appendice ſua, una cum initio coli, cui in dextra ſecundum naturam ſedes convenit, & in dextram terminatur, rectum pariter è ſiniſtro latere initium ducere ſolet: E contra in hoc cadavere Colon inteſtinum in dextrum latus deſinebat, rectum vero ab eo latere exordium ſumebat: proindeque meſocolon in dextra parte ſitum erat, cui pars dextra dicata eſt ſecundum naturam: Sic vena hæmorrhoidalis, quæ è ſplenica ut plurimum, interdumque è meſenterica ſiniſtrorſum oritur, & per coli inteſtini & recti longitudinem fertur, & ad extremum recti inteſtini deducitur, in hoc cadavere è ſplenica dextrorſum exoriebatur, quo loco lien ſitus erat, dextrorſumque per longitudinem coli & recti extendebatur.

6. Utque vena cava deſcendens ſiniſtram verſus vertebris lumborum incumbebat, quæ in parte dextra reperiri debebat: ſic Aortæ truncus deſcendens dextram ſedem occupabat, quæ cavæ deſcendenti trunco naturæ lege debetur: inde factum eſt ut cæteræ venæ tranſpoſitæ fuerint, quod potiſſimum in vena ſpermatica dextra cernebatur, quæ ab emulgente dextra emergebat, & ſpermatica ſiniſtra, quæ è trunco venæ cavæ ſiniſtrorſum exiliebat.

7. Renum pariter ſitus erat inverſus: ren enim ſiniſter digiti latitudine ſiniſtro depreſſior erat: Jecore nempe in ſiniſtro hypochondrio collocato ipſum comprimente: ren vero dexter erat elatior, liene minorem locum in dextro hypocondrio occupante.

8. Inſuper *canalis quidam conſpicuus* inventus fuit in abdomine, è cavis jecoris emergens juxta venæ portæ exortum, per medium pancreas tranſiens & in inteſtinum duodenum inter duas tunicas deſinens, propter meatuum cholidocorum inſertionem: is erat ſubſtantia nervoſa, figura rotunda, pennæ gallinaceæ magnitudinem referens, in cu-

jus cavi-

jus cavitatem tubulus introductus fuit, qui Hepar ingrediebatur, & inter duas tunicas duodeni perducebatur, hicque canalis plures ramulos in pancreas diffundebat.

§. 8. Partes thoracicæ eundem ſitum obtinebant: Tres enim Pulmonum lobi ad dextrum latus pertinentes ſiniſtro latere, duo vero dextro continebantur: Cordis conus, qui ad ſiniſtrum latus paulo inflectitur, baſiſque quæ ad dextrum paululum vergit, contrario modo hic ſeſe habebant: pericardii enim & cordis mucro latus dextrum, ejus vero baſis latus ſiniſtrum reſpiciebat, ſicque quatuor vaſorum cordis ordo etiam immutatus fuit, ut & ventriculorum cordis ſitus inverſus: dexter enim ſiniſter erat, & contra: ſic aorta in dextro latere erat poſita, Oſtiumque venæ cavæ, quod in cor dehiſcit, in ſiniſtro aſpectabile erat cum auricula cordis majore: Arteria vero venoſa, venaque arterioſa, cum minore cordis auricula, in dextro conſpiciebantur: Vena ſine pari partem ſiniſtram internamque venarum metaphreni perreptabat, ortumque ſuum ducebat ab initio ſubclaviorum ramorum, octo ramulos emittendo, qui tam ad dextras quam ad ſiniſtras partes deducebantur.

9. His ita conſtitutis, ſequebatur neceſſario nervorum recurrentium ſitum quoque immutatum eſſe: ſolet enim nervus recurrens ſiniſter reflecti circa deſcendentis aortæ incurvationem: dextri vero reflexio circa ſubclaviam dextram veluti circa trochleam perficitur; Et ſane contrarium poſitum in hoc cadavere nervi recurrentes obtinebant, aorta enim in dextra parte locata, nervus recurrens circa ejus incurvationem reflectebatur, in ſiniſtra verò circa ſubclaviam reducebatur. *Cattierus Obſervat.* 17.

SCHOLIA.

C*Analis quidam conſpicuus*] Ignoraſſe videtur Pancreatis ductum peculiarem, ſeu canalem à Virſungo inventum, qui venæ ſpecie & ſtructura aliorum oculis ante impoſuit: ſecundum pancreatis longitudinem exporrigitur, breves, ſed numeroſos ramulos quaquaverſum diffundens: Amplitudinem inſignem obtinet, ac orificio amplo ad inteſtinum duodenum, quandoque in meatus biliarii extremum deſinens, quandoque peculiari meatu prope porum biliarium, digiti latitudine diſtenti intervallo inteſtinum jejunum hians: In prodigioſe conſtituto homine, canalis ille ad cava jecoris exporrectus eſt.

§. 4. In *Ioanne Dorleans*, malis moribus prædito, audaci & feroci, veluti carunculæ repertæ ſunt, eæque oblongæ, in orificiis vaſorum à corde ad pulmones pertinentium.

SCHOLIA.

C*Aruncula, &c.*] Credunt in eo ſanguinem concreviſſe à calore, utpote maxime fibroſum, & id induxiſſe: atque in audacibus & calidioribus ſanguinem per ſe in aliquid carnoſum & pelliculoſum cogi poſſe, ratione fibrarum quæ ipſæ ſunt ejus rei cauſæ effectrices. *Ballon. Epid. & Eph. l.* 2. *p.* 144.

Veluti carunculæ] Diſcernas an ſit ſanguis ſolum, an vero carunculæ, quoniam hic decipi facile eſt; Si ſanguis eſt, aqua facile ſolvitur; Si carunculæ, pelliculæ adſunt, reſtant poſt affuſi ſanguinis eliquationem. *Idem ibidem.*

§. 5. Chriſtophorus Gioé, vir Nobiliſſ. narravit mihi in Norvvegia pridem à ſe viſum latronem qui pœnas ſcelerum luebat: Quum exenteraretur à carnifice, cor habuiſſe ſingularis figuræ, mucrone non acuto, ut fieri ſolet, ſed bifido, ut diſtincti ventriculi manifeſtius externa facie apparuerint, dexter nempe & ſiniſter, interjecto hiatu. *Thomas Bartholinus cent.* 1. *hiſtor.* 68.

§. 6. Venit ad officinam meam anno 1560. diſſolutiſſimis moribus adoleſcens, Joh. Autias: frigus erat tantum quantum ex eo non memini, tum ille ad me; Ecquid, inquit, tempus hoc ſectioni aptum? aptiſſimum inquam, ſi modo magiſtratus furem aliquem, quorum hic tanta copia quanta muſcarum cum calet ur maxime, in crucem ageret: Cum ille, bono animo es, materiam tibi ſectionis præbebo; dixit ſimulque ſtricto gladio (nox erat) egreditur: Egreſſum inimicus, qui ex inſidiis ad feneſtram ſermonem ejus hauſerat, excipit gladiumque per ventrem exigit, concidit exanimis Autias, altera, ut præſagierat, luce, theatro ſecandus offertur.

Duo illi Lienes erant belliſſimi, ſingulis ſuæ arteriæ venæque, & quidem hæmorrhoïdalis maxima, è medio liene progrediens, hinc quicquid erat humoris melancholici excernebatur, nec unquam per omnem vitam triſtitiæ ſe multum dare viſus, Jovis non Saturni pullus: *Cabrollius Obſervat. Anat.* 15.

SCHOLIA.

HOc exemplo ſuam firmare de Lienis uſu ſententiam Clariſſ. *Williſio* licuiſſet, qui tract. de affectione hypochondriaca, vult à ſanguine per arterias advecto portionem quandam fæculentiorem ſal

ſale fixo conſtantem, in hoc viſcus deponi, quæ illic velut digeſtione exaltata, & in fermenti naturam evecta, deouo ſanguini per venas refluo committatur, quæ ipſum ζυμώσει quadam inſpiret, atque circa ejus γινομένων idem præſter quod fermentum vulgare maſſæ farinaceæ commiſſum: hinc credit ſpiritus acutiores in regimine tum vitali tum animali progigni: Id ſi ſimplex lien præſtare poteſt, nedum duplex actionum ejuſmodi promptitudinem & impetum invehet. *Vide loc. citatum.*

Observatio VIII.

Furis puſillanimis cor ulceribus exeſum deprehenſum. 1. Fur ſine cerebello. 2. In Fure inſigni vas breve bifurcatum inventum, Abſceſſus in ſiniſtro cordis ventriculo, Pauciſſimum cerebrum in occipite. 3.

§. 1. PUeri trimi ſiniſtra cordis auricula variis ulceribus exeſa erat, à quorum eructante fœtore defecit proculdubio frequentius ipſi animus; Cujus deliquium etiam aliis ex ſimili cauſa vidimus contigiſſe, ſed præcipue cuidam furi, quem propterea ceu puſillanimem vituperaverunt qui cum ipſo verſabantur nebulones. *Tulpius Obſervat. lib. 2. cap.* 16.

§. 2. In cerebello, propter duritiem & ſiccitatem, Arabes memoriam collocant: quibus favere videtur obſervatio *Benivenii*: In quodam fure cerebellum defuiſſe vidit, idcirco ſæpius in furto deprehenſus & admoditus, præcedentis facinoris non meminerat.

SCHOLIA.

CUrioſe inter Medicos & Philoſophos diſceptatur utrum animæ facultates diſtinctis ſedibus in cerebro diſparentur, elegeritque Imaginatio partem ejus anteriorem ceu molliorem, uti memoria poſteriorem, quaſi duriorem ac retinendis ſpectris accommodatiorem: qua controverſia aliis relicta, proferam hic duo duntaxat exempla, luce clarius demonſtrantia læſo occipitio potiſſimum offendi nobilem reminiſcendi vim: Famulus N. ob glaciem procidit ſupinus in occipitium, unde orta rerum omnium oblivione, non meminit deinceps nominis ſui, nedum domus è qua veniſſet: Quem mentis ſtuporem brevi catenus quidem emendavit ars, ut iterum recordaretur longe præterita, at quæ caſum hunc immediate præceſſerant illorum memoria plane exciderat.

Quam eandem reminiſcentiæ labem cælebs quidam mercator nobis ſimiliter obtulit; qui ignarus vulneris quod nec opinanti in occipitio contigerat, Chirurgum obteſtabatur, ut indicaret vulneris ſui auctorem, locumve in quo id inflictum: quorum notitiam licet vel avidiſſime expeteret, nequiit tamen vel minimum invenire veſtigium. *N. Tulpius Obſervat. lib. 4. cap.* 14.

§. 3. In inciſo Jacobi cujuſdam furis cadavere, bifurcatam venam à liene ad ventriculum atram bilem deferentem adnotavimus: Tum & abſceſſum in ſiniſtro cordis ventre pituita redundantem: Poſtremo & poſteriorem ejus capitis partem, ubi memoriæ ſedes eſt, adeo brevem, ut tantillam cerebri portiunculam obtineret: Quam ob cauſam cum priorum ſcelerum, & eorum quæ pro his ſæpe paſſus fuerat, tormenta ſcil. exilia & carceres minime recordaretur, totiens ad vomitum, tanquam canis impudens reverſus eſt, ut in laqueum tandem inciderit; vitæque ac furti finem fecerit. *Benivenius de abditis obſerv.* 89.

Observatio IX.

Senex ad iram proclivis poſt obitum ſine felle & cyſti inventus eſt. 1. Iracundus pericardium exſuccum & ſquallidum habuit. 2. In valde iracundi cyſti fellea repertus lapis eam adimplens. 3. In muliere ira & mœrore confecta, carnea cordis ſubſtantia plane conſumpta fuit. 4.

§. 1. DEcrepitus quidam ſenex *in iram mire propenſus*, poſt deceſſum ſine felle ac ſine cyſti inventus eſt: In cujus ſede ingens calculus concreverat. *Fernelius lib. 6. Patholog. cap.*

SCHOLIA.

IN *iram mire propenſus*] Nam fel commovet iras, quod quò uberiùs maſſæ ſanguinis remiſcetur, eò propenſio in iram major eſt: Singularis vero omnino fuit hujus ſenis conſtitutio, qui felle & cyſti caruit; hæc proculdubiò a calculo ingenito ingenti dilacerata & abſumpta: Aliàs ſuapte natura, & quamdiu integra ſanitate fruimur, ſemper moderate plena eſt, *inquit* Clar. *Gliſſon Anat. Hepatis* cap. 20. propoſ. 1. quod inde liquet, quia in omnibus animalibus (quibus veſicula hæc conceſſa eſt) cujuſcuoque demum ætatis aut ſexus fuerint, iiſdemque vel jejunantibus, dummodo proſpera valetudine utantur, eadem ſemper plena cernitur, quod à nullo Anatomico negatum: quinetiam in fœtu, dum in utero eſt, repleta conſpicitur, & in morboſis conſtitutionibus rariſſime felle vacua eſt: At, inquies (teſtibus viris doctis quamplurimis) haud raro vacua reperta eſt? Neque iſtuc inficior, *ait*, ex naturæ autem lege id unquam contigiſſe omnino pernego; atque duas ſolummodo ejus rei cauſas comminiſci queo, nempe,

nempe, ut vel à compreſſione aliqua violenta bilis omnis extra veſiculam propellatur, vel ob inſignem fibroſi anuli laxitatem (qua fit ut bilis ulterius retineri nequeat) ſponte illinc excidat: quorum poſterius ſine omnimodo vicinarum partium torpore atq; enervatione haud facile contigerit: ideoque veriſimile eſt (quod à nonnullis dicitur obſervatum) nempe à totali hujuſmodi bilis evacuatione repentinam mortem ſubſequutam eſſe: utrobique autem talis evacuatio præter naturæ ordinem contingit, neque enim vel à facultate expultrice, vel à ſpontanea aliqua aut ſpontanea veſicæ contractione perficitur, quod tamen ut naturæ opera id fieri dicatur, neceſſariò requiritur, ac propter ea naturalem veſicę hujus plenitudinem neutiquam oppugnant: Licet verò, addit *Gliſſon* ibid. propoſ. 2. veſicula fellea ſemper modice intumeſcat, nunquam tamen naturaliter uſque adeo infercitur, quin dimidii ſaltem cochlearis menſuram porro excipere poſſe videatur: Neque enim diſtenti folliculi inſtar indureſcit, ſed mollis potius tactuique cedens deprehenditur: Quæres au tem, Si quidem uberioris humoris eſt capax, cur no aliquando in corporum diſſectionibus ſummope referta inveniatur? Profecto cum de vita res agitu partes omnes, & præſertim quæ humoribus tu gent, ad opus ſeſe ſtrenuè accingunt, ut quod ipſ moleſtum fuerit, emoveant: Ita canis jam ſuſpe dio periturus, veſicam urinariam, ſi modo plena ſi atque interdum inteſtina quoque exonerat: Si vero cervix veſicæ felleæ ab incuneato calcu lo, aut aliter obturata fuerit, compertum eſt ear dem ultra uſitatum repletionis modum dilatari: in dicio manifeſto illam poſſe vi adigi ut conſuetos d ſtenſionis terminos excedat, adeoque humoris plu ſolito in ſe complectatur: Conſtat enim inde depre poſitionis hujus veritate, quod nempe fibroſus anulu haud adeo arcte atque pertinaciter conſtringitu quin humori huc illuc fluenti locum cedat, quem admodum ſi digitorum compreſſu periculum fece ris, id clare comperies.

§. 2. Venetus quidam cum iraſceretur frequenter, in ſyncopen cadebat ex qua poſtre mum obiit. In eo repertum pericardium omni humore vacuum, ſqualidum, rugoſun cordique adhærens. *Vide lib. 2. tit. de Syncope.*

§. 3. In quadragenario Icteritiam per ſeptem annos patiente defuncto, lapidem magni tudine fellis reperi; Ea autem perſona antea maxime iracunda ac violentiſſima erat. *Ioh Henen lib. de Morbis Tartareis.*

§. 4. Proma conda Nob. cujuſdam in Miſnia, in Tibia ſiniſtra fonticulum, non art ſed natura factum, perpetuo madore ſcatentem geſtabat, à multis retro annis: Ann 1669. à prædicto Nobili irato, altero die Bipalio percuſſa, nihil inde damni percepit; alte ro vero die ob inflictam ab eo alapam, excanduit, & ſic in fervore abiens, inter abeundun arcæ alliſit, & recenſitum locum affectum ſauciavit, ex quo ſanguis tanta effluxit copia ut medicamentis ſanguinem ſiſtentibus deſtituta, elapſis paucis horis vitam cum mort commutaret, Poſtero die terræ corpus fuit traditum: Elapſis à die ſepulturæ integris ſepten ſeptimanis, juſſu Seren. Electoris Saxoniæ ſepulra effodiebatur: nullam autem à læſione ex terna manifeſtam cauſam per Bipalium aut alapam inflictam, factam invenire valui.

Quare ad interiora perluſtranda ventrem inferiorem adaperui, & deprehendi Hepa magnum & adhuc incorruptum, bovis 4. annorum hepati ſimillimum, Lienem vero par vum: Erat effoſſa bene carnoſa, in vita vino dedita, unde effatum ſolertiſſimi *Bartholin* Anat. lib. 1. cap. 14. verum offendi, quod ita ſe habet, *Maius tamen Hepar eſt in frigidiori temperies corporibus, & in timidis, & in guloſis, &c.* Ulterius ſpartam nactam proſequendo, in aperto thorace occurrebat Cor, non flaccidum, quod & multi authores ſe vidiſſe annora runt, ſed quoad ipſius ſubſtantiam plane conſumptum, inſtar loculi vacui & corrugati: Co tabidum vidit *Plinius*, exſiccatum inſtar pyri roſti: *Iordanus* totum immoderato calore ab ſumptum; Reliqua perſequi vetuit odor cadaveroſus. *Melchior Fribe in Miſcell. curioſis ann 1673. Obſerv. 65.*

Observatio X.

Obeſitas totius inſignis ob viſcera inſolitæ magnitudinis.

ANno 1603. 27. Aprilis, Georgius Fridericus, Marchio Brandeburgicus, Onolsbachi in Noricis vivendi finem fecit, obeſitatis inuſitatæ Princeps, cujus corpore ad pollincturam exenterato, viſcera ad miraculum magna reperta ſunt, 1. Hepar librarum quinque communium, 16. uncias pendentium: 2. Lien libræ unius cum quadrante: 3 Cor librarum duarum: 4. Pulmo librarum quatuor: 5. Ventriculus in latitudine per tranſverſum ſpithamarum duarum, Craſſities ejuſdem pollicum trium, ventriculi extenſi amplitudo menſuras Germanicas, quarum ſingulæ uncias 64. pendent, ſeptem & decem facile capiebat, h. e. libras Medicas ſeu Romanas 90. cum unciis Octonis. 6. Omenti craſſities ſeſquiſpithamam habebat, plurimarumque erat librarum: quippe ventris aqualiculum latè longeque, protenſum lata faſcia à cervice appenſa, geſtare & conſtringere cogebatur. Proceritas corporis erat pedum ſeptenum, univerſi autem pondus cccc. atque 26. libras mercales pendebat, Ingentem tamen hanc corporis molem haud incommode ferebat, adeo ut equitare & choreas ducere poſſet, utpote ſenſim accreſcenti ponderi aſſuetus. *Smetius Miſcellan. lib. 10. p. 579.*

OBSERV.

Observatio XI.

Suffocatio ſuſpenſi impedita ob trachæam arteriam oſſeam.

[S qui diu ſuſpenſus Bononiæ jacuit, vivus inventus eſt, quod aſperam arteriam non cartilagineam, ſed oſſeam haberet: Hoc nos & ab aliis accepimus. *Cardanus lib. 2. tr. 2. ontrad.* 7. Conſtat quendam bis ſuſpenſum ſervatum miraculi ſpecie: inde cum tertio udicis ſolertia periiſſet, inventam *oſſeam aſperam arteriam. Idem lib. 14. de rerum variet. ap.* 76.

SCHOLIA.

O*ſſeam aſperam arteriam*] Columbus lib. 1. cap. 13. Anat. humanam laryngem in perfectio-is ætatis corporibus oſſeam eſſe, non cartilagineam, x innumeris propemodum ſectionibus ſe deprehen-diſſe *ait*: hinc in oſſium numero laryngem conſtituens, de illa in oſſium tractatu agit: Quod autem oſſa hæc ſint, probat ex colore, duritie, ac medulloſa ſubſtantia, qua carere cartilaginem omnem certum eſt.

Finis Libri Quarti & Ultimi.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Cav. G.